Digitized by Google

EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAR grace & priuilege du Roy, il eſt permis à Michel Sonnius, Marchant libraire de l'Vniuerſité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer, mettre en vente & diſtribuer, vne fois ou pluſieurs, vn liure intirulé APPENDIX BIBLIOTHECÆ SANCTORVM PATRVM, PER MARGARINVM DE LA·BIGNE THEOLOGVM DOCT. PARISIENSEM. Er faict deffenſe ledit Seigneur à tous Libraires, Imprimeurs, ou autres de quelque qualité qu'ils ſoyenr, de non en imprimer, ou faire imprimer, vendre, ou diſtribuer en ſes pays, terres, & Seigneurie, aurres que ceux qu'aura fait imprimer ledict Sonnius. Et ce iuſques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & dare que leſdits liures ſeront acheuez d'imprimer, ſur les peines contenues és lettres patenres dudict Seigneur. Données à Paris, le 9. de May, 1575.

PAR LE ROY EN SON CONSEIL — Signé, POVSSEPIN.

CHRISTIANO LECTORI, CHRISTO SERVIRE.

HABES NVNC DEMVM, ô LECTOR, APPENDIcem ad noſtram Sanctorum Patrum Bibliothecam, poſtremo hoc toto fere biennio, noſtris non contemnendis laboribus, inter rei publicæ & familiaris curas (quæ me diuino pene, ocio Sorbonico frui non ſinunt) honeſtiſſimi verò Mercatoris, & de re literaria quàm optime meriti Bibliopolæ D. Sonnij magnis ſumptibus, mẽte ſyncera inſtructã. Ad huius vt & Theologici cuiuſuis Operis lectionẽ, quiſquis nõ ea venerit mẽte, nõ eo Animo vt ſpiritualẽ aliquẽ fructum ex eo conſequatur; ſed verborum ornatum & ſtructuræ elegantiam, vel contumelijs & probris flagellandum Authorem venatur vt ſe longe illo prudentiorem & doctiorem oſtentet; nihil vtilitatis (mihi crede) tam male ex locata opera ad illum redibit: & hinc eſt quod noſtra ætate multò plures quam vlla vnquam, ſuis calumniis, alios defatigant; Cæterum qui re ipſa doceant vel doceantur, pauco admodum aut prorſum nullos videmus. Proinde per ſacra omnia te obteſtor, ſingulis non modò quos hic ſatis multos habes Sacræ noſtræ Bibliothecæ Authoribus, ſed ipſis etiam perlegendis Librorum Capitibus; attentum & quamoptimè affectum animum fac adhibeas, ſpiritualis ædificationis plurimùm omnino adepturus, volente Chriſto, ſi hæc non curioſa mente, ſed cum Dei timore tremore & charitate perlegeris.

Enimverò licet firmiorem Propheticum & Apoſtolicum ſanctum in Sacris Biblijs ſermonem habemus; cui, benefacimus, attendentes quaſi lucernæ lucenti in càliginoſo loco, donec dies elucescat: vnumquemque tamen, vulnerum ſuorum medicinam, ex Bibliotheca noſtrę Patrum monumentis haurire poſſe conſtat. Hæreticam verò contra hypocriſim quæ; vt Serpenti, hyeme, venena non deſunt ſed torpent; ſic modò etiam attonita rerum anteactarum recordatione & temporum infœliciſſimorum quibus, dum iraſceretur, inſaniebat; cùm agere patienter videtur, conſiderat expectatque diem (quem prope eſſe, heu! quis non videt?) ac nocendi tempus opportunum: Contra recrudeſcentem per infœliciſſima hominum male Chriſtianorum conſilia Eccleſiaſticę diſciplinæ perturbationem, & peculij dilapidationem: Contra tam multa quæ Eccleſiæ imminent (præter ea quæ extrinſecus ſunt) pericula latronum, pericula ex genere, pericula ex Gentibus, pericula ex falſis fratribus: Quin & præcepta de ſingulis fidei Chriſtianæ capitibus ſaluberrima vt quæ illis diuinitus inſpirata vtilia ſint ad docendum, arguendum, corripiendum & erudiendum in iuſtitia, vt perfe-

ctus ſit, qui legit auditve, ad omne opus bonum inſtructus, de illorum lucubrationibus ſperabit qui hoc primùm intellexerit quod omnis prophetia Scripturæ, propria interpretatione non ſit, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines qui non indoctas fabulas ſequuti, non eorum ex ordine quos ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes appellat Apoſtolus, non introducentes ſectas perditionis aut fictis verbis de nobis negotiantes, ad ſuam ipſorum & noſtram perditionem Scripturas deprauauerunt, ſed notam nobis fecerunt Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem: Quales eſſe illos quorum ex diuite gaza inopem induſtriâ noſtrâ (quæ ſpiritualis omnis vtilitatis vacua eſt) Bibliothecam Patrum locupletauimus, ſalua ſemper in omnibus SS. Apoſtolica cenſurâ, auſim affirmare. Etſi enim fateor quidẽ videri poſſe contra fas & ius à me aſcriptos Sanctorum Patrum ordini, ex prophanis Ariſteam, quin & ipſummet cum ſuis Oraculis Dæmonem Appollinem: Ex Hebræis Samuëlem & Officia Lugentium: Hæreſiarchas, Tacianum, Ticonium, Candidum Arrianum (immò & in aliqua illius Bibliothecæ noſtrę parte latentem Arrium) Claudium Taurinenſem Iconomachum: notatos aliquot nominatim Gelaſij P. M. Decreto vt Apocriphos libros qui Lini & Xyſti ſummorum PP, Hermæ & Melitonis nomine nulla firma ſatis certaque præeunte authoritate circumferuntur: vel inter patres Eudoxiam Imperatricem, Probam, & Sybillas fœminas: vt & pro antiquis Neothericos, Nicolaum vtrumque & Cabaſyllam & Methonenſem, Marcum Epheſinum, Gennadium Scholaſticum & Trapezuntium non conſulte ſatis locaſſe: ac poſtremò rigidos nimiò plus quam huius ætatis ferat calamitas morum cenſores, aut hæretico ſchyſmate pollutos, vel à Sacroſancta Tridentina Synodo, Interpretum & Commentatorum damnata nomina Sacram illam Bibliothecam me Authore cõtaminaſſe. Quibus omnibus cum multa ſint quibus reſpondere quiſpiam facile fortaſſe exiſtimauerit, ego illa omnia nihil moror; quin multò potius ſi SS. Apoſtolicæ non probentur, quæſitas potius in peccatis excuſationes quam rei per ſe non ſatis apparentis rationes eſſe iudicauero.

Sed vnà tandem meum animum exulcerat, ineluctabilis Typographorum oſcitantia quę me modò ne Grammaticum quidem, nedum Theologum tanti Operis dignum Authorem, facit; modò, vt ſolent à ruſticanis nutricibus male imbuti infantes, dimidiata verba balbutire; modò etiam grande aliquot in rebus Theologicis aut facinus admittere, aut Plagium. Quas in rebus etiam grauiſſimis infirmiorum imbecillitates, méique ipſius maximè ſi manum miſi ad fortia, aut ſi in dolio figulinam operatus; debes tamen, ô Lector qui firmior es, ſuſtinere & ſuſcipere ſicut & Chriſtus ſuſcepit nos in honorem Dei; qui, quod ad me attinet, nouit quàm mihi ſemper id ſtudio fuerit vt non mihi ſed proximo placerem, idque in bonum ad ædificationem; ſiquidem & Chriſtus non placuit ſibi: Deus autem patientiæ & ſolatij det nobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundùm Ieſum Chriſtum, vt vnanimes vno ore illum honorificemus Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti; ínque eius gratia & cognitione creſcamus: Ipſi gloria & nunc & in diem æternitatis; Amen. Lutetiæ apud Sorbonam, Idib. Iunij. 1579.

M. DE LA BIGNE, Sacræ
Theologiæ Doctor.

INDEX QVO APPENDICIS
AD SACRAM BIBLIOTHECAM SS.

Patrum Cathalogus ordine alphabetario deſcribitur, & numeris adiectis deſignatur quo loco ſingula vniuſcuiuſque Authoris Opera contineantur.

ALBINI FLACCI ALCVINI, qui Preceptor Caroli Magni fuit; De Virtutibus & Vitijs, ad Comitem Vvidonem, Opuſculum. nunc primùm ex M. S. duobus Codicibus, V. C. D. Bryſſonij, in Pariſienſi Senatu, Regis & Reip. Patroni, exſcriptum, 1901. Eiuſdem Alcuini, Confeſſio ſiue Doctrina de Deo. 1923. De Trinitate, Opuſculum. 1927. De Diuinis Officijs, Liber. 1929. Ad Carolum Magnum Imperatorem, Epiſtola. 2019. ad Oduinum Preſbyterum, Epiſtola. 2024. Quæſtionum in Geneſim, Liber. 2025.

S. P. N. ANASTASII Monachi & Preſbyteri Sinaïtæ, in diuini Opificij Hexameton, Commentaria nunc primùm edita, Gentiano Herueto, Rhemenſi canonico, Interprete. 1367. Eiuſdem fragmentum, ex Sermone de ſancta Communione. 1538.

Anonygmi † cuiuſdam Authoris, de Monaſterij Letinenſis excidio, Hiſtoria. 1570.

† Typographorum oſcitantia, Fauſto Rhegienſis nomen illi dedit, verùm id nõ ſinit ratio tẽporum.

S. P. N. ANTIOCHI, in Lauta quidem primùm Monachi deinde in S. Sabæ Cœnobio Abbatis, Scripturæ ſacræ Pandectes, ſiue Homeliæ. 130. Godefrido Tilmanno Carthuſiæ Pariſienſis Monacho, Interprete. 925. Eiuſdem exomologeſis. 1120.

S. P. N. ATHANASII Archiepiſcopi Alexandrini, ad ſolitariam vitam agentes, Epiſtola quæ inter opera illius non habetur, 296.

BONIFACI VIII. P. M. Reſcripta de Indulgentijs anni Iubilæi. 1638.

CAROLI MAGNI glorioſiſſ. Galliarum Regis & Imperatoris, ad Albinum Abbatem de ratione Septuageſimæ, Sexageſimæ, & Quinquageſimæ, Epiſtola 2022.

CONSTANTINI HARMENOPVLI, Sebaſti, Nomophylacis & Iudicis Theſſalonicenſis, de Opinionibus Hæreticorum qui ſingulis temporibus extiterunt, liber. 1877. Eiuſdem de fide Orthodoxa. 1881.

COSMÆ HIEROSOLYMITANI Hymni 13. ſpirituales. 1678.

S. ELIGII Nouiomenſis Epiſcopi, ad Clerum ſacram Plebem, & Pœnitentes, Homeliæ 16. ex manuſcripto codice V. C. D. Iohannis à S. Andrea Canonici Pariſienſis, editæ.

S. FAVSTI, ex Lyrinenſi Monacho, Rhegienſis Epiſcopi, Inſtructio ad Monachos. 1566.

FERRANDI Diaconi ad Reginum Comitem, De eo quod Ducem religioſum & Chriſtianum decet in re militari, Liber Paræneticus, ex M. S. Codicibus venerabilis Monaſterij Montis Dei, exſcriptus quidem, at non nunc primùm tamen fortè editus. 1883.

S. HILDEBERTI, Cœnomanenſis quidem primùm P. deinde Turonenſis Archiepiſcopi, Epiſtolæ natæ, præfixo ad vniuſcuiuſque initium argumento ſuo per M.D.L.B. nunc primùm ex gymnaſij Geruaſiani Bibliotheca. 673.

HONORII 2. P. M. ad venerabiles Turonenſis Metropolis ſuffraganeos, de Synodo Nannetenſi, Epiſtola. 751.

R. P. IACOBI, S. Georgij ad velum aureum Diaconi Cardinalis, de Centeſimo ſiue Iubileo anno, Libellus nondum antea editus, adiectis ad eius finem, Iulij Roſci, in eundem ſcholijs. 1627.

IOSEPHI HEBRÆI qui Gorionis filius fuit, excidij Hieroſolymitani hiſtoria illuſtrata ſcholiolis, ex Ioſepho Matthiæ filio & Hegeſippo, ad marginem adiectis per M. D. L. B. 783.

S. LAVRENTII Nouarum Epiſcopi, Homelia de Pœnitentia. 1541. Eiuſdem, Homelia de Eleëmoſina. 1555.

LEONTII ex Aduocati Byzantini, Scholæ, de Sectarum Hiſtoria, ex ore Theodori religioſiſs. Abbatis doctiſſimíque Philoſophi, exceptæ. 1844.

LIBERII Pontificis Maximi, ad Conſtantium Aug. epiſtola. 293.

MANVELIS Patriarchæ Conſtantinopolitani, reſponſa ad Belæ Epiſcopi Interrogationes, 772.

Ex S. P. N. MARCI Anachoretæ Epiſtola, 2. Fragmentum. 1540.

MARCI Epiſcopi Idruntis, in magno Sabbato, Hymnus. 1697.

S. P. N. MAXIMI, Confeſſoris, Loci communes ſiue Sermones, 71. col. 1121. Eiuſdem, de Charitate, capitulorum Centuriæ 4. 1117. Eiuſdem, Theologicorum & Oeconomicorum capitulorum de Virtute & Vitio, Centuriæ 5. Interprete Iohanne Pico, in Senatu Pariſienſi, Claſſium inquiſitoriarum Præſide, 1264. Eiuſdem, de Incarnatione Verbi, & aliquot alijs conducentibus ad pietatem quæſtionibus, Dialogus Bilibaldo Birkeimero Interprete; ex M. S. exemplari, neque hactenus quod ſciam, editus. 1347.

S. METHODII Fragmentum ex Segregationibus Studienſium Monachorum. 1120.

† Hunc eſſe quẽ Marbodæum Rhedonẽſem Epiſcopum nominat, & quędam ſcripſiſſe poſt annũ 1000. ait Trithemius coniici poteſt ex hac eadẽ eius Epiſtola.

† MARBODÆI Epiſcopi, ad † R. Epiſcopũ Andegauenſem, Epiſtola. 763.

NICEPHORI CHARTOPHILACIS, ad Theodoſium Monachum incluſum Corinthi, de quarumdam quæſtionum ſolutionibus, Epiſtolæ 2. 335. † *Legi poteſt, Raymonem, Rochardum, vel Ramardum, hij enim ad huius Marbodæi Rhedonenſis Epiſcopi, in Andegauenſi Cathedra ſederant.*

NICEPHORI Confeſſoris Canones, 17. col. 1120.

NICOLAI 1. P. M. de Rhotaldi Sueſſionenſis Epiſcopi cauſa & reſtitutione, Epiſtolæ decretales, 16. quæ ex Rothomagenſis Bibliothecæ M. S. Codicibus nunc primùm in luc ẽprodeunt beneficio V.C.D. Iohannis à S. Andrea Canonici Pariſienſis, cum aliquot ſcholiolis per M. D. L. B. col. 297.

D. ORESIESIS Monachi antiquiſſimi, Regulæ de Inſtitutis Monaſticis diuino ſale conditæ. 905.

S. PAVLINI Epiſcopi Nolani Epiſtolæ 42. col. 5. Eiuſdem Panegyricus in obitum Celſi ad fratres. 205. Eiuſdem de S. Fœlicis miraculis & vita, Natales decem, col. 216. Eiuſdem precatio matutina ad Deum, & paraphraſis poëtica in aliquot Pſalmos, 277. Eiuſdem, Carmen Euchariſticum de vita ſua,

nondum antea editum. 281.

PETRI DAMIANI S. R. E. Cardinalis & Oſtienſis Epiſcopi, Epiſtolæ, 15. col. 337. Eiuſdem Sermones & Tractatus, adiectis calcem pauciſſimis aliquot Scholiolis per M. D. L. B. 648. & 670.

PHILONIS Carpathiorum Epiſcopi, in Cantica Canticorum, ad Euſtathium Preſbyterum & Euſebium Diaconum, Commentarius, Stephano Salutato Piſcienſi, Interprete. 1701.

QVINTI IVLII HILARIONIS Scriptoris per antiqui, de Mundi duratione, Libellus natus nunc primùm ex Bibliotheca. V. C. D. Pithęi. 1645.

RHOTALDI Sueſſionenſis Epiſcopi, ad Nicolaum 1. P. M. Appellatio. 312.

SCHOLARII Oratio ad vnum & trium Perſonarum Deum. 1698.

SYMEONIS ADMIRANDI, *(non dubium quin Stylitæ illius de quo tam multa Theodoriti Philoteus, cap. 26. & Euagrius, Eccleſiaſticæ Hiſt. 1. lib. 13. & 14. cap: & lib. 6. cap. 22.)* Sermo, de ſemper mente complectendo ſuum cuique diſceſſum. 1539.

SYNESII CYRENÆI, Ptolemaïdenſis Epiſcopi, Hymni, 10. ſpirituales; Franciſco Porto Cretenſi Interprete. 1653.

THEOPHANIS in Annunciationem ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparę, Hymnus. 1700.

THEORIANI qui D. Manuelis Comneni Porphyrogeniti, ad Armenios Legatus fuit; Legatio ad Armenios, & cum eorum Catholico, de recta fide, colloquium. 1807.

THEOPHILACTI Fragmentũ de riſu & vociferationibus in Feſtis. 1120.

INDEX AVTHORVM APPENDICIS AD BIBLIOTHECAM SS. ORDINE TEMPORIS QVO quiſque illorum vixit, quàm accuratè fieri potuit, deſcriptus, per M. D. L. B.

Anni Chriſti.

70. I*OSIPPVS.*
300. *Athanaſius.*
350. *Liberius.*
350. *Orſieſis.* Vixit enim cum Paconnio.
380. *Philo Carpathius.*
380. *Syneſius.*
Octobr. 380. *Simeon Stillites.* Vixit à Theodoſio 2. & Valentiniano 3. vſque ad tempora Mauricij. Euagr. 1. & 6. libro Eccleſiaſticę Hiſtoriæ.
397. *Q. Iulij Hilarion.* Scripſit enim Cæſario & Attico Conſſ. vt ipſemet teſtatur.
400. *S. Paulinus.*
450. *Fauſtus Lyrinenſ.*
480. *Ferrandus Diaconus.*
530. *Leontius.* Scripſit enim poſtremis Iuſtiniani 1. temporibus, vt facile eſt colligere ex ea Epiſcoporum Alexandrinorum ſucceſſione quam Actione 5. deſcribit.
Marcus Anachoreta.
Theophilactus.
550. *Anaſtaſius Synaïtes.*
S. Methodius.
Maximus.
612. *S. Anthiocus.* Vixiſſe hunc ad Heraclij tẽpora apparet maximè ex eo quod in Exomologeſi ait; fortitudinem noſtram, ornamẽtum ac decus, ſalutis (inquã) noſtræ ſpem, nempe Crucem Chriſti, fidei aduerſarijs traditã à Deo: id enim ſub Heraclio accidiſſe videre eſt apud Zonar. Annal. tom. 3. & alios plures Authores.
S. Eligius. Sub Martino 1. PP. Clotario & Dagoberto Regibus Francorum, vt ſcribit D. Audoënus Archiepiſcopus Rhotomagenſ. in eius vita. 640.
Carolus Magnus Imperator. 800.
Alcuinus.
Laurentius Nouarrienſ.
Manuel. Pathriarcha Conſtantinopolitanus.
Nicephorus Confeſſor.
Nicephorus Carthophilax.
Coſmas Hieroſolymit.
Marcus Ydruntis.
Scholarius.
Theophanes.
Nicolaus 1. 850.
Rhotaldus Sueſſon. Epiſcopus. 850.
Petrus Damianus. 1000.
Narbodus, ſiue Marbodus.
S. Hildebertus. 1100.
Conſtantius Harmenopulus. Paulò poſt natos Bogomilos. num. 19. 1118.
Honorius. 2. 1125.
Theorianus. Ex eius Libri initio id facilè apparet. 1170.
Bonifacius. 8. 1300.
Iacobus Cardinalis. Vt ipſemet teſtatur. cap. 2. 1300.

NE EXCRESCERET SVPRA MODVM, HVIVS APPENDICIS MOLES, NON EAM OBSERVAVIMVS QVAM in Bibliotheca SS. Patrum, in Tomos partitionem: Id verò damnum vt ſarciamus; En tibi damus, ô Lector, hunc Indicem quo intelligas cuius ad Tomi ſactæ Bibliothecæ argumentum, ſingula huius Appendicis Opuſcula pertineant, reduciue debeant ac poſſint, per M. D. L. B.

EPISTOLAE.

ALCVINI, ad Carolum Magnum Imperatorem, Epiſtola. col. 219.
Eiuſdem Alcuini ad Oduinũ Preſbyterum, Epiſtola. 2024.
S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini, ad ſolitariam vitam agentes, Epiſtola quæ inter Opera illius non habetur. 296.
Bonifacij 8. P. M. Reſcripta de Indulgentijs Anni Iubilæi. 1638.
Caroli Magni glorioſiſſ. Galliarum Regis, & Imperatoris, de ratione Septuageſimæ, Sexageſimæ, & Quiquageſimæ, ad Alcuinum Abbatem, Epiſtola. 2022.
S. Hildeberti Cœnomanenſis Epiſcopi Epiſtolæ nunc primũ editæ. 673.
Honorij 2. P. M. de Synodo Nannetenſi, Epiſtola. 751.
Liberij P. M. ad Conſtantium Aug. Epiſtola. 293.
Ex S. P. Marci Anachoretæ Epiſtola, Fragmentum. 1540.
Natbodæi Redonenſis Epiſcopi ad Ramardum Epiſcopum Andegauenſem, Epiſtola. 763.
Nicephori Carthophilacis ad Theodoſium Monachum Corinthi incluſum, Epiſtolæ 2. 335.
Nicolai, 1. P. M. Epiſtolæ Decretales, 16. col. 297.
S. Paulini Epiſcopi Nolani, Epiſtolæ, 42. col. 5.
Petri Damiani, S. R. E. Cardinalis Epiſcopi Oſtiẽſis, Epiſtolæ, 15. 337.

HISTORIAE.

IOSEPHI Hebræi qui Gorionis filius fuit, Excidij Hieroſolymitani Hiſtoria. 783.
S. Paulini Epiſcopi Nolani, de S. Fœlicis miraculis & vita, Natales 10. 216.
Q. Iulij Hilarionis, Scriptoris per antiqui, de Mundi duratione, Libellus. 1645.
Anonymi cuiuſdam Authoris, de Monaſterij Lerinenſis excidio, Hiſtoria. † 1570.

† *Hanc, Typographorum incuria, Fauſto perperam adſcripſit.*

PARAENESES.

ALCVINI, de Vitijs & Virtutibus, ad Comitem Vvidonem, Opuſculum. 1901.
S. P. N. Antiochi, Scripturæ Sacræ Pandectes. 925. Eiuſdem Exomologeſis. 1120.
S. Fauſti, ex Lyrinenſi Monacho Rhegienſis Epiſcopi, Inſtructio ad Monachos. 1566.
Ferrandi Carthaginenſis Diaconi, ad Rheginum Comitem, de eo quod Ducem religioſum & Chriſtianum decet in re militari. 1883.
S. P. N. Maximi, Confeſſoris, Opuſcula omnia. 1121.
S. Methodij Fragmentum ex Segregationibus Studiẽſium Monachorum. 1120.
D. Oreſieſis Monachi antiquiſſ. Regulæ de Inſtitutis Monaſticis. 905.
Theophilacti Fragmentum de Riſu & vociferationibus in Feſtis. 1120.

LITVRGICA, SIVE de diuinis Officiis.

ALCVINI, de Diuinis Officijs, Liber. 1929.
S. P N. Anaſtaſij Synaitæ, Fragmentum ex Sermone de S. Communione. 1538.
R. P. Iacobi, S. Georgij ad Velum aureum Diaconi Cardinalis, de Centeſimo ſiue Iubileo anno, Libellus nondum antea editus. 1627.
Manuelis Patriarchæ Canſtantinopolitani Reſponſa ad Bellæ Epiſcopi Interrogationes. 772.
Marci Epiſcopi Hidruntis, in Magno Sabbato, Hymnus. 1697.
Nicephori Cõfeſſoris Canones. 1120.
Scholarij Oratio ad vnum & trium Perſonarum Deum. 1698.
Syneſij Cyrenæi Ptolemaïdenſis Epiſcopi, Hymni 10. ſpirituales. 1653.
Theophanis in Annunciationem Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ, Hymnus. 1700.

DISPVTATIONES contra Hæreſes.

CONSTANTINI Harmenopuli, Sebaſti, &c. de opinionibus Hæreticorũ qui ſingulis temporibus extiterunt, Liber. 1877. Eiuſdem de fide Orthodoxa. 1881.
Leontij Ex Aduocati Bizantini, Scholæ de Sectarum Hiſtoria, ex ore Theodori religioſiſſ. Abbatis exceptæ. 1844.
Theoriani, qui D. Manuelis Comneni Porphyrogeniti ad Armenios Legatus fuit Legatio ad Armenios, & cum eorum Catholico, de recta fide, colloquium. 1807.

COMMENTARIA IN Scripturam

ALCVINI, Quæſtionum in Geneſim, Liber. 2025.
S. P. N. Anaſtaſij, Monachi & Preſbyteri Synaitæ, in diuini Opificij Hexameron, Cõmentaria. 1367.
S. Paulini Epiſcopi Nolani, Poëtica Paraphraſis in aliquot Pſalmos. 277.
Philonis Carpathiorum Epiſcopi, in Cantica Canticorum, Commentarius. 1701.

HOMELIAE.

SIMEONIS Admirandi Sermo de ſemper mente complectendo ſuum cuique diſceſſum. 1539.
S. Eligij Nouiomenſis Epiſcopi, ad Clerum, Sacram Plebem, & Pœnitentes Homeliæ 16. col. 1571.
S. Laurentij Nouarum Epiſcopi, Homelia vna de Pœnitentia. 1541. Eiuſdem altera de Eleemoſyna. 1555.
Petri Damiani, S. R. E. Cardinalis Oſtienſis Epiſcopi, Sermones. 648.

SS. Patrum, Antiochi & Maximi, Sermones ſiue communes locos nominauimus ſupra inter Paraneſes.

SS. PATRVM, VARII de Deo & rebus Diuinis, Tractatus.

ALCVINI Confeſſio, ſiue Doctrina de Deo. 1923.
Eiuſdem de Trinitate Opuſculum. 1927.

ANTIQVORVM PATRVM
VARIA DE DEO ET REBVS DIVINIS MONVMENTA, SACRÆ BIBLIOTHECÆ, APPENDIX.

PONTII EVTROPII PAVLINI, VIRI PRIMVM CONSVLARIS, DEMVM EPISCOPI Nolani, Epiſtolæ & Poëmata.

De Paulino, ex D. Hieronymi Epiſtola ad Eundem de Inſtitutione Monachi, Tomo 1.

DEnique & tu, audita ſententia Saluatoris: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me: verba vertis in opera, & nudam crucem nudus ſequens, expeditior & leuior ſcãdis ſcalam Iacob. Tunicam mutas cum animo, nec pleno marſupio glorioſas ſordes appetis, ſed puris manibus & cãdido pectore, pauperem te & ſpiritu & operibus gloriaris.

Huius libri meminit etiam ipſe Paulinus epiſt. nona ad Seuerum.

Ibidem.

Librum tuum quem pro Theodoſio principe prudẽter ornatéque compoſitum tranſmiſiſti, libenter legi, & præcipuè mihi, in eo, ſubdiuiſio placuit. Cúmque in primis partibus vincas alios, in penultimis teipſum ſuperas. Sed & ipſum genus eloquij preſſum eſt & nitidum, & cùm, Tulliana luceat puritate, crebrum eſt in ſententiis. Iacet enim (vt ait quidam) oratio, in qua tantum verba laudantur. Præterea magna eſt rerum conſequẽtia, & alterum pendet ex altero. Quicquid aſſumpſeris, vel finis ſuperiorum, vel initium ſequentium eſt. Felix Theodoſius, qui à tali Chriſti oratore defenditur. Illuſtraſti purpuras eius, & vtilitatem legum, futuris ſeculis conſecraſti. Macte virtute, qui talia habes rudimenta, qualis exercitatus miles eris? O ſi mihi liceret iſtiuſmodi ingenium, non per Aonios montes & Heliconis vertices, vt poetæ canunt, ſed per Sion & Itabirium & Sina excelſa ducere. Si contingeret docere quæ didici, & quaſi per manus myſteria tradere ſcripturarum, naſceretur nobis aliquid, quod docta Græcia non haberet.

Et paucis interiectis,

Si haberes hoc fundamentum, imò ſi quaſi extrema manus operi tuo induceretur, nihil pulchriùs, nihil doctiùs, nihil dulciùs, nihilque Latinius tuis haberemus voluminibus. Tertullianus creber eſt in ſententiis, ſed difficilis in loquendo. Beatus Cyprianus inſtar fontis puriſſimi, dulcis incedit & placidus, & cùm totus ſit in exercitatione virtutum, occupatus perſecutionum anguſtiis, de ſcripturis diuinis nequaquàm diſſeruit. Inclito Victorinus martyrio coronatus, quod intelligit, eloqui non poteſt. Lactantius quaſi quidam fluuius eloquentiæ Tullianæ, vtinam tam noſtra confirmare potuiſſet, quàm facilè aliena deſtruxit. Arnobius inæqualis & nimius, & abſque operis ſui partitione confuſus. Sanctus Hilarius Gallicano cothurno attollitur, & cum Græciæ floribus adornetur, longis interdum periodis inuoluitur, & à lectione ſimpliciorum fratrum procul eſt. Taceo de cæteris vel defunctis, vel etiam adhuc viuentibus, ſuper quibus in vtránique partem, poſt nos, alij iudicabunt. Ad teipſum veniam ſymmyſten, ſodalem meum, & amicum, amicum inquam meum antequàm notum, & precabor, ne aſſentationem in neceſſitudine ſuſpiceris, quin potius vel errare me exiſtimato, vel amore labi, quàm amicum adulatione decipere. Magnum habes ingenium & infinitam ſermonis ſupellectilem, & facilè loqueris & purè: facilitáſque & puritas mixta prudentiæ eſt. Capite quippè ſano, omnes ſenſus vigent. Huic prudentiæ & eloquentiæ ſi accederet vel ſtudium, vel intelligentia ſcripturarum, ... arcem tenere noſtrorum, & aſcendentem cum Iacob tectum Sion, canere in dogmatibus

quod in subilibus cognouiſſes. Accingere quæſo te, accingere. Nihil ſine magno labore vita dedit mortalibus. Nobilem te Eccleſia habeat, vt prius Senatus habuit. Præpara tibi diuitias, quas quotidie eroges, & nunquam Virg. Georg. lib. 3. *deficiant, dum viget ætas, dum nondum canis ſpargitur caput, antequàm ſubeant morbi, triſtiſque ſenectus.*

Et labor, & diræ rapiat inclementia mortis.

Nihil in te mediocre eſſe contentus, totum ſummum, totum perfectum deſidero.

Ex Epiſtola trigeſimaſexta libri ſexti D. Ambroſij ad Sabinum.

Paulinum ſplendore generis, in partibus Aquitaniæ, nulli ſecundum, venditis facultatibus tam ſuis quàm etiam coniugalibus, in hos ſe induiſſe cultus ad fidem comperi, vt ea in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniam, & ipſe pauper ex diuite factus tanquam deoneratus graui ſarcina, domui, patriæ, cognationi quoque vale dicat, quò impenſius Deo ſeruiat. Elegiſſe autem affirmatur ſecretum Nolanæ vrbis, vbi tumultum fugitans, æuum exigat. Matrona quoque virtuti & ſtudio eius proximà accedit, neque à propoſito viri diſcrepat. Denique tranſcriptis in aliorum iura ſuis prædiis, virum ſequitur, & exiguo illic, coniugis, contenta ceſpite, ſolatur ſe religionis & charitatis diuitijs. Soboles eis nulla, & ideò meritorum poſteritas deſiderata. Hæc vbi audierint proceres viri, quæ loquentur? Ex illa familia, illa proſapia, illa indole, tanta præditum eloquentia migraſſe à Senatu, interceptam familiæ nobilis ſucceſſionem: Ferri hoc non poſſe. Et cùm ipſi capita & ſupercilia ſua radant, ſi quãdo Iſidis ſuſcipiunt ſacra, ſi fortè Chriſtianus vir attentior ſacroſanctæ religionis, veſtem mutauerit, indignum facinus appellant. Veſtē mutare ob religionem.

Ex libri primi de ciuitate Dei, capite decimo D. Auguſtini.

Vnde Paulinus noſter Nolenſis Epiſcopus, ex opulentiſſimo diuite, voluntate pauperrimus, & copioſiſſimè ſanctus, quando & ipſam Nolam Barbari vaſtauerunt, cum ab eis teneretur, ſic in corde ſuo, vt ab eo poſteà cognouimus, precabatur: Domine non excrutior propter aurum & argẽtum, vbi enim ſint omnia mea tu ſcis. Ibi enim habebat omnia ſua, vbi eum condere & theſaurizare ille monuerat, qui hæc mala mundo ventura prædixerat.

Ex Epiſtola 32. D. Auguſtini ad Paulinum.

Quæ eſt 31 inter Epiſtolas D. Auguſtini, ea eſt Paulini. † Rapiuntur qui rapiũtur. &c.

Legi literas tuas fluentes lac & mel, præferentes ſimplicitatem cordis tui, in qua quæris Dominum, ſentiens de illo in bonitate & afferens ei claritatem & honorem. Legerunt Fratres & gaudent infatigabiliter & ineffabiliter, tam vberibus & tam excellentibus donis Dei, bonis tuis. Quotquot eas legerunt, †rapiuntur cum legunt. Quàm ſuauis odor Chriſti, & quàm fragrat ex eis! dici non poteſt, illæ literæ cum te offerunt vt videaris, quantum nos excitent vt quæraris: nam & perſpicabilem faciunt & deſiderabilem. Quantò enim præſentiam tuam nobis quodammodo exhibent, tantò abſentiam nos ferre non ſinunt. Amant te omnes in eis, & amari abs te cupiunt. Laudatur & benedicitur Deus, cuius gratia tu talis es. Ibi excitatur Chriſtus, vt ventos & maria, tibi, placare tendenti ad ſtabilitatem ſuam dignetur. Ibi coniunx excitatur, non dux ad mollitiem viro ſuo, ſed ad fortitudinem redux in oſſa viri ſui, quam in tuam vnitatem redactam & redditam, & ſpiritalibus tibi tantò firmioribus, quantò caſtioribus nexibus copulatam, officiis veſtræ ſanctitati debitis, in te, vno ore ſalutamus. Ibi cedri libani ad terram depoſitæ, & in arcæ fabricam compagine charitatis erectæ Mundi huius fluctus imputribiliter ſecant. Ibi gloria, vt acquiratur, contemnitur: & mundus vt obtineatur, relinquitur. Ibi paruuli ſiue etiam grandiuſculi filij Babylonis eliduntur ad petram, vitia ſcilicet confuſionis ſuperbiæque ſecularis. Hæc atque huiuſmodi ſuauiſſima ſpectacula, literæ tuæ præbent legentibus, literæ illæ, literæ fidei non fictæ, literæ ſpei bonæ, literæ puræ charitatis, &c.

Coniunx viro ſuo dux nõ ad mollitiem

Pſal. 136.

Ex epiſtola trigeſimaquarta Auguſtini ad Paulinum & Theraſiam.

Vos audio curis eiuſmodi expeditiores liberioréſque viuere, quare non impudenter ego rogo vos, & poſtulo & flagito, vt in Aphricam maiore talium hominum ſiti, quam ſiccitatis nobilitate laborantem, venire dignemini. Scit Deus quia non ſolùm propter deſiderium meum, neque ſolùm propter eos, qui vel per nos veſtrum propoſitum, vel vndecunque fama prædicante didicerunt, ſed etiam propter cæteros, qui partim non audiunt, partim audita non credunt, tamen poſſunt comperta diligere, vos iſtis terris etiam corporaliter adeſſe cupimus. Quamuis etiam ſedulà atque miſericorditer id agitis, tamen etiam coram hominibus regionum noſtrarum luceant opera veſtra, vt videant bona facta veſtra, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Et paulo ante finẽ: *Aduerſus Paganos te ſcribere didici ex fratribus: ſi quid de tuo pectore meremur, indifferenter mitte vt legamus: nam pectus tuum talo Domini oraculum eſt, vt ex eo nobis placita contra implicita, & aduerſus loquaciſſimas quæſtiones explicatiſſima dari reſponſa præſumamus.*

DIVI

DIVI PAVLINI EPISCOPI NOLANI, EPISTOLÆ.

PRIMÆ EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

Propoſuerat Seuerus Sulpitius ſubinde, vt inuiſeret Paulinum: verùm frequenti infirmitate impeditus, animi ſui propoſitum exequi nequibat. Hunc Paulinus laudat, quòd in ætate florentiore, & in ipſo adhuc mundi theatro diuerſans, honores, diuitias, coniugem, amicos, denique præſentis vitæ delitias auerſatus ſit, atque pauper & nudus, Chriſtum ſecutus. Deinde hortatur, vt immutabilem ad ſe veniendi animum teneat, mittitque panem, ac buxeam ſcutellam, mutuum amicitiæ ſymbolum.

SEVERO FRATRI, PAVLINVS.

ET excuſandum putaſti, frater dilectiſſime, quòd ad nos non ipſe veniſſes, ſecundum ſponſionem tuam A expectationémque noſtrã: tu verò potiore tui parte quàm manſeris, ſolo corpore domi reſidens, voluntate ad nos & ſpiritu & ſermone veniſti: quanquam ne corporaliter quidem penitus abſueris, quando in pueris tuis, ſancta in domino tibi ſeruitute connexis, corporis ad nos membra venerunt, tui. quamobrem frater verè ſancte, meritò dilectiſſime & io Chriſto B nobis vnanime, tibi repoſita iam in cælis eſt corona pietatis, quam iuſtus iudex reddet in illa die tibi & omnibus, iuxta te, charitate perfecta proximum in Chriſto, vel Chriſtum in proximo, diligentibus. Spiritualia enim carnalibus intuentes, facilè colligimus ex dilectione perſpicua quam fratri quem vides, exhibes, cæleſtem illam fidelem atqne perfectam qua Deum quem non vides, diligis: quod probamus obedientia fidei, ſi ſcilicet inuicem diligendo probemus nos, ſicut tu probas, illius magiſtri eſſe diſcipulos C qui vſque ad finem dilexit ſuos, & animam pro amicis ſuis poſuit, poteſtate eadem qua & ſumpſit. Ergo tibi, frater verè ſanctiſſime & meritò benedicte, in regione vioorum ſupra reginam Auſtri locus & merces erit. Illa enim peccatrix, vtpote †adhuc inuiſitarũ gẽtium ſocia, iam tamen viſitandarũ præuia, nõ habens legẽ literæ ſed habens fidẽ legis in tabulis cordis carnalibus, ſpiritu conſilij & pietatis iociſam, vtilitatis ſuæ cauſa & magni ac ſalutaris lucri ſtudio, tantis ab ioteruallis vltimi D orbis excita, diuinam audire ſapientiam concupiuit, vt quod non habebat acciperet, & lucem ſciẽtiæ qua carebat, hauriret. Iam tunc ſcilicet ſponſum ſuum ventura de gentibus regina deſiderans in odorem ſpirantis latè à propheta ſuo Chriſti, circumamicta varietate in veſtitu deaurato, &

Dei dilectio ex dilectione proximi cognoſcitur.

† forte. inuiſitarum.

Math.12.

populi & paternæ domus oblita, currebat, barbara natione non animo: & in aperto peregrina, ſed io occulto Iudæa, ſanctorum fieri ciuis optabat. A Vnde non ſolùm cæleſti præmio reſurrectionis beatæ, ſed etiam poteſtate Apoſtolorum de Iudæis adulteris iudicandi, ipſius ore iudicis, digna cenſetur, quia Chriſtum in Solomone mirata, verum reginæ cæleſtis affectum in imagine myſticæ Eccleſiæ prouidentis impleuerat. Ergo ſi illam in futuro diuina remuoeratio manet: cùm tamen & ipſa, iſtic, illo quoque tempore, magna ex parte receperit mercedem ſuam compotita deſideratum ſapientiæ cæleſtis auditum, quæ tandem præmia B rependentur tibi qui me, pari gratia & maiore opera, quia minore vtilitatis, ad præſens, tuæ ſpe deſideraſti. Quid enim quæſo in me deſiderandum habuiſti? Quid quod non haberes, à me ſumendum ſperaſti? Quod bonum tibi de colloquio imperiti? quæ vtilitas in aſpectu peccatoris foret? quid ab inſipiente ſapiẽs, rectus à prauo, beatus à miſero, ab infirmo fortis, ab inopi diues io Domino, capere potuiſti? Verè tu noo quæ tua ſunt quæris, ſed quæ Chriſti: quia non meritum nec emolumẽtum ex me tuum, ſed ſolam illam quæ plenitudo eſt e- C uangelij, charitatem, vel in tuæ peregrinationis cogitatu, vel in vexatione tuorum, cauſam habuiſti. Beatus es, quòd non habeo vnde retribuam tibi, retribuetur autem tibi in reſurrectione iuſtorum ab eo qui & in minimis ſuis ſe diligi teſtatur & recipi. Vnde & illud ait pro quolibet nominis ſui vel falſo aut inutili ſeruo verbis ſuis debitorem ſe faciens: qui recipit prophetam in oomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Mihi ſcilicet oon deceſſura ob hoc ſarcina mea, licet à iuſto ho- D norem iuſti peccator accipiam: tibi verò in remunerationem boni accepto ſerenda ipſa opinionis tuæ iuſtitia, quia ſancto errore, ſed vero pietatis affectu, bonum dominum honoraueris & in malo ſeruo. Qoid igitur miſeri faciemus, hinc etiam rationem & pœnã debituri, quòd honores accipiamus immeritos: & qui auditores tantũ lo-

Seueri Sulpitij laus.

Math.10.

gis ſumus, à factoribus prædicemur? Quo magis ſcilicet exprobretur nobis condemnandæ torpor ignauiæ, ſterilium ieiunitas animarũ, & in operibus bonis aridæ manus: cùm audiẽdo per ſermonem tuũ vera dignis (vt tu es) Chriſti ſeruis, atque ideo nobis falſa præconia, quantum debito conſtringamur, agnoſcimus: quando iudicium tuum noſtris actibus conferẽtes, quæ de nobis audimus non inueniamus in nobis? Quid enim ſimile gloriari poſſumus? etſi in domino gloriandũ ſit, quia nihil niſi eius munere acceptum habemus; attamen mihi ætas prouectior, & à primis iam annis honorata perſona potuit maturare grauitatem. Præterea corpus infirmius & decoctior caro, obterere ſtudia voluptatũ: ad hoc, vita ipſa mortalis in laboribus & ærumnis frequẽter exercita, odiũ rerum inquietantium parere, & de ſpei neceſſitate ac dubiorũ metu, cultũ religionis augere: poſtea denique vt à calumniis & peregrinationibus requiem capere viſus ſum: nec rebus publicis occupatus, & à fori ſtrepitu remotus, ruris otium & Eccleſiæ cultũ placita in ſecretis domeſticis trãquillitate celebraui, vt paulatim ſubducto à ſecularibus turbis animo, præceptiſque cæleſtibus accõmodato, procliuius ad contẽptum Mundi, comitatumque Chriſti iam quaſi de finitima huic propoſito via dimicauerim.

Caro decoctior.

Paulini conuerſio à ſeculo.

Tu frater dilectiſſime, ad Dominum miraculo maiore conuertus es: quia ætate florentior, laudibus abundantior, oneribus patrimonij grauior, ſubſtãtia facultatum nõ egentior, & in ipſo adhuc mundi theatro, id eſt, fori celebritate diuerſans & facundiæ nominis palmam tenens, repentino impetu diſcuſſiſti ſeruile peccati iugũ, & letalia carnis & ſanguinis vincula rupiſti. Neque te diuitiæ de matrimonio familiæ conſularis adgeſtæ: neque poſt coniugiũ peccandi licentia & cælebs iuuenta ab anguſto ſalutis introitu & arduo itinere virtutis, in mollem illã & ſpatioſam multorũ viam reuocare potuerunt. Beatus qui refugiſti de conſilio impiorum, & in via peccatorum perſiſtere noluiſti, & ſedere in cathedra peſtilentiæ dedignatus es, vt humilitate præcelſa pedibus crucifixi accubares. Tu ergo verus factor Legis, & Euangelij nõ ſurdus auditor, qui corpus & mundum confingens cruci, delicias iuuẽtutis & vitæ præſentis mala gaudia pro venenis & luctibus auerſatus es, reſpuens patrimoniorum onera ceu ſtercorum: meritò ſocrum ſanctam omni liberaliorẽ parente in matrem ſortitus æternam, quia cæleſtem patrem anteuerteras terreno parenti, exemplo Apoſtolorũ relicto patre in nauicula fluctuante, ſcilicet in huius vitę incerto, cum retibus rerum ſuarum & implicatione patrimonij, derelicto, Chriſtũ ſecutus: nec minoris, domeſticis opibus, ingenij facultatis laudẽ ab hominibus non accipiens, & inanis glorię ſublimiter negligens, piſcatorum prædicationes Tullianis omnibus, & tuis literis prætuliſti: confugiſti ad pietatis ſilentiũ, vt euaderes iniquitatis tumultũ: muteſcere voluiſti mortalibus, vt ore puro diuina loquereris: & pollutam canina facũdia linguam, Chriſti laudibus & commemoratione ipſa pij nominis expiares. O verè Iſrabelita, qui deum Iacob tam fida mente vidiſti, & tanquam in ipſius domini conluctatione firmatus prænaluiſti aduerſus principem huius mundi, & ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus debellaſti ſcuto fidei armiſque iuſtitiæ, præoptans Chriſto placere quàm hominibus, hominibus ſtultus eſſe quàm Deo: omni facundiæ, omniq́ue ſapientiæ huius mundi prætuliſti ſcandalum crucis, vt quod pereuntibus ſtultitia eſt, tu in partem ſalutis aſcitus, vt omnibus ſaluis futuris pateſcit, virtutẽ & ſapientiã dei eſſe cognoſceres. Beatus es frater, quia nõ caro & ſanguis reuelauit tibi hæc, ſed pater qui in cælis eſt, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, qui conuertit ſapientiã eorum, & ſtultã fecit, & elegit infirma ac ſtulta mundi, vt mundũ iſtum, his ipſis propter quæ Dominum †dignatur noſſe, confundat.

Theatrum Forum, Mundi.

Pſal. 1.

Baſſulam intelligit.

Matt. 4.

Canina facundia, Op o eloquẽtia forenſi

† melius, dedignatur.

Memento ergo tu noſtri magis qui locupletioribus meritis ad exorandi potentiam niteris. Nos enim licet iam accenſa in lumine Chriſti lucerna, tamẽ adhuc ſub modio peccatorũ latentes, veſtra, qui tã fidei & gratiæ quã operum luce cõſpicui per ſeptena domini candelabra fulgetis, deduci manu, veſtróq; oleo impinguari caput, cupimus: vt non, fumigãte lino (quod nec ipſum tamen miſericors dominus extinguit) obſcuri ardeamus, ſed puro & cæteris etiã præferendo fidelis exempli lumine luceamus: quanquã Domini gratia in tenebris relucente nõ obſcuri, per nominis ipſius claritatem, etſi remoti, vt audiſtis agamus. In cœnaculo enim noſtro ſecreti ſilemus, quia bonũ eſt viro, vt propheta tacens & ſedere ſingulariter & tacere. Vnde etiã in cauſis vociferãdis ſilere nos docuit ipſe Dominus, qui ſicut agnus corã tondente non aperuit os ſuum, qui tamen dixit: tacui, nunquid ſemper tacebo? Ipſius ergo voluntatẽ & iudiciũ taciti ſuſtinemus, qui potens eſt & nunc in nobis tacere, & cùm voluerit, interpellare pro nobis. Verùm interim in hoc nobis noſtra nocuiſſe peccata perſenſimus, quòd nec meruimus te videre: & inſuper hoc ad mala noſtra cumulatũ putamus, quòd & tentationum tibi cauſa fuerimus qui bis geminas, vt indicaſti, ægritudines pertuliſti: toties verberatus, quotiẽs ad nos venire conatus es. Sed quia ſæpè dominus ipſe (vt ſcriptũ eſt) Deus noſter tẽtat nos vt charitatẽ noſtram probet qua nos in ipſius pace diligimus, de tua potiùs fide quã de noſtra ſperamus, vt ſi præmiſſa tentatio probationem in te operata eſt, non vltrà valeat probata ideo charitatis vota fruſtrari. Ita enim tibi promptũ ineſſe ſpiritũ ſcimus, vt non vereamur ne ad impedimentũ cõmunis deſiderij, caro ſẽper infirma præualeat, quam, fide roboris animos, ſubiugabis: vt quod ex ſe nõ poteſt, in Chriſto poſſe cogatur ſi dicas ei, ne pugnes aduerſus ſpiritũ, eſto conſentiens aduerſario tuo in via & erit pax oſſibus tuis: &, cùm exaltauerit cor meum in deum viuũ, tunc etiã caro mea requieſcet in ſpe. Tene ergo frater quod tenes, ne coronã tuã accipiat alter: Cui ſimile eſt, vt quod volueras, velle non deſinas: & immutabilẽ, ad nos veniẽdi, ſententiã teneas. Religioſa conamina ipſe ad voti fructũ peruehet, in cuius poteſtate eſt ac fauore, vt poſſimus proſperè, quod piè volumus. Scimus enim, quia deſideranti bonũ, omnia procedunt in bonũ. Verùm & nos, quod quidem nobis gratiſſimũ ſignum cõcordię hominibus noſtræ fuit, infirmitatum tuarum indices literas, ægrotãtes accepimus, probauimuſq; in nobis ſecundum Apoſtoli dictũ & affectum cõpati ſibi vnius corporis

Meritis locupletioribus niti.

Matt. 5. Mar. 4. Luc. 11.

Thren. 3.

Iſ. 53.

Deut. 13.

Matt. 26. Mar. 14.

1. Cor. 12.

corporis membra. Nam & eo ipſo nos refectos ſenſimus, quòd reualuiſſe te ſcripſeras: vt in diuerſis licet terris poſiti, operantis in nobis ſpiritus vnitatem, tacita in corporibus ſeparatis connexione, A paribus aut incommodis aut remediis congruentes experiremur. Pone igitur & tu frater vnanime, melior in Chriſto noſtri portio, ſi quam ex noſtræ caſtigationis iudicio triſtitiam pia mente duxeris, quia caſtigans caſtigauit nos dominus & morti non tradidit nos. Viſitati enim medicà omnipotentis manu in ſpem ſanitatis à præſenti ægritudine ſouebamur, flagella inuicem noſtra mutuis conſolationibus mollientes. Nam ſolatium nobis magnum & dulce præbebat ipſa coniunctio paſſionis, quòd non ſine domini nomine, cuius in iuſſu nec paſſeris caſus in terram eſt, concurriſſe in B nobis ipſa vnitas verberum videbatur. Sic & commoditas cœperat ambobus vnà procedere: ſeu quòd alter alterius leuamine reſpirabat, ſiue quòd dominus vnitatis operator indiuiduo ſpiritu omnes ſuos nectens, neque carnalem in nobis ſubſtãtiam diſcrepare pateretur. Non hæc tamen tantum cauſa pueros noſtros morata eſt: nam Vigilantius quoque noſter in Campania, & antequam ad nos perueniret & poſteaquam peruenit, vi ſebrium laborauit: & ægritudini noſtræ, quia & ipſe ſociale membrum erat, †ſolariuo labore compaſſus eſt. C Denique ille cathecumenus, qui necdum noſtri corporis erat membrum, vulnera noſtra non ſenſit, & ſanus fuit atque expers languorum noſtrorum, quia ſuæ compaginis dolorem, caro adhuc aliena, ſentire non poterat. Ergo vt cœpit Vigilantius noſter progredi poſſe, tum demum cenſui ſcripta eſſe reddenda. Fatemur enim ambos multo antè properaſſe: ſed cùm ante virium receptionem temerè feſtinaret qui non poterat, impari † æquiualebat: ambos, quia non poteramus volentes, conſilio, retinuimus inuitos, ſilentio. Itaque D vt ſuprà ſcripſimus, poſt ægritudinem communi labore toleratam orationibus ſanctorum atque charorum, parte etiam, vt credimus, maxima tui reſpiciente, clementiùs Domino recreati, adhuc tamen exhauſtis corporibus infirmi: In quo quidem nos gloriari docet Apoſtolus quem potentẽ, vt prædicat, faciebat infirmitas: quia ſcilicet caro quæ aduerſus ſpiritum militat, cùm aduerſa valetudine frangitur, pariter infractis viribus ſpiritalem non valeat expugnare virtutem. Carne igitur † infirmi ad profectum ſpiritùs quidem non carnis exultat, & tanquàm inimicæ materiæ tribulatione lætatur, atque infirmatione domiti corporis conualeſcit ſana & valida charitate, quam erga te per Dominum Ieſum magnam habemus. E Dedimus has literas in ſolatium tui, & nos interim tenemus tuas, donec te ipſum vt ſpopondiſti, & quod nunquàm deſinimus à Domino ſperare, videamus. Multa ſunt quæ ad nos inuitare te, & de patria debeant ſeuocare: præ cæteris amor pacis & fuga zeli, qui maximè conſpectu aut viciniæ æmulæ conuerſationis accenditur: denique à nobis, Romæ zelotyporum incendia clericorum, lõginquitas vrbis extinguit, & omnis illic iniquitas obſtruit os ſuum, quia per abſentiam inde noſtram quaſi ſubducto ſomite, ſegnis odiorum flãma frigeſcit, nec in vocem audet erumpere, licet dentibus frendat inuidia, dum iniquitatis ſuæ con-

Matt. 10. Luc. 12.

† Forte. ſocio.

Cathecumenus nõ adhuc eſt membrũ Eccleſiæ.

† alij legunt, æqualebat.

for. infirmus.

Spiritus exultat Carnis tribulatione.

Zeli formes, & remediũ.

ſcia ipſa ſe erubeſcit, nec in promptu habet vbi faſces liuidæ mentis accendat. Pax tamen Dei quæ præcellit omnem ſenſum, abũdat in cordibus plurimorum, & opus Dei Saluatoris in nobis Campania tota veneratur. Romæ quoque pauci, etiam in clero ipſo a quo ſolo videmur ſcandalizari, morſu inuidiæ commouentur. Sed Domino gratias, qui & mihi miſerrimo peccatori ſuo dedit dicere, quoniam oderunt me gratis. Quod tamen ad me pertinet, cùm ipſis quoque qui oderũt pacem meam, mente pacificus ſum. Si quis enim vult contentioſus eſſe hoc noſtra conſuetudo non recipit. Horũ tamen ipſorum qui nos odiſſe & à conſortio ſanctitatis ſuæ ſegregare dicuntur, vix ad nos tenuis fama perlabitur, & ab auribus noſtris, ſpinarum B ſepè munitis, vt aura frigida vel importunum vacui culicis murmur excluditur. Sed plenius indicare poterunt conſerui noſtri, pueri tui, quantum nobis gratiæ dominicæ detrimentum faciat Vrbici Papæ ſuperba diſcretio: qui paucis ipſis diebus quibus interfuere, viderunt, quàm aſſidua nos, quàm ſedula ſollicitorum fratrum monachorum, antiſtitum, clericorum, atque etiam ipſorum ſæpe ſecularium Officia toto illo noſtro ægritudinis tẽpore celebrauerint: quòd apud vnanimitatem tuam, de Dominica tamen gratia cuius hoc quoque opus & munus eſt, gloriari licet, nemo propè C modum tota Campania Epiſcoporum non viſitare nos fas exiſtimauit ſibi. Et quos infirmitas vel neceſſitas aliqua deuinxerat, miſſis vice ſua clericis & literis affuerunt. Afri quoque ad nos, Epiſcopi, reuiſendos, prima æſtate miſerunt. Quod cùm ita ſit, vides quantoperè ad humilitatem noſtram feſtinare debeas, vt & paululùm occaſionem auferas quærentibus occaſionem, pro gratiæ vel charitatis augmento: peregrineris à patria, dum adhuc hoſpes corporis peregrinaris à Chriſto. Quia veritas ipſa teſtatur neminem prophetam D acceptum eſſe in patria ſua. Fateor autem, licet mihi nihil præſentia tua gratius dari poſſit, accenſum eſſe deſiderium meum flagrantius in præſentiam tuam, quòd multos fratres ſpirituales tecum nobis adfore ſpopondiſti. Eritne quæſo tempus illud, & illuceſcet ille aliquando dies, quo fraternitatem tuam, comite Electorum Dei cohorte, venientem in gremio iam communis patroni Domini & ducis mei Felicis excipiam? & quod nunc ipſius orationibus impetrari rogo, id impetratum, coram apud ipſum, pariter in Domino gratulemur? Cum ego vos ſimul & viciſſim complexos omnes meritò dicam conſcientibus vobis. Hæc E plane dies quam fecit Dominus, exultemur & lætemur in ea, quia bonum & iocundum habitare fratres in vnum. Tum ego te non in Monaſterio tantùm vicini Martyris inquilinum, ſed etiam in horto eiuſdem, colonum locabo ſed gratis, quia iam à patrefamiliàs accepiſti denarium tuum præter illos quos idem Dominus iam pro vulneribus tuis largus ſtabulario dedit, vt curatus oleo miſericordiæ & vino gratiæ, vtilius ad dominicam vineam integrato corpore locareris. Videre ergo iam mihi videor hortulum meum, aduentantibus tecum Domini mercenariis & cooperantibus, cultiorem. Neque enim difficile æſtimari, quàm facilè depleturi ſint leuioris culturæ laborẽ, quos in vineam ſuam Chriſtus elegit, & otioſos Deo

Pſal. 34. & 68.

Paulinũ ægrotantem frequentes inuiſebant.

Luc. 4.

Electos Dei, monachos appellat.

Appendix.

in vano huius ſeculi ſoro ſtare non paſſus eſt. Iam & domeſtica mihi poſt oſculum ſanctum gaudia, mente & cogitatione propono, cùm inebriante ſpiritu charitatis ſobriam miſceamus per pocula caſta lætitiam, nec in fermento nequitiæ, ſed in azimis ſinceritatis pia feſta celebremus, pſallentes Domino in hymnis & canticis ſpiritualibus, cantantes linguis & cordibus Deo omne quodcunque agimus in verbo vel in facto in nomine Ieſu Chriſti, gratias agentes Deo patri, per ipſum: qui facit vnius moris habitare in domo, vt ſpero nos faciet inter nos in ſemetipſo habitare, qui fecit vtrunque vnum, & exaltatus omnia traxit ad ſe qui humiliatus ipſe pacificauerat omnia, reconcilians mundum Deo: cùm repleuerit gaudio os noſtrum præſentia veſtræ vnanimitatis, dicemus: magnificauit dominus facere nobiſcum, & in abundantia lætitiæ noſtræ benedicemus vos de domo domini, quia benedicti vos domino, qui veniſtis in nomine domini: calicem ſalutaris accipiatis, & edatis panem beatorum in regno dei. Vos enim eſtis coram domino Ieſu ſatietas noſtra & gaudium. Aude igitur erumpere non tuis opibus & viribus, ſed fretus & nixus in Chriſto, quia virga eius & baculus ipſius nos conſolatur, & ſuſtinet & gubernat, qui portat ægrimonias noſtras & infirmitates noſtras ſuſcepit, dat laſſo virtutem, conſortat genua debilia, ipſe ſtatuet & immaculatam & inoffenſam vitam tuam: præcinget te virtute & perficiet pedes tuos tanquam cerui vt exultes ſicut gigas ad currendam viam, ne impedire te poſſit trepidæ carnis infirmitas: qui non carne, ſed ſpiritu incedis. Seruientes enim Chriſto, corporis ſeruitio, animi imperio magis vtimur. Atque ideo voluntatem noſtram Chriſto auctore directam caro iuſſa comitatur: trahitque corpus ab animi fortitudine firmitatem, & ad domini habitum, famulus, componit obſequium: atque ita virtus in infirmitate perficitur, dum anima conſenſu carnis edomitæ deo ſeruiens, per infirmitatis miniſteriū implet officia virtutis. Intende igitur & proſpere procede, & deducet te mirabiliter dextera dei: miſericordia eius & gratia præibunt faciem tuam: & ſi infirmus domo prodeas, robur acquires eundo: ſperantes enim in domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ. Si ergo habeas cor ardens in via, renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua. Curres, & nō laſſaberis: ambulabis, & non deficies: non te virga, non pera, non ſacculus prægrauabit: non calciamenta, nec duplex veſtis impediet: ſed exuto carnalibus vinculis, vt in terra ſancta liceat ſtare, veſtigio, lumbiſque præcinctis, nullo ære graui zona, feſtinãter, vt Paſcha Domini & opus Chriſti, in tempore collecto, gerendum eſt: viam tuam curres, proſperum iter faciet Deus ſalutarium noſtrorum: omnis tibi vallis implebitur, & omnis collis humiliabitur vt fiant aſpera iniquitatum in vias planas, ne vſquam itineris offendas pedem tuum: quia angelis ſuis mandauit vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis: & ipſe Dominus protectio tua, ſcuto pacis ſuæ circumibit te prælucens tibi in lumine vultus ſui, & prætendẽs in vmbra alarum ſuarum vt per diem ſol non vrat te, neque luna per noctem. Vbique loci cuſtodiet atque benedicet introitus & exitus tuos, vt in omni loco filium pacis inuenias, & ſuper omnem hoſpitem pax tua veniat. Quòd ſi fortè proficiſcens, cogitata charorum hominum vel aſſuetorum locorum diuulſione, lacbrymaueris, temporalis triſtitia tua in æternam lætitiam conuertetur. Euntes, inquit, ibant & flebant, mittentes ſemina ſua: venientes autem venient in exultatione portantes manipulos ſuos. Ita tu & ſi veniendo fleueris, redeundo gaudebis: & in gaudio metes quæ in lachrymis ſeminaueris. Gratia domini Ieſu Chriſti, & charitas Dei Patris, & communicatio Spiritus ſancti cum tota domo tua non manu facta, quia vos eſtis templum dei viuum, ædificatum in fundamẽtis Apoſtolorum in Chriſto Deo, mihi vnanime, venerabilis, dilectiſſime & deſideratiſſime, ſanctam parentem noſtram, matrem in Chriſto, cohæredem tuam, veneratione, qua digna eſt, ſalutari peto. Conſerua † mea in domino fraternitatẽ tuam, quo veneratur affectu, ſalutat. Et vos, à nobis, omnem ſanctam fraternitatem qualem agere vobiſcum certi ſumus, multo obſequio ſalutate. Salutãt vos omnes qui in domino nobiſcum ſunt: vt ex Hebræis Proſorus, & Reſtitutus amans Dominum & te in Chriſto compertum diligens, & multum deſiderans. In epiſtolæ titulo imitari præſtantem in omnibus mihi fraternitatem tuam timui, quia tutius credidi verè ſcribere. Caue ergo poſthac, ſeruus Chriſti in libertatem vocatus, hominis & fratris & conſerui inferioris ſeruum te ſcribere: quia peccatum adulationis eſt magis quàm humilitatis iuſtificatio, honorem vni Domino, vni magiſtro ſuper terram, vni Deo debitum, homini cuilibet, ne dicam miſerrimo peccatori deferre. Sufficit charitas de corde puro, & fide non ficta: quod autem abundantius eſt, à malo eſt. Obſecro te frater per dominum, vt præſumptionẽ de te meam ſpiritu reuelationis inſpicias, alioquin & offenſam tuam poſſum vereri de epiſtola tam loquaci: ſed apud charitatem, quæ omnia ſuſtinet, ex eo ipſo gratia debet augeri, quo faſtidium comparari ſolet: vbi nulla charitas tædium temperat. In dictando enim dum te cogito, & totus in te ſum, quaſi apud præſentem longo interuallo loquar, obliuiſcor impoſitum finire ſermonem. Panem Campanum de cellula noſtra tibi pro Eulogia miſimus, tantum meritis in Domino tuis freti, vt plena ad te perferendum ſui gratia crederemur: tu licet vberioribus micis à Domini menſa iam ſaturatus ſis, dignare & à peccatoribus acceptum in nomine Domini panem in Eulogiam vertere: ac ne panis ſiligineus tibi modum noſtræ humilitatis excedere videretur, miſimus teſtimonialem diuitiarum noſtrarum ſcutellam buxeam, & apophoreton voti ſpiritalis accipies, habiturus exemplo, ſi nec dum ſimili argento vteris. Quod ſi Nigellatum habes, mitte nobis per ea vaſcula quæ pueris filiis noſtris demandauimus. Amamus enim vaſa fictilia, quia & ſecundum Adam cognita nobis ſunt, & Domini theſaurum in talibus vaſis commiſſum habemus. Præterea peto, quia ſummum animi tui ius habere me confido, vt ſi neceſſe fuerit, deficientibus à me & libertis & fratribus tuã curam impẽdas, & ordinare digneris qualiter ad nos vinum vetus, quod Narbone adhuc nos habere credimus, perueh atur. Ne timeas frater ſancte damnum, ſi nos feceris etiam pecuniæ debitores. omnes enim noſtri à nobis declinauerunt, ſimul impij facti

Oſculum ſanctum. — *Ex. 12.* — *Pſa. 125.* — *† libera ſiã dicit.* — *Sancta fraternitas.* — *Seruum ſe hominis cuiuſpiã aquabis appellare, an liceat.* — *1. Tim. 1.* — *Panis Cãpanus ſiliginem. Eulogia.* — *Vinum Narbonẽſe.*

impiĩ ſacti ſunt, & inimici hominis domeſtici eius.

EPISTOLA 2.

Seuerus Paulinum laudauerat, quòd diſtractis atque diuenditis omnibus facultatibus tam ſuis quàm etiam coniugalibus, pretium illarum in pauperes contuliſſet, quò Chriſto impenſius militaret. Huic reſpondet Paulinus, rem eſſe maioris momenti ſi quis ſemetipſum hoſtiam viuam & ſanctam Chriſto impendat, ipſumque tum vita, tum moribus ſequatur. Deinde quanta pericula, inſidiæ & hoſtes immineant Chriſto militanti, enumerat.

Seuero fratri, Paulinus & Theraſia peccatores.

DE PERFECTIONE CHRISTIANA.

HAbeo tibi adhuc aliquid dicere, quanquàm tu in opertis literarum promptuariis accipias, & ſuper tecta (quãtum in te eſt, vt ipſe profiteris) Iudeas prædicare: ſed ſi hanc quam de te apud nũc depoſituri ſumus querimoniá, inter cætera loquacitatis noſtræ inepta deprõpſeris, tuam ſimiliter temeritatem diuulgabis: De qua conquerentes, hãc Epiſtolam facimus, ſuperioris fine commoniti, de charitatis videlicet & perſectionis verbo, vt illius faceremus exordium: hæc enim nobis præ nimio tuæ vnanimitatis affectu expoſtulandi cauſa eſt, quòd te multa dilectio vſque ad mendacij peccatum trahit. ſiue enim ea reputem quæ de te, ſiue illa quæ de nobis loqueris, onera noſtra iniuſtis laudibus cumulans, tua ſalſis vituperationibus muniens, arguam te in charitatem de charitate peccare. Charitas enim (inquit) benignã eſt, charitas proximo malum non operatur. Benignã eam nobis exhibes, quod experimur, nam & in eo gloriamur: ſed vide ne contra eius regulam videaris operari malum proximis quibus ſarcinam peccatorum, pondere indebitæ laudis, adcumulas: & quaſi non idem volens nobis quod tibi, ſiquidem de nobis ita loqui iuſtum exiſtimes vt de te inutile tibi iudicas: iure audies, ſi rectè diligas, non rectè diuidas, peccaſti. Niſi fortè id quoque altiore pietatis conſilio facias, vt dum aliena nobis bona verba indulges, ſtimulum pudoris ſuggeras: vt legentes quod eſſe debemus, boni eſſe diſcamus, nitamúrque nos iuxta ſermonem tuum promere & forſitan poſſimus effici: quod noſtra tamen dum conſcientia nõn agnoſcit, fidem ſermonis tui & blandimentum aſpernatur verecundia quæ te apud teipſum, vt dixi, contineat, cur audeas nobis, vt decertato agone victoribus, palmam perfectionis aſcribere, quoniam omnem terrenæ poſſeſſionis ſarcinam expoſuiſſe videamur: te, contrà, adhuc infelicem & in luto fecis infernæ adhęrentem ingemiſcas, quòd vel vnum, vt ſcripſiſti, prædiolum non vendidiſſe videaris: cùm ipſum quoque, æquè vt vendita, à tuo iure præſenti alienaueris, vt maioribus fidei fructibus bis deuotus exiſteres Deo: diuerſo mercimonij opere, ſed vno vitæ lucro intra eiuſdem præcepti terminos vẽditor largitórque fundorum, & ideo

Dilectione trahi ad mendaciũ.

De charitate in charitatem peccare.

1. Cor. 13.

Perfectionis palma

ſine † animi captiuitate poſſeſſor, quia quæ reſeruaſti, Eccleſia te ſeruiente poſſideat. Itaque de A ipſius verbis Domini, noſtras pariter ac tuas pende rationes, ne vel tibi vt impedito diffidas, vel nobis vt iam liberis congratuleris, diuiſiones eſſe gratiarum & menſuras donationum quas vt in corporis ſui membris, vnus atque idem diſpenſator, operatur Deus, diuerſa in ſuo corpore diſtinguens placitis membra muneribus, ſed corpus vnum ex diuerſitate membrorum ſtruens, vt hinc quoque gratia ſacri corporis augeatur, ſi multiplex virtus in vna compage numeretur: vt ſtet regina à dextris eius in fimbriis aureis, circumamicta varietate. Vide nunc quantùm in ea tibi donauerit Deus, cui & in B illorum ſorte tribuit portionem, qui in lege perfecti vixerunt: Ita poſſidẽtes vt non poſſiderentur à poſſeſſionibus ſuis, neque vllam aut rerum aut neceſſitudinum charitatem, vt in Iob & Abraham & Loth oſtenditur, dominicæ charitati & diſciplinæ anteponerent: ſed eorum ſis particeps quos Euangelica plenitudo conſummat, qui maioris opulentiæ & illecebræ prædia vendidiſti: vnde confido parem tibi in medio diuinarum ſortium requiem vt dormias ſicut ſcriptum eſt, inter medios cleros, id eſt, ſortes Domini quæ in duobus Teſtamentis accipiũtur, de quibus hæreditas Domini & ſanctorum C plenitudo perficitur: vnde paratus ſum Dominicum aduerſum te verbum in diuerſum vti, vt dicam tibi: In fratris tui oculo feſtucá gratiæ vides, & in tuo eiuſdem boni maſſam non ſentis: cùm vtraſque (vt dixi) ſanctorum occupaueris partes, nec in reſeruatis prædiis poſſeſſor, & perfectus in venditis Itaque & in quo poſſeſſor videris, ſoluta à poſſeſſionum vinculis mente perfectus es, qui collecti temporis memor, illud Apoſtoli comples, vt habens non habeas, quia non tibi, ſed non habentibus habens: domus tuæ hoſpes es, vt ſis hoſpitum domus: patriç tuæ peregrinus es & exul iſtius Mundi, vt ſis incola Paradiſi, D & patriæ ciuis antiquæ. Non tricliniis tua tecta occupas, neque ſupellectilis aut pecuniæ molibus ſtipas, ſed de peregrinis & egentibus vnius ipſe metator anguli comples, tuorumque conſamulus vernulorum temporale habitaculum tui tecti, nõ vt paterfamilias vſurpas: ſed vt mercennarius vel inquilinus manes, ſtipendium quaſi precariæ mãſionis Domino penſitans de ſocia & corporis tui & animi ſeruitute: quòd ei iuxta operis modum porrigenda eſt, vel contrahenda merces, & compenſatio quædam facti infectique facienda eſt. Æqua ratione perfectio animi tui cùm eorum opere ducitur qui omnia vendiderunt, quia nec E tu tibi aliquid vel in iure, vel quod eſt amplius, in animo reliquiſti, qui ſic vteris mundo quaſi nõ vtaris. Atque haud ſcio, quàm fortioris fidei iudicanda ſit iſta conſtantia & firmitas tui cordis, qua inter ignes non vreris, inter laqueos non caperis, picem tangis nec inquinaris: quàm eorum quos tu fortes putas, ego autem infirmiores arbitror iudicandos, quia non credentes infirmitati ſuæ, feſtinauerunt alienare omnia quibus inhærere timuerunt. Tu igitur inter mortuos liber, qui in poſſeſsione terrena, terra iam non es & terreni ſeminis, nec morticinorum contagione polleris, nec habitas in dormientium proiecto-

† alij legunt. amici.

Pſal. 44.

Pſal. 67.

Matt. 7.

Luc. 6.

1. Cor. 7.

rum ſepulchris, quia in cælo ſepeliſti vitam tuam
quam in Chriſto abſcondiſti. Nos autem non pa-
† *Perfectionem dicit, vitã quã ducebat Monaſticam.* tiamur inuidiam† perfectionis: ſed potius accipia-
mus veniam infirmitatis, quia negare non potes,
ſortius eſſe, manentibus quam alienatis rebus ca-
rere: & ſpernere quod habeas, quàm non habere
quod ſpernas. Sanè conſidera ipſa, de quibus no-
bis adrogas perfectionem, verba Domini, & vide-
bis te principia pro fine poſuiſſe: ſi vis, ait, per-
Mat. 19 fectus eſſe, vade & vende omnia tua & da paupe-
ribus: ſi in hoc ſententiam terminaſſet, te falsò ar-
guerem, & vltrò expoſcerem vt mihi tanquàm
vicina, de ſimilitudine eiuſdem ſtudij, anima con
gratulareris, quia agonis impleti palmam quaſi
decimam illam dragmam, quam in primo carnis
parente perditam intra domum, tamen tandem
accenſo verbi ſalutaris lumine inuentam, in ma-
nibus iam teneremus: ſed cùm videas quantę mo-
lis verbum ſuperſit, cùm ipſe dominus maieſtatis
adiiciat: & veni, & ſequere me: Iſtam potiùs dif-
ficultatem conſidera, & dilatato corde metire:
tunc intelliges maiores tibi cauſas pro nobis ſu-
pereſſe ſolicitudinis, quàm eſſe gratulationis. Fa-
cilè enim nobis bona, vel onera appoſita, pallium
remittentibus exciderunt: & quæ nobiſcum non
intuleramus in hunc mũdum nec poteramus au-
ferre nobiſcum, quaſi mutuata reddidimus: nec
vt cutem à carne diſtraximus, ſed vt veſtem à cor-
pore depoſuimus. Nunc opus eſt, vt quæ verè no-
ſtra ſunt, depẽdamus Deo, hoc eſt cor & animam
& corpora noſtra exhibentes in hoſtiam viuam,
vt ſcriptum eſt, Domino: noſque ipſos ædificātes
ei in templum ſanctũ, in ipſo lapide angulari qui
nobis ſanctificationis noſtræ formulam in ſemet-
ipſo dedit, & ait: Sancti eſtote, quoniam ego ſan-
ctus ſum. Quæ igitur nobis gratia, ſi in alieno tan-
tum fideles fuerimus, niſi de proprio ſeruiamus,
Liberum voluntatis Arbitriũ. Id eſt, de libero voluntatis arbitrio, ex toto cor-
de noſtro, & ex totis animæ noſtræ (vt ſcriptum
eſt) viribus diligentes Deum? in quem nos affectũ
laceſſit propheta qui dicit: voluntariè ſacrifica-
bo tibi. hoc enim acceptum & placitum coram
Deo, vt bonum noſtrum ſit voluntarium, qua-
Caute legendum. tenus recipiamus quæ noſtra ſunt, Paradiſi ſcili-
cet domum & vitam æternam, in quibus creati
ſumus: quàm ſi, ab huius terrę in quam damnatio-
ne deuenimus, poſſeſſione purgati receperimus,
tunc verè vt ab exilio in patriam reſtituti, vel pe-
regrinatione lõginqua in genitalem domum re-
Pſal. 141. duces, poterimus dicere: portio noſtra deus in ter
ra viuentium. Quamobrem temporalium, quæ in
hoc ſeculo habentur, bonorum relictio ſiue di-
ſtractio, non decurſus ſtadij ſed ingreſſus, nec vt
Temporaliũ bonorũ abiectio, ianua eſt ſalutis. meta ſed ianua eſt. Non enim tum vincit cùm e-
xuitur athleta, qui ideo nudatur vt incipiat dimi-
care, cùm legitimè certauerit coronandus: & na-
tator amnem interpoſitum ſuperaturus exuitur,
nec tamen hoc tanto apparatu quòd ſe diſpolia-
uerit tranſnatabit niſi totius corporis niſu & om-
nium ſcita mobilitate membrorum, & propulſu
pedũ, & remigio brachiorum, & lateris in-lapſu,
torrentis impetum ſcindat, & laborem natationis
exhauriat. Video tamen nobis, & in beato Pa-
triarcha Iacob huius expeditionis ordinem pro-
Gen. 32. luſiſſe, cùm illum lego poſtea quàm torrẽte trãſ-
miſſo præmiſſis curarum ſuarum oneribus, id eſt

A facultatum corporalium & neceſſitudinum im-
pedimentis, ſolus in Tabernaculi loco remanſe-
rat: Deo colluctatum cùm extorquenda benedi-
ctione præualuit, & illud cælo terriſque ſacra-
tum, Iſrael, nomen accepit In quo tametſi prin-
cipaliter ſacramenti ſalutaris præfiguratio eſſe
videatur, quòd videlicet in Iudæorum typo,
hoc eſt corporis ſui ſobole, Iacob præualuerit
Domino: ſicut ille populus in eius paſſione Pi-
lato extorquenda præualuit, ſicut ſcriptum eſt
cùm dicerent: Crucifige, crucifige: & inualeſce- *Ioa. 9.*
bant (inquit) voces eorum: attamen in huius no- *Luc. 23.*
ſtri nunc ratione ſermonis eatenus vſurpanda vi-
detur hiſtoria, quatenus imaginem Euangelicæ
B præceptionis operata eſt: vt illo videlicet exem-
plo intelligamus, non poſſe nos eſſe idoneos ad
congrediendum Deo, cui vtique congredimur,
cùm verbum eius implere nitimur, & in virtutes
diuinas imitatione ipſius præualere conamur. I-
taque ad corripiendam vitæ viam capiendũmque
Dei verbum, & præualendum in regnum cælo-
rum quod à diebus Ioannis vim patitur: & à di- *Matt. 11.*
ripientibus idonei eſſe non poſſumus, niſi omnia
quæ vel amore vel cura, ſi in itinere iſtius ſeculi
nobis adhæreant, impediunt & retardant, ante o-
bitus noſtri veſperam præmittamus: & inde per
totam huius ſeculi noctem apprehendere, & te-
C nere Chriſtum, ſollicità ſpiritalium operum ac
ſtudiorum contentione, luctemur: Nec diuella-
mur à charitate Chriſti, ſicut Iacob ab eius am-
plexu, niſi extorqueamus benedictionem. Atque
vtinam & ad ſalutaris inſigne luctaminis, neruum
femoris noſtri maieſtatis ſuę timore percutiat:
quo obſtupeſcente, infirmabitur virtus carnis, &
ſpiritalis gratia conualeſcet. In Iacob tamen, ad
Iudaicę ſterilitatis & deprauationis typum, per- *Gen. 32.*
culſi femoris neruus emarcuit, eam filiorum eius
partem indicans, quę degenerans à fide patrum
deſtitit Deo eſſe fœcunda: vnde habes, quia fœ-
cunda in filiis infirmata eſt: & à pręceptis aucto-
D ris ſui deuia, in erroris ſui ſemitis claudicauit: ſed
nihilominus & nobis cauendum eſt ne ſteriles
appareamus in conſpectu Domini, néue debili
pede in eius itinere claudicemus: & vt potiùs
corporeis fructibus infœcundi, illum de diuinę
manus ictu, femoris paterni ſtuporem, ad con-
tinentię rigorem trahamus, vt enerues cupidita-
tibus, quibus virtus fidei ſubneruatur, confirme-
mus animam caſtitate quam Apoſtolus docet: *1. Theſ. 4.*
quam etiam carnales athletę diligenter tuentur,
quòd nobis impendiore ſtudio ſeruanda eſt, pro
illa immarceſſibili corona luctantibus, cùm etiam
pro temporali & fragili corona decernentibus,
E excolatur. Quare ſub hominum & Angelorum
ſpectaculis in huius Mundi theatro ante Domi-
num dimicaturi, exuamur oneribus aduerſis, vt
medicis operibus induamur. In hoc enim ipſum
nos pręparari vult qui dicit: ſequere me: vt ap- *Matt. 19.*
prehendamus eum in quo apprehenſi ſumus ab
ipſo: qui nos illò vocat, vbi ſedet ad dexteram
Dei in gloria Patris, omnibus dicit: Venite ad me *Matt. 11.*
onerati & laborantes, & inuenietis requiem ani-
mabus veſtris. Omnem enim, quãtum in ipſo eſt,
hominem ſaluum fieri vult, qui fecit omnes: Nam
& idcirco deſcendit ad nos, vt ad illum aſcende- *1. Pet. 2.*
remus. Ideo conformatus eſt corpori carnis no-

ſtrę quę

ſtræ quæ peccato ſeruiebat, vt nos conformaret
corpori carnis ſuæ quæ peccatum non fecit, vt
Originalis gloria. verè ad Originalem gloriam reformetur ſi diui-
nam ſimilitudinem Chriſti imitatione capiamus.
Nam in Adam, ſolam nobis imaginem remanſiſſe,
ipſa quæ opificium diuinæ manus narrat, Gene-
Gen. 1. ſis oſtendit: in qua, ſimilitudo cum imagine Dei,
in ipſo adhuc hominis faciendi molimine nomi-
natur: ſed capite ſubſequenti, quo iam factus ho-
Gen. 5. mo tantùm ad imaginem Dei ſcribitur, ſimilitu-
dinem quaſi peccaturo fuiſſe ſubtractam indicat
profectò futuræ præſcientia, vt † reſeruaretur ho-
† forte, reformaretur. minibus in Chriſto qui per obedientiam pietatis
ſuæ reconciliauit Patri Mundum quem inconci-
liauerat primi Parentis inobedientia. Et ideo ſi-
militudinem Dei quam ſeruus in cupiditatē Do-
minicæ æqualitatis elatus amiſerat, ipſe Dominus
in formam ſerui exinanitus recepit: & homo qui
in ſuperbia ſua per fraudem Zabuli ceciderat, in
humiliatione Domini altiſſimi proſtrato Zabulo
per fidem ipſius, in Domini humilitate reſurre-
xit. Hic ergo pro nobis dolens, & propter nos o-
bediens factus vſque ad mortem crucis, viam vi-
Philip. 2. tæ nobis perfectionémque virtutis non in vendē-
dis tantùm prædiis & pretiis erogandis, ſed in ſui
ſectatione propoſuit. & quia dixerat, Cùm exal-
Ioa. 12. tatus fuero, omnia ad me traham: Ideo dicit: ve-
ni, ſequere me. Beatus qui tam proximo interual-
Matt. 19. lo ſequitur, vt dicat: Adhæſit anima mea: quod il-
Pſal. 62. la tātū charitas dicere poteſt, quę finis pręcepti &
plenitudo legis eſt: id eſt, de corde puro & bona
cōſcientia, & fide non ficta, ſerta inſerit & affigit
Deo, vt nihil extra Deū amans, dicat: Et ego ſem-
per tecū. Quare totus labor & plenū opus nobis
in obſeruātia & expoliatione cordis noſtri eſt, cu-
ius tenebras vel abſtruſas in eo ſomnici latebras
videre nō poſſumus, niſi defæcato ab externarum
rerū curis animo, & intus ad ſemetipſum cōuerſo.
Prou. 4. Nō enim fruſtrà dictū eſt: Omni cuſtodia ſerua
cor tuū. Credo iam expertus ſis, quàm laborioſum
Hominis cum Dæmone certamen quā laborioſū. nobis & aſſiduum vel quotidianum cum hoſte
certamen ſit, & quantæ in eo verſentur inſidiæ?
quæ illic vitiorum virtus, quanta virtutum infir-
mitas ſit, quàm prona eius ad prauitatē relapſio,
quàm piger ad Deum niſus. Nunc mihi illa priùs
clauſa intra me diſcordia diuerſæ legis aperitur:
nunc ſentio vim legis aduerſæ, quæ velut iniecta
manu captiuum me trahere contendit in legem
peccati: & recognoſco, quoniam beatus ille vir
mea potiùs infelicitate vritur, & de mea affectio-
ne pro me dolens clamat: infelix ego homo, quis
Rom. 7. me liberabit de corpore mortis huius? Sed idem
magiſter me recreat & reficit oſtendens mihi e-
xitum ſalutarem, ſi tamen velle adiaceat mihi, vt
perfectionem merear inuenire, gratia Dei per
Ieſum Chriſtum dominum noſtrum qui exoran-
dus eſt, vt præualeſcat inimicis noſtris & tenebris
ſuperabundet: deſtruat in nobis aliena vel noſtra,
& ædificet ſua, quod etiam amicos Dei, orando,
meruiſſe cognoſcimus, qui vtique cor ſuum pa-
Pſal. 50. tiebantur cùm dicerent: cor mundum crea in me
Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus
meis: quo exorato iam ſecurus dicit: proba me
Pſa. 7. 17. & 25. Domine, & ſcito cor meum, & vide ſi via iniqui-
tatis in me eſt. Sed ne hanc ſui confidentiam ſua
magis virtute quàm Dei gratia meruiſſe videa-

A tur, idem dicit: quia tu Domine poſſediſti renes
meos. Nihil enim, vt dominus ipſe dixit, ſine eo fa- *Ioa. 15.*
cere poſſumus: quia ipſe eſt vitis vera, & nos ſar-
menta eius. Si in eius dilectione maneamus, nō a-
reſcemus, viuentes ſucco radicis æternæ: nec ad
ignem amputabimur ira, ſed ad fructum pu-
tabimur diſciplina, purgante nos Euangelicæ fal-
cis acie, vt caſtigata luxurie palmitis noſtri fru-
ctuoſiùs pululemus. Ergo inchoaturus agricul-
turam in nobis ſuam, dicit: ignem veni mittere in
terram: quò videlicet cor noſtrum peccatis obſi- *Luc. 12.*
tum quaſi agrum ſpinis horridum purget vrens
nos in vitiis, & in ſenſibus luminans, veterúmque
B in nobis actuum ſtirpes, ſalutari face, pius cultor
inſequitur vt reſiduam meſſis vetuſtæ ſtipulam
ſermo ignitus accendat, & animam noſtram qua-
ſi campum nouæ ſationi pręparet, quę lætam vir-
tutum ſegetem eradicatis, impreſſo diuini verbi
vomere, ſpinis, liber effundat, dignáſque cæleſti-
bus horreis fruges, perempta graminum noxiorū
ſtirpe, multiplicet. Sed quia non agricultura tan-
tùm ſed ædificatio Dei ſumus, qui gratia & Spiri- *1. Cor. 3.*
tu eius ac verbo colimur & ſtruimur, ædificatu-
rus nos eo itinere quo poſt ſe vocat: iſto opere
pręparat, quo venditis rebus abſolui priùs ſuadet
quarum cura vel amor, quoniam mentis ipſius
C præſtringit aciem, & animam ab interioribus ſuis,
abductam ad exteriora ſollicitat. Dicit etiam no-
bis per Prophetam: vacate & videte, quoniam e- *Pſal. 45.*
go ſum Dominus: nónne & hic videtur dicere: nō
poteſtis duobus dominis ſeruire? Non enim otiū
nobis ſuadet hoc verbo, qui inſtanter orare & vi- *Matt. 26.*
gilare nos monet ne intremus in tentationem,
ſed vacare à ſeculo vt occupemur ſibi, vacare ab
his negotiis quibus implicati otiamur Deo. Ita-
que nouitatem vitæ in nobis ædificantes, neceſſe
eſt vt vetuſtatem deſtruamus: & quia nullum te-
nebris cum lumine, & Mammonæ cum Chriſto
poteſt eſſe commercium: expedit nobis vt vetera
D vitemus, & occupationis pariter ac vacationis ge-
nere conuerſo implicemur quibus vacauimus, vt
viciſſim vacemus quibus fuimus implicati, moria-
mur quibus viximus, & viuamus viciſſim his ope-
ribus ac ſtudiis quibus mortui fuimus. Cùm vi-
tiorum eſſemus mortui, & mortificantia gerentes
in mortuis viueremus. Vnde ſanctus magiſter hu- *Paulus,*
manum & æquum poſtulat, vt ſicut exhibuimus *ſanctus*
membra noſtra ſeruire iniquitati, ita exhibeamus *magiſter.*
eadem miniſtra iuſtitiæ: mutatis dominis, & ſtu- *Ro. 6.*
dia mutemus. Neque enim ſeruitutem aut liber-
tatem deponimus tantùm commutatione domi-
norum, ſed felicitatem acquirimus, ſeruitute, in
E melius, cum libertate mutata, quando vinculum
iniquitatis rumpimus & iuſtitiæ iugo ſubdimur,
ac diuino timore frenamur, incipientes, verſa in
directum via, liberi eſſe peccato, cui ſeruiebamus
in libertate miſera, iuſtitiæ rebellantes. Nunc i-
gitur viciſſim Deo ſerui, & huic mundo rebelles,
ingredimur agonem, & ipſum cui ſeruiebamus
hoſtem, freti Domino, prouocamus. Recognoſcis
profectò mi frater (nam experto communiter vt
commilitoni loquor) quanta nobis diſcordia, & *Caro Dæmonem iuuat contra*
quantus eſt hoſtis in nobis, non carnis & ſangui-
nis, ſed inuiſibilium poteſtatum, & nequitiarum
(vt Apoſtolus ait) ſpiritalium, quibus carnalium *Hominē.*
vitiorum miniſteria coniurant. Vnde & princi- *Eph. 6.*

pes tenebrarum dicuntur, quia ſecundum Apoſtolum, tenebræ appellantur peccatores, quibus vt ſui ſimilibus dæmonia principantur. Sed & tota huius mundi figura quæ præterit, & per oculos corda prolectat, Zabolicis prætenta retibus, in qualibet ſui ſpecie, laqueus mentis & gladius eſt. A

Homini quã multa inſidiãtur. Credamus prophetæ, quia in medio muſcipularũ ambulamus, & inter opertos lætalibus dolis gladios vita tranſigitur. Excipit nos mundus iſte variis voluptatibus florens, & ſallentibus venenatus illecebris. Excipit nos innumeris, anguis, inſidiis, cui nomina mille, mille nocendi artes, ac ſæpe aperto certamine violẽtus aggreditur, & candẽtibus petit telis, ſi latentibus non capit laqueis. B Sagittæ enim potentis acutæ cum carbonibus deſolatoriis, *Pſal. 119.* quæ videlicet noxiis cupiditatum ignibus animam noſtram per-urant, & à Spiritus ſancti habitatione deſolent. Quod cùm accidit, diuerſi nos hoſpites ſubeunt, & fiunt inimici hominis, domeſtici eius: qui nunc ambitionis vento inflant, nunc libidinum faſces admonent, nunc auaritiæ cathenis alligant: *Auaritia periculũ.* Quæ vna omnibus armata criminibus, vel ſi ſola nos capiat, & Zabulo ad malitiam, & homini ad mortem ſufficit. Quid ergo agis infelix homo, inter tantos miſſus hoſtes? quomodo repugnabis infirmus fortibus, armatis inermis? Clamat beatus Iob, multis Zaboli telis, C ſine cordis vulnere, ſauciatus: nudus exiui de vtero matris meæ. *Iob. 1.* Quis ergo me armabit contra tot agmina hoſtis aërij, ne nudus, vt veni, reuertar in terram? Ecce reſpiro, conſortor, adſurgo: Deus illuminatio mea, Dominus deſenſor vitæ meæ, ſi *Pſal. 26.* conſiſtant aduerſus me caſtra non timebit cor meum. *Arma propria opis.* Nec ſi propriæ armis opis egen, diffidam. Habeo armamẽtarium Chriſti de quo arma lucis vſurpem, quibus principes tenebrarum & agmina noctis expugnem, in cęleſtibus mihi aduerſantia: videlicet in conuerſatione ſpiritali, quam terrenis debellare nituntur illecebris. Sed aduerſum hos mihi ille armiger, ille ſignifer erit, qui vas e- D lectionis Deo. Ille lũbos meos cingulo caſtitatis adſtringet, capiti meo galeam ſalutis aptabit, lorica iuſtitiæ meum pectus includet. Ille me totum proteget ſcuto fidei, & dexteram meam (immò me totum ſactum) in dexterã Chriſti gladio ſpiritus, & verbo veritatis armabit, vt cadant à latere meo mille, & dena millia à dextris meis. Ille pedes meos in Euangelij præparationem calciabit, *Eph. 6.* vt preſſo impunè veſtigio ſuper ſpinas & tribulos iſtius terræ ambulem, & per aſpera itineris anguſto muniti, pede tutus ingrediar. Nec à morſu metuens, ſubitum ſerpentis inimici caput, ipſo, quod inſidioſus obſeruat, calcaneo conteram. Quod E quidem nõ de meæ infirmitatis audacia adrogãs, loqui vendico, ſed omni fideli de virtute Chriſti promitto: qui ſicut vocat ea quæ non ſunt, tanquam quæ ſint: ita potens eſt, & de infirmis & humilibus ſuis (vt ſemper fecit, & facit) fortia mundi iſtius, & alta deſtruere. Ideo nobis magiſtrum dedit, quem imitatorem habebat, per quem ad ipſius Domini imitationem peruenire poſſimus. Nam ipſe me magiſter in acie ſtare, in ſtadio currere, in agone luctari docet, liuidum faciens corpus ſuum, & quæ retrò ſunt obliuiſcẽs, & in priora ſe extendens, Atque ita fundatus in petra, vt etiam in infirmitatibus glorietur, & cùm infirmatur tunc potens ſit, omnia potens (vt ipſe profitetur) in eo qui confirmat ſuos, Chriſto: *1. Cor. 9.* qui ſi pro nobis pugnat & vincit in nobis, quæ cauſa dicendi apoſtolo fuit: Sic currite, vt apprehendaris omnes? Quod in agone terreno contrà eſt, vbi non poteſt lucta niſi diſpari luctantium ſorte finiri, vt vnius gloria, alterius ignominia ſit: in Chriſto autem quia multi vnum ſumus, omnes vt vnus currimus: & omnium, conſors, ad vnum bonum, curſus eſt: & ideo dicitur nobis: Sic currite, vt apprehendatis† omnes. *† in textu Bibliorum non habetur, omnes.* Quia ſciſſura (vt idem ait) in corpore eſſe non poteſt, cui caput Chriſtus eſt, quem communem ſibi apicem vna membrorum ſuorum compago comitatur. Quæ quoniam ſibi B diſcrepare nõ poſſunt, curamus pariter, vt apprehendamus, omnes, ſine æmulatione inuidiæ, cum æqualitate victoriæ: vt ſicut in contentione currendi, labor Chriſti ſumus, ita in perueniendi fine Chriſti triumphus eſſe poſſimus, & benedicat nos in corona anni benignitatis ſuę. Video autẽ quòd in hoc certamine non magis vincere nobis quàm vinci expedit, quia in nobis & hoſtis & amicus habitant. Quis autem mihi amicior, quàm ſpiritus qui aduerſatur carni, ne me trahat in legem peccati? Aut quis inimicior nobis quã caro, quæ aduerſum ſpiritum pro interitu concupiſcit? Itaque C meliora mihi amici vulnera quæ Chriſtus accepit vt ſanaret me, quàm voluntaria inimici oſcula *Carnis illecebra id plane ſũt quod Iudę Oſculum.* quibus mihi per illecebras delectationum ſuarum caro male-ſuada blanditur, vt me, quaſi illo parricidali Iudæ oſculo, paratis in captiuitatem meam prodat inimicis: quod tamen Oſculum Dominus non ideo ſuſcepit vt pacem Proditoris acciperet, *Luc. 22.* ſed vt ſuam ab alienato reciperet: quanquã & illud ad intuendum perfectæ bonitatis exemplum tenere ſalubre ſit, vt eo affectu quo & inimicos diligi iubet, amicum oſculum dederit, pacis inimico, *Chriſtus cur oſculatus ſit Iudam.* dilectionem reddens pro odio, qui pro ſua dilectione odium recipiebat. In promptu eſt ergo D dignoſcere: Zabolus cũ carne contendũt: præſtat enim vinci bono quàm vincere malo. Itaque vinci videtur in hoc ſeculo, cui tunicã ſuã alteri abſtulerit: at in Chriſto triumphat, qui tunicam auferenti, remittit & palliũ. *Matt. 5.* Vicem iniuriæ reddere, humana vltio eſt: at inimicũ etiam diligere, vindicta cęleſtis eſt. *Vltio alia cæleſtis, alia humana.* Vẽdere patrimonia & donare pauperibus, ſtultitia huic ſeculo, ſed ſapiẽtia Deo eſt: vt cõtrà, diuitiis incubare, pecuniã ſœnore augere, poſſeſſiones auctionibus, terminos dilatare violentia, induſtria & quæſtus apud hoc ſeculum: ſed apud Deũ, crimen & pœna eſt. Ita ſi malo vincas, victor, victus es: *Vincere in bono malum.* qui cùm ſcelere viceris, cupiditate ſuperatus es: E Victus verò, vinces ſi iuſto cedas, & tuæ voluntati voluntas diuina præualeat. *Rom. 12.* Euacuemur ergo noſtris viribus vt diuinis impleamur: Vincamur corpore, vt vincamus ſalute. Meminerimus eius eſſe nos mẽbra qui vicit cùm iudicatus eſt, qui cedendo ſuperauit, & cadẽdo in mortẽ, reſurrexit in gloriã, de ſuæ paſsionis occaſu ortũ noſtrę reſurrectionis inſtituẽs. Hunc Dominũ vocantẽ ſequamur, qui nos doceat cedendo vincere, & moriẽdo viueſcere: Interficiẽs in nobis qui mortificamur, & viuificans qui viuamus. Hic nobis Deus, nõ æſtimabitur alius ad eum: qui in terris viſus eſt, & inter homines cõuerſatus eſt. *Bar. 3.* Quod quia nõ poteſt nobis caro & ſanguis reuelare,

lare,ideo dicit: Vacate, & videte quoniã ego ſum
Deus. Excitor hoc loco in audaciam percunctãdi,
vt dicam: quoniam tu Deus qui feciſti cœlum &
terram, & apparuiſti in rubo, qui feciſti magna-
lia in Ægypto, mirabilia in terra Chanaan, &
terribilia in mari rubro, adhuc te Domine nemo
non credit: neque tantùm Iudæi quàmlibet labüs
diligentes & corde longinqui, vt populus in le-
ge formatus, ſed gentes etiam ſine lege viuentes,
naturali ſenſu vnicum ſummæ poteſtatis Domi-
num confitentur: Quæ igitur difficultas eſt vide-
Pſal. 18. re quòd Deus ſis, cùm & cæli enarrent gloriam
Ro. 1. tuam, & inuiſibilia tua per ea quæ facta ſunt in-
tellecta conſpiciantur? quid impedit poſſidere,
quid obeſt & alia curare, cùm & occupatis ho-
minibus in promptu ſit conſpicuam Dei verita-
tem cernere, & manifeſtum ſummæ Prouidentiæ
lumen videre? Dies diei eructat verbum, & nox
nocti indicat ſcientiam: & vacare iubeor vt te
Pſal. 45 Dominum eſſe videam, cùm hanc lucem etiam
noctes ſciant, id eſt, etiam principes vel operarij
tenebrarum. Sed non fruſtra eſt quòd ſe, ipſa quæ
in multis ſæpe diuinitatis inſignibus manifeſtauit
ſe veritas, non niſi vacatione procurata perſpici
poſſe teſtatur: Deum enim tantum in promptu
Quanam Dei cognitio vulgaris ſit apud homines. eſt videre. Quòd Deus eſt, hoc (vt dixi) omnis
anima videt, ad hoc mens nulla caligat, hoc etiam
infidelium fides recipit: ſed Deum in Chriſto, vel
Chriſtum in Deo eſſe non videt occupatus, &
curarum terreſtrium nube circundatus. Verbum
enim carnem factum, ſapientiæ huius Mundi, ſtul-
titia eſt: & ideo placuit Deo, ad confuſionem ſa-
1. Cor. 1. pientiæ cuius ſuperbia non cognouit hic Mun-
dus ſapientiam Dei, per ſtultitiam prædicationis
Matt. 13. ſaluos facere credentes. Et hic eſt ille theſaurus
agri, pro quo obtinendo, etiam ager comparan-
dus eſt: quia videlicet ſalutis noſtræ pretium in
hoc eſt, vt Deum Dei filium ad carnem ſaluan-
dam in carne veniſſe fateamur: & hæc eſt illa pro-
fligatis emenda patrimoniis margarita: ſed non
ſtatim emitur cùm eius pretium præparatur, quia
plurimæ interueniunt ipſi commercio difficulta-
tes: aut enim mare interiacet, aut prædo interci-
pit, aut cupidior præuenit, aut præfertur opu-
lentior. Ideo ne exiſtimes iam & comparaſſe nos
gemmam, quia vides pretium præparaſſe: neque
ædificaſſe iam domum cui ædificandæ locum fe-
cimus, cùm viſibiles diuitias, ſupellectiles, pecu-
niam, patrimonia, velut ſordidos aggeres & im-
portunum rudus egeſſimus, vt in corde purgato,
quaſi in terra viua, firmiùs, ſtabilioris ædificij fũ-
damenta iaceremus: ſed ſicut exhauſtione rude-
rum nudata humo, ſub immundis molibus multa
aut nodamenta truncorum, aut reſidua ruinarũ,
aut pleraque noxij generis animalia, & præcipue
fœtus aut cubilia viperarum deprehenduntur: ſic
Cura temporalium abſcindenda. remotà à noſtro pectore tẽporalium rerum poſ-
ſeſſione & curà, iam nobis ad inſpectionem cor-
dis noſtri vacantibus ab his quæ nos foras extra-
hebant, inueteratorum criminum nodos & inimi
corum ſpiritalium latebras in noſtris ſenſibus in-
uenimus: Nunc nobis apparere incipit interior
domus, & illic repentia quorum non eſt nume-
rus: Nunc tota infelicitatis noſtræ pateſcit ob-
ſcuritas: Nunc demùm quàm longinqui à Deo
ſimus, & quàm mortui, in comparatione viuorũ,

A videmus. Intellige hæc, & curam noſtri, anxio
corde ſuſpira, prouidens quia laus eiuſdem Do-
mini in exitu canitur, vt ſpiritu quo cœpti ſumus,
eiuſdem Domini gratia perficiamur: & vſque ad
finem præcepti pareamus, cui videmur in capite
conſilij paruiſſe. Conſilium enim dat non præce-
ptum, qui non dicit, eſto perfectus: ſed, ſi vis eſ- *Matt. 19.*
ſe perfectus: quia libertas voluntatis, quæ bona *Libertas*
cùm eſt, ſupra legem eſt, non cogitur, ſed ſuade- *voluntatis*
tur, & ipſa ſibi lex eſt. Quantùm autem ſit Chri- *non cogitur.*
ſtum ſequi, potes de Apoſtoli ſententia collige-
re, quà ait: qui dicit ſe Chriſtum ſequi, debet ſi- *1. Io. 2.*
cut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Quomodo
B autem ambulauerit Chriſtus, docet alius magi-
ſter: qui peccatum, inquit, non fecit, nec dolus *1. Pet. 2.*
inuentus eſt in ore eius: qui cùm malediceretur
non remaledixit: tradebat autem ſe ad mortem
iudicanti iniuſtè. Sed & ipſius actione & præce-
ptis ſcire poſſumus quomodo ambulauerit: ad
hoc enim venit vt vitam ſuam nobis in formulam
& ſpeculum vitæ proponeret. Non veni (inquit) *Matt. 5.*
legem ſoluere, ſed adimplere: & quæ adimpletio
ſit, docet ipſe dicens: niſi abundauerit iuſtitia *Ibidem.*
veſtra ſuper iuſtitiam Phariſæorum, non introi-
bitis in regnum cælorum. Hoc enim eſt adim-
plere, quod deſit adiicere. Lex dicit: non occides.
C at ipſe: nec iraſceris ſine cauſa fratri tuo. Lex a- *Legis veteris &*
dulterium interdicit, at ipſa veritas curioſum in *Euangelica*
fœminas damnat aſpectum. Ex quo vides, quan- *comparatio.*
to maior ſit lege, fides! cuius laus non ex homini-
bus, ſed ex Deo eſt: quia legis circuncision, in a-
perto eſt: fidei, in occulto. Lex ramos peccati
præſtringit, fides radices eruit: quæ nos non o-
peribus, ſed & ſenſibus immaculatos facit, vt ve-
re ad primordialem dignitatem, hoc eſt Dei ſi-
militudinem reformemur, non ſolùm corporei, *Coloſ. 3.*
ſed & corde mundati. Vnde Apoſtolus, depoſita
terreni hominis ſpecie, cæleſtem nos induere te-
ſtatur. & idem alibi: Iam vt indutum Chriſto, vi- *1. Cor. 15.*
D rum gloriam Dei eſſe pronunciat. Vide ergo, quã-
tum nobis agendum ſit, vt, non perfecti (ſicut di-
cis) ſed inchoati probemur: itineris ſpatium per-
legamus, qui iuſtitiam legis iubemur excedere
vt efficiamur iuſtitia dei: neque ex lege nobis a-
ctio ſit, ſed in voluntate lex ſit, Chriſtum ſequi,
Deum imitari: & qui non lege ipſa iuſtitiæ ſuæ
iuſtiores, & iuxta patrem ſuum vult eſſe perfe-
ctos: non ſolùm humanas fugere culpas, ſed & di-
uinas poſcit implere virtutes. Quod quia tantæ
difficultatis eſſe perſpicis in agone verſantibus,
quantæ gloriæ eſt exhauſta decertatione victo-
ribus? Noli interim dũ in ſcammate ſumus, dum
E foris pugnæ, intus terrores, alta pro nobis ſape-
re aut loqui: ſed potiùs time, & laborantibus cõ-
labora ſpiritu, & cooperare orationibus, vt per
nos quoque deſtruat inimicum & defenſorem,
qui elegit infirma Mundi vt confunderet fortia.
Poſce ſupliciter, vt intellectum det nobis in via
hac, qua nos vocat, vt videamus, quia ipſe eſt
Deus qui crucifixus eſt ex infirmitate noſtra, ſed
viuit ex virtute Dei: infirmet in nobis virtutem
peccati, vt confirmet virtutis ſuæ ſpiritum: con-
uertat & inopiam & abundantiam noſtram, vt iu-
ſtitià, quà indigemus, abundemus: & iniquitate
quà abundamus, egeamus. Nudemur criminibus,
& virtutibus veſtiamur. Ferat nobis opem con-

Auxiliũ contra noſtras voluntates à Deo petendum. *Gen. 14.*

tra voluntates noſtras, nec tradat nos deſideriis cordis noſtri & aduerſus carnem, ſanguinem, Zabulum, & mortem, det nobis victoriam, ſicut Abrahæ dedit aduerſus quatuor Reges, quos ille fidei pater hoc myſterio ſuperauit, quò fides noſtra ſi confirmata ſit Spiritu principali, totidem corporis noſtri elementa verbo Dei ſubegit. Et ſicut ille pro propinquo in regibus victor, ita & fides pro anima quæ totidem ſenſibus viget, victrix, de exteriore homine triumphabit. In quo de totidem elementis compoſito, quatuor regum forma concluditur. Sed ſicut ille non multitudine nec virtute legionum, ſed iam tunc in ſacramento crucis, cuius figura per literam græcam T. numero trecentorum exprimitur, aduerſarios principes debellauit: cuius myſterij virtute, trecentis in longum ſexta cubitis, ſuperauit Arca diluuium, vt nunc Eccleſia hoc Seculum ſupernauigat: ita & nos non noſtris opibus aut viribus freti, ſed vnicà Crucifixi ſcientià, eleuemus oculos noſtros ad ipſum, vt mirificet ſuper nos miſericordias ſuas, qui ſaluos facit ſperantes in ſe. Quia ipſe eſt conterens bella, Dominus potens in prælio, qui nobis & fiduciam dimicandi & viam vincendi dedit, cùm iam triumphantem in ſeipſo naturam hominis portans ait: Conſtantes eſtote, quoniam ego vici mundum.

T. Litera figura crucis. *Gen. 6.* *Ioan. 6.*

TERTIÆ EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

Seueri, & qui ad illum à Seuero venerat, fratris Victoris amiciſſima & humillima in ſe officia cõmendat, narratque vt eo docente didiſcerit vero Monaſtico ac Prophetico pulmento victum capere facilem & ſimplicem cibum.

SEVERO FRATRI, PAVLINVS.

QVID extorques vt te plus amemus? Creſcere ſumma non recipit. Si poteſt mare ſuperfluere obices ſuos, & quæcunque naturalem plenitudinem ſeruant, incrementum temporale ſentire: poteſt & charitas in te noſtra cumulari, quam ſuo fine cõplemus, cùm te ſicut noſmetipſos diligamus. Itaque vt cubitum ad ſtaturam noſtram adiicere, ſic amoris tui cumulum facere non poſſumus, deſideriis tamen modum nullum ponimus: qui enim exiſtimas ſatisfacere te nobis aſſiduitate iſtà honorificẽtiæ ac pietatis tuæ, quà præſentiam tuam nobis tam frequentibus epiſtolis compenſare conaris, ſollicitas potius, gulam charitatis, tantóque minùs exples gratià literarum, quantò maiorem, ſedulitate ipſa & humanitate ſermonis tui, cauſam ſuggeris teipſum tam vnicæ nobis vnanimitatis in Chriſto frater deſiderande. Quid enim fieri diligentius in Deo & proximo poteſt, quàm quod in nobis exhibes Chriſto? in quo Domino præceptum tuum vtrunque completur: quia idem nobis & Deus eſt maieſtate naturæ ſuæ, & aſſumptione noſtræ, proximus factus eſt. Hoc igitur in te proficiente conſummatur charitas tua, quæ ſit in ipſo infinita, perfecta, quia finitur in Chriſto cuius magnitudinis non eſt finis: ſed nobis in eo

Charitatis perfectio & plenitudo *Gula charitatis.*

A finis ſit, vt per ipſum ſine fine viuamus, quibus Chriſtus & generale initium eſt, quia per ipſum omnia: & ſpeciale faſtigium, quia caput corporis cuius membra ſumus. Dulcis & rectus eſt Dominus, dulcis in te mihi, & quanta multitudo dulcedinis eius? Nam tu mihi quantus es, qua mente, qua lingua es, totus deſiderium es, & mihi dulcedinem Chriſti ſapis, vt hortus mihi, vt odor agri pleni, quem in odorem vnguentorum illius currendo legiſti: nam & ager tu illi es, qui viciſſim ager nobis eſt. In ipſo enim ſerimus, & ab ipſo metimus. Ager verò tu; non ille ſpinis horridus, aut arenis aridus, aut petroſus, aſper & nudus, in quo ſemen datum aut ſubfocatur, aut de-B ſtituitur, aut vritur, ſed ille quem benedixit Deus à rore cæli & vbertate terræ: vnde & lingua tua, verba Dei rorat, & cor tuum fertile à Deo ſemẽ exceptum ſpiritali fruge multiplicat, vt de fructibus tuis impleat manum ſuam meſſor, & ſinum ſuum qui manipulos colligit. Hoc eſt, ipſe Deus qui verbi in nobis ſui & ſeminator & meſſor eſt. Ipſe & manus, qui dextera Dei quam bonis operibus implemus. Idem & ille Abraham ſinus eſt, in quo, operum mercede, requieſcimus. Si hic Deus, in tua charitate, nobis abundans non ſolùm literis tuis nos, ſed & tabellariis benedicit, & viſitat, paſcit, illuminat, vtroque nobis munere C aperiens theſaurum bonum cordis tui, ex abundantia enim cordis os loquitur, & omnigenum (inquit) animal ad ſimile ſibi congregatur: Propterea benedixit te Deus, quia innocentes & recti adhæſerunt tibi, & cum impiis non ſediſti: odiſti iniquitatem, diligis animam tuam quam proieciſti in Chriſto, vt huic vitæ perdita, ſeruaretur æternæ. Damno ſui ſemetipſam lucrifaciẽs, ſi per charitatem Chriſti vileſcat ſibi. Quo affectu vilis tibi & pretioſæ Deo animæ tuæ ſuauitatem in fauis oris tui Chriſtum ſpirantibus odorãtes, benedicimus domum Dei, verbum Domini, qui ſicut in ipſo illo homine quem geſſit, ita in D noſtris mentibus gradus quoſdam corporeæ ætatis exequitur, naſcitur, creſcit, roboratur, ſeneſcit: ſed orandus, ne in nobis diu aut iugiter paruulus & infirmus & pauper ſit. In te quidem (vt gloriamur quia bonum tuum gloria noſtra eſt) profectûs eius experientes, agnoſcimus bonitate grandem, malitià paruulum, ſapientià ſenem, fide fortem, & in ſpiritu piæ humilitatis pauperem, charitate diuitem. Nam prioribus erga humilitatem noſtram officiis alios anteuerteras, omnibus noſtris (vt ſæpe teſtati ſumus) & amicis ſtudioſior, & proximis religioſior, & fratribus diligentior. Nunc verò iſtà noſtræ viſitationis vi-E ce etiam temetipſum ſupergreſsà humanitate ſuperaſti. Sat enim nobis erat, annuis commeatibus emereri literas tuas & à te miſſos videre. In quibus non ſolùm vicem præſentiæ tuæ, ſed & fidei teneremus effigiem: Tibi tamen ſatis non fuit, inſtitutam obſeruantiam, ſolenni perfunctione celebrare: Longum tibi multa dilectio fecit, mora hyemis à nobis ſileri. Concaluit cor tuum intra te, & in meditatione pietatis, ſanctus, tibi, bonæ impatientiæ ignis exarſit. Nec ſufficit literarum ad nos editione maturare, niſi gratiam ſermonis tui etiam de ſanctis Comitibus tuis lecto perlatore cumulares. Benedictus quẽ in hoc munus

Chriſtus, noſter Ager eſt. *Chriſtus Dei Patris dextra, & Abrahæ ſinus.* *Operum merces.* *Chriſtus vt olim in corpore ſuo, ſic modo in noſtris animis proficit.* *Bona impatientia.*

munus elegiſti & aſſumpſiſti, quo Deum fœneras: quia etſi peccatores nos, vera conſcientiæ noſtræ profeſſione, tamen tuæ ſimplicitatis opinione falſa, putans, vt ais, ſanctos non iam homines, ſed Chriſti charitate nos diligis: & idcirco mercedem prophetæ accipies, quia propter nomen Chriſti, prophetarum honore accipis etiam non prophetas. Nobis verò ſimilis gratia non debetur huius officij, quo fratrem Victorem in nomine Dei tuaque perſona ad nos venientem, intima affectione & magna gratulatione ſuſcepimus. Id enim tantùm fecimus, inutiles ſerui, quod facere debuimus: quoniam perſpicua veritas cogebat nos, ouem puram in eo ſuſcipere atque venerari, quem non ſolùm non ouem pelle, verum ſpiritus manſuetudine, expreſſa in verbo eius atque ſilentio Chriſti modeſtia reuelabat. Verè recognouimus in eo ſanctorum formulam beatorum Martini & Clari, quem proximo interuallo illuſtris magiſtri ſequacem, te auctore, cognouimus: horum ſe vnius in regeneratione eſſe progeniem, alterius in via comitem fuiſſe, filius pacis Victor aſſeruit, homo verè vt ſcripſiſti Dei, humilis corde, non humilis gratia: vas miſericordiæ, & manſio altiſſimi, quem recipit & oblectat placido animæ trementis hoſpitio. Is nobis benedictiones præter illas quas à vobis geminas in literis & palliis afferebat, plures addidit de opibus mentis ſuæ, non ſolùm contubernio ſpiritali gratiſſimus nobis, ſed & corporeo famulatu ſedulus. Audeo enim rem oneris noſtri fateri, dum tibi nihil de eius bonis taceam, quæ gaudium tuum eſſe certò ſcio, quoniam portio tua eſt, bonum familiaris tui. Seruiuit ergo mihi, ſeruiuit inquam, & (væh mihi miſero quòd paſſus ſum) Seruiuit & peccatori, qui non ſeruiebat peccato: & ego indignus, à ſeruo iuſtitiæ miniſtrabar. Sed hinc mihi leuamen aliquod tanti ponderis ſpero, quòd ſancti fratris famulatum non ſuperbia vendicaui, ſed conteſtandæ charitatis meæ, & fide capiendæ benedictionis admiſi. Benedictio enim mihi erat, ſancta in nomine Dei famulatio, & in libertatis ſpiritu famula dilectio. Ob hoc voluntarium eius bonum, & pro ipſius vtilitate ſuſcepi, præſumens eò potentiorem exorandi pro me futurum, quò plus meriti de religionis operibus acquiſiſſet. Aget profectò orationibus ſuis, ne meis oneribus accreuerit, quod etiam ex me acceſſit fructibus ſuis. Dilexi enim fateor in eius obſequio benedictionem, timens ne repudiata elongaretur à me, quia ſcriptum tenebam: noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Dedi itaque me totum manibus eius atque viſceribus, quia per viſcera charitatis manus famulas & membris meis vnctor & pedibus lutor adhibebat, liberalium plenus affectuum, ſed ſeruilium præceptor operum, vix vt me aquam miniſtrare manibus ſuis fineret. Ex libro enim tuo iſtius gratiam ſeruitutis adamaui, vt minimam ſaltem guttulam de ſacris Martini actibus delibarem: ipſe verò quotidie non ſolùm pedes meos lauare, ſed & calciamenta li paterer, tergere cupiebat: auarus dominationis internæ, & idcirco corporeæ ſeruitutis impiger. Sed de pedibus lauandis tantùm ſemel fateor apoſtolico me exemplo ceſſiſſe, quos legeram, pedes ſuos lauandos ſeruienti Domino præbuiſſe. Neque enim

Matt. 10.

SS. Martinus & Clarus.

Benedictionem appellat, impenſum illi à fratre Hoſpite, pedũ vnctionis & ablutionis officium.

Pſal. 108.

Seueri liber de Actibus D. Martini.

Dominatio interna.

Ioa. 13.

partem in hæreditate niſi famulantis obſequio recepiſſent, quoniam bonus Dominus & ſalutarium magiſter ſeruiendi miniſterio dominandi meritum conferebat: & humilitatis humanæ præbebat exemplum, quibus diuinæ ſublimatis parabat conſortium. Vnde perſpecto muneris tanti myſterio, & intellecta boni magnitudine, qui primo miniſtrantis apparatu pedes offerre trepidauerant: iam non pedes tantùm, ſed totos ſe vſque ad caput perlui rogauerunt: & ego Dominum Ieſum in fratre Victore veneratus, quia omnis anima fidelis ex Deo eſt, & humilis corde cor Chriſti eſt: fateor ad remedium infirmitatis optaui, vt oleo me vel aqua, melior conſeruus attingeret: nec irritus ſui præſumptæ opis. Nam quaſi medicatum manibus piis oleum, de ipſa vnguenti manſuetudine mihi lenius in medullas perlapſum eſt, & exultauerunt oſſa humiliata. Benedixit anima mea Dominum, & omnia interiora mea nomen ſanctum eius. Nam & ſenſibus vegetandis proderat hæc pietatis magis palæſtra quàm corporis, qua frater bonus, artus mihi fragiles manu tingẽte componens, meritis quoque vigorem, recreatis oſſibus, erigebat, cooperante proculdubio, manibus, fide: vt dum infirmam carnem manus diligentis duceret, compatientem animam gratia credentis elueret: fieretque mihi intus oleum lætitiæ, quod foris erat oleum ſanitatis. Accipe modò aliam eiuſdem in noſtris ſenſibus ſeruitutem, quia non ſolùm refectionis noſtræ, ſed & parſimoniæ curam gerens, facilem nos victum cibo ſimplici capere, coctis in gutta olei & aquæ copia, pultibus docuit: ſed eas tanto gratiæ ſale, tanta dulcedine charitatis condiebat, vt coquos & condituras non deſideraremus: quia aquæ puræ, oleum ſuauitatis quod nulla muſcarum importunitas exterminauit, ſimplicitas charitati iuncta miſcebat. Verùm ſpiritalis coquus interiorem hominem cibare doctior, quò deſtrueret eſcam gulæ, non ſiligine nobis pultes, ſed farina conficit aut milio: ac ne in hoc ipſo delicatiùs nobiſcum agere videretur, qui nos, orexim monachorum parabat imbuere, fabam intriuit panicio, quò citiùs ſenatorium poneremus faſtidium. Sed in benedictione dulcedinis, animæ delicias habebamus: gratulantes, quòd frater, etiam in carnalibus miniſterijs, ſpiritalis, propheticis nos cibis paſceret. Nam in contritione permixta panes illos tribulationis imitatus eſt, quos Ezechiel propheta de variis frugis & farris conficere ſibi genere iuſſus eſt, & ad expreſſionem Iudaicæ confuſionis: qui obliti Deum immutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli manducãtis fœnum, in ſtercore boum coquere, coctoſque ſub fœtido cinere cùm lachrymis captiuitatis in menſura ſumere, † videlicet vt ſuperuenturam perfidiæ ſuæ pœnam, corporaliter in propheta ſignatam, prouiderent: & vel ita reuerterentur ad Dominum, ſi eos ad pœnitendum non ſolùm verbis denunciata, ſed etiam corporibus prophetarum expreſſa offenſi Dei ira reuocaret. Voluit ergo frater Victor, vt non ſolùm ieiunio ſed & cibo humiliare animam diſceremus, & recordatione peccatorum veterũ, intellectuque præſentium triſtes manducare panem doloris, quamuis ex parte nobis pepercerit, fabam tantùm milio panicioq; confundens, quod

Veterum monachorum pulmentum.

† Ezec. 4. Vulgata Editio legit Stercore quod egreditur de homine.

tamen forſitan obliuionis magis quàm modera-
minis fuerit. Nam homo ſanctus fideli cautione
metuiſſet aliquid nobis de ſcriptura ſanctâ ſubtra-
here, & vt totam, iuxta Dei verbum, confectionẽ
prophetici panis impleret, lentem quoque & or-
deum & viciam miſcuiſſet in cumulum, vt æſtuã-
tibus extra ſui labra feruoribus, diſſimilium ſibi
fructuum, quaſi repugnante coctura, fatiſcens
rimis ola crepitaret. Nihilominus tamen de pau-
cioribus frugibus teſtam capacem replens, intu-
lit nobis multo nidore catina inſumantia, totum-
que non ſolùm menſulæ noſtræ ambitum, ſed &
cellulæ noſtræ ſpatium olida caligine vaporauit:
atque vt multiplicaret nobis benedictionem, al-
ternus quoque prophetæ prandium cœnulæ no-
ſtræ contulit, vt Heliſei nobis olam inferret in
quam miſit farinam, nec herbam veneni ſed con-
dimentum ſalutis incoxit, in nomine Domini ge-
rens omne quod agebat, quo tuti atque ſecuri nõ
4. Reg. 4. exclamauimus ad eum: homo Dei, mors in ola!
quia iam in ola noſtra vita eſt, poſtquàm Domi-
nus Ieſus Dei verbum caro factus eſt, & habitauit
in nobis, & vaſa fictilia noſtri corporis voluntarię
Voluntaria prauitas. nobis prauitatis lubrico, de ſuis manibus elapſa,
& diuturnis contrita peccatis, vt in meliorem v-
ſum figulus ipſe renouaret, aſſumpſit: in ſemetipſo
factus & ipſe de noſtri corporis limo tanquàm
vas (vt ait) perditum, id eſt, in ſimilitudinem car-
nis peccati, vt de peccato damnaret peccatum: &
ideo dicit, Moab ola ſpei meæ: quia non ſolùm ex
Pſal. 59. Iuda, ſed ex Moab, hoc eſt non ſolùm de ſancto-
rum ſed etiam de peccatorum origine corpus aſ-
ſumpſit, qui decocta quaſi per olam carnis noſtrę
cruditate, SANCTIFICAVIT IN ÆTER-
Ioa. 6. NVM NOBIS CIBVM CARNEM SVAM.
Caro enim eius (vt ipſe ait) verè cibus vita eſt. Ip-
ſa eſt & illa ſecundum Hieremiam ola vrens pec-
Hier. 1. cata, & illo igne conſumens, de quo ait: ignem ve-
ni mittere in terram: quem & in nobis optemus
Luc. 1. accendi, vt in ola Dominici corporis, id eſt Ec-
cleſia concoquamur: peruſtiſque vitiis deſæca-
ti, efficiamur argentum igne examinatum, proba-
tum terræ, purgatum ſeptuplo: vt iam non vrenda
ſarmenta, ſed palmites fructuoſi in eodem Domi-
no, id eſt vera vite maneamus: ſiatque nobis idem
Dominus ad eſcam dulcis ille botrus, qui nobis in
Crucis vecte ſuſpenſus, de terra repromiſſio-
Num. 13. nis & fructum oſtendit, & guſtum dedit, vt non
iam ſectemur vilia ruris inculti gramina, interque
etiam peſtiferos viticularum ſilueſtrium racemos
carpere periclitemur. Quod certè nobis accidit
cùm ſqualente curarum ſecularium ſpinis anima,
cui cultura Dei verbum, eſt, vitam hanc æui bre-
uem & boni ſterilem ſuſpirãtes, inter actus ſuper-
uacuos, peccata noxia quaſi intra agreſtes herbas
germina venenata colligimus, & ſic in olam cor-
poris vel cordis noſtri mortem mittimus. Sed gra-
tias Deo qui nos liberauit de corpore mortis hu-
ius per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, quo
infirmitati noſtræ ſui ſpiritus virtutem permiſ-
cente, & amaritudo malitiæ noſtræ, & ſterilitas
inutilitatis infuſo præcordiis verbo Dei, velut
conuertente ſalutaris aut viuidi ſalis aſpergine,
ad dulcedinem fœcunditatemq́ue mutara eſt. Re-
curramus ad fratrem Victorem, qui vas etiam fa-
rinulæ noſtræ ex viſu vſurpationis ſuæ quam in

A nomine Dei faciebat, copioſum de benedictio-
ne fecit, vt aliquid etiam de beati Heliæ hydria
nobis daret, qua, propheta cæleſtis, in verbo
ſacro, ad ſufficientiam indeficientem repleta, be-
nedictam cum filiis Sarapræ viduam, per triennij *3. Reg. 17.*
famem, pauit. In qua vidua iam tum per prophetã
Chriſtus (vt opinor) Eccleſiam ſuam non frumẽ-
ti ſed verbi pane paſcebat: de qua dicit: Viduam *Pſa. 131.*
eius benedicens benedicam. Illam ſcilicet viduam
quam Apoſtolus ait, Mortuo viro quibus volet
nuptiis liberam, quia definente lege, cui finis eſt *Ro. 7.*
Chriſtus, à gratia ad libertatẽ, tranſitum faciẽs Ec
cleſia, Chriſto, quaſi vidua legis, innupſit. Huius
B nunc vaſis oleum, gratiæ & benedictionis farina
non defecit in omnium ſoris gentium fame, qua-
rum miſeram à cibo vitæ & fide Trinitatis ine-
diam, congruè præfigurauit illa quondam trien-
nij fames. Sed ſuper hoc inſtitutum concludam,
ita Domini gratiam farina noſtra in fratris Vi-
ctoris manu ſenſit, vt quæ vix antè ſufficiebat pa-
nibus, nunc abundet & pultibus, fraternitatem-
que monacham, veſpertinis poſt ieiunia cibis a- *Monacha fraternitas.*
uidam, duplici miniſterio fermentatis vtribus
aut ſoluto farre diſtentat. Verùm idem Victor
meus quamuis fortioribus cibis inducere ſtoma-
chum noſtrum ſtuderet, tamen & hoc infirmitati
C noſtræ frater neceſſarius conſulebat, quod defe-
ctiones fidei noſtræ in illis pultibus aſſumendis
adimplebat, & opera manuſ ſuarum conſũmabat
vno pro nobis adiutore iſtius ſeculi quem ex ru-
ſticanis receptum domi renutrimus, ætate corpo-
ris ſenem, mentis infantem: quia iam ſenectute
deficiens renatus eſt gratiæ, & in nouitatem vitæ
de vetuſtate carnis efflor uit. Eum fratris Victo-
riis coquina, & aſſueto cibo vt ex ruſticis homi-
nem, & apto vt edentulum ſaginauit. Iſte pau-
per clamauit, & Dominus exaudiuit eum. Eri-
puit eum de tenebris & vmbra mortis, & nunc
aſperſus hiſſopo, & emundatus in voce exulta-
D tionis & confeſſionis epulatur & clamat: Erraui
ſicut ouis quæ perierat, benedicam Dominum in
omni tempore qui mihi tribuit intellectum, &
eripuit me de luto fecis, & immiſit in os meum
canticum nouum. Iuuenior fui & ſenui, ſed non
defecerunt in vanitate dies mei Quia fecit mihi
magna qui potens eſt: Torrente voluptatis ſuæ
potauit me, & refloruit caro mea: frumentatio-
nem mihi miſit in abundantia, & ſaturauit ani-
mam inanem, & nunc ſenectus mea in miſericor-
dia pinguedinis: In pace dormiam, & requieſcam
in longitudinem dierum.

E

QVARTÆ EPISTOLÆ
Argumentum.

*Videtur eſſe pars ſuperioris, eámque non aliam ma-
gis ob cauſam ab ea deſtinxiſſe, quàm ne ſupra E-
piſtolarum modum excreſceret. Cùm autem à f.
Victore tonſus eſſet capillo, ea ex occaſione, mul-
ta & magna Samſonis, & Euangelicæ pecca-
tricis, capillorum explicat myſteria.*

Fratri optimo Seuero, Meropius Paulinus.

VEnio nunc ad maiorẽ fratris erga me Victo-
ris operã, qua me ſuis manibus tõdere digna-
tus eſt

tus eſt ꝙ ipſum tamē beneficiū tibi debere me voluit, mandato tuo dicens ſe mihi artē ſuā prodere. Propterea rogaui eum, vt quod perita manu fecit, id impenſis orationibus ambo faciatis, videlicet vt exorato precibus veſtris Domino, peccata noſtra, quibus ſuper capillos capitis multiplicatis, animam babemus impexam, non acciſione, medij tondeantur, ſed ad viuum quaſi nouacula radente perimantur. Eſt autem nobis nouacula nunc ſalutiferæ, nunc peſtiferæ ſectionis. Remedij & decoris nouacula nobis Chriſtus Deus eſt, qui cor noſtrum circuncidit, vitia radit, animæ caput læuigat, & faciem mentis accurat, noſque, vt illā in lege captiuam, purgat & liberat horrido miſeræ ſeruitutis capillo, vt coniungendi Domino, velut illa in Iſrahelitæ viri nuptias tranſitura, criminibus carnis noſtræ quaſi barbaris crinibus exuamur. Deinde ſenſibus innouatis vt comis rudibus eniteſcamus, vitamq́ue noſtram quaſi Nazareum crinem paſcentes, Deo in caſtitate & parſimonia conſecremus. Cauendum verò, ne illa inimica ex diuerſo nouacula, quæ in protoplaſtis noxia fraude deceptis, generis bumani caput raſit, in caput noſtrum, hoc eſt fidem qua nobis caput Cbriſtus efficitur, aſcendat, noſque gratia ſpiritali tāquam illo Nazareo crine diſpoliet: qui quanto ſeruantibus bono maneat, & exitio decerpatur incautis, ille in Iudicū libro ab oraculis ſacer beros argumento eſt, inuictus crine ſeruato, captiuus abſciſo, & iterum fortis renato. Vtinamque tam prudens ad cauendam mulierem, quam fortis ad ſtrangulandum Leonem, ſed carnali victus illecebra, qui gratia ſpiritali vicerat, cùm præualuiſſet forti, ab infirmitate ſuperatus eſt: quod patiātur neceſſe eſt, qui ſuam fœminam, id eſt carnem, viro ſuo, hoc eſt ſpiritui, in Dei leges non ſubiugant, & tanquam maleſuadæ coniugi, molles mariti fluentibus animis acquieſcunt, degeneres ab illo magiſtro qui mox vt agnouit Chriſtum inter ipſa militiæ rudimēta, magni certaminis victor non acquieuit carni & ſanguini. Videamus itaque omnia quæ Samſon pertulerit ab inuida vxore corruptus. Quia eadem, peccatores, ſpiritaliter feremus, quæ ille carnaliter, ad noſtram eruditionem expreſſa, ſuſtinuit. Ita enim nobis violata Chriſti gratia, vt illi inciſa coma, hoſtis illudet, auferet oculos, mittet in carcerem, & vertendis molis velut aſinos deputabit. Vnde nos Dominus, ne collum noſtrum non ſubditum iugo Chriſti dignum faciamus aſinaria mola admonet per prophetam: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Homo enim (vt alibi dicit idem propheta) non intelligens bonorem ſuum, hoc eſt naturæ ſuæ dignitatem quæ cæteris in terra animantibus ratione dominatur, ideo rationalis factus vt auctorem ſuum intelligeret, noſſet & coleret, abutens tanto munere creatoris ad licentiam erroris ſui, comparatur iumentis, & ſimilis efficitur. Quod in rege Babylonio videmus euidenter impletum, qui ſtoliditatis impiæ & vecordis ſuperbiæ pœnam, ſenſu bominis exutus, in bellumo hęc corde ſuſtinuit. Etenim homo in errore poſitus, & à iuſtitia relapſus, iuſtè, vt Samſon ſapientiæ pariter & gratiæ virtutę deſertus, cæcitate punitur & mola, quia dignus eſt opere iumētario qui ſemetipſum lumine rationis orbauerit, & in ſimilitudinem belluarum, corporis ſeruus, abiecerit. Conſidera huiuſmodi mortalium vitam, & tota tibi ſpecies iumenti molentis occurrat: vt ille pannis oculos corporis, ſic iſte ſordidus vitæ ſuæ oculos mentis oblitus, per errores ſuorum ſenſuum: quaſi circa ambages molarum, laborioſa miſer ſtatione verſaturus viſu ſuo vacuus & operoſus alieno, ſtat in via peccatorum, compeditus vinculis cupiditatum ſuarum, & ipſe ſibi carcer eſt, obſeſſus tenebris erroris ſui & conſcientiæ ſqualore concretus, in ſemetipſo piſtrini ergaſtulum patitur, ſaxum cordis ſui pertinacia iniquitatis induratum quaſi molam verſat, farinā hoſtibus ſuis de corrupta animæ ſuæ fruge conficiens. Quia ſicut ſcriptum eſt, peccator de anima ſua currit: ita qui peccatum operatur, de mola vitæ ſuæ, hoſtile triticum molit vt Zabolum paſcat, cui panis fit anima quæ ſibi fames eſt. Quòd ſi nō ſemper vadens, ſed aliquando reuertens ſpiritus fiat, velut coma reduci, ita gratia reflorente integrabitur. Sed vt totam de capillis texamus epiſtolam, iuuat indulgere ſermoni, & illum Domini fortem vſque ad finem ſuum proſequi. Nam & in cęcitate ipſius & in morte, diuini ſacramenta myſterij prælineata mirabimur: quia quod ſcriptum eſt, plures illum boſtes ſtrauiſſe morietem quàm toto prius vitæ ſuæ tempore perculiſſe, id arbitror principe loco vim Dominicæ paſſionis interpretandam, qua Zaboli domus cecidit, & regnum mortis ſolutum eſt, quòd viuente ſemper (vt viuit) Chriſto, & ante carnalem aduētum ſuū, in maieſtate naturæ ſuæ apud Dominum patrem Deo Verbo, tamē diſpoſitis in ordinem ſuum ſeculis ab Adam vſque ad Moyſem, mortis poteſtas licentia bacchante regnauerat, & de lege intellecto nec euitato peccato creuerat hoc regnū, rex regum & diſpenſator temporum Dei filius paſſione ſua diuiſit ac diruit, Deus, factus ſub lege, vt ſubiugatos legis ſolueret, factus per mulierem ſed mulierem ſexu, virginem partu, vt ſanctificaret vtrumque ſexum creator vtriuſque, ſuſcipiendo virum, naſcendo per fœminam. Itaque mortem ipſam moriendo deſtruxit, ſoluens (vt ſcriptum eſt) inimicitias in carne ſua, & faciens vtrumque vnum, id eſt, hominem & Deum, quem in ſeipſo connexuit Deus & homo Chriſtus Ieſus. In quo vtramque ſubſtātiam naturę diſcordiam poſuit, & viuificantis gratiæ æternum fœdus agnouit. Spoliatos nos Zaboli latrocinio, & vulneratos in via prætererat frater in Leuita, frater in ſacerdote, quos lex nec ſacrificijs redemerat, nec prophetis. Sed non præteriuit ille Samarites, qui propter nos huius etiam nominis ſuſcepit iniuriam: non præteriuit, quia non erat mercenarius ſed verus & bonus paſtor qui animam ſuam pro ouibus poſiturus aduenerat. Hic hominem ſuum prætermiſſum à præuiis nec curatum, miſeratus acceſſit, & iumento ſuo, hoc eſt, Verbi incarnatione ſuſcepit, & oleo gratiæ & vino paſſionis ſuę commendatum ſtabulario, profectò illi magiſtro gētium, in duobus Teſtamētis denarij mercede ſanauit, redditurus illi & beatæ virginitati de innumeris huius boni fructib⁹ vberes gratias & innumerabiles coronas, qa hoc conſilium præcepto adiiciēs, de ſuo ſuperrogauit. Nō ergo erat iſte frater, qui & conditione Dominus

Appendix.

Margin notes (left column): Chriſtus nouacula noſtra eſt. — Deut. 21. — Iudi. 16. — Samſonis ab inuida vxore corrupti myſterium. — Pſal. 31. — Pſal. 48. — Dan. 4.

Margin notes (right column): Peccator ſimilis iumento molas in piſtrino voluenti. — Luc. 10. — Conſilium præcepto qui adiicit de ſuo ſuper-erogat.

à ſeruis,& natura Deus à mortalibus diſcrepabat: ſed tamen & homo erat ille, de quo ſcriptum eſt: & homo eſt, & quis cognoſcet eum? Neque ideo frater noſter,quanquam & hoc diuina pietas pro humilitate cordis ſui famulis nomen indulſerit, dicens : narrabo nomen tuum fratribus meis : tantũ noſtra arrogãtia non audendus dici frater, nec quia homo fieri dignatus eſt, quia & in ipſo hominis ortu nihil habet † cõmune nobiſcum,qui citra noſtræ generationis vſum caro factus de ſpiritu ſancto,intemerata ſacræ matris virginitate & conceptus & natus eſt: & ideo ſine vlio corporis noſtri contagio,noſtrũ corpus effectus,non dedit Deo placationẽ ſuam, quia ipſe propitiatio erat: nec pretiũ redẽptionis animę ſuæ ſed noſtræ,quia non egebat ſalute ſaluator. Nos enim venditi ſub peccato egebamus pretio redemptionis, & ideo propter nos homo, propter nos forma ſerui, propter nos filius ancillæ,qui benedictus & ſanctificator ſanctorũ, pro nobis tamen & peccatum & maledictum factus eſt, quod non erat, vt nos qui ex præuaricatione, peccatum & ex damnatione maledictum eramus,ab vtroque abſolueret,vtrũque in ſua carne affigens cruci. Ideo dictum puto: frater non redimit,redimet homo: quia quos frater non redemerat,hoc eſt, propheta ſeu legiſlator qui homo tantùm erat,hos homo redemit,qui & Deus erat. Deus enim, inquit, erat in Chriſto reconcilians ſibi Mundum. Huius enim modi homo ſolus præualere potuit aduerſus ſententiam mortis & aculeũ peccati, vt chirographum mortis aboleret,& humiliaret calumniatorẽ: non tamen, ei,maieſtate naturæ ſuæ ſed habitu noſtræ, congrediens,& nihil ei extorquens violento dominatu,ſed ſuperans eum lege iuſtitiæ, vt quoniã fœmina decepta & deiecto per fœminam viro; omnem prolem primi hominis tanquam peccatricem,legibus mortis, malitioſa quidem nocendi cupiditate ſed tamen vt æquiſſimo iure victoriæ,vendicabat,tamdiu poteſtas eius valeret, donec interficeret iuſtum in quo nihil dignũ morte poſſet oſtendere:non ſolùm quia ſine Deo occiſus eſt,ſed etiam quia ſine libidine natus cui ſubiugauerat ille quos ceperat, vt quicquid exinde naſceretur tanquã ſuæ arboris fructus,praua quidem habendi cupiditate,ſed tamẽ nõ iniquo poſſidendi iure retineret. Iuſtiſſimè itaque cogitur dimittere credentes in eum quem iniuſtiſſimè occidit, vt & quòd temporaliter moriuntur debitum exſoluant, & quòd ſemper viuunt in illo viuant,qui pro eo quod nõ debebat,exſoluit. Quãobrem puto & ipſe nobis Leo ille eſt, in cuius mortui ore cibum mellis inuenimus. Quid enim dulcius Dei verbo? & quid fortius Dei dextera? Aut in cuius mortui ore,fauus & apes, niſi in cuius verbo,ſalutis noſtræ bonum & congregatio gentium,quarum potiùs figuram plerique in hoc Leone poſuerũt quia populus gentium qui credidit,corpus feritatis erat antè,nunc Chriſti eſt, in quo Apoſtoli velut Apes, à rore cæli & diuinarum floribus gratiarum mella ſapientiæ condiderũt,ac ſi eſca ab ore edentis exierit:quia priùs efferæ à Deo nationes,receptum Dei verbum fideli corde ſumentes,fructum ſalutis ediderint? Qui vero Chriſtum magis in eodem ſibi Leone proponunt, Samſonem Iudæorum figuram, videlicet vt illum Leonem quaſi Chriſtum Iudæi, occideret,id quoque aſſignantes myſticæ præparationi, quod eo potiſſimùm tempore quo coniugium petebat, optatam potentis belluæ egerit cædem,quia videlicet non poſſet firmari coniugium quod in Chriſto & Eccleſia pactum eſt, niſi occiſo Leone de tribu Iuda. Idem enim dominus & Leo ille qui vicit & catulus eſt Leonis ſua ſponte ſopitus & à ſemetipſo reſuſcitatus, de quo ſcriptum eſt:quis ſuſcitabit eum? Voluntariè enim ſacrificans pro nobis patri hoſtiam ſui corporis, ideo ſummus in æternum ſacerdos, animã ſuam, ſicut ipſe teſtatur, eadem reſumpſit poteſtate qua poſuit. Hic Leonis catulus quia Filius Dei, & idem Leo quia æqualis Patri, quare vt mihi videtur huic aptius eſt Leoni: de edente exiuit eſca,& de potente dulce. A quo enim, niſi à Saluatore noſtro,cuius ſermo vita eſt,& qui hanc nobis eſcam ſimul & ruminauit docens, & prompſit impertiens, etſi placet aliter, vt de edente eſca ſic exeat : quia hic Leo de tribu Iuda pro nobis victor, ex ore nos aduerſi Leonis eripiens, ideo venatur vt ſeruet, capit vt abſoluat, frangit vt ſolidet,mandit vt integret, hoc in nobis edens quo corrumpimur. Quamobrem optemus huius Leonis præda fieri,ne ſimus præda Leonis inimici: Efficiamur eſca Dei,ne ſimus eſca ſerpentis: edat nos Chriſtus,ne Zabolus voret. Edente enim Chriſto (vt dixi) in nobis abſumitur quo conſumimur:Chriſtus etenim vita eſt, & mortale hoc non poterimus deponere niſi abſorbeamur, quia mortem noſtram deuorat Chriſtus. Cibus autem Chriſti eſſe non poſſumus, niſi faciamus voluntatem eius,vt viciſſim & ipſe nobis cibus fiat, in quo ſemper viuimus,ſi ad eius præcepta viuamus. Sic ergo de potente exit dulce, cùm amaritudine malitiæ noſtræ,per ipſum, in dulcedinem bonitatis commutata, dulcis à verbo eius eſca procedimus,qui nos edendo conſumpſit peccato,reparauit ad vitam: ſolus hic potens dulciter potẽs qui liberauit pauperem ab auaro potente, qui feritatem mei corporis per myſterium pietatis ſuæ in mortem ſui corporis perimens: Ibi cibum vitæ edit,vbi miſeræ fames mortis arebat, qui mihi offenſionem gratia,peccatum iuſtitia, infirmitatem virtute,mortem vita, confuſionem gloria, regno mutauit exilium, quia audiebamus: terra es & in terram ibis: nunc iam audimus, conuerſatio veſtra in cælis eſt. Itaque illam ſpeciem quæ in illo Samſone vel recrinito vel moriente retexitur, & in omnem Chriſti famulum conuenire arbitror : homo enim qui præuentus fuerit in aliquo peccato, & ſalubriter pœnitendo ad inſtaurationem gratiæ quaſi capillis renaſcentibus reuertitur,ponens vt arcum æreum brachia ſua, id eſt fidem ſpei veræ, & ſpem fidei non fictam,exercens idem ad prælium manus ſuas operibus pietatis, cuius exercitatio ad omnia vtilis eſt: tùm,vt quibuſdam bonæ conſcientiæ & fidei firmę lacertis valens, audebit inuadere,& poterit vertere inimicorum columnas,quæ quidem ſunt columnæ hoſtilis domus quibus nititur, in qua velut noſtri victor epulatur illudens captis, ſi membris noſtris vt armis ſuæ iniquitatis vtatur. Deiecimus ergo hunc inimicum domo ſua, interitu ſubiugatæ carnis, qua adiutrice intus no-

Marginal notes: † caute intelligendũ de incarnatione Chriſti modo, qua rẽnino excludit omne vitale opus. — Pſal. 48. — Pſal. 48. — 2 Cor. 5. — Chriſti conflictus cum Dæmone. — Iudic. 14. — Ironis à Samſone occiſi myſteria. — Gen. 49. — Iudic. 14. — Chriſti ad Leonem analogia. — Hominis innouatio per Chriſtum. — Gen. 3. — Phil. 3. — Samſon recrinitus figura ſeruorum Dei.

tus nobiſmetipſis hoſtis incluſus, inteſtino animá
noſtrá bello quatit, crimine voluntatis noſtrę, po-
Crimen tens noſtri factus, noſtra aduerſus nos vitia ſatelli-
noſtra vo ſes habet, interiorémque noſtrum miniſterio ex-
luntatis. terioris oppugnat. Sed meminerimus pacti quo
per Baptiſmatis gratiá conſepulti Chriſto in cru-
cis ſacramenta iurauimus, ne iam quaſi viuentes
agamus in hoc múdo, viuamuſq; iam non nos ſed
Chriſtus in nobis, quo nobis in honoré capitis re-
ſtituto, cadet Zaboli domus, & tota inimicorum
cohors cú peccati noſtri morte morietur. Quáob
rem non ſolú morte Samſonis commori diſco ho-
ſtibus meis, hoc eſt mortificando carné meam ſi-
mul interficere peccatú, vt ſuperſtite ſpiritu vi-
ctor ſalutis triumphé, & dicam animæ meæ: con- B
Pſa.114. uertere in requiem tuam, quoniá Dominus bene-
fecit mihi: ſed & excitate Samſonis qui corporeis
tantùm captus oculis ſpiritales nó amiſit, illumi-
nor ad intellectum bonum, vt exemplo illius ſciá
quos magis debeá oculos habere. Nó enim inuo-
caſſet ille vir Dominú in ſuæ virtutis auxiliú, ni-
ſi mentis oculos habuiſſet incolumes, quibus lu-
men eſt Chriſtus, in cuius lumine videbimus lu-
mé: quod ſi ſemper ardet in lucerna corporis no-
ſtri, tunc opera tenebrarú occidunt, & princeps
huius Mundi mittitur foras: non vtiq; extra Mú-
dum hunc, cum quo (ſicut ſcriptum eſt) in dána-
tione coniudicatus, mixto fine vacuabitur: ſed fo- C
ras à cordibus noſtris, à quibus ſi Chriſtum reci-
piamus, expellitur. Ergo quia illú imitantur qui
ſunt ex parte illius, nos imitemur Dominú Ieſum
qui nos vocauit in ſorté hæreditatis ſuæ, & tolle-
re nos iuſſit iugú ſuum ſuaue, vt graue illud legis
& mortis iugú diſcuteret à nobis. Eſt auté & cri-
nis vt iugum leuitatis. Ná (vt ſcriptura diuina nos
docet,) leuis eſt ſanctorum coma, impiorum gra-
uis. Illa aut virtutis, vt in Samſone, aut ſanctifica-
Capillatu tionis, vt in Samuele: Hæc auté aut ponderis, vt
ra multi- in Abeſſalone, aut ſqualoris, vt in Nabuchodo-
plex in noſor. Qua hominum comarúmque diſcordiá do- D
ſcriptura. cemur in capillis opera cenſere: Siquidem regi
Iudic.16. Aſſyrio in ſolitudinem feritatémque damnato,
1.Reg.1. luctuoſá concretio capitis intonſi, in iubá leonis
2.Re.14. horruerit, vt etiá corporis ſpecie tranſiret in bel-
Dan.4. luam, qui non ſolú à regnis ſuis, ſed etiá à ſenſibus
Nabucho- exulabat humanis, comá triſti leoné, vncis vngui-
donoſor bus vulturé, ſenſu & pabulo boué referens, ne v-
à ſenſi- nius tantùm belluæ ſimilitudiné ferret in pœnis,
bus hu- qui multarú ſimilis fuiſſet in moribus. Intellecto
manis e- tamen tandé Deo, & ſenſui reformatur & regno,
xulabat. factus & ipſe nobis eſt in exemplar fidei, vt regnú
Pœniten- quod intra nos eſt, timeamus amittere peccando,
tiæ exem- & meminerimus repetere pœnitendo. Nec Abeſ- E
plar in ſalon quáuis decoro & corpore & capite ſuper-
Nabucho- bus, poterat dicere quod Samſon dixit: Si tonſus
donoſor. fuero diſcedet à me virtus mea, quia non habebat
Iud.16. illá in pulcherrimo licet crine virtuté, quæ non
corporaliú capillorum ſed gratiæ ſpiritalis erat,
quá impius habere non poterat. Virtus enim &
ſapiétia Dei Chriſtus eſt, qui in parricidalé animá
non adibat, quia nó habitabat in corpore ſubdi-
to peccatis. Denique capillaturá illius pro iniqui
tatum mole deſectam, etiam tonſuræ neceſſitas
iudicata teſtatur. Sic enim habes: tondebat caput
1.Re.14. ſuum quia grauaretur: cùm auté detonſus eſſet,
ponderabat capillos capitis ſui, & erant centú ſi-
Appendix.

clorú pondere regali. Quo apertiùs exprimi po-
teſt, pro operibus numerari capillos cum in impij
capite non aliquá virtutem, ſed tantùm ſarcinam
capillorú ſcriptura ſignarit? Ponderabat (inquit)
capillos capitis ſui. Gloria enim impio eſt iniqui-
tas ſua. Neq; ſolùm operatio eum nequam, ſed &
nequitiæ (vt quidá ait) fama delectat. Vnde illud
in Pſalm. habes: Quid gloriaris in malitia, qui po- *Pſal. 51.*
tens es in iniquitate? Lumen etenim impiorú te-
nebrę, honor vmbra, celſitudo tranſitus, caput Za-
bolus, & ideo coma pódus eſt. Propter quod ſcri-
ptura, regali pondere grauem illius parricidæ co-
mam dicit, hoc eſt Zabolico pondere. Zaboli ete-
nim regnum eſt omnis impius: ſic & qui mollibus *Matt.11.*
veſtiuntur in domibus (inquit) regu ſunt: Hoc eſt,
principum aëris huius, & nequitiæ ſpiritalis du-
cú, in quorum domibus & regnis agút aut impie-
tate duri, aut laſciuia molles, quorum diuitiæ pec-
catum, itinera lubricum, finis interitus, gloria in
inferno, domus in ſepulchro eſt. Taliú crines cri-
mina ſunt, & idcirco illi crines eſſe non poſſunt,
quibus bellator ſacer ſuues hoſtiú & nouas reſtes
quaſi mollia fila ſoluebat. Sed illi potius de qui-
bus ſcriptum eſt: Funes peccatorum circumplexi
ſunt mihi: Peccatis enim ſuis anima & implicatur *Pſa.118.*
& premitur. Quod plené probat propheta qui
dicit: Superpoſuerat iniquitates meas caput meú, *Pſal.37.*
ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Vides
quàm graues habeat peccator comas: at cui coma
Chriſtus eſt, leuis & volucer exultat, dicens: Deus
qui præcinxit me virtute, & poſuit immaculatam
viam meam, qui perfecit pedes meos tanquam
ceruorum, & ſuper excelſa ſtatuit me. Iugú enim
(vt dixi) & coma Chriſti leuis eſt, quia ſeruientes
Chriſto operamur bona; quibus pennati in alta
prouehimur. Vnde etiam in carne poſitis Chri-
ſtianis Apoſtolus dicit: vos autem iam nó eſtis in
carne, ſed in ſpiritu. Subiecta enim ſubditæ Deo
animæ caro tranſit in ſpiritú, non ſubſtantiæ com-
mutatione, ſed vitæ. Itaque & mortem mihi Sam-
ſonis & cęcitatem volo, vt viuam & videam Deo.
Nam forſitan nihil ille receptis, propter futurum
myſterium, in coma viribus, recipere ſimul, vt a-
miſerat, oculos ideo deſiderauit, quia virtus illa
cæleſtis gratiæ, internis ſana luminibus, corporeo
non egebat obtutu. Hoc igitur exemplo & nos
contentis ad dominum ſenſibus, carnales oculos,
ſecularium rerum auerſione, cæcemus, quibus or-
bari propheta deſiderabat cùm diceret: Auerte
oculos meos ne videát vanitatem. Et dominus ip- *Pſa.118.*
ſe, oculis Iudæorú cæcitaté præferens dicit: ſi cæ-
ci eſſetis peccatum non haberetis. Reminiſcamur *Ioa.9.*
qua pernicie illis in paradiſo oculi ſint aperti:
quos tamdiu habuerunt illuminatos Deo, quàm- *Gen.3.*
diu clauſos habueré peccato. Ná tum demum pu-
bertatis & ætatis ſuæ hauſerunt pudoré, cùm bo-
næ cóſcientiæ caſtitaté, cuius lumine veſtiebátur,
pręuaricationis crimine perdiderunt. Et ideo ve- *Cæcitas*
ri luminis damnú eſt, ad vſum tenebrarú vti lumi- *vera quæ*
nibus, & oculos in terrena defixos cęcare cæleſti- *ſit.*
bus. Illuminatur auté anima tali cæcitate qua de-
ſpicit mundú, vt conſpiciat Deú. Quia omne (in- *1. Ioa. 2.*
quit) quod in múdo eſt, concupiſcentia oculorú eſt.
Ob hoc Apoſtolus obduci acié noſtram huic mú-
do & enubilari Chriſto docés ei ſcilicet qui illu-
minat omné hominem venienté in hunc mundú, *Ioa.1.*

id eſt omnis hominis mentē venientē,ſolicitat nos
ab aſpectu pręſenti in ſuſpectū æternorū, & di-
1.Cor. 7. cit:nolite quærere quæ in hoc mūdo ſunt.Præte-
rit enim huius Mundi figura.Et iterū idem: Quæ
ſurſum ſunt quærite,vbi Chriſtus eſt ad dexteram
Eccleſ. 1. Patris. Omnia enim (vt Eccleſiaſtes ait) ſub Sole
vanitas:Proinde ſuper Solem veritas.Ita & qui in
veritate cōſiſtunt,etſi intra Mundū viuant habita
tione corporea, tamen ſupra Mundum ſunt con-
uerſatione cæleſti: Et aſtrorum choros,vel cælo-
rum polos, euolantes, ſpiritu ſcandunt & ſuper-
uaduot, celſioreſque elementis agunt non ſubdi-
ti rebus& vſibus elementorum,ſed affixa in Chri-
ſto vita ſuperiores Mundo fiunt, manentes in eo
qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.
Vides quemadmodum nos à mortalibus ad Deum
transferat imitator Chriſti, doctrina pariter exē-
ploque virtutis, auferens velamentum à corde
noſtro, vt reuelata facie contemplemur gloriam
Dei, quæ infidelibus velamine legis abſconditur,
fidelibus Euangelij reuelatione detegitur. Iam
ergo nobis illa carnali coma opus non eſt. Vetera
2.Cor. enim (inquit) tranſierunt, & ecce nunc omnia
noua, quoniam: Exortum eſt in tenebris lumen
Pſal. 11. rectis corde,miſericors & miſerator & iuſtus Do-
2. Cor. 3. minus.Dominus autem Spiritus eſt. Vbi verò ſpi-
ritus Domini, ibi libertas: & ideo tunc honori
fuerit Capillatio,cùm adhuc illud ſpiritale vela-
men Legis etiam corporali habitu præferri opor-
tebat: nunc iam oneri eſt, poſtquàm Sol æternæ
libertatis illuxit, & caput nobis factus eſt Chri-
ſtus,qui nos vt iugo,ita & onere capitum depreſ-
ſorum leuaret. Propterea iam audemus io voce
exultationis & confeſſionis vt liberi proclamare
Pſal. 2. diſrumpamus vincula eorum,&proiiciamus à no-
bis iugum ipſorum. Nūc enim tempus acceptum,
nunc ſalutis dies, cùm iā non in vmbra nubes,ſed
in lumine corporis ſui veritas adeſt. Et opportu-
nè ad gratiam tempus & ſpecies libertatis tonſori
in promptu eſt, qui nos & prolixiore capitis ve-
lamento leuet, vt gratiæ ſpiritalis beneficium e-
tiam corporalis forma teſtetur,& libertatis inter-
næ lætitiam ſerenitas reuelatæ frontis oſtendet.
Fœminis tantùm comam Apoſtolica reliquit au-
ctoritas: quia etſi ipſis vna nobiſcum fides vela-
Fœminis cur ab Apoſtolo relicta ſit capillatura. mentum cordis amouet,tamen tegimentum capi-
tis & frontis vmbraculum,verecundiæ decus po-
ſtulat: & ideo perfectus fidei ac diſciplinæ Ma-
giſter docet indecorum viro crinem,quia abſcō-
di non poteſt caput viri Chriſtus, quod eſt & illa
ſupra montem ædificata ciuitas, in Eccleſia quæ
1.Cor. 11. corpus eſt Chriſti.Itaque viro dedecus, decus eſt
fœminæ quæ nemini caput eſt,ſed honeſtatis cul-
tu ornat virum, & corporis ſeriem quæ à capite
Chriſti Deo, & viri Chriſto, & mulieris viro te-
xitur,quaſi in fundamentum locata ſuſtentat.Sed
eam quoque per conſortium corporis membro-
rumque texturam, participem, & ſummi capitis,
Gal. 3. facit Chriſtus: in quo nec maſculus nec fœmina
ſumus. Habeant ſanè capillos quibus iuxta illam
Luc 7. Euangelicam peccatricem veſtigia Chriſti ter-
geant, & ſapientiæ pedibus implicentur, vt aliud
niſi ſapientiam amare,niſi virtutem amplecti, niſi
pudicitiam oſculari neſciant: & vt extremo ſaltem
Muliebris coma. rore verbi cæleſtis aſperſæ dicant: ros enim qui
abs te eſt, ſanitas eſt nobis. Sint mulieribus no-

A ſtris comæ, ſpiritalium acta virtutum,ieiunia,mi-
ſericordiæ,orationes. Tales enim & virum decēt
crines:ornet eas Chriſti gratia non capilli: caſti-
tatis gemma,nō lapides: & operum, in his, non o-
dorum flagret vnguentum. Meminerint eſſe ſe fi- Pſal. 44.
lias illius filiæ Regis cuius gloria omnis abintus
eſt. Intelligant cur illas Apoſtolus prolixiori ca-
pitis velamento tegi iuſſerit:propter Angelos,in- 1.Cor. 11.
quit:Illos videlicet ad ſeductionem paratos, de
quibus ſancti iudicabunt. Hi enim petulantiùs in 1.Cor. 6.
firmiora vaſa pertentant, ſicut non Adam ſed Æ- Dæmon, non Adamū,ſed Euam, aggreſſus.
uam coluber aggreſſus eſt. Vnde etiam docere in
Eccleſia prohibentur, ne exaltato ſpiritu, decre-
B ta ſapientiæ audeant intueri, & ſcientia inflatæ
diſiliant. Profectò enim valeat ad confuſionem
malorum ſi videant mulierem ſenſùs ſuos, igno- 1.Tim. 2.
rantiæ ſpecie, per ſilentium tegere, diſciplinam Mulieres ſilentium & velamē quam vile ſit.
intellectùs ſui verecundo habitu confiteri,vt non
audeat Serpens tentandam rurſus aggredi,deſpe-
ratione capiendæ.Non fruſtrà autem hoc eo po-
tiſſimum tempore fieri debere Apoſtolus docet,
cùm aut oret mulier aut prophetet: Tunc enim
venit in ſpiritùs conceptionem, & ideo tunc ma- 1.Cor. 11
gis excitat Tentatoris inuidiam,cùm in virum per
fectum ſpirans, exit terminos infirmitatis ſuæ.
Quod autem & de oratione, eadem, Apoſtolus,
C quæ & de prophetia ſentit,non mirum, cùm & a- 1.Cor. 14
lio loco dicat, orari ſpiritu: nam & cùm oramus,
(inquit)quemadmodum peti debeat nos neſcim⁹
ſed ipſe nos ſpiritus docet. Igitur quia & in ora-
tione fit conceptio ſpiritalis,ne quis (vt ſcriptum Conceptio ſpiritualis in oratione fit.
eſt) mulieri, vltra vaſculi ſui fines agenti, dolus,
hoſtis & laqueus occurrat, vult Apoſtolus in ha-
bitu eius oſtendi, eſſe illi ſupra caput poteſtatem
quà regatur pariter & defendatur: ea ipſa humi-
litate cordis virtutem illi conferente, qua ſcien-
tiæ ſupercilium premit gubernaculo diſciplinæ:
& mauult timere quàm altum ſapere, tutius taci-
ta per timorem fidei, quàm perita cum lingua,in
D caſſum preſſura frontem capillo niſi etiam pudo-
re velauerit. Ergo in commune,omnis anima, ſtu
deamus illis adornari capillis, quos Deus nume-
rabiles habet, ſicut ipſe dicit: Sed & capilli capi- Luc. 12.
tis veſtri omnes numerati ſunt. Cuius verò ille ca-
pitis capillos magis numerare dignetur, quàm e-
ius, cuius ipſe verticis caput eſt? De quo dicitur: Vulg. Editio Bibliorū habet, optimū: alij, obrizom: quidam, purificatum.
caput eius vt aurum paz: quo nomine probabi-
lius aliquod & purius aurum ſignificari puto, ſi-
cut illud de terra Euilath. Hoc enim aurum for-
ma ſanctorum eſt,qui in capite corporis vt lumi-
na micant, & ſunt aurum ignitum Deo. Quia vi-
delicet eos per examina paſſionum in huius Mun
E di fornace conflatos, inuenit (vt ſcriptum eſt) di-
gnos ſe, & in his ſacram imaginis ſuæ percuſſit
monetam, imprimens cordibus & linguis eorum Sap. 3.
veritatis ſuæ verbum, eoſdemque ipſos ſtatuens
nummularios, vt ſecundum ſuam formam proba-
biles domino cuderent nummos, & abolita de no
bis figura Cæſaris, viuum regis æterni nomiſma
ſignarent, vt ſpiritu redemptionis inſcripti, cer-
uice iam iugo libera & ſalutis titulo præmunita
fronte caneremus: ſignatum eſt ſuper nos lumen
vultus tui domine. Summâ igitur ope enitamur Pſal. 4.
ita nos comparare, vt diuini capitis (quod nobis
per gratiam Dei Chriſtus eſt) crines & aurum eſ-
ſe mereamur. Ex ipſo enim capite pullulat illa
Cæſaries

cæſaries de qua ſcriptum eſt: Capillatura eius vt
Cant. 4. greges caprarum. Et bene illorum potiſſimùm a-
nimalium nomine deſignantur greges Chriſti,
quorum maximè vſus in lacte eſt: quia omnis qui
credidit Deum Chriſtum, totam Trinitatis ple-
nitudinem in eo quem pater vnxit ſpiritu ſancto,
fide pietatis amplectitur. Et ideo ipſa mater om-
nium viuentium, Chriſti corpus, Eccleſia, ſucco
pietatis exuberat: & bona vbera eius ſuper vinū.
In quo opinor ſignificari, quòd dulcior ſit liber-
tas gratiæ in lacte miſericordiæ, quàm in vino iu-
ſtitiæ legis auſteritas. Litera enim (inquit) occidit
2. Cor. 3. (Vides cenſuræ merum) ſpiritus autem viuificat,
(vides vberum munus & lactis effectum) Sed hoc,
B vt tu mauis intelligi, ſemen detur, quo prima na-
ſcentium multra coaleſcit. Bona igitur vbera, quę
Joa. 10. paſtor bonus qui pro ouibus animā ſuam poſuit,
illis immulſit infantibus de quorum ore perfecit
Pſ. 8. laudem ſibi, vt deſtrueret inimicum boni, & de-
fenſorem mali. Ex harum caprarū gregibus erat
ille vir gregis, qui paruulos Chriſti nondū aptos
ſolidiori cibo, teneris lactabat alimentis, quibus
1. Cor. 3. dicebat: Lacte vos potaui non eſca, nondum enim
poteratis, ſed nec adhuc poteſtis. Cùm autem hu-
tus lactis alimonia creuerimus, firmatis primùm
fidei conceptione veſtigiis, adoleſcemus in robur
iuuentæ, & confirmata per fidem charitatemq́ue
C patientia, leuabimus manus noſtras in actionem
robuſtiorem, operibúſque virtutum velut cibo
fortiore viuemus, vt efficiamur & illi crines de
† Vulgata Editio habet, Comæ, eius ſicut elatæ palmarū, nigræ vt coruus. quibus ſcriptum eſt: † Crines eius abietes nigræ,
ſicut corax: id eſt, coruus. Sed bonus iſte coruus,
nec ille ad Arcam reuertendi immemor, ſed ille
paſcendi prophetæ memor, cui bene comparan-
tur illarum abietum æmuli crines, de quibus di-
cit, abietes bonę & nigræ, adducētes naues Thar-
ſis, vnde nunc Corax iſte non noctis ſed luminis
coruus eſt, cuius coloris ſpecioſi crines ſunt: ideo
Cant. 5. ſancti, genus regale & ſacerdotale, quibus diuinū
caput vt oſtro gloriæ ſuæ purpurat, quia & iuue-
D nilis gratia in huius præcipuè coloris capillo flo-
rentem veſtit ætatem. Non diſſimulandum tamē,
Coruus quid ſignificet myſtice in ſcripturis. quòd auis iſta interdum forma peccati in ſcriptu-
ris, interdum gratiæ ſpecies inuenitur. Videtur
enim eſſe mortifera, cùm ad ſupplicium produci-
tur impiorum: quia mala (ſicut ſcriptum eſt)
per malos Angelos mittit Deus: vel cùm in vl-
Pſ. 77. tione maledicti dicitur: oculum qui irriſerit
Prou. 30. patrem & matrem, effodiant eum corui de con-
uallibus. Laudabilis autem eadem auis vel cùm
prophetā mane panibus, & ad veſperam carnibus
3. Reg. 17. alit, vel cū pulli coruorū inuocant nomen Domi-
Pſ. 146. ni. Sed & color eius aliquando in ſanctis, aliquā-
E *Cant. 1.* do in impiis dicitur. Spōſa nāq; Chriſti dicit ſe fuſ-
Pſ. 17. cam & decorā, & Dominus tenebras poſuit lati-
bulū ſuum. Et rurſus ècōtrario ab Apoſtolo com-
monemur, ne nos tenebræ cōprehendant. Verum
tamē illæ abietes nigræ & bonæ adducētes naues
Tharſis, ſecundū eius formā ſunt, quæ fuſca pari-
ter & decora eſt. Ipſius enim & mēbra ſunt Sācti
qui ſicut & palmæ florentes & cedri multiplica-
biles, ita & abietes nigræ & bonę ſunt, quia in Ec-
cleſia (hoc eſt Dei mōte) verticibus meritorū e-
minent, vt abietes in ſuis mōtibus. Et ſicut illæ a-
Meritorū vertices. ptæ nauibus cōtexendis, ita illi principes populi,
de monte Legis vt à Libano exciſi, Arcam Domini

A ſiue nauē, hoc eſt, Eccleſiam per huius Mundi di-
luuia nauigaturā, edolatis verbo Dei gētibus te-
xuerunt, & in cōpagem charitatis, fide ſtringente,
coniunctā, fluctus Mundi iſtius imputribiliter ſe-
care docuerūt. Sed & nunc eruditæ ad Apoſtoli-
cam fidē animæ, abietes ſunt nigræ & bonæ: nigrę *Animæ*
verò iam non de peccato, vt puto, magiſq; adhuc *nigredo,*
vel de inhabitatione corporea, vel de exercitatio- *vnde contrahatur.*
nis internæ quaſi bellico puluere, vel puluerulē-
to ſudore nigrātes: Bonæ tamē, propter ſpiritalē,
etiam in noctibus corporum conuerſationem. Sic
& naues quæ fluctibus Mundi ſupernatant, & fi-
de veri atque opere iuſti à dextris (vt ſcriptū eſt)
& ſiniſtris, velut remis armantur, qui verbo Dei
B quaſi gubernaculo dirigūtur, & ad auram Spiri-
tus ſancti ſenſuum ſuorū ſinus pandunt, & cordis
ſui velū vinculis charitatis, vt funibus ad antēnam
Crucis ſtringunt. Et arbor illis eſt virga de radi-
ce Ieſſe, quæ totam corporis noſtri quadriremē
regit, & cui ſi iuxta illā poeticam fabulam in pro-
phetica veritate nectamur, volūtariis adſtricti ne-
xibus, & obſtructis non cera ſed fide, neque cor-
poris ſed cordis auribus contra huius Mundi va-
rias ad capiendum, pares ad nocendum illecebras
tuti, & innocuè ſcopulos voluptatum quaſi ſaxa
Sirenum prætervehemur. Aſtringamur autē huic
arbori fune validiſſimo, vincti in ſpe, fide, charita-
C te, credētes cordibus & oribus confitētes indiui-
duā Trinitatem, quæ eſt ſpartū triplex quòd non *Eccl. 4.*
rūpitur. Hoc ſparto & opera noſtra texitur, quo
erudiente, fidei noſtræ arbor erigatur, charitatis
antēna, & vitæ noſtræ vela ſinuentur, vt ſimus &
abietes illæ quę in fabricā Templi magnis ratibus
intextæ ducebātur à Tharſis: vel iidem, naues qui
illam æmulemur quæ Solomoni quondam, electū
aurum & opes Tyrias afferebat. Tanto autē ſtu- *3. Re. 10.*
dioſiùs & quæſtuoſiùs noſtra negotiatio debet a-
gitari, quantò rex noſter æternus Ieſus, illo tem-
porali Solomone præſtantior eſt. Ecce enim (in-
quit) maior Solomone hic. Qui non conteret nos *Matt. 12.*
D ſpiritu vehementi inter naues Tharſis, ſi illi, bono *Luc. 11.*
actu, vitæ noſtræ lucrū (quod pretioſiſſimū Deo
mercimoniū) conuehamus, vt ſuū ipſe pretiū acci-
piat à nobis, quia ipſe eſt & Margarita quam tota
ſpiritalis iſtius mercaturæ cōuerſatio ſibi nititur
cōparare: cui coëmēdæ ſi facultas noſtra ſuffece-
rit, non deprimentē ſarcinam, ſed leuantē nos per
hoc mare magnū & ſpatioſū vehemēs & dormiē-
tem in nobis pro noſtra ſegnitia Dominum (ſi vel
dormientē vectare mereamur) excitare audebi- *Luc. 8.*
mus, vt increpās ventos ſpirituū inimicorū vel e-
tiam noſtrorū ſenſuū, ſaluos nos faciat à puſillo a-
nimo & tēpeſtate, tendētibuſq; nobis ad trāquil-
E litatē ſuam, maria cōſternat, vt quaſi naues ſuarū
onerarias opū deducat in portū ſalutis, victricib⁹
fluctuū puppibus, virides lætus imponat coronas:
ſimus & dextera eiuſdem qui totus dextera eſt,
non habentes in actibus noſtris ſiniſtram, vt ad
dexteram Iudicis ſtare, vel potius dextera ipſius
Iudicis eſſe mereamur, & opera noſtra in die re-
tributionis ſicut capillos ſui capitis Dominus re- *Mat. 25.*
numerator adnumeret, vt ipſe iam præfatus eſt in *Chriſtus*
Euangelio, pronuncianda in iudicio cùm benedi- *in iudicio*
ctione diuina & attributione regifica remunera- *remunerabit merita*
bit ſpiritaliū merita virtutū, hoc eſt, pulcherrimas *virtutū.*
ſui capitis comas: Qualibus, & illa in Eccleſia

typo mulier, Chriſti veſtigia vnguento & lachrymis rigans terſit, quæ non tam pretio munerũm quàm obſequij placuit affectu. Non enim [*Peccatrix domum extraneã intrauit.*] vnguentum in illa Dominus, ſed charitatem dilexit, qua pudenter impudens, & piè improba, ſine opprobrij & repulſæ metu, extraneam ſibi domum phariſæi, non inuitata, illa vi petulans penetrauit qua rapitur regnum cælorum, & tantùm verbi cæleſtis eſuriens, [*Matt. 11.*] non ad opes illius, ſed ad pedes Chriſti cucurrit, ſeque in illis abluit & cibauit, atque ipſos ſibi pedes ſacrarium (vt ita dixerim) & altare conſtituit, in quibus libauit fletu, litauit vnguento, ſacrificauit affectu. Sacrificium enim Deo ſpiritus contribulatus. [*Pſal. 50.*] Quem illa immolans Deo, non ſolũ remiſſionẽ delictorũ, ſed & gloriam prædicandi cum Euangelio nominis meruit. Et quia vocandæ ex gentibus Eccleſiæ imaginem præferebat, omnia in ſemetipſa myſterij ſalutaris inſignia geſſit: vncta eſt chriſmate ſui muneris, pœnitentiæ lachrymas habuit in lauacrum, viſcera charitatis in ſacrificium, & ipſum viuum viuificantemque panem manibus & ore præſumpſit, ſanguinem quoque calicis, antequam fieret calix ſanguinis, oſculis ſugentibus prelibauit. Beata quæ Chriſtum in carne guſtauit, & in ipſo corpore Chriſti corpus accepit: merito prælata Phariſæo paſcenti licet Chriſtum, quæ Iudeo exultante ieiuna non cibi (vt dixi) ſed ſaluti auida ſeruiebat. Beata quæ meruit in Eccleſiæ typum hac quoque ſpecie figurari, vt in domo & conuiuio phariſæi non ipſe phariſæus, ſed peccatrix ad veniam iuſtificaretur. Plus huius importunitas conſequitur quàm phariſæi dapſilitas. Etenim† diſpoſitio ſeculi, ſacramentique ordo poſcebat, iuxta illam Noë patris propheticam benedictionem, in tabernacula Sem tranſire habitationem Iafet, hoc eſt, in domo Legis & prophetarum, Eccleſiam potiùs iuſtificari, minorem temporum æuo ſed gratia, Lege maiorem. Vnde ipſius in Ioanne, vnde lex ipſa, Legis perſona profitetur, qui poſt me venit ante me factus eſt, quia prior me erat.

[*† Alij legunt, diſpoſitio ſeculo, ſacramẽti ordo &c.*] [*Gen. 9.*] [*Ioan. 1.*] [C] [D]

Vt autem etiam in typo congrueret Eccleſia capiti ſuo, bene formam peccatricis acceperat, quia Chriſtus quoque formam peccatoris accepit: ſed Iudæus neque caput neque fundamentum habiturus in Chriſto, nec caput Chriſti nec pedes vnxerat, quod vtrunque pretioſis vnguentis mulier Euangelica irrigauerat: propterea Synagogæ, [*Pſa. 140.*] neque oleum gratiæ neque aqua refectionis à Chriſto eſt, cuius typum illi phariſæo gerenti, [*Pſal. 22.*] circa ipſum & olei & aquæ ſalutaris fontem & aqua & oleum charitatis exaruit. De hoc fonte prædixerat per prophetam: [E] oleum peccatoris non impinguet caput meum: ſicut ad Eccleſiam ſuam dicere potuit, impinguaſti in oleo caput meum: quæ non ſolùm confectione, ſed etiam vaſe pretioſum detulerat vnguentum, quod multorum graminum ſiue florum mixta in vnum gratia & virtute flagrabat. Quæ potuit, niſi Eccleſia, tale conficere? quæ de varijs cœleſtium gratiarum floribus & ſuccis odora, multimodas ſuauitates ex diuerſis gentibus Deo ſpirat, orationeſque ſanctorum, [*Cant. 5.*] velut aromata pateris incẽſa flagrãtibus, ſpiritus veritatis exhalat, vt ei taliũ florum odoribus ſeu liquorum roribus affluenti, ſponſus ipſe gratetur illa qua & in Canticis canticorum voce blanditur: Columba (inquit) mea, [*Ibidem.*] [A] perfecta mea, quoniam caput meum repletum eſt rore. Caput Chriſti, Deus: & crines eius, electio ſanctorum quibus pater gaudet in Chriſto. Et crines mei, guttis noctis. Ros, vt ſcimus, non eſt imbris humor ſed refrigerij, quo reficiuntur arida ab æſtu diurno gramina. Huius roris lucidis guttis non niſi ſerena nocte ſpargitur terra. Vnde intelligi datur, eas noctis guttas, quibus caput & crines ſuos ſapientia maduiſſe lætatur, formam eſſe ſanctorum, quam & in ſtellis Apoſtolus coruſcare deſignat, quæ æquè ſerenis noctibus micant, [*Pſal. 138.*] quibus rores cadunt. Quæ autem nox intellectu ſpiritali putanda niſi paſſio Domini, quæ & [B] dies illuminauit? de qua puto ſcriptum: & nox illuminatio in delicijs meis. Sed ſi & hoc ſeculum noctem putes, quod conuerſione gentium, quarum ante fidem tenebris horrebat vt nubibus ſerenatum eſt, & nunc Eccleſiæ lumine quaſi pleno Lunæ perfectæ ſpeculo, & ſanctis hominibus vt puriſſimis ſerenitate ſideribus, opera fidelium, quibus animam ſuam quiſque viuificans à præteritæ ſiccitatis ſiti reficit, quaſi rores in hac (vt diximus) ſeculi nocte deſtillant. Et ideo caput ſuũ Chriſtus tali repletum rore lætatus, & illuminator noctium noſtrarum, tamen guttis noctis noſtræ crines ſuos gaudet eſſe perfuſos, [*Iudas inuidus Chriſti pedibus vnguentum.*] [C] quia ipſius refrigerium & refectio eſt illa fidelium operatio, quibus vel fratres iuuantur, vel inopes confouentur. Ideo denique & vocem Iudæ aſpernatus eſt, [*Ioan. 12.*] qui recepti corde ſuo Zaboli ſpiritu, mulieris vnguentum Chriſti pedibus inuidebat. Operibus enim pietatis & miſericordiæ & vngitur & ſerenatur & paſcitur Chriſtus. Verum Traditor antequã proderet Dominum, perfidiam ſuam prodidit, quem non pauperum ſed furtorum ſuorum cura commouerat, & liuor mentis infidæ, vt vnguentum illud quamlibet pretioſum, dominici tamen ſanguinis comparatione viliſſimum, [*Egentium cura Chriſto poſt habenda.*] pretioſius corpore ſalutari iudicans, indignaretur in [D] fœminam piè prodigam, quã ipſe Dominus, bonum in ſe opus teſtatur operatam, docens egentium curam eſſe poſt habendam, ſed ſibi tantùm, vt in eo oſtenderet, vt corde peruerſo fidei miſericordiam prætuliſſet, cùm fomes operum fides ſit, & præceptis ſuis præſtet ipſe præceptor, niſi quòd in hoc quoque filius perditionis oſtendit, quàm vilem Chriſtum haberet, vt qui vnguẽtum quod ſupra Chriſtum effundebatur, perire dixit, & ideo non eſt in pretio ſanguinis Chriſti, [*Matt. 26.*] quia habere nõ poteſt redemptorem, quem maluit habere venalem: & iure, à commercio vitæ, mortis contractor excluditur, [E] ſuo ipſius damnandus iudicio quo triginta aureis vendidit eum quem mulier, vt ipſe taxauerat, vnxit trecentis: ſed in hoc peruerſus, quòd ipſum vili æſtimans Dominum, vnguentum illud, quod in ſalutarem nobis, eius ſepulturam præmittebatur, caro æſtimauit, verèue Zabolus ignarus gratiæ Dei in qua illi non eſſet portio, non charitate ſed inuidia magno æſtimauit pretium mortis eius, [*Sap. 6.*] qua nos gratis ſeruat qui magno emit, non vendit. Nos cùm ille vult pretioſos facere ſui muneris vilitate, ipſe nobis hac pietate pretioſor, quòd ſe vili vult æſtimari, [*Matt. 10.*] vt ab omnibus ematur. Quoniam enim (inquit) ipſe fecit pauperem & diuitem, [*Act. 3.*] & æqualiter illi cura eſt

eſt pro omnibus. Vnde ait: Gratis accepiſtis, gratis date. Huius gratiæ gratuitis opibus diues Petrus, debilem pauperem, & tantummodo egenæ ſtipis cupidum, pecuniam non babens, ſanitate ditauit. Itaque egeamus auaritia auri, vt abundemus gratia, & per inopiam voluntariam viieſcẽtes buic ſeculo, pretioſum domino efficiamur vnguentum. Spirabimus enim bonum Chriſti odorem Deo, ſi mortem Cbriſti in corpore noſtro circumferentes, & vitam in ſpiritu manifeſtantes & paſſionis Dominicæ & reſurrectiouis odore

Mat. 26. flagremus. Mittemus autem vnguentum in corpus Cbriſti, ſi ſubſtantiam vitamque noſtram in fide veritatis eius & præcepti obedientia conſeramus: tunc in eius corpore, replentia domum totam vnguenta flagrabimus, ſi charitate perfecta poſſimus vnquã dicere: mihi autem mun

Gal. 6. dus crucifixus eſt: non amanti diuitias, non honorem ſeculi: non amanti quæ propria ſunt, ſed quę ſunt Chriſti: non amanti quæ videntur, ſed quæ non videntur. Hæc nobis eruot in virtute & miniſterium ſinctum, comæ, quibus & pedes Chriſti detergeamus, & funes peccatorũ rũpere poſſimus in ſpiritu libertatis, gratulãtes dicere: Diſru-

Pſal. 115. piſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Sed dum currẽdi ſpatium, dum ſeruiendi tempus eſt, paſcamus buiuſmodi comam, & imitemur non ſolùm dilectionem illius Euangelicę Peccatricis, vt amore magnó magna debita diluamus: ſed & importunitatem eiuſdem, vt pręcipiamus iræ imminenti, ſalutem opportunè, importunè panem vitæ quærentes, Patris-familiâs ianuam & nocte

Pſal. 133. pulſemus. In noctibus enim (inquit) extollite manus veſtras in ſancta, omnis in Chriſto ſapientis

Eccle. 9 limina (vt iuſſum eſt) exterentes: vbique captemus cibum vitæ, vbique aucupemur verbum Dei, de omniũ fideliũ ore pendeamus, quia in omnem fidelem ſpiritus Dei ſpirat, & neceſſe eſt à minimo Dei ſeruo vel guttam cæleſtis ſapientiæ deſtillare, quæ ariditatem mei cordis irroret, & mihi ſupra huius ſeculi ſapientium flumina, ad portum vtilitatis exuberet: quia malo quinque verba loqui in lege, quàm multa millia in lingua, ſicut vnam diem in atriis Domini viuere, quàm mil

Ioan. 3. ba in tabernaculis peccãtium. Quoniam ſpiritus vbi vult ſpirat, & audio vocem eius, & neſcio vnde veniat: Igitur vbique auram eius captabo, vndecunque vel tenuem halitum legam, vel indigni, vel in domó Pbariſæi audiam iuſtum veniſſe, cõtendam præripere hoſpitis gratiam, præripere ſi poſſim Regnum cælorum. Vbicunque mihi reſonauerit Chriſti nomen accurram: ad cuiuſcunque interiorem domum, Ieſum intrare cognouero, & ipſe properabo: cùm reperero ſapiẽtiam, cùm reperero iuſtitiam in alicuius penetralibus recumbentem, curram ad pedes Chriſti, vt vel extremo ſapientiæ veſtigio ſigner, nec faſtidiam pedes, immò optabo, vt vel pedibus ſuis tangat caput me-

Salutis verba vndecunque veniant, capienda ſunt.

Matt. 9. um Chriſtus. Illa fimbriam tetigit & curata eſt, alios & tranſitu Apoſtolici corporis inumbrando ſanauit. Expandamus illi capillos, id eſt, omnes noſtrorum inſignium dignitates ante ipſum ſternamus, & deiiciamur à nobiſmetipſis, vt exaltemur ab illo qui in altis habitat & humilia reſpicit. Lachrymis delicta noſtra fateamur, vt de no-

A bis quoque dicat Iuſtitia illa cæleſtis: Lachrymis rigauit pedes meós, & capillis ſuis terſit. Fortaſſe enim ideo non lauerit pedes ſuos cum diſcipulorum lauaret, vt eos noſtris lachrymis nos lauem°. Non mediocris anima illa meriti eſt, de qua poteſt dicere ſapientia: ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos. Quid eſt hoc oſculum, niſi pignus æternum illius charitatis, quæ operit multitudinem peccatorum? Hæc oſcula ſponſo ſuó iam tunc parabat Eccleſia, quando cantabat: oſculetur me ab oſculis oris ſui. Quod priuilegium ſola ſibi Catholica dilectio iure vendicat, quæ vnica atque perfecta, vni viro, ab ipſius ore verbi

Luc. 7. *Chriſtus cur ſuos pedes non lauit.* *Luc. 7.* *Cant. 1.*

B petit oſcula veritatis, ne fraudis hæreticæ veneno, vt inceſtis oris alieni oſculis polluatur. Pedibus ergo Cbriſti oſcula caſta figamus, vt mereamur à pedibus in caput ſurgere, & in ſuperiora corporis membra creſcentes, iam de proximo, vultus, audeamus, & oris ipſius oſcula poſtulare. Et cùm Dei verbum puro corde libantes, guſtauerimus quàm ſuauis eſt Dominus, tunc anima noſtra totis in amore ſapientiæ viſceribus accenſa, dulci refrigeretur ardore, & confixa ignitis dominicæ charitatis ſagittis, quibus omnis alia inimicarum delectationum dilectio interficitur, dicat in corde cõpuncto: quoniam vulnerata cha-

C ritate ego ſum. Beatus verò qui poteſt & oſculo vngere pedes Chriſti. Quis mihi miſero os adureret, & linguam meam cæleſti illo carbone purgaret, vt vel calcaneum Cbriſti mererer ſummo tenùs ore contingere, & ſubdito capite ſola ſancta tergere, vt caput meum potius Cbriſti pedib⁹ tergeretur, & dum pedes lambo diuinos, piarem caſtis, labia immunda, veſtigiis. Exhortemur ergo nos inuicem, certatimque dicamus: Venite adoremus & ploremus ante Dominum qui fecit nos. Illi flentes, noſtra gaudia ſeminabimus: illius veſtigia perungentes, vulnera noſtra ſanabimus. Quicquid enim Chriſto impendimus, nobis po-

Cant. 5. *Iſa. 6.* *Pſal. 94.*

D tius conferimus. Denique illa perfundendo Chriſtum ſe abluit, pedes illius detergendo ſua peccata mundauit. Illum diligẽs ſe dilexit: Et ideo meruit audire: filia, fides tua te ſaluam fecit: quod ille qui erat de filiis regni non meruit audire. Magiſque iuſtificata eſt bæc ſeruitio, quàm ille conuiuio. Pharisæus enim non crediderat, iſta credebat, denique ille dicebat: hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique quæ eſſet mulier quæ eum tangit: & ideo non iuſtificatus eſt conuiuio, ad quod quaſi tãtùm hominem inuitauerat Cbriſtum, imputans fortè illi qui propter nos & pauper erat, quòd tãti feciſſet in dapes ſuas pauperem† diues, aſſume-

Luc. 7. *† For. diuite aſſumi.*

E re. Illa vero non tantò ambitu ſeruitutis & impẽdij & lachrymarum ſperaſſet remiſſionem peccatorum, niſi Deum crediſſet in Chriſto: & ideo in extremo licet ſaluatoris veſtigio caput ſuæ ſalutis inuenit. Quò te miſer Iudæe iactabis? In domo tua te peccatrix noſtra præuenit, ingreſſa in labores tuos. Tu enim epulabaris vt ſuperbires, illa ieiunabat vt ſeruiret. Et quã de vrceis tuis effuodendam negaueras aquam, illa de ſuis oculis miniſtrabat. Tu pedes Chriſti nec linteo, illa crine terſit. Quos tu indignè, nec manibus contingere voluiſti, illa oſculis mulcere non deſtitit. At certè tu potius hoc miniſterium in domo tua

A recepto hoſpiti debuiſſes, ſi, vel exemplo patrum, fas hoſpitale ſeruaſſes. Sed ſufficit vobis ad ſuperbiam iactare patrem Abraham, & ideo te illa præuenit quæ affectu fideli ſe potius patris tui filiam comprobauit, à quo te degenerem etiam iſta inhumanitas arguit, qua dedignatus es lauare pedes Domini, cùm & Abraham Angelorum, & ipſe Dominus lauerit ſeruulorum. Quanquam tunc quoque, fidei pater, etiam Chriſti pedes lauerit, quem vnum de tribus, prophetieis videns oculis, adorauit, & ideo vos ipſe ſic increpat ore præſenti: ſi filij Abraham eſſetis, opera Abraham faceretis. & addit: Ille vidit diem meum, & gauiſus eſt. Beati autem & qui non viderunt, ſed cum videntibus crediderunt. B Ex quo manifeſtum eſt, nobis acquiſitam fidem, tibi perfidiæ non periiſſe naturam. Sibi ergo habeant arrogantiam, ſibi diuitias, ſibi nobilitatem, & iuſtitiam ſuam, qui Abraham patrem corpore magis quàm ſpiritu gloriātur, incircuncisi corde & ſola carne Iudæi. Nobis & ad ſalutē & ad gloriam ſatis eſt Chriſtus & ipſe crucifixus, qui nos de lapidibus in Abraham filios excitauit, illis contra, de Abraham filiis, in noſtræ originis lapides obrigeſcentibus. Nobis, Effrem ſiniſter ad dexteram benedictus proficit, illos in Manaſſe qui præſumptione ſenioris ſuo dexter aſtiterat, tranſlata in caput ſiniſtra, C crucis miniſterio denotauit: quia crux Iudæis ſcandalo, Chriſtianis futura gloria, illū eſſet ſiniſtrum factura de dextero, & me dextrum de ſiniſtro. Quia Iudæis in noſtra deſerta labentibus, & nobis in illorū ſata inuadentibus, ſunt cæcitate quod fuimus, & ſumus gratia quod fuerunt. Sed non ita noſtra ſalute gaudebimus, vt veſtro lætemur interitu. Docti enim ſumus à veſtri corporis fratre, ſed ſpiritus noſtri magiſtro, non inſultare ramis fractis, quia ipſi non ex operibus, ſed ex muneribus miſerationum Dei, in arborem veſtræ ſtirpis inoleuimus. Potens autem eſt communis dominus, ſed Chriſtianorum pater, hoc eſt, fidelium D Deus, idem vos genuinis corticis veſtræ ſinibus inſerere: & veſtro ceſpiti replantare, qui nos veſtræ pinguedinis ſucco per adoptionis beneficium medullauit, vt vtroſque in vnum Domino fructificantes radix vna ſuſtineat. Interim malo Peccatricis & pauperis noſtræ diuitias in lachrymis & affectu, quàm tuas in impietate & litera: Illius ieiunium quàm tuum conuiuium. Malo inter capillos illius, Chriſti pedibus illigari, quàm inter dapes tuas tecum iuxta Chriſtum ſine Chriſto diſcumbere. Si modò vnguentum ad pedes Chriſti non habeam, in aduentu eius ad meas faces oleum non habebo: & væh mihi ſi vnguentum meum vi- E le ſit: pretioſo enim opus eſt, vt conſepeliri merear ſepulturæ eius: cuius niſi morti commoriar, reſurrectione nō viuam. Ergo illū amemus, quem amare debitum eſt. Illum oſculemur, quem oſculari caſtitas eſt. Illi copulemur, cui nupſiſſe virginitas eſt. Illi ſubiiciamur, ſub quo iacere, ſupra Mundum ſtare eſt. Propter illum deiiciamur, cui cadere reſurrectio eſt. Illi commoriamur, in quo vita eſt. Et quàm dignè vicem huic Domino referre poterimus, in quo & mortui viuimus? qui viciſſim nobis hoc eſſe dignatur, quicquid illi fuerimus ſeruuli ſui? Ita enim ſe immiſcet nobis, ac nos ſibi conſerit, vt quod ipſe accepit, nobis proficere faciat, qui quod nobis, id eſt, minimis eius tribuitur, ſibi acceptum ferat. Sic & honori ſuo implicans ſuos, propè omnia nobis etiam nomina ſua communicauit. Vt Virtus Dei dicitur, ita & nobis virtus eſſe dignatur: Deus enim noſtrum refugium & virtus. Hæreditas vt illi nos, & ille nobis. Nam ſicut habes in Moyſe, facta eſt Dei portio populus eius Iacob: ita & in Pſalmis habes: Portio mea Dominus. Et ſicut ipſe de ſe ait: Ego ſum lux huius mundi: ita & ad ſuos dixit: Vos eſtis lux huius mundi. Ego ſum (inquit) panis viuus, & nos omnes vnus panis ſumus. Ego ſum vitis vera, & tibi dicit: Plantaui in te vitem fructuoſam, vitem veram: B Mōs Dei Chriſtus, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo, & ſancti eius montes Dei, montes vberes, de quibus nos illuminat mirabilis à montibus æternis. Petra eſt Chriſtus, bibebant enim de ſpiritali ſequenti eos petra, petra autem erat Chriſtus. Etiam diſcipulo ſuo huius vocabuli gratiam non negauit, cui dicit: ſuper hāc petram ædificabo Eccleſiam meam & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Sed quid miramur eum famulis ſuis indulſiſſe ſua nomina, quibus & patrem ſuum participat & regnum? Dedit enim poteſtatem recipientibus ſe filios Dei fieri, & quantū in ipſo eſt, omnibus di- C xit hominibus: Dij eſtis & filij excelſi omnes: nos verò noſtrarum crimine voluntatum ſicut homines morimur, & ſicut vnus de principibus cadimus. Vnus enim principum Angelorum fuit antequam deiiciendo cadens fieret Zabolus, cui dicitur: quomodo cecidit Lucifer qui manè oriebatur? Sed non ſicut ille, in æternum interitum damnati ſumus: quia ille auctor peccati fuit, ſimulque pro ſe & pro homine punietur, qui eodem periit ſcelere quo perdidit. Homo autem non in fine meruit exterminari Paradiſo & terra eſſe, quia diuina iuſtitia leuius iudicauit aliena mente peccaſſe, quam propria. Criminoſius eſt decipe- D re quam decipi, & peccatum excogitare quam facere. Et ideo temporaliter & ad emendationem punitus eſt fraudis adſenſor, in æternum autem ſupplicium deſtinatus mortis inuentor. Cui nunquam deficiet pœna peccati, qui nunquam deſinit. Itaque non Angelus, non legatus (vt ſcriptum eſt) ſed ipſe Dominus venit erigere alliſos, ſoluere compeditos, & ſaluum facere quod perierat. Sed vt illum deceptorem noſtrum mutua quaſi deceptione confunderet, per myſterium pietatis ſuæ dignatus eſt vnigenitus Dei filius ipſam noſtræ fragilitatis ſuſcipere naturam, vt de ipſa quam deceperat Zabolus vinceretur, & qui ſemper ſub E Dei virtute & legibus fuit, vt eſt, homini ſubiugaretur. Quid ergo illi retribuimus, pro omnibus quæ retribuit nobis? Retribuit enim, ſed vt bonus Dominus, bona pro malis, cui nos mala pro bonis ingeſſeramus. Benedicebat, & maledicebamus: Ille ſanabat, & nos blaſphemabamus: iuſtificabat impios, & eum iniquis deputabatur. Quid ergo illi pro malis meis quæ pertulit, quid pro bonis ſuis quæ cōtulit, referam? Quid pro ſuſcepta carne? Quid pro alapis, pro opprobriis? Quid pro flagellis, pro cruce, obitu, ſepultura rependam? Eſto: reddamus crucem pro cruce, funus pro funere: nunquid poterimus reddere quod ex ipſo & per ipſum & in ipſo habemus omnia, & ipſi qui habemus,

Non meminit Scriptura Abraham lauiſſe Angelorū pedes. Gen. 18. Ioan. 8.

Miniſterium crucis in benedictione Ephraim & Manaſſe.

Chriſtus immiſcet cōſeritque ſe nobis.

Matt. 25. *Chriſtus propè omnia ſua nobis communicat.* *Pſal. 45.* *Deut. 32.* *Pſal. 118.* *Ioan. 8.* *Matt. 5.* *Ioan. 6.* *1. Cor. 10.* *Ioan. 15.* *Hier. 2.* *Pſal. 67.* *Pſal. 75.* *1. Cor. 10.* *Matt. 16.*

Chriſtus participat nobis etiā patrem ſuum. *Ioan. 1.* *Pſal. 81.* *Iſa. 14.*

Homo cur in finem è paradiſo non ſit eliminatus, vt Dæmō.

Hebr. 2. *Matt. 18.*

Quid ſis, Deo reddendum pro eius in nos beneficiis.

habemus, ſumus? Ipſe enim fecit nos, & non ipſi nos, & anima noſtra ſemper in manibus eius. Reddamus ergo amorem pro debito, charitatem pro munere, gratiam pro pecunia. Væh enim nobis niſi dilexerimus. Quando autem ſperem me miſerum & egenum huic domino poſſe reddere, cui nec Apoſtoli ſe reddidiſſe profitentur? Audi denique vnum de ipſis confitentem ſe non reddidiſſe qui dicit: quis prior dedit ei & retribuitur illi? *Rom. 11.* Sed ipſi gratias, qui nobis tanti fœnoris remittit vſuras, & obligatioois immenſæ compendium præſtat, ſolam à nobis dilectionem ſui repetens, quam inter præcepta ſua principali loco ponens, oſtendit quomodo illi inſolubile debitum, etiam inopes, ſolueremus. Nemo ſe igitur excuſet difficultate ſoluendi, quia nemo, ſe, poteſt dicere, animum non habere. Non ſacrificia, non munera ſumptuoſa, non duri labores exiguntur à nobis, in nobis eſt vnde ſoluamus. Res enim poteſtatis noſtræ eſt, noſtor affectus: hunc domino impendamus, & ſoluimus. Denique Dauid liberatus de manu omnium inimicorum ſuorũ, pro ſalutis ſuæ plena ſecuritate, non regni opibus ſed animi, ſoluens ait: diligam te domine virtus mea. Addo etiam ampliùs, eum qui creditor eſt, debitorem fore, ſi illi pretium bonitatis ſuæ, quam nobis indebitam præſtat, gratuita, diligentes animo, penſione ſoluamus. Diligitur autem & in nobiſmetipſis, quia ipſe dixit, hoc ſignum fore diſcipulorum ſuorum ſi diligerent inuicem, dilectione qua ipſe dilexit nos: Id eſt, vt cor vnum & vnam animam habeamus in Chriſto, & id quiſque proximo ſuo faciat quod ſibi fieri cupit. Quò magis tua charitate gloriamur in Domino, quæ ſola nos facit aliquatenus vel vnum de magnis & innumeris debitis Deò ſoluere. In omnibus enim aliis bonis vix tantùm vel in paucis initiatos, in tua tantùm dilectione profitemur eſſe perfectos.

Affectus noſter, noſtra poteſtatis eſt. Pſal. 17. Deus, ex creditore, fit nobis debitor, et quomodo.

QVINTÆ EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

Multis modis extollit Seuerum, quòd humanitate conſanguineos ſuos, amicos, contubernales, ſuperarit, quare eum loco parentis, germani & proximi ſuſcipit ac veneratur. Moſaicas oblationes allegoricos exponit. Seuerum prædicat beatum, vt qui dignus fuerit, diui Martini vitam enarrare.

Seuero, Fratri, Vnanimo, Paulinus.

Eccle. 6.

IN Domino Ieſu Chriſto ſentio, & in te potiſſimùm, munere & verbo Dei, lætus, experior, quia amico fideli nulla eſt comparatio, & lingua gratiæ in bono homine abundat. Nam quaſi medicamentum vitæ, nobis, conſolatio charitatis tuæ, vt fauus mellis, ſermones tui: vt aqua frigida ſitientibus, ita nobis nuocius, de te, boous à terra longinqua, qui cùm & ſalutis tuæ indicio & charitatis eloquio impinguet oſſa noſtra, magnum lætitiæ & iocunditatis cumulum hinc habet, quòd per noſtros filios, in Domino tuos pueros, affertur & promitur, vt non ſolùm literis, ſed quadam tui lateris parte potiamur. Quid retribuemus domino noſtro præter omnia quæ retribuit nobis, pro hac etiam gratia, qua te, nobis & in ſeculari prius amicitia dilectiſſimum, in ſuis quoque rebus, quod incomparabilis pretij ducuous, indiuiduum comitem atque conſortem ſpiritali germanitate connexuit. Quæ eſt (inquit) mater mea, aut qui ſunt fratres mei? non hi videlicet qui de voluntate carnis & conuenientia ſomni, ſed qui ex Deo nati ſunt. Per ſapientiam Dei, Chriſtum, qui in ſe manens innouat omnia, & dat poteſtatem filios Dei fieri, cohæredes regni ſui, propter id ipſum conformatus corpori humilitatis noſtræ vt nos conformet corpori gloriæ ſuæ. Nec ſolum à terra noſtra ſed etiam à cognatione diuulſos, in ſortem & generationem ſuam transferat. Quos munere oos ſibi creare, & in ſuæ charitatis vinculo copulare dignatus eſt, à familiaritate carnali, in qua, iam nunc intelligimus, huic nos fœderi preparauerat, in æternam neceſſitudinem affectu potiore mutanit. Si quidem charitas Chriſti, iſta ſit quę nunquam excidit, quia ex Deo defluit & in Deo permanet, omnemque in quo maneat hominem ſua perennitate perpetuat. Hæc eſt inflari neſcia, expers doli, pura liuoris, æmula Deo non elatione ſpiritus ſed ſpiritu manſuetudinis & æmulatione pietatis. Dominus enim nunc (vt ipſe teſtatus eſt, & experimur) dulcis & mitis eſt & humilis corde. De quo tu mihi genitus frater non ſolùm ad præſens adiutorium, ſed & ad perenne conſortium, tãtum ſuperas omnem circa me corporalium neceſſitudinum affectionem, quantò potiore mihi parẽte germanus es, quàm illi quos caro tantùm & ſanguis mihi ſociat. Vbi enim mihi nunc conſanguinea germanitas? Vbi amicitia vetus? Vbi priſtina cõtubernia? Euanui coram illis omnibus, exter (vt dictum eſt) fratribus meis & peregrinus filiis matris meæ. Amici mei & proximi quondam mei nunc à longe ſteterunt, & ſicut fluuius decurrens, & vt fluctus pertranſiens, ſic tranſeunt me, & in me forſitan confunduntur, & erubeſcunt (vt ſcriptum eſt) venire ad me: facti ſunt mihi qui propè longè, & qui longè propè: pro patribus, inquit, nati ſunt tibi filij. Ita pro parentibus & fratribus & amicis, tu nobis factus à Domino es, qui & parentum cura anxius, & fraterna dilectione ſollicitus, & tota non fictæ amicitiæ fide ſedulus, omnibuſque in nos pietatis viſceribus effuſus, aſſiduis nos literis adeas, blandiſſimis ſolatiis mulceas. Neque ſat habeas occaſionibus cunctis reuiſere, niſi & pueros tuos mittas, nec ſolum de famulis ſed & de filiis ſanctis, quorum benedicta in Domino prole lætaris, eligas tabellarios quorum oculis nos videas & ore contingas: ſpecioſi nobis pedes illorum tanquam euangelizantium bona. Nuntiant enim nobis & afferunt ea quæ ad pacem ſunt de te cùm præferunt opera Domini, quæ aut operaris in verbo Dei, aut ſcribis in ſpiritu verbi. Quæ nobis diuitiæ, tam pretioſa munera· quæ neceſſitudinis tam dulcia poſſint præſtare ſolatia: vt eorum reputatio differatur in æternum, largitas diuina promittit, quantò potiora poſt habitis rebus ſint

Seuerus Paulino, in ſeculo dilectiſſimus.

Matt. 12. Mar. 3.

Matt. 11.

Pſal. 68.

Pſal. 44.

quæ iam & in iſtoſeculo rependuntur, conſide-
rare promptum eſt, Quod enim, queſo, mihi dam-
num pietatis & gratiæ, parens inhumanus, aut fra-
ter negligens, aut amicus immemor, faciunt,
cùm omnes horum mihi nominum vel pignorum
aut fœderum charitates vel de te vno largiter re-
pendantur, vt taceam vel in noſtro vel etiam in
ignoto orbe non paucos, & in Deum & erga nos,
tui ſimiles, quorum nobis affectus maximos pro
patria & parentibus & patrimoniis, gratia retri-
butoris indulges. In te vno quæ accepimus bona
ſi computemus, omnia nobis noſtra in te largius
Pſal. 48. atque pretioſius compenſata reputabimus. Fra-
ter non redimit (inquit) redimet homo? Simili-
ter nobis licet dicere: Mundus nos non amat,
Matt. 10. ſed amat Chriſtus: Homo negligit, ſed Deus di-
ligit: Inimici hominis domeſtici eius, ſed rurſum
amici hominis domeſtici Dei. Fuerint nobis fra-
tres & amici & proximi boni & magni, ſed non
fuit placitum circa nos in eis Domino qui te ele-
git donare nobis in fratrem inſeparabilem & in
proximum dilectiſſimum, quem meritò ſicut noſ-
metipſos diligamus, quia cor vnum & vnam ani-
mam tecum in Chriſto habemus. Itaque quòd
ſupra breuiter poſuimus de charitate multorum
æquè ſpiritalium, nequaquam aptè & dignè dixi-
mus. In nullius enim perſonam congruere nobis
eadem, quam in te habemus, gratia poteſt. Vt e-
nim æquè diligere dignentur in humilitate no-
ſtra gratiam Domini: tamen illud in te ſpeciale
nobis donum eſt, quòd prædeſtinatos nos inui-
cem nobis in charitate Chriſti iunctiſſima, priori
quoque vitę amicitia ſignauit, adhuc eorum quos
nunc per Chriſtum auertimus, amatores. Sed ta-
men in hanc qua modò interuentu Dei nectimur
copulam, per conſuetudinem illius familiaritatis
inoleuimus, vt diligendo nos, & in fideli via fide-
liter diligere etiam ſpiritaliter diſceremus. Quia
tam religioſè nos ſemper vterque dileximus, vt ad
noſtram inter nos dilectionem nulla adiici poſſet
affectio, niſi charitas Chriſti, quæ ſola omnem ſen
ſum affectumque ſupereminet. Quo impenſiores
debemus bono Domino gratias, quòd reſpicere
dignatus in humilitatem noſtram, cùm pariter in
agro inueniſſet, pariter vt geminos ab vtero car-
nis extraxit, & pariter aſſumpſit. Duo enim verè
Matt. 24. (vt ſcripſiſti) fuimus in agro, ſed bonitate & om-
nipotentia Dei auſim dicere, ita de nobis vnus aſ
ſumptus eſt, quòd neuter eſt relictus. Eramus e-
nim & ſigillatim duo, cùm in nobis caro rebel-
lis à ſpiritu diſſideret, neque noſtro homini pax
eſſet, cùm interiori repugnaret exterior: Nunc
verò propitio ipſo qui fecit vtrumque vnum, &
duo vnum ſumus, quia vnus ſpiritus in duobus, &
nulla diſcretio, quorum corpus vnum. Sed hoc
(vt dixi) commune nobiſcum omnibus in Chri-
ſto fratribus. Vnum in te peculiariter nobis gra-
tum atque gratandum eſt, in cuius amicitia bea-
tiſſimũ Dei munus accepimus, vt nec itinere mu-
tato diſſolueremur à nobis, quod damnum de
multis (vt recognoſcis) dulciſſimis aliquando no-
ſtris pariter experimur. Verè ergo tu nobis & pa-
rens & frater, & proximus es, qui facis & in no-
bis voluntatem Dei, ac plenitudinem legis. Dili-
gis nos tanquàm te, amicus nobis in charitate
Chriſti, & in Dei regeneratione germanus. Quod

A cum videas & recognoſcas, cur in nos oneroſe, &
de te falſo loqueris, vt dicas, duo fuimus in agro,
& vnus aſſumptus eſt? Non ſimus ingrati Deo, qui
non vnum ex nobis, ſed vnum aſſumpſit in nobis
Duo fuimus, ſed quando cum illis fratribus com-
binabamus, quorum à nobis per hoc propoſitum
facta diuiſio eſt, quia vnus non de ſingulari cor-
pore, ſed de multorum quoque vnanimitate dici
ſatis eadem ſcriptura declarat, cùm has perſonas
non in duobus hominibus ſed populis, fide gen-
tium & remanſione Iudæorum id oſtendente pro-
ponit. Nam & illæ molentes duæ, de quibus ſi- *Matt. 24.*
militer vna aſſumitur, vt arbitror, Synagogæ &
B Eccleſiæ formam gerunt. Quia non eſt alia perſo-
na quę in omni ſacrarum literarum ratione tracte
tur, niſi aut in vniuerſitate generis humani credẽ-
tium infideliumque populorum diſtinctio, aut in
natura omnis hominis geminæ creatura ſubſtan-
tiæ: & ideo, mi frater, quia ſemper cohæſimus in
corde vno ſicut nunc cohæremus in Chriſto, aut
pariter aſſumpti, aut pariter relicti ſumus. Aſſum-
pti autem non noſtro merito, ſed gratia Dei, cu-
ius dona & vocationes ſine pœnitentia ſunt, ne-
que ex operum prærogatiua, ſed ex fide bonæ vo-
luntatis, qua pariter in charitatem eius animati, vt
vno & tenore propoſiti, & tempore conuerſatio-
C nis noſtræ apparuit, ſimul oportet gloriemur &
exultemus in eo qui iuſtificat impium per fidem,
& dat eſcam omni carni: Eſcam non iſtam quæ
perit, ſed illam quæ conficitur in æternum: vi-
ctum, qualem vel anima in Dei rebus operoſa, vel
Catholica Eccleſia coquit. Corpus eſt enim veri
panis qui de cælo deſcendit, & dat eſcam viuifi-
cantem eſurientibus iuſtitiam. Non enim carnem
farcit, ſed cor hominis firmat. Hic panis & fons
eſt, qui quò ampliùs editur, plus eſuritur: & quò
magis bibitur, plus ſititur. Hunc panem vt eda-
mus in æternum, molamus huius Mundi priſtino
triticum bonum, quod eſt obedientiæ fidelis o-
D peratio, & charitas in corde puro & fide non fi-
cta: qua gratia & virtute cùm plenus ſit, bonam
Deo frugem molis, teque ipſum in azimis ſince-
ritatis & veritatis epulandum Deo exhibes: cu-
ius eſca eſt quiſquis voluntatem eius efficiens, in
corporis ipſius membra conuertitur, dicente ip-
ſo: Quia qui ſe iungit Deo, ſpiritus vnus effici- *1. Cor. 6.*
tur Quod aſſequimur, ſi portemus imaginem cæ-
leſtis, ea cura & diligentia qua portauimus ima-
ginem terreni. Imitando enim imitatorem Chri-
ſti, perueniemus ad imitationem Dei, cui bonus
odor ſumus in Chriſto, ſi exhibeamus hoſtiam vi-
uam obſeqnio rationabili, vt illi puram ſimila-
E ginem mola Mundi cordis excretam ab interio-
ris noſtri penetralibus offeramus, & in pecto-
re noſtro caſtum altare ponentes, illa per le-
gem iuſſa ſacrificiis animalia mactemus in vi-
tiis, immolantes hircum cum peremptione pec-
cati, in quo odor mortis eſt, cedentes taurum
ſi deponamus ſuperbiam, ſacrificantes ouem ſi *Veterum*
mollitudinem & ignauiam, in charitate non te- *ſacrificio-*
pidi & ſpiritu feruentes, eiiciamus. Offeren- *rum my-*
tes in nobis & agnum, ſi immaculati viuamus *ſteria.*
& vitulum, ſi efficiamur malitia paruuli, vt v-
nius purum pudicitia, alterius ſtultum ſimpli-
citate referamus. Quale te ſacrificium Deo ex-
hibere video in templo tui corporis, in ſacrario
tui

tui cordis, in immolatione tuæ carnis, in oblatione tuæ animæ. Immolas taurum, cum pia humilitate depoſitus, ceruicem altam percuſſiſti timore diuino. Immolas hædum cum omnia ſiniſtræ partis opera, iuſtitiæ ſectator interficis. Ouem iugulas, cùm diligens operarius ſtudioſusque meditator diuinæ voluntatis & legis, inertiam vitæ & ignauiam, quaſi pecus molle proſternis, & à te vitæ iſtius impedimenta, quaſi vellera tondenti vtilia, oneroſa geſtanti, forcipe verbi cæleſtis accidis. Qua nos duobus Teſtamentis apprehenſos tenet Chriſtus, & vel ſarcinis ſecularibus quaſi lanis exuit: vel rurſum, vt vellera, à corporalibus vitiis tanquam à morbidis & mollibus ouium corporibus abſcindens, in veſtimentum ſui corporis, quod operatione credentium tegit, ſi quidem viciſſim cùm Chriſtum induimus induamur à Chriſto, in Eccleſiæ penſa deducit, & fimbriis ſuæ veſtis intexit. Totondit te hic paſtor iam (vt arbitror) & poſuit in area ſua, & cæleſti rore perfudit vellus tuum. Nam & gratia quæ infuſa eſt ori tuo, & per os tuum quaſi riuus à fontibus Iſrael, vel ἐκ διώρυχι (vt ſcriptum eſt) à Paradiſo abundans fluit, docet nos, quia deſcendit in te Dominus ſicut pluuia in vellus, & dedit tibi aquam de puteo Iacob, quia tu quoque de filiis Iſrael, Domino propinquatus extiteras. Si ergo pertonſus es, duplex beneficium recepiſſe te ſentis, quia & in æſtu ſeculi, lenis paſcua verbi, matutinæ lætitiæ rore reſperſa decerpis, nec meridiani dæmonij ardore torreris, quia ſub vmbra alarum Domini conquieſcis. Paratur tibi interim tunica de tuis lanis† qua in illa die hyemis veſtiaris, vt ante faciem frigoris eius valeas ſubſiſtere. Si diſpoliatus à corpore, non inueniaris nudus ab opere: tum viciſſim præbebit ſe tibi ouem Chriſtus & agnus ille qui pro nobis ad interfectionem ductus eſt & coram tondente ſe non aperuit os ſuum, vellera ſua, id eſt carnis exuuias abſtrahi ſibi paſſus. Ipſe enim pro nobis & animam & carnem ſuam poſuit & recepit, qui & ſacerdos, & hoſtia, & agnus, & paſtor eſt, qui pro ouibus ſuis paſtor, & pro paſtoribus ſuis agnus occiſus eſt. Ipſe enim Dominus hoſtia omnium ſacerdotum eſt, qui ſemetipſum pro omnium reconciliatione Patri libans, VICTIMA SACERDOTII SVI, ET SACERDOS SVÆ VICTIMÆ FVIT, cuique nunc vt vni omnium Domino omnis noua creatura ſacrificium, ipſique ſunt hoſtiæ ſacerdotes, ſi nunc ei nos tondendo in ſilentio humilitatis atque patientiæ qua ſe ipſe pro nobis præbuit, præbeam⁹, ſuſcipiet in ſe onera velleris noſtri, nec dedignabitur ouium ſuarum lanas portare, qui ipſam ouem quam ab errore reuocauerit, humeris ſuis ad ouilia reportare dignatur. Et quoniam bonorum noſtrorum ipſe non indiget, nos verò omnium illius indigemus, noſtro tantùm bono nobis bonus capit noſtra quæ ſua ſunt, & tamen ea iuris ſui nō vult, vt quaſi noſtra nobis accepta ferat, cùm nihil habeamus niſi acceperimus, & ne ipſi quidem ſine nutu ipſius eſſe poſſimus. Ergo nihil in hunc Mundum inferentibus, ſubſtantiam rerum temporalium quaſi tonſile vellus apponit, non vt ſarcina impediat, quos expeditos naſci iubet, ſed vt materiam nobis virtutis ad merita parienda pro-

Appendix.

†Tunicam ſibi de ſuis lanis parare, dicit bonorum Operum merita in induſtriã diem ſibi præparare. Eadē phraſi ſtatim ait. Si inueniaris nudus ab opere, etc.

Iſa. 53.

Chriſtus omnium ſacerdotũ hoſtia, & pro ſuis Paſtoribus Agnus occiſus.

A ponat, & ſit vnde documentum noſtræ in Deum (id eſt, verum Patrem ac Dominum) fidei atque pietatis edamus, ſi ſuppetant nobis chara vel dulcia, quæ præſorentes, Deum magno premio negligamus, & quæ per immenſam eius bonitatem cùm nec illata nobiſcum ſint in hunc Mundum, neque iſtinc auferenda nobiſcum, tamen ſi pareamus præceptis illius, ita ordinantur vt mutentur in melius, & de temporalibus æterna reddantur. Nam quæ, ſicut non intulimus, ita nec auferre poſſumus per naturam noſtram & prætereuntem huius Mundi figuram, ea per omnipotentis Dei opus, beato mercimonij genere vertentes, non modò nobiſcum efferimus, ſed ante nos etiam in B ſinum Domini ſeminata præmittimus. Vnde præſcriptum arbitror, vt piger operarius non edat panem, non videlicet illum pereuntis cibi panem, ſed illum quo viuitur in veram vitam: quia vnuſquiſque (ſicut ſcriptum eſt) de fructibus ſuis manducabit, & in operibus ſuis viuet: ac perinde ſuum cuique opus panis eſt, & panis verus ac viuus Chriſtus eſt, quem non poteſt manducare piger operarius, quia idem eſt Paſcha noſtrum, quod expediti atque præcincti & firmiter calciati, nec depoſitis a manu baculis (id eſt operibus quibus nitimur nunquàm remiſſis) cum omni feſtinantia edere præcipimur: quia tempus breue C eſt, & expedit nobis ſine cura eſſe (ſicut Apoſtolus ſuadet) propter inſtantem neceſſitatem, vt inueniamur parati, & pulſanti Domino non timeamus aperire de conſcientia ſomni, aut negligentiæ digna metuentes: quod quidem nobis nihil proderit, nihil-minus extrahendis & ad mortem quidem poſt mortem vt iuſtas negligentiæ atque impietatis pœnas luamus, ſi alieno potius quã noſtro domino deſeruientes, deprehendamur, ſeculi magis quàm Chriſti negotiis occupati, pulſantique Domino non aperiamus, & ad Patrem ducamur inuiti. Propterea prædicitur nobis, vt pro hac, id eſt Anima laboremus, & oreD mus in tempore opportuno, hoc eſt, præſenti, in cuius ſpatium ideo inducimur, vt veram vitam, iſta breui & tranſeunte, quæramus. Huius vitæ campus & ager Mundus iſte eſt, vel homo ipſe qui in hunc Mundum mittitur: de quo vnus aſſumitur, cùm, vt ſupra diximus, carne ſpiritui ſubiugata, duo, vnum fecerit: quia & in vnoquoque noſtrum ſecundũ Apoſtolum duæ Mentes & duæ Leges ſunt: quibus intra nos molentibus, aut acceptabilis Deo, aut reſutabilis ſimilago conficitur. Te verò, victa lege membrorum & exteriore corrupto, puram conſperſionem parare, & ſine fermento azymum Chriſto confici, eloquia tua tam E facunda quàm caſta teſtãtur. Neque enim tibi donatum fuiſſet enarrare Martinum, niſi dignum os tuum ſacris laudibus, mũdo corde feciſſes. Benedictus igitur tu homo Domino, qui tanti Sacerdotis & manifeſtiſſimi Confeſſoris hiſtoriam, tam digno ſermone quàm iuſto affectu percenſuiſti: beatus & ille pro meritis, qui dignum fide & vita ſua meruit hiſtoricum, qui & ad diuinam gloriam ſuis meritis, & ad humanam memoriam tuis literis conſecratur. Hæc quoque verba tua, vellera ſunt, & Dominum Ieſum gratiſſimo tegmine cooperiunt, cuius ſupellectili pulchra ambiunt, & ingenij tui floribus comunt.

c

2. Theſſ. 3.

Exod 12.

1. Cor. 7.

Ad mortem poſt mortem trahi.

Pſal. 31.

Hebr. 4.

Matt. 24.

Rom 7.

D. Martinus manifeſtiſſimus confeſſor.

Veſtiet ille te viciſſim Agnus de ſuo vellere in Retributionis die, mortale tuum de ſua immortalitate ſuperinduens. Tu tantùm noſtri memento & nos reſpice, non retrò ſpectans, ſed amici memor: Certum eſt enim quia agricola ſolertior fructùs habeas largiores, & pernicior curſor tarditatem noſtram ad brauium ſupernæ vocationis anteuoles. Infirmior etenim mente quàm corpore, longo te interuallo ſequor, ſpatio tamen tantùm, à te, non itinere ſuperatus; & eandem molam ægra & impari manu verto, priſtino ſocius, fruge deterior, quia tritico mixta zizania molo: quæ vt tota vertantur in frugem, orationibus tuis egeo, quibus ſpero euadere & diuitias & paupertatem meam, quia vtrunque mihi in malum eſt, cùm ſim iuſtitiæ pauper, & peccati diues. Nam verè me diuitem boni crederem, ſi ita iam pauper eſſem vt putas. In quo tamen de verbis tuis te paulìſper excutiam, quibus à te ipſe diſcordas, etſi non meas virtutes in me prædicaueris, tamen quia alienas licet mihi verbis tuis donandas putaſti, quomodo conuenit vt idem tu paupertatem, quam te admirari profiteris, horrere fatearis, ſi credas hanc mihi donatam eſſe virtutem, quam te velle nec poſſe aſſequi confiteris, vt habens victum & veſtimentum hoc contentus ſim, nihil vltra diem cogitem, cur vel me inopiæ ne- C ceſſitate ſuperandum putas, vt te, quem non deſiderare non poſſum, inuitare deſiſtam: aut tam infirmum diffidentemque Chriſto prodis, vt timeas ad huiuſmodi, qualem prædicas, amicum venire, ſi in veritate ſequeris illum qui dixit: *Matt. 16. Mar. 8.* tolle crucem tuam & veni, ſequere me? Quomodo aliter putas Chriſtum ſequendum, niſi lege quà docuit, & forma quam prætulit? qui cum in ſua veniſſet, reclinandi tamen capitis locum inter ſua non habuit. Imitare imitatorem Chriſti, vt mortuus viuas crucifigens te Mundo & tibi Mundum, quotidie moriens per fidem Verbi, & viuens in Verbo filio Dei. *Chriſtus, ſe, paupertate ſequendum eſſe docuit* D Non enim in pane ſolo viuit homo, præſertim Chriſtianus: de quo propriè ſcriptum eſt, quia ex fide viuit: nunquid dixit ex pane? *Rom. 1.* Quid igitur, à me, famem metuis, ſi fidem habes? Panis tuus tecum eſt: ſi verbo Dei paſceris, non deſiderabis eſcam ventris, Deus enim & hunc & illam deſtruet, dum ſe ædificat in nobis, ſi nos in ipſius charitate fundati conſiſtamus. Neque domum noſtram in diffidentiæ fluctuantes harena locemus: nónne illi credidimus & in illum ambo iurauimus, qui dixit: nolite cogitare in craſtinum, ſufficit enim diei malitia ſua, quærite primùm *Matt. 6.* regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia ap- E ponentur vobis? Huic credis, quid de eius fratris inopia famem metuis, quem ſcis huius verbi ſecuritate paupertatem diuitiis prætuliſſe? An magis abundare credis illum qui terræ, quàm qui Deo credit? & qui propria, quàm iſtum qui diuina paſcitur cura? Quid ille miſer habeat, qui ſe non habet? non enim ſe habet qui plus de ſe quàm de Deo ſperat, vereque eſt mortuus, qui, non viuere, timet, ſi totum de ſe Deo credat Deoque permittat. Opto igitur vt tuæ potius comitatis hic locus quàm infirmitatis fides fuerit, quòd ſcripſiſti credere te ita me futurum breui pauperem, vt vlterius non auderem inui- A tare te. Fateor nihil me præoptare tantæ libertatis bono: ſiquidem tam intima circuncíſio, plena eſt perfectio, ſi ibi vera in Chriſto fides, vera virtutum in homine cæleſtium admiratio, & hominis in Deo viuentis æmulatio: quomodo non eo magis me expeteres, quo perfectiorem eſſe audires? niſi ſi apertè non credere corde, quod ore profiteris, confitereris? Sed in me peccatorem fugere non pauperem Martini beatiſſimi frequentator argueris, quem certè nunquàm deſideraſſes, ſi cibis corporis eſurire timuiſſes. Ergo certè quia neceſſe eſt in operis ſpiritalis profectu, charitas maximè, quæ B plenitudo legis eſt, proficiat, ſicut deſiderare te, ita & inuitare non deſino: veni ad nos, & ſi potes aduola, nihil habemus niſi Chriſtum, & vide ſi nihil habeamus qui omnia habentem habemus. Ebromagum enim non hortuli cauſa, vt ſcribis, reliquimus ſed paradiſi: illum hortum prætulimus & patrimonio & patriæ, quia illic magis domus vera, vbi æterna. *Ebromagum.* Ibi veriùs patria, vbi originalis terra & principalis habitatio. Nam ſi credis propitio Chriſto, propter quem, ſi nil habeamus, in ipſo omnia poſſidemus, nunc in iſta ſpinarum & laborum humo, ne in hortuli quidem glebula nos terræ limus tenet: ſed vtinam ita nullus à peccato nobis puluis hæreret. Tu ſi hoc bonum ita credis vt prædicas, & in eo me eſſe credis, vt te credere ſcribis, & ſegniùs me deſideras, iam non in me peccatorem ſemper, & ſemper indignum conſpectu tuo, ſed in Dominum ipſum committis, ſi putas tum demum defuturam nobis vitæ mortalis alimoniam, cùm nobis cœperit Deus eſſe poſſeſſio.

SEXTÆ EPISTOLÆ

ARGVMENTVM.

Admonet ne obtrectatione ſecularium & improborum hominum inſtitutum ſuum deſerat, ſed fugiat eorum conſuetudinem. Deinde hortatur illū ad conſtantiam in Monaſtico propoſito vtque ſacris initiatus ſit, exponit.

Paulinus ſeruus Chriſti Ieſu, Seuero chariſſimo fratri ſecundum communem fidem, in Deo Patre & Chriſto Ieſu ſalutari noſtro ſalutem.

QVàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & fauum ori meo? *Pſal. 118.* Senſi planè quaſi delibutis melle ſermonis tui præcordiis ſanctæ ſcripturæ fidē, qua dictū eſt: Impinguant oſſa ſermones boni: *Prou. 15.* nō vtiq; hęc oſſa quorū ſtructura nos in corporis habilitate cōpaginat, ſed quib⁹ interioris hominis firmitas cōtinetur. ſpē ſcilicet, fidē & charitatem quæ ſunt & viſcera miſericordiæ, & oſſa patientiæ, & totius mēbra virtutis. Hæc tu oſſa & membra

bra

bra & viſcera, ſanctis, & ſpei & fidei & charitatis alloquiis opimaſti, quibus & fidei tuæ ſpem A Domino intentam, & ſpei fidem in Domino conſtantem, & plenitudinem charitatis in Chriſto, ſicut ipſius erga nos Dei dilectionem manere docuiſti, cum ſollicito & optanti mihi neque aliter de te, immò de Deo credenti, qui & in infirmis virtutem ſuam operatur ac perficit, indicaſti augmẽtum patrimonij in cæleſtibus, quod ſalubriter præſentium onerũ decoctione feciſti, fragilis ſubſtantiæ pretio, cælum Chriſtumque mercatus, verè intelligens ſuper egenum & pauperem, quẽ in Chriſto eſſe, & in quo Chriſtum (vt ipſe docuit)

Matt. 25.

tegi, paſci, fœnerari, credidiſti. Sit hic odor mortis in mortem iis qui pereunt, quibus caro & crux B Dei viui, ſtultitia vel ſcãdalum eſt, quia ipſis caro & ſanguis, cui ſeruiunt, Chriſtũ Ieſum Dei eſſe filium nõ reuelat: nobis autem, carnis & mortis diuinæ fides, odor vitæ efficiatur ad vitã. Nec moueãtur, frater dilectiſſime, pedes noſtri, à viis Domini & tramite itineris anguſti, ſi nos interdum profana vel ſtulta quorundã ſeculariũ verba circumlatrẽt. Inſtructi enim ſatis per ſacras literas & de ipſis & de nobis ſumus. De his enim Apoſtolus nobis ait, quia in hoc laboramus & maledicimur,

Seculares interdum religioſis maledicũt

1. Tim. 4.

quoniam ſperamus in Deum viuũ qui eſt ſalus omnium hominũ, maxime fideliũ, qui iſtorũ quib' rationem vis reddere, etiã ſuo in Euangeliis, ore, C & venena in colloquiis & merita prædixit in pœnis. Væ iis qui ſcandalizauerint vnũ ex modicis iſtis in me credentibus: expedit homini illi vt ſuſpendatur mola aſinaria collo eius, & præcipitetur in profundum maris. Nobis vero ait: beati eſtis cũ vobis maledicent homines, & dicent omne malũ aduerſum vos, & exprobrabunt nomen meũ tanquam malum: gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Hæc, mi frater, Domini verba retinentes, & in noſtram fidem confirmemur, & opprobria vel odia infideliũ negligamus. In tenebris enim ambulant, quia ſol iuſtitiæ D non ortus eſt eis. Venenũ aſpidũ eſt ſub labiis eorum, quod inficit mentẽ, & animam interficit. Si receptum auribus in corda peruaſerit, cor eorum (inquit ſcriptura diuina) vanum eſt, & ſepulchrũ patens eſt guttur eorũ. Caueamus à fermento eorum, ne totam maſſam corrumpat. Scriptum eſt enim: non habitabit iuxta te malignus. Et iterum: Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo ſubuerteris. Et diſcedat ab iniquitate qui nominat nomen domini. Obſtrue, frater, & ſepi aures tuas ſpinis ad verba eorum quæ ſunt ſpinæ & ſagittæ Zaboli, qui in eorum præcordiis latens inſidiatur in occulto, vt rapiat pauperem Chriſti, & venetur E animam Chriſtiani. Sed in caput eorũ (ſicut ſcriptum eſt) iniquitas ipſorum conuertetur, & incidẽt in foueam quam operantur. Tu autem, homo Dei, fuge ab iſtis, neque vt ſapientioribus rationem reddere labores, cùm ſcias penes te principium eſſe ſapientiæ, qui times Dominum. Si ſtultum putant eſſe quod gerimus, gratulare cõſcius tibi, quia opus Dei & præceptum Chriſti geris: & reminiſcere, quoniam ſtulta Mũdi elegit Deus vt

1. Cor. 1.

cõfundat ſapientia: & quoniam quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus: Talibus autẽ velle purgari, idem eſt quod poſſe Chriſtum ipſum negare, qui erubeſcentes nomen ſuum coram hoc Mundo, erubeſcet inuicem coram Patre confiteri, ſuos. Tu igitur qui laboras (vt ſcribis) rationem A pro meo ac tuo facto reddere, quid facies ſi non perſuaſeris hominibus, non ad ędificationẽ ſuam, ſed ad deſtructionem tuam, tecum de opere Dei diſputantibus? Iam erubeſces, iamque pallebis, vt cauſæ peioris adſertor, & motus gradus, titubabis in via Domini, & de cælo in terram relaberis, ſi quæ ędificaſti deſtruis. Multum intereſt, quinam iſti ſint, quibus ratio reddenda ſit: ſi diſcendi ſtudio venit & ignorantiam confitetur, ſparge in eum ſemen fidei, & præceptum pande diuinum: Si capit verbum, lucratus Eccleſiæ fratrem, & ouem Chriſto. Si verò non erit purum boni ſeminis germen, & à nocturno Patrisfamilias cæleſtis B inimico, Zizania interſerente, frumentis nocens gramen & infelix ſeges, à frugibus bonis, meſſis tempore ſegregãda, nec horreis debita ſed caminis, pabulo ignis æterni arſura materies, ſuis interim creſcit incendiis. Refuge & repelle colloquio tuo atque conſpectu, vt ſi tua fide ſanari non poteſt, te ſua infidelitate non vulneret. Sit licet frater & amicus iunctior tibi dextera tua & charior lumine: ſi alienus eſt & inimicus in Chriſto, ſit tibi vt extraneus & vt Publicanus. Abſcindatur vt inutilis dextera à corpore tuo, qui tibi in Chriſti corpore non cohæret, & vt nocens

Improborum fugienda colloquia.

C oculus eruatur, qui corpus tuum totum ſua macula vel cæcitate contenebrat. Melius eſt enim vnum membrum perire pro totius corporis ſalute, quàm vnius membri vitioſi amore, totum corpus (vt ait Dominus) ire in gehennam. Nec metuenda eſt offenſio talium; quæ quidem & optanda nobis eſt, quoniam de horum opprobriis atque maledictis naſcitur illa merces, quam copioſam Deus promiſit in cælis. Non eſt (inquit) diſcipulus ſupra magiſtrũ, nec ſeruus ſupra Dominum ſuum. Et ſi patremfamilias Belzebub vocauere, quantò magis domeſticos eius? Si Dominum Deum quem ſequimur amauerũt, & nos D amabunt. Si illum perſecuti ſunt, & nos perſequentur. Quo nobis gratiam Mundi, quæ eſt odium Chriſti? Si de Mundo (inquit) eſſetis, amaret Mundus quod eſſet ſuum. Tu ergo qui rationem quæris reddere hominibus, & iis infidelibus, vide quid deſideres: gratiam, ſine dubio, hominum, id eſt, Mundi cui placere non potes niſi Chriſto malueris diſplicere. Si enim (inquit) hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.

Matt. 5.

Improborum offenſio potius optanda quam metuẽda.

Luc. 6.

Matt. 10.

Luc 6.

Mundi gratia eſt odium chriſti.

Ioan. 15.

Gal. 1.

Diſpliceamus ergo his, & gratulemur hiſdem nos diſplicere, quibus & Deus diſplicet. Non enim noſtrum (vt ſcis) ſed Domini noſtri Ieſu Chriſti, id eſt, omnipotentis Dei opus in noE bis laceſſunt: quem in ſuis actibus ſpernunt, in noſtris operibus oderunt, ſerò dicturi: Domine quando te vidimus nudum & non veſtiuimus? Eſurientem & non cibauimus? Infirmum & non viſitauimus? Et tunc audituri: Ite in ignem æternum, quem præparauit Deus patri veſtro & Angelis eius: quoniam quæ indigentibus non faciunt, Chriſto negant. Qui cùm diues eſſet, pauper factus eſt, vt nos ſua paupertate ditaret. Fruantur interim voluptatibus, dignitatibus, opibus ſuis, ſi tamen eorum ſunt quas iſtic habere malunt vbi eſſe definimus, quàm illic

Matt. 25.

vbi eſſe perſiſtimus. Sibi habeant ſapientiam,ſibi
ſelicitatem ſuam, nobis inopiam noſtram(vt pu-
tant) & ſtultitiam noſtram relinquant. De ipſius
etiam, quem etſi nomine confitentur,tamen actu
negant: habentes ſpeciem pietatis, virtutem eius
abnegantes, de ipſius,inquam, Dei noſtri verbis
prudentiam ſibi ſi placet adrogent, & ſtultitiam
Luc.16. nobis exprobrent. Ait enim Dominus:filij huius
ſeculi ſapientiores ſunt filiis lucis: ſed adiecit,
in hac generatione. Sint prudentiores, dum non
ſint filij lucis. Sint ſua generatione ſapientes,dum
in illa regeneratione noſtra inueniantur excor-
des. Sint nunc beati vel magis fortunati, per om-
nia proſpera blandientes, ſeculo defluentes,
mollibus veſtiantur,in domibus regum ſint, dum
Pſal. 72. in laboribus hominum non ſint & cum homini-
bus nõ flagellentur: Sint diuites ſeculo, quia ſunt
Pſ. 33. egentes Dei: de quibus ſcriptum eſt: Diuites e-
guerunt & eſurierunt, ſicut de nobis ilicò ſubie-
ctum: Inquirentes autem Dominum non deficiẽ-
tur omni bono. Vtinam, mi frater, digni habea-
mur, qui malediceamur & notemur, & contera-
mur, atque etiam interficiamur in nomine Ieſu
Chriſti, dum non ipſe occidatur Chriſtus in no-
bis. Tum demum ſuper aſpidem & baſiliſcum
Pſ. 90. ambularemus, & conculcaremus caput Draco-
nis antiqui. Sed adhuc amico (quod peius eſt) ſe-
culo ſoluimur & in Chriſto deliciamur, laudari
tantùm in nomine ipſius amantes, contriſtari &
tribulari (quod eſt vtilius) recuſantes. Memento
Mat. 13. granum ſinapis, de quo ſemine ſumus, ſi contera-
Luc. 13 tur, accendi magis, & tum demùm in vim ſuam
excitari: quamobrem debemus quaſi naturæ no-
ſtræ in hoc reſpondere, vt aduerſis ſermonibus
contriti inardeſcamus ad fidem, & eos ipſos, qui
nos vt minimos hominum, ſcilicet quaſi granum
ſinapis (quod minimũ eſt ſeminum) frangere co-
nãtur, vramus: ſi verò ij qui deforis ſunt, rationẽ à
te ſancti operis inquirunt, & venenatas de corde
viperino linguas in cor tuum vibrant, noli dare
ſanctum canibus, & margaritas tuas non proii-
cias ante porcos. Quæ enim pars fideli cum infi-
2.Cor. 6. deli? Quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ cõuen-
Exhortatio ad pietatẽ Chriſtianam tota ex Apoſtoli verbis cõtexta. tio Chriſti ad Belial? Tu verò miles Chriſti ar-
matus ab Apoſtolo galea ſalutis, & lorica iuſtitię,
& ſcuto fidei, & gladio veritatis, & virtute Spi-
ritus ſancti, ſta in armis cæleſtibus conſtans, & te-
la inimici candentia, fonte ſapientiæ & flumine
aquæ in te viuentis extingue. Depoſitum cuſto-
di, fidem ſerua, iuſtitiam ſectare, charitatẽ Chri-
ſti tene, patientiam æmulare, exerce te ipſum ad
pietatem quæ ad omnia vtilis eſt, ſobrius eſto in
omnibus: Labora certamen bonum certare, cur-
ſum conſumma, vt apprehendas in quo apprehen
ſus es, de cætero reponetur tibi corona iuſtitiæ
quam reddet Dominus in illa Die iuſtus iudex iis
qui diligunt aduentum eius. Eos autẽ qui ſanam
doctrinã non ſuſtinẽt, voluptatũ amatores magis
quàm Dei, in peius ſemper proficientes, ſeducen-
tes & ſeductos homines, mente corruptos & à ve-
ritate alienos, & ob hoc ipſum traditos in cõcu-
piſcencia cordis ſui in laqueum & deſideria mul-
ta quæ à fide naufragos mergant in interitum &
perditionem, quia creaturam prætulerunt Crea-
tori, id eſt, ſimulacbra gentium aurum & argen-
tum Deo charius habentes, ſeruantes animas ſuas

A in hoc Mundo, perdentes in Chriſto. Diſcede ab
huiuſmodi, & prophanas vocum nouitates deui-
ta, ne circa quæſtiones aniles & vanas, aut impias
verborum contentiones incipias ægrotare, & pe-
ricliteris à falſis fratribus, aut à perditis reproba-
tiſque ſapientibus: & omnes qui videbunt, inſul-
tante Zabolo dicant: Hic homo cœpit ædificare, Luc.14.
& non potuit conſummare. Quod abſit à nobis
qui non noſtris operibus aut viribus, ſed diuina
virtute & miſericordia freti, opus perfectionis au-
ſi ſumus. Potens eſt ipſe qui eſt omnipotens, per- Perfectionis opus audere, pro, Monaſticam profiteri.
ficere in nobis op⁹ perfectionis ſuæ, & quod fun-
dare iam ac primis machinis erigere dignatus eſt,
B ſuis ſtruere menſuris & cõſummare faſtigio. Quia
ipſe turbatis ob operis iſtius molem etiam Apo- Apoſtoli turbati ob ſtatus Perfectionis difficultates.
ſtolis ſuis dignatus eſt dicere: apud homines im-
poſſibile hoc eſſe, ſed non apud Deum, in quo,
credentibus nihil impoſſibile eſt. Verùm vt inui-
cem in verbis Domini conſolemur, & operibus
proficiamus: Exi de terra & de cognatione tua, vt
Abraham fideli imitatus exceſſu, beato Abrahæ
ſinu dignus ſis. Feſtina venire ad nos in commune
compendium, accepturus & daturus fidei ſupple- Matt. 19.
menta. Hoc enim acceptum corã Deo, quia & fra- Gen. 12.
ter fratrem adiuuans exaltabitur. Nos modò in S. Paulini hæc ad Presbyteratum promotio habet multa, eaque, cautè tamen notanda.
Barcinonenſi (vt ante ſcripſeram) ciuitate conſi-
C ſtimus: poſt illas literas quibus reſcripſiſti, die no-
mini quo naſci carne dignatus eſt, repentina (vt
ipſe teſtis eſt) vi multitudinis, ſed credo ipſius or-
dinatione correptus & Preſbyteratu initiatus ſum
(fateor) inuitus, nõ faſtidio loci, nam teſtor ipſum,
quia & ab æditui nomine & Officio optaui ſa- Seruitutẽ ſacram ab Æditui officio incipere.
cram incipere ſeruitutem: ſed vt aliò deſtinatus
alibi (vt ſcis) mente compoſitus & fixus, nonum
inſperatumque placitum diuinæ voluntatis expa-
ui. Data igitur ceruice in iugum Chriſti, video
maiore, me, meritis & ſenſibus opera tractare: iam-
que arcanis & penetralibus Dei ſummi receptum
& inſertum communicare cæleſtia, & Deo pro- Sacerdotũ dignitas.
D prius admotum in Spiritu ipſo Chriſti & corpore
& ſplendore verſari, vix adhuc intellectum ſacræ
molis capio mentis anguſtiis, & onus muneris mei
(conſcius infirmitatis) horreſco: ſed is qui ſapien-
tiã paruulis dedit, & ex ore infantiũ atque lacten- †S. Paulinus, abſolute & non ad certum Titulum cõſecratus, quod tamen accurate poſteaprobibitum eſt Canone 6. Conc. Chalc. Vide Photiũ Nomocan. Tit. 1. Cap. 33.
tiũ perficit laudem ſibi, potens eſt in me etiam o-
pus ſuũ perficere, & munus ornare, vt, ſe, dignum
faciat quem ab indigno vocauit. Scito tamen vo-
ti communis, eodem Domino præſtante, ſaluam
eſſe rationem. Nam ea cõditione in Barchinonẽ-
ſi Eccleſia cõſecrari adduct⁹ ſum, vt ipſi Eccleſiæ
nõ alligarer† in Sacerdotium tantũ Domini non
etiã in locũ Eccleſiæ, dedicatus. Veni igitur ſi pla
E cet ante Paſcha (quod nobis optati⁹ eſt) vt ſacras
ferias me Sacerdote cõcelebres: quòd ſi iã ad iti-
neris ingreſſum propitio Deo vis occurrere, poſt
Paſcha in nomine Chriſti proficiſcere. Sed credi-
mus in Domino noſtro quia tibi deſideriũ noſtri
flagrantius inſpirabit, ne vltra Paſcha tempora ad
ad nos tua proferre ſuſtineas. Iter quantum ſit, &
puer vnanimitatis tuæ renunciabit, qui ad nos de
Eluſone, octaua (vt aſſeruit) luce peruenit, tam
breuis enim & facilis via eſt vt nec in Pyrenco ar- †forte
dua ſit, qui Narbonenſi ad Hiſpanias agger, no- nomine
men† magis quàm iugum horrendus interiacet. magis
Verùm quid de ſpatio agam? ſi nos deſideras via quam
breuis eſt: longa ſi negligis. iugo.

S ep-

SEPTIMÆ EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

Spiritualium ac verè Monachorum, veſtitum, Capillitiũ præraſum, ieiunia, et alia inſtituta ſcribit.

Seuero Fratri Vnanimo, Paulinus.

EPiſtolas quas per noſtrum illum inſpiritalem Monachum miſeras, verè ſpiritalis tabellarius intercepit & pertulit, id eſt, filius noſter Sorianus, in quo duplicem gratiam Dominum cõtuliſſe perſpeximus, ne vel ille ad nos ſermonis tui vacuus adueniret, qui nos de tuis viſceribus imbuto affectu deſiderauerat, ne vel iterum tuas nobis literas Marracinus adferret, qui diuinitus (vt credo) inſpirata ſibi aut verecundia nos videndi, aut pigritia vltra vrbem itineris porrigendi, Romæ literas tuas ſupradicto fratri dedit, gaudens optati occaſione compendij, qua ſibi aduerſum tua præcepta conſultum putabat, ne cogeretur monachum aut in ſe (vt iuſſeras) fingere, aut in me, vt neceſſe erat cernere. Sibi ergo ille habeat armilauſam ſuam & ſuas caligas & ſuas buccas, quarum alia mutare, alia deducere timuit: nos adeant & reuiſant conſeruuli & compallidi noſtri: non veſtibus pictis ſuperbi, ſed horrentibus ciliciis humiles: nec chlamyde curta lini, ſed ſagulis palliati: nec balteo, ſed reſte ſuccincti: nec improba attonſi capitis fronte criniti, ſed caſta informitate capillum ad cutem cæſi, & inæqualiter ſemitonſi, & deſtituta fronte præraſi, & ornatu pudicitiæ inornati, & decenter inculti ſint, & honorabiliter deſpicabiles, cùm ingenitam quoq; ſpeciem corporis pro interiore cultu aſpernantes, etiam ſtudio deformantur, vt fiant pudenter inhoneſti vultibus, dum perficiantur ſalutariter honeſti mentibus. Huiuſmodi hominum & vultus & habitus & odor nauſeam illis facit, quibus odor mortis eſt in odorem vitæ, quibus dulce quod amarum, & turpe quod caſtum, & hoſtile quod ſanctum eſt. Propterea iuſtum eſt vt reddamus illis vicem, vt ſit nobis odor eorum tãquam odor mortis, ne deſinamus eſſe odor Chriſti. Quid enim nobis iure ſuccenſeant, ſi viciſſim nobis fœteat odor vitæ eorum, quibus odor noſtræ in mortem eſt? Ille ieiunium meum horret, ego illius crapulam ferre non poſſum. Ille halitũ monachi loquentis euitat, ego flatum Thraſonis ructantis effugio. Si illis diſplicet gutturis noſtri ſiccitas, & nobis gulæ eorum cruditas. Si illos offendit frugalitatis ariditas, & nos ventrum offendit ingluuies. Videant ergo nos non manè ebrij, ſed veſperè ieiuni: nec heſterno inflati vino, ſed hodierno abſtemij: nec de crapula libidinis dementer inſtabiles, ſed vigiliis honeſtatis integrè faucij, & ſobriè temulenti, quos parſimonia faciat non vorago titubare. Talem nos Epiſtolæ tuæ portitorem excepiſſe lætamur, quem rogo ſic accipias quaſi à te miſſus mihi venerit. Namque inter eos qui vice fraternitatis tuæ ad me venerunt, debet & iſte numerari, cui Dominus vt vt ita à te numeraretur, literas tuas etiam ignorante te tradidit. Puto autem quòd & tu diuinæ huius gratiæ beneficium huic deputes, per quem & tibi præſtitum eſt, ne literas nobis tuas non tui corporis perlator afferret. Sed tamen ipſius pace laudatum Sorianum volo, ne me illi rurſus accuſes. Prædicaſſe enim me illum magis quàm vituperaſſe exiſtimo eorum cõmemoratione, in quibus neceſſe eſt glorietur, qui eſſe aut videri monachus non erubeſcit. Denique meminiſti in Vergilio Furiam iis laudari quæ ſolent obiici. Vide autem ne mihi calumnieris, quòd aliquid depoëta non noſtri iam ſtudij, tanquam propoſiti violator, adſumpſerim, exempli tui auctoritate hoc me feciſſe conteſtor. Teneo enim epiſtolã tuã cui clauſula eſt.

Viuite felices quibus eſt fortuna peracta.

Sed & illam in qua, pro domeſtica ſede, larem familiarem, Plautini memor prologi, nominaſti.

Sorianus. | Marracin⁹. | Armilauſa. | Monaſticum Capillitium. | 2.Cor. 2. | Monachi veſpere ieiuni.

ARGVMENTVM OCTAVÆ EPISTOLÆ.

Ex vera animi pietate & humilitate negat Seuero Paulinus, quam ille ab eo petiuerat eius imaginem & effigiem, eaque interim ex occaſione, de interiori & exteriori homine Philoſophatur.

Sancto Fratri & Vnanimo Seuero Paulinus.

BEato Apoſtolo dictum eſt, multæ literæ te ad inſaniam perduxerũt: In quo, illorum vera inſania apparet, quibus ſapientia Dei, quam Paulus loquebatur, ſtultitia erat: quia vacui fide veritatis, intelligere non merebantur ſapientiam Dei Chriſtũ. At ego quamuis, propitio Chriſto, ab illorum perſona diſcrepem, quorum infidelitati inſanire ille ſanitatis magiſter videbatur: tamen vnanimitatis licentia quæ mihi tecum de vnanimitate fidei eſt arctior, vſurpabo verbi non animi ſimilitudinem, vt dicam: Seuere, mi Seuere, multa te charitas pene delirum facit, & circa me, non ætate ſed ſenſu paruulum tuum, tanquam auus circa ſerum nepotem, nimia pietate (quod tamen pace prudentiæ tuæ dixerim) ſtultus efficeris. Quid enim tibi de illa petitione reſpondeã, qua imagines noſtras pingi tibi mittique iuſſiſti? obſecro itaque te per viſcera charitatis, quę amoris veri ſolatia de inanibus formis petis? qualẽ cupis vt mittamus imaginem tibi? terreni hominis an cæleſtis? Scio quia tu illam incorruptibilem ſpeciem concupiſcis, quam in te rex cæleſtis adamauit. Neque enim alia poteſt tibi à nobis neceſſaria eſſe, quã illa forma ad quam ipſe formatus es, quà proximum iuxta te diligas, nulloque te nobis excellere velis, ne quid inter nos inæquale videatur. Sed pauper ego & dolens quia adhuc terrenæ imaginis ſqualore concretus ſum, & plus de primo quàm de ſecundo Adam carneis ſenſibus & terrenis actibus referõ. Quomodo tibi audebo me pingere, cùm cæleſtis imaginem inficiari prober corruptione terrena? Vtrinq; me cõcludit pudor, erubeſco pingere q ſum, nõ audeo pingere quod non ſum: odi quod ſum, & non ſum quod amo. Sed quid mihi miſero proderit odiſſe iniquitatẽ,

& amare virtutem, cum id potius agam quod odi, nec elaborem piger id potius agere quod amo? Ipſo diſcors mei inteſtino bello diſtrahor, dũ ſpiritus aduerſus carnem, & caro aduerſum ſpiritum dimicat, & lex corporis lege peccati legem mentis impugnat. Infelix ego qui venenatum inimicæ arboris guſtum, nec crucis ligno digeſſi: durat enim mihi illud ab Adam virus paternum, quo vniuerſitatem generis ſui pater præuaricatus infecit, vt qui naturali bono oculos mentis apertos innocentiæ & iniquitati clauſos habebam, letalem prudenriam boni malique delectu, de infauſto nemoris interdicti cibo cæcatus pariter & malè luminatus haurirem. Atque vtinam hoc ſal- B tem remedio crimen illicitæ concupiſcentiæ diluiſſem, vt accepta per guſtum innocentem boni & mali ſcientia, bonum potiùs elegiſſem. Præſertim cùm ſalutare conſilium Dei ſuadentis audiſſem, vt vita & morte propoſitis, ad aquam potiùs manum mitterem, & vitæ munus eligerem. Sed de inſipientiæ crimine mihi culpa creuit audaciæ, quod cùm & boni electum accepiſſem, maliui quod nocebat appetere. Quæ ergo miſero mihi ſuppetet venia peccati, cui ignorantiæ excuſatio non remanſit? *Peccatori nulla ſupereſt peccati excuſatio.* Agnoui bonum & feci malum, cùm æqnè mihi liberum eſſet bonum facere, niſi vtilitatem animæ contempſiſſem vitio voluntatis, C qua id quod non expediebat admiſi, dum non tempero quod licebat. Propterea iuſtè illos innocentiæ oculos quibus malum non videbam perdidi, & iſtos inuicem quibus peccatum agnoſcitur, in pœnam conſcientiæ iniquitatis accepi. Nam & vidiſſe primos generis humani parentes, & non vidiſſe ſcriptura declarat. *Gen. 3.* Vidit enim mulier arborem quod bona ad manducandum, & grata erat oculis ad videndum. Vidit, inquit: ergo habebat oculos: & quid deinde ſubtexit? Cùm manducaſſent (inquit) aperti ſunt oculi eorum. Ergo cæci fuerant. Vnde aduertimus, quoniam non poteſt in eodem corpore ſimul conuenire D cæcitas & viſus oculorum. Sed certè eſt quoddam cæcum in nobis etiam videntibus, & è contrario etiam in cæcis, videns. Propter quod arbitror illud à Domino eſſe dictum: *Ioa. 9.* In iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui non vident videãt, & qui vident cæci fiant. Venit enim in hunc mũdum quærere quod perierat, & illuminare quod cæcatum fuerat. Denique huius medici egens homo in propheta clamat: *Pſ. 17.* illumina tenebras meas Domine. Etenim miſericors & miſerator Dominus. Qui in tenebris cæcitatis humanæ, lumen exortum eſt vt erigeret eliſos, ſolueret compeditos, illuminaret cæcos, quomodo cæcandis viden- E tibus venerat? Atqui in Euangelio docemur illum multis cæcis viſum redonaſſe, nemini ſuſtuliſſe, ſed ſicut ſcriptum eſt in lege: *Deut. 32.* Ego occidam, & ego viuere faciam. Sicut etiam in Euangelio, quia ipſe poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionem multorum. *Luc. 2.* Ita & illud eſt: in iudicium veni in hunc mundum, *Ioa 9.* vt qui non vident videant, & videntes cæci fiant. Venit ergo Dominns vt vetera tranſirent, & noua orirentur. Et impletum eſt quod dixerat: Ego occidam, & ego viuere faciam. Quia veterem noſtrum hominem adſumendo interfecit affigens illum Cruci, diſpolians ſe carne tranſduxit principatus & po- A teſtates liberè triumphans eum in ſemetipſo, & viuificauit nouum ex reſurrectione mortuorum, aſcendens in altũ & collocans eum in cæleſtibus. Sic ergo venit vt illuminarentur cæci, & cæcarentur videntes, vt oculi noſtri qui in tranſgreſſionem aperti fuerant cæcarentur, & viciſſim qui cęcati fuerant aperirentur. Benè enim cęcus ſum, ſi non video peccatum, & benè oculatus, ſi cerno iuſtitiam. *Cæcitas ſpiritualis.* Ora ergo, mi frater, vt vtrumque in me operetur Dominus, cęcet videntem meum, ne videam vanitatem, & illuminet non videntem vt videam æquitates. Occidat in me veterem hominem cum actibus ſuis, vt refloreſcat in Chriſto B caro mea: & renouetur ſicut aquilę iuuentus mea. Hæc eſt enim mutatio dexteræ excelſi, cùm immutabimur à nobis in illum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt, cuius imago cæleſtis eſt, *Pſ. 76.* deponentes eum qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Huius imaginẽ in me quæſo Deus conterat, & ad nihilum redigat imaginem noſtram, id eſt, terrenam, in ciuitate circuminſtantiæ, & inſtauret in nobis atque perficiat imaginem ſuam, in qua nos pingi non pudet, quam pręferentes verè dicamus: defecit cor meum & caro mea, *Pſ. 72.* Deus cordis mei & pars mea Deus in ſecula. Cùm enim bona commutatione, quæ eſt homini à dex- C tera excelſi, defecerit cor meum & caro mea, id eſt actus volũtatis & fructus carnis meæ, tum iam vt à corporeis nexibus liberer à meo corde purgatus dicere audeam: Deus cordis mei & pars mea Deus in ſecula. Vtinam compleatur in me verbũ illud Euangelici Symeonis, vt fiat mihi Chriſtus in ruinam & reſurrectionem. *Luc. 2.* Ruina exteriori meo, & interiori reſurrectio, vt cadat in me peccatum quod anima cadente conſiſtit, & exurgat ille immortalis qui cecidit exurgente peccato. Exterioris enim ſtatus, interioris caſus eſt: & ideo quando infirmatur exterior, qui intus eſt renouatur de die in diem. Quo genere perfectus ma- D giſter ait: Quando infirmor, tũc potens ſum: *2. Cor. 12.* Gratias autem Domino quòd perenni magis & viuente pictura imagines noſtras non in tabulis putribilibus, neque cæris liquentibus, ſed in tabulis carnalibus cordis tui pinxit: vbi nos impreſſos & animæ tuæ conformatos, fidei & gratiæ vnitate cuſtodiens, non ſolùm iſtic, ſed etiam in æterno ſeculo indiuidua ſemperque pręſenti contemplatione conſpicies. Hic etiamſi tantus amor eſt viſibilia qnoque captare ſolatia, poteris per magiſtras animi tui lineas vel imperitis aut ignorantibus nos dictare pictoribus, memoriam illis tuam in qua nos habes pictos, velut imitanda de con- E ſpicuis adſidentium vultibus ora, proponens. Sed ſi fortè ad intellectum verbi tui inſcitior manus artis errauerit, diſſimilis pinget aliis: tibi tamen nos ſemper animo conſideranti & complectenti, quoſlibet vultus ſub noſtro nomine imperitia ſua pinxerit, tamen tua conſcientia nos erimus.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ 9.

Excuſat fratrem Victorem quòd tardius rediret ad Seuerum, cui mittit 3. libellos qui deſcribendis Annalibus, ei vſui eſſe poſſint. Familiaris eſt verò Epiſt.

Sancto fratri & Vnanimo commilitoni Seuero. Paulinus.

Redit

REdit à me tibi Victor, vt redeat
à te mihi Victor, commune pi-
gnus & fidele contubernium, &
ſolenne ſolatium nobis Victor in
te meus, & in me tuus, Victor e-
piſtolarum noſtrarum veredarius
pedes aut veredus bipes. Victor longiſſimarum,
viarũ, bene idem dicẽdus ſimul & victor & victus
quia vincitur charitate qua vincit vias duras &
magnos labores, qui in ſudore vultus ſui edit pa-
nem ſuum, vt nos reficiat annuis inter vtrunque
diſcurſibus, ferens indefectos ac referẽs commer-
cia literarum, quibus mutuam viſitationem ani-
mis ac viſceribus inuicem noſtris tanquam vecti-
gal officij debiti penſitamus. Sit benedictus Do-
Prou.15. mino puer Victor, neque illi ſpinas & tribulos ſua
terra parturiat, quia impiger eſt. Viæ enim pi-
Pro.22. grorum ſpinis ſtratæ ſunt. Victor verò noſter non
& 26. dicit, Leo eſt in viis quia ita ſimplex eſt vt ambu-
let confidens, fidelis & caſtus, vt non timeat à ti-
more nocturno, & à iaculo volante per diem Pro
pterea Dominus cuſtodit illum in omnibus viis
ſuis, & Angelicis mandat excubiis, ne vſquam of-
fendat ad lapidem pedem ſuum, neque mordeat
calcaneum eius obſeruans coluber in via, quem
Eph.6. calciatis ad Euangelij curſum pedibus impunè
calcabit & conteret. Laudabo igitur & benedi-
cam in Domino, Victoris noſtri pedes, & de his
quoque pedibus audebo dicere: Quàm ſpecioſi
pedes qui Euangelizant mihi pacem de te, cùm
incolumitatem tuam & pacem in te, cùm fidem
tuam nunciant, per quam in te manet Chriſtus
pax noſtra, qui & de nobis vel in nobis facit vtra-
que vnum, ſine qua duo ſumus in corde vno, ſiue
qua vtramque ſubſtantiam animæ & corporis v-
num facimus, conflante nos Chriſto per ignem
Luc.12. Spiritus ſui, de quo ait: Ignem veni mittere in
terrã: & quid vult bonus Dominus niſi vt accẽda-
datur in nobis, & illuminet tenebras noſtras & pec
cata conſumat? Quia Dominus Deus noſter ignis
conſumens eſt. Tribuat hic mihi Dominus, vt &
in me, pro me, fiat ignis conſumens. Ardeat hoc
igne cor meum in lumen æternum mihi, ne eodẽ
1.Cor. 2. ardeat anima mea in pœnam perennem. In hoc
enim igne reuelabitur dies Domini, & vniuſcu-
iuſque noſtrum opus, quale ſit, ignis probabit.
Oremus hũc Dominum, vt doceat nos facere vo-
luntates ſuas, & ſpiritus eius bonus deducat nos in
1.Cor. 3. viam rectam. Ne labor noſter inueniatur lignũ,
fœnum, ſtipula, ſed potiùs argentum, aurum, la-
pides pretioſi, & viui inueniamur in muris Hie-
ruſalem illius cæleſtis & liberæ, quæ ædificatur
vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum. Hu-
ius enim ciuitatis habitator in tribus vnus oſten-
ditur. Vnde dicitur ciuitas regis magni, ciuitas
Dei noſtri, ciuitas Domini virtutum, quam ipſe
Pſ. 47. Dominus (vt ſcriptum eſt) fundauit in æternum:
cuius quidem ciuitatis non ſolùm fundamentum,
ſed & turris, & porta factus eſt Chriſtus. Funda-
1.Cor. 3. mentum enim (inquit) nemo poteſt aliud ponere,
quàm eum qui eſt nobis turris fortitudinis à facie
Ioa.10. inimici, qui dicit: Ego ſum ianua ouium, nemo
poteſt venire ad Patrem niſi per me. Si igitur in
hoc domus & mens noſtra fundetur, & digna tan-
to fundamento ſuperædificetur operatio, erit no-
bis in aditum ciuitatis ſuæ porta ipſe qui reget

A nos in ſecula, & in loco paſcuæ collocabit nos,
quos iam per aquam refectionis ſibi genuit, &
nutrit epulis ſalutaribus in eam mẽſam quam pręp-
parabit nobis aduerſus eos qui tribulant nos. De
qua dicit: beatus qui manducabit panem in regno *Luc. 14.*
Dei: quia Chriſtus idem & regnum & panis eſt *Chriſtus idem eſt*
quo nos ſaginamur, & ſerpens tabeſcit: cuius fa- *regnum*
mes & pœna eſt cibus vitæ noſtræ Chriſtus Ieſus *& panis*
qui factus eſt nobis in eſcam, vt eo pane viuentes, *quo ſagi-*
& ſecundum eum ambulantes, poſſimus iuxta A- *namur.*
poſtolũ dicere: Noſtra autem conuerſatio in cę- *Phil. 3.*
lis eſt. Cũ enim quæ ſurſum ſunt ſapimus & quæ-
rimus, terreni eſſe deſinimus, vt iam non ſimus eſ-
B ca Serpentis qui viciſſim datus eſt in eſcam popu-
lis Æthiopum, vt ab his edatur quos edit: quod *Pſ.73.*
nobis è contrario ſalutare eſt, qui Chriſtum edi-
mus, & abſorbemur à Chriſto, qui abſorbet mor-
tale noſtrum, quia vita eſt, vt induat nos immor-
talitate, & conformes imagini ſuæ faciat, qui de-
dit nobis poteſtatem ſuper omnem virtutem ini-
mici impunè calcandi, per eandem gratiam, quà
dedit poteſtatem filios Dei fieri credentibus in
nomine eius, quod eſt ſupra omne nomen. In hoc
habitemus, quia ipſe etiam ciuitas eſt quæ nõ po-
teſt abſcondi, quia ſuper montem poſita, & cuius
fundamenta ſunt in mõtibus ſanctis. Hanc ciuita-
C tem ipſe fundauit altiſſimus (ſicut ſcriptum eſt) *Pſ.86.*
quia ſapiẽtia ſibi ædificauit domum. Hæc eſt do-
mus illa non manu facta, in qua ſi habitemus iis
operibus quibus ciues ſanctorũ fieri mereamur,
non ardebit opus noſtrum, & ignis ille ſapiens, *Ignis ſa-*
tranſeuntes nos per examen ſuum, non ſeuero ar- *piens, pro*
dore ambiet puniendos, ſed vt commendatos ſu- *igne pur-*
ſcipiens blando lambet attactu, vt poſſimus dice- *gatorij.*
re: tranſiuimus per ignem & aquam, & induxiſti *Pſ. 65.*
nos in refrigerium. Sed vt eodem nomine quo in-
choata eſt epiſtola terminetur, ad Victorem no-
ſtrum recurram, pro quo excuſationem debeo,
quòd ad te tardiùs pacto redit, ne imputes pedi-
D bus eius, qui non pigritiæ vitio, ſed obedientiæ
ſtudio apud nos diutius reſtiterunt. Reputa tamẽ
tempus, non quo dimiſſum eum iudicaſti, ſed quo
miſiſti, & videbis de placita inter nos retinendi
Victoris viciſſitudine ſtare rationem mihi. Non
enim ad hyemem apud nos, vt ſcripſeras, exigen-
dam adfuit, ſed vt aſſeruit, de Narbonenſi vbi fra- *Poſthu-*
tri Poſthumino occurrerat, remiſſus ad te, tunc à *minus mo-*
te iterum profectus eſt, cùm ad me directus per- *nachus.*
uenire potuiſſet. Iam igitur hyeme decedente ſu-
ſceptum, neceſſe habui vernis menſibus detinere.
Et quia breue ſpatium videbatur, quod illicò ſo-
lennitas Paſcalis concluderet, cùm & infirmiſſi-
E mus per idem tempus fuiſſem, vt ad reſcribendi
negotium non valerem, appoſui de diebus ęſtiuis
moras eius, vt compenſarem tecum, ſi tantùm in
eo tui temporis vſurparem, quantùm tu in eodem
occupaueras de diebus hibernis: vnde concedam
ſi Autumno peruenerit ad vnanimitatem tuam,
vt hyemem rurſus impendat tibi, quia vides ita
placito Domini procuratum, vt tempora cõmu-
nis vnanimi, quę nobis mutua ceſſeramus, ſalua fi-
de pacti maioris iſtius, commoda mutarentur: nũc
enim aptè conuerſum eſt vt verius fieret, quod
contra meritum indulgens mihi & tibi detrahens
ſcripſeras. Tu enim vere ſpiritu feruens, ſalubriùs,
eum in tempore frigoris, ignito fidei tuæ fouebis

calore: at ego frigidus, ad æſtiuam illi ſtationem aptior ero: ſed vtinam vel frigidus magis quam tepidus eſſem, nec Domino meo vomitum facerem, & proximi mei æſtum leuarem: nunc verò faſtidium potiùs de ſatietate mei facio vtentibus tempore incolatus mei, nec algentibus nec æſtuantibus, neceſſariò, modicæ fidei tempore reuomendus ab his qui ſaporem ſocietatis meæ ſpe dulcedinis ſpiritalis, guſtare tentauerint. Quo magis miror vel cõcupiſcentiã tuã in deſiderãdis, vel patientiã in perferendis ineptiarũ mearum moleſtiis. Sed vtinam mihi tam nullum de multiloquio peccatum accedat, quàm tibi magna merces de tam infatigabili charitate cumulatur. Tanquam enim non defatigatus, ſed potius & refectus tantis ante hac per Victorem noſtrum numero & copia voluminibus, iterum poſtulaſti per eundem librigerum, vt tibi pluribus, ſi poſſem, ſcriptis eſſem moleſtior. Præterea autem iuſſiſti, nimiùm opulenter tibi de paupere tuo blandiens, vt quæ te de Annalibus, non vnius gentis ſed generis humani, fugerent, ego videlicet quaſi peritior edocerem: ſed ſibi imputet famem, qui pauperis amici forem pulſat, & promptuarium inane ſcrutatur. Nunquam enim in hæc inueſtiganda & colligenda mihi commodum ſtudium fuit. Nam etiam in tempore veteri, quo videbar legere nec legenda, ab hiſtoricis ſcriptoribus peregrinatus ſum: attamen nunc operis tui curam gerens, quo te pro vtilitate fidei noſtræ inſpiciendis & conferendis præteritorum temporum rationibus occupatum indicaſti, quod de me non habui, de fratris vnanimi opulentiore theſauro petiui, & ipſam adnotationem quam Commonitorij vice, miſeras, literis meis inditam direxi ad Ruffinum presbyterum, ſanctæ Melaniæ, ſpiritali via comitem, verè ſanctum & piè doctum, & ob hoc intima mihi affectione coniunctum. Si ille, has quæ meritò te permouent de annorum ſiue regnorum non congruente calculo hiantis hiſtoriæ cauſas, non ediderit, qui & ſcholaſticis & ſalutaribus literis græcè iuxta ac latinè diues eſt: vereor ne apud alium, in his regionibus, fruſtra requiramus. Quòd ſi præſumptioni, de ſe, meæ ſatisfecerit, prima occaſione, ſi Dominus fauerit, tranſmittam vnanimitati tuæ, vtcunque mihi ſuper hac ratione reſcripſerit. Interim vt aliquid de præceptis tuis facerem, miſi ex his, quæ, metuo ne inertiæ potius vel imprudentiæ meæ teſtimonia ſint, quàm ſupernæ miniſtrationis inſignia, aut certè vel humanæ documenta ſapientiæ: miſi tamen tibi, id eſt, commiſi meo pectori meas nugas, non vt ſenſus tuos polluant tenebræ meæ, ſed vt tuis ſenſibus diluantur. Nugas autem meas, de verbis ac ſententiis meis dixi: cæterùm materia ſancta & tuo potius ingenio eloquioque digna, etſi meis ſermonibus velut atro habitu veſtiatur, ſpeciem tamen diuini luminis interni decoris, quanquam in egenæ ſupellectilis vilitate, cuſtodit. Habes ergo Libellos, à me, duos: vnum, verſibus, Natalitium, de mea ſolenni ad Dominadium meum cantilena, cui corpore ac ſpiritu quotidie, lingua autẽ quotannis penſito dulciſſimum voluntariæ ſeruitutis tributum, in die feſto conſecrationis eius immolans Chriſto hoſtiam laudis, & reddens altiſſimo vota mea. Alius libellus ex his eſt quos ad Benedictum, id eſt Chriſtianum virum amicum meum A Endelechium ſcripſiſſe videor, non tamen ediſſe conuincar. Is enim mihi auctor huius in Domino Opuſculi fuit: ſicut ipſius Epiſtola, quæ libello meo pro themate præſcribitur, docet. Fateor autem idcirco me libenter hunc ab amico laborem recepiſſe, vt in Theodoſio non tam imperatorem quàm Chriſti ſeruum, non dominandi ſuperbia, ſed humilitate famulandi potentem, nec regno ſed fide principem prædicarem.

Ruffinum & ipſe Hier. forte immodice aliquãdo laudauit in Epiſtolis ad Florentiũ, & ad eũdem Ruffinum: quidam verò alij, fecerunt tamen vt eius ſtudio, ipſi etiã Hieron. detraherent, et in his Palladius, Hiſt.

Endelech.

ARGVMENTVM DECIMÆ EPISTOLÆ.

B *Pallium camelorum pilis hirſutum, à Seuero ſibi miſſum, myſtica interpretatione trahit ad morum inſtitutionem. Tunicam ouina pelle contextam, Sanctæ Melaniæ illuſtris fœminæ olim geſtamen, remitti τεθλιμμένως quòd ſuæ innocentiæ magis conueniat. Hinc ſanctiſſimam Melaniam primæ nobilitatis mulierem laudat, quòd poſt obitum mariti ſui, iuuenis & nobilis viri, relicto ſibi Vrbano filio paruulo, adhuc puella, contemptum Mundi cœperit profiteri, adeo vt filio, affinibus, amicis ſequentibus, & illam C pietate ac lachrymis vincere cupientibus, læta nauem conſcenderit, & multis regionibus peragratis vitam monachæ profeſſa ſit.*

Seuero fratri Vnanimo, Paulinus.

IMmoderatam (vt arguimus) in literis veſtris, onus noſtrum, loquentibus charitatem, apta atque moderata ad vtilitatem noſtram munerum gratia temperaſtis. Neceſſario enim peccatoribus & precatu deplorationis, & habitu indigentibus, pal- D lia camelorum pilis texta miſiſtis, quæ nos in cõſpectu altiſſimi ſtratos vtilibus ſtimulis admonerent, dum aſperitate ſetarum compungimur, & peccatorum noſtrorum horrore compungi, atque intus ſpiritu conteri dum extrinſecus terunt habitum. Multa præterea in eorum vſu, de veterum recordatione ſanctorum, conformandæ fidei emolumenta referuntur. Veniunt in mentem tranſlatus Helias & præmiſſus Ioannes, quorum alterum hiſpida ſetis zona cingebat, alterum pili (vt ſcriptum eſt) camelorum hirto tegmine veſtiebant. Reminiſcimur etiam Dauid & omnia manſuetudinis eius, qua contritum cor & humi- E liatum Deo ſacrificans, induebat ſe cilicio & operiebat in ieiunio animam ſuam, vt eam ſpiritali ſaturitate contegeret. Vnde diſcimus veſtimẽtum animæ illud eſſe ieiunium, quo ab omnibus, lege diuina veritatis, abſtinemus. Id enim & de primorũ Patrũ diſpoliatione cognoſcim⁹, qui poſtquam ab interdicto cibo deſtiterãt ieiunare, nudati ſũt. Sed & propheta ipſe nos docet quali ieiunio animam ſuam à confuſionis nuditate munierit, cũ ait Domino: ab omni via mala prohibui pedem meum, vt cuſtodiã verbum tuum. Ex hoc eodem muneris veſtri lanitio, & illa nobis de Euangelio camelus ingeritur, quæ facili⁹ per foramẽ acus

4. Reg. 1. Mat. 3.

Pſ 34.68

Animæ ieiunium.

Gen. 3.

Pſal. 118.

Matt. 19. tranſit quàm diues in regnum cælorum. Ex quo A
Mar. 10. noſtras diuitias, quæ nunc in peccatis tantum manent, cogitantes, quia ſimiles diuinis illis viris virtutes affectare non poſſumus, illius ſaltem nobis gratiã Publicani cupimus prouenire, qui in corde
Luc. 18. detrito ſemetipſum accuſans Deo, & pectus afflictum crebra manu tundens, & oculos conſcientiæ pudore depreſſos in cælum, leuare non audẽs, iniquitate illa vitiorum dorſo cameli æmula, ita ſe in humilitatem debitam ſtrinxit, & reſipiſcentis animæ complanatione direxit, vt ſe foramini acus, hoc eſt, viæ verbi vel crucis quæ arcto tramite ducit ad vitam, diuinarum aurium penetrator inſereret. Oratio enim (inquit) humiliatis ſe B
Eccl. 35. nubes penetrat. Qua contra ille, iactantiæ ſuæ ſpiritu diues, Phariſæus, qui imputatione operum
Opera debita & voluntaria. debitorum, quia ex lege operandi debitor erat, tamen quaſi voluntaria feciſſet ſupra debitum, prædicator ſui, accuſator alieni, qui conueniret magis Deum quàm rogaret, intrare non potuit: quia ſubſarcinatos, arcta non capiunt. Nec poterat eò recipi lata iactantia, quò ſe humilitas angusta collegit: & anguſta, anguſtior contriti cordis exilitate, penetrauit. Interueniant orationes tuæ, vt animam meam multa corruptione deſciſſam, & ſpinis meorum ſenſuum temerè conſertam, Dominicæ Crucis acus, inſerto verbi ſalutaris filo ſarciat. C Fidem enim & verbum Crucis Chriſti hanc arbitror acum, qua vitæ noſtræ habitus innouatur, mors noſtra compungitur, noſque ipſi Deo per interuentum ipſius Mediatoris adſuimur. In eodem eſt & foramen illud, quia per ipſum & in ipſo ad vitam via illa multis deſiderabilis, paucis penetrabilis, per quam faciliùs ingreditur humiliata iniquitas, quàm ſuperba iuſtitia.
Iniquitas humiliata iuſtitia ſuperba. Quo maiorem vobis, vt medicis ſpiritalibus, debemus gratiam, qui etiam carnalia nobis munera ſpiritali vtilitate confertis, vt hæc pallia nobis ad ſtimulum orationis & habitum humilitatis tanquàm ſterili illi ficulneæ, cophinum ſtercoris miſertis. D In quo mihi videtur æterna piæ humilitatis vtilitas indicari, quæ ſterilem fœcundat animam, ne per vacuam arrogantiæ ſpeciem ſibi iuxta illum Phariſæum placens, velut arbor infelix
Luc. 18. frugibus, inutili fronde luxuriet. Quàm bonum autem & vtile ad culturam ſalutis huiuſmodi ſtercus ſit, docemur in beato Iob, qui poſtquàm ſedit in ſtercore, tentari deſtitit. Conſumpſerat enim Tẽtatoris inuidiam humilitate perfecta, quæ
Iob. 2. faciliùs ſurgere quàm deiici poteſt. Quia in fimo ſedens vnde cadat non habet, & habet vnde conſurgat, per eum qui ſuſcitat de terra inopem, & de ſtercore erigit pauperem, & in ſtercora redigit ſuperbos. E Quia omnis (vt ſcriptum eſt) ſuperbus immundus coram Deo, & ideo iuſtior apud Deum ille accuſator iniquitatis ſuæ, quàm ille iuſtitiæ prædicator. Ille laudando ſe accuſauit, hic accuſando defendit. Et ideo, nihil nobis de noſtris operibus blandientes, ſemper in manus eius commendemus ſpiritum noſtrum, quoniam apud ipſum eſt fons vitæ. Ab illo intellectum itineris noſtri petamus, quoniam à Domino greſſus hominis diriguntur. Sed & ſi potuerimus mandata eius per ipſius opem facere, neceſſe habemus, ſic quoque, inutilitatem noſtram fateri, quia implere non poſſumus debitam ſeruitutem, ſi tantum

A præcepta faciamus. Inutilis enim & nequam ſeruus eſt, qui nihil ad neceſſitatem debiti muneris, voluntario addit affectu, non habiturus vnde præmium ſperet, ſi tantùm conditionis officia dependerit. Quamobrem etiam mandata complentes (vt ſæpè tibi ſcribo) timeamus ſemper dicentes Domino: ne intres in iudiciũ cum ſeruo tuo, quia non iuſtificatur in conſpectu tuo omnis viuens. *Non eſt debita ſeruitus implere tantum quæ præcepta ſunt.* *Pſ. 142.*
Poterit nos vel humilitas confeſſionis aſſerere quaſi modeſtos apud bonum Dominum, quos cõmendare non poterit, vt ignauos, ſtrenuæ ſeruitutis vtilitas. Nam & Niniuitæ probant quantum *Ion. 3.* apud diuinam clementiam peccatori remedium B ſit, vt ſibi ipſe non parcat: quandoquidem ſuffragio pœnitentiæ recõciliati Deo, meruerunt denunciatum euadere excidium, quia ſe ſpontaneis luctibus cruciando, diuinam ſententiam præuenerunt ſua. Nos verò neque verbis, neque rebus digna penſantes, vnica tamen facultate nobis charitatis, qua vobis ſola pares ſumus, miſimus tunicam, quam ab vſu meo, vt de ſtercoris vilitate collectum pannum, dignare ſuſcipere. Nam vel hoc innocentiæ tuæ congruit, quòd de tenero agnorum vellere contexta blanditur attractibus. Addo autem adhuc pretio eius & gratiæ, quòd quò dignior probetur vſu tuo, de ſanctæ & illuſtris, in C ſanctis Dei, fœminæ Melaniæ benedictione mihi pignus eſt. Vnde te dignior viſa eſt, cuius fides, illi magis quàm noſter ſanguis propinquat. Fateor tamen, auſum me, vt eam, quamuis ilico vt acceperam tibi deſtinatam, meo tamen veſtitu initiando prætererem, ſciens magis me tibi hac iniuria præſtiturum, quàm ſi te intemerata nouitate illius honoraſſem, ſimul vt mihi benedictionem quaſi de tua iam veſte præcerperem, vt iactare poſſim, veſtimẽti tui me eſſe participem, qui propitio Deo, futuram vſus tui, tunicam, quaſi fuiſſet, induerem. Addidit autem Dominus hanc gratiam de muneribus & literis tuis, vt ad eos potiſſimùm D dies nobis frater Victor occurreret, quibus ſanctam ipſam, ex Hieruſalem, poſt quinque luſtra remeantem excepimus, ad quam tandem fœminam, ſi fœminam dici licet, tam viriliter Chriſtianam, quid hoc loco faciam, vetat faſtidij intolerabilis metus voluminibus adhuc addere: ſed perſonæ dignitas, immo Dei gratia poſtulare videtur, vt commemorationem tantæ animæ prægreſſus non raptim omittam, pauliſper ad eam tibi narrandam, velut nauigantes, ſi aliquem in littore locum ſpectabilem videant, non prætereuehuntur ſed contractis paululum remis aut remigio pendente, paſcunt oculos intuendi mora: E Ita ſermonis mei curſum detorqueam, quò etiam illuſtri illi materia & eloquentia libro tuo vicem aliquam videar reddere, ſi fœminam inferiore ſexu, virtutibus Martini, Chriſto militantem proſequar. Quæ conſulibus auis nobilis, nobiliorem ſe contemptu corporeæ nobilitatis dedit. Opinor autem & hoc ad cumulum diuinæ gratiæ pertinere, quod ſanctitatem laudandam de laudibus generis prædicare ordiori: ſed hunc ordinem non à rhetoricis inſtitutis magis quàm de euangelicis exemplis vſurpari, docitiſſimus Lucas mihi teſtis eſt, qui Baptiſtæ beati meritum ab originis claritate detexuit: & ne tantùm hiſtoriæ gratia eum commemoraſſe exiſtimes, nobilem Dominica

S. Melaniæ laus.

Hominum laudes à generis nobilitate, non tam Rhetoricis inſtituis quã Euangelicis exemplis vſurpatur.

S. Lucas Euangeliſta doctiſſimus.

præcurſoris parentem veneranda priſcæ nobilitatis inſignia, & ſuum cuique ſtemma connectit dicens: ſacerdotem Zachariam de viee Abia: credo vt ex eo ipſo dignitatem meriti eius oſtenderet, adiicieas nomen ex inſulis, quòd proculdnbio in Hebræis eſſet inſigne, de euius viee honoratum ſortitus ſacerdotium ſungeretur. Deniq; addidit: & vxor illius de filiabus Aaron. Vides Euangeliſtam de commemoratione natalium Sácti, dictionem feciſſe meritorum, vt iis quos erat de propriis meritis prædicaturus, nomina auita præferret & vxor, inquit, illi erat de filiabus Aaron: auxit meritum ſacerdotis, commemorata nobilitate coniugij: & laudaturus vitam, genus antè laudauit, vt venerabilior exiſteret, qui ſanctis parentibus reſponderet ſanctitate ingenita, quaſi quadam iuſtitiæ hæreditate, qui illud principale in ſacerdotibus nomen Aaron, & honoris in munere, & generis in vxore, ſucceſſor referret, atque illa quæ concors in itinere iugum veritatis cum marito trahebat, ad pariendum eligéda per angelum, de quo ſcriptum eſt: Eece mittam Angelum ante faciem tuam, dignior & viro ſacerdote, & filio prophetis præferendo exiſteret, quam diuinis idooeam dotibus, non ſolùm vita iuſtitiæ, ſed & ſamiliæ prærogatiua feciſſet. Sed & ipſius Domini ortum præter illum à fonte diuino fluenté, etiam iſtum quo filius hominis eſſe dignatus eſt, Euangeliſtæ duo, numeratis ab initio maioribus, ordiuntur, diuerſam vtroque ſcriptore corporei ſanguinis venam pari fide & dignitate referentes, Quia digiium erat, vt Vnigenitus Dei & Primogenitus totius creaturæ, atque vniuerſi corporis caput, etiam in generis corporei dignitate primatum teneret, vt vnus in cælo Dei filius ante ſecula ineffabili natus exordio, etiam in terris illuſtrium titulorum ſibi apices vendicaret, regum pariter & ſacerdotum, vt duo teſtaniur auctores, clara progenies: Quam ob rem non videbimur aliena potius quàm noſtra vti regula, terrenam qnoque nobilitatem in ſupradicta Dei ſamula prædieantes, qua perſpicuum ſit id quoque ad operis ſui gloriam Dominum contuliſſe, quò magis conſunderetur iſte Mundus, qui talibus titulis gloriatur, vt quo vanitas hominum ad contemptum Dei vtirur, iſta potiùs ad contemptum Múdi vteretur: ſimul vt maior ſalutaris exempli proderetur auctoritas humiliandis ſuperborum oculis. Muliet celſiore gradu ad humilitatis cultum ob amorem Chriſti deiecta ſublimiter, vt viros deſides in infirmo ſexu ſortis argueret, arrogantes in ſexu vtroque perſonas, pauperata diues & nobilis humiliata coofunderet. Igitur Marcellino conſule auo, †de ambiru generis & opum luxu, in teneris adhuc annis nuptias paſſa, & breui mater ſed inſelicitate mortalium non lógum potita eſt, ne diu terrena diligeret. Nam præter alias orbitates quas irritò in fœtibus abortiuis labore, adhue marito participe, defleuit, ita creuit ærumnis, vt duos filios & marirum intra anni tempus amitteret, †vnico tantùm ſibi paruulo ad memoriam ſibi potiùs quàm ad compenſationem affectuum derelicto. Sed & de malorum noſtrorum ſeminibus cauſas bonorum cæleſtium, nobis, Domino prouidente, pietatem diuinam per humanæ pietatis damna eoneepit. Miſera facta eſt, vt efficeretur beata. Percuſſa eſt, vt ſanaretur: Quoniam ego percutiam, & ego ſanabo, dicit Duminus Tanta eſt enim ſummi Patris pietas, vt etiam ira eius ex miſericordia ſit, & ideo caſtiget, vt parcat. Denique beatus Apoſtolus ideo cęcatus eſt, vt illuminaretur: cecidit perſecutor, vt Apoſtolus ſurgeret. In itinere iter reperit, & in impietatis via viam pacis agnouit. Sic ergo bonus Dominus in omni tempore iiſdem circa nos quoque minimos ſuæ pietatis impendiis vſque adhue (vt ipſe teſtatus eſt) opera patris operans, ſanctam quoque iſtam, non quia infidelem haberet, ſed vt perfectam redderet, paterna pietate corripiens, in miſericordia verberauit tentationibus, vt patientia coronaret. Flagellat enim omnem filium quem recipit. Itaque luctuoſa ambiru trium funerum comes vidua pariter & orbata, Romam venit cum voico ſuo incctore potiùs, quàm ſolatore lachrymarum, ſiue infanans ſui ſenſum mala ſentiens ſam ſaperet alienam lugere mortem, qui adhue vitam ſuam noſſe neſciret: ſiue ignara malè ſecurus inſantia, miſerabili ludo inter matris lamenta rideret. His edocta docimentis, non finiri ſeculo fragili, & ſpem tantùm in Deo ponere, quem ſolum amittere inuiti non poſſumus, ſalutarem ſibi filioq́ue ſcientiam induit, vt paruulum ſuum negligendo diligeret, & dimittendo retineret, firmiùs habitura abſentem quem Domino commédaſſet, quàm complexura præſentem ſi ſibi crediſiſſet. Imitata eſt, conditione qua potuit, Annæ ſterilis fidele votum: Nam & iſtam damnoſa fœcunditas ſterili proximam fecerat, & talis effici poſt euacuatam fœcunditatem timens qualis illa fuerat ante promeritam fœcunditatem, diuerſum Deo munus ſimili dedicauit affectu. Iſta de parto pigoore, Illa de concipiendo ſollicita. Illa vt mater eſſe inciperet, hæc ne eſſe deſineret. Quod ſi ideo diſſimile iudicatur, quia non huins, ita vt illius filius in Templo depoſitus ſeruiat Domino, qui & opibus ſeculi vtatur & honoribus, tamen è diuerſo compenſationem pietatis & fidei videat æquari: quia hæc idem de ſemetipſa perſoluerit Domino, quod glorioſa Anna de filio. Illi enim votiuus Samuel in plures partus poſtea repenſatus eſt: huie vnieus ſuus ſumma partuum, finis luctuum fuit. Illam mandato primogenito in ſtatione templi, & alia domi pignora, & ipſius quanquá ſacrati filij, non longinqua tamen diſcretio ſolenniſq́ue ad Templum recurrendo viſitatio conſolabantur: iſta vt vnicum ſuum à pectore ſuo abſcidit, & in ſinum Chriſti iactanit vt eum ipſe Dominus enutriret, nihil poſtea illi ſuę ſulicitudinis dedit, diffidentię peccatum iudicans, ſi quę Chriſto commiſerat, ipſa curaſſet. Quanta autem hoc fide fecerit, hinc perſpici licet, quòd in magna licet potétiſſimorum & charorum propinquorum Romæ copia, nemini paruulum ſuum, verbo, vt dici ſolet, alendum, erudiendum, tuendum mandare dignata eſt, tam certa fuit à Chriſto eſſe ſuſceptum, & ideo meruit obtinere, quia frui noluit: & nune reuiſere meruit per eius fidei pietatem, qua ſemel relictum in Deo non deſiderauerat in hoc ſeculo. Itaque fecit illi magna qui potens eſt maiora præſumpto, donare credentibus: ita huic vt filium & in hoc loco vt videret adiecit. Sicut Solomoni quia ſapientiam petere elegiſſet, etiá

Euangeliſtæ cur ſua narrationis initium à Chriſti maioribus duxerint.

† Hieronymus hanc putat filiam Marcellini: verùm Ruffinus in 2. inuectiuarum ad Hiero. neptē ipſius dicit Marcellini verò & Probi Coſs. fuiſſe anno Chriſti

338. temporibus Conſtantini & Conſtātij ait Marianus Scotus: alij verò dicunt, anno 343.

† Vide Hier. in Epiſt. ad Paulam de Obitu Bleſillæ.

Deut. 31.

Deus affligat vt parcat.

Act. 9.

Hebr. 12.

S. Melania comparatio cũ Anna matre Samuelis.

ſet, etiam cæteras opes quas non popoſcerat, ob hoc ipſum quia non deſiderauerat, contulit. Remuneratus intellectum bonum quo infimis ſumma prætulerat, minora maioribus ſuperfudit: ita ille meruit poſſeſſor omnium opum fieri, qui eſſe ſummarum petitor elegerat. Quo quidem omnes exemplo admonemur ſapere, cùm docemur eligere. Minora enim maioribus & ſummis infima bona, id eſt terrena cæleſtibus anteponentes, in pœnam ſtultæ cupiditatis, omni carebimus, ſummo ſimul atque infimo bono, & illa iuſtè non accepturi, quæ non deſiderauerimus, & iſtis meritò defraudandi, quorum amore noxio, potiora neglexerimus.

Terrena cæleſtibus qui anteponūt, omnibus carebunt: qui verò poſtponēt, omnia habebunt.

Sic & pater Abraham recepit oblatum deo vnicum, quia promptè obtulit poſtulatum. Sufficit Domino ſacrificium pietatis in corde perfectum, & ob hoc interpoſita Angeli manu iam vibrantem dexteram percuſſuri patris excipiens, ſubiecit victimæ ouem ſubitò præparatam, vt nec Deo deforet hoſtia, nec patri filius. Simul vt myſterium in Chriſto complendum quatenus imagini licebat, in Iſaac exercitum, in ariete formaretur, cùm & agnus ille, ad formam Saluatoris, in Ægypto poſtea immolandus, iam in ſui generis pecore prætenderetur, hoc eſt, in eo ariete qui pro Iſaac occurrit in victimam, vt pro Chriſto in figuram præcurreret.

Iſaac, Chriſti typus.

Itaque aries illi inuentus eſt, cui non debebatur ſumma myſterij: ſed illi occiſus eſt, cui reſeruebatur perfectio ſacramenti. Multa illi & in ipſius huius militiæ rudimentis aduerſum draconē inuidum fuere certamina. Non enim paſſa eſt liuidi hoſtis inuidia, facili illam & pacato abire digreſſu, ſed tota nobilium propinquorum potentia ad retinendum armata, propoſitum impedire, & eunti obſtare conatus eſt. Sed illa vltra virtutem tentationum iam confortata, & corporeæ pietatis vincula, & nauem, cunctis flentibus læta, ſoluit, conſtauiérque congreſſa fluctibus maris ne tantum ſeculi fluctus vinceret, nauigauit, & ſimul ſeculum orbemque commutans, vrbem Hieruſalem ſpiritali dono, in qua à corpore peregrinaretur elegit, exul ciuium & ciuis effecta ſanctorum. Prudenter & ſanctè in iſta voluit ſeruire quæ ſeruit, vt in illa poſſit regnare quæ libera eſt. De multis tamen in illa virtutibus Dei, vnam ſaltem de qua eius omnia æſtimentur, operam prædicabo. Tempore illo Valentis, quando Eccleſiam Dei viui furor Arrianorum Rege ipſo impietatis ſatellite perſequebatur, hæc erat princeps vel particeps cunctis pro fide inſtantibus: hæc fugatos recipiebat, aut apprehenſos comitabatur: ſed cùm eos recepiſſet in latebram qui propter inſignem fidem & maiore hæreticorum odio infeſtabantur, & occultantium tegebatur inuidia: graui tunc ſeditione diabolicis facibus inflammata, quaſi contra legem publicam contumax, protrahi ac pati iuſſa eſt, quę illos manebant, niſi prodere maluiſſet: proceſſit impauidè cupida paſſionis, & iniuria publicationis exultans, quamuis non expectaſſet trahi, tracturos anteuolans ad Iudicem, qui confuſus veneratione præſentis, non executus eſt infidelitatis iram, dum fidei miratur audaciam.

S. Melanię conſtantia in perſequutione Valentis Imp.

Eadem tempeſtate per triduum, quinque millia monachorū latentium, panibus ſuis pauit, vt per eius manum iterum Dominus Ieſus priſtinum numerum in

A Deſerto paſceret: tanto quidem nunc impenſiore clementia, quanto minore licentia fouebantur occulti, quàm illi quondam qui ad Dominum voluntariè in libertate & pace cōuenerant.

Mat. 14. Mar. 6. Luc. 9.

Sed hæc nec timida deprehendi, interdictum ſecura præbebat officium: nec volens gloria operationis agnoſci, tamen operis magnitudine prodebatur: totidem apud homines teſtimonijs glorioſa, quot paſtis Deo conſcia. Quid hæc meriti habeat æſtimemus, cùm in hiſtoria Regnorum ille celebretur, qui abſconditos ab ira æquè impij Regis centum viros Dei pauit? Dubitandum eſt, hanc, in opere ſimili ſæpè millies hunc numerum ſuper- B greſſam, fructum feciſſe centeſimum? Reliqua nunc eius negotia ac tempora traſilibo, & hoc ipſum quò remeans nauigauit, vt curſum ipſius æmuler, transfretabo, quò citiùs ſermonem meum in eius ad nos aduentu exponendo determinem.

3. Re. 18.

In quo magnæ Dei gratiæ ſpectator fui: Neapolin, vrbem breui ſpatio à Nolana qua degimus ciuitate diſtinctam, aduecta eſt, vbi filiorum nepotumque occurſu excepta, mox Nolam ad humilitatis noſtræ hoſpitium feſtinauit: quò nobis aduenit ambitioſo ditiſſimorum pignorum vallata comitatu. Vidimus gloriam Domini in illo matris & filiarum itinere: in eo quidem, ſed longè C diſpari cultu, macro illam & viliore aſellis † burico ſedentem, tota huius ſeculi pompa qua honorati & opulenti poterant circumfluì Senatores proſequebantur, carrucis nutantibus, phaleratis equis, auratis pilentis, & carpentis pluribus gemente Appia atque fulgente: ſed ſplendoribus vanitatis, prælucebat chriſtianæ humilitatis gratia. Admirabantur diuites pauperem, prophani ſanctam, at illos noſtra pauperies ridebat. Vidimus dignam Deo huius Mundi confuſionem, purpuream, ſericam, auratamque ſupellectilem pannis veteribus & nigris ſeruientem: benediximus Dominum, qui humiles & excelſos facit ſa- D pientes. Eſurientes implet bonis, & diuites dimittit inanes.

† Alij. burdico

In iſtis tamen diuitibus eadem die de maternis bonis pauperem ſpiritum ſtupebamus, qui magis ſancta matris inopia, quàm ſua viſibili abundantia gloriabantur. Id ipſum autem gloria Domini videbatur operari, quod egenulæ noſtræ diuitias in eius filiis intuebamur, vt iam hinc fructum fidei ſuæ caperet, cùm victoriam ſuam de huius ſeculi vanitate ipſa deſpectaret, comminùs videns omnia quæ propter Chriſtum reliquerat, & cōtemnere perſeuerarat: illi ſericati, & pro ſuo quiſque ſexu toga aut ſtola ſoliti ſplendere filij, craſſam illam velut ſpartei ſtaminis tunicam & E vile palliolum gaudebant manu tangere, & veſtimenta ſua velleribus, auro & arte pretioſa pedibus eius ſubſternere panniſque contegere geſtiebant, expiari ſe à diuitiarum ſuarum contagio iudicantes, ſi quam de viliſſimo eius habitu aut veſtigio ſordem colligere mererentur. Tugurium verò noſtrum quod à terra ſuſpenſum, cœnaculo, vna porticu cellulis hoſpitalibus interpoſita, longiùs tenditur, quaſi dilatatum gratia Domini nō ſolùm ſanctis qui illam plurimi comitabantur, ſed etiam diuitum illorum cateruis non capaces anguſtias præbuit: In quo, perſonis puerorum ac virginum choris, vicina Dominedij noſtri fœlicis culmina reſultabant, neque è diuerſu habita-

tionis eiuſdem, diſſoni licet propoſito, hoſpites obſtrepebant, ſed & in illis religioſa modeſtia imitabatur noſtræ ſilentium diſciplinæ, vt ſi diſſimularent concinere vigilantibus, pigro ventre ſopiti, tamen non auderent piis vocibus diſſonare, fideli timore compoſiti, quo placitis pſallentium vocibus, compreſſo ſecularium turbarum tumultu, etiam taciti concinebant. Verum vt ad perfectam Domini columbam recurram, ſcito nunc iſtam tantam in ſexu infirmitatis virtutem Dei, cui refectio in ieiunio, requies in oratione, panis in verbo, habitus in panno, lectus in ſagulo & centone durus in terra, fit mollis in litera qua rigidi cubilis iniuriam mitigat lectionis voluptas, & ſanctæ animæ, in Domino vigilare, requieſcere eſt. Hanc ergo filia Sion hactenus habuit & deſiderat, nunc filia Babylonis habet & admiratur: quia iam & ipſa vrbs, in pluribus, filia Sion eſt, quàm filia Babylonis, & ideo miratur in humilitatis obſcuro, & veritatis luce viuentem, & fidei incitamenta diuitibus, anguſtiarum ſolatia pauperibus, miniſtrantem, quanquàm illa quietis & latebræ ſuæ apud Hieruſalem in Romanis modò turbis æſtuans, clamet: heu me quòd incolatus meus prolongatus eſt. Ideo ne dilata ſum, vt nunc habitarem cum habitantibus Cedar? Hoc enim nomine apud Hebræos (vt comperi) ſignificatur obſcuritas. Quare ita illi gratulandum de memoratis virtutibus puto, vt de præſenti ſede timeatur, vt tam inſignis anima plus Romæ conſerat, quàm de Roma trahat: & ſic ſedeat ſupra flumina Babylonis, vt recordetur Sion, & organo corporis ſui ſuſpenſo, ab inimicæ omnibus Babylonis inſidiis & illecebris in ſui propoſiti tenore, velut in ſalicibus genuino ſemper humore viuentibus, conſtituta vertere non deſinat, & permanente fidei conſtantia virtutiſque gratia folium eius non defluat. Vt ſicut vita eius in itinere adſpectatur, ita & laus in exitu canatur. Non tuli, frater, vt te iſta neſciret, vt gratiam in te Dei plenius noſceret, tuo te illi magis quàm meo ſermone patefeci. Martinum enim noſtrum illi ſtudioſiſſimę talium hiſtoriarum ipſe recitaui, quo genere te & venerabili Epiſcopo atque doctiſſimo Nicetæ, qui ex Dacia, Romanis meritò admirandus, aduenerat, & plurimis Dei ſanctis, in veritate non magis tui prædicator, quàm mei iactans, reuelaui. Gloria enim mihi eſt diligi te & amari, quem famulum veritatis conſona linguæ vita teſtatur: det nobis in illa die miſericordiam Dominus à Domino per hanc gratiam cuius ipſe auctor eſt, vt ſicut nunc in viſceribus charitatis tuę refrigeramur: ita ab ignibus meritis in tuæ ſortis digito refrigeremur. Spero enim, habebimus indulgēte Domino, vt amantiſſimi tui, de iuſtitia tua ſuffragium, etſi indigni coronæ, non audeamus ſperare conſortium.

Sexus infirmitatis pro mulibri. — *Pſ. 119.* — *Pſ. 136.* — *Nicetas Epiſcopus.* — *Suffragiū ex alterius iuſtitia.*

VNDECIMÆ EPISTOLÆ
ARGVMENTVM.

Mittit particulam ſanctiſſimæ crucis Dominicæ, in Baſilicæ conſecrationem. Mox hiſtoriam inuentæ crucis, atque locum illum, unde Dominus in nube ab oculis diſcipulorum in cælum receptus eſt, diuinorum adhuc veſtigia pedum reſeruantem, commemorat. Epiſtola, hoc calamitoſo ſeculo diligentiùs obſeruanda.

Seuero fratri vnanimo Paulinus.

FRater Victor inter alias operum tuorum & votorum narrationes retulit nobis, deſiderare te, ad baſilicam, quam modò apud Primuliacum noſtrum maiorē priore condideris, de ſacris Sanctorum reliquiis benedictionem, qua adornetur domeſtica tua Eccleſia, vt fide & gratia tua dignum eſt. Teſtis eſt autem Dominus, quòd ſi vel ſcrupulum ſacri cineris habuiſſemus, ſuprà quem nobis ad baſilicam, quæ proximè in nomine Domini conſummabitur, dedicandam neceſſarium erat, miſiſſemus vnanimitati tuæ: ſed quia nos non habuimus huius muneris copiam, & ille ſe ſpem eiuſdem gratiæ copioſam habere dixit, à ſancta Siluia quæ illi de multorum ex oriente Martyrum reliquiis ſpopondiſſet, inuenimus quod dignè & ad Baſilicæ ſanctificationem vobis, & ad ſanctorum cinerum cumulandam benedictionem mitteremus: partē particulę de ligno diuinæ Crucis, quod nobis bonùm benedicta Melania, ab Hieruſalem, munere ſancti inde epiſcopi Ioannis, attulit: hoc ſpecialiter ſorori noſtræ venerabili Baſſulæ miſit conſerua cōmunis: † ſed quod alteri veſtrum datur, vtriuſque veſtrum eſt, quia in vtroque veſtrū vna ratio manet, & ſexum euacuat fides, qua in virum perfectum ambo concurritis. Accipite ergo ab vnanimis fratribus in omni bono veſtrum ſibi conſortium cupientibus: accipite magnum in modico munus: & in ſegmēto penè atomo haſtulæ breuis, ſumite munimentum præſentis & pignus æternæ ſalutis. Non anguſtetur fides veſtra carnalibus oculis parua cernentibus, ſed interna acie totam in hoc minimo vim Crucis videat, dum videre vos cogitatis lignum illud, quo ſalus noſtra, quo Dominus maieſtatis adfixus tremēte mundo pependerit, exultetis cum tremore: recordemur & petras fiſſas ad huius aſpectum Crucis, & ſaltem ſaxorum æmulatione præcordia noſtra findamus timore diuino. Reputemus & velum Templi eodem Crucis myſterio ſciſſum, & intelligamus illius veli ſciſſuram eò fuiſſe prætentam, vt audientes vocem Domini, & myſterium pietatis immenſæ nō obduremus corda noſtra, ſed à carnalibus diuidamur, & ſcindamus infidelitatis velamen, vt reuelata cordis facie, ſalutarium Dei munerum ſacramenta videamus. Non autem vobis & hoc ſcribimus, vt imitemini compoſitionem iſtam, qua tubello aureolo rem tantæ benedictionis incluſimus: magis enim nos tali paratu fidem veſtram imitati ſumus, vt veſtram vobis formulam mitteremus in ſpecie auri, quia ſcimus vos, vt aurum ignitum, intra vos habere regnum Dei: Hoc eſt, fidem Crucis, qua regnum cælorum inuaditur. Si enim, inquit, compatiamur, & conregnabimus. Et ideo non ad fidei firmamentum, quia viſionem fide præueniſtis, ſed propter meritum fidei, quam auditu receptam, factu probatis, miſimus vobis, in Domino, ligni ſalutaris donum, vt

Baſilica Primuliacenſis. — *Martyrū reliquiæ ad Baſilicarū ſanctificationem.* — *Ioannes Epiſcopus Hieroſolymitanus.* — *† Theraſiā coniugem ſuam intelligit.* — *Rom. 8.*

Crucem,

A Crucem, & corpore poſſideretis quã tenetis ſpiritu,& propoſiti virtute portatis. Sed quia idipſũ fides videtur poſtulare, non alienum puto, quia cognitu dignum eſt, enarrare ſpecialem poſt tempora Paſſionis hiſtoriam reuerſatæ & inuentæ Crucis: quæ ſi ignoretur, facile eſt perſpici, qua difficultate approbetur dominicę Crucis eſſe lignum hoc, quod certum eſt (ſi in manus Iudæorum veniſſet, omnia contra fidem Chriſti præcauentium) conterendum & exurendum fuiſſe. Neque enim in Cruce abolenda negligẽtes fuiſſent, qui ſignauerũt ſepulchrum: nec ferre potuiſſent, vt in Cruce ſuperſtite paſſio illius coleretur, cuius reſurrectionem vacuato, † diſcuſſis ſignaculis B ſuis, monumento probatam coli, ferre non poſſunt. Quid ergo nunc quæritur vbi fuerit abdita, quia niſi latuiſſet, illis præſertim perſecutionum temporibus Iudaicam conſecutis inuidiam & penè ſupergreſſis ſæuitiam, manifeſtum eſt abolendam fuiſſe. Facile enim aſſequi coniectura poſſumus, qua vi excidiſſent Crucẽ ſi extare vidiſſent, qui & Crucis locum perſecuti ſunt. Nam Hadrianus imperator exiſtimans ſe fidem Chriſtianam, loci iniuria, perẽpturum, in loco Paſſionis, ſimulacrum Iouis † cõſecrauit, & Bethlehem Adonidis fano prophanata eſt, vt quaſi radix & fundamen- C tum Eccleſiæ tolleretur, ſi in iis locis Idola colerentur, in quibus Chriſtus natus eſt vt pateretur, paſſus eſt vt reſurgeret, ſurrexit vt regnaret, iudicatus vt iudicaret. Me miſerum: etiam iſta pro nobis Dominus omnipotens perpeti non recuſauit, vt vbi pro ſalute generis humani crucifixus pependerat, ibi hominum ſacrilegio ſperneretur: & ſuper crucem, ad quam orbe concuſſo, & Sole refugo, & diſſilientibus mortuorum excitatione monumentis, rerum natura nutauerat, ſtabat ſimulacrum dæmonis, & ara ſimulacri pecudum buſta fumabat, & Dei nomen deferebatur ſtatuis mortuorũ, cùm ipſe viuorũ Deus, qui & reſurrectio mortuorum eſt, non ſolum mortui, ſed & D crucifixi hominis blaſphemaretur opprobrio. In Bethlehem quoque vbi agnouerat bos poſſeſſorem ſuũ, & aſinus præſepe domini ſui: ibi principes hominum inficiati ſaluatorẽ Deum, infames hominum amores morteſque coluerunt. Prodita nouo ſidere, Regis æterni, vbi cunabula ſupplices cum ſuis opibus adorauerunt Chaldæi, ibi barbaras libidines ſacrauerunt Romani. Vbi natũ Saluatorẽ cum exercitu Angelorũ concinẽtes cæleſti gaudio ſalutauerant illuſtrata nocte paſtores, ibi Veneris amatium mixtæ ſemiuiris planxere meretrices. Pro dolor! quæ pietas hominum hanc E impietatem compenſare poterit? vbi ſacra nati Saluatoris infantia vagierat, illic Veneris lamenta ſingẽtium laſciuis luctibus infamis ritus vlulabat: & vbi virgo pepererat, adulteri colebantur. Mãſit hoc ſeculi prioris nefas in tempora noſtris proxima Conſtantini, qui princeps eſſe principibus Chriſtianis, non magis ſua quàm matris Helenę fide meruit, quæ diuino, vt exitus docuit, inſpirata conſilio, cum Hieroſolymã agnoſceret nomine conregnabat, vt ſibi facultatẽ daret cũcta illic loca Dominicis impreſſa veſtigiis, & diuinorũ erga nos operum ſignata monimentis purgare, deſtructis templis & idolis ab omni prophanæ impietatis contagio, & religioni ſuæ redderet, vt Eccleſia

Iudæi, Chriſti Crucem exuſſiſſent ſi in manus eorum incidiſſet.

† Melius, vt opinor indiſcuſſis pro, intactis.

† Veneris ſimulachrũ in ea defixum fuiſſe, ait Ruffin. hiſt. 1. li. cap. 7. So. 1. lib. cap. 13. Theod. 1. lib. cap. 18 Sozo. li. 2 cap. 1.

Iſ. 1.

Appendix.

A tandem in terra originis ſuæ celebraretur. Itaque prõpto filij Imperatoris adſenſu mater Auguſta patefactis ad opera ſancta theſauris, tota abuſa ſiſco eſt: quantóque ſumptu atque cultu regina poterat & religio ſuadebat, ædificatis baſilicis contexit omnes & excoluit locos, in quibus ſalutaria nobis myſteria pietatis ſuæ, incarnationis & paſſionis & reſurrectionis atq; aſcenſionis ſacramentis Dominus Redemptor impleuerat. Mirum verò inter hæc, quòd in baſilica Aſcenſionis, locus ille tantùm de quo in nube ſuſceptus aſcendit, captiuam in ſua carne ducẽs captiuitatem noſtram, ita ſacratus diuinis veſtigiis dicitur, vt nunquã te- B gi marmore aut pauiri receperit, ſemper excuſsis ſolo reſpuente, quæ manus, adornandi ſtudio, tentauit apponere. Itaque in toto baſilicæ ſpatio ſolus in ſui ceſpitis ſpecie virẽs permanet, & impreſſam diuinorũ pedum venerationem calcati Deo pulueris perſpicua ſimul & adtigua venerantibus arena conſeruat, vt verè dici poſsit: adorauimus vbi ſteterunt pedes eius. Sed in hiſtoria Crucis accipite magnum & verè diuinum miraculũ. Regina illa venerabilis vt venit Hieroſolymam diligenter & piè, locis illis & circa omnibus, diuinorum curioſa inſignium & oculis haurire geſtiens, fidem quã piis auribus literiſque perceperat, Crucẽ Domini ſtudioſiſſimè inquirere adorſa eſt. Sed quę via vel ratio inueniendi ſubeſſet, cũ index idoneus nemo inueniri poſſet, vbi memoriam & curã religioſæ conſcientiæ vel obſeruãtiæ & antiquitas æui & ſuperſtitionis impiæ diuturnitas oboleuiſſet? Verùm ipſo omnium & terris & animis opertorum conſcio & teſte Deo fidelis mulier ſanctum ſpiritum per affectum pium meruit: quo aſpirante eum rem ab humana conſciẽtia diuinitus remotam fruſtra diligens requiſiiſſet, de loco tantùm paſsionis certior fieri ſtuduit. Itaque non ſolùm de Chriſtianis doctrina & ſanctitate plenos viros, ſed & de Iudæis peritiſſi- D mos, vt propriæ (qua miſeri & gloriantur) impietatis indices exquiſiuit, & accitos in Hieroſolymam congregauit, tum omnium, vnà de loco teſtificatione, confirmata, iuſsit illico vrgente ſine dubio conceptæ reuelationis inſtinctu, in ipſum locum operam foſsionis accingi, parataque mox ciuium pariter & militari manu, breui laborem iſtius molitionis hauſit, & contra ſpem omnium, ſed ſecundum ipſius tantùm reginæ fidem alta egeſtione reſeratis terræ ſinibus, abditæ crucis arcana patuerunt. Sed cum tres pariter cruces vt quondam fixæ Domino & latronibus ſteterant, repertæ fuiſſent, gratulatio repertarum, E cœpit anxia dubitatione confundi iuſto piorum metu, ne forſitan aut pro Cruce Domini patibulum latronis eligerent, aut ſalutare lignum pro ſtipite latronis abiiciendo violarent. Reſpexit pias fideliter æſtuantiũ curas Dominus, & ipſi potiſsimùm quę tã pię ſolicitudinis princeps erat, huius cõſilij lumẽ infudit, vt aliquem recèns mortuũ inquiri & inferri iuberet. † Nec mora, verbũ factũ, cadauer illatũ eſt, deponitur, iacenti vna de crucibus admouetur: ſed eorũ ligna mors ſpreuit. Poſtremò Dominicã crucẽ prodit reſurrectio & ad ſalutaris ligni tactũ morte profuga ſun' excuſſiũ & corp' erectũ eſt, tremefactiſq; viuẽtibus ſtetit mortu', & funebribus vt Lazarus quondã vincu-

Aſſenſionis Chriſti locus pauiri nũquam potuit.

Pſ. 131.

† Crux Chriſti cognita per cadaueris mortui ſuſcitationem: primum ſanata nobili quadã ſemimortua muliere Hieroſolymitana, vt ait Ru. hiſt. 1. li. cap. 8. Nicep. lib. 8. cap. 29.

lis expeditus, ilico inter expectatores ſuos redi- A uiuus inceſſit. Ergo crux Domini tot operta ętatibus, & Iudæis in tempore paſſionis abſcondita, neque gentibus, in ædificatione Fani terram ſine dubio ad ipſam fabricam egerẽtibus, reuelata eſt nónne diuina manu latuit, vt nunc inueniretur, cum religioſe quæreretur? Ita vt crucem Chriſti decuit, experimento reſurrectionis inueta & probata crux Chriſti eſt, dignoque mox ambitu cõſecratur cõdita in Paſſionis loco baſilica, quæ auratis coruſca laquearibus, & aureis diues altaribus arcano politã ſacrario Crucem ſeruat, quam Epiſcopus vrbis eius quotannis cùm Paſca Domini agitur adorandam populo, princeps ipſe venerãtium, promit. B Neque præter hanc diem qua crucis ipſius myſterium celebratur, ipſaque ſacramentorum cauſa eſt, quaſi quoddam ſacræ ſolennitatis inſigne profertur, niſi interdum religioſiſſimi poſtulent, qui ea tantùm cauſa illò peregrinati aduenerint, vt ſibi eius reuelatio quaſi in pretium longinquæ peregrinationis deferatur, quod ſolum Epiſcopi beneficio obtineri ferunt, cuius & tantùm munere de eadem cruce, hæc minuta ſacri ligni, ad magnam fidei & benedictionis gratiam baberi datur. Quæ quidem crux in materia inſenſata vim viuam tenens, ita ex illo tempore innumeris penè quotidie hominum votis lignum C ſuum commodat, vt detrimenta non ſentiat, & quaſi intacta permaneat, quotidie diuiduam ſumentibus & ſemper totam venerantibus: ſed iſtam imputribilem virtutem & indetribilem ſoliditatem de illius profectò carnis ſanguine bibit, quæ paſſa mortem non vidit corruptionem. Sperãmus autem & vobis, non ſolùm benedictionis monimento, ſed & incorruptionis ſeminario futurum, vt eius inſpectio fidem veſtram etiam de recordatione beati illius Latronis accendat, qui bene verſo latrocinio, longas in magnis laboribus ſanctorum vias de momenti fide & momento cõfeſſionis anticipans, non immeritò ante ipſos A- D poſtolos & martyres, præparatum ipſis ab initio (vt ait) regnum primus inuaſit, & pius Cæli prędo diripuit: quia Chriſtum crucifixum ſimilitudine ſuæ pœnæ videns in eo ſtatu, de quo etiam diſcipulorum fides turbata nutauerat, Dominum tamen maieſtatis (vt erat) confeſſus eſt, & petens in regno Dei memoriam ſui fieri, gloriam reſurrectionis ante ipſam reſurrectionem credidit: quàm Apoſtoli poſteaquàm facta eſt, non tantùm videndo, ſed experiendo crediderunt: Nec ipſi tamen de reſurrectione carnis potius quàm de reſurrectionis qualitate dubitantes, quia videlicet in orbem terrarum mittendi forent ad om- E nium gẽtium informationem, non auribus tantũ, ſed & oculis prædicandam fidem capere debebant, vt quod firmiùs didiciſſent, conſtantiùs edocerent.

Crux Chriſti adoranda proponitur in Paſcate.

Crux Chriſti ſic hominum votis commodat lignum ſuũ vt nõ minuatur.

DVODECIMÆ EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

Erexerat Seuerus fontem ſacrum, ibique depingi Paulinum cum Martino fecerat. Cum hoc expoſtulat, quòd mellis & fellis poculum miſcuerit, occulte inſinuans, ſe indignum qui cum tanto viro comparetur. Mittit inſuper aliquot epigrammata tam baſilicarum quàm baptiſterij.

Seuero Fratri Vnanimo, Paulinus.

INſertis his verſiculis patens pagina ſollicitauit linguam & manum vt occuparet vacantia, & ſuccurit animo eſſe quod ſcriberem. Perquàm enim gratulor, quòd vnam cordis & corporis noſtri, operum quoque & votorum ſimilitudinem oſtenderimus, eodem tempore baſilicas Dominicis adũcientes ouilibus: tu verò etiam Baptiſterium Baſilicis duabus interpoſitum condidiſti, vt nos in horum quoque operum quæ viſibiliter extruuntur, ædificatione ſuperares. Sed Do- B mino gratias, qui dedit nobis in quo, & vinci, victoriã duceremur. Vincimus enim voto in quo vincimur gratia, ab eo quem nobis iudicio anteponimus, dilectione comparamus. Tu es iſte quẽ loquimur, tu inquam pars noſtri maior & melior, tu requies noſtra, tu gaudium, in te reclinatio capitis noſtri, & mentis habitatio eſt. Quæ non tantùm in præſenti tempore, ſed (vt ſperamus & cõfidimus in domino) perpetua nobis ab ipſius munere, & in ipſius corpore ac ſpiritu manebit. Ideo ſi quid per gratiam Domini amplius agas nobiſcum, profectò certè pro nobis agis. Sed in eo metuo ne operibus tuis quibus iniqua viarum ſecu- C larium dirigis, & cliuoſa cõplanas, ex illo de quo ſemper conqueror affectu in nos tuo, ſalebram offenſionis immiſceas, quòd ſplendidos deuotionis in Chriſto tuæ titulos noſtris nominibus infuſcas, & iuſtis laboribus hãc iniquitatem inſeris, vt locũ ſanctum etiam vultibus iniquorum polluas. Rectè enim in loco refectionis humanę Martinus pingitur, qui cæleſtis hominis imaginẽ perfecta Chriſti imitatione portauit, vt deponentibus in lauacro terrenæ imaginis vetuſtatem, imitanda cæleſtis animæ occurrat effigies. Noſter verò quis illic locus eſt, qui nec infantibus innocẽtia, neque viris concurrimus ſapientia? & ab im- D macularis malitia, à perfectis infirmitate diſtinguimur? Quæ ergo ſocietas lumini & tenebris? lupis & agnis? ſerpentibus & columbis? Hoc eſt nobis & Martino? Nonne tu lactis & fellis poculum miſcuiſti? Sed bene quod non vt in liquoribus vno calice confuſis, ita in hominibus eodem loco mixtis ſi diſcrepent meritis, boni ſuauitas amaritudine mali venenatur. Contraque euenit vt peccator iuſto cõpoſitus, magis ſordeat, & peccatore cõlato magis iuſtus eluceat. Quominus moueor errore charitatis tuæ, quia nullam Beato illi feciſti iniuriã, potiuſq; ad gloriã illius cõtuliſti vt cõtra deſpicabilẽ facies venerabilis pingere- E tur, quò ſplendor eius comparatione tenebrarum clariùs emicaret, qui etiã in ſplẽdoribus ſanctorũ conſpicua claritate præfulget. Et quidẽ niſi ſcirẽ te impenſo nimij in nos amoris ſtudio hãc informaſſe picturã, malitioſum te & callidum criminarer, qui noſtræ humilitatis obſcuras animorũ nocte perſonas, ex aduerſi iuxta parietis regione depictas ſancto capiti contuliſſes, vt illũ tãtùm pingeres, nos vero potiùs deformares. Quos iure, cõſpecta Martini facie deſpuendos, ad probrũ ridiculæ cõparationis exponeres. Sed ne noſtri cauſa, quorũ multo amore dũ falleris falsũ facies, hęc cõmẽtatio tua de charitate prolapſa irrideret: vt poteſt & debet: hac tãtũ gratia parui tibi in verſiculis de

de huiuſmodi tua pictura ad te mittendis, vt conſilij tui ratio proderetur, qua ſalubriter nouorum hominum informationi ſtudens, diuerſas longè ſibi imagines propoſuiſſes, vt emergentes à ſacro fonte, & vitandum & ſequendum pariter conſpicarentur. Itaque hîc carmẽ habes, ſi placet vtere.

ABluitis quicunque animas & membra lauacris,
Cernite propoſitas & bona facta vias.
Adſtat perfectæ Martinus regula vitæ:
Paulinus veniam quo mereare docet.
Hunc peccatores, illum ſpectate beati:
Exemplar ſanctis ille ſit, iſte reis.

Item de eodem.

Diues opũ Chriſto pauper ſibi pulchra Seuerus
Culmina ſacratis fontibus inſtituit.
Et quia cæleſtes aulam condebat in actus,
Qua renouarentur fonte deóque homines:
Digna ſacramentis gemina ſub imagine pinxit,
Diſceret vt vitæ dona renatus homo.
Martinum veneranda viri teſtatur imago:
Altera Paulinum forma refert humilem.
Ille fidem exemplis & dictis fortibus armat,
Vt meriti palmas intemerata ferat.
Iſte docet fuſis redimens ſua crimina nummis,
Vilior vt ſit res quàm ſua cuique ſalus.

Certè probatur iam te non ridendum magiſque probandum, ſi hac tantum ratione longiſſimè diſſimiles comminus pinxiſſe videaris, vt in Martino forma iuſtitiæ & ſumma virtutum, in nobis conſcientiæ iniquitatis obtritio & confeſſio cerneretur, vt & beatis exẽplum pateret & miſeris. In illo ſpeculum fortitudo, in nobis ſolatium haberet ignauia. Illum intuerentur qui præceptum ſufficerent implere virtutibus: in nobis conſolarẽtur qui remediũ vellẽt afferre criminibus, quia

Fiducia innocẽtiæ. Innocentiæ fiducia deſtitutis & nexu iniquitatis adſtrictis, ſola vt captiuis poteſt redẽptio ſubuenire. Quæſo te tamen ne obedientiã meam crimẽ facias, ſi verſus tuos illos luminis & fauorum, ſicut denunciaſti, anferas. Verecũdè quæſo illud magis quàm verè minatus ſis, & ſi iſtos adſcribẽdos putaueris, illi permaneant, vt horũ quaſi gemmulæ ſint & faciant vilibus pretium, & claro atra diſtinguant. Sanè accepta licentia dixi linguæ meæ,

Pſ. 38. non iuxta prophetam, vt maneret in requie ſua, & cuſtodiret vias meas: ſed potius oppoſitæ ſibi cuſtodiæ frenos rumperet, dum ſeruiret tibi. Ita te diligo vt magis de non obtẽperando tibi quam de multiloquio peccatum timerem. Quam ob rẽ etiam baſilicis tuis verſiculos, quaſi votiuos ſacris fontibus titulos, deſtinaui. Si quid in his aptè locutus videbor, hæc quoque fratris Victoris gratia eſt, cuius oculis & verbis omnia quæ in Chriſto Domino feciſti & agis, vidi: & ideo verſus quos & de baſilicis interpoſui, ipſo auctore cenſebis, qui materiam dictauit enarratione factorum tuorum. De baptiſterio igitur ipſo erunt iſti, de cuius pictura tantum ſunt illi ſuperiores.

HIc reparandarum generator fons animarum
Viuum diuino lumine flumen agit.
Sanctus in hunc cælo deſcendit ſpiritus amnem,

Appendix.

A *Cæleſtique ſacras fonte maritat aquas.*
Concipit vnda Deum, ſanctámq; liquoribus almis
Edit ab æterno ſemine progeniem.
Mira Dei pietas peccator mergitur vndis,
Mox eadem emergit iuſtificatus aqua.
Sic homo & occaſu felici functus & ortu,
Terrenis moritur, perpetuis oritur.
Culpa perit, ſed vita redit: vetus interit Adam,
Et nouus æternis naſcitur imperiis.

Seqnentes ad baſilicarum picturam ſunt.

Corpore, mente, fide, caſtiſſimus incola Chriſti
Condidit iſta Deo tecta Seuerus ouans.
B *Totus & ipſe Dei templum viget hoſpite Chriſto,*
Gaudentémque humili corde gerit dominum.
Ecce velut trino colit vnam nomine mentem,
Sic trinum ſanctum mole ſacrauit opus.
Ampla dedit populo geminis faſtigia tectis,
Legibus vt ſacris congrueret numerus
Nam quia latorem duo Teſtamenta per vnum
Pacta Deum in Chriſto copulat vna fides.
Iſte duas inter diuerſi culminis aulas
Turrito fontem tegmine conſtituit.
C *Læta nouos, geminis, partus Eccleſia mater*
Excipiat ſinibus quos aqua protulerit.
Aula duplex tectis, Eccleſia teſtamentis:
Vna ſed ambobus gratia fontis adeſt.
Lex antiqua nouam firmat, veterem noua cõplet:
In veteri ſpes eſt: in nouitate fides.
Sed vetus atque nouum coniungit gratia Chriſti:
Propterea medio fons datus eſt ſpatio.
Inde parens ſacro ducit de fonte ſacerdos,
Infantes niueos corpore, corde, habitu.
Circundanſque rudes feſtis altaribus agnos,
Cura ſalutiferis imbuit ora cibis.
D *Hinc ſenior ſociæ congaudet turba cateruæ:* *Communio corporis Chriſti olim dabatur recens baptizatis infãtibus.*
Alleluya nouis balat ouile choris.

Cum hos operibus vnanimitatis tuæ manufactis dediſſem, illam non manufactam in domeſtica tua Eccleſia gratiam Dei, qua perpetuum tibi hoſpitem in ea Clarum largitus eſt, ſilere non potui. Itaque ſanctæ ipſins memoriæ verſus, non quia aliquid diuinis eius meritis dignum loqui poſſem, ſed vt ſtudium plurimæ in illius anima charitatis exprimerem, auſus ſum facere, & vnanimitati tuæ mittere, qnos tu, coram Domino ſanctę & cohoſpitanti tecum ſemper in Domino animæ eius, re-
E citans excuſabis audaciam meam, & commendabis obſequium.

Nominis vt titulo ſic mentis lumine Clarus *Epitaphiũ S. Clari.*
Presbyter hoc tegitur, ſed mẽbra caduca ſepulchro:
Libera corporeo mens carcere gaudet in aſtris,
Pura probatorum ſedem ſortita piorum.
Sancta ſub æternis altaribus oſſa quieſcunt:
Et dum caſta pio referuntur munera Chriſto,
Diuinis ſacris animæ iunguntur odores.

Item de eodem, vt quos malueris legas: ſed ego ſcio in hoc te potius ambigere debere, non vt aliquos ad titulum eligere, ſed ne nullam debeas iniuriam Sancto Dei facere.

A Preſbyter hic ſitus eſt meritis & nomine Clarus
Martino ſtudiis comes & meriti modò conſors:
Digna pio domus eſt altaria ſub quibus artus
Conditur exanimus: non ſpiritus æthere gaudet,
Diſcipulúſque pari ſociat ſuper aſtra magiſtro.

ALIVD.

Clare fide, præclare actu, clariſsime fructu,
Qui meritis titulum nominis æquiparas.
Caſta tuum digne velant altaria corpus,
Vt templum Chriſti contegat ara Dei.
Sed quia tu non hac, qua corpus, ſede teneris,
Qui meritis ſuperis ſpiritus inuolitas:
B Siue patrum finibus recubas, dominiue ſub ara
Conderis, aut ſacro paſceris in nemore.
Qualibet in regione poli ſitus aut Paradiſi,
Clare ſub æterna pace beatus agis.
Hæc peccatorum bonus accipe vota rogantum,
Vt ſis Paulini Theraſiæque memor.
Dilige mandatos interueniente Seuero,
Quos ignoraſti corpore, ſic meritos.
Vnanimi communis amor ſit fomes vtriſque
Perpetui ſummo fœderis in Domino.
Non potes implicitos diuellere, ſi trahis vnum,
C Vnus adhærentem quo rapitur rapiet.
Ergo indiuiduos pariter complectere fratres,
Vtque ſumus ſic nos dilige participans.
Sic Deus accipit, ſic nos Martinus amauit,
Sic & tu pariter Clare tuere pares.
Non meritis ſed amore pares, tu ſancte valebis
Exorare, pares & meritis fieri.

S. Martini inuocatio.

Si cum Martino ſocia pietate labores,
Vt vincant veſtræ crimina noſtra preces:
Et ſimul in veſtri ducamur ſorte, Seueri
Veſtráque nos ſemper protegat ala, ſinu.

D Quòd ſi Dominus deſiderium animæ veſtræ fecerit ſecundum fidem veſtram adiiciens ornatui & ſanctificationi operum veſtrorum, vt ſacros cineres de ſanctis glorioſorum Apoſtolorum aut Martyrum reliquiis adipiſcamini, qui huius voti præſumptione vos aliam apud Primuliacum noſtram & priore maiorem baſilicam præparaſſe cognouimus, dignum opere fidei veſtræ & operis fideliter elaborati dedicatione proculdubio celeberrima ſanctorum quoque reliquiis decens arbitramur, vt hoc etiam quod de Cruce miſimus, pariter depoſitũ ſaceatumq; veneremini. Quod ſi ita placuerit, placitum veſtrum hi (ſi videbitur) verſiculi nunciabunt.

Baſilica Primuliacen.

E Diuinum veneranda tegunt altaria fœdus,
Compoſitiſque ſacra cum Cruce Martyribus.
Cuncta ſalutiferi coeunt inſignia Chriſti,
Crux, corpus, ſanguis, martyris ipſe Deus.
Namque Deus ſemper vobis ſua munera ſeruat,
Atque vbi Chriſtus, ibi ſpiritus & pater eſt.
Sic vbi Crux & Martyr ibi, qua martyr ibi & crux
Martyrij ſancti quæ pia cauſa fuit.
Illa cibum vitæ mortalibus, illa coronas,
Quæ domino famulos participans, peperit.
In Cruce fixa caro eſt qua paſcor, de cruce ſanguis
Ille fluit vitam quo bibo, corda lauo.

Benedictio de cruce Chriſti depoſita & ſacrata cũ reliquiis SS. Martyrum.

A Chriſte tuo coeant ſimul hæc tua dona Seuero,
Porticus & teſtis ſit crucis iſta tuæ.
Carne tua viuat, tuus illi pocula ſanguis
Præbeat, in verbo viuat agatque tuo.
Quíque tuum, ſocio, Martinum aſcendere, Claro,
Vidit, † & ipſe tuo munere iunctus eat.

† Antequã de Obitu D. Martini reſciuiſſet Seuerus, vidiſſe ſe in ſomnis illum vna cum Claro patenti cælo recipi narrat Epiſt. 2. ad Aurelium Diaconum.

Si verò magis placeat vobis hanc de Cruce benedictionẽ ad quotidianã tutelam atq; medicinã in prõptu habere, ne ſemel cõdita in altario non ſemper ad manũ, vt vſus exigit, præſto ſit: ſufficit & illa ad baſilicæ conſecrationẽ gratia, ſi Dominus eam Apoſtolis & martyribus, quorum vene-
B randus cinis ſi ſine crucis conſortio ſubiiciatur altaribus hic opertos titulus indicabit.

Pignora ſanctorum, diuinæ gloria Menſæ
Velat Apoſtolicis edita corporibus.
Spiritus & Domini medicis virtutibus inſtans
Per documenta ſacros viua probat cineres.
Si geminata pius aſpirat gratia votis,
Infra martyribus deſuper acta ſacris.
Vota ſacerdotis viuentium & commoda paruo
Puluere ſanctorum mors pretioſa iuuat.

Martyrũ venerãdi cineres. In cineres ſeu reliquias ſanctoris.

Habes verſus, operibus quidẽ tuis ſanctis & magnificis indignos. perſuaſioni tamẽ tuæ quam ha-
C bes, tibi de me quã mihi credere, cõpetẽtes. Quos ſi nõ erubueris ſpectãdis domeſticæ Eccleſiæ tuæ parietibus inſcribere, vindicabor. Credo enim vel tunc de meis ineptiis erubeſces, & pœnitebit te deſiderij & exactionis tuæ, cũ ædificia quæ immaculata adhuc operis tui gratia ſplẽdent, obſcurata nęniis inſipiẽtiæ meæ, & vt digno meis verſibus verbo vtar, caccabata, ridẽtibus multis vel nauſeantibus oculis aſpicies, nec laborabis fallere, vt te lector auctorẽ putet: & cũ ineptia nemini in te nota poſſit inſtruere Lectorẽ, ne tibi meũ carmẽ, id eſt crimẽ imponat, qui tamen vel proditoris vel ſcriptoris nomine culpãdus eſſet, ne quis
D me iniurioſum iudicet, illa regula qua perſeribitur, quod tibi nolueris, alij ne feceris, idẽ à me prius baſilicas meas pertuliſſe præſentibus illi documẽtis probabis, vt hoc quoq; oſtẽdas vnanimitatem noſtrã, quòd ſiue gratia ſiue iniuria me tibi cõparans eadẽ in tuas qua etiã in meas ædificationes temeritate peccaui. Sed huius ſiue gratiæ iuxta patientiſsimum mei animum tuum ſiue iuxta meũ indigniſſimũ munus iniuriæ auctor aut reus noſter tibi Victor habeatur: qui ſanctiſſimus noſtræ charitatis interpres, hoc te ſibi gratiorẽ à nobis redire præſumpſit, quò depreſſior ſub iniuſto
E ineptiarũ ad te noſtrarũ onere reuertiſſet. Nã hoc etiã accreſcere faſcibus ſuis voluit, vt noſtrarũ tibi baſilicarũ verſus ſimul picturaſq; portaret, meritoq; faciet, ſi cũ hac ſe tibi querimonia deficiẽs & curuus intulerit, vt clamet: ecce propter mandata labiorũ tuorum ego ambulaui vias duras, & clamet: Super dorſum meũ fabricati ſunt peccatores, qui in tot epiſtolis prolõgauerũt iniquitatẽ ſuã. Recepi igitur & hũc ad peccata mea cumulũ, vt fratri cupidiſſimo talis ſarcinæ, qua, eius anima grauato corpore leuaretur, præſtarẽ quã deſiderabat iniuriã. Nã & verè ad vnanimitatẽ noſtrã cõgruere hęc illius poſtulatio videbatur, qua aſſerebat vt oporteret tibi noſtras in domino ędificationes ita noteſcere, vt nobis tuas in titulis & in picturis

Caccabata.

Pſ. 128.

ctũris indicare voluiſſes. Hac igitur ratione perſuaſus, baſilicas noſtras, tuis ſicut & operis tẽpore & voti genere cõiũctæ ſunt, ita etiã literis cõpaginare curaui, vt in hoc quoq; noſtra cõiunctio figuraretur, quę lũgitur animis & diſtat locis. Sic & iſta quæ in nomine Domini eodẽ ſpiritu laborata cõſtruximus, diuerſis abiuncta regionibus, eiuſdem tamen epiſtolæ ſerie ſibi tanquam conſignata viſentur. Baſilica igitur illa quæ ad Dominedium noſtrum communem patronum in nomine Domini Chriſti iam dedicata celebratur, quatuor eius baſilicis addita, reliquiis Apoſtolorum & Martyrum intra aſpidem trichora ſub altaria ſacratis, non ſolo B. Felicis honore venerabilis eſt, aſpidem ſolo & parietibus marmoratã camera muſiuo illuſa clarificat: cuius picturæ hi verſus ſunt.

Baſilica Dominedij, de quo Natalitiũ librum verſum ſcripſiſſe verſibus meminit ſupra, Epiſt. 9.

Pleno coruſcat trinitas myſterio
Stat Chriſtus agno vox patris cælo tonat.
Et per columbam Spiritus ſanctus fluit
Crucem corona lucido cingit globo
Cui coronæ ſunt corona Apoſtoli.
Quorum figura eſt in columbarum choro:
Pia trinitatis vnitas Chriſto coit.
Habente ipſa Trinitate inſignia
Deum reuelat vox paterna & ſpiritus
C *Sanctam fatentur Crux & Agnus victimam.*
Regnũ & triumphum purpura & palmæ indicãt,
Petram ſuperſtat ipſe petra Eccleſiæ,
De qua honori quatuor fontes meant
Euangeliſtæ viua Chriſti flumina.

Inferiore autem balteo quo parietes & cameræ confinium interpoſita gipſo crepido coniungit, aut diuidit, hic titulus indicat.

Depoſita ſub altari ſancta ſanctorum.

Hic pietas, hic alma fides, hic gloria Chriſti,
Hic eſt martyribus crux ſociata ſuis.
Nam crucis è ligno magnum, breuis haſtula, pignus
D *Totáque in exiguo ſegmine vis crucis eſt.*
Hoc Melanæ ſanctæ delatum munere Nolam,
Summum Hieruſolymæ venit ab vrbe bonum.
Sancta Deo geminum velant altaria honorem,
Cum cruce Apoſtolicos quæ ſociant cineres.
Quàm bene iunguntur ligno crucis oſſa piorum?
Pro cruce vt occiſis in cruce ſit requies.

Totum verò extra concham baſilicæ ſpatium alto & lacunato culmine geminis vtrinque porticibus dilatatur, quibus duplex per ſingulos arcus columnarum ordo dirigitur. Cubicula intra porticus quaterna longis baſilicæ lateribus inſerta ſecretis orantium, vel in lege Domini meditantium, præterea memoriis Religioſorum ac familiarium accommodatos, ad pacis æternæ requiem locos præbent. Omne cubiculum binis per liminum frontes verſibus prænotatur, quos inſerere his literis nolui: eos tamen quos ipſius baſilicæ aditus habent ſcripſi, quia poſſent ſi vſurpare velis & ad tuarum Baſilicarum ianuas conuenire, vt iſtud eſt.

E *Pax tibi ſit quicunque Dei penetralia Chriſti*
Pectore pacifico candidus ingrederis.

Vel hoc de ſigno Domini ſuper ingreſſum picto, hac ſpecie qua verſus indicat.

Appendix.

A *Cerne coronatam Domini ſuper atria Chriſti*
Stare crucem, duro ſpondentem celſa labori
Præmia: tolle crucem, qui vis auferre coronam.

Alteræ autem baſilicæ, qua de hortulo vel pomario quaſi priuatus aperitur ingreſſus, hi verſiculi hanc ſecretiorem forem pandunt.

Cæleſtes intrate vias per amœna vireta
Chriſticolæ, & lætis decet huc ingreſſus ab hortis,
Vnde ſacrum meritis datur exitus in paradiſum.

Hoc idem oſtium aliis verſibus ab interiore ſui fronte ſignatur.

Quiſquis ab æde Dei perfectis ordine votis
B *Egrederis, remea corpore, corde mane.*

Proſpectus verò baſilicæ, non vt vſitatior mos eſt, orientem ſpectat, ſed ad Domini mei beati Felicis baſilicam pertinet, memoriam eius aſpiciens, tamen cum duabus dextera læuaque conchulis intra ſpatioſum ſui ambitum Apſis ſinuata laxetur: vna earum immolanti hoſtias iubilationis antiſtiti patet: altera poſt ſacerdotem capaci ſinu receptat orantes. Lætiſſimo verò conſpectu tota ſimul hæc baſilica in baſilica memorati confeſſoris aperitur trinis arcubus paribus, perlucente tranſenna: per quam viciſſim ſibi tecta ac ſpatia baſilicæ vtriuſque iunguntur. Nam quia nouam à veteri paries apſide cuiuſdam monumenti interpoſita obſtructus excluderet, totidem ianuis patefactus à latere Confeſſoris quod à frõte ingreſſus ſui foribus noua referebatur, quaſi diatritam ſpeciem ab vtraque in vtrumque ſpectantibus præbet, ſicut datis inter vtraſque ianuas titulis indicatur. Itaque in ipſis baſilicæ nouæ ingreſſibus hi verſiculi ſunt.

Eccleſiarum proſpectus ad Orientem.

Alma domus triplici parte ingredientibus arcum
Teſtatúrque piam ianua trina fidem.

Item dextra lęuaque crucibus minio ſuperpictis, hæc epigrammata ſunt.

Ardua floriferæ crux cingitur orbe coronæ,
Et Domini fuſo tincta cruore rubet.
Quæque ſuper ſignum reſident cæleſte columbæ
Simplicibus produnt regna patere Dei.

Idem de eodem.

Hac cruce nos mundo, & nobis interfice mundum
Interitu culpæ viuificans animam.
Nos quoque perficies placitas tibi Chriſte columbas,
Si vigeat puris pars tua pectoribus.

Intra ipſam verò tranſennam, qua breue illud quod propinquas ſibi baſilicas potiùs diſcludebat interuallum continuatur.

E regione baſilicæ nouæ ſuper medianum arcum hi verſus ſunt.

Vt medium valli pax noſtra reſoluit Ieſus,
Et cruce diſſidium perimens duo fecit in vnum:
Sic noua deſtructo veteris diſcrimine tecti
Culmina conſpicimus portarum fœdere iungi:
Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus, intrantúmque manus lauat amne miniſtro.
Plebs gemina Chriſtum Felicis adorat in aula,
Paulus apoſtolico quam temperat ore ſacerdos.

Hæc verò binis notata verſiculis epigrammata ſuper arcus alios dextra læuaq; ſunt: in vno hoc.

Attonitis noua lux oculis aperitur & vno
Limine conſiſtens, geminas ſimul aſpicit aulas.

In altero hoc.

Ter geminis geminæ patuerunt arcubus aulæ,
Miran tú rque ſuos per mutua limina cultus.

Item in iiſdem arcubus à fronte, quæ ad baſilicam domui Felicis patet mediana, hi ſunt:

Quot deuota fides denſis celebrare beatum
Felicem populis diuerſo ſuadet ab ore:
Per triplices aditus laxos infundite cœtus
Atria quamlibet innumeris ſpatioſa patebunt.
Quæ ſociata ſibi per apertos comminùs arcus
Paulus in æternos antiſtes dedicat vſus.

In aliis iſti bini.

Antiqua digreſſe ſacri Felicis ab aula,
In noua Felicis culmina tranſgredere. Item.
Vna fides trino ſub nomine quæ colit vnum
Vnanimes trino ſuſcipit introitu.

In ſecretariis verò duobus quæ ſuprà dixi circa opſidem eſſe, hi verſus indicant officia ſingulorum.

A dextra apſidis.

Hic locus eſt, venerãda penus qua cõditur, & qua
Promitur alma ſacri pompa miniſterij.

A ſiniſtra eiuſdem.

Si quem ſancta tenet meditanda in lege voluntas,
Hic poterit reſidens ſacris intendere libris.

De Fundana Baſilica.

Egrediamur iam Nolana hac baſilica, & in Fundanam tranſeamus. Fundis nomen oppido eſt, quod æquè familiare mihi fuit dum maneret poſſeſſio, quam illic vſitatiorem babui. Itaque vel ad pignus quaſi ciuicæ charitatis, vel ad memoriam prĕteriti patrimonij baſilicam dare in ipſo oppido, quoniam & indigebat ruinoſam & paruã habens, voti fuit: propterea & hos verſiculos adiiciendos putaui, quos illi in hoc oppido dedicandæ baſilicæ parauimus. Nam adhuc in opere eſt, ſed propitio Deo dedicationi propinqua: quod tamen ea mibi maximè ratio perſuaſit, quia & in huius abſide deſignatam picturam meus Victor adamauit, & portare tibi voluit ſi fortè & eam de duabus elegeris in hac recentiore tua pingere, in qua æquè apſidem factam indicauit. Sed de hac apſida an abſide magis dicere debuerim tu videris, ego neſcire me fateor, quia hoc verbi genus nec legiſſe reminiſcor. Verùm hanc quoque baſiliculam de Benedictis apoſtolorum & martyrum reliquiis ſacri cineris, in nomine Chriſti ſanctorum ſancti, & martyrum martyris, & dominorum Domini conſecrabunt. Ipſe enim teſtatus eſt ſe viciſſim Confeſſorum ſuorum Confeſſorem futurum. Ideo ſuper hac, præter picturam, gratia geminatus eſt titulus de pictura. Mat.10.

TITVLVS I.

Sanctorum labor & merces ſibi rite cohærent,
Ardua crux pretiúmque crucis ſublime coronæ.
Ipſe deus nobis princeps crucis atque coronæ
Inter floriferi cæleſte nemus paradiſi.
Sub cruce ſanguinea niueo ſtat Chriſtus in agno,
Agnus vt innocua iniuſto datus hoſtia leto.
Alite quem placida ſanctus perfundit hiantem

In Picturã quæ eſt in Apſide Baſilicæ Fundanæ.

A *Spiritus, & rutila genitor de nube coronat.*
Et quia præcelſa quaſi iudex rupe ſuperſtat
Bis geminæ pecudis diſcors agnis genus hædi
Circunſtant ſolium: leuos auertitur hædos
Paſtor, & emeritos dextra complectitur agnos.
Ecce ſub accenſis altaribus oſſa piorum
Regia purpureo marmore cruſta tegit.
Hic & apoſtolicas præſentat gratia vires
Magnis in paruo puluere pignoribus.
Hic pater Andreas, & magno nomine Lucas
Martyr, & illuſtris ſanguine Nazarius,
Quóſque ſuo deus Ambroſio poſt longa reuelat
B *Secula Prothaſium cum pare Geruaſio.*
Hic ſimul vna pium complectitur arcula cœtum,
Et capit exiguo nomina tanta ſinu.

In reliquias ſanctorũ Baſilicæ Fundanæ.

Hæc interim, mi frater, & alia huiuſmodi opera viſibilia de terrenis in terra laborem molierã, ſed Benedictus Dominus die quotidie qui facit mirabilia ſolus, ſicut conuertit petram in ſtagnum aquæ ſic & terrena cæleſtibus mutat, & hanc nobiſcum, quanquam de ſuis, & hic & ibi rebus permutationem facere dignatur, vt quæ corporaliter molieram in terris, latenter in cælis per ipſum ædificentur: tunc reuelanda nobis, cùm ſpecie C videbimus, quæ nunc per fidem prouidemus. Itaque hic ſeminamus, & ibi metemus Hic ſpargimus, & ibi congregamus. Hic viuimus, & ibi cõuerſamur. Hic accingimur, & ibi militamus. Hic pugnamus, & ibi vincimus: vel ſi iſtic vincimus, ibi coronamur. Ita quod iſtic manu ſtruimus, illic fide condimus. Et harum nobis quamuis terreſtrium ædificatio fabricarum, ſi voto & ſtudio ſpiritali ſtruatur, beata cæleſtium eſt præparatio manſionum. Hæc enim ædificantes in domino ex odeptu fidei, ędificamur ipſi à domino per eiuſdem fidei profectum: nam & euãgelicus ille Cẽturio exemplum nobis eſt ad ſpem certam merD cedis æternæ: huius ſpecialiter operis gratia recipiendæ, qui ad promerendam filij ſanitatem & ipſum dominum Ieſum fidei ſuæ prædicatorem hobendum, eo potiſſimum meriti valuit, quòd plebs Domini quæ tunc adhuc in Iudæis tantum erat, illi de Synagogæ ædificatæ teſtimonio ſuffragata eſt. Quid igitur miſeri nunc quieſcimus oſcitantes, & quaſi non conducti mercennarij in tumultuoſo huius ſeculi foro vacua manu ſtamus? vel ſi conductis nobis debere patremfamilias ſuũ denariũ cogitemus, vt aliquid in vinea eius operemur, id ipſum quaſi indebitum gratumq́ue prĕſtantes, imputare etiam meditamur Domino, tanE quam illi potius, quàm nobis profutura faciamus. O miſeri homines, largiri nos aliquid credimus: negotiamur, & liberales habemur qui auariſſimi eſſe conuincimur, & quidem tantò auariores cupidiſſimis terræ fœneratoribus, quantò amplius eſt cęleſtia de terrenis, & beata de miſeris egeniſq́ue rebus emere, quàm terrena terrenis, & labentibus lapſura mercari, & dominum quàm hominem fœnerare. Damnatur in lege, qui pecuniam ſuam dederit ad vſuram, & munera ſuper innocentes acceperit: ecce Euangelij gratia oſtendit nobis quomodo eadem crimina ad innocentiam ſanctitatemq́ue mutentur, nec pœnæ ſed præmij retributio conſequatur, ſi tantùm in præcepta diuinæ

Vita præſentis & futura cõparatio.

Spes æterna mercedis.

Luc.7.

Prou.19.

uina ſalutaris cupiditate fidei conuertantur: da ad vſuram pecunias tuas, ſed Chriſto, & ſalutaris vſura eſt. Item in ſeculo corrupti muneribus eorum Iudices condemnantur: ſed quiſquis homo præuentus in aliquo peccato, diffidens innocentiæ tuæ, adfers pretium ſalutis tuæ Iudici noſtro: nec verearis quaſi corruptionis iniuriam iuſtitiæ Dei facere: accipit à te Chriſtus libens ſalutis tuæ pretium, quia mauult miſericordiam, quàm ſacrificium. Sed forſitan quæris, vbi illum inuenies, & qua corrumpas via quem non vides? Surge (inquit) qui dormis, & erige te à mortuis, & attinges Chriſtum: hoc eſt, diſcute carnalis inertiæ ſomnum, & depreſſam cogitatione terrena mentem, à mortuis curis, hoc eſt, conuerſatione carnali, erige attollens & dirigens in Dominum animam tuam, & attinges Chriſtum. Operando præceptis ipſius, videbis eum in omni paupere, & tanges eum in omni egeno, recipies eum, in omni hoſpite. Quoniam ſibi fieri ipſe teſtatur, quæ in eius nomine minimis eius fiant. Ecce nobis iam conſtat, quomodo videas inuiſibilem, & inapprehenſibilem comprehendas. Ergo nunc iſtic pauperemur, vt tunc ibi locupletemur. Núc ploremus, vt tunc gaudeamus. Nunc eſuriamus, vt tunc ſaturemur. Omni (inquit) tempnre pauperes vobiſcum habetis. Vides quia nulla nobis C occaſio beneficentiæ vnquàm procraſtinandæ, cùm ſi voluntas noſtra non abſit, pauper in promptu ſit. Commodemus ergo ſecuri nunc egeno, & in pauperibus ſuis Chriſto, vt ex eius abundátia in iiſdem, gloria participare poſſimus. Propterea enim Dominus ipſe præmonet, dicens: facite vobis amicos de iniquo mammona. Vides quomodo omnipotens faciat de nocte lucẽ, & de iniquitate iuſtitiam: vt cùm defeceritis (inquit) recipiant vos in tabernacula æterna. Quia viciſſitudine quadam copiæ vel inopiæ humanum genus temperatur, quod in illo inferno diuite, & ſuperno paupere euangelicus ſermo patefecit, vt D intelligamus conſilium communis auctoris, quod diuitem pauperi, & pauperem diuiti præparauit, vt abundans, egenti, ſubſtantia alimoniæ ſit, & opulento inops materia iuſtitiæ, vt fiat (ſicut Apoſtolns dixit) æqualitas, & in illo ſeculo repenſanda illis egeſtate præſenti opibus æternis redundet, illorum abúdantia ad inopiam noſtram, ſi noſtra iſtic abundantia ad illorum indigentiam commodauerit. Seminemus ergo illic carnalia, vt & metamus ab illis ſpiritalia. Laboret nunc de terrenis manus, vt tunc de cæleſtibus anima reficiatur. Spes præſens ædificet rem futuram. Faciamus iſtic tecta quæ nos illic tegant. Paſcatur iſtic B pauper, vbi me diuite eget, vt me illic paſcat, vbi me egente ſaturabitur, videte cõmerciũ ſpiritale & ſi poteſtis, negate nos auaros qui terram vendimus & tributum, vt immunitatem regni cum æternitate coëmamus. Fragilem arenam iacimus, vt domum fundemus æternam, & de vilibus attingamus aſtra cœmentis, de quibus non illam confuſionis & ſuperbiæ turrem deſtruendam, opere irrito machinamur, ſed in ipſo angulari lapide fundamur, vt ſurgamus per ipſum in ipſius plenitudinem, qui eſt turris fortitudinis à facie inimici. Hanc Ipſe nos turrem ædificare, computatis ante ſumptibus iubet, ne interrupta ædificatione

Matt. 25.

Beneficentia procraſtinanda nulla occaſio.

Luc 16.

2. Cor. 8.

Exhortatio ad Eleemoſinã erogandã.

Gen. 11.

Luc 14.

A defectæ temeritatis improuidæ notã, & dignam irriſionem fruſtra audacis ignauię perferamus. Spiritus autem noſter fides firma eſt. Ergo & ſecundum veritatem Dei credens, qui ſpes & opes & vires ſuas Dominum Ieſum habet, eius omnis ædificatio compacta creſcit & ſurgit in conſcenſionem in plenitudinem Dei. Itaque niſi Dominꝰ ædificauerit domum, vano ædificantes labore ſudabimus. Sed ne vel perfecta, licet cooperante Domino, ædificatione reſupini ſecuras manus remittamus, adiicit ſcriptura diuina, quòd etiam ædificatam domum niſi Deus idem cuſtodiat, irrita ſeruantium cura vigilabit. Oremus ergo Do- B minum, vt dum nos illi foris ædificamus domicilia quæ videntur, ille in nobis intus ædificet illa quæ non videntur, domum videlicet illam (vt magiſter ait) non manufactam, quam ingreſſi intelligemus in nouiſſimo, videntes ſcilicet facie ad faciem, quod in ænigmate nunc videmus & ex parte cognoſcimus: ſed nunc dum adhuc in tabernaculo iſtius corporis conſtituti, quaſi ſub illius antiqui Tabernaculi pellibus † in deſerto & tentoriis agimus, præcedente nos per iſtius Orbis aridam Dei verbo, vel in columna nubis, vt obumbret ſuper caput noſtrum in die belli: vel in columnam ignis, vt cognoſcamus in terra cæ- C leſtem eius viam. Oremus vt per hæc nunc Eccleſiæ tabernacula ingrediamur vſque ad domum Dei, vbi & ipſe Dominus ille ſummus & ſactus nobis à Domino & exciſus à monte & idem auctus in montem lapis extat, qui eſt mirabilis in oculis noſtris. Ipſe ſe nunc ædificationi noſtræ & fundamento præſtet & culmini, quia ipſe eſt initium & finis. Super eandem petram (nam petra Chriſtus eſt, extra quam nemo poteſt domum ſtabilem fundare) non ſtipulam aut fœnum & paleas, ſicut in Ægypto ſeruientes, in cophino, manus cõgerant, ne luteis ædificiis operum ſordidorum, laterem (vt aiunt) lauemus, & incuruatione per ri- D uos laborum ſeruilium deuertamus dorſum noſtrum à Domino: quia vt cõuerſos ad ſe reficit lumine, ita auerſos afficit cæcitate. Videamus autem ædificantes, quid de noſtra fragili terrenaque ſubſtantia dignum diuino fundamento ſuperædificare poſſimus, vt ab ipſo principali lapide viuificati, lapides in fabricam Templi cæleſtis aptemur. Aurum ſenſus noſtri, & ſermonis argẽtum conflemus in Chriſto, vt nos in huius Mundi fornace purgatos, aurum ignitum & moneta imaginis ſuæ dignum, ipſe placitarum ſibi animarum diſcuſſor efficiat. Noſque ipſos illi de operibus luminis pretioſos lapides afferamus, neque in B cordibus, ligni duritia, ſtolidi, neque in operibus fœnea ſiccitate aridi, neque in fide vel charitate mobiles & infirmi leuium fragilitate palearum, ſed vt opus arbitrij noſtri non arſurum paretur, & inconcuſſum pacifica operatione conſurgat. Oremus altiſſimum eam pacem ædificationis noſtræ, qua paries ille aliquando in Templi murum factus eſt, vt malleus & ſecuris & omne vas ferreum non audiatur in ea: nec ſicut poſtea in eiuſdem Templi reparatione, inimica Perſarum inuidia, fabricam reſurgentem hoſtilis impediat & interrumpat incurſus. Sic enim in domum orationis & pacis perficiemur, ſi nulla nos carnalium cogitationum cura concidat, nullus quietem noſtram

Eph. 2.

Pſ. 126.

2. Cor. 5.

† Opertorium Tabernaculi fœderis erat ex pellibus ouium rubricatis, & Taxorum. Exod 26 35 39.

Dan. 2.

Exod. 3.

Ædificiũ ſpirituale

3. Reg. 6.

2. Eſdr. 4

Malleus, myſtice quid ſignificet. ſeculi tumultus interſtrepat. Malleus enim nobis, cura victus & cura veſtitus eſt: ſecuris & ferrum A nobis, cupiditas temporalium & nocturnus mortis timor, & liuor mimicus, & res huius ſeculi, in cuius aut malè, cura: aut benè, amore, Anima cōditur, mens compeditur & pax bonæ voluntatis, quę compoſitis religioſo ſilentio ſenſibus confirmatur, atque orationis intentio, quæ inuffenſa de libero & puro corde dirigitur, carnalium oblatratione curarum quaſi interſtrepente malleo vel ſecuri feriente conuellitur. Sed quia maior eſt qui in nobis eſt, quàm qui in hoc Mundo, potens eſt Dominus cōterere Sathanam ſub pedibus noſtris, vt impleatur & illa pro nobis prophetia: cō-*Hier. 50.* tritus eſt malleus vniuerſæ terræ. Expedit autem B nobis, vt etiam ædificatum cordis noſtri templum *Ioan. 2.* ſæpè Dominus Ieſus reuiſat, veniens in flagello timoris ſui, vt eiiciat de nobis menſas nummulariorum & venditores boum vel columbarum, ne quod auaritiæ commercium animus noſter exerceat, neque in noſtris ſenſibus tarditas boum ſtabulet: quia vbi non ſunt boues, præſepia munda *Prou. 14.* ſunt. Neque ſimus innocentiæ noſtræ vel diuinæ gratiæ venditores, ne faciamus orationis domum *Matt. 21.* ſpeluncam latronum. Expurgatis enim omni ma-*Luc. 19.* litiæ fermento ſenſibus noſtris, inambulabit li-*Mar. 12.* benter Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & velut in illis quinque porticibus ſpatiabitur ſapientia C virtus Dei, quæ ſanat omnes languores noſtros. Nam & in anima noſtra multi ſicuti in illa ad piſcinam olim medentem porticu iacent ægri & de-*Iob. 5.* biles, quam ſi adeat Dei Verbum, & auaritiæ lepram, & inuidiæ ferruginem, & intemperantiæ cæcitatem, & iracundiæ freneſim, & luxuriæ paralyſim præcepto medente depellet, & nos non ſolum ad ſanitatem innocentiæ, ſed etiam ad firmitatem patientiæ refectos, iubebit illico non ſolùm exſurgere de infirmitatis lectulo, ſed etiam ipſum lectum tollere, vt portemus validi quo portabamur infirmi. Quod profectò etiam in ſpiritali vel ægritudinis vel ſanitatis noſtræ genere cō- D pletur, cum carne noſtrâ cui vt lectulo dediti iacebamus in vinculis vitiorum, & infirmitate virtutum, poſtea in verbo Dei per gratiam Ieſu Chriſti ad bonam incorruptámque mentem renouato interiore, ſani quaſi grabatum illud tulimus, & ſpiritu præualente portamus, ferentes ipſam ſequentem quò volumus, in qua infirmabamur, expectantes alienam opem, ſemperque præuenti celeritate piſcinam occupſtium, quia non erat qui porrigeret manum, neque qui ſaluos faceret, donec ipſe legatis & Angelis maior, quippe vt prophetarū & Angelorum domin⁹, adueniret, & omnem infirmitatem noſtram miſerando ſuſciperet, E aſſumendo purgaret, & animam eſurientem repleret bonis, & iuberet nos abire in domum noſtram, illàm (vt ſuprà dixi) non manufactam, in *1. Theſ. 4* qua vox lætitiæ & ſalutis, & ipſe omnibus ſuis Chriſtus habitatio & regnum & rex erit, teſtante Apoſtolo: quia ſemper cum Domino erimus: cui honor & gloria & poteſtas in ſecula. Amen,

TERTIÆDECIMÆ EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

In Romana ſua peregrinatione quomodo vixerit, primum narrat, ac deinceps hortatur vehementer Seuerum vt quàm primū accingat ſe ad ſæpius promiſſam peregrinationem ad S. Fœlicem, vt & Turonenſem ad S. Martinum frequentauerat.

Seuero fratri Vnanimo, Paulinus,

ET inuitando te & expectando defeſſi ſumus, neque nobis aut vota iam aut verba ſuperſunt, quæ toties precibus ac literis fruſtra effuſis adiiciamus. Quod vnum amicitiæ communis, ſpe, præſentiæ inuicem noſtræ, amputata, B reliquiſti, verba verbis rependimus, & his ſaltem ſolatiis quæ fructum non habent refoueri optamus: quanquàm in iis quoque parcus eſſe cœperis, iam occaſionibus nos requirens toto propè biennio ſuſpenſos, quotidiana conſpectus tui expectatione cruciaſti. Nam & illam æſtatem quæ puerorum noſtrorum ad te reditum cōſecuta eſt, ita clauſimus donec hyems intercluderet, vt omnem diem ad aduentum nobis tuum illuceſcere putaremus: ſed quoniam nec indices tuæ dilationis aduenerant, ea reputatione nos conſolabamur, vt te neminem idcirco miſiſſe, quia ipſe vel ſerò affuturus eſſes, confirmaremus. Intereà & C hac æſtate labente, ſpe tamen ea nos vel opinione palpante, Romam ad venerabilem ſolennitatis Apoſtolicæ diem profecti ſumus, concurſum *Venerabilis Apoſtolica ſolennitas.* nobis illic tuum, debita quidem ſed tamen feſtina meditatione promittentes, cum decocta præſumptæ ſpei gratia quòd ipſe non aderas, non tamen omnino nulla, compotimur, ſumentes literas tuas per hominem chariſſimi nobis viri fratris noſtri Sabini, quem quidem primò minimè *F. Sabin⁹.* monachali caliga & veſte mirati, cùm præterea facie non minus quàm Armilauſa ruberet, parum *Armilauſa.* ſpiritalibus buccis, tunc demum eſſe non † noſtrum ſciuimus, cùm per ipſum tabellarij domi-*Bucca parum ſpiritales.* D minum literas à nobis repoſcentem, neceſſitudine vos proxima copulatos eſſe comperimus. Vnde & illum antè amicum cumulato nunc amore *† Forte veſtrum* complectimur: reſcribendi tamen ex Vrbe facultas non fuit, quem vix decem dies vidimus non *Paulini vita in Vrbe.* videntes, & ipſum tempus ante meridiem in votis noſtris, quorum cura veneramus, per Apoſtolorum & Martyrum ſacras memorias conſumentes: *Martyrū ſacra memoria.* deinde vt ad hoſpitium rediſſemus innumeris frequētationibus occupati, quorum partem amicitia, partem religio contrahebat, vix vt veſpera ſolueret cœtus, noſque laxaret: neceſſariò diſtulimus officium, inopia vacationis: deinde regreſ-E ſis domum aliam moram accidua carnaliter ægritudo obtulit: nec paucis diebus haud leuiter nos examinauit. Sed qui vita noſtra & reſurrectio eſt, viſitauit in bono humilitatem noſtram, & cùm caſtigans caſtigaſſet nos morti non tradidit. Multa enim flagella peccatoris, ſed ſperantes in Dominum miſericordia circundabit. Atque ideo verberati ſumus vt peccatores: liberati, vt ſperantes in miſericordia eius qui ſatiat contritos corde & alligat cōtritiones eorum. Hæc igitur, iam in virtute & miſericordia Domini reualeſcentes, per chariſſimum in Domino fratrem Amachium domini & patris noſtri Delphini Subdiaconū quia *Amachinis Delphini Epiſcopi Subdiaconus.*

ipſius

ipſius occaſio præſtò erat, ſcripſimus: ſimul quia A
ſe notiſſimum tibi eſſe aſſerebat, opportuniſſi-
mum credidimus, cui literas ad te noſtras crede-
remus. Salutamus te tantum quantum diligimus
in Domino, & adhuc deſideramus: nam reuellere
de animis noſtris ſpem iſtam necdum poſſumus,
qua prӕſumimus te videndum amplectendumque
S. Fœlix, communis patronus, & gratia potentis apud Chriſtum. nobis dono Domini in ſede ac ſinu Domini mei
communis patroni Fœlici, cui vota tua toties
conteſtatus ſum, & promiſſa recitaui, quoties à
te mihi cauta reminiſceris. Si fefellimus Marty-
rem veritatis, non opiner me ſolum ſtatuendum
huius culpæ reum, qui ſpopondi quod credidi: tu
quæſo, mi frater vnanime & dilectiſſime, dum tẽ- B
pus eſt videas, ne tanto Confeſſori tam potentis
gratiӕ apud Chriſtum ſancto iſſe videaris inficias.
Cauſari infirmitatem magis quam pigritiam, vel
† Forte acceptionem. † exceptionem perſonarum qui poſſis neſcio, cùm
intra annum eadem opera ad nos potueris perue-
nire ac recurrere, qua Gallicanas peregrinatio-
nes tot annis frequentatas, & iteratis ſæpe intra
vnam æſtatem excurſibus, Turonos & remotiora
viſitas. Non inuideo, prædico magis deuotionem
tuam in Domino, quam in ſeruis ſuis admiraris &
honoras. Iuſte fateor & meritò Martinum fre-
quentari, ſed dico, iniuſtè pernicioſeque, Felicem
ab eodem qui illum honoret promiſſis inanibus, C
ludi, vel ſecura promiſſi iam vt aboliti diſſimula-
tione contemni. Qua fide ſperas Chriſti gratiam
in honore Martini, eadem Chriſti offenſam time
in offenſione Fœlicis & tibi forſitan mens fortior
& anima robuſtior, aut potens conſcientia perfe-
Merita magna fidei & operationis. ctæ in Chriſto dilectionis tantam miniſtret fidu-
ciam, vt magnorum fidei & operationis tuæ me-
ritorum compenſatione, delictum hoc quo Do-
minum meum Fœlicem (quod abſit) læſeris di-
luendum putes: aut quam, tam de ipſius etiam in
te bonitate, quàm de ipſo cuius ſpiritus eſt, Deo
Chriſto, largiſſimam habet, veniam tibi pollice-
ris, & fideliter facis. Verum ego vel tam timidum D
me vitio infirmitatis meæ, vel tam nimium amo-
Chriſti gratiam, culpam, in omni ſancto abundare. ris tui fateor, vt pro te etiam tuta timeam, & dum
in omni ſancto abundare tibi gratiam Chriſti cu-
pio, nolim te in eo potiſſimùm, in quo Dei cha-
ritas eſt inſignis & eminens, lapidem offenſionis
incurrere. Scio quidem ſecundum diuitias boni-
tatis Dei, & in Domino meo Fœlice viſcera
pietatis affluere: ſed tu quæſo hoc eum magis di-
ligas & timeas, quò melior eſt & indulgentior.
Magnã tibi talis formido mercedẽ pariet, vt hinc
ſolicitior ſis vnde potes eſſe ſecurior: Id eſt, vt
tantò magis, chariſſimum Dei, metueas offende-
re, quantò promptius dignatur ignoſcere. Quia E
maiore impietate læditur qui neſcit offendi, &
grauius vindicatur à Domino, qui non expetit
vindicari. Conuince, quæſo te, cauſam iſtam mu-
tuæ affectu fidei, & vide ſi debeas aut validus ex-
cuſare, aut infirmus diffidere: Dominus enim no-
ſter proximus vbique nobis eſt, qui dicit: In om-
Iſa. 58. ni loco dum adhuc loqueris ecce adſum; & att,
Mar. 9. omnia poſſibilia credenti.

QVARTÆ DECIMÆ EPISTOLÆ ARGVMENTVM.

Quantam ex fratrum ad ſe aduentu, lætitiam ſpi- A
ritualem conceperit, familiariter & eloquenter
ſcribit Seuero.

Seuero fratri Vnanimo venerabili & ſem-
per deſideratiſſimo, Paulinus.

BEnedicam Dominum in omni tem-
pore, & non obliuiſcar retributio-
nes eius, quia non ſecundum pecca-
ta noſtra retribuet nobis, qui aſſi-
duis & numeroſis de tua vnanimi-
tate ſolatiis ſatiat deſiderium noſtrum: nã in pau-
cis diebus redditum ad nos ſanctorum fratrum &
B vnanimorum communium Poſthumini & Theri-
di, aduentus aliorum fratrum Vrini & Soriani
conſecutus eſt. Ita nobis vno propemodum in
tempore plurima gaudiorum mellis obuenit, cùm
omnes ij, quos pariter veniſſe memorauimus, li-
teris vnanimitatis tuæ dulciorem nobis præſen-
tiæ ſuæ gratiam reddidiſſent. Exultauit itaque in
Domino ſpiritus noſter, & dilatatum eſt os no-
ſtrum ſuper inimicum noſtrum, cui non dabatur
dicere: præualui aduerſus eos, cùm potiùs vota
deſideriorum noſtrorum præualuiſſent, vt exo-
ptata de te, id eſt, maxima animæ noſtræ curâ &
indicia & eloquia reciperemus. Itaque vt nihil
C inuicem ſicut præceptũ, eſt niſi amorem mutuum
nobis debeamus, reſpondebo omnibus Epiſtolis
ac primùm illi quam primò accepi: quia de ipſis
per quos ſcripſeras apud me expoſtulas, cur aut
te ſolum reliquerim, aut illos tibi abduxerim.
Sed recognoſces neutro me poſſe culpari: quia
neque in te deſiderando vnquam modum feci,
neque vllum tecum habui de eorum vſurpatione
certamen: alioquin vltro tibi de tuo iure ceſſiſ-
ſem, ſi prius tua fuiſſet poſſeſſio. Non enim à me
alieni forent tecum manentes qui totus es meus
in Chriſto Domino, per quem ſum inuicẽ tuus.
Neque tãtum cepiſſem gratiӕ in iis receptis, quã-
D tum amiſiſſem ſi tibi prӕripuiſſem quamlibet ex-
petendos in ſalutari via comites. Nam mea quo-
que ſententia digniſſimum me iudicarem qui à
tua charitate vacuarer, ſi vllum bonũ mihi quàm
tibi mallem, verùm ego cùm illos inopinatos Do-
mini munere allapſos mihi tales comperiſſem,
quales & tibi poſtea in breui claruerunt, etiam
inuidebam mihi cur in hac parte fœlicior te fuiſ-
ſem, vt tuo conſpectu & conſortio digniores, e-
go potius obtinerem, vel prius agnouiſſem. De-
nique vt quàm primum hac qua me beatum exi-
ſtimabam gratia te conſorte gauderem, & prӕſen-
tes increpaui, quòd ſe familiaritatis ac notitiæ
E tuæ expertes faterentur, neque quicquam ſtudio-
ſius mandaui proficiſcentibus, quàm ad conſpe-
ctum tuum complexumque properarent, teque
cognoſcere, omnibus, in patria, rebus & curis
ſuis anteferrent, vt diutinum damnum ſibi vel ſe-
rò ſarcirent. Et gratias Domino, recipimus eos
venientes in exultatione, magnumque huius quã
nobis in te præ cæteris expetendo crediderant
conſcientiæ gaudium quaſi benedictum & cæte-
ris vitæ ſuӕ fructibus altiorem de agro pleno ma-
nipulum reportantes, quas illi Deo primùm qui
non ſolùm ſatiaſſet, ſed & ſuperaſſet deſiderium
eorum, vt plura in te quàm prӕſumpſerant inue-
nirent bona? quas nobis qui tantӕ illis acquiſitio-

nis ſuiſſemus auctores? quas ſibimetipſis, quòd nobis in ſuum lucrum paruiſſent, gratias agebāt? Ineffabile mihi eſt quanta me voluptate perfuderint, cum referrent & actus & ſermones tuos & perfectum cor tuum charitatis diuinæ ſcientia, qua humilis & excelſus, pauper & diues, ſeruus & liber, ſamulis conſeruus, fratribus ſeruus, pauperibus diues in viſceribus miſericordiæ, diuitibus pauper, in ſpiritu manſuetudinis, humilis virtute pietatis, arduus ſublimitate virtutis, & ſeruus Deo, liber Mammonæ, totum in te ſpirare Martinum, florere Clarum, maturari euangelium prædicabant. Impinguarunt omnino oleo letitiæ caput noſtrum, propter hoc benedixerunt omnia interiora noſtra Dominum, duplici cauſa gratulationis, quòd & tibi plurimum præſtitiſſe nos intelligeremus, de agnitione dilectiſſimorum (vt probaſti) fratrum, & illos gratulari ſibi de notitia & charitate tua, vt diuino munere videremus, quantum illi præterea inter opera & munera in te Dei admirati ſunt, etiam pueros tuos qui in circuitu tuo ſicut nouellæ oliuarum virent, quibus te Deus noſter idem fecit quod ipſe cunctis eſt, vt te & quaſi Dominum vereantur, & quaſi patrem diligant. In hoc tamen ſermone eorum fatemur gemuiſſe nos ad infelicitatem noſtram, quibus ab eiuſmodi filiis ſterilitatē grauiora peccata feciſſent: ſed facti ſumus quaſi conſolati, quia vicinum eſſe nobis tuæ felicitatis bonum iudicamus. Verùm ne lōgiore interuallo noſtra iniquitas inter nos & te ſeparet, totum hunc, quo diebus & noctibus Deum mulces, ſacræ pubis accinge delectum, vt aduerſum peccata noſtra pro nobis aciem orationum dirigant & exorent, vt confirmet hoc Dominus quod operatus eſt nobis: id eſt vt charitate tua, in qua nunc acquieſcimus & qua gloriamur, in illa die refrigeremur & gaudeamus.

Seueri laudes.

Monachorum diurna & nocturnæ preces.

ARGVMENTVM EPIST. XV.

Petierat à S. Paulino, Delphinus Burdegalenſis Epiſcopus, vt in litteris quas ad illum ſcriberet, miſceret aliquid de Scripturis: Id potius debere preſtare Delphinum, vt qui ſit pater, primum reſpondet: Deinde ſe, plantatam ab illo vitem infructuoſam, ex ſumma animi humilitate, id poſſe, negat, petitque eius Orationibus apud Patremfamilias adiuuari: vt in die Recognitionis, non in ignem ſed in horreum mittatur.

Beatiſſimo & peculiariter Domino, ſemper in Domino Chriſto nobis patri Delphino, Paulinus.

ACcepimus literas ſanctę adfectionis tuæ, quibus iubes nos in Epiſtolis, quas ad te facimus aliquem pręter officij neceſsitatem de ſcripturis adiicere ſermonem, qui tibi theſaurum noſtri cordis reuelet ſed parentes potius filiis theſaurizare & ordo pietatis poſtulat, & magiſter Apoſtolus docet: quamuis tu nobis, à Domino & in Domino pater factus ſemper theſaurizaueris bona, & theſau-

2 Cor. 12.

A rizare non deſinas, præter illud gratiæ ſalutaris talentum, quod te conſignante ſuſcepimus, non in terra abſcondendum, neque ſudario inuoluendum, ſed apponendum, nummulariis à quibus vberi multiplicaretur vſura, vel iis diſtribuendum in tempore opportuno, qui ad præparandas in aduentum ſponſi faces venditant oleum ſapientibus comparandum. Theſaurizas verò nobis & alio modo ſemper, qui de theſauris Domini, ad gratiam, quæ per te data eſt, nobis apponi rogas, atque vtinam tantùm capere poſſimus, quantum tu, vt accipiamus, potes impetrare. Nam profecto de hac pro nobis poſtulationum tuarum conB ſcientia atque fiducia petis à nobis vel magis repetis, vt aliquid ſpiritale ad te loquamur, quod ſemine in nobis dignum tuo fit, quia ſecundùm fidem tuam exoraſſe te credens, quæ nobis oraſti, & oras, dari effectum ſollicitudinis & deprecationis tuæ, de noſtri cordis & oris fœtibus, per docimenta† verborum capere deſideras, quoniā ex abundantia cordis os loquitur, & ſapor mentis in ſermone guſtatur. Iuſte itaque ſanctitas tua depoſiti ſui debitum repetit, & ſeminis ſui germen expectat. Sed quid faciam ager ſterilis, qua tibi fruge reſpondea, qui pro tritico tribulos, vel pro vuis edidi ſpinas? Et ideo conſcius male ſegetis C aut infructuoſæ arboris, vt vel pietati debitæ ſatisfaciam, ſola in literis meis officij verba prætēdo, & ſenſum à tuo corde degenerem, pudore inertiæ confuſus, occulto, dum nimiæ circa me dilectionis tuæ conſcius timeo ne animū tuum bonæ de nobis ſpei præſumptione gaudentem, decepta expectatione contriſtem, & cogaris dicere vel ſcribere mihi: ego te plantaui vitem fructuoſam, tu verò conuerſus es in amaritudinem vitis alienæ: Expectaui vt faceres vuam, & tu feciſti ſpinas. Atque vtinam vel illas vtiles quæ contra linguam nequam ſepimentum piis auribus præſtant, & fidem in corde cauto, velut frugem in aD gro circunclusó, tuentur. Sed tu illas (vt ſentio) inutiles & nocentes quæ verbum ſuffocant & & conuertunt in erumnam, dum carnalibus adhuc cogitationibus corda configunt, quaſi ramnus aſper produxiſti. Quæris ergo, piiſsime pater, quid facias adhuc quod non feceris nobis, cùm & plantaueris nos in domo Domini &, & plantatis maceriam ſignaculi ſalutaris qua ab incurſu ſilueſtris Apri & de Paſtione ferocis Onagri muniremur, adſtruxeris, & torcular foderis, quo, per conuerſationem piam, quaſi quādam tibi dulcem de tua vite vindemiam funderemus. Habes adhuc quod facias imitatione illius qui ſterilis ficulneæ E comeatum à Domino vineæ deprecatus eſt, & imminētem inutili ligno exciſionem diſtulit ſpōſione. Sic igitur & pro nobis pietatis tuæ cura interueniat, & poſitam ad radices arborum ieiunarum ſecurem, vel annua Domini indulgentis expectatione ſuſpendi poſtulet, ſponde Patrisfamiliâs diligentiam pro nobis ſollicitudinis tuæ, & aſsiduas orationes tāquàm illum Apoſtolicum Euangelici ſtercoris cophinum pollicere, quo cordis noſtri terra pingueſcat, & ſationis tuæ ſeges nutriatur, vel plantationis tuæ arbor ſuccum tuæ fœcunditatis accipiat, vt in die recognitionis quo pariter ſator meſſorque gaudebunt, nos

Epiſcopus filiis ſpiritualibus theſaurizat.

†docimenta prodocumenta.

Conſtanter habent quidam codices.

Hier. 2.

Eccle. 28.

Signaculum ſalutare.

Mat. 21.

Luc. 13.

quoque

quoque paterno ſinu afferens inter manipulos tuos repetas ab eo culturæ tuæ fructum, cùm illi qui ſata irrigantium nutrit & colentium labores fructificat, id io nobis quod non ad ignem iubeat abſcindi: ſed ad horreum metere dignetur, obtuleris.

ARGVMENTVM EPIST. XVI.

Synceram pietatem ſuam & amorē in Epiſcopum Delphinum teſtatur, ac deinceps, quàm beneuole Romæ exceptus ſit à PP. Anaſtaſio. Demùm obſecrat Epiſcop. vt orationibus ſuis adſit illi apud Deū.

Beatiſſimo & meritò Venerabili Patri Delphino, Paulinus.

OPortebat quidem nos ſapientiæ doctrinam ſeruantes iugū linguæ noſtræ, & ſtateram verbis imponere, vt & de multiloquio noſtro & de tua ſatigatione geminandū nobis peccatum euaderemus. Sed de abundantia charitatis tuæ os noſtrum ad te dilatatur, neque poſſumus adfectum de præcordiis exuberantem obſerato oris oſtio, intra pectoris taciti clauſtra cohibere. Loquimur ergo ad venerationē tuam & alia epiſtola: quia etſi vna illa qua reſcripſimus tā prolixa vt ſufficiat te ſaturare C faſtidio, tamen nobis lōgiſſimo (vt recognoſcis) interuallo temporū accipientibus colloquia tua & noſtra reddētibus, parū eſt vna ad te epiſtola loqui. Damus enim hinc animæ noſtræ aliquod etſi tenue, ſolatiū, vt dum ad adfectionē tuam literas facimus, toto in faciē tuam corde defixi, ſubito te obliuiſcamur abſentē, & tāquàm in præſentis adloquio demorātes longiùs verba ducamus, vnde flagrantē deſideriorū noſtrorū ſitim, etſi non reſtinguimus: quia nec expedit nobis: tamē propoſita interioribus oculis conſpectus atq; colloquij tui imagine mitigamus. Nā ſi prolōgatus videatur incolatus noſter à locis habitationis tuæ, tamē D ſpiritus nō eſt ſeparatus à cōplexu dilectionis tuę. Quis enim, inquit, nos ſeparabit à charitate Chriſti? Si neq; mors neq; vita neq; alia creatura, quātò minùs abſentia corporalis, quæ nō poteſt præſentiam ſpiritalē ſoluere? Quia quāto fortior carne eſt ſpiritus, tantu potior eſt cōiunctio animorū quàm corporū, & interiorū hominum præſentia melior exterioribus ſeparatis, qui ſæpè ſine cauſa iungūtur locis, ſi mentibus ſeparētur. Non *Rom. 2.* enim, inquit, qui in aperto Iudæus, neque quæ in carne eſt circuncisio, ſed qui in occulto Iudæus, qui ſpiritu nō litera circunciſus, cuius gloria non ex hominibus, ſed ex Deo. Itaq; hac eadē lege qua E verior circunciſio quæ in corde, quā quæ in carne circuncisio, & præſentia firmior quæ ſpiritu, quàm quæ corpore iūgitur, & cohæret ſibi. Semper tecū ſumus, tuq; nobiſcū: nam etſi facie ad tēpus diſcernimur, ſemper tamē corde cōſertim manemus in te, viciſſim te habitāte in viſceribus noſtris, & ad cōmoriendum, & ad conuiuendū. Sanè quia ad charitatis eiuſdē curam & conſolationem pertinet, vt actuū noſtrorū inuicem conſcij efficiamur, quò tolerabiliùs de nobis abſentibus æſtuemus, ſi non ſimūs incerti, indicamus affectioni tuæ, quàm ſcimus de omni actu noſtro ſolicitiſſimā eſſe propitio Chriſto, ita vt oras valere nos,

A non quidē robuſta, ſed tamen ſana corporū fragilitate: Pauperes ſpiritu, non noſtro ſed Dei cuius bonitate egemus, malitia noſtra abūdātes. De quo autem Cardamas noſter admonuit, iuſſiſſe te aſſerens, vt etiā hinc quæ circa nos ſunt in Domino nūciaremus. Sciat veneratio tua ſanctum fratrem tuum Papā Vrbis Anaſtaſiū amantiſſimū eſſe humilitatis noſtræ. *Anaſtaſius P. M.* Nam vbi primùm poteſtatem charitatis ſuæ nobis offerendæ habere cœpit, non ſolū ſuſcipere eam à nobis, ſed ingerere nobis piiſsima affectione properauit. Nam breui poſt ordinationē ſuā, epiſtolas de nomine noſtro plenas & religionis & pietatis & pacis ad Epiſcopos B Cāpaniæ miſit, quibus & ſuū declararet adfectū, & aliis benignitatis ſuę præberet exemplum. Deinde noſipſos Romæ cùm ſolenni cōſuetudine ad beatorū Apoſtolorū natalem veniſſemus, tam blandè quā honorificè excepit. *Peregrinatio Ro. ad SS. Apoſtolorū Natalem.* Poſtea quoq; interpoſito tēpore etiam ad Natalē ſuum, quod cū ſacerdotibus ſuis tantū deferre ſolet, inuitare dignatus eſt: nec offenſus eſt excuſatione noſtra, ſed officiū ſermonis noſtri quod inuicem præſentiæ reddideramus, acceptās animo nos paterno & abſentes recepit. Deniq; ſi dominus commeatū donauerit, vt ad eum viſitato ſolēniter nobis tēpore recurramus, ſpero me ad ſanctitatē tuam ei literas C exacturū, quibus etiam tibi nos incipiat cōmendare, Mediolanēſis quoque Epiſcopus nouus filius veſter huc vſq;, nūc frater Venerius iam ſcripſerat nobis poſt ordinationē ſuā: ſed quia & hoc Cardamas iuſsiſſe te retulit, ſcripſimus illi per ipſum, vt ſciret paratā eſſe opportunitatem, ſi vellet officiū debitæ pietatis agnoſcere, vt beatitudini tuæ ſcriberet, & cōmendaret pectori tuo primordia ſua. *Venerius Epiſcopus Mediolanenſis.* Nos verò gaudemus & gloriamur in Domino, quia & viſibiliter & inuiſibiliter operaris ſalutē: domū noſtram verè pater bonus & ſalutaris patronus, inuiſibiliter nos ædificas in orationibus tuis, rogans intra noſmetipſos fieri regnum D Dei. Viſibiliter autē nobis operaris in fabricis Eccleſiarū, vt partē nobis facias cū illo, cuius domus à Chriſto meruit viſitari, qui ab ea ædificatione tunc ſynagoge, quod nūc eccleſia eſt, teſtimoniū religioſæ plebis acceperat. Fatemur venerādæ pietati tuæ legētibus nobis illā epiſtolæ partem, qua Alingonēſi eccleſiæ nouā filiam te auctore progenitā iam in nomine Domini vſq; ad Dedicationis diē creuiſſe ſignabas, ita exultaſſe ſpiritū noſtrū in Deo ſalutari noſtro, vt tanquā in præſenti, dedicantiū cœtibus intereſſemus, illa de pſalmis prophetici gaudij verba caneremus: *Alingonēſis Eccleſia.* exultate deo adiutori noſtro, ſumite pſalmū, & date tympanū. E Tollite hoſtias, & introite in atria domini, adorate dominū in aula ſancta eius. Vel illud eiuſdem prophetæ: Surge domine in requiē tuam tu & arca ſanctificationis tuæ. Sacerdotes tui induant ſalutarē, & ſancti tui exultēt. *Pſ. 131.* Cōſtituāt diem ſuum. Quod verò indicare dignatus es aliquos de parte illius cuius inuidia mors introiuit in orbē terrarum, dentibus ſuis fremere & tabeſcere, nō miramur, quia & in Hieruſalem cum reædificaretur templū Dei, inuidebāt Aſſyrij, & fabricā reſurgētem conabātur hoſtilibus ſæpe incurſionibus impedire. Sed quia potior eſt qui in nobis eſt quàm *1. Eſd.* qui in hoc mundo, deſiderium illorum peribit, noſtrum verò confirmabitur. Quia ſperamus in

miſericordia eius qui nunquam confundit ſperã- A
tes in ſe:tantũ oret ſanctitas tua,ſicut facit,vt& in
nobiſipſis ædificetur domus à Chriſto& in Chri-
ſto: qui niſi Dominus ædificauerit domum,in Va-
Matt. 16. num laborauerunt qui ędificant eam: & niſi ſupra
petrã(qui eſt Chriſtus)fundetur hæc domus,non
poterit ventis ſpiritalium nequitiarum & torren-
tibus ſecularium tentationum reſiſtere. Ora, ve-
niat Dominus Ieſus in cor noſtrum ſicut in tem-
plum ſuum, excutiat,flagellum pietatis ſuæ quo
verberat omnem filium quem recipit: & expellat
à ſenſibus mentis noſtræ quaſi à negotiatoribus
Ioan. 2. Templi omne commercium atque contagium i-
niquitatis. Expellat à nobis boues & venditores B
columbarum, & menſas nummulariorum, vt ab
omni immunditia & cupiditate purgati, caſtam
ſimplicitatem fidei charitatiſque teneamus. Quia
Chriſti figura ſeruatur, vnde Cæſaris numm' ex-
Prou. 24. pellitur: & vbi boues non ſunt, pręſepia munda
ſunt: & fides incorrupta retinetur vbi columba
non venditur. Niſi enim nos Deo tradamus, ven-
dimus Diabolo. Vnde & vetus homo qui ſe con-
ſilio male-ſuadi Serpentis addixit, vænundatus
ſub peccato dicitur. Denique quaſi vẽditus eguit
Redẽptore qui nos magno emit, ne iã aut Diaboli
aut noſtri eſſemus, & à progenie viperarũ in gen'
regale & ſacerdotale mutati efficeremur ſanguis C
eius qui nos ab originis primæ generoſa inſtitu-
tione degeneres, & durante peccato viles prius
animas pretioſo ſanguinis ſui commercio fecit, &
cohæredes ſibi, ac filios Dei fieri non inuida pie-
tate conceſſit. Exultemus & gloriemur in eo qui
factus eſt refugium pauperum, vt humiliaret o-
culos ſuperborum Exhibeamus illi & templum
in nobis & ſacrificium, expurgantes nos ſi poſſi-
mus veteri fermento, vt efficiamur azimi, & ipſe
qui pro nobis immolatus eſt in nobis Chriſtus e-
puletur. Meminerimus nos ab vtero terræ & co-
gnationis noſtræ ſegregatos Delphini filios eſſe
factos, vt efficeremur illi piſces qui perambulant D
ſemitas maris. Meminerimus te non ſolùm pa-
trem, ſed & Petrum nobis eſſe factum, quia tu
miſiſti hamum ad me ex profundis & amaris hu-
ius ſeculi fluctibus extrahendum, vt captura ſa-
lutis efficerer, & cui viuebam naturæ morerer,
vt cui mortuus eram viuerẽ Domino. Sed ſi piſcis
tuus ſum, debeo ore pretioſo præferre denarium,
in quo non Cæſaris figura & inſcriptio, ſed Re-
gis æterni viua & viuificans imago præfulgeat,
fide ſcilicet veritatis, quæ doctrinæ tuæ monita
& anuli tui ſymbolum nummo cordis mei & ceræ
mentis impreſſerit. Doctrina enim tua argentum
igne examinatũ, probatũ terræ, purgatũ ſeptuplo. E
Donec oratinnibus tuis Dominus vt monetæ tuæ
nũm', vt hami tui piſcis, vt vitis tuę ſarmentũ, vt v-
teri caſtitatis tuæ filius ſim. Filij enim Delphini re-
Leuit. 10. putabuntur in filiis Aarõ, ſed non cũ illis qui ignẽ
16. alienũ Domino obtulerunt, & eo quẽ in ſuis cor-
dibus extinxerunt, igne diuino incenſi ſunt. Tuis
filiis ſit cor ardens nõ cupiditatũ & illecebrarum
ſecularium iniquis ignibus: ſed illo igne quem ve-
nit accendere in nobis Dominus. De quo ait: Ig-
Luc. 12. nem veni mittere in terram, & quid volo ſi iam
incenſus eſt? Non ergo auaritia, non concupiſcen-
tia oculorũ & noxius tẽporaliũ rerũ amor in nobis
ardeat igne peſtifero, qui ignis alien' eſt Deo, ſed

Deus ipſe noſter qui eſt ignis conſumens ſuum i- Deut. 4.
gnem, agnoſcatur in nobis, vt dicamus: Dominus
illuminatio & ſalus noſtra quem timebimus? Iſte
ignis corda illuminat, & peccata conſumit, tene-
bras quibus mortificamur extinguit, & lucem qua
viuificemur accendit. Si hoc igne lucernæ noſtræ
ſint ſemper ardentes, confidenter dicemus: Et ſi
ambulem in medio vmbræ mortis, non timebo ma
la quoniam tu mecum es. Hoc igne illuminati &
ad ſitim aquæ viuæ per ignis huius ardorem ac-
cenſi, in deſiderium Domini verè dicemus: Sicut Pſal. 41
ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat
anima mea ad te Deus. Quoniam apud te fons vi-
tæ, & in lumine tuo videbimus lumen.

EPIST. DECIMÆSEPTIMÆ ARGVMENTVM.

Familiaris eſt, alioqui tota Scripturarum verbis contexta fere aliud nihil quam preces pro ſe ad Deum ab Epiſcopo Delphino pietate ſumma poſtulat.

Beatiſſimo & peculiariter Domino, ſemper in Deo Chriſto, nobis patri Delphino, Paulinus.

EXpectabamus vt arena ſitiẽs refrige-
ria literarum tuarum, & anima no-
ſtra ſicut terra ſine aqua ſitientibus
in tua verba præcordiis anhelabat.
Iam enim propè biennium deſluebat
ex quo nobis per conſamulum Cardamatem mo-
dica licet, dulciſſima tamen oris tuis ſtillicidia ro-
raueras, nec iam interim ſperabamus vel guttula
tui ſermonis aſpergi, quia per totam æſtatem in-
rita non venientis Vrani expectatione ſuſpenſi,
multò magis tempus hibernum in tuo nobis ſilen
tio tranſigendum putabamus: & ecce miſericors
D & miſerator Dominus, qui dat eſcã eſurientibus,
& conſolatur humiles, & potens eſt ſupra quàm
ſperamus dare nobis quæ deſideramus, inſperan-
tibus quidem ſed optantibus repentino iterum
Cardamatem noſtrum ſuperuentu intulit nobis:
& vt facta eſt per eam vox ſalutationis tuæ in au-
ribus noſtris, exultauit gaudio cor noſtrum, &
omnia oſſa noſtra dixerunt: Domine quis ſimilis
tibi? quid eſt humilitas noſtra quod memor es e-
ius, & viſitas eam? Benedixiſti Domine terram
noſtram, & torrente voluptatis tuæ potaſti nos.
Ructabunt labia noſtra hymnum veſpere, mane,
& meridie: cantabimus & pſallemus Domino qui
E bona tribuit nobis. Miſit enim nuncium bonum
de terra longinqua, quo dulciſſimi & chariſsimi
patris & ſoſpitatem agnouimus, & ſermonem ac-
cepimus. Vnde conuerſum eſt cor noſtrum à tri-
ſtitia ſolicitudinis in gaudium ſecuritatis, & verſa
in melius anxiæ affectionis vice in illo die nobis
per literas tuas delectati ſumus, pro diebus quib'
nos humiliauerat diuturnitas taciturnitatis tuæ.
Confiteamur itaq; Domino miſericordias eius, &
immolemus ei hoſtiã laudis, quia ſaturauit animã
inanẽ, nõ quidẽ (quod propitio ipſo dicimus) gra
tiæ eius vacuã, ſed deſiderij noſtri fructu ieiunã,
cum ſolatia literarũ tuarũ diu eſuriret. Quæ iam
(vt dixi) nobis, penè biennio negabatur. Nõ ſta-
tuat

tuat illis Dominus in peccatum præuaricationem ſuam, quorum iniquitas mentita eſt ſibi, & longa ab oris tui panibus fame tabefecit animam noſtram. Remaneãt vbi volunt, quia nolũt vbi malle debuerant. Faciant quod eis licet, quia non faciunt quod expedit. Nobis acceſſio talium vt nihil conferre potuiſſet boni: ita nihil detrahere poterit. Vtinam à peccatis noſtris ita nullum nobis fieret detrimentũ, ſi & ipſa cum talibus proximis elongarẽtur à nobis per multitudinem miſerationum eius, qui non ſecundum peccata noſtra retribuit nobis, ſed ſicut miſeretur pater filij ſui, ita miſeratur timentes nomen ſuum & ſperãtes in miſericordia ſua, quorum participes ſumus, quia aduentum eius & diligimus miſeri ſpe miſericordiæ B eius, & horreſcimus peccatores timore iuſtitiæ eius: ſed orationibus tuis propitiatus filiis tuis nõ intret in iudicium cum malis ſeruis ſuis, quorum primi nos, ita vt bonorum vltimi ſumus: qui & hanc ipſam gloriam quã te in Chriſto, & à Chriſto patrem regenerationis accepimus, in cumulum damnationis conuertimus. Quia nihil te patre dignum, Domino altiſſimo ſerui inutiles & filij degeneres exhibemus, qui etiam nunc infelicem naturalis oleaſtri duritiam ſpinoſo in corde ſeruamus, cum iam dudum bonitate Domini à cognationis noſtræ radice diuulſi, in arborem tuam videamur inſerti, de qua pinguedinis tuæ ſuccum medullis animæ duceremus, & ſpiritu manſuetudinis in via pacis radicati, bonę oliuæ germina eſſe generoſis fructibus agnoſceremur. Nunc verò per abundantiam vitiorum noſtrorum inopes paternorum bonorum, quomodo diſponemus ſermones noſtros in die recognitionis, non adſecuti virtutes tuas, & nullam de tua in nobis ſtirpe ſimilitudinem præferentes, quare cognoſcamur tui? Quis nos eripiet ab ira ventura. Quis nos à nobis ipſis eruet? vt emundati à ſenſibus noſtris, ab iræ cæleſtis materia, fide purgante, vacuemur. In nobis enim ineſſe ſentimus cauſas pœnarum æternarum, viuentibus in corde noſtro radicibus ſpinarum atque tribulorum. Nam prior vetuſtatis noſtræ propago, vt vinea Sodomorum, fellis vuam, acerbis carnalis vitæ fructibus præferebat, & iram aſpidum venenis malitiæ ebria mens vomebat: ſed fecit nobis magna qui potens eſt, miſit de cœlo & liberauit nos, miſit per te miſericordiam ſuam & renouauit faciem terræ noſtræ, & fecit plantationem tuam eſſe nos ſibi in vinea ſua. Propterea, pater benedicte & venerandiſſime, perpeti cura & aſſidua prece dicere te oportet Domino vt reſpiciat de cœlo, & viſitet vites iſtas quas plantauit dextera tua, vt affixi in vera vite viuamus non ad ignem amputanda, ſed ad E fructum putanda ſarmenta. Dirigat nos ipſa, qui vitis & vita eſt, in omnem diſciplinæ ſuæ regulam veritatis, rigans nos de ſuperioribus ſuis per eloquia tua caſta & pia, & tam ignita quam dulcia. Sermones enim tui, guttæ ſunt illius pluuiæ voluntariæ quã ſegregauit Deus hæreditati ſuæ, qui deſcendit in vellus, tacito ſcilicet in virginem fuſus adlapſu. Ipſe eſt in cuius ſtillicidiis lætamur cum exoritur in nobis, & animam renaſcentem primò notitiæ ſuæ rore diſtillat, vt ſanet omnes languores noſtros. Ros enim qui ab illo eſt, ſanitas eſt nobis, quia ipſe eſt fons vitæ, qui miſit Verbum ſuum & ſanauit nos. Hoc Dei Verbum de A quo pluuia voluntaria eſt, quia non neceſſitate ſubiecti, ſed Dei æqualis aſſenſu & pietatis officio obediens Patri Filius humiliauit ſe vſque ad mortem crucis, ſicut dixerat per prophetam. Voluntariè ſacrificabo tibi: Quia idem Dominus & ſacerdos & victima ſemetipſum pro nobis obtulit, & propria poteſtate animam ſuam, & depoſuit & reſumpſit. Et ideo pluuia hæc voluntaria quæ ſe ſpõtè profudit arctibus terris, vt poneret deſertũ in flumina: quomodo autẽ infirmata ſit, docet ille qui dicit: Crucifixus eſt enim ex infirmitate: & quomodo cõfirmata & poſita ſit, in eodẽ habes: quoniã (inquit) viuit ex virtute Dei. B Hũc tu Dñm ora donec exores, vt vellera noſtra quæ in aqua refectionis manibus tuis lauit, non patiatur iterũ peccatis noſtris maculata ſordeſcere, & rurſus in Phœnicium vitiis tinguentibus infecta conuerti. Sed cuſtodiat excubiis orationum tuarum gratiæ ſuæ munus in nobis, & operationem manuum tuarum non omittat in nobis, donec maturet & perficiat de nobis fructum, & coronam tibi, vt in illa die veniens in exultatione, & repleto ſinu portans manipulos tuos, poſſis etiam de nobis in tua prole & meſſe numeratis dicere: Ecce ego Domine, & pueri quos dediſti mihi. Sed iam admonet metus fatiC gationis tuæ, non ſolùm autem, ſed & metus peccati quod de multiloquio nõ effugitur, vt imponamus frenum ori noſtro, & oſtium verbi, licet tardo epiſtolæ fine claudamus, ſit nobis clauſula, commendatio Cardamatis, quem gratulamur de benedictione manus tuæ ita eſſe renouatum, vt in eo ante ridiculã inimici nominis leuitatem, nunc aſſumpta de Exorciſtę nomine grauitas reuerentiam dederit. Magis tamen admirati eo gauiſi ſumus, quòd etiam priſtinæ conditionis ingenium, religioſo mutauit officio. Nam aſſiduus menſulæ noſtræ particeps ita ſe ad menſuram noſtri gutturis arctauit, vt nec holuſcula, nec pocuD la noſtra vitauerit, quod poterit attenuatione ſui corporis & oris pallore teſtari, niſi ſe forte dum remeat per iter laborioſum, retractata ſuorum quondam calicum familiaritate reparauerit. Valeas pater.

Chriſti Aduentũ diligimus & horreſcimus.

Patrem regenerationis dicit pro Sacerdote baptizante.

Ro. 11.

Recognitionis dies pro die iudicij.

Paulini conuerſio à ſeculo.

Matt. 21.

Pſal. 64.

Pſal. 53.

2. Cor. 13.

Iſa. 8.

Ex nomine Exorciſtæ, aſſumpta grauitas.

Beatiſſimo & venerabili ſemper nobis deſideratiſſimo patri Delphino, Paulinus.

EPISTOLA XVII.

LÆtati ſumus in iis quæ per Cardamatem ſcripta & apportata ſunt nobis. Soſpitatis enim tuæ nuncius ſermo, velut oleum lætitiæ impinguauit oſſa noſtra, vt repleti gaudio diceremus: Magnificauit dominus facere nobiſcum, qui nos in tui doloris lectulo viſitauit, vt exurgentes in tua ſanitate caneremus hymnum domino noſtro, quoniam eripuiſſet oculos noſtros à lachrymis, differens te coronæ tuæ, ſed reſeruans adiutorio noſtro, vt te intentis orationibus tuis onera noſtra releuante, & itinera præuiante, leuiores curramus in odorem vnguentorum domini, quem nobis in tua ſanctitate flagrantem, etſi non apprehendimus merito, attamẽ ſequimur affectu, ſperãtes per in-

Appendix. f

ſeparabilem charitatis tuæ copulam,deducendos A
nos vt perueniamus tuo ductu quo tu proprio
niſu perueneris. Nam infirmitates tuæ non ſunt
ad mortem,ſed pro claritate Dei,vt & virtuti tuę
perfectionem, & infirmitati noſtræ virtutem cõ-
ferant. De te enim ne perturbemur, multa nos
iam à patriarchis ſanctorum Domini exempla cõ-
firmant. Sicut ipſi patres fidei præter alios vitæ
ſuæ labores in illa etiã ſenectute prophetica, qua
interins luminati, iam Mundi æternitatem & o-
mnium ſeculorum ſeriem pronidebant: corporeis
tamen grauesoculis, in infirmitate carnali ſpiri-
talem conſummauerunt virtutem, ſic & beatus
Iob tentatus eſt,vt probaretur: dimicanit,vt vin- B
ceret: humiliatus eſt, vt exaltaretur: fleuit, vt
gauderet. Quid ipſe ſanctus ſanctorum? nonne
tunc vicit cùm iudicaretur? & cadendo per mor-
tem, reſurrexit in gloriam? Quæ ſortibus paſsio-
nis infirmitatum, infirmis incitamenta virtutum
ſunt. Infirmatur etenim validus, vt confortetur
infirmus, & imitatione robuſti diſcat ſuperare
congreſſus. Et ideo & iuſtus caſtigatur, vt emen-
detur iniuſtus. Quare duplicem vulitatem opera-
tur ſanctorum carnalis infirmitas, vt & ipſorum
ſpiritalis virtus exerceatur, & qui proſperatur in
via ſua,& viribus inoffenſæ ſanitatis iolultans, di-
Eccl.5. cit: peccaui, & quid accidit mihi? Noo audeat ſi- C
bi de corporea felicitate blandiri,& forſitan me-
tu diuinę poteſtatis adſtrictus, ad iuſtitiam cor-
rigatur, dum vltricem Domini cęleſtis manum
impiis actibus iure expaueſcit, quam videat &
iuſtis ſeueram. Nam ſi vos vix citra verbera caſti-
gationis euaditis,nos iniqui & peccatores vbi pa-
rebimus? Credimus autem quia ideo proximis
his tẽporibus grauiora ſolito corporalium tribu-
lationum tela perpeſſus es, pridem febrium ar-
brium ardore, nunc capitis humore vexatus, vt in
illa roquie Domini beatus poſſis dicere: tranſiui-
mus per ignem & aquam, & induxiſti nos in re-
frigerio. Lætificati igitur hac Dei miſericordia D
qua reſpexerat in bonum humilitatem noſtram,
vt grauiſſimæ anxietudinis pœnam lucraremur,
cùm pariter indicaſſes nobis ſolicitudinem de te
noſtram,& ſecuritatem. Alterum in iiſdem literis
diuinæ gratiæ munus accepimus, illud videlicet
curæ noſtræ negotium de ſancti presbyteri Baſilij
dono per operam tuam(ita vt deſiderauimus)ex-
plicato. Veniat tota illa benedictio ſuper caput
tuum,& in coronæ tuæ cumulum ſupertexta flo-
reſcat. Quâ benedixerunt Dominum in te,non
ſolum ipſi ad quos beneficinm pertinebat,ſed to-
ta propemodum Capua,& celeberrima vrbis ip-
ſius Eccleſia gaudio presbyteri coexultans, dedit
laudem Deo qui adiuuiſſet pauperem de mendi-
citate, & humiliaſſet alta diuitum corda, vt & ip-
ſi habeant ſpem æternæ domus in ciuitate habita-
tionis, qui digni habiti ſunt per interuentum ſer-
monis tui ad intellectum bonum illuminari, quo
per exigui domicilij iuſtam reformationem, æter-
num ſibi in cæleſti tabernaculo, pauperes, ſanctis
à quo inuicem recipientur, hoſpitium parauerũt.

Carnalis infirmitas sanctorum duplicem utilitatem operatur./

EPISTOLÆ XVIII.

ARGVMENTVM.

Obſecrat Delphinum Epiſcopum vt fratri ſatis negligenter defuncto compati & orationibus illum iuuare non dedignetur.

Beatiſſimo & Venerabili ſemper nobis deſideratiſſimo patri Delphino, Paulinus.

BReues ſanctæ affectionis tuæ literas
magno affectu nobis copioſas, in
toto quo deſiderauimus corde ſu-
ſcepimus. Sed quia omni rei tem-
pus eſt,nunc & in tempore contri-
ſtationis, tempus etiam breuiandi ſermonis eſſe B
viſum eſt. Contriſtatos autem nos vehementer
fatemur,non tam de obitu corporali fratris noſtri
quàm de negligentia eius ſpiritali,qua relinquen-
darum iſtic potius curarum, quàm prouidendo-
rum illic remediorum memor, poſthabenda præ-
poſuit,& præponenda poſthabuit. Quem opor-
tuit & illa potiora pro ſe curare, & hæc tempo-
ralia pro filiis non prætermittere. Vnde petimus
vt paterna affectione compatiens huic noſtro do-
lori, meminiſſe digneris & illum quondam ſpiri-
talem tibi filium gratia Dei ſuiſſe progenitum,&
ideo tuæ ſpecialiter curæ hanc eſſe cauſam, ne
C pietatem tuam quæ nobis filiis gloriabatur, dila-
pidata hæreditariæ portionis ſubſtantia confun-
damus. Sed potius vt orationibus tuis condone-
tur tibi, vt & illius animam vel de minimo ſancti-
tatis tuæ digito diſtillans refrigerij gutta reſper-
gat, & nobis dum tempus eſt recurrentibus ad te
& clamantibus, pater peccauimus in cælum & in
te, iam non ſumus digni vocari filij tui, pro con-
feſſione peccati, diuina miſeratio te interuenien-
te ſuccurrat, ne pro abſumpta patris æterni ſub-
ſtantia, quam quotidie peccata noſtra dilapidãt,
obruamur pudore redeundi, & in longinqua re-
gione commorantium in cuſtodiam eſcamque
D porcorum indignam (quod nefas eſt) deducamur.

Finit ad Delphinum quinta & vltima Epiſtola.

SANCTI PAVLINI EPISTOLÆ SEX AD AMANDVM Epiſcopum.

EPISTOLA. XIX.

DVlciſſimum oris veſtri guſtum in *Einſdem*
breui ſanctitatis veſtræ ſermone li- *eſt argu-*
E bauimus. Nam ſicut mellis gutta *mentũ*
idem ſapit quod totus fauus: ſic & in *cum ſupe-*
vno licet verbo ſtillicidium linguæ *riore.*
veſtræ, totum ſanctæ animæ veſtræ ſaporem re-
fert. Quia quicquid de bono theſauro promitur,
bonum atque pretioſum eſt. Nec ideo margarita
vilis eſt, quia exigua, ſed ideo magis pretioſa, quia
& in exiguo modo magnũ pretiũ habet. Ita vt ſicut
euãgelica quoq; teſtat auctoritas, profligatis etiã
cõparãda patrimoniis appetitur. Sed & granũ ſi-
napis quod minimum videtur in ſemine, maxi-
mum tamen extat in holere. Cuius ſeminis ver-
bum quia in vobis ſatum eſt, & in corde
veſtro

veſtro viget, vnde cor ardens habetis in via Domini: ideo etiam breuis ſermo veſter dulcedinem A ſimul ac vigorem verbi cæleſtis tenet, & nobis miniſtrat, vt nos etiam veſtræ prudentiæ ſale cõdiamur. Et ideo nos quoque imitabimur in hac epiſtola parſimoniam ſermonis veſtri, etſi plenitudinem ſenſus veſtri non valemus imitari, hoc tantùm reſpondentes, quòd præcipue cùm hæc ſcriberemus curæ nobis erat, ex recenti dolore fraternæ diuulſionis, quem etiam ſi temporaliter ab hoc ſeculo ſciamus adſumptum, in illo nobis citò conſequendum: tamen ea verius cauſa obiſſe lugemus, quia ex his quæ geſta ab ipſo ad finem eius vel ordinata ſunt, peccatis magis noſtris quàm votis congrua egiſſe perſpeximus, vt mallet B ad Dominum debitor tranſire quàm liber. Ob hoc impenſe rogamus, vt quaſi frater (quod nobis in Domino eſſe dignaris) vnanimos fratres iuuans, & hanc meritis ſidei tuæ mercedem accumules, vt pro eo infirmitati noſtræ compatiaris, & orandi ab ore conſpires, vt miſericors & miſerator Deus, qui facit omnia in cælo & in terra, & in mari & abyſſis, refrigeret animam eius ſtillicidiis miſericordiæ ſuæ, per orationes veſtras. Quia ſicut ignis accenſus ab eo ardebit vſque ad inferos deorſum: ita proculdubio etiam ros indulgentiæ eius inferna penetrabit, vt roſcido pietatis eius lumine in tenebris ardẽtib⁹ æſtuãtes, refri- C geremur. Ora & pro nobis, ne in peccatis noſtris moriamur. Notum faciat nobis Dominus finẽ noſtrum, vt ſciamus quid deſit nobis, & properemus adimplere quod reſtat, vt non reuoluamur in medio dierum inanium, texentes operibus vacuis aranæ telam. Sed dies pleni inueniantur nobis, & ſimus pueri centum annorum morientes: Id eſt malitia paruuli, & ſenſibus perfecti. Ita fiat, vt mortui ſuperſtitibus exemplo bono ſalubrem pœnitentiam relinquamus. Neque ſeptem dies luctus noſter excedat, ſi conſentiamus in huius vitæ via aduerſario noſtro, id eſt ſpiritui ac verbo D Dei, quod nobis peccantibus aduerſatur. Nam & ſpiritus arguit mundum de peccato, & ſermo Dei
[Ioan. 16.] (vt Dominus in euangelio conteſtatur) ſi ei non pareamus accuſator noſter erit, & tradet nos iudici Verbo, qui rationem talenti ſui vſque ad nouiſſimum quadrantem exiget, & niſi exercitio pietatis (quæ ad omnia vtilis eſt) duplicatum pecuniæ ſuæ fœnus receperit, otioſæ fidei partem cùm infidelibus ponit: quia proximus infideli eſt, qui mortuam ſine operibus fidem vacuam Chriſtiani nomine gerit. Et hic eſt inſipiens, cuius luctus omnis temporis eſt, quia timorem Domini non babens, caput ſapientiæ non tenuit. Et E ſactus in cauda eſt, quia non babitat in medio domus. Qui diligens iniquitatem odit animam ſuam, & tractus miniſtro inferni carceris mittitur in tenebras exteriores, quia ſecundum exteriorem bominem vixerit. Propterea hic ſine fine lugendus eſt, quia in ignem damnandus æternum ſine fine morietur. Pacem ergo habeamus ad Dominum, pacem non huius Mundi quæ amica peccatis, Deo diſſidet, ſed pacem Chriſti, quæ cum Deo conſerit, & nos Chriſto conformat. Si adhæreat verbo Dei anima noſtra, vt efficiamur vnum cum Deo, per interuentum mediatoris qui

Appendix.

eſt pax noſtra, quia fecit vtraque vnum, naturas A diſcordes Dei & hominis in ſe copulãs, & in nobis duo vnum faciens, id eſt carnem animæ ſpiritali conſentientem, & tunc ignis in mediu noſtrûm manebit, ſeu horum in nobis duorum vel cùm ſpiritum trinum conſenſus inuitet, vt faciat in corde noſtro ſibi placitam cum Patre & Spiritu manſionem, & viciſſim nos vbi ipſe eſt ducat dicens: intrate in gaudium domini veſtri.

EPISTOLÆ XX.
ARGVMENTVM.

Illud, Paulinus ipſemet, bis verbis complexus videtur paulò poſt initium Epiſtolæ: Si placet, inquit, de hac ipſa Dei gratia textum Epiſtolæ porrigamus, &c. Diuina itaque Chriſti in nos beneficia enumerat & commendat. B

Sancto & merito venerabili ac dilectiſſimo Amando, Paulinus.

FAteor mirari me, ſanctam charitatis tuæ benignitatem & patientiam, vt de epiſtolis quas ad te loqueciſſimas & pleniores moleſtiæ quam gratiæ facere ſoleo, tu ta- C men deſiderium ſermonis mei potius quàm tædium cupias. Quandoquidem ad aſſiduas & prolixiores literas me laceſſis & excitas gratia ſcriptorum tuorum, in quibus charitas de corde puro & fide non ficta in azimis veritatis ſincerum loquitur affectum, ac viciſſim meum ab intima mente ſolicitat. Quid igitur faciam? Obtemperabo tibi copia literarum? ſed bonorum meorũ non indiges, & me æquius eſt à te locupletari quia diues pauperi cõferre debet, vt fiat æqualitas. An vero magis conſulã vtilitati meæ, & ponam ori meo cuſtodiam, vt periculum peccati, D quod de multiloquio paratur, effugiam? Sed & metuo rurſus ne inobedientiæ reus ſtatuar, & fortè grauius offendam ſi in te deliquero non obtemperans, quàm ſi pro me timuero non ſcribens. Det igitur mihi Dominus à Domino oris adapertionem ad te, & prætendat pedibus meis lucernam verbi ſui, vt nox inſipientiæ meæ ſicut dies illuminetur. Soluat linguam meam in ver- [Num. 22.] bum bonum, qui & aſinæ os in ſermonem laxauit humanum. Sum enim & ego vnus de lapidibus vel iumentis illis, quorum præfiguratione aſina tunc locuta eſt, mutam gentilis duritiæ ſtoliditatiſque naturam ſolutis Deo linguis ſignificans E locuturam. Ac ſi placet de hac ipſa Dei gratia textum Epiſtolæ porrigamus, quia omnis noſtra ratio in præceptis & laudibus Altiſſimi occupata eſſe debet, illi omne quod loquimur, omne quod viuim⁹, cùm ꝑpetua gratiarũ actione depẽdi, cui⁹ opere ac munere loquimur & viuim⁹. Ipſe ẽm fecit nos & nõ ipſi nos: Ipſe inquã dñs fecit nos, qui etiã refecit iã ab initio per oĩa quę operatus eſt & locu t⁹ in ſanctis ſuis ſalutis noſtræ, id eſt, reparationis humanę ſacramenta molitus: nam iuſtum Abelem illico reparauit ſancta generatio in Seth, qui ore conſimili formatum ad imaginem Dei retulit pa-

A trem. Iode per cæteros à primo ſonte decurrens
permanauit vena iuſtitiæ: & quamuis interue-
Gen. 7. niente diluuio, in vno quidem, attamen iuſto, vni-
uerſitatis peremptæ ſeminarium ſtetit, iam tunc
operante myſterio vnici Redemptoris, vt per v-
num reconciliatio proueniret, quia per multos
offenſa veniſſet. Sed iterum generis huma-
ni proceſſu relabente iuſtitia, & creſcentibus
ſimul gentibus atque criminibus, ne rurſus ini-
quitas hominum, generis mereretur interitum
rurſus electus qui pater fidei vocaretur, à quo &
promiſſio regni, & Regis æterni ſemen emerge-
ret. Quod multiplicatum fide gentium Chriſtus
impleuit, qui Patriarchis viſus, per legem præfor-
B matus, per Prophetas prælocutus, & ipſe adfuit
vt adimpleret legem & prophetas, & quam lex
operibus non valuerat conferre medicinam, gra-
tia daret. Iam enim corpus omne, id eſt, vniuer-
ſum genus hominum ita peruaſerat peccatum, vt
Sap. 16. neque malagma debilibus & ſauciis, nec ligatura
prodeſſet: corroborata etenim vitiorum valetu-
dine, omnem humanæ opis medelam fortior re-
mediis morbus excluſerat, & ideo venit qui &
venturus eſt, conſormatus corpori humilitatis
noſtræ, vt nos conſormaret corpori gloriæ ſuæ.
Quia nemo niſi artifex operis ſui potens eſt, & fi-
C gulo tantum in argillam ſuam ius eſt: ita Domi-
nus omnium qui omnes fecerat dignatus eſt ad
noſtra deſcendere, noſque ſuſcipere in corpore
ſuo, vt reficeret eadem arte vel poteſtate qua fe-
cerat. Venit autẽ nõ in ſublimitate Domini quod
erat, ſed in forma ſerui, quod non erat. Factus eſt
vt homo ſine adiutorio, qui eſt Dei virtus & Do-
minus exercituum, adiutor & protector omnium.
Pro liberandis eſt mortuus, qui erat inter mor-
tuos liber. Inter iniquos deputatus eſt, qui iuſti-
ficat impium per fidẽ. Sicut ouis ad interfectionẽ
ductus eſt, agnus ille qui tollit peccata mundi.
Paſſus eſt mortem, qui donat æternitatem. Sed in
D cauſa tanti huius conſilij & muneris animaduer-
tere ipſius lumen eſt, qui nos illuminat à monti-
bus æternis. In quos oculis alleuatis videamus hiſ
Homo eo- dem nos, quibus perieramus itineribus inuentos,
dem itine- rurſus ex arbore, rurſus ex virgine, ſed non rur-
re inuen- ſus ſuperbia præcipitandi, verùm è contrariò hu-
tus quo militate redituri. Nam idcirco Rex gloriæ & Do-
perierat. minus maieſtatis exinaniuit ſe formam ſerui acci-
piens, & inuiſibilem magnitudinem ſuam viſibili
abiectione contexit, vt nos veteri illo malè con-
ceptæ adrogantiæ morbo, foris altos, intus obtri-
tos, in formam ſublimitatis ſuæ per formulam no-
ſtræ in ſe humilitatis attolleret. In hoc enim
E operatus eſt, & operatur quotidie bonus Domi-
nus, vt diuinæ conſormationis gloriam conſe-
quamur, ſi noſtræ in Chriſto conſormationis
exemplum ſequamur, cognoſcentes in altiſſimo
moderamine temperatum naturæ noſtræ modum
vt ſupra nos ipſius gratia prouehamur, ſi iuxta
nos noſtri memores ambulemus. Ad quam nos
mẽſuram propheticus ille de numeris ſermo cõ-
ponit, quo dicitur: Non declinabimus dextra
neque ſiniſtra, ſed regali via ibimus: Quod no-
Num. 20. bis Chriſtus eſt, mediator Dei & hominum, inter
diuina & humana nos temperans, & ad regnum
ſuum regali via ducens, vt corde humiles, opere

ſublimes, à ſiniſtris, id eſt, peccatis quæ in mor-
tem trahunt alleuemur, & à dextris inuiis, id
eſt, præſumptione ſuperba humilitatis lege re-
uocati teneamus ſalubrem mediocritatem, ne
aut oculos noſtros declinantes in terram com- *Pſal. 48.*
paremur iumentis, quibus non eſt intellectus: *Eccl. 3.*
aut altiora nobis ſcrutantes, euaneſcamus in
cogitationibus noſtris. Ita non alta ſapientes,
ſed humilibus conſentientes, in menſura qua
menſurauit nobis Dominus, noſmetipſos me-
tiamur, vt anguſtemur in nobis, & in Domino
dilatemur. Non vt illi ſapientes huius ſeculi,
quorum ſapientiam Dominus reprobauit ac per-
didit, & per ſtultitiam prædicationis exhauſit.
Diſputauerunt enim, inquit, vt abſconderent *Pſal. 63.*
laqueos: quia videlicet in hoc omnis ars philo-
ſophorum laborat, vt adſertione fictorum, lu-
cem veritatis obſcuret, & inanium contentio-
num laqueis ſollicitatas à vero mentes implicet, &
ingenij fraude decipiat, & fuco ſermonis indu-
cat. Sed poſtquàm exortum eſt lumen in tene- *Pſal. 115.*
bris, miſericors & miſerator & iuſtus Domi-
minus, fruſtra poſuerunt in cœlo os ſuum, qui *Pſal. 72.*
etiam terrenarum rerum ſuæque naturæ neſcij
ſcrutantur cæli plagas, & Dominum ſine Deo *Pſal. 63.*
quærunt. Ideo defecerunt ſcrutantes ſcruti-
nio, & ſagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eo-
rum. Quia corripiens ſapientes in aſtutia ſua
Dominus, per infantium atque lactantium ora
confudit. Nec in ſermone regnum ſuum, ſed in
virtute conſtituit. Vnde ego quoque minimus
omnium minimorum Domini, exiguorumque te-
nuiſſimus & infantium infantiſſimus, audeo in
vocem laudis erumpere, gratias agens Domino
altiſſimo, quoniam myſterium pietatis excelſæ
quod in theſauris ſapientiæ ſuæ habebat repoſi-
tum, paruulis ſuis prompſerit, & ſapientibus
Mundi abſconderit, ne gloriaretur hic Mundus
in ſuorum vanitate Sapientium, per quam ob-
fuſa ſibi caligine non agnouerat ſapientiam Dei.
Pax autem noſtra Ieſus, qui venit vt vtraque v-
num faceret, & omnia æqualitate componeret:
deſtruxit fortia, & elegit infirma: ſpreuit ſapien-
tia & adſumpſit ſtulta, vt fieret æqualitas, nemi-
ne ſibi quicquam proprium vendicante, cùm o-
mnem non niſi diuino munere ſalutis ac ſapien-
pientiæ compotem neceſſe eſſet in Domino glo-
riari. Itaque exultemus cum tremore in Domino
Deo noſtro, qui eſt humilis corde, & maieſtate
ſublimis. Idem ſentientes in nobis, quod in Chri-
ſto, qui (vt ſupra dixi) idcirco nobis ſalutis gra-
tiam per humilitatis formulam contulit, vt qui
exaltationis ſpiritu cadere merueramus, corde hu-
militatis reſurgere diſceremus. Quòd autem bo-
nus Dominus crucifixus eſt & reſurrexit, non *Chriſtus*
ſolùm ad deſtructionem mortis noſtræ, & ad re- *cur & Crucifixus*
parationem æternitatis operatus eſt, ſed etiam ad *ſit & re-*
præſentis vitæ informationem, qua meritum ac- *ſurrexerit*
quirimus, quo vitæ illius in æternum beatæ poſ-
ſeſſio præparatur. Cruci ergo fixus eſt Dominus,
quo myſterio pietatis atque conſilio Apoſtolus
docet, vt ſolueret (inquit) parietem valli, interfi- *Eph. 2.*
ceretque inimicitias, & omnem huius Mundi am-
bitum diſpoliaret, ac de vniuerſa inimici poteſta-
te captiuans ipſam captiuitatem, triumpharet. In
ſua

ſua carne ſuſcipiens (inquit) ſimilitudinem carnis peccati. Non vtique ſimilitudinem carnis, quia *Rom. 8.* omnibus Deus veritas, & ideo verè & corporaliter verbum caro factum eſt: in ſimilitudinem peccati carnis, vt qui peccatum non fecit, per ſuam inuiolabilem impaſſibilemq́ue naturam, propter nos tamen (vt ſcriptum eſt) peccatum faciens, id eſt, peccatorem ſuſceptum in forma ſerui gerens. *Gal. 3.* Factus enim eſt pro nobis maledictum, vt nos maledicto legis abſolueret: de peccato dânauit peccatum, id eſt, peccati materiam quæ adhuc in illa Adæ carne viuebat, in ipſa quam ſuſcipere dignatus eſt Adæ carne vacuauit, ac ſic parietem vallis, hoc eſt, peccatum quod inter nos & Deum ſeparabat deſtruens, fecit vtraque vnum, non ſolùm vt Iudæorum & Gentium fides in Chriſto coïret, ſed vt in vnoquoque noſtrum qui crederemus natura ſibi noſtra congrueret, & diſcordia quę prius verſabatur in uobis, cùm ſpiritali adfectu carnalis anima repugnaret, pace fidei ſolueretur. Nunc enim bellum illud antiquum quo lex peccati repugnabat legi Dei aboletur in Chriſto, cum ſpiritus Deo ſeruiens ſubactam ſibi animam fide temperat, & viciſſim animam Deo ſeruientem in omne obſequium caro miniſtra comitatur. Quam ob rem Domini paſſione & reſurrectione, non ſolùm ad ſpem ac fidem reſurrectionis inſtruimur, vt nô ſola reſolutione carnali, ſed & voluntaria ab hoc ſeculo receſſione mori nouerimus, & moriendo per fidem huic mundo viuificemur Deo. Vita enim huius Mundi amica, mors animæ eſt. Ob hoc *Col. 3.* nobis Apoſtolus dicit: Mortificate in terra membra veſtra. Quotidie ſe ipſe teſtatur mori, liuidum faciens corpus ſuum, & obliuiſcês quæ retro ſunt, atque in priora ſe porrigens. In quo humilitatem pariter & ſublimitatem docet: quia conteri corpus ſine humilitatis ſpiritu non poteſt, nec anima in cæleſtia ſurgere, niſi mortificatione membrorum. Attamen & ipſius nobis humilitatis ſeruanda menſura eſt, vt nô niſi timore diuino humilie*Matt. 4.* mur vni Domino. Dominum enim Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſeruies: cui ſeruire libertas eſt. Nemini enim ſubiectus eſt, qui ſe ſoli Deo ſubiecit. At contrà omnibus infimis vel ſpiritibus vel aliis creaturis vel ſuis vitiis & cupiditatibus ſeruit, qui vult liber eſſe iuſtitiæ. Eſt autem & *Sancta ſuperbia, & iniqua humilitas* ſancta ſuperbia & humilitas iniqua. Nam & iuſtificatur ſuperbia quæ huic Mundo ſuperbit & côtemnit hoc ſeculum, omnibuſq́ue magnis eius & dulcibus ac ſpecioſis abutitur, intenta cæleſtibus rebus, & præceptis ſubiecta diuinis. Contra autem illa humilitas condemnatur, quæ non ex fide ſed ex ignauia mêtis hominibus adducitur, & humanam gratiam magis quàm ſuam ſalutem curat, *Iſa. 1.* mendacij famula, veritatis inimica, libertatis expers, iniquitati obnoxia, miſcens aqua vinum, id eſt, veritatis merûm aquis adulationis eneruans. In huiuſmodi humilitatem ſpecialiter mihi videtur vox illa contendi, quæ denunciat, væh dicê*Iſa. 5.* tibus malo bonum, & dulce amaris, & iniuſtis iuſtitiam prædicantibus. Quos & per Solomonem *Prou. 17.* (ſicut oſti) veritas execratur. Bene autem nos breui pſalmo, ſed pleno magiſterio beatus pſalmiſta conformat ad noſtri moderaminis temperamentum, cùm precibus ſuis prætendit meritum humilitatis dicens: Domine non eſt exaltatum A cor meum, neque elati ſunt oculi mei. Neque *Pſ. 130.* ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. Et deinde qui ſe præ cordis humilitate reſpici depopoſcerat, dicit: Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam: Sicut ablactatum ſuper matrem ſuam, ita retribues in animam meam. Ideo retributionem poſtulat, quia non humiliter ſenſerit, ſed animam ſuam exaltauerit. Nonne videbitur diſcordare ſibi prophetę ſententia, niſi ita hæc diſcernamus intellectu, ſicut in ipſius ſpiritu & corde, ita vt ſibi congruerent, fuere diſtincta? Conuenienter enim & *Pſal. 50.* humiliter dictum eſt timore diuino, qui ſacri B ficium Deo (vt ipſe teſtatur) ſpiritum contribulatum & cor humiliatum offerebat, ſalua tamen humilitate cordis. Idem exaltabat animam ſuam non humiliter ſentiens, quia non terrena ſapiens Deo mentem habebat adfixam, vnicum bonum ducens Deo adhærere & ponere in Deo ſpem ſuam. Vnde & Apoſtolus, qui nos humilitatem docet dicens, vt ea potiſſimum imitatores Chriſti eſſe ſtudeamus. Hoc enim (inquit) *Philip. 2.* ſentite in vobis, quod & in Chriſto, qui non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed exinaniuit ſe formam ſerui accipiês. Idem tamen ad exaltandam animam in ſuperna & diuina nos pro C uocat cùm dicit: Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera & gloria Dei patris. Quam ob rem tenentes hanc & humilitatis & exaltationis regulam, vtrumque hoc quod in peruerſitate, quam ſupra dixi, peccatum habet, in directione in qua docemur, gratiam obtinet, ſuis ordinibus menſuriſq́ue teneamus pietate, & humiliantes cor Deo, & exaltantes animam ad Dominum noſtrû; nihil niſi illum timeamus, nihil ſupra illum diligamus. Iugo tâtùm ipſius quod eſt ſuaue, & oneri illius quod eſt leue, colla ſubdamus, vt ſupra omne poteſtatis inimicæ iugum liberi, in cæleſtia ſubuehamur. Nam & ob hoc Domini noſtri iu*Chriſti iugum ſuaue.* D gum ſuaue & onus leue eſt, quia è terrenis nos & inferis leuat, & in excelſa regni cæleſtis attollit. Leuitas enim omnis † altipeta eſt, & ſurſum verſus vigore ſubtilitatis effertur. Huic autem gratiæ *† vel altipeta.* contraria peccati pondera deprimunt, & in inferna deducunt. Quæ quanti ſint oneris propheta teſtatur cùm gemens clamat: Superpoſuerunt iniquitates meæ caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Sed gratiæ domino Ie*Pſal. 37.* ſu Deo noſtro, qui potens eſt liberare nos de corpore mortis huius per multitudinem miſerationum ſuarum & diuitias bonitatis ſuæ, quibus ſuperabundat abundantiæ peccatorum noE ſtrorum, & ſaluos facit ſperantes in ſe. Apud quem credimus, quia & orationum tuarum pro nobis agantur excubiæ, Scimus enim quia à pueritia ipſi militans & ſacris literis enutritus, nulla conuerſationis terrenæ & carneæ labe pollutus inueniſti gratiam in conſpectu altiſſimi, & pro nobis, de ſylua huius ſeculi, ad gregem vel ad currum Domini ſerò capris (quoniam multiplicatæ ſunt iniquitates noſtræ ſuper capillos capitis noſtri, & indigni ſumus, quorum nomina diuitijs ſordibus ingerantur) ne fortè & labia tua im-

munda fiant, cùm nos nominaueris, & neceſſe ſit os A tuum igneo carbone perſtringi: potes tamen vel humilitate, vel fiducia vatis antiqui dicere: Domine dimitte illis, aut dele me de libro tuo. Quod ille diuini colloquij particeps, non ſalutis ſuæ negligens, nec inſolens domino profundi arte cõ- *Exod. 32.* ſilij auſus eſt dicere, vt domino iuſto debitũ peccatori populo interitum comminanti, oblationem ſuæ potiùs abolitionis opponeret, diuinæ videlicet pietatis iuſtitiæque ſecur⁹, vt parceret & iniuſtis miſericordia Domini, dum iuſtum non poteſt delere iuſtitia. Hac & pro nobis Dominum altiſſimum conditione conſtringe, vt dum eximere te libro ſuo non poteſt, per obtentum iuſti ſui re- B cipiat iniuſtos. Nam quia maior eſt qui in nobis eſt, quàm qui in hoc mundo: ideo fortior eſt iuſtitia pro peccatoribus defendẽdis, quam iniqui- *Sanctorũ patrocinia.* tas aduerſus patrocinia ſanctorum. Vellem quantum in me eſt adhuc prorogare ſermonem, niſi & charta deficiens, & metus fatigationis tuæ cogeret verbis modum poni, & epiſtolam terminari. Tu in omnibus indulge temeritati meæ: & reſpõde mihi, vt conſoler & inſtruar literis tuis. Nunc ſanè Marium portitorem huius epiſtolæ cõmẽdamus ſpecialiter vnanimitati tuæ, vt ſicut rogauimus ſanctum Epiſcopum & patrem noſtrum, ita ordinetur à vobis. Conſeruum enim meum data C in Domino libertate reddidimus: ſed vobis in domo Domini ſeruiat, de legatis ad parentum noſtrorum memoriam obſequiis, vt per religioſam ſeruitutem obtinere firmam libertatem ſub veſtra defenſione mereatur. Age & apud ſanctum preſ- *Exuperi⁹ presbyter.* byterum fratrem Exuperium, vt in caſa Eccleſiæ terrulam qua victum ſuum procuret, accipiat. Præterea rogo vt Epiſtolam meam ad filium noſtrum Daducium etiam ſi in Galliis agit ſine vlla dilatione facias ab Epiſcopo tranſmitti per conſeruum fidelem & impigrum, ſi clericum fortè *† Alinguonenſis Eccleſia meminit ſupra, Epiſt. 16. ad Delphinum.* noluerit occupari, vnum de Alinguonenſibus † dignamini mittere cũ Epiſtolis veſtris quibus lite- D ræ noſtræ iuuentur. Dignam enim interuentu veſtro cauſam ex Epiſtola mea quam ad eum feci cognoſcetis. Imprimis autem celeritate agendi opus eſt, vt ſanctiſſimus presbyter, qui & vita & ætate venerabilis vim qualem expoſui ſuſtinet, quàm primùm ab alienarum ædium exilio liberetur.

EPISTOLÆ TERTIÆ
ARGVMENTVM.

Cum Amando expoſtulat, quòd Delphinum Epiſcopum inſtigaſſet, vt à ſe aliquid ſalutaris E *doctrinæ peteret, qui vix dum prima rudimenta ſacrarum literarum primoribus (ὥς λέγεται) guſtauerit labris.*

Sancto & verè Vnanimo & meritò dilectiſſimo Amando, Paulinus.

QVantum intelligo, quod tibi in aurem loquor, tu ſupra tectum prædicas. Quandoquidem dum me nimium diligis, & nimium tibi de fratre inepto places, etiam ſancti ac venerabilis nobis commu- A nis patris auribus inſinuare non dubitas, & inſipientiæ meæ temeritatem qua te magis audeo quàm illum in verbis meis contemnere. Nam vnde me idoneum putaret ille, à quo aliquid ſpiritu ſuo dignum in literis deſideraret niſi tu illi perſuaſiſſes affectu magis quam iudicio ita ſentiens meũ quoque os à Domino inter ora mutorum & infantium (de quib⁹ laudem ſuam perficit omnipotẽs) fuiſſe reſeratum. Iubet ergo me ſibi ſermonem ſpiritali, hoc eſt, ſuo ſale conditũ promere. Meminit enim quod me verbi ſui ſale aſperſerit, neque ceſſat id facere. Nam omnes mihi literæ illius ſpiritalia condimenta ſunt. Eſt enim & ipſe B ſal terræ viuidum referens apoſtolicæ doctrinæ ſaporem, ſed vereor ne ſalẽ eius inſulſo corde non duxerim nec ſentiat in quo condiatur, vt dominis ſuauitatẽ ſapiat ſenſus meus, ſi in eo Delphini ſapor euaneſcere & vigor potuit hebetari. Quis me dicẽtem excitauit? Leo eſt in viis, in plateis autem homicidæ. Non apis myſticæ ſtudio, non formicæ ſolertis exemplo, ad prouidentiam vitæ & vtili- *Prou. 6.* tatis operam ſuſcitamur, ſed modicum dormimus, modicum verò dormitamus, modicũ autem manibus complectimur pectus: & interea nobis inopia tanquàm bonus curſor occurrit, & ille diues qui pauper factus eſt, vt nos verè egenos ſua paupertate ditaret, videns nos in noſtra egeſtate du- C rantes, meritò præclamauit: quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem? Sed vtinam vel dum hæc loquimur ipſo conſcientiæ noſtræ iudicio, & proprij ſermonis querimonia excitaremur, vt vel ſero poſſimus dicere: nunc cœpimus, hæc mutatio dexteræ excelſi. Sed ventres pigri ſumus, & idcirco adhæret pauimento anima noſtra, quamuis iamdudum ei dixeritis: exurgere à mortuis, vt attingas Chriſtum. Quem quidem Dominum interuentu fidei veſtræ per gratiæ ſacramentum impoſuiſtis in nauiculam cordis noſtri. Sed quia ſomno inertiæ noſtræ ob- D dormiuit in nobis, opus eſt vt eum excitetis, vt adſurgat in excitationem animæ noſtræ, imperet ſilentium turbidis cogitationum terreſtrium flatibus, & ſenſuum noſtrorum fluctus verbi ſui pacẽ cõponat, vt fiat in corde noſtro caſta tranquillitas, & ſpiritu veritatis gubernatore, ac Dei verbo remige, dirigamur ad portum voluntatis noſtræ. Nam quæ eſt expectatio noſtra, niſi Dominus Ieſus, qui potens eſt ſaluos facere nos à puſillo animo & tempeſtate? & adnuere orationibus veſtris, ne fiat fuga noſtra hyeme aut ſabbato, hoc eſt, otio ſpiritalium negotiorum, & bonorum operum ſterilitate. Sabbatum enim otioſum eſt, & E hiems nuda naſcentium. Itaque ſi non carnali obſeruantia, ſed ſpiritali, abſtinentes nos ab omni opere ſeruili quod eſt vita peccati, cui deditus verè ſeruus eſt, & in domo non manet, agimus ſabbatum, nõ illud quod non ſuſtinet anima Domini, ſed illud in quo Dei requies eſt, qui in humili trementium famulorum corde requieſcit, nec hiberna tempeſtas fugam noſtram opprimet, & quaſi frigore pigros pedes ab euadendi libertate retinebit, ſi ſpe gaudentes & ſpiritu feruentes, non contractis auaritiæ gelu manibus, ſed apertis refrigerio miſericordiæ furtiuus ille nos horæ nouiſſimæ ſuperueniens inueniat, opertos atque veſtitos ſalutaribus operum fidelium tegimentis

mentis, vt poſſimus ſubſiſtere ante faciem ſrigo-
ris eius. Qui nos ideo nunc in timore præcepti
ſui vult effici præparatos, vt in die iræ inueniat ab
ſoluendos. Fauete nunc igitur & orate vt appre-
hendamus in quo apprehenſi ſumus, & extendē-
tes nos ad brauium ſupernæ vocationis obliuiſca-
mur quæ retro ſunt, poſitaque in aratro crucis
manu mentis non ſulcata reſpiciam, ſed ſulcanda
prouideam, donec perueniamus ad montes, in
quos leuauimus oculos noſtros, vt inde nobis à
Domino veniat auxilium, qui eſt mirabilis in ſan-
ctis ſuis, qui ſunt montes Dei, in quos bona fide-
lis anima operatione prouehemur. Si enim in via
veritatis, quæ eſt impolluta, dignè ambulemus,
tunc ipſe Dominus, qui eſt via & veritas, perficiet
pedes noſtros, ſicut cerui, & ſuper excelſa ſtatuet
nos. Montes enim (inquit) excelſi ceruis, & pe-
tra refugium erinaceis. Quia ſi ſuper iniquitatem
alacritate ceruorum fugiamus Nebroth venato-
rem, qui, vt ſcriptura deſignat, contra Dominum
venator fuit, & cuoperante Chriſto piis actibus
aſcendamus excelſa virtutum, per doctrinas pro-
phetarum & Apoſtolorum, qui ſunt montes Dei,
montes illi vberes, tunc vel de rupe præcelſa de-
ſpicientes vanas prætereuntis mundi figuras, in e-
xultationis voce cantabimus: Exaltabo te Domi-
ne, quoniam ab inſurgentibus in me exaltaſti me,
& ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus. Ex
hac autem celſitudine montium informati, ad
humilitatem cordis & ſalubribus diſciplinis velut
ſpinis noſtra vndique membra muniti efficiemur
vt erinacei, qui parua corpuſcula aſpero tegmi-
ne armati, naturalibus iaculis aduerſum hoſtiles,
aut canum morſus, aut manus hominum muniū-
tur: humiliatis autem timore diuino & gratia ip-
ſius humilitatis armatis petra refugium eſt, id eſt
ſpiritus, cuius verba nobis contra diabolum vel
ſepimenta, vel ſpicula ſunt. His enim & aures no-
ſtras ſepimus aduerſum linguam nequam & in
corde noſtro vitia aduerſa conſigimus Ita per
obſeruantiam ſpiritalem & directam fidem, & eri
nacei pariter erimus & cerui ſi ſecundum has mi
nores beſtiolas anguſtati & humiles abſcondamur
in Chriſto, vt in refugij petra, & verbo ac ſpiritu
veritatis muniti, & diabolo & mundi huius ille-
cebris aſperi reſiſtamus. Maiores verò illas ſe-
ras pedibus alacres, & ſublimes cornibus ita æmu
labimur, ſi habeamus pedes firmos ad conſiſten-
dum in via Domini, nec moueantur ab eius itine-
re veſtigia noſtra, iiſdemque pedibus vtamur ad
fugienda peccata, & huius ſeculi pernitioſa con-
tagia, caput ſalutis noſtræ, quod eſt fides catho-
lica bonis operibus velut cornibus ornatum pa-
riter & armatum gerentes, vt vel repugnemus i-
nimicis venatoribus, vel actibus Deo placitis co-
ronati veſtrum potiſſimum gaudium, & corona
ſimus, quorum in Chriſto plantatio apud Chri-
ſtum labor quotidianus ſumus. Non enim am-
bigimus quotidie deprecari vos, vt perficiatur
in nobis beata illa mutatio dexteræ excelſi, vt ve-
rè poſſimus dicere: defecit cor meum, & caro
mea Deus cordis mei, & pars mea Deus in ſecu-
la. Quia tunc Deus eſſe dignabitur cordis noſtri
Deus, cum cor noſtrum quod eſt carnale defe-
cerit ſpiritali ædificatione deſtructum. Tunc au-
debimus & veſtram nos dicere portionem in ter-
ra viuentium, cùm & ipſi Domino renouati ſen-
A ſu mentis noſtræ ſecundum Chriſtum ad cæle-
ſtem imaginem poterimus dicere: Deus cordis
noſtri & pars noſtra Deus in ſecula.

EPISTOLÆ QVARTÆ
ARGVMENTVM.

Scribit ſe (ob meritorum ſuorum conſcientiam) inuitum ſubita vi & multitudine ſtrangulante menſarum ſalutarium miniſtrū (id eſt diaconum) effectum: Quod miniſterium vt bene miniſtret petit ab Amando, & orationibus eius apud Deum ad-
B *iuuari, & per epiſtolas frequenter ad directionis regulam informari.*

Domino fratri dilectiſſimo Amando, Paulinus.

POſt tempus accepimus literas dile-
ctionis veſtræ, ſed quò diutius deſi-
deratæ, hoc auidius à nobis ſuſceptæ
ſunt. Nam & aqua frigida ſitienti
dulcior, & nuncius bonus de terra
longinqua iucundior eſt: ita & ſermonis veſtri
ſuauitas impinguauit oſſa noſtra & animam eſu-
rientem ſatiauit bonis. Quid nos talibus dignum
C reddemus eloquiis, ingenio tenues, corde craſ-
ſiore ieiuni, & (ſicut ſcriptum eſt) ventres pigri?
Verùm etſi omnibus rebus inferiores, tamen cha-
ritas ſola nos vobis præſtat æquales. Dilectioni e-
nim quam in nos habetis pari mente certamus,
quæ quidem viſceribus noſtris inſita, & adfixa
præcordiis, & animæ ipſi permixta eſt ſpiritu Do-
mini, qui habitare facit vnius moris in domo, qui
innumera credentium millia vno corde conne-
ctit. Quia vnus omnia in omnibus adimplet, vt
nunc huic Domino placuit in vaſe fictili ponere
theſaurum ſanctum, qui me vocauit per gratiam
ſuam, ſuſcitans de terra inopem, & de ſtercore
D erigens pauperē, vt collocaret eū cū principibus
populi ſui, & inter ſacerdotes indueret ſalutare, vt
dū curro in odorē vnguētorū eius, fierē gutta ei⁹
vnguēti quod deſcēdit in barbā Aarō. In cui⁹ do-
mo domeſticus fieri, & benedicere Dominum de
fontibus Iſrael, cùm pro meritorū meorum con-
ſcientia recuſarem, vel potius non auderem reci-
pere, ego vermis & non homo, vi ſubita inuitus
quod fateor adſtrictus, & multitudine ſtrangulan-
te compulſus, quamuis cuperem calicem ipſum à
me tranſire, tamen neceſſe habui dicere Domino:
verùm non mea voluntas ſed tua fiat. Cùm præſer
tim ipſum de ſe Dominum dixiſſe legerem: Filius
E hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Præ-
uenti igitur à domino & apprehenſi ab eo quem
needum apprehendimus, deſeruimus altario Dei,
& menſis ſalutaribus miniſtramus, iam nomine
officioque ſeniores, ſenſu autem adhuc paruuli, &
ſermone lactētes. Quod miniſterium vt bene mi-
niſtrem, & gradum bonum mihi acquiram, & ſciā
qualiter oporteat me in domo Dei conuerſari, &
tractare myſterium pietatis, tu domine venerabilis
& frater & domine in Chriſto nobis ora Domi-
num, in omni bono diuitem, vt abundemus fide
& ſermone & ſcientia & omni ſollicitudine, & in-
ſuper veſtra in nos charitate vt & in hac gratia a-

Menſa ſalutares.

Myſterium pietatis.

bundetis. Præterea ipſe epiſtolis tuis nos ſæpe inſtrue neceſſariis ſupplementis. Enutritus enim ſermonibus fidei & bonæ doctrinæ, quam à puero in ſacris literis ſubſecutus es, informa nos ad regulam directionis, paſce nos ſpiritali cibo, id eſt, verbo Dei, qui eſt verus & viuens panis, & in quo magis quàm in pane viuitur. Quoniam ipſe eſt eſca iuſtorum qui ex fide viuunt. Nec hinc negligentior ſis circa ſollicitudinem inſtitutionis meę, quòd loco Eccleſiæ, non tamen corpore ſeparamur: vnus enim Deus, vnus & mediator Dei &

Rom. 12. hominum, qui eſt Eccleſię caput. In qua cùm omnes vnum ſimus, tanquam in vna domo viuimus, nec poſſumus dicere nos eſſe ſine vobis, cùm vnus ſpiritus ſimus, & in vno qui eſt vnus habitemus. Ideo ſeruantes vnitatem ſpiritus in coniunctione pacis vt vnum corpus & vnus ſpiritus, vt ſociali inuicem membro nobis collaboremus, vt creſcamus in illius corporis ædificationem, cuius caput Chriſtus eſt. Igitur quia facti ſumus de hoſtibus ciues, de longinquis proximi, de ouibus paſtores, & poſiti ſumus in fundamento Apoſtolorum & prophetarum, erudite & confirmate manus ad ædificandi ſcientiam, vt ad lapidem qui factus eſt in caput anguli, diſcam parietem vtrunque connectere, & in templum ſanctum atque in habitaculum Dei, corpora & corda fide mundata cõſtruere, per arma Apoſtoli, potentia, Deo, omnem elationem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, captiuam ducere, omnem intellectum ad obediẽdum Chriſto perducerę, euangelicam ſecurim arborum radicibus admouere, & gladio ſpiritus, id eſt, verbi Dei interficere peccatores terræ, & ſcuto catholicę fidei omnia iacula candentia nequiſſimi extinguere, & certamine decertato, curſuq; decurſo, fide ſeruata, miniſterio impleto, expectare illud quod Dominus in illa die iuſtus iudex reddet omnibus qui diligunt aduentum eius. Ergo vt tuum ac tecum manentem ſpiritaliter vidẽs ac tenens inſtrue, iuua, hortare, confirma. De vobis enim & per vos Deo natus in Chriſto, veſtra poſſimùm cura eſſe debeo, quia veſtrum opprobrium ſi indignus, aut veſtrum gaudium ero, ſi ex fructibus bonis veſtræ arboris ramus eſſe cognoſcar.

QVINTÆ EPISTOLÆ
ARGVMENTVM.

Exordium huius epiſtolæ atque finis laudes Cardamatis explicat. Circa medium explicatur initiũ Euangelij Ioannis, quo vno omnium hæreticorum ora aduerſus Chriſti & deitatem & humanitatem latrantia clauduntur.

Sancto & meritò venerabili ac dilectiſſimo fratri Amando, Paulinus.

2. Re. 2. VOlucrem pedibus & leuem curſu, ita vt & ceruis & capreis æmula pernicitate contenderet Aſael, illum fratrem Ioab in ſacra regnorum admiramur hiſtoria. Nec minus illum in Allophylis gigantem ſtupemus legentes, qui vltra humani corporis modum, & menſura membrorum creue-

A rat, quem ſenis armatæ digitis manus & totidem pollicibus articulati pedes, fortiorem cæteris velocioremque faciebant, niſi quòd contra Dauid manu Dei dimicantem, & Chriſti imagine ſemper inuictum, nulla magnorum licet hoſtium manus virtuſque præualuit, qua in alienis grandibus ſuperba diaboli exaltatio deiiciebatur, & in puſillis noſtris humilitate præpotens ſalutaris Dei forma vincebat. Sed recurramus ad epiſtulæ caput, quam à pedibus inchoauimus, vt curſorem dominicum Cardamatem ſignatis in lege diuina antiquorum velocium laudemus exemplis. Subuenit itaque nobis & de Euangelio adoleſcentis *Ioa. 20.*

B Apoſtoli, beata velociter illa, quæ Petrum affectu currendi parem, ſed maioris æui pondere tardiorem, ad ſepulchrum Domini præcurrit, vt reſurrectionem corporis prior inſpiceret, qui ſolus in pectore recumbebat. Vnde geminos in alueum cordis ſui traxerat fontes, quos in Orbem idem poſtea reuelationis & euangelij præco diffudit, & illam carnalem alacritatem pedum poſtea ſpecioſis verbi pedibus, toto per populos, orbe diſcurrens, ſpiritali velocitate cõpleuit. Idem vltra omniũ tempora Apoſtolorum ætate, producta poſtremus Euãgelij ſcriptor fuiſſe memoratur, vt ſicut de ipſo vas electionis ait, quaſi columna fir- *D. Ioãnes Euangeliſtarum poſtremus ſcripſit. Gal. 2.*

C mamentum adiiceret fundamentis Eccleſiæ, prioris Euangelij ſcriptores conſona auctoritate confirmans, vltimus auctor, in libri tempore, ſed primus in capite ſacramenti, quippe qui ſolus è quatuor fluminibus ex ipſo ſummo diuini capitis ſonte decurrens, de nube ſublimi tonat: In principio erat Verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus *Ioa. 1.* erat Verbum: tranſcendit Moyſen, qui vſque ad caput Mundi & viſibilium creaturarum exordia ſcientiæ terminos, & aciẽ mentis extendit. Iſte & euangeliſtis cæteris, vel ab humano Saluatoris ortu vel à typico legis ſacrificio, vel à prophetico præcurſoris Baptiſtæ pręconio reſurrectionis

D Euangelium exorſis, altius volans penetrauit & cælos. Neque in Angelis ſtetit, ſed Archangelos quoq; & omnes deſuper creaturas, Virtutes, Principatus, Dominationes, Thronos, ſupergreſſus, in ipſum ſe creatorem ardua mente direxit, & ab illa ineffabili generatione ordiens, & coæternum & conſubſtantialem, & coomnipotentem, & coopificem Patri Filium nunciauit, in ſpiritu ſancto Deo Deum cernens, quia in ipſo Trinitas diuinitatis impletur, & vna Trinitatis diuinitas cernitur. *SS. Trinitatis deſcriptio.* Spiritus enim Dei ſicut & Verbum Dei, Deus vterque in vno capite permanentes, & ex vno Patris fonte manantes, ſed Filius naſcendo, Spiritus

E procedendo, ſalua quiſque perſonarum ſuarum proprietate diſtincti potius quàm diuiſi erunt. Ioannes igitur beatus Dominici pectoris accubator, qui ſenſus creaturis omnibus altiores ex ipſo creatricis omnium rerum corde ſapientiæ biberat, inebriatus Spiritu ſancto, qui ſcrutatur etiam alta Dei, ab ipſo intimo & infinito omnium principiorum Principio euãgelij fecit exordium, quo vno omnia diaboli quæ in hæreticis latrant ora clauduntur. Et prima Arrij lingua pręciditur: ſed & Sabellij blaſphemiæ vacuantur, cùm eadem Piſcatoris noſtri ſentẽtia & vnitas diuinitatis in Patre & filiò & diuiſio perſonalitatis exprimitur. Eodem capitulo & Fotinus humani tantum in *Initiũ Euangelij ſecundum Ioa. omniũ hæreticorũ ora occludit.*

Chriſto

Chriſto exordij demens magiſter exploditur: &, A
Marcion qui Deum Legis & euangelij diſcernit,
extinguitur: & Manichæus veri creatoris negator
& falſi confictor, obteritur: ſubtexta illico eiuſdẽ
ſnpercæleſtis euangelij voce confuſus. Supercæ-
leſte hoc euangelium dixi, quia exordium eius ab
ea origine quæ ſuper omnes cælos, & ante omnia
ſecula eſt, inchoatur, quia de hoc Dei Verbo Deo
Ioa. 1. andiuit: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo
factum eſt nihil. Gnoſticum verò, falſæ ſcientiæ
nomine gloriantem, & omnem peruerſæ mentis
intellectum in aëria quædam phantaſmata velut
ſpiritali corporalium rerum imaginatione ver-
tentem, ad fidem carnis in Chriſto cogit idem au- B
ctor, cùm de eodem Verbo quod erat apnd Deũ
Deus, dicit: & Verbum caro factum. Non ta-
men vt alij quidam ſerpentium ſibilare dicuntur,
ita caro factus, vt à ſua natura migraret in noſtrã,
ſed vt remanens quod erat, propter nos inciperet
eſſe quod non erat. Nimium lõgè prouehor, dum
vnanimitatis tuæ indulgentia ſic abutor, vt nec
multiloquio fatigare te, nec inſipientia errare a-
pud te verear. Scio enim quia cùm ſis ſapiens, li-
benter tamen inſipientem tuum portas, per eam
charitatem quæ omnia ſuſtinet, & nunquàm ex-
cidit. Dicam tamen iam mihi vt cuſtodiam vias
verbi mei, ne delinquam in lingua mea, ſed paucis C
deſcendam in Cardamatem, id eſt, Aſaëlem no-
ſtrum, cuius pedes tanquam cerui perfeciſtis, re-
nouando ſicut aquilæ iuuentutem eius per abũ-
dantiam dilectionis veſtræ, qua illum reſpectu
humilitatis noſtræ ſuſceptum conſtituiſtis in a-
triis domus Domini, vt plenius homini liber eſſet,
cum Chriſti libertus eſſe cœpiſſet: hac illum pie-
tate feciſtis refloreſcere, non ſolùm ſpiritu, ſed &
corpore, vt etiam ipſe de viſceribus veſtris reple-
tus affectu quo nos diligitis, deſideria veſtra no-
bis adferat, & viciſſim noſtra ſoletur, & tantis in-
ter nos regionum interuallis propè ſolenniter cõ
means, propter verba labiorum veſtrorum cuſto- D
diat vias duras. Credimus quidem illum de ipſis
quas gerit literis ſanctitatis veſtræ, pennas tan-
quàm columbæ aſſumere, & præterea de oratio-
nibus veſtris virtutem pedum, qua ad nos perue-
hatur accipere. Sed tamen ei de hac ipſa gratia
congratulamur, qua poſitus eſt in tantæ miniſte-
rio charitatis, vt in libertate ſeruiat, in ſenectute
diſcurrat, & requiem vacationis emeritæ malit in
peregrinationis labore quàm in domeſtica ſede
conſumere, quia pigrorum vias ſpinis ſtratas cal-
care declinat, ne conuertatur in ęrumnam, dum ei
de inertiæ infructuoſo otio, miſeræ ſolicitudinis
ſpina configitur. Exultat itaque impiger ad cur- E
rendam viam, ne illi ſegne otium conterenti, pe-
Inopia, pigrorum pediſſequa. diſſequa pigrorum inopia, tanquam bonus cur-
ſor occurrat. Veniens autem ad nos quanto per-
fundit & implet animam noſtram gaudio bonis
de ſoſpitate veſtra nuncijs impinguat oſſa noſtra,
& fit vox lætitiæ in tabernaculis noſtris, cùm re-
fectis exoptata conſolatione mentibus, dicimus:
dominus memor fuit noſtri & benedixit nos. E-
xultemus & lætemur in eo, qui dat votum optan-
ti, & deſiderium animæ noſtrę tribuit nobis, qno-
niam præuenit nos in benedictione dulcedinis.
Quæ enim nobis nũc benedictio dulcior aut dul-
cedo ſuauior, quàm fructus & conſolatio chari-
tatis, quæ à literis veſtris maxima nobis datur? In
quibus pignora quædam, & oris veſtri & cordis
amplectimur, quia eloquia veſtra partus animæ
veſtræ ſunt. Ex abundantia enim cordis os loqui-
tur. Ideo Cardamatem & aduenientem in veſtro
ſermone diligimus, & noſtro commendamus ab-
euntem. Dignus eſt enim cuius ſenectus in miſe-
ricordia vberi requieſcat, qui pro charitate &
deſiderijs & officiis laborat. Præterea quòd ma-
gis in eo, qnàm ipſam in canis eius velocitatem
mirati ſumus, ita de nomine Exorciſtæ ad fruga-
litatem profecit: vt propè quotidianus eſſe nobis
conuiua non fugerit: & cùm raris & minutis cali-
cibus aſpergeretur, quibus labra ſumma vix tin-
gueret, nihil de vacui ventris aut ſicci gutturis in-
iuria querebatur. Prorſus per omnia Cardamas
nobis tam bellus apparuit, vt Cleritum probabi- *Cleritum probabilem pro nõ malo, ſiue ſatis vel mediocriter probo.*
lem hominibus, & Exorciſtam dæmonibus terri-
bilẽ videremus. De cætero, frater, & ipſum & om-
nes noſtros & nos ipſos commendamus vobis, vt
per vos Domino commendemur impenſis ora-
tionibus, vt & noſtrorum omnium libertas Do-
mino æterno ſeruiat, & noſtra ſeruitus in Chriſto
libertatis æternæ meritum conſequatur.

EPISTOLÆ XXIIII. ARGVMENT.

Gratulatur primùm Amando, priſtinæ ſanitati reſtitutum ex graui & longa ægritudine, communem vtriuſque patrem Delphinum Epiſcopum: deinde & confectum Baſilij presbyteri negotium eius interceſſione apud fratres Aligannenſes, quibus vt ea de re gratias agat, illum precatur.

Sancto & meritò venerabili Fratri
Amando, Paulinus.

EXcepimus Cardamatem in gaudio
charitatis, & benedictione dulce-
dinis afferentem nobis omnia bona,
literas indices ſanitatis veſtræ, læti-
ficantes corda noſtra, & dulciores
ſuper mel & fauum. Quarum ſuauitas ſicut oleum
penetrauit interiora noſtra: exultauerunt oſſa
humiliata, & in voce exultationis diximus Domi-
no: ſuſcepimus deus miſericordiam tuam, qua li-
beraſti pauperem de potente, & humilem de ma-
nu fortioris eius. Concurrebant vndique in ani-
mum cauſæ gratulationum, quòd accipiebamus
literas veſtras, quòd noſtri memores probaba-
mus, quòd ad votum noſtrum audiebamus inco-
lumes, quòd Dominum meum patrem noſtrum
†ex graui & longa infirmitate ſanatum cognoſce- *† Delphinum Epiſcopũ Burdegalenſem intelligit, vt videre eſt ex initio Epiſt. 22.*
bamus. De vtroque veſtrum pariter lætificati ſu-
mus, quia ſicut eadem eſt tribulatio quæ illum
corpore & corde confecerat, ita & eadem viſita-
tio quæ illi diuinam opem ſupra lectum doloris,
& tibi refrigerium ſecuritatis in cubili compaſ-
ſionis attulerat: ſed nihilominus cogitantes nos
illius ægrimonias & animum tuũ, ſtimulabat nos
noſter affectus, quòd in illo tribulationis veſtræ
tempore forſitan ſani atque etiam læti fuiſſemus;
ſed gratias Domino, qui ignorantiæ culpam rela-
xat, nec vt meruimus fecit nobis, præueniens tri-
ſtitiam noſtram gratulatione, cùm ita prouidere

dignatus eſt, vt ægritudinis veſtræ fugam eodem A indice noſceremus qui pariter nunciaret & reditum ſanitatis. Quid de illo veſtræ ſanctitatis opere dicam, quo tantum nobis etiam ad præſentis gratiæ cumulum, quantum vobis ad mercedis æternæ copiam contuliſtis? Id eſt de ſancti presbyteri Baſilij negotio, cuius planctum conuertiſtis in gaudium, & ſenectutem compoſuiſtis in miſericordia vberi. Facta eſt in tabernaculo eius vox lætitiæ & ſalutis, neque ceſſat cum tota domo ſua gaudens, conſonis eccleſiæ gratulationibus, benedicere Dominum qui reſpexerit humilitatem eius & religauerit contritiones eius, & eos qui gratulabantur malis eius confuſione perfuderit: B ipſum verò conſciſſo triſtitiæ ſacco, lætitiæ vigore præcinxerit: vnde pro ipſis fratribus noſtris †quos antè rogare popoſceramus, nunc vnanimitatem veſtram petimus, vt eos vltra ſolitum affectum diligatis, & ſi fortè ipſi Burdigalam vt ſolent venerint, præſentibus gratias etiam de noſtrorum ſenſuum ac viſcerum affectione reddatis: aut ſi tarda fuerit eorum copia, cum prima adfuerit occaſio dignamini eis gratulationem debitam & meritam benedictionem operis ſui mittere, vt ſciant & intelligant quàm acceptum Deo ſacrificium dederint hac obedientia fidei ſuæ, qua petitionem noſtram in veſtro interuentu exorabiles C receperunt, nobis quidem gaudium præſens de ſua deuotione præſtantes, saluti ſuæ æternum cōmodum prouidentes. Nam etſi debitum fecerint agnoſcendo iuſtitiam, vt alienum reddi iuberent, tamen gratia largiter habenda digni ſunt, pro ipſo bonæ voluntatis affectu quo potuerunt tranſgredi & non ſunt tranſgreſſi, & maluerunt id facere quod expediebat quã quod licebat, & quòd tam abſoluto & puro corde nobis parere dignati ſunt, vt de beneficio eorum diſputari non poſſet. Quãdoquidem domum ſuam, ſancto presbytero, etiamſi propriam non probaret, reſtitui tamen ſine difficultate iuſſerunt, vt eam ſi de iure non poſ- D ſet, de illorum tamen munere poſſideret. Neque perdiderunt huius tam ſanctæ liberalitatis gratiã: nam vir ipſe ſanctiſſimus cui Dominus iuxta meritum vos interuentores prouidit, ita gratulatur & prædicat tãquam indebitum munus acceperit. Sed ipſis fratribus noſtris modò reſpondere diſtulimus, quia per ipſorum homines ſæpius de Campania commeantes, opportuniores occaſiones non deerunt, quæ ſtatim ad ipſos vbicunque ſunt dirigant. De Cardamate ipſo non modicam nos vnanimitati tuæ gratiam debere profitemur, quem non ſolùm miniſterio prouectum, ſed & ſpiritu proficientem recipimus. Nam cùm in die- E bus Quadrageſimæ aduenisset, & eum vt clericũ fraterno excepiſſemus affectu, quotidiana ieiunia non refugit, & pauperem menſulam veſpertinus conuiua non horruit. Et quod magis mirum eſt, calicibus noſtris contentus fuit, vt intelligeremus illum apud ſanctitatem veſtram è mandato ſicut eſt Apoſtoli erudiri, nec iam modio, ſed modico vino vti, quo non venter diſtenditur ſed cor lætificatur. Inebria, ad ſobrietatem, ſpiritali crapula ructantem Deo hymnum, quem non ſolo ore vocalis, ſed & tacito corde decantat, qui voluntatẽ Domini fideli recepit auditu, pio narrat eloquio & ſtrenuo implet effectu. Benedictus dominus

Baſilius presbiter.

† Fratres Alingonenſis Eccleſiæ intelligit.

De hac S. Paulini, pro Baſilio Presbytero petitione, vide fine Epi. 21.

Quadrageſima ieiuniũ, veſpera ſoluebatur.

A qui facit mirabilia, qui conuertit rupem in aquas, Cardamatem, & clericum fecit vt vidimus, & ſobrium vt credimus. Nam vt ſolennitas Paſchalis reuocauit dies prandiorum, incipiebat nobis circa meridiem murmurare dicens: Exaruit ſicut teſta guttur meum, & lingua mea adhæſit faucibus meis: defecit anima mea & venter meus, & à fame & à ſiti adhæſerunt oſſa mea carni meæ: reſpondebatur illi quidem: fili in humilitate ſuſtine, & concupiſcentia ventris non apprehendat te, quia non in pane ſolo viuit homo, ſed in omni verbo Dei. Ille autem ſicut ſurdus non audiebat, & ſicut aſpides ſurdæ obturabat nobis aures ſuas, ſed fru- B ſtra ad prãdium cupiebat implere ventrem ſuum, & nemo illi vel ſiliquam dabat donec ad veſperum declinaret dies, & hymno dicto, quamlibet triſtis de fame prandij, placaretur nobis de refectione cœnandi. Sed ne diutius iocando videamur iniuriam facere, grauitati eius quæ iam ſtillicidijs poculorum magis lætatur quàm in ebrietate riuorum, de commodis eius ſerò loquar, mulierem ſuam debilem, & ideo inutilem ſibi aſſerit: quod ſi ita eſt, peto vt ei aliquod mãcipiolum præſtetur.

Paſchalis ſolennitas reuocat dies prandiorum.

Mat. 4.

EPISTOLÆ XXV. ARGVMENT.

C *Fatetur ſe contriſtatum & confuſum quòd cũ eſſet Victricius confeſſionis & fidei Catholicæ, & per tanta terrarum ſpatia Romã perueniſſet, Nolã vſque non diuertiſſet ad eum: Accepta verò eius per Candidianum epiſtola quidem breui, prorſus recreatum.*

SIcut aqua frigida ſitiẽti, & bonus nũcius de terra longinqua, ita nobis refrigerio & refectioni fuit eloquium ſanctitatis tuæ, quod per D epiſtolam breuẽ quidẽ verbis, ſed charitate prolixam in manu chariſſimi portitoris accepimus, hoc eſt filij noſtri Candidiani, cuius gratiæ cõgratulati ſumus, quia propter verba labiorum ſanctorum, prompto ſpiritu impigrum caruis infirmæ iumentum angariauit in vias duras, non virtute ſed fide fretus: & ſine dubio per orationes tuas, quaſi pennas columbæ aut pedes cerui ad implendum charitatis miniſterium roboratus accepit, & inde in paruo corpore quaſi gigas factus exultauit ad currendam viam, & repleuit animam noſtram benedictione dulcedinis, afferens nobis epiſtolas deſiderabiles E ſuper aurum & lapidem pretioſum nimis, & ſupra mel & fauum dulces. Quibus mentem noſtram de peccatis amaram quaſi myrrham illam in manu Moyſi per lignum myſterij: ita beatitudinis tuæ ſanctus & dulcis adfatus, in dulcedinem lætitiæ, ſpiritali ſuauitate mutauit. Nam & inde triſtati amaritudinem duxeramus, quòd ex Vrbe ad nos ſicut ſperabamus breui itinere non veneras, qui ad Vrbem per tanta terrarum ſpatia perueneras. Fateor enim me huius boni damno, non ſolum contriſtatum, ſed & confuſum fuiſſe. Nunquam enim magis mihi ipſi, ne dicam aliis, manifeſtata fuerant peccata mea, quàm quòd mihi de tam proximò vultus tui lumen inuiderant. Nunquid enim

Candidianus.

enim Dei manus quæ tam longè te perduxerat, propè non valuiſſet adducere? Sed peccata noſtra grandi muro deſideriis noſtris oppoſita, inter nos & te ſeparauerunt. Væh mihi miſero peccatori immunda labia habenti, qui audeo dicere, te prope nos, vel nos prope te fuiſſe, cùm etiam ſi ad nos vſque veniſſes, æque tamen à ſanctitate tua lõgè fuiſſemus: Neque enim locis potuiſſet æquati aut coniungi tanta virtutum diſtantia, & longinquitas meritorum. Veruntamen fructibus ſanctitatis tuæ opus iſtius pietatis acceſſerat, & merces in cælo tua de tam pio labore creuiſſet, ſi & circa infirmitatem noſtram, facie & manu tua, comminus viſitandam, verbum illud Domini ſalutaris impleſſes, quia non eſt opus medico ſanis, ſed male habentibus. Nolo te enim, benedicte vir Domino, ita ſecurum eſſe de nobis, vt putes iam ſanatos eſſe omnes languores animæ noſtræ, in quibus Domino peccauimus, & peccamus. Quamlibet ipſe ſummus vnguentarius qui & remedia ſalutis noſtræ conficit varias vnguentorum ſalutarium atque virtutum ſuauitates, medicamentum vitæ noſtræ non ſolùm de effuſione Spiritus ſui, ſed etiam de corporis noſtri aſſumptione confecerit, factus (vt ſcriptum eſt) pro nobis peccatum per ſimilitudinem carnis peccati in veritate carnis noſtræ, vt de peccato damnaret peccatum, hoc eſt, radicem peccati noſtri, ipſe peccati liber de materia prius peccatrice damnaret, delens illud quod aduerſum nos erat mortalis edicti chirographum per ſanguinem paſſionis ſuæ, & inimicitiã qua ſeparabamur à Deo peccatis interuenientibus, interfecit in ſemetipſo, & triumphauit põteſtates aduerſarias carne ſua, dans nobis exemplum viuendi atque vincendi in nobiſmetipſis ſpiritales & inuiſibiles inimicos ſpiritali & inuiſibili prælio quod geritur inter legem mentis & legem carnis, captiuare nos nitentem in legem peccati: ſed ora Deũ & exora, vt apprehendat arma & ſcutum, & exſurgat in adiutorium nobis, & dicat animæ noſtræ, ſalus tua ego ſum: Ne fiat via noſtra tenebræ & lubricum, & operiat nos vmbra mortis, & dicat inimicus, præualui aduerſus eos: Te verò, tendente pro nobis arcum orationis, non conuertemur in arcũ peruerſum. Exſurgat in nobis Deus, vt diſſipentur inimici noſtri, quia propter miſeriam inopum & gemitum pauperum, quorum participes ſumus, exſurrexit Dominus, vt auerteret mala noſtra inimicis noſtris, & ſaluos faceret peccatores, quorum præcipui ſumus; ſicut infirmi ſeruorum Christi, qui nec ea quæ debemus facere poſſumus, cùm & ſupra debitum legis aliquod voluntarium munus adiicere debeamus de affectu noſtro, vt magiſter ipſe fecit, cuius tu imitator es, qui poteſtatem habens de euangelio viuendi, noluit tamen vti poteſtate ſua, & abutens licito hãc occaſionem ſibi cumulãdæ apud Chriſtum mercedis inuenit, vt euangelium ſine ſumptu poneret. Tua verò ſanctitas non ſolùm de abuſione licitorum & abſtinentia cõmmodorum viſibilium chriſtianæ paupertatis diuitem gloriã tenet, ſed ſicut comperi, etiam de multitudine aduerſantium & tolerantia tentationum, quoniam inſurrexerunt in te teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Sed nodus in ſcirpo, & næuus in lumine non potuit inueniri. Non enim ſub modio

A latebat lucerna tua, quæ eminet & ſplendidè fulget ſupra candelabrum ſanctum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt, & multis Domino accẽdẽdis luminaribus fomes exiſtat. Et ideo inconcuſſũ, & ſtabile permanſit candelabrum tuum, quia manibus humanis impellebatur vt caderet: non autẽ merebaris, vt illius manu in ruinam commoueretur, qui habet ſeptem ſtellas, & ambulat inter ſeptem candelabra aurea, habens in ore gladium bis acutum, quo armauit dexteram mentis ſuæ, vt vtriuſque teſtamẽti faſce, candentia inimici iacula victor extingas, & cadant à latere tuo mille; & dena millia à dextris tuis, tibi autem non appropinquent, quem inexpugnabili ſcuto teget

B veritas Dei, vt arcus eorum infirmentur, qui in te dicuntur acuiſſe linguarum machæras. Sed vt ſagittæ paruulorum, ita infirmati ſunt ictus eorum, nec potuerunt in corpore armis Dei potentibus ſepto locum vulneris inuenire. Dominus enim protectio tua, & Dominus illuminatio cordis tui. Qui te in ſpiritu veritatis inſtruxit, vt in doctrina Pauli magiſter ſis gentium, cùm fide & veritate, non in inflatione ſcientiæ, neque in ſublimitate ſermonis annuncias myſterium Christi, ſed nihil te iudicans ſcire inter homines niſi Chriſtum Ieſum, & ipſum crucifixum. Cùm ergo fides & con-

C feſſio tua (vt credimus atque confidimus) coæternam Trinitatem vnius diuinitatis & ſubſtantiæ & operis & regni eſſe teſtetur, cumque Patrem Deũ & filium Deum, & Spiritum ſanctum Deum, vt eſt, qui eſt & erat & venturus eſt, qui miſit te ſicut Moyſem & Apoſtolos euangelizare gẽtibus bona Domini, quod ita vt ipſe à Deo doctus es doces, vnitatem Trinitatis ſine confuſione iungens, & Trinitatem ipſius vnitatis ſine ſeparatione diſtinguens, ita vt nulla alteri perſona conueniat, & in omni perſonarum trium Deus vnus eluceat, & tantus quidem Filius quantus & Pater, quantus & Spiritus ſanctus, ſed ſemper quiſque

Fides & confeßio Catholica de Trinitate.

D ſui nominis proprietate diſtinctus, indiuiduam retinet in virtutis & gloriæ æqualitate concordiã. Certi autem ſumus, quòd & Filium Dei ita prædicas, vt eundem & filium hominis confiteri non erubeſcas. Tam verè hominem in noſtra natura, quàm vere Deum in ſua, ſed filium Dei ante ſecula, quia ipſe eſt Dei Verbum, Deus qui erat in principio apud Deum, æquè Deus coomnipotẽs & cooperator patris. Per ipſum enim omnia facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et hoc verbum, pietatis immenſæ myſterio, caro factum eſt, & habitauit in nobis. Non autem caro tantùm corporis noſtri, ſed homo totus & corporis noſtri & a-

E nimæ adſumptione: Animæ autem rationalis, quę iuxta naturale opificium Dei habet inſitam mentem, alioqui in tenebris Appollinaris errauimus, ſi hominem adſumptum Deo animam mentis humanæ vacuam, qualis eſt pecorum & iumentorum dicamus habuiſſe, & eum hominem quem ſuſcepit Dei filius, qui neceſſe eſt ea veritate qua veritas eſt, & qua creauit hominem totum ſuſceperit, vt opus ſuum plena ſalute renouaret. Nulla eſt autem ſalus noſtra niſi plena eſt, quia non hominẽ, ſed aliud neſcio quod irrationabilis creaturæ animal ſuſcepit Dei filius, ſi mentem ſuam propriam hominis adſumpti anima non habuit, & contra naturam generis humani ille potiſſimum primo-

Appollinaris tenebra ſiue hæreſis.

genitus omnis creaturæ bomo in formam perfectionis humanæ adſumptus, intantum mente ſua indiguit, vt non de humano ſed de diuino ſpiritu mentem habuiſſe dicatur. Quod illorum ore dicitur, in quorum corde concipitur hoc venenũ, vt & veritas mentita ſit. Sed prope te & in te eſt verbum veritatis & veritas Dei, neque indiges Spiritu ſancto, qui Dominum Ieſum Dei filium, Deum in gloria Dei patris, & ad dexteram virtutis, regẽ regum manere, & ex reſurrectione mortuorum iudicem viuis & mortuis adfore confiteris & credis & prædicas. Memento noſtri & gloriare ſecũdum Apoſtolum, quia hæc in breui tentatio, in æternum tibi gloriæ pondus operata eſt, & repoſuit tibi coronam iuſtitiæ, quam accipies de manu Domini, & in victoriæ materiam tibi bellum excitari permiſſum eſt, vt & tibi ſecundum beatũ Paulum doctorem tuum liceat gloriari in paſſiònibus tuis, & dilatato ſuper inimicos tuos ore dicere, qnomodo laboraueris in longanimitate, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ à dextris & ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt ſeductor & verax, ſicut ignotus & ecce agnitus, quaſi caſtigatus & non mortificatus, quaſi triſtis, ſemper autem gaudens, ſicut egens multos autem locupletans. Nam bæc ipſa tentatio ſanctitatis tuæ multis in profectum euangelij venit. Quia nemo in te confuſus eſt, elucente gratia Chriſti & veritate fidei tuæ, non ſolnm in directioоe doctrinæ tuæ, ſed etiam in virtute conuerſationis, quæ in cælis eſt. Non eſt enim (inquit) regnum Dei in ſermone, ſed in virtute. Quid ergo quæritur, cùm in te, id quod & verbo præſtat, emineat? Quis enim dubitet in eius ſpiritu fidem veritatis habitare, in cuius vita videt fidei extare virtutem?

EPIST. XXVI. ARGVMENTVM.

† R. P. ac D. Surius, To. 4. Hi. ſanctorũ, ad 7. diẽ Aug. S. hunc Victricium Rothomagenſium, non autem Morinorũ Epiſcopũ inſcribit.

†Gratulatur S. Victricio, vberem & fœlicem apud Morinos, Neruios & Rothomagenſes, vtriuſque ſexus, in Chriſto, Monaſticam ſobolem, cui perfectæ virtutis & fidei formulam oſtenderit. Porrò conſtantem eius in perſecutione confeſſionem grauiter & eloquenter exponit.

QVOD optantibus aliquandiu non contigerat, id repente inſperantibus, Domino donante prouenit, vt occaſio nobis ad venerandam ſanctitatem tuam ſcribendi per domeſticum fidei & eum potiſſimum fratrem qui in Domino tuus pariter ac noſter eſſet, daretur. Accidit enim Romæ nobis ad celeberrimum oatalis Apoſtolici diem concurrere, benedictnm diaconum fratrem noſtrum Paſchaſium, quem pręter gratiam fraterni in ſacro miſterio contubernij, hoc venerabilius amabiliuſq́ue ſuſcepimus, quod de ſanctitatis tuæ clero, & corpore & ſpiritu eſſe cognouimus. Sed fatemur violentiam noſtram, qna illum de vrbe ad ſanctitatem tuam redire cupientem, quamuis feſtinationem piam iuſtiſſimi deſiderij probaremus, tamen in tuo amore complexi Nolam perduximus, vt & hoſpitium illic humilitatis noſtræ, quædam, per illius ingreſſum, tui ſpiritus aura benediceret, & diutius quaſi quadã tuæ gratię portione ſtueremur, videntes & tenentes eum, quem & inſtitutionis tuæ diſcipulum & viæ comitem, modeſtia morum, cordis humilitas, manſuetudo ſpiritus, fides veritatis, & ſermo in omnibus ſale conditus probabat. Itaque da veniam fratri noſtro in nobis vel nobis in illo, quia ſiue illius tarditas arguatur, ſiue pręſumptio noſtra culpetur, vtrumque delictum charitas Domini excuſabit tibi, qua vel ille nobis parere compulſus eſt, vel nos eum non timuimus inuadere, & pro noſtro iure retinere, non arrogantia peruicaci, ſed corde puro & fide non ficta, noſtrũ credentes eſſe quod tuum eſt: teq́ue ita viciſſim reputatutum non ambigentes, vt illum non abſuiſſe tibi duceres, eo tempore quo nobiſcum fuiſſe cognoſceres. Nam etſi regionum interuallis corporaliter diſparamur, ſpiritu tamen Domini, in quo viuimus & manemus, vbique effuſo coniuncti ſumus, vt vnius corporis membra & cor vnum & vnam animam habentes in vno Deo. Quam ob rem ſpiritali ſpeculo mentem erga nos tuam conſiderantes, noſq́; cõnexos inuicem tibi de affectione noſtri pectoris vendicauimus nobis, vt vnanime animum tuũ in fratre retinendo gratia Domini quæ tibi largiter data eſt id ipſum operante, vt in corporis etiã tui membris & in veſtimenti tui fimbriis diligaris, quamuis multos morarum illius dies perdiderimus, dum corripiente nos in ſua miſericordia Domino, ad emendationem ſpiritalem, carnali ægritudine verberabamur. Sed qui conſolatur humiles, & ſanat contritos corde, conſolatus eſt nos nos in præſentia fratris noſtri benedicti Paſchaſij. De qua dum refrigerabamur in ſpiritu, etiam corpore reficiebamur. Amicus enim bonus medicina cordis eſt: & bene, duobus in vnum coactus, Chriſtus interſtat. Neque verò infirmitate tantum noſtra contribulatus & compaſſus eſt, ſed in noſtri chariſſimi filij Vrſi, quem comitem indiuulſum peregrinationis ſuę habuerat, grauiſſimo languore diu confectus eſt. In quo & fidem eius & charitatem in Domino plenam perſpeximus. Nam quantum ille laborabat in corpore, tantum hic in ſpiritu macerabatur. Et ideo reſpexit illũ Dominus in huius humilitate, cumulans & hoc beneficium, vſque ad mortem infirmatus, fide tamen & labore Paſchaſij quem Dominus experiri voluit, potentiam apud ſe ſancti ſui confeſſoris dilectiſſimi Felicis Domioedij noſtri, de periculo inueniret ſalutem. Per huius enim ipſius manus genitus, in lectulo baptizatus redit. Præſtabit idem Dominus qui illum orationibus ſancto fratri noſtro Paſcaſio, & ſollicitudini cum eo noſtræ & imprimis eccleſiæ tuæ, & proculdubio ſemper in tuis vbilibet poſitis reſpiciens, redonauit, perducat in conſpectum tuum incolumem & ſaluum & liberum peccato, ſeruũmque iuſtitię. Non ambigimus & ipſum ſi ad te meruerit peruenire, magna fidei incrementa facturum patre Paſchaſio, & te amborum magiſtro. †Notum enim nobis fecit Tytius tuus clariſſimus frater & fidelis miniſter in Domino, non quidem te magis, quàm in te Deum prædicans, quanta Dominus per te lumina in obſcuris antè regionibus accendiſſet, qui edu-

çens

Paſchaſius diaconus.

Paſchaſius

Vrſus.

† Ab hoc loco tranſcripſit. R. P. Surius, Hiſt. ſanctorũ. To. 4.

ceu nubes ab extremo terræ, te quoque in lucem populi ſui de extimo Orbis eduxit, & clarum ſulgur in pluuiam vberem fecit. Sicut terra Zabulon quondam & Neptalim viâ maris trans Iordanem Galilææ, & qui ſedebant in regione vmbræ mortis lucem viderunt magnam: ita & nunc in *Morini.* terra Morinorum ſito orbis extrema, quam barbaris fluctibus fremens tundit oceanus, gentium populi remotarum, qui ſedebant in latebris, viâ maris arenoſa, extra Iordanem, antequam pinguescerent fines deſerti in ea, orata ſibi per tuam ſanctitatem à Domino luce, gaudentes corde, aſpecta Chriſto intrante poſuerunt, vbi quondam deſerta ſiluarum ac littorum pariter in tota aduenæ Barbaria aut latrones incolæ frequentabāt, B *† forte, in totum aduenæ Barbari.* nunc venerabiles & angelici ſanctorum chori vrbes, oppida, inſulas, ſiluas, Eccleſiis & Monaſteriis plebe numeroſis, pace conſona celebrant. Quod quanquam totius Galliæ populis & vbique gentium Chriſtus operetur, qui totum orbem circuit, quærens dignos ſe, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert, & in viis directionis oſtendit ſe hilariter & omni prouidentia occurrit amatoribus ſuis: tamē in remotiſſimo Neruici littoris *Neruij.* tractu, quem tenui antehac ſpiritu fides veritatis afflauerat, & potiſſimùm in vas electionis excerpſit, in te prima refulſit, clarius inualuit, ardentius & propitius apparuit, & in quo, ſanctificaret illic C nomen ſuum, & per cuius nomen etiam ſolis ab occaſu in omnem terram ſonus eius exiret adſumpſit. Denique nunc Rhotomagum & vicinis antè *Rhotomagū ſacris locis nobile.* regionibus tenui nomine peruulgatum, in longinquis etiam prouinciis nominari venerabiliter audimus, & inter vrbes ſacratis locis nobiles eum diuina laude numerari, haud immeritò, cùm tot illic, qualis in Oriente memoratur, [illegible] faciem, Apoſtolorum quoque præſentia [illegible] tuæ ſanctitatis adduxerit, qui peregrinam memoriis ſuis vrbem affectu ſanctorum ſpirituum & effectu operum diuinorum ſedibus ſuis comparant, D qui in te ipſum aptiſſimum ſibi diuerſorium repererunt. Iuuat videlicet amicos Dei & principes populi veri Iſrael, id eſt, populi appropinquantis ſibi in ea vrbe remorari & cooperari tibi, in qua cum Angelis ſanctis continua diebus ac noctibus Chriſti Domini prædicatione mulcentur. In qua illis per deuotiſſima fidelium corda famulorum, plurimæ virtutes amicæ, gratam requiem & familiare metantur hoſpitium. Vbi quotidiano ſapienter pſallentium per frequentes Eccleſias & Monaſteria ſecreta concentu caſtiſſimis ouium tuarum & cordibus delectantur & vocibus, & nunc illos intemerata virginitas in ſacri E corporis templo tenet, vt in viſceribus pudicis requieſcente Chriſto hoſpites faciat. Nec minore eoſdem volūtate ſanctis operibus & pio miniſtrata expugnata noctu diuq; famulantiū viduarum paſcit integritas, vel ſubiugatorum Deo coniugū arcana germanitas, quæ orationibus ſedulis lætū in operibus ſuis Chriſtum ad viſitationem non iā maritalis thori, ſed fraterni cubilis inuitat, cùm ipſo ſanctiſque eius viciſſim mixta, concubitu caſtitatis, ſpiritibus, viſitantum immaculato amore confunditur: nunc verò per miſericordiæ viſcera reficiuntur, & in filiis pietatis atque iuſtitiæ cōquieſcunt, te in omnibus eruditionis tuæ filiis di-

Appendix.

A ligentes, & in te Chriſtū amantes: ac per hoc virtutes Dei, id eſt, potentiam in Chriſto ſuam in tua potiſſimùm ciuitate, vt conſortem te ſuum teſtentur, operantes. Gratia illi & gloria, qui opera manuum ſuarum non omittens omnem hominē vult ſaluum fieri, & in agnitionem veritatis venire, & *1. Tim. 2.* pedibus Euangelij toto orbe diſcurrens, te quoq; ſpecioſum verbi ſui pedem facere, in quo exultaret vt gygas ad currendam viam, & in præparationem euangelicam pacis ſuæ veſtigio calcare dignatus eſt, vt per te quoque ſuper aſpidē & baſiliſcum ambularet, & conculcaret leonem & dra- *Pſ. 90.* conem. Ac ne tam illuſtris lucerna ſub modio taciturnitatis obſcura latitaret, ſic te Apoſtolicæ ſedis eſ B ectu quaſi ſuper candelabrum ſublime conſtituit, vt tota domo multorum illuminatione luceres. Sed quibus te itineribus ad viam ſuæ veritatis adduxit? Carnalibus muniis ad ſpiritalia ſuæ virtutis inſtituens, creauit initiò militem, quē poſtea elegit antiſtitem: & paſſus eſt militare te Cæſarei, vt Deo diſceres militare, vt dum labore caſtrenſi corporis robur exerces, ſpiritalibus te præliis roborari, confeſſionis ſpiritum firmans & paſſioni corpus indurans, quod diuinæ prouidentiæ circa te fuiſſe conſilium, ingens poſtea exitus tuus & militia, & ingreſſus ad fidem docuit. Cùm C primo Chriſti amore ſuccenſus, ordinante ipſo Domino quandam operis ſui pompā per inſignē conſilio militari diem progreſſus in campum es, toto illo quem iam mente reſpueras, muniminum bellicorum præcinctus ornatu, cunctiſque mirantibus accuratiſſimos in te habitus ac terribiles apparatus repente obſtupefacto conuerſus exercitu ante pedes ſacrilegi Tribuni militiæ ſacramenta permutans, arma ſanguinis abiecisti vt arma pacis *S. Victricij conuerſio à ſeculo.* indueres, contemnens armari ferro quia armabaris Chriſto, & illico antiqui Serpentis inuidia con- *Cōfeſſio in perſequutione.* citato in furias Tribuno, diſtrictus in verbera & vaſtis fuſtibus fractus, nec tamen victus es quia D crucis ligno innitebaris, geminataque mox cor- *Tormēta talij.* pori pœna, acuto teſtarum fragmine, lauiata immanibus plagis membra, ſubſtratus † es, tunc mol- *† ſubtritus* lius fulciante Chriſto cuius tibi gremium lectulus erat, & dextra puluinar, vnde ad maiorem hoſtē needum vulneribus obductis incenſo potius eorum dolore quàm fracta virtute reparatus, fortior proſiluiſti, oblatuſque Comiti, de potentiore inimico glorioſiùs triumphaſti, nec auſis vltra diaboli ſatellitibus ſuperata ingerere tormenta, capitalémque ſententiam meditantibus, vt vel fine carnalis tuæ vitæ vinci deſinerent, Dominus noſter fortis & potens & inuictus in prælio, conſpi- E cuis mirabilibus, pectora quamlibet obdurata cōfudit. Nā carnifex qui in itinere quo percuſſorē tuū, ſacra victima, ſequebaris, ceruicē tuam inſultās minaciter atringēdi temeritate violauerat, quaſi ictus ſui locum præcurrente, gladiū manu palpās, excuſſis illico oculis cæcitate percuſſus eſt. O *Victricij carnifex cæcus fit.* Chriſti ineffabilis bonitas, quantū in ſuos oſtendit affectū! Iniuriā confeſſoris ſui non tulit impunitā, qui ſuis crucifixoribus rogauit ignoſci, cōtumeliā *Luc. 23.* martiris ſtatim vultus eſt, qui paſſionē ſuā noluit vīdicari. Sed ea ipſa ira, pietas eſt. Idcirco eīm vnus cæcatus eſt, vt plures illuminarētur, & ipſe forſitā q oculos carnis amiſerat, lumina mētis acciperet. Statī deinceps maiore documēto qui feralis cuſtodię

A ministerium triſte curabant, quas ipſi arctius innodatas & ad oſſa depreſſas, vel exiguũ rogantibus vobis beneficio relaxare noluerant, catenas conuerſa in conſpectu ipſorum prece veſtra ad Deum Chriſtum ſpõte de manibus abſolutis fluere viderunt, nec auſi renectere, quod Deus ſoluerat, ad comitem pauidi cucurrerunt, veritatẽ Dei pro Confeſſoribus confitentes, quod auditum religioſe & creditum Comes principi ſuo cum teſtimonio militum retulit. Et vt ipſius quoque repentina ad clementiam de furore conuerſio inter mirabilia Dei numeraretur, factus eſt in te prædicator Chriſti, in quo eſſe deuouerat perſecutor.

1. Reg.

B Puto & ipſum, tanquàm Saulem aliquando Spiritu ſancto Dominus impleuerat, quia & te ſicut Dauid ſuum diligebat: vt ſicut ille rex quondam dum ad prophetas perſequendos proficiſcitur affectus eſt, ita & Comes ille reſperſus gratia Domini, quæ de fidei tuæ abundantia redundabat, qui ad puniendum Confeſſorem venerat, & ipſe Confeſſor abſcederet: credidit enim, & quos tamen prædamnarat vt reos, laudans emiſit vt ſanctos, & teſtimonium perhibuit veritati, qui teſtes fidei punire cupiebat. Quid ergo miremur, tam potentem te eſſe meritorum, tam diuitem gratiarum, cùm hoc tibi fuerit virtutum in Chriſto rudimentum, quod longorum laborum paucis conſummatio eſt? dubitemus etiam nunc an perfectus ſis, qui de perfectione cœpiſti? Et ſi legitimè coronandus ſis agone decurſo, cùm currere cœperis à corona? Quis daret nobis pennas ſicut columbæ & volaremus ad te, & requieſceremus in conſpectu ſanctitatis tuæ, coràm in ore tuo Chriſtum Deum admirantes atque venerantes, tergeremus capillis pedes illius tuis pedibus, & lachrymis rigaremus, & in illis cicatricibus tuis quaſi dominicæ paſſionis impreſſa veſtigia lamberemus? Suauiora enim ſunt vulnera amici quàm oſcula inimici. Væh mihi miſero peccatori immunda labia habenti, cui fructus iſte non contigit, cùm in manu fuerit. Meminiſſe enim, credo, dignaris, quia ſanctitatem tuam olim Viennæ apud beatum patrem noſtrum Martinum viderim, cui te Dominus in ætate impari parem fecit. Ex illo igitur, licet breui notitia te attigerim, tamen magna dilectione complexus ſum, & quanta tunc licuit copia veneratus ſum ſanctitatem tuã, & me ac meos, qui te abſentes, tamen quia iungente Chriſto vnum ſumus, per me videbant, commendaui in æternum tibi, gaudeóque nunc quòd hoc ſaltem mihi gloriari licet, quia faciem tuam in carne viderim: ſed lugeo negligentiam infelicitatis meæ, quòd occaſionem tanti boni ignàrus amiſerim, & contenebrantibus me illo tẽpore, non ſolùm peccatis quibus etiam nunc premor, ſed & curis huius ſeculi quibus nunc propitio Deo liber ſum, ſacerdotem te, tantùm, quod in medio erat viderim, & quod inerat inſignius martyrem viuum videre neſcierim. Memineris, quæſo te, noſtri in illa die qua te innumera meritorum tuorum cohorte comitatum ornamentiſque felicibus comptum, & inſulis pariter atque adoreis coronatum, & niueas ſacratorum Antiſtitum vittas, & floridas confeſſorum purpuras occurrentium manus afferent Angelorum, teque ipſum vt argentum igne examinatum, & aurum in fornace ſeculi huius probatum, ipſe ſummus auri ſui argentique purgator accipiet, & vt pretioſam diademate ſuo Margaritam rex æternus aptabit, nec tuarum tibi tantùm præmia ſe debere virtutum iudex iuſtus agnoſcet, videns innumeros circa te ſanctorum vtriuſque ſexus greges, quos illa quotidie inſtitutis tuis generas, formulam omnibus perfectæ virtutis & fidei, ſicut & frater Paſchaſius † oſtendis. In cuius gratia & humanitate, quaſi quaſdam virtutũ gratiarumque tuarum lineas, velut ſpeculo reddente, collegimus. Verè tu beatus tot beatorum parens, tantæ meſſis ſator, centeſimum & ſexageſimum ac triceſimum fructum Deo fœcunditate tuæ terræ efferens, & mẽſuram parem de variis partuũ tuorum fructibus recepturus. Te altiſſimus inter regni ſui maximos nominauit, cui conceſſit facto æquare ſermonem, vt & doctrina tibi vitæ tuæ ſit, & vita doctrinæ. Quo fit vt nemo ſe audeat excuſare diſcipulus velut difficultatis imperio, cum prius adſtringatur virtutis exemplo.

Potens me ritorum.

Pſ. 54.

Luc. 7.

Prou. 27.

Meritorũ innumera cohors.

† R. P. Sanius legit, oſtẽdes, et vt opinor melius.

Mat. 13.

Mat. 5.

Facto æquare ſermonem.

EPISTOLÆ XXVII.

ARGVMENTVM.

C *Aper, ex forenſi primùm Aduocato, dein iudice, ad vitam monaſticam ſe conuerterat: hanc illi conuerſionem gratulatur S. Paulinus, & illius inſtituti obtrectatores, ex ſcriptura conſtanter & grauiter reprehendit.*

Sanctô & meritò venerabili ac dilectiſſimo Fratri Apro, Paulinus.

LÆtatus ſum in iis quæ ſcripſiſti mihi, & ſecundũ fidem tuam quã corde conceptam ore teſtatus es. Si me gratia Domini participem tanti Spiritus faciat, ſpero quia in D domum Domini ibimus, & quæ communi ſpe fideque præcipimus, pariter intuẽtes in facie veritatis, conſona exultatione cantabimus hymnum Deo noſtro, dicturi Domino: Credebamus quia cinis & terra eſſemus, ſi in hoc tempore ita confirmentur pedes noſtri in atriis Hieruſalem, vt terra & cinis eſſe actu & opere deſinamus, ita vt in ſpiritu humilitatis terram eſſe nos meminerimus, & eſſe fateamur Domino, vt per ipſum, quod damnatione peccati ſumus, de reconciliatione gratiæ non eſſe, mereamur. Beatus es frater & bene tibi erit, quia non carne & ſanguine, ſed ſpiritu cæleſtis Patris reuelante didiciſti, E quod te incõcuſſa fide tenere & libera voce profiteri, ſanctiſſimo, ad me epiſtolæ tuæ, fine firmaſti, Chriſtum Ieſum crucifixum, Dei filium Deum cui flecti omne genu terreſtrium, cæleſtium & infernorum, & quem ad dexterã virtutis & in gloria eſſe Dei Patris, omnis lingua confitetur. Hunc tu Dominum & Deum noſtrum quia non æſtimabitur alius ad eum, toto arcanæ pietatis myſterio amplexus, Dominum & Deum, Dei filium ante ſecula, factum ex ſemine Dauid in hoc ſeculo, & nunc ex reſurrectione mortuorum in ſpem æternitatis humanæ viuentem in ſecula, vt eſt, credis, & vt credis prædicas: & rudem eſſe te atq; infantem

Profeſſio Catholicæ fidei.

infantem ideo dices? Vere quidem ex parte credo A
paruulum eſſe te ſactum, ſed malitia:ſeoſu autem
te eſſe perfectum, de profeſſione fidei tuæ diſco,
quia veritatis agnitio quam apprehendiſti in ſer-
moue breuiato, ſapientiæ plenitudo eſt: & ideo
ipſe magiſter gentium vas electionis & vas Dei,
qui in ſe Chriſtum loqui, & ſe, ſpiritum Dei ha-
bere profitetur, non in ſublimitate ſermonis, ne-
que in legis ſcientia gloriatur, ſed omnem glo-
riam qua vel Iudæorum vel Philoſophorum ſa-
pientia inflatur, abieciſſe ſe & æſtimaſſe vt ſter-
cora proteſtatur, vt Chriſtum lucrifaciat, & il-
lius ſcientiæ damno, huius imperitiæ lucrum
1.Cor.2. conſequatur, vt dicat: Ego autem nihil noui ni- B
ſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum: in quo
quoniam omnis ſapientiæ & ſcientiæ plenitudo
atque perfectio comprehenditur, inſultans huic
Mundo, & literas eius totamque ſapientiam va-
1.Cor.1. nitate, celliore ſpiritu, deſpiciens, ait: vbi Scriba,
vbi ſapiens, vbi conquiſitor huius ſeculi? nónne
ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Cau-
ſamque huius erroris oſtendit, quo ita percuti
ſapientia huius ſeculi meruit, vt ſtultitia Deo ſit,
quia illi per arrogantiam ſapientiæ, tanquam ſuę,
cum nemo quicquam habeat niſi acceperit, ſtul-
titia videretur ſapientia Dei. Benè igitur ſecun-
dum iuſtitiam Dei, ſtultitiæ ac ſapientiæ, verſa C
vice, eò ſtulti eſſe damnantur, qui ſibi non de
Dei munere, ſed de ſuo quaſi proprio bono ſa-
pientes videntur. Quo magis gratulor vnanimi-
tati tuæ, quòd illam reprobatam Deo ſapien-
tiam reſpuiſti, & cum paruulis Chriſti quàm cum
ſapientibus Mundi habere conſortium maluiſti.
Inde iam & hanc gratiam mereris à Domino, vt
te, ſicut indicare dignatus es piè glorians, oderint
omnes: quod non fieret, niſi verus imitator Chri-
ſti eſſe cœpiſſes. Non enim odiſſet hic Mundus,
niſi quòd iam à ſe alienum & ſibi videret aduer-
ſum. Gaude & exulta iam in rudimentis tuæ vir-
tutis, perfectionis operator. Perſpicuum eſt, quàm D
fortiter credideris in Chriſto, cui iam donatum
eſt pro Chriſto pati: vide quid dicat ipſe Domi-
nus, & intellige quàm beatus ſis: nolite mirari
Ioa.15. (inquit) ſi vos Mundus odit, quia me prius odio
habuit. Si enim ex Mundo eſſetis, amaret vtique
Mat.10. Mundus quod ſuum eſſet. Et iterum: Non eſt ma-
ior ſeruus Domino ſuo: ſi patrem familias Belze-
bub dixerunt, quantò magis domeſticos eius? Vi-
de nunc ſi licet vt ſerui pro Domino recuſemus
pati, quæ pro nobis ſeruis ſuis Dominus antè ſu-
ſtiouit? O beata iniuria diſplicere cum Chriſto,
magis nobis timendus eſt amor talium quibus ſi-
Pſ.138. ne Chriſto placetur. Nónne qui oderant te (in- E
quit) oderam illos, & addidit: perfecto odio ode-
ram illos. Quod nobis cum horum ſocietate com-
mercium ſit, cum quorum ſorte diſcretio eſt? Me-
ritò gloriaris, venerantiſſime frater, & in exulta-
tione dicis, hinc te ipſum tibi credere, quòd Chri-
ſtianus ſis, quia te odiſſe cœperint qui diligebant,
& deſpicere qui timebant, & ipſe tibi conſcius es,
quia ſi tu ipſe tanti apud te eſſes, æquè vt ſolebant
& diligerent te & venerarentur. Gaude igitur &
exulta, ecce enim merces tua copioſa in cælis.
Non enim te, ſed illum qui in te eſſe cœpit o-
derunt, cuius opus eſt in te & humilitas quam
contemnunt, & caſtitas quam deteſtantur, in quo

A te bono Prophetarum eſſe Apoſtolorumque par-
ticipem lætus agnoſce & in Propheta cùm dicit: *Pſ.37.*
detrahebant mihi quia ſubſecutus ſum iuſtitiam:
& in Apoſtolo dicente: Facti ſumus omnium pe- *1.Cor.4.*
ripſema: & iterum eodem conteſtante: Quia po-
ſiti ſumus in hoc Mundo ſpectaculum omnibus
Angelis & hominibus. Ab initio ſeculorum Chri-
ſtus in omnibus ſuis patitur. Ipſe eſt enim initium *Apoc.1.*
& finis, qui in lege velatur, in Euangelio reuela- *& 21.*
tur, mirabilis ſemper & patiens, & triumphans in
ſanctis ſuis Dominus. In Abel occiſus à fratre, in *Chriſtus à*
Noe irriſus à filio, in Abraham peregrinatus, in Y- *ſeculo paſ-*
ſaac oblatus, in Iacob ſamulatus, in Ioſeph vendi- *ſus eſt in*
B tus, in Moyſe expoſitus & fugatus, in Prophetis *membris*
lapidatus & ſectus, in Apoſtolis terra marique *ſuis.*
iactatus, & multis ac variis beatorum martyrũ cru-
cibus frequenter occiſus. Idem igitur, etiam nũc,
infirmitates noſtras & ægritudinem portans, quia
ipſe eſt homo ſemper pro nobis in plaga poſitus,
& ſciens ferre infirmitatẽ, quam nos ſine ipſo nec
poſſumus ferre, nec nouimus. Ipſe, inquam, nunc
quoq; pro nobis & in nobis ſuſtinens Mundum,
vt perferendo deſtruat, & virtutem in infirmitate
perficiat. Ipſe & in te patitur opprobria, & ipſum
in te odit hic Mundus: ſed gratias ipſi, quia vin-
cit cùm iudicatur, & vt ſcriptum tenes, triumphat
C in nobis per ſpeciem ſeruitutis Dominus ſeruis
ſuis gratiam libertatis acquirens, idque agens hoc
pietatis ſuæ myſterio quo formã ſerui induit, pro
nobis humiliare ſe dignatus vſq; ad mortem cru-
cis, vt humilitate viſibili inuiſibilem illam nobis
in cæleſtibus ſublimitatem intus operetur. Vide
enim ab initio vnde ceciderimus, & intelliges
quòd diuinæ ſapientiæ pietatiſque conſilio re-
formemur ad vitam. In Adam quippe ſuperbia
ruimus, atque ideo humiliamur in Chriſto, vt
peccatum ſceleris antiqui, contrariæ virtutis ob-
ſequio diluamus, & qui ſuperbiendo offendimus,
ſeruiendo placemus. Exultemus itaque & glo-
D riemur in ipſo, qui nos & pugnam & victoriam
ſuam fecit, dicens: Conſtantes eſtote quia ego *Ioa.16.*
vici Mundum. Et in Regnorum libro ſimiliter
audio Prophetam dicentem regi Ioſaphat, cum
ingenti mole belli & magna hoſtium multitudi-
ne terreretur. Hæc dicit Dominus: Ne timeatis *2.Par.20.*
neque expaueſcatis à facie multitudinis huius,
quia non vobis eſt hæc pugna ſed Domino,
Moyſes quoque ſimiliter ante iam dixerat: vos *Ex.14.*
tacebitis, & Dominus pugnabit pro vobis. I-
gitur qui confidunt in virtute aut ſapientia ſua,
quique in abundantia diuitiarum ſuarum glo-
riantur, exacuant vt volunt aduerſum nos ar-
E ma dentium & verborum ſagitas, venena the-
ſauri mali, vipereis vomant linguis, habent pro
nobis reſpondentem ſibi Dominum: Tacui, num- *Iſ.42.*
quid ſemper tacebo? Nos aures noſtras ſpinis *Eccl.28.*
(vt ſcriptum eſt) ſepiamus, id eſt, Dei verbo
& fide verbi, quæ vitæ noſtræ ſegetem, firmiſ-
ſima innocentiæ atque patientiæ ſepe, defen-
dunt, & diabolo dolis ſuis aditus in præcordia no-
ſtra captanti, quaſi furibus ſpinæ reſiſtũt, & viſce-
ra inimicorũ regis, id eſt amatores hoſtiũ Chriſti,
hos videlicet Chriſtianorũ obtrectatores, vitę no-
ſtræ atq; conſtantiæ contẽplatione cõpungunt.
Nos igitur taceamus iſtis, loquentes ad Domi-
num ſilentio humilitatis & voce patientiæ, & tũc

ipſe qui inuictus eſt pugnabit pro nobis & vin- A
Ioa. 12. cet in nobis. Tunc Princeps barum tenebratum mittetur foras, qui vtique non ab hoc Mundo ſed ab homine foras mittitur, cum à nobis fide introeunte diſcluditur, & dat locum Chriſto, cuius habitatio peccatum foras mittit, & pulſi ſerpentis exilium eſt. In huiuſmodi autem paſſione quid facere debeamus propheta nos docet dicẽs:
Pſ. 34. Ego autem cùm mihi moleſti eſſent induebam me cilicium, & humiliabã in ieiunio animam meã, videlicet vt obtrectatores noſtros, ea ipſa qua cõmouentur humilitatis ſpecie deſtruamus, tantóque magis confundantur coram Domino in antiquæ adhuc ſuperbiæ crimine permanentes, quanto magis nos ipſi gloriamur in quo confundantur B
2. Cor. 9. in nobis. Inconfuſibilem enim operarium ſicut hilarem datorem diligit Deus. Proinde ſtabiles in fide veritatis & operatione iuſtitiæ, talium vel odia vel conuitia viuendo meliùs quàm loquendo arguimus, quia reiiciet ſermones tuos poſt ſe qui odit diſciplinam, & qui inſipientem
Pro. 9. arguit (vt tenes ſcriptum) ſumit ſibi contumeliam. Sibi habeant literas ſuas Oratores, ſibi ſapientiam ſuam philoſophi, ſibi diuitias ſuas diuites, ſibi regna ſua reges: nobis gloria & poſſeſſio & regnum Chriſtus eſt, nobis ſapientia in ſtultitia prædicationis, nobis virtus in infirmitate car- C nis, nobis glória in Crucis ſcandalo, quo mihi Mundus occiditur & ego Mundo, vt viuam Deo, non autem iam ego ſed in me Chriſtus cui conſepulti ſumus, in quo nunc abſcõdimur huius Mũdi oculis, vt confuſioni eiuſdem cum ipſo reuelemur, quando horum quæ nunc nobis obiicit, memor, dicet: hi ſunt quorum vitam æſtimabamus
Sap. 5. inſaniam, quomodo reputati ſunt inter filios Dei? Sine illos interim, frater dilectiſſime, ſtuantur gloria, & vita ſua potiantur fructibus ſuis: quo-
Pſ. 36. niam ſicut holera herbarum citò decident, & dies eorum ſicut vmbra prætereunt, quorum ſpes intra huius æui ſpatia concluditur, quia nec fidem D veri habent nec voluntatem fidei, qui præſentibus tantum rebus intenti, præſtant auaritiæ & libidini ne credant Deo. Quia cupiditatis vtriuſque finem facit timor Domini, qui confirmatur fide Chriſti, per quem diſcimus agnoſcere veritatem vel in contemptu temporalium, vel in appetitu ęternorum bonorum. A quo alieni quia & veritas Chriſtus eſt, in hac neceſſe eſt errorum infelicium cæcitate permaneant, vt in fragili ſoliditatem, & in ſolido inanitatem putent, vera pro vanis rideant, & pro veris vana mirentur. Qui ſi vellent intelligere vt benè agerent, oculos ſuos quos ſtatuerunt declinare in terram, ad ſalutem E iuſtitię leuarent, ſeque vel paululum humo tollerent. Facilè his ipſis, quibus vt inanibus & ſtultis detrahunt, hominum conuerſationibus illu-
Pſ. 145. minarentur. Dominus enim (vt ſcriptum eſt) ſoluit compeditos, & Dominus illuminat cæcos. Et iterum: Lex Domini irreprehenſibilis conuertens animas, teſtimonium Domini fidele ſapien-
Pſ. 18. tiam præſtans paruulis. Opus enim Dei eſt mu-
Dei opus eſt hominem mutare. tare hominem, quia ſolus poteſt inſtaurare quem fecit: Quod, toto iam dudum orbe terrarum, ſapientia Dei Chriſtus operatur, vbique ſe gentium, verbo, voluntate circumferens, & per electas animas ſemet immitens, vt (ſicut per prophe- A tam dixit) in omni gente primatum habeat. Et
Dies recognitionis. quia iam quotidie magis appropinquat recognitionis dies, omniſque nos hora iudicio applicat, ſatagit & properat bonus Dominus præripere nos ab ira ventura, & de complexu huius (vt
Miracula. ſcriptum eſt) nocentis & vipereæ generationis abducere. Hinc in omni loco plura quotidie mirabilia ſolito ſigna crebreſcunt, vt omnem, quantum in ipſo eſt, hominem ſaluum faciat. Oſtendit in raris, quod omnibus (ſi velint) proſit. Sufficit enim vniuerſorum inſtitutioni forma paucorum, quæ in vtrumque proponitur, vt credentibus exemplo ſit, indurantibus teſti- B monio. Quare ſi quid humani ſapiunt, ij qui inficiantur animo quem figura præferunt, hominem, admirentur in te, & laudent Deum, & hanc beatiſſimam immutationem mentis ac vitæ tuæ non exiſtiment errorem ſtultitiæ tuæ, ſed ſapientiæ Dei eſſe virtutem intelligant. Quantò enim prudentiorem te cæteris & doctiorem fuiſſe meminerunt, tantò euidentior iis eſſe debet operatio potentiæ Dei. Quia prudentem à ſententiæ ſuę curſu vel ſtatu non poteſt flectere, niſi ſumma ipſa ſapientia, quod eſt in Chriſto Deus virtutum virtus, & mens mentium Dominus *Luc. 1.* maieſtatis, brachium excelſum. In quo diſperſi C ſuperbi (vt ſcriptum eſt) à mente cordis ipſorum, depoſiti potentes de ſede, & exaltati humiles. Quo brachio, id eſt, Chriſto, eſurientes implentur bonis, & inanes dimittuntur diuites. Quod & in te cernimus agi. Reſpice enim in temetipſum, & hæc vtraque quæ deiicit aut extollit Deus, in te eodem inuenies. Deſtructus es à ſuperbo, adſumptus in humilem. Depoſitus ab iniquæ potentiæ ſede, vt in pacis atque iuſtitiæ ſolio locareris: inanitus es à diuite vt diteris in paupere: & ab illa ſuperuacuæ diſtentionis ſaturitate vacuatus es, vt veris piæ paupertatis bonis implearis, eſuriens iuſtitiam.
D Vbi nunc tu ille es aliquando terribilis vel pro tribunalibus aduocatus, vel in tribunalibus iudex? vbi tua illa ceruix, tunc veriùs, vt nunc de te mentitus es, tauri pinguis, quomodo facta eſt docilis ac tenuis in iugo Chriſti, ex quo conuerſus ingemuiſti, & beneplacitum eſt in te, Deo ſicut ſuper vitulum nouellum! depoſita ceruice *Iſ. 1.* tauri, fractus es in manſuetudinem bouis illius qui agnouit poſſeſſorem ſuum. Beati oculi eorum qui hæc in te Dei mirabilia conſpiciunt, & ſimiliter miſerrimi qui videntes non vident! quis daret mihi pennas ſicut columbæ & volarem ad te & in conſpectu tuo colloquióque requieſce- E rem, in voce exaltationis & confeſſionis epularer? Videns te non te, & videns ex leone vitulum, videns in apro Chriſtum, nunc verſa ferocitatis aut virtutis vice aprum ſeculo agnũ Deo. Non enim iam de ſylua ſed de ſegete aper es, quia bonis diſciplinarum fructibus opimaris, & in ſtuge virtutum tibi paſtus es: duplicis Teſtamenti dentibus, ad rumpenda retia Nebroth venatoris, armaris, totaque illa quæ pro ſeculo ſuperbus gerebas, nunc aduerſum ſeculum, humilis arma conuertis nunc verè ſapiens, verè diſertus, & verè potens, qui mundo huic ſtultus & mutus es, vt auctori linguæ & mentis tuæ, facundus & ſapiens, de ſuis muneribus Deo ſeruias. Nunc in-

ſtructior

Aduocatus iure diuino inſtructior.

ſtructior iure diuino Aduocatus pro te poſtules, & iuſtior Iudex te ipſum iudices, & in te aut de te ipſe ſenteotiam feras, vt magis mercaris abſolui, téque non ſolùm venia ſed & gloria dignum facias, cum tibi per accuſationem tui ades, téque damnando ſanctificas. Intelligens non quod hominibus, ſed quod Deo placeat, ſanctum, & innocens eſſe: & ideo rarus (vt ſcribis) vrbium frequentator, familiare ſecretum taciti ruris adamaſti, non otium negotio præferens, neque te Eccleſiaſticæ vtilitati ſubtrahens, ſed iam pene forenſibus turbis æmulos eccleſiarum tumultus & conſilia inquieta declinans. Arbitror autem id ipſum maioribus Eccleſiæ vtilitatibus præparari, quòd ſalubri conſilio, inſtructioni ſanctæ vacas, & intentus ſtudijs ſpiritalibus quibus ſolitudo amica eſt, formaos in te quotidie confirmaſtique Chriſtum, quò & ſeruus vtilior & magiſter doctior, digniorem te, ea in qua nutu Dei poſitus es, ſede perficias, opere pariter & verbo potens, vt lingua & mente tibi concors, vigam te Apoſtolicæ Diſciplinæ formulam præbeas, præcepti Dominici actor & doctor. Ita demùm cooſtabit non humano ſuffragio, ſed diuino te eſſe iudicio Sacerdotem. Quod iam probari & fide & vita tua credens peto & impenſe rogo, vt nos ſemper orationibus tuis implices, & quoties fuerit occaſio literis reuiſere ſtudeas. Quod quidem à te munus non tam officij capiendi cupidus, quàm animi reficiendi ſtudens exigo, vt & ſolatium charitatis & gaudium ſimul capiam cùm te mei memorem in negotiis ſanctis, ac tuis diligeotem, profectu ſcientiæ ſpiritalis & intellectu ardentis in Deum cordis legens videro. Non iam te de ſermone virtutis, id eſt prædicatione Chriſti, ſed de virtute ipſius ſermonis expendens; id eſt vt credere te Chriſtum Ieſum crucifixum Dominum & Deum loquendo pariter & viuendo confirmes. Quia eodem affectu geſtare debemus imaginem cæleſtis hominis, quo geſſimus antè terreni. Alioquin quod noſtrum eſt quis dabit nobis, ſi non fuerimus tam fideles in noſtro quàm fuimus in alieno? In hoc enim facti ſumus, vt boni ſimus & noſtro ſeruiamus auctori, contra cuius præcepta viuentes, vitio voluntatis noſtræ non ſolú contra vitam, ſed & contra naturam noſtram facimus, & ideo comparabimur iumentis, quibus non eſt intellectus. Attamen DEI bonitas ita nobiſcum paciſcitur, vt præteritæ nobis impietatis gratiam faciens contenta ſit vel tales nos eſſe ſibi ſeruos pro nobis, quales aduerſum nos diabolo fuerimus, dicente Apoſtolo: Vt ſicut exhibuimus membra noſtra ſeruire iniquitati, ſic eadem exhibeamus ſeruire iuſtitiæ, videlicet vt eadem affectione delectemur in Domino, qua delectati ſumus in peccato. Sic ambiamus Dei regnú, quomodo ambiuimus ſeculi dignitatem: & denique tam diligenter curemus bona cæleſtia, quàm terrena curauimus.

Ruſticationis amor in Epiſc. Eccleſiarū tumultus æmulis forenſium.

Solitudo amica ſtudiis ſpiritualibus.

Sacerdos nō humano ſed diuino ſuffragio.

Vitiū noſtræ volūtatis.

EPISTOLÆ XXVIII.

ARGVMENTVM.

Aper Epiſcopus in filiorum (ſpiritualium vt Appendix. *opinor) ruſticas poſſeſſiones ad quarum ſeceſſerat curam, Monaſtici propoſiti impedimenta ſibi eſſe ſcripſerat: Docet verò S. Paulinus hac Epiſtola, id potius in multimodam fidei exercendæ ac perficiendæ virtutis materiam, eſſe illi propoſitum à Deo: Eaque ex occaſione, Ruſticationis fructus ſpirituales, & illud Ioel.* reſiduum erucæ *elegantiſſime exponit.*

Sanctis meritò venerabilibus, ac dilectiſſimis fratribus Apro & Amando, Paulinus & Theraſia peccatores.

ALiis reditus de patrimoniis penſitatione ſoleoni præbeantur, nobis quibus poſſeſſio charitas veſtra in Chriſto eſt, reditus ab officiis affectionis veſtræ ſumitur, & in literarum veſtrarum humanitate numeratur. Gratias Domino Deo ooſtro, qui bona viua pro mortuis & caducis rependens, vos quoque nobis vberrimum fundum largitus eſt. Nam vt in rebus terrenis charior fundus eſt, qui aut auaris agricolæ ſui votis profluа vbertate reſpondet, aut delicati poſſeſſoris oculis amœnitate blanditur: Ita nunc in noſtris prædiis ſpiritalibus, id eſt, ſanctis fratribus quos nobis charitas Chriſti connexuit & in æterná poſſeſſioné dedit, is nobis opimior ager æſtimatur bomo qui fuerit noſtri diligẽtior, & fructuoſior nobis ſalutarium commodorum miniſtratione. Quod cùm ita ſit, videte quantam, vos, maſſam huiuſcemodi poſſeſſionis habeamus, cùm præter affectum quem in nos mutuò effunditis, alia quibus pares eſſe non poſſumus munera copiis linguæ & mentis veſtræ opibus conferatis. Officia enim & eloquia literatum veſtrarum quę nobis largiter annuo commeatu penditis, indicant quā ampla poſſeſſio nobis, & quàm fertilis terra Deo ſitis. Iam triceſimum fructum de veſtra inter vos continentia proferentes, & quotidianis fidei cōmunis augmentis ſexageſimo propinquantes, & de prole virginea centeſimum pollicentes. Nam quod ſcribitis impedimenta veſtri eſſe propoſiti poſſeſſiones filiorú qui cauſa ſint neceſſitatis iſti⁹, qua terrena curatis cùm cæleſtia deſideretis, in multimodam potius vobis exercendæ fidei perficiẽdæque virtutis materiam diuino hæc eſſe propoſita conſilio iudicamus. Cùm enim hæc vniuerſa Mundi poſſeſſio propter hominem conſtituta hominiq; ſubiecta videatur, quis ambigat in omni loco Mundi, in omni parte naturæ, vtilitates homini paratas è quibus non ſolùm carnalia emolumenta capiamus, ſed multò magis ſpiritalia perlegamus. Propterea dicit per Solomonem ipſa rerum opifex ſapientia, quæ diſponit omnia ſuauiter, ab altiſſimo creatam ruſticationem, vt eam nō corporali tantùm, ſed etiam ſpiritali ſtudio colas. Denique quantum de rure ad eruditionem animæ trahi poſſit, docet cùm ſectatores ſuos ad formicam & apem mittit, quæ vtraque ruris animalia ſunt: Illa de frugibus vitæ prouida, & iſta de floribus mellis operaria. Et Dominus in euangelio, quàm multa de ruſticis docuit exemplis? de

Fundus charior.

Mat. 13. Mar. 4.

Eccl. 7.

Eruditio ex Ruſticatione. Prou. 6.

Mat. 24. Mar. 11. & 13. ficu arbore, & de flaueſcentibus propinqua iam A meſſe regionibus vltimorum temporum ſigna demonſtrans, & in agro eſſe diſcendũ moneus, quod caueamus in ſpiritu ne fidei noſtræ æmulam fraudem, ſicut
Mat. 13. Luc. 3. zizaniam tritico, inimicus interſerat. Itaque nos agrum ſuum dixit, ſéque ipſum oſtendit in nobis vitæ noſtræ ſatorem, & animarum diſcrimina variis terrarum expreſſit ingeniis: ne ſterilis ſit caueamus, nos quoque ipſos ad fœcunditatem Deo debitam & nobis vtilem contentis in Lege Domini ſtudiis excolamus. Igitur cùm in agro eſſe rus tuum ſpectas, te quoque ipſum Chriſti agrum eſſe cogita, & in te ſicut in agrum tuum reſpice, qualem agri tui ſpeciem fieri à villico tuo B poſtulas, talem Deo Domino cordis tui redde culturam, & intellige quicquid in agro tuo tibi diſpliceat aut placeat, idem in anima tua placere
Animæ cultura ſpiritalis. Chriſto aut diſplicere. Si vaſta peccatis quaſi dumis ſordeat, neque Propheticis aut Apoſtolicis nubibus compluatur, in aridam ſolitudinem gratia deſerente damnabitur. Si verò ſui diligens, orationibus crebris ſemet excolat, & ſacris literis opimetur, & intimum cordi aratrum Crucis imprimat, & raſtro diuini timoris ſpinas ſuas eruat, ignitóque Dei verbo vratur in culpis, luminetur in ſenſibus, tunc neceſſe eſt vt ſpatiari in tuo corde Patrem-familias, & omnes animæ tuæ regio- C nes peragrare delectet, & pro te in ſuo adgaudẽs
Mat. 25. tibi dicit, ſi diligens tui cultor appareas: Euge bone ſerue intra in gaudium Domini tui, quia fidelis fuiſti in paucis ſuper multa te conſtituam. Nos verò ipſi, qui peruerſo ordine, conſilium validis infirmi damus, quid pro nobis reſpondeamus, qui tam pauperes, quàm putas, ſpiritali potius quàm terrena re ſumus, non virtute mentis ſed inopia virtutis, humiles! Anguſtus ille quem lato potens ore deſcribis, vix vnici caulis ferax & capax hortulus nos ipſi ſumus, & vltra betam ſemicoctam, vt Propheta dixit, inſipidi, faciamus ne in domo noſtra caulis ille ſolus inſulſus ſit. Excuſabilius D tamen ille non habet ſalem, quem inopiæ noſtræ neceſſitate aut parſimoniæ vitio non accepit, nos potius elixi, nos culpabilius inſulſi. In quibus ſuperabundante de peccatis voluntariis inſipientia ſal Apoſtolicus euanuit, & à facie peccatorũ noſtrorum ſpiritalia condimenta fugerunt: ſed niſi veſtris orationibus reficiamur, nec ipſe vnicus caulis in nobis virebit, penitúſque deſertis etiam inſulſum bolus deerit. Orate igitur ne germina animæ noſtræ nocens eruca populetur, ne mentis ſegetem edax locuſta conſumat, ne præcordiis noſtris piger brucus inſideat, & intimas vitalium fibras vltima harum beſtiolarum comes rubigo E exedat. Vrgent enim interiorem noſtrum malæ beſtiæ, & importunæ alites frequenter infeſtant, vt à nobis ſi poſſint verbi ſemen abripiant. Sed
Mat. 13. Mar. 4. gratias Deo, quòd non iuxta viam de manu ſerentis excidimus, ſed in ipſa potius via ſeminati ſumus, id eſt, in Catholicæ matris gremio conſtituti: à quo ne proiiciamur vt abortiui, ipſius miſericordia opus eſt, vt intellectum det nobis in via hac qua ingredi iuſſit ac præſtitit, & confirmet ſuper nos oculos ſuos, ne efficiamur ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Sed ad ruſticationis noſtræ verba redeamus. Nam ipſe Deus

A noſter & pater agricola eſt, & Deus ſalutaris noſter vera vitis eſt, & Spiritus ſanctus rigator animarum eſt. Fiat igitur nobis per orationes veſtras vt ſummus Pater-familias & cæleſtis agricola & diligens hortulanus viſitet, & frequẽtet, & ſignet hortũ animæ noſtræ, ſicut illum in quo docuit, orauit, reſurrexit. Firmet in nobis charitatis ſuæ nexum, vt manentia in ipſo ſarmenta viuamus. *Ioa. 18. & 20.*
Imperet nubibus ſuis vt pluant ſuper nos, & à corde noſtro improbas carnalium cogitationum paſſiones (vt illa animalia bonis frugibus inimica) ſubmoueat. Fiat in nobis verbum illud prophetæ: reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locu- *Ioel. 1.*
B ſtæ comedit brucus, & reſiduum bruci comedit rubigo. Sunt enim in corpore noſtro principalia totidem incentiua vitiorum, ſpes, metus, gaudium dolor, quibus maximè genus turbatur humanum, *Vitiorum incentiua.*
duobus præſentibus & duobus futuris: præſentibus, ægritudine animi vel gaudio: futuris, metu vel ſpe. Vnde cauendum eſt, ne dum alterum ex his vitium fugimus, incurramus contrarium. Ergo in eruca, & locuſta, & bruco, & rubigine noſtrarum affectionum intelligẽdæ ſunt paſſiones, quarũ aliæ breuiter in corde hæreant, aliæ paulatim *4. animi perturbationes.*
creſcant, & ſi abiectæ non fuerint, vſque ad medullas perueniant & omnem ſuccum ebibant animæ. C Vide enim qualiter iſta ſibi cõgruant in cordibus noſtris monſtra vitiorum, qualia in frugibus accidunt vitia monſtrorum. Nam (Verbi gratia) ſi quid vetitum concupiſcam, & mox abiiciam cogitationem, eruca eſt in folio ſedens, quæ decuſſa, quidem, ſi abiecero: ſed ſi rurſus re- *Animis id accidit ferè quod frugibus.*
dierit cogitatio & cœperit abiici & redire crebreſcat, locuſta eſt auolans & reuertens. Quòd ſi cœperit immorari, & maius habuerit ſpatium in comedendo quàm auolando, brucus dicitur. Quòd ſi ipſe brucus qui non ſatis auolat, ſed magis ſedet, non fuerit abiectus, in rubiginem vertitur: quæ iam penitus inhæreſcens, vt de ſtipula D ſic de anima, nunquam aut difficilè expellitur. Vereor ne dum loquacius vos fatigo, ipſe vobis moleſtius quàm locuſta aut brucus inſederim. Diſcutite igitur, vt erucam, & procul abiicite hanc chartulam, ne de longiore contactu ſermonis noſtri, rubiginem inſipientiæ noſtræ colligatis, qua deſplendeſcat nitor cordis veſtri, & vigor mentis hebetetur. Attamen ob hoc tantũ ſuper hoc peccato, nobis, quo vos tam grauiter fatigamus ignoſcite; quòd de licentia charitatis abutimur patientia veſtra, & ita repletum pectus veſtrum noſtri amore confidimus, vt offenſam noſtri non capiat, etiam ſi faciamus iniuriam qua E mereamur offendere, ſi vos vnquam à nobis vel merentibus poſſitis offendi.

EPISTOLÆ XXIX.

ARGVMENTVM.

Sacerdotij verò tempore ſororem, laudat non modò à Continentia, ſed à virtutis etiam partibus omnibus quas ex Prou. 31. prolixe in illa recenſet, ac demùm religioſiſſimæ totius illius familiæ Orationibus ſe commendat.

Sancto

Sanctò & meritò venerando ac dilectiſſimo fratri Apro, Paulinus.

QVIS daret mihi fontẽ literarum
tuarum, vt reſpondere poſſem li-
teris tuis, vario gratiarum ſpiri-
talium flore conſertis, nec iam
ſcholaſtico magis quàm diuino
ſermone facundis, & affluentibus
quaſi de terra repromiſſionis diuinæ, lacte pieta-
tis & melle ſapientiæ, cuius & mel & oleum ſu-
xiſti de firma petra, id eſt, Chriſto Domino, qui
eſt fundamentum æternæ domus, ſuper quod vi-
uis operibus ſtruere ædificium ſalutis exorſus, nõ B
ligna, nec fœnum, & ſtipulam, ſed aurum, argen-
tum, & lapides pretioſos ſuperædificare moliris,
quia præteriti cordis duritiam, ariditatem atque
leuitatem cum veteri homine deponens, effectus
es lignum humidum, quod vicinis aquarum de-
curſibus virens, fructum ſuum dabit in tempore
ſuo, neque vnquam priuabitur honore foliorum.
Senſus tuus, aurum eſt igne examinatum, & ſer-
mo tuus argentum eſt purgatum ſeptulum, qui
qui gratia ſpiritali renidens, eloquia Domini ca-
ſta de corde puro, & lingua indice cordis expro-
mit. Bonum tu firmumque theſaurum in vaſe fi-
ctili non fragili fide ſeruas, quia commiſſæ tibi C
gratiæ vas mens tua eſt, quæ intra corpoream fra-
gilitatem confirmata ſpiritu principali, ſolidam
diuino muneri cuſtodiam præbet. Pauper ego &
dolens, quomodo parebo ſapientiæ quæ me ad
menſam potentis hac conditione præcepit mit-
1. Cor. 3. tere manum, vt me ſciam ſimilis apparatus fieri
debitorem? Ecce enim tu mihi menſa potentis fa-
ctus es. Appoſuiſti mihi diuites eſcas, quæ me e-
ſurientem facilè in omnia verborum tuorũ, qua-
ſi in varia electarum guſtu & aſpectu dapum, ſci-
tamenta rapuerunt, vt gulæ potius meæ, quam i-
nopiæ memor auderẽ ſumere, quibus paria præ-
parare non poſſum. Quid igitur agam? à quo mi- D
hi tribui vel commodari petam, vel ſupellectilem
qua poſſem digno ambitu triclinium diuitis æmu
lari, vel impendia quibus poſſim diuitem pauper
1. Cor. 4. repaſcere? Quis mihi in huius debiti obligatione
ſubueniet, niſi tu Domine Ieſu, qui te omni pau-
peri tuo ſemper obligas commodanti, & pro his
retributorem fore ſpondes, qui nunc non habeãt
retribuendi facultatem? Adeſto nunc mihi, &
pro inopia mea, Apro tuo, de tuis meum debitum
ſolue diuitiis, riuos eius inebria, & multiplica in
illo generationes tuas, vt exiſtat in domo tua ſi-
cut oliua fructifera, floreſcat vt palma, & multi-
plicetur vt cedrus Libani. Sed reuertar ad literas E
tuas, in quibus lætor ſicut qui inuenit ſpolia mul-
ta: & licet de meis verbis nihil ſimile poſſim re-
ferre, tamen vt famelici faciunt, cùm epulis opimi
conuiuij digeſtis iterum de ſua inopia eſurire cœ-
perint, famem ſuam præteritæ ſaturitatis recor-
datione ſolantur, & animam inanem, præſenti
cogitatione abſentis conuiuij, paſcunt. Ita ego
hanc Epiſtolam in tui ſermonis retractatione cõ-
texam, & voluptatem meam referam, nihil tibi lar-
giens, nec votum erga te meum potius, quàm de
te experimẽtum loquar. Expreſſerunt enim mi-
hi faciem cordis tui literæ tuæ. Illę literæ ſpei bo-
næ, literæ fidei non fictæ, literæ puræ charitatis,

A quid non amoris ſanctiſſimi ſpirant? quàm ſuauis
in his & quantus Chriſti odor flagrat? quanta o-
pulentia ſinceri cordis exæſtuat? Quomodo no-
bis anhelant ſitim tuam, & deſiderium defectum-
que animæ tuæ in atria Domini: Quas agunt gra-
tias Deo? Quas impetrant à Deo? Quæ legenti
mihi, floreſcentium in te gratiarum Dei, iamque
operantium virtutum prębent ſpectacula? Ibi
paruuli ſiue etiam adultuli Babylonis filij elidũ- Pſal. 136.
tur ad petram, vitia ſcilicet confuſionis ſuperbiæ-
que ſecularis, quæ procliuius fides congreſſa ſu-
perabit, ſi in primordiis ad Chriſtum illidere an-
ticipata creſcentium infirmitate precauerit. Ibi
B & cedri Libani ad terram depoſitæ, & in Arcæ Gen. 6.
fabricam, compagine charitatis, erectæ, Mundi
huius fluctus imputribili robore ſecant. Ibidem
excitatus Chriſtus, vt directionis tuæ curſum ad
ſtabilitatem ſuam ducat, ventos & maria tibi pla-
cans videtur. Cui iam in corporis tui naue ve- Mar. 4.
ctatio, & in tuo corde ceruical eſt, quia inuenit
illic paſſer domum ſibi, & habet in te vbi recli-
net caput ſuum. Illic & coniunx non ad mollitudi
nem vel auaritiam viro ſuo, ſed ad continentiã &
fortitudinem redux in oſſa viri ſui, magna illa di-
uini cum Eccleſia coniugij æmulatione, mirabi-
lis eſt: quam in tuam vnitatem redactam ac red-
C ditam ſpiritalibus tibi tanto firmioribus quantò
caſtioribus nexibus charitas Chriſti copulat, in
cuius corpus tranſiſtis à veſtro. Benedicti vos
Domino, qui fecit vtrumque vnum, condens in
ſemetipſum duo, faciens mirabilia ſolus, qui con-
uertit non ſolum animas, ſed & affectus, tempo-
ralia in æterna mutans. Ecce idem coniuges qui
fuiſtis, ſed non ita coniuges vt fuiſtis, eſtis ipſi nec
ipſi, & ſicut Chriſtum, ita & voſmetipſos iam ſe-
cundum carnem non noſtis. Hæc mutatio dextræ 1. Cor. 5.
excelſi, quæ in ſe manens omnia innouat, & con-
uertit mare in aridam, ad continentiæ ſiccitatem
ſtringens fluenta vitiorum. Benedicta hæc inter
D mulieres, & hac quoque deuotione fidelis & ac-
ceptiſſima Domino, qua ſe neceſſitatibus ſeculi,
pro te, velut quædam, procellis, in immobili ſco-
pulo ſtabilita, turris oppoſuit: verè in ipſa, petra
illa ſuper quam ædificata domus non cadet, ſoli-
do ſtrenuæ mentis fundata veſtigio, facta eſt tibi
turris protectionis à facie inimici, vndas & turbi-
nes ſeculi frangens piæ ſeruitutis obiectu, vt tu
ſecluſus à pelago tutam in Eccleſię portu mentis
inconcuſſę ratem in meditatione continua ſtu-
diorum operumque cæleſtium quaſi quodam re-
migio ſalutis exerceas. Corporalis enim, inquit,
exercitatio ad modicum, nam pietas ad omnia v- 1. Tim. 4.
E tilis eſt. Quæ te ſubdidit Chriſto, pręferentem
vel iacere in domo Domini quàm in peccatorum
tabernaculis eminere, & conſeruam tuam in labo-
res corporeos & affectu ſpiritali pro tua anima pi-
gnorauit, vt prætium libertatis tuæ faceret ſerui-
tutem ſuam, non illa in ſecularibus negotiis Mũ-
do, ſed Chriſto ſeruiens propter quem, Mundum
patitur ne tu patiaris: verè iuxta diuinum opus &
verbum facta in adiutorium tibi; & ad te habens
conuerſionem ſuam, de nutu tuo pendet & in
tuo ſtatu ſiſtit, in veſtigiis tuis ambulat, in anima
tua animatur, pro vita tua deficit, vt in tua vita re-
ficiatur. Curat illa ſeculi curas, ne tu cures. Poſſi-
dere videtur, ne tu poſſidearis à Mũdo, & vt poſ-

ſidearis à Chriſto: non illam à propoſito tuo diſcors abiungit volũtas, ſed quod magis mirum eſt, concors fides opere diuidit, voluntate coniunctam. Nam ſine animi captiuitate rem captiuitatis in libertate ſpiritus adminiſtrans, firmauit manus ſuas in opere virtutis, brachia ſua extendit ad vtilia, accincta fortiter lumbos ſuos & eſcas pigritiæ non edens, facta eſt tibi tanquàm nauis quę mercatur à longinquo, neceſſaria diuiſione red-
Matt. 12. dens per ſe Cæſari quæ ſunt Cæſaris, vt quæ Dei ſunt per te miniſtret Deo. Nam cùm tributum, ſicut ſcriptum eſt, dederit cui debet tributũ, tunc & manus ſuas adaperiens pauperi, & fructu operæ ſuæ porrigens inopi, ſpiritale vectigal penſitat, & reditum poſſeſſionis in tuę militiæ ſtipendium ſuggerit. Inſalutaris damni auarior quàm letalis lucri. Quæ talis eſt, fidit in ea cor mariti eius.
Prou. 31. Operatur enim (vt ſcriptum eſt) viro ſuo bona tota vita ſua, & non mala: & ideo non ſollicitus agis quę in domo tua terrena aguntur, quod in domo cæleſti agitur ſtrenuè liber exequeris, nec cõſunderis cũ loqueris inimicis tuis in porta, quia ſapiens mulier qualis tibi donata eſt, pretioſior lapidibus pretioſis, circumſpectum te facit in foribus eccleſiæ, & duplicia pallia (inquit) fecit viro ſuo. Nonne tibi videtur & hæc, duplicia tibi pallia ac purpurea vel byſſina tibi veſtimenta contexere, cùm & illius fides gratiam tuam duplicet, quia mulier bona corona eſt viro ſuo, & viciſſim, illi honor tuus purpura eſt, quia temperante Domini gratia ſimpliciter fidei vnitate veſtiti, ſuperinduetis vos inuicem ſpiritalium operatione virtutum. Tu illi in Chriſto caput, & illa fundamentum tibi, cuius opere pes tuus ſtat in via Domini, & quam capitis tui participem faciet commembrata in Domini corpore fidei compago, quia & in ſollicitudinis diuerſitate, ſaluo tamen conſonæ mentis aſſenſu ac propoſiti tui iuncta ſententia, dum tu creditam tibi diſpenſationem fidelis & ſolers talentorum herilium multiplicator exerces, nec illa quod de terrenis elaborat fructibus theſaurizat in terra, ſed tuis potius operibus quam damnoſis auaritiæ quæſtibus fœneratur. Et ideo dabitur illi fructus à manibus ſuis, & laudabitur in portis filię Siõ maritus eius in Domino, qui vobis, ab operis eiuſdem labore diuerſo ſed pari ſtudio conſitam ſegetem in communem præparat meſſem, vt in illa die pariter in exultatione veniatis afferentes manipulos veſtros, miniſtra illa ſeminis & tu miniſterii ſeminator. Nõ enim defraudabitur conſortio mercedis tuæ per meritum cõpenſationis iſtius, qua non voluntati ſuæ obtemperans, ſed ſaluti tuæ huius ipſius operis documẽto probat iudicium fidei ſuę, ſatis indicans quanto & ipſa potiorem ſeculi contemptũ quàm vſum iudicet, quæ ſpiritalia tibi maluit: non hoc ſeculum Chriſto, ſed te ſibi præferens. Adiiciat Dominus ſuper vos, & filios veſtros. Miſericordia enim Domini promerita, parentibus ſuſcitauit (vt ſcriptum eſt) filios eorum, & locupletabũtur in bonis dñi. Spero autẽ, quòd ſicut vxor tua in lateribus domus tuæ, ſicut vitis abũdãs eſt, fructibus tibi pietatis exuberans, vt cadant à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ita & filij tui menſam Domini tecum ſicut nouellæ oliuarũ circunſiſtere merebuntur, quos nunc arbitror diuinæ ſapientiæ bonæ conuerſationis veſtræ eſcis vt pullos aquilarum cibari, vt depopulatas præda parentum carnes, id eſt, carnales inimicitias quæ aduerſantur ſpiritui, iam nunc edere diſcant, & ſpiritali voracitate conſumere, & in ſuperna virtutum confirmatis alarum remigiis euolare. Educentur ſicut filij prophetarum, qui tumultuoſam ciuitatis habitationem, ad componendam pacem ſilentij animam declinantes iuxta Iordanis alueum ſibi habitacula ſecreta metati ſunt. Conſecrentur ſicut filij Aaron, non tamen illi, qui ignem alienum Domino accendentes exuſti ſunt igne diuino, quo ipſi carebant, ſed vt Eleazar & Itamar meritò perpetui ſucceſſores dignitatis paternę, quia non degeneres ſanctitatis hæredes. Ignem autem mihi alienum videtur accendere, quiſquis corpore vel ſecularis alicuius cupiditatis ignem in ſacrario ſui cordis accendens, audeat appropinquare altaribus Domini, quę non recipiunt niſi illius ignis accenſionem, de quo ait: ignem veni mittere in terram, & quid volo ſi iam accenſus eſt? Hoc igne nos Domine Ieſu ſemper accende, vt illuminemur ſenſibus, deflagremus in vitiis. Hic enim ſolus qui à te eſt ignis, igni reſiſtet ęterno. Habentes autem cor ardens in via Domini, non alienum ſed ſuum ignem Domino accendimus & inter ignes ſeculi, hoc igne muniti, ſicut illi in camino pueri, inter ſibilantes impetu flammas rorabimur, & hymnum Domino inter incendia refrigerantia, Dei filio concinente, cantabimus. Ipſe enim dixit, in duorum quoque vel trium concordia ſe ſemper interfuturum. Vnde confidimus, quia & in medio domus tuę diuerſatur, vbi & in vobis & in filiis vnus numeroſarum agitur cœtus animarum. In quo nos quoque, ſolo abſentes corpore, ſpiritali præſentia conſeratis precamur, vt animæ noſtrę hortulum ſitientem non ſolùm verbo ſed & precatu rigetis, quem neque noſtris manibus vt infirmi, neque conductis vt inopes excolere poſſumus, & qua via tuam vitam quęramus non inuenimus, quia ſodere non valemus, & mendicare erubeſcimus. Vnde impenſius adiutorio orationum veſtrarum indigemus, quia, quis aut inutiles conducet operarios, aut tribuet non petentibus? nonnunquàm tamen qui agros inopes & incultos habent, deſperatis ab ope vel manu ſua fructibus, ſpes omnes ſuas ad auxilia diuina conuertunt, & ſæpe euentu iuxta fidem præſtito, cõpenſante diligentiam religione, quos ſolers cultura deſeruit, pia vota iuuerunt. Orate ergo, vt Dominus omnipotens qui poſuit flumina in deſertum, conuertat aridam noſtram in exitus aquarum, percutiat & interrumpat duritiam cordis noſtri, vt hanc quoque petram conuertat in ſtagnum aquæ. Atque vtinam illo rore reſpergat, quo illud myſticum in area vellus infecit. Ros enim qui ab illo eſt, ſanitas eſt nobis. Orate inquam, vt hortulum noſtrum introire dignatus, exſurgere Aquilonem iubeat, & Auſtrum venire, quibus auras vitales afflantibus, germina noſtra viueſcant. Sed ſi vineam ſuam ingreſſus, arborem noſtram ſine fructu inuenerit, parcat excidere, & miſericordia differente credat agricolæ interuenienti, qui extorquendum diligentia ſua fructum de ſterili ſiculnea pollicetur. Potens eſt enim in

ſe

Leu. 10. — Ignem alienum accendere. Spiritu aliter quid ſit. — Luc. 12. — Matt. 18 — Diligentiam compenſat religio. — Iudic. 6.

ſe Dominus, qui interpellat pro peccatis noſtris, A & qui vocat ea quæ non ſunt tanquam quæ ſint, facere & de nobis egenis & aridis arborem fructuoſam, & animam inanem adipe verbi ſui tanquam cophino ſtercoris opimare. Quia ſcriptum
Pſal.64. eſt: de ipſius gratia pingueſcent fines Deſerti: cophinus autem hic ſtercoris qui de ſterili fertilem arborem facit, ſpecialiter mihi videtur humilitas ſpiritalis, qua contribulantes cor noſtrum pœnitudine præteritæ vanitatis euacuamus inania, & ſuccum virtutis accipimus, qua operibus iuſtitiæ ſteriles eramus, reddimur fructuoſi. Bonum ergo nobis intrare in receſſus noſtros, & humiliare in ieiunio quo ieiunatur ab operibus tene- B brarum, animam noſtram, vt ab huius bumilitatis ſtercore, quæ ſeculo vilis Deo chara eſt, erigatur per eum qui ſuſcitat de terra inopem, & de ſtercore erigit pauperem. Gratia Dei vobiſcum.

EPISTOLÆ XXX.

ARGVMENTVM.

Agit gratias Florentio Epiſcopo quod ad eum ſcribere eſſet dignatus. Porrò ſibi adiutorium de Orationum illius patrocinio, vtque in Oblationibus curam ſalutis eius immiſceat, poſtulat.

Beatiſſimo ac meritò Venerabili Fratri, Florentio, Paulinus.

LÆtamur in Domino viſitatos nos literis ſanctitatis tuæ, & prouocatos, vt qui neque notitiæ tuæ prius gratiam geſſeramus, nunc repentino Dei munere plenam tuæ tanquam veteris amicitiæ fiduciam ſumere-
Eccl.9. mus. Vinum (inquit) & amicus veteraſcet, & cum ſuauitate bibes ipſum. Ecce iſtam Prophetæ ſententiam ſuperauit ſanctitas tua, quæ tam profectò diligere non cœpit affectu, vt inueteratæ nobis dilectionis ſuauitatem in prima huius fœderis nouitate reddiderit, vt nõ neceſſe habeamus optare incrementa charitatis, cuius maturitatẽ conſummatã principiis abundantibus experiremur, vt vbertatem animæ tuæ magnis fontibus comparare poſſimus, qui originem ſuam latè profuſo ore rumpentes, ſtatim in ortu ſuo flumina ſunt. Benedictus itaque Dominus qui peccatis noſtris tali gratia ſuperabundauit, vt nos nec notitia tua dignos, etiam charitate ditaret, & minore hactenus bono carentibus cum veſtræ corporalis notitiæ eſſemus expertes, tantò maius de te munus indulſit, quanto potior in homine ſubſtantia eſt ſpiritus quã caro. Propterea exultat cor noſtrum, & repleto gaudiis ore dicimus: Magnificauit Dominus facere nobiſcum, quoniam præueniſti nos in benedictione dulcedinis per eloquia ſancta, & ſicut argentum purgatum examinata, viſitãs nos, vt dixit, excitans de pigritiæ noſtræ ſitu ad obſeruantiam charitatis tuę. In qua quidẽ, non ſomnolentia dormiebamus, ſed ignorantia ſilebamus. Sit ergo nomen Domini benedictum, & lætetur in hoc etiam opere pietatis ſuę, quo ignorantibus in carne faciem tuam, hanc potius qua pulchrius in Chriſto formatus es, ſpeciem tuę mentis oſten-

dit. Sermo enim (inquit) viri iudicat de illo, & ex abundãtia cordis os loquitur. Sermo itaque tuus nobis Apoſtolico ſale conditus expreſſit ſaporem gratię quę tibi data eſt, & de ſtillicidiis labiorum tuorum guſtauimus quàm ſuauis ſit in te Dominus, qui factus es & poſitus in caput populi, electus ex ouibus in virum gregis, vt regeres oues paſcuæ eius, qui animam pro ouibus ſuis poſuit. Idem agnus & paſtor reget nos in ſecula, qui nos de lupis oues fecit, earúmque nunc ouium paſtor eſt ad cuſtodiam, pro quibus fuit Agnus in victimam. Hic ergo Dominus & Deus noſter qui in terris viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt pro nobis, ouis & paſtor in nobis eſt, quia nos inuiſibili baculo & ſalutari virga intus reget, vt etiam ſi ambulemus in vmbra mortis non timeam' mala, quia nobiſcum Deus eſt, Emanuel ille Dominus maieſtatis & filius ancillæ, quorum alterum natura, alterum factus eſt. Idem creator hominis & redemptor, Deus ex Deo, homo pro homine, filius Dei ante ſecula, filius hominis pro ſeculo, forma ſerui pro libertate ſeruorum, & pauper factus, vt pauperes ſua egeſtate locupletet, quia ipſe eſt diues in omnes omnis boni, qui omnia in omnib' adimplet, plenitudo diuinitatis, ſpes omnium finium terræ, & in mari longè, Deus ſalutaris noſter, mediator hominum & Dei bomo Chriſtus C Ieſus, qui eſt in gloria Dei patris ſuper omnes De' benedict' in ſecula. Hic ergo qui te in ſortẽ Apoſtolorum ſuorum dignatus adſumpſit, vt eorum arte hominum piſcator exiſteres, & de amaris ac ac profundis huius ſeculi fluctibus viuificandam potius quam perimendam Deo prędam hamo verbi ſalutaris extraheres: quod vtique quotidie facis. Hic Deus qui te adiutorem ædificationis & culturæ ſuæ fecit, qui inſinuare dignatus eſt dilectionem bumilitatis noſtræ, ſublimi per humilitatẽm cordis, animæ tuæ, quia proculdubio per manſuetudinem ouis & agni innocentiam paſtor D eſſe meruiſti: hic te, inquam, Deus qui amantem noſtri facere dignatur, nõ iuxta meritum malum faciens, ſed ſecundum diuitias bonitatis ſuæ, vt nobis adiutorium de patrocinio orationum tuarum, tibi merces de proximorũ etiam minorum magna charitate cumuletur, memorem te noſtri perpetuò faciat, omnibus orationibus tuis & oblationibus curam noſtræ ſalutis immiſceat, ne in offendiculum nobis accedat tanta iſta qua gloriamur in Domino tuæ dilectionis impenſio, ſi rapaces indomitorum ſenſuum beſtias veſtitu ouiũ contegamus. Sic igitur ora donec exores, vt fiat cor noſtrum immaculatum in conſpectu Domini E vt non confundamur, neque ſimul trahamur cum iis qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem ſunt in cordibus eorum: ſed lingua & mẽte concordes, corde credamus ad iuſtitiam, ore confiteamur ad vitam Ita demum pietas qua nos diligis tibi fructuoſa referetur, ſi tã efficax pro nobis oratio tua fuerit, vt à noſtra terreſtri ſpecie demutati in tuam ſimilitudinem transferamur, vt cæleſtis hominis imaginem pari veritate geſtemus. Tunc verè erimus de tua charitate fœlices, ſi obtineas ne ſimus à tua charitate diſſimiles. In *Apex* quo tamen non eatenus quaſi ſuperbum tendim' *meriti.* votum, vt apicem meriti tui ſperemus attingere, ſed vt ſalutis fine concluſi iuxta formam fidei tuę

in itinere directo veritatis veſtigia perlegamus, & ſit nobis fiois ipſe qui initium eſt, caput & fundamentum corporis ſui petra Chriſtus. Illa petra quæ nos inter huius ſeculi deſerta ſitientes iuſtiſtitiam ſequaci fonte proſequitur, & dulci potu refrigerat, ne carnalium cupiditatum æſtibus peruramur. Illa petra ſuper quam domus ſtabilita non corruit, & illa petra quæ latere lancea perforato aqua fluxit & ſanguine, vt pariter ſalutiferos nobis funderet fontes aquam gratię & ſanguinem ſacramenti, qui idem eſt & fons noſtræ ſalutis & prætium. Sed væh mihi peccatori, quònam progreſſus, imo prolapſus ſum, dum pluribus apud te verbis ago, vt pro peccatis meis vel potius aduerſus peccata mea patrocinium promerear? cùm orationibus intendas, accumulo eandem de loquacitate mea ſarcinam, quam de orationibus tuis minui peto, & tanquam immemor ſcriptum, de multiloquio nõ effugies peccatum. Et quid agam, quo ore purgari poſtulem, vel qua à te ratione defendar, cùm ſciens prudenſque, cõtrarium prophetico verbo commiſerim, vt peccato multiloquij & me læderem, & ſanctitatem tuam fatigarem? Hærebo prorſus hoc crimine, neque vel tua me tegere valebit oratio, niſi tu ipſe mihi prius hanc iniurię tuæ culpam remittas, & pro me ſicut beatus Iob pro loquacibus amicis facere præceptus eſt, hoſtiam placationis offeras Deo. Tantum enim de animo tuo mihi vendico, vt hoc mihi multiloquium de tua indulgentia impunè ceſſurum præſumam, non ambigens tantam habere te patientiam, quantam habes charitatem.

Sanguis, Sacramenti, fons & prætium noſtræ ſalutis.

Prou. 10.

Iob. 42.

Hoſtia placationis

EPISTOLÆ XXXI,

ARGVMENTVM.

Prædicat Alethij ſanctitatem lachrymarum, & actus pios (Eleemoſinam videlicet publicam) quibus Animam defunctæ Coniugis Ruffinæ refecerat, ac tùm demùm nobilem Romæ futuram nobilitatem ſi non Euangelici diuitis illius Epulonis, ſit ſimilis, ſed Alethij, Cui proinde, & defunctæ eius Coniugi ob viuentium beata & numeroſa ſuffragia, fœlicia, fauſtaque à Deo omnia precatur.

DEo gratias qui odorem gratiæ, in te, ſuæ per eloquia literarum tuarum manifeſtauit mihi. Per fratrem enim chariſſimum in Deo, Victorem, meum hoc munere militantem Deo vt fraternæ ſeruiat charitati, iiſque nobis per longinqua terrarum interualla diſcretis impigrum annuis diſcurſibus tabellarium præbeat, & religioliſſimis officiis mutuo viſitantium corporalem laborem ſpiritali impendat affectu. Per hunc ergo fratrem & conſeruam in Domino (qui communis & vnanimus: nam & vobis ea, ſe, qua nobis inſitus eſt, acceptiſſimum gratia gloriatur. Per hunc, inquam, ſanctè venerabilis frater, tam dulce quam inſperatum mihi munus accepi, epiſtolam tuam, in qua nobis bonus cordis tui theſaurus apparuit, vt meritò percepta officij tui benedictione gauderem, cùm faciem interioris tuis caſtiſſimo ſpeculatus eloquio, quantum in te mihi à Domino adiutorium conſeram agnoſcerem: ſed in iis quæ mihi iniungenda, diues inopiæ æſtimator, putaſti, ſanctam quidem puriſſimæ charitatis fiduciam demonſtraſti. Fama tamen (quantum intelligo) Dominici operis perſuadente inductus es, vt ſecundum opus Domini qui nobis curam redemptionis noſtræ inſpirare dignatus eſt, ingenij quoque & oris opes ſuppetere nobis arbitrareris: ſed bonam concupiſcentiam magna fide vacuis opinionibus ſpes illuſa decepit. Vnde enim mihi tantum aquæ quantum ſitis? vnde tale poculum quod dignè bibas? vnde tantos panes quantos poſtulas? Sed ipſe tibi auctor iniuriæ tuæ eris diutius eſurire, qui euangelicos lucis & vitæ cibos in alta huius ſeculi nocte deſiderans, ſomnulenti & pauperis amici egenam penum pulſas, qui flumina aquæ viuæ ſitiens arentem venulam ſcalpis, & humorem de pumice conaris exprimere. Aut enim nullus mihi de inſpirantiæ ſiccitate, aut amarus de malitiæ felle fons intus eſt, quem vtinam orationes & literæ tuæ ſæpius impenſæ mihi exundarent, dulceſcere faciant fidei tuæ ligno, & eloquij ſuauitate, vt & verbo Dei quod bonus miniſter pio ore depromſeris, quaſi virga prophetæ percuſſo cordis mortem operatur, quod licet auctore diuerſo, tamen vno per vtrumque ſanctorum Dei ſpiritu & verbo ſcriptura concinit: mors enim, vera animæ virtutis adoperatio eſt. Nam ſi virtus Dei & vita noſtra Chriſtus eſt, verè dictũ vides, mortem feſtinare hoc mœrore quo virtus operiatur, & homo totus quaſi quadam inferni voragine, ſic grauiore triſtitia (vt Apoſtolus ait) abſorbeatur. Sed Deo gratias, quòd huius in te laboris & timoris mihi compẽdium facit conſciẽtia virtutis & prudentiæ tuæ, cuius largius tibi lumen eſt, quàm vt triſtitiæ tenebris poſſit operiri: quin potius tua virtus triſtitiam tegit, mortemque ipſam & vim noxij mœroris abſorbet. Non id verbis meis tibi largior, neque coniectura virtutis tuæ loquor: opera tua hoc de te conteſtantur, & me comperta loqui cogunt. Veniam enim iam ad prædicationem operum tuorum, & ad pios actus de lachrymarum ſanctitate tranſibo: Sua enim cuique parti debita perſoluiſti. Lachrymas corpori fudẽs, eleemoſinã animæ infũdẽs verè conſci' veritatis & fili' lucis, vbi mortẽ ſciebas eſſe fleuiſti: vbi vitã credis, operat' es: vacuis inania, viuis viua depẽdẽs. Itaque patronos animarũ noſtrarũ pauperes, qui tota Roma ſtipem meritant, multitudinem in aulam Apoſtoli congregaſti: pulchro equidem tanti operis tui ſpectaculo paſcor. Videre enim mihi videor tota illa religioſa miſerandæ plebis examina, illos pietatis diuinæ alumnos tãtis influere penitus agminibus in ampliſſimam glorioſi Petri baſilicam per illam venerabilem regiam cerulà eminus fronte ridentem, vt tota & intra baſilicam, & pro ianuis atrij, & pro gradibus campi ſpatia coarctentur. Video congregatos ita diſtinctè per accubitus ordinari, & profluis omnes ſaturari cibis, vt ante oculos euangelicæ benedictionis vbertas, eorumque populorum imago verſetur, quos quinque panibus & duobus piſcibus panis ipſe verus, & aquæ viuæ piſcis Chriſtus expleuit. Non viſitato more creans cibos hominum, ſed nouo munere iam paratos hominibus

2. Cor. 2.

Pauperes, animarũ noſtrarum patroni.

Matt. 14.

Mar. 6.

Luc. 9.

nibus cibos gignens, cùm operta manus diuino ſuggeſtu viſibiles epulas miniſtraret, & in alimẽta corporea ſpiritali fœcunditate profluerent ineffabilibus panis & carnis fontibus in ſpem ieiunarum adbuc gentium eſuriẽtes fidem populos carnaliter ſatians, & ſpiritaliter irrigans in deprehẽſis actibus comeſta ſupplens, edenda ſuppeditans, & ad morſus edentium fragmina ſubciſiua depromens, vt inter manus vel in ore ſumentium, creſcentibus cibis, ſentirent potius eſcarum ſuarum copiam quàm viderent, morſibus redeunte conſumpto, & dentibus ſubeunte ſumendo. Ipſius enim Domini exemplum in opere eius gerẽs, præcepiſti turbam reſidere in terra: ſic enim & Ieſus B iuſſit vt legimus, in terra recumbere. Nam in te & ipſe Dominus erat ſicut eſt, quia nemo Chriſti opera ſine Chriſto agit, cuius munere & benedictione copioſos tibi panes, vt accepiſti in nomine eius ſicut diſcipuli ab ipſo benedictos acceperant diuidendos, per innumera pauperum ora demenſus es, & manducauerunt, & ſaturati ſunt, & quod abundauit de panibus, tulerunt omnes vnuſquiſque ſportas ſuas plenas: ſed tu omnem redundantiam fragmentorum ſpiritalium collegiſti de duodecim cophinis Apoſtolicam fidem, de ſeptem ſportis gratiam ſpiritalem, non minus mirabiliter operante in tuis panibus Chriſto. In tuo iſto con- C uiuio panẽ tuum carnalem in cæleſtes cibos tranſtulit, & in æternam tibi ſaturitatem parauit. Recumbes enim iure cum patribus Abraham, Yſaac & Iacob, conuiuio Chriſti, veſte præditus nuptiali, quia tecum iſtic in pauperibus ſuis Chriſtus recumbit, & habet in te filius hominis vbi reclinet caput ſuum. Iuuat etiam nunc in ſpectaculo & prædicatione tanti operis immorari: Non enim hominis, ſed diuina per hominem opera laudamus. Quàm lætum Deo & ſanctis Angelis eius de hac tua (vt dici ſolet) pera ſpectaculum ſacer editor exhibebas? quanto ipſum Apoſtolum attollebas gaudio, cum totam eius Baſilicam denſis i- D nopum cœtibus ſtipauiſſes, vel qua, ſub alto ſui culminis, mediis ampla lacquearibus longùm patet, & Apoſtolico eminus ſolio coruſcans ingredientium lumina ſtringit & corda lætificat, vel qua ſub eadem mole tectorum, geminis vtrinque porticibus latera diffundit, quáve prætento nitens atrio fuſa veſtibulo eſt, vbi cantharum miniſtra manibus & oribus noſtris fluenta ructantem, faſtigiatus ſolido ære tholus ornat & inumbrat, non ſine myſtica ſpecie, quatuor columnis ſaliẽtes aquas ambiens: decet enim ingreſſum Eccleſiæ talis ornatus, vt quod intus myſterio ſalutari geritur, ſpectabili pro foribus opere ſignetur. Nam & noſtri corporis templum quadrijugo ſtabilimento vna Euangelij fides ſuſtinet, & cùm ex eo, gratia qua renaſcimur, fluat, & in eo Chriſtus quo viuimus reueletur, profectò nobis in quatuor vitæ columnas ille aquæ ſalientis in vitam æternam fons naſcitur, noſque ab interno rigat, & feruet in nobis, ſi tamen poſſumus dicere vel ſentire mereamur, habere nos cor ardẽs in via, quod Chriſto nobiſcum ambulante inflãmatur. Quàm lætum ergo tunc Deo & Angelis pacis, & cunctis ſanctorum ſpiritibus ſpectaculum præbuiſti? Primò de Apoſtoli veneratione, cuius fidem ac memoriam tam multiplicatam opulentiæ deuotio-

Baſilica D. Petri.

Luc. 24.

Apoſtoli veneratio.

A ne celebraſti, ſacras primùm hoſtias, caſta libamina cum acceptiſſima ipſius commemoratione Deo deferens, deinde munificentia conſequenti teipſum in corde mundo, & ſpiritu humiliato acceptiſſimum ſacrificium offerens Chriſto, in cuius tabernaculis veræ iubilationis hoſtias immolaſti, reficiens & paſcens eos qui benedictione numeroſa laudis hoſtiam ſacrificarẽt Deo. Quàm bono tunc vrbs noſtra tumultu fremebat, cùm tu miſericordiæ viſcera reficiendis & operiendis pauperibus effundens, pallida eſurientium corpora reformares, aridas ſitientium fauces rigares tremula algentium membra veſtires, & omnium cõſona in Dei benedictionẽ ora reſerares. Sed ege- B na corpora fouẽs, redeũtibus in meliorẽ tui partẽ operibus tuis, retributione diuina tuum potius ſpiritum ſaginaſti, & benedictæ coniugis animam refeciſti in illam transfundente Chriſti manu quæ tua pauperibus erogabantur, cùm in nictu oculi permutata in cæleſtes cibos carnalis eſca trãſiret. Et quãtum pecuniæ graui dextera, geminatis excipientium palmis, hilaris dator & infatigabilis diſtributor infuderas, tantum illico Angelis interuolantibus gremio Domini gaudentis inuectum, in triceſimos tibi fructus ac reditus numerandum reponebatur. Neque diuitiæ tantum, ſed & gratię C benedictionum addebãtur præmiis veſtris. Vobis enim ad iuſtitiam deputabatur conclamatio illa & comprecatio pauperum, qua per veſtra munera benedicebatur Deo. Facili enim via ad aurem Dei voces inopum diriguntur, quia oratio pauperis † (ſicut ſcriptum eſt) nubes penetrat. Poteras, Roma, intentas tibi illas in Apocalypſi minas non timere, ſi talia ſemper ederent munera Senatores tui. Vere tunc tibi nobilis eſſet illa nobilitas, quam ſacrati patres Abraham, Iſaac & Iacob paternis ſinibus exceperant, quam Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, id eſt cæli Senatus agnoſceret, quã poſt togam nulla immundi ſanguinis ſanie fune- D ſtatam, regali promiſſæ lucis ſtola Chriſtus indueret & in libro albo, hoc eſt libro vitæ perennis adſcriberet. Verè illæ diuitiæ diuites forent, quibus non draconis antiqui cruenta ſæuitia, ſed Dei ſaluatoris immẽſa bonitas paſceretur, ſi quod beſtiis aut gladiatoribus & cõparandis male profligatur & alendis, id propriæ donaretur ſaluti, chariuſque nobis eſſet viuere quàm perire. Sed & auaritia & liberalitate peruerſa Deo pro nobis egentes Zabulo contra nos prodigi ſumus. Damnum in lucro & in damno lucrũ ducimus, vitamque noſtram nec egenter redimere curamus, qui pro vita mortem emimus ſumptuoſe. Beata eſſet E noſtra conditio, ſi æquè Deo & hominibus, vel diſplicere timeremus, vel curaremus placere. Si tantum præcepta Chriſti quantum populi ſibila vereremur. Et ſi tanti laus quæ ex Deo eſt, quanti iſte de vulgo plauſus emeretur. Beatus qui non adiſti in tale conſilium, nec in catedra peſtilentiæ, ſed in Apoſtoli ſede, & in Eccleſiæ cœtu, id eſt Chriſti theatro, non ſeditioſis, ſed benedicentibus cuneis Deo ipſo ſpectatore laudaris, Eccleſiæ munerarius non Harenæ, nec inanis gloriæ, ſed æternę laudis ambitor: Non gladiatores nec belluas emis, ſed quib9, veros gladiatores, hoc eſt harum tenebrarum principes perimas, agis, & quibus veras beſtias, hoc eſt, omnem Zabuli vir-

Sacras hoſtias in Apoſtoli commemorationem offerre Deo.

Defuncta Coniugis, animam vir eleemoſinis refecit.

Angeli interuolãtes.

Pauperũ comprecatio deputatur ad iuſtitiam.

†*Humilitatis, ſe, Eccl. 3, Apoc. 14 18.*

Diuitiæ diuites.

tutem ſuperes,& preſſo impune veſtigio concul-
ces leonem & draconem. Beatus es in quo bene-
dicitur nomen Domini, & qui habes ſemen in
Sion,& domeſticos in Hieruſalem,qui te viciſſim
in tabernacula æterna ſuſcipiant. Non enim ti-
Luc. 16. mebis illius diuitis locum,qui in Tartaro, hoc eſt,
in inferno inferiore vel exterioribus tenebris me-
Ignis meritum. rito igne circundatus, vel extremo contempti in
hac vita pauperis digito rogabat aſpergi, cui pa-
ter Abraham iure reſpondit: memento fili quia
recepiſti bona in vita tua, & Eleazarus mala:nũc
verò hic conſolatur, tu cruciaris. Ob hoc, il-
li, cenſeo, diuites hanc vel pœnarum vel deli-
ciarum viciſſitudinem perhorreſcant,qui iſtic ſi-
bi tantùm & vitiis affluentes, aut opibus abſtru-
ſis incubant nec partem poſuere pauperibus, aut
malè prodigi egent meritò, æterna egeſtate ple-
ctendi, qui tam viles ſibi fuerint charitate luxu-
riæ, vt iis pretioſior fuiſſe arguatur vnius diei mẽ-
ſa, quàm totius ſui temporis vita. Hi ergo non
communicabunt in æternum cæleſtia bona pau-
perum, quorum iſtic pauperes bona terrena ne-
ſcierint, & horum grauius lingua torrebitur qui
debilitates modò pauperum vel horrent vel irri-
Diuites lætaliter faſtidioſi & faceti. dent, faſtidioſi lætaliter & faceti, qui prætereunt
& canibus lambenda dimittunt hulcera proximo-
rum, quia omnis, natura, homini homo proxi-
mus. Nonne (quæſo te) iſti verius dicendi ca-
nes qui ne canes quidem in curandis atque mul-
cendis hominibus imitati ſunt, & de micis ſaltem
à menſa ſua cadentibus ſatiari cupientes fratres,
hoc eſt, natura matre germanos non ſolùm obſe-
ratis foribus excludi, ſed etiam ſæuis verberibus
expelli iubent? Vnde, credo, illum in Euangelio
diuitem Tartari, cùm totus (vt clamat) miſer cru-
Diues cur lingua potiſſimũ cruciatus in inferno. ciaretur, in illa ignei gurgitis flamma, ſolius ta-
men linguæ refrigerium poſtulaſſe, qua ſine du-
bio ideo vehementius cremabatur, quia in Elea-
zarum ante ianuam ſuam ſtratum & canibus re-
lictum, ſæpius ſuperbo auarus ore peccauerat.
Ob hoc & alibi præmonemur, ponere ori noſtro
Pſal. 38. cuſtodiam, docente ſapientia per Salomonem:
Prou. 18. Quia in manu linguæ vita & mors. Et alibi: Ver-
Matt. 12. bis tuis (inquit) iuſtificaberis, aut verbis tuis cõ-
demnaberis: Tibi igitur, frater in Chriſto vnani-
me, cui ſub hac pœna metus, & cum illa ſede cõ-
munitas, cuius os benedictione plenum eſt, cu-
ius diuitiæ vbera pauperum ſunt, cuius domus
hoſpitium Chriſti eſt, qui non iacere mendicum
ante ianuam tuam epulante te ſuſtines, ſed con-
tra, tectis tuis lætus inducis, aut tecum epula-
turum, aut etiam ieiunante te ſaturandum: Tibi
felix à peccatis egeſtas & beatæ in virtutibus o-
pes ſunt: Tu & inter illos pauperes iure numera-
beris quorum eſt regnum cœlorum, & inter illos
diuites quorum poſſeſſio ciuitas firma eſt, quia
ſpiritu Dei diues es, & tuo pauper. Tales enim
diuites cum pauperibus ſuis diligit Deus, & ſa-
Qualium Diuitum nomina prætermiſſa in Scripturis cris literis celebrat, paginarumque perennium
auctoritate nobilitat. Hoc enim ipſum conſide-
rare te volo, eorum diuitum quorum vel crimina
vel ſupplicia in ſcripturis ſignata ſunt, nomina ſi-
gnificata non eſſe, quia ſine dubio indigni erant
vt ſermone diuino nominarentur, quos aut vita
obliterauit impietas, aut auaritia deleuit. Ideo

prædixerat Dominus in propheta de ipſis: Nec *Pſal. 15.*
A memor ero nominum illorum per labia mea, hoc
eſt, per immortalium duo Teſtamenta verbo-
rum, quæ oris diuini labia bene dicuntur, quia &
cohærent ſibi, & vno Dei verbo aperiuntur, &
per ipſa nos Deus oſculatur ab oſculis oris ſui.
Hæc ergo labia pollui noluit nominibus impio-
rum diuina iuſtitia, & idcirco neque illius Diui-
tis nomen extat, cuius vanitas & auaritia ſignatur
cui conſumpta iam vita, de vitæ apparatibus co- *Luc. 12.*
gitanti dictum eſt: ſtulte hac nocte expoſtulabi-
tur anima tua, quæ paraſti cuius erunt? Neque
huius è Tartaro diuitis nomen inſigne eſt, quod
non caſu prætermiſſum, edito pauperis nomine,
B intelligimus. Illius quoque diuitis qui gloriatus
in lege completa, conditionem adipiſcendæ per-
fectionis, diuitiarum ſuarum amore auerſatus eſt,
cæcitatem legimus, vocabulum non habemus.
Erat enim (inquit) habens multas poſſeſſiones,& *Matt. 10.*
idcirco ſecuta eſt illa ſententia, quæ regnum cæ-
lorum omni diuiti penè clauſerat, niſi Deus vt
ſolus bonus omnipotentiæ ſuæ excepiſſet hoc do- *Quinam diuites Deo inuiſi*
num, vt diuites pauperum voluntate ditaret. Hi
ergo diuites inuiſi Deo & obliterati memoriæ,
qui terrenis caduca præuerterint, quique malue-
rint terræ quàm Deo credere, eſcam tineis & præ-
dam furibus congerentes, & (vt ſcriptum eſt)
C cui theſauriſant ignorantes, quia nolunt intelli- *Pſal. 38.*
gere cui debeant theſauros ſuos, digni qui neſ-
ciant quo ſucceſſore dimittant, quia neſciũt quo
largitore poſſideant. Quid enim habes ô homo
quod non aceperis? & quia accepiſti quid gloria-
ris quaſi non acceperis, & de ſuis, Deo, donis ſu-
perbis? Talium mi frater, diuitum nomina in E-
uangelio non ſcribuntur, quia nec in libro vitæ
habentur. Denique vt ſcias non diuitias, ſed ho-
mines pro earum vſibus eſſe culpabiles vel acce-
ptos Deo, lege ſanctos patres Abraham, Loth & *Non ſunt diuitiæ culpabiles ſed earum vſus.*
Iob de opibus ſuis amicos Deo factos. Nam in E-
uangelio quo ille tartareus contemptor Eleazari
D diues prætermiſſus eſt, illum in Arimathia Ioſeph
diuitem nominari videmus. Beatus enim eſt qui
ſpecialiter intellexit ſuper egenum & pauperem, *Ioan. 19*
pio Chriſti corpus obſequio muneratus, nec iu-
dicem pro iniuria dominici corporis interpella-
re veritus, & pio ſumptu pretioſi velaminis & ſe-
pulchri noui diues in domini ſepultura. His te pa-
gina ſancta nominibus adſcribet, & in taliũ diuitũ
ſorte numeraberis, quorum opes, æquas & animo.
Non enim ſibi habẽtes habebant, ſed nemo quic-
quam dicebat ſuum, & humani nihil à ſe alie-
num putabant, vt illa quondam princeps fidei
multitudo, cui vnum cor & anima vna, & om-
E nia communia erant. Et vide rationem facilè *Act. 2.*
iudicabis parricidali crimine contemni paupe-
res noſtro arbitrio, quos nullo videmus à no- *Pauperũ contẽptus crimen eſt parricidale.*
bis Dei opere diſcretos. Quomodo enim ex-
cludamus à noſtris modicis habitationibus, quos
Deus vna nobiſcum iſtius Mundi concluſit do-
mo? Quomodo dedignemur terrenæ poſſeſ-
ſionis vſu facere participes, quos & in vna diui-
næ originis vnitate conſortes habemus? Hoc te-
nens Abraham, amicus Deo factus eſt. Hoc
obſeruans Loth, euaſit à Sodomis. Hoc ſecta-
ctatus Iob, de Zabulo triumphauit. Aperia-
mus

Gen. 19. Iob. 31.

mus& nos domicilia noſtra fratribus, vel timentes periculum, ſupradictorum exemplo Patrum, ne fortè quaſi hominem excludentes, & Angelum repellamus, vel ſperantes mereri & Angelos hoſpites, dum omniſ aduenæ tranſitum prompta humanitate ſuſcipimus. Pater enim Abraham dũ peregrinos ſuſcepit, excepit & Dominum cum Angelis Chriſtum, & in hoſpitali tabernaculo illum, quem in Euangelio coram ſemetipſo Saluator exhibet diem vidit. Sodomitas hoſpitum dãnauit iniuria, & Loth eo potiſſimum liberari meruit affectu, quòd hoſpites prætulit filiabns. Non ille impius, ſed perfectè pius: non enim filias viles babebat, qui inde mercedem meruit, qnòd pietati domeſticæ prætulerit iuſtitiam charitatis, hoc eſt, timorem Dei, cuius vtique præcepto & ſpiritu recipiendis hoſpitibus ſeruiebat, ac perinde iam tunc perfectum fidei mens illa compleuit, quo dicitur nobis: Omnis qui reliquerit fratres & ſorores, aut matrem aut filios vel filias propter nomen meum, centuplo accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Huius mentis perfectio, vel iſtius perfectionis mens iam ab origine ſeculi iuſtum Loth ab illo Pentapolitano incendio liberauit, meruitque pro hoſpitali domo tantam in domo vrbem munere Dei ſortitus accipere, quia ille qui in inceſta & impia ciuitate ſolus & pius fuerat & pudicus, ipſam ſuperans ciuitate pietatem, non dubitauit, quantum in ipſo fuit, pudicitia filiarum redimere hoſpitum caſtitatem. Iob verò ille Domini igne examinatum argentum, ſe ſemper oculum cæcorum, & pedem claudorum fuiſſe teſtatur, horumque operum in ipſo tẽtationis ſuæ certamine mercedem repoſcit, & recipit, ſpoliatur opibus patrimonij non animi, ſed inuulnerabilis corde, ne labiis quidem peccat.

Christus apud Abrahamũ hospitatus. Gen. 18. Matt. 19. Iob. 29. Merces operum.

Nudatus ambitione ſubſtantiæ, ſed armatus virtute patientiæ: orbatus prole, non cordis lumine, filios metis ſuæ, hoc eſt, iuſtitiæ opera complectitur clamans: Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus oportet in terram reuertar. Nibil intulimus in hunc Mundum, verùm nec auferre poſſumus. Sed quia ſpiritales opes non amiſerat, temporales quoque diuitias pro patientiæ triumpho recepit, & ditatus eſt triplo, quia probatus & purgatus erat ſeptuplo. Labores enim (vt ſcriptum eſt) fructuum ſuorum manducauerat, in operibus piis elaborando, & idcirco fructus laborum ſuorum manducauit, in hoc etiam ſeculo præmia operum recipiendo. Cum his diuitibus tibi ſors eſt quia eundem Deum diuitiarum tuarum cauſam eſſe meminiſti, liber auaritię, quia ſeruus iuſtitiæ. Iniquo mammona iuſtè vteris, nec captiuus, ſed verè Dominus es pecuniæ tuæ, quia poſſideris à Chriſto, cui captiua eſt ipſa captiuitas. Gloriare igitur in Domino, quia non caro & ſanguis tibi, ſed ipſe qui lumen eſt verum & ſapientia Dei Chriſtus prudentiam huius prouidentiæ reuelauit, qua intelligis in omni egeno & paupere Chriſtum cibari, potari, contegi, viſitari, ſecundum illos patres quos ob hoc meritum quod ſupra dictum eſt, in die mala liberauit Dominus. Ipſe te Dominus conſeruet & viuificet & beatum faciat, & ferat opem nunc tibi ſupra lectum doloris tui, conuertat planctum pium in gaudium ſanctum tibi. Conſcindat ſaccum triſtitiæ tuæ, & reddat tibi lætitiam ſalutaris ſui: confirmante ſpiritu principali, firmet, in orationibus & eleemoſinis, vt arcum æreum, brachia tua: perficiat pedes tuos tãquam cerui, vt & ad fugiendum Zabulum, & ad conſequendum Chriſtum velox ſis; & fixis, gemino vtriuſque Teſtamenti vngue, veſtigiis, in via Domini firmiter ſiſtas, ereptis manu Domini pedibus tuis à lapſu, & oculis à fletu, vt cum benedicta coniuge tua in æternum placeas Domino in regione viuorum. Fiet enim tibi ſecundum fidem tuam, quia fidelis Dominus in verbis ſuis, memor erit in æternum huius ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pingue fiet, teque ipſum viuam ſibi hoſtiam in odorem ſuauitatis accipiet, remunerator veſtri fœnoris in illa die qua locupletior creditoribus debitor ſuum cuique depoſitum multiplicata reddet vſura. Nec longè retribuendi dies, albentibus, quam videmns propinqnam eſſe, regionibus. Interim recipiendas opes, feſtina tibi meditatione, promittens, multò vberiùs animum tuum venturi fide quàm meo vel cuiuſque ſermone ſolaberis: Non enim modica animis credentium voluptas eſt, promiſſa fidelibus bona, dulci cogitatione præſumere, & in paradiſo iam animis deambulare. Si agricolam iuuat ſpem meſſis in ſegete mirari, dum à meſſe fructum laboris expectat, faciliuſque fert moram temporum auaritia votorum, ſi paſcat oculos dũ ſperat euentus: quantò maiorem nos capere poſſumus voluptatem licet peccatores, attamen fideles ſerui, quibus ſparſi ſeminis non apud dubiam terræ fidem, ſed apud incommutabilem Dei veritatem ratio mandata eſt, qui hoc ſperamus, quod veritas ipſa promiſit? Non enim ab humanis opinionibus, nec à fabuloſis poetarum ſomniis, aut philoſophorum phantaſmatis poſt hominem futura colligimus, ſed ab ipſo fonte veritatis haurimus fidem rerum. Quis autem potuit diuina magis, quàm Deus ipſe operum & ſtatutorum ſuorum conſcius, noſſe? Non traduces in corpora aliena animas, vt ſint monſtra poſt hominem, neque omnino ſine corpore permanſuras, aut in corpore mentiemur occiduas: blandiantur ſibi mendaciis poëtarum, qui non habẽt veritatis prophetas. Cæcentur opinionibus erraticis philoſophorum, qui non illuminantur teſtimoniis Apoſtolorum: & ſe deſperatione ſolentur, qui ſpem non habẽt dicẽtes: vmbræ tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reuerſio finis noſtri, quoniam conſignatus eſt, & nemo reuertetur.

Animarum stat⁹ post hanc vitam. Sap. 2.

Qui excæcati nequitiæ, & infidelitatis ſuæ tenebris nõ poſſunt dicere: Credo videre bona Domini in lumine viuentium. Nos verè tam egenis remediis non indigemus, quibus ipſa veritas, Dei Verbum Deus, reſurrectionem carnis in vitam æternam, & ſpopondit docens, & probauit reſurgens. Ipſe enim Dei filius, per quẽ omnia, & ſine quo nihil: Ipſe teſtat⁹ eſt: Ego ſũ reſurrectio: qui credit in me, etſi mortu⁹ fuerit, viuet: & omnis q viuit & credit in me, nõ morieť in æternũ. Quòd, ne verbo ſolũ aſſereret, ſanxit exẽplo, ſuũq; ipſum, in quo omnis ſuſceptio, hominem reſuſcitatum à mortuis, & oſtendit diſcipulis, in ſemetipſo fidem carnis aſſignans cùm dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & infer manum tuam huc & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus ſed fidelis. Quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me habentem videtis.

Psal. 26. Ioan. 14. Ioan. 20.

Appendix. g

Hæc igitur teſtimonia, hæc documenta, hanc lu- A cem fidei habentes, qua occaſione poterimus de reſurrectione dubitare, quam & de verbo Dei audiuimus, & Apoſtolorum oculis videmus, manibuſque palpauimus, quique ita per Chriſtũ Deo iuncti & inſiti ſumus, vt Dei arrabonem teneamus in terra noſtra, Spiritum ſanctum quem dedit nobis, & noſtri pignus habeamus in Deo carnem Chriſti, quia interuallum iſtud immenſum, quo à diuinis mortalia diſparantur, medio, & in- *1. Cor. 15.* ter vtraque communi interuentu ſuo velut quodam (vt ſic dixerim) potente continuat, vt eius tramite terrena cæleſtibus conſerantur, cum hoc corruptibile noſtrum incorruptio ſuperna per- B fuderit, & mortale noſtrum (vt ſcriptum eſt) immortalitas hauſerit: mortemque deuictam victrix in Chriſto & à Chriſto nobis vita ſorbuerit? Quod vt aſſequamur, non de veritate tanti boni, ſed de noſtri captu meriti, dubitare poſſumus. Sed agamus quę Chriſtus iuſſit, vt adipiſcamur quæ Chri- *Ioan. 14.* ſtus ſpopondit. Veritas illius nobis adeſt, illi fides noſtra non deſit. Omnibus vita, omnibus via, *Matt. 11.* omnibus ianua eſt, nemini claudit ſua regna quibus & vim permittit inſerri. Perge quò curris, vt apprehendas in quo apprehenſus es: enitere per anguſtam viam, vt peruenias in amplam poſſeſſionem hæreditatis æternæ. Habes iam in Chri- C ſto magnum tui pignus & ambitioſum ſuffragiũ, *Coniunx deffuncta ambitioſum in cæleſtibus marito ſuffragiũ.* coniugem, quæ tibi tantum gratiæ in cæleſtibus parat, quantum tu illi à terrenis opulentiæ ſuggeris: non illam, vt dixi, luxibus caſſis honorans, ſed viuis muneribus accumulans, quibus illa nũc gaudet, iamque illi huius operis tui vſus in fructu eſt, cuius adhuc tibi munus in ſemine. Iam honoratur tuis illa meritis, iam paſcitur tuis panibus, & affluit tuis opibus, in veſtitu deaurato circumamicta varietate, pretioſo lumine. Non eget alienæ manus digito refrigerari, propriis ipſa digitorum ſuorum roribus, id eſt, dexteræ tuæ operibus infuſa, non æquè ampla dote nubentem D locupletaueras, vt nunc ditificas quieſcentem.

Quantam enim tunc partem tuorum [munerum cœpit, cùm eo ſolo quod poterat induere: frueretur: nunc quantùmcunque contuleris, totum ſimul, omnium ſenſuum voluptate diues, animo poſſidebit, Beata cui tam numeroſa apud Chri- *Beati defunctis quibus numeroſa apud Deũ ſuffragia.* ſtum ſuffragia ſunt, & cuius caput, tam multiplex ambit illuſtrium corona gemmarum, nec alienis intexta floribus ſed Domeſticis coruſca luminibus, veré illa pretioſa Domino anima, quæ de rebus pretium margaritæ capit. Eſt enim coniunx fidei, ſoror virginitatis, filia perfectionis, cui Paula mater, Soror Euſtochi um, tu maritus.

EPISTOLÆ XXXII,

ARGVMENTVM.

Hortatur Plebem ad omnia quidem vniuerſim Charitatis Opera, ſed maxime ne aridis manibus præterirent poſitam in Eccleſia, Deo authore, menſam qua exciperentur Eleemoſinæ fidelium.

NOn fruſtra, dilectiſſimi mei, iumentis præſepe ponitur: neque tantùm ad ſpe- A ciem videndi, iacet menſa. Etenim quædam eſt, quamlibet irrationabilium animantium, tamen ab hominum ratione compoſita, vt per eam quadrupedia cibum capiant. Quòd ſi ij qui præſepia ædificare curauerint, negligant pabulum inſerre, procliui, tabida inopi ſtabulo iumenta deficient, & non paſcentia fames depaſcitur animalia: at illi dignum negligentia vel auaritia damnum de toto capeſſent, quibus præſepis parandi tantùm labor fuerit, & replendi cura defuerit. Pariter enim cum animalibus mortuis & vſum præſepis amittent, duo grauia damnà iuſtè ferentes, qui vnum neceſſarium vtilis impendij ſumptum pepercerint B miniſtrare. Hoc igitur exemplo, dilectiſſimi, cauere debemus, ne damnum animæ & diſpendium ſalutis adeamus, negligentes in Eccleſia poſitam à Domino menſam indigentibus, quam deſpiciẽtibus oculis intuemur, aut aridis manibus prætérimus. Abſit quæſo ab animis veſtris tale contagium. Facilè enim ſerpit cancer auaritiæ in præcordia nullis miſericordiæ munita viſceribus, captamque vipereis alligat vinculis animam, ſi ab operibus bonis nudam, & materia captiuitatis, hoc eſt, infructuoſis opibus abundantem Serpens inimicus inuenerit. Non patiamur ergo menſam C Domini & nobis vacuam, & egentibus inanem relinqui, & viſui tantùm ſtare non vſui, ne de negligentia noſtra eſurientibus expreſſi gemitus in nos retorqueantur: qui enim ſpernit pauperem, exacerbat † (vt ſcriptum eſt) eum qui *†Exprobrat.* fecit illum, hoc eſt, communem omnium Creatorem, qui ſicut refectione inopum gaudet, ita defectione triſtatur. Excitemus ergo nos *Prou. 17.* ab inertiæ ſomno, & velut negligentiæ torporem diſcutiamus, vel auaritiæ vincula rumpamus. Inſpiciamus diligenter in omnia verba, præcepta, promiſſa, opera, conſilia, ſaluatoris noſtri Dei: reputemuſque nobiſcum, D cur hæc menſa & quo auctore propoſita ſit in atriis domus Domini in conſpectu omnis populi eius. Quod quàm maxime conſiderandum eſt cui bono, qua gratia, in quem fructum locata † præniteat & pateat. Conſule *† Alij pertineat, & melius vt opinor.* ipſa veritatis oracula, & reſpondebit tibi Propheta: qui miſeretur pauperi Deum fœnerat. Cæleſtis igitur trapezitæ hæc menſa eſt, theſaurum vitæ ſtruens, & ad margaritam negotiandam Dei fœnus exercens. Qui *Prou. 19.* enim fœnerat pauperes Domini, præſtolatur à Domino Deo retributionem mercedis æternæ. Sed & beatus Apoſtolus Paulus nos do- E cens, inter ſollicitudines omnium Eccleſiarum non minimam ſibi curam pauperum eſſe *Pauperũ habenda eſt cura. Gal. 2.* teſtatur, ait enim: tantùm vt pauperum memores ſimus, quod ſtudui facere. Id ipſum idem alibi clamat. Nihil intulimus in hunc Mundum, verum nec auferre poſſumus: & i- *1. Tim. 6.* terum: Quid enim habes quod non acceperis? *1. Cor. 4.* Atque ideo, dilectiſſimi, non vt de proprio reſtricti ſimus, ſed vt de credito ſœneremus.

Diſpenſatio enim (inquit) nobis credita eſt, *1. Cor. 9.* & temporalis pecuniæ vſura communis, non priuatæ rei æterna poſſeſsio: Si cognoſcas eam temporaliter in terra tua, poteris in cæleſtibus tibi facere perpetuam, ſi reminiſcaris

Matt. 18. ris in Euangelio illos ſuſceptores Dominicorum
& 25. talentorum, & quod cuique paterſamiliâs reuer-
ſus retribuerit, ſcies quantò ſit vtilius ponere ad
menſam Domini multiplicandam pecuniâ, quàm
ſterili fide nullo reditu creditoris, magno inuti-
tilis ſerui diſpendio, in ſola pœnarum illius incre
menta eſſe ſeruatam. Feſtina igitur, illam potius
vocem mereri vt audias: Euge bone ſerue, intra
in gaudium Domini tui: quàm illam: Serue ne-
quam & piger de ore tuo te iudico: & reliqua
quæ nota ſunt. Miſſo inutili in tenebras exterio-
Matt. 25. res, ac talento eius, illi qui multiplicaris creditis
abundabat, adiecto: Omni enim (inquit) haben-
ti dabitur, non habenti verò & id quod habet au-
feretur. Reminiſcamur & illius viduæ quæ pau-
perum cora ſui negligens totam victus ſui ſub-
Mar. 12. ſtantiam, futuri tantum memor, Iudice ipſo teſte
Luc. 21. vacuauit: Alij enim (inquit) de abundantia ſua
ſuperantes contulerunt: illa verò multis forſitan
& pauperum egentior, cui duo minuta omnis cẽ-
ſus erant, ſed animo cunctis diuitibus opulentior
ſolas mercedis æternæ opes ſpectans, & celeſtis
auara theſauri pariter ſibi totum eius ſubſtantiæ
quæ de terra ſumitur, & in terram reuertitur, ab-
dicauit: miſit quod habebat, vt quod non vide-
rat poſſideret: miſit corruptibilia, vt immortalia
compararet. Non deſpexit illa paupercula diſpo-
ſitam à Deo ordinatamque rationem de receptio-
ne venturi, & propterea non fuit immemor eius
ipſe diſpoſitor, iamque ſententiam ſuam ipſe Mū-
di arbiter præcurrit, & quam in iudicio corona-
turus eſt, in Euangelio prædicauit. Fœneremus
igitur Dominum de bonis Domini: nihil enim ſi-
ne eius munere poſſidemus, ſine cuius nutu nec
ipſi ſumus, & nos præcipuè quid noſtrum pute-
mus, qui maiori & ſpeciali debito non ſumus no-
ſtri? & non ſolùm quia facti à Deo, ſed & empti
ſumus: gratulemur autẽ quia magno empti, quip-
pe ſanguine ipſius Domini, quo pretio & viles &
vænales eſſe deſiſtimus, quia vilior ſeruitute li-
bertas liberũ eſſe iuſtitiæ. Talis etenim liber ſer-
uus peccati, & captiuus eſt mortis. Sua igitur Do-
mino dona referamus, demus illi qui in omni pau
pere accipit. Demus, inquam, gaudentes, & reci-
Matt. 11. piamus ab ipſo exultantes. Placet enim ipſi talis
iniuria, vt vim regno ipſius inſeramus, bonis o-
peribus cœli clauſtra frangentes. Dominus enim
noſter, qui ſolus bonus, vt vnus Deus, non aua-
ritiæ ſtudio accipere deſiderat, ſed largitaris affe-
ctu. Quid enim non habeat, qui omnia dedit?
Aut quid non poſſideat, qui ipſos poſſidet poſſi-
dentes? Quia omnes viri diuitiarum in manibus
eius: ſed immenſa eius iuſtitia pariter & bonitas
de ipſis muneribus ſuis vult ſibi munera inuicem
fieri, vt ſibi materiam erga te beneficentiæ pariat,
Meritum. quia bonus eſt, & tibi faciat meritum, quo dignè
recipias, quia iuſtus eſt. Patent igitur theſauri
bonorum illius, & diuitiæ bonitatis eius in prom-
ptu ſunt, vt vnuſquiſque non expectet accipere,
ſed vltrò ſibi rapiat quantum velit. In hoc enim
nos fecit bonus Dominus & pater ſanctus, vt no-
ſtro bono eſſemus boni. Nam quo ille indulge-
rẽt extrinſecus bono, qui totus ipſe quantus eſt,
bonitas & beatitudo eſt? Ob hoc quantum in ip-
1. Tim. 2. ſo eſt, charisſimi, omnem hominem vult ſaluum
fieri, quia in omni homine opus ſuum diligit, &
Appendix.

impenſe tibi largitus eſt de ſuis opibus, ſi tu tibi
A pſe non ſis inuidus & auarus de iis quæ Deus tuá
fecit, non vt cauſa tibi ad mortem, ſed vt pretium
ad vitam forent? O abundantia bonitatis Dei.
Vult fœnerari ex iis, quæ ipſe largitus eſt. Cupit
debitor fieri donorum ſuorum, vt cum multa tibi
ratione tuam reddat vſuram. Propterea igitur,
frater, tam vberem tibi obſtringere debitorem,
vt & amicum te ex ſeruo vocet, & in tuis terre-
ſtribus nummis te expertus fidelem, de ſuis cæ-
leſtibus theſauris diuitem faciat. Ne trepides, ne
cuncteris, ne parcas. Eſto violentus Deo, rape
regna cælorum. Qui vetat aliena contingi, ſua
gaudet inuadi. Et qui damnat auaritiæ rapacita-
B tem, laudat fidei rapinam. Pranſores tui dudum
ſtant pro foribus tuis, tempus & regem menſæ
opperientes. Tu conuiuas moraris: curre ſollici-
tus, ne diutius maneant ieiunantes, & iniuria eo- *Deus, bo-*
rum excitetur is qui fecit illos, & qui illos bono *no noſtro,*
tuo pauperes fecit. Nam potuerat, dilectiſsimi, *fecit pau-*
Dominus omnipotens æquè vniuerſos diuites fa- *peres.*
cere, vt nemo indigeret altero: ſed infinita bo-
nitatis conſilio ſic parauit miſericors & miſera-
tor Dominus, vt tuam in illis mentem probet.
Fecit miſerum, vt agnoſceret miſericordem:
Fecit inopem, vt exerceret opulentum. Mate-
C ria diuitiarum tibi eſt fraterna paupertas, ſi in-
telligas ſuper egenum & pauperem, nec tibi
tantùm habeas quod accepiſti, quia ideo & illius *Pſal. 40.*
partem tibi in hoc ſeculo contulit Deus, vt tibi
deberet quod de ſuis donis tuo voluntario affe-
ctu indigentibus obtuliſſes, ac te viciſsim in æ-
terna die de illius parte ditaret. Per ipſos enim
nunc accipit Chriſtus, & tunc pro ipſis rependet.
Docet enim nos & Euangelicus ille diues à Tar- *Luc. 16.*
taro, & in Abrahæ ſinu iam non mendicus Elea-
zarus, qui in illa pœnali ardentis diuitis egeſta-
te, refrigerio vitæ affluebat. Docet, inquã, iſtud e-
xemplum, viciſsitudinem eſſe iſtic & illic huma-
D no generi diſtributam, repenſandúque illic pau-
peribus quod iſtic videtur negatum: & contra, di-
uites qui pauperibus iſtic inopes fuerint, nihil
de pauperum felicitate capturos, mendicitatem-
que perpetuam cum abundantia pœnarum, pro
iniuria pauperum, digna vltione referendam.
Quare ambulate (vt ſcriptum eſt) vt filij lucis in
lumine dum lumen habetis, & ſic age Chriſtia-
ne, dum reſipiſcendi & prouidendi dies ſuppe-
tit, vt audire merearis à Domino: Euge bone *Matt. 25.*
ſerue quia in paucis fidelis fuiſti, ſupra multa te
conſtituam. Vide igitur & intende huic verbo
frater, & noli negligere gratiam quæ tibi oblata
E eſt. Noli deſcendere vacuus in domum Chriſti,
quæ eſt Eccleſia Dei viui. De tuis multis vel
parua ſi tribuas, multam tibi reliquorum tuorũ
adiectionem paraſti. Plurimi te expectant & in *Exhorta-*
aduentum tuum pendent, circumſpicientes quã- *tio ad Elee-*
do te videant. Tibi impenduntur cunctorum i- *moſinam.*
nopum preces, & vota debiliũ. Vide ne tam pios
mutare cogantur affectus, & in querellam preces
vertant, & aduerſum te editi gemitus (quos ne-
ceſsitas, te non miſerante, cõfectis extorſerit.)
Feriant & inuitent patrem orphanorum, iudicem
viduarum & compaſſorem pauperum Domini.
Caue ipſum te tãtummodo ames, ſi te amas. Quia
iniquitatis eſt iſta dilectio, & qui diligit ini-

A quitate, odit(vt ſcriptum eſt)animam ſuam: ple-
nitudo autem legis eſt dilectio proximi, quod
omnis homo homini eſt germanitate naturæ. Pa-
rem ergo curam tui & pauperis gere, vt imiteris
imitatorem Chriſti, non tibi ſed aliis vtilia curan-
do, vt tui impenſius Deo cura ſit. Vide enim quā-
to crimine te ſuperbia aut auaritia diſcernat ab
eo, cui te Deus opere ſuo iunxit. Refice eſuriē-
tem animam, & non timebis in die mala ab ira
ſuperuentura. Beatus enim(inquit) qui intelligit
ſuper egenum & pauperem, in die malo liberabit
eum Dominus. Operare igitur& excole hanc re-
gionem terræ tuæ, frater, vt germinet tibi frugem
B fertilem, plenam adipe frumenti, magno cum fœ-
nore centeſimum tibi fructum multiplicati ſemi-
nis afferentem. In huius vel poſſeſſionis vel nego-
tiationis appetitum & ſtudium, ſancta & ſalutaris
eſt auaritia. Nam talis cupiditas quæ regnum cę-
leſte meretur & bonum perenne deſiderat, ra-
dix bonorum eſt. Tales igitur (vt ſuprà dictum
eſt) diuitias concupiſcite, & huiuſmodi poſſidete
patrimonium, quod in centenos fructus vobis
creditos penſitet, vt veſtros quoque vobiſcum
bonis perennibus augeatis hæredes. Poſſeſſio e-
nim hæc verè magna& pretioſa eſt, quæ poſſeſſo-
rem ſuum non cumulo ſeculari onerat, ſed redi-
C tu ditat æterno: Quæ lacte & melle manat, & non
de aluearibus neque pecoribus expreſſum dulci-
um nectar liquorum, ſed per flumina læta diffu-
ſum ſuis præbet agricolis. Verùm, dilectiſſimi, nō
ſolùm vt bona æterna quæratis, ſed vt mala innu-
mera vitare mereamini, præſenti ſollicitudine &
ſedula operatione iuſtitiæ prouidete. Magno e-
nim adiutorio atque pręſidio nobis opus eſt, &
multarum atque indeficientium orationum pa
trociniis indigemus. Aduerſarius enim noſter nō
quieſcit, & in noſtrum peruigil hoſtis interitum,
obſidet omnes vias noſtras, egreſſúſque & aditus
omnium diligenter explorat, vniuſcuiuſque ve-
D ſtigiis comes indiſcretus affigitur, ac ſepes egreſ-
ſibus noſtris obiicit, & pedibus interſerit, vt in
plano quoque latentem ſalebram malè cautus of-
fendas. Vnde ſcriptum eſt: Sunt viæ quæ viden-
tur hominibus planæ, nouiſſima autem ea-
rum tendunt in infernum. Quod ſi ſecurus in pla-
no, neque cautus in lubrico decidas, illicò irruit
& lapſum premit, nec ſuſtinet omittere, niſi fran-
gát & deuoret. Percuncta igitur caue, dum inſers
pedem, cuncta circumſpice. Ex omnibus enim
partibus Zabulus imminet, ſicut leo paratus ad
prædam. Neque ipſi terræ tuæ credas, ſuſpenſo ti-
bi in monumento calcandæ veſtigio, quæ pecca-
E tum primi Patris in vniuerſa hominum carne co-
gnoſcens, ſpinis & tribulis & ſerpentibus ac be-
ſtiis ferax, ſententiam Creatoris exſequitur. Mul
tæ præterea nobis in hoc ſeculo cruces, innume-
ra diſcrimina, morborum labes, febrium ignes, &
dolorum tela graſſantur, in animas cupiditatum
faſces accēduntur, vbique prætenti latent laquei,
vndique ſtricti horrent gladij, inter inſidias&pu-
gnas vita tranſigitur, & per ignes doloſo cineri
ſuppoſitos ambulamus. Igitur prius quam in ali-
quam tantarum ægritudinum labem, caſu vel me-
ritò actus, incurras, feſtina medico ſuſceptus &
charus fieri, vt in tēpore neceſsitatis paratum ha-
beas remedium ſalutis. Aliud eſt quando tu ſolus

A oras pro te, & aliud quando multitudo pro te a-
pud Deum trepidat. Tu taces, & cùm taces illi
pro te clamant, & vident te & adrident. Inue-
niunt te & adſalutant, & egeſtatis & debilitatis
immemores, corpora ipſorum tua ſanitate vege-
tantur, animæ tuo aſpectu vigeſcunt. Tu quippe
ager illis fertilis, tu fundus es fructuoſus, & illi
viciſſim tibi locuples & pretioſa poſſeſſio ſunt.
Te filiis ſuis præferunt, & pro te prius, quàm de
ſe quiſque ſollicitus, aut cum ſua aut antè ſuam
ſalutem orat tuam, non ſui negligentes, ſed amo-
re tranſlato in te quiſque ſe diligit, & tuam vitam
ſuæ vitæ precatur, quia tuus fructus illius vita eſt,
B & diuitiæ tuæ illius opes, & paupertates tuæ il-
lius diuitiæ ſunt. In omnibus Eccleſiis pro te ro-
gant. In omnibus plateis tibi gratulantur, & in
locis ſingulis ad commemorationem tui nominis
eriguntur benedicentes Dominum, & abſentem
te in ſuis manibus oſculantur. Semper te vident,
& nunquam te non vident, quia animo comple-
ctuntur, quo cernimus abſentes Inſcriptus es e-
nim & impreſſus cordibus eorum per multam
tuam in eos humanitatem, nec famem metuunt
ſecuri ciborum tuorum: neque hyemem perti-
meſcunt, quia tu præuenis & excludis hyemem,
veſtium præparatu. Beatus homo, quem veniens
C Dominus inueniet ita facientem.

EPISTOLÆ XXXIII, ARGVMENTVM.

*Excuſat Victorem apud Deſiderium, quòd ſe-
rius ſit reuerſus, cauſans hyemis tempeſtatem &
aduerſam eius valetudinem. Quod autem ab eo
petierat Deſiderius vt myſteria Benedictionum Ia-
cob interpretaretur: id potius vt velit facere, poſtu-
lat: eaque ex occaſione Parabolam de ficu illa cui
maledixit Chriſtus, eleganter exponit.*

D *Sancto & meritò venerabili fratri & deſidera-
tiſsimo Deſiderio deſideriorum meorum,
Paulinus & Theraſia peccatores
in Chriſto Domino
ſalutem.*

AD te breuem Epiſtolam iamdiu an-
tè, fratri Victori dederamus, quam
& ipſam perferri ad ſanctitatem tu-
am volui, vt ipſi perlatori ſuo teſti-
nium perhiberet non voluntarię a-
E pud nos remorationis. Hæc enim cauſa breuita-
tis eius fuit, quòd poſt modicū aduentus ſui tēpus
Victor à nobis ad vos refeſtinans, tanta ſe ad iter
relegendū obſtinatione durauerat, vt vix vel bre-
uiū ad te literarum nobis tribueret facultatem.
Interea proficiſcentem ſubiti rerum obices retra
xerunt, cùm hyems nauigationē, & itinera metus
clauderent. Quibus impeditus atque reuocatus
neceſſitati præſtitit longam dilationem, qui pro-
craſtinationē rogatus negauerat charitati. Inter
has moras etiam æger fuit, & quidem ita grauiter
laborauit, vt á portis mortis reduct⁹, plus tēporis
in reficiēda valetudine conſumpſerit quam ęgri-
tudine tolerata produxerat. Poſtea iam vicino
Apoſto-

S. S. Apoſtolorũ natalis.

Apoſtolorum Natali dimittere eum inbumanum
putauimus. Itaque longioribus eius moris quas
ſupradictis neceſſitatibus dederat, breuem hanc
illi moram de noſtra voluntate adiecimus, vt cùm
Apoſtolicam ſolennitatem voti noſtri & itineris
annui ſocius celebraſſet, huius quoque ad vos ne-
gotij noſtri nuncius reuerteretur. Sanè Epiſtolas
quas ad benedictum Dei hominem fratrem no-
ſtrum Seuerum habet, diuerſo tempore prout
impetus feſtinationum habebat, fecimus, ſicut ip-
ſarum varia lectione mõſtrabitur: nam breuiores
earum quaſi properans & in profectionis ianuis
pendens Victor exegit: prolixiores autem cum
de longa eius remanſione ſecuri eſſe cœpiſ-
ſemus, tanquàm remiſſa atque laxata in otium
mente ſcripſimus. Scripſerat autem nobis frater
noſter Seuerus vt eum vobis illico remitteremus,
atque ita præſcripſerat tempus, vt ad vindemiæ
dies remiſſus occurreret. In quo quia non potui-
mus illi parere, hac ſaltem ſpecie obedientiam
præbere tentauimus, vt illum ſi non eodem an-
no quo ſperauerat, tamen eodem tempore quo
iuſſerat occurſurum recipiat: & ſi tarditatem il-
lius, neceſſitatibus quas expoſui, non vult impu-
tare, meo delicto reputet quòd remanſit, ſuis ta-
men orationibus debeat vel tardum iſtius reddi-
tum, quia cùm iam omnino depoſitus ægrota-
ret, de Seueri fide ſperaui ſanitatem eius, quam de
meis meritis diſperabam. Quibus videbam Victo-
ris innocentiam verberari, vt in illo mea iniqui-
tas plecteretur, in quo diuina iuſtitia vindicabat
quod in dilectione peccatoris errabat. Nam &
mihi pœnam charitas excitabat, vt tribulationem
quam vnanimus mihi homo patiebatur in corpo-
re, cruciatu viſcerum animique compatiens ſu-
ſtinerem. De quo autem mihi per ipſum ſcripſe-
ras, aquam dulcem & copioſam in amaro & aren-
te riuulo quærens, tuæ potius gratiæ explicandũ
refundo. Nam me fateor tantorum nominum &
myſteriorum pondera, nec digito auſum tãgere.
Legi enim quia in maleuolam animam non intro-
ibit ſapientia: & ideo malitiæ meæ conſcius non
potui diuinæ reuelationis habere fiduciam, cùm
prudentiæ lucem tenebroſo corde non caperem.
Tu verò benedicte vas mundum & aptum Deo,
ſi accepiſti intellectum benedictionis illius qua
filios ſuos prophetico ſpiritu Patriarcha in cæci-
tate corporis luminatus alloquitur, expone mi-
hi reſcripto myſteria regni, & ſacramenta à ſecu-
lis repoſita & pro ſeculis reuelata in Chriſto Ieſu,
in quo cõcurrit diuerſa omniũ forma Sãctorũ, qui
in Patriarchis figurañ, in Prophetis loquiñ, in Apo-
ſtolis operatur, & omnia in omnibus adimpletur:
quia in ipſo placuit inhabitare omnis plenitudo,
qui omnium initium & finis eſt. Quod ſi necdum
accepiſti, quia fortè dum proximo tuo mihi do-
nata credis, quaſi iam in tuo parata promptuario
petere tibi ſpecialiter à Domino diſtuliſti, pete &
accipies ſecundum fidem & animam tuam. Quæ
quantò caſtior membris, tanto viuacior ſenſibus
& quantò mundior corde, tanto capacior Chri-
ſti eſt, qui ab humili poſſidetur & à mundo corde
conſpicitur. Te autem vt tua opinione deceptum
ab inopia mea minus moleſtè feras, ſic habe tan-
quam idem de me paſſus ſis, quod ipſe Dominus
ab illa ficu ad quam eſuriens acceſſit, & ſine fru-
A ctu inuentam percuſſit verbo oris ſui, vt quæ ſte-
rilis fuerat benedicto Domini, fieret arida male-
dicto. Sed obſecro fraternitatem tuam, ne me li-
cet ſimilem illi arbori infelici inueneris, ſimili vo-
ce percutias ne penitus areſcam, & vacuus debi-
to fructu, etiam foliorum amictu (id eſt, gratiæ
fronde) deſpolier: ſed iterum cogitans quia miſe-
ricors & miſerator Dominus, neminem vult mor-
te morientem, neque creaturam ſuam in illa ar-
bore, ſed inimicum plantationis ſuæ vitium ar-
boris maledicendo damnauit, oro te potius, vt
maledicas ſterilitati meæ, ne vnquam ex illa fru-
ctus naſcatur, vt poſſit ex me ipſo fructus naſci
B Deo. Expedit enim mihi interitus ſterilitatis meę
vt in me plantationis Dominicæ fœcunditas re-
uiuiſcat, & moriente vitio quo infructuoſus effi-
cior, agricolæ meo reuireſcam reditu bonæ vo-
luntatis, vt eſuriens vitam meam Dominus ipſe
inueniat me feracibus ramis fructus ſibi debitos
offerentem. Sed in hac eadem arbore non modi-
cæ quæſtionis argumentum Marcus adiecit. Nam
alij Euangeliſtæ de maledicta & areſacta ficu cõ-
ſonans hoc altius eſt locutus, quòd cùm dixiſſet
non inueniſſe Dominum in arbore illa fructum,
id quod arborem excuſare videatur, appoſuit di-
cens: Non enim erat tempus vt fructum haberet:
C quod ſi ita eſt, ſine cauſa videtur arbor excepiſſe
maledictum, quæ culpa ſterilitatis carebat, ſi ad-
huc per anni tempus alienum fructus non habe-
bat paratos, non infœcunda de vitio, ſed imma-
tura de tempore. Sed quod de pecore Apoſtolus
ait, & de ligno poſſumus vſurpare, vt dicamus:
nunquid de arboribus cura eſt Deo? Propter nos
vtique ſcriptum eſt, in quibus eſcam ſuam Deus
ſemper vult inuenire: Nam & agrum & vineam
in nobis habet. Nos in area ſua ventilat, in nobis
purgat triticum, diſiicit paleas, vrit zizania. Ita-
que in illa arbore ſalutem hominis eſuriebat, &
ab homine debitum ſibi fructum petebat: ſed &
D cùm in ſua propria veniſſet, ſui eum non recepe-
runt, & debitam fidei frugem quam per Legem & *Ioan. 1.*
Prophetas in eos ſeminauerat, ſterilis infidelium
Iudæorum Synagoga non reddidit. Venit ad ar-
borem eorum, quærens à filiis plantationis ſuæ
expectati germinis dulcem cibum: at illa ſubdu-
ctis pietatis fructibus dedit in eſcam illius fel,
& vuas petenti obtulit ſpinas, & ipſum bonæ
vineæ plantatorem, ipſum veram vitem & bo-
trum ſuauitatis aceto vrente potauit. Vnde
conuerſa eſt ipſis menſa eorum in laqueum, &
vua eorum amaritudinis facta eſt, & ira draco-
num inſanabilis, vinum eorum. Tu verò mi fra-
E ter, ora Dominum ne ex vinea talium vitis no-
ſtra procedat, quia propago eorum ex vinea Do-
mini Sabaoth degenerauit in vineam Sodomo-
rum. Et niſi Dominus in Apoſtolorum palmiti-
tibus, de patriarcharum radicibus reliquiſſet no-
bis ſeminarium vitæ de quo ſalus gentium pullu-
laret, & in quo ſeminis benedicti vena duraret,
tota malitiæ plenitudine Sodomis & Gomorræ ſi-
miles fuiſſemus. Verum quia nouiſſima hora eſt,
& ſecuris iam ad radices arborum poſita, aridis
& infelicibus lignis iuſtum minatur excidium,
quæſo te vt indulgentiam mihi & laxamentum

temporis depreceris, vt morte dilata forſitan ſuc-
cum feracitatis accipiam de charitatis tuæ diligeo
tia & ſollicitudinis meæ cultu, vt cor meum diui-
ous timor fodiat, & ſtirpem meam neceſſara pœ-
oitudo ſtercore bumilitatis impinguet. Deinde
ego ad vigilantiam ſollicitudinis excitatus omni
hora paratus aſsiſtam, & Domino abſente ſim tre-
pidus vt aduemente ſecurus ſim. Omni tempore,
omni die, me fertilem ſibi Chriſtus in..eniat, id
eſt, vt nunquam cuiquam operi voluntatis illius
immaturus appaream: ſed ſi fortè in tempore ira-
cuodiæ deſiderauerit à me pacem ſuam, non ſit
mens mea, per iracundię acerbitatem, cruda con-
cordiæ, nec expectem vt ſol accidat ſuper iram
meam, ne occidat vita mea, ſi antè clauſerit veſper
quam extinxerit pax furorem. Quod autem de
iracundia poſui, de omnivitiorum geoere dictum
puta. Hoc enim arbitror eſſe illud, quod Domi-
nus in arbore illa ante tempus ſuum poma quæſi-
uit. Neque enim ille qui nouit occulta cordis, &
qui cogitationes hominum perſpiciebat, id quod
in hominum oculis erat poſitum non videbat, aut
etiam humaoo ſenſu minor erat, vt etiam in par-
uulorum ſcientia poſitum anoi tempus ignoraret
& Autumni fructum in vere depoſceret: ſed arti-
fex ſalutis noſtræ creator, cuius vita & actus om-
nis in terris, forma nobis coouerſationis & mo-
rum fuit, ideo viſibiliter inuiſibilia ſua conſilia
diſpoſuit, & in creaturis irrationabilibus animæ
rationalis ſpeciem ſuæ conformationis expreſsit,
vt nos ad omnia nobis ſalutaria, ſcriptis operum
ſuorum atque verborum inſignibus erudiret. Et
hoc eſt quod voluit intelligi per Euangeliſtam,
oobis iodicando oon ſuo tempore fructum ab ar-
bore ſe petiſſe, vt omni tẽpore homo ſe fructum
Deo debere cognoſcat, quia bonus Dominus
qui bominem mortalem immortalitati præparat,
iam & in hoc ſeculo vult eum ſpeciem perpetui-
tatis induere, vt fructum non accipiat de tempo
re, ſed omni tempore ſit maturus illi cum quo
vel in quo manſurus eſt ſine tempore.

EPISTOLÆ XXXIIII.

AD MACHARIVM,

ARGVMENTVM.

*Narrat primum vt Valgius Cathecumenus ſe-
nex (naturalibus bonis & ingenita ſimplicitate
Deo placens hoſtia) per Chriſti & Angelorum
& Martyris fœlicis opem de Naufragio triumpha-
uerit, ab euentu ipſo, Victor à Deo vocatus, etiam
nomine poſt regenerationem cenſebatur. Demùm
verò ne deſideret in Victore Macharius charita-
tis in illum exercendæ materiam, petit vt victricis
tempeſtatum nauis illius patrono Secundiniano ad-
ſit in illa; à prædone qui eã occupauerat, aſſerenda.*

OPera Domini prędicare honorificum eſt,
quæ mihi cauſa huius Epiſtolæ fuit, quia
patrisfamilias buius, quem ad vnanimi-
tatem tuam proſequor. Secundioiani negotium
vt probabis non poteſt ſine Domini gloria & lau-
de narrari. Sicut enim dixit in Euangelio: pater
A meus adhuc operatur & ego operor: ita & nunc
fecit: neque deſinet bonus Dominus fidẽ veſtram
euidentibus veritatis ſuæ excitare ac verè prouo-
care docimentis. Itaque in diuerſis (vt ſcriptum
eſt) argumentis apparens nobis ſaluator Deus ter-
ra marique pro nobis operatur, & quod in ſingu-
lis agit, multorum fidei ſalutique procurat. Vi-
det enim quàm admirabile & prædicabile opus
ſit, quod Ieſus Dominus in vno ſene cum Ange-
lis ſuis ſanctis operatus eſt. Hæc enim cauſa eſt
ſupradicti amici & fratris qui eſt vir in Chriſto fi-
delis. Hyeme ſuperiore compulſus in Sardinia, cũ
cæteris quippe nauicularijs in uehendas fiſcalibus
B borreis fruges miniſterio propriæ nauis accipere
non expectato tempore ſoliti commeatus ante æ-
ſtiuam temperiem, onuſtum nauiginm vi publica
vrgente dimiſit, illico (vt mihi retulit) in proxi-
mo freto exorta tempeſtas temerè de portu ſolu-
tam multarum nauium claſſem à curſibus deſti-
natis retorſit & fregit in littore: huius nauem in
quodam eius inſulæ loco, quem ad puluinos vo-
cant, ne ſimiliter illideretur, anchoris fundare
conati ſunt: ſed hyemis eiuſdem violentia præua-
leſcente, rumpentibus vinculis, nautæ exter-
riti ſcapbulam demiſerunt, vel vt naui fortius
continendæ renouatis & altius ſtabilitis ancho-
C ris ſubuenirent, vel vt ſeipſos ſi poſſent à diſcri-
mine nauis eriperent: ſed illos ſtatim cum fra-
gili perfugio limbuli ſui arripuiſſe in ſcopulos
procella dicatur, & ſuperfuſis fluctibus obruiſ-
ſe, vnum ex omni numero oautarum ſenem
ſentinando deputatum, vel metu immemores,
vel vt vilem animam conteranentes, relin-
quunt. Interea deſtituta nautis & anchoris
oauis aufertur in pelagus, ſeoex ille qui ne-
ſcierat ſe relictum, vt iactari voluique ſenſit,
ab intimo nauis emergit, vacua omnia, mare
vndique & vndique cælum videt: cum & me-
tum & periculum miſero ſolitudo cumularet,
D ſex dies & noctes ieiunus condidit. Fuerunt e-
nim illi lachrymæ panis die ac nocte: tum ip-
ſum iam mortis quàm vitæ cupidiorem, finem-
q́ue pœnarum animæ exitu deſiderantem, miſe-
ricors & miſerator Dominus adire comminus
& verbi cibo animare dignatus eſt. Refert ip-
ſe adbuc lachrymans felicitatem periculi ſui,
nec ſioe lachrymis cordis & gaudio ſpiritus
audiri poteſt, vt compellatus adeuote Chri-
ſto, vt confortatus hortante ſit, vt arborem
iuſſus incideret, quam excidi in eo tempore
remedium nauis erat: ſed quod multi atque va-
lidiſſimi ſine ſuo & nauis periculo facere vix
E poſſunt, ſolus & debilis arripere noo audens,
Dei verbo auſus eſt, bis tantùm & leuiter, vt
à ſenilis manu tactu magis quàm ictus ſecuri ma-
lus ita proſiliuit à vulnere, vt longè extra na-
uem in vndas expulſus, tuto ceciderit: deinde
variis vt marina iactatio & naualis inſtructio
poſcit, officiis, cùm aut artemone armari opor-
tebat, aut ſentinam depleri neceſſe erat, no-
mine Victoris vocatus à Domino, porrigere
tantum ſpecie agendi, manum ad quamlibet o-
peram iubebatur. Non enim in multa & va-
ria circa hunc ſenem mirabilium diuinorum gra-
tia boc quoque Dei munus prætereundum vide-
tur,

tur, quòd etiam nomen accepit, quo nunc & re-
generatione cenſetur, & ab hominibus, & ab An-
gelis ſcribitur: gẽtilitio enim ſigno Valgius voca-
batur, qui nunc Victor à Domino dicitur, & eſt
victor in Domino, qui illi aptum ad opera ſua id-
ipſum nomen impoſuit, quia videlicet & in mari
de tempeſtatibus atque naufragio per adiutorium
Chriſti, & nuper in terra per eiuſdem gratiam de
peccatis & diabolo triumphauit, videlicet vt to-
tus in Chriſto nouandus, neque in nomine, neque
in homine veteri permaneret. Mira fides & ineſ-
fabilis pietas Domini ſaluatoris, qui ſenem ſi for-
tè ſomno piger lentius ad gerenda conſurgeret,
& molli manu antè præpalpans, ne trepidus ex-
pergeſieret vellicata blandè auricula ſuſcitauit,
cùm leniter adnitens ſenex à primo ſtatim conatu
ſuo manibus angelicis res effectas videret, vt vix
rudentem attigerit, cùm velum videret iam exſi-
nuatum in contos ſuos, ſi parum ſtabat, vel nauis
vela faciebat aqua rimis nauis accepta mergere
tentauerat, & poſt vnum vel alterum breuis ſenti-
naculi hauſtum ore deſtricto ſiccataq; naui quod
ageret non habebat, ſtupens laborem ſibi ſine la-
bore præcerpi, & actum ſuum occulta manu præ-
ueniri, ſi benè occulta dicitur quæ tam perſpicuũ
præſtabat auxilium: ſed nec ipſi operatores ſim-
plicibus innocentiſſimi ſenis oculis ſubtraheban-
tur. Nam ſæpe vidit armatos videlicet de exerci-
tu cæli milites excubare nauigio, & cuncta nauti-
ci muneris adminiſtrare: nec ſanè nauem illam ni-
ſi angeli nautæ ducebant, cui gubernaculum erat
mundi gubernator. Ipſe enim Dominus nunc ſuo
vultu coruſcus, vt in Apocalypſi deſcribitur, &
coma fulgidus, nunc confeſſoris & amici ſui Do-
mini mei communis patroni Felicis ore venera-
bilis in puppi ſedebat, ſicut nautico vſu dicitur ad
timones vel potius pro timonibus, quos cum an-
choris pariter & nautis in illo naufrago littore na-
uis amiſerat: infelix feliciter, vt pro amiſſis omni-
bus viris & armis ſuis, aut Domini martyrem, aut
Dominum martyris obtineret. Narrat gaudio la-
chrymans ſenex ſe ad ipſius pedes nunc Domini,
nunc martyris gubernantis ſibi ſolitum procuba-
re etiam familiarius ipſo allectante, in genibus
quoque ac ſinibus ſacris beatum, & aſſlatibus di-
uinis odorem reclinati capitis puluinar habuiſſe.
Dubitemus nunc patriarcharum ſinus fidelibus
in Chriſto ſeruis patere, cùm immẽſa eius bonitas
etiam catechumenum tunc iſtum, vel ſuo, vel ſan-
cti ſui fouerit gremio? Nam & in ſancto ſuo ipſe
aderat, qui dixit vt noſti ad patrem: Ego clarita-
tem quam dediſti mihi dedi eis, vt vnum ſint, ſi-
cuti & nos vnum: Ego in eis, & tu in me. Et ite-
rum ad Apoſtolos, in quibus vniuerſo corpori
ſuo dixit: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus die-
bus, vſque ad conſummationem ſeculi. Quod quo-
tidie nobis in Immanuel & Apoſtolorum ſuorum
& martyrum operante conſpicuis virtutibus po-
tentia probat, vt credamus Dei filium & Domi-
num noſtrum Ieſum ex reſurrectione mortuorũ
regnantem in cælis ad dexteram patris, viuorum
eſſe Dominum non mortuorum. Ergo cùm
& ſancti ſui confeſſoris effigie ſenem nautam fo-
uebat, ipſe aderat in ſancto ſuo, & feſſum atque
depoſitum blandis mulcebat alloquiis, nec magis

A cibo quàm verbo reficiebat, quia ipſe eſt verus
panis, qui de cælo deſcendit dare eſcam omni car-
ni. In omni enim homine opus ſuũ diligit, & om-
nem quantum in ipſo eſt hominem ſaluum fieri
vult. Quia mortem non fecit vitæ dator & vita
totus, nec lætatur in perditione viuorum, qui ma-
uult miſericordiam quàm ſacrificium. Nec per-
ſonas accipit, qui fecit omnes, ſed pro meritis iu-
dicat, quia Deus iudex eſt. Denique non illi his
de calamitate naufragij, neque de ſenio & egeſta-
te nauta vilior fuit, ſed iis omnibus quibus eum
& ſocij ſpreuerant Chriſtum mouit, & viſcera di-
uina concuſſit. Oculi enim eius ſemper in paupe-
B rem reſpiciunt. Profectò & iſte pauper clamauit,
& Dominus exaudiuit eum, cui forſitan ad precã-
dum etiam voces propheticas Dominus, & ipſa
periculi cauſa dictauerit vt clamaret: ſaluum me
fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad a-
nimam meam. Veni in altitudinem maris, non
me demergat tempeſtas aquæ, neque abſor-
beat me profundum. Citò anticipet me miſericor-
dia tua, priuſquam infigar in limo profundi, & vr-
geat ſuper me puteus os ſuũ. Reſpice in me, quo-
niam vnicus & pauper ſum ego, & factus ſum ſi-
milis pelicano ſolitudinis, ſicut nycticorax in do-
micilio, & ita in naui mea ſicut paſſer vnicus ſu-
C per tectũ. Audiuit Dominus & miſertus eſt eius,
& miſit angelos in circuitu eius, & factus eſt in ſa-
lutem. Imperauit procellæ, & ſtetit in auram: In-
crepauit mare, & ſiluerunt fluctus eius: & dedu-
xit eum in aquis multis, videntem opera Domini
& mirabilia eius in profundo. Cibauit eum adipe
frumenti, & colloquente Chriſto quaſi de petra
melle ſaturatus eſt. Reſpexit humilem, qui bea-
uit pauperes ſpiritu. Flentem affatus eſt, qui pro-
miſit lugentibus conſolationem. Et qui eſurienti-
bus & ſitientibus iuſtitiam ſaturitatem dat, ipſe
hunc deficientem, qui panis & iuſtitia & fons vi-
tæ eſt, de ſe ipſe irrigans pauit, nec alia iſtum pie-
D tate, quàm omnem hominem in huius Mundi pe-
lago volutantem dedita patri vſq; ad crucis mor-
tem pietate miſeratus eſt, quia videlicet vnus ho-
mo vniuerſitatis portio, & vniuerſitas vnius for-
ma hominis & cauſa eſt. Denique non ſolùm na-
uem, ſed ipſum quoque cuius cauſa nauem tueba-
tur tegens, & in eo diſcreta carnis & Spiritus of-
ficia diſpenſans, noctu ſecurum requieſcere, die
vigilare ſollicitum iubebat, ſe pro dormiente vi-
gilaturum, & vigilanti cooperaturum eſſe pro-
mittens. Nempe illum in iis verbis Domini reco-
gnoſces affectum, quo ſemper ita ſpem noſtram
fouet, vt ſollicitudinem non relaxet: ita infirmæ
E carni conſulit, vt ſpiritus promptus eſſe non deſi-
nat. Et ideo ſic dormire permiſit ſeni feſſo, vt ne
ſeni quidem & fatigato ſine vigilandi negotio ſe-
curitatem remitteret, ne ſcilicet reſolueretur in
ſomnos inertes, & inciperet non ſolùm corpore,
ſed & mente dormire. Quod metuens quidam
ſanctus ait: Illumina oculos meos Domine, ne vn-
quàm obdormiam in mortem. Vicina enim morti
labes eſt, torpor animorum. Et tunc dicet, inimi-
cus: præualui aduerſus eum, ſi & mentis oculos
ſomnus oppreſſerit. Recognoſcimus ergo ipſum
ſeni affuiſſe, qui dixit dormitantibus ſuis: vigila-
te & orate vt nõ veniatis in tentationem. Et iterũ

vigilantibus ait iam ſcilicet excitatorum vigore
ſecurus: Dormite iam & requieſcite. Quod qui-
dem non magis de corporeo ſomno quàm de fi-
dei firmitate dictum alibi docet dicens: Conſtan-
tes eſtote quia ego vici Mundum. Vera enim ho-
minis hæc requies eſt, ſi fide conſtans & victoria
Chriſti ab omni hoſte ſecurus pace vnanime per-
fruatur. Ipſe enim quies noſtra qui pax nobis eſt,
quique pro nobis vigilat vt requieſcat in nobis,
& qui nunc vigilare nos pro quiete perpetua iu-
bet, ipſe Dominus hæc eadem pietatis ſuæ mune-
ra quæ toto vult agi Mundo, in hoc ſene vno a-
gere dignatus eſt, cum blandimento ſeuerus, nec
ſine freno timoris indulgens: aurem vellit, vt ſom-
num torporis excuteret: ſinum præbuit, vt quie-
tem perpetuam miniſtraret. Viginti tres dies ho-
mo nō modò à terris, ſed & ab hominibus excluſus
omnium ventorum ludibrium, omnis terræ exul,
diuerſi maris hoſpes & exſors generis humani, in-
ter fluctus & bellnas maris in vago erraticæ nauis
hoſpitio ieiuniis, ſenio, timore confectus, quæſo
te nunquid natura ſua perdurauit? Cui ergo ob-
ſcurum ſit Deum in illo fuiſſe? Eum dixi Deum,
qui facit mirabilia ſolus, qui vocat ea quæ non
ſunt tanquam quæ ſint, cuius ope enabat toto na-
uis ſecreta pelago & inuiſibili gubernatore quaſi
vacua, & tamen graui mole ſe promouens, clauſis
intra cameras ſuas homine cum frugibus velut il-
la dilunio fœta Mundi ſeminibus arca fluebat,
nec vno maiori iactata curſu cum tempeſtatibus
immutauit, primò ad vrbem acta, Romani portus
pharum vidit: deinde Campaniam longis tracti-
bus legit, mutatiſque turbinibus in Africæ litora
tranſuolauit, atque ab ipſis rurſus abrepta, Sici-
liam tranſcurrit, circa quam concita & verticoſa
crebris vt ferunt inſulis freta, & periculoſos etiam
ſub gubernatore nauibus curſus inter ambages &
obices inſularum tam directo otioſus ſenex inof-
fenſoque nauigio præteriuit, vt quaſi diuina na-
uis & immiſſo diuinitus ſpiritu ſapiens ſua ſponte
cauenda vitaret, ſequenda peteret, & vtiliter ac
periré per neceſſarios obitus flecteretur. Vigeſi-
mo demum tertio die miſerante iam Domino,
finem errorum atque diſcriminum in Lucanis po-
ſitura littoribus, quibus propinquanti Dominus
æternus vt indefeſſa eius bonitas vſque ad termi-
num ſuſceptæ ſibi nauigationis operaretur mira-
bilia ſua, tacito ſuę adſpirationis inſtinctu, compul
ſos à littore in duabus nauiculis piſcatores obuiā
miſit, qui nauem hanc eminus conſpicati primo
aſpectu territi reſugerunt. Plenam enim armato-
rum & liburnæ æmulam ſibi viſam ipſi poſtea re-
tulerūt: deinde magnis & ſæpe repetitis ſenis no-
ſtri vocibus aliquando reuocati, ratione ſecum
habita, & agente ſic Domino, nihil ſibi ab ea ua-
ni timendum, in quam vocarentur intellexerunt:
acceſſere nauigio, vacuūque militibus eſſe, quod
longè ſtipatum viderant vix ſene conteſtanti, &
aſcenſa tandem naui ſuis oculis crediderunt, vbi
receptos ſenex prandio quod pridie iuſſus à Do-
mino præpararat excepit, multáque mercede co-
pioſis amiſſorum nautarum panibus ſaturauit, at-
que donauit: quibus ſtipendiis læti famulantibus
limbulis ſuis quaſi emeritam grauiè bello & de
certamine coronatam, quippe vt ſuperſtitem nau-
fragij victricem ventorum & fluctuum nauem ad

A portum ſuum remulco præeunte duxerunt. Quid
de hac naui feciſſet eorum vanitas, qui errore eo
quo colunt omne quod fingunt factam argo nau-
tarum infœlicium puppem fabuloſis literis ſacra-
uerunt, atque etiam nunc in cælo videre ſe cre-
dunt, & inter aſtrorum choros numerāt. Nec mi-
nore dementia vectricem draconis Epidauro na-
uem illudente ipſo cuius corporeum phantaſma
vexerunt, ſerpentem venerantur. Sed fugiamus
à fictis & alienis, neque mendacia & venena pe-
reuntium, noſtræ veritatis lumini miſceamus.
Sunt nobis noſtræ naues, vt dignius veris & do-
meſticis vtamur exemplis. Habemus & arcā Noe.
B Habemus & nauem Tharſi, nauémque Tharſen-
ſis. Sed illa de qua Dei fugitiuum prophetam vl-
tor & cuſtos cetus excepit, eatenus huic naui cō-
parari poteſt, quatenus ante fortē periclitata eſt:
tertia verò nauis exēplo meo congruit hinc quòd
apoſtolum & martyrem vexit, proptérque ipſum
& in ipſo Chriſtum recepit, vel cùm illi totam pe-
rituræ nauis multitudinem redonauit. Propona-
mus ergo nobis animo, & mente cernamus pul-
cherrimum diuini operis ſpectaculum, videntes
nauem vnam de multarum nauium omniumque
naturarum naufragio raptam, vno ſene maria di-
uerſa peragrante ſolam in pelago, & in ea ſolum.
C Iam illa nobis arca diluuij ante oculos Eccleſiæ
imago verſabitur ſuper orbem dimerſum vna v-
bique diffuſi maris facie, inter effuſas cęli & abyſ-
ſi aquas ſolidè toto innatans Mundo, cuius iſta i-
maginem multis modis in modulo minore geſta-
uit. Nam vt illa omnigenum ſeminum, ſic & iſta
variarum plena frugum fuit, cui præter onus pu-
blicum plura etiam de ſtipendiis & peculiis nau-
ticis inerant. Illa vnam familiam ad generis huma-
ni reparartionem, & iſta vnum hominem ad mul
torum fidem vexit. Illi pacis ramum columba de-
tulit: huic pacem agnus exhibuit. Illam in imagi-
nem ſancti ſpiritus ales intrauit: & hanc per ima-
D ginem confeſſoris ſui Chriſtus acceſſit. Reſpicia-
mus & Ionæ nauem, largiore hanc munere virtu-
tis eiuſdem ſeruatam videbimus, & maiore mira-
culo. Illa enim omnibus ſaluis præter vnum: iſta
omnibus amiſſis vno manente ſeruata eſt. Sed &
cetum illum prophetæ viuentis innocuum vora-
torem videtur hæc nauis imitata, cùm æquè vte-
ro ſuo clauſum hominem per maris alta geſtaue-
rit, & littori expoſuerit incolumē, ſicut illum in-
digeſtum ieiuna prædę ſuæ bellua iuſſis ſingulti-
bus ab ergaſtulo ſpatioſi ventris excuſſum refu-
dit Deo, quo iubente ſuſceperat, & myſterio ſa-
lutiferæ paſſionis expleta tertia die in ſpem reſur-
E rectionis euomuit. Nauis verò illius turba feli-
cior quæ Apoſtolo condonata eſt, non ſuis quidē
meritis, nam & ipſi naufragium meruerunt, qui
contempto apoſtoli conſilio nauigarant. Sed non
minus ex hoc poſſumus in diuinis operibus naui-
gio gloriari, cuius viris quanquam defuerit ſimi-
lis aduocatus, tamen ipſi in vnico nauta ipſe apo-
ſtoli Deus affuit gubernator, & quo pro vnius in-
nocentis ſalute meruit liberari, quod illa quæ vas
electionis in vinculis prima ſuſceperat ob apoſto-
li contemptum & captiuitatem carceris crimine
damnata non meruit. Illa verò nauis cohors mi-
hi videtur propter gratiæ myſterium liberata, vt
de naufragio nauis aditæ nudi euaderent, ſcilicet

vt eos

vt eos à prioris nauis, id eſt ab Adæ carnis pecca-
to liberatos & ipſis per quos euaſerunt fluctibus
expiatos, atque omnium quas in mare abiecerant,
id eſt ſecularium ſarcinarum leues, & vndis quaſi
peccatis graui & madida veteris hominis veſte
nudatos, integra & ſolida nauis acciperet, quæ
plenam fidei Eccleſiæ exhibens formam tutos in
portu Romámque peruexit. In quibus ſimiliter
myſtica argumenta formantur: nam mutata nauis,
nouata in Chriſto vita eſt, & portus ſalutis Eccle-
ſiæ teſte Græcia, nomen eſt Roma virtutis. Bene-
dicamus ergo Deum, & exultemus in Deo noſtro
qui in altis habitat, & humilia reſpicit, cui non in
viribus equi, neque in tabernaculis viri, ſed in hu-
milibus & timentibus eum beneplacitum eſt, &
qui (vt in iſto etiam ſene oſtendit) ſanat omnes
contritos corde, & alligat contritiones eorũ. Ni-
mis garrio frater, ſentio, ſed quæſo adhuc paucis
feras me: interrogare enim libet, vlla ne te huius
ſeculi dignitate quam hac Dei dignatione affici
malles qua ſenex iſte perfunctus eſt? Beatiores ne
tibi videntur qui purpura fulgent, qui gemma bi
bunt, toga fulciuntur, palmataque pinguntur, &
hominibus commortalibus ac pleriſque meliori-
bus dominantes cupiditatum ac rerum ſuarum
ſerui ſunt, de Dei muneribus inſolẽtes Deo, Chri-
ſto egentes, peccato diuites, vita ſteriles, morte fe-
cundi. Quid huic quæſo obfuit ſeni perſona ſenti-
natoris & in nautis viliſſima, inops habitus & ma-
ſtruca ſardorum. Nam pellibus ſuris veſtiebatur,
cùm illum Dominus virtutum, rex gloriæ & al-
loquio ſuo beabat, & illuminabat aſpectu, & gre-
mio ſopiebat? Profecto & id ipſum in eo diligens
quòd Helię meloten & præuij Ioannis habitum
veſte ſetigera imitabatur. Regẽ ſeculi videre pro-
pius, & eius vel faſtidioſo ſermone reſpergi, ma-
gna pars Mundi tam beatum putat, vt ſi aliter nõ
obtineat, etiam damnis emat: idque adeptus non
modò hominum, ſed & ſui immemor fiat. Quan-
torum hic dignitate felicior, quem rex regum ho-
norauit? quãtorum nobilitate nobilior quẽ Chri-
ſtus agnouit? quantorum diuitiis opulentior cui
tanta tot ſanctorum bona pariter collata ſunt vt
Chriſtum videret ſicut Iſrael? cum cæli rege lo-
queretur facie ad faciem ſicut Moyſes: & eadem
propemodum familiaritate requieſceret in ſinu
Chriſti, qua Ioannes in pectore recumbebat. De-
nique vt nouum nomen acciperet ſicut amici Dei
quos in patriarchis & in apoſtolis bene noſti. Te
ego paulò antè interrogabam, an huius gratia do-
nari omni huius ſeculi gloriæ præoptaris: ipſos
equidem rectores harum tenebrarũ ſi videre me-
reantur prælaturos arbitror beatiſſimam ſenis &
inopis noſtri calamitatem ſuis miſeris felicitatibus
& gaudiis perennè lugendis. Quęras forſitan qui-
bus huic meritis vetus nauita ſemper in tenebris
ignorantiæ demoratus, & tam ab operibus iuſtitię
quàm à ſcientia veritatis alienus obtinuiſſe videa-
tur, quod pauciſſimis certè operariis, quanquam
à cuſtodia matutina vſque in noctem totius diei
pondus & æſtum ſuſtinuerint, facilè conceditur.
Reſpondebit tibi Apoſtolus profecto, quia ſine
pœnitentia ſunt gratiæ & donationes Dei, & quia
non ex operibus iuſtificabitur omnis caro, tempus
eſt gratiæ & fides ad iuſtitiam deputatur, quia de
lapidibus filij Abraham quotidie ſuſcitantur. Nũc

A enim tempus acceptum, nunc dies ſalutis, quo pa-
cis & laudis hoſtias immolamus, & ſacrificiũ Deo
ſpiritus contribulatus eſt. Et in homine templum
Dei, & in corde credenti ſalutaria, & in defæcatis
pectoribus ſancta ſanctorum: quare qui cor con-
tritum & humiliatum non ſpernit, ipſe noſtrum
ſenem placitam ſibi naturalibus bonis hoſtiam in
odorem ſuauitatis accepit: nam ingenita ſimpli-
citate tam purus animi ſemper fuiſſe perhibetur,
vt peccare neſcierit, iam in extremę ætatis ſenecta
puer & malitia paruulus, non ſolùm gratiæ, ſed &
mentis infantiam gerit: nuper enim (vt ſuprà dixi)
renatus in Chriſto & Domino dedicatus eſt, per
B quem mala vitæ, per quem aquas mortis euaſit.
Accipe igitur eum lætus in Domino, vt bonum
Chriſti odorem, vt agnum menſis nouorum, quẽ
ad vnanimitatem tuam de rudi matris Eccleſiæ
fœtu immaculatum candente lanitio paſtor exi-
gui gregis, ſed magni pignoris munerator vt xe-
nium ſpiritale tranſmiſi. Non enim alium tali mu-
nere digniorẽ putaui quàm te, qui iuxta Dei gra-
tiam & operationem illum & aſpicere & ſuſcipe-
re noluiſſes. Videre enim mihi videor, qua gratu-
latione, qua admiratione, qua fide & auditurus de
illo & viſurus ipſum ſis, cum quo nauigaſſe Ange-
los, cui martyrem gubernaſſe, quem in ſinu Chri-
C ſti dormiſſe, cui Chriſtum aurem vellicaſſe, nomẽ
impoſuiſſe reputaueris. Fateor tibi affectionem
meam, dum nimium tam inſignia in noſtri tempo-
ris homine Dei geſta admiror & diligo, penè in i-
pſum ſenem fuiſſe crudelem. Nam tam aſſiduè au-
rem ipſius retractaui, vt penè detriuerim. Voluiſſẽ
quoque vel vnius partem auris abſciudere, niſi in
illo vulneris, quæ mihi pignoris res fuiſſet. Non e-
nim alter affectus homines ad Hieroſolymam ra-
pit, niſi vt loca in quibus corporaliter præsẽs fuit
Chriſtus, videant atque contingant, poſſintque
& de ſuo fructu edicere: Introiuimus in taberna-
cula eius & adorauimus vbi ſteterunt pedes eius.
D Quanquam & altior & hic intellectus habeatur,
tamen & ſimplici ſenſu ſecundum literam cum
res poſtulat non abutendum eſt. Si ergo religioſa
cupiditas eſt loca videre in quibus Chriſtus in-
greſſus & paſſus eſt, & reſurrexit, & vnde con-
ſcendit: & aut de ipſis locis exiguum puluerem,
aut de ipſo Crucis ligno aliquid ſaltem feſtucæ
ſimile ſumere & habere, benedictio eſt, conſidera
quanto maior & plenior gratia ſit, viuum ſenem
vel teſtimonio diuinæ veritatis inſpicere? Si præ-
ſepe nati, ſi fluuius baptizati, ſi hortus orantis ma-
giſtri, ſi atrium iudicati, ſi columna diſtricti, ſi ſpi-
na coronati, ſi lignum ſuſpenſi, ſi ſaxum ſepulti,
E ſi locus reſuſcitati, euectique memoria diuinæ
quondam pręſentiæ celebratur, & veterem veri-
tatem præſenti fide comprobant in rebus exani-
mis viua documenta, quàm religioſe aſpiciendus
eſt hic quem alloqui Dei ſermo dignatus eſt? cui
ſe facies diuina non texit? cui nũc martyrem ſuũ,
nunc ſemetipſum Chriſtus oſtendit? In cuius vi-
uente terra, Dominici corporis videmus impreſ-
ſa veſtigia, ſi fidelibus oculis & acie ſpiritali quod
in eo ſinus Chriſti, quod manus contigit perlega-
mus, & caniciem quæ ſæpe ſuper Domini genu
iacuit, ſæpe Domini ſinu requieuit, noſtra manu ſæ-
pe mulcentes, & auriculam ſæpe palpantes quam
cæleſtes digiti Domino iacente traxerunt. Habes

mi frater, xenium meum, ede ipſum ſpiritum charitatis, & ſi loquacitatis meę amaritudine nauſeaueris, de gratia Domini & cæleſtis hiſtoriæ ſuauitate faſtidiũ temperabis. Certo autem ſcio quæſiturum te & deſideraturum aliquid quo circa huuc hominem exerceas charitatem, qua diligas Chriſtũ: ſubeſt materia, tu ſtudium piæ deuotionis intende, & patrono huius Secuudiniano, cui nauem, Chriſtus omnipotens pro huius ſalute ſeruatam iam diſperanti reddidit, toto fidei tuæ effectu adeſto: munus enim Chriſti afferes. Ne patiaris inuidia diaboli per hominem improbum, Secundiniano eripi vel iam ereptum negari, quod illi de naufragio redonauit Deus. Procurator chriſtiani viri fratris noſtri Poſthumiani eſſe dicitur, qui eam nauem in Brutiorum littore quo poſſeſſio ſenatoris adluitur, adlapſam, auarior mari & ſene meo, Parone † piraticam in terra agens occupauit, & captam vacuefecit. Nàm etiam nunc in ipſo littore inanis manet, vt damnum oneris fruſtra in pelago ſeruati & in terra perditi conteſtetur. Depoſitæ iam ſæpe apud Iudicem prouincialem ſuper boc latrocinio querellę, ſed Pbarao noſter indurauit cor ſuum: Fortè vt in ipſo mirabilia fiant. Et conuentus per officia, primò vt rebellauit, poſtea Romam profugit. Hæc Secundinianum meum neceſſitas ad Vrbem & itinere terreno peregrinari cum ſuo vnico nauta eocgit. Non ambigo fratrem noſtrum Poſthumianum & interuentu tuo & ſua fide atque iuſtitia commouendum. Quare hoc moderamine interuenire debemus: quod profecto facias & ſi nullus admoneam, vt pari labore defendas & excuſes optimo ſenatori, id eſt chriſtiano viro reum ſuum, ita vt prædoni ipſi ſufficiat impunitatis luerum, nobis, ab ipſo, Dei munera recipere contentis.

† Nauigij genus eſt Gel. lib. 10. cap. 25 à pyratis ſic dictum apud Iſid. Originum lib. 19. ca. 1. vel à Paro inſula Cal. Rho. lib. 8. cap. 5. Alc. ab Ale. Gen. dierũ lib. 4. cap. 2.

EPISTOLÆ XXXV.

ARGVMENTVM.

Paulina Paulæ filia, poſt Bleſillam natu maximam, nupſerat Pammachio iuueni docto cum primis & nobili. Hanc in flore adhuc iuuentæ defunctam, Pammachius multis proſequebatur lachrymis & largiſsimis eleemoſinis. Laudat Paulinus, defunctã & pietatis opus quo religioſas illius exequias Patriarcharũ exemplo, Pammachius honorauerat ac de luctu defunctorum, ex ſcripturis Chriſtianiſſime philoſophatur.

Dilectiſsimo fratri meritò prædicabili & venerantiſsimo Pammachio, Paulinus.

VT hactenus tacendi tempus congrua humilitate ſeruaui, ita nunc debita charitate loquẽdi tempua agnoni, frater in Chriſto Domino venerabilis & dilectiſſime. Scriptis enim ſancti viri fratris noſtri epiſcopi Olympij communis vnanimi nuper accepi tam inopinatum mihi quam inoptatum tui mœroris iudicium, in quo meæ tibi triſtitiæ conſortium & vocis officium deſore, vt ſi eſt priuati amoris affectus, charitas Chriſti Domini & A Dei noſtri, quia in ipſo nobis & per ipſum vt vnius corporis membra connectimur, non permiſit. Ipſe enim nos Dominus Deus noſter vitæ nobis pariter & pietatis magiſter per illud cæleſte vas electionis ſuæ docuit gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, viciſſimque nobis compari & inuicem onera noſtra portare, vt mutuis conſolationibus roboraremus communem fidem, & fatigata pectora foueremus. Cui muneri Deus tantum dedit, vt eo functum, magnæ ciuitatis inſtar amplificãdum promiſerit, enuncians per prophetam, qnia frater fratrem adiuuans exaltabitur ſicut ciuitas magna. Videlicet quòd munimen- B tum animæ dimicãti fraterna compaſſio ferat, variiſque mentis afflictæ pulſibus quaſi murus obſiſtat. Sed ſi fortè idipſum culpæ magis, quàm gratiæ iudieetur, quòd tardiùs fungar officio charitatis, credas velim, illicò vt agnouerim, ſeripſiſſe me. Neque videar de te negligentia mea ſeriùs audiſſe, cùm ipſa me & loci remotio & propoſiti ratio defendat: quo ſecretus ac tacitus agens, neque videre niſi raros pretereuntium poſſum, neque interrogare de ſanctis fratribus, niſi charos volo: ſemper tamen & in meo ſilentio tui memor, nunc vt charitas poſtulare viſa eſt, opertum pectore affectum recluſi, & per has ad te literas prō- C pſi, quibus ad ſanctam mihi vnanimitatem tuam qua potui via profectus ſum, quia non potui iiſdem corpus & animum meum finibus continere, cùm earo vi ſemper infirma per hyemem longiùs commoueri negaret, & qui ſemper eſt promptior ſpiritus feruentibus ad te deſideriis euolaret, vt quem corpore non tenebam, mente complecterer. Cucurri igitur in ſiti deſideriorum ad te, mi frater in Chriſto vnanime atque venerabilis: & ſi me viciſſim intueris animo, tecum eſſe me totum videbis & ſenties. Nam ſi verum illud eſt, ſenſu nos porius videre & audire, certè adſum tibi & potiore mei parte, quum animo ad te venerim i- D quo niſi adſimus, vt etiam corpore interſimus, præſentiam non probamus, vacua noſtri imagine, mentis, abſentia. Quamobrem ſignatum amicitiæ munus impendi, dignumque noſtra fide feci, vt te ſpiritali aditu viſitarem. Hanc de te inuicem gratiam quæſo merear, vt tu quoque me interioribus videns oculis, tanquàm adſtantem comminus & coràm loquentem, & coanhelantem anxietudini tuæ de neceſſitate communi, vel patientiæ congratulantem de ſpe fidei: in hoc ſermone ſuſcipias pariter atque conſpicias. Sermo enim viri mentis eſt ſpeculum. Nam & ipſe Dei ſermo confirmat, quia ex abundantia cordis os loquitur, & theſau- E rus pectoris publicatur eloquio. Ob hoc in veritate qua ſtamus in Chriſto, expreſſum his tibi literis animum meum ſuſcipe, nec volo amicitiam noſtram tempore metiaris, non enim hæc, vt ſecularis eſt, quæ ſpe ſæpius quàm fide paritur, ſed ſpiritalis illa quæ Deo auctore generatur & arcana ſpirituum germanitate coaleſcit. Quo fit, vt nõ diuturnitatis vſu creſcat ad amorem, neque, docimenti expectatione pendeat, ſed vt filia veritatis dignum eſt, ſtatim firma & magna naſcatur, quia de pleno incipit orta per Chriſtum. Hac igitur te charitate complexus, ita veneror vt membrũ Chriſti, ita diligo, vt commune membrum meum. Quomodo enim non vna mens, quibus vna fides? Quomo-

Ro. 12.

Pro. 18.

S. Paulini vita inſtitutum.

Amicitia ſecularis, & ſpiritalis.

Quomodo non vnus animus, quibus vnus Deus? Ac per hoc quomodo diuerſum pectus ſit, in affectione tolerandi quibus corpus vnum eſt in cōpage credendi? Verè dico & non mentior, dum animi tui motus cogito, mea quoque viſcera ſentio ſuſpiriis tuis duci, & vt verè ſocialia membra vulneris tui dolore configi. Quanquam me non minùs prudentiæ & fidei tuæ reputatio reficiat, quàm afficit cura mœroris. Denique addubitaſſe me fateor, vtrum mœſta pro meo affectu tibi, an potius gratulantia pro tua fide verba præberem. Nam vt euocationem ad Deum ſanctæ ſororis meæ, ita deuotionem pietatis in Chriſto tuæ pariter audiui, iſto etiam patrefamilias per quem ſcripſi indicante prudentiam & ſanctitatem veræ in coniugem charitatis tuæ, quam nō vacuam fletibus, vt maxima pars mortalium, neque vano (vt ſpei noſtræ expertes ſolent) pomparum inanium honore comitatus es, ſed remediis ſalutaribus & viuis opibus, hoc eſt, eleemoſinis proſecutus, debito ordine primum charo funeri iuſta perſoluēs, piis lachrymis & largo charitatis rore perfuſus religioſas exequias honoraſti. Itaque iſtius pietatis in te opus ante laudabo. Nam id quoque Deo placitum monſtrat ſcriptura diuina, cùm dicit: Fili produc lachrymas in mortuo, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & non deſpicias ſepulturam illius. Denique patriarchæ noſtri, huius quoque religionis exemplo ſunt: nam pater fidei, matrem vocationis noſtræ Sarram ſuam fleuit, non vtique diffidentia recipiendæ, ſed prægreſſe deſiderio. Quomodo enim reſurrectioni diffideret fidei pater, & repromiſſionis beatæ primus auditor? Idem tamen humanitatis memor, non ſpreuit corporis curam, propter animæ ſecuritatem, ſed empto ad ſepulchrum agro mortuam ſuam pretioſa ſede cōpoſuit, docens pariter quid ſibi iſti deberent homines prouidere, cùm is, qui ad Dei verbum de terra patriæ cognationis exierat, nihilque prætereà de peruagatis natione diuerſa ſpatiis comparauerat, omnis terræ aduena, ſolum tamen agrum ſepulchro, id eſt, non temporalem ſed æternam poſſeſſionem, nec terram auaritiæ ſed quietis emiſſet. Iacob quoque dilectam illam & expectatam Rachel & tumulo celebri honorauit, & titulo, vt religioſum & præſenti dolori ſolueret, & poſteris teſtaretur officium. Quanquam illum locum titulo mortis vxoriæ prophetica mente ſignauerit, prouidens Legem ortu euangelico ſopiendam, quo myſterio Coniunx patriarchæ quæ pluribus locis in Eccleſiæ imaginem vixit, tamen vt reor in Synagogæ typum moritur, & partu filium doloris enixa, illic vbi erat Virginis partu Legi finis edendus: finis etenim legis Chriſtus. Sanctam verò & ſanctificatam ſpem per humandi curam nos Thobias docet, huius ſpecialiter muneris prærogatiua iuſtificatus à Domino, & Archangeli voce laudatus, quòd prætuliſſet prādio ſuo pauperis ſepulturam. Negligens enim vētris, quia diligens animæ, maluit corpore eſurire quàm ſpiritu, vt nobis quoque eſſet exemplo, quò præoptemus ieiunare cibo carnis, vt ſaturitatem animæ cōferamus. Quare bona religio ſepulturæ. Bonæ lachrimæ charitatis, in quibus pater Abraham matrem repromiſſionis eduxit. Bonæ lachrymæ pietatis, quas Ioſeph iuſtus impēdit patri. Bo- A nę & lachrymę orationis, quibus & Dauid ſtratum ſuum per ſingulas noctes rigabat. Sed quid ſanctorum mortalium prædicem fletus? Fleuit & Iheſus amicum, hanc etiam paſſionem de noſtra infelicitate dignatus, vt mortuo infunderet lachrymas, & quē reſuſcitaturus erat virtute diuina infirmitate lugeret humana. Licet in illo vno totam ſimul conditionem generis humani miſericors & miſerator Dominus deplorauerit, & illis lachrymis peccata noſtra fleuerit & lauerit. Idcirco & tuæ, frater, lachrymæ ſanctæ & piæ, quia ſimili affectione manarunt, & dignam caſti cubilis fleuere conſortem, non diffidentia reſurrectio- B nis, ſed deſiderio charitatis. Mulier enim grata ſuſcitat viro gloriam cùm tenetur, atque ideo ſuſcitat ei deſiderium cum præmittitur. Verùm illa vt fuit ſemper, ita & erit in perpetuum corona viro ſuo, & non extinguetur lucerna eius. Extendit enim (vt ſcriptum eſt) brachia ſua ad opera vtilia, os ſuum aperuit prudenter, operata eſt viro ſuo bona, gloria & honore coronauit te, vt iucundaretur tecum in diebus nouiſſimis, & ob hoc fletu magis digna quàm luctu, & deſideranda potius pertinaciter quàm lugenda eſt. Nam ipſa meritorum illius reputatio vt acerbum imperat mœrorem ſuperſtiti, quia iuſtus defunctus relinquet C pœnitentiam: ita & conſolationem vberem præſtat fideli, quia immortalitas in memoria iuſti. Neque tibi, ſancte frater, hinc acrior doloris ſtimulus ingeratur quòd primæua deceſſit, quoniā huic ipſi caſui ſolatium præbet ſermo diuinus. Iuſtus enim (inquit) ſi morte præuentus fuerit, in refrigerio erit. Sed ne vel immatura tibi ad obitum fuiſſe videatur, eadem tibi ſapientia ſequentibus verbis probat, anum quoque illam fuiſſe: Senectus (inquit) venerabilis, & non diuturna, neque numero annorum cōputata: cani ſunt enim (inquit) ſenſus hominibus, & ætas ſenectutis vita immaculata. Quare gratulemur iuſto eius accitui, & fini D maturo, quæ etſi adhuc flore annorum virebat, tamē morum ſanctitate canuerat, & ætatem puellæ ſtipendiis ſenectutis ornabat. Vnde & tibi ipſę quæ arcebant vulnus animi, cauſæ ſolatium maius afferre poſſunt, quòd tam ſanctam fœminam, etſi non habes, habueris tamen: commune enim tibi cum omnibus amiſiſſe mortalem, paucis verò tecum meruiſſe optimam: quo minùs miror illam in hoc ſeculo non moratam, & ad Chriſtum citiùs accitam. Placita enim erat Deo anima eius, & idcirco (vt ſcriptum eſt) properauit eam de medio iniquitatis educere, ne intellectum noſtrum malitia noſtra mutaret. Quia totus hic mūdus (vt ſcri- E ptum eſt) in maligno iacet: & colloquia mala plerunque corrumpunt mores bonos: & qui picem tāgit inquinabitur ab ea. Quo metu quidam ſanctus moræ metuens, & de tardo ſene ſollicitus, orat Deum, vt notum ſibi faciat finem ſuum, & numerum dierum ſuorum: & quoniam reuelante ſpiritu quo prophetabat agnouit prorogata ſibi tempora, ingemit dicens: Heu me quòd incolatus meus prolongatus eſt! Cauſam verò gemitus & timoris ſui hanc eſſe teſtatur, quòd habitaret cum tabernaculis Cedar, id eſt, in tenebris iſtius Mūdi. Nam Cedar, hebræo, idem quod ore Romano vocatur obſcuritas. Denique ipſe Dauid in duobus filiis diuerſo merito ſibi amiſſis myſterium

Eorū qui ob defunctos lugēt affectus duplex.

Exequiæ religioſæ.

Ecc. 36.

Abrahā, ad exemplum religionis, curauit Sarræ funus. Gen. 23.

Gen. 35.

Tho. 2.

Bonæ lachrymæ pro defunctis.

Pſ. 6.

Ioa. 11.

Sap. 4.

Sap. 4.

1. Ioa. 5.

1. Cor. 15.

Eccl. 13.

Pſ. 38.

Pſ. 119.

Dauidis luctus in morbo & morte filiorum.

2.Re.12. iſtius veritatis exercuit, qui filium dilectiſſimum A
quem fleuerat ægrotantem, non fleuit amiſſum,
certus infantem ad pacis æternæ beata trāſlatum:
2.Re. 18. at verò idem, Abeſſalon quem inimicum habue-
rat, mortuum lamentatus eſt, quia diuinæ iuſtitiæ
vt propheta, conſcius deſperauit impio requiem,
& reſurrectionis bonum ſciuit indebitum parri-
cidæ. Sed tamen idem, vt dixi, paruulo illi ſuo æ-
grotanti impenderat lachrymas, & regios cultus
atra veſte mutatus cilicio, cinere, ieiunio, fletu,
preces ad Deum miſerat. Poſtea verò quàm filij
morbum vitę finis abſoluit, quaſi deficiente cura-
rum materia, hunc ſibi lugendi finem fecit, quem
paruulus viuendi acceperat. Itaque vt filius cor- B
pore, & pater luctu ſolutus eſt, ſimulq́ue triſtia
pectora & veſtiméta deponens, & cibum ſumpſit
& cultum reſumpſit, & ſqualidum puluere caput
deduxit vnguento: ſciſcitantibuſq́ue pueris ſuis
quos obſtupefecerat tam inuſitatus patriæ ordo
pietatis, vt qui antem orbitatē luxerat, gauderet
orbatus, reſpondit: ego ad illum ibo, ille verò ad
me non reuertetur. Satis (vt opinor) docuit rex
propheta, quam poſt noſtros ſollicitudinem de-
beamus induere, videlicet vt de noſtro potius iti-
nere quo ſequimur, quàm de illorū qui iam pro-
greſſi peruenerint laboremus. Pium eſt contriſta-
ri de auulſione charorum, ſed ſanctum, lætificari C
Pſ.41. ſpe & fide promiſſionum Dei & dicere animæ la-
Pſ.40. boranti: quare triſtis es & quare conturbas me?
nunquid qui dormit non adiiciet vt reſurgat? Ac-
ceptior eſt autem Deo grata lætitia, quàm diu-
turna quaſi querula triſtitia. Nam hoc illo Daui-
dico docemur exemplo, vt inanes lachrymas non
effundamus, quæ vtique ſuperfluò mortuis do-
nantur, nihil conferentes recepto, & grauátes re-
lictum. Ideo Dauid viuente filio fleuit, functo
gratulatus eſt. Quia ſpirantis adhuc commeatum
poterat precibus & lachrymis impetrare: accito
autem diuinitus iam gratulari debebat (vt fecit)
quia dubitādum non eſt melius eſſe, votis noſtris, D
Dei placitum. Salua igitur fide, pietatis officia pē-
damus: & ſalua pietate, fidei gaudia præferamus.
Eſto, temporaliter fleat pietas, ſed oportet vt iu-
giter gaudeat fides. Deſideremus noſtros vt præ-
miſſos, ſed non deſperemus recipiendos: Deus e-
Mat.22. nim noſter viuorum eſt non mortuorum, & in
1.Cor. 15. Chriſto mortuos dormire Apoſtolus dicit, vt de
ſomno intelligas temporalem eſſe mortem.
Dormienti enim conſequens eſt excitari & ſur-
gere. Quod cùm ita ſit, geramus in charitate no-
ſtrorum familiaris conſuetudinis deſiderium, ſed
à fide noſtra ſolatium de fiducia reſurrectionis
habeamus. His igitur, frater dilectiſſime, & verbo- E
rum & exemplorum cæleſtium auctoritatibus, vt
ad pietatem lachrymarum vſus eſt, ita etiam ad
Eccl.3. earum modum vtere. Scriptum eſt enim: omni rei
tempus. Et tempus plorandi fluxerit, gratulandi
modò tempus eſt. Quia Dominus propè eſt, &
ſcriptura diuina quæ producere nos lachrymas
quaſi euaporādo dolore permittit, termino quo-
Eccl. 38. que deſignato prēſcribit tempora, cùm dicit, ama-
ritudinem luctus vno ferendam die. O diuitiæ bo-
nitatis Dei, quàm pia idipſum ſollicitudine no-
ſtri cauet, non pietatis propenſę inuidus, ſed in- F
firmitatis noſtræ conſcius! & omnis immodici tē-
perator, lachrymas in mortuo produci iubet, a-

maritudinem verò lugendi vno tantùm die clau-
dit! Illud porrigi ſinens quo relaxatur dolor, & a-
nima reſpirat: iſtud verò præcidens quod immo-
derato & irrationabili cruciatu mentem noſtram
conficit, quodq́ue diutius fragilitas noſtra non
valet ſuſtinere. Sed hoc plenius ipſa ſuo verbo
pietas Dei explicat, ſubiecit enim: & conſolare Eccl. 38.
maturè propter triſtitiam A triſtitia enim feſtinat
mors, & cooperiet virtutem, quia triſtitia illa tan-
tum ſalutaris quæ ſecundum Deum eſt: Iſta autem 2.Cor. 7.
(vt Apoſtolus ait) quæ ſecundum hominem, hoc
eſt, da infirmitate eſt, carnalis eſt triſtitia.

EPISTOLÆ XXXVI.

ARGVMENTVM

*Ionius Tributarius, fortunæ, fato & caſui ad-
ſcribebat humanos actus, & quæ hominibus eue-
niunt commoda vel incommoda, & in his, tem-
peſtate iactatæ naui, ſignis euidentibus procuratam
ſalutē. Quòd tamen ita ſentiret, excuſabat ſe terre-
nis curis, ab altiore ſuſpectu cæleſtium quaſi nubi-
bus interpoſitis arceri. Philoſophiam illam repre-
hendit S. Paulinus, & quod Ionio vacaret Cicero-
C nianum eſſe & Philoſophum, Chriſtianum eſſe non
vacaret: præſcribitque illi, poſſidendæ in ſtudiis, Gen-
tilis Philoſophiæ modum.*

Ionio fratri, Paulinus ſalutem.

FIliis noſtris Poſthumino & The-
ridio, patriam, de Campania quā
noſtri gratia acceſſere, petenti-
bus, non ſcribere vnanimitati tuę
contra officium & affectum pu-
taui: Non ab eo tantùm præca-
uēs ne viderer communis obſeruantiæ ſtudium
D inſolita à te mihi negligentia præterire, ſed mul-
tò etiam illud magis ne de tua in Deum mente
ſecus crederer iudicare, ſi omnem ſcribendi tibi
occaſionem diligens, per viros religionis inſalu-
tatum te, tanquam à ſanctis hominibus abhorren-
tèm, prætermitterem, cum certè ſtudioſus Chri- Chriſtianiſmi ſtudiū
ſtiani nominis comprobatorq́ue, propoſiti indicat,
etiam noſtri amore, doceaeris. Suſcipe igitur li- Monachos
bens non illos ex meis literis, ſed literas meas de amare.
illis probans, qui ſumma idipſum ſanctitate cura-
runt vt religioni haberent vel patriam, te non ad-
eundo, reuiſere, vel te ſine meis ſcriptis adire. A-
ptè autem mihi viſa eſt ad id quoque huiuſmodi
E tabellariorum perſona congruere, vt aliquid de
priſtina illa epiſtola reſponderem tibi, quam tu
ad illas mihi literas quibus manifeſtum diuinæ
poteſtatis in elementis & curæ circa nos benefi-
cium prædicaueram, retuliſti. Nam profectò re-
tines me de tuis ſcriptis, id de quo tunc gratulans
reſponderam comperiſſe, vnde ſuaſeram ne caſi-
bus Dei munus adſcriberes, & fortè magis quàm
numine arbitreris argentum illud ſancti commer-
cij inter hibernos turbines & nautas auaros amiſ-
ſo cuſtode ſeruatum, in illud potiſſimum littus
F eiecta naui, in quo familiare nobis oppidum, tibi
patrimonium, tutiſſimis rem noſtram finibus ex-
ceperat. Sed tu iterum mihi de tempeſtatis iniu-

ria

ria magis querulus quàm de clementia Dei gratus, omnis motus elementorum, inter quos diuina tantum manus humanam ſalutem tueri valet, actuſque noſtros quos ſummi Domini poteſtas regit, & pro noſtris meritis vertit, aut dirigit, vacuis Fatorum fortunæque numinibus tanquam æmulis Deo poteſtatibus ſubdidiſti.

Fatorum & fortunæ vana numina.

In quo ne te exiſtimes Deo detuliſſe, cùm iniurioſe potius vt erat Dei beneficium eſſe nolueris, dicens ideo hæc à diuina poteſtate ſecerni oportere, quia caſum magis quam Deum deceant mala.

Deo an caſus tribuere quæ nobis accidũt mala, magis deceat

Id autem ſine dubio malum eſſe, quo periculum ſæpe homines aut damnum capeſſunt: In quorum malorum (vt video) numero tempeſtates locas, quibus aut in terra agrorum ſæpe vaſtitas, aut in naui naufragorum ærumna capiatur. Sed hanc ſententiam video de illis obortam magiſtris, qui ſapientia ſua ſuperbi, ſapientiam Dei quærere dedignati, à finibus veritatis exules agunt, adſertores opinionum ſuarum, qui miſſis per inane magnum mentibus euanuerunt (ſicut ſcriptum eſt & probatur) in cogitationibus ſuis, & pro ſuis arbitriis opera Dei & conſilia finxerunt.

Rom. 1.

Prouidentiam qui negãt, Deũ nõ credũt.

Illis mare vel cælum caſu regi commouerique videatur, qui mũdum iſtum aut ſine rectore vacuum, aut ociante neglectum Deo, fortuitis lapſibus volui diſputãt, aut nullo auctore compoſitum, vt principij, ita finis expertem: C Quod corporea quæ mundus iſte, cuius ſinguli portio ſumus, natura non obtinet, quia omnis cõpago reſolubilis. Aut quod ſtultius eſt, ex ſemetipſo creatum volunt, tanquam vlla res ipſa ſibi poſſit eſſe cauſa naſcendi, vt ſit eadem creatur pariter & creatura; id eſt, opiſex & opus: quæ vt nomine, ita & genere ac ſtatu diſcrepare perſpicuum eſt. Quis enim non videt mundum iſtum corporeum vi incorporea gubernari, totamque molem infuſam atque permixtam magno Vniuerſitatis corpori diuini ſpiritus mente qua facta eſt agitari ad vitam? temperari ad vſum? contineri ad ſtatum? ordinari ad diuturnitatem? Cùm ergo cõ- D ſtet quod cernitur aut ſentitur, alienæ opis, vt conſiſtat & maneat indigere, non poteſt ambigi, aliunde etiam vt crearetur eguiſſe. Quod cum ita ſit, omnia ex Deo orta fateamur neceſſe eſt. Quia niſi propbanis in dubium venire non poteſt mundum Deo auctore confectum: proinde ventos & omnia quæ intra mundum partes molis eiuſdem, & quaſi viſcera corporis ſint, non ad alterius regimen eſſe referenda, quia neque regi contineri que paterentur diuinorum operum virtutes, hoc eſt, ſubſtantiæ naturarum omnium in tãta diſcordia ſui, niſi ab ea tantùm natura atque virtute, hoc eſt, Deo vno omnium conditore, à quo vno fieri E ordinarique potuerunt, & cuius leges niſi ſeruarent, ſtatum ſuum non obtinerent.

Malum non eſſe à Deo.

Multò autem ineptius eſt, vllam culpare naturam & malam dicere: quoniam ſi à Deo omnia, & Deus bonus eſt, omnia profectò quæ fecit Deus, bona. Si qua autem ſunt in arcanis ſtatutorum eius altiora ſenſibus & cogitationibus noſtris etiamſi rationem eorum conſequi & colligere non poſſumus, tutius tamẽ nobis eſt magis occultas eſſe rationes quàm nullas credere. Quia non ambigendũ omnia Dei eſſe, etſi nobis non ſint perſpicua, tamen eſſe conſulta. Itaque ſi totum mundum Deus qui condidit, & gubernat: quo in loco, vel cui creaturæ ca-

A ſus & fatum aut fortuna dominabitur? Si de motibus vel ordinibus Aſtrorum pendent (vt quidam volunt) de igniculis, non ſolùm Deo ſed & Mundo ipſo minoribus, immò etiam mundi ipſius tertiam partem miniſterio ſamulæ lucis ornantibus, iſtam quam Deo æmulã facis poteſtatẽ trahunt. Nã certè diuinæ poteſtatis eſt elementa turbare, ventorúmq; violentiam vel excitare poſitam vel incitatã refrenare, & furoribus tempeſtatum vel dedere vel eripere mortales. Qua poteſtate cum omnis creatura pareat vni omniũ Creatori ſubdita, quomodo iis diuina vis & poteſtas datur, quæ non ſolũ nomine creatoris, ſed etiã creaturæ ſpecie carẽt, vacua non ſpirituũ, neq; corporũ nomina gerẽdis, vel ſignificandis rebus aptata? B Si quidem & Fors, verbũ dubitãtis ſit: & Fatum, profantis expreſſio: & caſus ſignificatio cadentiũ vel accidentiũ: tamen ab vſu erroris antiqui ob ignorantiam Dei, rationis inopes, caſſa nomina tanquã in Deo nomina, quæque ſint in ſpeciem corporatam ſtultis cogitationibus fingunt, ſtultiúſq; quã finxerint, donant honore diuino: vnde & ſpes & Nemeſis & Amor, atque etiam Furor in ſimulacris coluntur, & occipiti caluo ſacratur Occaſio, & tua iſta Fortuna lubrico malè nixa globo fingitur.

Fatum à fando dictũ. Var. lib 5. Iſid. Orig. li. 8. cap. 11.

Deorum Gentilium caſſa nomina & cultus ex inopia rationis.

Nec minore mendacio Fata ſimulantur vitas C hominum nere de calathis, aut trutinare de lancibus: quod deliramentũ ne vulgo imputemus, aut nimium philoſophos admiremur, Platone etiam delirãte narratur, qui in gremio anus penſũ neceſſitatis exponit, & tres ei filias addit concinnantes & verſantes fuſum, & per fila ludẽtes: hoc ſcilicet lanificio, autumãs eas cõficere res hominũ, & tempora cuique ſignata detexere: tantùm abuſus eſt humanis auribus, arrogãtia inanis facundiæ, vt ridiculam anilis fabulæ cantilenã non erubeſceret ſcriptis ſuis, †quibus de diuina etiam natura quaſi conſcius diſputare audebat, inſerere.

Platonis delirium de fato.

Platonis arrogãtia ex facundia inani.

† Lib. 10. de Rep.

Sed nobis in illo ſermonis tantùm Attici comitas, non inanis D fabulæ ſpectanda concinnitas: quæ demulcendis tantùm auribus edita ſunt, non debent ſenſuum fundamenta conuellere, quin potius vt ratio & veritas docet, omnia operum Dei in quibus conſiſtimus & quorum pars ſumus, omniáque munerum eius, quibus inter vitæ iſtius fragilis & caducæ incerta regimur atque ſeruamur, ad ipſum referamus, nihilque ab illius poteſtate noſtro remoueamus errore, quia velimus nolimus, ipſe noſtri vt omnium, & creator & Deus eſt. Et quia quantus eſt, bonitas & ſapientia & origo rationis eſt, nihil niſi ratione cõſtituit, & ad materiã ſuę bonitatis creauit. Ipſi omne ꝙ ſumus impendamus, & E quæ illi placita ſunt, ſtudeamus diſcere, & ſacere curem⁹. Tũc defæcata mẽte purius intuẽtes, videbim⁹ hãc eſſe veritatẽ vt à Deo ſint cũcta quæ ſũt, & hãc eſſe cõſequentiã vt oĩa Dei facta pulcherrima ſint, & nõ ſit malũ ꝙ bonũ habeat auctorẽ, ꝗ cũcta per mundũ noſtris vſib⁹ præparauit, & noſtris vtilitatib⁹ agit, & ita iſtius Vniuerſitatis op⁹ cõdidit, vt alia ad ſeruiẽdũ, alia ad exercẽdũ, alia ad dominãdũ, creauerit. Itaq; corporeis animalibuſq; naturis homines ratiõe dominamur. Sed ne ipſa poteſtatis noſtræ licẽtia reſoluamur, vtiliter exercemur aduerſis aut ſpiritib⁹ dęmonũ, aut difficultatib⁹ negotiorũ, aut ipſorũ ſępe elementorũ motibus, videlicet vt exagitati curis prudẽtiæ &

Homini cur aduerſa accidũt

Securitas negligētes facit.

metu diuinitatis acuamur: A quo, nos, quę deberet magis gratificos Dño ęterno facere ſecuritas, negligētes facit. Vnde & magiſter gētiū Apoſtolꝰ ait arcano diuinæ pietatis conſilio, & magno humanæ ſalutis emolumento, opponi quoſdam obices curſibus noſtris, & aduerſis ſecūda mutari, vt morbos, damna, diſcrimina, quia tribulatio, patientiæ robur operetur, & patientia probationem fidei pariat, † & præmium gloriæ cōſerat, quod certè virtus capere niſi victrix non poteſt, non habitura victorię facultatem, niſi cum aliqua priùs difficultate certauerit. Quod cùm prudentiæ tuæ quam & ingenitam & eruditam habes, literis quoque ipſis, quas vtinam iam vt iudicio ita & ſtudio ſacris literis poſthaberes, potuerit intimari, quibus egregiè clarorum indicibus aut philoſophis virorum virtutes ad nobilem famam, non niſi per labores & pericula emicuiſſe memorantur, admodum miror, cur in veritate perſpicua diuini muneris ita volueris caligare, vt mirabilem illam nauis iactatæ ſalutem, & euidentibus ſignis procuratam, noſtræ rei diuinitus terra marique cuſtodiam, ſortuitis euentibus dederis, tantámque occaſionem diuinæ prædicationis effuderis. Erige in ſummam ſapientiæ mentem tuam, & ipſum veri luminis ſomitem Chriſtum pete, qui fideles animas illuminat, & pectora caſta perlabitur, quod & te ita ſentire docuiſti, licet pro excuſatione prætenderis imparem te adhuc, & ideo non capacem Dei, quia terrenis rebus & curis obſeſſus, ab altiore ſuſpectu cæleſtium quaſi nubibus interpoſitis arcearis. Sed vtinam iſta tam verè poſſis obtendere, quàm facundè potes. Arguit enim ipſa facundiæ tuæ doctrinæque fœcunditas, voluntatem tibi potius in ſacris literis parem, quàm aut vacationem aut facultatem abeſſe. Non enim, opinor, dormiens aut aliud agens tantas oris aut pectoris diuitias coegiſti. Omnium poetarum floribus ſpiras, omnium oratorum fluminibus exúdas, philoſophiæ quoque fontibus irrigaris, peregrinis etiam diues literis, Romanum os Atticis ſauis imples: Quæſo te vbi tunc tributa ſunt, cùm Tullium & Demoſthenem perlegis, vel iam vſitatiorum de ſaturitate faſtidiens lectionum Xenophontem, Platonem, Catonem, Varronémq; perlectos reuoluis, multóſque præterea quorum nos fortè nec nomina, tu etiam volumina tenes? vt iſtis occuperis, immunis & liber: vt Chriſtum, hoc eſt, ſapientiam Dei diſcas, Tributarius & occupatus es. Vacat tibi vt & philoſophus ſis, non vacat vt Chriſtianus ſis. Verte potius ſententiam, verte facundiam. Nam animi philoſophiam non deponas licet, dum eam fide condias, & religione conſerta vtare ſapientius, vt ſis Dei philoſophus & Dei vates, non quærendo ſed imitando Deum: ſapiēs, vt non tam lingua quàm vita eruditus, tam diſſeras magna quàm facias. Eſto Peripateticus Deo, Pythagoreus mundo, veræ in Chriſto ſapientiæ prædicator, & tandem tacitus vanitati, pernicioſam iſtam inanium dulcedinem literarum, quaſi illos patriæ oblitteratores de baccarum ſuauitate Lotophagos, vt Sirenarum carmina, blandimentorum nocentium cantus euita. Et quia licet quædam, plerunque, de inanibus fabulis vt de vulgaribus aliqua prouerbiis in vſum veri ac ſerij ſermonis aſſumere, dicam non literas tantùm, ſed &

Rom. 5.
† Vicissim verò fidei probatio patientiam operatur. Iac. 1.
Iouij Eruditio.
Philoſophia ſtudiū quale eſſe debeat apud Chriſtianos.

A omnes rerum temporalium ſpecies nobis eſſe Lotophagos vel Sirenas. Nam & voluptatum peſtifera dulcedo, patriæ nobis obliuionem facit, cūm homini, Deum qui eſt patria omnium communis, oblitterat: & illecebræ cupiditatum, illam Syrenarum fabulam, veritate cladis imitantur. Nam quod illæ Syrenes fuiſſe finguntur, id verè ſunt illecebræ cupiditatum & blandimenta vitiorum. Habent enim in ſpecie lenocinium, in guſtu venenum, quorum vſus in crimine, pretium in morte numeratur. Has oportet vltra Vlyſſis † aſtutiā, cauti, non auribus tantùm ſed & oculis obſeratis & animo, quaſi nauigio præteruolante fugiamus, B ne ſollicitati delectatione lætifera, in criminum ſaxa rapiamur, & ſcopulo mortis adfixi, naufragiū ſalutis obeamus. Atque vtinam vel nudis nobis ex iſtius mundi ſalo liceat euadere, ſi in tempore iſto quo in fragilitate corporea & poſſeſſionū lubrico tanquā in nauigij fathiſcētis infida compage fluitamus, exuere nos, ad enatandum, impedimentis angentibus quaſi veſtibus madidis, & fidem ſalutarem qua in virtute Chriſti Dei vexillo Crucis nitimur, quaſi tabulam perfugij meminerimus inuadere, vt de rebus fluentibus ſpem ſolidam comparemus, & de noxia cupiditatum materia, aliquid ad innocentiam ſalutémque rapiamus. C Quod videlicet vt Deo ſeruientes, cupiditatibus imperantes, neceſſitatis modò deſideria terminemus, & neceſſarios habētes habitus nō quæramus ſuperfluos apparatus, quia recordari admonemur nos nihil intuliſſe in hunc mundū, neq; auferre poſſe: quæ veritas in tantū valet, vt de gētilibus philoſophorum, qui vel extremæ veritatis lineas celſioribus ingeniis attigerunt, inquirēdæ tantùm, nedū ſequendæ ſapiētiæ vacari non poſſe ſenſerint, niſi pecuniarū onera quaſi ſtercorum etiam in mare quidā proiicerent. Sed tu diuiſionē cū Deo facito, & quaſi mutuo beneficio redde ſummo Patri gratiā, qui tamē de iis quæcūque D tibi donauit ingenita aut adiecit extrinſecus, te tantū à te repoſcit. Habeas licet tibi & tuis cūcta quę poſſides, tantū id curans, vt horum quoque largitorē Deū eſſe fatearis. Nihil enim habemus: quod nō acceperimus, qui in hunc (vt dixi) mundū nudi venimus. Ingenij autē tui facultas, & omnes mētis ac linguæ opes Deo dedica, immolās ei, ſicut ſcriptū eſt, ſacrificium laudis ore facūdo, & corde deuoto. Illicò vt ad ſuperna penetralia aciē mētis intenderis, aperiet ad te faciem ſuam veritas, teq; ipſum reſerabit tibi. Nā diuinæ veritatis agnitu id quoque vt noſmetipſos nouerimus, aſſequimur. Vnde enim putas tantā miſeris mortali- E bus vel ſuperbiæ vel ignauiæ peruerſitatē inoleniſſe, vt non colētes Deū, dæmoniis aut elemētis ſubditis ſibi ſeruiant: aquas, ignem, ſidera, arbores & ſimulacra venerātes cū impiiſſima diuinæ maieſtatis iniuria? Cuius nomine ſiue dæmonas ſiue creaturas colāt, ſeruos honorāt: pro quo iis tenebris cæcari merētur, vt quia Deū verū intelligere nolūt, etiā ſui ignoratione feriātur: quia liberatur homo illuminatus fide, vt ordinē atq; menſurā ſui generis intelligēs, Deo tantū, cuius vnitas ineffabili Trinitate cēſetur, ſe eſſe ſubiectū: cæteris verò omnibus creaturis ſi rationabiles ſunt, parē: ſin verò corporeæ, ſuperiorē eſſe cognoſcat. Qua mediocritate homo temperatus, neque à ſalutis ſorte

delabitur

Sirenum & Vliſſis fabula.
† Homericā hāc de aſtutia Vlyſſis, metu Syrenū ad Nauē malū alligati. Poeticā in Propheticā veritate fabulā appellauit, ſupra Epiſt. 4. D. verò Ambroſ. Gentilem Hiſt. En. in Pſ. 43. quamquā aliàs frequēter nominat fabulam, & ad varia Chriſtianæ Religionis accommodat myſteria, vt ca. 1 lib. 3 de Fide: Ser. 55. de Cruce Chriſti: & in Præf. lib. 4. Cōment. in Lucam.
1. Tim. 6.
Philoſophi pecuniarum contemptores.
Pſ. 49.

delabitur neque à dignitate naturæ, fitq́ue conſctus veritatis, compos ſapientiæ, ſeruus iuſtitiæ, liber erroris, dominúſque vitiorum, quibus anima non Deo ſeruiens ſeruire damnatur. Quæ deinde vt proprij ſtatus exul per omnes cogitationum ſuarum aut alienarum opiniones deuias vias ſpargitur, per philoſophos vaga, ac per hariolos curioſa, ſuperſtitioni religioſa, religioni prophana, ſpem inter ac metum ſemper ambiguis affectionibus pendens. Hinc omni vento cuiuſlibet doctrinæ circumlata, quia diuini timoris vacua ſapientiæ caput non habet, quaſi truncis ſenſibus, vnde intellectum rerum trahat, vbi ſententiam ſtatuat ignara, cùm ſe fruſtra omnibus cælo terráque regionibus peruagata cogitatione diſtraxerit in creaturis conſpicuis & in omnibus vacuis caſuum atque ſatorum vim vniuerſam, qua mundus agitur conſtituit,

Anima exulem a proprio ſtatu.

Tam falſi praniq; tenax qu im nuncia veri.

Vir. 4. Aeneid.

Tua verò mens quæ ignita de cæleſti ſemine diuinum iam ſpirat ardorem, in ipſam arcem ſapientiæ Chriſtum fide præuia dirigatur. Patior ex copia, tibi in noſtris quoque ſtudiis poſſidendæ philoſophorum facundiæ, dum aduerſam veris deſinas amare ſapientiam. Melius enim, tenere te potius diuina quęrentem, quàm quærere diſputantem. Mitte illos ſemper in tenebris ignorãtiæ volutatos, in contentionibus eruditę loquacitatis aſſumptos, & altercatione veſana cum ſuis phantaſmatis famulatos, ſemper quærentes ſapiẽtiam, & nunquam inuenientes. Quia quem nolũt credere Deum, intelligere non merentur. Tibi ſatis ſit ab illis linguę copiam & oris ornatũ quaſi quædam de hoſtilibus armis ſpolia cepiſſe, vt eorum nudus erroribus, & veſtitus eloquiis, fucum illum facundiæ quo decipit vana ſapientia, plenis rebus accommodes, ne vacuum figmentorum, ſed medullatum veritatis corpus exornans, non ſolis placitura auribus, ſed & mentibus hominum profutura mediteris.

EPISTOLÆ XXXVI

ARGVMENTVM.

Explicat militiæ ſecularis incommoda, ac proinde militem illum quendam ad quem ſcribit, hortatur, vt militiam illam commutet in melius, & æterno Regi militare incipiat.

ETſi ignotus tibi ſim facie, iam tamẽ te corde cognoui, quia filius meus in Domino chariſſimus Victor referens mihi religioſam vitam tuam, fecit vt te (quamuis abſentem) cognoſcerem, & ſicut conſortem futurum in Chriſto diligere inciperem. Retulit enim mihi quomodo & in militia ſeculari (in qua adhuc tu teneris) ſocius & ſecutor contubernij tui fuerit: Vnde magis præſumpſi ſcribere ad te per ipſum. Spero etenim te ex eadem via ad viam noſtram eſſe venturum, quandoquidem iſtum de tuis ſociis ad nos præmiſiſti, quem pro pignore tuo Eccleſia tenet, vt te poſt eum capiat. Nihil enim eſt, benedicte fili, quod poſſit aut debeat præferri ei qui eſt verus Dominus, & verus pater & imperator æternus. Cui enim rectius vitam noſtram impendimus, quã illi à quo accepimus, & cui eam vſque ad finem debemus? quia ipſius beneficio viuimus, ſi tamen

A in hoc ſeculo illi militauerimus, tunc ad ipſum tranſire merebimur. Quòd ſi magis dilexerimus hoc ſeculum, & maluerimus Cæſari militare quã Chriſto, poſt non ad Chriſtum, ſed ad Gehennam transferemur, vbi principum huius ſeculi vertitur cauſa. Ideo nec affectum, nec patriam, nec honores, nec diuitias Deo præferre debemus, quia ſcriptum eſt. Præterit huius mundi figura. Et qui hũc mundum dilexerint, cum ipſo & peribunt. Ideo ipſe Dominus in euangelio conteſtatur & dicit: Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

1. Cor. 7. *Mat. 10.*

B De diuitiis autem ſeculi huius, quas quidam pro ſummo bono & neceſſario amplectuntur & diligunt, ita dicit: Quia non proderunt theſauri iniquis, iuſtitia autem eripit à morte. Et iterum per prophetam dicitur: Exterminati ſunt omnes qui exaltati fuerant auro & argento. In euãgelio quoque clamat atque prædamnat diuites ſeculi dicẽs: væ vobis diuitibus, quia habetis conſolationem veſtrã: væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis: Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Noli ergo diutius diligere hunc mundum, neque militiam eius, quia ſecundum ſcripturæ' auctoritatem inimicus Dei eſt, quicunque eſt amicus ſeculi. C Et qui militat gladio, mortis miniſter eſt. Qui autem ſuum vel alienum ſanguinem fundit, hic recipiet fructum ſtipendiorum. Aut enim eaiuj mortis tenebitur reus, aut criminis. Quia neceſſe eſt vt miles in bello, in quo tamen non tam pro ſe quàm pro alio dimicat, aut ſuam mortem victus inueniat, aut mortis cauſam victor acquirat, quia victor eſſe non poterit ſi effuſor ſanguinis antè non fuerit. Ideo dicit Dominus: Non poteſtis duobus dominis ſeruire. Sed quia vni Deo ſeruiendum eſt, facile puto eſſe diſcerni, cui potius ſeruiri debeat, Deo an Mammonę, Chriſto an Cæſari, cùm ipſe Cæſar Chriſti ſeruus ſtudeat eſſe, D vt aliquarum gentium rex eſſe mereatur. Neq; enim quicunque terrenus rex, totius terrę Dominus eſt. Chriſtus autẽ totius mundi Dominus & rex eſt, quia omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et ipſe eſt rex regũ, & Dominus Dominãuũ, & in terris, & in mari, in abyſſis omnia quæ vult facit. Hunc igitur ſequamur, huic militemus, cui coniũctus nuuquã disiungitur miles, qui militãtibus ſibi, gloriã vitæ æternæ, honorẽ regni cæleſtis, & diuitias hæreditatis ſuæ, & diuinæ cognitionis conſortiũ perenne largitur. Scriptũ eſt autẽ. Qui pecuniã diligit non iuſtificabitur: & †qui terrenas poſſeſſiones concupiſcit E in illis (ſicut ſcriptũ eſt) implanabitur. Nã in Eccleſiaſtico per Salomonẽ loquitur diuina ſapiẽtia: Quia multi periclitati ſunt auri cauſa, & facta eſt in facie illius perditio ipſorũ. Lignũ, inquit, offẽſionis eius eſt aurũ, & deiicit illos qui ſectantur illud. Sed nõ omnis niſi imprudẽs diſperiet in illo. Quamobrẽ fuge ab illo fili, ſicut à facie ſerpentis, credẽs Chriſto qui in euãgelio teſtatur omnibus hominibus: Quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſſidet. Sed te forſitan ætatis tuæ fiducia, & ſtupes dignitatum, vel diuitiarum augmenta ſollicitant, vt dicas: adhuc iuuenis ſum, eſt nunc tempus vt parumper militem & vxorem ducam & filios habeam &

Pro. 10. *Luc. 6.* *Iac. 4.* *Militum ſtatus quã plenus periculorũ.* *Mat. 6.* *Ioa. 1.* *†Qui inſequitur cõſumptionẽ, replebitur ex ea. Eccl. 31. Ibid.* *Luc. 12.*

poſtea Deo ſeruiam. Ad hæc tibi reſpondet, non
ego, ſed Dominus qui loquitur in prophetis &
Eccl. 5. Apoſtolis ſuis & Sapiens dicit: Ne tardes conuer-
ti ad Dominum, ne differas de die in diem, ne ſu-
bito veniat ira illius. In euangelio autem quo ar-
dore properandum ſit ad conuerſionem, oſtendit
Matt. 11. cum dicit: A diebus autem Ioannis vſque ad ho-
diernum diem, regnum cælorum vim patitur, &
qui vim faciunt, rapiunt illud. Talis violentia
Deo grata eſt, quæ neminem concutit, nullius dã-
no committitur. In hanc rapinam manus tuas ver
te, quæ crimen non habet & confert ſalutem. Et
quid militarium ſtipendiorum curationes, cum
inuidia violentię curare, cum forſitan pro tua ho- B
neſtate etiam debitorum moderatus exactor ſis?
cùm ſine cuiuſquam inuidia & cum Dei gratia
poſſis eſſe violentus, vt rapias regnum cælorum,
quod ſibi auferri patitur, & gaudet Chriſtus inua-
di, qui pro abundantia charitatis & potentiæ ſuæ
capax eſt largiendi quod tenet, & quod donaue-
Iſa. 3. rit obtinendi. Nam quando ſanctis viris in regno
Dan. 7. ſuo regnare conceſſerit, ipſe regnabit in illis quos
Luc. 9. conſortes regni cæleſtis aſſumpſerit. Scriptum eſt
Iud. 8. enim: Et regnum Dei cum ſanctis fore, & ipſos
Apo. 1. 5. ſanctos eſſe regnum Dei, quod propitio Deo cū
conuerſus fueris, & legendo cognoſces & creden-
do intelliges. De ætatis autem flore primo quis C
audeat gloriari? Admonet diuina ſcriptura, dicẽs:
Iſa. 40. Omnis caro fœnum & omnis claritas eius, vt flos
fœni. Aruit fœnum & flos decidit, ſermo autem
Domini manet in æternum. Ideo propheta, illa
potius in quibus æterna corporis rediuiui gloria
poſt reſurrectionem poſſit manere deſiderãs cla-
Pſ. 83. mat: Quàm amabilia ſunt tabernacula tua Domi-
ne virtutum, concupiſcit & deficit anima mea in
atria Domini. at de vinculis coniugalibus, & cæ-
teris temporalium rerum tam ſpinoſis quàm ina-
1. Cor. 4. nibus curis, Apoſtolus (in quo Chriſtus loqui-
tur) admonet, ne in longum huius ſeculi tempus
irrita vota mittamus: & cognoſcere nos iubet, D
quia tempus breuiatum eſt, & dicit: Reliquum
eſt vt qui habent vxores, tanquam non habentes
ſint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gau-
dent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tan-
quam non poſſidentes: & qui vtuntur hoc mun-
do, tanquam non vtentes. Quod cùm dicit, oſten-
dit liberos non debere implicari, quandoquidem
liberari ſuadeat impeditos. Si ergo iam forſitan
alligatus es vxori, noli quęrere abſolutionem.
Quòd ſi adhuc liber es ab vxore, noli quærere
implicationem. Non enim Apoſtolus propter cō-
iugij condemnationem hoc dicit, quandoquidẽ
Eph. 5. huius fœderis religionem, magno Chriſti & Ec- E
cleſiæ ſacramento comparat: ſed propter inſtan-
tem neceſſitatem bonum eſſe aſſerens, hominem
ſic eſſe quemadmodum ipſe erat: Volo, inquit,
1. Cor. 7. vos ſine ſollicitudine eſſe, hoc eſt, vt nihil præter
Deum & ſalutem noſtram cogitemus. Nam vxor
& filij quanquam & ipſa diuinitus nobis pignora
data ſint, tamen grauiſſimarum curarum onera
Ibid. ſunt Vnde idem Apoſtolus ait, Quia tribulatio-
nem carnis habebunt huiuſmodi: quia neceſſitu-
dinis noſtræ carnes, quantò chariores nobis ſunt,
tantò magis nos diſcruciant & fatigant. Nam v-
Coniugij xore accepta primum optantur filij: & ſi non ſu-
incõmoda ſcipiuntur, ſterilitas lugetur: ſi ſuſcipiuntur, orbi-

A tas timetur. Ac proinde nūquã in carnalibus affe-
ctionibus ita requieſcit animus vt cruciatu careat,
dū neceſſitudines ſuas, aut bonas amat cū amitten-
di metū, aut malas odit cum amittendi voto, in v-
troque miſeriis ſuſtinendis ſemper obnoxius. Mi-
ſer eſt enim qui vxorem bonam perdit; miſerior
qui malam poſſidet. Inter hæc duo accidentia, ſa-
tis felicior eſt qui vtrunque non nouit. Similiter
& de filiis: ſæpiſſimè enim ſunt miſerrimi paren-
tes, vel qui amabiles habent quibus orbantur, vel
qui tales habent, vt non habentibus inuidere co-
gantur. Audi ergo fili mi, & inclina aurem tuam
mihi, & diſrumpe omnia vincula tua quæcunque
B in hoc ſeculo te implicatum tenent, commuta in
melius militiam, vt æterno regi incipias militare.
Et nunc vt audio, qui adiutor & tutor es ciuium,
fias comes Chriſti. Deinde in hac militia ſoletis
in votis habere hanc Officij promotionẽ, vt pro-
tectores efficiamini. Si autem Deo te probaueris, *Protectores.*
ipſum Deum incipies habere protectorem. Vide
ad qualem militiam te inuito collegam, vt quod
homini eſſe optas, hoc tibi Deus ſit. Quem ſi cœ-
peris ſequi, & in eius commitiua inceperis milita-
re, finis militiæ tuæ erit regnum, nō terræ & tem-
poris, ſed æternitatis & cæli.

EPISTOLÆ XXXVII,

ARGVMENTVM.

Sebaſtianum eremitam & Benedictum diaconum collaudatos, ob vitæ ſanctimoniam ac individuam viuendi conſuetudinem rogat, vt pro ſe & Theraſia apud benigniſſimū Dominum intercedãt.

Paulinus Sebaſtiano Eremitæ.

SAncto & meritò dilectiſſimo fra-
tri Sebaſtiano, Paulinus & Thera-
ſia, in Chriſto Domino ſalutem.
Benedictus eſt Dominus Deus Iſ-
rael qui elegit te & aſſumpſit in
vas electionis ſuæ, & ſegregauit ab
vtero matris antiquæ, & dedit tibi pennas colūbę,
vt ab huius ſeculi ſtrepitu procul euolãs diceres:
Ecce volaui fugiens, & mãſi in ſolitudine. Quaſi *Pſ. 54.*
ſolitudo nō ſit tua, quæ nō deſerta eſt ſed ſecreta,
& ab huius mūdi tenebris deſolata, à Dei lumine
frequẽtetur, & à dæmonibus furentibus fugiatur,
atq; ab Angelis gaudẽtibus excolatur. Ipſe Domi-
nus Deus noſter donauit nobis, licet longo inter-
uallo diſtãtibus, appropinquare tibi in dilectione
per odorẽ bonū notitiæ bonæ quã per fratrem in
Domino chariſſimū Victorẽ accepimus, qui nobis
& opus propoſiti tui, & ſecretū tabernaculi nun-
E ciauit, quia veterū ſanctorū ſtrenuus æmulator,
ſuper torrentẽ tibi gratiſſimū, ſicut illi quondã fi- *4. Re. 6.*
lij prophetarū Heliſæo duce ſuper Iordanẽ, paci-
ficam manſionẽ & ſpiritualia caſtra poſuiſſes, & *F. Benedictus Diaconus.*
diaconus tibi frater Benedictus Sareptanæ illius
Sunamitidis obſequio miniſtraret. Beatus ille cuĩ
mãdauit Dominus ſicut vni volatiliū cæli, vt te ſi- *3. Re. 17.*
cut Heliam, ad Torrentem, ſecreto ſedentem
panibus pietatis paſceret, & ad cellulã tuã aſſiduis *Gen. 8.*
ſuper hac miniſtratione veſtigiis, velut ad arcam
Noe fructiferum pij germinis ramum afferens
columba reuolaret. Benedicti vos à Domino,
qui fecit vnius moris habitare in domo, &
qui germanitatis vinculum duplicauit in vo-
bis,

biſquos & in Eccleſiæ vtero fratres fecit, & ſub A
vna fide, variis diſtinxit officiis, vt ſub diuerſo mu-
nere alter alterum paſceretis. Tu illum ſpirituali-
bus armis ieiuuans & orans iuuares, & ille in te
cæleſtia bona ſibi fereret, dum carnalia tibi alimē
ta ſuppeditat, non indigenti quidem pereuntis
eſcæ ſumptu: quia fames tua iuſtitiam & regnum
Dei eſurit. Sed tamen idem Dominus, qui fecit
Mar. 14. quod intus eſt, fecit quod foris eſt. Spiritus qui-
dem promptus eſt, caro autem infirma eſt. Ideo
viuentem licet animam in verbo Dei, quod eſt
Chriſtus qui verus & viuus panis eſt, tali remu-
neratur obſequio, vt corpori tuo, id eſt, terrenæ
inte fragilitati ſeruiat cibis modicis, & ieiuniorum B
Mat. 4. tuorum abundantia ſaginetur. Ideo enim dixit:
Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo
Dei. Quia vt infirmioris ſubſtantiæ noſtræ ratio-
nem ne eſuriret, habuit, perinde & carni panem
neceſſarium ipſe Creator oſtendit. Sed ne corpo-
ris curam animæ præponeremus quæ verbo Dei
paſcitur, non in ſolo pane victum hominis con-
ſtitutum docuit, quem etſi animæ cura non quæ-
rat, tamen corporis natura depoſcit. Ideo Bene-
dictus ille cui ad opes animę proficit neceſſitas
conditionis tuæ: quia adhuc homo, & iſto viſibili
pane paſcendus es, etſi interius æterno illo pane
ſatureris. Non enim proficeret ſpiritualis virtus, C
niſi ſubeſſet carnalis infirmitas. Nec eſſet potens
fidelium miniſtratio, ſi materiam miniſtrandi ple-
runque fraterna inopia præberet. Vnde & Apo-
ſtolus ait in ſanctos compenſationem futuram, cū
Eccleſiam Dei ad conſolationem iſtius benedi-
1. Cor. 8. ctionis hortatur & dicit: Abundantia veſtra ſit ad
illorum inopiam: Et vt illorum abundantia ve-
ſtræ inopiæ ſupplementum fiat. Adbuc audeo di-
cere: in vtroque veſtrum diuerſa Ioannis & Do-
Mat. 3. mini forma conſiſtit. Ioannis in deſerto vox cla-
Ioa. 7. 18. mantis, & Domini in Templo docentis. Et vnus
Monaſtica veſtrum in ſeruitutem miniſterij vocatus eſt, al-
libertas. ter in Monachi libertatem. Sed vtrique in vnum D
Dei regnum & gloriam conuocati, & ambo libe-
ri, quia ambo ſub gratia: & ambo ſerui, quia am-
bo ſub lege fidei. Ambo liberi & à peccato, & am-
bo ſerui iuſtitiæ, & ambo in ieiuniis Domino diē
ſapitis, & ambo in epulis ſynceritatis Domino
gratias agitis, qui dat eſcam omni carni, & dat e-
ſcam viuam eſurientibus veram iuſtitiam. Vnus
Pſ. 42. veſtrum audiuit vt dicat: introibo ad altare Dei,
ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Et al-
ter ab eodem propheta didicit dicere: Singulari-
Pſ. 140. ter ſum ego donec tranſeam. Ergo quia ſic electi
eſtis & dilecti in Domino, vt alter alterius onera
portetis, & charitate perfecta qua inuicem vos E
paſcitis, ſuſtinetis, inſtuitis, locupletatis, adim-
pletis legem Chriſti. Orate pro nobis, conſerite
validas orationum manus, vt ſuperetis multitudi-
nem peccatorum noſtrorum. Ob hoc enim miſe-
ricors & miſerator Dominus, peccatoribus ſuis
ſanctorum notitiam charitatemque procurat &
donat, vt etiam inexcuſabiles reos præpotens Ad-
uocatio meritis damnationis abſoluat. Maneatis
in regno Domini, quod intra vos fecit eſſe per
inhabitantem in vobis arrabonem Spiritus ſancti,
in quo clamatis Abba pater. Benedicti Domino
filij pietatis & pacis & luminis.

Appendix.

Quæ deinceps in vno quodam Codice ſequebantur S. Paulini ad D. Auguſtinum Epiſtola 3. ad Alipium & Romanianum ſingulæ, quia eiuſdem D. Auguſtini Epiſt. To. continentur numero & ordine 31. 33. 35. 36. & 58. quanquam hîc Paulinum integrum exhibere magnopere cuperē: ne tamen nimi mole excreſceret liber, hoc loco prætermiſſa ſunt.

EPISTOLÆ. XXXVIII.

ARGVMENTVM.

Hortatur Iouium ad Poeſim Chriſtianam: alioqui hæc eiuſdem eſt Argumenti cum ſuperiori Epiſtola.

Paulinus Iouio S.

IAm mihi polliceor ſacris tua carmina libris
Condere, teque Dei flammatum numine Chriſti
Ora ſoluturum ſummo facundo parenti.
Incipe diuinis tantum dare pectora rebus,
Subrectoſque Deo ſenſus attollere terra,
Mox oculis cælo noua lux orietur aperto,
Intrabitque ſacer tacito per operta meatu
Spiritus, & læto quatiet tua viſcera flatu.
Eia age tende chelym, fœcundum concute pectus,
Magna mouens, abeat ſolitis impenſa facultas
Carminibus, maior rerum tibi naſcitur ordo.
Non modò iudicium Paridis, nec bella gygantum
Falſa canas, fuerat puerili ludus in æuo
Iſte tuus quondam, deceruent ludicra paruum.
Nunc animis grauior, quantùm prouectior annis,
Aſpernare leues maturo corde Camœnas,
Et qualem caſtis iam congrua moribus ætas,
Atque tui ſpecimen venerabile poſtulat oris.
Suſcipe materiam, diuinos concipe ſenſus.
Si decus è falſis aliquod nomenque tuliſti,
De vacuis magnum rebus cùm ficta vetuſtis
Carminibus caneres, vel cùm terrena referres
Geſta triumphantum, laudans inſignia regum.
Non equidem ex illis tu laudem ſumere dignus,
Quos magis ornabas opulenti munere verbi.
Quantò maior ab his cedit tibi gloria cœptis,
In quibus & linguā exercens, mentē quoq; ſanctā
Erudies, laudemque ſimul vitamque capeſſes?
Dúmque leges cætus & ſcribes miracula ſummi
Vera Dei, propior diſces & charior ipſi
Eſſe Deo, quem dum credens miraris, amare
Incipies, & amando Deum redamabere Chriſto.
Hactenus illa tuæ vanos tuba vocis in vſus
Perſona, diuinos modò celſius intonet actus:
Noſſe moues cauſas rerum & primordia mundi,
Ne vagus innumeros Epicuri ſomnia Mundos,
Quos atomis demens per inane parentibus edit,
Irritus in vacuum ſpatiato pectore quæras.
Legiſer antiquo venerandus nomine Moſes,
Compoſitum prima referens ab origine mundum,
Inſtituens te Deo curas tibi ſoluet inanes:
Formatúmque hominem limo, & ſpiramine ſacro *Hominis*
Adflatum referens, cuius ſis munere, cunctis *creatio.*

Celſior in terra ſpirantibus ipſe docebit.
Nec te ceu lapides Pyrrhæ argilámve Promethei
Contẽnas, quẽ ſumma manus vultúque animoque
Sublimem & propria dignatus imagine finxit.
Cognoſces itidem ne pergas tradere fatis
Arbitrium noſtri, quæ nos ſententia læto
Vinxerit, & cuius vitam ſub lege trahamus,
Si mentem cælo iacis altius, & ſuper aſtra
Scire cupis quid ſit, vel quid fuerit prius æuo,
Et mundo & ſeclis docet vlteriora Ioannes.
Ioa.1. Principia verbum, inquit, erat Deus: eb ſide verbo
Gaudebat, verbúmque Dei ſimul & Deus idem
Verbum erat, hoc verbum eſt ſine quo nihil, omnia per quod
Facta vigẽt, quod cuncta regit, cui ſubdita parent
Omnia, & æterno natura vnius famulatu
Strata Deo geniti nomen genitoris adorat.
Cunctáque per gentes in maieſtate paterna
Regnantem Dominũ iam lingua fatetur Ieſum,
Nomine quo fundata ſalus ſtat noſtra, fidéſque
Nititur, æternæ tendens in ſecula vitæ.
Huius diuino mortales munere fulti
Adſequimur fragilem caſtis euincere factis
Naturam, & rigidæ diſrumpere vincula mortis.
Et non corporeis in corpore legibus vti,
Sectantes diuina Dei veſtigia Chriſti.
Mẽte animã corpúſque ſacris moderante ſub armis,
Mens quoniam ſubiecta Deo capit arma ſalutis,
Inque animam carnẽque ſuã regnũ obtinet, & ſic
Iure potens homo quiſque ſui, qui deditus vni
Æternum Domino, proprios regnator in artus
Efficitur, vitiis inuictus & oſor iniqui,
Fortior aduerſis virtutibus ordine iuſto
Verus homo, quia mente potens, in qua rationis
Lumen habet, famulos nullo certamine ſenſus
Temperat, & placidis ſua pectora flectit habenis:
Tu cui mens generoſa superni ſeminis igne
Ardet & æthereos animo conſcendere receſſus,
Et gremio Domini caput inſere, mox inhianti
Profluа lacte ſacro largus dabit vbera Chriſtus,
Diuináque tuam perfundet lumine mentem,
Vt videas pulſa caligine magna tremendi
Iura Dei, quibus omniparens ſapientia Chriſtus
In ſeſe ipſe manens ſemper nouat omnia rerum,
Atque vt vult operum Deus arbiter ipſe ſuorum
Continet & mutat ſpecies & tempora vitæ
Porrigit aut retrahit, cælum, mare, ſidera, ventos,
Quæ fecit virtute regens, docet exitus ingens
Ex 14. Aegypti, merſúſque mari refluente tyrannus.
Et prius ipſe graues elementa per omnia motus
Expertus: quem cuncta tremãt, cui cũcta miniſtrẽt.
Tempore namque vno tellus communis habebat
Iudæos, quæ ſola Deo tunc læta fuit gens:
Ex 10. Et tamen illa Dei grauis hoſtibus ira ſuperbis
Permixtos inter populos diſcreta cucurrit.
Iam ſcio non dices, quòd fors incerta procellis
Et mare caſus agat, mare cùm diſcedere iuſſum
A Diſceſſiſſe legas, ſiccámque rigentibus vndis
Inter aquas patuiſſe viam, rurſúſque ſolutum
Æquor ad imperium ſancti virgámque prophetæ
In liquidos remeaſſe ſinus: in vtroque maris vis
Paruit vt ſanctis iter & vindicta daretur.
Quid profugus Tharſum vates quem ſorte pericli
In mare deiectum ſpatioſa bellua rictu
Cepit, & innocuum vaſta ructauit ab aluo? Io. 2.
Nónne docet ditione Dei, mare & aſtra moueri?
Nãque Deum fruſtra fugiens, quẽ cuncta tenẽtem
Nemo fugit, mouit cæli ſimul & maris iras.
Omnipotentis enim Domini natura rebellem
B Cognoſcens timuit per ſe quaſi conſcia tutum
Ferre reum, & ventis fugitiuum vinxit & vndis.
Iſte propheta Deo lectus terrere minaci
Peccantes monitu populos, poſtquam graue dixit
Exitium fregítque reos, auertit & iras
Numinis, impenſo lauit ſua crimina fletu,
Extremúmque diem fugit bene verſa Niniue.
Num rex ille habuit Fatum, qui morte propinqua
Orauit Dominum, quem leges nouerat vnum 2.Par.32 Iſa.38.
Flectere poſſe ſuas, conſumptum vt tenderet æuum
Longius, & meruit tria ducere luſtra ſuperſtes
C Annis ipſe ſuis, & non ſua viuere ſecla.
Nunc tria miremur texentem Fata Platonem,
Aut Arati numeros, aut picta Manethonis aſtra?
Dicant quæſo, vbi tunc rapidas naſcentibus horas
Ponebant, & quæ quibus ibant ſidera ſignis,
Cùm pius Ezechias fidei virtute precatus
Verteret aſtrorum curſus cælique meatus
Turbaret, iuſſi retroacto lumine Solis?
Vel ducis imperio ſancti cùm ſiſteret idem Ioſ.10.
Dilata ſol nocte diem victoria ſacri
Profligaretur populi ſtetit orbe recurſo
D Libra Poli, vt magnos caperet lux aucta triũphos?
Quid ſobolis virtuſque Dei & ſapientia Chriſtus,
Nonne ſatis vanis curas erroribus aufert?
Noſque ſimul monitis & factis edocet, vnum
Cũcta Deũ regere, & nihil vt ſine mente putemus
Principis eſſe Dei, dicens non arbore frondem, Mat. 10.
Aere non volucrem ſine iuſſu decidere, & cùm
Omnipotens verbo ſternit mare vel pede calcat,
Et verbo morbos abigit vel dæmonas vrget,
Aut reduces animas in corpora functa remittit.
Iamque diu exanimos tumulis iubet ire recluſis,
E Integratque putres vita remeante ſepultos:
Nonne poteſtatem propriam ſatis indicat auctor,
Qui ſolus naturam omnem vitámque gubernat?
His, precor, his potius ſtudiúmque operãque legẽdis
Scribendiſque voue, cane grandia cœpta Tonantis.
Scribe creaturam Verbo primordia rerum,
Et Chaos ante diem primaque crepuſcula lucis,
Quæque dehinc variis elementa per omnia ſeclis
Dicta vel acta Deo per ſancta volumina diſces
Quæ docuit tabulis legalibus indita Moſes:
Aut euangelici quæ lex noua Teſtamenti
Signat operta prius retegens myſteria Chriſto.

Tunc

Tunc te diuinum verè memorabo poëtam,
Et quaſi dulcis aquæ potum tua carmine ducam.
Cùm mihi nectareos ſummis à fontibus hauſtus,
Præbebunt Dominum rerum recinentia Chriſtum,
Atque tuam pollere Deo teſtantia mentem,
Vt ſimul oris ope tà te mentiſq́ue capeſſam,
Et quem cognatum iunctum mihi fœdere lætor
Gratuler, & ſancta ſub religione propinquum,
Nec cum mortali ſoluendu corpore vinclu
Perpetuò ſanctum complectar pignore fratrem.

¶ Lege fœlix Ioui in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

EPISTOLÆ XXXIX.

ARGVMENTVM.

Epiſtola ſancti Paulini ad Auſonium, cum adhuc eſſet in Hiſpania religioni deditus, aſſiduis literis † prouocatus vt in patriam rediret.

Huius ferè ſunt argumenta apud Auſonium Epiſtola 4. 6. 7. 8. 9. 10. 12. & 13. quibus reſpondet quæ ſequuntur Paulini ad Auſonium Epiſtolæ.
** Fortè, rumore.*

Paulinus Auſonio S.

QVid abdicatas in meam curam pater
Redire Muſas præcipis?
Negant Camœnis, nec patent Apollini
Dicata Chriſto pectora.
Fuit iſta quondam non ope, ſed ſtudio pari
Tecum mihi concordia,
Ciere ſurdum Delphica Phœbum ſpecu,
Vocare Muſas Numina,
Fandiq́ue munus munere indultum Dei
*Petere * è nemoribus aut iugis.*
Nunc alis mentem vis agit, maior Deus,
Aliosq́ue mores poſtulat,
Sibi repoſcens ab homine munus ſuum,
Viuamus vt vitæ patri.
Vacare vanis otio aut negotio
Et fabuloſis literis
Vetat, ſuis vt pareamus legibus.
Lucemq́ue cernamus ſuam.
Quam non ſophorum callida arſq́ue rhetorum, &
Figmenta vatum nubilent,
Qui corda falſis atque vanis imbount,
Tantumq́ue linguas inſtruunt,
*Nihil * ferentes vt ſalutem conferant,*
Quod veritatem detegat.
** Adferentes al. Aut veritatem nõ tegant.*
Quid enim tenere vel bonum aut verum queant,
Qui non tenent ſummæ caput,
Veri boniq́ue fomitem & fontem Deum?
Quem nemo niſi in Chriſto videt.
Hic veritatis lumen eſt, vitæ via.
Vis, mens, manus, virtus patris,
Sol æquitatis, fons bonorum, flos Dei,
Natus Deo, mundi ſator,
Mortalitatis vita, noſtræ & mors necis.
Magiſter hic virtutis eſt,
Deusque nobis, atque pro nobis homo
A ** Nos induendo ſe exuit,*
** Noſque exuendus induit.*
Aeterna iungens homines inter & Deum
Interque ſe commercia.
Hic ergo noſtris vt ſuum præcordiis
Vibrauerit cœlo iubar,
Abſterget ægrum corporis pigri ſitum,
Habitúmque mentis innouat,
Exhaurit omne quod iuuabat antea,
Caſtæ voluptatis vice,
Totoq́ue noſtra iure Domini vendicat
Et corda & ora & tempora.
B *Se cogitari, intelligi, credi, legi,*
Se vult timeri & diligi.
Aeſtus inanes quos mouet vitæ labor
Præſentis æui tramite,
Abolet futuræ cum Deo vitæ fides.
Quæ quas videmur ſpernere,
Non vt prophanas abiicit aut viles opes.
Sed vt magis caras monet
Cælis reponi creditas Chriſto Deo,
Qui plura promiſit datis,
Contempta præſens vel mage depoſita ſibi
Multo vt rependat fœnore.
C *Sine fraude cuſtos aucta creditoribus*
Bonus æra reddet debitor,
Multaque ſpretam largitor pecuniam
Reſtituet vſura Deus.
Huic vacantem vel ſtudentem & deditum.
In hoc reponentem omnia,
Ne quæſo ſegnem neue peruerſum putes,
Nec crimineris impium.
Pietas abeſſe Chriſtiano qui poteſt?
Namque argumentum mutuum eſt
Pietatis, eſſe Chriſtianum: & impij:
D *Non eſſe Chriſto ſubditum.*
Hanc cùm tenere diſcimus, poſſum tibi
Non exhibere, id eſt patri,
** Cui cuncta ſancta iure chara nomina* *Iura.
Debere me voluit Deus?
Tibi diſciplinas, dignitatem, literas.
Linguæ, togæ, famæ, decus,
*Prouectus * altus, inſtitutus debeo* *Auctus.
Patrone, præceptor, pater.
Sed cur remotus tamdiu degam arguis,
Pioque motu iraſceris,
E *Conducit iſtud, aut neceſſe eſt, aut placet.*
** Veniale quicquid horum erit.* *Vel aliud horum quicquid eſt.
Ignoſce amanti, ſi geram quod expedit:
Gratare, ſi viuam, vt libet.

EPISTOL. XL.

Paulinus Auſonio S.

COntinuata meæ durare ſilentia linguæ
Te nunquam tacito memoras, placitámque latebris
Deſidiam exprobras, neglectæque inſuperaddis

Crimen amicitiæ, formidatámque iugalim
Obiieis, & durum iacis in mea viſcera verſum.
Parce precor lacerare tuum, nec amara paternis
Admiſcere velu ceu melle abſinthia verbis.
Cura mihi ſemper fuit, & manet officiis te
Omnibus excolere, affectu obſeruare fideli.
Nonvnquam tenui ſaltem tua gratia næuo
Commaculata mihi eſt, ipſo te lædere vultu
Semper, & incauta timui violare figura.
Cumque tua acceſſi venerans, mea cautiùs ora
Compoſui, & læto formaui lumine frontem,
Ne qua vel à tacito contractam pectore nubem
*Suſpitio Duceret in ſanctum ✝ ſuſpectio falſa parentem.
Hoc mea te domus exemplo coluitque colitque,
*Tuum Inque ✝ tuo tantus nobis conſenſus ✝ amore eſt,
*amorem Quantus & in ✝ Chriſtum connexa mente ✝ calen-
*chriſto dum.
*colendo. Quis tua quæſo tuis obduxit pectora liuor?
Quo rumore pius facilis tibi fama per aureis
Irrupit pepulitque animum, contraque vetuſtam
Experta pietate fidem noua vulnera mouit,
Læderet vt natis placidum maleſuada parentem?
Sed mihi non fictæ mens conſcia ſimplicitatis,
Nec patris inculti pietas rea reſpuit omne
Immeritum, & falſo perſtringi crimine non fert.
* merito Immunis ✝ verà grauius violatur iniquo.
* Vulnere tam tene. ✝ Vulnera tam tenera offenſæ quàm libera culpæ.
Diſcuſſiſſe iugum quereris me, quo tibi doctis
Innctus eram ſtudiis, hoc ne geſtaſſe quidem me
Aſſero: nanque pares ſubeunt iuga, nemo valen-
tis
Capulat infirmis, neque ſunt concordia frena,
Si ſit compulſis menſura iugalibus impar,
Si vitulum tauro, vel equum committis onagro,
*Pica. Si confers fulicas cygnis, & aëdona ✝ parræ,
Caſtaneis corylos æques, viburna cupreſſis,
Me compone tibi, vix Tullius & Maro tecum
Suſtineant æquale iugum. ſi iungar amore,
Hoc tantùm tibi me iactare audebo iugalem,
Quo modicum ſociis magno contendit habenis
Dulcis amicitia æterno mihi fœdere tecum,
Et paribus ſemper redamandi legibus æqua.
Hoc noſtra ceruice iugum non ſcæna reſoluit
Fabula, non terris abſentia longa diremit,
Nec perimet, toto licet abſtrahar orbe vel æuo,
Nunquam animo diuiſus agam, priùs ipſa recedet
Corpore vita meo, quàm veſter pectore vultus,
Egate per amne quod datum mortalibus
Et deſtinatum ſeculum eſt
Claudente donec continebor corpore,
Diſcernar orbe quolibet.
Nec orbe longum, nec remotum lumine
Tenebo fibris inſitum.
Videbo corde, mente complectar pia,
Vbique præſentem mihi.
Et cum ſolutus corporali carcere,
Terraque prouolauero,
A Quo me locarit axe communis pater.
Illic quoque te animo geram.
Neque finis idem qui meo me corpore,
Et amore laxabit tui.
Mens quippe lapſis quæ ſuperſtes artubus
De ſtirpe durat cæliti
Senſus neceſſe eſt ſimul & affectus ſuos
Teneat æqua vt vitam ſuam,
Et vt mori, ſic obliuiſci non capit,
Perenne viuax & memor.

B

EPISTOLA XLI.

Auſonio Paulinus S.

DEfore me patriis tota trieteride terris,
Atque alium legiſſe vagis erroribus orbem,
Culta prius veſtræ oblita conſortia vitæ
Increpitas ſanctis ✝ mota pietate querelis. *. Nota.
Amplector patrio venerandos pectore motus,
Et mihi gratandas ſaluis affectibus iras.
Sed reditum inde meum genitore te poſcere mallem
Vnde dari poſſit, reuocandum me tibi credam,
C Cum ſteriles fundas non ad diuina precatus
Caſtalidis ſupplex auerſo nomine Muſis,
Non his numinibus tibi me patriæque reduces.
Quod datur in nihilum ſine numine nomine Mu-
ſas.
Surda vocas & nulla rogas leuis hoc feret aura
Irrita ventoſa rapiunt hæc ✝ vota procellæ, * Verba.
Quæ non miſſa Deo vacuis in nubibus hærent,
Nec penetrant ſuperi ſtellantem regis in aulam.
Si tibi cura mei reditus, illum aſpice & ora
Qui conieru ſummi quatit ignea culmina cæli,
D Qui trifido igne micat, nec inania murmura mi-
ſcet,
Quique ſatis cælo ſoles largitur & imbres,
Qui ſuper omne quod eſt, & in ✝ omni totus vbi- *Omnia.
que *Infuſus
Omnibus ✝ infuſo rebus agit omnia ✝ Chriſto, *Chriſtus
Quo mentes tenet atque mouet, ✝ qua tempora no- *qui.
ſtra
Et loca diſponit, quòd ſi contraria votis
Conſtituat noſtris, prece deflectendus in illa eſt
Quæ voluimus, quid me accuſas, ſi diſplicet actus
E Quem gero agente Deo, prius eſt ✝ (ſi fas) reus au- *Fiat tibi reus.
ctor.
Cui placet aut formare meos, aut vertere ſenſus.
Nam mea ſi reputes quæ priſtina, quæ tibi nota
Sponte fatebor ✝ eum, modò me non eſſe ſub illo * Enim.
Tempore qui fuerim, quo non peruerſus habebar.
Et peruerſus eram, falſi caligine cernens
✝ Stulta Dei ſapiens, & mortis pabula viuens. * Stultus
Quo magis ignoſci mihi fas, quia promptius ex hoc deſipiens.
Agnoſci datur à ſummo genitore nouari.
Quod non more meo geritur, non arbitror iſtis
Confeſſus dicar mutatæ in praua notandum

Errorem

Errorem mentis, quoniam ſim ſponte profeſſus,
Me non mente mea vitam mutaſſe priorem.
Mens noua me fateor cepit, mens non mea quõdam,
Sed mea nunc auctore Deo, qui ſi quid in actu
Ingenióue meo ſua dignum ad munia vidit,
Gratiæ prima tibi, ſibi gloria debita cedet,
Cuius præceptis partum eſt quod Chriſtus amaret,
Quare gratandum magis eſt tibi quàm querítandum.
Quòd tuus ille tuis ſtudiis & moribus ortus
Paulinus, cui te non inficiare parentem
Nec modò cùm credis peruerſum, ſic mea verti
Conſilia, vt ſim promeritus Chriſti fore, dum ſum.
Auſanij, feret ille tuæ ſua præmia laudi,
Deque tua primum tibi deferet arbore fructum.
Vnde precor meliora putes, nec maxima perdas
Præmia deteſtando tuis bona fontibus orta.
Non etenim mihi mens vaga, ſed neque participantum
Vita fugax hominum, Lyciæ qua ſcribis in antris,
Pegaſeum vixiſſe equitem, licet auia multi
Numine agente colant clari velut ante ſophorum
Pro ſtudiis muſiſque ſuis, vt nunc quoque caſtis
Qui Chriſtum ſumpſere animus ✱ agitare frequentant — ✱ Habitare frequẽtans.
Non inopes animi, neque de feritate legentes
Deſertis habitare locis, ſed in ardua verſi.
Sidera, ſpectanteſque Deum veriq; profunda
Perſpicere intenti de vanis libera curis
Otia amant ſtrepituſque fori, rerumque tumultus,
Cunctaque diuinis inimica negatia donis,
Et Chriſti imperiis & amore ſalutis abharrent.
Speque fideque Deum ſponſa mercede ſequuntur,
Quam referet certus non deſperantibus auctor,
Si modo non vincant vacuis præſentia rebus,
Quæque videt ſpernat, quæ non videt vt mereatur.
Secreta ignitus penetrans cæleſtia ſenſus.
Namque caduca patent, noſtris æterna negantur
Viſibus, & nunc ſpe ſequimur quod mente videmus.
Spernentes varias rerum ſpectacula formas,
Et male corporeos bona ſollicitantia viſus.
Attamen hæc ✱ ſediſſe illis ſententia viſa eſt, — ✱ illis ſedis ſentẽ.
Tota quibus iam lux patuit veriq; boniq;,
Venturi æternum ſecli, & præſentis inane.
At mihi non eadem cui gloria, cur eadem ſit
Fama? fides voti par eſt, ſed amœna colenti,
Nunc etiam & blanda poſito locupletis in acta
Littoris, vnde hæc tam tam feſtinata lacorum
Inuidia eſt? vtinam iuſtus me carpere liuor
Incipiat, Chriſti ſub nomine probra placebunt.
Non patitur tenerum mens numine firma pudorem,
Et laus hic contempta, redit mihi iudice Chriſto.
Ne me igitur venerande parens his vt male verſum

A *Increpites ſtudiis, neque me vel coniuge carpas.*
Vel mentis vitio, non anxia Bellerophontis
Mens eſt, nec Tanaquil mihi, ſed Lucretia coniunx.
Nec mihi nunc patrij eſt (vt vis) obliuio cœli,
Qui ſummum ſuſpecto ✱ patrem, quem qui colit vnum, — ✱ Deum.
Hic verè memor eſt cœli, crede ergo pater nos
Nec cœli immemores, nec viuere mentis egentes,
Humaniſque agitare locis ſtudia ipſa piarum
Teſtantur mores hominum, nec enim impia ſummum
B *Gens poterit nouiſſe Deum, ſunt multa locorum,*
Multa hominum ſtudiis culta, experientia legũ,
Quæ regio agreſti ritu caret? aut quid in iſtis
Improbitas aliena nocet? quod tu mihi vaſtas
Vaſcaniæ ſaltus, & ninguida Pyrrenæi
Obiicis hoſpitia in primo quaſi limine fixus.
Hiſpanæ regionis agam, nec ſit locus vſquam
Rure vel vrbe mihi ſummum qua diues in orbem
Vſque patet merſos ſpectans Hiſpania ſales,
Sed fuerit fortuna iugis habitaſſe latronum,
Non lare barbarico rigus mutatus in ipſos,
C *Inter quos habui ſocia feritate colonos.*
Non recipit mens pura malum, neque leuibus hærent.
Inſperſæ fibris maculæ. ſic Vaſcone ſaltu
Quiſquis agit purus ſceleris vitam ✱ inter iniquos, — ✱ integré à quo.
Nulla ab inhumano morum contagia ducit
Hoſpite, ſed mihi cur ſit ab illa nomine crimen,
Qui diuerſa colo vt colui loca iuncta ſuperbis
Vrbibus, & lætis hominum celeberrima cultis?
Ac ſi Vaſconicis mihi vita fuiſſet in oris:
Cur non more meo potius formata feros
D *Poneret in noſtros migrans gens barbara ritus?*
Nam quod in euerſis habitacula panis Iberis
Vrbibus, & deſerta ſuo ✱ legis oppida verſu, — ✱ iacit.
Montanamque mihi Calagurrim & Bylbilim acutis
Pendentem ſcopulis, colleſque iacentis Ilerdæ.
Exprobras, velut iis habitem laris exul & vrbis
Extra hominum tecta atque vias: an credis Hiberæ
Has telluris opes Hiſpani neſcius orbis,
Qua grauis ille poli ſub pondere conſtitit Atlas,
Vltima nunc eius mons portio metaque terræ
E *Diſcludit bimarem celſo qui vertice Calpen.*
Bylbilis huic tantum Calagurris Ilerda notatur,
Cæſarea eſt Auguſta, cui Barcinnus amœna,
Et capite inſigni deſpectans Tarracho pontum?
Quid numerem egregias terris & mœnibus vrbes,
Quà geminum felix Hiſpania tendit in æquor,
Quà Bethis Oceanum Tyrrhenumque auget Hiberus.
Lataque diſtantis pelagi diuortia complet,
Orbe ſuo finem ponens in limite Mundi?
An tibi mi domine illuſtris ſi ſcribere ſit mens,
Qua regione habites placeat reticere nitentem

Burdigalam, & piceos malis diſcribere Boios,
Cumque Marcialacis tua prodigis otia thermis,
Inter & vmbroſos donas tibi viuere lucos,
Læta locis & mira colens habitacula tectis:
*Texta. Nigranteſne caſas & *tecta mapalia culmo,
Dignaque pellitis habitas deſerta Bigerris?
*Alba Quique ſuperba *tuæ contemnis mœnia Romæ
Conſul, harenoſas non dedignare Vaſatas.
Vel quia Pictonicis tibi fertile rus viret aruis,
*Rara ʋ-num Auſonius huc deuexiſſe. *Romanum Auſonias huc deuexiſſe curules
Conquerar, & trabeam veteri ſordeſcere phano,
Quæ tamen auguſta Latialis in vrbe Quirinis
Cæſareas inter parili titulo *palmatas
*natiuo longè. Fulget *inattrito longum venerabilis auro.
Florentem retinens meriti viuacis honorem,
Aut cum Lucani retineris culmine fundi,
Æmula Romuleis habitans faſtigia tectis,
Materiam præbente loco qui proxima ſignat
In Conlatino diceris degere vico.
Multa iocis pateant, liceat quoque ludere fictis,
Sed lingua mulcente grauem interlidere dentem
Ludere blandiciis vrentibus, & male dulces
Fermentare iocos ſatyræ mordacis aceto,
Sæpe poëtarum, nunquam decet eſſe parentum.
Namque fides pietaſque petunt, vt quod mala nectens
*noti. Inſinuat caſtis fama auribus, hoc bona *voti
Mens patris affigi fixumque hæreſcere cordi
Non ſinat, vt vulgus ſano rumore malignum
Ante habitos mores non ſemper flectere vitam
Crimen habet: namque eſt laudi bene vertere, cum me
Immutatum audis, ſtudium officiumque require.
Si prauo rectum, ſi religioſa prophanum,
Luxuriæ parcum, turps mutatur honeſtum
Segnis, iners, obſcurus ago, miſerere ſodalis
In mala peruerſi, blandum licet ira parentem
Excitet, vt lapſum rectis inſtauret amicum
Moribus, & monitu reparet meliora Seuero.
At ſi fortè id idem quod legi & quod ſequor audis,
Corda pio nouiſſe Deo venerabile Chriſti,
Imperium docili pro credulitate ſequentem,
Perſuaſumque Dei, monitu æterna parari,
Præmia mortali damnis præſentibus empta,
*ſano. Non reor id *ſancto ſic diſplicuiſſe parenti,
Mentis vt errorem credat ſic viuere Chriſto,
Vt Chriſtus ſanxit, iuuat hoc, nec pœnitet huius
Erroris, ſtultus diuerſa ſequentibus eſſe.
Nil moror, æterno mea dum ſententia regi
Sit ſapiens: breue quicquid homo eſt, vt corporis ægri
Temporis occidui, & ſine Chriſto puluis & vmbra:
Quod probat aut damnat, tanti eſt quanti arbiter ipſe
Ipſe obit, atque illi ſuus eſt comitabilis error,
A Cumque ſuo moriens ſententia iudice tranſit
At niſi dum tempus præſens datur, anxia nobis
Cura ſit ad Domini præceptum viuere Chriſti,
Sera erit exutis homini querimonia membris,
Dum leuia humanæ metuit conuitia linguæ.
Non timuiſſe graues diuini iudicis iras,
Quem patris æterni ſolio dextraque ſedentem
Omnibus impoſitum regem & labentibus annis
Venturum, vt cunctas æquato examine gentes
Iudicet, & variis referat ſua præmia geſtis.
Credo equidem & metuo, ſtudio properante laboro,
Si qua datur ne morte prius quam crimine ſoluar,
B Huius in aduentum trepidis mihi credula fibris
Corda tremunt, geſtitque anima hæc iam cauta futuri
Præmetuens, ne vincla ægris pro corpore curis
Ponderibuſque grauis rerum ſi fortè recluſo
Increpuet tuba vaſta polo, non poſſet in auras
Regis ad occurſum leuibus ſe tollere pennis,
Inter honora volans ſanctorum millia cælo,
Qui per inane leues, neque mundi compede vinctos
Ardua in aſtra pedes facili molimine tollent,
Et teneris vecti per ſidera nubibus ibunt,
C Cæleſtem vt medio venerentur in aëre regem,
Claraque adorato coniungant agmina Chriſto.
Hic metus eſt labor iſte, dies ne me vltimus atris
Sopitum tenebris ſterili deprendat in actu,
Tempora ſub vacuis ducentem perdita curis.
Nam quid agam lentis ſi dum contineo votis,
Chriſtus ab ætheria mihi proditus arce coruſcet,
Et ſubitus Domini cælo venientis aperto
Præſtrictus radiis obſcura & triſtia noctis
Subfugia in laſo confuſus lumine quæram?
Quod mihi ne pareret, vel diffidentia veri,
D Vel præſentis amor, vitæ rerumque voluptas,
Curarumue labor placuit præuertere caſus
Propoſito, & curas finire ſuperſtite vita.
Communique deo ventura in ſecula rebus,
Expectare trucem ſecuro pectore mortem.
Si placet hoc gratare tui ſpe diuite amici.
Si contra eſt, Chriſto tantum me linque probari.

EPISTOLA XLII.

Paulinus Cytherio Fratri in Chriſto Domino Salutem.

E
MArtinianum ſpiritu fratrem mihi
Vnaque germanum fide,
Quem tu diſertis proſecutus literis
Ad nos venire miſeras,
Nunc vix ſalutis compotem factum ſua
Scriptis inanem perditis
Sed charitatis indicem plenum tua
Vt os tuum ſuſcepimus.
Et veriorem literis epiſtolam
De corde ſignatam tuo.

Verſus ſunt iambici Trimetri & Dimetri, aut quia dactylum recipiunt, Hexametri & Tetrametri.

Cum

Cùm te referret ſpiritali littera,
Et mente & aure legimus.
Tunc ambo nexi ad inuicem dextras damus
In oſculo pacis ſacræ,
Et immolamus hoſtiam laudis Deo,
Grateſque Chriſto reddimus.
Quo liberante, noſtra ſoſpes è mari
Intrarat hoſpes limina:
Nam dira paſſus, & tamen miracula
Expertus in periculis.
Patria profectus cognita cauſa tibi
Iter pedeſtre legerat.
Sed longa ſecum ſpatia terrarum putans
Vertit viæ ſententiam,
Et otioſam fluctuandi nauſeam
Pedum labori prætulit.
Narbone ſoluit per trucem ponti viam
Fragili carinæ credulus.
* piger. Hinc ille greſſu vir *pio verſa vice
Fit nauigandi pœnitens.
*Iamque *Namque vt profectus continenti litorum
In alta proceſſit freta,
Iam nocte denſa, ſed ſereno lucida
Ridente tranquillo maris,
Cum ſola curſus ordinarent ſidera
Abſente tunc luna polo,
Nauem repentè temporis longo putrem
Vſus vehendi deſerit,
Laterumque laxis ſoluitur compagibus,
Vndaſque rimis accipit.
Cunctis ſoporem ſuaſerat tranquillitas,
Tantum gubernator vigil
Lambente blandu claſſe ſecurus vadis
Iter ſecabat ſpumeum.
Et fortiores prouehendis curſibus
Auras vocabat ſibilo.
Interea nauis altius decreſcere
*Forte, ſeſſura. Creſcente *pletura ſui.
Tabuliſque ſeſe latius laxantibus
Incurrit vnda largior.
Quibuſque nulli de ſalo fluctus erant
In naue fluctus naſcitur.
Et dormientum membra iam ſubterluens
Vdo rigore ſuſcitat.
Vt ſenſit vnus mox & alter, omnibus
Formido ſomnum diſcutit.
Timent pauore mortis, & cauſas adhuc
Timoris ignorant ſui.
Qua miſeri fugiant pelagus infeſtum via?
Merguntur in naui ſua,
Si concitata ferueant ventis freta
Naui teneretur ſalus,
Intra carinæ viſcera infuſo mari
Quo vita capietur loco?
Quis portus illis queis & in naui amare eſt
Quod intus preſſos enecat.
Sed aura, portus, & ſalus cunctis Deus

A Manum paternam porrigit,
Et inter altes medij dorſa gurgitis
Pietatis expandit ſinum,
Quo abrupta mortis incidentis excipit
Et in vado vitæ locat.
Scapham ſequacem quadriremis machinæ
Ad hanc opem parauerat,
Vt quos ab illa plebe nauigantium
Seruare legiſſet Deus,
Suſciperet illa, quæ dehiſcentem mari
Claſſem adnatabat cominus.
B Hanc ipſe nauis rector & cum litore
In alta primo ſolueret,
Nouatianus ille diſciſſam fidem
In corde portans naufrago,
Homo mortis, & apta morti cogitans
De more ſuo voluit. Hæretici periphraſis elegans
Vt eſſet onerum portio in nauem ſuam
Properat ſtatim conſcendere,
Et cùm periclo ſtringeretur vltimo,
Molitus eſt expellere,
Vt fune rupto quo cohærebat rati
Dimitteretur æquori.
C Sed plurimorum voce victus obuia
Ab vtroque manſit irritus,
Quia præualebat omnium ſententia
Auctore Chriſto fortior,
Vt mox ſalubri barca perfugio foret
Puppi ſuperſtes obrutæ.
Inuſitata naufragij facies erat,
Mors nauis & pax æquoris.
Foris ſedebat, in freto tranquillitas,
In naue tempeſtas erat.
Non ſaxa claſſem, non procella fregerat,
D Sed iis vetuſtas fortior,
Clauante ferro firma ligni robora
Æuo terente ſoluerat.
Cœlum ſerenis enitebat nubibus,
Aſtris renidebat mare.
Verùm quid illis læta ventorum ſimul
Pelagique præſtabat quies,
Quos deſerebat in profundo marmoris
Vectura delapſæ ratis?
Bibit vnda nauem, nauis vndam cōbibit,
Sorbentur, & ſorbent aquæ.
E Inebriati nauitæ potu ſalis,
Triſti necantur crapula.
Ridebat aliis mitis vnda nauibus,
Vnique ſæuibat rati.
Sed in periclo plurimorum cernere eſt
Cœleſtis actum examinis.
Commune cunctos vna quos nauis vehit
Periculum mortis manet.
Et ecce variis diuiduntur caſibus,
Ad mortem & ad vitam dati.
Quod ne putetur fortè permixtim bonis
Simul tributum vel malis,

Conſtat periſſe Chriſtianum neminem,
Et interiſſe perfidos.
Namque aut maligno corde Iudæus perit,
Reus aut ſuperbi ſciſmatis.
Quemcumque Chriſti recta ſignauit fides,
Hunc vita cognouit ſuum.
Tamen fuere Chriſtianis addi
Nec dum hoc ſacrati nomine,
Quos de profundo iuncta ſeruauit fuga,
Quia Chriſtianis hæſerant.
Nam cum infideli plebe nauigantium
Nullus fidelis merſus eſt.
Vt clara magni veritas myſterij
Oſtendit in paucis Deus,
Quod fine mundi diuidendis gentibus
Diſcrimen in cunctos erit,
Cum prenotatos ora vexillo Crucis
Tranſibit vltor Angelus:
Sic naue in illa nemo morti traditus,
Qui veritate præditus.
Vixere iuncti Chriſtianis impij,
Vincente noctem lumine.
Nam Chriſtianos aggregare mortuis
Virtute caſſa mors fuit.
Quia fronte ſignum Chriſtianis emicat,
Quo mors ſubacta corruit.
Nauarchus ipſe perditæ princeps ratis
Pereuntibus primus fuit.
Namque antè pelago quàm periret naufragus,
Iam mente naufragauerat.
Bis merſus ille, quem carina fluctibus
Demerſit, error inferis.
Potuiſſet ille ſe periclo abrumpere,
* Caput. *Sed debitum morti *capit.*
Captiua dignis mens auari vinculis
Adſtrinxit in finem ligans.
Nam ne ſuperſtes nauis & mercis foret,
Necem ſaluti prætulit.
Martinianum iam ſupremo ſtamine
Mergentibus mixtum viris
Tumultuantis excitat turbæ ſonus,
Somnoque mortis excitat.
Qui tunc remoto feſſus in proræ ſinu &
Securus innocentia,
Ionas vt olim ventre nauis abditus
Somnos anhelabat graues.
Sed excitatus fluctuoſis vndique
Pereuntium clamoribus,
Pedibusque turbæ membra quaſſus omnia,
Duro cubili proſilit.
Pleriſque merſis intus in nauis vtero,
Laterum per oras, qua ſolent,
Vt vela tollant ſiue contis ſubrigant,
Nautæ expediti currere,
Tabulis adhuc ſupernatabat extimis
Operta nauis gurgite:
Viam ſalutis hac via rimantibus
Martinianus iungitur,
A *Et agente Chriſto de globo mortis fugax*
Comes fit euadentibus.
Seſeque ſaltu mittit in cymbam procul,
Quæ plurimis portus fuit,
Et pene morti derelictus hæſerat,
Cum claſſe mergendus mari,
Niſi Chriſtus illum ſeu manu prenſum ſua
Rapuiſſet è mortis lacu:
Sicut recuſsis fugit olim veſtibus
Ioſeph furentem fœminam,
Sic hic relictis omnibus nudus fuga,
B *Euaſit infidam ratem.*
Et ſicut olim iuſſa Ionam obuio Ion. 1.
Excepit ore belua,
Et hiulca late lubricum per guttura
Tranſmiſit in ventrem ſuum,
Incolume corpus dente ſuſpenſo vorans,
Et quem vorabat non edens:
Sic hunc alta naue in vndas cernuum
Suſcepit occurrens ſcapha,
Totoque vexit fida per noctem ſinu,
Donec referret portui.
C *Sed mentione magni vatis edita,*
In quo pij myſterij
Imago mortem triduani funeris
Reduci ſalute prætulit,
Paucis reflexo carminis veſtigio
Recurrere ad Ionam libet.
Commenta Domini mira, merſus æquore Iona prophetæ hiſtoria.
Intactus vndis fluctuat.
Viuit voratus, quique glutiuit manet,
Viuente ieiunus cibo.
Et præda cum ſit, eſca non eſt beluæ,
Dimoque ventris vtitur
D *O digna ſancto clauſtra fugitiuo Dei.*
Capitur mari quo fugerat,
Altumque vaſtæ miſſus in ventrem feræ,
Viuo tenetur carcere.
De naue iactus perit, & vndis nauigat,
Exul ſoli & hoſpes ſali,
Spatiatur antro beluini corporis
Captiuus, & liber reus.
Nam liber vndis intra mare exter maris
Natat in natante bellua,
Clauſuſque quanquam corpore exit ad Deum
E *Volans propheta ſpiritu.*
Corpus tenetur corpore, ac mentis fuga
Terrena vincla non tenent,
Incluſus aluo carcerem rumpit prece,
Aureſque pertingit Dei,
Orationi liber, & vinctus fuga
Fide ſua ſeſe arguit.
Nam qui putarat per mare euadi Deum,
Et naue celari Deo,
Nunc iſte & intra beluam merſam mari
Adeſſe credas arbitrum,

Iam

Iam me referre flexilis verbi pedem
Oportet ad Ionam meum,
Quem more ceti cymba ſuſcepit capax,
Vteroque concluſum ſuo
Vexit trementem frigore & formidine,
Saluumque terræ reddidit.
Mirum renarrat ſe per illud temporis
Cum puppe præceps ardua
Saliens in illam decidiſſet nauculam,
Eoque veniſſet loci
Quo cymba multam duxerat rimis aquam
Olente ſentinæ lacu,
Statim fouente frigidos artus Deo,
Quiete ſopitum ſacra:
Nudumque & vdum fugere quæ ſomnus ſolet,
Dormiſſe lecto mollius.
Spatioque toto quo relatus littori eſt,
Somno fuiſſe deditum,
Nec aqua excitatum, qua madebat, nec gelu
Quod nuditate traxerat,
Licet eſſet anni tempus Autumnus tepens,
Sed naufragis hyems erat,
Quos perditorum dura damna tegminum
Gelidusque quaſſabat tremor
Aliud ſtupendum, quo fidelem gratiam
Martiniani colligas,
Dilecte frater accipe, & lauda Deum,
Sanctumque fratrem amplectere
Vt adlabentem porcui ſenſit ratem,
Stridente harena littoris,
Abeunte ſomno fit ſui tandem memor,
Recipitque ſeſe expergitus,
Et adiacentes pectori tangit ſuo
Epiſtolas Apoſtoli.
Hunc in pauore codicem, ſed neſciens
Rebus relictis ſumpſerat,
Vel ille codex ſpiritu viuens ſacro
Non ſentienti adhæſerat.
Metire quæſo, quis niſi Chriſtus ſuo
Dedit hunc miniſtro præſulem?
Teſtatur iſte nec cogitatum ſibi
Illo pericli tempore,
Vt implicatam ſarcinis membranulam
Meminiſſet illinc tollere.
Quod ſi ſubiſſet in metu mentem ſuam,
Non & vacaſſet quærere.
Sed in ſuarum literarum corpore
Paulus magiſter adfuit,
Amanſque puro corde lectorem ſui
De mortis abduxit manu:
Iterum eximendos è maris fundo viros
Largitus eſt Paulo Deus,
Quæ quondam in ipſo nauigante Apoſtolo
Fuit poteſtas gratiæ.
Hæc nunc per eius ſuffragata literas
Martiniano & cæteris
Qui Chriſtianus tunc cohæſerunt fuga,

Appendix.

Diſcrimen à diſcrimine
A Tutum parauit, vt fidelis impiis
Diſcriminarat naufragos.
Ergo vt biremis applicata littori
Expoſuit humentes viros,
Vitam tenentes & requirentes ſimul,
Opem ſaluti flagitant,
Ne ſæuiori fluctibus terra dati
Algu perirent & fame.
Sed propter inde poſita Gallorum ſolo
Maſſilia Graiûm filia,
Alumna ſanctæ ciuitas Eccleſiæ,
Pandebat humanos ſinus.
B Vrbem hanc petentes naufragij caſum indicant,
Ali tegique poſtulant.
Martinianum ſuſcipit Fraternitas, — *Fraternitas.*
Tectoque apricat & cibo.
Sed copioſa charitate pauperes
Stipem puſillam commodant.
Exigua largos penſant affectus data
Orando ditant hoſpitem,
Et ſpiritali diuitem viatico
Cum pace dimittunt ſua.
C Caligis tamen iſte vilibus donatus eſt,
Ne nautico erraret pede,
Qui maluiſſet conſueri excalcius,
Quàm calciari frigidus.
Sed ire terra qualibet paſſus mare
Nudi pudore reſpuit,
Reputans & illud ne putaretur lucri
Amore nudum fingere,
Si veſte Teucer pannea peruaderet — *Mendici inopiam mentiti.*
Caſtella, vicos, oppida.
Qualia vagari per mare & terras ſolent
Auara mendicabula,
D Qui deierando monachos ſe vel naufragos
Nomen, caſumque venditant.
Verùm iſte noſter Chriſtianus quàmlibet,
Et naufragus verè foret,
Similis putari præcauens fallentibus,
*Aliiſque de ſe falli negans, — **Alioſque falli non volens.*
Non vult viatoris ſine re nomen nouum
Acquirat impoſtor ſibi,
Mauultque vitæ ferre iactum nauigans,
Quàm frontis æſtum inambulans.
Panno ergo ſordens, calciamento nitens,
E Fluitare rurſus eligit,
Repetitque portus, & terræ tutó via
Præuertit in tutum maris,
Vt naue tectus vſque voti littora,
Velut expeditus nauita,
De nuditatu nauticæ conſortio
Nudi pudorem euaderet.
Fauens fideli rex Deus conſtantiæ,
Proſequitur audacem fidem,
Vicesque mutans dura ſuccedentibus
Aduerſa penſat proſperis,

Solidoque nauem paginatam robore
Ad peruehendum præparat,
Pacem procellis imperat, nubes fugat
Curſumque in aura dirigit,
Tali quiete temperans cœlum & mare,
Ne pace curſus hæreat,
Periculoſa nec tamen flatu graui
Perurgeat velocitas.
Sic iſte Chriſtu blandiente molliter
Emenſus aſperum mare,
Longinquiorem portum ab vrbe adlabitur,
Cui Centum cellis nomen eſt,
Ac inde naui promouendus longius
Intraret vt portum Thari.
Vix iſte credens ſe potitum littore
Telluris optatæ ſibi,
Naui relicta lætus inſultat ſolum
Romamque feſtinat pedes:
Illic amica tecta fratrum, ciuium,
Optatus hoſpes inuenit:
Reſpirat animo, cum quieſcit corpore,
Dat accipitque gaudia,
Patria fruentes inuicem reddunt ſibi,
Deo fatentur gratias.
Martinianus mœſta gaudens indicat,
Tollerata narrans fratribus.
Lachrymas in ipſis gratulationibus
Miſcent refuſo pectore.
Theridius *Theridius aberat inde tunc mecum meus,*
Vir munus à Chriſto mihi,
Vir pacis, & vir legis, & vir gratiæ,
Requies, voluptas, mens mea:
Huius cohoſpes mente Paulinus pia
In vrbe ſeruabat domum:
Martinianum hic veſte nudat naufraga,
Et veſte cooperit ſua.
Donumque tunicæ, qua ſodalem vrnauera-,
Geminat cucullæ munere.
Largitor ipſe tunc viciſsim vt naufragus
In veſte manſit vnica.
Poſt hæc & ad nos pergere incœptat viam,
Qua ſternit aggerem ſilex,
Cui munitor Appius nomen dedit,
Terit terentem tramitem.
Qui veſte trita nauigator venerat,
Pedes viator exterit.
Sed ne vel iſta penitus immunis via,
Solitis vacaret caſibus,
Impune pigram non tulit ſententiam,
Qua tendere ingreſſu piger,
Ab vrbe Capua, quæ loco ſedis meæ
Bis dena diſtat millia:
Nactus vacantem ſarcina mulum, vt ſolent
Iumenta reuocari domum,
Paruo breue per iter ære conductum ſedet,
Medioque mox ſpatio viæ
Muli pauore ſeſſor excuſſus procul

A *Vectore ſubducto cadit.*
In ora lapſus, ora non lædit ſua,
In ſaxa fuſus & rubos,
Nec ſente vultum, nec lapide artus contudit.
Felicis exceptus manu
Qui iam propinquantem ædibus fratrem ſuis, S. Fœlicis ædes.
Non paſſus occurſu mali,
Suo periclum in ſinibus capeſſere,
Hoſtem remouit inuidum,
Et hunc fidelis compotem voti ſuis
Confeſſor induxit locis.
B *Noſtriſque iuxta ſedibus gratum intulit*
Felix patronus hoſpitem.
Patriam hic rogatus indicat, caſus refert
De te beata nunciat,
Referenſque paucos de tuis ſcriptis logos,
Quaſi labra melle aſperſerit,
Sic de fauorum mihi tuorum guttulis
Dulciſsimis inguſtum offerens,
Magis coëgit quas habenti non dabat
Deſiderari literas.
Sed cum ipſe cauſa literarum venerit,
Et literas vidi tuas,
C *Non atramento calami, ſed mentis ſtylo*
In fratre præſcriptas bono.
Ignotus ante mox vt eſſe cognitus
Cœpit, fit & chariſsimus.
Ab intus eius emicabat gratia,
Sermone mentis nuncio,
Bonus inquit omnis de bono profert bona,
Et arborem fructu vides:
Sic iſte verbo ſuauis & caſtus fide,
Et fronte honeſta lucidus,
Dulci benignæ charitatis flumine
D *In noſtra fluxit viſcera.*
Super hæc amicum merito ſe iactans tuum
Quo plus amaretur dabat.
Nec enim vlla nocti & lumini concordia eſt,
Lupus nec agno congruit:
Hinc & propheta, ſicut, inquit, alites
Pares in vnum conuolant,
Sic ſemper apta qualitate moribus
Iuſtitia concurrit bonis.
Martinianum ſic tibi longè parem
Germana mens contexuit,
E *Speculumque mentis & fidei inſtar tuæ*
Eſt talium dilectio.
Benedictus auctor fonſque ſanctorum Deus,
Non ſtulta iam tantum, neque
Infirma mundi deſluentis eligit,
Vt alta mundi deſtruat:
Sed vt ipſe dixit, cuncta iam ſurſum trahens,
Et alta mundi vendicat,
Quoniam ipſe fecit & puſillum & maximum,
Vtroſque iungit gratia.
Et quos Creator opere in vno condidit,
Hos recreat vno munere.

Commu-

Communis omnes clauſit infidelitas,
Medeatur vt cunctis fides.
Vt fiat omnis ſubditus mundus Deo,
Omniſque lingua & dignitas
Super omne Ieſum nomen vnum in gloria
Regnare fateatur Patris.
Huic iam & potentes ſeculi curuant genu,
Deduntque ceruices Deo,
Regemque Chriſtum confitentur principes,
Et ſceptra ſubmittunt Cruci.
Coëunt in vnum, purpuræ & panni, gregem
Paſtore concordes Deo.
Commune regnum, ſanguis vnus omnibus,
Summis & imis Chriſtus eſt,
Qui te decorum glorioſis ſeculi
Honore, literis, domo,
Ditauit humili corde, vt æternam tibi
Conferret altitudinem,
*Et vt cohæres diuitum * cœli eſſes,* * cæleſtiū Eſſe amator.
Iſtic amator pauperum.
Beatus es nunc mente pauper, ſed ſpei
Diues, qua gaudent pauperes,
Qui defraudati lubricis mundi bonis,
Cœli fruentur gaudiis.
Hos inter alto in Abrahæ patris ſinu
Secretum ab igne diuitum, &
Refrigerantem roribus vitæ locum,
Deus viuorum præparat.
Inſigne tantæ iam ſpei certum tibi
Magno coruſcat pignore,
Plantata Domino in atriis Hieruſalem,
Tui propago germinis.
Namque vt fideli te Patri componeret,
Ætate ſeris filium,
In ſemine Yſac ſemen adſcribens tuum,
Ipſumque vt Yſac expetens:
Quem tu Abramiæ charitatis æmulus,
Viuam dediſti victimam,
Deoque tradens iam peremiſti tibi,
Vt ſaluum haberes firmius.
Nunc iſte vobis exter & veſter manet,
Terreſtris exſors ſeculi.
De matris aluo promptus antè, quàm patrem
Matremque cognoſſet ſuam,
Bonúmue ſaperet, aut malum diſcerneret,
Beatus elegit bonum.
Et nunc in aula paruulus ludit Dei,
Et ore lactenti canit,
De ventre matris, & die prima mihi
Tu Chriſte protector meus.
Audiſtis & vos quod beatis dicitur,
Potens erit ſemen tuum.
Habes & illud: Ventris à fructu tui
In ſedibus ponam meis.
Qui ſermo Dauid quàm libet Chriſtum ſonet,
In Chriſto & illis concinit.
Qui Chriſtiani corporis collegio

Appendix.

In ſede ponentur Dei.
A *Vobis & Annæ ſternitur conſortium*
Infantis exemplo ſacri.
Samuel & iſte creuit in Templo Dei, 1. Reg. 2.
Nunc agnus & Paſtor, dehinc
Contexat ille ſedula matris manus
Ephot ſtaturæ congruum.
Quam ſpiritalis in Dei verbo ſacris
Doctrina texat liciis.
Sitque in ſuperna veſte reginæ aureis,
Intextus ipſe fimbriis:
Sanctumque Chriſto Nazarenus verticem
B *Paſſis adornet crinibus.*
Animæque pulchrum crine virtutis caput
Armetur operoſa fide.
Nec huius vnquam deſecans nouacula
Aſcendat in damnum comæ.
Et vt ille Samſon vi capillorum potens Iud. 14.
Virtute crinitus ſacra,
Sternat leonem, ſtrangulatum fortibus
Orationum brachiis,
Dulcemque fructum nobilis victoriæ
Decerpat ore mortui.
C *Sed hoc ab exemplo monitus caueat ſibi* * ſed ab hoc triumpho caueat exemplo ſibi.
Aliena adire fœdera.
Allophila mulier eſt mihi lex carnea,
Blandis doloſa retibus.
Si lege mentis iſta ſit lex fortior,
In iura peccati trahet.
Maleſuada verbis, fraudis arte, dulcibus,
Animum virilem effœminat:
Excæcat oculos mentis, & radit caput,
Spolians, & exarmans fidem.
Hac parte Samſon nolo ſit noſter puer,
D *Ne miſceatur copulæ*
Quam conſequatur protinus infirmitas,
Captiuitas & cæcitas.
Licet ille fortis poſtea receperit
Robur recretis crinibus,
Manuque ductus de mola ad ludibrium
Hoſtilis exultantiæ,
In cæcitate corporis mente intuens
Vocarit vltorem Deum:
Et reſtituto mox capillis robore
Proſtrauit hoſtilem domum
Cuius columnas fortior ſaxis manus
E *Vt clauſit amplexu graui,*
Conlapſa fulcris tecta ſubductis, humo
Cecidere in ipſum: ſed tamen
Et morte ipſa præpotens heros Dei
Hoſtes ruinæ miſcuit,
Et glorioſa morte penſauit ſibi
Vitæ ſubactæ dedecus.
Qui ſeruus hoſtis gloriante vixerat,
Hoſte obruto, victor cadit.
Et plura moriens interemit millia,
Quàm viuus interfecerat.

Imitetur iſtam filius noſter volo
Sic morte mortem, vt permanens
In carne carnem vincat, & viuat Deo
Peccata carnis opprimens.
Sed nolo carnis gaudiu, vt noxiæ
Dolis ſubactus fœminæ
Addicat animum, poſtea fiat hoſtium
Virtute nudus gratiæ.
† Samſon in iſta parte ſit, qua iugiter
Sanctus neque accijus comam,
Per tota vitæ tempora irrupto ſacrum
Pertexat æuum ſlamine,
Et inchoatam ſeruitute infantiam
Vſque ad ſenectam penſitet.
1. Reg. 15. Occidat Amalech, & piæ ſexus Deo
Peccata carnis immolet:
Quibus peremptis interit quoque Zabulus
Inuiſus æternum Deo.
Saül in hoc deficiat & regnet Dauid,
Puſillus altum deſtruat,
Vt non ſit altus ſpiritu ſuperbiæ,
Nec liuidus zeli malo:
Sed humili corde. celſa virtutum gerens,
Aſcendat in regni thronum,
Iud. 16. Et illa Samſon geſta quæ priora ſunt
Sequatur, vt reſtes nouas
Ceu fila rumpat, nec fidem prodat ſuam,
Ne perdat ignauus comam,
Crinitus operum viribus cæleſtium,
Prætenta rumpet vincula,
Palos refiget, & mille proſternet viros,
Vna ſubactos dextera:
Quia noſtra virtus & caput Chriſtus Deus
Qui dextera & virtus Dei eſt,
Virtute cuius mille ſerpentem dolis
Nos adpetentem vincimus,
Si fortis anima mortificans aſinum ſuum,
Pigri iumentum corporis,
Decoctus humor ſobrius laboribus
Pallore vultum liuidet,
Et tribulata carne victrix caſtitas
Conſumat igne criminum:
Exterior etenim noſter vt corrumpitur
Terente continentia,
Tunc innouatur qui intus eſt victis potens
Infirmitate corporis,
Tunc mille à latere, dena à dextris millia
Arente maxilla cadent,
Si mala noſtra ſalua fiat otio,
Quæ eſt vſu edendi mobilis:
Quia ſucculenti corporis licentia
Retunditur ieiunio.
Et tunc triumphus fonsque nobis naſcitur
In arefactis oſſibus.
Maxilla telum prælianti quæ dedit
Dat æſtuanti poculum,
Ieiuna ſucci carnis oſſa mortuæ

† Fortè Samuel, & multo melius.

Anima aſinum ſuum mortificans.

A Sancto rigante ſpiritu.
Sed quæ antè Sanctis in figurã geſta ſunt,
Nobis in actum ſcripta ſunt,
Vt quod parentes geſtitarunt corpore,
Nos actitemus ſpiritu.
Fluxere vetera, cuncta facta ſunt noua,
Vacuauit vmbram veritas:
Adeſt ſalutis iam dies, hyems abit,
Et terra vernat floribus:
Audita iam vox turturis, tempus canit Cant. 2.
Inciſionis adfore.
B Epulemur ergo vetere fermento ſine,
In veritatis azimis:
Quia paſcha noſtrũ Chriſtus immolat' eſt,
Intraque nos regnum Dei eſt.
Quare vetuſtis abſoluti legibus,
Iam non in vmbra degimus,
Quos nube Legis & ſtatutorum iugo,
Quaſi comarum ſarcinam
Chriſtus leuauit ipſe Deus, ille & ſuis
Factus redemptis in caput.
Quo capite liberi ſuper terrum caput
Dracone victo incedimus.
C Illos decebat impedimentum comæ
Vmbraculumque verticis,
Quibus tegebat corda velamen, ſacra
Obnubilans myſteria.
At nos remoto literæ velamine
In luce corporis ſui
Enubilatam veritatem cernimus,
Faciem reuelati fide.
Puer ergo noſter legis atque gratiæ
Alumnus ex vtroque ſit
In ſpiritalem comparatus gloriam,
D Vt vetera promat & noua.
Fortis pudicis actibus crineis agat,
Ferrumque damni neſciat,
Vt à machera noxiorum dogmatum
Conſeruet intactam fidem.
Sed rurſus idem & euangelico deſuper
Mentem retectus lumine,
Ponat capillos oneris & velaminis
Seruus fidei & liber fide.
Hunc lacte primo per prophetarum vbera
Lex pædagoga nutriat.
E Hunc Angelorum pane dulcis gratia
Et melle de petra cibet.
Inebrietur ſobriante poculo
De fonte ſancti ſpiritus.
Et ipſe tu mox copulatus filiis
Vt palma floreſcas Deo.
Et ecce coniux in iugo Chriſti tua,
Vt vitis exundat bona.
Domui Deoque coſta fortis hæc tibi
Lateribus domus tuæ,
Curas mariti ſuſtinens, curans fidem,
Sancti corona coniugis,

In

In caſtitate liberos enutriens
Vitam nouellanteis Deo.
Hunc namque veſtra vita fuſum palmitem
Sic credo firmandum Deo,
Radicis ipſe ramus vt radix ſuæ
Secum ſuam ſtirpem trahat.
Ioſeph venditus à fratrib⁹. Gen. 42. *Vt ille quondam prouidentia Dei*
Diſtractus in ſeruum puer
Ad arua frugum miſſus eſt, vt & patrem
Præiret & fratres ſuos,
Qui max per orbem conſecutura fame
Patris altor & fratrum foret.
Sic iſte forſan in ſacram panis domum
Vas anteceſſit filius,
Vt & parentes paſcat & fratres ſuos
In iſtius mundi famem.
Vbi terra tribulos parere nobis largior.
Eget bonarum frugibus
Et hic ſpadoni venditus dici poteſt
Quia caſtitatis ſeruus eſt,
Et qui in Seueri tui manumque eſt traditus
Spadonis ob regnum Dei:
Quo nutriente roboratus in fidem
Et charitatem maſculam,
Irretientis ſeculi pompam illicem,
Vt impudentem fœminam
Caſto ſuperbus reſpuit faſtidio,
Nudaque vitauit fuga,
Et anteuertet gaudiis letalibus
Pœnas ſalutares patri.
Vt ille quondam, ſic modò iſte carcerem
Pro caſtitate perferat,
Vt à iuuenta ſingulariter ſedens,
Tacitaque ſecluſus domo,
Amet quietæ tecta ſolitudinis,
Spinis & aures ſepiat
Damibus ciborum præferat luctus domum,
Vt gaudium fletu ferat,
Seſeque duris ſponte nectat legibus,
Culpæ vt reſoluat vincula,
Patientiæque compedem imponat ſibi,
Nec ſede nec ſenſu vagus.
Et tunc ab humili celſa promerebitur:
Quia qui ſuperbos deprimit,
Humiles inaltat, danſque paruis gratiam,
Reſiſtit arrogantibus.
Sic ille Ioſeph ante paruus factus eſt,
Vt magnus eſſet: & niſi
Seruus fuiſſet, non fuiſſet in ſui
Tellure ſeruity potens.
Vbi ſuſtinuerat ſeruitutem & carcerem,
Ibi regnum opeſque nactus eſt.
Sed ſuſtinendo iniquitatis vincula,
Iuſtitiæ cepit præmia:
Sit & hic probatus corporis cuſtos ſui,
Vt clauſtra teneat carceris.
Si vitia carnis ſtrinxerit Chriſti metu,
Quaſi vinculatis præerit,
A *Aliiſque mundi carceri incluſis adhuc*
Et alligatis ſecula,
Vt liber ipſe iamque commiſſus ſibi Ioſeph' præfectus vinctis, quid ſigni fuet. Gen.39.
Magiſter & cuſtos erit.
Namque ille iure qui ſua conſeruauerit
Aliorum habet cuſtodiam,
Non vt tenebris permanere carceris,
Sed liberos vinctos velit:
Sed vt receptos doceat exemplo ſuo
Mundi catenis exui,
Et facile propriis abſolutus vinculis
B *Solui docebit crimine,*
Bonuſque mentis vir gubernatar ſuæ,
Et Eccleſiæ nauem reget,
Nam quomodo ille præſidebit proximis,
Præeſſe qui neſcit ſibi?
Sed ſermo lapſus decurrit longius,
Reuertar ad Ioſeph meum.
Caſtus beatæ flore vernet gratiæ,
Vt paradiſi lilium,
Vt corde puro cœlitus prudentiæ
Potum pudicus hauriat,
C *Reſponſa dubiis exerat mortalibus*
Arcanus interpres Dei,
Et emicante glaria famæ bonæ
Noteſcat in regis domo.
Placituſque regi ſpiritus prudentiæ,
Sumatur in regni ducem
Poſſeſſionis regiæ princeps eat,
Præfectus in magna domo.
Stolam ſed iſte byſſinam & torquem aureum
Gerat apta Chriſto inſignia,
Textam ſupernæ gratiæ veſtem induat,
D *Stolatus innocentia.*
Contexta byſſo veſtis irruptam fidem
Signat valenti ſtamine:
Nam fila byſſi fortiora & ſparteis
Feruntur eſſe funibus.
Pro torque collo charitatis aureæ
Prædulce circundet iugum.
Quod ſuaue Chriſto nec moleſtum pondere
Adſtringit colla, non premit.
Hæc inter, idem, dona ſumat regij
Inſigne iuris annulum,
E *Compenſque trino Trinitatis munere,*
Curru vehetur regio.
Regalis etenim currus eſt Chriſti caro,
Corpuſque ſanctum Eccleſia,
Quo vehitur ipſe millibus lætantium
Agitator Iſraël Deus.
Imitare Chriſtum: fac bonum, vita malū,
Cœli viam in terris age.
Et ipſe te rex ponet in currum ſuum,
Regnique conſortem dabit,
Et ſumma regni iura committet ſui,
Pandeſque theſauros ſuos.

Sed ante digna largietur pignora,
Vt regiis inſignibus
Ornatus altum regis aſcendas thronum,
Reſereſque regaleis penus,
Sapientiæ monile, gloriæ ſtolam,
Fideique geſtans annulum.
Sed vt ille totam vir per Ægyptum potens
Fuit extero Ægypti ſolo,
Et iſte mundi viribus potentior,
Sit fortis Ægyptum ſuper,
Ægyptiorum ſed peregrinus homo
Sic miſtus, vt non miſtus ſit:
Diſtetque ſanctum, ſede communi licet
De gente non ſancta genus.
Nam tunc in iſto tanquam in Ægypto ſitus,
Sic demoretur ſeculo,
Alienus vt ſit ſeculi negotiis
Cæleſtis vrbis incola.
In carne viuens, vita carnis exulet,
In lege mentis ambulans.
Totamque regni crediti terram ſibi
Peragret in libris ſacris.
Et ſicut ille vir Dei Ioſeph pius
Memphiticos fineis obit,
Et ampliatis horreis lætus opes
Fœcunditatis congerens,
Exuberantum diues annorum bonis
Ieiuna pauit tempora:
Sic iſte noſter in ſacratis literis
Perambulet regnum Dei.
Scriptura namque ſancto flata ſpiritu
Regni perennis mater eſt:
Et iſte cura ſpiritali prouidens
Struat ampla mentis horrea,
Vt dilatato larga vitæ perpetis
Alimenta condat pectore.
Et cum vitali diuitem ſubſtantia
Perfecerit terram ſuam,
Tunc tu vt fruaris filij potentia
Tanquam Iſraëlis bis ſenex,
Et introibis lætus ac citò ſimul
Cognationis agmine.
Paſcetque natus in domo regis tuam
Partis ſenectam panibus.
Vt pullus aquilæ dicitur repaſcere
Cura parentes mutua,
Quos vis ſenectæ rurſus implumeis facit
Nidoque paſcendos refert
Donec replumi veſtiantur corpore,
Pennisque floreſcant nouis:
Verſi viciſſim more naturæ nouo
Sunt filiis pulli ſenes.
At cum veterno deſæcata fecerit
Nouus iuuenta præpetes,
Deſueta longo remigia pennarum ſenio,
Natis magiſtris inchoant.
Miſtique pullis conuolant altoribus

A Leui per auras impetu.
Liquidum ſereno tractibus lentis iter
Secare ſublimi iuuat.
Placideque ſudum ventilantes aërem,
Ala pares immobili
Dum ſe ſequuntur & viciſſim præeunt,
Serto coronant circulo,
Vtraque regni *cœleſtis myſteria *cælitum
*Mutæ loquuntur alites, *Multa.
Sacrum potentis explicant inſtar crucis
Suſpenſa pennis corpora. Aues in volatu ſignum Crucis exprimunt.
B Volatus autem circumactus ambitu
Spondet laboris præmium.
Sic iſte pullus gratiarum filius
Veſtræ ſalutis præuius,
Auium per alta commeantum nubila
Sit ſpiritalis æmulus.
Cornibus & alis arduæ fultus Crucis
Volet in coronam gloriæ.
Qui fonte proprio eſt deriuatus, vt ſuam
Fons totus in venam fluat,
Veſtrumque proni riuulum ſequamini,
Vt fluminibus cunctis eat
C Benedicta proles, ſancta radix & bonæ
Rami feraces arboris
Deo dediſtis nutriendum filium,
Et ille ſic vobis alit,
Vos vt viciſſim nutriat canus puer,
Senibus magiſter paruulus,
Pietatis admirabili myſterio
Factus parens parentibus.
Deinde cunctis tota ſanctorum cohors
Ad corpus illud verticis,
Quò ſicut aquilæ congregabuntur pij,
D Et vos volantes ibitis
Quod nõ valebunt quos humo tolli vetãt
Patrimoniorum pondera.
Cum prima ſignum ſuſcitandis mortuis Iudicium extremũ.
Cœlo tuba intonauerit,
Hi nunc obeſi ſpiritu ſuperbiæ
Et opibus inflati cauis,
Humi manebunt compediti, nec ſuis
Seſe explicabunt vitiis.
Quibus infideles nunc ligantur vt volunt,
Tunc attinendi ne volent,
E Quia ſarcinatos & graueis rebus ſuis
Mundi caduci diuites,
Portare tenera non valebunt nubila
Ad regis occurſum Dei:
Sed hæſitantes in luto fæcis ſuæ,
Opumque preſſos molibus,
A meridiano incendio mundi repens
Ruina mortis opprimet.
Ne quæſo Dominus talium virgam Deus
Admittat in ſortem ſuam,
Neque nos in horum diuitũ fructus ſinat
Manus iniquas tendere.

Vos

Vos ergo magna cura pectoris mei
Paramini Chriſto leues.
Iámque expediti ſarcinis egentibus
Laxate vinculis pedes,
Vt copioſa luce veſtiamini
Eſtote nudi ſeculo,
Veniens vt huius ſeculi princeps nihil
Inueniat in vobis ſuum.
Et vos prementum mole rerum liberos,
Et labe puros criminum,
Facile adleuantes perferant tenui ſinu
Nube, piorum baiulæ:
*Sponſoque *reginæ obuiam vectos Deus* *Regi.
Fulgore perfundat ſuo,
Vt ſempiternæ clara vitæ gloria
Mortale veſtrum ſorbeat,
Et ad ſupernam reſtitutis imaginem
Herile conformes decus,
Aeuum perenne perpetes ut Angeli
Cum rege viuatis Deo.

FINIS.

D. PAVLINI DE OBITV CÆLSI PVERI PANEGYRICVS ad fratres.

EPISTOLÆ XLIII.

ARGVMENTVM.

Catholica futuræ Reſurrectionis, ex ſcripturis & rerum naturalium exemplis, demonſtratione S. Paulinus conſolatur fratres de obitu Cælſi pueri, qui neſcia criminis ætate ad Dominum migrauerat.

AN te puer patribus clarus, & nomine auito
Cælſus erat, ſed nunc cælſus agit meritò:
Quem dominus tanto cumulauit munere Chriſtus,
Vt rudis ille annis, & nouus iret aquis.
Atque bis infantem ſpatio æui & fonte lauacri
Congeminata Deo gratia perueheret.
Heu quid agam? dubia pendens pietate laboro,
Gratuler an doleam? dignus vtroque puer.
Cui amor lachrymas, et amor mihi gaudia ſuadet,*
Sed gaudere fides, flere iubet pietas.
Tam modicum patribus, tã dulci è pignore fructũ E
Defleo in exiguo temporis eſſe datum.
Rurſus vt æternæ bona voluo perennia vitæ,
Quæ Deus in cælo præparat innocuis,
Lætor obiſſe, breui functum mortalia ſeclo,
Vt cito diuinas perfrueretur opes.
Ne terrenis diu contagia miſtus iniquis
Duceret fragilis corporis hoſpitio:
Sed nullo iſtius temeratus crimine mundi,
Dignius æternum tenderet ad Dominum.
Ergo Deo potius quàm nobis debitus infans,
Verùm & pro nobis ille Deo placitus.

A *Cœperat octauum producere paruulus annum,*
Prima citis agitans tempora curriculis.
Iam puerile iugum, tenera ceruice ferebat,
Grammatices duris ſubditus imperiis.
Quæque docebat ut puer, admirante magiſtro
Sorbebat, docilis nobilis ingenio.
Gaudebant trepido præſagi corde parentes,
Dum metuunt tanti muneris inuidiam.
Nec mora lõga fuit, placitã Deus æthere Chriſtus
Arceſſens merito ſumpſit honore animam.
Et rapuit terris ſubitum, quo dignior eſſet
B *Aſſociata piis viuere conciliis.*
Cauſa fuit leti ſuffuſus faucibus humor,
Quo grauis inflauit lactea colla tumor.
Inde repreſſus abit, ſed lapſus ad intima fugit
Corporis, & vitam viſceribus pepulit.
Terra ſuam partem tumulata carne recepit,
Spiritus angelico vectus abit gremio.
Deſerti vacuum funus duxere parentes
Fletibus, in culpam ne pietas veniat.
Impia nam pietas animam lugere beatam, Lachrymę in exequiis.
Gaudentémque Deo flere nocens amor eſt.
C *Nonne patet quantum tali pietate trahatur*
Peccatum? arguimur fraude tenere fidem.
Aut reprobare Dei leges errore rebelli,
Ni placeat nobis, quod placuit Domino.
Iuſtius eſt iſtas hominum lugere tenebras,
Quîs facimus nobis degeneres animæ,
Immemores primos cæleſtis imaginis ortus,
Quam reuocat miſerans ad ſua regna pater.
Cuius amore meos ſuſcepit Filius artus,
Virgine conceptus, virgine natus homo,
Cuncta gerens, hominẽ, cunctos & corpore in vno
Cunctorum Dominus ſuſcipiens famulos.
D *Factus enim ſerui forma eſt, qui ſummus agebat,*
Forma Dei regnans cum patre rege Deus,
Suſcepit formam ſerui, culpámque peremit,
Qua pœnæ & mortis quondã homo ſeruus erat,
Et libertati famulum ſub imagine ſerui
Noſtra caro effectus reſtituit Dominus
Vt mihi per Chriſtum cæleſtis imago rediret,
Qui cruce terrenum ſeſpoliauit Adam.
Carnem igitur mortémque meam meus ille Creator
Pertulit, & charum morte redemit opus.
Multa mihi dederat prius & promiſſa ſalutis,
E *Et præcepta, quibus per bona dirigerer:*
Sed quia nec legis poſito medicamine primi
Inueterata patris vulnera dilueram,
Et neque promiſſis diuino ex ore prophetis
Expectare Dei munera credideram,
Et genus humanum paſſim ſine lege fideli
Deſperata ſalus merſerat in tenebras,
Regnabátque ſimul peccatum in corpore noſtro,
*Mors in peccatis, *hoſtis in interitu.* *dæmon.
Captiuumq́; hominem triſtis metus & miſer error
*Altiùs in mortem *præcipitare dabant,* *præcipitata.
Intereà pater ipſe Polo miſeratus ab alto,

Errantum lapſus peſtiferos hominum,
Serpentémque truci dominantem in morte cadentū
Non tulit, & natum miſit ad omne bonum.
Paruit ille libens Deus omnia cum patre concors
Communem curans rem pietate pari.
Aduenit & fit homo, & miſtū perfectus vtroq́,
Oſtendit fragili carnis ineſſe deum.
Vtitur officiis hominu, ſed & intus operti
Signa Dei medicus exſerit imperiis.
Voce hominu diuina docet, mortalia verè
Extra peccatum corporeus peragit.
Quippe ſui rem tantùm operis ſibi reddere curans,
Naturam venit ſumere, non vitium.
Namque bonum natura hominem bonus ad bona fecit,
Mente ſua lapſus ſe vitiauit homo.
Quare opifex hominum mortali in corpore venit,
Non & mortali crimine factus homo.
Nam neque deleret culpas, niſi liber ab illis,
Nec laxare reos poſſet & ipſe reus.
Nec peccatori mors cederet, vtpote vinctum
Peccati vinclis legitimè retinens.
Iure igitur ceſſit rumpenti Tartara Chriſto,
In quo quod poſſet nectere non habuit.
Ipſaq́, iudicij iniuſti rea facta viciſſim,
Per ſcelus occiſo iure ſubacta homini eſt.
Palluit inuidia Serpens inferna reducto
Clauſtra homini, verſa lege, recluſa videns.
Inq́ vicem vincla mortalem morte reſolui,
Excuſſumq́ ſua ſurgere corpus humo.
Inſuper & cælos rediuiuum ſcandere cernens,
Dēte truci fruſtra liuidus infremuit.
Et modò tabeſcit cum crebreſcente piorum
Agmine, per Chriſtum perditor ipſe perit.
Ergo mei vitioſa animi ſanauit, & ægra
Corporis excepit, matre homo, patre Deus.
Imbecilla quidem, ſed naturalia carnis — Chriſti vita in hoc ſeculo.
Geſſit, & affectus corporis exhibuit.
*Senſibus humanis *comedit, bibit, & ſua ſomno* — * abit.
Lumina declinat, laſſat eundo viam.
Tāquā homo defuncto lachrymas impendit amico
Quem mox ipſe Deus ſuſcitat è tumulo.
Nauigio vectatur homo, & Deus imperat Auſtris,
Et virtute Dei permeat æquor homo.
Mente hominis trepidat vicinæ mortis ad horā,
Mente Dei nouit tempus adeſſe necis.
In cruce fixus homo eſt, Deus è cruce terruit orbē,
Mortē homo, verum mors ipſa Deum patitur.
In cruce pendet homo, Deus è cruce crimina donat,
Et moriens vitam criminis interimit.
Proq́ reus habitus, peiorq́ latrone putatus,
Quem Iudæa pio præpoſuit Domino.
Credenti donat regnum cæleſte latroni,
Clauſus adhuc terris iam Paradiſum aperit.
Nos igitur firmare animos, attollere mentem,
Ignauoſq́ decet trudere corde metus.
Pro quibus ecce animā poſuit ſimul atque reſūpſit
A *Filius ille Dei, quo ſata cuncta Deo.*
De noſtra victor Deus egit morte triumphum,
Et noſtrum ſecum corpus in aſtra tulit.
Non ſat habens, quod pro nobis mortalia cuncta
Hauſit, vt auferret vulnera noſtra ſuis.
Sed ne me dubiæ ſuſpenderet anxia mentis
Cura, reſurrexit corpore, quo cecidit.
Clara fides oculis patuit mortalibus ipſe
*Poſt obitum viſus, qualis & *antè fuit.* — * antè obitum.
Nam ſe diſcipulis dubitantibus obtulit vltro,
Rimandumq́ oculis præbuit & manibus. — Dei Prouidētia in D. Thomæ infidelitate.
B *Nec ſine mente Dei, dubitauit Apoſtolus olim,*
Viuere poſt mortem, nullus vt ambigeret.
Firmauit dubitando fidem, dum comminus anceps
Arguitur Thomas, omnis homo inſtruitur. — Ioa. 20.
Cernere quod Thomas, corām & palpare iubetur,
Conſtanter ſtabili credere diſco fide,
Mortem hominū Chriſti crucifixi morte ſubactā,
Spemq́ reſurgendi corporibus poſitam.
Corporibus noſtris quia Chriſtus victor in iſta
Carne reſurrexit, quam gero, qua morior.
Meq́ docet, pro me dubitantibus ingerit artus,
Et ſolidam carnem ſtructa per oſſa probat.
C *Inſuper & lateris manuū quoq́ vulnera mōſtrat,*
Et dubium digitos in iubet inſerere.
Cerne, inquit, latus ecce meum, palmaſq́ pedeſq́,
Ecce crucis clauos, cuſpidis ecce viam.
Ecce ipſam toto compagem corpore viuam
Stare patet neruis, oſſibus, ore, cute.
Ergo tenete fidem, quam cernitis, inſuper & quam
Tangitis, & dubios pellite corde animos.
Et teſtes tantæ cuncti eſtote ſalutis,
Cunctorūq́ hominum ſoluite corda metu.
Omnibus intereat mortis timor, & ſimul omnes
D *Iſta reſurgendi ſpes animet populos.*
Credentum tamen iſta ſalus, qui corde fideli
Suſcipient, quæ vos lumine conſpicitis.
Nam poſtquam victa geſſi de morte triumphum,
Mors ſuperata abit, ſtat rediuiua ſalus.
Vitam ex morte dedi mortem moriendo ſubegi,
Et genus humanum ſanguine reſtitui.
Peccatum carnis ſuperans in carne peremi,
Materiam culpæ, iuſtitiam peperi.
Corpore mors cecidit, ſurrexit corpore vita,
Qua prius occiderat, carne reuixit, homo.
E *Et nunc ecce meo rediuiuum in corpore portans,*
Præfero victorem mortis & Anguis Adam.
Quæ rogo ſufficient nobis ſolatia, vel quæ — Chriſti reſurrectio eſt nobis Medicina cōtra Metum mortis.
Sanabit feſſos iam requies animos,
Si nec tanta poteſt ægris medicina mederi,
Quæ vitas obita morte redire docet?
Mœror abi, diſcede pauor, fuge culpa, ruit mors,
Vita reſurrexit, Chriſtus in aſtra vocat.
Morte mea functi, mihi mortui, & mihi victor.
Vt mori peccati ſit mihi vita Dei.
Denique ſeruatum iam de cruce duxit aperto
Limite latronem, qua paradiſus adeſt.

Nunc et

Munere quo ſignum dedit & peccata piare,
Et meritoris vetiti vincere ſepta fidæ,
Talibus exemplis, tanto ſponſore ſalutis
Erectos, latis vertere mœſta decet.
Pellamus querulos ingrato corde dolores,
Et redeant terſis lumina pura oculis.
Credamus Chriſto, quod in ipſo vidimus, iiſdem
Nos quibus occidimus, ſurgere corporibus,
Inde ſuperfuſa diuini veſte decoris
Sumere mutatos angelicam ſpeciem.
Quòd ſi tanta animis nox caligantibus obſtat,
Et piger obtuſo corpore ſenſus hebet,
Vt quia corporeis oculis diuina teguntur,
Nullam dicatis ſcripta tenere fidem,
Sed doceat Paulus: quia non æterna videntur,
Æterna humanis abdita ſunt oculis.
Inſipiens terrena vide, cæleſtia crede,
Obtutu mundum conſpice, mente Deum.
Hinc precioſa fides, nam ſicut gratia iam non
Gratia, ſi meritis attribuatur, erit:
Sic & nulla fides, niſi quæ quod non videt, illud
Credit, & æternam ſpe duce rem ſequitur.
Mortales miſeri, querulum genus, impia tandem
Pectora mollitis mentibus exuite.
Heu quónam precor vſque graui mendacia corde
Quæritis, & vani lubrica diligitis?
Commutate vias, diſrumpite vincula mortis,
Et date pradulci libera colla iugo.
Sumite diuinas pro libertate catenas,
Crimine quæ ſoluunt, & pietate ligant.
Qui ſequeris tenebras, in aperto lucis oberras,
Et quia nocte vides, lumine cæcus agis.
Ergo oculos mentis Chriſto reſeremus & aures,
Vt mens peccato clauſa, Deo pateat.
Nam quæ corporeis ſua iam promiſſa reuelat
Viſibus, & claris monſtrat operta Deus,
Cuncta reſurgendi faciem meditantur in omni
Corpore, & in terris germina & aſtra Polo.
Noctes atque dies ortus obitusq́; viciſſim
Alternant, morior nocte, reſurgo die
Dormio corpore ſepitus imagine mortis,
Excitor à ſomno, ſicut ab interitu.
Quid ſata, quid frondes nemorum, quid tempora? nempe
Legibus his obeunt omnia vel redeunt.
Verè reſurgentum cunctis noua rebus imago
Poſt hyemis mortem viuificata redit.
Quod ſemel eſt facturus homo, cui ſubdita mundi
Corpora, ſub cælo cuncta frequenter agunt.
Sed quærunt, quali reparetur mortuus omnis
Corpore, quóue modo fiat homo ex cinere,
Si non ſufficiunt ſacris ſignata prophetis,
Muta fidem clamant, credite conſpicuis.
Cernite nulla ſuis emergere ſemina campis,
Ni prius intereant labe ſoluta putri.
Nuda ſeris, veſtita leuis, iacis arida, grana,
Atque eadem fructu multiplicata metis.

Fides eſt argumentum non apparentium. Heb. 11.

Reſurrectionis imago.

A *O peruerſa fides, & diffidentia nobis,*
Credere nos terris, & dubitare Deo.
Et certa nil terra fide ſpondere nec auſa,
Nec potuit, quin & ſæpe fefellit ager.
Vix commiſſa ſibi reddens ſata, nec tamen illi
Credere deceptus ſpem ſegetis dubito.
Nec piget incertis certum ſudare laborem
Frugibus, & vndo credere nuda ſolo
Quòd ſi terra poteſt corruptum reddere ſemen,
(Quod tamen æternis lege facit Dominus)
Difficile omnipotentis opus fore creditur, vt nos
Ex nihilo factos ex aliquo reparet?
B *Nullus eram, & faciente Deo ſum natus vt eſſem,*
Iam nunc de proprio ſemine rurſus ero.
Nam licet in tenuem redigantur & oſſa fauillam,
Corporis integri ſemina puluis habet:
Cumq́; etiam cineres vacuatis terra ſepulchris,
Cognato immiſtos ceſpite ſorbuerit,
Tunc quoque corporeis hominum vaneſcere viſos,
Luminibus ſolidos continet omnipotens,
Inq́; die magno, quæ nunc abſumpta putamus
Corpora, cernemus ſurgere tota Deo.
Nulla cui natura perit quia quicquid vbiq́; eſt,
C *Omne creatoris clauditur in gremio.*
Quos aqua fluminibus pelagoq́; & piſcibus haurit,
Quos volucres, & quos diripuere feræ,
Cunctos terra Deo debet, quia quos aqua merſit
Littore, vel fundo, ſtrata recepit humus:
Quæ licet vna, tamen non vno ſumpta ſepulchro,
Sparſa locis laceri funeris oſſa tegit.
Et quia conſumptus ſimul & conſumptor in vno
Telluris gremio morte ferente cadunt,
Siue per egeriem, qua ſeſe animalia purgant,
Reddunt digeſtu membra vorata cibi.
D *Humanum corpus transfunditur ex alieno*
Corpore, nec perdit vim proprij generis.
Sed licet è membris in humum tranſmiſſa ferinis
Membra hominum viuo ſemine ſalua manent,
Et moriente fera, cui fortè cadaueris eſca
Humani fuerit, diuiditur ratio.
Namque animal rationis homo eſt, ideoq́; & in ipſo
Rex aliis præſtat corpore corporibus.
Inde licet poſſit mutis animalibus idem
Præda dari, tamen his ſorte coire negat.
Sola reſurgendi caro perceptura vigorem,
E *Quæ rationalis vas animæ fuerit,*
Vt reducem terris animam compage refecta,
Iam non lapſuro tegmine ſuſcipiat.
Et velut hic omni mens & caro iungitur actu,
Sic & in æternam ſint ſociata diem.
Vt carpant ſocio geſtorum præmia fructu,
Conſortes meriti luce vel igne loci.
Propterea quamuis nos & ſpirantia cuncta
Vnam ſortiti corpore materiem,
Non tamen in vacuum reuocamur morte ſoluti,
Exſortes animæ carnis ab occiduo.
Sed clangente tuba reddentibus vndique terris

De reſurrectione minus creditur Deo quam ipſi Telluri.

Naſtra ex arcanis corpora ſeminibus,
Corpore, mente, anima, ruſum in ſua fœdera nexis,
Integri dominum ſiſtimur ante Deum.
Si dubitas cineres in corpora paſſe recogi,
Et fieri reduces in ſua vaſa animas,
Ezechiel tibi teſtis erit, cui prodita dudum
Ezec. 37. *Tota reſurgendi per Dominum facies.*
Illic aſpicies tota viueſcere campo
Arentes veterum relliquias hominum.
Oſſáque parrectum latè diſperſa per agrum,
Vltrò ad compages currere iuſſa ſuas.
Atque medullatis penetralibus edere neruos
Maxq́; ſupernata ducere carne cutem,
Et dicto citius perfectis ordine membris,
Puluere de veteri ſtare nouos homines.
Ac ne fortè quòd eſt ſacri manifeſta propheta
Viſio, ſopitis omnia vana putet,
Maiorem ſuper his & plenum ſuſcipe teſtem,
Ipſe prophetarum nam loquitur Dominus:
Vita ego ſum, qui me credet, nec morte peremptus,
Conſorti mecum luce beatus aget.
Denique quod verbo dixit, virtute probauit,
Ipſe ſuum reuocans ex Erebis hominem
Tempore quanquam illo non tantùm in corpore Chriſtus
Signa ſuo dederit, cum cruce victor obit.
Namque vt concuſſis patefecit Tartara terris,
Et vinctum Inferno carcere ſoluit Adam.
Fiſſa reſurgentes ruperunt ſaxa ſepulti,
Et nouus in ſancta floruit vrbe tholus.
Viderunt multi veterum renouata piorum
Corpora deſcenſu viuificata Dei.
Tunc etiam refugo cæcatus lumine mundus,
Aeterna timuit nocte piare nefas.
Tunc & diſcuſſo nudata altaria velo
Amiſere ſacri religionem adyti.
Mat. 27. *Vt monſtraretur vacuandum numine Templum,*
Mar. 15. *Et fore ab hoſtili ſancta prophana manu.*
Luc. 23. *Quod duce Romano docuit pòſt exitus ingens,*
Euerſis templo, ciuibus, vrbe, ſacris.
Fas etenim vt Iudæa, cui ſuus hoſtia Chriſtus
Non erat, & per quam victima Chriſtus erat,
Sede, locoq́; ſimul veterum viduata ſacrorum,
Inficiata fidem perderet omne ſacrum.
Finis enim legis Chriſtus, quia lege fideli
Prædictus legi lex veniendo fuit.
Præſcribens veteri fidei legemq́; modumq́;,
Legem perfectam gentibus inſtituens.
2. Cor. 5. *Vnde magiſter ait, vetera effluxere peractis*
Temporibus, ſubeunt omnia vbiq́; noua.
Iamq́; reuelata facie ſpeculamur apertum
In Chriſto propriæ lucis honore Deum.
Et puto, quòd ſciſſi in Templo myſteria veli,
Id quoque ſignarint gratia quod tribuit.
Nam veluti rupta patuere ſacraria velo,
Sic reſerat nobis legis operta fides.
Inde ſub antiquo legitur velamine Moſes,

A *Iudæis nebula cordis opertus adhuc,*
Quam de luminibus mentis mihi creditus aufert
Chriſtus, adumbratas diſcutiens ſpecies.
Seq́; docet priſca velatum legis in vmbra,
Iamq́; reuelatum corporis in facie.
Qualem præmiſſi cecinerunt adfore vates,
Qualis Apoſtolicis coram oculis patuit,
Qualem & Iudæi non perſpexere videntes,
Mentibus obtuſis impietate ſua.
Et qualem quamuis non viſum in corpore nobis,
Credenda interno lumine conſpicimus.
B *Nam quod veridici ſeſe vidiſſe magiſtri*
Et palpaſſe docent, tauga fide & video.
Et cunctis credendo patet cognoſcere Chriſtum,
Impia cæcantem pectora perfidia.
Fundentemq́; ſuam per corda fidelia lucem,
Vt placitas habitet clarificetq́; animas.
Ergo mei fratres, mea cura meum cor, in iſta
Mœrentes animos lætificate fide.
Pellite triſtitiam, dociles pietate fideli,
Fidenteſq́; Deo lætitiam induite.
Illos infelix luctus decet & dolor ament,
Nulla quibus ſupereſt ſpes, quia nulla fides.
C *Heu mihi quàm ſtultum eſt oculis ſe credere vanis,*
Deſperare Deo, fidere corporeis!
Illis internus ſtupor, inſolabile pectus,
Deſertis verâ ſenſibus obſideat,
Quos infida Deo mens abdicat, & quibus exſors
A Chriſto infernas ſors cadit in tenebras.
Nobis ore Dei ſolator Apoſtolus adſit,
Nos euangelio Chriſtus amans doceat.
Nos exempla patrum ſimul & præconia Vatum,
Nos liber hiſtoriæ firmet Apoſtolicæ.
In qua corporeum remeare ad ſidera Chryſtum
D *Cernimus, & gremio nubis in aſtra vehi.* Act. 1.
Et talem cælis reducem ſperare iubemur,
Ad cælos, qualem vidimus ire Patri.
Huius in aduentum modò pendent omnia rerum,
Omnis in hunc regem ſpeſq́; fidéſque inhiat.
Iamq́; propinquantem ſupremo tempore finem
Immutanda nouis ſecula parturiunt:
Omneis vera monent ſacris oracula libris
Credere prædictis, ſeq́; parare Deo.
Feſtinate precor, dum copia panditur iſtic,
Procurare bonis præq́; cauere malis.
E *Vertite peruerſas conuerſa pectore curas,*
Manſtrat flere fides vtilibus lachrymis.
Peccato lugere iuuat, contractaq́; cultis
Vulnera profuſis fletibus abluere. Lachrymæ
Qualibus ille ſuum ſtratum omni nocte rigabat vtiles.
Multa gemens Dauid, corde potens humili: Pſ. 6.
Sic cinerem rex ille Deo dilectus edebat, Pſ. 101.
Et ſua miſcebat pocula cum lachrymis.
Quid facere heu miſero mihi cōpetit? vnde piabor?
Vnde ſatisfaciam? quánam ope ſaluus ero?
Pumiceum cor eget lachrymis, cinis horret ad eſcā,
Deliciæq́; iuuant eſuriente anima.

Quin

A Quis mihi ſurgereret lachrymarũ ad lumina fontẽ,
Quo mea deflerem facta meoſq́; dici?
Nam mihi pro meritu acta per crimina vitæ
Ingentes plagas flumme flere apus eſt.
Rumpe mei lapidem cordis ſaluator Ieſu,
Vt mollita pio viſcera fonte fluant.
Tu precor ô fons Chriſte meis innaſcere fibris,
Vt mihi viua tuæ vena reſultet aquæ.
Nam tu fons, quo vita fluit, quo gratia manat,
Quo lux omnigenas funditur in populos.
Qui te Chriſte bibent dulci torrente refecti,
Ioa. 4. 6. Non ſitient vlera, ſed tamen & ſitient.
B Nam quos diuini ſatiarit copia verbi,
Hos dulcedo magis pota ſitire facit.
Te domine ergo Deus panem fontémque ſalutis
Semper & eſuriant & ſitiant animæ.
Non ieiuna fames ſed nec ſitis arida vitam
Conſumet, ſi te mens edat atq; bibat.
Iugifluus ſemper biberis turbámque ſitimque,
Potantum exhauſto largior exſuperas.
Totus enim dulcedo Deus, dilectio Chriſte es,
Inde replere magis, quàm ſatiare potes.
Et deſiderijs ſemper ſitiendus auaris
C Influis, exciperis, nec ſaturatur amori
Atque ita perficitur pietas ſine fine vt ameris,
Chriſte tuis vitam qui ſine fine dabit.
Da mihi nunc lugere Deus fletuq; ſalubri
Præſerere æternæ ſemina lætitiæ.
Hoc precar, hoc potius maneas mihi luctus in æuo.
In quo quicquid adeſt per breue tranſit iter.
Breues lachrymæ. Ite procul læti, ſlentum conſortia malo,
Vt breuibus lachrymis gaudia longa metam.
Si modò lugentem grauis hirto tegmine ſaccus
Caprigenus ſetis dum teget & ſtimulet,
D Tunc patre placata meriti reddentur honores,
Annulus & cinget me ſtola lætitiæ:
Tunc mihi iure pater vitulum mactabis opimum,
Si modò ieiunus iuſtitiam eſuriam.
Malo famem panis, quàm ſancti ducere Verbi,
Nolo domum vini, lucis aquam ſitio.
Hic cruciet me dira fames, hic turpis egeſtas
Contractum pannis triſtibus obſideat,
Hic licet ante ſuas diues me tranſeat ædes,
Spernens vel micis me ſaturare ſuis,
Nolo mihi Tyrio modo ſerica murice veſtis
E Ardeat, arſuri corporis inuidia.
Ne poſt purpureos me flamma perennis amictus
Ambiat, & precium veſtis in igne luam.
Hic potius miſeri iaceamus in agmine fœdo
Stercoris, & lambant vlcera noſtra canes,
Vt placidæ triſtem poſt vitam morte ſalueas
Mitis ad occurſus Angelus excipiat,
Et patriarcharum ſinibus deponat ouantes,
Vnde Gehenna procul ſæuit hiante Chao.
Non commenta loquor vatum terrentia paruos,
Latrantem in foribus per tria roſtra canem.
Terrentémque vmbras triſti ſqualore Charontem,
Vipereis ſæuas crinibus Eumenidas,
Aeternam Tityon funeſti vulturis eſcam,
Arentémque ſiti Tantalon inter aquas.
Voluentem ſine fine rotam & reuolubile ſaxum,
Caſſáque ſudantum dolia Danaidum.
Hæc inopes veri, vanis cecinere poëtæ,
Qui Chriſtum veri non tenuere caput.
At nos vera Deus docuit ſator ipſe ſuorum,
Enarrans nobis omnia vera operum.
Diſce euangelio loca pauperis, & loca ditis: Luc. 16.
Pauper in Abrahamo, diues in igne iacet.
Iuſtitia mutante vices, qui fleuerat iſtic,
Gaudet ibi, & pleno paupere, diues eget.
Iſte bona requie fruitur, gemit ignibus ille,
Diues opum pœnas, pauper opes recipit.
Mendicas diues modicum de paupere rorem,
Quem mendicantem ſpreuerat in ſuperis.
Inde in eum ardentem nec parui pauperis ima
Stillauit digito gutta refrigerij.
De magnis quoniam dapibus nec mica referto
Eſurientis in os pauperis exciderat.
His monitis ſanctam diſcamus viuere Chriſto
Iuſtitiam, & partem ponere pauperibus.
Tu cui ſordet inops, qui viſa horreſcis egeno, Contra diuites improbos.
Occurſúmque pij ſupplicis omen habes,
Qui te miraris precioſa veſte nitentem
Nec ſordere vides interiore habitu,
Omnia mente geris, quæ in corpore pauperis horres
Sordidior, pannis diues & vlceribus:
Contemnis cæcum, leproſum tangere vitas,
Diues auare lepram diligis ipſe tuam.
Ille oculis hominum miſer eſt, & debilis, & tu
Turpis es ante Deum debilitate animæ.
Improbe conſortem naturæ ſpernis egentem,
Et facis exſortem partis auaritia.
Quicquid inique tibi nullo ſupereffluit vſu,
Quod foſſo abſtrudis ceſpite, pars inopum eſt.
Cur aliena tenes, qua ſpe linquenda retentas,
Nec retributa ſuis, nec poſtenda tibi?
Tu cui ſordet inops, qui nomine diuitis excors,
Triſte leuas criſpa fronte ſupercilium,
Nec dignaris eos homines vel nomine fari,
Quos ſimili luxu non fluitare vides:
Filius ille Dei qua venerit aſpice forma,
Qui cum eſſet diues, pauper in orbe fuit.
Et venit non alta Deus, ſed vilia mundi Chriſtus naſciturus non legit Mũdi fortia.
Legit, vt infirmis fortia deſtrueret.
Non iam diuitiis diues, nec robore fortis,
Nec ſapiens magno gaudeat ingenio.
Nemo ope confidat propria, aut de ſe ſibi plaudat,
Cùm ſata vel data ſint omnia fonte Deo.
Perfugium Chriſtus perſonaq; factus egentum,
Diuitibus pudor eſt, gloria pauperibus.
Huius in ambroſios auidi curramus odores,
Vt procul à nobis mortis odor fugiat.
Quis mihi det precioſum alabaſtro fundere nardũ,
Et domini ſacros flendo lauare pedes?

Voſprecor,ò mea cura,piis operam date curis,
Voſq; date immenſo iungeremente Deo.
Tẽpus adeſt,propè iam Dominus, properate parari
Regis ad occurſum,dum breuis hora patet.
Vtimini veſtris opibus,pietate benigna,
Radicémque mali vellite pectoribus,
Corde inopum veſtræ precium concludite vitæ,
Et capita expenſis vngite veſtra piis.
Caſtaq; lambentes domini veſtigia Chriſti,
Detergete comis ambo,lauate oculis.
Si deſiderium eſt Cælſi ſine fine fruendi,
Sic agite,vt vobis aula eadem pateat.
Nam quem ſancta fides,& neſcia criminis ætas,
Et pia mens caſto corpore continuit,
Certa fides illa ſuperùm regione potiri,
Ignea quæ ſanctos protegit ara Dei.
Nolumus ergo boni fratres de pignore veſtro
Vos ita triſtari,tanquam homines vacuos.
Nam ſi certa fides vobis quia Chriſtus Ieſus
Mortuus eſt,& nunc viuit in arce Dei,
Sic & eos quicunque fide viuente quieſcunt,
Adducet Chriſto cum remeante Pater.
Hoc etenim in verbo Domini docet ille magiſter,
Quo duce ſidereas nitimur ire vias.
Quòd quibus in Chriſto fuerit modò vita peracta,
Quibus Iiſdem cum Chriſto vita perennis erit.
Cumq; tuba ſignum Domini aduentantis ab alta
Sede Patrum princeps Angelus ediderit,
Primi qui in Chriſto mortes obiere reſurgent,
Dignati occurſum nubibus ire Deo.
Cumq; omnes,in qua vixerunt,carne reuiuent,
Non omnes verſo corpore lumen erunt.
Nam reſurgemus,ſed non mutabimur omnes:
1.Cor.15. *Hoc diſcrimen erit gentibus ante Deum.*
Incorrupta prophanorum quoque corpora ſurgent,
Ac tumulis longo pabula ſupplicio.
Vita erit his ſine fine mori,& mors viuere pœnis,
Et durante ſuas paſcere carne cruces.
Ipſe ſuos proprio peccator corpore gignet
Carnifices,& erit vermibus eſca ſuis.
At quos cæleſti pietas euexerit actu,
Participata regent ſtemmata rege Deo:
Veſtitiq; ſuum diuino lumine corpus,
Conformes Chriſto ſemper agent Domino.
Quòd cùm ita ſit,capite ex iſtis ſolatia verbis,
Et fidos veri ſpe recreate animos,
Et pignus commune ſuperno in lumine Cælſum
Credite vinorum lacte fauiſque frui.
Aut illum gremio fidei pater excepit almo,
Et blandus digitis rore Eleazar alit:
Aut cum Bethlææ infantibus in paradiſo,
Quos malus Herodes perculit inuidia,
Inter odoratum ludit nemus,atque coronas
Texit honorandis præmia martyribus.
Talibus immiſtus Regem comitabitur Agnum,
Virgineis infans additus agminibus.
Cælſe beatorum caſtæ puer incola terræ,
A *Cælſe dolor patribus,gloria Cælſe patrum.*
Cælſe amor & deſiderium luménque tuorum,
Cælſe breuis nobis gratia,longa tibi.
Sed tamen & nobis poterit tua gratia longum
Viuere ſi noſtri ſis memor ad Dominum.
Namque in te parui meritis ingentibus æui
Tempore vita breuis,ſed pietate potens.
Talium enim cæli regnum Deus eſſe profatur,
Qualis eras æuo mente fideque puer,
Qualis & ille fuit noſter tuus ille beati
Numinis accitus tempore quo datus eſt,
B *Exoptata diu ſoboles,nec præſtita nobis,*
Gaudere indignis poſteritate pia:
Credimus æternis illum tibi Cælſe viretis
Lætitiæ, & vitæ ludere participem.
Quem Complutenſi mãdauimus vrbe propinquis,
Coniunctum tumuli fœdere martyribus,
Vt de vicino Sanctorum ſanguine ducat,
Quo noſtras illo purgat in igne animas.
Forte etenim nobis quoq; peccatoribus olim,
Sanguinis hæc noſtri guttula lumen erit.
Cælſe tuum fratrem ſocia pietate laborans, Celſi defuncti inuocatio.
C *Vt veſtra nobis ſit locus in requie.*
Viuite participes,æternum viuite fratres,
Et lætos dignum perhabitate locos.
Innocuiſq; pares meritis peccata parentum
Infantes caſtis vincite ſuffragiis.
Quot tibi Cælſe annis,totidem illi vita diebus
Hauſta,ſed ille minor,qua prior eſt ſenior.
Non minor eſt,in quo vixit minus,attamen idẽ
Qua prior abſceſſit nunc ibi te ſenior.
Cælſe tuo cum fratre tuis quibus addimur adſta,
Nam tua de patrio ſanguine vena ſumus.
D *Cum patre Pneumatio ſimul & cum matre Fideli*
Dices Paulinum Theraſiamq; tuos.
Vt precibus commune tuis miſerante habeamus
Præſidium Chriſto nos quoque Cælſe tui.
Sed tamen & nobis ſupereſt operam dare,qua te
Poſſimus ſimili ſimplicitate ſequi.
Tum noſtro ſocij poſſimus viuere Cælſo
Dulcis & æternum pignoris eſſe pares.

Vita & miracula Sancti Felicis glorioſiſſimi Martyris Nolani, per Diuum Paulinum Nolanũ Epiſcopum in decem Natalibus deſcripta. Nata-
E lis autem ſancti Felicis obſeruatur XIX. Calendarum Februarij:Suntque primi hi verſus Natalitij, quos in Hiſpaniis adhuc agens fecit Diuus Paulinus.

NATALIS PRIMVS.

INclyte Confeſſor meritis & nomine Felix,
Qui dominum Chriſtum conſtãti voce profeſſus,
Contemnendo truces meruiſti euadere pœnas,
Vectus in æthereum ſine ſanguine martyr honorẽ.
O pater

O p[illegible] licet adhuc ſeruus,
Vi[illegible] hanc [illegible] himus du corpore vitã,
Sed[illegible] atis & quæ requieſcit in aula,
[illegible]m. Hanc liceat cele-rare diem, pia reddere *noſtra
Vota, & gaudentes inter gaudere tumultus.
Iam deſ[illegible]derius immenſo tempore feſſis
Conſule, & obtritus quæ nos inimica retardant,
Pande vias facileis, da currere mollibus vndis
*à puppi ſuggere. Et famulis famulos *à puppibus aggere ventos,
Inque tuo placidus nobis ſit lumine portus.
Illic dulce iugum, leue onus, blandumque feremus
Seruitium ſub te domino, etſi iuſtus iniquis
Non egeas ſeruis, tamen & patiere & amabis
Qualeſcunque tibi Chriſto donante dicatos,
Et foribus ſeruire tuis, tua limina mane
Mundicie curare ſines, & nocte viciſſim
Excubiis ſeruare pius, & munere in iſto
Claudere promeritam, defeſſo corpore vitam.

Natalis ſecundus.
Item hos verſus fecit anno ſequenti iam præſens.

FElix hoc meſtio quod nomine, nomine & idẽ,
Qui merito redit alma dies, qua te tibi ſummus
Adſciuit patriam confeſſum Chriſtus in aulam,
*plenus. Tempus adeſt, *plenis grates tibi fundere votis.
O pater o Domine, indignis licet optime ſeruis
Tandem exoratum eſt, inter tua limina nobis
Natalem celebrare tuum, tua tempore longo
Luſtra cucurrerunt, ex quo ſolemnibus iſtis
Coram vota tibi, coram mea corda dicaui,
Ex illo quo me terraq́, mariq́, labores
Diſtulerint a ſede tua procul orbe remoto.
*te Nouiſti nam *me tibi ſemper vbiq́, propinquum,
*vocaui Inter dura viæ vitæq́, incerta *vocaſti,
Et maria intraui duce te, quia cura pericli
Ceſſit amore tui, nec te ſine, nam tua ſenſi
Præſidia in domino ſuperans maris aſpera Chriſto:
*ego. Semper *eo & terris te propter tutus & vndis.
Sis bonus o Felixq́, tuis, dominumq́ue potentem
Exores liceat placati munere Chriſti,
Poſt pelagi fluctus mundi quoque fluctibus actis,
In ſtatione tua placido conſiſtere portu.
Hoc bene ſubductam religaui littore claſſem,
In te compoſitæ mihi fixa ſit anchora vitæ.

Natalis tertius.

VEnit feſta dies cælo, celeberrima terris
Natalem Felicis agens, qua corpore terris
Occidit, & Chriſto ſuperis eſt natus in aſtris,
Cœleſtem nactus ſine ſanguine martyr honorem.
Nam confeſſor obit pœnas non ſponte lucratus,
Acceptante Deo fidam pro ſanguine mentem,
Qui cordis taciti ſcrutator, ferre paratos
Æquiparat paſſis, ſat habens interna probaſſe.
Supplicium carnis iuſta pietate remittit,
Martyrium ſine cæde placet, paſſura voluntas
Appendix.

A Sufficit, & ſumma eſt meriti teſtatio voti,
Ergo dies tanto quæ munere retulit alto
Felicem cælo, ſacris ſolemnibus iſta eſt,
Quam poſt ſolſtitiũ quo Chriſtus corpore natus
Sole nouo gelidæ mutauit tempora brumæ,
Atque ſalutiferum præſtans mortalibus ortum
Procedente die ſecum decreſcere noctes
Iuſſit, ab hoc quæ lux oritur viceſima nobis
Siderium meriti ſignat Felicis honorem.
Denique nil impar his, qui fudere cruorem
Teſtibus & titulo ſimul & virtute recepta.
Martyris oſtendit meritum, cum iure potenti
B Dæmonas exercet, deuinctaq́, corpora ſoluit.
Nam ſibi Felicem cæcis incumbere pœnis
Peſtiferi proceres *xriſti clamore fatentur, *Chriſti.
Occultasq́, cruces gemitu teſtantur aperto,
Velatumq́, oculis mortalibus, at manifeſtum
Auribus, & multo præſentem numine produnt.
Cùm captiua intra deprenſi corpora Chriſtum
In ſancto fugere ſuo clamantq́, probantque
Membrorum incuſſu tremuli, capitumq́ue rotatu,
Tormentiſq́ue ſuis, ſed non ſua corpora torquent
Clamantes proprios aliena per ora dolores
C Orantum veniam, latet vltor, pœna videtur.
Tum ſi quos grauiore malo violentior hoſtis
Vinxerit, iſta dies diuino munere ſoluit.
Cernere tunc paſſim eſt ſacra purgata medela
Pectora liminibus ſterni iam mente refectos.
Gratantes iam voce ſua concurrit hiantum
Turba tremens, hominũ, miſtæ inter gaudia cũctis
Proſiliunt lachrymæ, præſens Deus omnibus illic
Creditur, immenſi Felix eſt gloria Chriſti.
Alma dies magnis celebratur cœtibus, oræ
Gaudent terrarum, & ridere videtur apertis
D Æthra polis: Vernum ſpirare ſilentibus auræ
Flatibus, & letum plaga cingere lactea cælum
Nec modus eſt populis coëuntibus agmine denſo,
Nec requiës, properant in lucem à nocte diemq́ue
Expectare piget, votis auidis mora noctis
Rumpitur, & noctem flammis funalia vincunt,
Stipatam multis vnam iuuat vrbibus vrbem
Cernere, totq́ue vno compulſa examina voto.
Lucani coëunt populi, coit Appula pubes
Et Calabri, & cuncti quos alluit æſtus vterque,
Qui læua & dextra Latium circumſonat vnda.
E Et quæ bis ternis Campania læta per vrbeis
Ceu propriis gaudet feſtis, quos mœnibus amplis
Diues habet Capua, & quos pulchra Neapolis, aut quos
Gaurus alit, læta exercent qui Maſſica, quique
Vfentem Sarnumq́ue bibunt, qui ſicca Tanagri,
Quiq́, coluñt rigui felicia culta Galeſi,
Quos Atina potens, quos mater Aricia mittit,
Ipſaq́ue cæleſtum ſacris procerum monumentis
Roma Petro Pauloq́ue potens, rareſcere gaudet
Huius honore Dei, portaq́ue ex ore Capenæ
Millia profundens ad amicæ mœnia Nolæ,

Dimittit duodena decem per millia denſo
Agmine, conſertis longe latet Appia turbis.
Nec minus ex aliis populis regione profectis,
Aſpera montoſæ carpuntur ſtrata Latinæ,
Quos Præneſte altum, quos fertile paſcit Aquinū,
Quosq́ ſuburbanu vetus Ardea mittit ab oris,
Quiq́ urbem liquere Cales, geminūque Teanum,
Quā grauis Aurūcus, vel quā colit Appulus aſper,
Huc & oliuifero concurrit turba Venafro
Oppida Samnites duri montana relinquunt.
Vicit iter durum pietas, amor omnia Chriſti
Vincit, & alma fides animisq́ locisq́ rigenteis
Suadet acerba pati ſimul aſpera ponere corda.
Vna dies cunctos vocat, vna & Nola receptat.
Vocaque plena ſui ſpatioſaque limina cunctis,
Credas innumeris vt mœnia dilatari.
Hoſpitibus ſic Nola, adſurgit imagine Romæ.
Tu quoque poſt vrbem titulos ſortita ſecundos.
Nam prius imperio tantum & victricibus armis,
Nunc & Apoſtolicis terrarum es prima ſepulchris
Tu quoque perpetua duplici ſub honore coronas,
Antè ſacerdotis, poſt martyris omne per æuum
Felicis complexa tui gemino bene cœlum
Contingis merito diuini mater amici.
Te prius alma pio celebrans altaria cultu
Presbyter inſtituit placido & moderamine rexit.
Nunc quoque perpetuo decorat te nomine Felix.
Namque tuo meritum in gremio ſacratum honorē,
Ducit odorifero pia conditu oſſa ſepulchro.
Aurea nunc niueis ornantur limina velis,
Clara coronantur denſis altaria lychnis,
Limina ceratis adolentur odora papyris.
Nocte dieque micant ſic nox ſplendoreq́ diei
Fulget, & ipſa dies cœleſti illuſtris honore,
Plus micat innumeris lucem geminata lucernis.
Nos quoque felices, quibus iſtum cernere coram,
Et celebrare diem datur, & ſpectare patroni
Præmia, præſtantiq́ ſuis tam grandia Chriſto
Gratari, & latos inter gaudere tumultus.
Ecce Deo pueri laudem, pia ſoluite vota,
Et pariter caſtis date carmina feſta choreis,
Spargite flore ſolum, prætexite limina ſertis,
Purpureum ver ſpiret hyems, ſit floreus annus,
Ante diem ſancto cedat natura diei.
Martyris ad tumulum debes & terra coronas.
Aſt illum ſuperi ſacra gloria luminis ambit,
Florentem gemina belli pacisq́ corona.
Hunc precor æterna nobiſcum pace ſerenum
Poſce diem hoc iterum liceat gaudere reuerſo.
Annuaque hic & vota tuis & carmina feſtis,
Reddere placati tranquillo nomine Chriſti.
Hic amor, hic labor eſt, nobis hæc vota tuorum
Suſcipe commendaq́ Deo, vt quum ſedula cura
Seruitium noſtrum longo tibi penderit æuo,
Tunc demum placidos pietate laboris alumnos
Aſſiduas mittente manu, poſitasque tuorum
Ante tuos vultus animas, vectare paterno

A *Ne renuas gremio Domini fulgentis ad ora*
Quem bonitate pium, ſed maieſtate tremendum,
Exora, vt precibus plenis meritiſque redonet
Debita noſtra tuis, cùm tu quoque magna piorum
Portio, regnantem Felix comitaueris agnum:
Poſce ouium grege nos ſtatui, vt ſententia ſummi
Iudicis hoc quoque nos iterum tibi munere donet,
Ne male gratatis læuos adiudicet hœdis,
Sed potius dextræ poſitus in parte ſalutis,
Mirifico pecori laudatis adgreget agnis.

B
Natalis D. Felicis quartus.

ANnua vota mihi remeāt, ſimul annua linguæ
Debita, natalis tuus ô clariſſime Chriſto
Felix natali proprio mihi charior, in quo
Quamlibet innumeris ſint gaudia publica turbis,
Eſt aliquid ſpeciale tuis, quod nos tibi Chriſtus
Eſſe dedit viles charo largitus amico.
Non quia tu dignus famulis tam vilibus eſſes,
Æternis dignate Deo comes ire triumphis,
Sed quia nos inopes iuſti, indignoſque ſalutis
Sic voluit ditare pater bonus, vt malè dites
C *Criminibus verſa in melius vice diuitiarum*
Pro cunctis opibus cunctiſque affectibus, & pro
Nobilibus titulis & honoribus omnia vanis
Felicem caperemus opem, patriamque domumque.
Tu pater, & patria, & domus, & ſubſtantia nobis,
In gremium tranſlata tuum cunabula noſtra,
Et tuus eſt nobis nido ſinus, hoc bene foti
Creſcimus, inque aliam mutantes corpora formam,
Terrena exuimur ſtirpe, & ſubeuntibus alis
Vertimur in volucres diuini ſemine verbi.
*Te *releuante iugum Chriſti leue noſcimus, in te* *releuāſe
D *Blandus & indignis & dulcis Chriſtus amaris.*
Iſta dies ergo & nobis ſolennis habenda,
Quæ tibi natalis, quia te mala noſtra abolente
Occidimus mundo, naſcamur vt in bona Chriſto.
Surge igitur cithara & totis intendere fibris,
Excita vis animæ tacito mea viſcera cantu.
Non tacita cordis teſtitudine dentibus ictis,
*Pulſet amor linguæ plectro *cor perſonet oris.* *lyra.
Non ego Caſtalidas vatum phantaſmata Muſas,
Nec ſurdum Aonia Phœbum de rupe ciebo,
Carminis incentor Chriſtus mihi, munere Chriſti
Audeo peccator ſanctum & cœleſtia fari.
E *Nec tibi difficile omnipotens mea ſoluere doctis*
Ora modis, qui muta loqui, fluere arida, ſolui
Dura iubes: tu namque aſinam reboare loquendo,
Perfectumque tibi lactentes condere laudem
Feciſti, ac ſolidam ſoluiſti in flumina rupem,
Et terram ſine aqua ſubitis manare fluentis
Iuſſiſti, deſerta rigans in ſpem populorum,
In quorum arenteis animas pia gratia fluxit,
Quos Chriſtus viuo manans petra fonte refecit.
Vnde ego pars hominū minima iſto munere fretus,
Roris Chriſte tui viuos precor aridus hauſtus
Da, verbum de fonte tuo, tua non queo fari

Te ſine,

Te ſine, namq́; tui laus martyris & tua laus eſt.
Qui facis omnipotens homines diuina valere,
Fortiśq; infirmis ſuperans de carne triumphis,
Aſſyrios proceres vincens in corpore noſtro.
Quare ades, vt duce te repetens ab origine pergam
Felicem narrare tuum, cui nobile ductum
Ex oriente genus: nec enim magis altera tellus
Felicis patriam decuit, quàm quæ patriarchas,
Quæq́; pios tulerat Chriſti ſacra vaſa prophetas:
*flumina. Vnde & Apoſtolicis fundēs ſua * fulmina linguis,
Totum euangelij ſonus emanauit in orbem,
Debitus inde Deo Felix genitore profecto,
Italiam necdum genitus, tamen in patre venit:
Cuius vt affectu noſtris oriretur in oris,
Nec cuiquam natum, niſi nobis ſe meminiſſet.
Sic pater Abraham Domini præcepta ſecutus,
Mutauit patrias externo ceſpite terras.
Myſtica Felicem nobis tranſmiſit origo,
Quem perfecta fides illa radice profectum
Prodidit, vt fidei nobis eſſet pia vena.
Felix nunc etiam poſita cum carne quieſcit,
Spiritus in Chriſto viuens, operantibus altæ,
Virtutis meritis Abrahæ ſemine mutat
Duritiam lapidum, quos ſuſcitat in bona vitæ.
Hac igitur genitore Syro generatus in vrbe,
Dilectam coluit patriæ ſub imagine Nolam,
Sede beans placita, multoq́; relictus in auro,
Diues opum viguit quamuis non vnicus hæres,
Hermia cum fratre ſui cognomine patris,
Terrenas diuiſit opes, cœleſtia ſolus
Obtinuit Felix, geminos ſententia diſcors
Diuiſit fratres: Hermiam mundus abegit,
Felicem Chriſtus ſibi ſuſtulit: ille caduca
Maluit, hic ſolida: at præſentibus ille cohæſit,
Iſte ſulum cœlo vertit, patrimonia regnis:
Ille hæres tantum proprij patris, iſte cohæres
Chriſti: ſed quis tam variam miretur ab vno
Sãguine progeniem? veterũ inter ſancta parentum
Pignora, qui relegat populorum ſtirpe duorum
Fœcundam pugnas vteri doluiſſe Rebeccam,
Conqueſtamq́; Deo grauidi luctamina ventris,
Cũ iã tunc fremeret ſancta intra viſcera matris,
Quæ nunc intra vterum mundi diſcordia ſæuit.
Hiſpida Iudæis hirtis ſectantibus Eſau
Perfidia, addictis populo ſeruire minori.
At nobis leuem per leuia pacis Iacob,
Qua via lucis agit meliore ſequentibus ortu.
Ergo pari diſpar fratrum de ſanguine ſanguis
Hermias, velus aſper Edom terrena ſequutus,
Squaluit in vacua captiuus imagine mundi,
Duraq́; Idumæi prælegit iura parentis,
In gladio viuens proprio, vanæq́; laborem
Militiæ ſterilem tolerans, qui Cæſaris armis
Succubuis, priuatus agens ad munia Chriſti:
At meus æterni ſatus arma capeſſere regis,
In patris Iſraël migrauis nomina Felix,
Seſeque à puero pia mens cœleſtibus edens

A Inſtituit ſeruire Deo, nec gratia pauper
Abfuit, & quantum ſitiebat corde capaci
Lucis hians animus, tam largiter inſlua traxit
Dona Dei: primis lector ſeruiuit in annis.
Inde gradum cepit, cui munus voce fideli
Adiurare malos, & ſacris * vellere verbis. *pellere.
Quod quia perſpicua meriti virtute regebat,
Iure ſacerdotis veneranda inſignia nactus,
Mente loco digna meritum decorauit honorem,
Sed ne ſola viro ſacrum caput infula velet,
Extitit & potior geminandæ cauſa coronæ.
Dira prophanorum rabies exorta furorum.
B Cùm pia ſacrilego quateretur * regula bello, *Eccleſia.
Præcipueque illos populo deposceret omni
Impietas, quorum pietas inſignior eſſet
Tunc ſenior ſanctis Nolanam legibus vrbem
Maximus, * & placido formauis * ſpiritus ore *et
Presbytero Felice potens, quem mente paterna *Episcop.
Complexus veluti natum, ſediſque vouebat
Hæredem, ſubita ſed tempeſtate fugatus,
Non cedente fide, petiit deſerta locorum.
Tunc magis atq́; magis quæſito antiſtite Felix,
Clàruit oppoſitus gladiis, fidei quoque ſolus
C Inuidia affectus, nec ſpectabatur honore.
Maior honore fides, fidei tantum quia cauſa
Tunc petitur, ſua cum draco liuidus excitat arma,
Proruere id cupiens, quo ſurgimus & cadis ipſe.
Ergo truces pœnas fugiente antiſtite ſolus,
Vel primus de plebe quaſi de corpore vertex
Competitur Felix: hunc omnes vincere certant,
Et quaſi præcelſam obſeſſis in mœnibus arcem
Facta mole petunt, cuius munimine victo,
Cætera iam facili cadat vrbs conſtrata ruina.
O digna infidis dementia, creditur vno
D Extinguenda fides, totus quam credidit orbis.
Heu miſera impietas infernis cæca tenebris,
Quo ruis? in quem ſola moues? an credis in vno
Mortali conſtare Deum? & ſi corpora ſoluas,
Vim ſimul & mentem diuinam poſſe aboleri?
Quæ mundi per membra meat, qua naſceris ipſe;
Indignusq́; aleris, cuius de numine pendet
Vincere vel vinci, cuius virtute vel vnus
Fortior innumeris pietate armatus inermi
Armatos ferro, ſed inermes pectora Chriſto
Proſternet ſuperante fide, quæ conſcia veri
E Cœleſtis, vitam præſenti morte futuram
Comparat, & victo victricem corpore mentem
Læta Deo referens gaudentibus inuehit aſtris.
Quid iuuat ergo, pium tanta quòd mole furoris
Felicem veſane petis? manent intus operto
Mens inuicta Deo, nec iam tibi ſola reſiſtit
Terreni natura hominis, Deus ipſe repugnat.
Quem petis atque tuis ſerpens antique venenis?
Ipſe offert ſe per famulorum corpora Chriſtus,
Teque tuis nectens laqueis in cæde ſuorum,
Sternis per mortis ſpeciem de morte triumphans.
Sed fera corda * ſuis ſtimulis furialibus error *ſuum.

*Sanguinea flagrare ſiti. ſanctumque cruorem
Vrgebat veluti ſceleru depoſcere palmam.
Ergo vbi ſacrilegos excepit Nola furores,
Intentuſque piis expauit ciuibus enſis,
Quæritur excuſſa Felix venerandus in vrbe.
Nec refugit celſo iam ſpirans ſidera flatu,
Et tacitus acuens ſtimulis in prælia mentem,
Impauidus trepidum ſeruabat paſtor ouile,
Exemplo Domini promptus dare pro grege vitam.
Ergo alacer ſacros perſtat quaſi murus in hoſtes,
Et canis florente fide reuireſcit in annis,
Tot° in aſtra animo Chriſti memor, immemor aui,
Corde Deum geſtans, & plenus pectora Chriſto.
Nec iam ſe capit ipſe ſacer, maiorq́; videri,
Sidereumq́; oculis & honorem fulgere vultu.
Et licet arripitur, gaudens, ſæuiſq́; furentum
Pertrahitur manibus, ſed qui nos hoſtis iniqui,
Cui potior labor eſt animos quàm corpora noſtra
Perdere, dilatum gladio: terroribus antè
Tentat, & in mortem* pœnarum greſſibus exit.
Primus ſupplicij de carcere texitur ordo.
Ferrea iunguntur tenebroſis vincula clauſtris,
Stat manibus colloq́; chalybs, neruoq́; rigeſcunt
Diducente pedes, ſternuntur fragmina teſtæ,
Arceat vt ſomnum pœnalis acumine lectus.
Nec requie tamen eſt vacuus, nec luminis expers
Confeſſor, cui iam ſociatus in omnia Chriſtus
Compatitur, virides grauior cui pœna coronas
Multiplicat, ſpatiante polum qui mente peragrat.
Seq́; ipſum vinclo quamuis in corpore liber,
Spiritus anteuolat ſummi in penetralia Chriſti,
Præmeditante anima certus ſua præmia votis.
¶ Ergo beata ſacris Felicem paſſio pœnis
Vrgebat grauibus vinclis & carcere cæco,
Quantaſq́; ex homine induerat caro ſubdita pœnas,
Tantas à Chriſto recipit patientia palmas.
Maximus interea ſolis in montibus æger,
Contentus fugiſſe manus, ſeriltáque ora
Carnificum diuerſa, at non leniore ferebat
Martyrium cruce, quàm ſi ferro colla dediſſet,
Membráque tormentis, aut ignibus: acrior illum
Cura ſui gregis vrit & adficit: vritur igne
Frigoris, & gelido cæli de rore rigeſcit,
Panis inops, tectiq́; ſimul, noctémque diémque
Peruigil intenta iungit prece tempus vtrumq́;.
Dumoſa dum ſtratus humo compungitur artus
Sentibus, & mentem curis intuſq́; foriſque
Dimicat, & rurus ſpinas in corpore perfert,
Triſtitiæ patitur ſpinas in pectore mœſto.
Duris dura tegens, cruciatu mentis acerbo
Membrorum tormenta leuat, ſenſumq́; doloris
Corporei excludit cordis dolor: attamen ægra
Materies terræ licet inconcuſſa maneret
Vi animæ ſpernente fide labentia carnis,
Victa hyeme atque fame, duróque adtrita cubili
Deficiente ſuam linquebat corpore mentem.
Altius è vacuis feſſi ſenis hauſta medullis,*

A *Frigora pellebant glatiato ſanguine vitam.
Mota patris ſummi pietas antiſtite tanto,
Non tulit obſcuro conſumi funere corpus
Quanquam & vt Heliam, ſic iſtum paſcere poſſet,
Eſciferas volucres ieiuna per auia mittens,
Poſſet & vt Moſen ſecreto operire ſepulchro.
Sed ſoli hoc dederat Deus vni munus amico
Arcana tellure tegi, quia iure decebat
Tantus honos illud corpus, quod comminus ore
Fulſerat & ſermone Dei, vt mortalia functus
Iura Deo, tanti frueretur teſte ſepulchri.*
B *Ergo ſacerdotem, confeſſorémque ſereno
Lumine reſpiciens, tacitis tabeſcere ſyluis
Non tulit vlterius mitis pater, & quia digno
Condignum comitem meritis ſociare parabat,
Felicem numero de carceris eligit omni,
Cuius id adponat meritis opus, vt ſenis almi
Membra leuet, reuocétque animã, reuehatq́; refotũ,
Attonitiſq́; ouibus chari ſolatia reddat
Paſtoris. Venit ergo micans iam nocte ſilenti
Angelus, & tota vinctorum in plebe reorum
Felicem ſolum, pietas cui ſancta reatum*
C *Fecerat, alloquitur: fugit atri carceris horror.
Voce ſimul ſacri Felix & luce miniſtri
Excuſſus tremuit, & verbum trahit aure fideli.
Ac primum velut eludentis imagine ſomni
Accipiat mandata Dei, ſtupet anxius: ipſe
Cauſatur non poſſe ſequi prohibente catena,
Inſuper & clauſtro ſimul & cuſtode teneri
Carceris obſeſſi: ſed *mox diuina morantem
Increpitans iubet excuſſis adſurgere vinclis.
Et ſubito vt molles manibus fluxere catenæ,
Sponte iugo ceruix ferrato exuta leuatur,*
D *Proſiliuntq́; pedes, laxato caudice nerui:
Mira fides ſaluis reſerato carcere clauſtris,
Sopito cuſtode fores interitus exit,
Pérque ipſos via fit, per quos via clauditur, ibat.
Angelus & tacitæ per amica ſilentia noctis
Lux, & iter Felicis erat. nónne vnus in omni
Chriſtus adeſt ſanctis? ſicut viget omnibus idem
Spiritus in Chriſto genitis, ſic ipſa piorum
Gratia concordat veterem remeare recenti
Hiſtoriæ video ſpeciem, qua iuſſus adiri
Biſſeno princeps ſuper agmine diſcipulorum,
Petrus ſponte ſua vinclis labentibus, éque*
E *Carcere proceſſit clauſo, qua prauius illum
Angelus Herodi prædam furatus agebat.
Sic mens educente Deo geminata per atra
Carceris & noctis, reliquis obſcura, ſed vni
Illuſtrata ſibi Felix impunè per ipſos
Cuſtodes conſtante premens veſtigia paſſu,
Callibus ignotis directus iuſſa petebat:
Et poſtquam emenſus ſecretos auia ſaltus
Rura locum feſſi ſenis inuenit, ægra trahentem
Iam tenuis cernit mœſtus ſuſpiria flatu.
Et primò vt chari cognouit membra parentis,
Fuſus in amplexum dat vultibus oſcula notis,*

*ſurgit gradibus pœnarum.

*vox.

Et

Et tentat gelidũ reuocare fouendo calorem
Artubus, & crebris adflatibus oris anheli
Reddere viuentes tepefacto corpore ſenſus.
Sed neque clamatu eſt neque pulſu mobile corpus
Iam ſimile exanimo: modicus tamen vltima vitæ
Flatus, & internæ prodit trepidatio fibræ.
Anxius intuitu tali pia pectora Felix
Diſtrahit exangues artus & lurida cernens
Ora fame, nec habens quicquam quo rebus egenis
Ferret opem, non igne procul, neque cominus eſca
Vt dape tabentem recrearet & igne rigentem.
Quærenti, & multa Chriſtum prece conuenienti,
*iuſſum. Quânam ope, quáue via *iuſtum complere valeret
*ſentibus. Seruitium, ſubitam omnipotens de *vitibus vuam
Edidit, & capiti iuſſit pendere propinquam,
Vt facilè adtiguo poſſet decerpere ramo
Natum ſponte cibum: diuinitus ergo refectus
Mente pia oblato lætatur munere Felix.
*Demeſſúmque. *Decerptumq́; manu morientis ad ora racemum
Admouet: & quoniam ſtrictis iam dentibus ille
Et ſentire negat dulceis & ſumere victus,
Exprimit humenteis acinos ſuccumq́; liquentem
Inſtillat digito deducens arida labra,
Donec & adſpirante Deo conatibus ægris
Fluctuante manu rigidos paulìſper hiatus
Laxauit, tenuémque aditum dedit oris aperti,
Quo rorem exiguum reſoluta infunderet vua.
Hinc animæ ſenſus, calor oſſibus, atque oculis lux,
Vitáque tota redit, quæq́; hæſerat obſita ſiccis
Faucibus exercet ſolitas iam lingua loquelas,
Poſtquam vocis iter patefecit lubricus humor,
Ergo reuiuiſcens notiſſima cominus ora
Felicis videt ora ſui, amplexúſque viciſſim
Conqueritur tardum: nam te promiſerat inquit,
Adfore iamdudũ Dominus mihi, pars mea Felix,
Præcipuum Felix pignus mihi, quæ rogo tantæ
Aut vbi te tenuere moræ? ſi corpore ceſſi
Ad tempus fragili, ſolido tamen iſſe fidelis
Pectore durani, docet & locus & ſtatus ipſe,
In quo me cernis, vitæ iſtius ima trahentem
Non mortis fugiſſe metu, Chriſtóque meam me
Præpoſuiſſe animam: fugi non lucis amore,
Sed fragile hoc metuens infirmi corporis, atqui
Tecta petens alia vixiſſem tutus in vrbe,
Si mihi vile fides, & charum hæc vita fuiſſet.
Ignotos montes deſertáque nuda petiui
In gremio domini dulcis mea colla reponens,
Ipſo vt deficerem teſte, aut vt paſcerer ipſo.
Nec fruſtra, ecce vide, fuit hæc fiducia nobis.
Adfuit omnipotens, & te mihi mittere legit,
Per quem dona mihi ſua redderet: vtere fili
Præceptis pietatis opus mandantibus, & me
Suſcipiens humeris commune ad ouile reporta.
Impiger optato gauiſus munere Felix,
Charũ onus vt Chriſti leue põdus ſumit & adfert,
Tam volucri curſu tanquam magis ipſe feratur
Nec ferat, & verè Chriſtus fert ipſe ferentem.
A It pedibus pietate citis, Deus addidit alas.
Nocte eadem pariter tot munera percipit vnus,
Et ſimul exequitur Felix ſua rumpere iuſſus
Vincla, ſacerdotem reficit, reuehitq́; refectum,
Deponitq́; ſui tutum ſub culmine tecti,
Vnica quod ſeruabat anus, tam celſus & iſto
Maximus extabat merito confeſſor, vt illi
Turba domus ſumma & cẽſus anus vna maneret.
Pulſatis foribus Felix hanc excitat, illa
Ad primos pauefacta ſonos, vix nota renoſcit
Alloquia, & dominum tectis adſumit apertis,
Voce graduq́; tremens, quatiente timore ſenectam,
B Cui Felix: cape depoſitum hoc quod conſcia mecum
Sydera noctis, & angelicæ ſub principe Chriſto,
Me tradente manus tradunt tibi, ſume fideli
Hanc domini gemmam gremio, quã tẽpore ſummo
Incolumem nobis domino ſub iudice reddas,
Quo nunc teſte capis: ſubit iſtis Maximus orſis,
Felicémque ſuum reuocans: cape tu quoque
Muneris ò mihi nate vicem, quam me tibi iuſſit
Reddere compoſitum, qui te mihi iuſſit adeſſe
Depoſito: tum deinde ſacram Felicis amati
Impouit capiti dextram, ſimul omnia Chriſti
C Dona petens, velut ille patrum venerabilis Iſac
Rore poli natum & terræ benedixit opimo:
Felicem Chriſto ſic Maximus ore paterno,
Ore & apoſtolico benedicens & locupletans,
Immarceſſibilis redimiuit honore coronæ,
Perpetuiſq́; opibus, quas & modò cernimus, auxit.

Natalis quintus.

TEmpora tẽporib⁹ ſubeũt, abit & venit æſtas,
Cũcta dies trudẽdo diẽ fugit, & rotat orbem,
Omnia prætereunt, ſanctorum gloria durat
D In Chriſto, qui cuncta nouat, dum permanet in ſe.
Tandem igitur reuoluta dies mihi naſcere toto
Exoptata dies anno, quæ dulcia feſta
Et mea vota nouas, qua me ſolennia poſcis
Munera natalem referens, quo millia gaudent
Innumeri populi, quo me ſpecialia tangunt
Gaudia, quo famulæ rata debeo munera linguæ
Felici libata meo, cui mente dicata
In domino Chriſto ſum deditus: hunc & amoris
Obſequio celebrare per annua carmina ſanctum
Fas mihi. Dicam igitur merita & cauſas meritorũ,
E E quibus obtinuit cœleſtum præmia laudum,
Æternóſque dies & magni nomen honoris.
Iam prior hoc primos vobis liber edidit actus
Martyris, vnde domo, vel qui genus, & quib⁹ alt⁹
In ſtudiis, quo deinde gradu per ſancta vocatus
Munia, maluerit Chriſto ſeruire perenni,
Quàm patrias errare vias per deuia mundi.
Nam pater emeritus ſub Cæſare vixerat *annis. *armis.
Diximus & tetro toleratas carcere pœnas,
Qua confeſſor obit, mortem quoque ferre paratus,
Ni Deus anticipans gladios ſoluiſſet, iniquis
Emiſſum vinclis, aliosq́; vocaſſet ad actus,

Vt prius ad ſacram remearet Epiſcopus aulam
Maximus, in ſolis qui ſaltibus vltima vitæ
Aeger anhelabat, graſſante fugatus ab hoſte:
Quem iuſſus proprio ſubuexit corpore Felix,
Pauperis & tecti delatum in ſede locauit,
Penſatuq́; ſibi ſancto ſenis ore, beati,
Officiis benedictus abit, paucisq́; diebus
Delituit proprij tacitus ſub culmine tecti.
* *cæleſtē.* *Non tacita Dominum *cæleſti mente fatigans,*
Quē prece directa penetrans ſuper aſtra propinquus
Pulſabat merito pacem procedere poſcens.
Interea fluxere dies, pax viſa reuerti,
Deſeruit latebram Felix, tandemq́; ſereno
Confiſus cælo lætis ſe reddere lætum
Fratribus & placidæ committere cœperat vrbis
Gratabantur oues Chriſti paſtore recepto.
Ille gregem pauidum de tempeſtate recenti
Mulcebat monitis cæleſtibus & duce verbo
Anxia corda regens fidei firmabat amore,
Contemnenda docens & amara & dulcia mundi,
Nec concedendum terroribus, obuiaq́; ipſis
Ignibus & gladiis promptos inferre monebat
Pectora, & ipſe ſuis addebat pondera verbis,
Confeſſor paſſus quæ perpetienda docebat,
Omnibus eloquio ſimul exemploq́; magiſter.
Non tulit hæc malus ille diu, ſed inhorruit atris
Crinibus, & rapidis inflauit colla venenis,
Immiſitq́; ſuum ſcelerata in pectora virus,
Vreret vt nigras Felicis gratia mentes,
Inſeruit ſtimulos, & mentibus arſit iniquis
*primum *Vipereæ furor inuidiæ, petit improba *primam*
Ira domum, cunctis amor impius in ſcelus ardet:
Felicem ſitit impietas, ſed ab ædibus abſens
Forte ſuis media ſteterat ſecurus in vrbe,
Fraternis de more ſuo vallatus amicis,
Et pia verba ferens populi credentis in aureis:
Ecce ad eum ſtrictis quærentes enſibus adſunt
Cùm ſubitò aut illis corda hoſtibus aut huic ora
Vertuntur, notum non agnouere furentes,
Felicémque rogant Felix vbi cernitur, & non
Cernitur, ipſe, nec ipſe vir eſt, cùm ſit propè, lõge eſt.
Ignotus notuſq́; ſuis fit ciuibus idem,
Diſcernente fide vultum credentibus, ipſe
*Hoſtibus alter erat: *præſenſit & ipſe fauentis*
* *perſenſit.* *Conſilium Chriſti, ridenſq́; rogantibus infit:*
Neſcio Felicem quem quæritis, ilicet illi
Prætereunt ipſum, diſcedit at ille platea
Inludente canes domino, fruſtratus hiantes,
* *Emenſis* *Nec longum *emenſi ſpatium & ſcitantibus illis,*
Qua Felix regione foret, quidam increpat & dat
Indicium ignarus cauſæ, credénſque furore
Dementes, qui non vidiſſent comminus ipſum
Ad quem contiguus feciſſent verba loquelis.
Perculſi nouitate doli, grauiuſq́; furentes
Mox redeunt, perq́; ipſa viri veſtigia currunt.
Iámque propinquabant, ſed præcurrente tumultu
Vrbis, & attoniti clamoribus vndique vulgi

A *Admonitus Felix, inſtantia vulnera flexu*
Declinat, medioq́; procul ſe deuius aufert.
*Namque locum nactus ſpatio qui fortè *patenti* * *pauēti.*
Panditur effugium, celebri ſeductus ab vrbe.
Sic errat quoque longinquus ſectoribus arēt,*
Qui prope conſpicuo ſubductus ab ore ſequentum,
Infeſtos vtcumque timens vitauerat enſes,
Et capiendus erat, quia nullius obice clauſtri,
Ille repellendis locus obſiſtebat iniquis.
Nam foribus nullis in publica roſtra patebat,
Semiruti paries malefidus fragmine muri.
B *Sed diuina manus ſeſe ſanctum inter & hoſtes*
Oppoſuit, miroq́; locum munimine ſepſit,
Non ſtrue ſaxorum, neque ferratis data valuis
Clauſtra per humanas (quibus atria claudim) artes*
Rudere ſed ſubitò concreuit ſordidus agger,
Iuſſaq́; nutantes intendit aranea telas,
Et ſinibus tremulis in totum ſtruxit apertum,
Deſertæq́; dedit faciem ſordere ruinæ.
*Quæ ſimul occurrit minitantibus, *obſtipuerunt,* *obſtupuerunt.
Defixóque gradu, ſimul & dixere viciſſim,
Nónne furor tentare aditus, aut credere quenquam
C *Hac intraſſe hominem, minimi qua ſigna dediſſent*
Vermiculi? modicæ rumpunt hæc retia muſcæ,
Nos penetraſſe virum præcluſa putamus inepti,
Et tenerum tanto non ruptum corpore textum?
Ille magis noſtris manibus modò debitus index,
Qui nos in deſerta doloſo callidus aſtu
Induxit, verſumq́; alio mentitus in iſto
Felicem latitare ſitu, quo noſtra maligno
Verteret alma dolo, capiti fugientis amicus.
Ergo recedamus, nam ſtare diutius iſtic
Riſus erit vulgi, demenſq́; notabitur error,
Scrutatum hac hominis latebras, contendere greſſu
D *Qua vel mole putri, vel araneolis obductis*
Monſtrat inacceſſas humus incalcata receſſus.
Nec mura diſcedunt properè in diuerſa frementes:
Sed Deus, vt ſcriptura canit, veſana minantes
Irridebat eos cæleſti Chriſtus ab arce,
Felicemq́; ſuum ſacris velauerat alis,
Quis Domini tutus gremio, candentia tela
*Diſcutiebat ouans galea, *fidei quoque ſcuto,* * *Scutóq; fidei.*
Et gladium verbi Confeſſor in ore gerebat.
Armatus pietate manus, & pectora plenus
Caſta Deo inſignis meriti thorace tegebat.
E *O multis diuina modis ſapientia diues,*
Semper ab infirmis confundens fortia mundi,
Vix populos aliis defendunt mœnia muris,
Et fretos valido munimine ſæpius hoſtis
Opprimit, aduerſiſq́; expugnat montibus vrbes.
Nunc & ab armatis protexit aranea ſanctum
Defenſante Deo, teneris ſtetit hoſtis abactus
Caſſibus, aerio ceſſit vis ferrea filo.
Vana ſalus hominum, virtus mea nõ mihi virtus,
Si caream virtute Dei, quò vaſta Gigantum
Robora? quò Pharij reges? vbi magna Hiericus!
Omnibus exitio ſua gloria qua tumuerunt

Caſſa

Caſſa fuit, neque verò ſuis virtutibus iſta,
Sed magis infirmis diuina potentia fregit.
1.Reg.17. *Ille Gigas pueri funda paſtoris obiuit,*
Vt canis, illam vrbem ſonitus ſoluere tubarum,
Littorea iacuit rex ille ſuperbus harena,
Diuitiis regni pendens in funere nudo.
Sic vbi Chriſtus adeſt nobis, & aranea muro eſt:
At cui Chriſtus abeſt, & murus aranea fiet,
Digreſſis igitur cum facta ſilentia turbis
Secretoque fugæ fidas nox alta tenebras
Præbuit, egreditur Felix mutatque latebram,
Illa canens Domino, media ſi mortis in vmbra
Ingrediar, mala nõ metuam, quoniam tua mecum
Dextra, per infernum non expers luminis ibo
Ergo Dei ductu capit in regione remota
Compluuium, anguſto breuia inter tecta cubili,
Quo vetus arebat tecto ciſterna profundo.
Propter in adtiguis habitabat fœmina tignis
Sancta Deo mulier, quæ Confeſſoris operti
Neſcia, Felicem Chriſto quaſi conſcia pauit.
Mira canam, ingenium Domini paſcentis alumnum,
Ignara paſcente ſuum, nunc ſedula panes,
Nunc alias de more ſibi, quas coxerat eſcas,
Mentis in exceſſu diuino facta paratu
Importabat eò, Felix vbi teſte latebat
Velatus Domino, ſed nec cùm tenderet illò
Nouerat ingreſſum, nec cùm diſcederet inde
Introitus erat illa ſui memor, vtque paratos
Intulerat victus, propriis licet illa cibando
Seruiret manibus ſancto, tamen inſcia tanti
Muneris, hoc de corde ſuo nouiſſe nequibat,
Quod non mente ſua, ſed Chriſti numine agebat,
Proque loco latebræ & ſtrictæ ſuper ora lacunæ,
Adpoſitos ingreſſa cibos linquebat, eoſque
Se poſuiſſe domi credens, ita ſemper abibat,
Ponendæ memor, & poſitæ mox immemor eſcæ.
O mulier benedicta Deo, velut vna volucrum,
Quæ quondam mundo abductum pauere prophetam:
Tu quoque ſecreto pauiſti martyra tecto
Sicut auis Domino parens, & neſcia ſancti
Conſcia ſeruitij, quod geſſeris, & cui tandem
Serueris, gaudens illo ſub tempore noſces,
Cum Deus ipſe ſuo pro confeſſore coronam
Iuſtitiæ Chriſtus reddet tibi, tunc tua Felix
Ipſe tibi referet ſub iudice prandia Chriſto,
Quæ Deus ad dulces ſacrati martyris vſus
Tranſtulit, vt quondam coctas meſſoribus eſcas,
Angelica per inane manu, pendente, propheta
Miſit ieiuno rabida inter monſtra prophetæ
Non fera monſtra, fides quia vicerat alma leones,
Sanctaque frænabant auidos ieiunia rictus.
Sex illum perhibent totos ex ordine menſes
Expertem cœtus hominum vixiſſe ſub illa
Culminis obſcuri, ſimul anguſtique latebra,
Nil opis humanæ indiguum ſolamine Chriſti

Huius, & præcedentis miraculi meminit Beda, in vita S. Felicis.

A *Semper abundantem, qui tempore fertur in illo*
Sæpe illum ſermone ſuo dignatus adiſſe
Sæpe ſua pauiſſe manu, cœloque dediſſe
Pocula, non pluuialis aquæ, quam nubila paſſim
Omnibus effundunt, ſed quem ſpecialiter vni
Gratia Felici mittebat ab æthere rorem.
Nam nimius, vt fit, tunc torrida Solibus Æſtas,
Et puteum quoque ſiccarat, qui parca latenti
Pocula præbuerat. Sed ne ſitis vreret illum
Carnea, qui Chriſtum ſitiendo ferebat, & iſtam
Corporis afflicti pœnam, delata ſereno
B *Inque globum tenuem nubis collecta per * vactum*
Impluuij dulcem ſitientis in ora liquorem
Influxit, quaſi preſſa manu, cœloque vocandum
Velleris ætherei ſucco lactante refecit.
Quid mirum ſi nunc terrena mole ſolutum
Chriſtus alat, poſitum quem in corpore ſanctus alebat
Spiritus, & cui panis erat verbum Deus ipſe,
Cœleſtum panis, quo veſcitur Angelus omnis.
Tempus vt hoc abiit, pax reddita condidit enſes,
Felicemque Deus monuit prodire latebra,
Qua dudum placidas mundi clamoribus aures
C *Struxerat, humanis ducens obliuia rebus.*
Vt nouus in lucem iam deſperantibus exit,
Vt patria tanquam rediuiuus in vrbe videtur,
Et multi dubitant agnoſcere, & ante rogantes,
Veráne te facies? (aiunt) tú ne ille beatus
Redderis hen tanto nobis poſt tempore Felix?
Qua regione venis? cœlo datus an paradiſo?
Redditus in terras habitacula noſtra reuiſes?
Ille fidem firmat, coram ſe corpore adeſſe,
Seruatum vixiſſe Deo: dat gaudia cunctis,
Laudibus & meritis populo celebratur ab omni,
D *Functus erat largum, perfunctus epiſcopus æuum*
Maximus, & numerus ductu paſtoris egebat.
Felicis nomen totum balabat ouile,
Quem confeſſoris redimibat adorea Chriſto,
Quemque ſalutiferum ſpondebat lingua magiſtrum,
Vitaque doctrinæ concors, ſed vt hoc quoque palmam,
Iuſtitiæ ferret, meritum ſublime quieto
Corde premens, velut indignus, non audet honore
Creſcere, teſtaturque ſeni mage debita Quinto,
E *Quòd prior ille gradum ſocij meruiſſet honoris*
Presbyter, hæc ſeptem diſtabat ſumma diebus,
Ergo ſub hoc etiam Felix antiſtite vixit
Presbyter, & creuit meritis, qui creſcere ſede
Noluit, ipſe illum tanquam minor omnia Quintus
Obſeruabat, & os linguam Felicis habebat.
Ille gregem officio, Felix ſermone regebat.
Multa aliis ſanctum Chriſti virtutibus auxit
Gratia Felicem, nec pace minora ſubegit
Prælia, quàm validis confeſſor geſſerat armis.
Corpoream triſti ſub tempeſtate ſalutem

* ructum

S. Felix Quinti Epiſcopi presbyter.

Spreuerat, idem & apum ſimul & contemptor honorum
Secura ſub pace fuit. non ille tenendi
Securus meriti, ſed cautior vt bona vitæ
Parta tueretur, poſtquam diſcrimina mortis
Vicerat, & ſcopulos inter tranquilla timebat.
Diximus vt mortem calcarit & ambitionem,
Nunc aliam confeſſoris cognoſcite palmam.
Vicit auaritiam, nam prædia multa domoſque
Diuitiis locuples patriis poſſederat hæres,
Confeſſor praſcriptus erat, ſed pace reducta,
Et ſua ſi vellet depoſcere iura licebat.
Maluit ille tamen verbum curare magiſtri.
Cuncta licent, non cuncta iuuant, licito vtile præfert,
Et quaſi terrenæ contagia ducere labis
Horruit, amiſſos in iura repoſcere fundos.
Multi obtundebant, præ cunctis nomine priſco
Archelais eam ſancta fide quàm ſtemmate clara,
Diues opum vidua, & ſanctum pietate fideli
Felicem venerans, atque illi chara viciſſim.
Hæc illum iuxta meritum venerata colebat,
Vtque ferunt iunctum ſibimet pro iure ſodali
Vſurpans animum crebris pia corda querelis
Sæpe fatigabat, cur debita promptaque reddi
** Iure recuſaret, quæ diſpenſare recepta* * Iura.
Mercedis magnæ cum fænore poſſet egenis.
Plurima de propriis quoque rebus munera ſæpe
Obtulit, ille pio contentus ad omnia ſenſu
Fœmineam placido ridebat pectore curam,
Cœleſtum ſibimet ſat conſcius ipſe bonorum,
Quæ pro terrenis ſibi compenſata tenebat.
Vnde potens charis inſtantibus hæc referebat.
Cogitis vt repetam terrena, perennia perdam
Præſtat opes ſaluo deſint, quàm vita opulento,
Diues egebo Deo, nam Chriſtum pauper habebo.
Diuitiis inopem ditauit gratia Chriſti.
Hunc retinens animum, tria macri iugera ruris,
Nec proprio ſub iure tenens conducta colonus
Ipſe manu coluit, famulo ſine pauperis horti
Poſſeſſor, ſed & has de ceſpite diues egeno
In dominum confudit opes, cum paupere ſemper
Collectum diuiſit olus, cum paupere menſa
Vna dies illi curam conſumpſit habendi.
Vnica veſtis eum ſæpe, & vix vnica texit.
Si geminas habuit, nudum meliore refouit,
Sæpe nouo miſeros vertit velamine pannos,
Felicisque habitu pauper mutatus ab atro,
Et nituit contra mendici tegmine Felix,
Sorduit exornans inculto corpore mentem.
Hac viuens pietate Deo maturus & æui,
Et meriti, plenis clauſit ſua ſecla diebus,
Mutauitque piæ non clauſit ſecula vitæ.

Natalis VI.

L*Ex mihi iure pio poſita hunc celebrare quotannis*
Eloquio famulante diem, ſolenne repoſcit
A *Munus ab ore meo Felicem dicere verſu,*
Lætitiamque meam modulari carmine, vato,
Et magnum chari meritum cantare patroni.
Quò per iter durum, qua fert via peruia paucis
Alta per arcta petens ſuperas penetrauit ad arces.
Concordate meis precor & complaudite fratres
Carminibus, caſtoque animos effundite luxu,
Gaudia ſancta decent, & carmina caſta fideles,
Qua quis poſſit ope ingenij, linguæque, reique,
Nam cui ſas hominum (cui Chriſtus amorque timorque)
B *Non gaudere hodie, & vacuum procedere voti?*
Cælicolas Chriſto quando adgaudere miniſtros,
Ipſa etiam feſto produnt elementa colore?
Cernite lætitiam Mundi in ſplendore diei
Elucere ſacris inſignibus: omnia lætus
Candor habet, ſiccus teneris à nubibus imber
Ponitur & niueo tellus velatur amictu,
Quæ niue tecta? ſolum niue, ſyluæ & culmina, colles:
Cuncta ſenis ſancti canos teſtantur honores.
Angelicáque docent & luce & pace potiri
Felicem placida clarum in regione piorum,
C *Lactea quæ tacito labuntur vellera cœlo.*
Chriſte Deus Felicis ades, da nunc mihi verbum
Sermo Deus, da perſpicuam ſapientia mentem.
Non opis humanæ facunde dicere laudes
Paſſe tuas, tua namque tui ſunt gaudia ſancti.
Cedo, alij precioſa ferant donaria, meque
Officij ſumptu ſuperent, qui pulchra tegendis
Vela ferant foribus, ſeu puro ſplendida lino,
Siue coloratis textum fucata figuris,
Hi læues titulos lento poleant argento,
Sanctaque præfixis obducant limina lamnis.
D *Aſt alij pictis accendant lumina ceris,* Picti Carei in feſto S. Felicis.
Multiforesque cauis lychnos laquearibus aptent,
Vt vibrent tremulas funalia pendula flammas.
Martyris hi cumulum ſtudeant perfundere nardo,
** Et medicata pio referant vnguenta ſepulchro:* * Vt.
Cedo equidem, & vacuo multis potioribus auro,
Queis grauis ære ſinus releuatur egente repleto,
Qui locuplete manu promptaria ditia laxant,
*Et variis animam * ſponſantibus dotibus adſtant,* * ſpõſãtiu.
Mente pares ope diuerſi, nec ſegnius illi
Fercula opima cibis, ceruis aulea ſeriſque.
E *Larga quidem, ſed muta dicant: ego munere linguæ*
Nudus opum famulor, de me mea debita ſoluens,
Meque ipſum pro me, vilis licet hoſtia, penda.
Nec metuam ſperni, quoniam non vilia Chriſto
Pauperis obſequij libamina, qui duo lætus
Aëra piæ cenſum viduæ laudata recepit.
Tunc quoque multa Deo locupletes dona ferebant, Luc. 21.
Implentes magnis æraria ſancta talentis.
Sed Chriſtus ſpectator erat, qui corda ferentum

Inſpiciens

Iuſpiciens viduæ palmam dedit, illa diurni
Rem victus, geminos (quod et ſubſtantia) nummos
Miſerat in ſacram nil anxia corporu arcam.
Propterea ex ipſo venturi iudicis ore
Ante diem meruit factis præcerpere laudem,
Præferriq́; illis quorum ſtipe vicerat aurum,
Munere pauper anus, ſed prodiga corde fideli.
Ergo boni fratres, quibus hæc dignatio, & iſte
Conſenſus placidis aduertite mentibus aures,
Nec qui, ſed de quo loquar exaudite libenter.
Deſpicienda quidem, tamen & miranda profabor,
Deſpicienda meo ingenio, miranda beati
Felicis merito, quod dicere non ſine Chriſti
Laude licet, quia quicquid in hoc miramur, ab illo eſt,
Vnde pia virtus, & per quem vita ſepultis.
Præteritis cecini patriam, genus, acta, libellis,
Et tota ſanctum repetens ab origine dixi
*perfecta *Felicem, donec *patefacta tempora vitæ.*
* *Clauderet, & poſito deſertus corpore terris,*
* merita. *Tenderet æterni *merito ad conſortia regni.*
Sed quia non idem tumuli, qui membra piorum
Et merita occultant, animarum vita ſuperſtes
Corporibus functis, quæſitos corpore fructus,
Et poſt corporeos obitus non mortua ſentit
Læta bonis, cruciatque malos, quòd rurſus in ipſum
Tempore venturo corpus, reuocata remiſſo
Corpore, communi metet indiſcreta receptu
Longa igitur mihi materies, quantumque erit æui,
*Tantum erit & verbi ſuper hoc *quod dicere geſta*
*quo. *Felicis pateat, totumque efferre per orbem*
Nomina ſic meriti, ſi copia tanta ſit oris,
Quanta operum meritique manet, nam tempore ab illo.
Quo primum iſta dies Felicem fine beato
Condidit, & carnem terris, animam dedit aſtris:
Ex illo prope cuncta dies operante videtur
Confeſſore Dei, probat & ſine corpore viuum
Chriſtus, vt oſtendat maiorem in morte piorum
Virtutem, quàm vim in vita ſupereſſe malorum.
Ecce vides tumulum, ſacra Martyris oſſa tegentem.
Et tacitum obtento ſeruari marmore corpus.
Membra latent poſiti, placida caro morte quieſcit,
In ſpem non vacuam rediuiuæ condita vitæ.
Populi concurſus & cruciatum Dæmonum ad tumulum S. Felicis. *Vnde igitur tantus circumſtat limina terror?*
Quis tantos agit huc populos? quænam manus vrget
Dæmonas? inuitosq́; rapit? fruſtraque rebelli
Voce reclamantes compellit aduſque ſepulchrum
Martyris, & ſancto quaſi fixos limine ſiſtit?
Reſpicio hanc aliquando diem, quàm mœſta relicto
Orbe fuit, quàm læta polo cùm Chriſtus amicam

A *Adſumens animam caſto Deus hauſit ab ore.*
Addidit ornatum cœlis, nec pignore terras
Orbauit, ſuperi Felicis mente fruuntur,
Corpore nos, animæq́; potentis ſpiritus illic
Viuit, & hic meritum: ſed totum funeris almi Viuit hic meritum S. Felicis.
Præſentare iuuat, quem Nola impendit honorem.
Namque ſacerdotem ſacris, annitq́; parentem
Perdiderat, ſed eum cœlu habitura patronum
Vrbs deuota pium, ſed ſpe ſolatur amorem.
Totis ergo, quibus ſtipatur conflua turbis,
Currit in obſequium, populos effuſa fideles.
B *Tunc dolor & pietas coëunt in pectore cunctis,*
Admiſta pietate fides gaudetq́ue doletq́ue.
Et licet accitum Chriſto ſuper æthera tolli
Felicem credat, tanto tamen ipſa relinqui
Præceptore dolet, quodq́; vnum in funere ſancto
Inter & exequias reſtat ſolamen amoris:
Poſtquàm depoſitum tumulandi in ſede feretrum
Certatim populus pietatis circumfuſus
Vndique denſato cœtu ſita membra coronat,
Religioſa piè pugna exercetur amantum:
Quiſque alium premere, & propior conſiſtere certat
C *Reliquiis, corpusq́; manu contingere gaudet.*
Nec ſatis eſt audiſſe ſemel, iuuat vſque morari,
Luminaque expoſitis, & quà datur oſcula membris
Figere, dat meritam Chriſto plebs conſona laudem,
Moliturque ſacrum ſolij Felicis honorem.
Qua muris regio & tectis longinqua vacabat,
Fuſus ibi læto ridebat ceſpite campus,
Liberius florente loco, quaſi præſcia iam tunc
Semper honorandi mundo veneranda ſepulchri,
D *Gaudebat ſacro benedici corpore ſeq́;*
Veris amœna habitu, quo dignior eſſet humato
Martyre graminibus tellus ſternebat odoreis,
*Aſt illum placido *candentem cælſa volatu,* *ſcandentem.
Et caſto adſumptum de corpore læta piorum
Turba per æthereas ſuſceperat obuia nubes.
Angelicique chori ſeptemplicis agmina cœli
Totis qua cœlum patet occurrentia portis,
Regis in aſpectum ſummique parentis ad ora,
Sidereo volucrem læti vexere triumpho.
Tum niuea ſacrum caput ornauere corona.
E *Sed tamen & roſeam Pater addidit indice Chriſto,*
Purpureóque habitu niueos duplicauit amictus,
Quod meritis vtrumque decus, nam lucida ſumpſit
*Serta, quaſi *placidum tranſlatus in æthera *lætus.* *placido. *læto.
Sed meruit pariter quaſi cæſi martyris oſtrum
Qui confeſſor obit: tenet ergo & præmia paſſi,
Quòd prompta virtute fuit, nec pacis honore
Ornatuque caret, quia non congreſſus obiuit.
Facta igitur rata iuſta pium texere ſepulchro Gratia poſita in ſanctis membris.
Funus, at in ſanctis diuinitùs inſita membris
Gratia, non potuit cum carne moriq́ue tegiq́ue

Quos miſero mihi nox [illegible] abſtulit, heu quid agam nunc?
Quo [illegible] ceptus eam? quem criminer? an tibi de te
Conquerar? immemoremque mei accuſabo patronum?
Qui mihi [illegible] piſo tam denſum irrepere ſomnum,
[illegible] mea ſentirem perfringere clauſtra latrones
Pa[illegible]s es? & nullo fregiſti dura pauore
Pectora: nec lucem tenebris furtoq́; dediſti,
Aut vllis profugos curaſti prodere ſignis?
Quo modo diſcurram? quo deferar? omnia cæcis
Structa mihi latebris: nunc & mea tecta videntur
[illegible]auſa mihi, abductis vbi deſolatus alumnis
Nil habeo quod habere velim, quod dulce videnti,
Dulce laboranti non irrita gratia præſtet,
Oblectans inopem ſenſu fructuq́; peculi.
Hos vbi nunc quæram in ſtrandus? quando vel vſquam
Inueniam tales? aut vnde parabo repertos?
Quis ſolos habui contentæ ruſticus illos
Paupertatis opes? ipſos [illegible]itur mihi redde.
Nolo alios, nec eos vlla regione requiram,
Hic mihi debentur: hæc illos limina reddent,
[illegible] quibus ip[illegible]m te ſupplex adſtringo, tibiq́;
Hæreo cur quæram, aut vbi quos ignoro latrones:
[illegible] itor hic meus eſt, ipſum pro fure teneho
Cuſtodem, tu ſancte reus mihi conſcius illis,
Te teneo, tu ſcis vbi ſint, qui lumine [illegible]briſti
Cuncta & operta vides, longeq́; abſentia cernis,
Et capis includente Deo, quo cuncta tenentur.
Atque ideo oculis fures, quacunque latebra
Non tibi celantur, nec de te euadere poſſunt,
Quos etiam manus vna tenet. Deus vnus vbique,
Chriſti blanda piis, ſed iniquis dextera vindex.
Redde igitur mihi redde boues, & corripe fures.
[illegible]ed non quæro reos, abeant, non neſcio mores
Sancte tuos, neſcis male** *facta rependere, manis*
Emendare malos venia, quàm perdere pœna.
Conueniat nobis igitur, ſic diuide mecum
Quæ tua, quæ mea ſunt, indemnis ſtet mea per te
Vtilitas, iuſteq́; tuæ clementia partes
Vendicet, æquatoq; tuum libramine conſtet
*Iudicium tibi *ſoluere eos, mihi redde iuuencos.*
Forte [illegible]ue reos
Ecce tenes pactum, famuli iam nulla morandi
Cauſa tibi, accelera tantum me ſoluere curis.
Nam mihi certa manet ſententia, cedere nuſquam.
Donec ſubuenias, nec ab iſto poſte refigi,
Ni properes, iſtic deponam in limine vitam,
*Ni iam comperies, cui reddas ſero *iuuencos.* *reductos
Talia voce quidem querula, ſed mente fideli
Plorantem, totoq́; die ſine fine precantem,
Audiuit lætus non blando ſupplice Martyr,
Et ſua cum Domino ludens conuitia riſit.
Poſcentiſq́; fide, non libertate dolentis
Motus, opem properat, paucis mora ducitur horis.
Interea labente die iam veſpere ducto,
Nec precibus dabat ille modum, nec fletibus vna

A *Vox erat adfixi foribus, non eruar iſtinc,* *cauſam
*Hic moriar, vitæ niſi *cauſam protinus iſtic*
Accipiam. tandem tamen vt iam plurima tutum
Nox ſecretum adytis fieri cogebat, & ille
Temporis oblitus, damni memor, oſtia prono
Ore premens, toto prohibebat corpore clauſtra:
Sed multis fruſtra pulſatum vocibus aures
Adgreditur violenta manus, tandemque reuellit
Turba reluctantem, & ſancta procul exigit aula,
Pulſus ab æditui s flet amarius, & ſua lugens
B *Tecta petit, reſonant plangore ſilentia noctis*
Queſtibus, & magnis late loca ſola reſultant.
Donec & inuitus peruenit & atra ſilentis
Ingrediens tuguri penetralia, rurſus ab ipſo
Culminis introitu taciti, vt præſepia vidit
Nuda boum, & nullos dare tintinnabula pulſus,
Excuſſa vt ceruice boum crepitare ſolebant,
Mollibus aut lentis caua linguis æra ferire,
Armentum reduces, dum gutture ruminat eſcas:
His grauius tanquam reſciſſo vulnere planctum
Integrat, & quanquam neget ægro cura quietem,
Et vigili tamen hæc dat ſolamenta dolori,
C *Vt bubus ſtabulata ſuis loca corpore fuſo*
Preſſa ſuperiaceat, nec duro fracta cubili
Mēbra dolent: iuuat ipſa iniuria, nec ſitus horret
Sordentis ſtabuli, quia notum reddit odorem
Dilecti pecaris, nec fœtor fœtet amanti.
Si qua illi extremo tulerant veſtigia greſſu
Aſpicit, & palpante manu calcata retractans
*Ingemit & *ſpirat totis iam frigida membris,* *reſtuat.
Signa pedū, mentemque ſuam, licet eminus abſit
Corpore, ſacratam Felicis mittit ad aulam,
Felicem fletu, Felicem nomine clamans,
D *Nec deſperat opem, nec parcit fundere vota.*
Nox medium tranſuecta Polum perfuderat orbem
Pace ſoporifera, reticebant omnia ſomno,
Solum illum ſua peruigilem ſpes, curaque habebat:
Ecce repente ſuis ſtrepitum pro poſtibus audit,
Et pulſas reſonare fores, quo territus amens
Exclamat rurſum, ſibi fures adſore credens.
Quid vacua incaſſum crudeles oſtia vultis
Frāgere? iam nullus mihi bos, quid quæritis vltra?
Præuenere alii, mea tantùm vita ſuperſtes,
E *Quæ sociis veſtris vt præda caſſa remanſit.*
Dixerat hæc metuens: ſed nullo fine manebat
Liminibus ſonitus, quo crebreſcente, nec vlla
Reſpondente ſibi pulſantum voce, propinquat
Suſpenſus cunctante gradu, & dat poſtibus aurem
Sollicitam, & rimis acies per hiantia clauſtra,
Qua tenebris albus cæli color interlucet
Inſerit, exploratq́; diu, nec adhuc ſibi credit,
Quid videat. nec enim ſubluſtri lumine noctis
Pura fides oculis, dubio tamen ipſa per vmbras
Corpora pulſantum trepidos auferre pauores.

Spemque boni cœpere nouis promittere formis.
Non homines pulſare videt, ſed quod videt eſſe
Verum, non audet ſibi credere, magna profabor,
Quanquam parua Deo miracula, cui ſapit omne
Rerum animal, ſenſu quo iuſſerit ipſe creator.
Omnigenum pecus ecce gerens duce numine mentem
Par inſigne boum, non nota per auia nocte
Venerat ad notas, nullis rectoribus, ædes,
Spontè quaſi, non ſpōtè tamen, quia numinis actu,
Ereptos potiore manu prædonibus illos
Egerat occultu Felix moderatus habenis.
Et poſtquam attigerant adſueti culmina tecti
Culmina, gaudentes reditu, expertusq́; timentes
Stant memori terrore manus, quaſi ſpontè timerent,
Inſtantem ſibi raptorem, quatere oſtia iunctis
Frontibus, & tanquam manibus ſic cornibus uti,
Vt dominum excirent ſonitu: ſed territus ille,
Rurſus ve hoſtili circum ſua clauſtra tumultu,
Tuta etiam timuit, rurſus ſapientia bruto
Adſpirat pecori, cauſam ſentire morantis,
Atque intellectum Domini reſerare timentis,
Edere mugitum, de quo formidine pulſa
Panderet excluſis aditum ſecurus alumnis,
Ille inopina videns diuini inſignia doni,
Hæret adhuc, trepidumq́ue etiam ſua gaudia turbant,
Credere non audet, metuit non credere, cernit
*cominus *Coram, & caligare putat, dum reſpicit ad ſe,
Diffidit tantum ſe ſe potuiſſe mereri:
Sed contra reputans, à quo ſperauerit, audet
Credere cognoſcens Felicis geſta patroni.
Iamq́ue rubeſcebant rumpente crepuſcula mane,
Noctis & extremæ fuga rareſcentibus aſtris,
Luce ſub obſcura vel ſublucentibus vmbris,
Cœperat ambiguos rerum referare colores.
Tunc demum notà ſpecie ſibi bubus apertis,
Vt primum cœpere oculis clareſcere ſeræ,
Certior exultat remouens & peſſula clauſtris,
Oſtia laxato ſtridentia cardine ſoluit.
Dum facit hoc iuncti ſimul irrupere iuuenci,
Et reſerantis adhuc molimina præuenerunt,
Dimoto faciles ceſſerunt obice poſtes,
Oblatumq́; ſibi mox ipſo in limine regem
Cognoſcunt hilares lætum, lambuntque viciſſim
Mulcentem, labriſq́ue manus palpantis inudant,
Atque habitum totum ſpumoſa per oſcula fœdant,
Dum complectentes domini iuga chara, benignum
Molliter obnixi blanda vice pectus adorant.
Illum dilecti pecoris nec cornua lædunt,
Et collata quaſi molles ad pectora frontes
Admouet, & manibus non aſpera lingua videtur
Quæ lambens etiam ſylueſtria pabula radit:
Sed tamen hæc inter non vano corde fidelis
Ruſticus officij meminit, neque curis anhelos
Antè boues ſtabulis inducere, poſtq́ue laborem
A Atque famem recreare cibo, quam ducere ſecum Ruſticus iuuencos boues ad S. Felicis Eccleſiam ducit.
Illuc, vnde ſuos meruit: venit ergo reductos
Ducens, nec tacitis cœlat ſua gaudia votis:
Et referens denſas trahit ad ſua verba cateruas,
Ingrediturq́ue ſacras cunctis mirantibus ædes.
Quos miſer heſterno amiſſos deflerat, eoſdem
Præſentes hodie ducit, ſanctique triumphum
Martyris oſtentat populis: ducuntur & ipſi
Per medios cœtus, modò furum præda iuuenci,
Et modò Felicis ſpolium, dat euntibus ingens
Turba locum, & muto celebratur gloria Chriſti
In pecore: ille autem qui tanti muneris alto
B Cauſa fuit domino, mediis in liminibus ſtans
Flenſq́ue iterum, ſed lætitia, modo debita ſancto
Vota refert, non ære graui, nec munere ſurdo,
Munere ſed viuo linguæ mentiſq́ue profuſus,
Voce pia largum teſtatur pauper honorem:
Debitor & Chriſto ſatis iſto pignore ſoluit,
Immaculata ſua cui ſufficit hoſtia laudis.
Captiuos in ſancte tuos tibi plebe ſub omni
Victor ago, & ſimplex iterum tibi mando euendos,
Conſerua reduces, dignatus reddere raptos.
C Sed tamen in me nunc ipſum bone reſpice Martyr:
Namque vides, quid agas tibi adhuc ſupereſſe, ſed in me Ruſtico eidem viſus reſtituitur
Qui pro cæcatis oculis tua cominus adſto
Limina, nam multo merſi mea lumina fletu,
Non ſolum damno, ſed & inter gaudia plorans,
Dempſiſti cauſam lachrymarum, tolle modò orta
Vulnera de lachrymis, miſeratus ſancte meorum
Damna boum, miſerare itidem modò damna oculorum.
Donaſti reduces pecudes mihi, rurſus & illis
D Redde meos oculos, nam quid iuuat eſſe reductos,
Si languente acie præſens præſentibus abſim?
Talia præſentes populi riſere querentem.
Sed procul admotæ ſecreti Martyris aures
Suſcepere pias ab inepto ſupplice voces,
Moxque refectà ſacram ſenſerūt lumina dextram.
Inde domum gaudens oculis, bubuſq́ue receptis
Collaudante deum populo remeabat, & illum
Læta ſequebatur gemini victoria voti.

Natalis ſeptimus.

E VEr auibus voces aperit, mea lingua ſuum ver
Natalem Felicis habet, quo lumine & ipſa
Floret hyems, papulis gaudentibus. & licet atro
Frigore tempus adhuc mediis hyberna pruinis
Ducat concreto terris canentibus anno:
Iſta luce tamen nobis pia gaudia lætum
Ver faciunt, cedet pulſis à pectore curis
Mœror hyems animi: fugiunt à corde ſereno Mœror hyems animi.
Nubila triſtitiæ, ſicut cognoſcat amicos
Mitis hirundo dies, & pinnis candida nigris
Ales, & illa piæ turtur cognata columbæ,

Nec

Nec niſi vere nouo reſonant acalantida dumi,
Quæque + *Namque ſub hirſutis mutæ modo ſepibus errant,*
Mox reduci paſſim lætantur vere volucres,
Feſtum S. Felicis. *Tam variæ linguis quàm verſicoloribus alis.*
Sic & ego hunc agnoſco diẽ, quem ſancta quotãnis
Feſta nouant iuſto magni Felicis honore,
Nunc placidum mihi ver gaudẽte renaſcitur anno,
Nunc libet ora modis, & carmina ſoluere votis,
Vocibus & vernare nouis: Deus influe cordi
Chriſte meo, & ſuperis ſitientem fontibus exple.
Sed de te vel gutta meis aſperſa medullis
Flumen erit: quid enim mirum, ſi rore puſillo
Et minimam repleas animam qui corpore paruo
Factus homo, æterno compleſti ſemine mundum,
Et totum gutta ſeruaſti ſanguinis Orbem?
Adnue fons verbi verbum Deus, & velut illam
Me modo veris auem dulci fac voce canorum,
Quæ viridi ſub fronde latens ſolet auia rura
Multimodis mulcere modis, linguamq́ per vnam
Fundere non vnas mutato carmine voces.
Vnicolor plumis ales, ſed picta loquelis.
Nunc teretes rotat illa modos, nunc ſibila longis
Ducit acuta ſonis, rurſum quaſi flebile carmen
Inchoat, & ſicut præcedens fine querelam
Adtonitas rupto modulamine decipit aures.
Sed mihi iuge fluat de te tua gratia Chriſte.
Et tamen illius mihi deprecor Alitis inſtar
Donetur variare modos, & iam mihi pacta
Carmine mutatis vno licet ore Camœnis
Promere, diuerſas, quia ſemper gratia diues,
Materias miris Domini virtutibus addit,
Quas Deus in charo Chriſtus Felice frequentat,
Clara ſalutiferis edens miracula ſignis.
Cernitur illa dies ſpectari ſueta per omnem
Vipeream ſobolem, ſæuos cum dæmonas vrget,
Occultaq́ manu cum noſſet verberat hoſtes.
Sed tamen hac ipſa mirum in virtute notatur,
Quod licet in toto cruciatos dæmonas anno
Exagitet, iubeatq́ hominum diſcedere membris,
Producat pleroſque tamen, quo longior hoſtes
Pœna males agitet, velut illi qui meruere
Vaſa mali fieri, vt meritum tardante medela
Plenius omne luant decreto tempore crimen.
Siue hoc natali ſtudet indulgere diei,
Vt paucis alias det opem, quod plura benignus
Natali det dona ſuo, nam cum iſta propinquat
Dæmones torquentur grauius die feſto S. Felicis. *Elabente dies anno, tunc crebrior inſtat*
Et grauior, videas tunc ægra examina cogi
Denſius, & certam repeti prope feſta ſalutem,
Tunc ſolito grauius ſuccenſi dæmones ardent,
Flebilinsq́ vlulant, & vi maiore ſubacti
Vltima iam tormenta gemunt, nec abire ſinuntur
Exceſſu facili, ſed miris antè agitati,
Dæmonũ pœnalis mora in Aere. *Et variis male ſuppliciis tolluntur in altum*
Suſpenſi ſolito ſublimius, & patiuntur
Aeris in vacuo, vinclíſq́ue latentibus hærent
Pœnali per inane mora, per non ſua quamuis

A *Corpora vexatos hoſtes ſua pœna fatigat.*
Soluuntur pœnis, cum pœnas ferre videntur
Corpora, & immunis animæ expectant aliena
In membris tormenta ſuis, homo dæmone capto Dæmon torquetur nõ autem Dæmoniacus.
Liber agit, qui non hominis ſed dæmonis eſt crux
Hoſtis amare quid inſultas, qua ſpe vteris in nos?
Ecce redemptoris noſtri malus arte viciſsim
Luderis illuſor, dolus & tuus in tua cedit
Vincla tibi, capiens caperis, nectensq́ ligaris.
Fit laqueus laqueatus homo, & ſua præda latronem
Decipit, & capti captiuus corporis eſcam
B *Dum petit illicitam, letalem deuorat hamum.*
His etiam potiora tamen & ſpectata profabor.
Ante alios illum cui membra vetuſtior hoſtis
Obſidet, ad ſacri pia limina Martyris, ægra
Excuſſum de plebe rapi, admotumq́ ſacratis Si quando exorcizandorum Dæmonũ curam S. Martinus reciperet ſolitum accidere vt plures ſublatis in ſublime pedibus penderent nec defluerẽt tamen veſtes ſuper faciem ne verecundiam faceret nudata pars corporum narrat Gallus apud Seu. Sulp. Dial. 3.
Ante fores Sancti cancellis corpore verſo
Suſpendi pedibus ſpectantem tecta ſupinis.
Quodque magis mirum atque ſacrum eſt, nefas eſt
Veſtibus vt rigidis aut ad veſtigia ſutis (ignorare,
Corporis omne ſacrum caſto velatur aperto.
Scilicet vt diuini operis reuerentia tectis
Corporibus maneat, nec pœna dæmon in ipſa
C *Qua cruciatur, ouet nudis prodendo pudorem*
Artubus, illæſo grauius torquetur honeſto:
*Recta licet verſis ſedeant * cum tegmine membris*
Mira hæc ſunt, & magna: quis abnegat? & tamẽ v-
Nota magis, minus auditu miranda videntur. (ſu
Quamlibet & viſu reuerenda, & grandia facto,
Ergo minuta mei, ſimul & noua facta Patroni,
Auſcultate precor, Dominus quæ Chriſtus in illo
Multimoda virtute gerit, quibus omnibus vnam
Confirmare fidem nobis ſtudet, vt per aperta
Arcanum documenta Deum videamus adeſſe,
D *Reſq́ue hominum & mentes ſtudio curare paterno*
Cœleſtem Dominum, qui condidit omnia verbo.
Det mihi prima meus narrandi exordia frater
Theridius: nam quod potiuſve priuſve canendum
Suſcipiam Felicis opus, quam quod mihi tectis
Ipſe meis, quibus eſt idem Dominus diui egit? *cum tegmina.
Ex illa modo nocte diem cadit annus in iſtam.
Noſtis eum morem, vt ieiunare ſolemus Fratris Theridij læſo oculo per miraculum medetur S. Felix.
Ante diem, & ſero libatis veſpere Sacris,
Quiſque ſuas remeare domos: tunc ergo ſolutis
Cœtibus à templo Domini, poſtquam data feſsis
E *Corporibus requies, ſumpta dape, cœpimus hymnos*
Exultare Deo, & pſalmis producere noctem. Ieiunium, & Veſpere libata ſacra in Vigilia S. Felicis.
Interea meus iſte choro digreſſus amico,
Vt ſpirante foris aura depelleret æſtum
Quem fumoſa dabat ceratis cella papyris.
Porticus anguſti qua tenditur agmine tecti,
Nocte licet nullo vis lumine cæca lateret,
Hic tamen intrepido per cognita limina paſſu,
Heu nam vicini incautus diſcriminis ibat!
Cõminus in medio tecti cameram inter humumq́ue
Nutabat ſolitus lignum ſuſpendere funis,
Innectens triiugum ſupremo ſtamine ferrum,

Lucerna inſtructa ex aqua & oleo.

A *Quo vitreæ inſeritur penetrabilis anſa lucernæ,*
Auritusq́ calix tribus vndique figitur vncis.
Funditus albet aqua, ſuper vndam ſtanet olino,
Stat liquor in liquidis,ſubiecto lubricus humor
Fonte natat, neque iuncta coit miſtura fluoris.
Et mirum, quòd pingue natat, neque denſa ſolutum
Rumpit materies elementum,ſed leue craſſum
Suſtinet, vt ſolido dilutior vnda fluento,
Subſiſtensq́ oleo liquidis aqua fundamentum eſt:
Tantaq́ confuſis intus diſcordia ſuccis
Lucet, vt admiſtos videas diſtare liquores.
B *Communiq́ ſinu calicis diſcrimine claro*
**quæque.* **Quæq́ ſui laticis ſeruet natura colorem.*
Mergitur in medio plombum tripes, & canus illo
Extat apex vncti ſtipatus fomite lini.
Stupa madens liquidum tenui face concipit ignem,
Et circumfuſum ſpatio ſtagnantis olini,
In vitreis exile vadis funale coruſcat,
Et tremulo vibrans à vertice lumen acutum
Leniter vmbroſam iacit in penetralia lucem,
Et placido denſas aperit ſplendore tenebras.
Hoc tamen emenſa fuerat iam nocte remotum,
C *Productas quoniam pueris vigilantibus horas,*
Conſumpto bibulum defecerat vnguine lumen.
Sed puer, extincto abſtulerat qui lumine lychnum,
Quem deponendo funem laxarat, eundem
Neglexit ſolito adductum reſtringere nodo.
Laxior hinc humili fluitabat linea tractu,
Grata lucis inops, & cæci plena pericli.
Nam laquei ſummum dentata minantibus vncis
Armabatur, & his male tunc fuit obuia fratri
Penè male, at nutu Chriſti benè, qui benè vertit.
Feralem nobis memoranda in gaudia caſum.
D *Ergo vidente manu Chriſti, malè pendulus ille*
Per tenebras, ſolito funis ſummiſsior, infra
Aëris adſuetum ſpatium pendebat, & inde
E capitis regione pari libramine factus,
Vt ſtatus huius erat, ſecuram heu cuſpide trina
Excepit faciem venientis, & induit vnco
Occurrens oculum, teneroq́ue per intima lapſus
Mucro ſubit cilio, qua vix ſolet arte medendi
Cauta manus leuem trepido moderamine molem
Ducere, palpebramq́ leui ſuffundere tractu.
Percuſſus ſubito tam duri verberis ictu,
Exclamat, trepidasq́ue manus turbatus ad ipſum
E *Fere oculum, & pariter clauſum cum lumine ferrũ*
Continet, vt reprimat, vel ſi cadat, vti labentem
Excipiat globulum, qui luminis intima ſeruans.
Intra folliculum teretem liquido interfuſo
Sub vitrea nigri latet albus imagine pupi.
Hic veluti radix oculum ſubeunte medulla
Fulcit, & humecto venarum fomite paſcit,
Dum parili fontes oculorum ſidere conſtant.
At ſi forè graui morbo diſrupta, vel ictu
Heu male diſsiliat membrana fluentis ocelli,
Proſilit iſte globus, ſuccoq́ue relictus alente
Deſerit aridulam vacuata luce lacunam.

A *Intereà puer excuſſus clamore dolentis.*
Adcurrit, ſtratum ſomno fugiente relinquens,
Adcenſamq́ue manu prætendit ad ora lucernam.
Clauſerat hic manibus vultus, & fronte ſupina
Contigero ſimilis iuueni ſpectabat in altum,
Vt daret immotum librato corpore funem,
Vulneris arbitrio trepidantia membra gubernans,
Dum timet aduerſo vulnus deducere motu,
Captiuiq́ue oculi ex vno, quo liber agebat,
Lumine diſcrimen ſociali parte cauebat.
Nec tamen audebat ducendum attingere ferrum,
B *Ne ſimul hærentem ductu mucronis & orbem*
Extraheret: neque iam poterat ſub lumine fixi
Ferre moram teli, ſed deſperante medelam
Ex ope mortali, diuina mox ope Felix
Imploratus adeſt, quem tanto in vulnere pendens
Aduocat, & tali depromit voce querelam:
Hei mihi, quanta meos vrgent peccata labores,
Qui tantam merui plagam Felice patrono,
Vicinoq́ue ſimul, Felicis & inſuper ipſo
Natali miſer excipere! heu magno reus ingens
Crimine, quẽ tũc pœna ferit, quem ſoluere ſueuit
C *Sancte precor ſuccurre tuo: ſcio proximus adſtas,*
Et de contigua miſsis huc auribus æde,
Audiſti Felix fletum infelicis alumni,
Siue modo excælſo lateri coniunctus adhæres
Ante thronum magni Regis Confeſſor, amicus,
Pauperis aut venerande tui erans nubila vocem
Accipis aure Dei, neque temnis, ſed petis illic
Qua mihi deportes Chriſto miſerante ſalutem?
Ergo veni Felix, animæq́ue perennæ patronus,
Nunc pro corporeo medicus mihi curre periclo,
Curre precor, ſanctasq́ue manus oppone minanti
D *Lapſum oculo, & fixum quod conſpicis erue ferrũ,*
Quod propria reuocare manu non audeo, ne me
Lumine deſpoliam, dum conor ſoluere telo.
Sic etenim penitus mihi ſencio fulmen adactum
Inſerto ſub operta oculi penetralia clauo,
Vt tantum diuina manus quæ condidit ipſos
In nobis oculos, qua te quoq́ue dextra potentem
Sanifera virtute dedit, qua dæmonas atros
Excruciando domas, qua corporis omne caduci
Pellere tormentum potes alto nomine Chriſti
Omnipotente potens Domino, quo præſule nũc me
Suſcipe ſanandum, nec te mea crimina vincant,
E *Sed magis à te victa cadant, nam dignior iſto*
Vulnere ſum fateor, placidi quàm munere Chriſti.
Sed Domini ipſius verbum factumq́ue memento,
Qui peccatoris vitam moriendo redemit.
Iuſtitiæ ſi iure velis decernere mecum,
Non ſum vno tantum, ſed lumine dignus vtroque
Multari, vt talis facie ſim, qualis & intus
Corde tenebroſo, de quo male viſibus vtor
Corporeis, cæcus iuſtis, oculatus iniquis,
Et peccatorem luſcum fateor decet eſſe,
Sed recole, vt dudum cœpi pars eſſe tuorum,
Quos ego non patriæ telluris amore ſequutus,

S. Felicis innocatio ad vulneris medelam.

Cæcitas ſpiritualis.

Sed

Sed deſiderio quo me tibi ſancte dicarem
Per maris & terræ contempta pericula veni,
Exemploq́ boni cognatæ vincula terræ,
Vt tibi ſeruirem rupi conſortibus illis,
Cũ quibus & me iacto tuũ, quod & hac ope mõſtrũ,
Ne perdam tanto confixum vulnere lumen,
Da precor indigno famulo tam nobile munus
In laudem Domini: præſta hoc inſigne diei
Sancte tuo, vt confeſſa tibi, quem gloria Chriſti
Luminis æterni natalem in ſecula fecit,
Hunc habeam natalem oculi. Dum talia ploras,
Ecce manus Felicis adeſt, dubiamq́ timentis
Adſpirans tacitè firmat mentemq́ manumq́,
Ne timeas tutà auſurus producere ferro.
Vix hoc conatus fuit, & quaſi lubricus vncus
Ex oculo cadit abſque oculo, tantum vnda ſecuta
Euomuit lachrymis, quem ſuppurauerat æſtum.
Mox oculis tanti purgatus nocte pericli,
Tam puro enituit ſpeculo, quam nunc quoq́ ſanus
Cernitur æterni collucens munere Chriſti.
Et puto plus hodie ſolito niteat, quia lumen
Addidit ipſe, dies qui reddidit. Ergo fideles
Cernite nunc animis tanti diſcriminis inſtar,
Et pariter tanti perpendite muneris actum.
Vir iam maturo grauis æuo, & corpore celſus
Staminis vncino quaſi piſcis inhæſerat hamo,
Et vice ſuſpenſus lychni pendebat aperto,
Sed non ſponte aculo, quem deducebat inuncans
Subfixo clauus cilio, neque vulnus agebat
Diuina prohibente manu, quæ fecerat illic
Innocuamque aciem ferri, ſimul & leue pondus,
Qua pituita grauis, pilus intolerabilis, ex qua
Nec minimæ perferre atomum duramus harenæ,
Hac graue & incuruo quis credat acumine ferrum,
*Inſuper & lychno concretis ſordibus *vncto*
Fixum impunè diu tenuem preſſiſſe metallo, *vncus.
Pupillam, & nullo temeratum vulnere viſum,
Quæ tam ſubtilis digitis manus, aut opis arte.
Quæſe tam tenui potuit diſcrimine iunctu
Inſerere, & medio palpebræ oculiq́ ſubactum
Inter vtranque viam fragili per vtrunque meatu
Illæſo penetrans oculo ſuſpendere ferrum?
Quod ſolidi craſſo totum complebat operti
Orbem oculi, figens acie, nec vulnere lædens:
Quæ manus hoc potuit, niſi quæ man omnia fecit?*
Spiritus ille Dei penetrator vbique per omnes
Naturas rerum, tenui ſubtilior omni,
Perdita cæcatis qui lumina reddidit, & qui
Ex vtero cæcum noua lumina fecit habere,
Vultum imperfecti natura corporis implens
Arte Creatoris, quà totum perficit Orbem,
Filius ille Dei, manus & ſapientia Patris,
Omniparens rerum fons & conſtantia Chriſtus:
Ipſe illum quondam non plenæ matris in aluo
Finxerat, vt poſt hoc homo factus, & ipſe Creator,*
Hoc quoque diuinis opus admirabile ſignis *hæc.
Adderet, vt vacuos expleret viſibus orbes.

Appendix.

A *Denique humi ſputans limum facit, vnde negatos* Ioan. 9.
Naſcenti obtutus, credenti reddit alumno.
Materiaq́ eadem defecta in parte perornat
Semiperactum hominem qua toto corpore finxit,
Vt ſe ipſum noſtra veniſſe in carne probaret,
Qui cum patre Deo communis imaginis ore
Compoſitum limo, & flatu formauerat Adam.
Ipſe opifex, lux noſtra, Deus, Felicis amici
Natalem tanta voluit decorare medela.
Vt Confeſſoris meritum ſublime potenti Cõfeſſoris meritum ſublime.
Munere monſtraret non vt cumularet honorem:
Martyris, hoc opere ingentes cui contulit olim
B *Nobilibus titulis benedicto nomine palmas,*
Quas indefeſſis in eo virtutibus omni
Tempore, continuat domini clementia Chriſti,
Sed nobis voluit ſpecialem tempore in iſto
Lætitiam donare Deus, propriiq́ patroni
Tale aliquod propriis operãs ſignũ dare ſeruis, Proprius patronus.
Quo nos ſiderei proprios Felicis alumnos
Proderet, & merito illius curaque doceret
Viuere, quo noſtram ſeruans cuſtode ſalutem,
Sæpius infeſtum nocturnis caſibus hoſtem
A noſtris pariter membris & mentibus arcet,
C *Deniqúe iam noſtri gaudemus honore pericli,*
Cernentesq́ pari ſplendentem lumina viſu,
Quem penè amiſſo deformem vidimus vno,
*Lætamur *tactis hoc hoſpite fratre medullis* *teſtu.
Quem tanto ille bonis donauit munere Chriſtus.
Iure oculis hunc æquo meis, in lumine cuius
Felicis manus in Chriſto mea gloria fulget,
O Felix caſus bona vulnera, dulce periclum,
Per quod cognoui me curam Martyris eſſe.
Tanti namque fuit lumen mihi penè periiſſe,
Vt modò Felicis de lumine lumen haberem.
D

Natalis Octauus.

Ecce dies nobis anno reuoluta peracto
Illuſtrem reuehit Felicis nomine lucem.
Tempus erat lætis modo promere gaudia verbis;
Anxia ſi lætas paterentur tempora voces.
Sed tamen iſta dies licet inter prælia nobis
Lætitiæ paciſqúe dies erit, horrida longè
Bella fremant, noſtris pax libera mentibus adſit
Lætitiæ dulcem non obliuiſcitur vſum
B *Mens adſueta piis ſua ſoluere pectora votis,*
Et Domino feſtis caſtè gaudere diebus.
Quare importunam, quamuis ſub tempore mœſtó
Pellite triſtitiam, bona gaudia, dulcia verba,
Omne pium lætumqúe die Felicis amemus,
Natali ſine fine die, quia natus in iſta eſt
Perpetuis Felix ſeclis, qua corporis æuum
Functus ad æternam migrauit in æthera vitam.
Ergo metus abeant triſtes redeantq́ refectis
Gaudia pectoribus, decet omnia pellere ſanctum
Mœſta diem, tanti quem gloria Confeſſoris
Inſignem cunctis per tempora tota diebus

[illegible] etiam tẽpore celebrandi.

i lucere facit, populisq́; frequentibus ornat.
Hunc ego ſi Geticis agerem male ſubditus armis,
Inter & immites celebrarem lętus Alanos.
Et ſi multyugæ premerent mea colla catenæ,
Captiuũ animum membris non iungeret hoſtis.
Pectore non victo, calcaret triſte ſuperba
Seruitium pietas, licet inter barbara vincla
Liber amor placitis caneret mea vota loquelis.
Nunc igitur quamuis varias vaga fama per oras
Terrificis pauidas feriat rumoribus aures,
** Christo.* *Nos tamen in Domino ſtabilis fiducia * caſto*
Roboret, & recto fixis pede mentibus armet.
Nec pauor ater in hanc obducat nubila lucem,
Quam Deus ætherio Felicis honore ſerenat.
Legifer vt quondam Pharij tellure tyranni
Exod. 12. *Paſcha ſacrum Moyſes prima ſub lege dicauit,*
Sanctaq́; tunc Iudæa, domo licet impius illos
Maturare fugam valida vi cogeret hoſtis,
Libertate tamen deuoti pectoris audax,
Nec turbante metu iuſſum ſolenne reliquit:
Sed trepidans fugienſque licet, diuina peregit
Feſta, ſalutifero lætis epulatus in agno
Cœtibus, & ficto Chriſti iam ſanguine victor
Duxit ouãs lætus victo Pharaone choræas.
** Fortè etiam.* *Inde fugæ memores * & iam nunc azyma ſumunt*
Iudæi ſolo retinentes nomine gentem,
In fermentatis pulſi quia panibus olim,
Ægypto fecere fugam, paribus modò ſignis
Per patrios, ſed iam per inania ſabbata ritus
Antiqui recolunt veſtigia grata timoris,
Nam fruſtra veterem vacua ſub imagine legem
Exercent: verùm nobis quia Paſcha replenis.
Vnus pro cunctis Patri datus hoſtia Chriſtus,
Et quia corpus adeſt vitæ, perit vmbra figuræ.
Sic igitur modo nos turbato in tempore læti,
Feſti celebrati pietas fortè ſalutem dabit. *Mente pia feſtum dilecti martyris omnes*
Collatu hilarè ſtudiis pietatis agamus.
Fortè magis pietas nobis dabit iſta ſalutem,
Si noſtras ideo libeat cognoſcere curas,
Vt confeſſori lætantia corda feramus,
Cuius honore Deus gaudet, quia martyr honorem
Contempſit proprium Domini pro nominè Chriſti,
Vilior ipſe ſibi vt Chriſto precioſior eſſet,
Propterea tali placeat gaudere patrono
Natalemq́; diem ſopiti pace beata
Martyris, expoſitis lætantes ducere curis:
Hic quoque deuotis aderit, ſi fortior exter[illegible]
Nunc ad lætitiam affectus, quam cauſa timoris
Ad conſternandas obducto pectore mentes.
Credite non armis, neque viribus eſſe timendos
Allophilum populos, quos propter crimina noſtra
Offenſi mouit ira Dei, vt formidine mortis
Excitet ad curam vitæ torpentia corda.
Ergo Deum mitem ſæuo timeamus in hoſte,
Abſit vt hoſte metus: quem formidare meremur,
Negligimus: ſaltem vi compellente tremamus,
Placemus mœrore humiles quem læta ferentem,

A *Spernimus ex ipſa mox proſperitate ſuperbi.*
Priſca retractemus ſanctorum exempla parentum,
Qui merita immiſſis tolerantes verbera bellis,
Non armis ſibi nec muris capienda parabant
Præſidia, HVMANIS OPIBVS SPERARE SALVTEM NVLLA SALVS, NEC ENIM MORTEM MORTALIA PELLENT.
Ergo quia eſt curæ tempus, ſit cura precandi
Cœleſtẽ Dominum, à quo mœſta aut læta parãtur,
Qui ſolus præſtare poteſt ditione ſuperna,
Rurſus vt exactis renouentur gaudia curis.
B *Hoc etenim regit, & variat Deus arbiter vſu* *Rerum viciſsitudo ex diuina Prouidentia.*
Res hominum, vt ſemper ſuccedant nubila ſudis,
Atque iterum fugiant imbres redeunte ſereno.
Quanta precum virtus, quæ ſit medicina parenti
Flere Deo, doceat luctu ſeruata Niniue, *Ionæ 3.*
Et ſenis impenſa Moyſi prece victus Amalech, *Exod. 7*
Et maledictus Aman ſanctæ prece perdit[um] Eſther, *Eſth. 7.*
Qui bene pœnarum verſa vice, quæ male ſanctis *Vis Orationum.*
Miſcuerat ſolus bibit impius, & cruce iuſta,
Quam populo Domini præfixerat, ipſe pependit.
Ergo fides innixa Deo trepidantia firmet
C *Pectora, & in mœſto ſecurum tempore tempus*
Præſumat confiſa Deo, quia non metuẽdi *Dei metus metũ omnẽ tollit.*
Cauſa timere Deũ, quem quiſquis non timet vnum,
Omnia iure timet: fidant legionibus illi,
Perfugioq́ue parent reparatis mœnia muris,
Nulla ſalutiferi quibus eſt fiducia Chriſti:
Nos Crucis inuicta ſignum & confeſsio munit, *Crucis Confeſſio & ſignũ.*
Armatiq́ue Deo mentem, non quærimus arma
Corporis, & quanquam mẽbris videamur inermes
Arma tamen gerimus, quibus & ſub pace ſerena
Contra incorporeos animis decernimus hoſtes.
Nunc opus adiutore Deo, ſoluſq́ue timendus,
D *Quo ſine & arma cadũt, per quẽ firmãtur & arma,*
Ipſe intra muros turris tibi, qui ſine muris
Murus erit, recolamus abhinc ſignata ſacratis
Geſta patrum libris, & perſpice qui potiore
Præſidio fuerint, quos vrbs circundata magnis
Abſque Deo muris, an quos ſine mœnibus vrbis
Vallabat ſocio virtus diuina fauore.
Illam dico vrbem, quam perdidit acer Ieſus, *Ioſ. 6.*
Mutatus proprium virtutis nomine nomen,
Quanquam militiæ ſolito de more ſubegit
Vt ſolitum eſt, longa dux obſidione laborans,
E *Verum ope diuina ſacra per myſteria vibrans*
Tela, nec exercens tacitis exercitus armis
Luſtrauit ceſſante manu, ſeptemq́ue diebus
Septenos iterans ſibi circa mœnia gyros, *Septenarius numerus potens.*
Obtinuit captos numeri virtute potentis,
Atque ſacerdotum lituis clangore tremendo,
Fulmineos ſuperæ tonitrus imitantibus iræ.
Tunc qui diuitiis populus fidebat & vrbe,
Interiit, miſtis inter ſua tecta ſepulchris:
Sola Rhaab meretrix, caſtam quæ ingeſſit iniquæ *Ioſ. 6.*
Gentis fidem, non freta ſuis euadere muris,
Sed pietate Dei meritum pietatis adepta eſt.

Qua

Quæ famulis Domini tuto fuit hoſpita tecto,
Celatiſque piè ciueis illuſit iniquos,
Fraude bona fallax animo mentita fideli,
Hoſpitibus quia fida piis infida profanis
Ciuibus extiterat, vitam patriamquè domumquè
Prælato contempta Deo, mox cuncta benigno
Repperit in Domino, quæ ſi poſuiſſet in vrbe
Præſidium, patriis cecidiſſet miſta ruinis.
Indefenſa Deo meretrix, ſed myſtica Chriſtum
Ioſ.2. *Prouida pollutas empturum ſanguine genteis*
Puniceo proprium ſignauit vellere tectum.
Excepitque ſuam patria pereunte ſalutem.
Significans illos mundo labente tegendos,
Quos Crucis inuictæ ſignat cruor: hinc cape quãtũ
Ipſe cruor valeat, cuius ſaluabat imago.
Semper in omne bonum valuit confidere Chriſto.
Credere cuncta Deo virtutum, ponere ſolum
Omnis ſumma Deum, tali ſuper omnia ſemper
Arma fides valuit, tali puer ille puſillus
1. Reg.17. *Robore grandis erat: qui ſpretis fortior armis*
Perculit armatum ſimili virtute Gigantem.
Arma fide egent. *Arma fide ſemper, nunquam cognouimus armis*
Indiguiſſe fidem, rupit mare virga fidelis
Quod vacua arma fide cum principe merſit iniquo
Fœmineas quoque perſonas virtute virili
Induit alma fides, mulier qua ſancta peremit
Iudic. 4. *Terribilem Syſaram transfixum tempora palo:*
Terrentemq́ manu late populos Holofernem
Iudith13. *Arte pudicitiæ deceptum callida Iudith*
Riſit, in impuro quæ non polluta cubili
Barbara truncato victrix duce caſtra fugauit.
Nuda fides armata Deo eſt, fideiq́ vigore
4 Re.19. *Fortior Ezechias paucis, quàm millibus ille*
Iſ.37. *Sennacherim, cuius Babylon & opima Niniue*
Regnum erat, Aſsyrias vires & Medica regna
Mouerat, & magnis legionibus omnia circum
Regna terens ſacram Domini tendebat ad vrbem,
Atque vnam tota bellorum mole petebat.
Dum parat hoc bellis retinentibus impia vota
Impediente Deo, præmiſit ſcripta ſuperbis
Dura minis, quæ ſumpta dolens altaria coram
Intulit Ezechias Domino, lachrimisq́ profuſis
*melius, lachrymans. *Dum recitat fera verba *lauans proſtratus & orãt,*
Atrata cum plebe Deum permouit, & vna
Tam grauis exitij victor prece perculit abſens
Aſsyrios, pugnante Deo, compendia tanta
Promeritus, ne noſſet eum quem vinceret hoſtem;
Nam poſt Ezechiæ querulos trans ſidera fletus,
Et de corde humili miſſas ſuper aſtra querelas
Voce pia impulſis ſummi Patris auribus, altæ
Vt patuere fores cœli, delabitur ales
Angelus alatus. *Angelus halantem qua labitur aëra ducens,*
Armatus Verbi gladio ferit impia caſtra,
Et ſopitorum taciturna ſtrage triumphans,
*vno *Centum octoginta dedit *vini millia leto,*
Et nox vna fuit tam magni conſcia belli.
Mane minax rex ſurgit adhuc, & mox miſer armis

A *Milite deleto vacuis fugit agmine raro,*
Ezechiam fugiens alio procul orbe diremptum,
Cui modo præſenti fuerat ſua vincla minatus.
Tunc velut Ezechiæ fuit interuentor Iſaias, 4 Re.20
Ad dominum nobis iſto ſit tempore Felix,
Iactemus noſtras & transfundamus in ipſum
Curas atque metus: leuis illi ſarcina noſtrum
Pondus erit, quia quod paruis oñ, hoc leue magnis,
Sic Deus ipſe hominum geſſit peccata, nec hauſit.
Et mortem paſſus non pertulit in cruce culpam:
Perdidit ille, meam repararet vt in cruce vitam,
B *Ille reus factus, ne ſim reus inter iniquos,*
Condemnatus obit, nos vt diſcernat iniquis:
Morte pia Dominus mihi mortuus, vt ſibi viuam,
Et merear ſemper viuentis viuere vitam.
Sic potiora eius venerando in corpore membra
Martyris, in quibus eſt inſigni robore Felix,
Inter diuini capitis ſacra lumina fulgens,
Iure Deo validi quia Chriſto proxima paſsi.
Concurramus ad hunc ſpe conſpirante patronum,
Suſcipiat noſtras placida pietate querelas,
Et dum Natalem ipſius celebramus ouantes,
Ille preces noſtras meritis pius adſeret altis,
C *Inquè vicem flebit nobis, quia mente dicata*
Nos lætamur ei: non eſt cura hæc noua ſanctis Sanctis noua cura non eſt,
Exorare Deum pro peccatoribus ægris, Deum pro nobis exorare
Viq́ boni meriti meritum ſuperare ſiniſtrum. Vis boni meriti.
Sic legimus Moyſen populo peccante precatum Exod. 32.
Extinxiſſe graueis æterni Vindicis iras:
Et quum Pentapolim perfunderet igneus imber, Gen. 19.
Exiguam Segor Sodomis ſecernit iniquis
Lot fugiens, caſtaq́ potens prece liberat vrbem,
Electamq́ domo ſumit, quia ſede pudica
Integer inceſtæ permanſerat incola terræ
D *Permixtus Sodomæ tectis ſed moribus exter.*
Quid loquar Heliæ precibus clauſum atq́ recluſũ 3. Re.17, 18.
Cœlum, & ſanctiloquo ſublimis in ore prophetæ
Terrarum manſiſſe famem, rediſſe ſalutem.
Vt quondã hos habuit vetus ætas, ſic modo noſtra
Felicem ſortita ſalus, petat omne quod audet,
Quodq́ cupit tali ſperet confiſa patrono.
Sancte Deo dilecte Dei tu dextera Felix, Inuocatio S. Felicis.
Eſto precor nobis en muniſsima turris,
Nam Deus Abraham Deus eſt tuus, & Deꝰ Yſac,
Et Deus Iſraël Deus eſt tuus, ille rubentis
E *Diuiſor pelagi & dulcator fontis amari:*
Ille dator Mannæ cœlo dator Ortygis Auſtro,
Et ſitientis humi percuſſa rupe rigator:
Ipſe tuus Deus eſt, qui per deſerta ſequentem
Præceſſit populum & prætentam nocte dieq́
Temporis alterna mutauit lege columnam:
Quiquè quater denos inter Deſerta per annos;
Angelico plebem de cœlis pane cibauit,
Et rupta in fluuios ſitientem cote refecit.
Poſce precor placidum noſtris accedere Chriſtum
Partibus, ipſe tuus Deus eſt, quo fortis Ieſus
Stare ſuit iuſsit Solem, Lunamquè triumphis,

*Et tibi, *quem dominus Romani proſpera regni* * Forte cum.
Adnuerit, famulis elementis, præcipe Felix
Ad noſtrum ſeruire bonum: procedat & aſtris
Stantibus aucta dies, Sol ſtet tibi Lunaq; concors,
Hæreat obfixo ſuſpendens ſidera curſu,
Dum Romana ſuum capiat victoria finem.
Sicut in Aſſyria Daniel Babylone leones
Effuſa domuit victor prece, ſic tibi Felix
Effera Barbaries Chriſto frangente dometur.
Et tua captiui iaceant veſtigia circùm.
Ceu quandoque feræ circum iacuere prophetam,
Orantiſquè pedes linguis mulſere benignis,
Dan. 7. *Naturam mutante Deo, vt damnaret acerba*
Mente feros homines humana pace ferarum.
Dan. 3. *Sic & crudelem confudit flamma tyrannum,*
Sanctis ſpectantem pueris ſeruire caminos,
Innocuos cantare, reos ardere miniſtros.
Quónam ſe miſeri poterunt defendere reges,
Qui tam degeneres humanæ mentis in illos
Sæuierint, quibus & feritas & flamma pepercit:
Sed velut æternos pueris recinentibus hymnos,
Roſcidus accenſos diſcuſſit ſpiritus ignes:
Sic nobis placido Felicis gratia flatu,
Adſpirante Deo bellorum temperet igneis,
Ortaq; Romuleis reprimens incendia terris,
Sollicitos placida iam pace refrigeret æſtus,
Feſſaque reſtinctis abſoluat pectora curis.
Sed cur inſipiens tanquam tibi ſim rudis hoſpes,
Oblitusq; tui veterum te poſco parentum
Exemplis, vt opem tribuas in rebus egenis,
Quam tibi dante Deo facies tu cedere nobis?
Sat mihi ſunt Felix virtutum exempla tuarum,
Nec tibi pauperior Chriſtus cœleſtia fundit
Munera, quā patribus quorū generoſa propago es.
Nam patriarcharum Felix & filius æquè
Stirpis Apoſtolicæ es, tanti non degener hæres
Seminis, vt ſancta Legis fideiq; probatæ
Confeſſor patrùs virtutibus æmula ſanctus
Signa geris, nec ſi ſpecies operum tibi diſpar
Non ſimilis virtus, diuerſa eſt gratia vobis,
Gloria par, quoniam ſanctis fons omnibus vnus,
Martyribusq; ſacris opera vt diuerſa fuerunt,
Tempora nec coëunt ſignis diſtantia cauſis
Geſta Dei per dona ſibi cœleſtia diſtant
Æquales meritis: ſi non eadem omnia Felix
Quæ Daniel geſſit, vel pertulit, & lacus iſtum
Non habuit, nec terribiles cinxere leones,
Nec Daniel eadem pro nomine paſſus herili eſt,
Verbera, vincla, metus, & noctem carceris atri,
Quæ Felix horrenda tulit. Qui roſtra ferarum
Clauſit adoranti faciens manſueta prophetæ,
Qui fecit tepidos pueris orantibus igneis,
Humidaq; in mediis dedit indumenta caminis!
Ipſe dedit celſo Felicem iure potentem
Peſtiferis Sathanæ legionibus imperitare.
In quibus iſte feras omneis compeſcit & igneis,
Nam quæ non ſerpēs, quæ nō hæc bellua turba eſt?

A *Denique de multis vnum loquar, vt ſit ab vno*
Diſcere dæmonius ſenſus conſtare feruos.
Quidam homo non longum tempus tam prodigiali Dæmoniacus vorax curatus à S. Felice.
Dæmone diſtentus fuit, vt iam non modò notos
Ille cibos hominum, vel ſi congeſta daretur
*Multa menſa *dapeis inſacili conſumeret hauſtu,* * dapem.
Verum & gallinas habitantum limine raptas,
Mox vt ſuſtulerat rapido diſcerperet ore,
Et pluma incoctas non ſuffocante voraret.
Quin & funeream ſaniem ſitiebat & oſſa.
Lambebat pecudum, proiecta cadauera lambens,
B *Obſcœnus conuiua canum: hic modò dæmone *tēto* *canto.
Sobrius ecce procul conductum exercet agellum,
Et curante Deo ſancta Felicis in aula
Redditus ipſe ſibi, claro ſatis indice monſtrat
Felicem meritis & Chriſti nomine fortem
**Immites domitare feras, & vincere flammas:* *immanes
Dicite qui teſtes operum Felicis adeſtis.
Nonne feras ignesq; domat, cùm dæmonas vrget,
Qui vitiis animas, & morbis corpora frangunt
Peccatiſquè vorant? iſtos crucianſquè, fuganſquè,
Nonne feras igneſquè domat? fremit igneus vltor
C *Agminis igniferi Felix flammamque nocentem*
Opprimit igne Dei, tenebrarum vincitur ignis.
Luminis igne pio dæmon fugit, & Deus intrat,
Et fit homo bene verſa domus felicior aula
Poſſeſſore Deo tetrum inficiata colonum.
Candidus & medicans ſignis Deus hoc meus igne,
Feruet, vt incenſum reſtinguat dæmona Felix,
Laxatumquè hominem flagrante refrigeret hoſte.
Mira manus, ſic virga potens & celſa poteſtas
Intra vnum miſtis inimico fœdere corpus,
Spiritibus Felix interuenit inter operta Exod. 15.
Pectoris, & tenueis dirimit ſubtilior auras Num. 33.
D *Dæmone diſcernens animam, quo libera pulſo*
Mens hominem recipit: par hoc operi eſt opus illi
Quo myrrham triſtem ſacri dulcedine ligni,
In populi potus crucis immutauit imago:
Sic Felix pietate potens, quia nobilis altæ
Confeſſor crucis eſt, ipſum quaſi triſtia myrrhæ
Pocla hominem mutat, qui nunc inflatus acerbo
Dæmone, vipereum per ſpumea labra ſaporem
Concuſſu laterum & ſingultu gutturis ampli
Sæpius adſiliens flatus ructabat amaros:
Iam totus vel ſolus homo in ſua iura reuerſus
E *Dulce ſapit, ſanum ſpirat, placidumquè profatur,*
Ergo & Felicem virtutis dextera cingit,
Inde potens varias tenebroſi principis arteis Exod. 7.
Deuorat vt magicos Moſeïa virga dracones.
Cernimus ecce pares Domini cæleſtis adeſſe
Ad meritum Felicis opes, operum quoque formas
Congruere, & quæcunque patres in corpore ſancti
*Ediderint *documenta Dei, ſine corpore viuum* *decimēta
In Chriſto Felicem agere, inſigniq; potentem
Mente animam poſiti dum corporis oſſa quieſcūt,
*Ante diem *reditis claris prætendere ſignis,* * reditus.
Qualem pro meritis ſit geſtatura coronam,

Cum

Cum ſteterit totus redimito corpore Felix.
Omnes, quiſque ſuo radiabunt lumine ſancti,
Diſsimili fulgore pares, nec iudice Chriſto
Alter in alterius meriti diſpendia creſcent:
Chriſtus erit cunctis regnum, lux, vita corona.
Cernite diſtinctos actus, ſed honore iugatos
Teſtamentorum veteriſq́; noniq́; magiſtros,
In quibus vna dedit geminas ſapientia leges.
Atque ita virtutes varias par gloria penſat,
Non Petrus irrupit virgâ mare, ſed neque Moſes
Matt. 14. Exod. 14. *Æquoris inceſsit liquido, tamen vnus vtriſque*
Fulget honos, vnus quoniam fuit auctor vtrique,
Scindere aquas virga, pedibus calcare fluenta,
Qui Deus eſt veterum, in ſanctis Deus ipſe nouorũ:
Quo data lex Domino eſt, ex ipſo gratia venit
Ille Deus Danielis & ille trium puerorum,
*Ipſo. *Felicis Deus ipſe Deus, nec ſe minor* ipſe eſt*
In ſancto Felice Deus, per quem bona dona
Et medicas exercet opes terraq́; mariq́;.
Omni namque die teſtes ſumus vndique crebris
Frequentes peregrini ads. Felicis aram. *Cœtibus aut ſanos gratantia reddere vota,*
Aut ægros varias petere ac ambire medelas.
Cernimus, & multos peregrino à littore vectos
Ante ſacram ſancti proſtratos martyris aram,
Dum referunt grates tolerata referre pericla,
Teſtantes validis colliſa naue procellis,
Se raptos miſerante Deo Felicis, vt ipſa
Educente manu, maris emerſiſſe profundo
Et deſperatam placidos cepiſſe ſalutem,
Felicis meritis & aquas & cedere flammas.
Præterita vt taceam meriti documenta potentis
Nouimus experti, pauarè terrore recenti
Vibrat, adhuc memores animos recolentibus illa
Quæ tulimus penè abſumptis incendia tectis,
Quamlibet extinctæ recalent veſtigia flammæ,
Mentibus & magni cumulant Felicis amorem,
S. Felix viſus præſens, arcere incẽdia. *Quem propè corporeo præſentem vidimus actu*
Obiectare manus flammis & noſtra tueri
Limina iuncta ſuis, quæ tanquam territa Sancti
Obſtantis facie, propè tangens flamma pauebat,
Pulſaq́; de noſtri rapiendo culmine tecti
Cominus in tuguri vicina ſtrage perarſit.
Mira loquar, ſtetit immotus ſine flatibus æther,
Nec nemorum folijs vllum dedit aura tremorem
Ne poſſet rapidus procedere longius ignis
Per contexta volans ſociarum tigna domorum,
Sed ventis deſerta cadentibus ire negaret
Flamma & conſumpto moreretur languida paſtu:
Conſimili, modo nos Felix, ape, ſolue periclis
Nec domibus noſtris propent mala, pulſaq́; per te
Horrida ſanguineo longe ſonet ira flagello.
S. Felicis virtute, Torrentis fluxus alio deriuatus. *Illam etiam virtutem arcendis indue bellis*
Qua male labentem vicinis montibus amnem,
Qui ſubitis aucto pluuijs torrente redundans.
Sic tua præcipitans in limina ſæpe ruebat
Vt tectis coniuncta tuis habitacula vaſtis
Quaſſaret violentus aquis, ita flumine verſo
A *Feciſti mutare vias vt nunc nouus illum*
Alueus inſolita ducat regione furentem,
Noſtraq́ue longinquo vitantem tecta meatu: Oratio ad S. Felicẽ vt bellorũ pericula auertat.
Sic modo belliſono venientes flumine pugnas,
De noſtris auerte locis, manus impia ſacris
Finibus abſiſtat, quibus eſt tua gratia vallum:
Atque tuam timeant hoſtes quaſi dæmones aulam,
Nec cruor hæc violet, quæ flãma vel vnda refugit. Dæmones.

NATALIS NONVS,

De Aduentu Nicetæ Epiſcopi è Dacia, qui ad Natalem S. Felicis occurrerat.

B

NAſcere quæ tardo ſemper mihi redderis ortu
Mox & in occaſum properans fugis, ægra
Ales abire dies: nam te per longa morantem (redire;
Tempora dum tardi niteus rota vertitur anni,
Suſtineo intentis adſecto pectore votis.
Quam cuperem totis mihi prælucere diebus.
Vel ſi quando venis ita compenſare moras, vt
Æſtiuis paſſes ſpatiis producere lucem,
Aut illum penſare diem, qui ſiſtere iuſſis Ioſ. 10.
C *Sideribus longo laſſauit lumine Mundum,*
Humanos duplicans dilata nocte labores.
Nunc te chara dies rapido nimis aëre nobis
Temporis hyberni lex ſubtrahit, & breuiatas
Cogit hyems horas, cita lumine, pigra tenebris.
Sed bene, quòd tibi Sol Felix, cui gratia perpes
Illuſtrante micat Chriſto, propriumq́; coruſcat
Natali iubar ipſe ſuo, neque conditur vnquam
Caſibus occiduis æterni ſplendor honoris.
I fugitiua dies, elabere non reuocaba,
Nec te iam querar eſſe breuem, quia te ſine Felix
Semper inextincto præſens mihi lumine fulget;
D *Si natalis abeſt plus eſt quòd iugiter ipſe*
Lux huius Natalis adeſt, nec enim ille die fit
Sanctus, cuius honor celebrandi cauſa diei eſt.
Quod ſi Natalem reliquis præſtare diebus
Turba facit ſolito, quæ denſius ad ſacra currit.
Limina conferta prope ſemper plebe videmus
Natalem Felicis agi, nam quæ rogo votis
Caſſa dies oritur, vel magnis rara cateruis?
Sed tamen hanc ſpeciale decus retinere fatebor
Iure diem, expleto quondam qua contigit æuo
Ponere terrenos habitus & in alta vocari
E *Sidera Felicem retinendum ſede beata.*
Firmat enim ratio iſta fidem, quæ tempora certis Dierum feſtorum obſeruatio firmat fidem.
Diſtinguit titulis, ſacroſque per annua ſignat
Feſta dies, quibus ante Domini miracula quondam
Antiqui tremuere patres, horrenda ſiniſtris,
Et ſemper celebranda piis, quia commoda ſanctis,
Dura fuere malis, teſtis Memphitica tellus,
Et mare tunc factũ ſanctis humus, æquor iniquis?
Cæteraq́; his paria Ægypto multaq́; per oras
Geſta Deo, memori nobis recoluntur amore.
Sic æquè diuina feruntur munere Chriſti.

Vt veneranda dies cunctis, qua virgine natus,
Pro cunctis hominem ſumpſit Deus, vtq; deinde
Feſtum Epiphaniorum. Qua pueruni ſtella duce myſtica dona ferentes
Supplicïter videre Magi, ſeu qua magis illum
Iordanis trepidans lauit tinguente Ioanne,
Sacrantem cunctas recreandis gentibus vndas:
Siue dies eadem magis illo ſit ſacra ſigno,
Quo primum Deus egit opus, cum flumine verſo
Permutauit aquas prædulcis nectare vini.
Quid paſchale epulum? nam certè iugiter omni
*oris. Paſcha die cunctis Eccleſia prædicat *horis.
Feſtum Paſchatis. Conteſtans Domini mortem cruce de cruce vitam:
Cunctorum tamen hoc magnæ pietatis in omnes
Grande ſacramentum præſcripto menſe quotannis,
Totus vbique pari famulatu Mundus adorat,
Æternum celebrans rediuiuo corpore Regem,
Feſtū Pẽthecoſtes. Hoc ſolenne dies ſequitur, ſeptem numeramus
Hebdomadas, & lux populis feſtiua recurrit
Qua ſanctus quondam cœlo demiſſus ab alto,
Spiritus ignito diuiſit fulmine linguas,
Vnus & ipſe Deus diuiſa per ora cucurrit,
Omnigenasq; vno ſonuit tunc ore loquelas,
Omnibus ignotas tribuens expromere voces,
Quiſque ſuam vt gentem peregrino agnoſceret ore,
Forte melius: Externo que ſuā reſciret, &c. *Externamq; ſuo neſciret in ore loquelam.
Barbarus ipſe ſibi non notis nota canebat
Verba ſuis aliena loquens, ſed in omnibus vnum
Voce Deum varia laudabat ſpiritus vnus.
Vt citharis modulans vnius verbere plectri
Diſſona fila mouet, vel qui perſlantia textu
Labra terit calamis, licet vnum carmen ab vno
Ore ferat, non vna ſonat variosque magiſtra
Temperat arte ſonos arguta foramina flatu,
Mobilibusque regit digitis clauditq; operitque
Vt rapida vice dulcis eat redeatque cauernis,
Currens Aeolio modulabilis aura meatu,
Explicet irruptos animata vt tibia cantus:
Sic Deus omniſonæ modulator & arbiter vnus
Harmoniæ, per cuncta mouet quam corpora rerū,
Et naturæ opifex Deus omnis & artis, in omni
Fons opere & finis, faciens bona factaq; ſeruans,
Ipſe manens in ſe media pietate viciſſim,
Qua Pater in Verbo, qua filius in Patre regnat,
Quo ſine nil factum, per quam ſata cuncta in eodē
Conſiſtunt, idem nouat omnia principe Verbo,
Qui cruce purpurea pretioſi ſanguinis aſtra
Arduus aſcenſu volucri penetrauit in alta
Nube ſuper Cherubin volitans, ſeditque parenti
*indeſuis Dexter & *in fernos cœleſtia dona profudit,
Spiritum ab vnigena ſanctum & Patre procedētē.
Qui Deus ipſe Deo veniens licet adſit vbique,
Conſpicuo tamen adlapſu ruit igneus illic,
Pubis Apoſtolicæ concors vbi cœtus agebat.
Act. 2. Moxq; nouo ſonitu multis ex vrbe coactis,
Omni ex gēte viris ſedit quaſi flamma per omneis,
Et ſimul in cunctis ſpiramine diſſonus vno,
Vt Lyricas facili modulatus pectine chordas,
A Diuiduis eadem cecinit præconia linguis,
Incutiens varias humana per organa voces.
Talis vbi lectas impleuit crapula mentes.
Ructauere ſacras ieiuno gutture laudes,
Ebria corda Deo, qui me miſeratus ab iſto
Nomine potabit, quod ſobriat ebrietate.
Ergo velut cœlum ſtellis, vt floribus arua
Temporibusq; annos Dominus, ſic ipſe diebus
Tempora diſtinxit feſtis, vt pigra diurnis
Ingenia obſequiis ſaltem diſcrimine facto
Poſt interuallum reduci ſolennia voto
Sancta libenter agant, reſidesq; per annua menteis Feſta cur à Deo inſtituta ſint.
B Feſta parent Domino: quia iugiter intemeratos
Iuſtitiæ ſeruire piget, delinquere ſuetis,
Parcere peccato labor eſt, decurritur omni
Valle, per aſcenſum non eſt euadere curſu:
Hinc via labendi procliuior, & via vitæ
Durior, illa capax multis, hæc ardua paucis,
Inde bonus Dominus cunctos pietatis vt alis
Contegat, inualidis niti virtutis ad arcem,
Congrua ſanctorum dedit interualla dierum,
Vt ſaltem officiis mediocribus vltima Chriſti
Veſtimenta legant, & eos ſacra fimbria ſanet Matt. 16. Mar. 6.
C Qui non extorres penitus regione ſalutis
Intra perpetuæ ſtabulant præſepia vitæ,
Longinqui primis non longo fine ſecundis.
Primus enim gradus eſt cœlo, pertexere cunctos Gradus Pietatis.
Continua bonitate dies, & tempore toto
Paſcha ſacrum Chriſti cultu celebrare pudico.
Quòd ſi miſta ſeges tribulis mihi germinat, & cor
Incultum ſtimulat terreni ſpina laboris,
Vel feſtis Domino ſtudeam me offerre diebus,
Vt vel parte mei tangam confinia vitæ,
Corpore ne toto trahar in conſortia mortis.
D Quanquàm igitur iugi, nos qui ſtatione propinqua
Adcolimus, ſancti potiamur honore patroni,
Quem & ſine Natali deuota frequentia ſemper
Concelebrat, tamen vt proprij per herilia vernæ
Feſta relaxemur curis & vota canamus,
Huius lætitiæ princeps pſallentibus ibo
Fratribus, & ſocium ducam quaſi ſignifer agmen,
Nam licet e varia populi regione frequentes
Comparibus votis hodie pia gaudia fundant:
Me tamen vberius decet atque inſignius iſto
Exultare die, quia nemo obſtrictior eſt me,
Debitor huic cui priuato ſpecialius aſtro,
E Iſta dies tantum peperit ſine fine patronum.
Salue chara dies, ſalue mihi lux mea, ſalue
Semper feſta mihi: ſed in hoc mihi clarius anno
Orta refulſiſti, quia cum Felicis honore
Nicetan reuehis, ſanctorum vt amore duorum
Binum habeam Natalē hodie, quo corpore ſumpti
Martyris exceſſum celebrans, & corpore promptè
Ecce ſacerdotis reditum ſatiatus adoro,
Suſcipiens humili metantem in pectore Chriſtum.
Exultet mea nunc anima, dicatque quod olim
Sponſa canebat amans Domino vocalis amanti:

Imber

Cant. 2. *Imber abit, diſceſsit hyems, vox turturis altæ*
In noſtra tellure ſonat, dat vitis odorem,
Florida & in terris miramur lilia cœli.
Vnde repentè precor verſa vice temporis æther,
Ver agit & gelidis flores viſuntur in agris?
Iunctus adeſt Domini Chriſti comitatus amicis
Nicetes, hinc vernat hyems, hinc vndique nobis
Spirat odoratos vegetabilis aura vapores,
Hoc de corde venit benedicti ſpiritus agri.
Vita pudicitiæ, & liquido mens candida vero,
Nicetam faciunt flores, & aromata verna,
Munere quid tanto dignum vel corde vel ore
Pauper & inſipiens & paruulus edere poſsim?
Ipſo nunc Felice opus eſt, & in hoc mihi munus
Sumat, vt à Chriſto mihi quas impertiat ipſe,
Vt dignè ſibi grater opes, & nunc mihi vellem
Viua perennis aquæ manarent flumina venere,
Vt non ore meo, ſed Chriſti munere poſſem
Lætitiam enarrare meam, quæ munere Chriſti
Vberius ſolito placidum mihi tempus inundat,
Natalemq́; mihi duplicat Felicis amore.
Multiplici video præſenti lumine coram
Niceten rediſſe mihi viſoq́; parente,
Cuius præ cunctis amor in me regnat, & ipſe
Nicetes ſio benedicti nominis inſtar,
Mente gerens, quæ nunc voto victore triumphat,
*Hinc ego. *Ergo conſpiciens hunc longo tempore longe*
Natali veniſſe tuo clariſsime Felix,
Nonne tua ducente manu aduectaſſe fatebor?
Nam quis tam claro poterit non cernere ſigno
Hoc prece proueniſſe tua, vt quod ſumere votis
Vix poteram, aut ipſo ſaltem mihi fingere ſomno,
Nicetam rurſus coram Felicis in ipſo
Natali viſu ſimul amplexuq́; tenerem,
Atque iterum ſub eo canerem mea debita Felix
Auditore tibi ſed quid faciam, rogo? pauper
Diuitis adſideo menſæ, & miſer audeo magnis
Inſertare manum dapibus, neq́; cogito, quod me
Talia conſimili vice qualia ſumo parare
Conueniat, dignoq́; iſto dare iudice verbum.
Quare inopi da ſancte tuo, vt te digna patrono,
Et pariter condigna tuo loquar vſus amico,
Poſco tuos Felix tecum ad tua vota parenteis,
Quæ tua vota loquor mea ſunt, & verius hæc ſunt
Vota mea, ac tibi celſus honor terrena recuſat
Gaudia, ſed quia noſtra tuæ ſunt gaudia palmæ,
Vt tua digneris tibi ducere vota tuorum:
Ergo tuos etiam Felix imploro parentes,
Hic quoq́; ades mihi nunc poſcas vt adeſſe vocatos,
Qui colitis lætos paradiſi cœlitis hortos,
Quiq́; ſub excelſa Domini requieſcitis ara,
Pulcher Apoſtolici chorus agminis, & patriarchum
Gens prior, ambo chori procerū quos agmine bino
Per duodena Deus ſignauit nomina patres,
Gentibus & populis regnum ad cœleſte vocandis.
Vos etiam ſancti ſupplex depoſco prophetæ,
In noſtra qui carne Deum fore præcinuiſtis.

A *Vos quoque corporibus cæſis & ſanguine fuſo*
Occiſum & viuum teſtati martyres agnum,
Omnes diuinis à fontibus vna propago,
Quos pius Abraam, ſacer Yſac, leuis Iacob,
*Progenuere Deo *per non numerabile ſemen,* *inenarrabile.
Et bifidum meritis cœleſtibus atq́; caducis
Æquantes his aſtra poli, his telluris harenam.
Credo equidem vos officio pietatis ad iſtum
Vndiq́; conueniſſe diem Felicis amore,
Vt Confeſſoris ſocij celebretis honorem.
Non autem tanti mihi ſum præſumptor honoris,
Vt ſanctos idcirco meis modo protinus omnes
B *Senſibus adſpirare precer, quaſi munere tanto*
Dignus, vt illa meo reſonet vox turturis ore,
Quam totum tellus audiuit læta per orbem.
Sed quia vox diuina decet Felicis honorem,
Et quia Nicetes Domini puer atque ſacerdos
Longinqua tellure mihi modo miſſus ad iſtum
Ecce diem venit, vir tam bonus ore magiſtro,
Quam ſacer eſt victore animo vel corpore victo.
O mihi fulminea Cherubin ſi forcipe ſumptum
Carbonem ex ipſa Domini procul hac ferat ara,
Et peccatoris male pinguia labra perurat,
C *Vt defæcato concretis ſordibus ore,*
Non vt ab ore meo, ſed vt auditoris ab ore
Ipſius hauſta meo depromam dignius ore,
Nec peccatoris ſtolidi ſermo aſper & æger,
Et violet caſtas & doctas vulneret aures!
Sed quoniam lateri meus aſsidet ipſe magiſter,
Cominus è regione ſitum venerante frequenter
Lumine conſpiciam, forſan ſapientes ab ore,
Vt quondam effœtæ pecudes paſtoris Iacob Gen. 30.
Concipiam ſterili fœcundos pectore ſenſus.
Namque & Nicetes Domino benedictus vt ille,
D *Mitis vt Iſraël, ouibus quoque paſtor & hœdis,*
Ante lacum viuentis aquæ, ſed & hic & etiā treis
Corde pari trina ſibi legit ab arbore virgas,
Queis in aqua poſitis pecus educat & coëunteis
Ingrauidat virgisq́; tribus concepta colorat,
Vt de interraſa variatis cortice virgis,
Inſignita gregi ſancti fœtura probetur.
At pecori Laban non eſt nota, ſed nota vitæ,
Nam nota mortis erit Chriſto non eſſe nouatos.
Sic animas ſteriles in nomine gratia Trino
Innouat, & verbi coitu vir ſpiritus implet,
Conceptosq́; Deo notat intro Eccleſia fœtus
E *Virgineo fœcunda* viro materq́; ſalutis,* *vtero.
Dum virgis intenta tribus bibit vuida verba,
Semina, & internus ſignatur lumine vultus,
Hinc ſterilis peperit ſeptem & defecit abundans
Dilatante Deo tenueis, tenuante ſuperbos:
Sic ego Niceta viſo quaſi fonte reperto,
Sicut ouis ſitiens ad viua fluenta cucurri
Aridus, & ſenſi mea protinus vbera tendi,
Attenensq́; diu paſcentis ora magiſtri,
Inſpexi docto varias in pectore virgas,
Conſpectumq́; bibi per lumina fixa colorem,

Et me diuinis ſparſit mens roſcida guttis.
Sed tamen in tribus his quia venit mentia virgis,
Si placet inſpiciamus adhuc myſteria regni.
Gen 30. *Treis patriarcha ſibi trina legit arbore virgas,*
Spirātem ſtoracū, leuē platano, nuce firmam: (ſtus,
Spūs in platano eſt, virgo in ſtorace, in nuce Chri-
Nam patulos platanus ramos expandit in vmbras,
Sanctus in vmbrata formauit virgine Chriſtum
Spiritus: & ſtoracu puto virga ſit arbore Dauid,
Prompſit odoratum quæ virgo puerpera florem,
Virga nucū Chriſtus quoniā in nucibus cibus intus
**Chriſti* *Teſta foris, *ſed amara ſuper viridi cute cortex.*
ad nucem *Cerne Deum noſtro velatum corpore Chriſtum*
cōparatio. *Qui fragilis carne eſt, verbo cibus, & cruce amar⁹*
Dura ſuperficies, verbum crucis. & crucis eſca eſt,
Cœleſtem Chriſti claudens in carne medullam.
Sed cruce dulcis item, quia protulit arbore vitam,
Vita Deus noſter, ligno mea vita pependit,
Vt ſtaret mea vita Deo: quid vita rependam
Pro vita tibi Chriſte mea: niſi forte ſalutis
Accipiā calicē, QVO TE MEA DEXTRA PROPINET,
Vt ſacro mortis precioſæ proluar hauſtu.
Sed quid agā? neque ſi propriū dem corpus in igneis
Vileſcamque mihi, nec ſanguine debita fuſo
Iuſta tibi ſoluam, quia me reddam tibi pro me,
Et quicquid ſimili vice fecero ſemper ero impar
Chriſte tibi: quia tu pro me mea non tua Chriſte
Debita ſoluiſti, pro ſeruis paſſus iniquis.
Quis tibi penſet amor? Dominus mea forma fuiſti
Vt ſeruus tua forma forem: & res magna putatur
Mercari propriam de re pereunte ſalutem:
Mercari *Perpetuis mutare caduca, & vendere terram,*
propriam *Cœlum emere! ecce Deus quando me carius emit*
ſalutem. *Morte crucis, paſſus, deiectus imagine ſerui*
Vt viles emeret precioſo ſanguine ſeruos.
Sed quid agam toto temerarius euehor alto,
Auſus in excelſum fragili me credere penna?
Martyris egregij natalem, qui meus eſt mos,
Materia leuiore canens in ſumma repentè
Emicui, ſuper aſtra volans, mentemq́ue procacem
Ad rerum fontem miſſo ſermone tetendi,
Vnde mihi hos animos? quæ me leuat aura ſuperbū?
Nō agnoſco tumēs mea pectora? maior agit mens:
Sentio Nicetan qui proximus adſidet, & me
Tangit, & adiuncto lateri vicinus anhelat.
Acer anhelantis iuxta me ſpiritus intrat,
Inſolitumque potens meditantis ſuſcitat ignem,
Frigenteis animas admoto fomite vibrans.
Sed reprimam tumidos flatus, nec magna ſuper me
Exiguus ſpirabo loqui, referarq́ue relicta
Paruus humo, & plano modici pede carminis ibo.
Quamuis Felicis meritum ſublime profari
Non poſsim ſine laude Dei: tu ſancte paterno
Suſcipe me Niceta ſinu, & dum pectore ducto
Suſtineor, caput in blando mihi corde reclinans,
Sal tuus inſulſum me condiat, & ſitientes
Diues vena riget riuo mihi perpete ſenſus.
Dicam iterū gaudens & adhuc vix muneris huius
A *Credulus, ingeminabo rogans, dic quæſo rediſti*
Teq́ue ipſum teneo Nicetaq́ue in quo hactenus æger
Noctes atque dies animo tabente pependi,
Veniſti tandem quarto mihi redditus anno.
Sed grates Chriſto, quia te vel ſerò reuexit.
Quam metui, ne te mediis regionibus hoſtis
Diſcluſum oppoſita bellorum nube teneret!
Sed deſideriis ſuperantibus, obuia nobis
Vincula rupiſti: nec te mare, nec labor vllus,
Nec Gothici tenuere metus, nec frigora longis *Gothici*
Dura viis, verè in tantis Niceta fuiſti *belli met⁹.*
B *Caſibus adſectu victus victorque benigno:*
Fortis & infirmus pariter: ſed vtrumque potenter,
Victus amicitia, victus Felicis amore,
Viciſti duros tenera pietate labores,
Nunc agè ſancte parens aurē mihi dede, manumq́ue
Nos demus ſocias in vincula mutua palmas,
Inq́ue vicem nexis alterno fœdere dextris
Sermones varios greſſu ſpatiante ſeramus:
Enarrare libet ſimul & monſtrare parenti
Sollicitos noſtros toto quo defuit, actus,
Tempore: nam cui iure magis mea geſta retexam,
C *Feliciſque manu nobis operata reuoluam,*
Quā cui cura ſumus? gemino quoq́ue iure, magiſtri
Et patris, vt benè geſta probet, ſic improba damnet
Corrigat errata & placidus diſponat agenda:
Imperfecta iuuet, precibus, perfecta ſacerdos
Dedicet, atque ita ſit Felicis in ædibus vltro
Atque citro referat tanquam ipſum pectore toto
Felicem gerat & patria ſe iactet in aula.
Ergo veni pater, & ſocio mihi iungere paſſu
Dum te circum agens operum per ſingula duco.
Ecce vides iſtam qua ianua prima receptat:
D *Porticus obſcuro fuerat prius obruta tecto,*
Nunc eadem noua pigmentis & culmine creuit.
Aſt vbi conſeptum quadrato tegmine circa
Veſtibulum medio reſeratur in æthera campo:
Hortulus antè fuit malè caſto ceſpite rarum,
*Area vilis holus *nullos præbebat ad vſus.* **melius nullum.*
Interea nobis amor incidit, hoc opus ipſo
Aedificare loco: namq́ue hunc depoſcere cultum,
Ipſa videbatur venerandam vt Martyris aulam
Eminus aduerſa foribus de fronte recluſis,
Lætior illuſtraret honos, & aperta per arcus
Lucida frons bifores perfunderet intima largo
E *Lumine conſpicui ad faciem conuerſa ſepulchri*
Quo tegitur poſito ſopitus pro corpore martyr,
Qui ſua fulgentis ſolij pro limine felix,
Atria bis gemino patefactis lumine valuis
Spectat ouans, gaudetq́ue piis ſua mœnia vinci
Cœtibus: atque amplas populis rumpentibus aulas
Laxari denſas numeroſa per oſtia turbas.
Ipſaq́ue qua tumulus ſacrati Martyris extat
Aula nouos habitus ſenio purgata reſumpſit
Trina manus variis operata decoribus illam
Excoluit biiugis, laqueari & marmore fabri,

Pictor

Pictor imaginibus diuina ferentibus ora.
Ecce vides quantus ſplendor velut æde renata
Rideat inſculptum camera criſpante lacunar.
In ligno mentitur ebur, tectoq; ſupernè
Pendentes lychni ſpiris retinentur ahenis,
Et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant
Funibus, vndantes flammas leuis aura fatigat.
Quæq; prius pilis ſtetit: hæc modò fulta columnis
Vilia mutato ſpreuit cœmenta metallo.
Sed rurſum redeamus in atria, conſpice rurſum
Impoſitas longis duplicato tegmine cellas
Porticibus, metanda bonis habitacula, dignè
Orādi, nō bibēdi cura ad feſtum euntes. *Quos huc ad ſancti iuſtum Felicis honorem*
Duxerit orandi ſtudium, non cura bibendi:
Nam quaſi contiguata ſacris cœnacula tectis,
Spectant de ſuperis altaria tota feneſtris,
Sub quibus intus habent ſanctorum corpora ſedem.
Namque & apoſtolici cineres ſub cælite menſa
Depoſiti, placitum Chriſto ſpirantis odorem
Pulueris, inter ſacra Deo libamina reddunt.
Reliquiæ S. Andreæ. *Hic pater Andræas, hic qui piſcator ad Argos*
Miſſus, vaniloquas docuit muteſcere linguas:
Qui poſtquam populos ruptis errorum iniqui
Retibus explicuit, traxitq; ad retia Chriſti,
Theſſalicas fuſo damnauit ſanguine Patras.
Hic & præcurſor Domini & baptiſta Ioannes,
S. Ioannes Baptiſta ianua Euangelij. *Idem Euangelij ſacra ianua, metaq; legis:*
Hoſpes & ipſe, mei veniens Felicis ad aulas,
Parte ſui cineris fraternum funus honorat.
Huic dubius gemino Didymus cognomine Thomas
Adiacet: hunc Chriſtus pauidæ cunctamine mentis
Viuere poſt mortem vt vero fateamur Ieſum
Corpore, viua ſuæ monſtrantem vulnera carnis,
Et veniente die, qua iam manifeſtus aperta
Luce Deus veniet, cruciata in carne coruſcum
Agnoſcant trepidi, quem confixere rebelles.
Hic medicus Lucas prius arte deinde loquela,
S. Lucas Euāgelij, et Apoſtolicorū Actuum ſcriptor. *Bis medicus Lucas: vt quondam corporis ægros*
Terrena curabat ope, & nunc mentibus ægris
Compoſuit gemino vitæ medicamina libro.
His ſocij pietate, fide, virtute, corona.
Martyres Agricola, & Proculo Vitalis adhærens,
Et quæ Chalcidicis Euphemia martyr in oris,
Signat virgineo ſacratum ſanguine litus.
Vitalem, Agricolam, Proculumq;, Bononia condit
Quos iurata fides pietatis in arma vocauit,
Proq; ſalutiferis texit victoria palmis,
Corpora transfixos trabalibus inclita clauis.
S. Nazarij reliquiæ Paulino datæ à D. Ambroſio. *Hic & Nazarius martyr, quem munere fido*
Nobilis Ambroſij ſubſtrata mente recepi,
Culmina Felicis dignatur & ipſe cohoſpes,
Fraternaſque domos priuatis ſedibus addit.
Quamuis Sancti omnes toto ſimul orbe per vnum,
Sint vbicunq; Deum: quo præſentatur vbique,
Corporis vt ſua membra Deo: ſed debita ſanctis
Sunt loca corporibus, nec tantum qua iacet ora
Totum corpus, ibi poſitorum gratia viuit:

A *Sed quocunque pij eſt pars corporis, & manus extat*
Conteſtante Deo meriti documenta beati.
*Magna & in exiguo ſanctorum * corpore virtus* * puluere.
Clamat Apoſtolici vim corporis indice verbo.
His igitur vicinus erit quicunque ſupernis
Caſtus aget tectis, & qui procul aduena recto
Percitus adfectu ſanctas properauit ad ædes:
Cum volet orarum Chriſto ſecretus adire,
Siue die ſeu nocte velit ſua promere vota:
Impiger adtiguo de limine prodeat hoſpes.
Hoc etiam mirare domus, quo Martyris alta
Lege ſacramenti per limina trina pateſcit.
B *Faſſus enim eſt, vnum Trino ſub nomine Regem.*
Et quod contextæ iunctis ſibi molibus ædes:
Fune pio ſignant, quoniam etſi culmine plura
Sint domibus ſtructa: ſancta & tamen vnica pacis
Eſt domus, & multis vnum concordia membris
Corpus agit, cui compago ſtat vertice Chriſto.
Forſitan hæc inter cupidus ſpectacula quæras,
Vnde replenda ſit hæc tot fontibus area diues
Cum procul vrbs & ductus aquæ prope nullus ab vrbe
Exiguam huc tenui demittat limite guttam.
Reſpondebo: nihil propria nos fidere dextra,
C *Nil ope terrena confidere: cuncta potenti*
Depoſuiſſe Deo, & fontes præſumere cœlo.
Denique ciſternas adſtruximus vndique tectis,
Capturi fundente Deo de nubibus amnes.
Vnde fluant pariter plenis caua marmora labris,
Quod ſi etiam interdum eueniat defectus aquarū,
Ordine diſpoſito varias diſtincta figuras,
Concharumq; modis & pictis florida [illegible]etis:
Fortè erit & ſiccis ſpectabilis area vaſis
Namq; teneis etiam magna Solomonis in æde,
Quam fuerit decori ſiccum mare quod ſapiens rex
D *Ære dedit ſolido, & tauris ſuſpendit ahenis,*
Aſpice nunc aliud latus vt ſic porticus vna,
Et paries mediis ſpacio bipatente columnis,
Culmine diſcretas aditu ſibi copulat aulas.
**Corpus in hāc transferte oculis peragrātibus ædē,* *Temp° in hanc tranſite.
Quæ longum reſerata latus cum lumine cœli
Acquirit ſpatium tecti quod in atria iuncta
Panditur, inſertos ſocians disiuncta per arcus,
Et populis rigui præbet ſpectacula campi:
Quem tamen includunt ſtructo circundata ſepto
Mœnia ne pateant oculis ſacra tecta profanis,
Veſtibulumq; patens aura defendat operta.
E *Nec mirere ſacras ſpatus accreſcere caulas,*
Creſcit vbique potens æterni gloria Chriſti.
Sanctorum cumulatur honor, Deus omnibus vnus
Noſcitur: illuſtrat quia ſanctus Spiritus orbem,
Cumque coæterno regno Patre Filius hæres
**In propriis nato pia gratia lumine veri* *Inde propagato.
Multiplicat populis æternæ ſemina vitæ.
Et quia paſtor oues auget bonus, ampla redemptis
Creſcere cum gregibus fouet altus ouilia Chriſtus.
Ingredere hæc Pſalmis recinēs Antiſtes & hymnis,
Et mea vota refer Domino, & tua gaudia votis

Iunge meis, celebrans communis feſta patroni.
Hora opportuna pro peccatore rogabis,
Gaudentem Dominum de Confeſſorũ honore.
Hoc duce pro dimi tua tramite vota ferentur.
Felix diuinas tibi præuius ibit ad aures,
Teq́; ſacris pſalmis ſimul & deuota litante
Obſequio placido deſcendet nomine Chriſtus,
Vt populum templumq́; ſacra caligine velet,
Infundens niueam per operta ſacraria nubem
Nunc volo picturas fucatis agmine longo
Porticibus videas, paulumq́; ſupina fatiges
Colla, reclinato dum perlegis omnia vultu,
Qui videt hæc vacuis agnoſcens vera figuris,
Non vacua fidem ſibi paſcet imagine mentem.
Omnia namque tenet ſerie pictura fideli,
Quæ ſenior ſcripſit per quinq; volumina Moſes:
Quæ geſſit Domini ſignatus nomine Ieſus
Quo duce Iordanis ſuſpenſo gurgite fixis
Fluctibus à facie diuinæ reſtitit arcæ.
Vis noua diuiſit flumen: pars amne recurſo
Conſtitit, & fluuij pars in mare lapſa cucurrit
Deſtituitq́; vadum, & validus qua fortè ruebat
Impetus aſtrictas altè cumulauerat vndas,
Et tremula compage minax pendebat aquæ mons,
Deſpectans tranſire pedes arente profundo,
Et medio pedibus ſiccis in flumine ferri
Puluerulenta hominum duro veſtigia limo.
Iam diſtinguentem modico Ruth tempora libro,
Tempora iudicibus finita & regibus orta
Intentis tranſcurre oculis: breuis iſta videtur,
Hiſtoria: at magni ſignat myſteria belli.
Quam geminæ ſcindunt ſeſe in diuerſa ſorores!
Ruth.1. *Ruth ſequitur ſanctam, quam deſerit Orfa parẽtẽ:*
Perfidiam nurus vna, fidem nurus altera monſtrat,
Præfert vna Deum patriæ, patriam altera vitæ.
Nonne precor toto manet hæc diſcordia mundo,
Parte ſequente Deum, vel parte ruente per orbem?
Atque vtinam pars æqua foret necis atque ſalutis
Sed multos violata capit, faciliq́; ruina
Labentes prono rapit irreuocabilis error.
Fortè requiratur quanam ratione gerendi
Sederit hæc nobis ſententia: pingere ſanctas
Rarò more domos. **Rarò domos viſum eſt animantibus adſimulatis,*
Accipite & paucis tentabo exponere cauſas,
Quos agat huc ſancti Felicis gloria cœtus
Picturarũ vſus in Tẽplis ad inſtructionem Ruſticorum. *Obſcurum nulli: ſed turba frequentior his eſt*
Ruſticitas non caſſa fide, neque docta legendi.
Hæc adſueta diu ſacris ſeruire profanis
Ventre Deo: tandem conuertitur aduena Chriſto,
Dum ſanctorum opera in Chriſto miratur aperta,
Cernite quàm multi coëant ex omnibus agris,
Quamque piè rudibus decepti mentibus errent.
Vigilia nõ ſana Ruſticorum in Templo S. Felicis. *Longinquas liquere domus, ſpreuere pruinas:*
Non gelidi feruente fide, & nunc ecce frequentes,
Per totam & vigiles extendunt gaudia noctem:
Lætitia ſomnos: tenebras funalibus arcent.
Verum vtinam ſanis agerent hæc gaudia votis,
Nec ſua liminibus miſcerent pocula ſanctis.
A *Quamlibet hæc ieiuna cohors potiore reſultet*
Obſequio, caſtis ſanctos quoque vocibus hymnos
Perſonat & Domino cantatam ſobria laudem
Immolat, ignoſcenda tamen puto talia, paruis Ignoſcẽda Idiotarũ Conuiuia in Feſtis Sãctorum
Gaudia quæ ducunt epulis: quia mentibus error
Irrepit rudibus, nec tantæ conſcia culpæ
Simplicitas pietate cadit, malè credula ſanctos
Perfuſis halante mero gaudere ſepulchris.
Ergo probant, obiti quod damnauere magiſtri:
Menſque Petri recipit quod Petri dogma refutat?
Vnus vbique calix Domini, & cibus vnus, & vna
B *Menſa, domuſque Dei: *diuendant vina tabernis,* *diſcedã
Sancta precum domus eſt eccleſia, cede ſacratis
Liminibus ſerpens: non hac malè ludus in aula
Debetur, ſed pœna tibi: ludibria miſces
Supplicijs inimice tuis, idem tibi diſcors
Tormentis vlulas, atque inter pocula cantas.
Felicem metuis, Felicem ſpernis inepte:
Ebrius inſultans, reus oras: & miſer ipſo
Iudice luxurias quo vindice plecteris ardens.
Propterea viſum nobis opus vtile, totis
Felicis domibus pictura ludere ſancta,
C *Si fortè attonitas hac per ſpectacula mentes*
Agreſtum caperet fucata coloribus vmbra
Quæ ſuper exprimitur titulis, vt litera monſtret
Quod manus explicuit, dũque omnes picta viciſſim
Oſtendunt, releguntq́; ſibi, vel tardius eſcæ
Sint memores dum grata oculis ieiunia paſcunt
Atque ita ſe melior ſtupefactis inſeret vſus.
Dum fallit pictura famem, ſanctasq́; legẽtis
Hiſtorias caſtorum operum, ſubrepit honeſtas
Exemplis inducta piis: ſuadetur hianti
Sobrietas, nimij ſubeunt obliuia vini.
D *Dumque diem ducunt ſpatio maiore tuentes,*
Pocula rareſcunt, quia per miracula tracto
Tempore iam paucæ ſuberunt epulantibus horæ,
Quæ ſupereſt his, quæ facta, & quæ picta videmus,
Materiam orandi pro me tibi ſuggero poſcens
Rem Felicis agens vt pro me ſedulus ores,
Et decet vt quem mente pia comitaris, eundem
Et mentis facie referas animoq́ue ſequaris
Par in amore Dei: nec me miſer ambigo amari
Martyre vel modici dignatus amore catelli,
Cum mihi vita, domus, res, gratia, gloria, panis
Sit Felix donante Deo, quo præſule poſce
E *Montibus in ſanctis mea fundamenta locari,*
Et cœptam peragi irrupto molimine turrem.
De Geneſi precor hunc orandi collige ſenſum. Meditationes ad inſtruendam Orationẽ.
Ne maneam terrenus Adam, ſed virgine terra
Naſcar, & expoſito veteri noua formet imago.
Educar tellure mea, generiſq́ue mei ſim
Degener, & ſponte feſtinem ad mellea terræ
Flumina Caldæi ſeruatus ab igne camini.† †Innuit ĩ quod quidam dicũt Abraha-
Sim facilis tectis quaſi Loth fore ſemper aperta,
Liberer vt Sodomis, neque vertam lumina retrò
Ne ſalis in lapidem vertar, ſale cordis egenus.

Hoſtia

mum à Chaldæis ob pietatē, in fornacem ardētem iome Ilom. Vid. Gotfr Viterb. Chronic. part. 4.

Hoſtia viua Deo, tanquam puer offerar Yſac,
Et mea ligna gerēs ſequar almum ſub cruce Patrē,
Inueniam puteos, ſed ne precor obruat illos
Inuidus, & viuentis aquæ cæcator Amalech.
Sim profugus mundi, tanquam benedictus Iacob
Fratris Eſau fugitiuus erat, foſſoque ſacrandum
Supponam capiti lapidem, Chriſtoque quieſcam,
Sit mihi caſtus amor, ſit & horror amoris iniqui,
Carnis vt illecebras velut inuiolatus Ioſeph
Effugiam, vinclis exuto corpore liber
Criminis, & ſpolium mundo carnale relinquam.
Tempus enim longè fieri complexibus, inſtat
Sūma dies propè iam Dominus, iam ſurgere ſomno,
Tempus & ad Domini pulſum vigilare paratos,
Sit mihi ab Ægypto bonus exitus, vt duce lege,
Diuiſos penetrans vndoſi pectoris æſtus,
Fluctibus euadam rubris, Dominiq́ triumphum,
Demerſo Pharaone canam cum ſupplice voto
Exultans, tremens, & cum formidine gaudens,
Ipſius pia dona meos commendo labores.
Adſere Niceta prece quod precor, & ſimul omnes,
Qui ſimul hunc ſancta pro religione coiſtis
Deuoti Domino, & gratantes dicite mecum:
Hæc tibi Chriſte Deus tenui fragiliq́ paratu
Pro nobis facimus: nec enim te ſumme Creator
Facta manu capiunt, toto quem corpore Mundus
Non capit: anguſtum cui cœlum, terraq́ pūctū eſt,
Sed ſanctis ſine fine tuis deuota ferentes
Obſequia, exiguo magnos veneramur honore:
Sperantes illis exoratoribus, vt tu
In nobis operum ponas perfecta tuorum
Culmina: & extructis habitator mentibus adſis.

Natalis Decimus.

IN veteri nobis noua res adnaſcitur actu
Et ſolita inſolito creſcunt ſolennia ritu:
Materiamq́ ſimul mihi carminis & ſimul almi
Natalem geminant Felicis, in ædibus eius
Nata recens opera hæc quæ molibus vndique celſis
Cernitis emicuiſſe pari ſplendentia cultu.
Iſtic porticibus latè circundata longis,
Veſtibula inclino tectis reſerantur aperto
Et ſimul aſtra oculis, ingreſſibus atria pandunt.
Illic adiunctæ ſociantur mœnibus aulæ,
Diffuſoque ſitu ſimul & coëunte potentes
Æmula confertis iungunt faſtigia tignis,
Et paribus variæ & ſpecioſæ cultibus extant
Marmore, pictura, laquearibus, atque columnis.
Inter quæ & modicis variatur gratia cellis,
Quas in porticibus qua longius vna coactum
Porticus in ſpatiu in tractu protenditur vno
Adpoſitas lateri tria comminus ora recludunt:
Trinaque cancellis currentibus oſtia pandunt.
Martyribus mediam pictis pia nomina ſignant,
Quos par in vario redimiuit gloria ſexu.
*At *gemina quæ ſunt dextra læuaque patentes,* *geminas
A *Binis hiſtoriis ornat pictura fidelis.*
Vnam ſanctorum complent ſacra geſta virorum:
Iob qui vulneribus tentatus, lumine Tobit.
Aſt aliam ſexus minor obtinet, inclytha Iudith,
Qua ſimul & regina potens depingitur Eſther.
Interior variis ornatibus area ridet,
Læta ſuper tectis & aperta luce ſerenis
Frontibus, atque infra niueis redimita columnis.
Cuius in expoſito prælucens cantharus extat,
Quem cancellato tegit ærea culmine turris.
Cætera diſpoſitis ſtant vaſa ſub aëre nudo
B *Fonticulis grato, varie quibus ordine fixis:*
Diſſidet artis opus concordat vena metalli.
Vnaq́ diuerſo fluit ore capacius vnda.
Baſilicis hæc iuncta tribus, patet area cunctis,
Diuerſoſque aditus ex vno pandit ad omnes.
Atque itidem gremio diuerſos excipit vno.
A tribus egreſſus medio ſpatioſa pauito,
Quod tamen ordinibus ſtructis per quemque ni-* * quinque
tentum
Agmina concharum ſeries denſata coacto,
Marmore mira oculis aperit ſpatiantibus arte.
Sed circumiectis in porticibus ſpatiari
C *Copia larga ſubeſt, interpoſitiſque columnas,*
Cancellis feſſos incumbere, & inde fluentes
Aſpectare locos pedibuſque madentia ſiccis
Cernere, nec calcare ſola, & certamine blando
Mirari placido ſalienteis murmure fonteis.
Non ſolum hyberno placitura in tempore præſto eſt
Commoditas, quia ſic tecti iuuat vmbra per æſtum.
Parte alia patet exterior, quæ cingitur æquè
Area porticibus cultu minor, æquore maior
Ante ſacras ædes longè ſpectabile pandit
Veſtibulum, duplici quæ extructis tegmine cellis,
D *Per contextarum coëuntia tigna domorum,*
Caſtelli ſpeciem meditatur imagine muri,
Conciliiſque forum latè ſpectabile pandit,
Quale loco ſignum Felix venerandus in iſto
Ediderit nuper celeri narrabo relatu.
In medio campi contra venerabilis aulæ
Limina, de ligno duo texta tigilla manebant,
Importuna ſitu ſimul & deformia viſu.
Quæ decus omne operum perimebant, improba fœ-
do
Obice, proſpectum cæcantia: namque patentis
E *Ianua baſilicæ tuguri breuis interiectu*
Obſcurata, fores incaſſum clauſa patebat.
Hæc amoliri cupientibus obuia nobis,
Verba dabant tectis qui metabantur in illis,
Iurabantque prius vitam ſe poſſe paciſci,
Quam cogi migrare locis, tremenda quidem vox
Iſta videbatur: ſed erat fateor mihi idipſum
Inuidiæ: ſedebat enim vel vincere rixa.
Interea quadam prima iam nocte quietem
Carpere ſopitis cœptantibus: ecce relictis
Proſiliens ſcintilla focis conflauit in vna
Cellarum ipſarum latebras, de ſtramine fœni

Quo forte inciderat, ſubitũ ignẽ: moxq́. per ipſam,
Fuſa caſam, vt vires alimenta per arida cœpit,
Ingentem fragili rapuit de fomite flammam,
Et facili lapſu per putria ligna vetuſti,
Culminis erumpens magnu incendia torſit,
Turbida verticibus: calidamque per aëra nubem,
Miſcuit & nigro ſubduxit ſidera fumo:
Ipſaque terribilem dabat inſuper ara fragorem,
Matereæ fragili crepitu graniore reſultans,
Cunctaque vicanis circum metata colonis,
Atque etiam vicis ſubmotos longius agros,
Sic vapor afflabat, ſic horrida lux feriebat:
Sic propè, ſic longè ſita culmina reſpergebat
Scintillis latè volitantibus igneus imber,
Vt ſubito excici nos planctibus vndique mœſtis,
Et circunfuſis immani lumine tectis,
Omnia circa nos lucere vt aperta videntes,
Cuncta putaremus flammis correpta cremari,
Ipſaque ſanctorum ſimul igne palatia tanto
Feruere: & à tectis ſimul omnibus illa referri,
Fulgura, quæ ſparſis etiam longinqua replebant,
Ignibus, & multo teurebant igne vapores.
Vt quaſi vicinus omnes ſibi quiſque timerent
Ad ſua tecta faces ardentem cominus æſtum,
Infeſtaſque trahens diris nidoribus auras.
Nos trepidi, ve noſtris domibus pro priore periclo,
Nil ope de noſtra præſumimus, vnde etenim vis,
Et manus infirmis foret illam exinguere molem,
Sufficiens cum flamma ſuis ingentior iret
Fomitibus, paruoque exorta repentè tigillo,
Culmina cuncta ſimul perfunderet igne minaci?
Currimus ergo fide tantum, & prece ſupplice nixi, Innocatur S. Felix in periculo incendij.
Ad vicina mei Felicis limina: & inde
Contiguam paribus votis adcurrimus aulam,
Atque ab Apoſtolici cineris virtute medelam,
D *Poſcimus, impoſitis ſubiecti altaribus ora.*
Ipſe domum remeans modicum, ſed grande ſaluti,
De crucis æternæ ſumptum mihi fragmine lignum
Promo, tenẽſque manu aduerſis procul ingero flãmis
Vt clypeum retinens pro pectore quo tegerem me, Incẽdium oppoſito SS. Crucis ligno reſtinctũ.
Arceremque hoſtem collato vmbone retuſum,
Credite, nec donate mihi ſed reddite Chriſto
Grates, & iuſtas date laudes Omnipotenti.
Noſtra ſal⁹ etenim cruce Chriſti, & nomine cõſtat,
Inde fides nobis, & in hac cruce nixa periclo
Profuit, & noſtram cognouit flamma ſalutem.
Nec mea vox, aut dextra illum, ſed vis Crucis ignẽ
Terruit, inq́ue loco de quo ſurrexerat ipſo,
Vt circunſeptam præſcripto limite flammam,
Sidere, & extingui fremitu moriente coëgit:
Et cinere exortam cineri remeare procellam.
Quanta crucis virtus: vt ſe natura relinquat,
Omnia ligna vorans, ligno crucis vritur ignis.
Multa manus crebris tunc illa incendia vaſis
Aſpergens largis cupiebat vincere limphis:
Sed licet exhauſtis penſarent fontibus imbres,
Vi maiore tamen laſſis ſpargentibus, omnem
A *Vicerat ignis aquã, nos ligno extinximus ignem,*
Quãq́. aqua nõ poterat, vicit breuis haſtula flãmã.
Poſt vbi deſceſſit metus, optatumq́. reduxit
Lux operoſa diem: proceſſimus acta videre,
Noctis & extinctæ quamuis fumantia latè
Securis ſpectare oculis veſtigia flammæ:
Et credebamus nos plurima damna domorum
Viſuros, magni memores terroris & ignis:
Sed cito conſpectis decreuit opinio rebus,
Et nihil exuſtum, niſi quod debebat aduri
Cernimus, ex illiſque vnum flagraſſe duobus
B *Hoſpitiis, quæ noſtra manus, niſi flamma tuliſſet,*
Abſtulerat: ſed & hoc Felicis gratia nobis,
Munere conſuluit, quòd præueniendo laborem,
Vtilibus flammis operum compendia nobis,
Præſtitit, inde parem incenſæ quam vicerat illic,
Flamma domum, non vt pateretur ſtare, vel ipſam
Obſtantem ſimili bipatentibus obyce valuis,
Verum vt & hæc illum puniret flamma colonum,
Conſeruans illi quod mox euerteret ipſe,
Nam ſua qui ſanctis nuper gurguſtia dictis
Prætulerat, primum flamma mulctatus in vno,
Mox aliud propria ipſe manu vaſtare tigillum
C *Incipit, & celeri peragit ſua damna furore,*
Dilectáſque domos & inanes plangit amores,
Qui ſimul aſpiciens incenſa & diruta tecta,
Diſſimiles ſimili miratur in aggere labes
Ruderis, & cineris iuncti bicolore ruina.
Hunc nobis ſine lite videns ceſſiſſe triumphum,
Se tantum miſer accuſat, quem gratia nulla
Manſerit obſequy, & maneat confuſio pœnæ,
Nunc quia dimoto patuerunt obice frontes,
Eloquio ſimul atque animo ſpatiemur in ipſis
Gaudentes ſpatiis, ſanctaſque feramur in aulas,
D *Miremurque ſacras veterum monumẽta figuras:*
Et tribus in ſpatiis duo Teſtamenta legamus:
Hanc quoque cernentes rationem lumine recto,
Quod noua in antiquis tectis, antiqua nouis lex,
Pingitur: eſt etenim pariter decus vtile nobis,
In veteri nouitas, atque in nouitate vetuſtas.
Vt ſimul & noua vita ſit & prudentia cana,
Vt grauitate ſenes, & ſimplicitate puſilli,
Temperiem mentis gemina ex ætate trahamus,
Iungentes noſtris diuerſum moribus æuum.
Eſt etiam interiore ſinu maioris in aulæ,
E *Inſita cella procul quaſi filia culminis eius,*
Stellato ſpatioſa tholo, trinoque receſſu,
Diſpoſitis ſinuata locis, medio pietatis
Fonte nitet, mireque ſimul nouat atque nouatur,
Namque hodie bis eam geminata nouatio comit,
Dum gemina antiſtes gerit illic munera Chriſti,
In geminos adytum venerabile dedicat vſus, Pia Sacramẽta pro Sacramẽto corporis & Sanguinis Chriſti.
Caſtifico ſocians pia ſacramenta lauacro.
Sic pariter templum nouat hoſtia, gratia fontem,
Fonſq́. nouus renouãs hominẽ quod ſuſcipit & dat,
Munus, ſiue magis quod deſinit eſſe per vſum,
Tradere diuino mortalibus incipit vſu,

Nam

Nam fons ipſe ſemel renouandum miſſus in vnum
Deſinit eſſe nouus: ſed tali munere ſemper
Vtendus, nunquam veteres renouare faceſſet.
Hoc Domini donū, hanc ſpeciē, quā munere Chriſti
Idem homo fit nouus, & vetus interit, ecce refectu
Cernite culminibus gemina Felicis in aula,
Quæ fuerāt vetera, & noua nūc extare videntur.
Nam ſteterant vaſto deformibus agmine pilis:
Nunc meliore datis eadem vice fulta columnis,
Et ſpatij cepere, & luminis incrementa:
*ſitum. *Depoſitoq́ *ſitum relucens ſumpſere iuuentam.*
Namq́ & in his duplex ſpectandi gratia fulget:
Qua renouata nouis æquali lumine certant
Culmina culminibus, tectarum diſſidet ætas,
Concordat ſpecies, veterum manus, atque recētum,
Conuenit, in facie ſimili decor vnus vtrumque
Ornat opus, cæ'unt olim fundata nouellis:
Nec diſcrimen adeſt oculis, nitet vna vetuſtas
Annoſis rudibúſque lacis, niger additur horror.
Et ſenibus tectis iuuenem pictura nitorem
Reddidit, infuſo variorum flore talarum.
Hinc operum tempus confunditur & nitet, extra
Parietibus nouitas, latet intus operta vetuſtas:
Fronte iuuentutis tegitur fucata ſenectus,
In pueram faciem veterata refloruit ætas,
Suntq́ ſimul vetera noua, nec noua nec veteraque,
Non eadem ſimul atque eadem: quæ forma futuri:
Præſentiśq́ boni eſt namque & nunc vtile nobis,
*Detorſo. **Deſerto veteris vitæ ſqualore, nouari*
Mente pia, Chriſtumq́ ſequi regniśq́ parari.
Tunc quoque quum dabitur redeūte reſurgere vita,
Ille reſurgentum potior numerabitur arda:
Qui ſuper illuſtri carnem perfuſus amictu,
Seruilem Domini mutanit imagine formam:
Conformémq́ Deo conregnaturus honorem
Accipiet: Chriſta ſimilis ſed munere Chriſti.
Hæc eadem ſpecies, veterem deponere formam,
Et geſtare nouam monet, & retro acta abolere:
Inq́ futura Dei conuerſam intendere mentem,
Congrua præteritis oblinia ducere curis,
Celeſtiumq́ animo regnorum inducere curam,
Rebus & humanis, & amoribus iſtius æui,
Mēte prius, quàm morte mori: neque corporis antè
Nexibus abſolui quàm criminis, ergo nouemur
Senſibus, & luteos terreſtris imaginis actus
Diſcutere à noſtro properemus corpore longè
*recuſſo. *Veſtibus excuſſis puros, vt corde *recuſſi*
Corporis atque animæ nitidi reddamus amictus.
Nec modo commiſſum peccati ſed meditatum,
Sicut morbiferam de labe cadaueris auram,
Naribus obſtructis triſtem fugiamus odorem.
Eccleſ. 21. *Vt faciem colubri Solomon peccata timeri,*
Horreriq́ue monet, dicens armata leonis
Dentibus: & verè quoniam velut ore ferino
Sæua vorāt animam, quam vicerit ægra voluptas
*coniectāq; *Corporis enectamq́ue ſuæ Draco duxerit eſcæ,*
Qui vorat Aethiopum populos, non Sole peruſtos,

A *Sed vitiis nigros & crimine nocti colores.*
Tales Aethiopas Serpens edit in quibus eſcam Pſal. 73.
Quam capere eſt damnatus, habet: quia peccatorem
Serpentiſq́ue cibum Deus vno nomine Terram
Dixit: & inde vorans peccata, Dracone voratur Gen. 3.
Tempus adeſt mutare vias exſurgere ſomno,
Et tandem vigilare Deo dormire viciſſim.
Actibus his quibus inuigilat mens mortua Chriſto.
Si nobis doctrina Dei de lumine verbi
Non aperit ſenſum ſaltem capiamus ab ipſis
Aedibus exempla: & lapides, & ligna magiſtri
*Sint ſtolidis vt quale manu confecimus *iſtis* *iſtis.
B *Tale fide faciamus opus: licet abſit ab vno*
Mētis opus manuúq́ue labor, ſed ab impare cauſa
Par operis trahitur ratio: ecce videte, probabo
Diſſimiles ſimili ſpecie concurrere formas.
Qua noua tecta ſedent multi meminere locorum,
Nam breue tempus id eſt ex quo ſunt omnia cœpta
Quæ modo facta manent, annis ſudata duobus,
Tertius explicuit prece ſanctorū atque ope Chriſti,
Pars ſpatij breuis hortus erat, pars ruderis agger
Quem collata manus populo curante, remouit:
Et viles holerum cum ſentibus eruit herbas,
C *Vt nitido purgata pateſceret area dorſo,*
Quæ modo marmoreis ornato ingere ſaxis
Latè ſtrata nitet, cultus oblita priores.
Quam benè mutauit ſpeciem, & poſt ſtercoris vſum
Marmoris armatum: Parias, poſt vilia, conchas
**Braſſida fert, & ſplendet aquis, quæ ſorde nitebat!* *Braſſica.
Quonam igitur nunc iſta modo mihi fabrica formā
Præbebit, qua me colere, ædificare, nouare
Senſibus, & Chriſto metandum condere paſſim? Spiritua-
Prōpta quidē ratio eſt quæ ſit mea terra, quod in me lis agricul
Rudus, & vnde meo ſpinæ naſcuntur in agro. toræ my-
D *Terra, cor eſt: culpæ, praui, ſunt rudera cordis,* ſteria.
Luxus iners, impurus amor, maculoſa libido,
Rudera ſunt animæ: ſic corporis anxia cura,
Liuor edax, & auara fames, grauis ira, leuis ſpes, Ambitio.
Prodigaq́ ambitio proprij, ſitiens alieni,
Spinæ ſunt animo: quia ſemper inanibus angunt
Ancipites animas ſtimulis: quas ingiter vrit
Defectus miſeri metus, & miſer ardor habendi.
Atque ita & inter opes inopes, quaſi Tantalus ille Tantalus.
Inter aquas ſitiunt, nec habēt quid habere vidētur
Nam partis vti metuunt, ſeruata relinquunt,
E *Dumq́ue alimenta parant, viuēdi tempora perdūt,*
Has igitur ſpinas, hæc rudera, mentibus hirtis
*Egerere eſt opus, & *primū hanc euellere fibris,* *primam.
Cunctorum ſtirpem ſcelerum, quia pullulat arbor,
Infelix, Domini radicitus illa ſecuri
Icta cadat, naſtris vt nunquam germinet aruis.
Hæc ſi præciſo de nobis fomite radix
Aruerit, cadet omne nefas, vitium omne peribit,
*Matriciſq́ue ſuæ *cauſam mala cuncta ſequentur,* *caſum.
Et moriente ſua ſimul arbore poma peribunt.
Tunc benè purgata domus ædificabitur horto,
*Et *firmo fundata ſolo benè ſurget in altum* *vino.

Fabrica diuini moliminis, ipſe columnas
Eriget in nobis Chriſtus, vetereſq́; reſoluet
Obſtructæ Pilas animæ: ſpatiumq́; ſibi Rex
Senſibus efficiet noſtris, vt inambulet illis,
*quinq; Tanquam in porticibus Solomanis quaque *ſolebat
Ore pio medicos ſapientia ducere greſſus,
Corpora tangendo ſanans, & corda docendo.
Non igitur ſimus veteres inter noua tecta,
Vt qui corda habitas Chriſtus, noua corda reuiſat.
Peior enim ſciſſura nouo veteriq́; coactis
Redditur, & noua vina nouos bene dantur in vtres.
Vita prior pereat, pereat ne vita futura.
* cauendū Sponte relinquamus Mundū non ſponte* cauendū
Sponte niſi fugimus. moriamur, ne moriamur:
Exhortatio ad vitā Monaſticā Lethalem vitam vitali morte tegamus.
Terrena intereat, ſubeat cœleſtis imago
Et Chriſto vertatur Adam, mutemur & iſtic
Vt mutemur ibi, qui nunc permanſerit in ſe,
Idem & in æterno non immutabitur à ſe.

Finit Natalis X. & Vltimus.

DE REDITV NICETÆ EPISCOPI in Daciam. vnde ad Natalem ſancti Felicis occurrerat:

Carmen ſaphicum.

IAm ne abis, & nos properãs relinquis?
Quos tamen ſola regione linquis
Semper adnixa ſine fine tecum
Mente futuros?
Iamne diſcedis reuocante longè,
Quam colis, terra: ſed & hic reſiſtis
Sancte Niceta: quoniam & profectum,
Corde tenemus.
I, memor noſtri, remaneq́; vadens
Spiritu præſens, animis viciſſim
Inſitus noſtris trahe ferq́; tecum,
Quos geris in te.
O nimis terræ & populi beati,
Quos modò à nobis remeans adibis,
Quos tuo accedens pede viſitabit
Chriſtus & ore,
Ibis Arctoos procul vſque Dacos,
Ibis Epyro gemina videndus,
Et per Ægeos penetrabis æſtus
Theſſalonicen.
Appulis ſed nunc via prima terris
Te vehet, longo ſpatiaſa plano,
Qua Canuſino medicata flagrant
Vellera fuco.
Aſt vbi paulum via proferetur,
Det precor mites tibi Chriſtus æſtus,
Et leuis ſpiret ſine nube ſiccis
Aura Calabris.
Exod.15. Sicut antiquis manibus prophetæ
Per ſacramentum crucis vnda miſſo
Dulcuit ligno, poſuitq́; triſtes
Myrrha liquores.

A Sic tibi cœlum modo temperetur,
Et leue ſudet tenuatus aër,
Flatibus puris placide ſalubres
Spiret in auras.
Qui ſolet flatu grauis è paluſtri,
Anguium tetros referens odores,
Soluere in morbos tumefacta craſſo
Corpora vento.
Quem potens rerum Dominus fugari,
Siue mutari iubeat: ſuóq;
Nunc ſacerdoti bona ſanitatis
Flabra miniſtret.
B Sicut Ægypto perennis quondam Exod. 10
Noctis & denſæ tenebris operta,
Qua Dei viui ſacra gens agebat,
Lux erat orbi.
Qua modo in tata ſpecies probatur
Orbe, cum Felix fidei piæ pars
Fulgeat Chriſto, reliquos tenebris
Obruat error.
Sic meo qua ſe feret actus ora,
Cuncta Nicetæ dominus ſecundet,
Donec optatā patriam vehatur
C Lætus ad Vrbem.
Perge Niceta benè qua recurris,
Proſperos Chriſto comitante curſus,
Quem tui dudum populi fatigant
Noctedieque
Te repoſcentes vt ager lauandus,
Cum ſatis imbrem ſitit, vtq; molles
Cum ſuas matres vituli repreſſo
Lacte requirunt.
Vnde nos iuſtis precibus tuarum,
Qui ſuum rectè repetunt parentem,
D Cogimur victo licet irrepleti
Cedere voto.
Et quia ſpes iam rapitur tenendi,
Vrget affectus placitis fauere:
Iam vias illas licet execremur
Quæ rapiunt te:
Odimus quamuis, tamen has amamus:
Odimus quod te retrahunt, amamus
Quòd tuum nobis procul attulerunt
Cernere vultum,
Quas prius ſtringi ſuperante amore,
Nunc tibi ſterni faciles precamur
E Prænio terris pelagoq́; ſummi
Nomine Chriſti.
Qui tibi factis iter omne campis,
Arduos montes reprimat cauaſque
Impleat valles, ſalebras adæquet,
Iungat hiatus.
Te per Hydrontum Lepiaſque vectum
Innubæ fratrum ſimul & ſororum
Ambient vno, Dominum canentes,
Ore cateruæ.
Quis mihi pennas daret vt columbæ,

Vt

Vt choris illis citus intereſſem,
Qui Deum Chriſtum duce te canentes
Sidera pulſant?
Sed licet pigro tenеamur ægri
Corporis nexu, tamen euolamus
Mentibus poſt te, Dominoq́ue tecum
Dicimus hymnos
Nam tuis inens ſimul implicati
Senſibus, vel cum canis ac precaris:
Cum tua de te prece, cumq́; voce
Promimur & nos.
Inde iam terris ſubeunte ponto
Adriæ ſtratus ſinus obſequetur,
Vnda procumbet, zephyroq́ue leni
Vela tumeſcent.
Ibis illabens pelago iacenti,
Et rate armata titulo ſalutis
Vector antemna crucis ibis vndis
Tutus & Auſtris.
Nauitæ læti ſolitum celeuſma
Concinent verſis modulis in Hymnos,
Et pius ducent comites in æquor
Vocibus auras.
Præcinet cunctis tuba ceu reſultans
Lingua Nicetæ modulata Chriſtum.
Pſallet æternis citthariſta toto
Aequore Dauid.
Audient amen tremefacta cete,
Et ſacerdotem Domino canentem
Læta laſciuo procul admeabunt
Monſtra natatu,
Vndiq́; alludent patulo verentes
Ore Delphines, ſine voce quanquam,
Æmula humanis tamen eloquentur
Gaudia linguis.
Nam Deo quid non ſapit atq; viuit,
Cuius & verbo ſata cuncta rerum?
Hinc Dei laudem maris ima noſcunt
Mutaq́; clamant.
Ion. 2. *Teſtis eſt nobis veteris Prophetæ*
Bellua ad nutum Domini profundo
Excita, vt merſum caperet deinq́;
Redderet hauſtum.
Sed modò ad noſtrum. ferus ipſe, vatem
Auribus tantum pia deuorauit
Cantica: impaſtam ſaturauit aluum
Carmine paſtus.
Quà libet pergas iter, & per vndas
Perque tellurem licet & per hoſtes,
Ibis armatus galea ſalutis,
Vertice Chriſto.
Aduolet miſſus Raphael vt olim
Tob. 7. *Tobiæ Medis: ita proſequendo*
Ipſe Nicetæ comes vſque Dacos
Angelus adſit.
Gen. 48. *Ducat hunc æquè famulum ſuum dux,*
Ille qui quondam profugum minacis

A *Fratris è vultu Deus in ſalutem*
Duxit Iacob.
Namque Niceta fugitiuus æquè eſt:
Quod ſemel fecit patriarcha, ſemper
Hic facit mundo fugiens ad alti
Mœnia cœli. Gen. 28.
Et gradus illos, quibus ille vidit
Angelos verſa vice commeantes,
Iſte contentus ſuperante nubes
Scandere vita
Per crucis ſcalas properans in aſtra
Qua Deus nitens ad humum coruſcis
B *E thronis ſpectat varios labores*
Bellaq́; mentis.
Tuq́; Niceta benè nominatus
Corporis victor, velut ille dictus
Iſrael ſummum quia vidit alto
Corde ſatorem.
Vnde Nicetes meus approbatur
Iſraelites ſine fraude verus,
Qui Deum cernit fidei ſalubri
Lumine Chriſtum.
Hic Deus noſter via noſtra ſemper
C *Sit comes nobis, ſit & anteceſſor,*
Semitis lumen pedibuſq́ue noſtris,
Sermo lucerna.
Qua per obſcuri vada cæca Mundi
Luminis veri face dirigamur,
Donec optatos liceat ſalutis
Tangere portus,
Quos modò vndoſum petimus per æquor,
Dum vagæ mentis fluitamus æſtu:
Terreo tanquam fragili carina
Corpore vecti.
D *Sed gubernaclo crucis hanc regente,*
Nunc ratem in nobis pia vela cordis
Pandimus, Chriſto referente littus,
Flamine dextro.
Ergo dux idem modo proſequatur
Te via, qua nunc properas reuertens
Ire Niceta, patrioque reddat
Limine tutum.
Sed freto emenſo ſupereſt viarum
Rurſus in terra labor, vt veharis
Vſq́ue felices, quibus es ſacerdos,
E *Preſtitus oras.*
Tu Philippæos Macedûm per agros,
Per Tomitanam gradieris vrbem,
Ibis & Scupos patriæ propinquos
Dardanus hoſpes.
O quibus iam tunc reſonabit illa
Gaudiis tellus, vbi tu rigentes
Edoces Chriſto, fera colla, miti
Subdere gentes.
Quaq́ue Riphæis Boreas in oris
Alligat denſis fluuios pruinis,
Hic gelu menteis rigidas ſuperno

Igne reſol.uis
Nam ſimul terris animuq́; duri,
Et ſua Beßi niue duriores,
Nunc oues facti duce te gregantur
Pacis in aulam.
Quiq́ue ceruices dare ſeruituti,
Semper à bello indomiti negarunt,
Nunc iugo veri Domini ſubactas,
Sternere gaudent.
Nunc magu diues precio laboris,
Beſſus exultat: quod humi manuq́;
Ante querebat, modò mente cœlo
Colligit aurum.
O vices rerum benè verſa forma!
Inuij montes prius & cruenti,
Nunc tegunt verſos monachi latrones
Pacis alumnos.
Sanguinis quondam modo terra vitæ eſt,
Vertitur cœlo pia vis latronum,
Et fauet Chriſtus ſupera occupanti
Regna rapinæ.
Mos vbi quondam fuerat ferarum,
Nunc ibi ritus viget Angelorum:
Et latet iuſtus, quibus ipſe latro
Vixit in antris.
Præda fit ſanctis vetus ille prædo,
Et gemit verſis homicida damnis,
Iure nudatus ſpoliante Chriſto
Criminis armis.
Interit caſu Satanæ viciſſim
Inuidus Cain, rediuiuus Abel
Paſcit effuſi precio redemptos
Sanguinis agnos.
Euge Niceta bone ſerue Chriſti,
Qui tibi donat lapides in aſtra
Vertere, & viuis ſacra templa ſaxis
Aedificare.
Auios ſaltus, iuga vaſta luſtras
Dum viam quæris, ſterilemq́; ſyluam
Mentis incultæ ſuperans, in agros
Vertis opimos.
Te patrem dicit plaga tota Boreæ
Ad tuos fatus Scytha mitigatur,
Et ſui diſcors fera te magiſtro
Pectora ponit.
Et Getæ currunt, & vterq; Dacus
Qui colit terræ medio, vel ille
Diuitis multo bone pelleatus
Accola ripæ.
De lupis hoc eſt vitulos creare,
Iſa. 5. Et boui iunctum palea leonem
Paſcere: & tutu caua viperarum
Pandere paruis:
Namque manſueto pecori coire
Beſtias pulſa feritate ſuades,
Qui feras mentés hominum polito
Imbuis ore,
A Orbis in muta regione, per te
Barbari diſcunt reſonare Chriſtum
Corde Romano, placidamq́; caſtè
Viuere pacem,
Sic tuo mitis lupus eſt ouili,
Paſcitur concors vitulus leoni,
Paruus extracto trucibus cauernis
Aſpide ludit.
Callidos auri legulos in aurum
Vertis & verſos imitaris ipſe,
E quibus viuum fodiente verbo
Eruis aurum.
B Has opes condes Domino perenni,
His ſacrum lucris cumulans talentum,
Audies intra Domini perennis
Gaudia lætus:
His precor cum te domus alma ſancto
Ceperit fratrum numeroſa cœtu
In choris & nos pietate chari
Pectoris abde.
Nam Deo grates quod amore tanto
Nos tibi adſtrinxit per operta vincla,
Vis vt internam valeat catenam
C Rumpere nulla.
Vnde complexi ſine fine charum
Pectus hæremus laqueo fideli,
Quoq́; contendas comites feremur
Mente ſequaci,
Charitas Chriſtis bene fuſa cœlo,
Orbis aut alter, neque mors reuellet:
Corporis vita moriente, vita
Viuet amoris.
Dum graueis iſtos habitamus artus
Mente te ſemper memori colemus:
D Tu petes ſimus ſimul in perenni
Tempore tecum.
Namque te celſum meritis in altum
Culmen imponet precioſa virtus:
Inq́; viuentum ſuper vrbe magnis
Turribus addet.
Nos locis quantum meritis dirempti
Eminus celſis humiles patronis,
Te procul ſacris ſocium catervis
Suſpiciemus.
Quis die nobis dabit hoc in illa,
E Vt tui ſtemus lateris ſub vmbra,
Et tuæ nobis requietis aura
Temperet ignem!
Tunc precor noſtri nimium memento,
Et patris ſancti gremio recumbens,
Roſcido nobis digito furentem
Diſcute flammam.
Nunc abi felix tamen, & recedens
Semper huc ad nos animo recurre:
Eſto nobiſcum, licet ad paternam
Veneris vrbem.
Non enim vnius populi magiſtrum,

Sed

Sed nec vnius dedit eſſe ciuem
Te Deus terræ patria ecce noſtra
Te ſibi ſumit.
Nunc tuos æqua pietate vtriq́;
Diuide affectus, & amore nobis
Ciuibus vultu, gemina morare
Ciuis ora.
Forſan & maior patria hæc habenda
Non manu factus vbi contineris
Pectorum tectis: hominesq́; viuam
Incolis vrbem.
Sicut aneſtes, ita dignus almi
Hoſpes es Chriſti, quia Chriſtianis
Mentibus conſors habitas herile
Accola templum.
Iam vale nobis, & in omne noſtri
Diligens æuum bonus vſque finem,
Duc bonum curſum poſitamq́; iuſtis
Sume coronam.

SEQVITVR, CANTICVM quod à nonnullis Paulino, à pluribus Auſonio aſcribitur: & eſt precatio matutina ad omnipotentem Deum.

*O Mnipotens *quẽ mẽte colo, pater vnice rerum* — *ſolo mẽtis mihi cognite cultu.
Ignorate malis & nulli ignote piorum:
Principio extremoq; carens, antiquior æuo
Quod fuit aut veniet: cuius formamq́; modumqúe
Nec mens complecti poterit, nec lingua profari:
Cernere quem ſolus, coramqúe audire iubentem
Fas habes & patriam propter conſidere dextram,
Ipſe Opifex rerum, rebus cauſa ipſe creandis:
Ipſe Dei Verbum Verbum Deus anticipator
Mundi, quem facturus erat: generatus in illo.
Tempore, quo tempus nondum fuit: editus antè
Quam iubar, & rutilus cœlum illuſtrauit Eous:
Quo ſine nil actum, per quem facta omnia, cuius
In cœlo ſolium: cui ſubdita terra ſedenti,
Et mare, & obſcuræ Chaos inſuperabile noctis,
Irrequies, cuncta ipſe mouens, vegetator inertum
Non genito ex genitore Deus, qui fraude ſuperbi
Offenſus populi gentes in regna vocauit,
Stirpis adoptiuæ meliore propage colendus.
Cernere quem licuit proauis: quo nomine viſo,
Et Patrem vidiſſe datum: contagia noſtra
Qui tulit, & diri paſſus ludibria lethi,
Eſſe iter æternæ docuit remeabile vitæ.
Nec ſolam remeare animam, ſed corpore toto
Cœleſtes inerare plagas, & mane ſepulchri
Arcanum vacuis adopertum linquere terris.
Nate patris ſummi, noſtroque ſalutifer æuo:
Virtutes patrias genitor cui tradidit omnes,
Nil ex inuidia retinens, plenusq; datorum.
Pande viam precibus, patriasque hæc perfer ad aures
Da pater inuictam contra omnia crimina mẽtem:
Vipereumqúe nephas nocituri auerte veneni,
*Sit ſatis antiquam Serpens, *quod prodidit Heuam,* — *perdidit
A *Deceptumq́; adiunxit Adam: nos ſera nepotum*
*Semina, veridicis *ætas prædicta prophetis* — *olim.
Vitemus laqueos, quos lethifer implicat Anguis.
Pande viam, qua me poſt vincula corporis ægri
In ſublime feram: puri qua lactea cœli
*Semita veneoſæ ſuperat vaga *nubila lunæ:* — *lumina
Qua proceres abiere pij, quaq; integer olim
Captus quadrijugo penetrat ſuper æthera curru — *aera.
Helias: & ſolido cum corpore præuius Enoch.
Da pater æterni ſperatam luminis auram,
Si lapides non iuro Deos, vnumq́; verendi
Suſpiciens altare ſacri, libamina vitæ
B *Intemerata fero: ſi te Dominiq́; Deiq́;*
Vnigeni cognoſco patrem miſtumq́; duobus,
Qui ſuper æquoreas volitabit ſpiritus vndas.
Da genitor veniam, cruciataq; pectora purga
Si te non pecudum fibris, non ſanguine fuſo
Quæro, nec arcanis numen coniecto ſub extis.
Si ſceleris abſtineo errori ipſe obnoxius, etſi
Opto magis quàm fido bonus puruſque probari,
Confeſſam dignare animam: ſi membra caduca
Execror, & tacitum ſi pœnitet, altaqúe ſenſus
Formido excruciat, tormentaqúe ſera gehennæ
C *Anticipant, patiturqúe ſuos mens ſaucia Manes:*
Da pater hæc noſtro fieri rata vota precatu.
Nil metuam, cupiamqúe nihil: ſatis hoc rear eſſe
Quod ſatis eſt: nil turpe velim, nec cauſa pudoris — Orationis
Sim mihi: nec faciam cuiquam, quæ tempore eodem — formula.
Nolim facta mihi: nec vero crimine lædar, — Suſpectus
Nec maculer dubio: paulum diſtare videtur — & reus
*Suſpectus vereqúe reus, *male poſſe facultas* — criminis
*Nulla ſit: & *bene poſſe adſit tranquilla poteſtas.* — parum
Sim tenui victu atque habitu, ſim charus amicis: — diſtant.
Et ſemper genitor ſine vulnere nominis huius, — *mala bona.
D *Non animo doleam, non corpore, cuncta quietis*
Fungantur membra officiis: nec ſaucius vllis
Partibus amiſſum quicquam deſideret vſus.
Pace fruar, ſecurus agam, miracula terræ
Nulla putem: ſuprema mihi cum venerit hora,
Nec timeat mortem bene conſcia vita, nec optet
Purus ab occultis cum te indulgente videbor,
*Omnia deſpiciam, fuerit cum ſola *voluptas* — *volũtas.
Iudicium ſperare tuum, quod dum ſua deffert
Tempora cunctaturqúe dies, procul exige ſæuum
Inſidiatorem blandis erroribus anguem.
E *Hæc pia, ſed mœſto trepidantia vota reatu,*
**Chriſte apud æternum placibilis aſſere Patrem* — *Nate.
Saluator, Deus ac dominus, meus, gloria, Verbum,
*Filius, *& vero verum de lumine lumen.* — *ex vero verus.
Æterno cum patre manens in ſecula regnans.
**Conſona quem celebrat modulato carmine plebes,* — *Myſtica quem celebrant modulati carmina Dauid.
Et reſponſuris ferit aëra vocibus: Amen.

Pſalmus Primus, verſibus iambicis trimetris à Paulino Paraphraſi & Commentariolo illuſtratus.

PARAPHRASIS.

Beatus ille, qui procul vitam ſuam
Ab impiorum ſegregarit cœtibus,
Et in via peccantium non manſerit,
Nec in Cathedra peſtilentiæ ſederit:
Sed corde toto fixus in legem Dei
Præcepta vitæ nocte voluit & die,
Mentemque caſtis inſtitutis excolit.
Erit ille vt arbor quæ propinqua flumini,
Humore ripæ nutriente paſcitur,
Suoq; fructu plena reddet tempore
Et fronde nunquam defluente peruirens,
Stabit perenni viuidum lignum coma.
Non hæc iniquos proſequetur gloria,
Sed vt fauillam pulueris ventus rapit,
Sic ira iniquos verret à vultu Dei.
Idcirco tali diuidentur ordine,
Hominum per orbem diſsipatorum greges,
Vt iudicandi non reſurgant impij,
Qui denegarunt debitum cultum Deo,
Sed puniendi: nam ſuum crimen videns,
Non indigebit quæſtione detegi.
Quoniam imminentem præferent mortis notam,
Signum ſalutis non gerentes frontibus.
Peccator autem non, & impius tamen:
(Quæ magna turba eſt) non reſurget gloriæ,
Verum reſurget deputanda examini.
Nec enim ſedere cum piis iudex poteſt,
Cauſas ſuorum redditurus actuum.
Variéque geſtis aut probandus aut reus.
Sine lege paſsim legis ignari cadent,
In lege lapſus lege iudicabitur.
Opus per omne curret ignis arbiter,
purgatorium. *Quod non cremarit flamma probauerit,*
Illud perenni præmio penſabitur.
Qui concremanda geſſerit, damnum feret,
Sed ipſe ſaluus euolabit ignibus.
Tamen ſubuſti corporis ſignis, miſer
Vitam tenebit, non tenebit gloriam:
Quia carne victus, mente non verſus tamen.
Etſi negarit debitam legi fidem
Per multa ſæpe deuolutus crimina:
Tamen fidei nomen æternum gerens,
Nunquam ſalutis exulabit finibus.
Idcirco cuncti nunc in iſto ſeculo
Dum currit ætas & dies æui patet,
Rectas agamus ſemitas firmo pede.
Nec deferamur lubrico latæ viæ,
Præſtat per arctum dimicantis tramitem
Laborioſis introire niſibus.
Vias bonorum lætus agnoſcit Deus,
At impiorum pronum iter delebitur.

PSALMVS SECVNDVS.

Cur gentes fremuere, & inania cur meditati
Sunt populi? adſtiterunt proceres cum regibus acti
Aduerſum Dominū & Chriſtum veſana ferētes.
Vincula rumpamus, iuga diſcutiamus eorum:
Qui manet æterno totis moderamine cœlis
A *Irridebit eos inſtaque loquetur in ira,*
Terribiliq; minax verbo turbabit iniquos.
Aſt ego rex ab eo parili ditione creatus,
Præceptum Domini ſuper almam prædico Sion.
Ipſe ad me Dominus, meus, inquit, filius es eu,
Teq; hodie genui. Pete ſis mihi gentibus hæres,
Et tua fundatur totis Poſſeſſio terris.
Ferrea virga tibi eſt, valido quia iure tumentes
Orbe regis toto populos: ceu vaſa recocta
Ficta luto frangens corda, vt meliora reformes.
Et nunc ecce omnes ſtratis aduertite Reges
B *Mentibus, & quicūque hominū famulātia corda*
Iudicio regitis rerumq; tenetis habenas:
Deſeruite Deo trepidi miſtoq; fideles,
Exultate metu: fiat diſcordia concors,
Diſsimileis ſocians affectus pectore in vnos
Ne timor affligat mentes, vel gaudia ſoluant,
Si careant læto pauidi formidine lethi.
Diſcite iuſtitiam rectosq; capeſcite mores,
Et iuſto trepidate Deo, gaudete benigno,
Ne quando merito Deus iraſcatur in Orbem,
Vosq; via iuſta iuſte pereatis abacti.
C *Amodo iam reſilire via properetis iniqua,*
Ecce breui cum magna potentis inarſerit ira,
Ventilet vt totum diuino examine mundum
Segreget & paleas igni frumenta ſaluti:
Tunc omnes quibus eſt in eo ſpes fida beati.

PSALMVS XXXVI.

Sedimus ignoſoi diræ Babylonis ad amnes
Captiui, Iudæa manus: miſerabile flentes
Cum patrium memori traheremus pectore Sion.
Et meritum iuſta ſuſpiraremus ab ira
D *Exilium: lentis qua conſita ripa ſalictis,*
Hoſpitibus populis vmbras præbebat amicas.
Illic Aſſyriæ mediis in mœnibus vrbes,
Obliti lætas per mœſta ſilentia voces,
De ſalicum ramis ſuſpendimus organa noſtra.
Namq; dabas nobis durum grauis ira dolorem,
Quod ſolita in ſancto depromi cantica Templo
Hæc ad delitias ſibi nos cantare iubebat,
Impius ille, domo qui nos abduxerat, hoſtis.
Ergone diuinas laudes & carmina caſtis
Apta choris inter, ſacra barbara fœdaque buſta
Inter & accenſas funeſtis ignibus aras,
E *Heu, male de noſtro lætis mœrore canemus?*
Deq; pio ritu luxum faciemus iniquum:
Myſtica ad hoſtilem modulantes cantica lupum:
Quo miſeri nunc ore ſacros cantabimus hymnos?
Quóue loco Babybylon poſcit ſibi cantica Sion?
Sed Domini carmen tellus aliena mereri
Non capit, indignas ſacra vox auertitur aures.
Si tamen vt captis dominus violentior inſtas,
Etſi tantus amor Syon pia noſcere vobis
Cantica, ſi pergis me cogere non tua fari,
Et diuina tibi quænam ſint cantica Sion,

Accipe

Accipe quid capta Deus vltor ſpondeat vrbi.
Ne longum ſperes iſto gaudere triumpho
Impie, quo ſacrum prodis tibi præcipu hymnum:
Ecce qui eſt hymnus Domini, quæ cantica Sion
Si fuero oblitus mea mœnia, te mea cura
Vrbs Hieruſalem, fiat mea non memor vnquam
Dextra mei: Mea lingua meis & adhæreat arens
Faucibus, æterna niſi te complectar amore:
Et niſi principia promiſſi in ſecula regni,
Lætitiæque meæ primo reminiſcar in anno,
Te cunctis Hieruſalem præponere terris.
Eſto memor tũ prolis Edõ, vt verſa vice naſtrũ
Aſpiciat confuſa diem, qua blebs tua claram
Mœnibus æternis Hieruſalem habitabit,
Cui nunc gens oblita tui crudele minatur
Excidium, dicens: inuiſam fu̇ditus vrbem
Diruite, & vacuati manu veſtigia donec
Nulla relinquantur, muris ad inane redactis.
Infelix miſeræ Babylonis filia, felix
Qui tibi pro nobis in nos tua geſta rependet.
Nec minus ille beatus erit, qui parua tenebit
Et ſimul elidet ſolidæ tua pignora petræ,

COMMENTARIVS.

Si cupis extincta Babylonis ſtirpe beari,
In te ipſo primu gliſcentia crimina flammis
Frange fide: iam propter adeſt petra Chriſtus, in ipſõ
Viperеam ſobolem validu elide lacertu.
Nam Babylon nomen, confuſio: filia cuius
Eſt caro peccatu mater: quæ turba ſaluti,
Noxia corporeis ducit mala ſemina fibris:
Hæc vincenda tibi, ſi vis euincere mortem.
Namque tuis tales incluſos aſſibus hoſteis,
Si permittantur creſcendo aſſumere vires,
Difficils vinces luctamine: præcipe paruos
Dum rudis ex vtero cordis per pectora capta,
Repat adhuc teneris vitiorum infantia membris.
Quæ niſi præcaueas aucta virtuta necabit
Concordem vitiis animam terrena propago:
Ne parcas igitur talem mactare cateruam.
Non tibi crimen erit nocituram perdere gentem.
Vltricemq́; malo perfundere ſanguine petram,
Gaudet enim iuſtus ſi concidat impia proles:
Nam magis atque magis pius iſta cæde piatur
Si perimat peccata ſuis dominantia membris,
Et fracta in Chriſto vitiorum plebe triumphet.

S. PAVLINI ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΚΟΝ
Incipit præfatio.

SCio quoſdam illuſtrium virorũ, pro ſuarum ſplendore virtutum, ad perpetuandam ſuæ gloriæ dignitatem, Æphemeridem geſtorũ ſuorũ proprio ſermone cõſcriptam memoriæ tradidiſſe, à quorum me præſtantiſſimis meritis tam longe profectò quàm ipſa temporis antiquitate diſcretum, non vtique ratio æqua conſilij ad cõtexendum eiuſdem prope materiæ opuſculum prouocauit, cùm mihi neque vlla ſint geſta, tam
A ſplendida, de quibus aliquam poſsim captare glo
riolam, nec eloquij tanta fiducia vt facile audeam
cuiuſquam opera Scriptoris æmulari: Sed, quod
non piget confiteri, iamdudum me in peregrina-
tione diuturna ærumnoſi otij memoria mæceſen-
tem, miſericordia vt confido diuina, ad huiuſmo-
di me ſolatia affectanda pellexit: quæ ſimul & be-
ne ſibi cooſciæ ſenectuti & religioſo propoſitò
cõuenirent: vt qui me ſcilicet totam vitam meam
Deo debere meminiſſem, totius quoque vitę meę
actus ipſius deuotos obſequijs exhiberem, eiuſ-
demque gratia conceſſa mihi tempora recenſen-
do, Euchariſticon ipſi opuſculum ſub Æphime-
ridis meæ relatione contexerem, ſciens profectò
B & benigna ipſius miſericordia circa me fuiſſe
quod indultis humano generi temporariis volu-
ptatibus, etiam ipſa prima mea ætate oon earni: &
in hac quoque parte curam mihi prouidentiæ ip-
ſius profuiſſe, quod me aſsiduis aduerſitatibus
moderanter exercens euidenter inſtruxit, nec im
penſius me præſentem beatitudioem debere dili-
gere, quàm amittere poſſe me ſcirem, nec aduer-
ſis magnopere terreri in quibus ſubuenire mihi
poſſe miſericordias ipſius approbaſſem.
Proinde ſi quando hoc Opuſculum meum in cu-
iuſquam manus venerit, ex ipſo libelli titulo præ-
C notato euidenter debet aduertere, me hanc medi-
tatiunculam meam quam omnipotenti Deo dedi-
co, otio meo potius quàm alieno negotio præſti-
tiſſe: magiſque id meorum eſſe votorum, vt hoc
qualecunque obſequium meum acceptum Deo
ſit, quam vt carmen incultum ad notitiam perue-
niat doctiorum. Attamen ſi cui forſitan magis
curioſo tãtum otij ab re ſua fuerit vt laborioſum
vitæ meæ ordinem velit agnoſcere, exoratum
eum cupio vt ſiue aliquid, ſiue forſitam nihil in
geſtis vel in verſibus meis quod poſsit probare re-
pererit, ea tamen ipſa quæ elegerit obliuioni po-
tius inculpata deleget quam memorię diiudican-
D da commendet.

Explicit præfatio.

INCIPIT ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΚΟΝ DEO
ſub Æphimeridis meæ Textu.

ENarrare parans annorum lapſa meorum
Tempora, & in ſeriem deducere geſta dierum,
Ambigua exactæ vitæ quos ſorte cucurri:
Tu Deus omnipotens placidus mihi deprecor adſit
Aſpiranſq́; operi placita tibi cœpta ſecundes,
Effectum ſcriptis tribuens votiſq́; profectum,
Vt tua te merear percurrere dona iuuante.
Omnia namque mea tibi debeo tempora vitæ
E *Auram ex quo primum vitalis luminis hauſi,*
Inter & aduerſas iactatus ſæpe procellas,
Inſtabiles mundi te protectore ſeneſcens.
Altera ab vndecima annorum currente meorum,
Ebdomade, ſex æſtiui flagrantia Solis.
Solſtitia & totidem brumæ iam frigore vidi
Te donante Deus, lapſi qui temporis annos
Inſtaurando nouas curſu reuolubilis æui.
Sit mihi fas igitur verſu tua dona canentem,
Pangere & expreſſas verbis quoque pendere grates;
Quas equidem & clauſo ſcimus tibi corde patere,
Vltro ſed abrumpens tacitæ penetralia mentis,

Fontem, exundantis voti vox conſcia prodit.
Tu mihi lactanti vires in corpore inerti
Ad toleranda viæ, pelagiq́; incerta dediſti,
Editus vt Pellis, inter cunabula quondam
Regis Alexandri prope mœnia Theſſalonices,
Patre gerente vices illuſtris præfecturæ,
orbis. *Vrbis ad alterius diſcretas æquore terras*
Perueherer trepidis nutricum credicus vlnis,
Ninguida perque iuga & ſectas correntibus Alpes,
Oceanumque fretum, Tyrrem & gurgitis vndas,
Mœnia Sidoniæ Carthaginis vſque venirem:
Ante ſuum nono quàm menſtrua luna recurſu,
Luce nouata orbem noſtro compleret ab ortu.
Illic vt didici ter ſenis menſibus actis,
Sub genitore meo Proconſule rurſus ad æquor
Expertaſque vias reuocor viſurus & vrbis
Inclita culminibus præclaræ mœnia Romæ,
Quæ tamen haud etiam ſenſu agnoſcenda euentis
Subiacuere mihi, ſed poſt comperta relatu
Aſsiduo illorum quibus hæc tum nota fuere,
Propoſitum ſeruans operis ſubdenda putaui.
Tandem autem exacto longarum fine viarum,
Maiorum in patriam tectiſque aduectus auitis
Burdigalam veni cuius ſpecioſa Garumna
Mœnibus Oceani refluas maris inuehit vndas
Nauigeram per portam, quæ portum ſpatioſum,
Hæc etiam muris ſpatioſa includit in vrbe,
Tunc & auus primum illic fit mihi cognitus, anni
Eiuſdem Conſul noſtra trieteride prima:
Quæ poſtquàm eſt expleta, mihi firmauit & artus,
Inualidos creſcens vigor, & mens conſcia ſenſus,
Adſuefacta vſum didicit cognoſcere rerum:
Quicquid iam potui meminiſſe, neceſſe eſt.
Ipſe fide propria, de me agnoſcenda retexam.
Sed quid ego ex noſtris aliud puerilibus annis,
Quos mihi libertas luduſq́ue & lætior ætas
Conciliare ſuis meritis potuiſſe videntur:
Vel magis ipſe videns recolã, vel dignius auſim
Inſerere, huic noſtro quem verſu cudo libello,
Quam pietatis opus ſtudiumque inſigne parentum,
Permixtis ſemper doctrinam exercere peritum
Blanditiis, quorumque apto moderamine curam
Inſinuare mihi morum inſtrumenta bonorum
Ingenioque rudi celerem conferre profectum:
Ipſius alfabeti inter prope prima elementa
Noſſe cauere decem ſpecialia ſigna Amathiæ
Nec minus & vitia euitare akinonoma.
Quarum iamdudum nullus vigeat licet vſus
Diſciplinarum, vitiato ſcilicet æuo:
Me Romana tamen, fateor, ſeruata vetuſtas
Plus iuuat, atque ſeni propria eſt acceptior ætas.
Nec ſero, exacto primi mox tempore luſtri
Dogmata Socratus & bellica plaſmata Homeri,
Erroreſque legens cognoſcere cogor Vlixis.
Protinus ad libros etiam tranſire Maronis,
Vix bene comperto iubeor ſermone Latino,
Colloquio Graiorum adſuefactus famulorum,

A *Quos mihi iam longus ludorum vinxerat vſus,*
Vnde labor puero fateor fuit hic mihi maior
Eloquium librorum ignota apprehendere linguæ
Quæ doctrina duplex ſicut eſt potioribus apta,
Ingeniis geminoque ornat ſplendore peritos:
Sic ſteriles nimium noſtri vt modo ſentio cordis
Exilem facile exhauſit diuiſio venam.
Quod nũc inuito quaque me hac mea pagina prodit
Inconſulta quidem quam ſponte expono legendam,
Sed mihi non rebus quantum confido pudenda
Quarum notitiam ſcriptis contexere conor.
Namque ita me ſolers caſtorum cura parentum
B *A puero inſtituit, ludi nequando ſiniſtro*
Cuiuſquam ſermone mea ſe fama timeret,
Quæ licet obtineat proprium bene parta decorem,
Hoc potiore tamen tum me decoraſſet honore,
Conſona ſi noſtris primo ſub tempore voeis
Hac in parte etiam manſiſſent vota parentum
Perpetuo vt puerum ſeruarent me tibi Chriſte.
Rectius hanc curam pro me pietatis habentes,
Carnis vt illecebris breuiter præſentibus expers
Æternos caperem venturo in tempore fructos.
Sed quomodo nũc iam magis hoc me credere fas eſt
C *Conduxiſſe mihi quod te voluiſſe probaſti,*
Omnipotẽs æterne Deus, qui cuncta gubernas
Culpatore nouando mihi vitalia dona,
Hoc nunc maiores pro me tibi debeo grates,
Maiorum quanto errorum cognoſco reatum.
Namque & incautos quicquid culpabile geſſi
Illicitumque vagus per lubrica tempora vitæ
Te indulgente mihi totum ſcio poſſe remitti
Ex quo me reprobans lapſum act ſua iura refugi
Et ſi vlla vnquam potui peccata cauere
Quæ mihi maiorem parerent commiſſa reatum
Hoc quoque me indeptum diuino munere noui.
D *Sed redeo ad ſeriem decurſaque illius æui*
Tempora quo ſtudiis intentus literaturæ
Vltro libens aliquem iam me mihi ipſe videbar
Votiuum impenſi operis ſentire profectum
Argolico pariter latio quæ inſtante magiſtro
Cepiſſemq́ue etiam forſan fructum quoque dignum
Ni ſubito incumbens quartana acerba meorum,
Conatus placidos ſtudiorum deſtituiſſet
Vix impleta aui quinta trieteride noſtri
Conſternata autem pro me pietate parentum,
Quippe quibus potior viſa eſt curatio noſtri
E *Corporis inualidi, quam docta inſtructio linguæ,*
Primitus hoc medicis ſuadentibus vt mihi iugis
Lætitia atque animo grata omnia proſpicerentur
Quæ pater in tantum ſtuduit per ſe ipſe parare,
Depoſito vt nuper venandi attentius vſu
Cauſa equidem ſola ſtudiorum quippe meorum,
Ne vel hi ſufficeret ſibi me ad ſua ludicra iungens,
Non ſine me placitis vnquam ſolus frueretur
Me propter rurſus cura maiore reſumens
Eiuſdem ludi cuncta inſtrumenta nouaret
Ex quibus optatam poſſem captare ſalutem,

Quæ

Quæ protracta diu longi per tempora morbi
Inuexere mihi ingem iam deinde legendi
Deſidiam efficeret, duranſque poſtea ſano
Succedente nouo mundi fallacis amore,
E tenero nimium affectu cedente parentum
Sufficeret quibus ex noſtra gaudere ſalute.
Qua ratione auctus noſter quoq́; creuit & error,
Firmatur facile ad iuuenalia vota ſequenda,
Vt mihi pulcher equus faleruque ornatior eſſet,
Strator procerus, velox canis, & ſpecioſus
Accipiter, Romana & nuper ab vrbe petita
Aurata inſtrueret noſtrũ ſphera concita ludum:
Cultior vtque mihi veſtis foret, & noua ſæpe,
Quæque Arabi muris leni flagraret odore:
Nec minus & vegetus veloci currere vectus
Semper equo gaudens, quotiens euaſero caſus,
Abruptos recolens, Chriſti me munere fas eſt
Credere ſeruatum, quod tum neſciſſe dolendum eſt:
Scilicet illecebris vrgentibus vndique mundi,
Quas inter fluctans interque & vota parentum,
Iugiter in noſtram tendentia poſteritatem,
Iam prope ſero calens æui pro tempore noſtri
In noua prorupi iuuenalis gaudia luxus
Quæ facile ante puer rebar me poſſe cauere,
Attamen in quantum laſciua licentia cauto,
Stricta coerceri potuit moderamine freni,
Congererem grauiora meis ne crimina culpis,
Hac mea caſtigans lege incentiua repreſſi
Inuitam ne quando vllam iuriſue alieni
Appeterem, charumque memor ſeruare pudorem,
Cedere & ingenuis oblatis ſponte cauerem,
Contentus domus illecebris famulantibus vti:
Quippe reus culpæ potius quam criminis eſſe
Præponens, famæque timens incurrere damna:
Sed neque hoc etiam mea inter geſta ſilebo,
Vnum me noniſſe ex me illo in tempore natum,
Viſum autem neque illũ tum quia eſt citò functus
Nec quenquam, fuerit ſpurius poſt qui mẽs vnquã,
Cum mihi laſciuæ illecebris ſociata iuuentæ
Libertas grauius quiſſent dominando nocere,
Ni tibi Chriſte mei iam tunc quoque cura fuiſſet,
Talis vita mihi à ter ſenis circiter annis
Vſque duo durans, impleta decennia manſit,
Donec me inuitum fateor pia cura parentum
Cogeret, inuectum blanda ſuetudine ritum
Deſerere, atque nouum compelleret eſſe maritum
Coniugis, antiquo potius cuius domus eſſet
Nomine magnifica, quàm quæ poſſeſſa placeret,
Ad præſens poſſet munus obnoxia curis,
Dudum deſidia Domini nec lecta ſenili,
Parua cui neptis functo genitore ſuperſtes
Succeſſit, tædiſque meis quæ poſtea ceſſit.
Sed ſemel impoſitum ſtatuens tolerare laborem:
Suffragante animi ſtudiis feruore iuuentæ,
Vix paucis domus indeptæ exercere diebus,
Gaudia contentus malaſuada otia curis
Mutare inſolitis cito meque meoſque coëgi,
Quos potui exemplo proprij inuitando laboris,
Quoſdam antẽ inuictos Domini adſtringẽdo rigore
A *Atque ita ſuſcepti ſtatus actibus impiger inſtans,*
Protinus & culturam agris adhibere refectis
Et feſſis celerem propraui impendere curam,
Vinctis comperta mihi ratione nouandis.
Et quod præcipue pleriſque videtur amarum,
Vltro libens primus, fiſcalia debita certo
Tempore perſoluens, propere mihi fida paraui,
Otia priuatæ poſt impendenda quieti:
Quæ & mihi chara nimis ſemper fuit, ingenióque,
Congrua prima meo mediocria deſideranti,
Proxima delitiis & ab ambitione remota,
B *Vt mihi compta domus ſpatioſis ædibus eſſet,*
Et diuerſa anni per tempora iugiter apta,
Menſa opulenta nitens plures iuueniſq́; miniſtri,
Inque vſus varios grata & numeroſa ſupellex
Argentũque magis pretio quã pondere præſtans
Et diuerſa artis cita iuſſa explere periti,
Artifices ſtabula & iumentis plena refectis,
Tunc & carpentis euectio tuta decoris.
Nec tamen his ipſis attentior amplificandis,
Quam conſeruandis ſtudioſior, & neque cauſas
Augendi cupidus nimis aut ambitor honorum,
C *Sed potius fateor ſectator delitiarum,*
Si qua tamen minimo pretio expenſaque parari,
Et ſaluo famæ poſſent conſtare decore:
Ne nota luxuries ſtudium macularet honeſtum,
Quæ mihi cuncta tamen grata acceptáque fruenti,
Chara magis pietas ſuperabat magna parentum,
Obſtringens ſibi me nexu dominantis amoris
Maiore, vt parte anni ipſis præſentia noſtra
Seruiret paribus perdurans conſona votis,
Communémque parans per mutua gaudia fructũ.
Cuius vitæ vtinam nobis prolixior vſus
Conceſſus, largo manſiſſet munere Chriſti:
D *Perſiſtente ſimul priſcæ quaque tempore pacis,*
Multimodis quiſſet noſtræ prodeſſe iuuentæ,
Conſulti patris aſſidua collatio verbi,
Exempliſque bonis ſtudiorum inſtructio creſcens,
Sed tranſacta æui poſt trina decennia noſtri,
Succeſſit duplicis non felix cura laboris:
Publica quippe ſimul clade in commune dolenda
Hoſtibus infuſis Romani in viſcera regni,
Priuata cum ſorte patris de funere functi,
Vltima namque eius finitæ tempora vitæ,
Temporibus rupta pacis prope iuncta fuere.
E *At mihi dãna domus populantẽ illata per hoſtem*
Per ſe magna licet multo leuiora fuere.
Defuncti patris immodico collata dolori,
Per quẽ chara mihi & patria & domus ipſa fiebat,
Tamque etenim fido tradentes mutua nobis
Officia, affectu conſerto viximus æuo,
Vinceret æque vos noſtra vt concordia amicos.
Hoc igitur mihi ſubtracto inter prima iuuentæ
Tempora, tam charo ſocio & monitore fideli,
Illico me indocilis fratris diſcordia acerba
Excepit, validum genitoris teſtamentum,
Soluere conantis ſpecialia commoda matris,

Impugnandi animo cuius mihi cura tuendæ,
Hoc quoque maior erat quo iuſtior: & pietatis
Non minor affectus ſtudium firmabat honeſtum.
Inſuper aduerſis me pluribus exagitandum,
Læua facultatum prorumpens fama mearum,
Expoſuit blandas inter vanæ ambitionis
Illecebras grauibus coniuncta & damna periclis,
Quæ, meminiſſe licet pigeat, tranſactaque dudum,
Obliuione ſua mallim ſopita ſilere,
Inuitant aduerſa tamen per noſtra tuorum
Cognita donorum ſolatia Chriſte bonorum,
Emenſis indepta malis tua munera fando
Prodere, & in lucem proferre recondita corde.
Namque & quanta mihi per te collata patentum
Gratia præſliterit, facile experiendo probaui,
Sæpe prius claro procerum collatus honori,
Ignorans propria quam præditus ipſe potirer,
Quantum & è contra vi impugnante maligna,
Ipſa patronorum mihi ambitioſa meorum
Obfuerint ſtudia ex noſtri euidenter honoris,
Ac mihi ante omnes ſpecialiter altera, cuius
Pars orientis erat patria in qua ſcilicet ortus,
Poſſeſſorque & iam non vltimus eſſe videbar,
Intecere manum mala ſed mihi debita dudum
Quæ me & inuitum protracta errore tenerent,
Agminis ipſa mei primum moltio pigra,
Diſſona & interdum charorum vota meorum,
Sæpius & propriis certans mens obuia votis,
Ambigui euentus quotiens formida recurrens
Tardabat cepta ſorte obſiſtente paratus,
Allicerent & contra animum ſuetudo quietis,
Otia nota domus ſpecialia commoda plura,
Omnibus heu nimium blandis magniſque referta
Delitiis, cunctiſq; bonis in tempore duro,
Hoſpite tunc & iam Gothico quæ ſola careret,
Quod poſt euentu ceſsit non ſero ſiniſtro,
Nullo vt quippe domum ſpeciali iure tuento,
Cederet in prædam papulo permiſſa abeunti,
Nam quoſdā ſcimus ſumma humanitate Gothorū,
Hoſpitibus ſtuduiſſe ſuis prodeſſe tuendis.
Sed mihi ad ſortem præfatæ conditionis,
Addita maioris noua eſt quoque cauſa laboris,
Vt me conquirens ſolacia vana tyrannus,
Attalus abſentem caſſa oneraret honoris
Nomine, priuatæ comitiuam largitionis,
Dans mihi quam ſciret nullo ſubſiſtere cenſu,
Iamque ſuo ipſe etiam dediſſet fidere regno,
Solis quippe Gothis fretus male iam ſibi notis
Quos ad præſidium vitæ præſentis habere,
Non etiam imperij poterat per ſe nihil ipſe,
Aut opibus propriis aut vllo milite nixus.
Vnde ego non partes infirmi omnino tyranni,
Sed Gothicam fateor pacem me eſſe ſecutum,
Quæ tunc ipſorum conſenſu optata Gothorum,
Paulo poſt aliis ceſsit mercede redempta,
Nec pœnitenda manet cum iam in republica noſtra
Cernamus plures Gothico florere fauore,
Triſtia quæque tamen perpeſsis antea multis,
A *Pars ego magna fui quorum priuatus & ipſe,*
Cunctis quippe bonis propriis patriæq; ſuperſtes,
Namque profecturi Regis præcepta Atiulfi, Atiulfus Rex Gothorum.
Noſtra ex vrbe Gothi fuerant qui in pace recepti,
Non aliter nobis quam belli iure ſub actis,
Aſpera quæque omni vrbe irrogauere cremata,
In qua me inuentum comitem tum principis eius
Imperio cuius ſociatos non ſibi norant,
Nudauere bonis ſimul omnibus & genitricem
Iuxta meam mecum communi ſorte ſubactos,
Vno hoc ſe nobis credentes parcere captis,
B *Quod nos immunes pœna paterentur abire,*
Cunctarumque tamē comitū ſimul & famularum
Euentum fuerant noſtrum quæcunque ſecutæ,
Illæſo penitus, nullo adtemptante, pudore:
Me grauiore tamen releuato ſuſpicione,
Munere diuino inget cui debeo grates,
Filia vt ante mea per me ſociata marito,
Excedens patria communi clade careret,
Nec poſtrema tamen tolerati meta laboris,
Iſta fuit noſtri quem diximus, illico namque
Exacto laribus patriis, tectiſque crematis,
C *Obſidia hoſtilis vicina excepit in vrbe,*
Vaſatis patria maiorum & ipſa meorum:
Et grauior multo, circumfuſa hoſtilitate,
Factio ſeruilis paucorum mixta furori,
Inſano iuuenum licet ingenuorum,
Armata in cædem ſpecialem nobilitatis,
Quam tu iuſte Deus inſonti à ſanguine auertens,
Illico paucorum ſedaſti morte reorum,
Inſtantemque mihi ſpecialem percuſſorem,
Me ignorante alio iuſsiſti vltore perire,
Suetus quippe nouis tibi me obſtringere donis,
D *Pro queis me ſcirem grates debere perennes,*
Sed mihi tam ſubiti concuſſo ſorte pericli
Qua me intra Vrbem percelli poſſe viderem,
Subrepſit fateor nimium trepida nouus error
Conſilij, vt me præſidio Regis dudum mihi chari,
Cuius nos populus longa obſidione premebat,
Vrbe ab obſeſſa ſperarem abſcedere poſſe,
Agmine charorum magno comitante meorum,
Hac tamen hos noſtros ſpe ſollicitante paratus,
Quod ſcirem imperio gentis cogente Gothorum,
Inuitum Regem populis incumbere noſtris,
Explorandi igitur ſtudio digreſſus ab vrbe,
E *Ad Regem intrepidus nullo obſiſtente tetendi,*
Lector ante tamen prima quam afforet amicum,
Alloquio gratumque magis fore quem mihi rebar.
Perſcrutato autem vt potui interius viri voto,
Præſidium ſe poſſe mihi præſtare negauit,
Extra vrbem poſito, nec tutum iam ſibi prodens,
Vt viſum remeare aliter pateretur ad Vrbem,
Ipſe niſi mecum mox ſuſciperetur in Vrbe:
Gnaros quippe Gothos rurſum mihi dira minari
Seque ab ipſorum cupiens abſoluere iure.
Obſtipui fateor pauefactus conditione,

Propoſita

Propoſita & nimio indicti terrore pericli,
Sed miſerante Deo afflictis qui ſemper vbique
Imploratus adeſt paulo poſt mente reſumpta,
Ipſe licet trepidus & adhuc nutantis amici,
Conſilium audacter ſtudui pro me ipſe fouere
Ardua diſſuadens quæ ſcirem omnino neganda,
Præſtanda & prius quam mox tentanda per vrgẽs,
Quæ non ſero probans vir prudens ipſe ſecutus,
Illico conſultis per ſe primatibus vrbis,
Rem cœptam accelerans vna ſub nocte peregit
Auxiliante Deo cuius iam munus habebat,
Quo nobis populoque ſuo ſuccurrere poſſet.
Concurrit pariter cunctis ab ſedibus omnis.
Turba Alanarum armatis ſociata maritis,
Prima vxor Regis Romanis traditur obſes,
Adiuncto pariter regis charo quoque nato,
Reddor & ipſe meis pactæ inter fœdera pacis,
Communi tanquã Gothico ſaluatus ab hoſte,
Vallanturque vrbis pomeria milite Alano,
Acceptaque dataque fide certa reparato,
Pro nobis nuper quos ipſe obſederat hoſtis,
Mira vrbis facies cuius magna vndique muros,
Turba indiſcreti ſexus circundat inermis,
Subiecta exterius muris hærentia noſtris,
Agmina barbarica plauſtris vallantur & armis,
Qua ſe truncatam parte agminis haud mediocres,
Circumiecta videns populatum turba Gothorum,
Illico diffidens tutàſe poſſe morari,
Hoſte inteſtino ſubito in ſua viſcera verſo,
Nil tentare auſa vlterius properanter abire,
Sponte ſua legit cuius non ſero ſecuti
Exemplum & noſtri quos diximus auxiliares,
Diſceſſere fidem pacis ſeruare parati
Romanis, quoquò ipſos ſors oblata tuliſſet.
Atque ita res temere à me cœpta, benigno,
Auxilio Domini, euentu eſt expleta ſecundo,
Erroremque meum Deus in noua gaudia vertit,
Multorum pariter mecum obſidione leuata,
Accreſcunt quæ cuncta mihi ſimul ad referẽdas,
Chriſte tibi grates quas impos ſoluere verbis,
Parte rependo aliqua ſemper debere profeſſus,
Sint tamen iſta ſatis ſuper his me eſſe profatum,
Inter barbaricas longo quæ tempore gentes
Expoſitus geſſi, quorum mihi plurima ſæpe
Aduerſa experto rurſum ſuaſere moranti
Linquendas patriæ ſedes quantòcius eſſe,
Quod feciſſe prius fuerat magis vtile nobis,
Illa vt contento peteremus litora curſu,
Pars vbi magna mihi & iam nunc ſalua manebat
Materni cenſus complures ſparſa per vrbes
Argiuas atque Epiri veteriſque nouique,
Per quas non minima numeroſis farta colonis
Prædia diffuſa, & non multum diſſociata,
Quamuis profuſis dominis nimiumque remiſſis,
Præbere expenſas potuiſſent exuberantes.
Sed nec ſero mea eſt prouentus vota ſecutus,
Vt vel migrare exoptata hinc ad loca poſſem,

A *Vel mihi pars aliqua ex rebus ſupereſſet auitis,*
Inter barbaricas hoſtili iure rapinas,
Romanumque ne fas contra omnia iura licenter,
In mea graſſatum diuerſo tempore damna.
A quo ſe exuere admiſſo nec nomina poſſunt
Chara, mihi maior noſtri eſt quæ cauſa doloris,
Cum mihi damna rei damnis cumulentur amoris,
Quem ſcio me fidum primis debere propinquis,
Quamlibet offenſum. Nec fas nõ reddere duco,
Sed bene ſi ſapio gratanda hæc nunc mihi ſors eſt,
Quæ tibi complacuit multo potiora paranti,
Iam te Chriſte mihi quam cum ſecurior ipſe,
B *Placatum rebar noſtris adſiſtere votis,*
Cum mihi læta domus magnis floreret abundans,
Delitiis nec pompa minor polleret honoris,
Inſtructa obſequiis & turbis fulta clientum,
Quæ peritura citò illo me in tempore amaſſe,
Nunc piget & tandem ſenſu meliore ſeneſcẽs,
Vtiliter ſubtracta mihi cognoſco fuiſſe,
Amiſſis opibus terrenis atque caducis,
Perpetuò potius manſura vt quærere noſſem,
Sero quidem, ſed nil vnquam Deus eſt tibi ſerum,
Qui ſine fine manens miſerandi ponere finem
C *Neſcis & ignaris ſolus ſuccurrere noſti,*
Præueniende prior multorum vota precantum
Et ſupra quam petimus bona nobis proſpiciendo,
Ambiguiſque etiam quid pro ſe quiſque precetur,
Plura petita negas magis apta his dona paratus,
Qui ſapiunt tua dona ſuis præponere votis.
Nãque etiã memor es quàm illos quanto prior ipſe,
Me melius noſſes, in me prodendo probaſti,
Quem maioram eis audentem viribus ante
Proſpiciens melius per te mihi conſuluiſti,
Conatùs inhibendo meos nimis alta petentes,
D *Auderem vt monachi perfecto viuere ritu,*
Cum mihi plena domus charis affectibus eſſet,
Quæ ſibi ſeruari conſuetam indicere curam,
Poſſe viderentur filij, mater, ſocrus; vxor,
Cum grege non minimo famularum quippe ſuarũ,
Quem totum pariter peregrinæ exponere terræ,
Nec ratio aut pietas, mens aut religioſa ſinebat,
Sed tua magna magnus diuina & prouida virtus,
Conſilio ſanctorum cuncta operanda peregit,
Suadentum mihi tum morem ſeruare vetuſtum,
Quem ſemel inuectum maiorum traditione,
Nunc etiam ſeruans Eccleſia noſtra teneret.
E *Confeſſuſque igitur,*
Propoſita ſtudui conſtrictus viuere lege.
Non digno fortaſſe piam commiſſa labore,
Sed rectam ſeruare fidem non inſcius ipſe,
Errorum diſcendo vias per dogmata praua,
Quæ reprobans ſociata aliis nunc reſpuo culpis,
Poſt autem exacta iam trie-teride quinta,
Rite recurrente ſtatuto tempore Paſcha,
Ad tua Chriſte Deus altaria ſacra reuerſus,
Te miſerante tua gaudens ſacramenta recepi,
Ante hos ter decies ſuper & his quatuor annos,

Saluo tunc etiam propriæ domus ordine nuper,
Qui fuerat linqui & quā iam nō poſſe probare,
Nec retinere tamen peregrino iugiter eſſet
Poſsibile, adſtricto iam cenſu: quominus autem
Rem propriam expeterem, cuius meritūque ſitūque
Anteriore loco iam me expoſuiſſe recordor,
Obſtabat flecti ad cōmunia cōmoda coniux,
Indocilis nimio quæ metu nauigare recurſans,
Quam nec iam vitā trahere vſquā fas mihi rebar,
Parque nefas eſſet ſubtractis inque penatis:
Atque ita fruſtratus ſpe iam meliore quietis,
In rebus propriis poſt plura aduerſa fruendæ,
Perpetuum exilium diuerſa ſorte dierum,
Exigo, iamdudum cunctis affectibus expers,
Prima ſocru, ac matre dehinc, & coniuge functa,
Quæ mihi cum fuerit rectis contraria votis,
Officiente metu fuit & defuncta dolori,
Tum ſubtracta meæ potuiſſet cum magis eſſe
Apta ſenectuti iunctæ ad ſolamina vitæ,
Quæ mihi iam deerant natis abeuntibus à me.
Non equidem paribus ſtudiis nec tempore eodem
Succenſis pariter, ſed libertatis amore,
Quam ſibi maiorem contingere poſſe putabant,
Burdigala, Gothico quanquam conſorte colono,
Quod licet inuito me illos voluiſſe dolerem,
Sic compenſandum tamē hoc ipſum mihi rebar,
Commoda vt abſentis præſentum cura iuuaret,
Fructus quippè rei noſtræ quicunque fuiſſent,
Sponte ſua mecum paulatim participando:
Sed cito præreptus iuuenis iam presbyter vnus
Morte repentina luctum mihi liquit acerbum.
Summa autem rerum tenuit quaſcūque mearum,
Tota arrepta mihi multis fuit vna rapina,
Inſuper ipſe etiam velut ad ſolatia noſtra,
Qui ſuper eſt actu ſimul euētuque ſiniſtro,
Inter amicitias verſatus Regis & iras
Deſtituit prope cuncta pari mea cōmoda ſorte,
Atque ita ſubtracta ſpe omni ſolaciorum
Quæ mihi per noſtros rebar contingere poſſe,
Cunctaque ſero probans à te magis eſſe petenda
Quæ cupimus Deus alme, ſubeſt cui ſūma poteſtas,
Maſsiliæ demum pauper conſiſtere legi,
Vrbe quidē in qua plures ſancti eſſent mihi chari,
Parua autem cenſus ſubſtantia familiaris.
Nec ſpes magna nouis ſubitura ex fructibus eſſet,
Non ager inſtructus propriis cultoribus vllus,
Non vineta quibus ſolis vrbs vtitur ipſa,
Omne ad præſidium vitæ aliunde parandum.
Sed tantum domus vrbana vicinus & hortus,
Atque ad perfugium ſecreti per paruus agellus,
Non ſine vite quidem vel pomis, ſed ſine terra,
Digna coli verum exigui iactura laboris,
Suaſit & in vacuum culturæ impendere curam
Vix plena exeſi per iugera quatuor agri,
Et fundare domum ſumma in crepidine ſaxi,
Nequid de ſpatio terræ minuiſſe viderer.
Porro autem expenſas vitæ quas poſceret vſus,
Conductus ſtudui ex agris ſperare paratas,
Donec plena magis ſeruis manſit domus, & dum
Maiores melior vires mihi præbuit ætas.
At poſtquam in peius pariter mutauit vtraque
Conditio inſtabilis ſemper generaliter æui.
Paulatim fateor curis eſt victus & annis,
Exul inops celebs facile in noua verſus,
Conſilia, & varia multum ratione vacillans
Burdigalam reuocare gradum cōducere duxi,
Nec tamen effectus noſtra eſt incepta ſecutus,
Vtilitas cum vota ſibi coniuncta iuuaret,
B Quod mihi firmandæ fidei quantum puto cauſa
A te prouiſum fas eſt me credere Chriſte,
Vt præſtare mihi quantum tua gratia poſſet,
Prolixo paulatim vſu experiendo probarem,
Plurima ſuberacto cum per diſpendia cenſu,
Perdurare mihi ſpeciem domus, & renouatas
Sæpius expenſas te proſpiciente viderem.
Pro qua ſorte quidem vitæ ſcio me tibi grates,
Immodicas debere Deus pro me tamen ipſe,
Neſcio ſi ſaluo poſsim gaudere pudore,
Siue quod ipſe adhuc propriæ ſpecie domus vtens,
Seu quod diuitibus contentus cedere natis,
C Omnia quæ poſſunt etiam nunc noſtra videri,
Expenſis patior me ſubſtentari alienis.
Ni mihi noſtra fides quæ nil proprium docet eſſe,
Subueniat, tam tuto, aliena vt noſtra putemus,
Quam nos noſtra aliis debemus participanda.
Nec tamen hoc ipſo vitæ me in ordine paſſus
Ambiguum nutare diu velociter vltro,
Solarier dignate Deus, noſtramque ſenectam
Inualidam variis diuerſo tempore morbis,
Iugiter adſuetus blandis palpare medellis.
Nunc quoque ſic ipſi ſuccreſcere poſſe dediſti,
D Vt cum iam penitus fructus de rebus auitis,
Sperare vlterius nullos me poſſe probaſſes,
Cunctaque ipſa etiam quæ iam tenuatus habere
Maſsiliæ potui amiſſa iam proprietate,
Conſcripta adſtrictus ſub conditione tenerem,
Emptorem ignotum mihi de gente Gothorum,
Excires noſtri quondam qui iuris agellum,
Mercari cupiens pretium tranſmitteret vltro.
Haud equidem iuſtum, verumtamen accipiēti,
Votiuum fateor poſſem quo ſcilicet vna,
Et veteres lapſi cenſus fulcire ruinas,
E Et vita renoua chari mihi damna pudoris,
Quo me donatum præſtanti munere gaudens,
Ecce nouus Deus omnipotens tibi debeo grates,
Exuperent quæ pœne alias cumulētque priores.
Quas conteſtatas tota hæc mea pagina præſens,
Continet. & quanquā ſpatiis prolixior amplis.
Euagata diu claudi ſe iam prope poſcat:
Noſtra tamen iugis deuotio ponere finem,
Neſcit ad explenda tibi debita munia Chriſte,
Hoc vnum ipſe bonum ſtatuens, hoc eſſe tenendum
Conſcius, hoc toto cupiens adquirere corde
Omnibus vſque locis & tempore iugiter omni,

Te præſando loqui te meminiſſe ſilendo
Quocirca & totum tibi me Deus optime debens,
Cunctaque quæ mea ſunt, opus hoc abs te deus orſus,
Nunc quoque concludẽs tibi deſino teque precatus,
Sæpius attente nunc multo impenſius oro,
Vt qui à vita in hac qua nunc ego dego ſenili,
Ipſa morte magis plura agnoſco timenda.
Nec mihi quid potius cupiã diſcernere promptũ eſt,
Quamcumque in partem tua iam ſententia vergit,
Da precor intrepidam contra omnia triſtia mẽtẽ.
Conſtantemque tuæ virtutis munere præſta,
Vt quæ iam dudum placitis tibi viuo dicatus,

A *Legibus & ſponſam conor captare ſalutem,*
Nec vicina magis pro conditione ſenectæ,
Tempora plus metuam mortis cui ſubiacet omnis,
Aetas ambiguæ me nec diſcrimina vitæ,
Suſpectum exagitent varij formidine caſus,
Vitari quos poſſe Deus, te præſule fido.
Sed quæcunque manet noſtrum ſors vltima finẽ,
Mitiget hanc ſpes Chriſte tui cõſpectus, & omne
Diſcutiat dubium fiducia certa pao rem,
Me vel in hoc proprio mortali corpore dum ſum,
Eſſe tuum cuius ſunt omnia vel reſolutum,
Corporis in quacunque tui me parte futurum.

LIBERII. P. M. AD CONSTANTIVM AVGVST. EPIST.

Glorioſiſſimo Conſtantio Auguſt. LIBERIVS *Epiſcopus.*

OPTO, tranquiliſſime Imperator, vt mihi benignas aures elementia tua tribuat, quo poſſim manſuetudinis tuæ mentis meæ propoſitũ aperire. De Chriſtiano etenim Imperatore & ſanctæ memoriæ Conſtantini filio hoc ipſũ ſine cũctatione me reor impetrare: ſed in eo me laborare intelligo, qui repetita ſatisfactione placabilem etiam circa reos animum tuum in gratiam meam reuocare non poſſum. Sermo enim pietatis tuæ iam dudum ad populum miſſus, me quidẽ quẽ patiẽter omnia ferre neceſſe eſt, plurimum lacerat, ſed animum tuum qui lenitati ſemper vacat, qui nunquam, vt ſcriptum eſt, in occaſum diei iracundiam ſeruat, retinere circa me indignationem, miraculo mihi eſt. Ego enim religioſiſſime Imperator tecum veram pacem requiro, quæ non ſit verbis compoſita interna diſpoſitione ſallaciæ, ſed præceptis Euãgeliorum rationabiliter confirmata: non Athanaſij tantum negotium ſed multa alia in medium venerant propter quæ concilium fieri manſuetudinem tuam fueram deprecatus, vt ante omnia quod ſpecialiter optat mentis tuæ erga Deum ſincera deuotio cum fidei cauſa, in qua prima nobis ſpes eſt, ad Deum diligenter fuiſſet tractata: nec eorum qui noſtram circa deum obſeruantiam mirari debent poſſent finiri, & dignum fuerat dei cultore dignum imperio tuo, quod Chriſti pietate regitur & augetur, ſpecialiter hoc ipſum reuerẽtia ſanctæ religionis, cui prudenter intentus es clementiam tuam nobis ad hæc impetranda præſtare: ſed multi Eccleſiæ membra lacerare feſtinant, qui confinxerunt me literas ſuppreſſiſſe, ne crimina eius quẽ dicebantur cõdẽnaſſe, apud omnes paterent, quaſi illas literas Epiſcoporum orientalium & Æ-
Melius illas, inquã literas.
gyptorum, quibus in omnibus eadem in Athanaſium crimina continebantur. At ſatis omnibus clarum eſt, nec quiſquam negat nos Orientalium literas intimaſſe, legiſſe eccleſiæ legiſſe concilio: atque ad hæc etiam orientalibus reſpondiſſe, quiſidem & ſententiam non commodauimus noſtram. Quod eodem tempore LXXV. Epiſcoporum Ægyptiorum de Atha-

Appendix.

naſio ſententia repugnabat, quam ſimiliter recitauimus atque inſinuauimus Epiſcopis Italis. Vnde contra diuinam legem viſum eſt etiam, cum Epiſcoporum numerus pro Athanaſio maior exiſteret, in parte aliqua commodare conſenſum. Hæc ſcripta, ſi deo fidem debet Theoſebius, qui miſſus fuerat feſtinans ad Aphricam, nobis reliquit, qua tamẽ poſtea omnia ſcripta ne ad impetrandum fortè concilium deeſſent, Vincentius qui cum cæteris legatus miſſus fuerat, Arelatum pertulit. Videt igitur prudentia tua nihil in animum meum introiſſe quod deo ſeruientibus non dignum fuerat cogitare. Teſtis autem eſt mihi deus, teſtis eſt tota cum ſuis membris eccleſia, me fide, & me in deum meum cuncta mundana, ita vt euangelica & apoſtolica ratio præcepit calcare, atque calcaſſe, non furore temerario ſed conſtituto atque obſeruato iure diuino: atque in alio miniſterio eccleſiaſticus viuens, nihil per gloriæ cupiditatem quod ad legem pertinebat impleui: atque ad iſtud officium, teſtis eſt mihi deus meus, inuitus acceſſi, in quo cupio quidem ſine offenſa Dei quam diu in ſeculo fuero permanere, & nunquam mea ſtatuta, ſed apoſtolica vt eſſent ſemper firmata & cuſtodita perfeci: ſequutus morẽ ordinẽmque maiorum nihil addidi epiſcopatui vrbis Romæ, nihil minui paſſus ſum, & illam fidem ſeruans, quæ per ſucceſſionem tantorum Epiſcoporum cucurrit, ex quibus plures martyres extiterunt, illibatam cuſtodiri ſemper exopto. Denique tam perire meam cauſam, pietati tuæ ſollicitudo eccleſiaſtica, atque ipſa deuotio perſuadet. Significant orientales pacis & noſtræ velle coniungi, quæ eſt pax clementiſſime Imperator, cum ſint ex partibus ipſis quatuor epiſcopi, Demofilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo cum apud Mediolanum Arij hæreticam ſententiam voluiſſent damnare, de cõcilio iratis animis exierũt: horũ ſi fas eſt, ſẽtẽtiis quale ſit, aut quid habeat commodare conſenſum, æquitas, & clementia tua poterit æſtimare. Non eſt nouum, quod non ſubtiliter & ſub occaſione nominis Athanaſij attentatur. Manent literæ Alexandri Epiſcopi olim ad Sylueſtrum ſanctæ memoriæ deſtinatæ, quibus ſignificant, ante ordinationẽ Athanaſij, vndecim tam presby-

Liberius inuitus ad pontificatum acceſſit.

teros quàm etiam Diacones, quod Arrij hæreſim ſequerentur, ſe Eccleſia eieciſſe: ex quibus nunc quidam extra Eccleſiam catholicam foris poſiti dicuntur ſibi conciliabula inueniſſe: quibus aſſeueratur etiam Georgius, in Alexandria per literas communicare. Quæ ergo poteſt pax eſſe, tranquilliſſime Imperator, ſi epiſcopi vt nunc per Italiam factum eſt, cogantur talium ſententiis obedire? Accipe aliud, quià tranquillitas tua patienter admittit. Manent Legatorum literæ qui ad clementiam tuam fuerãt deſtinati, quæ nuper venerunt, quibus ſignificant propter turbationem quidem omnium Eccleſiarum ſe quidem ante ſuccũbere ſentẽtiis Orientalium voluiſſe, propoſuiſſe tamen conditionẽm vt ſi iidem Arij hæreſim condẽnaſſent, hoc genere ſe inclinari & eorum ſententiis obedire. placitum, vt ipſi ſignificant, ſcriptura teſte firmatur: Itur in concilium, accipiunt cum deliberatione reſponſa, Arrij doctrinam ſe damnare non poſſe, Athanaſium, quòd ſolùm exigebant, communione eſſe priuandum. Hinc iam clementia tua hoc quoque conſideret, rectè catholicæ religionis iure ſeruato, an hominis cauſa debeat diligenter excuſſéque tractari. Vnde iterum atque iterum manſuetudinem tuã, animum tuum deo deditum rogo per eius virtutem, qui ſe in defenſione tua quantus ſis vniuerſis mortalibus approbauit, habens ante oculos eius beneficia, qui imperium tuum in omnibus regit. Hæc in cœtu Epiſcoporum diligenter facit omni cum conſideratione teſtari, vt pacatis per te deo fauente temporibus, tranquillitate tua conſentiente, ſic omnia diſcutiantur, vt quæ fuerint iudicio ſacerdotum dei confirmata, cum cõſtituerint omnes in ex poſitione fidei, quæ inter tantos Epiſcopos apud Niceiam præſente ſanctæ memoriæ patre tuo confirmata eſt, vniuerſos conſenſiſſe, cum exemplo poſſent in poſterum cuſtodiri, vt ipſe ſaluator qui de ſuper mentis tuæ propoſitum intuetur, in tanta rerum expeditione lætetur, cauſam fidei & pacis etiam Reipublicæ neceſſitatibus non immerito præpoſuiſſe. Ad exorandam igitur manſuetudinem tuam, vt beneuolo animo ad legationes noſtras audire digneris, fratrem & Coepiſcopum meum ſanctum virum Luciferum cum Pancratio Compresbyterõ meo, & Hilario Diacono placuit proficiſci, quos credimus de clementia tua ad pacem omnium eccleſiarum, catholicarum, non difficulter poſſe Cõcilium impetrare. Dei omnipotentis clementia te nobis cuſtodiat, clementiſsime ac religioſiſsime Auguſte.

D. ATHANASII ARCHIEPSSCOPI ALEXANdriiii Epiſtola.

Athanaſius, ſolitariæ vitæ ſtudentibus, & in fide Dei roboratis ac dilectiſsimis fratribus in Domino ſalutem.

DOmino quidem gratias ago qui donauit vobis in eum credere, vt cum ſanctis etiam vos habeatis vitam perpetuam. Quia autem ſunt quidam, qui, quæ ſunt Arrij ſapiunt, circum euntes monaſteria propter nihil aliud, niſi vt quaſi ad vos venientes, & à nobis reuertentes, ſimplices ſeducant Quidam autem ſunt qui affirmant quidẽ non ſe ſapere illa quæ ſint Arrij, pergunt autem & pariter orant cum ipſis. Neceſſariò hortantibus ſinceriſsimis fratribus ſcribere ſtudui, vt piã fidem quam in nobis Dei gratia operatur, ſincerè & ſine dolo cuſtodientes, non detis occaſionem ſcandali fratribus. Cum enim quis vos in Chriſto fideles viderit communicare cum talibus, vel cum eis pariter orare, vtique opinantes indiſcretum hoc eſſe: incidunt in cœnum impietatis. Vt ergo nihil tale fiat, ſit vobis voluntas, chariſsimi, eos quidem qui ſapiũt quæ ſunt impietatis Arrij auerſari: eos autem qui putantur quidem non ſapere quæ ſunt Arij, orant autem cum impiis, deuitare: & maxime quia quorum ſenſus execramur, horũ etiam communionem conuenit fugere. Si quis itaque venit ad vos, ſi quidẽ adfert ſecũdũ beatum Ioannem, rectam doctrinam, dicite huic Aue, & ſicuti fratrem hunc talem ſuſcipite. Si quis, autem ſimulat quidem confiteri ſe rectam fidem, apparet autem communicare illis, huiuſmodi hominem hortamini quidem abſtinere ſe à tali conſuetudine, & ſi quidem promiſerit, habetote & hunc quaſi fratrem: Si vero contentioſo animo perſeuerauerit, & hunc quoque vitate. Poſsibile quidem erat mihi etiam per multa extendere epiſtolam apponẽti ex ſcripturis diuinis formam huiuſmodi doctrinæ, ſed quia prudentes exiſtentes præuenitis eos qui ſcribunt, & magis abſtinentiæ intenti idonei eſtis & alios docere: propterea breuiter tanquam diligens ad diligentes dictaui confidens, quia ſic degentes puram ſincerámque fidẽ ſeruabitis, & illi iã videntes quod non cũ eis pariter oratis, percipient vtilitatẽ, timẽtes ne forte tãquã impij, & qui illorũ ſapiant, deputentur.

Hæreticis non eſſe cõmunicandum.

NICOLAI. I. PP. DE RHOTALDI SVESSION. EPISCOPI RESTITVTIONE, EPISTOLÆ DECRETALES.

In Epiſtolas Nicolai I. P. M. de Rothaldi Epiſcopi Sueſſion. reſtitutione & cauſa, Argumentum.

† Vide Aimoin. Lib. 5. Cap. 14. Synodi eiuſdem Act. 6. et deinc.

LVdouicus Pius Caroli magni filius Galliarum Rex & Imperator, trium natu maiorum filiorum Coniuratione, Anno D. 834. coactus eſt in ordinem abdicata ab eius complexibus Iuditha Regina Caroli Calui Matre, diſsimulantibus aliquot Epiſcopis, & in iis Ebone † Rhemenſi: cui ob eam cauſam exauthorato & deiectionem illius confirmante Sergio. PP. ſuffectus canonica electione Hincmarus conſecratus eſt à Rothaldo Sueſsionen. & petẽtibus Galliæ totius Epiſcopis à S. A. confirmatus. Ordinauit tamen Ebbo poſt damnationem ſuam canonicos aliquot Rhemen. qui anno. 13. Regni eiuſdem Caroli Calui, coacta in ſuburbiis Sueſſion. Synodo, dixerunt permiſiſſe ſe ab Ebbone ordinari quia vidiſſent tenuiſſe in Metropolim Rhemenſem eccleſiam Remenſes ſuffraganeos, & in his Rothaldum Sueſſion. cum literis Lotharii Imp. & eundem Ebbonem reſtituiſſe. Quòd cùm negaſſent accuſati Epiſcopi, deſitum nõ eſt tamen inquirere in eos qui Ebboni excommunicato,

Orationem

Oratione vel oblatione communicassent: Tum vero Arpuinus Syluanecten. accuſatorum nomine, id purificatum & ſanatum frequenti benedictione ſuper effuſa & ſacra communione tributa per Hincmarum, excuſauit: Atque ſic dimiſſa eſt quidem ſynodus, ſed Epiſcopis qui Abbatis communicauerant, moetor etiam tum iniuria Parentum & ſua Carolus infenſus, vt primum ſeſe obtulit occaſio, vlus eſt iniuriis. Rothaldum itaque Sueſſionen. accuſatum quòd grauius in adulterum quendam animaduertiſſet, Epiſcopatu vt pelleretur, per Hincmarum Archiepiſcopum Rhemen. perfecit. Damnatus Rothaldus ad S. A. prouocauit tuitum patrat Nicolaus I. à quo, eas quæ ſequuntur, de ſuâ cauſâ & Reſtitutione impetrauit Epiſtolas Decretales.

HINCMARO ARCHIEPISCOPO.

Epiſt. 1.

BEATITVDINIS tuæ lectis apicibus, quia fraternitatem tuam circa ſanctam Romanã ſedem, cui auctore altithrono præſumus, ergáque noſtrum Pontificium, in eadem, qua ſolita erat, perſiſtere deuotione reperimus, lætitiâ multâ repleti, omnipotenti Dño gratiarum officia percolimus, ſanctitatéq; veſtrã ad Sedẽ Apoſtolicam de his quæ ſibi viſa ſunt referentem, ac pro Eccleſiæ ſibi cõmiſſę neceſſitatib' atq; vtilitatibus Apoſtolatum noſtrum poſtulantem laudauim': & nihil eſſe quod fraternitati tuę denegare oporteret, penitus iudicantes, vt annueremus petitis, confeſtim corde concepimus mentéque deliberauimus. Cúmque lectis monumentis geſtorum, quibus cum cæteris Epiſcopis tuis viſa eſt tua quoque venerabilitas ſubſcripſiſſe, inuenim' ſanctiſsimum fratrẽ Rothaldum Apoſtolorũ curiam & Apoſtolicam S. appellantẽ vobis iudicantibus, gradu Epiſcopatus deiectũ valde doluimus. Et cordis noſtri gaudium, quod fratris & Coepiſcopi noſtri† Odonis aduentus fecerat, cognito, à veneratione tua, contra ſpem, huiuſmodi commiſſo, mœror continuus pepulit. Præſertim cùm tanta apud Sedis Apoſtolicæ Præſules circa reuerentiam tuam ſit longo iam tẽpore confidentia, vt vbi pręſentia tuæ dilectionis exiſteret, nunquã, appellantem A. S. quoduis ſuſtinere detrimentum credere aliquo modo quiuiſſemus, etiamſi de huiuſmodi re in ſacris canonibus quid obſeruandum eſſet, nihil prorſus inueniretur. Præcipuè cùm tãtæ ſapiẽtiæ te virũ eſſe noſceremus, tantæque familiaritatis fiduciam apud dilectum filium noſtrum regem Carolum cõperiſſemus tuã habere ſanctimoniã, vt ſi qua in illis partibus mala in Eccleſia Domini pullularent, per tuæ ſolicitudinis induſtriã reſecare radicitùs meditaremur. Debuerat certe beatitudo tua cùm Rothaldum totiens examinaueras, ſcribẽs ſancti Petri memoriam honorare, eiúſque iudicium, etiã ſi nunquam appellaſſet idẽ Rothald', modis omnib' poſtulare. Et ſi id agere noluiſſes, ſaltem poſt appellationẽ, cathedræ ipſius qui videbatur eiectus, alterũ nõ ordinaſſes, priuſquam eius cauſa iuxta ſacros canones in noſtro iudicio fuiſſet terminata. Verùm de Rothaldo viro venerabili ſecundum indultam nobis à ſanctis regulis poteſtatẽ, quæ præcepit id obſeruandum quod noſtro qualicũque concilio viſum exiterit, in Epiſtolã noſtra quã ad cõmunes fratres, & Coepiſcopos noſtros in regno glorioſi regis Caroli, chariſſimi filij noſtri, cõſtitutos trãſmiſim', inter quos & tua cõnumerata ſãctitas cernitur, decretũ atq; definitũ à nobis eſſe dignoſcitur. Ad quã fraternitas tua recurrẽs, quid de te cẽſuerimus facile recognoſcere poterit: cui definitioni noſtræ benè facies attendẽdo, ne ſadiutius cõtra interdicta præſumpſerit, canonicis legibus anguſtietur. Priuilegia præterea ab A. S. veſtræ Eccleſiæ confirmanda depoſcitis, qui tamẽ noſtra priuilegia quantũ in vobis eſt, infirmare ſatagitis. Portum ſalutiferum ſanctam Romanam Eccleſiã appellatis, qui tamẽ, in eo, ne aliqui ſaluẽtur, quãtum poteſtis, ſatagere procuratis. *Quomodò ergo priuilegia tua † facere potuerim, ſi † tua priuilegia illa cẽſentur, per quæ tua priuilegia initium ſumpſiſſe noſcuntur?* Aut cuius momenti erunt tua, ſi pro nihilo noſtra pendantur? Si namque ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur? Verùmtamen ſanctitati ac dilectioni tuæ iniũgimus ac pręcipimus, vt lecta ſãctionis pagina noſtræ, quam per Odonem communẽ fratrem & Coepiſcopum beatitudini tuæ, atque cæteris cõminiſtris tuis direximus, quæ de ſæpe nominato Rothaldo decreuimus, vnà cũ eis ſtudeas conſummatione perficere, vt charitatis noſtræ & amicitiæ atque gratiæ particeps ſemper inueniaris ad amputãda noxia hoſtium ſanctæ Domini Eccleſiæ germina, atque ad ſalubria ſerẽda ſanctitatem tuam conſociam de cęterò familiariter habeamus: ſicque demùm tantò ſtudeamus etiam non poſtulati circa omnes maleuolos tuos; tuæque Eccleſiæ aduerſarios, tibi priuilegia indulgẽdo & acrius inhærendo fortiter expugnare, quãtùm ſenſerimus fraternitatem tuam circa beati Petri Apoſtolorũ principis, eius priuilegia nullo argumento, nulla prorſus adiuuentione anhelare: ſed in eorũ veneratione & defenſione atque excuſatione totis viribus, tota intentione velle perſiſtere. De reliquo, frater chariſſime, vt dilectum filium noſtrum Carolum, excellentiſſimum Regem ad diuina præcepta ſemper erudias, ſemper accendas, & vt in eâ, quâ cæpit, deuotione atque dilectione erga ſanctam Romanam Eccleſiam, Apoſtolicámque Sedem permaneat, ſtudio curioſo decertet, ſolertiáque prudenti inuigilet. Cætera verò, quæ huius paginæ tenori non ſunt inſerta, communis frater & Coepiſcopus Oddo, qui & tuæ ſanctitatis virtutibus noſtrum animũ plurimum exhilarauit, viua voce poterit enarrare. Hanc poſtremo ad memoriã tuam reducere volumus, nos ecce iam ſecundò, vt virum venerabilem Rothaldum Apoſtolicæ ſedi deſtinaſſes, ſãctitati tuæ miſiſſe. Quod prouidendum eſt, ſi tertiò dilectioni tuæ dirigere pro hoc ipſo coacti fuerimus, ne in contẽptorẽ ſacrorum canonũ, diffinitiuã ac peremptoriam (quod non optamus) ſententiam proferamus.

Odonis Belgiuacorum Epiſcopi, qui Caroli Calui Legatus fuit ad Ludouicum Germaniæ Regem pro diuiſione Regni Lotharingia, defuncto Lothario vtriuſq; fratre, meminit Aimoinus de geſtis Frã. Lib. 5. Cap. 25. Hincmarus Carolo Caluo Regi familiaris.

† *Melius* firmare.
† *Melius*. irrita.
Marc. 9.
Luc. 14.

Hincmaro Archiepiſcopo Rhemenſi.

Epiſt. 2.

SANCTITATEM veſtram, quam ſemper in virtutum exercitiis conuerſantem comperimus, & in doctrinis Eccleſiaſticis proficientem, famâ crebreſcente, didiſcimus, aliter Apoſtolicam reuerentiam pre oculis habere ſperabamus, quàm frequẽs dictat opinio, denique fidelium multorum, exemplum dolẽtium, auditu veraci cognouimus, quòd Rothaldus frater & Coepiſcopus noſter Eccleſiæ Sueſſonicæ, pro quodam Presbytero qui pro facti ſui qualitate, honoris proprij, ante triẽnium, fuerat priuatus officio, à veſtra ſanctitate fuit impetitus, & adhuc, quod ne faseſt, Sedem Apoſtolicam appellans, iuxta quod ſibi à patribus conſtat eſſe permiſſum, Epiſcopatus etiam, abſeos. expoliatus honore, & in exilium deportat', hactenus in monaſterio retruſus exiſtat. Vnde geminus, valdéque dolemus: Nam cum debuerat honoribus pro ſua ſenectute multiplicib' ampliari, & pro tot laboribus ac obſequiis in Eccleſia Domini pariter & Principibus Mundi fideliter ac vtiliter impenſis maiori dignitate frui, & iam tandẽ ſine cuiuſquam impulſione quietus exiſtere, nũe è contra dehoneſtatus, & ad iniuriam beati Petri Apoſtolorũ principis cuius Sedẽ appellauerat, fame & ſiti, ac innumeris maceratur miſeriis, ac depoſitus pariter & abiectus exiſtit. Vnde valde miramur ac vehemẽtiſsimè obſtupeſcim' quomodo luminum veſtrorum ſerenitatem tam repentina potuerit obtenebrare caligo, adeò vt priuilegia Apoſtolicæ Sedis, quæ intemerata à tota Chriſti ſeruantur Eccleſia, contemplari deſpexeritis atque ipſos paternos canones neſcimus qua auctoritate diruperitis: quod omnino inultum manere non patiemur, vt qui prohibita præſumpſit, minimè quę ſit cenſura canonica experiatur, ita vt omnibus manifeſtum faciamus, quod nullum, fratres noſtros, aliquo modo patiamur ſui ſuſtinere diſpendium, neque ſanctorum patrum ſtatuta vileſcere permittamus. Verum interim Dei ſummi ſanctorumque Apoſtolorum principum Petri & Pauli, & noſtra per eos auctoritate fraternitati veſtræ iniungimus, vt ſi noſtræ charitatis, & cõmunionis ſicut hactenus voluiſtis videri participes, iam dictum fratrem noſtrum Rothaldum Epiſcopio pariter & priſtino honoris ſui officio reſtituatis: Ita vt per oĩa tali decoretur honore, & omnibus ita reddatur integer officiis, qualem illum eo conſtat fuiſſe tempore, quando expellendus, Apoſtolicæ Sedis memoriam fecit. Et ita demum ſi qui videntur illius eſſe calumniatores, cum Presbitero illo qui deiectionis ipſius cauſa extitit, Romam pariter cum ſæpe nominato Rothaldo, omni remota occaſione indeſinenter accurrant. Hoc autem expreſſè decernimus, vt poſt trigĩta dies poſtquã hæc noſtra Epiſtola apud vos delata fuerit, aut præfatũ virum Rothaldum omnino reſtituatis priſtinæ dignitati, aut ſi iuſtè vos in eum egiſſe putatis, Romam cum eodem vos vel veſter legatus veſtram vicem in omnibus ferens, vt vtriuſque partis cauſam ad liquidum ſciamus, adueniat. Quòd ſi poſt præfixos triginta dies, quæ in hac Apoſtolicâ auctoritate plenâ, continentur epiſtolâ, minimè obedire ac perficere ſtudueritis, decernimus ac promulgamus, vt Miſſarũ ſolẽnia tandiu celebrandi non habeatis licentiam, quàm diu quæ definiuimus, perducta ad conſummationem non fuerint. Quam ſentẽtiam non ſolum vos ſed omnes Epiſcopos obligare decernim', qui vobis in depoſitione prefati viri Rothaldi conſenſiſſe noſcuntur. Ipſum verò, illos, per vos ſcire præcipimus.

SS. Apoſtolorum principes, Petrus et Paulus.

Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, dilecto filio noſtro Carolo glorioſo Regi.

Epiſt. 3.

NVNC laudãda eſt frequens cõuerſatio, & aſsidua cum Eccleſiaſticis & cum ſapientibus veſtra ſedulitas, quam circa vtilitatem Ecleſiarũ Domini vos habere auditu gratulabũdo concepimus, Si eiuſdem ſanctæ Eccleſiæ Paſtorum cũ quibus hanc humilitatem & ſolicitudinem ſalubriter operamini, ſub quadam ſpecie Iuſtitiæ nullum omnino ſublimitas veſtra læſerit, ſicut de vno quodã, Rothaldo nomine, nunc vos egiſſe plurimorum relatu didiſcimus, maximè cum deijciẽdus Apoſtolicam ſedem, iuxta licentiam canonicè ſibi cõceſſam appellaſſe perhibetur. Pro quo (fili chariſsime) valde gloriam veſtrã expoſcimus, vt præfatum virum in ſuo Epiſcopio, & omni priſtino reddi faciatis honori, & ita demũ ad Apoſtolicam Sedẽ (ad quam illum conſtat appellaſſe) ſecurum, pro noſtro amore, aditum properãdi dare dignemini. Hoc ſpecie tenus cognoſcentes, quoniam tunc credemus vos noſtrum Apoſtolatum diligere (ſicut ſæpe profiteri videmini) ſi Deum & Dominum noſtrum timere pariter & amare vos euidenter cognouerimus. Necnon & priuilegia ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, & ſtatuta patrum illibata ſeruantes, ea vileſcere vel deſtrui à nemine patiamini. Cæterum ſciat ſublimitas veſtra nos ad confratrem noſtrum Hincmarum Archiepiſcopum miſiſſe, quatenus aut infra triginta dies poſt lectã à nobis ſibi miſſam Epiſtolam, eundem Epiſcopum priſtino gradui reſtitueret, aut cum idoneo ſuo legato, ſi ipſe non poſſet, vna cum accuſatoribus eiuſdem viri (ſi tamen eſſent) atque cum Presbytero, qui cauſa deiectionis eius fuit, Romã veniret. Quod ſi neutrum ageret, poſt triginta dies præfixos, nec ipſe, nec quilibet Epiſcoporũ, qui in depoſitione præfati Epiſcopi conſenſerũt, licentiam celebrandi Miſſarum ſolemnia penitus haberent, quouſque in iis quæ ſalubriter deceret, nobis ſint obedientes, ac pleniter ad effectum cõſummationis perduxerint.

Nicolai. P. P. Epiſtola ad Hincmarũ de reſtituendo in Epiſcopatum Rothaldo Sueſ.

Nicolai. I. P. M. ad Concilij Conuicinenſis ſeu Syluanectenſis Epiſcopos, Epiſtola. 4.

1. De reſtitutione Rothaldi Epiſcopi Sueſsion.
2. Vt pro Balduino qui Iuditham Caroli Calui filiam rapuerat, apud eum intercedant
3. De Lotharij regis excommunicatione ob adulterium cum Waldrada pellice.

NIcolaus ſeruus ſeruorum Dei, reuerendiſſimis & ſanctiſſimis cõfratribus noſtris Metropolitanis Epiſcopis, & cæteris diuerſarũ prouinciarũ ac vrbium Præſulibus, qui in Conuicinum villam publicam ſecus ciuitatem Syluanectis Concilij conuenistis.

SCRIP-

SCRIPTIS dilectæ fraternitatis ve-
ſtræ ſuſceptis & inſpectis, attentius
in eis omnis ſciẽtiæ & ſapiẽtiæ ſancti
tatis veſtræ fluentis, quæ non aliun-
dè in pectora veſtra vtique niſi ab
ipſo fonte vitæ poterant emanare,
cognita deuotione, & ſummi amoris affectu quẽ
circa hanc ſanctam Romanam Eccleſiã, Apoſto-
licámque Sedem vos retinere monſtratis, & quo-
niam ex amore ſecundum conſtitutionem maio-
rum, vt eadem ipſa verba ponamus, non ſolum de
omnibus quæ poſſunt aliquando recipere dubi-
tationem vel quamcunque incurrere quæſtionẽ:
Sedes Romana. apex epiſcopatus. verùm de cæteris atque maioribus negotiis Ec-
cleſiaſticis exequendis, ad apicem Epiſcopatùs,
id eſt, ad magni Petri Sedem debere vos referre
cognoſcitis: horum auctori ac omnium bonorum
largitori Deo & Domino noſtro, gratiarum mul-
timodas rutilimus actiones. Qui ideo in ſancta
Eccleſia vos rutilantes tanquam ſplendidas ſtel-
las verbum vitę continentes, & morum ac virtutũ
veſtrarum lumine longè latéque proximos illu-
ſtrantes voluit collocare, vt meritò eandem ſan-
ctam Eccleſiam, iuxta ipſius magiſterij dictum,
cæli nomine, vbi talia nimirum fulgent lumina-
ria, valeamus veraciter appellare. De cætero ve-
rò, fratres chariſſimi, diſcentes in prouinciis ve-
ſtris Paganorũ crebris vos laborare infeſtationi-
bus, inſuper & Eccleſias Chriſti in illis partibus
conſtitutas, ab inteſtinis, id eſt, à ſuis multa incõ-
moda tolerare plurimùm lamentamur, & vobis
oppidò compatimur & contriſtamur: Quamuis,
dilectiſſimi, non adeò ſuper his cõtriſtari ac mœ-
Rom. 5. roribus affici debeatis, ſcientes quoniam tri-
bulatio ſecundum Apoſtolum, patientiam opera-
tur, patientia autem probationem, probatio vero
ſpem, ſpes autem non confundetur: Si quidem
locus hic eſt afflictionis, hic conuallis lacrymarũ
donec videamus Deum deorum in Sion: Hic eſt
vbi in lacrymis ſeminamus, vt poſtmodũ in gau-
dio metamus: hic eſt, inquam Ægyptus, hic eſt
Ex. 5. fornax ferrea, vbi ſpiritalem Hieruſalem diris o-
portet lateribus fatigari donec terram promiſſio-
nis ingrediamur, id eſt, donec Dominus, cum ei
perfectè placuerimus, in regione viuorum, ſe no-
bis promiſſum oſtẽdat. Hic opus eſt, vt quæ ad
ad Tẽpli ſancti ſtructuram pertinent, ſummi Ar-
tificis manu & prouiſione aptentur, vt cùm tun-
ſiones, ſonitus, preſſuræ ac perſecutiones ſeculi
præſentis tranſierint, ſine aliqua tortitudine vel
inæqualitate in cæleſti fabrica, tanquam lapides
viui, idonei in omnibus comprobemur. Quapro-
pter hoc ſcientes dilectiſſimi, ſpei noſtræ anchorã
in cæleſti ſtatione figentes, huius mundi procellas
deſpicite: quia protector noſter omnipotens iam
non dormit, qui imperat & mare & venti obediũt
Luc. 8. ei, fitq; trãquillitas magna. Propterea de Rothaldi
damnatione Apoſtolicæ Sedi referre iure ſtuden-
tes, petiſtis, vt noſtra etiam auctoritate rata
eſſe probarentur quæ de eo apud vos in Concilio
acta fuiſſe perhibuiſtis. Quod agere penitus rẽ-
Epiſtola. 8. de Eutychete excõmunicato. cuſamus, quando nos (vt eadem ad Flauianũt ſan-
cti Leonis dicta ponamus) qui ſacerdotũ domini
matura voluimus eſſe iudicia, nihil poſſumus inco
gnitis, rebus cuiuſque partis præiudicio definire
priuſquã vniuerſa quæ geſta ſunt veraciter audia-
A mus. Sed fortaſſe dicitis vos vniuerſa quæ de eo
geſta ſunt nobis per ſcripturæ ſeriem veraciter, re
tuliſſe, & per fratrẽ & Coepiſcopũ noſtrũ Odonẽ,
qui penè conſiliis veſtris ſemper affuerit, cuncta
pleniter intimaſſe. Quibus ſcitote nos ſatis crede-
re, & ad cuſtodiã diſciplinæ Eccleſiaſticæ cõſen-
ſum præbere potuiſſe, niſi excuſationes & defen-
ſiones illius, ſuggeſtorúmque ſeries, innocentiam
ipſius & veſtram nocentiam demonſtrantium, à
vicinis veſtris compluribus, Apoſtolatui porre-
ctę apud nos haberẽtur, & frater & Coepiſcopus
noſter Oddo nihil accuſationis publicæ voluerit
à nobis interrogatus ei obiicere. Quãquã ſi ob-
B iecisſet, nihil ad damnationem iam dicti Rothal-
di proficeret, cùm neminem partis illius, qui ob-
iectis vel annueret vel renueret, noſtrã cõſtaret
adiiſſe præſentiã (nã accuſatores quæcũq; volue-
rint dicũt) Et ſciamus iuſtũ mediatorẽ non eſſe,
qui ſic vnam partem audit vt alteri parti nihil re-
ſeruet: Pręſertim cum Dominus pro abſente & nõ
audito per Moyſem pręcipiat, iam non maledi-
cẽs, inquiens, ſurdo, nec coram cæco pones of- *Leuit. 19.*
fendiculum. Ignorare autem fraternitatem veſtrã
non patimur, animum noſtrum non mediocriter
lęſum, eò quòd ſecundum geſtorum tenorem, &
veſtrarum ſuggeſtionum quas ad S. A. direxiſtis
C cognitionem, appellantem eundem Rothaldum
A. S. depoſueritis, ac in monaſterio retruſeritis:
Quod non niſi in contemptum beati Petri, cuius
iudiciũ expetiuit, & in contumeliam ſacrorum
canonum & Eccleſiaſticarum traditionum prę-
ſumtè ac temere admiſſum minimè dubitatur: *Legibus*
Inſuper autem & ad imminutionem Apoſtolicę *Imperatorus quo*
& ſummæ Sedis priuilegiorum quibus veſtrarum *modo vtẽ-*
quoque Eccleſiarũ priuilegia firmare depoſcitis, *dũ ſit in*
Imperatorum leges proponitis, quibus quaſi pro- *Eccleſia-*
hibẽtibus aſtruere non habuiſſe appellationis vo- *ſticis con-*
cem Rothaldum nitimini, cùm conſtet conſti- *trouerſiis.*
tutionibus mundanarum legum & Imperatorũ nõ *Epiſt. 18.*
D omnibus eccleſiaſticis controuerſiis vtendum eſ- *Capitulo.*
ſe, pręſertim cum inueniuntur Euangelicę ac ca- *2:*
nonicæ ſanctioni obuiare. Ad quod oſtẽdẽdũ duo
rũ Heroũ, Innocẽtij ſcilicet & Gregorij ſatisſuffi- *† Alij,*
ciũt teſtimonia. Sanctus Innocẽtius quidẽ in de- *vere*
cretali epiſtola ſua ad Alexãdrũ Antiochenum E- *† ano*
piſcopum, †ait: Nam quod ſciſcitaris, inquiens, v- *† Lib. 9. Epiſt. 39.*
trum diuiſis imperiali iudicio prouinciis, vt duæ *& habetur, di. 10.*
metropoles fiant, ſic duo metropolitani Epiſco- *ca. Se religionis.*
pi debeãt nominari: Non ergo † viſum eſt ad mo-
bilitatẽ, neceſſitatũ mũdanarũ Dei Eccleſiam cõ-
mutari, honorẽſque ac † diuiſiones perpeti quas *† Mauricii*
pro ſuis cauſis faciẽdas duxerit Imperator. Beatus *Imperatoris ſoror e-*
E autẽ Gregorius ſcribens ad Theotiſtam patriciã, *rat. Greg.*
† inter cætera, ſi enim, inquit, religionis cauſa cõ- *Epiſt. 1. l.*
iugia debere diſſolui dicunt, ſciendum eſt, quia *Epiſtola.*
& ſi hoc humana conceſſit lex, tamẽ diuina pro- *5.*
hibuit. Ecce quemadmodum imperiali iudicio *† Di 1. c. t.*
nõ poſſunt: Eccleſiaſtica iura diſſolui. Ecce qua- *Epiſcopis*
liter quod lex humana conceſſit, lex diuina pro- *in Conc. a-*
hibeat: Non quòd Imperatorum leges, quibus *pud concilium*
ſæpè Eccleſia circa hæreticos vtitur, ſæpè circa *cõgrega-*
tyrannos, atque circa prauos quoſque defenditur *tis.*
dicamus penitus renuendas, ſed quod eas Euan-
gelicis, Apoſtolicis atque canonicis decretis, qui-
bus poſtponendæ ſunt, nullum poſſe inferre præ-
iudicium aſſeramus. Quanquã ſcripſeritis Ap-

pellationes eius fruſtratorias excuſationes ac dilatatiunes fuiſſe, tantum quęrentes, quod quibus argumentis firmetis, præſerum cum annuentibus ſibi Canonibus Apoſtolicam ſedem appellaſſe ſolenniter videatur, non facile patet. Quippe cùm nemo ſciat ſecundum veritatis atteſtationé, quæ ſunt io homine, niſi ſpiritus eius, qui in ipſo eſt. Quis autem neſciat cóſtituta Sardicenſis Concilij, quę pręcipiũt, poſt aliquot, Capitulo 4. Si quis Epiſcopus iudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putauerit ſe cauſam bonam habere, vt iterum Cóeilium renouetur, ſi vobis placet, ſancti Petri Apoſtoli memoriam bonoremus, vt ſcribatur ab his qui cauſam examinarunt Iulio Romano Epiſcopu: Et ſi iudicauerit renouandum eſſe iudiciũ, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem cauſam eſſe vt non refricetur, præſertim quæ acta ſunt ſi decreuerit, confirmata erunt. Item capitulo octauo Oſius Epiſcopus dixit: Placuit autem, vt ſi quis Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerit cógregati Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo eũ deiecerint, ſi appellauerit qui eiectus eſt & confugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſię, & voluerit ſe audiri, ſi iuſtum putauerit vt renouetur examen, ſcribere bis Eccleſiis dignetur, quæ in finitima & proxima prouincia ſunt vt ipſi diligenter omnino requirant, & iuxta fidem charitatis definiant. Quod ſi is rogat cauſam ſuã iterũ audiri & deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo Presbyterum mittat, erit in poteſtate Epiſcopi, quid velit & quid æſtimet. Et ſi decreuerit mittendos eſſe qui præſentes Coepiſcopos iudicent, habentes eius auctoritatem à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit Epiſcopos ſufficere vt negotio terminum imponant, faciat quod ſapientiſſimum Concilium iudicauerit. Sed ſicut in ſuggeſtionum veſtrarum inuenimus ſcriptis, niſi habuiſſe Rothaldũ Appellationis vocẽ affirmare conamini, † eodẽ nõ habuerit bonã cauſam, cùm cõſtet ſæpe fatum Rothaldum vſque hodie bonã ſe habere cauſam putare: Et venerandum Concilium, non ſolùm eum qui cauſam habet, ſed & illum qui ſe bonam cauſam habere ſaltem putauerit, S. A. appellare permiſerit, & huic ab eo renouandum iudicium decreuerit, maximè cùm iuxta conſtitutionem ſanctæ huius Synodi, etiam ſi nũquam reclamaſſet, nunquámque S. A. mentionẽ feciſſet, à vobis qui cauſam eius examinaſtis, memoria ſancti Petri honorari debuerat, atque ei perſcribi, vt ſi iudicaret renouandum eſſe iudiciũ, renouaretur & daret Iudices. Verba certè, ſicut ſuperius commemorauimus ex eiuſdem Concilij ſanctione, quod ſi probata viderentur, ſtatueret. Sed quid mirum, ſi hoc in deſpectu Apoſtolorum principis vos contempſiſſe, cum ad iniuriã ſacrorum caoonum & venerabilium Romanorum Põtificum decretorum perpetraſſe adhuc peius inueniamini, ſcilicet, vt poſt appellationem & reclamationem eiuſdẽ Rothaldi, in cathedra ipſius alterũ cóſecraueritis, cũ id manifeſtiſſimè à ſacris regulis conſtet eſſe alienũ, vt loco depoſiti omnino nõ ordinetur, niſi cauſa fuerit in iudicio Epiſcopi Romani determinata. Sed dicitis poſt appellationem A. S. illum vocem mutaſſe, & Epiſcoporũ Cõcilium expetiſſe. Quibus (cum pace veſtra fatemur) quàmuis veſtris aſſertionib⁹ fidẽ adhibeamus, & ita feciſſe illum (quãdo nõ eſt quod poſſit non credi) ſanctimonio veraciter teneamus, tamẽ quà hoc intentione egerit, vel quod ſi interrogetur à nobis, reſpõdere penitus non ignoramus, vt ſicut in aliis & incertæ rei dubium vſque ad vtriuſque partis examinationem proculdubio remeetur. Præterea fraternitatem veſtram non credimus ignorare, antè ad fratrẽ noſtrũ Rhemorũ Epiſcopũ Apoſtolatus noſtri nos miſiſſe apices, vt aut ſæpe fatũ Rothaldũ venerabilẽ infra triginta dies poſt literarum noſtrarũ ſibi miſſam epiſtolã priſtino gradui reſtitueret, aut eum cum idoneo ſuo legato, ſi ipſe venire non poſſet, vnà cum accuſatoribus eiuſdẽ viri, ſi tamẽ eſſẽt, atque cum Presbytero q̃ cauſa deiectionis eius fuit, miſiſſet. Quod ſi neutrũ agere voluiſſet, poſt triginta dies præfixos, nec ipſe, nec quilibet Epiſcoporũ qui in depoſitione præfati Epiſcopi conſenſerant licentiam Miſſarũ ſolẽnia celebrãdi penitus habuiſſẽt, quouſq; quæ ſalubriter decreta à nobis eſſẽt, obedienter ac pleniter ad effectum conſummationis perducerent. Sed ad ſcripta veſtra tendentes, quæ nũc per fratrem & Coepiſcopũ noſtrũ Odonem ad Sedẽ Apoſtolicã deſtinaſtis, inuenim⁹ iã dictũ ſanctiſſimum virum iudicio ac conſenſu veſtro, & Epiſcopatu priuatum, & in Monaſterio hactenus retruſum, inſuper & in cathedra ipſius alterũ Epiſcopũ ordinatũ: Quod quã ſit execrãdũ, quàmque à nobis nulla penitus patiẽtia tolerãdum, dici nõ præualet, etiam ſi cũcti corporis artùs vertãtur in linguas. Certè dum ſuggeſtiones, relationes, preces, conſulta veſtræ ſanctitatis, ſcriptis, atque verbis, noſtris fuiſſẽt auribus inculcata, mox mẽte concepimus & penè cũcta vt annueremus atque indulgeremus, diſpoſuimus. At vbi iniuriã ſancti Petri, S. Apoſtolicæ priuilegiorũ imminutiones, ſacrorũ canonũ cõculcationes perſpeximus, nihil potuimus vobis propinare dulcedinis, qui toti nimirum repleti ſumus amaritudine. Siquidem è contrario pro tanti contemptùs mole, dignà vos animaduerſione canonicà ſeueritate meritò puniremus, niſi Apoſtolica moderatio, paululùm nos ad magnanimitatẽ, & veſtra dilectio prouocaſſet. Quod autẽ qualiter in vos competenter & regulariter exerceremus, ipſi nos lateris veſtris affatim & manifeſtiſſimè docuiſtis, *quæ ſi opportunitas fuerit, colligi & oſtendi facilius poſſunt.* Sanè interim Apoſtolica atque canonica auctoritate vobis dũtaxat Epiſcopis, qui in depoſitione & exilio ſupradicti Rothaldi vel iudicium dediſtis, vel conſenſum præbuiſtis, præcipimus, vt eum mox ab exilio reuocetis. Et quia ſecũdum indultam ſibi à ſcriptis regulis licentiam, hactenus appellare S. Apoſtolicã dicitur, Romam illum ad ſuam cauſam in noſtra Apoſtolica præſentia peragendã ac determinandam deſtinare, imo dirigere nullo modo poſtponatis. Dignum quippe eſt, vt qui veſtro omnium iudicio in exilium deputatus eſt, veſtro ſit è contrario communi ſtudio, beati Petri memoriæ & Sedi eius honorificè præſentatus. Ex vobis verò præcipimus, vt duo vel tres, aut certè ſi libet, plures mittantur, qui ita cunctis veſtrum omnium præſentiam præferant, vt quicquid agendum eſt vel experiendum fuerit, refricata quę acta ſunt, veſtrà omnium vice, prorſus ſciſcitẽtur.

Quod

1. Cor. 2. c.

P. Romani Presbyter Legatus à latere.

† Fortè melius eum idẽ.

Quod ſi vos occurrere nequiueritis, vicarios veſtros, mittite & ita vnà cum præſato religioſo fratre veſtro Rothaldo veniant, in omnibus, ſicut ſuperius diximus, ad cuncta exequenda, vel certe experienda, quæ venticata coram nobis extiterint, vicem veſtram & perſonam habentes. Quod ſi poſtpoſito noſtro iudicio quód auctoritate Apoſtolica promulgauimus atque decreuimus, occurrere contemnitis, Dei omnipotẽtis, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ principum, quorũ glorioſo agone ſancta hæc Romana Eccleſia, cui diuina diſpoſitione præſumus, eſt Domino cõſecrata, atque ſanctorũ canonũ quorũ vos contemptores ſcriptis propriis oſtẽdiſtis, necnon & noſtræ mediocritatis auctoritate, à Miſſarũ ſolemniis celebrãdis eſtote prorſus, quouſque noſtris definitionibus obediatis, extorres, ita ſanè vt poſt lectum huius paginæ tenorem infra triginta dierum ſpatium, quæ de Rothaldo viro venerabili ſanximus agenda ſore, minimè ſtudueritis perficere: Scientes profectò, quoniam ſi poſt hæc in ſanctarum regularum & noſtrarum contemptum fueritis diutius conuerſati, ipſum quidẽ Rothaldũ à nobis A. Sedis more, à damnationis vinculo fore ſoluendum, atque conuocato Epiſcoporum cætu, foueam, quam ei paraſtis, vobis proculdubio præparandam. Vos autem dilectiſſimi nolite noſtra decreta moleſtè ferre: quia ſicut beatus Innocentius Macedonibus ſcribit, graue non potuit videri piiſſimis mentibus veſtris cuiuſcunque retractari iudicium, quia veritas exagitata ſæpius, magis ſplendeſcit in luce: & pernicies reuocata in iudicium, grauius & ſine pœnitentia condẽnatur: Nam fructus diuinus, iuſtitia recens, erit fratres chariſſimi, præſertim cùm nihil nobis amplius ſit cum Rothaldo quàm cum omnibus Chriſtianis. Verùm priuilegia Sedis noſtræ vſque ad mortem, diuina annuente gratia, veſtigia patrum noſtrorum ſequentes, defendemus. Sed & vos illa quatenus illibata, vt potè torius Eccleſiæ Domini remedia, cuſtodiantur, toto conamine & omnibus votis operari ac deſudare debeatis. Quoniam priuilegia S. A. tegmina ſunt, vt ita dicamus, totius Eccleſiæ Catholicæ: priuilegia (inquam) huius Eccleſiæ, munimina ſunt circa omnes impetus prauitatum. Nam quod Rothaldo hodie contigit, vnde ſcitis quod cras cuilibet non eueniat veſtrum? Sic Apoſtolus admonet; dicens: Qui putat ſe ſtare, videat: ne cadat. Id ſi contigerit, vt verbis vtamur propheticis, ad cuius, rogo, confugietis auxiliũ? Hæc quidem de Rothaldo ſatis dixiſſe ſufficiat.

Eccleſia. S. S. Apoſtolorum agone, Deo conſecrata.

Epiſt. 7. et habetur 35. q. 9. graue non

1. Cor. 10.

Cæterum de Balduino, de quo multa iam ſcripſiſtis, ſciat beatitudo veſtra non nos regulas atque ſancta decreta velle corrumpere, ſed quia ad limina Apoſtolorum veniens [*Iuditha Caroli Calui Francorum Regis filia, ſperata primùm Balduini Ferrei Flandriæ Comitis vxor, Edelulpho Anglorum Regi, Romà per Gallias redeunti, Anno. 857: Deinde & eiuſdem filio Adelbaldo nupſit, anno. 858. Viduatàm in Gallias rediſſet contineretque ſe plurimùm Syluanecti, non reclamãte Ludouico fratre eius rapta eſt à Balduino, & cum eo Romã profecta purgauit eum de raptu, Pontifex verò intercesſores pro eo Legatos ad Carolum miſit † Rothaldum Portuen. & Iohannem Ficoden. Mag. plura ad annum 863.*] à nobis petiit ſe adiuuari, quanquam noſſemus quod filius noſter Carolus glorioſus Rex legaliter poſſet ei, ſi vellet, filiam ſuam in vxorem dimittere, & miſericordiæ ſuæ gratiam impartiri: tamen nõ iuſſa miſimus, ſed preces obtulimus, Quod textus epiſtolarum noſtrarum, quas ad iam fatum excellentiſsimum Regem, & filiam noſtram Reginã ad id obtinendum direximus, vobis ſatis poterit indicare. Nam pro tam † pretioſa temeritate ipſius viri, maximè cùm cõſideremus dilectiſsimi filij noſtri Caroli ſublimis contritionem cordis & pectoris naturalem affectum, & nos valde doluimus, & ei tota, mentis affectione vſque hodie cõpatimur. Sed veſtra fraternitas prouideat, ſicut ait Apoſtolus, redimentes tempus quoniam dies mali ſunt, & iam ſicut ipſi in veſtra pagina teſtami ni, periculoſa tempora inſtant. Ne ergo peius adhuc aliquid oriatur, interuenientes apud eundem glorioſiſsimum Regem filium chariſsimum, quò & ipſius cordis mœrorem pellatis, & eidem Balduino non vſquequaque inflexibilis perſeueret, præcipuè quoniam Apoſtolorum auxilia deprecatus eſt & diuina præſidia requiſiuit. Nulli etenim regum graue eſſe videri debet conſeruo ſuo debitum centũ denariorũ dimittere, qui fortaſſe à ſummo regum & Domino Dominorum, decem milia talentorum ſibi dimitti deſiderat.

† Fortè me lius, Rodoaldũ, vt paulo infra.

† For. Pernicioſa.

Eph. 5. Coloſſ. 4.

Matth. 18. Luc. 7.

Porro quid de Lotharij vxoribus, [*Lotharius hic Caroli Magni Pronepos Lotharingiæ Rex, Theodeberga vxore repudiata Waldradam pellicem duxit, Anno. 862. aſſentantibus Archiepiſcopis Colonien. Treuer. & aliis. Correptus verò à P. P. & anathemate damnatus, primùm reſipuit quidem, ſed ſtatim ad peccatum rediit, quoad demùm anno. 870. Romæ purgauit ſe iureiurando coram Adriano P. P. Nicolai ſucceſſore: creditus verò peierasſe, paulò poſt obiit Placentiæ: quin & quotquot vnà cum eo iurauerant, intra annum extincti ſunt. Vide Rheginon. Chronic. Lib. 2.*] cenſuerimus, quando & de hoc, noſtro ſcripſiſtis præſulatui, in epiſtolarum noſtrarum quas per fratres & Coepiſcopos noſtros Rodoaldum & Ioannem in Galliam miſimus, poteritis exemplaribus reperire: Quæ videlicet exemplaria, vnà cum Commonitorio quod præfatis fratribus noſtris pro hac eadem cauſa ad Lotharium regem miſis dedimus, per fratrem & Coepiſcopum noſtrum Odonẽ veſtræ ſanctitati tranſmiſimus. In quibus patenter animaduertere atque ſcire poteſtis nobis omnino non opus eſſe, vt ſententiam, quemadmodum nos hortari voluiſtis, cõmutemus. Quoniam diuinà fauente gratia, tantùm cupimus, huiuſmodi ſcelus, ſecundùm creditum nobis cælitùs miniſterium, ab Eccleſiæ facie radicitùs amputare, vt ſi hac vice idem Lotharius monitis ſalubribus ac definitionibus noſtris, Prælatis, & Epiſtolis noſtris regulariter ſibi miſsis noluerit obedire, nec ad pœnitentiam cõpetenti ſatisfactione præmiſſa, quantòcyus repedare, à nobis atque totius Eccleſiæ corpore, canonicà atque Apoſtolicà ſententià efficietur, vnà cùm omnibus fautoribus & communicatoribus ſuis, penitus alienus. Præcipuè quo ad eã quã perhibetis die Natalis Domini ſuper adulteros benedictionem, quæ maledictio potius credenda eſt, petiuiſſe. Ne verò ſupplices, quique adulteris aliquatenus ceſſerimus falſò nos opinentur, nõ incõgruè noſtri ſuper hoc animi votum omnibus fratribus & Coepiſcopis noſtris intimantes, &

concionando in Eccleſiis veſtris pnblicè cunctis A
id ad liquidum ſubditis exponentes. De voean-
dsau tem ex ſingulis prouinciis pro congregan-
da ſynodo, Epiſcopis vnde ſcripſiſtis, ſciat ſancti-
tas veſtra miſiſſe nos duos è latere in Galliam fra-
tres & Coepiſcopos noſtros, quorum ſuperius
memoriam fecimus, qui Synodum pro examinãda
cauſa Thetbergæ, Waldradæ fœminarum conuo-
carent, vbi & binos ex vobis Præſules, ſicut de
aliis regnis adeſſe prҫcipimus. Qui niſi antea re-
uerſi fuerint, & quæ egerint, nouerimus, nequa-
quam de Cõcilio faciendo aliquid deliberare cõ-
citè poſſumus. Licet poſtquã à nobis ſũt ſeperati,
audiuimus Lotharium à ſede Apoſtolica petitum B
nõ expectaſſe conſultũ, nimirũ quod præuiderat
ſuo deteſtando minime pariturum piaculo. Poſt-
quam verò præſati fratres noſtri reuerſi fuerunt,
& nobis quæ geſſerint, enarrauerunt, legatos i-
doneos ad Concilium quod petitis conuocandũ,
mittere ad locum deſignatum Deo opitulante cu-
rabimus. Omnipotens Deus ad profectum & cu-
ſtodiam ſui gregis, ſuper quem vos rectores po-
nere voluit, & hic illæſam ſanctitatem veſtram
conſeruare dignetur, & poſt certaminis coronã,
in cæleſti patria faciat percipere glorioſam.

Epiſto'a. 5.

NICOLAVS *ſeruus ſeruorum Dei, ſanctiſsimo & reuerendiſsimo Rothaldo Epiſcopo.* C

COgnoſcat experientia tua, frater chariſſime,
de tuis tribulationibus, multùm Apoſtolatũ
noſtrum doluiſſe, immo dolere. Sed credimus
Dei miſericordiam tibi proximè affulturam, quҫ
Dan. 6. te & ſicut Danielem, educat de lacu leonum, &
ſicut prodigum filium, prima induat ſtola. Quæ
Luc. 15. autem primùm de te Carolo glorioſo regi, atque
Hincmaro miſerimus, noſſe te credimus. Nunc
autem metropolitani & cҫteri Epiſcopi, qui circa
te ſententiam protulerunt, nobis multa ſuggeſto-
rum ſerie de te vel circa intimauerunt, & vt rata D
eſſent quҫ de te promulgauerãt, noſtro flagitaue-
runt conſenſu roborari: ſed hæc nos agere diſtu-
limus, immò vt renouaretur Concilium, & iux-
ta canonum normam cauſam tuam in noſtro iudi-
cio terminaremus, præcepimus eis, vt te de mona-
ſterio educerent, & ſancti Petri memoriæ,
pariter aut ipſi aut ipſorum Vicarij tecum veniẽ-
tes honorificè præſentarent. Quod ſi poſt lectam
à nobis ſibi miſſam epiſtolam, infra xxx. dierum
ſpatium noſtram non curaſſent Conſtitutionem
perficere, prius 30. dies à Miſſarum ſolemniis ce-
lebrandis, quæ eis fortiter contra diximus, peni-
tus ceſſarẽt quouſque noſtris definitionibus per- E
fectam obedientiam demõſtrarent. Vnde, frater
chariſſime, quando cauſam tuam ſine examine
dimittere non poſſumus, nec præiudicium diſtri-
ctioni Eccleſiaſticæ facere debemus. Ruſus quo-
niam ſine præſentia noſtra, ne fortè iniuſtè læda-
ris, in aliorum iudicio cauſam tuam diſcuti ac de-
finiri dubitamus, ſtude quantùm potes, vt cum
tibi rex & Epiſcopi, quẽadmodum ſtatuimus, li-
cẽtiã dederint Romam properãdi, mox vtcùmque
venire non differas. Quòd ſi huc veniendi non
tibi tribuerint facultatem, tu tamen idipſum no-
bis indicare ſtudeto. Verùm quantùm audes,
quibus potes & quomodo potes, Apoſtolicam

A Sedem appellare & hanc adire velle, manifeſtare
non ceſſes, ſi tamen te iniuſtè lҫſum noſti, & bo-
nam te cauſam habere, per Dei gratiam arbitra-
ris, quoniam nos, diuinà clementià ſolati ante,
nulla tenus, te in finem obliuioni tradi, vita comi-
te, patiemur. Optamus ſanctitatẽ tuam in Chri-
ſto valere.

NICOLAVS *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei ſanctiſſimo & reuerendiſsimo* ROTHALDO *Sueſſonica Vrbis Epiſcopo.* Epiſtola. 6.

B SCiat ſanctitas tua, quod miſimus increpatoriã
epiſtolam pro te Hincmaro ſanctæ Rhemorum
Eccleſiҫ venerabili Archiepiſcopo, eò quòd poſt
appellationem ad Sedem Apoſtolicam in te de-
poſitionis intulerit ſententiam: Quam, quidã
vir qui cum Boſone comite Romam venerat, ad Boſo Co-
te deferre debuit, ſed hanc reſcripſit nobis ipſe mes.
Hĩcmarus reuerẽdus Archiepiſcopus quod eam
minimè viderit. Inſuper tam Hincmarus quàm
cæteri Epiſcopi qui ad eandem Synodum conue-
nerant, vbi ſententiam depoſitionis circa te pro-
tulerunt, & ſugeſtorum ſerie quæ de te geſſerint,
nobis latius intimauerunt, accuſationes circa te,
& pro ſe excuſationes multiplices protendentes,
C & per Odonem virum venerabilem Epiſcopũ,
noſtro eas Apoſtolatui verbo tenus indicãtes, per
quem tam eiſdem Archiepiſcopis, & Epiſcopis
generaliter, quàm dilecto filio noſtro Carolo
glorioſo Regi ſpecialiter reſcripſimus, increpan-
tes & admonẽtes pariter & iubẽtes, vt te de clau-
ſtris monaſterialibus præſentaliter educerent, &
noſtro aſpectui præſentarent. Nunc autem venit
Lindo religioſus Diaconus, ſecum epiſtolas iam Lindo re-
fati Regis & Hincmari ferẽs, quæ te iuſſu ipſius ligioſus
Regis de monaſteriali cuſtodia eductum, & cui- Diaconus.
dam Epiſcopo familiari tuo commendatum eſſe
fatebantur, per quem tam Carolo glorioſo regi,
D quàm præfato Hincmaro Archiepiſcopo metro-
politano tuo, ſicut & prius direximus, vt quia vnã
partem ſine altera audire non poſſumus, ad reno-
uandum in noſtra præſentia iudicium, & te hono-
norificè & aliquos eorum qui te iudicauerunt, vel
ipſos vicarios Romam dirigant. Nunc autem fra-
ternitas tua ſtudeat ſecum ſollicita mente reuo-
luere, quod tibi quaſi in ipſis tuis auribus loqui-
mur, vt ſi quidem conſcientia tua reprehendit te,
aut fortè iudicium Epiſcoporum circa te prolatũ
admiſeris, nec te fatigare nec alios velis. Si ve-
rò illi noſtro conſilio freti Epiſcopalem tibi
reddiderint dignitatẽ, ſicut eis ſcripſimus, benè.
E Quod ſi noſtrum cõſilium paruipẽdẽtes hoc age-
re illi diſtulerint, & tu in cœpto proprio perſeue-
raueris, aduenire elegeris intrepidus, & de Dei mi
ſericordia fidens, occurrere, ſciens profectò quia
te Deo auxiliante non deſeremus, quoadusque
iuſtitia conuertatur in iudicium, & quæ nunc o-
perata ſunt, Dominus reuelare dignetur. Dabitur
autem tibi ſine dubitatione ad nos aditus veniẽdi,
quod & nos Apoſtolica auctoritate & firma cen-
ſura ſtatuimus, & dilectus filius noſter Carolus
Chriſtianiſſimus rex, & nobis deuotiſſimus, pari- Carolus
ter & Hincmarus frater & Coepiſcopus noſter Rex Chri-
ſcriptis ſuis præſenti tempore te ad nos miſſuros ſtianiſs.
ore ſe firmiſſimè ſunt, omnibúſque polliciti.

NICO-

NICOLAVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio* CAROLO *glorioſo Regi.*

Epiſtola.7

Iob.

CVm vos tantæ humilitatis, tantæque deuotionis incuruatione ſub potenti manu Dei ad reuerentiam præcipuorum ipſius Apoſtolorum flecti conſpicimus, impletum videmus quod ſanctus Iob de Domino loquitur, dicens: Sub quo curuantur qui portāt orbē. Niſi enim vos, qui in regali ſublimitate poſiti eſtis, tanquā ingētis fabricæ baſes veſtro ſudore Mundū quodāmodo portaſſetis, nequaquā Græco ſermone † βασιλέων vocabula ſortiremini. Rurſúſque niſi tanta corā ſummo Deo vos humilitatione incuruaſſetis, nequaquam nobis, licet indignis ſeruis eius, obedientiæ colla tanta facilitate ſummitteretis. Operatur autem ipſe Deus in vobis hoc, qui & laudādus eſt propter hoc, quique præuidit vos, & ad regni gubernacula deſtinauit: quo auctore vobis fœlicia arrident, vt cernimus, tēpora: & proſpera, proſperitis, vt audiuimus, ſuccedūt. Quapropter eius miſericordiam glorificamus, qua hæc in vobis iudicia diuinitus patrantur, dilectionémque veſtram inſtantiſſimè adhortamur, vt memores fragilitatis hnmanæ, nulla vos commoda eleuent, nulla ſecunda diſſoluant: ſed ſemper ad voſmetipſos recurrite: & quia nihil eſt in homine vnde ſe extolli debeat, ſedula conſideratione perpēdite Si qua ergo cælitus tribnuntur ad votum, largitorem ante oculos veſtra reuocare ſolertia non omittat, nec in bis quætēporaliter cōcedūtur bonis, conſiſtere finē exiſtimet, nec cito deſlnis delectata fœlicitatibus, perēnis beatitudinis gaudia appetere deſinat. Proſpera verò mundi, occaſio vobis ſint cæleſtia præmia requirendi, nō fomes ad ima tendendi. Hinc egregius Apoſtolus admonet, qui vtuntur, inquit, hoc Mundo, tanquam non vtantur. Tunc enim vos indubitanter ad æternam gloriam pertingere poſſe cōfidemus, ſi in huius vitæ gloria poſitos vos, bumilitatem ſectari veraciter ſenſerimus. Scriptum quippe eſt: Gloriam præcedit humilitas: è cōtrario verò, ante tuinam exaltatur cor. Sed hæc nos ad ædificationem ſublimitatis veſtræ, quam paterno incunctāter affectu diligimus, curſim tetigiſſe veſtra libenter tranquilitas nouerit, & eo quo à nobis mittuntur mentis intuitu, veſter benignus hæc gratanter ſuſcipiat animus. Cæterum de Rothaldo venerabili Epiſcopo, de quo Apoſtolatui noſtro omittēdū nō eſt, iterū iterúmque ſuggerim⁹, vt omni deſita † amaritudine quam circa illū celſitudinis veſtræ retinet indignatio, pro amore Apoſtolorū principis, ad cuius ſedē, dū anxiaretur cor eius clamauit, gratiam illi impartiamini, & placabilem erga eum pietas veſtra, gratámque in omnibus ſe prorſus exhibeat, ita vt cum Romam profecturus erit, veſtræ illi ſufficientiæ in itinere non deſint ſolatia, ſed potius veſtris, ſaltē pro nobis beneficiis ac ſubſidiis, fultus ad cœptū pertingere queat ſine aliqua difficultate propoſitum. Porrò de his, quibus Apoſtolatum noſtrū cōſulere meritò decreuiſtis, fratri & Coepiſcopo noſtro Hinemaro, quod nobis tolerabile eſſe videtur, cuſtodiēdū ad decernēdū mādauim⁹. Prçterea noluimns ignorare veſtrā ſagacitatē, quod licet ſemper dilexerimus vos, plurimùm tamen amoris, cordi noſtro præſentium latores inſeruerūt, qui ſedulis proſecutionibus ſuis tā mirāda de vobis noſtris auri b⁹ inculcarūt. Vnde & omnipotētem Deum merito laudamus, & ad dilectionis veſtræ ardorē magis ac magis cor noſtrū cōſequēter ſuccēdimus. Optamus gloriam veſtrā in Chriſto benè valere.

Βασιλεὺς, deduxerunt quidam à βάσις & λαὸ, vt qui ſit βάσις τοῦ λαοῦ, quod in eo veluti fundata ſit Populi ſalus. Iſid. Orig. Lib. 9. Cap. 3.

Exortatio P. M. ad R. Chriſtianiſſ.

† melius, depoſita.

NICOLAVS *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilecta Irmintruda glorioſa Regina.*

Epiſtola 8.

LItteras dilectionis veſtræ, filia chariſſima, vt glorioſum regem Carolum virum veſtrum, noſtrum autem dilectum filium, in cauſa Rothaldi Epiſcopi exaudiamus, nos bortātes, ecce nunc ſecundò ſuſcepimus. Pro qua re mihi crede multum anxiamur, multùmque vndique coartamur: quoniam nec nos poſſumus vobis vt nobiſcum de illo vnum ſentiatis, idipſúmque velitis ſuadere. Nec rurſum cauſa talis eſt quod ſine offenſione Dei nos valeamus vtrúmque poſtponere. Verùm filia, vt cum charitate veſtra dicam, ſi oporıeat obedire Deo magis quàm hominibus, ipſa potius iudica. Nos autē cauſam Rothaldi in virtute Dei non patiemnr vita comite, indiſcuſſam relinqui, prætorquàm ſi ante idem venerabilis vir priſtino fuerit honori ac dignitati redditus, quando corā noſtra ſpeciali præſentia diſcernenda, cauſa ipſius extiterit prçſentata. Quis, rogo, in toto orbe regni veſtri læſus aut lædendus clamaret vnquam ad ſublimitatem veſtrā, cuius vos vocem poſtponeretis, & non magis vltione diſtricta ipſius iniurias vindicatetis: & nos quodammodo hortari videmini, vt vocem ſanguinis fratris noſtri non exaudiamus? Aut quomodo obturabimus aures ad clamores illius cum vebemēter paueamus, ne noſtra ob hoc fiat oratio execrabilis, clamemúſque, ſicut ſcriptum eſt, & non exaudiamnr? Certè pro ſollicitudine, quam circa Eccleſiam Domini retinemus vniuerſam, & pro ſpeciali quam circa cūctos fratres noſtros principaliter habemus, & ſi nunquam vocaſſet, à nobis ſumma diligētia quçri & competenti debuerat ſtudio adiunari. Quod autem ſcripſiſtis, quia ſi exaudiamus filium noſtrum, non detrimentum ſed augmentum Eccleſiæ noſtræ priuilegiis generetur, nos certiſſimè credimus, quia priuilegia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ nullum poſſunt ſuſtinere detrimentum, nec plantatio quam cçleſtis pater noſter plantauit eradicari, nec fundamēta quæ ſummus poſuit Architectus, queant quibuſlibet & quantiſlibet fluctuationibus amoneri. Veruntamen chariſſima filia magnnm manet periculum, tam eos qui ſuà deſidià ea minui aliquo modo ſinūt, quam eos qui ſua præſumptione illa violare contendūt. De exaudiendo verò vel non exaudiendo filio noſtro Carolo coniuge veſtro, per Guidonem venerabilem, idoneam vobis, vt remur, miſimus rationē. Verùm nos quicquid illi admonēdo, vel hortādo, vel etiam increpando mittimus, ad eius & dilectorum illius ſalutem, atque ad regni ipſius incolumitatem perficere non dubitamns, immò Deo auctore omnino cōfidimus. Incolumem ſerenitatem veſtram diuina conſeruet maieſtas, filia chariſſima.

Act. 5.

Gen. 4

Eccleſia Romana priuilegia, cæleſtis Patris plantatio ſunt.

Epiſt. 9.

HINCMARO *Archiepiſcopo Rhemorum.*

AD fraternitatem tuam, epiſtolam dilecto filio Carolo glorioſo Regi, quæ ſuo nomine titularetur, ad te mittẽdam dirigimus. Idcirco Apoſtolatùs noſtri ſcripto hortamur vt illam inſtãtius prædicto Regi deſtinare procures, & pro noſtro amore ſine mora facias præſentari. Miramur præterea & ęquanimiter ferre non poſſumus, cur Apoſtolica noſtra monita iam totiens pro confratre noſtro Rothaldo Epiſcopo vilipeudens, ſpernere non recuſes. De quo non ſolum ter, ſed & quater chari tati tuæ, vt recuperaretur, † direximus, & ad vltimum ſtatuimus, vt aut honori priſtino redderetur, ant Calend Maij iſtius xij. Indictionis, Apoſtolatui noſtro, aut Legatus ſuus præſentaretur. Quod non tãtũ fieri renuiſti, ſed etiã cùm ipſe venire vellet, itérque iã cœptũ baberet, nõ eſt permiſſus: ſed potius coactus, retro reuerſ⁹ eſt. In quo datur intelligi, vt fraternitas tua ad buius caſum prõpta exiſtere poſſit, quãdo & Apoſtolica præceptio ad iniuriam beati Petri Apoſtoli illis in partibus nõ obſeruatur, & à te ſpernitur ac violatur. Si verò erga Apoſtolicã charitatẽ noſtrã beneuolentia tua haberetur, ſaltem cur in veniendo idem Rothaldus fuerit impeditus, nobis ſignificaſſes. Recognoſce ergo atque conſidera, quia benè agere minimè probaris, cùm conſtet, Domino annuente, prædicti Rothaldi cauſam, in finem indiſcuſſã nequaquã dimittere. ſed pro viribus, eò quòd ad Sedem Apoſtolicam appellauit, ad veri examinis perducere nos velle æquitatẽ. Tu autem frater chariſſime, omnem in obediẽtiam depone, & tã per te quàm per filium noſtrum Carolũ glorioſum regem, eundem Epiſcopum quem à nobis exaudiẽdum, venire iubemus iterúmque præcipimus, ad Apoſtolicã beati Petri ſedem, cui⁹ mẽbra eſſe probamini, commiſsis tuis quantò cius dirigere ſtudeas, ſi tuam charitatẽ in integritate firmiſsimæ petræ deſideras collocare, vbi Chriſtus domum ſuam fundauit. Nam & alterũ Epiſcopũ qui poſt illum, Sedem in eius deiectione ſuſcepit, ibi non conſecres donec coram nobis, de eo, examinatione præmiſſa, luce clarius cauſam eius vera intentione diſcutiamus, Quoniam vt ſæpè diximus, repetimus ac tenemus, illam ſine examine non dimittemus. Sed & illud quod fraternitatem tuã cauere oportet, neceſſario intimamus, de Gontario ſcilicet vno de damnatis, qui contra ſanctorum patrum ſtatuta, contráque noſtri Apoſtolatus & ſanctæ Synodi ſanctionem, vt fama iactitat, iuxta præcedentem conſuetudinẽ de ſacro miniſterio quod ei prohibitum fuerat attrectare præſumit, & id quod circa eum canonicè actum eſt, irreuerenter defendere quærit. Nos autem, eò quòd ſic definitum eſt cum ſancta Synodo hactenus, nullatenus, ſi ita eſt, ei cõmunicamus, ſed ab omni cõmunione fideliũ illũ cũ ſequacib⁹, cõſentaneis, fautoribúſque ſuis alienum eſſe penitus iudicamus. Verumtamen ne illius ſola face tu vel ſuffraganei tui Epiſcopi, ſicut iam vobis mandauimus, coinquinari valeatis, ſummopere exhortamur, monemúſque atque præcipimus. Nam & qualis ſit idem Gontarius, quantúmque ſanctorũ patrũ exceſſerit regulas, viua voce iubemus omnibus publicare, & eius præſumptionẽ palam ad canonicam cenſuram cauendam, edicere procurare. Diu ſanctitatis veſtræ frateroitatem, ad exaltationẽ ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, Deus omnipotens ſeruet incolumem.

† melius, reſtitueretur.

Mat. 16.

Gontarius prohibiti miniſterij attrectator.

ROTHALDI EPISC. SVESSION. AD NICOLAVM P. Maximum, Appellatio.

DOMINO *meo ſanctiſsimo atque Reuerendiſsimo,* NICOLAO *ſummo Pontifici, & vniuerſali Papæ.*

EGo ROTHALDVS peccator, Sueſſionenſis Eccleſiæ, Sedẽ appellãs Apoſtolicã, irregulariter Epiſcopatu priuatus, calamitatũ mearũ ſuggero lugubrẽ hiſtoriã. Non omnia quæ paſſus ſum retexens, quòd impoſſibile forſitan erat, & ne nimis faſtidioſa narratio tuis, piiſsime præſul, aurib⁹ importuna videretur. Venerabilis igitur metropolitanus Hincmarus, ſanctæ Rhemenſis Eccleſiæ antiſtes, quibuſdam occaſionibus exortis, acri circa me infeſtatione certans diu, multis ac variis laboribus meam vexabat exiguitatem. Ego autem quantum poteram illum tolerans, in bis ei nequaquam pro ſuo libitu acquieſcere volui quę ſacris perpendebam auctoribus eſſe contraria. Dúmque ad Synodum iuſſu glorioſi regis Caroli pro vtilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ conuocatam Epiſcopi conueniſſemus, & ipſe, quaſi omniũ Dominus, præſidens ac præualens, ſententiam in me damnationis violenter ac præcipitanter iaculari acceleraret, hanc ego Apoſtolicam Sedem atque Apoſtolicum Præſulẽ, vniuerſalis Eccleſiæ ſummum Prouiſorem, appellare maturaui. Cúmque mihi hoc denegare non præſumeret ſancta Synodo decernente, ægre tamẽ euicti præbebat aſſenſum † dinumeratos dies, vltra, quos omnino non retardarẽ iter. Inde ego feſtinato curſu ad noſtrã ciuitatem reuerſus, de inſtanti itinere moras non patiebar: Quàm lętus ſi ad Apoſtolorum limina contendere meruiſſem, vt ad Domini mei tanti Pontificis & piiſſimi patris, omnium ad ſe confugientiũ tutiſsimi defenſoris ac protectoris ſacram peruenirem præſentiam? Cúmque iam è vicino parti itineri s immineret egreſſus, litteras Domino meo Regi & meo Archiepiſcopo dirigere curaui, noſtram illis Eccleſiam committens, multúmque poſtulans, vt iuxta ſuũ vtrumque officiũ, eam dirigere procurarent, donec de me excellentiſsimus Romanæ vrbis Præſul, finem determinaret legitimum. Miſi & litteras ad illum olim Præſbyterum, pro cuius ego regulari depoſitione, (quia in ſtupro fuerat deprehẽſus & † abſciſus) à meo iudicabar, metropolitano, vt & ipſe mecum buc ante tuã, Domine Papa, audiẽtiã examinãdus adueniret: Quarũ exẽplaria præ manibus habeo, & ſi vobis placet, Apoſtolatui veſtro offeram: Aliqua quoque capitula conſcripta cuidã noſtro cõfratri & Coepiſcopo tranſmiſi ſub eodem temporis articulo per eaſdem manus deferens, quæ, vt præmiſſum eſt, memorato Regi & Antiſtiti deſtinaueram. In quibus ſanè capitulis mea talis poſtulatio continebatur, aliis Epiſcopis qui in meã damnationem participare nolebant, inſinuanda, vt ipſi parati eſſent ſicut fraternitatis amatores & ſectatores charitatis, iuxta beatiſſimi Apoſtoli ſanctio-

P. M. ſummus Eccleſiæ Prouiſor.

† Videtur deeſſe, præſcribens, vel quid piam ſimile.

Rothaldus cum ab Hincmaro iudicatus.

† Truncatus genitalibus, vt infra explicat.

ſanctionem, meam defēdere ac tueri ſalutem: Sed ille meus, inanimis, frater cui hanc mei curā cōmittebam, tunc fuit. Hincmatus tamen continuò cauſam perſenſit. Adhuc Dominus Rex & iſdem meus Prælatus in eodē loco manebāt, vbi ſub vna eadémq; mora meæ patuitatis epiſtolæ, & illa capitula, vti relatum eſt, perſcrutabantur. Móxque Hincmarus ipſe Arehiepiſcopus ſcriptorum portitorem diligēter iuſſit inquiri, cur illis non oſtēderet apices quos ſigillatim detulerat. Qui cōfiteri compulſus, reſpondendo ſubiunxit: quia ille, inquiens, ad quem mihi crediti ſunt perferendi, non hic modò apparet. Nec ceſſauit ille, donec perſuaſo Rege, ſubitò quaſi collecta Synodo ex ipſis qui ſupererant Epiſcopis, Presbyterū introduci fecit inuitum. ipſum videlicet litterarū latorem Cœperunt hinc & inde in medio poſitū mouere pulſare & perurgere, ſicuti hoc callidè per inſidias argumētatū erat, vt litteras qnas Rothaldus per eū ſuo ad Synodum Metropolitano direxerat, citius præſentaret Neque ad Synodū miſſus ſum, ait, neque à Rothaldo Epiſcopo, cuius nec ego ſum Clericus, litteras accepi, Hincmaro reddendas. Cumque nullo modo Presbyter ipſa vellet capitula prodere, iubente tamē rege, coactus reddidit. Móxque Hinemarus Regē poſtulauit, vt Traſulſum Abbatem ad me dirigeret: qui ad noſtram ciuitatem celerrimè perueniēs, me iam pararum vt noſtrum iter arriperem, inuenit. Tuuc ipſe Abbas in atrio Eccleſiæ aſſiſtēs, publica voce, ex verbo regis & Hincmari Archiepiſcopi auctoritate prohibere curauit, vt nullus omnino ab ipſa cinitate mecū aggredi iter, ac ire volentem, Romā, me proſequeretur. Nequaquā ita faciā, ego ſubintuli: ſed ſicut primùm Romanū appellaui Pontificē, ita depoſitum, † Deo auxiliante, minimè differam Hinc mirabar & ſtupebā quid ſibi vellet talis immutatio, aut cur me à meo itinere retardarent. Sed prius aliquot dies ſama vulgabat, quòd Hincmarus Archiepiſcopus dicere volebat, quaſi ego per aliqua capitula ſcribens, renouari mihi iudicium petiueram. Quod certè falſiſſimum eſt, cùm nec illa capitula ad eū direxi, neq; de aliquo tali iudicio ibi mentionem egi, nec electorum iudiciū ſecundū ſacros Canones, aut nomina, aut certè numerum expreſſi. Teſtor Dominum creatorem omnium, quia nec in cogitatione mihi ſubrepſit, vt Appellationem huius eminentiſſimæ Sedis ad aliam aliquo modo rationem diuerterem. Proh dolor! ablata eſt migrādi facultas, & circumſeptus cuſtodia, in eadem ſum ciuitate retentus. Acceleratur itaque de conuocanda Synodo, quà in ſuburbio noſtræ ciuitatis congregatà, Rex inclytus à Concilio eſt inuitatus. Tūc tres, Hincmarus Archiepiſcopus, Epiſcopos ad me miſit, mādās ad Synodū ipſam, vt ſine mora venirem Quibus ego reſpondi, qnod non mihi ita liceret, neque ego hoc vllatenns auderē, vt in præiudicio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ omniū Eccleſiarum matris, eiuſque excellentiſſimi, Rectoris circa poſito cuicunque præbeam aliqno modo aſſenſum. Ad illam ſummam auctoritatem ſine intermiſſione appello, cui nullus poteſt cōtradicere, quæ à Domino Ieſu Chriſto per beatū

Traſulfus Abbas.

† Melius, Propoſitum.

S. R. Eccleſia omnium Eccleſiarum Mater.

Appendix

A Petrum Apoſtolum tantum meruit principatum. Iudicium ergo illius ad quam proclamaui expecto, nec alibi niſi Romæ iudicari cōſētio, quia præpoſterus ordo eſt, inferiorem, ſuperiori anteferri. His auditis, qui miſsi fuerınt, Synodo rennntiauerunt. Iterum ſecundò & tertiò me cōtinuatim inuitantes, in eadem inuenerunt ratione perſiſtere. Nouiſsimè verò induſtrioſè perſuadebāt, ſuam offerentes fidem, nihil incommodi perpeſſurum, aut ſaltem Domino Regi in proximo loco Synodi locuturus occurrerem. Quod etiam mihi noſtri fratres Eccleſiæ noſtræ filij, iam ſuadere cœperūt, vt pio Principi meæ paruitatis exhiberē præſentiam. B Annui ego, & ad locum quo me ducebant, tranſiui, ſacerdotalibus veſtitus indumētis, ſecūdū Euangeliū, & lignū ſanctæ Crucis circa mea pectora gerens. Cúmque me in quoddam diuerſorium pro foribus Synodi à noſtris omnibus ſeparatum introduxiſſent, obnixis precibus poſtulaui per Leudonem Diaconū, vt Dominus Rex locum mihi indulgeret ſecum loquēdi. Qui mox pro ſua pietate ad me indignum venire dignatus eſt, méque benignè audiuit: ſed exaudire non eſt permiſſus: Nā cu illū valde ſuppliciter anxiéque rogarem, vt mihi Romam eundi libertatem, ſicut ipſe conceſſerat, non tolleret, ſanctamque Apo- C ſtolicam Sedem in ſuis priuilegiis honoraret, reſpōdit, ad hoc meū ſpecialiter Metropolitanū ſāctūque prouenire † cōuentum: ſe tantū ſacris Epiſcoporum monitis ac depoſitionibus humiliter obediturum profitebatur, & illico recedēs in Synodum abiit, ibique reſedit Rurſus tres Epiſcopos conſequenter ad me miſerunt, qui multum fortiter ad Synodum vt introirem hortabantur, méque impellebant nunc blandiendo, nunc minando, me ſubuertere volentes. Sed ego toto aniſu iuxta votorum meorum primam intentionē perſeuerare contēdi. Porro cum me perſpicerent ſuis nolle ſtudiis acquieſcere, obſeratis oſtiis in D eadem ſum cela inelusus, neque egredi omnino poteram, donec de me peccatore, ſicut quibuſdā tunc placuit, definirēt. Meus Etenim Archiepiſcop⁹ volūtatis ſuæ propoſitū quātū poterat, implere curauit, factúſque eſt gratis me⁹ ipſe accuſator, ipſe teſtis, ipſéque iudex: Et ſicut me abſentem prout voluit, culpabat, ſic & temerè indicare nec timuit nec retractauit. Sed inter alia quæ mihi mēdaciter obiiciebat, hoc vnū ſpecialiter ingeſſit, quod Presbyterum, cuius ſupra feci mentionem, iniuſtè depoſuiſſem. Quod proculdubio falſum eſt, vt multi idonei teſtes & Epiſcoporum & cæterorum Clericorum ſiue laicorum, & E nouerunt & noſcunt. Quem tamen ipſe iam tribus annis tranſactis abſque meo conſenſu, ſeu cōſultu in ſuam receperat communionem, eique, ſacerdotali officio, quo cum xxx, in Epiſcoporū iudicio legaliter priuatus erat, citra Canonū ſtatuta, fungi præcepit. Illum verò Presbyterū, quē in locū dānati per tres etiā circiter annos ſubſtitutū habebā, per violentiā, me ignorāte ſibi fecit adduci. Nàm cū in Dominicorū die ipſe presbyter paratus eſſet in Eccleſia Miſſarum ſolēnia populo celebrare, iuſſu Archiepiſcopi repētè ibi homines affuerunt, qui Presbyterum extra baſilicam

Ludo Diaconus.

† Melius, Pertinere.

Dies Dominicorū.

dolo educentes, ſubitò rapuerunt, & infatigabili curſu citius ad eius præſentiā perduxeruot. Quē ipſe mox excommunicatū in carcerē retrudi iuſſit, illumque depoſitum, geoitalibus truncatum in meæ parœciæ Eccleſia reſtituit. Hinc quoque mihi contumaciæ & obſtinationis imputabat reatum, quoniam ſibi in talibus inobediens exiſterem, hoc à me exigere volens, vt non quaſi confrater & Coepiſcopus, ſed vt proprius Clericus ad ſua vota famularer. Similiter quod propter indebitam appellationem ad Apoſtolicam Sedem ſuis obtemperare precibus contemnerem: Imò quod ego non opinabar, Canonicis inſtitutionibus cōtrairem. Hæc autem & alia mihi pari modo falſa aſcribebat, quæ diuina fauente gratia, & miſericordia opitulante, quaſi fauilla ad nihilum redigentur, & quaſi fumus euaneſcent, te quidem, Domioe clementiſſime & Cooogelice Papa, cum Apoſtolorum meritis cooperante ac ſuffragante. Non enim meipſum à multis meis excuſo peccatis, aut de bonis iuſtifico, cùm ſciam quàm innumera de medici poſſint nō bona. Veruntamen illa quæ malitioſè ad meam video damnationē eſſe reperta, Deo teſte & iudice, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, non vera eſſe pronuncio. Denique ſæpe fatus Archiepiſcopus meus in eodem Concilio tanquam Imperator triumphans, & tāquam ſummus Eccleſiæ Pontifex decernens, ſubiug ita ſuo potentatui & oppreſſa fratrum humilitate, iam mihi intrepid , & vt reor impiè iudicium depoſitionis emiſit, paruipendens quod vlli vlterius inde eſſet rationem redditurus, & quaſi hoc nulli debens, & in ſeipſo confidens: & illud ſatis innotuit, quando me, quia ipſum ſolum offēderam, nullius poſſe alterius ſubleuari auxilio demonſtrare conabatur, totúmque mihi noceret quod aliud ſperabam peteb mque præſidium. Et ecce tres Epiſcopi, quos Hincmarus huiuſmodi ſimplicitatis eſſe nouerat, ſententia excommunicationis, imo conſpirationis ab ipſo meo damnatore accepta, ad me violenter incluſum properabant & ſicut illis iniunctum fuerat, lachrymoſis ſuſpiriis mihi propinabāt. Mox ego in terra prouolutus orabam, & adiurabam per nomen æterni Dei, vt ab illo iudicio ceſſarent, mihique, vt aſsiduè petebam, Romam proficiſcendi licentiam nō abnuerent. Tunc è veſtigio tanquam in latronē, more ſatellitum, homines in me manus iniecerūt, méque rapaciter ad carceralem duxere cuſtodiā. Quantis poſtea ſim affectus iniuriis, ac per diuerſa loca diſtractus, quanto fuerim labore fatigatus, tædétque me, pudétque referre. Ab boc namque coartare ſatagebant, interdum aliquos bonores, i. vnam Abbatiā repromittentes atque ſpondentes, tantùm vt in meam damnationem ego ſubſcriberem. Interea ordinatur Epiſcopus in cathedra viuentis: quamuis ne vnquam prius † appellationē Romani Pontificis boc fiat, ſacri Canoēs euidenter vetare noſcuntur. Neque enim ſancte pater, tua mandata per Apoſtolicas Epiſtolas debita reuerētia, moréque ſolenni, ſiue auditu cōgruo fuerunt obſeruata. Denique requirere dignetur veſtra ſancta paſtoris ſolicitudo atque diligētia, quale mihi immerito teſtimonium noſtrum perhibuit, Eccleſia, quando veſtris venerabilibus legatis Rothaldo atque Ioanni obuia fuit turba ciuitatis noſtræ ac circumiacentis regionis, & quid ab eis expetere magnis clamoribus multiſq; precibus circa ſuum paſtorē ſatagebāt. Licet Hilme†trado Epiſcopo, meo Cōdiœceſaneo magnis minis atque percuſſionibus admodū prohiberētur, Regis atque Archiepiſcopi mei interdictione denunciata, ne omnino aliquid huiuſmodi clamare præſumerent. Et nunc ego omnium Epiſcoporū minimus, qui tamen apud quoſdam non Epiſcopus, ſed iuxta paternitatis veſtræ beatitudinem Epiſcopus vocor, in Domino valde cooſidens, ad præcellentiam veſtri præſulatùs, piiſſime Domine, confugere elegi: & de magnificentiſſima bonitate veſtra auxilium ſperans, ad ſanctorum Apoſtolorum ſacratiſsima limina opem ſuffraga- minis impetraturus decenter acceſsi. Ecce iā per dimidium annum ante ianuam Apoſtolicæ pietatis pulſans aſsiſto rationem de omnibus quæ mibi falsò & iniuſtè ſunt obiecta reddere paratus. Nullúſque eſt qui in præſenti aliquam aduerſum me vocem proferat accuſationis. Et quooiam ante veſtram dignationē neque me falſum exibere, neque negotij mei cauſas exponere, vel preces meas, vt de uerat, ſcio perorare, reſtat vt ipſi de me, ſecundum ſapientiam celitus vobis donatam, miſericorditer quod cœpiſtis, perficiatis, ne ſe iactitent temeratores propter meam vilitatem ſeu indignitatem, Apoſtolica iura & Canonica præualuiſſe infirmare ſtatuta.

Paræcia, pro Epiſcopatu.

† prius, pro, ante.

† Hilmeradi Ambianenſis, meminit Synodus in ſuburbio Sueſſion. coacta ab Hincmaro Archiepiſcopo Rhemenſi.

NICOLAI I. P. M. EPISTOLA.

Ab boc loco non concordat ſenſus iſte ſuperiori ſenſui, & alterius Epiſtolæ ſine initio aliquo ſenſus incipitur.

PRopter eos fratres qui mihi ſemper affuerunt, neceſſe eſt, ſanctitati veſtræ, cauſā Rothaldi fratris & Coepiſcopi noſtri, quantùm Dominus donauerit poſſe, per ordinem reſerare. Quatenus voā nobiſcum negotium illius ad liquidu noſcēs fraternitas & vnaoimitas veſtra nobiſcum etiam & de priuilegiis Apoſtolicæ Sedis, ſeu ſanctæ Roman Eccl ſiæ, à quibuſdam nequiter imminutis & euacuatis, doleat, & zelo feruentiori accēſa, de his recuperandis ſolicita ſit & intenta, ac de tanto vi o, Rothaldo videlicet conſacerdote noſtro retractari ac præmeditari ſtudeat: quatenus is qui ſemper à finibus terræ, vt ita dicam, ad nos & prius abſens clamauit, & beati Petri Apoſtolorum principis memoriam inter ſequientium linguas obliuioni non tradidit, ſed de monaſteriali diſtricta cuſtodia, velut Ionas de ventre ceti, & Daniel de lacu leonum, ad Dominū & ad dilectores & dilectos Apoſtolos eius vociferatus eſt, & deindè diſtractus licèt deſtitutus vel expoliatus atque omni ex parte attenuatus: tandē Deo duce, præſidiū ſuū, id eſt Sedē Petri, in qua ſpei ac fiducię ſuæ pedes, ac ſi ſupra firmam petram ſtatuerat requiſiuit, & plurimis difficultatibus & incommodis atque impedimentorū retinaculis Dei deſtructis virtute, quod inhiāter & anxiè deſiderauit, adept⁹ eſt: cū cōſolatione & auxilio, ac omnis priſtini ſui ſtatus recuperatione, ad exemplū, & fiduciā multorū, recedat: vt priuilegia ſanctæ Romanę Eccleſiæ, ſeu Sedis Apoſtolicæ ſemper intemerata minimè vlterius hæc violare præſumētes, cōſiſtant atque permaneant. Denique fratres cùm præſens Rothaldus à multis fuiſſet retro tēporibus

buſ à Metropolitano ſuo, & qnibuſdam ſectatori- A
busſuis, etiam à ſublimiori ſeculi perſona inceſ-
ſanter obſeruatus, vt aliquo modo eorum inſidiis
caperetur, & Dei gratia protectus nũquam omni-
no capi potuiſſet, tandem pro quodã presbytero
qui in turpi fuerat flagitio deprehenſus, & mẽbris
genitalibus detruncatus, materiã inimici eius ad-
uerſus eũ læſionis ſumpſerunt, eò quòd ſceleratũ
illũ presbyterũ ab officio remouiſſet, & prius tres
annos, quod Canones non admittũt, minime, vl-
lam vocem proclamationis habentem reſtituere
voluiſſet. Cuius rei gratia facto concilio generali,
quod ſine Apoſtolicæ Sedis præcepto nulli fas eſt
vocandi, vocauerunt hunc Epiſcopi quos Hinc-
mari Rhemorum Archiepiſcopi, ſuggeſtione, re- B
gia fecerat illuſio conuenire, quatenus rationẽ
de illo Presbytero corã Synodo redderet. Qui li-
benter quidem primùm perrexit, ſed poſtea cum
vidiſſet eorũ alios quidẽ timore regis Caroli qui
aderat, obſeſſos: alios autẽ fauore Hincmari hoſtis
ſui pellectos, iudicium ipſorum rationabiliter de-
uitans, vtpote quorũ hos quidẽ iã patiebatur in-
feſtos, alios autem iam ex præcedentibus iudiciis
habebat ſuſpectos, Sedis Apoſtolicæ iudiciũ po-
ſtulauit, & in vrbe Roma Canonũ fultus auctori-
tate, agendũ ſibi negotium proclamauit. Quo au-
dito Hincmarus ad modum quidem licentiam illi C
Romã veniendi cõceſſit, ſed poſt paululùm peni-
tus impediuit: Siquidem rurſus conuocatis qui-
buſdã Epiſcopis, iuſſit hunc ad Synodũ examinã-
dũ accedere. Qui hæc audiens, reſpondit ſe A-
poſtolicã Sedẽ appellaſſe, ac eius petiiſſe iudiciũ,
& idcirco non poſſe ad illud conuenire iudicium,
quia nõ eſſet licitũ à maiori ad minorẽ prouocare
prorſus auctoritatẽ. Quamobrẽ nimis abſurdũ eſt
quod Hincmarus fingit dixiſſe Rothaldũ, poſt-
quàm ad iudiciũ Sedis Apoſtolicæ prouocauit, i-
terũ mutata voce, aliorũ iudicia poſtulaſſe. Quod
etiã ſi ita fuiſſet, ſicut veſtra nouit fraternitas ab
illo fuerat emẽdãdũ, & ne à maioris auctoritatis D
examine, ad minoris valetudinis prouocaſſet, iu-
diciũ corrigẽdũ: Licèt nullis pateat iudiciis à uo-
ſtro [illegible] ad alterius eucurriſſe iudiciũ, quem con-
ſtat in ipſo articulo contra ſe proferendæ ſenten-
tiæ, Sedem Apoſtolicã appellaſſe, at qui ſe ab illa
iudicari popoſcerat & corã omnibus exclamaue-
rit, iuſtum non fore ſi ad eorum ſe iudicia cõuer-
tiſſet: quàmuis & ipſe Sedẽ Apoſtolicam ſi nulla-
tenus appellaſſet, cõtra tota tamen & tanta decre-
talia ſe efferre ſtatuta, & Epiſcopum inconſulte
deponere, ſicut vos benè noſtis, non debuerunt.
Quomodo verò alios Iudices elegit Rothaldus,
[illegible]m in illo ſcripto per quod fingunt eum à noſtro B
ad ſuum iudiciũ prouocaſſe, nec noſtrũ ſpreuiſſe
nec illorum petiiſſe iudiciũ indicetur, præcipuè
tum ſi iudices paternos elegiſſet, & certũ numerũ
e[illegible]dorũ iudicũ expreſſiſſet, & non vtiq; ſrater-
n[illegible] ſolatiũ, ſicut per illud ſcriptũ poſtulauit ſolũ-
modo poſtulaſſet. Vtrũ tamẽ ipſum ſcriptũ à Ro-
thaldo miſſũ ſit, necne certiſſimè neſcitur: quoniã
alterius & non Rothaldi homo fuiſſe cõuincitur,
qui ſcriptum portaſſe noſcitur. Quanquam & ſi
nunquam prouocaſſet, nunquam nos appellaſſe
conſtaret, quod ſæpe dicendum eſt, nũquam om-
nino præter ſcientiam noſtram deponi debuerit:
quia ſacra ſtatuta & venerãda decreta Epiſcopo-

rum cauſas, vt pote maiora negotia noſtræ diffi-
niendas cenſuræ mandarunt.

NICOLAVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, SANCTAE CA- *tholicæ Eccleſiæ Romanæ omnibus Epiſcopis, Presbyteris & Diaconibus, & cunctæ in Chriſto generalitati Romanæ plebis.*

NOtum ſit dilectioni veſtræ, fratres mei & fi-
lij chariſſimi, quod quidam Gallorum Epiſ- *Sap. 2.*
copi zeli & inuidiæ diaboli faſcibus accenſi, quia
mors ſicut ſcriptũ eſt, per inuidiam introiuit in or-
bẽ terrarũ, huic fratri noſtro Rothaldo venerabi-
li viro inſultantes, & per octo circiter annos quẽ-
admodũ illũ proprio priuarent Epiſcopatu, iudi-
cio meditati ſũt. Sed cùm diutiſsime laborãtes ni-
hil diſcriminis potuiſſent ſuper eum inducere, no-
uiſſimè mũdanis poteſtatibus vſi, depoſitionis ſẽ-
tentiã in eundẽ Sedem Apoſtolicam appellãtem,
immaniſſimè protulerũt, & imminutionem & a-
bominationẽ priuilegiorũ ſanctę Romanæ Eccle-
ſiæ, imo beati Petri Apoſtolorum principis, gra-
du proprio pulſum, carcerali cuſtodię mancipa-
runt. Vnde iſtum clamantem vt adducerent, & ad
noſtrum, illum, iudiciũ, ad quod ante depoſitio-
nẽ & poſtea inprætermiſſè prouocauerat cùm ſuis
vicariis, qui illũ ſi valerẽt, accuſatione digna appe-
terẽt, deſtinare, plurimis Epiſtolis, eiſdẽ Epiſco-
pis iuſſimus & hortati ſumus. Sed ecce dilectiſſimi,
ſicut ipſi ſcitis, ſex mẽſibus iã præſente Rothaldo
Romæ apud nos manente, & nobis accuſatores
vel vicarios eorum præſtolantibus, nullus qui hũc
accuſaret, adeſſe videtur. Io quo, fratres, quid a-
liud datur intelligi, niſi quod ſanctus Papa dicit
Bonifacius,† quia ſicut qui eſt innocens, vt abſol- *†Bonif. 1.*
uatur: quærit: ita iudicium nocens ſubterfugit? *Epiſt. 2.*
Verum nos Deo, auctore, beatorumque principis *ad Epiſc.*
Apoſtolorũ Petri Apoſtoli fulti ſuffragio, deceſ- *Galliæ, de*
ſorum quoque noſtrorum ſecuti veſtigia, priuile- *Maximo:*
gia Sedis Apoſtolicæ, quæ illi malè ſregiſſe probã- *idque poſt*
tur, recuperare ſtudentes, iam ſatum virum, præ- *Iul. 1. in*
ſentem videlicet Rothaldũ, priſtino gradui, pri- *Præfatio-*
ſtinis officiis, ac priſtino Epiſcopatui reſtituimus, *ne Reſcr.*
& per omnia talem eum reddimus, qualem illum *2. ad E-*
fuiſſe conſtat ante excommunicationis & depoſi- *piſc. O-*
tionis ſentẽtiam in eum prolatam, vel quando Se- *rientales.*
dem Apoſtolicam appellabat & Canonicè prouo-
cabat.

NICOLAVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Carolo glorioſo Regi.*

QVanquàm Rothaldum venerabilem Epiſco-
pum, Sedem Apoſtolicã appellantẽ Domini
ſacerdotes, qui in regno veſtro Eccleſias ſibi cõ-
miſſas gubernãt, in contẽptũ beati Petri Apoſto-
lorũ principis, per quem Apoſtolatus & Epiſco-
patus in Chriſto cœpit exordium, cuiuſque, licèt
immeritò, agimus Epiſcopatum, priuare nunquã
debuerant: tamen quia hoc præſumpſerunt, imò
conati ſunt agere, æquanimiter ſatis pro veſtra
deprecatione, pertulimus: Et vt tantam temeri-
tatem corrigerent, eis hortamẽta & præcepta po-
tius quàm flagella ſæpius adhibuimus. Sed horũ,
imo huius coutumaciæ nullus author, niſi Hinc-
marus Rhemorum Epiſcopus extat, qui & præ-
dictum Rothaldũ, etiam ſi nunquã ad noſtra pro-
uocaſſet iudicia nequaquam deponere debuit, ſed

contemptis nobis, quantùm ex ſe fuit, depoſuit, & multitudinéiuſſionum, noſtrarum vt peripſema duxit. Denique cum noſtris auribus fuiſſet ipſius Rothaldi depoſitio intimata, mox epiſtolã Apoſtolatùs noſtri miſimus, qua iuſſim' iã ſatũ Rothaldum, aut honori Eccleſiæ propriæ reſtitui, aut Romam cum aliquibus de Epiſcopis vel vicariis, eorum qui illum damnaſſe videbantur, in præſentiam noſtram dirigi, aut certè ſi neutrum fieret, tandiu poſt triginta dierum ſpatium, depoſitores eius à Miſſarum ſolenniis vacarent, quouſque nobis ſuper' bis obedire curaſſent. De qua etiam Epiſtola veſtræ tunc intimauimus excellẽtiæ: ſed hanc frater Hincmarus, quid dicã audire, eum videre illam, more Dioſcori velatus, neglexerit? Neque verò moueat quamobrem Rothaldũ Epiſcopum Romam venire, vel apud nos audiri ac iudicari iuſsimus: moueat, Canonicam ſuper boc paternam traditionem, ac ſpecialem prærogatiuam Apoſtolicæ Sedis nos extitiſſe zelatos atque ſecutos. Denique, vt pauca de multis commemorem, ſi aduerſus Prouinciæ Metropolitanum Epiſcopum vel clericus habeat querelam, iuxta Calcedonẽſes regulas iubetur vt petat primatem dioceſeos, aut Sedem Regiæ vrbis Conſtantinopolitanæ, & apud ipſum iudicetur. Quod tamen nulli dubium eſt, multò magis apud Romuleam vrbem, quàm apud Conſtantinopolitanam eſſe penitus obſeruandum. Nam & ipſe Rotbaldus ſecundum Sardicenſe Concilium, agendum ſibi negotium in vrbe Roma clamauit. Et beatus Innocentius Papa, ſine præiudicio Romanæ Eccleſię præcipit, cùm cauſæ vel contentiones inter clericos tã ſuperioris ordinis quàm etiã inferioris fuerint exortæ, nulli licere relictis his ſacerdotibus qui in eadem Prouincia Dei Eccleſiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare Prouincias. Sed & Papa Iulius Orientalibus ſcribens, vtramque partem Athanaſij ſcilicet & aduerſariorum eius accelerare præſentiam quatenus vtraque parte præſente, audiretur reus, & ab omnibus condemnatus, de cætero cohiberetur à ſacerdotio. Oportebat inquam, primum hoc fieri & tunc vacante loco, alterum conſtitui. In quibus tamen omnibus multipliciter adhuc contempti, per Odonem prius hæc venerabilem Epiſcopum, ad eadem rurſus inter multa monita miſimus, videlicet vt Rothaldus ſeductus de monaſteriali cuſtodia, vel prioris Eccleſiæ proprio redderetur honori, vel Romam cum vicariis Epiſcoporum, qui depoſitione illius conſenſerant, in conſpectu noſtro examinandum deſtinarent, aut poſt triginta dies, nec ipſe Hincmarus, nec cæteri Epiſcopi, qui enm damnauerant, licentiam faciendi miſſas haberent. Sed denuo frater noſter Hincmarus in contumelia noſtra verſatus, non ſolum non obedire nobis delegit, verùmetiam epiſtolam noſtram, quã ad eum & ad Epiſcopos qui in depoſitione Rothaldi ſibi conſenſerant, miſeramus, apud ſe per quatuor menſes retinens, quæ de Rothaldo decreuim', etiã inter hæc diuerſis aliis pro bac eadem cauſa noſtris Epiſtolis per nonnullos directis crebro contemptis agere recuſauit. Præterea Rnthaldum de monaſteriali cuſtodia eductum, in ciuili commutari præcepit. Tandem aliquando nobis ſcribens miſiſſe vna cum cæteris

Cap. 8. Epiſt. 2. ad Victric. Rotomagen. Cap. 3. & habetur, 3 q. 6. non liceat.

Reſcripto 2. ad Orient. cap. 1.

Miſſas facere.

A Epiſcopis vicarios ſuos qui cum Rotbaldo in noſtram præſentiam peruenirent, ſed dictum illis eſſe nullum ſibi aditum Italiam penetrandi, præ cuſtodib' fore, qua de re vnde venerãt rediiſſe. Quo dicto quid inanius, vel ſtultius æſtimari poteſt, quàm quod ad ſolũ vacuũ ſermonẽ, nulla perſona ſibi reſiſtẽte, nullóq; ſibi aduerſario certo cõtradicente, deſerere tantũ opus, & ſine vlla vtilitate retrouerti? Præſertum cùm ſi certiſſimè eos impeditos, ne illi quo min' cõmiſſa ſibi reſpõſa vel Eccleſiaſtica negotia conſummarent, comprehẽdiſſemus, zelo competenti ſuccẽſi, tantò contra huiuſmodi temeratores ſeruẽtius inueheremur, quãtò hanc impietatem ab ipſis fuiſſe patratam certius noſſe vtique videremus. Verùm bæc luſorie nobis illi vel dicũt vel operantur, cùm ecce biennium tranſierit ex quo diuerſis modis pro iam fato viro laborantes, modo hoc, modo illud eis proponentibus, nihil omnino profecimus, ſed adhuc diſſimulamus, adbuc operimur, & vt cum beato Simplicio Papa dicam', nolumus exagerare quod geſtum eſt, ne cogamur iudicare quod dignum eſt. Nam docente ſancto æque Papa Zozimo, cõtumeliæ ſtudio fit, quicquid interdictum toties vſurpatur. Sane his interim omiſſis conſiderare libet, quia prius Odo venerabilis Epiſcopus præſentialiter poſitus, & inde cæteri noſtri legati nihil accuſationis aduerſus Rothaldum Epiſcopum ſe detuliſſe teſtati ſunt: & illi Epiſcoporum vicarij, qui ab ipſis ſuis Præſulibus, vt rationem deiectionis Rothaldi exponerent, mitti dicebantur, nobis profeſſi ſunt ſcribentes ab itinere, quod nõ ad accuſandũ Rothaldũ fuerint à ſuis Antiſtibus deſtinati. Præſertim cũ ſæpe dictus Rotbaldus in Apoſtolica quã petijt ſede, ecce octo circiter mẽſib' ſit cõmoratus, & qui hunc accuſaret, nullum nos penitus videre potuimus. Ergo cum ita ſit, reſtat, vt qui nullum patitur accuſatorem, nullo merito ſuſtineat omninò ſuæ integritatis diſpendium. Denique tunc conſtat accuſatorem examen ſubterfugere, quando ſe iuſtas poſſe querimonias habere deſperat. Sic nimirum Iudæi lapidibus adulterã mulierẽ obrui debere putabãt. Vbi ad verũ iudiciũ hanc detulerunt, & quod exiſtimabãt videre non viderũt, & quod nõ putabãt audire, audierunt: confuſi & reueriti diſceſſerũt. Sic ergo, ſic depoſitores Rotbaldi cũ ad examẽ iudicij in quo inimici fuerunt ipſi accuſatores & iudices, venerũt in faciẽ ipſius quẽ ſupplantare voluerũt, immobiles perſtiterũt. At vbi ad noſtrũ prouocatũ eſt iudiciũ, in quo Deo reuelãte veritas ſi exaggeraretur, in lucẽ clareſceret, omnia falſitatis argumẽta deſtructa ſunt, & fabricatores mẽdacij terga ſubitò cõuerterunt. At vero Rothaldus Epiſcopus conſciẽtia purus, cõuerſatione innocens, columbarũ ſimplicitate, ac prudẽtia ſerpẽtis inſignis, cũ ad examẽ Romanæ Eccleſiæ ventũ eſſe perpexit, vbi nullũ ſuſpectum habet, nullum inimicũ paſſ' eſt, vbi inquam, vt ſanctus Papa Celeſtin' ait, ſẽper Catholicis ſubuenitur, iudiciũ nõ timuit, examẽ ſuũ renouari petiuit, & quicquid à nobis deliberari cerneret libenti ſuſcipiẽdũ mẽte diſpoſuit. Quia vt beatus ait Boniſaci' Papa, nullus dubitat, quod ita iudicium nocẽs ſubterfugit: quemamodum vt abſoluatur, qui eſt innocens quærit. Ergo videant accuſatores vel damnatores

Epiſt. 2. ad Io. Rauennatem.

Epiſc. Epiſt. 1. ad Heſichium Salonit. cap. 2.

Ioan. 8.

tores Rothaldi, qua intentione cum eo iudicium ſubire refugerint: quia Rothaldus, qui eſt auctore Deo innocẽs, Conciljum ſanctorũ nõ ſolùm nõ ſubterfugit, ſed & magnopere poſtulauit. Itaque ſciat ſublimitas veſtra nco opiήce à nobis ſępe fatũ Epiſcopum, priſtinæ dignitati & Eccleſiæ reſtitutum. In quo vtrum veritate fulciatur, quid de veſtra dilectione à nonnullis refertur, modo patebit. Si enim milia gemmarum & pretioſarum ſpecierum beato Petro daretis, nec illi tam accepta oec nobis, quàm, ſi nobis ſuper boc obediatis, profutura exiſterẽt: Nimirum cum illius ſit hominum ſalutem exquirere, non cumulos theſaurorum coaceruare. B Fauete tãdem, quæſumus, nobis pro crebrò dicto viro totiẽs adeũtibus, & Eccleſiam ſibi commiſſam recipiẽdi per vos oon impedimentũ, ſed prę̃ſidiũ prorſus inueniat. Ne quæſumus, dicatur de nobis procedente tẽpore, quod nũc de Theodorico ſcripto profertur. Qui aote patrimonij vel Eccleſiarũ quas amiſerat receptionem, Papam Symmachũ, vt pote Arrianus & ſceleratiſſimus rex, cum impugnationibus † ſuis in diſceptationẽ cõfligere iuſſit: cùm poteſtati ei^9 omnia quę per ſuggeſtiones inimicorũ ſuorũ amiſerat, reddenda, ab honorabilium Italorum Epiſcoporum Concilio iuſſa fuiſſent, & legaliter prius C ſtatui priſtina redditus tũc veniret ad cauſam, & ſi ita rectè videretur, accuſantiũ propoſitionibus reſponderet. Cuius rei documẽto & aliis nõnullis decretis & exẽplis imbuti idipſũ de Rothaldo Epiſcopo nos quoque decreuimus. Quapropter obteſtamur & ohſecramus, vt piis noſtris monitis, non prauorũ hominũ ſuaſionibus pareatis Sciẽtes qnia ſi peſſimo Regi (quod abſit) vos æquiparẽtes ſuper hoc nobis negotio cõcordãtes obaudire renuitis, vos proculdubio de charitate & memoria noſtra deletos. Quoniam ita Dei & Apoſtolorum auctoritate decreuimus & ſtatuimus, vt quicũque ſæpe memorato Rothaldo Epiſcopo ad recipiẽdã D Eccleſiã ſibi olim cõmiſſã, vel ad Epiſcopale miniſteriũ peragendũ aliquatenus impedimẽto fuerit, donec acquieſcat, & ad illi reſiſtẽdũ conatus deponat, à ſacroſanctis myſteriis & ab Eccleſiæ fieret ingreſſu remotus, atq; ab omni cõmunione fideliũ ſequeſtratus. Præterea veſtrã volumus noſſe experiẽtiam, noſtris auribus fuiſſe multis referẽtibus intimatũ, quod diuerſę res & nõnulla præſidia ſanctæ Sueſſonicæ Eccleſię viris competentia, ab inuaſore ibidem conſecrato extiriſſent pro libitu diſpoſita, & in beneficium data: vel etiã (eo, iuſto Dei iudicio decedente) ab excellentia veſtra quibuſdam hominibus æquè in beneficio col- E locata. Quamobrẽ etiam & in hoc dilectionẽ veſtrã hortamur atq; precamur, vt eadem præſidia, & ipſas res, quæcunque & vbicunque ſint, iam ſatæ Eccleſię reſtitui, pia veſtra præciplat eminentia, & vt cuncta viris eius reddantur, veſtra ſatagat excellentia: ita vt ſecundum ſacrorum Canonum ſanctionẽ, in poteſtate Epiſcopi res omnes Eccleſiæ conſiſtant, & ille ſecũdum timorẽ Dei, quibus voluerit, & quomodo voluerit, illas diſpenſet: quod tamẽ veſtræ pietaris, pro amore Dei & Apoſtolorum principũ, ac noſtro, fieri ſatagat induſtria. Sciẽtes profectò, quia qui his rebus frui voluerit, & eas præfatæ Eccleſiæ reddere forte diſtulerit, nos hunc ab Eccleſiæ finibus, Ana-

Symmachus P.P. à Theodorico Arriano vexatus.

† melius, impugnatoribus.

Anathemam vſurpatores peculij Eccleſiæ Sueſſionẽſis.

Appendix

A thematis nexibus irretitum, & ſacroſanctis myſteriis ſequeſtratũ, veluti profanum eliminamus, & quaſi rapacem & impium & à contubernio fidelium, proculdubio abiicimos.

HINCMARO *Rhemenſi.*

SI coram tuæ prudentiæ oculis vllus eſſet paternorum Canonum, vel Apoſtolicæ Sedis reſpectus, nunquam Rothaldum Sueſſonicæ vrbis Epiſcopum, ſine noſtræ tentaſſes ſcientiæ notione deponere. Præcipuè cùm negotiũ quod meritò inter maiora connumeratur (de perſona ſcili- B cet iudicare, cuius in Eccleſia, cæteris, Ordo maior eſt) vẽtillanti & multipliciter rimanti, tibi adeò de ſe difficiles exitùs daret, vt octo circiter annos vt deponeretur elaboraueris & in tanta perplexitate cauſarum, & io tanta intercapedine temporum, nullam beati Petri memoriam prorſus habueris. Cuius contrà, is qui deponebatur mentionem faciens, tua decernente religioſitate proprio gradu caruiſſe dignoſcitur: Et cùm in ſuis opportunitatibus ad Sedẽ Apoſtolicã beatitudo tua ſcripſerit, & ab illa ſibi manũ porrigi cõtra falſos fratres popoſcerit, & quædam priuilegia cõcedi ſibi petierit, in cauſa Rothaldi ſolùm C quaſi ei^9 ſolatij non indiga, Sedis Apoſtolicæ nõ memor fuit, nec vtiq; viſitatrix: quinimò cõtra appellãtẽ hanc eundẽ venerabilẽ virũ, tãta molimina tantáque præparare machinamenta minimè formidaſti, vt poſtquã data ſibi Romã veniẽdi licentia fuerat, priuſquam tibi & regi vale fecerat, poſtea hunc à noſtro examine ad tua, vt ita dicam, tribunalia deduxeris (quia Synod^9 dici nõ poteſt, vbi noſtri nullus præbetur aſſenſus) & ingredi Prætorium nolentem, depoſitioni, tyrãnico more ſubiiceres, occaſionẽ ſumens de quadam epiſtola, tanquam Rothaldus poſtquã ad noſtrũ appellanerat iudicium, rurſus ad veſtrũ mutata voce pro- D uocaſſet examen. Quod omnino falſum eſt. Illa nempe epiſtola per quã conaris frui, ſicut veritate claret & apud nos ſubtili valde inueſtigatione repertum eſt, fratribus à Rothaldo mittebatur quos tecum cõtra ſe non conſpiraſſe nouerat, ac eos per hoc nec ſuſpectos habebat. In qua videlicet epiſtola non noſtrum iudicium aſpernatur, non Sedẽ Apoſtolicã ſpernit, nec aliena iudicia poſtulat, nec electorũ iudicũ numerũ exprimit, quinimo nec nomina memorat, ſed ſolùm fratres & Coepiſcopos de ſua certificat innocentia, & hos reddit intentos quatenus ſi fortè Apoſtolatui noſtro ſe- E cundùm ſacrorum indulgentiam Canonum, ſcribere examinis renouãdi gratia in finitima poſitis, placeret, vt ipſe illo in tẽpore nobis ſuggeſtum ire meditabatur, & quoq; aucturos putabat: ſuæ cõſulere innocẽtiæ, ac iuſto liberamine cauſam ſuã ſecũdùm depoſitionẽ noſtrã ſine acceptione perſonarũ exequeretur. Sed arguta ſapiẽtia tua, vtinã in bono accepta, fomitẽ iudicij & materiã depoſitionis aduerſ^9 Rothaldũ aſſũpſiti, & ab itinere Sedis Apoſtolicæ reuocauit, & cõtinuatim Sedẽ Apoſtolicã appellãtem dãnauit, & carcerali cuſtodiæ mãcipauit, Cùm etiã ſi null^9 à veſtro iudicio prouocaſſet priuilegia tamẽ Apoſtolicæ Sedis vos obliuioni tradere nullaten^9 debuiſſetis: quib^9 venerãdi canones iudicia toti^9 Eccleſię adhũc deferri iubẽt,

2. q. 6 c. arguta.

& ab illa ſicut Gelaſius meminit, nunquã appellare ſanxerunt: Ac per hoc ipſa de omnibus iudicare, ab illa verò nulli eſt appellare permiſſum, ſed etiam ſi ad veſtrum prouocaſſet à noſtro iudicio, à vobis extabat tanquam erroneus corrigendus: Quinimò nec ante ſpecialiter fuerat corrigẽdus, quia nobis peculiarius erat penitus amplectẽdus. At vbi obdurato mentis intuitu, hæc omnia poſtpoſuiſſe contra ſpem dolenter audiuimus, miſsis litteris noſtris præcepimus, vt cum de carceris anguſtia educeres, & aut mox priſtino gradui redderes, aut illum cum vicariis tuis & Epiſcoporum qui depoſitioni eius conſenſerãt, in noſtram præſentiam deſtinares. Quod ſi neutrũ ageres, poſt triginta dies poſteàquam illa noſtra lecta fuiſſet epiſtola, nec tu nec vllus eorũ qui in hoc tibi cõſenſum præbuerant, Miſſarum ſolennia celebraret, donec quæ ſibi pro Rothaldo à nobis fuerant imperata, perficeret. Quam contemplatus, etiam ſolo tactn tuo indignam iudicans, Dioſcorum in hoc imitatus, ſaltẽ hanc legere nullo modo cõſenſiſti. Vnde Rothaldo adhuc in cuſtodia demorante, per Odonẽ venerabilem Epiſcopnm eadẽ tuæ ſanctitati & cæteris cõplicibus tuis per epiſtolas vobis reſcribentes iniunximus, addentes pariter quod ſi nobis decętero inobedictes eſſetis, nos iam fatum vitum Rothaldum priſtinæ dignitati & Eccleſiæ redintegraturos, & vobis condignam viciſſitudinẽ reddituros. Quas, fraternitas tua viij. Calend. Iulij, vt fertur, ſuſcipiens, per quatuor circiter menſes neminẽ has paſsus es intueri. Poſt hæc autem Rothaldo tandem de cuſtodia educto, licentiam Romam veniendi vix qnidem dediſti: Sed vicarij, quos cũ illo mittere debuiſti, vſquequò voluerunt profecti, ſnis nobis de itinere ſignificauere, dictum illis fuiſſe quòd nullus præ hoſtibus penetrandæ Italiæ ſibi pateret acceſſus: & præcipuè quod corum, quorum auxilio fulciri debuerant, fruſtrarentur obuentu. Subdentes inſuper, quia ſi peruenire Romam vtcumque valuiſſent, nullam aduerſus Rothaldũ omnino defferent calumniam. Et bis ita geſtis, quia primùm quidem præſumptiones præuaricationéſque veſtras ſumus experti, deinde verò inobedientia & terginerſatione tua comperta, atque deinde Rothaldo penes nos ſine vllo accuſatore octo circiter menſibus iam retento, & diutius ac ſubtilius examinato, vobis & vicariis veſtris clamantibus, nil vos aduerſus eum accuſationis habere, quid niſi vt ſecundum promiſſionẽ ſuperius memoratam, tandem priſtino Epiſcopatui redderetur, omnino reſtabat? Quod per noſtram mediocritatem iam nunc factum tua nolle poterit protſus induſtria, cui rei monemus omnimodam patientiam exhibere, tua non negligat vtcúmque ſolertia, ne talionem redere tibi, ſicut dudum promiſimus, noſtra cogatur anctoritas. Hæc qnippe nos in Rothaldo idcirco noueris operatos, vt priuilegia Sedis Apoſtolicæ, quæ malè à vobis violata eſſe videbantur, & à nobis tot impenſis laboribus, veſtra reſiſtente contumacia, recuperari non poterant, auctoritate Apoſtolica & canonica patrum deliberatione, priſtino tandem & proprio decoraretur honore. Cæterùm ſi forte quis aduerſus Rothaldum voces habet, vel ſi ipſe à ſanctitate tua iuſtas circa ſe hactenus ſuſtineat querimonias,

A volumus & decernimus, vt vtraque parte conueniente, quicquid illud eſt, coram noſtra ſpeciali præſentia dirigatur. Quod ſi nullus calumniari coram Apoſtolatu noſtro ſæpe ſatum virũ impetere voluerit, quæ de illo decernimus illibata & imminuta conſiſtant. Tandem aliquando vnum è duobus quod vult fraternitas tua ſibi à nobis optione propoſita eligat, quia vtrũque canonicũ eſt, vtrumque ad Sedis Apoſtolicæ pertinet priuilegium: videlicet, aut quæ de ſæpe ſato fratre & Coepiſcopo noſtro Rothaldo diſpoſuimus adimplens, in nullo refragatrix ſed executrix, inueniatur: aut certè Romam corã nobis, ſeu ſancta Romana Eccleſia, cum ipſo conflictum ſumptura, & pro hoc altercatura properare ſine dilatione maturet. Ita duntaxat, vt prius ipſe Rothaldus cunctis ablatis, ſicut ſtatuimus, recuperatis honoribus, & vires longo labore feſſas priori valetudini redditas reſumens, diutius poſsideat & ſuis omnibus perfruatur. Quod ſi neutrum ſine procurata mora ſortaſsis agere volueris, & reſultare his quæ de illo ſtatuimus, ſolito more vlterius curaueris, ab omni ſis ſacerdotali dignitate Dei per nos, iudicio & auctoritate Sedis Apoſtolicæ, decætero ſequeſtratus, ita vt nũquam locum ſatisfactionis, aut ordinis reſtitutionem operiaris.

NICOLAVS EPISCOPVS,

SERVVS SERVORVM DEI,

Reuerendiſsimis & ſanctiſsimis confratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis apud Gallias conſtitutis.

QVamuis ſingulatum Eccleſiarum, qnæ propter diuerſitatem terrarum multæ eſſe dicũtur (cùm vna ſit & vnica ſponſo ſuo, ſicut ipſe in Canticis cãticorum dicitur: Vna eſt colũba mea: Et per Pſalmiſtam: Erue de manu canis vnicam meam) paſtor & Epiſcopus, ac Pontifex Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui hanc creanit & redemit, exiſtat: ita vt ille veraciter, ac principaliter iſta ſit omnia iuxta quod fidelib' per primùm Apoſtolum dicitur: Cõuerſi eſtis nunc ad Paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarum. Et iuxta quod egregius Prædicator de eo loquens, talis, inquit, decebat vt nobis eſſet Pontifex: ſubitu tus tamen ad cœlos hanc, Apoſtolis commendauit, ac per eos tanquam hereditario iure, ſucceſſoribus eorum, nobis ſcilicet quos paſtores & Epiſcopos ac Pontifices ſuper ipſam conſtituit, eius prouidentiæ curam indulſit, quatenus pro patribus nati filij, & pro eis conſtituti principes in omnem terram imitatores eorum eſſemus, ſicut & ipſius Chriſti. Verùm & inter beatiſsimos Apoſtolos, ſicut & ille magnus Leo ſcribit, in ſimilitudine honoris fuit quędam diſcretio poteſtatis, & cum omnium par eſſet deuotio, vni tamen datum eſt, vt cęteris præmineret. De qua forma, Epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio. Et magna ordinatione prouiſum eſt, ne omnes ſibi omnia vendicarent: ſed eſſent in ſingulis Prouinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia. Et rurſus quidam in maioribus vrbibus conſtituti, ſolicitudinem eius ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura cõflueret, & nihil vnquam à ſuo capite

Cant. 2.
Pſ. 12.
1. Pet. 2.
S. Petrus primus Apoſtolus.
S. Paulus, egregius Prædicator.
Ordo inter epiſcopos.

pite diſcederet. Quod niſi quidam ex vobis nullo interiori comprehendiſſent obtutu, nunquam Rothaldum Epiſcopum Sueſſonicę vrbis ſine cõſenſu noſtro depoſuiſſent, deprædarentur, & in exilium pulſum monaſteriali cuſtodia manciparent. Nam quomodo non omnes vobis omnia vẽdicatis, qui iudicia Epiſcoporũ, quæ meritò inter maiora numerantur negotia, veſtræ deliberationi tribuiſtis? An modicum vobis eſſe videtur, fratres & Coepiſcopos veſtros, præter Apoſtolicæ Sedis conſenſum, depoſitioni ſubiicere? Quod ſi dãnationes Epiſcoporum non inter maiora negotia dinumeratis, quorum iam cauſas inter maiora cõputatis negotia? Quid rogo de Presbyteris, vel de inferioris gradùs clericis agitur, quorũ apud nos quoque cauſa, Calcedonẽſis concilij regulis, cùm ratio exigit, audiri iubetur? Si Epiſcopos tanta facilitate deponitis, quomodo rogo per vos, quorum vel in ſingulis Prouinciis habetur prima ſententia, vel qui in maioribus vrbibus conſtituti ſolicitudinem ſuſcipitis ampliorem, ad vnam Petri Sedem vniuerſalis Eccleſiæ cura confluit, qui de maioribus deponẽdis Epiſcopis, nihil ad eius notitiam deferre curatis? An Epiſcopi de vniuerſali Eccleſia non ſunt, vt de illis damnandis per vos aliquid ad vnã Petri Sedem deferri nũ curetur, vel quomodo nil vſquam à ſuo capite diſſidet, cum de adiudicandis præcipuis membris Eccleſiæ, id eſt, Epiſcopis, à capite, id eſt, Sede Apoſtolica diſſentitis? An Sedes Apoſtolica caput non eſt? Fruſtra ergo, vt multa prætercam, Concilium Sardicenſe ad Iulium Epiſcopum inter cætera dixit: Optimum & valde cõgruentiſsimum eſſe videtur, ſi ad caput, id eſt, ad Petri Apoſtoli Sedẽ de ſingulis quibuſque prouinciis Domini referant ſacerdotes, & te ſedem Petri, caput appellatam, cui de ſingulis prouinciis Domini referre ſacerdotes debent. E contra vos adeò hanc deſpicitis, vt ad eam nihil de maioribus Eccleſiæ negotiis referre curetis, atque Epiſcopum, inconſultà & contemptà illà deponere præſumatis, & præcipuè Sedem Apoſtolicam appellantem. Nimis namque abſurdum eſt quod dicitis, Rothaldum qui ad iudicium Sedis Apoſtolicæ prouocauit, iterum mutata voce, veſtra iudicia poſtulaſſe. Quod etiam ſi ita fuiſſet, à veſtra fuerat fraternitate corrigendus, & quia maiori ad minoris auctoritatis prouocaſſet iudicium, emendandus: Licèt certis nõ patere poſſit vllis indiciis, à noſtro illũ ad veſtra cucurriſſe iudicia, quem conſtat in ipſo articulo contra ſe proferendæ ſententiæ Sedem Apoſtolicam appellaſſe, & quod ſe ab illa iudicari poſceret, coram omnibus exclamaſſe. Æquum non foret ſi ad noſtra ſe iudicia conuertiſſet, quàmuis & ſi Sedem Apoſtolicam nullatenus appellaſſet: contra tot tamen & tanta vos decretalia efferri ſtatuta, & Epiſcopum inconſultis nobis deponere nullo modo debuiſtis. Quod tamen vos, vt ſeruata vobiſcum medullitus charitate dicam, poſtpoſuiſſe dolemus, & diuerſorum Sedis Apoſtolicæ Præſulum decreta in hoc vos contempſiſſe negotio, non immeritò reprehendimus. Abſit enim, vt cuiuſcũq; vſq; ad vltimũ vitæ ſuæ diem, qui in fide Catholica perſeuerauit, vel decretalia conſtituta, vel de Eccleſiaſtica diſciplina quælibet expoſitata, debito cultu, & cum

A ſummà diſcretione non amplectamur, opuſcula, quæ duntaxat & antiquitus ſancta Romana Eccleſia conſeruans, vobis quoque cuſtodienda mãdauit, & penes ſe in ſuis archiuis & vetuſtis ritè monumentis recõdita veneratur. Abſit vt ſcripta eorũ quoquomodo paruipẽdẽda ducamus, quorũ videmus Deo auctore ſanctam Eccleſiam aut roſeo cruore floridam, aut rorifluis ſudoribus & ſalubribus eloquiis adornatam. Si enim ipſorũ decreto, cæterorum opuſcula Tractatuum approbantur vel reprobantur, ita vt quod Sedes Apoſtolica probat hodie, teneatur acceptum, & quod illa repulit hactenus inefficax habeatur: quantò B potius quæ ipſa pro catholica fide profanis dogmatibus repellendis, pro variis & multifariis Eccleſię neceſſitatibus & fidelium moribus diuerſo tempore ſcripſit, omni debentur honori præferri, & ab omnibus prorſus in quibuſlibet oportunitatibus diſcretione vel diſpẽſatione magiſtra, reuerenter aſſumi? Quanquam quidam veſtrum ſcripſerint haud illa Decretalia priſcorum Pontificum in toto codicis canonum corpore contineri deſcripta, cùm ipſi vbi ſuæ intentioni hæc ſuffragari conſpiciunt, illis indifferenter vtantur, & ſolum nũc ad imminutionem poteſtatis, Sedis Apoſtolicæ, & ad ſuorum augmentum priuilegio- C rum, minus accepta eſſe perhibeant. Nam nonnulla eorum ſcripta penes nos habentur, quæ nõ ſolùm quorumcũque Romanorum Pontificum, verùm etiam priorum decreta in ſuis cauſis præferre noſcũtur. At nunc vbi ſuis animis reſultare, & priuilegia tantopere nos vt in ſui ſtatùs incolumitate perſiſtant, elaborare non ceſſamus, quãtò vniuerſæ Eccleſiæ profuiſſe, prodeſſe, ac profutura ſemper eſſe probantur. Dignum ergo eſt, vbi vniuerſa fabricæ moles innititur, ibi firmum validúmque habeatur in omnibus fundamentum. Porro ſi ideo non eſſe decretales epiſtolas priſcorum Pontificum Romanorum admittendas di- D cunt, quia in codice canonũ nõ habẽtur aſcriptæ: Ergo nec Gregorij ſancti, nec vllius alterius qui ante vel poſt ipſum fuit, eſt aliquid inſtitutũ vel ſcriptum recipiendum eò quòd in Codice Canonum non habeatur aſcriptum! Ergo doctrinam eorum & ſanctiones de codicibus ſuis eradant: vt quid vel membranas occupant poſtquam non habentur acceptæ? Sed quare multùm immoremur, cùm nec ipſas diuinas ſcripturas noui & veteris Teſtamenti iam recipimus, ſi iſtos duxerimus diendos? Etiam neutrum horum in codice Eccleſiaſticorum canonum habetur inſertum. Sed reſponſuri ſunt iſti qui non ad obediendum po- E tius quã ad reſiſtẽdũ ſemper parati ſunt, dicentes, quòd inter Canones inueniatur capitulum ſancti Papæ Innocentij, cuius auctoritate doceatur à nobis vtrumque Teſtamentũ iã eſſe recipiẽdum: Quanquam in ipſis primitiuis canonibus, nullum eorum contineatur ex toto inſertum. Quibus ad hęc aſſerendum eſt: Quoniam ſi vetus nouúmque Teſtamentum recipienda ſunt, non quòd Codici Canonum ex toto habeantur annexa, ſed quod de his recipiendis ſancti Papę Innocentij prolata videtur eſſe ſententia: Reſtat nimirum quod Decretales Epiſtolæ Romanorum Pontificum ſunt recipiendæ, etiam ſi non Canonum Codici compaginatæ, quoniam inter ipſos Canones vnum

Decretaliũ Epiſtolarum authoritas.

S. Leonis. P.P. Decretales.

beati Leonis capitulum conſtant eſſe permixtum, quo ita omnia decretalia cóſtituta Sedis Apoſtolicæ cuſtodiri mandantur, vt ſi quis in illa commiſerit, nouerit ſibi veniam negari. Ait enim capitulo quinto ſuorum decretalium: ne quid vero ſit, quod prætermiſſum à nobis ſorte credatur, omnia decretalia conſtituta, tam beatę recordationis Inoocentij, quàm omnium déceſſorú noſtrorum, quæ de Eccleſiaſticis ordinibus & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita veſtræ dilectioni cuſtodiri mandamus, vt ſi quis in illa cómiſerit, veniam ſibi deinceps nouerit denegari. Dicendo verò omnia decretalia conſtituta, nullú de decretalibus conſtitutis prætermiſit, quod nó mandauerit eſſe cuſtodiendum. Et rurſus aſſerédo omnium deceſſorum noſtrorum, nullum Pontificum Romanorum qui ante ſe fuerit, excepit, cuius ita non præceperit Decretalia conſtituta ab omnibns cuſtodiri, vt ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deinceps nouerit denegari. Itaque nihil intereſt, vtrum ſint omnia decretalia Sedis Apoſtolicæ conſtituta, inter Canones Conciliorú immixta, cùm omnia in vno corpore compaginari non poſſint, & illa eis interſint, quæ firmitatem his quæ deſunt & vigorem ſuum aſſignent: Præſertim cum Synodalia geſta, itémque ipſi Canones inſtituri, in Codice Canonum non habeantur, ſed à nobis omni cultu debito venerentur. Conſonat auté buic beatiſſimo Papæ Leoni, ſanctus & facúdiſſimus in decretisſuis Papa Gelaſius, ita inquiens: Decretales epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab vrbe Roma pro diuerſorum patrum couſultarione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendas. In qno notádum, quia non dixit, Decretales Epiſtolas quæ inter Canones habentúr, nec tantum quas mnderni Pontifices ediderunt, ſed quas beariſſimi Papæ diuerſis temporibus ab vrbe Roma dederunt. Dictis auté diuerſis temporibus, etiam illa tempora vir ſanctus comprehendit, quæ crebreſcentibus paganorum perſecutionibus, ad Sedem Apoſtolicam deſerri cauſas Epiſcoporum, difficillimè permittebant. His ita diuina fauente gratia prælibatis oſtendamus nullam differenriam eſſe inter ea Decreta quæ in Codice Canonú habentur Sedis Apoſtolicæ præſulum, & ea quæ præ multitudine vix per ſingula voluminum corpora reperiuntur. Cum omnia & omnium deceſſorum ſuorum decretalia conſtituta, atque Decretales Epiſtolas quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab vrbe Roma dederút, venerabiliter eſſe ſuſcipiendas & cuſtódiendas, eximios præſules Lconem ſimul & Gelaſium mandaſſe probauimus. Quamuis & hoc qund ſæpe commemoratus beatus Leo Apoſtolicę Sedis Antiſtes, ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Archiepiſcopum ſcribit, quorundam veſtrorú præſumptionem potentiſſimè ſeriá, & quod talia negotia nobis inconſultis definere minime debeatis, manifeſtè denunciat. Ait enim: Nam cú maiora negotia & difficiliores cauſarum exitus liberum tibi eſſet ſub noſtræ ſententiæ expectatione ſuſpendere, nec ratio tibi nec neceſſitas fuit in id quod menſuram tuam excederet. Et item de anco. Præſertim, inquit, cum etiam ſi tale aliquid mereretur, expectandum tibi ſuerit quid ad tua concilia reſcribetur. Et paulo poſt: Sed etiam ſi quid graue intolerãdúmque committeret, noſtra erat expectanda cenſura, vt nihil ipſe prius decerneres, quàm quid placeret, agnoſceres. Quod nos quoque de Rothaldo vobis nó irrationabilius dicere poſſumus: quia dum octo ferè annos ventillaueritis, nec ratio vobis, nec neceſſitas ſuit in id quod menſuram veſtram excederet iudicandi. Sed etiam ſi quid graue iutolerandúmque committeret, noſtra erat expectanda cenſura vt nihil prius decerneretis, quàm quid nobis placeret, agnoſceretis. Sed dicitis: iudicia Epiſcoporum nó eſſe maiora negotia, nec difficiliores cauſarum exitus iudicamus. Qui quantò gradùs ſunt præcipui, & in Eccleſia Chriſti ſublimiores, tantò cum de horum ſtatu vel caſu agitur, maiora negotia & difficiliores cauſarum exitùs agitari vel haberi creduntur. Ipſi quippe primi in Eccleſia, ipſi arundinem tenentes metãtur ſanctam Hieruſalem, ipſi ſabricæ Dei præſunt. Ipſi ſpeculatores ciuitatis Dei ſunt, ipſi arietes, ipſi paſtores gregis dominici. Ipſi columnæ domùs ſummi Regis exiſtunt. An maiora negotia, cauſas inferiorum clericorum eſſe conticitis, vt horum cauſas nobis, & Epiſcoporum vobis negotia tribuatis? Quàmuis & inferioris gradus clericorum cauſas apud nos, cum tempus vel res exigerit, eſſe finiendas. Et diuerſa proculdubio colligamus, ſicut beatus Papa dicit Innocenrius. Si quæ autem cauſæ vel contétiones inter clericos tam ſuperioris ordinis, qnàm inferioris etiam ſuerint exortæ vt ſecundum Synodum Nicenam congregatis eiuſdem Prouinciæ Epiſcopis, iurgium terminetur, nec alicui liceat, ſine præiudicio tamen Romanæ Eccleſiæ, relictis his ſacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei Eccleſiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias. An maiora negotia Metropolitanorum tantú eſſe ſatemini? Sed audite rurſus quod de Epiſcopis ſanctus aſſeueret Leo. Quibus inquiens, & ſi dignitas communis eſt, ordo tamen generalis eſt. Et reuera vnus de ſeptem Ecclcſiæ gradibus eſt, Metropolitanorú ſcilicet & reliquorum Epiſcoporum Ordo. Et quod dicit Apoſtolus. Oportet Epiſcopnm irreprehenſibilem eſſe, non video minus Metropolitanis quàm cæteris Epiſcopis cóuenire, niſi ſorte Epiſcopatu ſe priuet quiſquis Metropolitanorú ad ſe, hoc Apoſtoli dictú, non æſtimet pertinere. Vnde nos non minoris numeri, nec alterius famæ accuſatores, teſtes vel iudices quærimus in negotiis Epiſcoporum: quàm exigimus in cauſis Metropolitanorum. Vnde tam illorú, quàm iſtorum negotiorum nobis exitùs reſeruari meritò volumus, & iure decreuimus. Totius enim Eccleſiæ Dco auctore generaliter ſolicitudinem gerimus, & omnium vtique qui Eccleſiam faciunt cura cóſtringimur, atque omnium quorum nos maxima cura expectat, noſtrum præcipuè debent promereri iudicium, ſicut Innocentius ad Maximum ſcribens Antiochenú, non ſcilicet ſolum Metropolitanorum, ſed & omnium omnino ſacerdotum, quinimo vniuerſorum (qui ſe de ouibus principaliter diuinitus Petro commédatis eſſe nó) neſciút: id eſt, oon ſolum cunctorum, qui de illorum numero ſunt, de quibus Dominus principi Apoſtolorum dixit: Tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos: ſed etiam qui de his piſcibus ſunt,

Epiſcopatus eſt vnus ex 7. Eccleſiæ Ordinib'.

qui

qui intra rete, quod ab ipſo ad litus trahi ſpecialiter iuſſum eſſe ſe recognoſcunt. Adhuc tamen perturbari propter contentioſos, libet, quænam iudicia, vel quorum eſſe maiora negotia prædicatis. ſi Epiſcoporum cauſas non inter præcipua computatis negotia? An lai corum & vulgarium populorum iudicia inter maiora negotia ponitis, quos penè quotidie cũ veſtris & ſine veſtris epiſtolis ad diſcutiendos & iudicandos ſuſcepimus, & diſcuſſos vel iudicatos vel abſolutos dimitimus? Denique aut ſecularium iudicia inter maiora, & Epiſcoporum inter minora negotia collocabitis, & vobis Epiſcoporum, nobis laicorum iudicia reſeruabitis: aut certè ſi Epiſcorum iudicia ſunt maiora negotia, iuxta Leonum, licitum vobis eſſe debuit, hæc ſub noſtræ ſententiæ expectatione ſuſpendere. Aut ſi perſona iudicandi tale aliquid mereretur, expectandum vobis fuerat, quid ad veſtra conſulta reſcriberem. Abſurdum eſt enim, vt laicos quoſque, & minimos qui ſunt in Eccleſijs veſtris, noſtro mittatis iudicandos & addatis quotidiano labori, & Epiſcoporum qui præcipua Eccleſiæ membra ſunt, veſtræ ſubdatis deliberationis arbitrio. His vero tandem omiſsis, Deo duce, ſcitote, nos, quod temeritate magiſtra perperam à vobis commiſſum eſt & quod inconſultis nobis in Rothaldo fratre & Coepiſcopo noſtro præſumptuoſe perpetraſtis (etiã ſi nunquam Sedem Apoſtolicam appellaſſet) contra Dei auctoritatem & beatiſſimorum Petri ac Pauli principum Apoſtolorum ſeu omnium deceſſorũ meorum necnon & ſanctorum trecentorum decem & octo patrum, qui apud Nicæam ſub Conſtantino Pio principe conuenerunt: penitus euacuantes & in irritum ducentes, præfatum Rothaldum priſtino gradui, priſtinæ dignitati, priſtino reddidiſſe prorſus honori: ita vt diuina myſteria conficiẽdi priorem facultatẽ adeptus, omnique ſacerdotali reſtitutus officio, ſine cuiuſlibet cõtradictione, propriæ receptæ proſit Eccleſiæ, à qua incõſultis nobis expulſus eſt. Denique cum aute biẽnium ſcriptis & verbis inſtanter egiſſemus, vt idẽ Rothaldus aut propriæ redderetur Eccleſiæ, aut certè Romam cum vicariis veſtris & ipſius accuſatoribus, ad examioandum & iudicandum nobis deſtinaretis, & nihil apud vos impetrare potuiſſemus, dum modo hoc modo illud ad excuſandas excuſationes in peccatis obiiceretis: tandem aliquando Deo inſpirante, & Nicænæ nobis Synodi decreto ſuffragante, quo inter cætera præcipitur vt ſuis priuilegia ſeruentur Eccleſiis, ratum duximus iam ſatum Rothaldum, memores ſcilicet priuilegiorum Apoſtolicæ Sedis, vinculis quibus illum ne vteretur officio nec ſuæ præeſſet Eccleſiæ, colligaſtis, quia nos ooo cenſuimus, abſoluendũ. Neque enim tam ſtolidos, tamve poterit traditionis terminatæ deuius inueniri, qui cæteris Eccleſiis priuilegia ſeruari, & ſoli Romanæ Eccleſiæ adimi debere perhibeat, quæ omniũ Eccleſiarum magiſtra, mater & caput eſt. Si quis autem tacita ſorte non audet aperta viſitatione ſateri Romanæ huiuſcemodi Eccleſię priuilegia non fuiſſe, quibus ſedes Apoſtolica aliorum ligatorum præſulũ facultatem habuerit diſſoluẽdi, præter quod priſca rerum probatione, & nonnullarum recitatione ſcripturarũ conuincitur, teſtis eſt beatus Gelaſius, quem idcirco ad teſtimonium ſuper his perhibendum produximus, quia hunc non ſolùm vita & doctrina plurimum commendat, verùm etiã rem de qua agitur, in paucis aſtruit & oſtendit, nobis videlicet breui ſermone propinans quòd de multorum voluminum fontibus hauſit. Scribẽs enim Epiſcopis per Dardaniam conſtitutis, inter cætera, nec planè, ait tacemus quòd cuncta per mundum nouit Eccleſia: quam quorumlibet ſententiis ligatorum Pontificum, Sedes Petri Apoſtoli, ius habeat reſoluendi, vt pote, quæ de omni Eccleſia fas habeat iudicandi. Item idem ad Epiſcopos Orientales: quingentos, inquit, annos conſtituta Chriſti eos velle ſubuertere cum triginta annorum lex hominum non poſſit abrumpi. Sanctum Athanaſium ideo non damnatum à Synodo Orientis, quia Sedes iſta non conſenſerit, vel Sanctum Ioannem Conſtantinopolitanum, Sanctum Flauianum. Si ergo hac non conſentiente ſola, ij damnati à Synodo Orientis, non potuerunt eſſe damnati, conſequens eſt etiam qui eadem ſola damnante ſine Sinodo damnatus fuerit, damnatus ſit. In quo inter cætera notandum eſt, quia ſi hos qui poſt quingentos annos ſtatuta Chriſti tentabant ſubuertere, tanta vir ſanctus increpatione redarguit cum triginta annorum lex hominum non poſſit abrumpi, quantò magis exprobrandi ſunt, qui ea etiam poſt octingentos & eò amplius annos, nituntur euellere? Quæ verò ſtatuta Chriſti dixerit, inferius declarauit, cùm ſola Sede Apoſtolica non conſentiente neminem poſſe damnari: & ſola ea conſentiente, qui damnatus fuerit, damnatum haberi expoſuit. Statuta itaq; Chriſti dixit poſt quingẽtos annos ſubuertere: quia iã quinquies centũ circiter anni præterierant, quando venerabilis Papa dicit, Sedem Apoſtolicam, hæc ſtatuta Chriſti promeruiſſe. Priuilegia enim ſua à Chriſto Eccleſia Romana per Petrum cõſecuta eſt, & ipſa ſunt ſtatuta Chriſti quæ quidem tunc poſt quingentos, nunc poſt octingentos annos exinanire conantur. Eccleſię inquam, Romanæ adeo ſunt antiqua & vetera priuilegia, vt Nicæna Synodus, ſicut Boniſacius Præſul Apoſtolicus Epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens, ait: non aliquid ſuper eam auſa eſt conſtituere, cùm videret nihil ſupra meritum ſuum poſſe cõfiteri: Omnia denique huic nouerat Domini ſermone conceſſa: Si omnia, ergo & Epiſcoporum iudicia. Perhibente autem beato Bonifacio, quòd Nicæna Synodus ſuper eam (haud dubium quin Romanam Eccleſiam) non auſa ſit aliqua conſtituere, cùm videret nihil ſupra meritum ſuum poſſe confiteri, omnia deniq; huic nouerat Domini ſermone cõceſſa: & obiurgante ſancto Gelaſio eos qui cõſtituta Chriſti volebant ſubertere cùm priuilegia Romanæ Sedis moliebantur infringere: Manifeſtè datur intelligi eadem eſſe cõſtituta Chriſti, quæ ſunt omnia illa quæ huic Eccleſiæ Synodus Nicæna nouerat Domini ſermone conceſſa. A tempore quippe quo Synodus Nicæna fuerat conſummata, nondum quingenti vſque ad Gelaſium anni trãſierãt, vt de Nicænę Synodi ſtatutis tãtus vir dixiſſe videatur, eos poſt quingentos annos ſtatuta Chriſti velle ſubuertére. Reſtat ergo, vt illius temporis mentionem fecerit, à quo quin-

gentorum circiter annorum curricula vſque ad ſe deuoluta poterant comprehendi. Chriſtus enim priuilegia conſtituta, in Petro diſpoſita, vel firmata, Romanæ contulit Eccleſiæ, ſuper quam nihil Synodus quælibet auſa eſt meritò conſtituere, cum ſciat illi Domini ſermone conceſſa. Diſpenſationem quippe redemptionis humani generis ante tempora ſecularia, Dominus omnipotens penes ſe ordinatam cuſtodiens, tempore carnis oſtẽdens aſcenſurus ad cœlos, in Apoſtoli Petri, per quem & Apoſtolatus & Epiſcopatus ſumpſit exordium, confeſſione curaque præcipua collocauit, qui tunc per ſe & deinceps per ſuæ ſolicitudinis hęredes circa humanum genus, quæ ſibi Dominus commendauit non deſtitit exhibere. Hæc enim ille & ſucceſſores eius ex tunc agere non omittunt, modo verbis, modo decretorum ſuorum Epiſtolis ab vrbe Romana diuerſis temporibus datis, commiſſarum ſibi ouium prouidentiã principaliter exercentes. Itaque Rothaldum Epiſcopum, de quo hactenus noſtris contempſiſtis obedire mandatis, tandem à nobis, imò à Deo priſtino gradui reſtitutum benigne ſuſcipite, quia ille Euangelicus filius rediens non ſolum ſuſcipi meruit, ſed & dignus paternis complexibus inuenitur, & annulum fidei recepit, & ſtola circundatur, per quam quid aliud quàm Sacerdotij declarantur inſignia? nec probabilis extitit apud patrem ſeuior filius quod inuiderit recepto, nec tãtũ meriti habuit penes patrẽ perſeuerãdo, quãtũ noxæ cõtraxit nõ recipiẽdo germanũ. Ergo ſuſcipite illũ vt fratrẽ, ſuſcipite inquã, illũ, vt mea viſcera. Solicitos autem vos pro ſalute, libenter audio: contra caput etiam ſi faciendum eſt, non libenter admitto. Cui manus porrigenda eſt, vobiſcũ porrigo: Cui porrigo, mecum porrigite, ſi cui autem aliquid donaſtis, & ego: Nam & ego ſi quid donaui propter vos, in perſona Chriſti, vt non poſſideamur à Satana, non enim ignoramus verſutias eius qui ſuper diſceſſione lætatur. Apoſtoli verò declaratæ benignitatis verba ſunt, ſicut ea viri beatiſſimi ſedis Apoſtolicæ Præſules, Innocentius† & Bonifacius ſapientiſſimè replicarunt. Porro quiſquis contra hoc noſtri Apoſtulatus decretum poſt notitiam eius ſe efferens ſæpe ſato Rothaldo Epiſcopo, ad recipiendam & regendam Sueſſonicæ vrbis Eccleſiam, aliquod palam vel occultè præparauerit offendiculum, vel ſi perſonę ipſius quoquo modo inſidiatus extiterit: Quin imo ſi quis veſtrum, ad Eccleſiam recipiendam, illi tanquam frater fratri adiutorium non præſtiterit, vt pote qui videt fratrem ſuum neceſſitatem habere, & claudit viſcera ſua ab eo, & veluti is in quo charitas Dei non manet, ab ipſa charitate quæ Deus eſt, & à corpore ſanguinis Chriſti, & à nobis qui membra illius ſumus, habeatur omnimodis alienus. Porro ne iuſtitiam tegere noſtrę tantum videamus voluntatis arbitrio, ac per hoc æſtimemur Canonicis Legibus cõtraire, ſancimus atque decernimus, quatenus ſæpe dictus Rothaldus venerabilis Epiſcopus paratus ſit omni regulariter poſcenti de ſe, quia Deo propitio nulli parti fauere volumus circa iuſtitiam, coram Sedis Apoſtolicæ Præſule reddere rationem. Ita dũtaxat vt ſecundum maiorum diffinitiones, ante omnia, quæ prius poſſederat, integro iure recipiat, adeo vt talis ſit in omnibus, qualis ante ſententiam cõtra ſe probatam fuiſſe dignoſcitur. Sicque demũ Eccleſia recepta, & Epiſcopatu libera ſecuritate poſſeſſo proximis & amiſſis rebus, & ipſis reſumptis viribus, veſtitus quoque & ſpiritalibus armis tectus, accuſatoribus reſpondeat ſuis. Et vnde impetitur, pleniſſima ſtudeat hos qui foris atque intus ſunt, ſatisfactione certificare.

Luc. 15. — † Innoc. 1. Epiſt. 23. ad Epiſcopos Macedon. — 2. Cor. 2.

CLERO ET PLEBI CONSISTENTI SVESSION.

Sicut piorum parẽtum eſt de orbitate natorum ſacri valde lamentatione lugere, ita deuotorum filiorum proprium eſt de patris amiſſione vehementi mœrore affici, & ardore valido cruciari: Ac per hoc contra naturam quodam modo agitur, ſi vna pars ſine alterius parte ſocietatis anxietur & doleat. Sed in hoc vos, chariſſimi filij, ſicut de vobis frequens narrat opinio, nequaquam Deo gratias, frigidi, extitiſtis ingrati. Denique nullus dubitat quas deuotio veſtra proprio deſtituta præſidio, ipſa quãtum ad hominem pertinet orphana remanens, varias & multiplices calamitates pertulit. Sed ille qui fidelibus diſcipulis dixit, non relinquam vos orphanos, non ſolum præſenti ſua maieſtate protexit, ſed etiam propitia qua deſolati & deſtituti eratis, pro ſua redonauit pietate rectorem: nobis qui in eo viuimus mouemur & ſumus, ad eum vobis reddendum nutu ſuæ miſerationis interius imperans, & competenter erudiens. Ecce enim venerabilem virum Rothaldum fratrem noſtrum, & Coepiſcopum noſtrum, veſtrum autem patrem, Paſtorem atque magiſtrũ, cuius longa iam eruditione inſtructi, cuius olim ſacri Verbi pane refecti, cuius diuturnis laborib⁹ & vigiliis circũſepti, cuius magiſterio & doctrina Deo eſtis authori refecti, prioris inſulis ſacerdotij & priſtinis redintegratum honoribus ac omnibus Epiſcopatus officiis reſtauratum, veſtræ Laicæ deuotioni & piæ dilectioni remiſimus. Habetis præterea in hoc beatæ recordationis Athanaſij prudentiſſimi ſacerdotis exemplum: cuius tolerantia, cui non conſolationi ſit? cui non ſpẽ faciat, eius inexpectata reuerſio? Eiicitur Arrio perſequente, ſed reuocandus Domino proſequẽte. Paſſus eſt carcerem, paſſus eſt anguſtias: Nec mirum ſi vir Apoſtolicus ea paſſus eſt quibus ſe Apoſtolus gloriatur exercitatum. In his tamen omnibus ſecutus eſt illum qui ſibi in tribulationibus ſe placere teſtatur, fugatus illinc, & in noſtris partibus roboratus eſt. Denique hinc ei redintegratus ſtatus eſt, & in hac Sede requiem communionis inuenit, à qua ſemper Catholicis ſubuenitur. Sancti autem Papæ Celeſtini verba ſunt hæc, quæ nos Rothaldo poſſimus non inconuenienter aptare, præter id quod ille reuerendi Athanaſij, & blaſphemi Arrij mentionem fecit: In præſentiarum vero Hincmarus perſequens, & Rothald⁹ innocens in cauſa ſunt. Gaudete itaque fratres in Domino, & iterum dico gaudete: modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Exultate filij chariſſimi, & de reddito vobis patre, Deo immenſas gratias perſoluite. Lætamini oues dominicæ, ac pro reſtituto paſtore, ſummo paſtori, laudum officia canite. Congratulamini filij excelſi, exite obuiam, & tripudiantes cum hymnis & Pſalmis

Ioan. 14. — 1. Cor. 5.

&

& canticis ſpiritalibus, altiſona Domino præconia concinentes, illum ſuſcipite cum honore, audite eum cum hilaritate, obedite ei ſicut patri reuerendiſſimo, ſicut magiſtro, & in omnibus circa eum vt deuotiſſimos vos quietiſſimoſque filios exhibete, ſcientes diuinum præſidium proculdubio non ei defuturum, & quandiu ſpiraculum omnipotentis erit, & halitus vitæ ſpirabit in naribus meis, ſolatium noſtrum in ſuis opportunitatibus illi affuturum. Quia de re rurſus Apoſtolatus noſtri præceptione veſtræ vnanimitati iubemus, quatenus taliter agere veſtra ſatagat induſtria, vt in nullo ſine affectione circa iam fatum virũ & Epiſcopum veſtrum reperiamini: ſed ita noſtris pro eo monitis pareatis, vt animaduerſio quæ de contemptu noſtri oriri poterat, in retributionem iuſtæ mercedis concedente Domino conuertatur.

NICOLAVS *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo* ROTHALDO *Epiſcopo ſanctæ Eccl. Sueſſonicæ.*

DEceſſorum exempla meorum imitans, mirabiliumque virtutum eorum flagrantiam ſequens, oportet omnibus larga me huius Eccleſiæ quæ mater eſt omnium Dei Eccleſiarum, pietatis vbera præparare, atque vniuerſis vndique ad eam confluentibus, tanquam fidelem & prudentem ſummi patrisfamilias ſeruum, apertum eius exhibere miſericordię gremium. Et ideo quia cõſtat ſanctitatem tuam Metropolitano tuo, & quibuſdam eius ſequacibus te impetentibus, nobis inconſultis gradus tui iacturam ſuſtinuiſſe, & Eccleſia propria caruiſſe: ac deinde nobis etiam decernentibus hanc minime hactenus recepiſſe, & iuxta quod iuſſeramus, nullam tuę dilectionis reſtitutionem habere: Nos hanc depoſitionem, vtpote quæ ſine vlla noſtra ratione irregulariter eſt effecta, depoſitionem nec fuiſſe nec eſſe deliberamus, cum etiam nec fuerit dies qua & abſentem & præſentem non inter Epiſcopos habuerimus, ſcripſerimus, & coluerimus. Et ideo auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium deceſſorum meorum Sedis Apoſtolicæ Præſulum, priſtino gradui ac priſtinæ reformamus Eccleſiæ: ita vt quicunque tibi ad recipiendam Eccleſiam olim tibi commiſſam, vel ad Epiſcopale miniſterium peragẽdum aliquatenus impedierit, donec acquieſcat, & tibi obſiſtẽdi conatũ deponat, ſacroſanctis miniſteriis & ab Eccleſiæ ſit ingreſſu remotus, atque ab omni communione fideliũ ſequeſtratus. Quia quem præſentialiter nemo accuſat, nos inter damnatos habere nec poſſumus nec debemus. Præcipuè cũ
E damnatores tuos vel vicarios eorũ, frequentibus Apoſtolatus noſtri vocauerimus apicibus, & nullum ipſorum te accuſantium videre penitus quiuerimus: ſed tantùm quidam† præſens poſitus, & & alij ſcriptis ſuis nobis ſignificauerũt, quod nulla te accuſatione impetere voluiſſent: ſed nec e-
A tiam ſi ſecundum iuſſionẽ noſtram venire potuiſſent, aduerſus ſanctitatem tuam accuſationes aliquas attuliſſent. Et proinde, quia per tot curricula temporum, ſufficientibus datis iudiciis, nullus ad tui accuſationem acceſſit, præcipuè cum tu ad reddendam rationẽ paratus ſemper extiteris, nos te nec damnare poſſumus, nec inter damnatos relinquimus. Reſumat ergo venerabilitas tua officium olim commiſſum, fruatur beneficio diuinitus tibi collato, vtatur Epiſcopali miniſterio, priſtina dignitate reſumpta recipiat Eccleſiam quam tibi Dominus commendauit, & quam tu quoque
B bonis initiis percepiſti, & veraci ac multiplici famа teſtimonium tibi dante, dignis ſucceſſibus adornaſti: ita vt ſine quacunque & cuiuſcunque cõtradictione vel impedimento talis habearis in omnibus qualis ante prolatam in te excommunicationis & depoſitionis ſententiam extitiſſe agnoſceris. Sane, ne iuſtitiam regere noſtræ tantum videamus voluntatis arbitrio, ac per hoc ęſtimemur Eccleſiaſticis Legibus obuiare, ſancimus vt ſanctitas tua prius receptis omnibus quę ante poſſediſſe dignoſcitur, & Eccleſiæ poteſtate fruens, & per aliquod tempus inoffenſe gubernans, reſumptis viribus, & libi ablatis omnibus, redintegratis:
C ſic demùm ſi qui ſunt qui tibi aliquid conẽtur obiicere, ſortis iam & valida cum ipſis diſceptationis luctamina aggrediatur. Et iuxta quod ratio dictat, & ſacræ præcipiunt ſanctiones, veſtitus cum veſtito & armatus cum armato, Eccleſiaſtico more, tempore à nobis præordinando coram Sedis Apoſtolicæ Præſule, contra tuos aduerſarios conflictum, quicquid regulariter diffinitum fuerit, proculdubio ſuſcepturus. Quia verò de ſanctæ Eccleſiæ Sueſſonicæ, vel de ſibi competẽtium aduerſorum locorum reb', multi multa detraxiſſe ac diuerſo modo hactenus illis frui dicũtur, ſancimus atque decernimus, vt poſt ſecundã & tertiam conuentionem & admonitionem ſan-
D ctitatis tuæ, quiſquis res præfatæ Eccleſiæ, quib' tu aliquando ad vſum vel ſuſtentationem illic ſeruientium vel tibi obſequentium fruitus fuiſſe dignoſceris, retinere & ſibi vlterius abſque voto tuo vendicare tentauerit, & illas qualeſcunque & vbicunque, & quando tecum fuerint poſſidendas, prædictæ Eccleſiæ Sueſſonicæ minime dimiſerit, tanquam ſacrilegus anathematis rebus vinctus, ab Eccleſiæ gremio atque ſacro corpore, & prætioſo Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanguine, donec præſenti decreto noſtro acquieuerit, habeatur omnibus modis alienus: & tanquam violentus inuaſor, atque tyrannus, ſit Chriſtiano-
E rum communione priuatus: ita vt qui huiuſmodi in communione ſuſceperit, ſimili pœna teneatur aſtrict'. *Scripta per manum Petri Notarij Regionarij & Scriniarij ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, menſe Ianuarij indictione* SVB *5. tertia decima.*

Bene vale, in nomine Domini.

Odocerm communicat' ſup. Epiſt.

DE quibus interrogaſti, venerãde pater, noſtrũ nõ eſt reſpõdere: Antiſtitib⁹ eñ taliũ diſpẽſatio permiſſa eſt. Nos autem qui inferioris ordinis, miniſterij ſortiti ſumus, licet indigni, dignitatẽ, offendere videmur canonicas conſtitutiones, ſi cùm de his nõ ſit nobis permiſſum dicere, ſed ea à regionis Antiſtite diſcere quæ oportet, diſpiciam⁹ omnino de his, & dicamus. Æquũ enim & iuſtũ eſt vt præſulẽ tuũ Corinthiæ Eccleſiæ Pontificẽ interroges, & ab eo diſcas, nihilq́; ſine eius ſentẽtia circa ſalutẽ animarũ facias: ſed nec ratiocinia ſuſcipias, aut gratiam cõcilies pœnitentibus, niſi accepta ab eo venia, hoc enim vult Apoſtolica & paterna Eccleſiæ cõſtitutio. Quoniam autẽ voluiſti etiã à me diſcere quidpiam, dicam nõ à meipſo, nec vt poteſtatem habẽs in his quicquam ſtatuendi, ſed quatenus ex canonicis libris hauſimus. Binubos, aut ſcortantes, aut eos qui vel ſemel tantum ſcortati ſunt, neutiquam ſacra celebrare vult canonica diſciplina: ſed nec ſcortatores mundanos diuinorum ſacramẽtorum fieri participes, niſi à malo abſtineant: quin & cõpetenti pœnæ ſubiicientur, & ſeruitutis nexũ ſubibunt. Monachi autem nõ ſacerdotes, qui aliquorum confeſſiones ſuſcipiunt, ligantes & ſoluentes, ſciant ſe id contra canones facere. Sancti enim patres, nec ſacerdotes volunt ſine iuſſu Antiſtitis regionis conciliare pœnitẽtibus gratiam, vt 6. & 42. canon Synodi Carthaginenſis declarãt: nunc vero neſcio quomodo ea ſpernitur conſtitutio. Verum nos quæ ſcripta extant referimus. Compaternitates autem vel fraternitates Monachi facere vetantur: idque grauiter prioribus aut præfectis monaſteriorum Eccleſia iniungit: neque enim vllo modo lex admittit eas quę vocantur fratrificationes. Eas autem mulieres quę fœtum enecant, homicidij pœnis ſubiici, extra dubitationem eſt, vt ſecũdus magni Baſilij canon late perſequitur. Quod autem ad infantes attinet qui mortui inuenti ſunt in parentum cubili, prudentia magna opus eſt: nã ſi ex euidenti culpa, inebriatorum videlicet genitorum, aut alio quo modo negligentium, facinus admiſſum eſt, homicidium eſſe videtur. Sin autem ex cooperatione & inſidiis aduerſarij, cum nulla eorum ſit culpa, res veniam meretur. De ſeruis autem qui ſine ſacra benedictione cum ancillis coniuncti ſunt, ſcito, niſi benedictione initientur, non debere diuinorum ſacramẽtorum fieri participes, ſed vt ſcortantes ab iis prohiberi. Hæc ſecundum diuinas ſanctorum patrum ſententias & conſtitutiones tuæ reuerentiæ ſcribimus. Antiſtitibus autem tributa licentia eſt, diſpenſationes in his faciendi iuxta iis datum diuinum ſpiritum & gratiã. Ob eamq́ue rem dicimus & pronunciamus, conſentaneum eſſe locorum magiſtratus ſeu Antiſtites de his interrogare, & eos adiutores habere. Illi enim potius de ſibi credito grege rationẽ Deo reddent. Dicere autem eos qui peccant non ferre canonum ſeueritatem, nihil ad nos. Ait enim cœlitus reſplendens Baſilius in 84. canone, fructus pœnitentiæ probari oportere: non enim ad tẽpus ſed ad modum omnino attendimus. Si difficulter à ſuis moribus euellantur, & carnis voluptatibus

Monach', circa ſalutem animarum nil agant inconſultis Epiſcopis.

A ſeruire malint quàm Domino, & euangelicam nõ excipiant vitam, nulla nobis cum iis communis ratio. Et perlege, pater, ad finem vſque canonem, vt pote cauſæ conuenientem. Habes reliquum, in primis venerande pater, quod petiiſti, iuxta notitiam noſtram. Veruntamen ſi eos qui te adeunt, vis ad exactam & rectam dirigere normam, percurre diligenter canones à ſacris præconibus diuiniſque Apoſtolis & diuinitus afflatis patribus editos: & de quibus dubitas, eum humilitate & precibus ad Metropolitanum tuum referens, eius vtere conſilio: Deum toto ex animo rogans, vt tibi peritiæ iudiciiq́ue gratiam largiatur. B Reuera enim valde periculoſum eſt, audacter ligare & ſoluere eos qui delicti conuicti ſunt, & morbis non idonea præparare medicamenta.

Delinquẽtes ligare aut ſoluere, periculoſum eſt.

EIVSDEM AD EVNOEM.

INterrogaſti nos, in primis venerande pater, ſcripto tuo, non prolixe nec inconcinnè, ſed conſideratè & ad amuſſim, de quibus ipſe dubitaſti: quæ hodie dubitanter & multi alij quærunt. Quę igitur illis qui coram nobiſcum colloquuntur, Deo dante, dicimus, ea nos ad integritatem tuam C enuntiamus. Primum canones Eccleſiaſticos à numine afflatis patribus editos & confirmatos, illos eſſe dicimus quos ſancti Apoſtoli, quique in ſeptẽ magnis & Oecumenicis Synodis conuenerunt ſancti patres, ediderunt. Adhæc & qui à prouincialibus Synodis facti ſunt, & ab iis quæ per varia tempora claruerunt Eccleſię luminaribus, magniſque Põtificibus fuere promulgati: quos in initio 6. Synodi nominatim percenſitos comperies: & præter hos nihil aliud Eccleſia admittit. Declaratos igitur omnes canones ſi diligenter conſideres, à ſcopo non aberrabis. Quod autem ad editos à Ioanne ieiunatore, conſuetudinem recepimus, iuxta vniuſcuiuſque vires, correctionum moderandarum: D Eo excepto quod dicimus, quæ non ſecundum canonum diſciplinam viſa ſunt à Ioanne ieiunatore dicta eſſe, ſi quis cordatus cõſiderauerit, ex patrum ſententia dependere. Cum enim magnus Baſilius in vltimo ſuo canone perſpicue moneat, cuicunque animarũ cura credita eſt, poteſtatem dari augendi minuendique delictum, ex affectu videlicet confitentium, & omnino perſonas ac res obſeruãdi procurãdique cũ iudicio vtilitatéque animarũ: non mirũ certè ſi Ioannes ieiunator, canonis hu⁹ perſuaſione, iuxta datam ſibi ſpiritalem gratiam, quidpiam innouarit, id quod diſpẽſatur ad vtilitatem prorſus adminiſtrans. Adhærendum ergo eſt E iis quæ Synodicè promulgata & confirmata ſunt: deinde etiam ex perſonarum & temporũ morúmque qualitate correctionis diſpenſatio facienda, magno Baſilio, id (quemadmodũ dictum eſt) permittente. Cæterùm tua virtute illud indignum eſt quòd dicis homines, ne auditu quidem, canonica præcepta ferre. Qui enim ea non admittũt, nullo modo ſunt Chriſtianarũ partiũ. Ob eámque cauſam non ſeuerè & ſine conſolatione his tibi erit vtendum, ſed benignè & facili diſciplina. Nam velut dulcia & iucunda ægrotantibus exhibent.

R. IN CHRISTO PATRI AC DD. FRANCISCO PARCENSI, COENOMANENSIS ECCLESIÆ DECANO MAXIMO, DOMINO IN Chemyray, Auunculo chariſſimo, M. de la Bigne, gratiam in Chriſto & pacem.

DVdum fortaßis vt pro tuo iure potes, D. & Auuncule R. ingenij mei preciosum aliquē fructū lōganimiter expectas, Quē pro familiæ noſtræ ratione, ſumptibus multis & magnis emptū ſibi vendicaret ſi viueret Pater chariſſimus (ſupra Gallicæ Nobilitatis ingeniū, pietatis autē Philoſophięque & Hiſtoriæ ſacræ ſtudioſiſſimus). At nunc cùm in beatiſſimorum Spirituum ſedes vnà cum RR. PP. DD. meis, Bellilocenſi ad Cænomanos, & Ardenatenſi ad Cadomum Patruo & Auunculo meo, Abbatibus, quorum memoria in benedictione, Animæ in pace ſint, fœlix commigrauerit: Tu vnus es mihi chariß. ſuperſtes, Dominus & Parēs qui in eo te oblectare poßis, tuíque nominis ſplendore viciſſim illi eſſe ornamento. Et quidem ſpero futurum vt religioſiſſimi Cardinalis & Epiſcopi Oſtienſis Opuſculorū huic noſtræ Editioni, ex vitę tuæ integritate quà Cænomanenſi clero præeſſe te audiui, commendationis aliquid accedat: Hildeberti verò Cænomanenſis ante 500. annos Epiſcopi, & recordatio & lectio tibi iucundiſſima ſit. Huius exemplar manuſcriptum mihi ſuppeditauit Bibliotheca noſtra Geruaſiana, alterum verò amici ad me certatim per partes attulerunt, Appendicis ad Bibliothecam Sanctorū Patrum, partem aliquam futurum: ego verò quod ſolent qui tales fœtùs primùm edunt in lucem, vt potui preſtiti quidem. At cùm omniū optime noueris quale illud eſſe poßit, dicam id vnum: quantulumcunque ſit, tu ſi aliquo numero id cenſeas, me pro nihilo id non ducturum, Lutetiæ apud Sorbonam. Nonis Iulij. 1578. Tibi ex animo deuinctiß. & obſequentiß. M. DE LA BIGNE.

P. Damiani Epiſtola 1. ad Fratres qui indicta ſibi mandata, erant tranſgreſſi;
Fratribus in gamugni heremo conſtitutis, Petrus peccator monachus, ſalutem.

FIlius ſapiens lætificat Patrē, Filius vero ſtultus mœ-
Prou. 15. ſtitia eſt matris ſuę. qui rurſus ait: Qui congregat in
Prou. 10. meſſe, filius ſapiens eſt: qui autem ſtertit in æſtate, filius confuſionis. Hoc ergo cur dicam, aperiā. Vir quidam à Mediolanenſi Vrbe progrediens dum me quæreret, per vos tranſitum habuit, ſed & habitare vobiſcū vt ipſe profeſſus eſt, ſub eo nomine concupiuit. Qui dum laſſus itinere, morā velut quieſcendo protraheret, ſed ab explorationis veſtræ cuſtodia clauſos oculos non haberet, neſcio quos veſtrûm aniles nugas & otioſa deliramenta perpēdit profundere, & cū laicis ſcurriles iocos, & ludibria vidit vrbana miſcere. Vnde factum eſt vt non modo nos, noſtrumque propter vos contuberniū omne cōtemneret, ſed & ipſum conuerſionis animum, quantū potuit funditus amiſiſſet, aperte ſcilicet vita noſta fructificat vt non modo per anfractus & inuia à iuſtitiæ tramite ſemper ipſa declinet verūetiam à diuini cultus agreſſu per ſuæ prauitatis exēpla deturbet. Satis plane vigilāter attēdimus quod per exprobrationē prophetæ minitantis audimus, per vos nomē Dei blaſphematur, Illud etiam quod de filiis Hely ſcriptū teſtatur:
1. Reg. 2. Erat, inquit, peccatum puerorū grande nimis coram Domino, quia detrahebant homines ſacrificio Dei. Porro autē quāplurimi ſunt qui ſic in turbu-
A lēti ſeculi, tāquā in ſpumoſi maris procellis ac fluctibus vētilātur, vt niſi ad quietū huius ſacri ordinis ſe cōferāt portū, nulla ratione cōfidāt proprię ſalutis euadere poſſe naufragiū. Quāti ergo ſanguinis reus eſt, qui ſub ſacri habitus ſchemate talē ſe per ſuſceptę profeſſionis incuriā exhibet vt quę rētes accedere, peruerſe viuēdo diſturbet? Euāgelica illi nimirū ſententia cōgruit, qua dicitur, qui ſcādalizauerit vnū ex his puſillis, expedit ei vt ſuſpēdatur mola aſinaria in collo ei⁹, & demergatur in profundū maris, tollerabili⁹ enim fuerat vt ſol⁹ in eo quē reliquit, mūdi vertigine rotaretur, quā
B multos nūc à ſalutiferæ ſtationis reuocaret acceſſu Si ergo vita noſtratū parua videtur & ſqualida *Vini Ab-*
vt etiā carne veſtitis hominibus fœteat, qualis puritas eſt Angelis, qui iugiter ſemper eminēt in ſpiri- *ſtinētia in Quadrageſima. Conſtit. Apoſt.*
tualis mundicitiæ culmine? Qualis Deo, qui & ipſam ſuperat Angelicam dignitatem? vnde & illud formidoloſe penſandum eſt ne illos qui ad *lib. 5. cap.*
cuſtodiam noſtram deputati ſunt Angelos vitæ *19. et 21.*
noſtræ fœtor offendat, vt potius apud Deum *ex 1. Reg.*
conqueri, quàm ſua nos debeant atteſtatione *cap. 5. &*
tueri. Illud quoque de ſanctitatis noſtræ præ- *Dan. 10.*
C conūs notitiæ veſtræ nuper acceſſit, quia pleraque capitula ad continentiæ pertinentia diſci- *6. ſyn. Conſtan.*
plinam, quæ inter vos regulariter conſtituimus, *ca. 89.*
ita nunc obliuioni ſunt tradita ac ſi deliro cuili *Tim. c. 15.*
bet fuerint obilioni mandata, videlicet vt vi- *Aug. ſer.*
num vtroque quadrageſimali tēpore nō bibatur, *64. de*
non piſcis edatur, vt niſi præcipuis feſtiuitatibus, *Temp.*

molis legumina nõ terãtur, vt veſpertinæ refectioni pulmẽtariũ nõ pararetur, vt oleaſtræ fixuræ rariſſime cõcedãtur, & multa ſimilia, quæ magis colẽda quã ſcribenda decernimus. Nec mirũ ſi hoc, nunc me procnl agẽte, præſumitur, cùm orno videlicet ſub ipſa natiuitate Dominica, me preſente ſed neſciente mulſum melle ſimul & diuerſis pigmẽtorũ generibus parabatur. Quod vt agnoui tãto magis prodigij oouitate percuſſus exhorrui, quãtò id in heremo facti ne audiſſe me quidẽ eatenus contigiſſet. Verum iſta dicentes nec cum illis oos ſentire quis iudicet, qui prohibent à cibis quos Deus creauit, nec Apoſtolicæ cõtraire ſententiæ qua nos manducare præcipit quæcunque apponuntur, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Aliud eſt enim quod creaturas Dei bonas indifferenter aſſerimus, aliud qund pudicitiæ ſobrietatique ſeruãdæ, caſtigatione corporũ prouidemus. Bonum erat quippe in paradiſo lignum, à bono ſcilicet opifice conditũ: bonum nihilominus non fuit manducare, eodem inſtituente præceptum: Sed dum bonũ bono non bene iungitur, mors protinus ex virulento ſemine ſuperbiæ generatur. Quod enim bonum fuerat pet naturam, malum factum eſt per inobediẽtiæ culpam: Et quod ab auctote fuerat ſalubriter interdictum, boc lætale factum eſt homini per vſurpatæ libertatis arbitrium. Hoc primi hominis peccatum, frattes mei, vt cum pace veſtra loquar vos intrare vſque hodie non deſinitis, ſi quod vobis inhibitum eſt, per pturitum lænocinantis illecebræ deguſtatis. Quotiens enim ad hnnc cibum manus inobedientiæ tenditur, totiens proculdubio primi Parentis culpa iteratur, & ſemen ſtirpis conſequenter erumpit in ramis. Sicut profluente vena, riuus ſonti, tractus reſpondet otigini. Hoc etiam non me leuius mouet, quia prætergreſſo nihilominus inobedientiæ limite Eleemnſinas à ſecularibus indifferenter accipitis, poſſeſſionis veſtræ funiculos inhianter extenditis & vt cuncta breuis ſermo concludat, in oculto ſimnl & publico fieri diuites feſtinatis. Hæc autem facientes amariſſimis nos tetræ cõcupiſcentiæ motibus laceratis, non ſolum vobis ſed & poſteris veſtris dulcedinem quietis adimitis, curarum ſecularium vos laqueis innodatis, & (quod deterrimũ eſt) pugnandi ſemper cum ſecularibns vel potius materiam ſeruiendi conſtitnitis, non conſiderantes illud egregij prædicatoris quod veris, Abrenunciatoribus ait: habentes alimenta & quibus tegamur, iis contenti ſimus: Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueos Diaboli, & tentationes, ac deſideria multa inutilia & nocua quæ mergunt hominẽ in interitũ & perditionẽ. Vbi & ſequitur: Radix omniũ malorũ eſt auaritia, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Enimuerò dona vel oblationes ab iniquo ſuſcipere, quid eſt aliud quàm propriam animam ex dãtis ſqualore fœdare. Hinc enim ſcriptum eſt, immolans ex iniquo oblatio eſt maculata. Et, nõ ſunt beneplacitæ ſubſannationes iniquorũ. Et rurſum, dona iniquorũ nõ probat altiſſim⁹, nec reſpicit in oblationib⁹ iniquorũ nec in multitudine ſacrificinrũ eorũ propitiabitur pro peccatis. Et reuera quid prodeſt iuſtum orando ædificare, quod prauus feſtinat, peruerſe viuendo, deſtruere? Vnde & per eundem ſapientem dicitur: Vnus ædificans & alter deſtruens, quid prodeſt illis niſi labor? Vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet Deus? Porro autem, ad quid diuitiarum lucra congerimus? An quia hæc in noſtros vſus expendere, natura modico contenta prohibente, non poſſumus: in quos prodigi valeant, anxia ſemper ſollicitudine perquirimus? Interim autem in earum contemplatione, ſolas infœliciorum oculorum veſtrorum illecebras paſcimus, cum eas intorquere io noſtræ oeceſſitatis impendia non valemus. Vnde & Salomoo cum præmiſiſſet, auarus non impletur pecunia: &, qui amat pecunias, fractus non capit ex eis, protinus intulit: Vbi ſunt opes multæ, multi & qui comedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod diuitias cernit oculis ſuis? Quod autem diuitiæ poſſidentibus ingerant ſolicitudinem, nec eos quieſcere ſecure permittant, audiant Monachi, quorum certe profeſſio, non ſolicitudini militat ſed quieti. Dulcis eſt, inquit, ſomnus operanti, ſiue multum, ſiue parum comedat. Saturitas autem diuitis, non eſt dormire. Præterea, tametſi homo violenter aut furtiue non rapiat, etiam ſi nequaquam mentiendo vel circumueniendo decipiat, non leuiter tamen peccat, ſi dum taxat alienam rem ſimpliciter concupiſcat. Vnde quoque in cathalogo decem præceptorum ponitur, non concupiſces rem proximi tui. Quis autem reatus ſit alieni iuris ambitio, vt ex induſtria multa prætercam, vno Beati Petri docetur exemplo. Nemo, inquit, veſtrum patiatur tanquam homicida aut fur, aut maledicus, aut alienorũ appetitor, qui enim inter homicidos fures atq; maledicos, qui regnũ Dei profecto nõ poſſident, appetitorem facultatis alienæ cõſtituit: quàm graue crimẽ, quãque dãnabile ſit, ex collatione ſimiliũ euidẽter oſtẽdit. Quod etiã lucidius cernitur, ſi quod his verbis ſubiunctũ eſt ſubtiliter attẽdatur. Nã protinus addidit: Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat: glorificet autem in iſto nomine Domini, quoniam tẽp⁹ eſt vt incipiat iudicium de domo Dei. Vt ergo de aliena appetẽtibus diſſeramns, nõ ſicut Chriſtian⁹, ſed ſicut Antichriſtus proculdubio patitur, qui dũ alienis ſubſtãtiis inhiat, ingruẽtis eũ aduerſitatis ſolicitudo perturbat: Chriſtus enim venit ſemetipſum & cœleſtem gloriam tradere, Antichriſtus autẽ veniẽs, animas hominũ, pretioſam videlicet ſubſtantiam, conatur auferre. Si ergo qui aliena appetit Chriſtiaous nõ eſt, qua ratione Monachus dicẽdus eſt? Notandũ tamen quia quiſquis non ſceleratis, ſed honeſtinrib⁹ viris aliquid boc ſtudio tollit, vt ſubſidia fratribus io egeſtate prouideat, vel pio cuilibet operi ſumptus exhibeat, ſiue etiam quod inſignius eſt, pauperibus io neceſſitate ſuccurrat: hic non dicendus eſt aliena impudenter appetere, ſed potius quæ cómmnnia ſunt, à ſtatribus in fratres iuſte transferre, ad hoc enim vnus cæteris ditior eſt, vt non ſolum commiſſa poſsideat, ſed vt non habẽtibus eroget, & nõ tã piè quã iuſte, miniſter ipſe non Dominus, quæ ſunt alieoa diſpẽſet. Vnde Propheta cũ diceret, diſperſit dedit pauperibus: non addidit, numera eius: ſed iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Hinc etiam cùm de exhibẽdis Eleemo-

1. Cor. 10. *Luc. 10.*

Abſtinentia à cibis ratio.

Gen. 2.

1. Tim. 6.

Oblationes iniquorũ non recipienda.

Eccl. 24.

Eccleſ. 5.

Ibidem.

1. Pet. 4.

Eleemoſina eſt actus quidã iuſtitia.

Eleemoſinis Dominus loqueret, videte, inquit, ne
faciatis iuſtitiã veſtrã corã hominibus vt videamini
ab eis. Quod autẽ eleemoſinę largitatẽ hîc præci-
pue iuſtitiã vult intelligi, inſinuat ipſe cùm preſto
ſubiungit. Cum facis eleemoſinã, noli tuba cane-
nere. Ita iuſtitia eſt, quę aliena ſunt, reddere. Qua-
propter qui diuitib^9 auferẽs indigẽtib^9 exhibet, nõ
alienorũ dicẽdus eſt appetitor ſed bonorũ potius
cõmuniũ diſtributor. Hæc autẽ breuiter diximus
vt inter alienorũ appetitores & fideles diſpẽſato-
res eſſe diſtãtiã moſtrarem^9, ne videlicet aliquãdo
ſe ſub colore virtutis vitiũ palliet, vel rurſus virtu-
tis intimæ puritatẽ, falsũ vitij nomẽ obſcuret. Gie-
4. Reg. 5. zi ſane puer Hælyſei ſi prophætarũ filiis vt mẽtit^9
B eſt, argẽti talẽta ſuſcipiẽdo cõſuluiſſet, nequaquã
ſubeũdæ lepræ ſentẽtiã pertuliſſet. Nã idcirco pla
ga percuſſ^9 eſt quã dator amiſerat, quia nõ ad hoc
aliena ſuſcepit vt in op^9 pietatis expẽderet, ſed vt
ſuæ cõcupiſceutiæ ſatisfaciẽs proprij iuris poſſi-
deret peculiũ. Vnde vir Dei poſtquã eũ digne cor-
ripiẽs ait: nõne cor meũ in præſenti erat quãdo re-
uerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tibi,
mox addidit: Nunc ergo accepiſti argẽtum & ve-
ſtes vt emas oliuẽta, viuẽta, & oues, & boues, & ſer-
Giezita qui ſint. uos & ancillas, ſed & lepra Naamã adhærebit tibi &
ſemini tuo vſque in ſempiternũ. Giezi porro ſemẽ
ſunt qui ea qua in opus pietatis impẽdẽda ſuſce-
C perãt, ſibimet in poſterũ noxie proſutura cõſer-
uãt. Ignobili nãq; atque degeneri parẽtis reſpõſu-
rã poſteritas, dũ ſumptu ſuperne in ſua trãsferre lu
cbra conaĩ, alieni proculdubio ſceleris lepra per-
funditĩ. Nec prætereũdũ ꝙ illic dicitur, & regreſſ^9
eſt ab eo Giezi leproſus quaſi nix: Nix enim alba
ſed frigida, hypocrita nẽpe qui ſe per ſanctitatis
adumbratæ figmẽtũ trãſfigurat in angelum lucis,
nullis inſeruet æſtib^9 claritatis. atque ad inſtar ni-
uis ſimul eſt albus & frigid^9, quia piis quidẽ ſe de-
ſeruire operibus ſimulat, ſed viſcera ſolidæ pieta-
tis ignorat. Quid plura cõmemorẽ? Dixi præſens:
dico nũc abſẽs, tãdẽ tamẽ vtrobiq; perficiẽs. Sper
Mat. 5. D nite diuitias, ne perpetuò mẽdicetis. Eſtote volũ-
Luc. 6. tarie pauperes, vt ſine fine regnetis. Beati, inquit,
Pro. 28. pauperes ſpiritu, quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlorũ.
Pro. 10. Et Salomõ ait: qui odit auaritiã, lõgi fiẽt dies eius.
Prou. 28. Et iterũ? Nũ proderũt diuitiæ in die vltionis, iu-
ſtitia autẽ liberabit à morte. Et rurſus, melior eſt
pauper in ſimplicitate ſua, quàm diues prauis iti-
neribus. Et alibi: Vir qui feſtinat ditari & aliis in-
uidet: ignorat ꝙ egeſtas ſuperueniet ei. Pruritum
præterea gulæ, frenũ cohibeat diſciplinæ: in caſ-
ſum nãque conatur ædificare faſtigiũ, qui in are-
na quæ diſſilit collocat fundamẽtũ. Qui virtutum
lãpadibus feſtinat atriũ ſublime cõſtruere, prius
E eũ neceſſe eſt inhorrẽtia carnaliũ delectationum
dumeta purgare: Vnde per Salomonẽ dicitur, dili-
gẽter exerce agrũ tuũ vt poſtea ędifices domũ tuã.
Ille quippe bene domũ mẽtis ædificat, qui prius
agru corporis à ſpinis vitiorũ purgat, Alioquin ſi
deſideriorũ paſſionũque carnaliũ ſentes in carnis
agro pullulare ſinantur, fame boni creſcẽte, tota
intus virtutũ ſtructura collabiĩ. Hinc rurſus ait:
Per agrum hominis pigri tranſiui & per vineã vi-
ri ſtulti, & ecce totũ repleuerãt vrticæ, operuerãt
Prou. 24. ſuperficię eius ſpinæ, & materia lapidũ deſtructa
erat. Quid enim ager vel vinea pigri hominis, niſi
caro cuiuſlibet otioſi, in ſpiritualis agriculturæ la
boribus deſudare nolentis? Quid autem vrticæ?
Appendix.

A nõ gulæ prurigines, & carnales illecebræ? Quomo
do denique ſpinæ ſunt, niſi paſſionũ carnalium
punctiones? Quid poſtremò materia lapidum,
niſi charitate media cum permixta cohærentium
ſtructura virtutum. Ager ego pigri & ſtulti ho-
minis, vrticis ſpiniſque repletur cùm caro cuiuſ-
piam otioſe viuentis, non per diſciplinam conti-
nui laboris excolitur, ſed in voluptatis atque la-
ſciuiæ mollitur deſiderio & enutritur. Lapidum
quoque materia labefacta diruitur, quia tota vir-
tutum fabrica velut impactis incontinentiæ arie-
tibus diſſipatur. Princeps enim cocorum de- 4. Reg. 25
ſtruxit muros Hieruſalem: Cocorum autem
Princeps iure aſſeritur, venter; cui nimirum à Venter, omnium virtutũ ruina.
B cocis laborioſo opere ſeruitur. Quiſquis ergo
deſiderat ſpiritualium ſegetum vbertate diteſce-
re, deſudet nunc agrum ſui corporis diſciplinæ
ac continentiæ vomere, continuo labore ſulca-
re: & tanquam noualium ſuorum glebas ſarcu-
lo, ſapiente conſringat, dum quicquid durum,
dum quicquid infecundum in ſe repræhenderit,
iugis pœnitentiæ contunſionibus terat, nec de-
ſinant gulæ prurientis vrticas atque inhorreſ-
centes carnalium deſideriorum vepres radicitus
extirpare, quò vberes prouentus ſpiritalium ſe-
getum valeant ſui cordis rura proferre. Vnde &
idem Salomon ait: Qui operatur terram ſuam, Prou. 12.
C ſaturabitur panibus: qui ſectatur otium, reple-
bitur egeſtate. Ad hanc ſane agriculturam Io-
ſue allegoricis exhortationibus prouocabat fi-
lios Ioſeph: ſi populus, inquit, multus es, aſ- Ioſ. 17.
cende in ſiluam & ſuccide tibi ſpatia in terra Phæ
rezei & Raphaini, quia anguſta eſt tibi poſſeſſio
montis Effraim: Cumque ibi conquererentur, &
dicerent: non poterimus ad montana conſcende-
re, cum ferreis curribus vtantur Chananei qui
habitant in terra campeſtri: Reſpondit Ioſue, po-
pulus multus es, & magnæ fortitudinis, non habe
bis ſortem vnam ſed tranſibis ad montem & ſuc-
cides tibi atque purgabis ad habitandum ſpatia,
D & poteris vltra procedere, cum ſubuerteris Cha-
naneum quem dicis ferreos habere currus, & eſſe
fortiſſimum: quæ nimirum multis indigentia
verbis, exponerẽ fortaſſis ſi nõ mihi meta cõpẽdij
Epiſtolaris obſtaret. Hoc tãtùm qui ſummotenus
perſtringẽdo ſufficiat, quia cũ Ioſue præcipit po-
pulo ſyluarũ cõdẽſa ſuccidẽre, hoc innuit, quòd
nr̃ Ieſ^9, eiuſdẽ, ſcilicet nominis, ſequẽtib^9 ſe iubet
male pululãtes ſilueſcẽtiũ vitiorũ frutices extirpa
re. Hortatur vt nõ fœdera, ſed bellũ cõtra Chana-
neos gerãt, vt mõtana cõſcẽdãt, quatenus & vitio-
rũ elaborẽt debellare barbariẽ, & arduũ virtutum
E feſtinẽt obtinere cacumẽ. Porro quod illi puſilla-
nimiter cõquerũĩ, aduerſus eos qui ferreis vtebãĩ
curribus ſe nõ poſſe cõſurgere, hoc eſt quod nos
imbecilles & fragiles ſæpe diffidimus, tãq̃ ferreos
currus ſic aduerſantes malignorũ ſpiritũũ impet^9,
ſuſtinerẽ. Nã cùm petulãtia gulę, vorago luxurię,
omniũque vitiorũ peſtes tãquã fremẽtiũ Chana-
neorũ acies cõſtipatis aduerſum nos cuneis cõglo
bãtur, quid aliud quã Chananei nos ferreis curri-
bus impetũt, & ne de carnalis vitæ cãpeſtribus ad
virtutũ valeamus excelſa cõſcẽdere ſalutis nobis
aditus intercludũt? Sed bonus militiæ noſtræ dux
imbecillitatẽ noſtrã ad fortiter agẽdi cõſtãtiã eri-
git, & contra hoſtium impetus vt in altiora pro-
grediamur impellit. Sed quomodo dẽ inimicis

noſtris triũpbũ poſſumus obtinere, qui ſemper in A
epulis, ſemper in poculorũ affluentiũ volumus in
Prou. 21. gurgitatione iacere? De quibus vtique Salomon
ait, qui diligit epulas in egeſtate erit, qui amat vi-
num & pinguia non ditabitur. Et iterum luxurio-
ſa res, vinum: & tumultuoſa ebrietas, qui his de-
lectatur, non erit ſapiens. Ventrem namque vino
& epulis aſſueſcere, quid eſt aliud quam hoſtibus
animæ, vt ingrediantur, aditus aperire? Vnde & i-
Prou. 29. dẽ Salomũ: Qui delicate, inquit, à pueritia nutrit ſer
uum ſuum, poſtea illum ſentiet contumacem. Be-
ne hunc ſeruum loris cohibebat inediæ, qui dice-
1. Cor. 9. bat: Caſtigo corpus meum, & ſeruituti ſubiicio.
Aduerſus nunc ſeruũ diſputabat, cum diceret, eſ- B
ca ventri & venter eſcis, Deus autẽ & hũc & illas
1. Cor. 6. deſtruet: hũc ſeruũ ſub calcibus eſſe frenandũ, ſi-
gnificabat, cum diceret: multi enim ambulãt quos
Philip. 3. ſæpe dicebam vobis. Nunc autem & flens dico i-
nimicos crucis Chriſti: quorum finis interitus, &
quorũ Deus venter eſt, & gloria in confuſione eo-
rũ. Notãdũ autẽ & hic duo terribilia dici: & in mi-
micos Crucis Chriſti tremẽdã depromit idẽ Apo-
ſtolus ſententiã dicẽs. Si quis nõ amat Deũ Ieſum
1. Cor. 6. Chriſtũ ſit anathema maranatha. Qui vero vẽtrem
pro Deo veneratur, Deũ quodãmodo negare con-
uincitur: ac per hoc, duo hæc terrore pleniſſima
vnũ videtur, videlicet (quod abſit) & Chriſti ini- C
micũ eſſe, & vnũ Deũ aliũ colere. Duo fratres, iu-
uenis alter, alter vero ſenex in poſſeſſione Claſſen-
ſis monaſterij quę Rauẽniana dicitur, ad cuſtodiã
morabãtur. Octaua ſane die ante natiuitatẽ Domi-
ni, ſexta ſcilicet feria quæ Sabbatum duodecim
lectionum ex more præcedit, dixit iuuenis ad ſe-
niorẽ: Frater Leo, ſic enim vocabatur, quomodo
viuemus hodie? Cui ſenex: Viue, inquit, vt velis:
Ego enim, & vinũ bibã, & in ſolo, vt ſcriptũ eſt, pa-
Matth 4. ne nõ viuã. Erat autẽ illẽ vegetus & obeſus, inco-
lumis & robuſtus. Factũ eſt appoſita menſa, vterq;
diſcubuit: Sed iſte, pane cõtẽtus & aqua, ſub regu-
laris ſe ieiunij diſciplina cohibuit. Ille vero vinum D
ſibi, & inſuper quod videbatur indulſit. Qui pro-
fecto, ſi quod imminebat agnoſceret, rigorẽ abſti
nẽtiæ ad petulãtis gulę lenociniũ nõ molliret. O-
ctaua ſiquidẽ die cum Dominicæ Natiuitatis glo-
ria mũdo tripudiante clareſceret, ille defunct⁹ eſt.
Et cũ feſtiuitatis inuitãte lętitia cæteri prouoca-
rẽtur ad mẽſam, ille efferebatur, flentibus vndique
propinquis carnalib⁹, ad ſepulturã. Quidam mihi
Monachus retulit, quia dũ frixuras quaſdã refe-
ctorio deferret in vaſculo, pruriẽtis eũ gulæ timu-
lus pupugit: moxque ſibimet vnã in os proiiciẽs,
furtiue comedit. Sed illico eũ tãt⁹ libidinis ardor
inuaſit, vt quod nunquã eatenus fecerat, nulla ſe E
ratione cõprimeret, donec immũdicię fluxũ ſemẽ
ſibi propriis manibus eieciſſet. Hic itaque ſeruũ
ſuũ merito cõtumacẽ ſenſit, quia iuxta viri ſapiẽ-
tis eloquiũ molliter enutriuit: De quo, iure dici po
Ioan. 13. teſt, quia poſt bucellã introiuit in eũ Satbanas. Ni-
mirũ vẽter & genitalia inuicẽ ſibi vicina ſunt: & cũ
hoc in cuto reficiatur, illud ad cõtumelias excitatꝰ.
Quapropter extinguatꝰ auaritia, vt liberi ſimus à ſe-
cularibus & quieti Gulæ reprimatꝰ edacitas, vt ſin-
cere valeamus eſſe caſtitatis victores cõſpicui. O-
tioſa ex ore noſtro verba nõ profluãt, ſed ſuper-
fluis omnibus rigida diuini terroris nos ſemp cẽ-
ſura cõpeſcat. Pudeat itaque in inteſtini huius bel-
li cõgreſſu ingruẽtibus aduerſariis enormiter ce-
dere, ſed potius enitamur auctori virũ triumphas
gloriæ inſignia reportare. Præterea quod quædã
ſicut ſuperi⁹ dictũ eſt à nobis inter vos regulariter
cõſtituta, nũc autẽ obliuioni tradita ac negligẽter
omiſſa, & nos meror nõ leuis exaſperat, & vos of-
fenſio nõ parui reatus accuſat. Quod enim me or-
dinante ſemel admitti placuit, niſi me prębẽte cõ-
ſenſum nũquã debuit violari. Quicquid enim pu-
blica inter multos cẽſura ſtatuit, aut à cũctis om-
nino ſeruãdũ, aut ſi violari cõueniat, cõmuni de-
bet iudicio retractari. Alioquin ſi ad perſonæ cu-
iuſlibet arbitriũ frãgitur, vt graui dignũ eſt ani-
maduerſione plectatur. Achar nẽpe filius Charmi
cõtra cõmune mãdatũ, manus ab anathemate, Hie-
richo nõ cohibuit, poſt iact⁹ lapidẽ etiã cõfragatio
nẽ igniũ nõ euaſit, vt qui facib⁹ incãduerat auari-
tiæ, Flãmas quoq; propria carne depaſceret, in a-
nimaduerſione vindictę. Ionathas antẽ mortis ſen
tẽtiã meruit, quia decretũ in cõmune prolatũ, e-
dẽdi tẽpus anticipãdo, mutauit: homo quoque ille
qui per Deſertũ præſumpſit in die Sabbati ligna
colligere, quia ſolus exceſſit cõmune mãdatũ, la-
pidibus obrutus ſolus expẽdit digna morte ſup-
pliciũ: nõ quia crimẽ eſt in neceſſitate ligna col-
ligere, ſed quia nõ leuis eſt criminis ſemel admiſ-
ſam decreti regulã, per inobediẽtiã violare. Vt au-
tẽ ex domeſticis exẽplũ quoq; præbeamus Mona-
ſterij B. Vincẽtij, quod nõ procul à mõte qui dici-
tur petra pertuſa, cernitꝰ cõſtitutũ: Hoc tãquã re-
gulare cõſtitueram⁹ edictũ, vt ſub diſtricti cẽſura
rigoris Quadrageſimale celebraretꝰ initiũ. Nimirũ *Quadrageſimalis initij Caremonia.*
vt per triduũ non niſi modicũ panis cũ aqua oẽs
fratres comederẽt, nulla niſi lectionũ ſiue ordinũ
verba proferrẽt, nudis pedibus lugubres ac mœ-
rentes incederent, expleto cõmuni modulatione
pſalterio mutua ſe ſcoparũ caſtigatione purgarẽt.
Quod cum fratres voto & animo ac ſpirituali iocũ
ditate nõ ſegniter agerẽt, & vltra etiã quod pręfi-
xũ erat ſatis ſuperq; peculio bonę volũtatis agerẽt
quidã inter eos extitit qui clã in edẽdo regulã vio
lauit. Erat autẽ ille frater multis exercitiorũ arti-
bus pollẽs, ſcribẽdi videlicet, & notãdi, tornãdi in-
ſuper & fabricãdi, vt hoc illi quodãmodo cõgrue-
re videretur: Augur, Scenobates medicus, magus
omnia nouit: atque vt in talibus aſſolet, multarum
neceſſitatũ ſuffulto peritia, quod libebat plerun-
que impune licebat. Cũ iã mediãte quadrageſima
ille vegetus, obeſus, alacer, atque robuſtus per o-
mnia videretur, repẽte illi lenis ac tẽperata grane-
dinis moleſtia ſuperuenit. At cũ ego ad illũ gratia
viſitationis accederẽ, illico venit in mẽtẽ vt ei di-
cerẽ quod me audiiſſe cõtigerat, illũ quidem pro
quibuſdã offenſionib⁹ nõ debere ſacro ſanctis al-
taribus miniſtrare. Eũ tamẽ exaſperare formidãs,
diu, fateor, hæſi: diutius deliberaui. Quid plura?
Tandẽ obduraui frõtẽ arbitrãs ac diffiniẽs tutius
eſſe hominẽ quã Dei omnipotẽtis offendere ma-
ieſtatẽ. Aio ergo ad eum: Chariſſime frater Maure
(hoc enim nomine vocabatꝰ) cõfitere, pœnitẽtiã
age, & ſi quid eſt in te quod fortaſſis à tremenda
Miſſarum te celebratione prohibeat, venerabilis
tua fraternitas ſacris obtemperare canonibus nõ
contemnat. Ad quod ille: Peccata mea omnia
quamplurimis ſpiritualibus viris innotui, ſed mã-
datũ, vt à ſacrificãdi miniſterio recederẽ, non ac-
cepi.

cepi. Secunda autē ægrotationis die vix diſcente
crepuſculo, ecce ille non iacens ſed ſedens in le-
ctulo, ſacramentum Dominici Corporis anxie fla-
gitabat. Cumque Abbas nobiſcum ſimul ac reli
quis fratribus lecto diſcumbens aſſiſteret, cœpit
eum corripere, cur videlicet is qui nulla mortis ſi
gna prætenderet, tantopere viaticum poſtularet.
Ille verò nihilominus in ſua petitione perſiſtens,
ſacerdote iam cum miſteriis accedente, applicans
ſibi vnum ex fratribus, neſcio quod graue pecca-
tum confitens inſuſurrauit in aurem. Continuo
ille attonitus, vt poſtmodū mihi retulit, & certum
pœnitendi calculum quē præfigeret tam ſubito,
neſciens: licet addubitās, auriculatorie ſubloquēs
quindecim ſibi annos pœnitētię indixit. Mox au-
tem vt ſacroſanctū myſteriū de manu ſacerdotis
accepit, heu proh dolor! horreſco referens, cum
ſelle ſimul & animā exhalauit. quod videlicet fel,
vſque ad ſepulturam, ex ore eius effluere nō ceſſa-
uit, adeo vt donec in feretro corpus iaceret exani-
me, iugiter ſanies illa pauimentū Eccleſiæ lōgius
irrigaret. Hoc autē iuxta fidē rei idcirco referre
curauimus, vt audiāt & pertimeſcant nō ſolum ij
qui indictam diſciplinæ regulam per propriæ vo-
luptatis impatientiā frangunt, ſed & illi quoque
qui crimen admiſſum ſub conſcientiæ ſuæ vberib^9
conſouentes cōfiteri ad obitū præſtolantur: Quia
& iſti rei ſunt qui ſeruanda poſtponūt, & illi debi-
tum peragendę pœnitentię, quòd hic non reddūt
aucto proculdubio fœnore, in altera durius vita
perſoluūt. Dicā & aliud quod in præfato contigit
Monaſterio, ſtatutum erat, atque iam per triennū
fere ſeruatū, vt cū horis canonicis quotidie beatæ
Marię ſemper Virginis Officia dicerētur. Erat au-
tē quidā inter eos Gozo habitu monach^9, reprobę
quidē vitę, ſed dicacis & acuratę facundię. Hic cœ
pit cōqneri ſatis ſuperque ſufficere quod Sanctus
prçcipit Benedict^9, nec nouæ adinuētionis pōdus
debere ſuperponi, nec nos eſſe antiquis patribus
ſanctiores, qui videlicet hęc ſuperſtitioſa ac ſuper
uacua iudicantes, pſallendi nobis metam, omnem
que viuēdi regulā præfixerunt. Hac ſane debere
nos eſſe contentos, ne ab illa incautius declinan-
tes, per anfractus & inuia ducamur erronei. Quid
plura? Contra Reginam mundi præliari viſus eſt;
& confecit: Ad hoc nimirū fratres verſuta machi-
natione pellexit, vt ſolitas Beatæ Mariæ laudes vl-
terius non offerrēt. ſed ô diuinū iudiciū à noſtræ
prauitatis intuitu nō dormitās. Mox enim aduer-
ſus præfatū monaſteriū tot aduerſitatū grandines,
tot vndique bellorū atque cōflictuū exortæ ſunt
tēpeſtates, vt ipſis quotidie monachis, minaces gla
dij, necis exitū intētarēt. Fiunt vndique deprædā-
tiones atque rapinę, cōflagrātur cū ſegetibus areę
familiares ac ſerui Sancti loci crudeliter trucidā-
tur, & non iam imago mortis, ſed mors ipſa graſſa-
tur à Deo, vt tęderet iam Monachos viuere dū ne-
quaquam poſſent in procinctu certaminis, amicū
quieti, ſuæ profeſſionis officiū cuſtodire. Nō par-
uis expēſis ad Theutonū partes Imperator expe-
titur, pragmaticę ſanctiones cū ſingulis imperiali-
bus aduehūtur. Sed tandē eſt in omnibus quippe
ſtudiis nō fructus ſed labor ſuperuacuus. Vnde cū
ego petitione fratrū ſæpe pulſarer, quatenus ſe-
queſter accederem, et ſi poſſibile eſſet pacis inter
eos fœdera cōtinuarē: Hac, rogātibus, voce reſpō-
di: Christus, inquā, eſt pax noſtra. De quo etiā de
Appendix.

Sacerdos cum Myſteriis ad ægrotantē accedit.

Confeßio auricularis.

Certus pœnitendi Calculus.

Monachi indiſciplinati & horrēdum exēplum.

Sera pœnitentiæ periculum.

Officium B. Mariæ ſemper Virginis.

B. Virgo Regina Mundi.

Monaſterium afflictum diminutus ob intermiſſa B. Virginis Officia.

Virgine recens nato, Angelitus dictū eſt, Gloria
A in excelſis Deo, & in terra pax. Quia ergo matrem
verę pacis de ſuo monaſterio proiecerūt; dignum
eſt vt inquietis, calamitatū, tribulationūque pro-
cellis atque turbinibus agitentur. Verùm ne Le-
ctorē diutius protrahā, fratres illi, hæc quæ dixe-
rā, nō dubiis erūpētibus ſignis, vera probantes in
arcto ſiti tādē ad cor redeūt, pauimēto ſe humili-
ter ſternunt, ac percepta pœnitētia nunquā ſe de
cætero neglecturos ſolita genitricis Dei præconia
vnanimiter pollicētur. Mox itaque vt fatear, ita
poſt choruſcos atq; tonitrua, tanta cœli ſerenitas
rediit, vt ex tūc vſq; hodie fratres iucūdę pacis otio
perfruantur, ac de Scyllea voragine ſe delatos ad
B portū gubernāte filio Virginis, gratulēt: Impletū
ergo eſt, quod per Prophetā dicitur: Reuertimini
ad me, & ego reuertar ad vos, dicit Dominus. Qui
ergo facile ſeniorū ſuorū ſtatuta cōuellūt, iſta cō-
ſiderēt, & ne diuini furoris ſuper eos gladius ve-
niat, nō ſine cauſa formidēt. Parcite ori meo, fra-
tres dilectiſſimi, & ſi fortaſſis in aliquo limitē ex-
ceſſi modeſtę correctionis, zelo potius fraterni a-
moris aſcribite, quàm liuoris. Mementote quod
per Salomonē dicitur. Melior eſt manifeſta corre-
ctio, quam amor abſconditus: Meliora ſunt vul-
nera diligētis, quàm fraudulēta odiētis oſcula. Et
iterū: Viro qui corripiētē dura ceruice contēnit,
C repētinus ſuperueniet interitus, etenim ſanitas nō
ſequitur. Animarū medicus Omnipotēs, dilectiſſi
mi: Deus, hoc mei ſermonis abſintium vobis in
dulcedinē vertat: Et quicquid in vobis eſt frigi-
dū, quicquid obſcurū, flāma ſui ſpiritus, mirificus
illuſtrator accēdat.

AD HILDEBRANDVM PAPAM; qui & Gregorius ſeptimus, Apologetica Epiſtola, quare Epiſcopatus curā dimiſerit.

Dilectiſſimo Sedis Apoſtolicæ electo, & virga Aſſur, Hildebrando, Petrus peccator Monachus, ſeruitutem.

FErunt qui in rimādis rerum naturis deſudaue-
D re, hoc lyncibus naturaliter inſitū, vt cum poſt
terga reſpiciūt, protinus illū quē præceſſerunt o-
bliuiſcātur, & continuò ſimul mens perdat, quod
oculus videre deſierit. Et cum hæc bellua tan-
to viſu commune genus ferarum omne præcedat,
vt & lapideos parietes valeat penetrare hoc vitio
laborat, quia quodcunque illud eſt à quo ſemel
oculos auertit, ad memoriam poſtmodum non
redit: Quorum videlicet animalium quādam no-
bis ineſſe ſimilitudinem dicerem, niſi me magni-
tudinis reuerentia prohiberet. Mirum eſt enim,
quia tam acuta prudentia, imo quod longe glo-
rioſius eſt, tam ſincera & feruentiſſima charitas
E quę me ſuſcipit affectuoſe præſentem, nunquam
ſiue per ſtilum ſiue per verbum viſitare dignatur
abſentem. Porro quoniam non mereor ſi mihi cū
aliis negotium ageretur, dicerem quia illa quam
Apoſtolus dicit, epiſtola non eſt apud vos in ta-
bulis cordis carnalibus ſcripta, ſed viuis, vt aiunt,
exarata. Sed dum attendo quid loquitur, conſide-
randum nihilominus eſt quibus loquitur. Qua-
propter cum loquendi libertatem non habeam,
ori digitum ſuperpono: querelæ igitur expoſtu-
latione hucuſque perducta in quam propenſius
ſcatet animus, breuiter inſeram. Benedicta omni-
potentis diſpēſatio Conditoris quia ad vos nuper
aſcēdēs duorū Epiſcopatuū, vnius regēdi, alteriu.

Epiſcoporū vt monaſticā profiterentur epiſcopatibus ceſſerunt, plura exēpla habes apud Eſpēcē Diereſi. in epiſt. 1. Cor. lib 3. ca. 12. vbi etiā Petri Damiani Apologeticorū huius argumenti 3. libros deſiderat.

Lyncorum natura.

viſitandi,mole depreſſus, prærupta Alpium iuga tranſmiſi, moxque tribulationis abiecta ſarcina exoneratus & liber ad delectam ſolitudinem tanquam fugitiuus luminio repedam: Libet itaque ſub quadam mentis energia, quaſi diu ſtipitibus attritos agitare pedes,duriſque cathenis edomitas ſubleuare ceruices,illudque prophæticum alacri-

Pſal.115. ter decantare: Dirupiſti Domine vincula mea,tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Noſtis plane, certumque tenetis, hæc in me proiecta fuiſſe omnia, non ſuſcepta: Et vt ita loquar,retiaculum non ingreſſus ſum,ſed violenter opertus. Quapropter occaſione nacta, pondus libenter abieci quod vltroneus ante non ſubij. Et quia vos Apoſtolica

† reddendu Sedes, vos Romana eſtis Eccleſia, ad †deponendum quod baiulare nequiueram, integrum mihi viſum eſt non adire fabricam lapidum, ſed eos potius in quibus viget ipſius Eccleſiæ Sacramentum. Sub perſecutione quippe Iudaica, vbicunque erant Apoſtoli illic primitiua Eccleſia dicebatur. Nunc etiam cum Symon ille veternoſus videlicet Trapezita malleos & incudem reparauerat, cùm Romanam vrbem velut officinam ſibi per monetarios peſtiferæ negotiationis vſurpat,& quos vos Petrus fugiens nobiſcum attrahit, illic eſſe Romanam Eccleſiam omnibus indubi-

Petro Damiano quanta ob dimiſſos Epiſcopatus iniuncta pœnitentia. tanter oſtendit. Vnde cum ego Eccleſiaſticum nobis regimen renunciare propoſui, non erraui, quia Romanæ (quæ vos eſtis) Eccleſiæ quod ſuum erat digne reſtitui: Et vobis, me confeſſum eſſe, confitebor, pro hac refutatione, cẽtum annorum pœnitentia mihi eſt conſequenter iniuncta, per illa nimirum remedia quæ monaſticis regalis ſunt inſtituta. Quod ſi parum videtur, vos etiam ſuper addite, vltro etiam ſi placet ſubcarcerali cuſtodia mancipate. Poſt tot quippe vagationes & noxiæ libertatis exceſſus, quid reſtat niſi vt me religationis atque ſilentij cenſura coherceat? Sed hic ſorte blandus tyrannus ille qui mihi Heroniana ſemper pietate condoluit, qui me colaphizando

Aquilino vngue palpare. demulſit, qui me certe aquilino, vt ita loquar, vngue palpauit, hanc quærulus erumpet in vocem: Ecce latibulum petit, & ſub colore pœnitentiæ, Romæ ſubterfugere quærit acceſſum, lucrari machinatur de inobedientia otium, & cæteris in bellum ruentibus hic ſibi degeneris vmbræ quærit opacum. Sed hoc ego Sancto Sathanæ meo reſpondeo quod filij Ruben & Gad Moyſi du-

Num.32. ctori ſuo reſpondiſſe noſcuntur: Nos,inquiũt, armati & accincti pergem⁹ ad prælium ante filios Iſraël, donec introducamus eos ad loca ſua: paruuli noſtri,& quicquid habere poſſumus erunt in vrbibus muratis propter inhabitatorum inſidias, non reuertemur in domos noſtras vſque quò poſſideant filij Iſraël hæreditatem ſuam, nec quicquam quærimus trans Iordanem quia iam habemus poſſeſſionem noſtram in Orientali plaga, hoc itaque modo comitaturus vos, arma corripio: ſed vobis, duce Chriſto, poſt bella victorib⁹ mox recedo. Hoc ergo dicam electo Domini quod Bercellas Galaadites deſcendens de Rogelim Da-

2.Reg.9. uid Regi loquutus eſt. Paululũ procedam famulus tuus ab Iordane tecum, vt reuertar ſeru⁹ tuus & moriar in ciuitate mea; hic mihi ſortaſſis obiicitur, ſemel acceptum dimitti non licere regimẽ, ad quod dico breuiter quod ſentio: quia plerique

A pontificatus iura non deſerunt & de ſiniſtris ſunt. quotquot autem legimus recta intentione dimiſiſſe, certa ſpes eſt eos de æterna cum Chriſto ſocietate gaudere: neque hoc dicimus vt paſſim deſeri Epiſcopatum liceat, niſi videlicet id fieri neceſſitas magna compellat. Enimuerò Beatus Valerius dum ſibi prouidet ſucceſſorem, magnum Auguſtinum Ypponenſis Eccleſiæ intronizat Antiſtitem: Lucidus Cicloclenſis Epiſcopus dum propinquum ſibimet obitum imminere cognoſcit, ad cœnobialis portum connolat ordinis, ac Sacerdotalis infulas dignitatis monachicis mutat indumentis. Et vt noueris quid ei conuerſio iſta contulerit, ſicut authentica regiſtri teſtatur hiſtoria,

B ſub ipſo migrantis obitu, ſpiritus ſancti gratia lætiſſimo relucebat in vultu: Cui nimirum & antequam moreretur, beatus Apoſtolus Andreas apparuit, & qua hora migraturus eſſet ex corpore, nunciauit. Quid beatum Adelbertum martyrem dicam, qui nimirum cum Bemenſis Eccleſiæ poſtpoſuit cathedram, monachum induens, triumphalem martyrij meruit inuenire coronam. Vtq; ex induſtria de cæteris ſileam, quidã ſcilicet pœnitens, cuius me ad præſens vocabulum fugit, iam ante ſeptennium fere Epiſcopatu dimiſſo, tandem Angelo viſitante præcipitur, vt ad Epiſcopatum redeat, ſed recuſat donec admonente eodem An-

C gelo Beatus aduenit ſub celeritate Remigius. Sic itaque ne potuiſſet deceptio ſorte ſubripere, & tuta formidans humano ceſſit imperio qui ad Angelicum prius oraculum rigidus ſtetit. Epiſcopus etiam ille Sauinienſis qui ſolium Pontificale deſeruit, & Farcenſe monaſterium contempta Sacerdotali Sede conſtruxit, quàm nobiliter in Chriſto fuerit, teſtis eſt antiqua traditio quæ ſanctitatis eius inſignia celebrat: teſtis eſt moderna deuotio quæ piam eius memoriã in benedictione frequentat. Quanti ſcilicet, & poſt modum in eadem Sede vſque ad vitæ terminũ perdurarũt, & tã operoſum fructũ Deo nullaten⁹ attulerũt? Nec te bonita-

D te prætereã qui dũtaxat occaſione percepta quoniã de manu Regis, laici videlicet hominis, traditionẽ Eccleſia te ſuſcepiſſe cõtigerat, cathedrã cõtẽpſiſti atq; ad remotioris vitæ cuſtodiã te protin⁹ cõtuliſti: Quid rogo iſte faceret ſi tormẽta quibus noſtri cruciãtur Epiſcopi, & ipſe perferret? ſi ſcutatorũ & lãceatorũ turmæ poſt æquitãtis terga cõfluerẽt? ſi eũ tãquã Gentilis militiæ Ducem in procinctu poſitũ armati vndique manipuli cõſtiparẽt? & quẽ decuerat reuerẽter incedere cũ Choro pſallentiũ, audire cogeretur hinc inde tinnitùs

Epiſcoporum comitatus. armorũ, vnde fit vt modò Põtificẽ nõ cõmitẽtur, vt dignũ eſt, diuerſi ordines clericorũ, ſed caſtro-

E rũ poti⁹ armati telis vibrãtib⁹ bellatores. Pẽſemus etiã quale hoc ſit, quia hoc nõnulli inniti perferãt & tamẽ eos quos tolerãt, prędiis ac facultatib⁹ Eccleſię velĩt nolint charius emũt. Quotidie regales epulę, quotidie apparatus, quotidie nuptiale cõuiuiũ: Et vnde refrigerare debuerãt indigentes, rubẽtiũ tabularũ recreãt geſtatores: Et cùm Epiſcop⁹ diſpẽſator prõpt⁹ debeat eſſe pauperum, ad eorum menſam affluentibus delitiis alieni ructãt, cùm & illi quorũ eſt tota ſubſtantia procul excluſi famis inopia contabeſcãt. Inter hæc omnia porro mala, & illud excedit, & diabolicam propemodum videtur æquare nequitiam quia prædiis

in

Cōtra Eccleſiaſtici peculij dilapidationem.

in militiam profligatis omniumque poſſeſſione A terrarum, inſuper & decimæ ac plebes adduntur in beneficium ſecularibus: quæ profectò liberalitas inhoneſta, & indigentibus adimit vnde viuãt, & dioceſanos deterret vt decimas non perſoluãt. Vna ſcilicet res & illis ſubtrahit corporale ſubſidium, & iſtis periculum prouidet animarũ. Quod totum in male munifici caput redũdare nulli dubium eſt, ſi tamen eum ad hoc propria vanitas trahat, non neceſſitas antiqua compellat. Et quidem plurima ſuppetunt, quæ de Epiſcoporum multiplicibus erumnis apponerem, niſi me epiſtolaris compendij regula prohiberet: Sed, ô facinus! adeo me ſola Sedes Apoſtolica cruciat, vt ab his B dicendis omnibus me auertat. In qua nimirũ Sede, cum admirari ſoleamus reuerẽdæ maieſtatis Antiſtitem, nunc deſpicabilis perſonæ cernimus mentionem. Hæc venerabilis ille vir expertus fuerat Pius videlicet Apſarenſis Epiſcopus qui Epiſcopatum dimiſit, & declauo matho regno Italiam nauigans littoribus Anconitanæ vrbis applicuit. Is mihi dũ totiùs circa ſe regni reuerentiã cõquæſtus exponeret, ac moleſtæ inquietudinis tædia nunciaret, inter cætera vnum intulit quod vos latere non patior. Quidam, inquit, degener quidem moribus ſed maiorum titulis inſignitus ſuam conſanguineam nuptiali ſibi fœdere copulauit. Quid C plura? Prohibitus perſtitit, excommunicatus adhæſit, totumque Eccleſiaſticæ cenſuræ vigorem nugarum puerilium ſabulas deputauit. Cui hoc, certe ad diuinæ indignationis indicium, contigit, vt panes de nuptialibus menſis in plateas ante canum ora proiecti minime tangerentur. Inſuper ô diuinæ animaduerſionis pauenda ſeueritas! Dum rigidus ſtat, dum præceptis ſacerdotalibus ſe non humiliat: qui vigilare ſibi ad ſalutem noluit, in cubiculo dormientem, repente de cœleſtibus irruens fulgur extinxit. Sic diuini furoris expertus eſt moriendo ſententiam, qui vulneri ſuo, dum viueret, adhibere contempſerat me- D dicinam. Hoc autem diximus, vt quãtæ auctoritatis vir ille fuerit qui Epiſcopatum deſeruit monſtraremus. Sed dum iſta proſequimur, illud etiam nobis conſequenter occurrit quod & ipſe nobis, nuper, venerabilis Hiddebrande, dixiſti: & quamquam non magnopere huius videatur eſſe negotij quod verſatur in manibus, tamen dum quomodolibet hoc apicibus tradimus nevorago funditus abſorbeat, quaſi rem fluctiuagam paxillulis alligamus. Vt enim te retuliſſe memini, hoc tibi, vt eiuſdem verba ponamus, Nouarienſis Eccleſiæ narrauit Epiſcopus. Cũ, inquit, in Leutonicorum E partibus cuidam Epiſcopo conuiator incederem, & imminente refectionis hora, ille quid mihi quaſi apponeret non haberet, æſtuare cœpit & anxiè quærere vnde mihi poſſet, in itinere poſitus, ſubuenire. Cumque hinc indigentia ſtringeret, illinc charitas animum dilataret, in areto poſitus quid prorſus ageret ignorabat, cùm ecce repente grues vt litteram inuicem cõgruentes exprimunt, parilique ſerie quaſi diuerſa vtrinque ſub vno Duce caſtra componunt, ſuper verticem turmatim volitare cœperunt. Tunc Epiſcopus in feruore fidei conſtanter erectus ait: Domine præcipe, vnam de gruibus illis ad nos deiici, vt ſeruus tuus de benedictionis munere ſatisfaciat charitari. Mira exau-

Excommunicati hominis panes attingere, canes dedignãtur. Excommunicatus ictus fulgure.

A ditionis celeritas diuinæ, vix verbum ore depromitur, protinus non parui corporis grus terratenus ante ora noſtra demergitur, ſicque fides quæ per dilectionem operatur, impletur. Hæc tibi referenti percunctatus, aio: Erat ne ſpiritualis ille Epiſcopus? Tu, vt neſcio quo pacto didiſceras, propriæ carni viuere hominem, reſpondiſti: vt liquidò pateat, non vitæ rectitudinem, ſed fidem Charitati coniunctam, hanc obtinuiſſe virtutem. Addidiſti etiam quia beato Leone Sedis Apoſtolicæ Præſule referente cognoueras qui tantam, extra meritũ, gratiã à Domino fuerat cõſequut⁹, vt virtutes ac ſigna frequẽter oſtẽderet, vltrò etiã B cum magnæ auctoritatis imperio, ex obſeſſis corporibus dæmones effugaret. Inter quæ nimirum ſigna virturum, & illud aliquando cõtigit, vt eodem ſanctæ memoriæ Leone præſẽte demoniacus aſtitiſſet: Cumque præfatus Epiſcopus nequitiæ ſpiritum abire præciperet, ille autem quibuſdam verbis pernicacis ſuperbiæ reſultaret: Tandẽ per nomen Chriſti terribiliter adiuratus reniti vltra non potuit. Cùmque caput miſeri hominis, huc illucque contunderet, & quodam horrore pauẽdo capitulos in altum ſubrigaret, & os quaſi ad euomendum quibuſdam conatibus aperiret, protinus ſubiecit Epiſcopus: Nequaquam, inquit, per C os egredieris, vt niteris, omnino fruſtrabitur quod moliris, per poſteriora te exire præcipio. Nam tibi aditum oris non permitto: Per ſordidos ergo meatùs immunde habitator, egredere, & fœda poſt te, vt dignus es, veſtigia derelinque. Vix verba compleuerat, & continuo nequiſſimus ſpiritus fluxu vẽtris eiect⁹ eſt. Alius itẽ Epiſcop⁹, vt ipſe dixiſti, oppidò ſitiens, vinum ſibi afferri præcepit. Cumque pincerna totũ quod erat in vaſculo funditus exhauſiſſet in poculum, & Epiſcopo detuliſſet, ecce pauper importunus illud ſibi dari precibus flagitabat, dicens quia per ariditatem niſi biberet cõminus expiraret. Econtra miniſter aſſerebat & D nil ſe in vaſe reſiduũ reliquiſſe, & in eo loco vinũ aliud reperiri nullatenus poſſe. In his ergo ſortis Epiſcopus anguſtiis deprehenſus, cùm & hinc videlicet ſitim differre non poſſet, illinc ſe bibere, alio periclitante, impium iudicaret, auertit ſe à ſe, fratrique laboranti in neceſſitate ſuccurrit. Præcepit ergo vinum pauperi dari, ſed iam quò magis ſpes bibendi omnino defecerat, eò ſitis Epiſcopi atrocius ſæuiebat: Mãdauit itaque miniſtro, vt vinarium vas requireret ſi forte conſolationis ſtillam vel per exiguam reperiret. Qui diutius abnegans, nihilque ſe reſeruaſſe conteſtanter† affirmans, tandem non ſpe erectus ſed imperio magis E opreſſus paruit, & vas quod vacuum reliquerat, *vino plenum, nimirum admiratus, inuenit. Abbas quidam, vt mihi relatum eſt ſuauis edulij cõcupiſcentia ductus, eam prædã ſibi acquiriri præcepit. Cũque miniſtri dicerent hoc genus eo loco difficile poſſe reperiri, extitit qui diceret vnã tãtum eam prædam in naualibus ſe vidiſſe propoſitam, nullo minus quàm viginti numerorum Papienſium ſolidis coemendam. Iuſſit Abbas dari pecuniam: Cocorum autem diligentia perfunctus & laute decoctus, Abbati piſcis apponitur: Sed antequam tangeretur, ecce pauper ad ianuam, hoc potiſſimum ſibi dari quod Abbati appoſitum erat, anxie poſtulabat. Mox vt erat, integrũ

Dæmon, ab Epiſcopo potẽter eiect⁹.

†Melius, cõſtanter.

Abbatis eleemoſynarii exẽplum.

piſcem, non hæſitans vir Domini mittit ad pauperem. Illico pauper qui videbatur cũ ipſa parapſide plena piſce, in ſublime ſe extulit, & librata manu velut exenium portans, cœlum cunctis videntibus penetrauit: vnde liquidò comprobatur, quia quod indigentibus datur, Deo trãſmittitur: & quod in ſinum pauperis occultamus, in cœlo reponimus. Illud etiam quod nunc addimus quanquam non ſit miraculum, ab ædificatione tamẽ nõ vacat, cui famulatur omne quod ſcribimus. Epiſcopus quidam Lãprædam ſibi parari præceperat. Qui paulo poſt dum inter Miſſarum ſolemnia ſacris altaribus deuotus aſſiſteret, ecce Lampredæ memoria illecebroſi guſtus eum tentauit affectu: vt autem erat animi inſignis, talia ſe pati poſſe in obtutibus occulti & omnipotentis inſpectoris erubuit: expletiſque regreſſus officiis, febreticum animæ piſcem pauperi tradendum eſſe mandauit. Sic profectò canicula voluptatis quæ ſub menſa corporis vtcùmque potuiſſet viuere, ad ſancta ſanctorum impudenter irrumpens, pœnitentiæ fuſte mactata meruit interire.

Epiſcopi ſobrii facinus præclarũ.

Quidam pauper Paterfamiliàs vnun duntaxat nummum in loculo poſſidebat, quẽ ad emendum aliquid quod cum pane comederet expendere geſtiebat. Cumque ſiccus & aridus à lautioribus alimentis, diu negotium in mente verſaret, interim pauper aduenit, & miſericordiam poſtulauit. Ille hærẽs animu, velut in quodam erat meditullio conſtitutus: Nam ſi daret, carni metuebat afflictæ: ſi retineret, culpam incurrere formidabat denegatæ miſericordiæ. Tandem vicit ſpiritus carnem: & euangelicam imitatus viduã ſub pauperis ſpecie bono debitori Deo ſuam fœnerat quãtitatem. Redit domum, panis qui ſolebat, apponitur: Pauper quidem menſa, ſed bona ſpe, diues erat cõſcientia: Damnum ſiquidem carnis compẽſabat lucro pietatis, cum ecce vir quidam ignotus, & quem antea nunquam viderat feſtiuus & anxius ligatos lintheo in manu eius viginti denariorum ſolidos poſuit, dicenſque ſibi à Domino ſuo miſſos, tanquam qui ab eo expectaretur incunctanter abſceſſit: Cùmque hic attonitus vellet inquirere, ille diſparuit. Idcirco autem nomina hominum non appono, quoniam ordo peractę rei facilius hæſit animo, nomina verò, curis aliis interuenientibus, fateor, intercæpit obliuio. Nec magnopere curamus videri aucupes nominũ, dũmodo non excidat ſeries, & ordo geſtorum: quãquam & hæc eadem geſta quę ſcribimus quia in tranſitu nos audire contigit, vtrum in offenſam fidei lineam teneant certum per omnia non habemus. Ne ergo ſine nominibus digeſta narratio, nares, faſtidioſis lectoribus contrahat, à talibus interim ſuperſedeo: & certe ſalubrius eſt vt omiſſis omnibus ad me redeam, me defleam, me iugiter meis oculis anteponam. Ecce enim iam oculi caligant, & ſolito amplius, flegmatis humores abũdant. Rugæ ſubeunt, & dentium gingiuæ ruinam minantur. Caput denique quod canis hactenus ſpargebatur, cigneo iã colore niueſcit, vox raucit, virtus deficit, & heu proh dolor! ſola in me vitiorum radix ignorat penitus ſenectutem. Enimuerò quotidię præ oculis mortem teneo, & iã ante tribunal tremẽdi iudicis quodammodo præſentatus aſſiſto, iam ſub quadam mentis imaginatione peruerſi ſpiritus truci vultu & horrẽdi ſpecie me ſub extremo ſpiritu palpitantẽ terribiliter in pœnitentiam conuertunt ſancti Angeli, ac niuei quaſi qui auxilientur accedunt.

Quiddam porro non longe ante hoc eueniſſe comperi, quod dum mihi ſępe mouet mentem ſolet exagerare formidinem. Quidam namque pœnitens ſub peregrino habitu in noſtris partibus exulabat. Qui perquiſitus quæ eum culpa exulare compelleret: Cum conuicaneo meo, ad ligna, inquit, cædenda pergebam, & ecce trabalis magnitudinis ſerpens duobus attollẽs ſquamoſa colla capitibus, ſinuoſis flexibus obrepebat. Qui nos vt eò ambulantes aſpexit, continuò ſcintillãs oculis & tanquam linguis exacuens ora triſultis, in nos impetum fecit: Cui protinus conuiator meus, librata ſecuri vnum caput abſcidit, moxque ferramentum ex eius manibus cecidit. Protinus ſerpens in furoris rabiem implacabiliter efferatus, in ſublime ſe erigit, quod ſolum remanſerat caput attulit† auctoremque proprij vulneris mordicus apprehendit: Quem mox vt inuaſit ſpumoſis eum ſpiris implicuit & inuoluit, totumque hominem ſuis viribus vendicans, in ſubterrànei ſpecùs latebras aſportauit. Sed dum traheretur, ille quod ſolum poterat me flagitat, in me clamoſas voces ingeminat, vt vel ipſe ſibi promptus adiutor accurrerem, vel ſecurim quæ in meis erat manibus porrigere feſtinarem. Ego autẽ infœlix, & degener, vltricibus flammis obnoxius, & ipſe à ſerpentibus meritò potius deuorãdus, væ mihi homicidæ! contremui: & cùm manibus eſſet agendum, cauſa dictante, non pedibus, fugam paraui, ideoque à ſacerdotibus iniunctum mihi hoc exilium patior, méque vt reuera mortis illius auctorem deflere compellor. Quæ nimirùm gemẽdę calamitatis hiſtoria, ita totũ cor meum tremefecit & concuſſit, vt immenſam cordis mei formidinẽ, nec ſtilo tradere nec ſermone valeam proferre. Meditor enim ſæpe: ecce homo & beſtia duo pariter in ſpelunca. Non mediator interuenit, non ereptor accedit: ferinum ſane cor pietas non emollit, præſertim cùm rabidæ voracitati hoc etiã ſuperadditur vt illatæ contumeliæ grauis vltio compenſetur. Quæſo! quæ rei tunc huius ſpecies erat, imò quæ mens miſeri hominis eſſe poterat cùm præda factus eſſet hoſti neſcio miſereri, cùm euadendi nulla ſpecies ſupereſſet, ſed potius cruẽtis dentibus in eſcam traditis ferinam protinus ingluuiem ſatiaret? Huius ergo formidoloſi caſùs ſpeciem in mea mente ſæpe depingo, moxque Draconem illũ totius crudelitatis auctorem, quo modo rapiat & deuoret animas, pauida conſideratione pertracto, illum ſemper verſiculum repetẽs, quẽ prophetha cãtabat Nequãdo, inquit, rapiat vt leo animam meam, dum non eſt qui redimat neq; qui ſaluum faciat. Nam breuis ſcriptura, quam longam formidandi materiam præbet ſanis mentibus! Porro autem & ante annum in non lõginqua ab hac regione villa contigiſſe dicitur, quod quidam agricola vix erumpente crepuſculo mature ſurrexit, & enormis magnitudinis Draconẽ vidit: quem, lignum putauit, moxque ſe ſuper eum ad ſedendum quaſi in trabe compoſuit. Cõmota protinus beſtia caput extollit, hominem ore peruadit: Sicque viuentem, ſub memento, rab-

† melius extulit.

Pſal. 7.

rabida vocacitate deglutiit: & vt corda ooſtra, grauior adhuc concutiat, atque ad metuenda ſuper nos diuina iudicia peruigil oos ſolicitudo cōpellat, plerùnque videmus honeſtioribus ac iuſte viuentibus viris iſta contingere: cum è contra carnales & incompoſiti videantur homines, vt ſupra meminimus, etiam virtutibus choruſcare. Nam vt diutiùs non immorer, quidam ab Ieroſolimis rediens hoc ſibi ſuique comitibus contigiſſe narrauit, quia cùm itineris labore defeſſi ſecus viā nocte quieſcerēt, repēte leo terribilis dormiētibus ſuperuenit. Præsbyter autē piæ opinionis & honeſtæ vitæ, qui etiā quater iā à Dominicæ ſepulturæ viſitatione redierat: ſociis vndique circumfuſis medius quieſcebat. Irruens ergo immanis beſtia neminem ex his qui prius ſibi occurrerant attigit, ſed cęteros ſuperſiliens, & tanquam proiecta ligna contemnens, ſolum præſbyterum ſignanter apetiit, precipitanter inuaſit, cæteriſque leonibus qui non procul aberāt prædam ſuam cruentus venator expoſuit. Quem clamitantem, & ſociis audientibus horribiliter mugientem ſubitò deuorauerunt, & è veſtigio conuiatores eius vſque ad turrim, in quam tremefacti conſcenderūt, ſunt ſequuti. Quod vtique infirmis mentibus terribile eſſe ſatis videtur, vt merentē præmia, virga coherceat: & ſuper eos qui digni ſunt gratia, cœleſtis inuigilet diſciplina.

Illud & non diſſimili dignum videtur eſſe formidine quod religioſo quodam Piſanæ diocæſis Abbate referēte cognoui. Aiebat plane quia proxima hac ęſtate tranſlata, contigit vt eſſet in quadam Teutonum vrbe ſeruus Dei ſanctæ conuerſationis & bonę famæ qui iuxta Monaſteriū in cellula morabatur. Huic ſane reuelatum eſt, quia niſi populus per pœnitētiam quantò cius ſe à ſua prauitate compeſceret, infra triginta dies tota corū ciuitas incendio ſubiaceret. Qui nimirum viſioois ſuæ myſterium oon ſolùm Epiſcopo ciuitatis innotuit, ſed & per omnem populum diuulgare curauit. Illi autem in prauitatis ſuæ malitia perdurantes, virum Dei arbitrati ſunt delirare, & intētatas Dei minas omninò paruipēdētes, dedignati ſunt ſua facta corrigere. Porro vir Dei præcioſiora quæq; Monaſterij iubet in receſſus abditos conuehi vt poſſēt ab ignib⁹ illibata ſeruari: Quid vobis immoror? Tandem lugubris ille dies aduenit, & à ſeptem vrbis regionibus vltor ignis exoritur. Et ecce monachi ad ſerui Dei cellulā anxie proruūt, eumque imminēte periculo, non ſegniter, exire depoſcunt. Ille autem recuſat omoino, diuinóque iudicio cuncta cōmitens, quid Deo de ſe placeat, immotus expectat. Ignis ergo globis in aſtra furentibus cuncta peruadit, & non modo cætera quęq; ſuccēdit, ſed & monaſteriū, heu tędet dicere! ipſumque ſeruum Dei cum tota ſua cellula cōflagrauit: Quod profecto Dei iudicium non tam diſcutiendum eſt quam timēdum. Quis enim humanæ mentis intuitus, diuinorum iudiciorum valet penetrare abyſſum, cum ſit vtique terribilis ſuper filios hominum? Quis enim credere potuiſſet, vt is qui per reuelationē meruit agnoſcere perituræ vrbis exitum, ſemetipſum ignoraret flammis ſimul atrocibus exurendum? Hæc igitur & his ſimilia, cùm mente conſidero, cùm ſubtili meditatione pertracto, dum quid adhuc

Iudiciorū Dei abyſſus.

A mihi immineat neſcio, tremētibus certe totis viſceribus obſtupeſco, móxque ad lachrymas redeo: & ſi fletus aliquando præ cordis duritia non erumpit, mens tamen ipſa grauius contabeſcit. Perpēdo ſæpè quale ſit inſanabilibus ſubiacere inimicis, Diaconib⁹ infœderabilib⁹ intereſſe, in morte viuere, in ignibus habitare. Illud etiam, quomodo ad cruciandos impios hoc præ cæteris elementum electum ſit, vt cum ſauilla diſſiliens, in quolibet membro vel ad momentum tolerari non poſſit, vltrices flammæ miſeros homines hinc egrediētes abſorbeant & infinitè patens vorax gehenna concludat. Ex quibus nimirum ſuppeditat animus B plura eloqui, niſi me prohiberet Epiſtolare compendium diutius immorari. Ex qua tamen occaſione quiddam nunc redit in mentem, quod non piget breuiter annotare. Duo viri de primoribus Fauentinæ ciuitatis ex hoc ſæculo ante nō parum tempus egreſſi, cuidam Diacono ſimul apparuere per viſum, qui nimirùm ferreis caſulis, in morem ſacerdotum, talotenùs ad ima defluētibus videbantur induti. Percunctante autem Diacono vtrúmne, inquit, vos qui in illa vita eſtis iugiter, Dominum benedicitis? reſponderunt: Nos qui apud inferos ęterno igni cruciamūr, nunquam benedicimus Dominum. Plane quod ſollicitudinis C meæ pondus accumulat, frater ille cuius ante meminimus, vt coniici poteſt, tunc ſtabat cùm reuelationis præſagium meruit: Tunc verò in aliqua fortè culpa iacebat, cum diſcrimen incurrit. In lubrico ſiquidem politi repente prolabimur, & nūc mundi, ſub momento temporis inquinamur. Vnde & illud nunc ad memoriam redit, quod in Beneuentina olim vrbe co conſtitutum me audire cōtigit. Princeps eiuſdem ciuitatis Presbiterum ſanctæ conuerſationis virum, & in diuinis officiis ac præcipuè in ſolemnitate Miſſarum indeſinenter aſſiduum excolebat. Qui cum quotidie ſacris myſteriis reuerenter inſiſteret, Angelus Do- D mini ex conſuetudine veniebat, & vidente principe ſacramentum Dominici corporis ex offerētis manibus aſſumebat. Sed, ô criminalis vitæ huius lubrica & incerta conditio! Nam qui Angelicis fruebatur obſequiis, in fœdæ luxuriæ voraginem repente prolapſus eſt. Quid plura? Peragendi myſterij ſacri tempus aduenit, conſuetudine foris exigente presbyter compellitur, ſed grauiter intus conſcientia remordente torquetur: ornatur, accedit, trepidat, palpitat, tamen offerre præſumit. Iam ecce Angelus, vt aſſuetus fuerat, venit, & inſpectante principe ſpongiam infectam aqua ſuper caput illius expreſſit, omnéſque E ſordes atque ſqualores quos ex corpore illius ante contraxerat, membris eius omnibus iterum ſuperfudit. Hoc viſo Princeps admirat⁹ obſtupuit, presbyterúmque ſemotis omnibus ſecretè conuenit. Inquiſit⁹ itaque Presbyter, ſi nouiter aliquid criminis admiſiſſet, primò quidem perhorreſcēs, facin⁹ abnegat: deinde malè ſibi cōſcius, ac Principis auctoritate compulſus, tandem corruiſſe ſe nocte pręterita in quandā eiuſdem Principis cubiculariam confitetur.

Gehēna cōſideratio.

In eadem rurſus vrbe vidi monachum, cui nomen Maledinus, qui nimirum iuxta monaſterium degēs in cellula, incluſus ſiue ſolitarius dicebatur. Hic mihi retulit, quia in ſacro ſācto Paſchali Sab-

Madelini incluſi. virtutes, & lapſ⁹.

batho, reſurrectionem præcedente Dominicam, in Eccleſia quam frequentare conſueuerat, quatuordecim plus minúſue lampades adornauit, & aqua ſuppoſita, præter vnam, omnibus oleum ſuperfudit. Cúmque cæteris ſatisfactum eſſet, ſed deficiẽte oleo vna remaneret, petiuit ab Abbate, ſed impetrare non potuit. Tandem in fide non hæſitans, aqua lampadem impleuit, lumen adhibuit: quæ profectò per totam noctem cum cæteris nihilominus radiauit. Et cum naturale ſit aquæ vt ignem ſemper extingat, illa fouebat. Tũc Abbas aduocatus in teſtimonium, ſignum virtutis admiratus, expauit, ſeſe oleum non dediſſe erubuit. Porro & alias quaſdam monachus ille dicebatur oſtendiſſe virtutes. Sed ne illi qui clauſis oculis ſecurus incedit, & verſuti hoſtis laqueos nõ attendit † . Nam poſtmodùm hic in luxuriæ voraginem corruit, & qui eatenus magnæ reuerentiæ principi ac ciuibus fuerat habitus, publicè vergis cæſus, & ſub inhoneſto ludibrio turpiter aſſeritur decaluatus. Hæc idcirco dixerim vt liquidò pateat, quia in hoc vitæ mortalis itinere gradientibꝰ, multæ ſupponuntur inſidiæ, diuerſa occultus hoſtis ſcandala contegit, multa viſcaria ſtruit, plures laqueos atque tendiculas anteponit noſtris quotidie greſſibus. Dicant ergo mihi qui volunt Epiſcopare, & ſe plebibus regendis exponere, ego qui meipſum inter tot gladios ac tela nequeo protegere, quo pacto poſſum & alios ex captionis latententium inſidiarum laqueis expedire? Deponenda eſt ergo ſarcina, quam baiulare non poſſumus, meliúſque eſt pondus abiicere, quàm cum detrimento Domini cuius ſum ſeruus, fractis ceruicibus interire. Sufficiat nunc ad teſtimonium, hoc ſolũ beati Hieronymi, quod necdum hora tranſacta ſub oculis habuiſſe me memini. Dum enim de otioſo paſtore Eccleſiæ ſcriberet, adiecit illicò: igitur indignantis Domini feretur reſponſione, ſerue nequam, quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniens cum vſuris vtique exegiſſem illud? Quod idem doctor protinus exponens, ait: id eſt, depoſuiſſes ad altare, quod ferre nõ poteras. Dum enim tu ignauus negociator denarium tenes, alterius locum qui pecuniam duplicare poterat, occupaſti. Hoc ego ſancti viri concilium fateor, libẽter arripui, & onus cui ſuccumbere compellebar, abieci: primò pecuniam quam duplicare non poterã negociator ignauus, ad altare depoſui. Fuit, fuit olim, ſi iã elapſum eſt tempus, vt modeſtiæ pudor mortificationis inſignæ digna ſeueritas, & ſacerdotalis ingenij valeat ſeruari cenſura. Nam vt me ſolum digne coarguã, videtis ipſi, quia protinus vt ad vos venio, ecce ſales, ecce facetię, lepores, vrbanitates, dicacitates, volumina quæſtionum, omneſque verborum inanium peſtes inſolenter erumpunt: quæ nos non iam ſacerdotes, ſed potius oratores ac rhetores, ſiue quod inhoneſtum eſt, ſcurras oſtendit. Mox enim vt verba conferimus, paulatim quædã lenocinia cõfabulationis adulterinæ ſurripiunt, & omnem animi vigorem indetenter emoliunt, & ſeueritatis robur in excuſſum riſum & turpia ioca diſſoluũt. Hic eſt enim quod mens extra ſe ſparſa confunditur, acies cordis obtunditur, lux diuini amoris extinguitur, terror in alios & reuerentia ſacerdotalis amittitur: Et quod periculoſius eſt, rectè viuendi linea quæ aliis ad exemplum proponẽda fuerat, non tenetur. Quòd ſi nos pudore vel metu hæc declinare contemnimus, mox inhumani, rigidi, & quos Hircanæ genuerint Tigres, ſaxei iudicamur. Reprimo calamũ. Nam vt turpiores attexantur ineptiæ pudore ſuffundor, videlicet venatus aucupium, alearum inſuper furiæ vel ſcachorum: Quæ nimirũ de toto quidem ſacerdotem exhibent mimum, ſed præcipuè oculos, manus & linguam, quaſi mimum verum ſimul efficiunt: ſicque conditos, & qui ſuauius ſapiant, cibos dæmonum menſis apponunt. Hic, planè ſi quod mihi de venerabili Florentinæ ciuitatis Epiſcopo contigerit, recolo, alienum eſſe ab edificatione non credo. Dum aliquando illi eſſem comes itineris, veſpertinum tãdem ſubeuntes hoſpitium, ego me in Presbyteri cellam ſemouũ: Is verò in ſpatioſa domo cum commeantium turba reſedit. Mane autem facto, à meo mihi agaſone ſignificatum eſt, quod prædictus Epiſcopꝰ ludo præfuerit ſcachorũ: Quod profectò verbum, velut ſagitta, cor meum acutiſſimè pupugit, & indignationis vulnus inflixit. Hora autem quæ mihi videbatur electa, conueni hominem & acriter inuehor. Hoc mihi ſermonis initium arripiẽs, aio: Librata manu virgas & exero & plagas infigere quæro ſi ſit qui terga ſubiiciat. Et ille: Inferatur, inquit, culpa, non recuſabitur pœnitẽtia. Rectène inquam, tuique erat officij, veſpere, in ſcachorum vanitate colludere, & manũ Dominici corporis oblatricem, linguam inter Deum & populum mediatricem, ſacrilegi ludibrij contaminatione fœdare? præſertim cum Canonica decernat auctoritas, vt aleatores Epiſcopi deponantur. Et quid prodeſt ei quem efficaciter auctoritas damnauerit, etiamſi extrinſecus iudicium non accedat? Ille autem ex diuerſitate nominum, defenſionis ſibi faciens ſcutum, ait, aliud eſſe ſcacum, aliud aleam: Aleas ergo auctoritas illa prohibuit, ſcacos verò, tacendo, eſſe conceſſit. Ad quod ego: Scachum, inquam, ſcriptura non ponit: ſed vtriuſque ludi genus aleæ † nomine comprehendit. Quapropter dum alea prohibetur, & nominatim de ſcacho nihil dicitur, cõſtat proculdubio vtrumque genus comprehendi vno vocabulo, vnius ſententiæ auctoritate damnatũ. Tunc ille vt & mitis eſt animi & perſpicacis ingenij, redditis rationibus humiliter acquieuit, culpam nullatenus iterandam certa pollicitatione conſtituit, iniungi ſibi pœnitẽtiam poſtulauit. Cui mox præcepi, vt ter Pſalterium meditando percurrens, ac duodecim pauperum pedes ſub totidem nummiſmatum erogatione, eorumque recreatione lauaret. Hac ſcilicet ratione perſpecta, vt quoniam hæc culpa manibus potiſſimùm & ſermone committitur, lauando pauperum pedes, ſuas potius à culpæ contagio manus ablueret, & imprimens alienis veſtigiis ora, pacẽ ſibi cum Domino quẽ per ſtendos iocos offenderat, reformaret. Hoc autem diximus, vt quàm inhoneſtum, quàm abſurdum, quàm denique fœdum ſit hoc ludibrium in ſacerdote, ex alterius emendatione noſcatur. Præterea dilectiſſimi vt ad id redeam, pro quo ſcribere iſta propoſui: nolite mihi de cætero eſſe moleſti, vt quietus portum, in quem Chriſto per vos gubernante, relapſus ſum, deſeram, & ſpumantes pro-

† *Hic deeſt quidpiã.*

Scachorũ ſiue Latrũculorũ ludus Eccleſiaſticis illicitus. Aleã verò interdicunt Apoſt. Can. 42. & 43. ſyn. in Trullo, can. 50. & Ilib. cap. 79. Vide Photii Nomoc. Tit. 9. cap. 27

† *Aleam Tabulam interpretatur Conc. Elib. cap. 79. Iſidorus verò, ludum Tabula, orig. Lib. 18. Cap 57.*

procellarum cumulos, conſragoſa volumina, ſyl-
læam voraginẽ, denuò ſulcare cõtendam. Quãm-
uis enim ego miſer, ille ſit ſanctus, quia tamen pa-
† Saulem tet mihi quodammodo cum Samuele cauſa non
quidẽ pri- diſpar, promatur ſuper vtrũque ſententia. Ille ſi-
mũ: dein- quidem principatus deſeruit dignitatem, † Daui-
de Daui- dem tamen vnxit in principem. Nos etiam ad eius
dem. exemplum, Apoſtolicæ Sedis, auctore Deo cu-
pimus ordinare Pontificem, ac protinus à proprij
Pontificatus arce recedere. Ecce, dilectiſſimi, v-
berioris, vobis, eloquij verba protraxi: Epiſtola-
ris breuitatis regulam offendi. Si quis igitur me
laſciuioſè velit prolixitatis arguere, potius arguat
impatientem ſilentij charitatẽ: nec ignoret, quia
illic eſt ſuccincta prolixitas, vbi ſic ſtili curren- B
tis ſcriptor extendit articulum, vt tamen totum
pleni pectoris non explicet votum.

Blanca olim comitiſſa, nunc cæleſti ſponſo coniuncta Petrus peccator Monachus, iubilum cordis in Spiritu ſancto.

Epiſt. 3. AD regales nuptias epulaturus accedã, & tha-
lamos auro gemmiſque radiantibus adorna-
tos videre deſidero, nuptialibus ſaginari dapibus
auidiſſimè concupiſco: Vndique ergo myſtica de-
ferantur xenia, prophetica, & Apoſtolica non de-
ſint tam excellentibus nuptiis ornamenta. Euã-
gelicus itaque noſter Iſaias iam procedat ad me- C
Iſa. 3. diũ, & munificus exhibeat quod parauit: ornatũ
videlicet calceamentorum, lunulas, torques at-
que monilia, armillas & mitras, diſcriminalia &
periſcelidas, murenulas & olfactoriola, inaures &
annulos & gemmas in fronte pendentes, mutato-
ria & pallia linteamina, acus & ſpecula & ſindo-
nes, vittas atque theriſtra. Hæc igitur omnia ſpi-
ritalibus conferenda ſunt nuptiis, & nouæ ſpon-
ſæ diligenter aptanda, quò veri ſponſi placere
poſſit obtutibus. His nimirum infulis venuſtata,
hac ornamentorum erat varietate compoſita re-
gina illa, quam Pſalmiſta contemplatus aiebat:
Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, D
Pſ. 44. circũamicta varietate. Nuptiæ factæ ſunt in Cana
Ioan. 2. Galilææ, & ſicut Euangeliſta teſtatur, vocatus eſt
Ieſus ad nuptias cum diſcipulis ſuis: Sed tanquam
pronubus non vt ſponſus, quaſi pranſurus non vt
nupturus. Iſtæ verò nuptiæ tanto illas priuilegio
ſuperãt, vt hic Ieſus iure credatur non amicus eſſe
ſed ſponſus. Et quoniã qui adhæret domino vnus
1. Cor. 6. ſpiritus eſt, ſpõſus iſte nõ modò ſpõſæ iũgitur, ſed
vnitur, atq; ex hac copula nõ corruptio naſcitur,
ſed integritatis clauſula reparatur. Illic Ieſus aquã
cõuertit in vinum: hic idem Ieſus, & vinũ ſemet-
ipſum fecit, & cibum. Cibum videlicet, quia ipſe E
eſt panis viuus qui de cælo deſcendit. Vinum ve-
rò quod lætificat cor hominis, ſpiritus eius eſt, de
Pſ. 22. quo iterum dicit: Poculum tuum inebrians quàm
præclarum eſt? Spiritus enim Dei, hominum men-
tes inebriat, vt tanquam à ſuis ſenſibus alienati,
diuitias huiuſmodi, honores & gloriam reſpuant:
ad ſubeunda verò pro Deo quàmlibet dura vel
Act. 2. aſpera, flammantibus deſideriis inardeſcant. Hoc
4. Re. 9. muſto inebriati fuerãt, quibus Iudæi, verè demen
tes ac furioſi, dicebant: Muſto pleni ſunt iſti. Hoc
muſto plenus erat vir ille de filiis Prophetarum,
quem ad vngendum Ieſum regem miſerat Heli-
ſæus. De quo dixerunt veſane ſapientes ad eum.

A Quid venit inſanus iſte ad te? Quid mirum, ſi hi
qui puri ſunt homines, cũ ſpiritu diuino replen-
tur, ab huius mundi ſapientibus, atque ideò verè
deſipientibus iudicentur inſani? cum & ipſe qui
magiſter eſt Angelorum, dictus ſit habuiſſe dæ-
monium? Imo vt Marcus Euangeliſta teſtatur, ſit *Mat. 11.*
etiam freneticus. Venit, inquit, domum, & con- *Luc. 7.*
uenit iterum turba, ita vt non poſſent nec panem
manducare. Et cum audiſſent ſui, exierunt tenere
eum: dicebant enim quoniam in furorem verſus *Mar. 3.*
eſt. Hanc ſancti Spiritus ebrietatem, & tu ô vene-
rabilis domina, ſana mente conceperas cùm ſecu-
lum relinquere decreuiſti, & velut columbæ ſim-
plicis alas excutiens, ad innocentum & ſimpliciũ
B nidulum conuolaſti, tunc dicens: Quis dabit mihi
pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam?
Nunc etiam ſecurè decantans: Ecce elongaui fu- *Pſ. 54.*
giens, & manſi in ſolitudine expectãs eum qui ſal-
uam me faciat à puſillanimitate ſpiritùs & tempe-
ſtate. Hæc te nimirum ebrietas compulit, ampla
ſatis atque vberrimis fœcunda prouentibus iura
contemnere, munita turrium atque caſtrorũ pro-
pugnacula declinare, dulcium propinquorũ ne-
ceſſitudines ac vernaculorum affectus abiicere: *Ebrietas*
quódque horum omnium permaximũ eſt, vnicũ *ſpiritualis*
filium, eúmque ephebum adhuc atque impuberẽ,
ſine coniugalis ſolatio fœderis abdicare: Et quæ
C conſtipatis vallata clientium cuneis ſolebas ince-
dere, iam didiciſti in angulo monaſterij cum pau-
peribus ſpiritu, ſanctis mulieribus humiliter reſi-
dere. Hæc te ſobria, vt ita loquar, ebrietas docuit,
vt pro carbaſinis lanea, purpureis atque nitidis
pulla ac deſpicabilia eligeres indumenta. Hæc te *† pollen,*
perſuaſit ebrietas, vt ſiligineas pollines † ac feru- *Grãmati-*
la dapibus referta poſtponeres, atque ad libræ pẽ- *cis, pollen,*
ſilem te menſuram panis cibarij cohiberes. Hæc te *à pollen-*
plane perita & pudica ebrietas incitauit, vt cùm *do: triti-*
primo adoleſcentiæ flore fueris viro obeunte re- *cea farina*
licta, non claris támque magnificis procis annue- *puluiſcu-*
res, non vt omnia videbantur hortari thalamos *lus qui in*
D iterares: ſed ſoli iam Chriſto victuram, mundo te *ſiligine*
mortuam exhiberes. Enimuerò tanquã bona ne- *flos appel-*
gociatrix nundinis intenta venalibus proieciſti *latur: Iſi-*
mundum, vt acquireres cœlum: præueniſti mor- *dorus ve-*
tem, vt ſententiam mortis euaderes: elegiſti pau- *rò, gene-*
periem, vt diuitiarum non pereuntium copiam *ratim, cã-*
poſſideres. *didiſſima*
farina ge-
nus appel-
lat, Orig.
lib. 20. c.
2. qua po-
ſterior no-
minis in-
terpreta-
tio minus
videtur
huic loco
conuenire.

Quod idcirco iuſti ab iniuſtis aliquando permittantur affligi, vt acquieſcant ad Deum, vel ex neceſſitate coacti. CAP. 2.

E ATque vt mirabilior tua videatur eſſe conuer-
ſio, non te mundus à ſe repulit, ſed ſolus ardor
diuini ſpiritus incitauit. Enimuerò ſicut ducem
Moyſen, diuina prouidentia diſpoſuit ad educen-
dum de Aegypto Iſraeliticum populum, cùm iam
Pharao ad opprimendum illum duris operibus
fuiſſet exercitatus, quatenus Iſraelitarum popu-
los Aegypto deformiter inhærẽtes alius dum vo-
caret quaſi traheret, alius velut impelleret dum
ſæuiret, vt dũ plebs in ſeruitio turpiter figitur, vel
malis impulſa & prouocata moueretur. Hoc etiã
in populo Dei frequentius agitur, cum prædicatis
præmiis cæleſtibus ſæuire in electos reprobi per-
mittuntur: vt ſi vocati, ad terrã promiſſionis exire

gnaculum non expreſſit. Vt ergo ſancta anima, Chriſti Charactere vtrobique ſignetur, eum in corde ſuo ſignaculum ponat, vt amoris eius facibus medullitus inardeſcat. Ponat & conſequenter in brachio, vt piis operibus valenter inſiſtat. Signaculũ Paulus, in corpore ſuo, velut in brachio
Gal. 6. Ieſum poſuerat, cum dicebat: Ego ſtigmata Ieſu in corpore meo porto. Signaculum ſuper cor Ieſum
Ibidem. poſuerat, cùm alibi gratulabundus aiebat: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Cuius ſanè ſtigmata expreſſa gerebat in corpore, eius ſe ſignaculum habere gloriabatur in mente. Porrò autem & iſte cœleſtis ſponſus, electum quemque, ſuum ſibi ſignaculum ponit, eumque grata vice, tanquam ne de memo-
Agg. 2. ria deleatur, attendit. Iuxta quod Zorobabel duci Iudeæ pollicetur, dicens: In illa die ſuſcipiam te, Zorobabel ſerue meus, & ponam ſicut ſignaculũ in conſpectu meo. E contra de quodam rege reprobo Dominus dicit: Si fuerit Iechonias annulus dexter in manu mea, inde euellam eum.

Exhortatio, vt in cœleſtis ſponſi amplexibus requieſcat.
Cap. 4.

AD hanc ergo, tu venerabilis ſoror, aſſiduè vicißitudinẽ ſatage, vt & cœleſtis ſponſus per amoris ſui gratiam te ſemper aſpiciat, & tu ab eo (quod abſit) per amorem quorumlibet temporalium, oculos non auertas: quatenus & ipſe te ſubtiliter intuens, nullamque offenſionis illu-
Cant. 1. uiem deprehendens, dicat: Tota pulchra es, amica mea, & macula non eſt in te. Et tu eius amore æſtuans, inenarrabiliter hoc intima voce depro-
Cant. 5. mas: Dilectus meus candidus & rubicundus, & electus ex milibus. Caput eius aurum optimum, guttur eius ſuauiſſimum: & totus deſiderabilis. Dilectus ſiquidem candidus virginitate, rubicun-
Cant. 2. dus eſt paſſione. Candidus, quia dicit: Ego lilium conuallium: Rubicundus, de quo Ioannes dicit:
Apoc. 1. Qui lauit nos à peccatis noſtris, in ſanguine ſuo. Electus ex milibus, de quo Salomon: Virum, in-
Eccleſ. 7. quit, de mille, vnum reperi. Mille quippe numerus, totius humani generis intelligenda perfectio eſt, in quo Saluator, tanquam paſſer eſt vni-
Pſal. 10. cus in ædificio. Caput eius, aurum optimum:
1. Cor. 11. quia caput Chriſti Deus: Qui nimirum, ſicut aurum metallis: ita, licet incomparabiliter, o-
Pſal. 118. mnibus ſemper eminet creaturis: Cuius guttur, ſuauiſſimum: quia ſuorum melliflua ſuauitate verborum, mentes audientium obdulcantur. Quàm dulcia, inquit, faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & fauum ori meo. Totus etiam deſi-
1. Pet. 1. derabilis, quia in eum, teſtante Petro, deſiderant Angeli proſpicere, vel quia humanitatis eius myſterium omne deſiderium accendit in mentibus electorum, vt eos videlicet non modo Reſurrectionis gloria prouocet, ſed ad imitationis exemplum, ipſa quoque ignominia paſſionis inuitet. In hoc igitur ſponſo tuo veneranda ſoror, aſſiduè delectare, in hoc omnia cordis tui vota conſtitue, in huius ſemper amplexibus ab omni ſopita mundi turbine requieſce.

Appendix.

Ad cautelam prouocat, vt contra tentatoris inſidias ſit accincta. Cap. 5.

SEd interim dum amplecteris ſponſum, caue ſolerter aduerſarium. Adhuc enim in ſalo verſaris, necdum portus ſtatione perfrueris. Procinctus enim iſte caſtrorum, non quietis eſt municipium: Via eſt, iſta patria; ambulamus, & non ha-
bitamus. Tentatio enim eſt vita hominis ſuper Iob. 7.
terrã: quapropter ſi tẽtationũ bella deſunt, gaude quidẽ, noli tamẽ nimiũ ſecura cõfidere: ſed aduerſus repẽtinos & inopinatos inſidiatorũ hoſtiũ impetus te vigilãter accinge. Sæpe nãque nõnulli ad Deũ de Mũdo cõuerſi, in ipſo ſuæ inchoationis aditu, pacatiſſimæ carnis tranquillitatẽ cogitationumq; percipiũt: procedẽte vero tempore, duris tentationũ probationibus fatigantur. Quod vtique ſemper diuina diſpenſatione cognoſcitur, ne in ipſo ſuæ nouitatis initio, tentationum aſperitate frangãtur. Nam ſi eos adhuc teneros ac intimi conflictus ignaros, amaritudo tentationis exciperet: ad ea ſcilicet, à quibus necdum longè diſ-
ceſſerant, facile remearẽt. Vnde ſcriptũ eſt: Cum Exod. 13.
emiſiſſet Pharao populum, non eos deduxit Dominus per viam Philiſtiim, quæ vicina eſt, reputãs ne fortè pœniteret eũ, ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere, & reuerteretur in Ægyptum. Ex Ægypto itaque recedẽtibus, è vicino pugna ſubtrahitur: quia derelinquentibus ſeculum, quædã pacis ſecuritas datur, ne in ipſa ſuæ teneritudinis nouitate turbati atque contriti, ad ea quæ contempſerant reuertãtur. Prius ergo ſecuritatis ſuauitate mulcentur, prius pacis quiete nutriuntur. Poſt cognitã verò dulcedinẽ, tãtò iam tolerabilius tentationum certamina ſuſtinent, quantò in Deo altius cognouere quod amant. Tu ergo ſic in his quæ fortè proſperantur, exultes, vt ab his quæ poſterius imminent non dormites. Eſto igitur cauta & vndique circumſpecta, ſicque te præbe peruigilem, vt nunquam te hoſtes inueniant oſcitãtẽ. Conferenda ſunt quippe aduerſum te & proſapia generis, & flos ætatis, venuſtas formæ, & memoria facultatis abiectæ. Ad euitanda ſane iſtorum tela
certaminũ, nullus mihi validior videtur clypeus, Clypeus validior
quã meditatio mortis, ac extremi terror examinis. contra mũdi certamina mortis memoria eſt.

De anima cum egreditur, quibus dolorum anxietatibus coarctetur. Cap. 6.

PEnſandũ quippe eſt, cùm iã peccatrix anima vinculis incipit carnis abſolui, quàm amaro terrore cõcutitur, quãtis mordacis cõſciẽtiæ ſtimulis laceratur. Recolit vetita quæ cõmiſit, videt mãdata quæ negligẽter implere contẽpſit. Dolet indulta pœnitẽtiæ tẽpora ſeſe inaniter percepiſſe, plorat immobilẽ diſtrictæ vltionis articulũ ineuitabiliter imminere. Manere ſatagit, ire cõpellitur recuperare vult perdita, nõ auditur. Poſt terga reſpiciens totius trãſactæ vitæ curſum, velut vnũ reputat breuiſſimũ itineris ſpatiũ. Ante ſe oculos dirigit, & infinitæ perennitatis ſpatia deprehẽdit. Plorat itaque, quia intra tã breue ſpatium, acquirere lętitiam potuit omnium ſeculorum. Deflet etiam ſe propter tam breuis illecebræ voluptatem, inenarrabilem perennis ſuauitatis amiſiſſe dulcedinem. Erubeſcit, quia propter illam

A ſuperbiam, quà vermibus erat obnoxia, illá ucglexii quæ choris Angelicis erat inferenda. Iá radios mentis attollit, & cum diuitiarú immortaliúgloriá contemplatur, eam propter vitæ huius inopiá perdidiſſe cõfunditur. Cùmque ſub ſe reflectit oculos ad huius mundi conuallem tetramque caliginé, ſuper ſe miratur ęterni luminis claritatem, & liquido deprehédit quia nox erat & tenebrę quod amauit. O ſi rediuiuum pœnitentiæ tempus mereri poſſet, quam duræ conuerſationis iter arriperet: qualia & quanta promitteret: quantis ſe deuotationum vinculis innodaret: Interea dum hebeſcentes oculi contabeſcút, & dú pect⁹ palpitat, B raucum guttur anhelat, dentes paulatim nigreſcunt, & quandam velut rubiginé contrahút, palleſcunt ora, membra cuncta rigeſcunt: Dú hæc itaque & huiuſmodi, tanquam vicinæ morti præcedentia famulátur officia, adſunt omnia ſimul & geſta & verba. Nec etiam ipſæ cogitationes deſunt, & cuncta hæc amarum aduerſus auctoré teſtimoniú reddút. Coaceruantur omnia ante deſpuentis oculos, & qui cõſpicere refugit, coactus & inuitus attédit. Adeſt præterea hinc horrenda dæmonum turba, illinc virtus Angelica. In illo qui medi⁹ eſt, liquido deprehéditur, cui parti iure poſſeſſio védicetur. Ná ſi pietatis in eo videntur inſignia, inuitationis Angelicæ bláditiis delinitur, atque harmo- C nicæ melodiæ dulcedine, vt exeat, prouocatur. Quòd ſi eú ſiniſtrę parti, meritorú nigredo & fœditatis ſqualor adiudicet, intolerabili mox terrore cõcutitur, repétini impet⁹ violétia perturbaſ, præcipitáter inuaditur, ac de miſeræ carnis ergaſtulo violéter euellitur, vt ad ęterna ſupplicia iam cú amaritudine pertrahatur. Iá verò poſt egreſſioné de corpore, quis explicare valeat quot armatę ſpirituú acies í inſidiis lateát, quot fremétes cunci ferialib⁹ telis inſtructi iter obſideát, & ne tranſire libera poſſit anima, velut militari more cõſtipatæ legiones oppugnát. Hæc & huiuſmodi frequenter in corde verſare, quid eſt aliud quá lenocinátia vi- D tę huius bládiméta reſpuere, múdo repudiú dare, illices motus carnis elidere, ſolumque perfectionis adipiſcendæ propoſitum indeclinabiliter cuſtodire?

Angeli & dæmones morienti adſunt.

Sententia ſcripturarum de die iudicij.

Caput 5.

HIs addendus eſt etiá terror iudicij, vt illius amaritudine valeat Múdi ſalſa dulcedo cõténi. Ad euadendas náque Diabolicæ pugnæ moleſtias valéter aſſurgim⁹, ſi neceſſitatis vltimæ periculum prouidè pertractamus. Ná ſi repétinus atque terribilis aduétus Chriſti dignè perpéditur, quid erit in Múdo, vbi mens humana vel deſipiés delectetur? Ille népe dies eſt, ad qué omnis præcedétum ſeculorú intétio ac ſumma colligitur: cui cuncta ſacrarum Scripturarum volumina famulantur. De quo hæc Petrus, vt audientium corda digno terrore concuteret: Adueniet, inquit, dies Domini, ſicut fur: in quo cœli magno impetu tráſiét, elementa verò calore ſoluentur. Vnde & mox ſubditur: Cùm hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis cõuerſationibus & pietatibus, expectátes & properátes in aduentú diei Domini, per qué cœli ardétes ſoluentur, eleméta vero ignis ardore tabeſcent? De quo & Iudas dicit

Extremi iudicij memoria vtilis eſt contra omnes tentationes.

2. Pet. 3.

A Apoſtolus: Ecce veniet Dominus in ſanctis milib⁹ ſuis facere iudicium contra omnes, redarguere omnes impios de omnibus operib⁹ impietatis eorú, quibus impie egerút, & de omnibus duris quę locuti ſunt contra eú peccatores impij. De hoc nobis in Apocalypſi: Ecce venit cum nubibus, & videbit omnis oculus eum, & qui eum pupugerút, & plágent ſe ſuper ſe omnes Tribus terræ. Et Malachias ait: Ecce venit Dominus exercituú, & quis poterit cogitare dié aduét⁹ ei⁹, & quis ſtabit ad vidédú eú? Et paulo poſt: Ecce dies veniet ſuccéſa quaſi caminus, & erút omnes ſuperbi & omnes faciétes impietaté, ſtipula: & inflámabit eos dies ve- B niens, quę nõ relinquet eis radicé & germé. Et per alium Prophetá dicitur. Adhuc vnu modicú eſt, & ego cõmouebo cœlú & terrá, & mare & aridá, & mouebo omnes gétes, & veniet cunctis gentibus deſideratus. Ité ali⁹: Iuxta eſt dies Domini magn⁹, iuxta & velox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis: Dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clágoris, dies iræ, dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ. Vbi notádus eſt dies tremédi iudicij qué proximè, quéque perniciter aduétare Propheta conſiderat: ad cuius agilitaté expreſſius inculcádá, tot accelerádi nomina coaceruat: Vbi ſcilicet ad voces indi- C ctionis, vis ponit, iuxta: deinde, velox: & nimis: vt liquidò doceat, quia ocul⁹ fidei id iá videt in limine, quod in fidelib⁹ & cęcis corde putatur longius abeſſe. Et iſti quodá modo tribunalibus iá iudicis tremédi aſſiſtut, qué illi per diuturnæ longinquitatis abſentiá, paruipendút. De hoc vltimæ & irremediabilis neceſſitatis die, præconatur Iſaias, dicés: Ecce dies Domini venit crudelis & indignatione plenus, & iræ furoriſque ad deponédá terrá in ſolitudiné, & peccatores eius cõterédos ex ea, cùm ſtellæ & ſplédor earú nõ expádét lumé ſuum, obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo, & Luna nõ ſplédebit in lumine ſuo, & viſitabo ſuper orbé mala, D & cõtra impios iniquitates eorú. Et iterum: Ecce, ait, validus & fortis Dominus ſicut impetus grandinis, turbo cõfringés, ſicut impetus aquarú multarum inundantiú & emiſſarum ſuper terrá. Idé alibi: Ecce nomen Domini venit de longinquis ardés furor eius & grauis ad portádum: Labia eius repleta ſunt indignatione, & lingua eius quaſi ignis deuorás, & ſpiritus eius velut torrés inúdás ad perdendas Gétes in nihilum. Qui rurſus ait: Eritque repéte, confeſtim à Domino exercituum viſitabitur in tonitruo & cõmotione terræ, & voce magna turbinis & tépeſtatis, & flámæ ignis deuorátis. De qua videlicet igne, Petr⁹ ait: Cœli auté qui nũc ſicut & terra, eodé verbo repoſiti ſunt igni reſeruati in die iudicij & perditionis impiorum hominú. De hoc & Propheta dicit: Auditá faciet Domin⁹ gloriá vocis ſuę, & terroré brachij ſui oſtédet in cõminatione furoris & flámę ignis deuorátis. De hac etiá vltione treméda per Moyſem Domin⁹ dicit: Gladius meus deuorabit carnes. De hac Hieremias ait: Gladius Domini deuorabit ab extremo terræ, vſque ad extremú eius, nõ eſt pax vniuerſæ carni. Gladius enim deuorare terram dicitur, & pax vniuerſæ carni deeſſe perhibetur: quia qui núc carnaliter cõuerſaſ, vel terrena ambire immoderati⁹ conuincit, vltimæ diſtrictionis neceſſe eſt gladio perimaſ: De quo nimirú gladio per Ezechielem,

Apoc. 1.

Mal. 3.

Agg. 2.

Soph. 1.

Iſa. 13.

Iſa. 28.

Iſa. 30.

Iſa. 29.

2. Pet. 2.

Iſa. 30.

Deut. 32.

Hier. 12.

Ezech. 21. chielem Dominus dicit. Egredietur gladius meus de vagina ſua ad omnem carnem ab Auſtro vſque ad Aquilonem, vt ſciat omnis caro, quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina ſua, irreuocabilem. De hoc vtique gladio, Amos propheta dicit: *Am. 9.* In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt, non appropinquabit, & non veniet ſuper nos malum. Hic diuini iudicij *Nah. 3.* terror, interiores Nahũ Prophetæ aures turbauerat, cum dicebat: Vox flagelli, & vox impetus rotæ & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis aſcendentis, & micantis gladij, & fulgurantis haſtæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ nec eſt finis cadauerum. Enimuero de diuino iudicio quid viderit Daniel, manifeſte deſcribit, di- *Dan. 7.* cẽs: Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit: veſtimentũ eius, quaſi nix, candidũ: & capilli eius, quaſi lana munda. Thronus eius, flãma ignis: rotæ eius, ignis accẽſus: Fluuius igneus rapidus, quia egrediebatur à facie eius. Et paulo poſt: Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Qui nimirũ libri, ipſi intelligendi ſunt Sancti, quorũ nũc meritum ab eis per cuſtodiã humilitatis abſcõditur, & tãquã volumen codicis ne legatur, inuoluitur: tunc autem ad eorum gloriam, vniuerſorũ oculis aperitur, vt in eis præuaricatores, tanquam per digeſtæ ſcriptionis articulũ, legant diuinæ Legis mãdata, quę dũ adhuc viuerẽt, ſeruare contempſerũt. Illic compellũtur & legere, qui hic per arrogantiæ faſtum, verba Dei dedignantur audire. Illic iugum Domini leue, & onus eius ſuaue mitibus & patientibus eſſe conſiderant, quod hic ſuperbiæ ſuę ceruicibus intolerabile iudicabant. Illic ſuperbum omne confunditur, & quicquid elatum fuerat, ſub tantæ Maieſtatis indignatione *Iſa. 2.* curuatur. Vnde per Iſaiam dicitur: Oculi ſublimis hominis, humiliati ſunt, & incuruabitur altitudo virorum: exaltabitur autem Dominus ſolus in die illa, quia dies Domini ſuper omnem ſuperbum & excelſum, ſuper omnẽ arrogantẽ, & humiliabitur: & ſup cedros Libani ſublimes & erectas, & ſuper omnes quercus Baſan, & ſuper omnes mõtes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos, & ſuper omnem turrim excelſam. & ſuper omnem murum munitum, & ſuper omnes naues Tharſis, & ſuper omne quod viſu pulchrum eſt: Et incuruabitur ſublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Dominus ſolus in die illa, & idola penitus conterentur: & introibunt in ſpeluncas petrarum, & in voragines terræ à facie furoris Domini, & à gloria maieſtatis eius, cùm ſurrexerit percutere terram. Quę nimirum verba ſeriatim fortaſſis exponerem, niſi epiſtolaris compendij regulam excedere deuitarem. Illud dũtaxat ſummatenus videtur perſtringendũ, quod rebus inſenſibilibus dies diuini iudicij dicitur imminere: ſed per ſignificationes rerum ratione carentium ſolidità intelligitur hominum reproborum. Cedri quippe Libani ſublimes & erectæ, potentes ſunt huius ſeculi, per excellentiam quidem terrenæ ſublimitati elati, ſed bonorum operum fructibus infœcundi. Quercus autem, fructus quidem profert, ſed non quibus homo reficitur, ſed vnde ſues *Sues, myſtice qui ſint vel intelligantur.* aluntur. Sues, immundi intelligendi ſunt ſpiritus, qui ſpurcis ſordentiũ hominũ operibus ſaginãtur. Porrò mõtes excelſi & colles eleuati, ſuperbi quique ſunt, quaſi per aggerẽ tumidę cogitationis in alta porrecti, ſed frumẽto quo valles abũdãt, cunctiſque ſpiritualiũ ſtudiorũ frugibus vacui. Iam verò turris excelſa & murus munitus, illos inſinuat qui cum peccatores ſint, in quadam ſe velut innocentiæ arce cõſtituũt, ſeſeq; defenſionis clypeo cõtegẽtes, reprehẽſorũ ſuorũ iacula ad ſe pertingere nõ permittũt. Tharſis autẽ, exploratio gaudij dicitur. Quiſquis enim in hoc ſeculo vnde gaudere poſſit, explorat, huic ſuperueniens dies Domini, quibus perpetualiter amareſcat, mœroris atq; triſtitiæ moleſtias irrogat. Venit & dies Domini nõ ſuper omne quod pulchrũ eſt, ſed ſuper omne quod viſu pulchrũ eſt: quia diuini põdere iudicij premitur ille qui intrinſecus quidẽ vitiorũ latẽter ingruẽtiũ deformitate cõfunditur: foris autẽ, quadã adũbrata virtutis vel potius honeſtatis pulchritudine palliat. Sed cũ plurima ſuppetãt, nos enucleatius exponere poſtponimus, quia prolixiores ſtili planiciẽ deuitamus. Exẽpla quoq; de diuini terrore iudicij plura his ſuperſedemus inſerere, quia cũ huic tremẽdo examinationis eloquij cœleſtis intẽtio militet, nos in exaggeratione eius elaborare diutius nõ oportet. Ad hoc enim pleniter intimãdũ, & ſi cætera cũcta deeſſent, ſola illa veritatis verba ſufficerẽt, quibus ait: Erũt dies illi tribulationis, tales, quales nõ fuerũt ab initio creaturæ quam cõdidit Deus vſque nunc, neque fient. *Mar. 13*

Hic admonetur ne ſub pietatis ſpecie ad Seculum reuertatur. *Cap. 6.*

TV autẽ Domina mea, domina, inquã, mea, imo regina, domino meo, cæleſti, ſcilicet Regi, per annulũ viuę fidei, & arrha Spiritus ſancti deſpõſata: tu inquã, hæc & his ſimilia quæ de diuini furoris & indignationis amaritudine leguntur Mundi amatoribus imminere, crebrius perlege, ſubtilius meditare, vt hoc velut amarę cõfectionis antidoto, ſibilos antiqui Serpentis, eiuſque lethale virus poſſis euadere. In memetipſo frequenter expertus ſum, *Extremi iudicij memoria, Mundi blandimenta extinguit.* quia cùm viſceribus meis huius cogitationis amaritudo diffunditur, à cunctis male blandientis Mũdi, vt ita loquar, humoribus, mẽtis meę ſtomachus exſiccatur. Sæpe enim malignus Spiritus, velut auis in ramo arboris, ſic in lingua ponit adulãtis, & *Dæmon adulantis lingua, vt auis ramo inſidet.* vt per organũ vaſis, in vaſi virus effundit, quod lethaliter in audiẽtis interiora trãsfundit. Tu autẽ obtura aures male ſuadẽtibus Sirenibus, & Scyllæ voraginis prudẽter euade naufragiũ. Sicque cor tuum in ſancto propoſito terror iudicis figat, vt nequaquã ventus aſſentatorij fauoris hic euellat. Antiquus enim ille Seductor, qui dudũ Euę, per ſerpẽtẽ, verſutiæ ſuæ virus inuomuit, adhuc fortaſſis & tibi, tãquã filiæ, mortẽ ſeruãs, per aliud ſuũ vaſculũ ſibilabit. Reuertere, inquiẽs, domũ ſub ipſo ſacrę profeſſionis habitu, rege familiã, expone piè viuẽdi formã, *Sacra profeſſionis habitus.* tene ſuper filiũ eiuſque coæuos grauitatis ac modeſtiæ diſciplinã. Proinde lapſuro nõ abſonã legibus ſpõſam, nec reſilire permittas ſibimet obſequẽtiũ clientelã. Hæc igitur fabricãs nequitiæ Spiritus, nõ curat qua te ad ſeculum retrahat veſte, dũ modo cõſidat quod ſecularis actus principetur tibi in mente.

De Monacho, qui de eremo ad cœnobium rediens, per immũditiam lapſus interiit. *Cap. 7.*

POrro autẽ cũ plurima ſuppetant, id potiſſimũ quod nobis ante paucos dies contigit, referre,

congrui iudicauimus. Monachus quidem ſimplicis naturæ, humiliſque modeſtiæ, nobis aliquando cohabitaturus adhæſit, ac per octennium ferè nobiſcum in eremo non ſolum caſtè, ſed, iuxta fratrũ quoque omnium teſtimonium, laudabiliter vixit. Et quoniam ſcribendi peritus extitit, non pauca nobis librorum volumina pellucibiliter exarauit. Nuper autem cum obeſo vegetus corpore ac robuſtior ſolito eſſe videretur, cœpit obſtinatè depoſcere, vt ad ſuum permitteretur monaſterium remeare. Quod nimium cordi eius malignus intulit aduerſarius, vt perſpicuè poſtmodum ipſius rei declarauit euentus. Nam mox vt iuxta petitionem ad ſuum monaſterium eſt reuerſus, cum alio quodam monacho dierum malorum ſene in deſcribendis litteris æquè perito atque librario, per ſemoralis fluxus egeſtionem cecidit, ſicque omnes repentina contagione ſceleratiſſimi criminis, à quo diu mundus vixerat, fœdauit. Et ne ſine vindicta, tam plectibilis culpa tranſiret, ægritudine mox irruente decubuit, paucisque deinceps diebus ex hac vita, confeſſus & cõfuſus, abſceſſit. Sic, ſic igitur, qui ſtat videat ne cadat, & qui ſolo præcepto cum vxore Loth poſt terga reſpicere non veretur, conſpecto ſaltem ſalis ſtatunculo, ac Deo ſuper vindice terreatur.

1. Cor. 10.
Gen. 19.

De ſepultura Sophiæ Marchioniſſæ, & eius fœtore intollerabili. Cap. 8

AT fortaſſiſè contra dicitur, quia corpuſculum tuum gracile nimis & delicatum, ab ipſis lactantis infantiæ rudimentis, eſculentiſſimis ac penè regalibus fuit epulis, molliter enutritum: Nec ſororum menſulis potes nunc eſſe contenta, quæ magnificis olim fueras ferculis aſſueta: Sed nec hodie quidem vel communibus cum eis vti potes edulis, quæ marinas exquiſitáſq; delicias indicis aſſneueras inſercire pigmentis. Hic itaq; male blãdientibus ſuadelis, immò litis melle ſagittis, ex diabolica pharetra manifeſtè vibratis, tu diſcipula crucifixi prudenter ocurrere, eaſque à te conditionis tuæ ſedula conſideratione repelle. Perpende quia caro, quæ nunc accuratis dapibus enutritur, paulò poſt vermibus ſcaturire compellitur: ipſaque tunc ſit eſca rodentium, quæ nunc delectabiliter ſaginatur iocunditate ciborum, ac tantò grauiorem exhalat putrefacta ſætorẽ, quãtò ſuauiorem ſibi procurauit educata mollitiem. Ecce dum iſta conſcribimus, Sophia nobis ad memoriam redit, duorum ſcilicet marchionum, Vguzonis ſoror, Rainerij filia. Quæ ferè ante hoc ſexennium, dum ſana adhuc eſſet & incolumis, Abbatem monaſterij ſancti Chriſtophori martyris, vt ſibi ſepulturam conſtrueret, orauit. Illoque renitente, eámque delirare perhibente, difficilius impetrauit: Factúmque inter monachorum clauſtra ſepulchrum mox vt ingreſſa conſpexit, neſcio quo iudicio in ægritudinem corruit, ac paulopoſt abortiit & obiit. Cuius profectò tumulus cum eſſet gypſeus, artificioſiſque cementariorum ſtudiis vndique communitus, tantam illuuiem per continui circiter anni circulum exhalauit vt tolerari vix poſſet, nec fratres quieſcere in tota illius clauſtri medietate permitteret. Et cum multa circumquaque ſepulchra ſubſiderent, eademque ſatis minora impendia percepiſſent, nullum præter hoc ſolum moleſtias naribus ingerebat, vt

Mortis memoria, carnis & gulæ illecebris medetur.

Delicatius nutrita caro, mortua magis fœtet.

A luce clarius innoteſceret, quoniam humana caro quanto tenerius ac mollius educatur, tanto deterius in putredinem ac nauſeam vertitur. Enimuerò fratres, cùm me inquiſiſſent cur id fieret, quod mihi videbatur, expoſui. Hoc, inquam, vt opinor, ad ſalutem veſtram agitur diuinitus, vt in illo vno corpore, quod tam pulchrum venuſtúmque vidiſtis, quid etiam de cæteris mulieribus, in tentatione luxuriæ ſentiri debeat, liquidò colligatis: quoniam caro illa, & tunc putredo veraciter erat, cũ ad ſe ſpectandum, lubricos intuentium oculos prouocabat. Quid enim tunc fuerit, nunc euidẽter oſtendit. Et quælibet hominis caro quæ nũc

B virere conſpicitur, nequaquam poſt obitum de ſe putredinem generat, ſed quæ ſemper fuerat, tunc ſe tantummodo putredinem manifeſte declarat.

De Veneti ducis vxore, quæ prius nimium delicata, demum toto corpore computruit: Cap. 9.

SEd ad id quod aſſerimus roborandum, cõgruum eſt, vt etiam de viua carne exempla proferamus. Veracis itaq; & honeſti viri didici relatione quod narro. Dux Venetiarum Conſtantinopolitanæ vrbis ciuem habebat vxorem, quæ nimirum tam tenerè, tam delicatè viuebat, & non modo ſuperſtitioſa, ſed artificioſa, vt ita loquar,

C iocunditate ſe mulcebat, vt etiam communibus ſe aquis dedignaretur abluere: ſed eius ſerui rorem cœli ſatagebant vndecunque colligere, ex quo laborioſum illi balneum procurarẽt. Cibos quoque ſuos non tangebat, ſed ab Eunuchis eius alimenta quæq; minutius concidebantur in fruſta, quæ mox illa quibuſdam fuſcinulis aureis atque bidentibus ori ſuo liguriens adhibebat. Eius porro cubiculum tot thymiatum aromatúmque generibus redolebat, vt & nobis narrare tantum dedecus, fœteat: & auditor forte non credat. Sed omnipotenti Deo quantùm huius fœminæ fuerit exoſa ſuperbia, manifeſta docuit vlciſcendo cen-

D ſura. Vibrato quippe ſuper eam mucrone diuini iudicij, corpus eius omne computruit, ita vt membra corporis vndique cuncta marceſſerent, totúque cubiculum intolerabili prorſus fœtore cõpellerent, nec quiſpiam tantam perferre narium iniuriã potuit, non coſmeta, non ſeruulus, vix vna duntaxat ancilla non ſine ſpeciei redolentis auxilio, in eius obſequij ſedulitate permanſit. Eadem tamen raptim accedebat, & protinus fugiens abſcedebat. Diutius ergo hoc languore decocta & miſerabiliter cruciata, amicis quoque lætantibus, diem clauſit extremum. Quid ergo ſit caro, doceat ipſa caro: quodque perhibet mortua, te-

E ſtetur & viua.

Quid ſit caro, docet de ſuppliciis damnatorum. Cap. 10.

SEd ô vtinam, qui huiuſmodi ſunt, ſic pœna tẽporalis afficeret, vt non eos etiam Tartarus expectaret. Illic enim iuxta quantitatẽ gaudij retribuitur menſura tormenti: quantoq; hic altius per iactantiã tumoris extollitur, tãtò illic voracis incendij barathro profundius abſorbetur. Vnde eſt ꝙ de peruerſa anima ſub Babilonis ſpecie dicitur: Quantũ ſe exaltauit, & in delitiis fuit, tantũ date illi tormẽta & luctus. Et alibi: potentes potenter tormenta patientur, & fortibus fortior inſtat cruciatio. Nã & illæ carnales illecebræ vel cætera vitia quæ hic prauos homines inflamabant, illic in

Apo. 18.
Sap. 6.

picem

picē reſináqueuertuntur,&vltricibus flammis vires attribuút: Plaoè, ſicut ſcriptura dicit, illic eſt vmbra mortis, quę profecto nihil aliud eſt, niſi obſcuritas viſionis quia damnat⁹ quiſque cùm æterno igne ſuccēditur, ab interno lumine tenebrat. Natura vero ignis eſt, vt ex ſeipſo & lucē exhibeat & ardorē. Sed tráſactorū illa vltrix flamma vitiorū, habet ardorē, nō habet lucē penitus. Vnde eſt, quod de illo quem à ſe repellit, Veritas dicit: Ligate illi maous & pedes, & mittite eū io tenebras ex-
Matt. 22. teriores: Si itaque ignis qui reprobos cruciat, lumē habere potuiſſet: is qui repelli tur, nequaquā mit-
Pſal. 57. ti io tenebras diceretur. Hinc & Pſalmiſta ait: Super eos cecidit ignis, & nō viderūt Solem. Ignis eīm ſuper impios cadit, ſed Sol igne cadente nō cernitur: quia illos quos Gehennæ ignis deuorat, à viſione veri lumiois cœcat. vt & foris eos dolor cōbuſtionis cruciet, & intus pœna cæcitatis obſcuret, quatenus qui auctori ſuo corpore & corde deliquerunt, ſimul corpore & corde puniantor: & vtrobique pœnam ſentiaot, qui dū hîc viuerent, praois ſuis delectationibus, vtroque ſeruiebant.
Ezech. 32. Vnde bene per Prophetā dicitur: Deſcēderūt ad infernū cū armis ſuis. Arma quippe peccatorum ſunt mēbra corporis, quib⁹ peruerſa deſideria, quę cōcipiūt, exequuntur. Neque exhibeatis membra
Ro. 6. veſtra, arma iniquitatis peccato. Cū armis ad infernum deſcendere, eſt cum ipſis qunquo membris, quibus deſideria voluptatis expleuerunt, æterni iudicij tormēta tolerare, vt tunc eos vndiq; dolor abſorbeat, qui nunc ſuis delectationibus ſubditi, vndique contra iuſtitiam iuſtè iudicaotis pugnaot. Quæ tamen ſupplicia in ſe demerſos & vltra vires cruciant, & in eis vitæ ſubſidiú extinguendo ſeruāt, vt ſic vitā terminus ſumat, quatenus ſemper ſine termino cruciatus viuat: quia & ad finem per tormenta properat, & ſine fine defi-
Mors damnatorum. ciēs durat. Fit ergo miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defect⁹ ſine defectu: quia & mors viuit & finis ſemper incipit, & deficere defect⁹ neſcit. Eāt ergo nunc luxuriæ dediti, & ad propriæ carnis arbitriū vioāt, vt anima poſt modùm & carne ſimul iotereant. Nūc medullas mūdanæ dulcedinis ſorbeāt, vt repleti tūc perpetui cruciatus abſinthio, totis viſceribus amareſcāt. Neceſſe quippe eſt, vt illic dētibus ſtrideāt, qui hîc edacitate gaudebāt. Illic ab eis irremediabiliter plāgitur, à quibus hîc voluptuoſe r detur: Qoique hic olfaciūt nidores aromatū & acredioi inhiāt pigmentorum, illic eos & ſulphoreus fœtor excruciat, & tetra picei
Iob 21. fumi caligo circūdat. Ducunt enim in bonis dies ſuos, & in puncto in inferna deſcendunt.

Quod Monachus frigidus, vitis alga; feruidus autem, vitis eſt fructuoſa. Cap. 11.

Num. 14. VErum hæc illis exaggeranda ſunt mentibus,
Exod. 16. quæ poſt terga relictam Ægyptum repetūt, quæ ſedere ſuper ollas carniū ignobiliter cōcupiſcut, vt his cogitationū fluctib⁹ terrorúque procellis quodāmodo rubrū mare fuit, quod eis in
Ezech. 1. medio ne reuertātur, obſiſtat. Tu autē veneranda ſoror, quæ ſcilicet Euāgelicæ quadrigæ ac rotarū cœleſtiū animalia ſequeris, quorū ſunt pedes recti, quia cū ambulant non reuertūtur, nequaquā;
Gen. 19. vt pro certo confidimus, Loth ſequeris vxorē, ſed
1. Reg. 1. Annæ potius ſtabilitā virtutē: cuius ſcilicet vultus
Appendix

nō ſunt amplius io diuerſa mutati. Et quoniā quod ab adulatore laudatur ab Eccleſiaſtica auctoritate cootemnitur: vtrāque hanc perpende ſentētiā, laudatur peccator in deſideriis ſuis, & qui inique gerit, benedicitur: hoc adulātis eſt. Maledicti qui *Pſal. 9.*
declināt à mādatis tuis: hęc eccleſię vox eſt. Quod *Pſ. 118.*
autē in reprobos iuxta quātitatē criminis & qua ſit etiā mēſura maledictionis, teſtatur Propheta Dauid: Qui nimirū in Iudā Iſcariotē triginta maledi *Pſal. 108*
ctiones intulit, ſicut ille Dominū triginta argēteis ſacrilega venalitate diſtraxit. Quarū, ſicut prima eſt, conſtitue ſuper eum peccatorē: ſic extrema illa eſt, operatur ſicut diploide cōfuſione ſua. Quas ſi quis per Pſalmi ſeriē ſubtiliter quærat, certum eſt, quoniā nō eas vltra citrave reperiat. In ſerie ſcripturarum, diſce cōſequēter & ordinē rerum.
Prius enim lex ſcribitur, deinde hiſtoria texitur *Ordinis librorū Scriptura ſacra myſterium.*
Iudicum, poſtremo liber ponitur regum: Quoniā hîc diuinę legis mādata perficim⁹, poſtmodum ad iudiciom venimus, ad extremum ſi cauſa nō diſſonat, cum Chriſto ſine fine regnamus. Hic afferēdi ſuot prouētus ſegetum qoi cœleſtibus horreis ioferātur. Vitis ſi ſit ferax vuarum, cuncta præcellit arbuſta ſyluarū: Si vero ſit ſterilis, cæteris iudicatur abiectior ac vilior eſſe virgultis. Vnde eſt quod
ad Prophetā diuina vox ait: Fili hominis, quid fiet *Ezech. 15*
ligno vitis ex omnibus lignis nemorum quæ ſunt inter ligna ſyluarū? Nunquid tolletur de ea lignū vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat io eo quodcunque vas? Sic profectò. Monachus, ſi ad proferēdos fructus boni operis ſit intentus & feruidus, nihil inter homines poteſt eſſe *Bono Monacho nil præſtantius*
præſtātius: Alioquin ſi frigidus & infœcundus areſcat, ac dormiēs ſtertat, iure tāquā vitis alga deſpicitur, & ipſis quoque ſecularibus nō æquatur.
Si quis verò ſtudiis adipiſcēdę perfectionis feruet *Monachus mediocriter perfectus, præſtantior eſt ſeculari homine, &c.*
ſed adhuc tamē, per infirmitatē, de prioris vitę vitiis aliquid retinet: ſecularis quiſpiā, licet religioſus eſſe cōprobetur & pius, nequaquā eſt huic per omnia cōparandus. Melius quippe eſt vitioſum aurum quàm æs purum. Et pretioſius eſt hebes margaritum, quàm marmor paryum. Pallens quoque Carbunculus amabilior eſt, quàm cæruleus ſit hyacinthus. Tu quoque, ſi velut in auroræ diluculo conſtituta, de priſtinæ vitæ tenebris adhuc aliquid ſentis: noli diffidere peruenire celeriter ad plenitudinem lucis. Caue tantummodò ne in carnis mollitie requieſcas, ſed in ſanctæ diſciplinæ laboribus te vigilanter exerceas.

Quod Dominicus XII. ſimul pſalteria cum diſciplina cantauit & XIII. cœpit. Cap. 12.

VTinam daretur tibi nūc Dominū meū nominicū videre, qui quod nos imperitæ linguæ conamur officio, ipſe efficacioi luculētiūſq; vitæ doceret & informaret exēplo. Hic deniq; à tri- *Hæc eadē citat Author in Epiſtola ad Alexandrum P. M. de vita eiuſdem D. Dominici qui Loricatus dict⁹ fuit.*
bus circiter annis, Lorica ferrea veſtitur ad carnē. Duobus autē ferreis circulis in corpore cingitur, duob⁹ itē per brachiorū armos arctatur. Sed quia de illo in aliis noſtris opuſculis iā plura digeſſim⁹, nūc quod vix ante ſex dies veniēs retulit, proferamus. Ait itaque: Cōtigit me noſſe quod ſcripſeris me vno die nouē pſalteria decātaſſe, cū corporalib⁹ diſciplinis: Quod certè cū audiui, tremefactus expaui, & conſcientiæ remordente congemui: Væ, inquam, mihi, ecce hoc de me, neſciente me ſcriptū eſt, & tamen vtrū hoc à me fieri potuiſſet

A ignoro. Ego rurſ⁹ experiar, & an hoc explere potuerim, indubitanter agnoſcam. Quarta igitur feria me veſtibus exui, & armata ſcopis vtraque manu totam noctem ducendo peruigilem, pſallere, ac me verberare non deſtiti, donec die altera, decurſis ex more duodecim pſalteriis, de tertio decimo vſque ad Pſalmum, Beati quorum, eructaui. Porrò quod nobis durum ſæpe videtur & aſperum, quàm ille puerile deputet ac deſpectũ, vos doceamus exemplo. Frater quidam, cum ſe ſcoparum ictib⁹ nimis abhorreret atterere, atque vt ipſe ſibimet plagas inferret atque perferret, grauiſſimum iudicaret: tandem Domini dominici crebrius inſiſtentis adhortationibus acquieuit, ac B per modulationẽ totius Pſalterij, & inſuper quinquaginta Pſalmorum ſibimet diſciplinam inferre propriis manibus non ceſſauit. Erat autem nox illa præcedens dominicam diem, & beati Michaëlis feſtiuitatem. Cùmque facto mane ad prædictũm ſenem frater ille veniſſet, timenſque ne de indiſcretione redargueretur, quod egerat per ordinẽ retuliſſet, hac ille voce reſpondit: Noli frater puſillanimis eſſe, vel pro hac tua, quæ nunc eſt infirmitate diffidere. Potens eſt enim Deus ex imis te ad altiora prouehere, & tanquam lacteolę tuę cõuerſationis infantiam ad iuuenilis roboris incre- C menta firmare. Et adiiciens ait: Nos etiam pedetentim cœpimus, ſenſimque, ad quod nos diuina pietas producere voluit, licet imbecilles ac fragiles educti ſumus. Sicque factum eſt, vt non eum de immoderato feruore, ſicut ille timebat argueret, ſed ne deſperationi ſuccũberet, tãquã qui minimũ quid egerit, animũ refoueret. Hui⁹ itaq; ſancti ſenis exemplo faciendæ diſciplinę mos adeo in noſtris partibus inoleuit, vt non modò viri, ſed & nobiles mulieres hoc purgatorij genus inhianter arriperẽt. Nam & relicta Tethaldi ſublimis vtiq; generis & non infimæ dignitatis, mihi aliquando retulit, per præfixam huius diſciplinæ regulam, centum annorum pœnitentia ſemper egiſſe.

Flagellatio purgatorij gen⁹.

R. P. D. Surius legit, Techbaldi, in vita S. Dominici Loricati.

D

De cœleſtis Ieruſalem beatitudine ſempiterna. Cap. 13.

TV itaque libenter audi ſemper facta bonorum, vt ſi vel imitari potes, cumulum tibi perpetuæ retributionis acquirant, vel ſi impoſſibilia ſunt, vberius te in humilitate cuſtodiant. Erigatur ſpiritus ad ea quæ promittuntur, in patria, & exiliens parumpendat quicquid aſperitatis horret in via. Cum pondus auri radiantis attenditur, labor itineris leuigatur. Vbi loco premij corona proponitur, ſtadij curſus E alacriter tranſilitur. Perpende igitur quàm beatus ſit, qui, cùm tanta reproborum multitudo repellitur, ipſe ad nuptiale conuiuium ingredi cum præſentiſſimæ veritatis ſplendida ſpecie, facie ad faciem Deum cernere, & choris Angelicis mereator intereſſe: vbi ſic præſentibus gaudiis ſunt repleti, vt de futura nũquã ſint aduerſitate ſolliciti: vbi dum quieta mens incircumſcripti luminis amœnitate perfruitur, de ſuorum quoque concinium præmiis inenarrabiliter gratulatur. Illic vitæ fontem & ſitientes hauriunt, & haurientes ſitiunt: quia non poteſt vel auiditas paſſionem gignere, vel ſatietas faſtidire.

S. Vita libenter audienda.

A Ex eo plane quod auctori vitæ ſemper aſſiſtunt, omnem vim beatitudinis trahunt. Hinc floridæ iuuentutis æterna viriditas: hinc venuſtas eſt pulchritudinis & indeficiens vigor incolumitatis. Ex illo itaque æternitatis fonte percipiunt vt æternaliter viuant, ineffabiliter gaudeant, & quod eſt longè præſtantius, ad eius conditoris ſimilitudinem conualeſcant. Sicut enim Ioannes Euangeliſta teſtatur, cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicut eſt. Tunc mors abſorpta eſt in victoriam, omniſque in humana natura funditus corruit corruptela. De hac porro ciuitate ſanctus ille Tobias ait: Portæ Ieruſalem ex ſaphiro & ſmaragdo ædificabuntur, B & ex lapide prætioſo omnis circuitus murorum eius, & lapide candido & mundo omnes plateæ eius ſternentur, & per viros eius Alleluya cantabitur. De hac & Ioannes ait: quia ſingulæ portæ eius erant ex ſingulis margaritis, & platea ciuitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum. De qua etiam mox adiecit, quia non eget Sole nec Luna, ſed claritas Dei illuminat eam & lucerna eius eſt Agnus. Ibi præterea natura humana quæ vitiata fuerat cunctis ſqualoribus defœcata tripudiat: & anima facta, in ſuæ puritatis atque ſinceritatis munditia perſeuerat. C Cum ſpiritu ſiquidem & caro ſpiritalis facta concordat, ac totus homo ſui conditoris arbitrio in malo penit⁹ diſſonat. Tũc implet quod ſpõſ⁹ ſpõſę loquitur. Veni ſpõſa mea, tempus putationis aduenit. Surculus enim cum putatur, remanente quod vtile eſt, abſcinditur quod ſuperfluum eſt. Sic ex humana natura manet quidem omne quod conditor fecit, tollitur autem quod diabolus addidit. Illic archana ſingulorum patent oculis omnium. Illic omnium mentes in mutui amoris vnione cõflatę, nulla inuicem varietate diſſentiũt, ſed in communi voluntatis ſtudio omnes vnanimiter fœderantur. Apud nos cum vna feſtiuitas D colitur, altera non habetur: Illic autem omnium ſolennitatum ſemper eſt coaceruata lætitia, quia præſentes illi aſſiſtunt qui ſolennitatum ſunt procul dubio cauſa. Deeſt ignorantia, deeſt impoſſibilitas: quia in ſapientia, cui vniti ſunt, cuncta ſciũt, in omnipotente omnia poſſunt. Illic reuelata facie contuebimur quomodo pater ineffabiliter filium gignat, quomodo Spiritus ſanctus ab vtroque procedat. Illic videbimus quomodo is qui nunquam deeſt, nõ per partes ſed vbique totus eſt, quomodo etiã fieri poſſit vt & intẽdat ſingulis tãquã vacet ab vniuerſis, & intẽdat vniuerſis tãquã vacet à ſingulis: quomodo is qui cœleſtibus præemineat, abyſſi fundamenta ſuſtentet: qui E Mundi intima penetrat, quomodo exteriora cuncta circũdat. Illic odoris ſuauitas cũctorũ excedit vires aromatũ, omnẽ ſuperat flagrãtiã pigmẽtorũ. Illic beatorũ aures harmonicæ dulcedinis melodia permulcẽt. Illic pratis iocũda ſatis amœnitate vernãtibus cãdẽtia lilia nũquã decidũt, roſæque purpureę cũ croceis floribus nõ mareſcũt. Et certe de illa cæleſtis Ieruſalẽ beatitudine ſempiterna incõparabiliter plus eſt in re, quàm mẽs poſſit humana cõcipere. Plus mẽte cõcipitur, quàm ſermonibus vllis explicetur. Quid ergo plura de illis beatorũ ciuiũ gaudiis eloquar, quãdoquidẽ eorũ feliciſſimæ voluntati cuncta prorſus elemẽta deſeruiunt,

1. Ioa. 3.

Tob. 13.

Apoc. 21

Cant. 2.

Beata vitæ ſtatus.

Sanctis, et impoſſibilitas & ignorantia deeſt.

Sanctorũ beatitudini omnia ſeruiunt.

ſeruiũt,& cuncta ad eorũ nutum, omnia ad eorũ vertuntur arbitriũ. Vera quippe eſt ſentẽtia, qua dicitur: Omnia quæcũque voluit Domin⁹ fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyſsis. Et quod de capite dicitur, de mẽbris quoque ei⁹ dignum eſt, vt credatur. His te gaudiis, venerabilis ſoror, Deus omnipotẽs introducat, ipſeq́ue tibi ſit præmiũ cùm aſſumet, qui factus eſt pretium cùm redemit. Cõmenda me Mnyli & Aaron ducibus tuis, ſanctis videlicet Vitali & Rodulpho preſbyteris: Qui videlicet nouerint, quia idcirco cõtra morem Epiſtolæ, Titulos inſeruimus, vt inclinati atque prolixi ſtili duplex faſtidium leuaremus.

Psal. 134

Finis epiſtola ad Blancam, illuſtrem fœminam.

Petri Damiani Oſtienſis Epiſcopi, S.R.E. Cardinalis, diſputatio ſuper queſtione, qua quæritur, ſi Deus omnipotens.

Domino DESIDERIO *Caſſinenſis Monaſterij Reuerendiſsimo rectori: & vniuerſo ſancto conuentui Petr⁹ peccator Monachus, pacis oſculum in ſpiritu ſancto.*

Epiſt. 4. Cap. 1.

QVi ſolus de nimij fluctus procellis eripitur, dum ſagenam adhuc inter rupes & ſcopulos, inter minaces atque intumeſcentes vndarum cumulus periclitari cõſiderat, inhumanus eſt ſi laborantes in diſcrimine ſocios non deplorat. Ego itaque Epiſcopatu dimiſſo, me quidem velut arenis expoſitum gaudeo, ſed te beati adhuc turbinibus atteri, ac inter hiantes pelagi fluctuare voragines, non ſine fraterna compaſſione ſuſpiro. Errat, pater, errat qui confidit ſe ſimul monachum eſſe, & curiæ deſeruire. Quàm male meretur qui Monachorum præſumit clauſtra deſerere, vt Mundi valeat militiam baiulare! Vndis erutus ſanus eſt piſcis, non vt ſibi viuat ſed vt alios paſcat. Vocamur, attrahimur, ſed vt aliis viuamus, moriamur nobis, amat venator ceruum, ſed vt ſibi faciat cibum. Perſequitur capras, lepuſculos inſequitur: ſed vt ipſe bene ſit, illa nihil ſint. Amant & homines nos, ſed non nobis ſibimet diligũt, in ſuas nos vertere delitias cõcupiſcũt. quos nimirũ dũ in exteriora proſequimur, quid aliud quàm Monacho noſtro qui latebat intrinſec⁹, repudiũ dam⁹? Mox enim ad ſumma tendẽtis vitæ ſtatus euertitur, rigor eneruatur diſciplinæ, atque ſilentij cenſura diſſoluitur, & ad effluendũ quicquid libido ſuggeſſerit, ora laxantur. Vnde proceſsit & quod nũc occurrit memoriæ: Vtrum Deus poſsit reparare Virginem poſt ruinã. Nam dum aliquando, vt me[…]potes, vter[…]ne diſcũberemus ad mẽſam, illudque beati Hieronymi ſermocinantibus deueniret in mediũ, audẽter ait loquor, cũ omnia poſſit De⁹, ſuſcitare Virginẽ nõ poteſt poſt ruinã. Valet quidẽ liberare à pœna, ſed nõ valet coronare corruptã. Ego, licet pauidus, vt patet qui diſputare de tãti viri teſtimonio non auderẽ, vnanimi tamẽ patri, tibi videlicet, dixi palàm quod ſenſi. Hæc inquã, fateor, nunquã potuit mihi placere ſententia. Non enim à quo dicatur, ſed quid dicatur, attendo. Nimis ſcilicet inhoneſtum videtur, vt illi qui omnia poteſt, niſi ſub altioris intelligentię ſacramento tã leuiter impoſsibilitas aſcribatur. Tu

Errat qui ſe Monachum & curiæ eſſe poſſe putat

Hier. in epiſt. ad Euſtochiũ de cuſtodia Virginita tis & citatur à D. Thoma. 1. q 25. a. 4.

A autẽ è contrario reſpõdiſti, ratum: Et quod dictũ eſt, nõ ſatis authẽticũ, Deũ videlicet nõ poſſe ſuſcitare Virginẽ poſt ruinã. Deinde lõgis atque prolixis argumentationibus multa percurrẽs, ad hoc tandẽ deffinitionis tuæ clauſulã perduxiſti, vt diceres, Deum non ob aliud hoc nõ poſſe, niſi quia nõ vult. Ad quod ego: Si nihil, inquã, poteſt Deus eorũ quæ non vult, nihil autem niſi quod vult, facit: Ergo nihil omnino poteſt eorũ facere quę nõ facit: Conſequens itaque eſt, vt liberè fateamur, Deũ hodie idcirco nõ pluere, quia non poteſt: idcirco languidos nõ erigere, quia nõ poteſt: Ideo nõ occidere iniuſtos, ideo ex eorũ oppreſsionib⁹

B non liberare ſanctos. Hæc & alia multa idcirco Deus non facit, quia nõ vult: & quia non vult, non poteſt. Sequitur ergo, vt quicquid Deus nõ facit, facere omnino non poſsit. Quod profectò tam videtur abſurdum, tamque ridiculum, vt non modo omnipotenti Deo nequeat aſſertio iſta cõgruere, ſed ne fragili quidẽ homini valeat conuenire. Multa ſiquidẽ ſunt, quæ nos non facimus & tamẽ facere poſſum⁹. Siquãdo tamẽ tale quid in myſticis & allegoricis cõtingat nos reperire Scripturis, cautè potius & reuerẽter accipiẽdũ eſt, quàm iuxta literas audacter & liberè proferẽdum. Sic eſt illud quod Loth properanti Segor ab Angelis dici-

C tur: feſtina, inquit, & ſaluare ibi quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Et pœnitet, me feciſſe hominem. Et quia Deus præcauens in futurum, tactus ſit dolore cordis intrinſecus: Et multa huius generis. Si quid igitur tale diuinis paginis reperitur inſertum, non mox paſſim procaci ac præſumptuoſa vulgari debet audacia, ſed ſub modeſta ſobrij ſermonis proferẽdum eſt diſciplina: quia ſi hoc diffunditur in vulgus, & Deus in aliquo, quod dici nefas eſt, impotens aſſeratur, illicò plebs indocta cõfunditur, & Chriſtiana fides nõ ſine magno animarũ diſcrimine perturbatur. Illo plane modo dicitur De⁹ non poſſe a-

D liquid, quo & neſcire: videlicet quicquid malũ eſt, ſicut nõ poteſt agere ita neſcit agere. Non enim poteſt aut ſic mẽtiri vel peierare, vel iniuſtũ aliquid facere, quanquam per Prophetã dicat: Ego Dominus formans lucem & creans tenebras: faciẽs pacem, & creans malũ: Quod autẽ dicit in Euangelio: De die autẽ illo vel hora nemo ſcit, nec Angeli in cœlo, nec Filius, niſi Pater: hoc proculdubio intelligendũ eſt quòd diſcipulis hoc tãtummodò neſciat, qui ſibi nil prorſus ignorat. Cùm enim Ieſus verbũ videlicet Patris, tempora cuncta cõdiderit: omnia ſiquidẽ per ipſum facta ſunt, quali cõſequentia qui totũ nnuit, diem iudicij pariter & fi-

E nẽ temporis ignorauit? Sed ſuper eundem Saluatore ſcribit Apoſtolus: In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Cur autem abſconditi, niſi quia nõ omnibus palã manifeſti? Nam de eodẽ iudicij die poſt Reſurrectionẽ à diſcipulis inquiſitus ait: Non eſt veſtrũ noſſe tẽpora vel momenta quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Ac ſi dicat: nõ vobis expedit noſſe, quatenus dubietatis iſta ſuſpẽſio in operibus pietatis vos magis ac magis ſemper exerceat, & ab omni, ſi qua poſsit obrepere, vanitate defendat. Scit ergo ſibi, quod neſcit Apoſtolis, qui in hoc proculdubio probat ſe cũ Patre, eũ quo videlicet vnũ eſt, hoc noſſe, cùm denuncians ait: Ego & pater vnũ ſumus. Sic enim

Deũ poſſe multa quę non vult.

Gen. 19.
Gen. 6.

Scandalo ſum eſt dicere Deũ non omnipotentem.

Iſa. 43.
Mat. 24.
Mar. 13.
Col. 2.
Act. 1.
Ioan. 10.

juxta verbi ſonum aſſerit ſe quaſi neſcire quod Pater, ſicut aliquando ſignificatur, quodammodo non habere quod Pater. Vnde eſt quod dicit Apoſtolus: Cùm tradiderit regnum Deo & Patri tanquam regnum, donec ipſe tenuerat, Pater non habebat: & cum Patri tradiderit, ipſe non teneat. Cum tradere regnum Deo Patri nihil aliud ſit juxta ſobrium intellectum, niſi perducere crēdētes ad contemplandam ſpeciem Dei Patris. Tunc quippe regnum Deo Patri à filio traditur, cùm per Mediatorem Dei & hominum in contemplationem diuinitatis æternæ fidelium multitudo transfertur: id eſt, vt iam non ſit neceſſaria diſpēſatio ſimilitudinum per Angelos & Principatus, & poteſtates & virtutes. Ex quarum perſona non inconuenienter intelligitur dici in canticis canticorum ad Sponſam: Similitudines auri faciemus tibi cum diſtinctionibus argēti, quoadusque Rex in accubitu ſuo eſt: id eſt, quoadusque Chriſtus in ſecreto ſuo eſt. Quoniam vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: Cùm Chriſtus apparuerit vita noſtra, tunc & apparebitis vos cum ipſo in gloria. Quod antequam fiat, videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, hoc eſt, in ſimilitudinibus: tunc autem facie ad faciem. Hæc enim nobis contemplatio promittitur, actionum omnium finis atque æterna perfectio gaudiorum. Filij enim ſumus, & nondum apparuit quod erimus: Scimus quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Quod enim dixit ſamulo ſuo Moyſi: Ego ſum qui ſum: Et, qui eſt, miſit me ad vos: hoc contemplabimur, cùm videbimus eum in æternum. Ita quippe ait: hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te vnum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Hoc fiet cum Dominus venerit, & illuminauerit abſcondita tenebrarum, cùm tenebræ mortalitatis huius corruptioniſque tranſierint. Tunc erit mane noſtrũ, de quo in Pſalmo dicitur: Mane aſtabo tibi & videbo. De hac contemplatione intelligitur dictũ, cùm tradiderit regnum Deo & Patri: id eſt, cum perduxerit iuſtos, in quibus nunc ex fide viuentibus regnat mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus ad contemplationem Dei Patris. Multa denique talia reperiuntur in ſententiis ſcripturarum: quæ ſi iuxta litteræ ſuperficiem contenti ſumus accipere, non nobis poterunt lumen veritatis infundere, ſed tenebrarum potius caliginem parturire. Hoc ergo quod dicitur, Deum nõ poſſe malum aliquod, vel neſcire: non referendum eſt ad ignorantiam vel impoſſibilitatem, ſed ad voluntatis perpetuæ rectitudinem. Quia enim malum non vult, rectè dicitur non ſcire vel non poſſe illud malum. Cæterum quicquid vult, indubitanter & poteſt, teſtante ſcriptura: Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos: ſubeſt enim tibi, cum volueris poſſe.

1. Cor. 15 — *Regnum Deo Patri tradi à Christo, quid ſit.* — *Cant. 1.* — *Col 3.* — *1. Cor. 13.* — *1. Ioa. 3.* — *Ex. 3.* — *Ioa. 17.* — *1. Cor. 4* — *Pſ. 5.* — *1. Cor. 15.* — *Deum nõ poſſe vel neſcire aliquod malum, quomodo intelligendũ ſit.* — *Sap. 12.*

Quòd voluntas Dei omnib⁹ rebus cauſa ſit vt exiſtãt. Ca. 2.

VOluntas quippe Dei omnium rerum, ſiue viſibilium, ſiue inuiſibilium cauſa eſt vt exiſtãt: adeò vt condita quæque, antequam ad formarum ſuarum viſibiles procederent ſpecies, iam veraciter atque eſſentialiter viuerent in ſui opificis voluntate. Quod factum eſt, ait Ioannes, in ipſo vita erat. Et idem in Apocalipſi, viginti quatuor ſeniores dixiſſe teſtatur: Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam & honorem & virtutem: quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuã erant & creata ſunt. Prius dicitur: quia erant, & poſtmodum, fuiſſe creata: quia quæ foris expreſſa ſunt per conditionem operis, iam intus erant in prouidentia & conſilio conditoris. Porrò autem ſicut voluntas Dei cauſa eſt, vt quæ nondum ſunt condita, originaliter fiant: ita nihilominus efficax cauſa eſt, vt quæ ſunt perdita, ad ſtatus ſui ordinem redeant. Nunquid enim voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus, ſed volo vt conuertatur, & viuat? Vt ergo ad id quod prælibatum eſt ſermo recurrat, quid præiudicat Deo ſuſcitare poſſe virginem poſt ruinam? Nunquid idcirco non poteſt, quia non vult? & idcirco non vult, quia malum eſt, ſicut dictum eſt mentiri & peierare & iniuſtum quid facere, Deum nec velle nec poſſe? Sed abſit, vt malum ſit, de violata, virginem fieri: imò ſicut malum eſt virginem violari, ita violatam redire in virginem proculdubio bonum eſſet, ſi diuinæ diſpoſitionis ordo cõcederet. Verbi gratia: hominem poſt lapſum, mortis ſubire vindictã malum fuit, licet iuſto Dei iudicio. Mortem enim Deus non fecit, cùm ipſe potius ſit mors mortis, ſicut per Oſee Prophetam dicit: Ego mors tua ô mors. Iam verò ſaltem poſt redemptionis noſtræ myſterium hominẽ immortalem fieri, certè bonum eſſet ſi ſententiam ſemel prolatam clementia diuina diſſolueret. Neque enim hoc omnipotens Deus idcirco vel nolle vel poſſe dicendus eſt, quia malum eſt, hominem videlicet fieri immortalem: Sed iuſto ſuo iudicio noſtræq; ſalutis augmento, quod ipſe nouit, tantùm de vindicta redempti hominis voluit ſupereſſe. Hoc itaque modo malũ eſt poſt ſtuprum virginem eſſe corruptam: bonũ autem eſſet, ſi virginitatis Deus ſignaculum in ea reformaret. Sed licet Deus hoc nullatenus faciat, ſiue vt virginem terreat, quatenus vereatur amittere quod poſtmodum nequeat reparare, ſiue dictante æquitate iuſtitiæ, vt quod tanquã vile per carnis blandimẽta proiecit, id inſtaurare etiã per pœnitẽtiæ lamẽta non poſſit: ſiue certè, vt dũ in ſe ruinæ ſuæ ſigna ſupereſſe conſiderat, acriorib⁹ afflictionis ſuæ remediis indeſinẽter inſiſtat. Siue igitur his ſiue, aliis ſupernæ prouidẽtiæ cauſis ad integritatẽ priſtinã virgo nõ redeat violata, nequaquã tamẽ omnipotẽs Deus dicẽdus eſt hoc nõ poſſe, ſed potius nolle, vt ſeruet arbitriũ æquiſſimæ volũtati, nõ autẽ aſcribatur (quòd abſit) ĩpotẽtia maieſtati. Quod enim malũ eſt, nõ poteſt facere Deus, quia nec poteſt etiam velle: quod tamẽ nequaquã referẽdũ eſt ad impoſſibilitatẽ, ſed ad naturalẽ poti⁹ clemẽtiæ ſingularis bonitatẽ. Quod verò bonũ eſt, & velle poteſt & facere, tametſi quodã cautelæ ſuæ vel prouiſionis intuitu, quædã bona aut rarò faciat, aut nunquam faciat. Alioquin poterat dici ante ſaluatoris aduẽtũ, quia Deus creare nõ poſſet ex vtero virginis filiũ. Nimirũ quod nũquã fecerat, ſed ne quidẽ niſi ſemel factur⁹ erat. Tamẽ & ſi nũquã faceret, & velle, & facere poterat: quia bonũ erat. Virginẽ itaq; ſuſcitare poſt ruinã quomodo nõ poſſit Deus, cũ proculdubio et ille omnipotẽs ſit, & hoc bonũ ſit?

Apo. 4. — *Sap. 1.* — *Oſ. 13.* — *Cur non inſtauret, Deus virginitatem poſt lapſum.*

Quòd abſq; dubio Deus poſt lapſum recreare virginem poſſit. Cap. 3.

Virginem

Virginem ſanè ſuſcitari poſt lapſum duobus intelligitur modis: aut ſcilicet iuxta meritorum plenitudinem, aut iuxta carnis integritatem. Videamus an vtrunque valeat Deus. Iuxta meritum namque plebem fidelium virginem appellat 2.Cor.11. Apoſtolus, cùm Corinthiis dicit: Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Neque enim in illo Dei populo ſolummodo virgines erant, ſed multæ cõiugiis obligatæ: vel poſt virginitatis diſpendium, continentes. Et Dominus Hier. 3. per Prophetam: Si vir, inquit, dimiſerit vxorem ſuam, & illa recedens duxerit virum alterum, nũquid reuertetur ad illum vltra? nunquid non contaminata & polluta vocabitur mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus. Reuerſio iſta planè ad Dominum, quantùm ad qualitatem meritorum pertinet, hoc eſt, de corrupta integram fieri, de proſtituta virginem reparari. Cui rurſus idem ſponſus loquitur: & omnium peccatorum iſt memor non ero. In carnali ſiquidem ſponſione, complexus viri, corruptio carnis, fœdus amoris, diſpendium caſtitatis: Virginem ſe plerumque thalamis nuptialibus tradit, quæ polluta recedit. E contrà, cui cœleſtis ſponſus adhæſerit, protinus abluit maculas turpitudinis, & ad florem reuocat redolentiſſimæ caſtitatis. De proſtibulo virginẽ, de corruptione reddit integritatem. Vnde quoque plerosque nouimus vtriuſque ſexus homines, poſt abominabiles voluptatis illecebras, ad tantam religioſæ vitæ perueniſſe munditiam, vt non modò caſtos atque pudicos quoſlibet in ſanctitate præcederent: ſed & contemnenda multorum virginum merita ſuperarent. Quibus non iam ſola prioris meriti menſura rependitur, ſed proculdubio cum remiſſione reatus, etiam cumulus ſuperadditæ mercedis augetur. Ecce probatum, vt opinor, eſt, iuxta meritum poſſe Deum ſuſcitare virginem poſt ruinam. Iuxta carnem verò, quis tam veſanæ mentis addubitet eum videlicet qui erigit eliſos, ſoluit compeditos, qui poſtremò curat omnem languorem & omnem infirmitatem, clauſulam non poſſe reparare virgineam? Enimuerò qui corpus ipſum de tenuiſſimo ſeminis liquore compegit, qui humanæ formæ ſpeciem per varia membrorum lineamenta diſtinxit, qui necdum exiſtentem condidit creaturã, iam exiſtentẽ reparare non poterit vitiatam? Fateor planè, fateor, nullum timens cauillatoriæ contentionis obloquium conſtanter affirmo, quia valet omnipotens Deus multinubam quamlibet, virginem reddere, incorruptioniſq; ſignaculum in ipſa eius carne, ſicut ex materno egreſſa eſt vtero, reparare. Hæc autem dixi, non vt beato Hieronymo qui pio ſtudio loquutus eſt, detraham: ſed vt eos qui ex verborum illius occaſione, Deum aſtruunt impotentem, inuicta fidei ratione refellam.

Peccator resurgit ad maiorem gratiam.

Quomodo poſſit fieri, vt quod factum eſt, non ſit factum. Cap. 4.

AD illud poſtremò, quod in hac diſputandi materia plures obiiciunt, ſub ſanctitatis tuæ iudicio, video reſpondendum. Aiunt enim: ſi Deus, vt aſſeris, in omnibus omnipotens eſt, nũquid poteſt hoc agere, vt quæ facta ſunt, facta non

A fuerint? Poteſt certè facta quæque deſtruere, vt iam non ſint: ſed videri non poteſt, quo pacto poſſet efficere, vt quæ facta ſunt, facta non fuerint. Poteſt quippe fieri, vt amodo & deinceps Roma non ſit: quomodo verò poſſit fieri vt facta nõ fuerit, nulla capit opinio. Inſpirante Deo reſponſurus ſum ad hoc: in primis exactorem meum verbis Salomonis admonendum video, quibus ait: Eccl.3. Maiora te, ne quæſieris, & altiora te, ne ſcrutatus fueris. Deinde dicendum, quia quod Deus facit, aliquid eſt: quod Deus non facit, nihil eſt. Omnia Ioa.1. per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. De quo nimirum alibi ſcriptũ eſt: Qui fecit, quæ Eccl.3. B futura ſunt. Iuxta quod & illud: qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul. Et Apoſtolus: qui fecit, Eccl.18. Rom.4. inquit, ea quę non ſunt. Omnia planè hæc teſtimonia ſcripturarum teſtantur Deum feciſſe quod non erat, condidiſſe futura, non aboleuiſſe præterita: quanquam & ſæpè legatur Deus aliquid euertiſſe, vt melius aliquid procuraret: ſicut mun- Gen.6. dum per aquæ diluuium, Pentapolim per ignis Gen.19. incendium: Quibus nimirum ſic abſtulit eſſe & futurum eſſe, vt nequaquam abſtulerit & fuiſſe: quanquam ſi ad prauorum hominum merita, qui tunc deleti ſunt, ſolerter inſpicias, quoniam vanitates & inania ſectati ſunt, vt nõ ad eſſe, ſed ad ni- C hilum tenderent, eos meritò non fuiſſe decernas. Hinc eſt quod eos in afflictione ſpiritus conqueri ſcriptura teſtatur: Exiguum, inquiunt, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigeriũ Sap.5. in fine hominis, & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis: quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hęc erimus, quaſi non fuerimus. Erimus, inquiunt, tanquam ſi non fuerimus: quia tunc quando videbantur eſſe, ad nihilum potius pertinebant, quàm ad verum eſſe. Ego ſum, qui ſum: & hæc dices filiis Iſraël: qui eſt, miſit me ad vos. Qui enim Ex.3. ab illo qui verè eſt, recedit, neceſſe eſt vt non ſit, quia ad nihilum tendit. Hinc eſt quòd iterum D gementes dicunt: Extinctus cinis erit corpus no- Sap.2. ſtrum, & ſpiritus diffundetur tãquam mollis aër: tranſiet vita noſtra tanquam veſtigia nubis, & ſicut nebula diſſoluetur, quæ fugata eſt à radio Solis: nomen noſtrum obliuionem accipiet, & pertenuis vmbræ tranſitus eſt tempus noſtrum. Vnde & Propheta: omnes, inquit, gentes, quia non Iſa.40. ſunt, ſic ſunt coram Deo, & quia nihilum & inane reputati ſunt ei. Et Salomon ait: Tanquam mo- Sap.11. mentum ſtateræ, ſic eſt ante eum orbis terrarum, Iſa.40. & tanquam gutta antelucana, & innumerabilia talia reperiuntur in ſcripturis, quibus impij homines, aut tenuiſſimis aut viliſſimis comparantur E rebus, aut nihil eſſe dicuntur etiam tunc cùm potentes eſſe videntur. Vnde & Dauid: vidi, inquit, Pſal.36. impium ſuperexaltatum & eleuatũ ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat. Tunc enim & cùm diuitiis intumeſcunt, cùm ſe arroganter ſuper alios extollunt, cùm denique inferiores per tyrannidis violentiam opprimunt: tunc, inquam eò verius nihil ſunt, quò ab eo, qui verè & ſummè eſt, procul ſunt.

De futuris contingentibus, & philoſophia vſu in ſacris diſputationibus. Cap. 5.

SEd quid ſibi volunt vani quilibet homines & ſacrilegi dogmatis inductores, qui dum aliis

quæſtionum ſuarum tendiculas ſtruunt, dum ip-
ſi ante præcipites gradientibus ſcandala friuolę
inquiſitionis obiiciunt, ipſi potius in lapidem of-
fenſionis impingunt. Nunquid, inquiunt, poteſt
Deus hoc agere, vt poſtquam ſemel aliquid factũ
eſt, factum non fuerit? tanquam ſi impoſſibilitas
iſta in ſolis videatur prouenire præteritis, & non
in præſentibus ſimiliter inueniatur temporibus,
& futuris. Nam & quicquid nunc eſt, quamdiu
eſt, non eſſe, impoſſibile eſt. Item quod futurum
eſt, non futurum eſſe impoſſibile eſt: quanquam
nonnulla ſunt quæ videlicet æqualiter poſſunt e-
Futura uenire & non euenire: ſicut eſt, me hodie equitare
contingẽtia. vel non equitare, amicum videre vel non videre,
B pluere vel aërẽ ſerenũ eſſe. Quę ſcilicet, & his ſimi
lia, huius ſeculi ſapientes conſueuerũt, ad vtrũli-
bet, appellare: quia ſolent ęquè & cõtingere & nõ
cõtingere. Sed hæc ad vtrumlibet magis dicuntur
iuxta variabilem naturam rerum, quàm iuxta cõ-
ſequentiam dictionum. Secundum naturalem
namque variæ viciſſitudinis ordinem, poteſt fieri
vt hodie pluat: poteſt & fieri, vt non pluat. Sed
quantùm ad conſequentiam diſſerendi, ſi futurum
eſt vt pluat, neceſſe eſt omnino vt pluat: Ac per
hoc prorſus impoſſibile eſt, vt non pluat. Quod
ergo dicitur de præteritis, hoc conſequenter ni-
C hilominus de rebus præſentibus & futuris: nimi-
rum, vt ſicut omne quod fuit, fuiſſe neceſſe eſt: ita
& omne quod eſt, quamdiu eſt, neceſſe ſit eſſe: &
omne quod futurum eſt, neceſſe ſit futurum eſſe.
Atque ideo quantùm ad ordinem diſſerendi,
quicquid fuit, impoſſibile ſit non fuiſſe: & quic-
quid eſt, impoſſibile eſt non eſſe, & quicquid
futurum eſt, impoſſibile ſit futurum non eſ-
ſe. Videat ergo imperite ſapientium & vana quę-
rentium cæca temeritas, quia ſi hæc quæ ad artem
pertinent diſſerendi, ad Deum procaciter referũt:
iam non tantùm in præteritis, ſed in præſentibus
ac futuris eum omnipotentem penitus, & inuali
D dum reddant. Qui nimirum, quia necdum didi-
cerunt elementa verborum, per obſcuras argumẽ
torum ſuorum caligines amittunt dare fidei fun-
damentum: Et ignorantes adhuc quod à paruis
tractatur in ſcholis, querelæ ſuæ calumnias diui-
Eccleſiaſtica diſciplina puritas perturbatur ex Dialecticæ artis ignorãtia. nis ingerunt ſacramentis. Et quia inter rudimenta
diſcentium vel artis humanæ nullam apprehen-
dere peritiam, curioſitatis ſuæ nubilo perturbant
puritatis Eccleſiaſticæ diſciplinam. Hæc planè
quæ ex dialecticorum vel Rhetorum prodeunt
argumentis, non facile diuinis ſunt aptanda my-
ſteriis. Et quæ ad hoc inuenta ſunt, vt in ſyllogiſ-
morum inſtrumenta proficiant vel clauſulas di-
E ctionum, abſit, vt ſacris legibus ſe pertinaciter in-
ſerant, & diuinæ virtuti cõcluſionis ſuæ neceſſita-
Dialecticę vſus in rebus diuinis. tes opponant. Quæ tamen artis humanæ peritia,
ſi quando tractandis ſacris eloquiis adhibetur, nõ
debet magiſterij ſibimet arrogantiam arripere:
ſed velut ancilla dominæ, quodam famulatus ob-
ſequio, ſubuenire, ne ſi præcedit, oberret: & dum
exteriorum verborum ſequitur conſequentias,
intimæ virtutis lumen & rectum veritatis trami-
tem perdat. Quis enim manifeſtè non videat, quia
ſi argumentationibus iſtis vt ſeſe verborum ordo
habet, fides adhibetur, diuina virtus in temporũ
quibuſque momentis impotens oſtendatur? Nam
iuxta friuolæ quæſtionis obloquium, non præ-

A ualet Deus agere, vt quæ vel dudum facta ſunt,
facta non fuerint: vel è diuerſo, quæ facta nõ ſunt,
facta fuerint: vel quæ nunc ſunt, quamdiu ſunt, nõ
ſint: vel è contra, quæ futura ſunt, futura non ſint.
De qua nimirum quæſtione veteres liberalium
artium diſcuſſores non modò gentiles, ſed & fidei
Chriſtianæ participes prolixius tractauerunt: ſed
nemo illorũ in hanc auſus eſt proſilire veſaniã, vt
Deo notam impoſſibilitatis aſcriberet: & præſer- *Philoſophorum*
tim, ſi Chriſtianus fuit, de illius omnipotentia du- *nullus tã*
bitaret. Sed ita de conſequentia neceſſitatis vel *inſanus*
impoſſibilitatis iuxta miram ſolius artis diſputa- *vt Deũ negauerit*
uere virtutem, vt nullam in his conflictibus Dei *omnipotentiam.*
B facerẽt mẽtionẽ. Iſti autẽ, qui antiquã quæſtionẽ
nouiter afferunt, dum altiora geſtiunt noſſe quã
cupiunt, potius aciem ſuæ mentis obtundunt, quia
ipſum lucis auctorem offendere non pauefcunt.
Hæc igitur quæſtio, quoniam non ad diſcutiendã
maieſtatis diuinæ potentiam, ſed potius ad artis
dialecticæ probatur pertinere peritiam, & non ad
virtutem vel materiam rerum, ſed ad modum &
ordinem diſſerendi & conſequentiam verborum,
non habet locum in Eccleſiæ ſacramentis, quæ à
paruis ſcholaribus ventilatur in ſcholis. Nõ enim
ad fidei regulam vel morum pertinet honeſtatem,
ſed ad loquendi copiam verborúmque nitorem.
C Quamobrem ſufficiat nobis breui compendio fi-
dem defendere quam tenemus, ſapientibus autem
huius ſeculi, quæ ſua ſunt, cedimus. Habeant, qui
volunt, literam occidentem, dum modo per Dei
miſericordiam ſpiritus viuificans à nobis non re-
cedat.

De Dei infinitudine, præſertim ad creaturas.
Cap. 6.

CONſtat igitur Deum omnipotentem ſic om-
nia ſecula in æternæ ſapientiæ ſuę theſauro
concludere, vt nec ad ſe quid accidere, nec à ſe
quicquam per temporum momenta valeat tranſi-
D re. In illa igitur ineffabili ſuæ maieſtatis arce per-
ſiſtens, ſic omnia in ſuæ pręſentię conſpectu con-
ſtituta vno ac ſimplici contemplatur intuitu, vt
ſibi nunquam penitus vel præterita tranſeant vel
futura ſuccedant. Cui dum ſemper eſſe atque idẽ
eſſe, eſt per æternitatem, dum omne quod labitur
circumſcribit, intra ſemetipſum omnium curſus
temporum claudit: & ſicut intra ſe ſine tranſitu
cohibet omnia tempora, ita nihilominus intra ſe
ſine ſpatiis vniuerſa continet loca. Hinc eſt planè *Hier. 23.*
quod ait: Cœlum & terram ego impleo. Hinc eſt
quod ſapientia illius dicit: Gyrum Cœli circuiui
ſola. De qua & Salomon ait: quia cum ſit vna, om- *Eccl. 24.*
E nia poteſt: & permanens in ſe, innouat omnia. Et *Sap. 7.*
idem alibi, ſi cœlum & cœli cœlorum te capere
non poſſunt, quantò magis domus hæc quam æ-
dificaui tibi? De cuius etiam ſpiritu ſcriptum eſt. *2. Par. 6.*
Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc *Sap. 1.*
quod continet omnia. De quo rurſus dicitur: quia
omnium eſt artifex, omnem habet virtutem, om- *Sap. 7.*
nium proſpiciens. Et Dominus per Prophetam
dicit: Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabel-
lum pedum meorum. Rurſumque de eo ſcriptum *Iſa. 66.*
eſt: Cœlum metitur palmo, & omnem terram *Act. 7.*
pugillo concludit. Sed quippe cui præſidet, inte- *Iſa. 40.*
rior & ſuperior manet. Nam per id, cœlum palmo
metiens & terram pugillo concludens, oſtenditur

quod ipſe ſit, circumquaque, cunctis rebus, quas
creauit, exterior: Id namque quod interius con-
cluditur, à concludente exterius continetur. Per
ſedem ergo, cui præſidet, eſſe interius & ſupra,
perpenditur: per pugillum verò quo continet, eſ-
ſe exterius ſubterque ſignatur. Quia enim ipſe
manet intra omnia, ipſe extra omnia, ipſe ſuper
omnia, ipſe infra omnia, & ſuperior eſt per potē-
tiam, & inferior eſt per ſuſtentationem, & exte-
rior per magnitudinē, & interior per ſublimita-
tem. Vbi ergo ſit aliquid abſque eo qui cum per
molem corporis nuſquam eſt, per incircumſcri-
Col. 1. ptam ſubſtantiam nuſquam deeſt? De quo ait A-
poſtolus: Quia in ipſo conſtant omnia: quoniam
Deus loca- ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Eſt au-
lis, illo- tem vt ita dixerim, locus illocalis, qui ſic in ſe om
calis. nia continet loca, vt non moueatur ipſe per loca,
& cùm omnia ſimul impleat, non per partes ſui
occupat partes loci: ſed totus vbique eſt, nec per
ampliora loca diffuſior, nec per anguſtiora con-
tractior, nec altior in excelſis, nec plus humiliatus
in infimis. Non maior in magnis, non minor in mi-
nimis, ſed vnus idemq́ue ſimplex & æqualis vbi-
que. Nulla indiget creatura, ſed eo indiget om-
nis creatura. Nam & antequam virtutes Angeli-
cas condidiſſet, antequam tempus vel temporale
aliquid extitiſſet, plenas atque perfectas immor-
Cur Deus talitatis diuitias & gloriæ poſſidebat. Ad crean-
creauerit dum igitur quod non erat non eum ſolitudi-
mūdum. nis vel inopiæ alicuius neceſſitas compulit, ſed ſo-
la propriæ clementiæ bonitas prouocauit. Nec
beatitudini eius, rerum conditio conferre aliquid
potuit, cum ita per ſe & in ſe ſit plenus atque per-
fectus, vt nec exiſtente creatura ſibi aliquid acce-
dat, nec ea pereunte decedat. Omnia ſiquidem
flumina intrant in mare: & mare non redundat.

De Dei ſimplici & vna, diſtincta tamen omnium rerum ſcientia & prouidentia. Cap. 7.

EST planè Deo coæternum poſſe omnia, ſicut
& omnia noſſe, idemque ſemper exiſtere. In
illo itaque ſummo rerum cardine naturarum om-
nium iura diſpenſans, ſic omnia tempora præte-
rita, videlicet pręſentia & futura, intra ſuæ proui-
ſionis arcana cōplectitur, vt nec nouū aliquid ſibi
penitus accedat, nec aliquid ab eo per curſus mo-
Deus vna mēta recedat. Sed nec diuerſis obtutib⁹ diuerſa cō
notione ſiderat, vt cū intēdit præteritis, vacet à præſentib⁹
omnia cō- vel futuris: vel rurſus cum præſentia vel futura
prehēdit, conſiderat, oculos à præteritis auertat: ſed vno
diſtincte duntaxat ac ſimplici præſentiſſimæ maieſtatis in-
tamen. tuitu, ſimul omnia comprehendit. Neque hoc cō-
fuſe atque inexplicatè ſed omnia diſcernit, atque
iuxta proprietatem ſuam quæque diſtinguit. Pla-
nè qui in theatro reſidet, non ſimul omnia videt:
quia cùm intendit aciem ante ſe, non videt poſt
ſe: qui autem non in theatro, ſed ſuper theatrum
excelſior ſupereminet, totius vndique interiorem
theatri ambitum vno comprehendit aſpectu: ita
Deus omnipotens, quia omnibus quæ voluuntur,
incomparabiliter ſupereminet, omnia ſimul ſuis
ſubiecta conſpectibus, præſentaliter videt. Et vt
quod loquimur non modo viuax ingenium ca-
piat, ſed & de ſe quilibet facilè comprehendat,

A maior nobis varietas eſt in hoc tam breuiſſimo tē-
poris puncto, quo dicimus cœlum, quàm Deo ſit,
ſimul inſpicere infinita omnium ſpatia ſeculorū.
Nam cum huius particulæ, prima dicitur ſyllaba,
remanet adhuc ſecunda: & cum ſecunda ſonat, iā
prima pertranſiit. Deus autem vno atque ineffabi-
li ſuæ contemplationis ictu ſimul omnia conſpi-
cit, & conſpiciendo diſtinguit. Omnia circundā-
do penetrat, & penetrando circundat. Hinc eſt *2. Pet. 3.*
quod Petrus Apoſtolus ait: Vnum hoc non lateat
vos: quia vnus dies apud Deum ſicut mille anni,
& mille anni ſicut dies vnus. Et quia millenarius
numerus perfectus eſt, mille annos poſuit pro lō-
B gitudine & prolixitate omnium ſeculorum. Vnde
& Pſalmiſta: Mille, inquit, anni ante oculos tuos, *Pſa. 89.*
tanquam dies heſterna quæ præteriit: quia quic-
quid à nobis futurum expectatur, iam Deo per
omnia notum, quaſi præteritum eſſe decernitur.
Eſt enim, ſicut ipſe de ſe dicit, α. & ω. initium & *Apo. 1.*
finis. Et per Prophetam: Ante me non eſt forma- *†forma-*
tor †Deus, & poſt me non erit. Enimuero, quia in *tus.*
ſupremo rerum vertice ineffabiliter ſupereminens, quaſi quodam profunditatis æterni conſilij *Iſa. 43.*
ſui circulo, non modò cuncta tēporū ſpatia, ſed &
loca, & vniuerſas āplectitur creaturas, & hęc om-
nia vno contemplationis ictu ac ſimplici ſemper
C aſpectat intuitu: nō immeritò ſolus potēs, ſolus æ-
ternus, ſolus dicitur immortalis. Vnde & Apoſto- *1. Tim. 1.*
lus, Regi, inquit, ſeculorum immortali, inuiſibili,
ſoli Deo honor & gloria. Et idem: Beatus ſolus *1. Tim. 6.*
& potens, Rex regum, & Dominus dominātium:
qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat
inacceſſibilem, quem nemo hominum vidit nec
videre poteſt. Nā et Angelica virtus quę licet po-
tens ſit, non tamen à ſe, ſed ab illo eſt: Licet im-
mortalis ſit, ſuúmque beatum viuere nullo pror-
ſus fine concludit, tamen quia & loca mutat &
tempora, coæterna dicenda non eſt ſuo creatori:
quia naturaliter atque eſſentialiter eſt ipſa po-
tentia, ipſa immortalitas, ipſa æternitas. Vn-
D de & Moyſes: Dominus, inquit, regnabit in *Ex. 15.*
æternum & vltra. Nam & Angelica beatitudo
iuxta conditionis ſuæ modum non immeritò vi-
detur ęterna, quæ nulli prorſus termino probatur
obnoxia. Et meritò dicitur, quia in æternū viuit:
quia beatè viuere nunquam deſinit. Sed ille non
ſolum in æternum, ſed in æternum regnat & vltra,
qui cuncta ſeculorum volumina intra prouiſio-
nis ſuæ continet ſinum, & non tanquam præteri-
ta vel futura, ſed vt reuera præſentia, ſuóque ſub-
iecta conſpectui, perſpicaciſſimo comprehendit
intuitu, qui ſuę ditionis imperio regit omnia, cu-
E ius legibus obtemperāt vniuerſa, qui omnes crea-
turas ad nutum ſui diſponit arbitrij: omnibus vi-
uendi moderatur atque temperat ordinem, omni-
um formas diſtinguit ac ſpecies, omnibus, prout
vult, congruas virium tribuit facultates: A quo,
& per quem eſt, quicquid eſt: ſine quo, quicquid
eſt, proculdubio nihil eſt.

De Dei æternitate: Et, an poſſit facta infecta facere. Cap. 8.

OMnipotenti itaque Deo non eſt heri vel cras
ſed hodie ſempiternum, cui nihil defluit, ni-
hil accedit, cui nihil eſt varium, nihil à ſe diuer-

A fuin. Illud hodie, æternitas eſt incommntabilis, indefectiua, inaeceſſibilis: cui videlicet nihil addi, nihil valet minui, & omnia quæ apud nos elabendo diſcurrunt, aut per temporum viciſſitudines ſe variant, apud illud hodie ſtát & immobiliter perſeuerant. In illo ſcilicet hodie, dies ille adhuc immobilis eſt, in quo mũdus iſte ſumpſit originem: in illo iam & ille nihilominus eſt, quo iudicandus eſt per æterni iudicij æquitatem. Neque enim in eam lucem, quæ ſine aceeſſu, ea quæ elegit & illuſtrat: & ſine receſſu, ea quæ reſpuit, deſerit: defectus mutabilitaris venit: quia in ſemetipſo permanens immutabilis, mutabilia cuncta diſponit. B Sicque in ſe tranſeuntia condidit, vt apud ſe, quæ condita ſunt tranſire nequaquam poſſint, nec tẽpus intus in cõſpectu eius defluit, quod apud nos foris per exteriora decurrit. Vnde fit, vt in æternitate eius omnia fixa permaneant, quæ non fixa extrinſecus ſeculorum volumina indeſinenter emanant. Deo quippe dies vna, eſt æternitas ſua: Quam videlicet diem nec fine claudi, nec initio videt aperiri Pſalmiſta, cum dicit: Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia. Quid eſt ergo quod ille non valeat de præteritis omnibus vel futuris, qui videlicet omnia facta vel facienda ſine vllo tranſitu defigit & ſtatuit in ſuæ maieſtatis præC ſentia? Cui profecto & illud tempus intranſibiliter adeſt, quod ea quæ facta ſunt anteceſſit, & illa quæ cuncta deinceps futura, concludit. Hinc eſt enim, quod in his quæ prophetico ſpiritu dicta ſunt in ſcripturis, ſæpè reperiuntur præterita pro futuris poni, & longè poſt agenda velut iam tranſacta narrari.

Præterita pro futuris ponit ſæpe ſcriptura.

Iſa.50. Vnde qui paſſurus erat, per Prophetam Dominus ait: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam nõ auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me. *Pſ.138.* Reſurrecturus autem, reſurrexi: & adhuc ſum tecum. *Pſ.67. Eph.4.* De aſcenſuro quoque, atque ſpiritus ſancti dona miſſuro, dicitur: Aſcendens in altum, captiD uam duxit captiuitatem, dedit dona huminibus: quia videlicet in oculis illius ſapientiæ vnde iſta manabant, omnia tempora ſimul ſtant, futura atque præterita vt reuera præſentia, fixa atque immobilia ſemper aſſiſtunt. Et tantundem eſt, dederunt in eſcam meam ſel: quantùm & dabunt. *Pſ.68.* Et idem eſt, foderunt manus meas & pedes meos: & quod fodient. Iam itaque veniant ſuperuacuæ quæſtionis auctores, imò qui peruerſorum dogmatum nituntur eſſe cultores, & dicant: Nunquid poteſt Deus agere, vt quæ facta ſunt facta nõ fuerint? Quibus ego in prima fronte reſpõdeo, quòd hoc diuinæ bonitatis eſt, de nihilo aliquid agere, non de aliquo potius nihil efficere, cum vtique ſcriptum ſit: Omnia per ipſum facta ſunt, & cætera. *Ioa.1.* Ego probare nolo quòd Deus de nihilo faciat aliquid, tu oſtẽdere niteris quod de aliquo faciat nihil. Sed iam quæſo cuncta ſimul euome, omnes peſtiferi languoris humores ſub vnius conamine ſcreatus effunde, vt multiplici morbo, vnius antidori ſufficiat æſtus occurrere, nec ad curationem tui pluribus compellamur confectionum generibus indigere. Age ergo, dic quæſo: Poteſt facere Deus de præteritis, vt quod factum eſt, non fuerit factum: vel de præſenti, quod nunc eſt, quãdiu eſt, vt non ſit: vel, vt omnino quod futurum eſt, vt futurum non ſit: vel rurſus hæc omnia per

A contrarium? Quæ nobis profecto execrationi potius videntur eſſe tradenda, quàm ſtylo. Dic mihi verſutæ quæſtionis obiector: Credis etiã tu, quia quicquid Deus facit: bonum eſt, atque adeo aliquid eſt: & quicquid ille non facit, nihil eſt? Audi ſcripturam: Vidit, inquit, Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. *Gen.1.* Et illud: ſine ipſo factum eſt nihil. *Ioa.1.* Sed quia hoc negare non potes: aſſentior in quis. Tu itaque dum quæris vnam eandemque rem & fuiſſe & non fuiſſe, eſſe & non eſſe, futuram eſſe & futuram non eſſe, niteris profectò quæque facta vel facienda confundere, & inter eſſe & non eſſe nutantia demonſtrare. Quod cerB tè rerum natura non habet: Nihil enim ſimul poteſt eſſe, & non eſſe: ſed quod in rerum natura nõ eſt, proculdubio nihil eſt. Quæris ergo à Deo durus exactor, vt faciat quod ſuum non eſt: hoc eſt, nihil Deus adhuc non didicit facere nihil: tu enim doce & præcipe, vt tibi faciat nihil. Adhuc peto reſpondeas. *Pſ.134.* Credis, quæſo, & quod Propheta canit: cui ſcilicet omnia ſcripturarum teſtimonia concinunt: Omnia, inquit, quæ voluit Dominus, fecit, in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis: Sed hoc etiam à te negari non poſſe manifeſtum eſt. Cum ergo Deus omnia poſſit, cur addubitas Deum hoc non poſſe, vt aliquid ſimul C fit, & non fit, ſi hoc fieri bonum eſt? Porro ſi inutile eſt, res quaſlibet inter eſſe & non eſſe confũdi: Deus autem non inutilia, ſed bona omnia fecit: imò ſi malũ eſt ac per hoc nihil eſt: Hoc Deus omnino non facit: quia ſine ipſo factum eſt nihil. *Io.1.* Huc accedit, quia voluntas ſummi & omnipotentis Opificis tam efficax cauſa eſt omnibus rebus exiſtendi, vel non exiſtendi, vt quod ille vult eſſe, non poſſit non eſſe: & quod non vult eſſe, nõ valeat eſſe. Virtus quippe Dei fecit, vt quod conſtituit fuiſſe, iam non valeat non fuiſſe: & quod conſtituit eſſe, quamdiu eſt, non valeat non eſſe: & quod conſtituit eſſe futurum, iam non valeat D futurum non eſſe. Vnde ergo Dei virtus potentior & mirabilior eſſe perpenditur, inde à ſtultè ſapientibus in ſuo poſſe inualida iudicetur. Sic enim quicquid eſt, ab ipſo eſt, ipſe rebus hanc vim exiſtentiæ contulit, vt poſtquam ſemel extiterint, non extitiſſe non poſſint.

Quod mala dicenda ſunt potius non eſſe, quam exiſtere. Cap. 9.

Mala autem quælibet, ſicut ſunt iniquitates & ſcælera, videntur eſſe, & non ſunt, quia à Deo non ſunt: Ac propterea nihil ſunt, quia viE delicet Deus omnino non fecit, ſine quo factum eſt nihil. *Io.1.* Quapropter ſi quid boni factum eſt ab hominibus, perdere ſuum eſſe, fuiſſe non poteſt: quia opus Dei eſt, etiam ſi per homines factum eſt. Vnde Propheta dicit: Omnia enim opera noſtra operatus es in nobis. *Iſa.26.* Omnia quippe bona, & Dei ſunt, & noſtra: quoniam ille operatur in nobis, qui effectum tribuit operandi. Et Salomõ: in manu illius, inquit, & nos & ſermones noſtri, & omnis ſapientia, & operum ſcientia & diſciplina. *Sap.7.* In illo etiam, ſicut ait Apoſtolus, viuimus, mouemur, & ſumus. *Act.17.* Quod ſi malum factum eſt, & tunc nihil erat, cùm eſſe videbatur: Hinc eſt quod ipſos malitiæ ac prauitatis auctores apud inferos con- *Sap.5.*

queri ſcriptura teſtatur. Tranſierunt, inquiunt,
A omnia illa, tanquam vmbra, & tanquam nuncius
præcurrens, & tanquam nauis quæ pertrãſiit flu-
ctuantem aquam: cuius, cum pertranſieris, veſti-
gium non eſt inuenire, nec ſemitam carinæ illius
in fluctibus: Semita nãque in fluctibus facti, mox
deficit. Vnde rurſus dicitur: Aut tanquam auis
quæ tranſuolat in aëre, non vllum inuenitur itine
ris illius argumentum. Tertium quoque non diſſi-
mile bis rurſus apponitur: Aut tanquam ſagitta
emiſſa in locum deſtinatum, diuiſus aër continuò
in ſe recluſus eſt, & ignoratur tranſitus illius. Ve-
ſtigium certè nauis & auis, & ſagittæ tranſitus,
mox vt fiunt, illicò recluduntur: Sic quilibet ini-
Ibid. qui mox vt incipiunt, præſtò deficiũt. Vnde ſub- B
iungunt: ſic & nos nati, continuò deſinimus eſſe:
imò ipſo momento quo videntur eſſe, non ſunt,
quia ab illo qui nunc eſt, longè ſunt. Vt contra de
Sap. 4. viro iuſto dicitur: Conſummatus in breui, exple-
Pſ. 72. uit tẽpora multa, quia placita erãt Domino opera
illius. De illis autem: deiecisti eos dum alleuaren-
tur: Non ait, poſtquam alleuati ſunt: ſed dum al-
leuarentur: quia per hoc inaneſcunt per quod in-
tumeſcunt, inde corruunt vnde ſublimes fiunt.
Non itaque hoc aſſerendum eſt, quod poſtquam
ad extrema deueniunt, tunc nihil ſunt: ſed tunc
proculdubio ſunt nihil cùm videntur aliquid. C
Nihil apud teſtimonium veritatis, aliquid in vm-
bra caliginis. Adhuc fortaſſis epulabatur ille ſplẽ-
dide, fulciebatur cuneis obſequentium, ambieba-
Pſ. 36. tur agminibus bellatorum, quem Propheta ſuper-
exaltatum & eleuatum vt vidit, & mox ad contẽ-
planda ſumma vt pertranſiit quem magnum ali-
quid forte crediderat, nihil eſſe cognouit. Hinc
Sap. 5. eſt enim quod ſcriptum eſt: quoniam ſpes impij
tanquam lanugo eſt quæ à vento tollitur, & tan-
quam ſpuma gracilis quæ à procella diſpargitur,
& tanquam fumus qui à vento diffuſus eſt, & tã-
quam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis.
Nam qui tot momentanearum rerum exempla D
congeſſit, non tam vile quid eſſe omnem repro-
borum gloriam, quàm nihil eſſe ſignauit. Mala
autem etiam cum videntur eſſe, non ſunt, & ab eo
qui verè & ſummè eſt, procul ſunt. Bona autem
idemque bonus artifex condidit, quæ vt tu quiſ-
quis es, quæris non ſimul eſſe & nõ eſſe poſſunt:
quia in natura rerum quam rationabilis artifex
eſſe conſtituit, alternitas iſta non inuenit locum:
Quia enim inter eſſe & non eſſe confundi malum
eſt, ac potius nihil eſt, idcirco à bono creatore qui
bona omnia fecit, alternitatis iſta confuſio facta
non eſt. In malis autem poteſt vtcunque videri
hæc confuſionis alternitas, quæ certe videntur E
eſſe & non ſunt: atque ideo quia ſunt, & non ſunt.
Sunt quidem in ſuperficie coloris, non autem in
iudicio veritatis: quanquam & ipſis malis nõ poſ-
ſimus hanc diuerſitatem exactè concedere, vt ſi-
mul ſint & non ſint: quia videntur eſſe, ſed non
ſunt: Atque ideo verius dicuntur ſemper non eſ-
ſe, quàm eſſe & non eſſe.

Quod omnia Deus poteſt, ſiue faciat ſiue non faciat. Cap. 10.

MAnifeſtum eſt igitur alternitatem iſtam de
qua quæritur: ſcilicet, vtrum poſſit aliquid
fuiſſe ſimul & non fuiſſe, eſſe & non eſſe, futurum
eſſe & futurum non eſſe, naturis exiſtentium re-
rum nulla poſſe ratione congruere: ad ſolas au-
A tem verborum pugnas, quæ de diſſerendi ac ra-
tiocinandi conſequentiis ſunt, pertinere. Quam-
obrem indubitabili fide credendum eſt Deum
omnia poſſe, ſiue faciat, ſiue non faciat. Nam quod
malum eſt, potius debet dici nihil quàm aliquid.
Atque ideo nihil præiudicat, ſi dicamus Deum
omnia poſſe, licet mala omnia non poſſit: cùm ma-
la, non intra omnia, ſed extra omnia potius de-
beant ſupputari. Hinc eſt quod ſæpe diuina virtus *Diuina*
armaturas dialecticorum ſyllogiſmorum, eorum- *virtus ſyl*
que verſutias deſtruit, & quæ apud eos neceſſa- *logiſmo-*
ria iam ineuitabilia iudicantur, omnium philo- *rũ robur*
ſophorum argumenta confundit. Audi ſyllogiſ- *ſæpe diſ-*
B mum Si lignum ardet, profectò vritur, ſed ardet *ſoluit.*
ergo & vritur. Sed ecce Moyſes videt rubum *Ex. 3.*
ardere, & non comburi: Rurſus: Si lignum præci-
ſum eſt, non fructificat: ſed præciſum eſt, ergo nõ
fructificat Sed ecce virga Aaron in tabernaculo
contra naturæ ordinem reperitur amigdalas pro-
tuliſſe. Alioquin quid eſt tot in Ægypto Pharaoni *Num. 17.*
magnalia ac ſigna portendere, filiorum Iſrael ca-
teruas Ægyptiis pereuntibus per diuiſum mare
transferre, largiſſima flueta ex aridi ſaxi rupe pro-
ducere, & Hiericontina mœnia non armis fremẽ- *Ioſ. 6.*
tibus ſed tubis clangentibus diſſipare? Poſtremò *Ioſ. 10.*
C quid eſt in ſtuporem omnium ſeculorum Solẽ in *4 Re. 20.*
cælo ad imperium Ioſue per vnius diei ſpatium ſi- *Iſa. 38.*
ſtere: per Ezechiam verò, decem ad Orientem li- *Dan. 6.*
neis reuocare, circa tres pueros furentis incendij *& 14.*
vires extinguere: circa Danielem verò cruentos
Leonum rictus & rabida ora refrenare? Quid, in-
quam, hæc omnia ſunt, niſi friuola ſapientum hu-
ius mundi ſenſa confundere, & contra naturæ cõ-
ſuetudinem diuinæ virtutis gloriam mortalibus
reuelare? Veniant Dialectici, ſiue potius, vt pu-
tantur, hæretici ipſi viderint: veniant, inquam,
verba trutinantes, quæſtiones ſuas buccis con-
crepantibus ventilantes, proponentes, aſſu-
D mentes, & vt illis videtur ineuitabilia conclu-
dentes, ac dicant: Si peperit, concubuit: ſed pe-
perit: ergo concubuit Nunquid hoc ante redem-
ptionis humanæ myſterium non videbatur inex-
pugnabilis roboris argumentum? Et quidem po-
terat Deus & facere virginem ante ruinam, & re-
parare virginem poſt ruinam. Vtrumque ſcilicet
bonum erat. Sed licet eatenus neutrum fecerat, v-
trumque tamen poſſe facere credendus erat. Et
certè mirabilius eſt & valde præcellentius virgi-
nem incorruptam manere poſt partũ, quàm cor-
ruptam ad virginale decus reddere poſt lapſum:
quia & maius eſt quemlibet clauſis ianuis ingredi,
E quàm eas quæ patuerint, ianuas claudi. Si ergo na-
tus ex virgine Redemptor noſter, quod maius eſt
& longe præſtantius fecit? quod minus eſt, corru-
ptã quãlibet redintegrare nõ poterit? Potuit Deus
homo ex vtero virginali ſalua virginitate proce-
dere, non poterit violatæ virginitatis diſpendium
reparare? quomodo ergo reſtauratur homicida? *Vt poſt*
quomodo fur? quomodo periurus? quomodo ra- *dignã pæ*
ptor? quomodo omnium certè criminũ rei poſt- *nitentiam*
quã ſe veraciter corrigunt, iam non ſunt, qui fue- *iam non*
runt? Vnde ſcriptum eſt: Verte impios, & *ſit homi-*
non erunt. Sed dicis: fateor, inquam, quia *cida.*
corrupta quælibet poſt pœnitentiam iam non *Pro. 12.*
eſt, quę fuit, vt videlicet fornicationis ſubeat notã,
verũtamen ad veritatis iã nõ reuertitur gloriam.

r

Et ego, è contra reſpondeo: quia qui potuit ex materno vtero illæſa virginitate procedere, valet etiam, ſi vult, violatæ cuiuſlibet virginitatis ſignaculum reformare.

De diuina omnipotentia quam aperte indicant varij, & ſupramodum admirabiles eius effectus. Cap. 11.

PRoponatur adhuc ſuperſtitioſæ quæſtionis obloquium, videatur etiam ex qua ſit radice productum, quatenus præcipiti raptu ſinceræ fidei fruges vberes non obruat: ſed hiatu terræ dignus, cum ipſo fronte, riuus areſcat. Ad affirmandum namque quod Deus nequeat virginem reparare poſt lapſum, quaſi conſequẽter adiiciunt: Nunquid hoc poteſt Deus agere, vt quod factum eſt, factum non fuerit? Tanquam ſi ſemper conſtet, vt ſi fuerit virgo corrupta, iam nequeat fieri vt rurſus ſit integra. Quòd certè quantum ad naturam verum eſt, ſtátque ſententia: factum quoque aliquid fuiſſe & factum non fuiſſe, vnum idémque inueniri non poteſt. Contraria quippe inuicem ſunt, adeò vt ſi vnum ſit, alterum eſſe nõ poſſit. Nam quod fuit, non poteſt verè dici, quia non fuit: Et è diuerſo, quod non fuit, non rectè dicitur, quia fuit. Quæ enim contraria ſunt, in vno eodémque ſubiecto concurrere nequeũt. Hæc porro impoſſibilitas rectè quidem dicitur, ſi ad naturæ inopiam referatur: Abſit autem vt ad maieſtatem ſit applicanda diuinam Qui enim naturæ dedit originem, facile cùm vult, naturæ tollit neceſſitatem. Nam qui rebus præſidet conditis, legibus non ſubiacet conditoris: & qui naturam condidit, naturalem ordinem ad ſuæ ditionis arbitrium vertit: Quique creata quæ libet dominanti naturæ ſubeſſe conſtituit, ſuæ dominationi ſemper naturæ obſequentis obedientiam reſeruauit. Conſiderãti planè liquido patet, quam ab ipſo naſcentis mundi exordio rerum conditor, in quod voluit, naturæ iura mutauit: imò ipſam naturam, vt ita dixerim, quodammodo mutauit contra naturam. Nũquid contra naturam non eſt, mundum ex nihilo fieri? Vnde & à philoſophis dicitur, quia nihil ex nihilo fit.† Animalia non ex animalibus ſed ex ſolidis elementis, ſolo iuſſionis imperio creata: dormientem hominem coſtam perdere, nec dolere: de ſolo viro fœminam ſine fœmina fieri, & in vna coſta omnia hominis membra diſtingui, mutuò ſe nudos aſpicere, & non modo non erubeſcere ſed ne quidem noſſe: Et multa alia, quæ perſequi longum eſt. Quid ergo mirum eſt, ſi is qui naturæ legem dedit & ordinem, ſuper eandem naturam, ſui nutus exerceat ditionẽ, vt ei naturæ neceſſitas nõ rebellis obſiſtat, ſi eius ſubſtrata legibus, velut ancilla deſeruiat? Ipſa quippe rerum natura habet naturam ſuam, Dei ſcilicet voluntatem, vt ſicut illius leges quælibet creata conſeruant: ſic illa cum iubetur, ſui iuris oblita, diuinæ voluntati reuerẽter obediat. Quid eſt enim hodie quod cernimus qui Salamandra ignibus viuit, & non modo aduſtione læſionẽ non patitur, ſed tanquam ſomentis inſuper vegetatur? Quidam quoque vermiculi in feruentiſſimis aquis & naſcuntur & viuunt. Quid eſt, quod palea tam frigida eſt vt obrutas diutiſſimè niues ſeruet: calida, vt poma quælibet maturet acerba? Quid eſt quod ignis cum ipſe ſit lucidus, quælibet fuerunt ab eo aduſta, nigreſcunt: &

A eùm ipſe reſplendeat, quicquid & ambit & lambit, pulcherrimus decolorat? Veruntamen lapides igne candente percocti, ipſi ſunt cãdidi: & quamuis ille magis rubeat, illi flammis albeſcunt. Luci tamen congruit, album, tenebris nigrum. Cùmq; ignis in lignis ardeat, lapidem coquat, contrarios habet in non contrariis rebus effectus. Licet enim ſint lapides & ligna diuerſa, conſtat tamen non eſſe contraria, ſicut album & nigrum: quorum in lapidibus vnum, in lignis exhibet alterum. Illos enim clarificat, hæc obfuſcat, dum in illis omnino deficeret, niſi in iſtis viueret. Cur etiam in carbonibus tanta infirmitas, vt ictu leuiſſimo frangun-
B tur, preſſu facillimo conterentur: tanta firmitas vt nullo humore corrumpantur, nulla prorſus ætate vincantur, vſque adeò vt eos ſubſternere ſoleant qui limites figunt, quatenus litigantes ex eorum oſtenſione conuincant, ſi qui poſt annoſa ac diuturna temporum curricula, fixum lapidem, limitem non eſſe contendant. Quis enim in foſſos humidæ foueæ, vbi ligna putreſcerent, tandiu durare incorruptibiliter poſſet, niſi rerum ille corruptor ignis, efficeret? Calx quoque conceptum ignem atque ſopitum ſic occultiſſimè ſeruat, vt non tangendo ſentiatur, ſed cum extinguitur, tũc accenditur & ſentitur. Vt enim calx ignis occulti
C vim expellat, aqua profunditur: & cum ante frigida ſit, inde ferueſcit vnde feruentia cuncta frigeſcunt. At ſi non aqua ſed oleum, quod vtique fomes eſt ignis, adhibetur, nulla eius infuſione calor vel minimus excitatur. Quid ergo mirum ſi omnipotens. Deus in magnis magnus oſtenditur, cum etiam in minimis atque extremis quibuſque rebus tam mirabiliter operetur? Quid enim vilius pelle colubri? Si tamen oleo ferueſcẽte decoquitur, mirè per eam dolor aurium mitigatur. Quid inferius † pumice? Si ſanguiſuca faucibus hæreat, ſumo eius excepto, ſtatim euomitur: vrinæ quoque difficultas huius appoſitio-
D ne laxatur. Quid de adamante referam, qui non igne, nõ ferro diuiditur, vllâque alia vi niſi duntaxat hircino ſanguine non ſecatur? Quid eſt quod Magnetem lapidem, mirabilem facit eſſe ferri raptorem? Qui tamen ſi Adamas iuxta ponitur, non modo iam ferrum nullatenus rapit, ſed & ſi iam rapuerat, vt ei appropinquauerit, mox remittit, tanquam ſi lapis lapidem timeat, & velut ante cõſpectum maioris potentiæ vires proprias perdat. Nec latet Aſpecten† Archadiæ lapidem propterea ſic vocari, quòd accenſus ſemel iam non poſſet extingui. Pyrites† etiam lapis, qui in Perſide reperitur, cur ab igne nomen accepit, niſi quia te-
E nentis manum, ſi vehementius prematur, adurit? In eadem rurſus Perſide lapis gignitur, qui Scetenetenſi† vocatur, cuius candor interior cum luna ereſcit, eadémque poſtmodum ad defectum tendente decreſcit Quid eſt præterea quod Agrigẽtinum ſal cogit, cùm admotum fuerit igni, fluere: eũ verò in aquã mittitur, velut in ignibus crepitare? quid eſt quod apud Garemantes efficit quendã fontem tam frigidum diebus, vt non bibatur: tam feruidum noctibus, vt non tangatur? Quis in Epiro alium fontem ita mirabilem præbuit, vt cùm ſit contrectantibus frigidus, in eo tamen faces, vt in cæteris extinguũtur, & accendũtur extinctæ? quis in Ægypto huiuſmodi ficũ eſſe cõſtituit,

cuius

† Ariſt. Phyſ. 1. lib. cap. 4. id verò à philoſophis dictũ reſpondet D. Thom. non quoad primam emanationem verũ ab vniuerſali principio, ſed quoad ſecundam quæ eſt à principiis particularibus q. 45. art. 3. ad 1 argum.

Palea, calida & frigida eſt.

Carbonũ natura.

Calcis natura.

† ſor. cunice.

De Adamantis natura, Plin. lib. 37. cap. 4.

De Magnete, Plin. lib. 36. ca. 16 li. 34. cap. 14.

† legendũ, Abeſtõ de quo Marbodæus, cap. 7. Plin. lib. 37. ca. 10. ſolin. legit, Abeſton cap. 12.

Vide Iſid. Orig. lib. 16.

† Vide Pli. lib. 37. ca. 11.

† Legẽdũ, Selenites, de quo Plin. lib. 37. ca. 10. Auic. lib. 2. ca. 412. Marb. ca. 57.

cuius lignum cùm in fluenta proiicitur, non ad lignorum conſuetudinem protinus enatet ſed in profunda mergatur: quódque eſt mirabilius, poſtquam in vnu aliquandiu manſerit, inde ad aquæ ſuperficiem rurſus emergit, quando ſcilicet madefactũ, humoris pondere debuit prægrauari? Quid eſt quod in aruis Sodomæ poma gignuntur, quæ ad maturitatis quidem ſpeciem vſque perueniũt: ſed morſu preſſuve tentata, in fumum atque fauillam corio ſatiſcente euaneſcunt? Quid enim, quod in Cappadociæ finibus Equæ ex vẽto cõcipiunt, idéque fœtus non niſi ad trienniũ vſq; viuunt? Vnde Thion, Indiæ inſula, huiuſmodi vires habet, vt omnes in ea rami arborum nũquam nudentur tegmine foliorum? Vndo & terra illa in Occiduis partibus hãc conſecuta eſt dignitatem, vt ex arborum ramis volucres procedant, & ad pomorum ſimilitudinem annuati atque pennati fructus erumpant? Sicut enim referunt, qui ſe vidiſſe teſtantur, paululum incipit pendulum quid ex ramo ſuſpendi, deinde in imaginem volucris ſpeciemque formari. Poſtremò quantulumcũque plumeſcens, hiatu roſtri ſeſe ab arbore diuidit, ſicque nouus aëris habitator, ante penè diſcit volare, quàm viuere. Enimuero, quis tot diuinæ virtutis magnalia, quæ contra communem ordinem naturæ fiunt, enumerare ſufficiat? Quæ nimirum non humanis diſcutienda ſunt argumẽtis, ſed virtuti potius relinquenda ſunt creatoris. Quid ergo mirum, ſi is qui naturalia rerum omnium iura diſpoſuit, ipſum naturæ ordinem ad arbitrium efficaciſſimæ ſuæ voluntatis inflectit, vt qui matrem Virginem naſcendo ſeruauerat, violatam quamlibet, ſi voluerit, integram reddat? Æquale nempe fuit Deo & prius Enoch & Eliam in carne retinere viuentes, & poſt, Lazarum ac viduæ filium de ſepulchris educere reſurgentes.

De Romulo, Virginis partum vaticinante. Dei tamen arcana non inquirenda curioſius. Cap. 12.

NEſcio ſi legitur, quod à nonnullis intra Romana mœnia celebri fama vulgatur, quod videlicet Romulus qui conditor vrbis aſſeritur, cuius parietina licet ſemiruta, ex magna adhuc parte cernuntur, in hanc vocem, quaſi de firmamento operis eruperit: Certum eſt & immobiliter fixum, quia ni virgo pepererit, domus iſta non corruet. Sicque, ſi tamen verum eſt quod aſſeritur, ex gentilis hominis lingua, ſicut rei probauit euentus, egreſſa eſt prophetia. Nam nocte qua Saluator ad redemptionem noſtram ex Virginali aluo proceſſit, ſicut dicitur, palatium corruit. Vtrumque nimirum, & virginem parere, & ædificium ruere, homini ignoranti Deum, impoſſibile videbatur. Atqui vtrumque potuit ſemper: ſed in vtroque prudentiæ ſuæ ſecreta continuit: & vtrumque, cum voluit, per effectum operis cõgruo tempore declarauit. Illud planè ſtupendum eſt, quod nunc homines in eccleſiæ gremio non modo renati ſed etiam nati, tam audacter, tam impudenter omnipotenti Deo calumniam impoſſibilitatis obiiciunt, & protinus abſorberi terreni hiatus voragine non paueſcunt. Erubeſcat iam

Appendix.

A lingua frenetica, & quæ neſcit eſſe facunda, diſcat eſſe, vel muta. Neſcit ædificationis augmenta depromere: ſciat ſaltem ſine fidei deſtructione tacere. Alioquin abſcindat ſibi ferro præputium per vindictam, non ſibi frenum adhibeat per ſilẽtij diſciplinam. Ventilent quæſtiones ſuas, qui volunt, iuxta modum & ordinem differendi, dummodo per ambages ſuas & ſcholaris infantiæ nænias, contumeliam non inferant creatori, ſciántque impoſſibilitatẽ iſtam in ipſa rerum eſſe natura, & verborum ex arte procedentium conſequentia, non ad virtutem pertinere diuinam, nihilque diuinæ maieſtatis euadere poſſe potentiam, vt dicatur iuxta ſolius naturæ ordinem, verB bórumque conditionem: Si eſt aliquid, quamdiu eſt, non poteſt non eſſe: & ſi fuit, non poteſt non fuiſſe: & ſi futurum eſt, non poteſt non eſſe. Alioquin contra ipſius naturalis proprietatis ordinem exiſtendique materiam, quid eſt quod Deus non poſſit euertere? Quid eſt, quod Deus non valeat noua conditione creare? Diſcurrant itaque iuxta modulum ſuum, litterarum duntaxat, quibus adhuc indigẽt, elemẽta: nec altiora ſe vſurpẽt diuina myſteria. Philoſophus quidam, † dũ ſyderum curſus, ſtellarúmque meatus nocturno tempore rimaretur, in limoſum repente lapſus eſt puteum. C Cuius caſum Poetata eſt Arabi dicens, quæ illius erat ancilla: Dominus meus ignorabat quod ſub pedibus eius iacebat vile lutum, & inueſtigare tentabat arcana cœlorum. Ex cuius nimirum vocabulo, Iambicum metrum nomen accepit. Animaduertant hoc, qui modum ſuæ capacitatis excedunt, & ad ea quæ ſuper ſe ſunt, ſuperbè tentanda, prorumpunt: ne dum aduerſus Deum quid loquuntur, ignorant, incautè ſe inſipientérque loquutos, etiam per illatam ſibi dignè vltionis ſententiam, diſcant.

† *Thalete illum nominãt Antonius Meliſſ. lib. 2. Serm. 77. Maxim. Serm. 21. Laer. 1. lib. in eius vita.*

D *De his qui Deum blaſphemantes leprà percuſſi ſunt. Cap. 13.*

PRudentis & honorati, apud ſeculum, cuiuſdam diaconi didici narratione quod refero. In Bononiæ partibus, inquit, duo quidam viri, qui & amicitiæ inuicem fœdere, & compaternitatis, ſi dignè recolo, neceſſitudine tenebantur, in conuiuio diſcumbebãt, quibus in menſam allatus eſt gallus. Quod videlicet pulmentum vnus illorum arrepto cultello, vt mos eſt, in fruſta deſecuit, tritum quoque piper cum liquamine ſuperfudit. Quo facto, alter protinus ait: Profectò, compater, ſic explicuiſti gallum, vt ipſe ſanctus E Petrus, etiam ſi velit redintegrare non poſſit. Cui mox intulit ille: Planè non modò beatus Petrus, ſed & ſi ipſe Chriſtus imperet, gallus hic perpetuò non reſurget. Ad hanc vocem repente gallus viuus & plumis coopertus exiliuit, alas percuſſit & cecinit, plumas concuſſit, totúmque liquamen ſuper eos qui conueſcebantur, aſperſit. Illico ſacrilegium blaſphemæ temeritatis digna pœna ſequitur vltionis: Nam & in aſperſione piperis, lepra percuſſi ſunt. Quam videlicet plagam non modo ipſi vſque ad obitum pertulerunt, ſed & poſteris ſuis in omnes generationes, velut quoddam hæreditarium, reliquerũt.

Compaternitatis neceſſitudo.

Vnde factum eſt, vt in famulatũ ſubacti ſint ſan-
ctæ Bononiẽſis Eccleſiæ, quæ videlicet beati Pe-
tri Apoſtoli eſt inſignita vocabulo. Quorum pro-
genies, vt relator aſſeruit, hucuſque leproſa, duræ
illationis canone cẽſita eſt, vt ex operib⁹ manuum
ſuarũ inferãt eccleſiæ capiſteria. Sic, ſic nimirũ du-
plici pœnæ, lepræ ſimul & ſeruitutis addictis ſup-
pliciis, inſtruũt alios vt iam temerè de diuina po-
tentia non loquantur. Et Gallus, qui dudum ar-
guerat Petrum in terra negantem, tunc probauit
Petrum cum eo quem negauerat, in cælo regnan-
tem. Et fortè non ſine diuino iudicio huiuſmodi
canonis ſuggillatione ſunt mulctati, vt ſicut triti-
cum à quiſquiliis, capiſterio ventilante diſcerni-
B tur: ita per diſcretionis magiſterium diſcant, &
quæ, velut quiſquilias, vitando repellere: & quæ,
quaſi ad victus vtilitatem, debeant verba profer-
re. Nam peruerſi quilibet homines, dum quicquid
cor ſuggeſſerit, agunt: dum quicquid lingua pru-
rit, inconſultè ac procaciter effluunt, ſi eis aliquã-
do flagella non obuiant, Deum vel non eſſe vel
humana curare non autumant. Dixit enim inſipiẽs
Pſ. 13. in corde ſuo, non eſt Deus. Et iterum: quomodo
Pſ. 72. ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo? Ideo nõnul-
li in ipſo momẽto praui operis, vel è veſtigio poſt
quã nequiter agunt, illico motum diuini furoris
C incurrunt, quatenus & ipſi supernæ patiẽtiæ diu-
tius non illudant, & cæteri ab agendis ſimilibus,
ſe per animaduerſionis eorum exempla compeſ-
cant.

Acute concludit, aſſerendũ eſſe conſtanter & fideliter, Deũ poſſe, etiam facta, infecta facere. Cap. 14.

Enimuero cùm apud Parmenſe oppidum de-
gerem, ibique litterarum & artium ſtudiis
inſudarem, quiddam me contigit noſſe, quod non
inutile videtur, ad poſterorum notitiam, ſtyli cur-
rentis articulo tradere. Ad occidentem ſanè eiuſ-
D dem vrbis, eſt quædam extra muros ſita baſilica, *Baſilica*
Parmenſis gemino beatorum martyrum, Geruaſij & Protha-
SS. Geruaſij & Prothaſij. ſij titulo, decorata. Nocte quadam, quæ videlicet
eorundem martyrum natalitia præcedebat, vir
quidam maturius ſurrexit, boueſq; ſuos in paſcua
remotiora deduxit. Cui comminus quidam, flam-
ma nequiſſimæ libidinis inflammatus, inſidiatus
eſt, vt eius vxorem polluere moliretur. Eadem i-
gitur nocte callidus ad domum eius explorator
acceſſit, & occaſione reperta, non diutius poſtquã
iſte cum paſcendis animalibus abiit, ille febrici-
tare ſe diabolica machinatione confingens, in le-
ctum vxoris illius vir ſimulatus intrauit. Cúmque
E velut frigeſcens intremeret, dentium ſtridores
emitteret, crebrius ſingultiret, infelix mulier, tã-
quam ægrotanti viro compatiens, cœpit illum vl-
nis aſtringere, lodice contegere, & quibus vale-
bat impendiis, confouere. At ille, vt dolorem mẽ-
te conceperat, peperit iniquitatem, violatáque a-
liena, ſibi procurat interitũ: Moxq; cõcitus abiit:
Vxorum ſed ecce breui tẽporis elapſo ſpatio, maritus redit,
contactu ſtratus repetit: Cui protinus vxor expoſtulans, &
pollutis, vehementer exprobrãs, ait: Optimè poteris hodie
Eccleſiam ſanctorũ Martyrũ, quæ tibi tã cõtigua eſt, Eccle-
ingredi re ſiã ingredi, & cũ cæteris Chriſtianis diuinis inter-
ligio.

A eſſe myſteriis. Cumque vir attonitus, quid illa lo-
queretur, inquireret, euentúmque rei, ſicut con-
tigerat, per ordinem cognouiſſet, vterque ſe de-
prehendentes irriſos, ac turpiſſima ludificatio-
ne deluſos, intolerabili doloris anguſtia conſter-
nati ſunt. Interea dum populus in Eccleſiam hinc *Officium*
inde conflueret, vt nocturnæ laudis officium de- *nocturnæ*
uotus audiret, tandem & illi reſumpto ſpiritu, ni- *laudis.*
hilominus conuenerunt, atque omni verecundiæ
rubore poſtpoſito, querelam ſuam coram omni-
bus depoſuerunt, præſertim mulier laceros cri-
nes euellẽs, & vberibus lachrymis ora triſtia pro-
fundens, lugubres emittebat vlulatus in cœlum:
B Domine, tu, inquit, corda hominum noſti, tu
conſcientiæ meæ teſtis es: quia ego hac ſanctiſ-
ſima nocte, etiam proprij thalami viriles am-
plexus abhorrui, alieno præſertim miſceri vi-
ro me penitus ignoraui. Te oro Domine, non a-
ſpicias peccata mea: ſed placeat coram te, vt ſan-
ctorum tuorum vlciſcaris iniuriam. In conſpe-
ctu ergo populi tui oſtende virtutem, & ad glo-
riam ſanctiſſimi nominis prode meæ perditio-
nis auctorem. Producatur in medium, & im-
punitatem crudeliſſimi ſceleris, de ſuæ fraudis
aufugio non lucretur. Cúmque multa his ſimi-
lia amaro ſpiritu, non clam ſed vociferando, pro-
C funderet, & populus ei pro mœrore compati-
ens, idem votis & precibus diuinam clemen-
tiam imploraret, auctor verò ſceleris lateret,
dæmoniaco ſpiritu repente corripitur, & in fu-
rorem nimium atque veſaniam rabidus effere-
batur. Moxque in Eccleſiam, populo obſtu-
peſcente, nouiter proſiliit, omneſque in ſui ani-
mi rationem, ſemetipſum laniando ac diſcer-
pendo, conuertit. Dans itaque fremitus & ru-
gitus, propriis ſe manibus crudeliter lacerabat,
modo velut volans in alta proſiliens, modo ſe
cum grauiſſimo impetu in ima demergens: mo-
do in parietem caput incutiens, modo in paui-
mentum inſaniendo proſternens, omnia viſcera
D ſua miſerabiliter conquaſſabat. Hoc itaque mo-
do malignus ſpiritus eum collidere non ceſſa-
uit, donec infelicem animam coram populo,
qui aderat, de corpore illius euulſit. Videntes
autem qui aderant, immenſam auctori Deo iu-
ſtitiæ gloriam referunt, qui & impunè non paſ-
ſus eſt abire peccantem, & innocentem con-
ſolatus eſt mulierem. Quando autem hoc mi-
hi relatum dicebatur, videbantur ſaxa quibus
impegerat, ſanie illius & cruore rubentia. Por-
ro autem & hic credidit Deum, vel neſcire
quod occultè committitur, vel nequaquam
E poſſe, vt de ſcelera committentibus vlciſca-
tur, dicens in corde ſuo: Non videbit Dominus,
nec intelliget Deus Iacob. Sed ſiue mandata
Dei calcando, ſiue detractionibus ſtimulando *Pſ. 93.*
quis arroganter excedat, non leuis eſt criminis:
Et in paucis ſiue committentibus praua, ſiue
ſuperba loquentibus, quos repente diuina
ſententia percutit, quantùm cæteri qui velut im-
munes videntur, ad horã mereantur, oſtẽdit: Deſi-
nat, oro, iã deſinat quiſquis ponit os ſuũ in cœlo,
vt lingua eius trãſeat ſuper terrã: Quod profectò *Pſ. 72.*
tale eſt, qui ſic Deũ derogationibus lacerat, vt &
cõtra ſeruũ eius de illius impoſſibilitate cõfligat.

Quando

Quando igitur quæſtio iſta proponitur, vt dicatur: Quomodo poteſt Deus hoc agere, vt quod factum fuit, factum non fuerit: reſpondeatur ſana fide: quia quod factum eſt, ſi malum fuit, non aliquid ſed nihil fuit: ac propterea non fuiſſe dicendum eſt quia materiam exiſtendi nō habuit, quod rerum Artifex, vt fieret non mandauit. Quod ſi bonum fuit quod factum eſt, à Deo vtique factū eſt. Dixit enim, & facta ſunt: mandauit, & creata
Pſ. 32. & 148. ſunt. Omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. *Ioa. 1.* Atque ideo tale eſt quod dicitur: quomodo facere Deus poteſt, vt quod factum fuit, factum non fuerit? ac ſi dicatur: Poteſt Deus agere, vt quod fecit ipſe non fecerit? Nimirum, vt quod fecit Deus, non fecerit Deus. Ideo conſpuēdus eſt qui hoc aſſerit, & non reſponſione dignus ſed ad cauterium potius deſtinandus: ad confutādos tamen improbos & dicaces, memorię commēdanda ſunt quæ ſuperius dicta ſunt: Quæ nimirū nos omittimus hic ſuccinctè etiā perſtringere, ne legenti faſtidium valeat ſtili prolixitas generare: Non enim librum ſed epiſtolam edere propoſuimus. Inter cætera tamen illud vnum quod à nobis dictum eſt, memoriç noſtræ non excidat, quoniam creatori omnium Deo, omnia poſſe coæternum eſt, ſicut & omnia noſſe: quódque intra ſapientiæ ſuæ ſinum ſic omnia tempora, præterita ſcilicet, præſentia & futura concludit, figit ac perenniter ſiſtit, vt neque nouum aliquid ad ſe patiatur accedere, nec à ſe quicquam prætereundo tranſire. Veruntamen, quæ eſt illa virtus, quæ poteſtas quà Deus poteſt omnia, quæ ſapientia quà
1. Cor. 1. nouit omnia, inquiramus Apoſtolum. Chriſtus inquit, Dei eſt virtus, & Dei ſapientia. Ibi ſanè vera æternitas, vera eſt immortalitas: Ibi æternum illud hodie quod nunquam tranſit: ibi pręſens ſempiternum, illudque hodiernum quod tanta iugiter ſtabilitate dengitur, vt trāſire neſciat, nec ſe aliquando in præteritum vertat. Ad reuincendam ergo dicacium hominum impudētiam, quibus adhuc propoſitæ quæſtionis abſolutio ſuperius facta non ſufficit: non ineptè poſſumus dicere, quia poteſt Deus facere in illa inuariabili & conſtantiſſima ſemper æternitate ſuā, vt quod factum fuerat, apud hoc tranſire noſtrum, factum non ſit, ſcilicet vt dicamus: Roma quæ antiquitus condita eſt, poteſt Deus agere vt condita non fuorit. Hoc quod dicimus, *poteſt*, præſentis videlicet temporis, congruè dicitur quantùm pertinet ad immobilem Dei omnipotentis æternitatem: ſed quantum ad nos, vbi continuata mobilitas & perpes eſt tranſitus, vt mos eſt, *potuit*, conuenientius diceremus, vt ita intelligamus hoc quod dicitur: Poteſt Deus facere vt Roma non fuerit non condita, hoc ſcilicet ſecundum eum apud quem non eſt tranſmutatiò, nec viciſſitudinis obumbratio:
Iac. 1. Quod nimirum apud nos ita ſonat, *potuit Deus*: Quantùm enim ad æternitatem ſuam, quicquid potuit Deus, hoc etiam & poteſt, quia præſens eius in præteritum nunquam ei vertitur: eius hódie, non in cras, vel in aliquam temporis viciſſitudinem permutatur, ſed ſicut ipſe ſemper eſt quod eſt, ita quicquid illi adeſt, ſemper adeſt. Quapropter, ſicut ritè poſſumus dicere: Potuit Deus, vt Roma antequā facta fuiſſet, facta non fuerit: ita nihilominus poſſumus & congrue dicere: Poteſt Deus vt Roma, etiam poſtquam facta eſt, facta non fuerit. Potuit ſecundum nos, poteſt ſecundum ſe. Illud enim poſſe quod habebat Deus antequam Roma fieret, immutabile ſemper apud ęternitatem Dei & intranſibile perſeuerat: & vt de quacunque re poſſimus dicere, quia potuit eam Deus valemus etiam nihilominus dicere, quia poteſt eā Deus: quia poſſe eius, quod ſibi vtique coæternū eſt, fixum ſemper atque immobile eſt. Potuiſſe enim Dei, apud nos eſt tantūmodo: apud ipſum autem, non potuiſſe, ſed immotum, conſtans, atque inuariabile poſſe, ſemper eſt: Quodcunque enim potuit Deus, indubitanter & poteſt: apud quem nimirum, ſicut non eſt, eſſe & fuiſſe, ſed ſempiternum eſſe: ita conſequenter, non eſt, potuiſſe & poſſe, ſed immobile ſemper & perpetuum poſſe. Sicut enim non ait: Ego ſum qui fui & ſum: ſed potius: Ego ſum, qui ſum, & qui eſt miſit me ad
Ex. 3. vos: ita proculdubio conſequens eſt, vt dicat: Non ego ſum qui potui & poſſum, ſed qui immobiliter & æternaliter poſſum. Illud enim, *poſſe* quod apud Deum erat ante ſecula, illud eſt hodie. Et illud *poſſe* quod ſibi eſt hodie, erat nihilominus ante ſecula: & fixum atque immobile per omnia quę futura ſunt ſecula, æternaliter perſeuerat. Si ergo potuit Deus, antequam quæque facta eſſent, vt nō fierent: ita nihilominus poteſt & nunc, vt quæ facta ſunt, non fuiſſent. Illud enim *poſſe* quod tunc habebat, nec immutatum eſt, nec ablatū: ſed ſicut ipſe ſemper eſt, ita & poſſe Dei mutari non poteſt.
Mal. 3. Ipſe eſt enim, qui per Prophetam dicit: Ego Deus
Ioa. 8. & non mutor. Et in Euangelio: Antequam Abraham fieret, ego ſum. Non enim mutatur iuxta cōditionem noſtram de futurum eſſe in eſſe: vel de eſſe in fuiſſe: ſed ſemper idem eſt, & ſemper eſt quod eſt. Si ergo Deus vnus idémque ſemper eſt: ita apud eum omnia poſſe, indeſectiuum atque pertranſibile ſemper adeſt. Et ſicut veraciter & abſque vlla penitus contradictione dicimus, quia nunc & ſemper Deus hoc eſt, quod erat ante ſecula: ita nihilominus veraciter dicimus quia hoc, nunc & ſemper poteſt Deus quod poterat ante ſecula. Si ergo per omnia ſemper poteſt Deus quicquid ab initio potuit ante rerum conditionem, vt quæ nunc facta ſunt, nullatenus fierent: poteſt igitur vt facta minimè fuiſſent. Poſſe ſiquidem eius fixum eſt & æternum, vt quicquid vnquam potuit ſemper poſſit, nec varietas temporum apud æternitatem vllum viciſsitudinis inuenit locum: ſed ſicut idem ſemper quod in principio erat, ſic etiam totum poteſt quicquid ante ſecula poterat. Propoſitæ igitur diſputationi adhibenda eſt clauſula: Si itaque omnia poſſe coæternum eſt Deo, poteſt igitur Deus vt quę facta ſunt, facta non fuerint. Conſtanter igitur & fideliter aſſerendum eſt, quia Deus ſicut omnipotens dicitur, ita prorſus ſine vlla exceptione omnia veraciter poteſt, ſiue in his quæ facta ſunt, ſiue quæ facta non ſunt, vt illud elogium, velut inuiolabile ponatur in Opuſculi concluſione ſignaculum:
Eſth. 13. Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati. Tu enim feciſti cælum & terram, & quicquid cæli ambitu continetur: Dominus omnium tu es, nec eſt qui reſiſtat maieſtati tuæ.

Appendix. R iij

Deus poteſt facere factum, infectum.

Teſtatur charitatem ſuam erga fratres Monaſterij Caſſinenſis, & virilem eorum virtutem commendat. Cap. 16.

VEruntamen quæſtio iſta, licet aduerſus Deũ inania opponat, babet alias tenebras: continet adhuc obſcuros ſinus atque receſſus, quos nos ſubtilius adhuc rimari idcirco deſiſtimus, quia volumen vitamus extenſum, qui propoſuimus epiſtolare compendium. Præſertim dum in hac diſputãdi materia non aliud attingere decernimus, niſi vt ex impotentia Dei, deuolutam ſuper nos calumniam, veritatis allegationibus repellamus. Sed dum iſta perſcribimus, quò cor feruentius æſtuat, cohibere ſilentio, vt ſaltem ſcintilla non effluat, non valemus. Igitur, vt iam omnes communiter alloquar, nolo vos lateat, venerabiles fratres mei, quia ex quo glorioſi Cœnobij veſtri limen exceſſi, vos iugiter præ oculis habui, vos intimæ dilectionis viſceribus aſtrinxi, atque, vt ita fatear, redeunti mihi à Caſſino ſacratiſſimo, idem contigit, quod mulieri quæ reuertebatur à Tabernaculo Silo, vt nimirum vultus mei non ſint amplius in diuerſa mutati: vobiſcum ſanè præſentialiter habito, vobis ſemper aſſiſto. Alioquin ſi propterea non ſum vobiſcum, quia corporalibus oculis vos non intueor: ergo nec ipſi oculi ſunt in capite, quia caput cernere nequeunt, vel ipſi ſibimet oculi abſentes ſunt: quia nec quiſquã ſe, nec vterque ſe inuicem poſſunt mutua contemplatione conſpicere. Beati ſiquidem, qui vobiſcum viuunt: beati qui inter vos, & in ſanctis operibus veſtris moriuntur. Pia nimirum fide credendum eſt, quia ſcala illa quæ de Caſſino monte olim in cœlum videbatur erecta, adhuc paliis ſtrata, lampadibus corruſcat. Sicut tunc excepit ducem, ita nunc exercitum tranſmittit ad cęleſtia ſubſequẽtem: nec ab eius glorioſo tramite exorbitant declinantes iam defuncti, cuius dum in hoc exilio viuerent, veſtigia ſunt ſecuti. Hoc eſt intimi ſeruoris incendium illud quod mihi inextinguibiliter flagrat in corde, hęc perpes fabula quæ meo verſatur in ore. Inter cunctos autem virtutum flores quos in illo agro pleno cui benedixit Dominus, reperi: fateor, hoc mihi non mediocriter placuit, quod ibi Scholas pucrorum qui ſæpè rigorem ſanctitatis eneruant, non inueni: ſed omnes, aut ſenes cum quibus vtique nobilis vir ſedebit in portis Eccleſiæ, aut iuuenili viuendi decore lætantes, qui nimirum vt filij Prophetarum, idonei ſunt ad Heliam per deſerta quęrendum, aut certè adoleſcentiæ adhuc flore vernãtes, qui iuxta Apoſtolum Ioannem, vicêre malignum. Ecce quod nunc occurrit dicam ad conſolationem diuini mei Petri, qui olim tuus fuerat Capuanus, † nunc in militia eſt regis æterni aſcriptus.

Mõſis Caſſini cœnobium ſacratiſſimum. — *1. Reg. 1.* — *pucrorum Schola.* — *Pro. 35.* — *4. Reg. 2.* — *1. Io. 2.* — *† fort.* Capellanus.

Pueruli cuiuſdam Monachi exemplo, multas bonis imminere à dæmone moleſtias, ſed illas vt fortiter ferant fratres Caſſinen. admonet. Cap. 17.

PVerulus quidam, ætate quinquennis, Hubaldi ſcilicet nobiliſſimi viri, qui mecum degit in eremo, filius, in meo monaſterio factus fuerat Monachus. Hic aliquando intempeſtæ noctis ſilentio quieſcentibus fratribus, ſiue egreſſus, ſiue ſublatus ſit, neſcio. Sed cùm piſtor in piſtrino iaceret: interrupto ad horam ſomno, veſtem quæ illi cominus adiacebat, ſibimet voluit ſuperponere, vt frigus arceret. Extendens itaque brachium, dormientem iuxta ſe reperit puerum. Repente ſtupefact⁹ & valde perterritus, feſtiuus exurgit, lucernam accendit, totámque domum ſollicita curioſitate circuiens, omnes aditus clauſos & obſeratos inuenit. Mane autem facto, non parua admiratio inter fratres verſabatur, nimirum puer, qui, remota omni dubietate, præterito veſpere, in ſtratu ſuo, ipſis videntibus quieuiſſet, qualiter in piſtrinum clauſis ianuis ingredi potuiſſet. Et quidẽ de Apoſtolis legitur, cùm educendi eſſent de cuſtodia publica, quia veniens Angelus Domini per noctem aperiens ianuas carceris & educens eos, dixit: Ite, & ſtantes loquimini in templo, plebi, omnia verba vitę huius. De Petro autem rurſus legitur quia cùm pręcederet eũ Angelus de carcere ad portam ferream, vltrò aperta eſt eis. De Paulo etiam, quia ſubitò terræ motus factus eſt magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris, & confeſtim aperta ſunt oſtia omnia, & vniuerſorum vincula ſoluta ſunt. Porrò autem cùm hos Apoſtolos etiam Angeli de cuſtodiis non educerent, niſi prius ianuas aperirent, mirum eſt valde, quomodo puer vel magicis artibus hominum, vel præſtigiis immundorum ſpirituum, clauſam vndique domum non apertis foribus ingredi potuit. Nam & ipſe puer ſollicitè requiſitus, hoc addebat, quia quidam homines eum aſſumentes ad magnum conuiuium deduxerunt, vbi videlicet omnes epularum delitiæ videbantur, eúmque manducare fecerunt. Referebat etiam, quòd eum vſque ad caſtellum, quod ſupereminet monaſterio, deferentes, ſuper ipſum tintinnabulum, quod iuxta in excelſo dependet, impoſuerunt. Hoc autem idcirco duximus deſcribendum, vt vnuſquiſque noſtrum, dum & ipſos pueros qui peccare necdum nouerunt, maligni hoſtis ſubiacere inſidiis conſiderat: ipſe quoque quod patitur, æquanimiter ferat. Illatas quippe à maligno hoſte moleſtias cum quanta debent portare patientia peccatores, cum illorum aliquando fraudes & ipſi perferant innocentes? Ergo frater ille quem Deus viſitat in ſuis tribulationibus hortor, vt gaudeat: & tentationis impactæ malleo, animę ſuæ purgari rubiginem, fiducialiter credat. Non enim eſt, vt ipſe diabolus fingit terrendo, futuræ damnationis iudicium: ſed æternæ ſalutis potius augmẽtum. Spiritus ſanctus qui eſt lumen æternum & remiſſio peccatorum, illuminet omnes vos & abſoluat, ſedulámque mei memoriam in ſanctis veſtris orationibus vos habere præcipiat.

Act. 5. — *Act. 12.* — *Act. 16.* — *Dæmonũ illuſiones.*

Domino Dominico, & cæteris fratribus qui in ſua vicini montis eremo commorantur, Petrus, peccator Monachus, vltimam ſeruitutem in Domino.

Epiſt. 5.

SCripſiſtis mihi, dilectiſsimi, quia tantus peruerſorum ac violentorum hominum vos liuor infeſtat, quòd niſi vobis raptim celeriterque ſuccurram, vos loco ceditis, aliumque vobis, qui rapinis his atque moleſtiis non ſit obnoxius, prouidetis. Quæ me, fateor, legatio audita grauiter pertulit: & plus me veſtra puſillanimitas, quàm hoſtilis contriſtauit aduerſitas. Nam cùm aſsiduè videamini diuinis inſiſtere paginis, mirum eſt quo-

modo

Patientia regina virtutum

Ro. 15.

A modo vobis adhuc ignota ſit patientia regina virtutum, cui nimirum cuncta deſeruiunt volumina Scripturarum. Quæcunque enim, vt ait Apoſtolus, ſcripta ſunt, ad veſtrā doctrinam ſcripta ſunt, Quare ad noſtram doctrinam? Nunquid vt ſyllogiſmorum calleamus tendiculas ſtruere, aut tonantia & accurata verba Rhetoricæ copiæ coloribus venuſtare, aut Harmonicæ ſuauitatis organa meloſque diſtinguere, aut Aſtrorum Mathematicorum ſigna, vt aiunt, noſcamus radio deſignare? Non planè ad hæc indaganda ſacris ſcripturis, inſtruimur: ſed per eas potius ad exempla patientiæ plane prouocamur. Vnde mox ſequitur:

Scriptura nos docet patientiā. Ro. 15.

B Vt per patientiam & conſolationem Scripturarū ſpem habeamus. Eadem namque Scriptura quæ nos ad tenendā patientiā erudit, ſpe etiam cōſolationis attollit: quia cum narrat, electi Dei quot ſint ſupplicia preſſuraſque perpeſſi, indicat etiam quæ per hæc ſint præmia conſecuti. Medicus nāque plane ſanguiſugas tumentibus membris apponit, viruſque ſimul cum ſanguine ab intimis viſceribus ſorbere permittit: Diuerſæ tamen intentionis eſt medicus & hirudo. Illa ſiquidem nil aliud geſtit niſi vt ſanguinem bibat, iſte ad hoc tēdit vt languidus conualeſcat. Illa ſatiatur & moritur, ægrotus autem dum perdit ſanguinem, recuperat ſanitatem: & illa denique ſua ſe morte ſa- C tiat & exultat, ægrotus autem dum vulneratur ad ſtatum ſalutis erigitur. Quid igitur mirum, ſi omnipotens qui eſt medicus animarum, ſic nos occulta ſui moderaminis arte diſponit, vt ex alienis vulneribus nobis medicamenta conficiat, quatenus dum hoſtile vulnus nobis infligatur, ex eo potiſſimum ſalutis antidotum procuretur.

Sanguiſuga ſiue hirudinis vſus in medicina.

Tyrus, genus ſerpentis.

Tyrus planè genus ſerpentis eſt, ex cuius carne teriaca ſit, quæ videlicet graſſantem peſtem, in his quæ venenantur, extinguit. Si igitur venenum veneno nouit homo depellere, quantò magis mirabiliter præualet Deus ex alienis contritionibus nobis vtilia prouidere? D Omnia quippe ſanctorum geſta quid aliud narrant niſi preſſuras atque certamina, quæ de peruerſorum quorumlibet hominum infeſtatione pertulerunt: Ipſe quoque Redemptor noſter, ſeruilem formam, quam ex intemerata virgine ſuſcepit, non antè regnis cœleſtibus intulit, quàm, quę ſcriptura teſtatur, irriſionū atque pœnarum tormenta percurrit. Quid ergo nouum ſi peccator homo, rerū, quæ extra ſe ſunt ſuſtineat amiſſionem, cùm ille qui peccare nunquam potuit, in ſuo corpore pertulerit crucem? Necdum ſane iuxta Apoſtolum vſque ad ſanguinem reſtitiſtis: ſed ô vtinam hoc ſaltem de nobis poſſet dici, quod ille quibuſdam benè patientibus dixit: Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. Hinc eſt quod & alius dicit Apoſtolus: Omne gaudium exiſtimate fratres, cùm in tentationes varias incideritis. Duo ſcilicet ſunt, quæ ſi vigilanter attendimus, facile violentorum quorumlibet inſolentias, iniuriarúmque moleſtias ſuperamus, præcepta videlicet & exempla, quia & Scripturæ ſanctæ nos ad patientiam cohortantur, & electi quique quicquid à furioſis Diaboli membris inferri potuit, æquanimiter pertulerūt. Nam quod diuinis admonitionibus & præcedentium exemplis adiuti, de profundo nobis illatæ tribulationis eripimur, rectè Ieremia Propheta de puteo

Homini fortiter ferenda aduerſa. Hebr. 12.

Hebr. 10.

Iac. 1.

Remediū contra aduerſa.

A prodeūte ſignatur. Proiecerant quippe eum, ſicut ſcriptura teſtatur, in lacum in quo non erat aqua ſed lutū: qui poſtmodùm, vt tenetur, funes ad eum & panni veteres deponuntur. Quid enim funibus niſi præcepta dominica ſignantur? Quæ quia nos in mala operatione poſitos conuinciunt & eripiūt quaſi ligant & trahunt, coarctant & leuant. Sed ne ligatus his funibus, dum trahitur, incidatur: ſimul etiam panni veteres deponuntur, quia cùm diuina præcepta nos terreant, antiquorum nos exempla confortant, vt & ex eorum nos comparatione facere præſumamus quod ex noſtra imbecillitate formidamus. Si ergo nos de hoc profundo tribu- B lantis vitæ leuari feſtinamus, ligemur funibus, id eſt, præceptis dominicis aſtringamur. Interſint etiam panni veteres cum quibus melius teneantur funes, id eſt, præcedentium conſortemur exēplis, ne infirmos nos ac timidos, præcepta ſubtilia vulnerent, dum leuant. Quaſi quoſdam pannos veteres Paulus Apoſtolus ſubiungebat, cùm ad ſubleuandos diſcipulos præceptis ſuis ſpiritualibus exempla veterum commendaret, dicens: Iuſti ludibria & verbera experti, inſuper, vſque, gladiis mortui ſunt. Et paulo poſt: Habentes itaque tantam impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pōdus & circunſtans nos peccatum, per patientiam C curramus ad propoſitum nobis certamen. Et iterum: Mementote præpoſitorum qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum cōuerſationis, imitamini & fidem. Superius videlicet, dum ſpiritualia præcepta loqueretur, quaſi funes miſerat: Poſtmodum verò memorans exēpla maiorum, quaſi veteres pannos adhibebat.

Hier. 38.

Hebr. 11.

Gaudēdū in aduerſis, timendum in proſperis.

Enimuerò ſeruus Dei tunc debet timere, cùm temporale quid percipit, tunc gaudere cùm perdit: quia cui propoſitum eſt cœleſtia ſcandere, expeditius proculdubio vacuus quàm onuſtus gradietur. Dico vobis quid mihi nuper acciderit. Mediolaneoſem vrbem domni Nicolai Papæ le- D gatione functus adiui: Ibi dum eſſem, Abbas ſancti Simpliciani vaſculum mihi argenteum loco muneris miſit. Quod dum oblatum repentè vidiſſem, primo quidē aſpernatus abhorrui, & cur ille mihi munus offerret, ſubtiliter inquiſiui. Suſpicatus quippe ſum, quod negotium fortaſsis haberet, atque ideo me anticipando præueniens, muneribus occuparet. Mos quippe eſt apud nos, miniſtris videlicet Apoſtolicæ Sedis, ab his quorum negotium pendet, nihil prorſus accipere: ab his autem qui omnino quieti ſunt, ſi dare voluerint, non abiicere. Et hæc regula non omniū noſtrum ſed illorum duntaxat eſt, qui meliuſcule ſe ab auiditate cuſtodiunt? E Quid plura? Conuenitur ad commune colloquium, cur donum ſit largitus, inquiritur: vtrum cauſam habeat, ſuſcitatur. Vndique quietus, ex omni parte reperitur ſecurus, ita vt reipſa reſpondere videretur, in medio populi mei habito. Adhuc tamen quæſiui vtrum dū ad eccleſiaſticos ordines aſcenderet, ſiue cùm Monaſterij regimen ſuſcepiſſet, venalitatis forte cōmercium irrepſiſſe cognoſceret. Cùmque hæc omnia funditus abnegaſſet ille, & non pro talibus ſe dediſſe munus adſtrueret, ſed ob hoc ſolū vt in noſtram amicitiam aditum ſibi reperiret, reſpondi, vt quod ſuum erat tollens, amicitiam noſtrā non more ſecularium mercede redimeret, ſed quod

Munera non accipienda à litigātib⁹.

4. Reg. 4.

inter fratres eſt legitimum, gratuito poſſideret. Inter hæc tamen, vt vobis in aure loquar, mens mea talis erat, vt poſt etiam diſtricte requirens, nihil in eo noxium reperi, ſi ille mihi ad ingerendũ munus importunus exiſteret, eius violentia mihi nullatenus diſpliceret. Volebã ſiquidem vim mihi heri, & velut inuitus ad vota compelli. Cùmque ille ad recipiendum quod ſemel dederat ſe prorſus auerteret, & ne aurem quidem petitionibus inclinaret, ego iam ſecurus & audacior factꝰ, durius vt ſua reciperet, ingerebam: Interea dies elabitur. Cùmque peculiaribus Pſalmis nocturnus meditator inſiſterem, cœpit me conſcientia acrius remordere, & quaſi ſub quodam ratiocinio conuenire. Si ille, vt videtur, bunus eſt vir, tu innocenti homini ſuam voluiſti pecuniam tollere, cùm illi capitulum non obſiſtat, in quo tuum neceſſe ſit auxilium expectare. Porro ſi negotium habet, indignum eſt, te ſancto fratri linguã tuam venalem facere, quæ tanquam vtriuſque communis, ſibi quoque debet vt tibi, gratuitò miniſtrare. Cùmque hæc aduerſum me pugna perſeueranter ingrueret, iamque ego clamorẽ cogitationum remordentium non perferrem, decedente crepuſculo, mox ad hominem properans manicaui, eique tabeſcentis cònſcieutiæ vulnus aperui. Cumque vtriuſque noſtrûm hinc iã verba confligerẽt, & ille ſe quod ſemel dederat non recipere, ego me aſſererem non tenere, tandem amicæ contentioni hunc terminũ poſui: duo, inquam, mihi ſunt noua monaſteria, vnum ad calcem iam Deo auxiliante perduxi: alterum vero necdum Epiſcopali dedicatione firmatum. Sanctorum itaque locorũ, ſi placet, participium ſuſcipe, atque vt tibi libet, quod animæ tuæ proficere debeat, munus transmitte pro benedictione. Hoc igitur argumento cupiditatis meæ turpitudinem palliaui, & tanquã non accipiẽs, aſtutus accepi. Poſtmodùm verò ad eremum rediens, cellulam quidem feſtinus intraui, ſed memetipſum intrare vix potui: & qui extra me inordinate ſum fuſus, iuſto iudicio in me ſum puſt modum, vt ita loquar, ſatis difficulter ingreſſus. Inter cætera verò, tanta animum meum illius muneris caligo confudit, & tanquam vermis ſcatens mea corrodere viſcera non ceſſauit, vt teſte conſcientia mallem me lepra percuſſum quàm illo munere ſauciatum. Attendebam illinc tantam fratris liberalitatem quæ mihi nihil debebat, & obtulit: Hinc meam auaritiam, quæ, quod per officium non merebatur, accepit. Tædebat me tunc obitum quod per virum Sapientem dicitur: Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dãdum collecta. Et cùm iuxta Apoſtolum, beatius ſit magis dare quàm accipere, illum iura beatum, me miſerum deputabam. Heu me, inquam, cùm à ſuſcipiendis muneribus excutiendam manũ Scriptura præcipiat, quomodo tu manum excutis, vt abiicias, quam potius incutis vt accipias, ſtringis vt rapias, retrahis vt poſſidenda recondas. Etenim auaritia in manu accipientis viſcus eſt, quæ quicquid apponitur, excuti non permittit: ſed more picis hærere compellit. Quid ergo? rixam mentis meæ vltra non perferens, ſancto fratri munus ſuum remittere ſtudui. Deinde auxiliante Deo, dum vixero contra ſordes munerum iam cautius vigilabo. Ecce quod ſuperius dixi, quia ſeruus

Monaſteriorum epiſcopali benedictione nõdum firmati.

Conſcientia cruciantis ob munus acceptum.

Eccleſ. 4.

Act. 20.

Auaritia, viſcus eſt.

Rixa mẽtis.

A Dei debet timere, cùm temporale quid percipit, tunc gaudere cùm perdit. Amodo itaque nec pro ſpecie monaſterij conſtruendi, nec pro neceſſitate ſeruorum Dei tenebo quaſi materiam honeſtatis, vbi valeam vires exercere cupidinis, tãquam qui caſtitatis anhelat ſoluere cingulum vt quaſi ſibi prouideat, init copulas nuptiarum, & ſub nomine propagãdi germinis famulatur illecebris voluptatis: ita nonnulli, dum nequeunt eſſe Chriſti vel Apoſtolorum nuditate contenti, gaudent ſiue regiminis ſiue quibuſlibet exercitiis implicari vt dum propriæ ſatisfaciunt auaritiæ, neceſſitati videantur pij operis deſeruire. Nos autem, dilectiſſimi, gaudeamus ſemper, & illatas nobis iniurias æquanimiter ferre, & nocentibus inſuper vtilia miniſtrare. Sit noſtra manus ad accipiendum cauta atque ſuſpecta: ad erogandum verò, pro poſſibilitate, benigna. Sit mens in proſperis timida, ſit in aduerſitate ſecura. Cùmque bona facit & tolerat, tunc ſe proculdubio numerari inter membra Chriſti confidat. Quiſquis enim rectè viuẽns flagellis atteritur, ſicut Chriſti nunc in vtroque veſtigia cõſequitur: ita poſtmodum eius conſortio non priuatur.

CAPVT SECVNDVM.

ENimuerò, cùm bona pro malis lex diuina iubeat reſtitui, quantò magis bona bonis præcipit redhiberi? Quid enim mirum, ſi hoc humana ratio ex indicta ſibi lege perſoluat, cùm idipſum aliquando bruta animalia nullis obnoxia legibus impleant? Nam ſicut fraterna mihi conſtat relatione vulgatum, Veneti quidã inſtitores, marina diſcrimina remigũ labore ſulcabãt. Cùmq; applicuiſſent, formidoloſum ſtupendũque conſpiciunt non procul ab ipſa littoreæ crepidinis arena protentum Leonem, ſcilicet trabalis, vt videbatur, draconis ſpiris obeuntibus inuolutum. Cùmque illinc draco captum ad ſpeluncam ſuam violenter traheret, hinc miſerabilis Leo, quibus valebat, niſibus inſiſteret, tandem quòmagis Leo cœpit deſperata reluctatione deficere, tantò magis Draco inextricabilibus nodis eum innectens, animabatur victoriam obtinere. Sed pandoces qui repente huic ſpectaculo ſuperuenerant, miſerantes infelicem Leonis vicem, audenter arma corripiunt, draconem perimunt, Leonem de faucibus mortis ereptum abire permittunt. Sed Leo, vt ita iam dicam nobiliſſimus beſtiarum, gratus vitæ ſuæ anctoribus exiſtit, & per aliquot dies, quibus illic remorati ſunt, vnam illis quotidie pellem capti à ſe animalis aduexit. Quid ergo mirum, ſi ſancti homines & diuinis legibus eruditi, percepto charitatis officio grata vice reſpõdeant, cùm idipſum & brutum animal, videatur impleſſe?

Leo memor accepti à nautis beneficii.

CAPVT TERTIVM.

ILlud etiam quod Vmberti Archiepiſcopi, ſummæ videlicet auctoritatis viri† narratione cognoui, ſilentio tradendum eſſe non arbitror, Nam cum à finibus reuerteretur Appuliæ, aſſerebat in regionibus, quæ Puteolis adiacent, inter aquas nigras & fœtidas promontorium eminere ſaxoſum & ſcrapeum: Ex quibus videlicet exhalantibus aquis, conſueto more teterrimæ videntur auiculæ repentè conſurgere, & quæ à veſpertina ſabbathi hora vſque ad ortum ſecundæ feriæ, ſolitæ ſunt humanis aſpectibus apparere. Quo indulti

† Eum eſſe opinor quẽ Cardinalem Epiſcopum Sylna Candida, Leonis 9. P. M. Apocriſarium, miſſum ab eo Legatũ Conſtantinopolim ad refellẽdas Græcorum hæreſes aut Sigebert. in Chron. ad annũ Chriſti, 1054.

dulti temporis ſpatio, videntur hinc inde per mõtem velut ſolutæ à vinculis, liberè ſpatiari: alas extendunt, plumas roſtro proſeqnente depectũt, & in quantum datur intelligi, conceſſa ad tempus refrigerij ſe tranquillitate reſoluunt. Quæ profectò volucres nec vnquam videntur veſci, nec quolibet aucupis valent ingenio capi. Diluceſcente igitur matutina ſecundæ feriæ hora, ecce magnus ad inſtar vulturis, coruus poſt prçfatas auiculas incipit concauo gutture grauiter crocitare, & illæ protinus ſeſe aquis immergentes abſcondunt, nec vltra inde ſe humanis oculis offerunt, donec aduesperaſcente iam ſabbati die, de ſulphurei ſtagni voragine rurſus emergant. Vnde nonnulli perhibent eas hominum eſſe animas vltricibus gehennæ ſuppliciis deputatas: Quæ nimirum reliquo totius Hebdomadæ tempore cruciantur: Dominico autem die cum adiacentibus vltra citraque noctibus pro Dominicæ Reſurrectionis gloria refrigerio potiantur. Cui etiam aſſertioni Prudentius verſificator nobilis in hymnorum ſuorum atteſtatur Opuſculis. Sed cum hæc de auiculis & coruo inter aquas nigras aliquando ſe abſcondẽtibus, in pagina digeſſiſſem, religioſius Caſſinienſis monaſterij Abbas Deſiderius aduenit, ſeſéque rem ſic habere funditꝰ abnegauit. Cumque illum & Vmbertum, meum videlicet relatorem in mutua colloquia deduxiſſem, Vmbertꝰ ait: Ego quidem huius allegationis teſtimonium non defendo, veruntamen hoc ſimpliciter retuli, quod ab accolis loci illius audiui. Sed quoniam perſonæ iſtæ, videlicet Deſiderius & Vmbertus, tantæ auctoritatis ſunt, vt neutri eorum fides debeat denegari, ego quoque quod ſcripſi procaciter non affirmo: ſed vtrum verum ſit nec non legentium exquiſitioni relinquendum eſſe decerno.

Damnatorum animas Dominico die refrigerari.

CAPVT QVARTVM.

VT igitur illud inferã propter quod iſta præmiſi, Epiſcopus, qui tũm, ſi rectè teneo, Capuę præerat, vidit maiorem Benedictum Papã, qui iam obierat, nigro equo quaſi corporaliter inſidentem. Cúmque illum, cœptum iter carpere, cerneret: heus, inquit, nonne tu es Papa Benedictus, quem defunctũ liquidò nouimus? Ipſe, inquit, infelix ego ſum. Et ille: Quomodo tibi eſt pater? Grauibus ait, tormentis afficior, ſpe tamen, ſi adiutorium præbeatur, de mea recuperatione non priuor. Sed perge, quæſo, ad fratrem meum Ioannem qui nunc Apoſtolicam occupat Sedem, eique mea functus legatione, denuncia, vt illam potiſſimam ſummam quæ in tali theca recõditur, in pauperes pro mea ſalute diſtribuat, ſicque me redimendum eſſe, quandocunque tamen decreuerit hoc, miſeratio diuina cognoſcat. Nam cætera, quæ pro me ſũnt indigentibus tradita, mihi nihil penitus profuerunt: quia de rapinis & iniuſtitiis acquiſita ſunt. His igitur auditis, Epiſcopus Romam impiger adiit, Ioanni PP. defuncti fratris verba narrauit, epiſcopalis mox ſarcinæ pondus abiecit, monachum induit, eoque modo ſalutem ſibi ex aliena calamitate prouidit.

† Hæc, eadẽ narrat, de Benedicto 8. & 9. Martinus Polonꝰ in ſuis ſupputationibus: quod ſi conſtat, verum vtrunſque vita et Platina, qui tamen Chriſtianꝰ eris non hinc ſcandaliζabitur, ſed ædificabitur.

Eleemoſyna de rapinis defunctis non prodeſt.

CAPVT QVINTVM.

DE Æquiuoco quoque, eiuſdem Benedicti Papæ nepote, qui poſt eum tertius, Ioanni vero ſecundus, in Romanæ Sedis inuaſione ſucceſſit. Idem mihi narrauit Vmbertus: quia vacius quidã,

A dum iter ageret, accidit, vt iuxta molendinum, æquo inſidens pertranſiret. Ecce repente monſtrum immane conſpexit, quo viſo ſubitus eũ terror inuaſit, & ſtupefactus intremuit. Videbatur autem monſtrum illud in aures aſelli caudamque definire, cætera vrſus erat. Cumque viator ad hoc portentum territus obrigeſceret, fugamque præcipitem formidoloſus iniret, informe prodigium, humanæ vocis verba formauit. Noli, inquit, ô vir, expaueſcere hominem me olim fuiſſe, ſicut & ipſe nunc es proculdubio credere: ſed quia beſtialiter vixi, poſt finem vitæ, beſtiæ præferre ſpeciem merui: Porro cum ille perquireret quis fuiſſet: ego, ait ille, ſolo nomine Benedictus fui, qui nu-

B per Apoſtolicæ Sedis apicem indignus obtinui. Inquiſitus autem quid iam retributionis haberet: nunc, inquit, vſque ad diem iudicij per dumoſa atque ſqualentia, per ſulphurea loca, & fœtorem exhalantia atque incendiis conflagrara rapior & pertrahor. Poſt extremum verò iudicium, corpꝰ meum ſimul, & animam irremediabilis cruciatus, & gehennalis barathri me irreuocabilis olla deglutiet, ita vt nulla mihi recuperationis ſpes in poſterum reſtet: Poſt hæc vero & huiuſmodi verba, diſparuit. Sed cum ego cur ille in hac ſpecie conſpectus ſit, indagare quæro, non deeſſe myſterium ab eo quod viſum eſt, deprehendo. Nam

C quia miſerabilis ille ab ipſo pontificatus primordiin vſque ad finem vitæ in luxuriæ cœno conuerſatus eſt, non incongruè viſus eſt & ab auribus incipere, & in caudã aſini terminare. Aſinus quippe luxurioſum eſt animal, ſicut Propheta deſignat, cum de carnis immunditiæ deditis ait: Et carnes aſinorum, carnes eorum. Quod autem per cætera membra, Vrſi tenebat ſpeciem: vitam in omnibus docetur duxiſſe carnalem. Nam ſicut à Phyſicis traditur, vrſa cum parit, non catulum iuxta conſuetudinem beſtiarum, ſed fruſtum carnis effudit. Mox quod effuſum eſt, crebrius lingendo

Ezec. 23.

D & lambendo componit: ſicque ad ſui ſimilitudinem, lingua formante producit. Iure igitur, quia luxurioſe & carnaliter vixit, in aſini ſimilitudine, & Vrſi figura comparuit. Cui nimirũ quis non videat quanto melius fuerat, vt Epiſcopatum deſerens pœnitentiam ageret, quàm in eo vſque ad vitæ terminum perſeuerans, veram vitam prodidiſſet? Sed quia hoc triſte protulimus, aliud pietatis diuinæ miraculum, quod nimirum lætos habuit exitùs ex eiuſdem Vmbri narrationibus ſubnectam.

CAPVT SEXTVM.

E IN monaſterio, inquit, beati Syluestri, quod in Vrbinati conſtitutum eſt territorio, quidam Monachus obiit, & ab incipiente gallicinij nocturnalis articulo, vſque ad ſecundam diei horã, cadauer exanime, totum iuxta morem atque cõſtrictum, fratribus circumquaque pſallentibus in feretro iacuit. Cumque tranſactis iam Miſſarum ex maiori parte ſolenniis *Agnus Dei* iuxta regulam diceretur: ecce repente, qui mortuus iacebat in mèdio, anima redeunte ſurrexit. Stupefacti ſunt fratres, & noua nimis animi ratione perterriti: nimirum, quem funeris officium perſoluentes extulerant, nunc vitalem ſpiritum recepiſſe videbãt. At cum propius acceſſiſſent, verbaque ex ore illius audire auidius inhiarent: ah ſcelus! ille ma-

Fratrum pſalmodia pro more, ad fratris defuncti feretrum.

ledicta & coutumelias in Deum cœpit effundere, benedictum Saluatoris nomen impiè blaſphemare, viuificæ Crucis ſignum, vt oſcolaretur, oblatum, ſacrilego ore conſpuere, intemeratam quoque Dei Genetricem ignominioſis non timebat opprobriis lacerare: vt quid, inquiens, pro me pſallitis, vel ſacrificiorum hoſtias offerre tentatis? Ego enim in ipſa flamma Tartari fui, ibique meus magiſter & dominus Lucifer, irreuocabiliter deputauit. Coronam plane ſuam æream inextinguibili ſemper ardore candentem mihi io capite poſuit, eiuſdem quoque metalli chlamyde qua ioduebatur, ipſe me veſtiuit. Erat autem chlamys tam looga, vt talo tenus flueret, tam feruenter ignita, vt liqueſacta, guttas enutrire videreẗ. Cumque fratres eum vt pœnitentiam ageret atque occulta ſua in medium proferret, voaoimiter hortarentur, ille anathematizabat atque blaſphemabat: & non ſolum pœniteutiæ remedium, ſed & omnia redemptionis noſtræ myſteria ore rabido atque ſacrilego coudemnabat. Monachi verò ad ſemper victricia arma orationis pro ſtudio recurrentes, cœperunt abiectis indumentis corporá ſcopis allidere, pugnis pectora tundere, pſalmodiæ atque omnibus quibus valebant precum generibus, inſudare. Cunctis itaque fratribus in luctuoſis orationibus & ieiunio conſtitutis, ac ſub diuinæ pietatis expectatione ſuſpenſis, tandem ſupernæ virtutis ſplendor emicuit. Ecce enim deſperatus ille, & voragine maris inhiantis abſorptus, ad ſuperficiem rediit. Dei quippe Saluatoris omnipotentiam laudat, nequiſſimi Sathanæ ludificationes abrenunciat, Crucem adorat, pœnitentiam flagitat. Confeſſus autem eſt, quia poſt abrenunciationem ſeculi, in fornicationem cecidit, quam tamen eò tenus nulli pœnitus per Confeſſionis iudicium patefecit. Laudans igitur & benedicens Deum, vſque in diem alterum vixit: ſicque Creatori ſuo mirabiliter reſtitutus, in ſancta confeſſione de hoc ſeculo migrauit. Sic, ſic nimirum fraternæ orationis fructus effloruit, quæ videlicet oratio ex ipſis gehennæ viſceribus prędá rapuit, ac de flammarum ſtipula in ſtructura ſupernæ Ieruſalem lapidem viuum poſuit. Hæc mihi Vmbertus Archiepiſcopus retulit: cuius nimirum verba velut Apoſtolica videntur veritate fundata. Si ergo ille in Monachatu ceciderat, quique de ſola ſua anima rationem debebat, tam terribili meruit ſententia condemnari, quà mente ſecurus eſt quilibet mei ſimilis indignus Epiſcopus: qui nimirum tot eſt animarum reus, quot per eius negligentiam, ſeu praua exempla depereunt, cùm cooſtet fuiſſe nonnullos, pro leui etiam quolibet impedimẽto Epiſcopali regimine ſpõte nudatos?

Signum Crucis ore ſacrilego conſpuere.

Orationis arma ſemper victricia.

Epiſcopus multarũ animarum reus.

CAPVT SEPTIMVM.

INterea illud etiam quod Hildebrãdo, Romanę Eccleſiæ Archidiacono referente didicimus, hic inſerere operę pretium iudicamus. Nam cùm adhuc Subdiaconatus dũtaxat fungeretur officio, à Victore Papa Apocriſarius ad Gallias deſtinatus, Synodum congregauit, in qua videlicet ſex Epiſcopos diuerſis criminibus inuolutos, ex Apoſtolicę Sedis auctoritate depoſuit. Inter quos quidam erat Epiſcopus, qui quoniã per Simoniacam hæreſim ad Epiſcopatus culmen irrepſerat, ſpiritum ſanctum verbis exprimere quibuſcũque tentaret oiſibus, non valebat. Et quidem patrem & filium expeditè ſatis ac facilè proferebat: ad Spiritum vero ſanctum cùm peruenoiſſet, mox lingua balbutiens, tandem rigida manebat. Meritò ſiquidem Spiritum ſanctum dum emit, amiſit: vt qui excluſus erat ab anima, procul etiam conſequenter eſſet à lingua. Hac igitur difficultate cõuict', Epiſcopale decarcerauit officiũ. Sed abſit, vt hũc ſanctorum virorum catalogo dignum iudicem, qui Chriſti amore pontificales infulas dimiſerunt.

Epiſcopus Simoniacus Spiritum ſanctum nominare nõ poterat.

CAPVT OCTAVVM.

POrrò autem, quia prudentiſſimi illius viri ſemel incidit mẽtio, aliud etiam inſigne quod retulit, etiam ſi magnopere ad propoſitum thema non pertineat, non ſilebo. Nam dum prædiis Eccleſiarum iniuſtè poſſeſſis ſub conſpectu præſentiæ veneraudi Papæ in maritima Eccleſia concionaretur, intulit congruenter exemplum. In Teutonicis partib', inquit, Comes quidam diues ac præpotens, ſed, quod in illo hominum ordine prodigium eſt reperiri, bonæ opinionis & innocentis vitæ, prout humanum erat de ei' æſtimatione iudicium, ante decennium ferè defunctus eſt. Poſt cuius obitum quidam religioſus vir per ſpiritum ad inferiora deſcendit, præfatum Comitem in ſupremo gradu cuiuſdam ſcalæ poſitum vidit. Aiebat namque, quia ſcala illa inter ſtridẽtes & crepitantes vltrices incendij flammas videbatur erecta, atque ad ſuſcipiendos omnes, qui ex eadem Comitum genealogia deſcenderent, conſtituta. Erat autem tetrum Chaos & immane barathrum infinitè patẽs, atque in profunda demerſum, vnde ſcala producta ſurgebat. Hoc igitur ordine ſuccedẽtiũ ſibimet ſeries texebat, vt cũ quis eorum nouus accederet, primum interim ſcalæ gradum teneret. Is autem qui illic repertus erat, aliique omnes ad proximum ſibi gradum in ima deſcenderent. Cumque alij atque alij ex eodem genere homines poſt carnis obitum ad præfatam ſcalam per temporum interualla confluerent: alij protin' cederẽt, ineffabilis iudicij neceſſitate ad inferiora migrabãt. Planè dũ vir qui hæc cõtẽplabatur, cauſam huius horrendæ damnationis inquireret, & præſertim cur ille Comes ſui temporis puniretur, qui tam iuſtè, tam decenter, tam honeſtè vixiſſet: audiuit, quia propter quandam prędij poſſeſſionẽ Metenſis Eccleſiæ, quã bono Stephano proauus eius abſtulerat, cui videlicet iſte iam decimus in hæreditate ſucceſſit, omnes iſti nunc diuerſo ſupplicio deputati ſunt: Et ſicut eos ad peccandum non diſpar auaritię culpa coniunxit, ita nihilominus ad perferendas atrocis incendij pœnas commune ſupplicium copulauit. Hoc Eccleſiaſtici iuris iniuſti poſſeſſores aduertant, & ſubtiliter caueant, ne dum ſe de redditibus Eccleſiæ ſatiant, edaces poſtmodum flammas medullis ſuis depaſcant.

Magnatẽ vita innocentis reperire prodigiũ eſt.

Comites Eccleſiaſtici peculij vſurpatores, damnati.

CAPVT NONVM.

QVod mihi à ſeniorib' intimatum eſt, refero. In Babiloniæ partibus poſſeſſionem Apoſtolica Sedes habebat, vnde tantum balſami redditum per annos ſingulos capiebat, quot indeficienti fomite ſufficeret Lampadi, quæ videlicet ante altare beati Petri Apoſtolorum principis rutilabat appenſa. Quam poſſeſſionem, accepta pecunia,

nia, Papa diſtraxit, canonémque aromatis quem **A** accipere, ſolebat, amiſit. Aliquanto poſt, cum idẽ Papa prædicto ſacro ſancto altari quaſi deuotus aſſiſteret & oraret: ecce quidam terribilis & grandæuus ſenex, in cuius etiam facie barbiraſium videbatur, elato brachio colaphum illi vehementer incuſſit, & ait: Tu extinxiſti lucernam meam ante me: & ecce ego extinguo lucernam tuam ante Deum: Moxque diſparuit. Ille vero protinus corruit, & paulò poſt diem clauſit extremum. Sic, ſic nimirum meretur corripi, qui illi ſe præbet aduerſum, qui cœli terræque primus paſtor obtinet principatum.

barbiraſiũ

P. M. ob [illegible] Eccleſiæ patrimonium, diuinitus percuſſus.

CAPVT DECIMVM.

SAnè dum per hiſtoriarum latitudinem, tanquá cœli faciem, curioſo perluſtramus intuitu, beatus Arnulphus, Eccleſiæ Metenſis Epiſcopus, velut aureum nobis ſydus occurrit. Hic profectò ſicut veridica fratrum relatione didiſcimus, qui deſcriptam eius ſe lectitaſſe teſtantur hiſtoriam, in Lotharingio regno non procul à Flandria, ducatus gerebat, officium. Hic præterea Pipini pater†, & Karolomagni regum auus fuit. Cùmque diuini Spiritus ardore ſuccenſus, vxoris affectus filiorúmque poſtponeret, ac mundanæ glorię põpas, glorifica Chriſti paupertate mutaret, ad eremum properans, contigit, vt per fluuium qui Moſella dicitur, tranſitum viator haberet. **C** Sed cùm iam medium ferè ſuperiecti pontis attingeret, vbi torrentis alueus profundior decurrebat, illic annulum ſuum ſub hac fœderis cõditione proiecit: Cùm ego, inquit, annulum hunc recepero de ſpumoſis fluctibus erutum, tunc me proculdubio cõfidam omnium peccatorum meorum nexibus abſolutum. Moxque eremum petiit, vbi non paruo tempore ſibi ac Mundo mortuus vixit. Interea defuncto qui tunc fuerat Metenſis Eccleſiæ Antiſtite,† beatum Arnulphum ad iura paſtoralis regiminis diſpenſatio diuina, prouexit. Dúmque eſu carnium, prout in eremo aſſueuerat, in Eccle- **D** ſia nihilominus abſtineret, piſcis aliquando ſibi delatus eſt in exeniũ. Quem coquus exuẽtrans, in ilijs eius annulum reperit euumque mox domino ſuo lętabundus offerre curauit Quem beatus Epiſcopus vt aſpexit, illico recognouit, & non tam metalli miratus eſt venam, quàm quia propitiatione diuina reatus ſui conſecutus eſt veniã. Quodque vim admirationis exaggerat, vidui iter eſt à ponte vnde proiectus eſt annulus, vſque ad locum vbi piſcis venerabili Epiſcopo fuit præſentatus. Tunc vir Dei, quo à peccatis eſt abſolutus, hinc magis eſt ſub diuino terrore conſtrictus: & eo ſe arbitratur amplius debitorem, quò circa ſe **E** videt ſupernæ clementiæ bonitatem. Eligens igitur ſibi ſucceſſorem, rurſus eremum petiit, ibique paſtorali cura depoſita, vſque ad felicem obitum vixit. Inſignis itaque vir, quod fecit, nos vtique, vt faceremus, edocuit.

† Paulus diaconus in vita S. Arnulphi Metenſis, apud R. P. D. Surium, to. 4. enim Anchiſũ patrem, hunc verò Pipinũ patrẽ ait. porrò miratur eum qui primo vitã eius deſcripſerat, prætermiſiſſe quod de annulo ſequitur.

† S. Papolo Ioa. Diac.

CAPVT VNDECIMVM.

QVocirca non abs re eſt ſi quod ſida fratrum relatione cognouimus, hic etiam breuiter inſeramus. In monaſterio namque quod diuus Scari † dicitur, quódque beatus Gregorius intra Romanę vrbis mœnia cõdidit, quidam puer à parentibus, vt Deo deinceps militaret, oblatus eſt. Qui poſt modum, cùm iam adoleſceret, de monaſterio egreſſus ad ſeculum rediit, vxoremque ſibi nuptiali fœdere copulauit. Deinde cum ad iuuenilem perueniſſet ætatem, diuina ſententia repente eſt percuſſus in gutture, cœpitque morti, ingraueſcente languoris moleſtia, propinquare. Tandem male fugitiuus, vt ad monaſterium reportaretur expetiit, ibique pœnitudinem de ſuis prauitatibus, habitúmque monachatus accepit. Cùmque vxor eius cum nõnullis aliis lecto iacentis inſiſteret, cępit ille grauiter gemere, vlulatus emittere, & tanquam freneſim pateretur, inordinata vociferatione garrire. Percunctantibus autem eis cur ille non quieſce- **B** ret: nonne, inquit videtis beatum Andream Apoſtolum, ſanctúmque Gregorium acerrimis me ſuis verberibus vnanimiter flagellantes? Vlulat⁹ itaque rurſus ac flebiles voces emittens, paululũ reſpirabat, atque dicebat: modo verberauerunt me, propterea quod Monaſterium dimiſi, vxorémque ſuſcepi. Iterumque poſt fletus atq; rugitus ad momentum quieſcens, aiebat: modo me caſtigauerunt quia pauperibus mendicantibus, maximéque ſcotigenis non modo nihil dedi, ſed eos etiam, quod flagitioſum eſt, frequenter irriſi. Rurſus ingeminans ſtridores & gemitus, aſſerebat quoniam ſex nummos à quadam vidua paupercula mutuos accepi, & reddere nolui. Quot pedum paſſibus illa laborauit dum eos ad me veniendo requireret, tot ego nunc ictus de ſanctorũ manibus pertuli, dum me pariter verberarent. Vt ſciatis autem quia non mentior perẽdie hora ſexta de hoc ſeculo migraturus ſum. Erat tunc porrò ſexta feria, nocte verò qua Dominicus illuſceſcebat dies qui dicitur de ramis palmarum, de lecto, cunctis mirantibus, exiliens, non ſegnis ſcapulare atque cilicium quę iuxta ſe erant, repente corripuit, moxque Eccleſiam beati Andreę attonitus ac feſtiuus intrauit: Vbi ſtrato compoſitus, bis qui aderant fratribus ait: Ecce ſanctorum verberibus flagellatus, ita purificatus de corpore egredior, ſicut de fonte baptiſmatis mundus exiui. Inter Miſſarum igitur ſacroſancta ſolennia, Dominica paſſione vix perlecta, hora qua prædixerat Spiritum Deo reddidit. Nudato ad lauandum ex more cadauere, ſic bibices ac ſtigmata in eius mẽbris vndique videbantur, ac ſi corpus eius materialibus fuiſſet virgis alliſum.

† Legendũ ciuius Scauri, vt apud Ioa. Diaconum, de vita S. Gregorij, 1. lib. cap. 6.

Apoſtata diuinitus eſt punitus, plures ob cauſas.

CAPVT DVODECIMVM.

SEd quid mirum, ſi ſancti Dei qui iudicaturi ſunt Mundum in homine, qui rationis erat capax, inſecuti ſunt culpam, quandoquidem & de bruto animali, vt ibidẽ didiſcimus, expetiere vindictã? Nã in eodẽ monaſterio crypta eſt, quę beati Gregorij dicitur, vbi videlicet & fons† perſpicuis & frigidis redundat aquis vnde bibebat, & lapideum adhuc cubile cernitur vbi æſtiuo tempore quieſcebat. Quam aliquando cryptam pręgnans canicula ingreſſa eſt, ſiue vt æſtuans biberet, ſiue potius vt eo loci parturiret. Sed necdum ad aquas vſque pertingens, mox vt pręfato lectulo propinquauit, moriens corruit: quanta ergo formidine homini penſanda ſunt diuina iudicia, quando & in animalia ratione carentia tam terribilem Deus exerit diſciplinam? Si enim nec ſimplicem quidem aquam licet ſancti loci, noluit omnipotens Deus, inſons canicula tangeret, qua putamus mo-

S. Greg. fons & cubile lapideum.

† Hunc, mirabilem & ſaluberrimum appellat Ioa. Diac. lib. 4. de vita, S. Greg. cap. 97.

leſtia tolerat, cum peruerſus quilibet ad percipiẽ- A dum corpus eius & ſanguinem ſacris altaribus non vereiur appropinquare? Sed cum prauus quiſque Deum reprobis ſuis actibus exacerbat & ſtimulat, non illi protinus irrogat patientia diuina vindictam quem tamen perpetuam reſeruat ad pœnam.

Indigne communicãtib' quã ſit metuẽdum.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

POrrò dum ſtili huius exaro dictator articulum, ecce Deſiderius religioſus Caſſinẽſis Monaſterij Abbas accedit. Qui nimirum ſicut beato Danieli cognatione iungitur nominis †: ſic eũ ab illo non ſeparat aſſertio veritatis. Hic itaque mihi aliquando narrauit, quod ipſa ratio perſua- B det vt ſcribam. Seruus, inquit Dei, Neapolitanæ regionis, in prærupta rupe iuxta viam publicam habitabat ſolitarius. Qui nimirum dum nocturno tempore pſalleret, & feneſtram cellulæ, horarum explorator, aperiret, ecce videt multos nigros homines, tanquam Æthiopes, iter carpere, & longo tractu onuſtos fœno ſaginarios cõminare. Cũq; eos inquireret qui eſſent, cuiuſue rei gratia, hęc iumẽtorũ pabula deuectarẽt: maligui, inquiũt ſpiritibus ſum': hæc param' non pabula pecoribus alendis, ſed fomenta potius igninm hominib' comburẽdis. Præſtolamur enim in proximo principem Capuæ Pandulphum qui iam decumbit, & C Ioannem magiſtrum militum Neopolitanæ ciuitatis, qui adhuc viuit incolumis. Illicò vir Dei præſatum Ioannem impiger adiit: quæ viderat, quæqne audierat, fideliter cũncta narrauit. Per idem tempus Imperator Otto ſecundus aduerſus Sarracenos prælιaturus, in Calabriam feſtinabat. His igitur auditis, Ioannes ait: modo neceſſe eſt nos Imperatori occurrere, & cum eo ſimul de huius terræ ſtatu prouida conſideratione tractare. Porro poſt Imperatoris abſceſſum, ſpondeo quia & ſeculũ deſeram, & Monachici ordinis habitum ſumam. Vt autem probaret, vtrũ verũ eſſet quod ille narrabat, nuntium protinus ad mœnia Capua- D na direxit: qui veniens, Pandulphum iam mortuũ reperit. Ipſe quoque magiſter militum Ioannes, antequam illas partes Imperator attingeret, vix diebus quindecim ſuperuixit. Quo mortuo, mõs Veſuuius, vnde videlicet Gehenna frequenter eructat, in flammas erupit, vt liquido probaretur, quia fenum quod à Dæmonibus parabatur, nil aliud fuit, niſi ignis trucis incendij, qui prauis ac reprobis hominibus debebatur. Nam quandocũque in illis partibus reprobus diues moritur, ignis erumpere de prædicto monte videtur, tantáque ſulphureæ reſinæ congeries ex ipſo Veſuuio protinus fluit, vt torrentem faciat, atque decurrente E impetu in mare deſcendat. Vbi videlicet corporaliter videri poteſt, quod in Apocalypſi Ioannis de reprobis dicitur: quia pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. Enimuero & Salernitanus princeps, huius videlicet Gaimarij æque principis, qui ante non plurimos annos pro multis violentiis atque tyrannicis oppreſſionibus, ſuorum gladiis, interemptus eſt: auus: cùm procul aſpexiſſet quadam die, de prædicto monte Veſuuio piceas atque ſulphureas repente flammas erumpere, protinus ait: Proculdubio ſceleratus aliquis diues in proximo moriturus eſt, atque in infernum deſ- A cenſurus. Sed ô cæca mens reprobi hominis, imò ſuper nos terribile iudicium conditoris! Superueniente ſiquidem proxima nocte, dum ſecurus cũ meretrice concumberet, expirauit. Quem illa vt vt poſtmodum referebat, quid contigiſſet ignorans, diutius pertulit: & vix tandẽ, à ſe non hominem, ſed cadauer exanime, proſtituta deiecit.

† Daniel vir deſiderιorum Dan 9. & 10.

Pandulphus Capuæ princeps.

Gehẽna ex Veſuuio flammas euomit.

Gaimari' princeps Salernitanus.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

QVidam præterea in Neapolitanis partibus Preſbiter, volens certius, quod non licebat addiſcere, illuc vbi gehennale barathrum feruentius eructabat, præſumptoria decreuit audacia propinquare. Miſſarum igitur ſolennia celebrauit. ſicque inſulatus, velut armatus, iter arri- B puit. Sed dum vltra quàm ſolebant homines temerarius ſcrutator acceſſit, redire non valens, poſtmodum non apparuit. Alius verò preſbiter matrem ſuam, Beneuẽti, reliquerat ægrotantem. Cúmque per Neapolitanos fines domino ſuo comitatum præberet, exundantibus flammis intendens, clamorem lugentis audiuit, quem ſuæ matris eſſe proculdubio cognouit. Notauit horam, & tunc euidentiſſimè comperit, matrem fuiſſe defunctam.

Domino B. fratri chariſſimo, P. peccator Monachus ſalutem & fraternæ charitatis affectum.

EPISTOLA SEXTA.

C QVod præſens ſæpius inculcaui, nunc abſens ſcribo, & ne fluctuantis materiæ more decurrat, funiculum ſcriptionis inuecto: videlicet vt implere valentis, pœnitentiam, nullatenus inordinata charitate ſuſcipias: quod ſi ſuſceperis, inſtantiſſima, prout vires ſuppetunt, agilitate perſoluas. Porro cum Canonica vetet auctoritas, vt pœnitenti ſacerdos vnius diei ieiunium non relaxet, niſi ad præſens digni pretij taxatione per Eleemoſinam compenſet, qua conſcientia tam metuendæ alienæ cautioni obligamur, qui quàm ſit propinqua vitæ noſtræ meta non nouimus. Dominus planè D Martinus, qui in Gamaldulenſi eremo commoratur, vir videlicet diuerſis virtutibus adoroatus, & præcipuè ingibus lachrẏmarum fluẽtis irriguus, mihi retulit quod enarro. Monachus erat, inquit, in maritimi territorij cœnobio, quod dicitur ad Pinum, multis peccatorum nexibus inuolutus. Cui cùm iuxta quantitatem lapſuum, auſterior ac longa nimirum pœnitentia fuiſſet indicta, ille fratri cuidam, cui complex in amicitia familiarius adhærebat, ad comportandum pœnitentiæ pondus auxilium petiit. Quod frater ille deuotè ſuſcipiens, condictam pœnitentiæ partem tulit, atque perſolnendo huius debiti canone ſecurum E manere præcepit. Sed dum ille partito leuigatus onere, à diſtrictioris vitæ cenſura remittitur, iſte ad ſolutionem debiti prolixioris ſibi vitæ ſpatium pollicetur. Aliquantò poſt in ægritudinem cecidit, ac ſubitò mortem quam procul eſſe ſperabat, incurrit. Fuerat autem ille frater quantùm ad ſe irreprehenſibilis vitæ, & opinionis inter fratres honeſtæ. Non multis verò poſtmodũ diebus, pœnitenti Monacho in ſomniis apparuit. Quem ille protinus inquiſiuit: Quid erga te frater agitur? Quomodo tibi eſt? Malè, inquit, & durè: ſed propter te: Nã liber à propriis, quia tuis me vinculis innodaui, & alienæ cautionis obnoxius, nõ reddidi

Hæremus Gamaldu.

di..., nec perſolui, flagellis, alteror, & amara ſatis animaduerſione coarctor. Vnde quæſo te, & qua valeo ſupplicatione depoſco, vt vigiles pro te ac liberes me: Vade itaque, & ſanctum huius loci precare conuentū, vt debita meæ ſpōſionis à me neglecta perſoluant: ſicq́ue me ab his quæ prę ſto ſunt, ſupplicius eruant. Expergefactus ille, fratrib⁹, quod viderat retulit: quod audierat, intimauit: preces expoſuit, efficaciter impetrauit. Porro autē cum iā fratres prȩfixā illius pœnitētię quantitatē diuerſis argumentorū ſpecialium exercitiis expleuiſſent, præfato Monacho frater ille per viſum rurſus apparuit, eique feſtiuitatē ſereni ſatis & alacris vultus oſtēdit: Interrogatus iterū quid haberet, reſpondit ſe per orationes fratrū nō modo pœnalibus incōmodis erutū, ſed etiā ad electorū ſortem mirabili dexteræ excelli immutatione nuper tranſlatū. Benedicta diuinæ clementiæ diſpenſatio, quæ per mortuos etiam inſtruit viuos: & dum alios verberat, alios qualiter à verberibus eripiantur, inſtruit. Audiſti, frater, hiſtoriam, eſto prouidus ad cautelam.

Diuina clementia viuos instruit per mortuos.

Domino Firmino Epiſcopo, P. Peccator Monachus inexplebilem deuotionis affectum.

MEllifluam veſtræ ſanctitatis Epiſtolam, quanta cordis auiditate ſuſceperim, perſeuerentia probat. Eam quippe cohabitatricem mihi in cellula iugiter teneo, cum ea ſæpe conſabulor, in ea interioris hominis veſtri ſpeciem aceri vultus imaginem manifeſtè contemplor. Eſt tamen quod in ea grauiter fero: quia ſcilicet nō tam honoratum, quam oneratum me tam ſancti nominis laude reperio. In hoc ſiquidē flebilior eſt mea calamitas, quod non modo mei me reatus impediunt: ſed inſuper ſancti homines in mea, proh dolor, æſtimatione delinquunt. Abſit autem, vt tantum virum ſatear etiam me prædicando mentiri, ſed quia homo es, potes ſaltem per beneuolētiam falli. Quia enim mentiri eſt contra mētem loqui, contingit aliquando, vt idem ſit, & ex dicentis opinione verum, & ex ipſius rei qualitate mendacium. Confiteor id Domino meo, quod verſatur in animo meo, quoniam quiſquis me in os meum laudat, cupide me proculdubio aſſentatoriæ laudis accuſat. Remordente ſcilicet conſcientia protinus ait. Cum iſte mihi loqui velit ad votum, méque conetur beneuolum reddere, nūquam me oleo lenificę ſuauitatis aſpergeret, ſi me delectari laudum fauoribus non ſperaret. In mea igitur laude confundor: & cùm magnificari videor, erubeſco. Ipſe quippe fauor obiurgat me, qui me laudis auidum, & is qui videtur eſſe laudator exiſtimat. Huc accedit, quod quæcunque mens humana ſano viget fulta conſilio, ſi ſe ſubtiliter & ſolerter inquirit, vix in ſuis facultatibus inuenit vnde merito ſperare præconium poſſit. Mortalis quippe conditio vndique coarctata, atque circumſcripta quid nouit vnde poſſit extolli? Quis enim ſciat quid in æternitate fuerit, antequam Deus hunc conderet Mundum? Sed dum ignoret quid fuerit ante Mundi principium, nouit forſitan quid poſt eius terminum ſit futurum: vtrum ſcilicet in miniſterio ſui curſus, vlterius aſtra deſeruiāt, & vtrumne poſt ea quę nunc ſunt, alia rurſus elementa ſuccedant. Vnde & Seraphim illi quos Iſaias Propheta in conſpectu Domini ſtare conſpexit, ſenas alas habuiſſe diſcribit. Duabus, inquit, velabant faciem, & duabus velabant pedes, & duabus volabant. Velabant porro faciem ſiue pedes, non ſuos, ſed vtique Dei. Et quid per faciem Dei niſi Mundi principium? Quid per pedes, niſi eiuſdem Mundi finis debet intelligi? Alarum ergo Seraphim, & plures ſunt quæ velant, & paucæ ſunt quæ volant: quia ex diuinorum operum celſitudine cum perpauca ad noſtram permittantur aduolare notitiam, plurima, in theſauris ſecretorum cœleſtium ſeruantur occulta. Nam quod funditus ignoremus, quid ante Mundi principium fuerit, & quid poſt conſummationem iam ſit futurum, idem perhibet Iſaias: Priora, inquit, annunciate mihi, & nouiſſima quæ futura ſunt: & dicam, quia dii eſtis. De mediis autem pauca vtcunque cognoſcimus, quæ tamen ex ſcripturarum atteſtatione nobis panduntur. Porrò autem & in his ipſis quantam notitiæ patiamur inopiam, qui ſapientiſſimus inter homines extitit, non erubuit confiteri. Ait enim Salomon: Sunt iuſti & ſapientes quorum opera in manu Domini, & tamen neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit, ſed omnia in futurum ſeruantur incerta. Vbi notandum cùm iuſtos dicat atque ſapientes, qui nimirum occulta debuerant ſubtilius noſſe: ipſos etiam perhibet, quæ futura ſunt, ignorare. Enimuerò quod me non modo de ſapientia, ſed & de vitæ quoque quaſi ſanctitate laudaſtis, non quod hoc veſtra ſancta prudentia crederet: ſed ob hanc fortaſſis induſtriam, vt me ad procinctum ſancti certaminis acrius inſtigaret: qua confidentia vel in hoc valeo quantumlibet aſſentire, dum pro quouis otioſo verbo ratio redditur, dum ſola fatui compellatio ſupplicium gehennę comminetur, dum diuinæ legis non apex, non iota prætereat, dum ſola concupiſcentiæ viſio, mœchiæ crimen incurrit? Hæc & huiuſmodi, venerabilis pater, quiſquis digna conſideratione perpendit, ex diuina quidem poteſt miſeratione præſumere: ſed neſcio vtrum valeat, in quantumlibet exuberantium meritorum ſuorum ſecuritate, dormire: præſertim cùm Mundus vndique fremat, vndique velut marinum pelagus intumeſcentibus procellis ſe attollat, tantáſque nobis quibuſcunque raptoribus moleſtias ingerat, vt terrenis nos potius inſeruire negotiis, quàm obſequiis vacare diuinis, vel ad puritatis aſpirare munditiam, plerunque compellat. Malignus planè ſpiritus, humanum genus nunc ſolito vehementius per omnia vitiorum abrupta præcipitat: truculentius tamen odiorum ac ſimultatum liuore omnes perturbat. Tot enim quotidie bella deſæuiunt, armatæ acies proruunt, hoſtiles impetus inhorreſcunt, vt de militaribus quidem viris plures gladius videatur abſumere, quàm in grabatulis quieſcentes, corporeæ conditionis ægritudo finire, vt propemodum maris more geratur hic Mundus. Sicut enim

Mentiri quid ſit.

Iſa. 6. *Iſa. 41.* *Eccleſ. 9.* *Matt. 12.* *Matt. 5.* *Luc. 16.* *Exod. 20* *Deut. 5.*

Mundus ſimilis eſt pelago.

Appendix.

cùm ventorum tempeſtas oboritur, criſpante mitius pelago in vicinia littoris æſtus feruentior excitatur: ita nunc in Mundi fine, velut vicino maris littore furentibus diſſidij diſcordiæqúe procellis, cuncta hominum corda vexantur, & tanquam ſpumoſis fluctus fluctibus illiduntur. Inſatiabilis enim homicida, omnia ſcrutatur, omnia Mundi velut vnius agri loca perluſtrat, ne quid infœcundum alicubi aluidi fomitis ſatione prætereat. Hinc eſt quod ad Eccleſiaſtici ſtatus vniuerſale periculum, ab inuicem Sacerdotium imperiumqúe reſiliunt, atque ad Dei omnipotentis iniuriam, cum vnus Papa in Apoſtolico ſolio ſit conſtitutus, alter à finibus Aquilonis deſtinatur electus. Sed ille Papę abuſiuum Papam proculdubio ſuperaddidit, qui primus omnipotentis Dei vocabulum plurali numero declinauit. Eritis, inquit, ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Super quo nimirum potius flere compellimur, quàm prolixius quid ſcribere delectemur. Vnde cum ante aliquot dies hymnos rythmicos flendo depromerem: Heu ſedes Apoſtolica, orbis olim gloria, nunc, proh dolor! efficeris officinia Symonis. Terunt incudem mallei, nummi ſunt tartarei. Iuſto Dei iudicio fit iſta conditio, vt quiſquis Sedem Apoſtolicam ſemel comparat, redimere non deſinat, donec malè pereat. His dictis præ dolore cōtabui, & addere ſuperſedi. Sed cùm inter cætera mala quæ noſtris temporibus emergũt, ipſas quoque Eccleſias violenti homioes inſolenter opprimant, ac prædia vel quælibet bona ſacri iuris inuadant, nonnullos mouet, vtrum Eccleſiarum rectores expetere vindictam debeant, vt malis mala more ſecularium, reddant. Nam plærique, mox vt eis infertur vis iniuriæ, ad indicenda protinus bella proſiliunt, armatorum cuneos inſtruunt, ſicqúe hoſtes ſuos acrius fortè quàm læſi fuerant, vlciſcuntur. Quod mihi planè videtur abſurdum, vt ipſi Domini Sacerdotes attentent, quod turbis vulgaribus prohibent: & quod verbis impugnãt, operibus aſſerant. Quid enim magis Chriſtianæ legi videtur eſſe contrarium, quam retributio læſionum? Vbi, quæſo, ſunt tot præconia Scripturarum? vbi quod Dominus dicit: ſi quis tibi quod tuum eſt, tulerit, non repetas? Si enim nobis non licet eadem ipſa quę nobis allata ſunt repetere, quomodo pro his licet vltotiæ retributionis vulnus inferre? Vbi & illud: Si percuſſerit tibi maxillam, præbe ei & alteram: ſi angariauerit te mille paſſus, vade cum eo alia duo millia: ſi tulerit tibi tunicam, da ei & pallium. At fortaſſe quis obiicit, turbis ſecularibus hæc eſſe mandata, non ſacerdotibus: nimirum, vt Eccleſiarum præſules hæc prędicare debeant, nō ſeruare. Sed quis hoc, vel deſipiens, ſentiat, cùm Dominus dicat: Qui ſoluerit vnum de mãdatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorũ: Qui autem fecerit & docuerit, magnus vocabitur. Sacerdos itaque, qui in regno cœlorũ vult eſſe magnus, ſit in populo præuius, vt quod voce ſe ſequentibus dictat, primus ipſe viuis operibus impleat. Vnde, vt omnis praui intellect⁹ occaſio tollatur, primus inter Eccleſiæ ſacerdotes non ait: Domine quoties frater in fratrẽ, & dimittet ei: ſed omnium potius ſacerdotum cauſam in vna ſui perſona conſtituens: Domine, inquit, quotiens peccauerit in me frater meus, & dimittam ei: V[illegible]e ſepties: Cúmque reſpõderetur ſibi: vſque ſeptuagies ſepties indulgendum: nullum iam de ſeruãdo a ſacerdotibus vniuerſali mandato relictum videretur ambiguum. Luca etiam Euangeliſta teſtante docemur, quod Domino properante Hieruſalem, diſcipuli præcedentes intrauerunt vrbem Samaritanorum vt illi pararent. Cumque illos Samaritæ nullatenus recepiſſent, commoti Iacobus & Ioannes, humanitate dictante, dixerunt: Domine, vis dicimus, vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos ſicut Helias fecit? Mox conuerſus, increpauit illos, dicens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis: Filius hominis non venit perdere animas, ſed ſaluare: Vbi mox ſubditur: Et abierunt in aliud caſtellum, ac ſi non lingua, ſed opere loqueretur: Date, inquit, locum iræ vel potius quod ipſe dicit: Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Vita plane quam Saluator noſter geſſit in carne, non minus quam prædicatio Euangelij nobis eſt propoſita tenendæ linea diſciplinæ. Sicut ergo ipſe cuncta Mundi furentis obſtacula, nō per diſtincti examinis vltionem, ſed per inuictam ſuperauit inconcuſſæ patientiæ maieſtatem: ita docet Mũdi rabiem potius æquanimiter ferre, quàm vel arma corripere, vel lædenti læſionibus reſpõdere: præſertim cùm inter regnum & ſacerdotium propria cuiuſque diſtinguantur officia, vt & rex armis vtatur ſeculi, & ſacerdos accingatur gladio ſpiritali, qui eſt verbum Dei: De ſeculi nempe principe Paulus dicit: Non ſine cauſa gladiũ portat, Dei enim mioiſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit. Azarias rex qui ſacerdotale vſurpat officium, lepra perfunditur: & ſi ſacerdos arma corripit, quod vtique Laicorũ eſt, quid meretur? Nam & Dauid idcirco ante Euangelium euangelice vixiſſe creditur, quia non modo Semeï & Saul, ſed & plurimis indulſiſſe hoſtibus ſuis inuenitur. De quo, & cæteris ſanctis patribus, nõnulla hîc exempla perſtringerem, niſi vobis incomparabiliter notiora quàm mihi hæc & his ſimilia certum tenerem. Planè quis non videat quàm ſit inhoneſta confuſio, vt quod Eccleſia agendum denegat, imprudenter ipſa committat: & cùm aliis prædicet patientiam, infœderabilem contra nocentes accendatur in iram? Contigit hoc ſacienti quod Apoſtolus dicit: Ne cùm aliis prædicauerim, ipſe reprob⁹ efficiar. Vel illud potius quod ad Romanos ait: Qui ergo alium doces, teipſum vt doces? Qui dicis nõ mœchãdũ, mœcharis? Qui abhominaris idola, ſacrilegiũ facis? Et præcipuè id quod præſtò ſubiunctum eſt, Sacerdoti cõgruere videtur: Qui in lege gloriaris, per præuaricationẽ legis Deũ inhonoras. In lege quippe Dei ſacerdos nõ immeritò gloriatur, qui miniſterij locũ ad prędicãda legis mãdata ſortit⁹ eſt: ſed per præuaricationẽ legis Deũ inhonorare cõuincitur, cùm ſcita legalia tranſgredi nõ veretur. Dúmque aliud agit aliud prædicat, quantum in ſe eſt omnes ab eiuſdem legis obſeruatione perturbat: ſicut Scribis & Phariſæis Dominus dicit. Væ vobis, qui abſtuliſtis ſapientiæ claues & ſcientiæ, ſed ipſi non introiſtis & inſuper alios introire volentes prohibuiſtis.

Et reuera, qua fronte, qua libertatis audacia ſacerdos quilibet in diſſidentium confœderatione deſudet, cùm ipſe ſuis oſorib⁹ nõ remiſſionis indul-

Marginal notes: *Sacerdotij & imperij diſcordia.* — *Gen. 3.* — *Liceat ne litigare pro iurib⁹ Eccleſiaſticis: planè vero id negat, S. Diadoch⁹. de perfectione ſpirituali, Cap. 64.* — *Luc. 6.* — *Mat. 5.* — *Matt. 18.* — *Luc. 19.* — *Luc. 9.* — *Matt. 16.* — *Ro. 13.* — *2. Par. 26* — *Dauid Euangelice vixit.* — *1. Cor. 9.* — *Ro. 2.* — *Matt. 23.* — *Luc. 11.*

Column markers: A, B, C, D, E

Duo virtutũ gemmas Chriſtus de cœlo nobis attulit.

indulgeat veniam ſed effrenetur implacabiliter A ad vindictam? Inter omnes ſanè virtutum gẽmas quas Saluator noſter de cœloveniens attulit, duas inſignius atque præclarius rutilare monſtrauit, quas & in ſe prius expreſſit, & vt nobis imprimerentur, edocuit: charitatem ſcilicet & patiẽtiam. Et de charitate quidem dicit Apoſtolus: Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit Deus Mundum, filium ſuum miſit. De patientia verò ait: Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Per charitatem námque Dei filius de cœlo deſcendit: per patientiam verò Diabolum ſuperauit. His nimirum virtuti- B bus, & fundatores Apoſtoli Eccleſiam ſanctam condiderũt, & propugnatores eius ſancti Martyres diuerſa mortium ſupplicia triumphaliter pertulerunt.

Eph. 2.
Ro. 15.

Arma ferrea pro fide capere non licet: cautè intelligẽdũ.

Si ergo pro fide qua vniuerſalis viuit Eccleſia, nuſquam ferrea corripi arma conceditur, quomodo pro terrenis ac tranſitoriis Eccleſiæ facultatibus loricatæ acies in gladios debaccantur? Porrò ſancti viri cùm præualent, hæreticos idolorúmque cultores nequaquam perimunt: ſed potius ab eis pro fide catholica perimi non refugiunt: quomodo ergo pro rerum vilium detrimento fidelis fidelem gladiis impetat, quem ſecum vtique redemptum Chriſti ſanguine non C ignorat? In Galliarum finibus audiui geſtum eſſe quod narro, inter Abbatem & quendam ſeculi potentem orta eſt non leuis, de poſſeſſione, contentio. Cúmque à partis vtriúſque fautoribus, minis diu certaretur & iurgiis, tãdem vt armis ageretur vtrinque condictũ eſt. Et ſecularis quidẽ, paratis militum copiis, campũ præliaturus ingreditur, acies ſtruit, cuneos ordinat, atque ad fortiter agendum omnium mentes acerrimus cohortator inflammat. Sileſcunt omnia gladiis, rubent clypei, vociferantium clamor attollitur, minaces armatorum fremitus inhorreſcunt. Tela ſtringuntur, & ſolus aduerſæ partis impetus ad congre- D diendum accenſis manibus expectatur. Abbas enim non in armis terrenis ſpem ſuam, ſed in humanæ ſalutis auctore conſtituens, cunctis qui pro ſe dimicare conuenerant, ſuum prohibuit comitatum: Solos autem Monachos ſuos equis impoſuit, capita cucullis operiri præcepit: ſicque cum illis, velut galeatis & loricatis fidei munimento, crucíſque vexillo ad locum certaminis venit. Cúmque vir ille, non ferrea, vt ſperabat, arma conſpiceret, ſed tanquam cœleſtem atque Angelicam aciem comminus aduertiſſet, tantus eum cum ſuis omnibus diuini timoris horror inuaſit, vt deſiliẽtes de equis, protinus arma proiicerent, terræ ſe E humiliter ſternerent, indulgentiam flagitarent. Sic, ſic nimirum titulos victoriæ triumphalis obtinuit, qui non in frementibus equis, non in micãtibus gladiis ſpem poſuit: ſed ex diuinæ tantum potentiæ virtute præſumpſit. Ad hæc ſi quis obiiciat, Leonem bellicis vſibus ſe frequenter implicuiſſe Pontificẽ, nihilominus verũ eſſe dico, quod ſentio: quoniam nec Petrus ob hoc Apoſtolicum obtinet principatum, quia negauit: nec Dauid idcirco prophetiæ meretur oraculum, quia thorum alieni viri inuaſit, cùm mala vel bona non pro meritis conſiderentur habentium, ſed ex propriis debeant qualitatibus iudicari. Nunquid hoc legitur

Mat. 53.
2. Reg. 11.

vel egiſſe, vel literis docuiſſe Gregorius qui tot ra- A pinas ac violentias à Longobardorum feritate eſt perpeſſus. Num Ambroſius bellũ Arrianis ſe ſuámque Eccleſiã crudeliter infeſtãtibus intulit? Nũquid in arma ſanctorum quiſpiam traditur inſurrexiſſe Pontificum? Cauſas igitur Eccleſiaſtici cuiuſcunque negocij, leges dirimant fori, vel ſacerdotalis edicta concilij, ne quod gerendum eſt in tribunalibus Iudicum, vel ex ſententia prodire Pontificum, in noſtrum vertatur opprobriũ congreſſione bellorum. Sed ecce dum auiditate loquendi vobiſcum ſermonis articulũ longius protraho, metam vt video, compendij epiſtolaris ex- B cedo. Incolumẽ te, venerabilis pater, ad regendũ Eccleſiæ ſuæ ſtatum, omnipotẽs Deus cuſtodiat: & tu quoque in ſanctis orationibus tuis mei memor eſſe digneris.

Eccleſiaſtici negocij cauſa, legibus dirimãtur.

Pandulpho clerico, & Senatorij generis, & peritiæ litteralis nitore conſpicuo, P. peccator Monachus ſalutem.

EPISTOLA SEPTIMA.
CAP. I.

PRæſtolatus ſum, & certũ tenui, vt iuxta cõdictũ ſacri ordinis arriperes inſtitutũ. Sed quia C te rex Ægypti, luti ac lateris ſeruitio nõ oppreſſit, quia à procinctu ſuæ militiæ ſatrapis inſiſtentibus non abiecit: ſed potius cũ Leuita illo de latere montis Effraim blandiens ſocer Bethleemita retinuit, filiæque ſuæ amore deuinctum, multis ſermonum atque refectionum ſuauitatibus deliniuit: quod non homini, ſed Deo ſpoponderas humana non perſoluiſti temeritate. Obſecro, mi frater, quid prudentia tua valet excuſationis obtendere, quid argumentatur, vt ei liceat quod Chriſto iudice & Angelis teſtibus promiſerat, non implere, cum Dominus per Moyſem dicat: Si quis virorum vouerit Domino, aut ſe conſtrinxerit iura- D mẽto, non faciet irritum verbum, ſed omne quod promiſit, implebit. An forte hoc purgat mendacium, idoneúmque videtur in defenſione perfugium, quod Mediolanenſis ciuitas tunc in ſeditionem verſa, repentinum vtrique noſtrum minabatur interitum? & quod neceſſitas intulit, ſi voluntatis deſit arbitrium, non manebit? Sed canonica decernit auctoritas, vt ſi vidua pietatis violentiam pertimeſcens, ſacrum velamen quaſi non perſeuerantiam ſuſcipiat, ab eo quod ſemel iniit propoſito non recedat: abſit ergo vt virum timor abſoluat, qui fœminas etiam in iudicio non excuſat: præſertim cùm me denunciante ne huiuſmo- E di teuoto pro timore mortis conſtringeres, niſi etiam cõſequenter per viui operis efficaciam promiſſa impleres, tute diuinæ ſententiæ denotaſti, ſi datæ ſpõſionis aliquando myſteriũ violares. Dicã quod ſuper non diſſimili re nuper apud nos accidiſſe cognoſcitur. Vir quidam, Arduinus nomine famoſæ prudentiæ, genere clarus, diuitiis opulentus, certa mihi deuotione ſpoponderat, quod ſi ante non poſſet, ſaltem expleto decennio ad Monaſterium Beati Vincentij, quod videlicet in Vrbinati conſtitutum eſt territorio, Monachicum ſuſcepturus habitum declinaret. Tandem termino condictæ pactionis exacto, cum ego huic aſſiduè exactor inſiſterẽ, ille, inde cedẽdo,

Iudic. 19.
Num. 30.

blandiendo,verbis quidem bonum omne promit
teret,ipſius autem conuerſionis effectum quibuſ-
dam tergiuerſarionibus protelaret, rector quoq;
iam dicti monaſterij illius fauebat votis,diſſuade-
bátque conuerti,cuius nimirum perneceſſariis ſu
ſtentabatur auxiliis.Interea langunre corporis ir-
ruente decubuit,peccata cõfeſſus iudicio ſacerdo
tis abſoluitur, pauperibus & Eccleſiis multa lar-
gitur,in tantum vt cunctis quaſi bene compoſitis
aſſiſtentes ſibi cognatos & affines ſub hac obteſta
rione conſtringeret:Obſecro,inquit,per charita-
tem , quæ Deus eſt , nemo me reddi huic mortali
vitæ depoſcat,ne quod abſit, imparatum poſtmo-
dum mors improuiſa reperiat. Aliquanto autem,
poſt eius obitum,tempore,prædicto Abbati vir il-
le per viſum nocturnę quietis apparuit. Videbatur
autẽ quod in ſpatioſa quadã campi planicie Impe
rator,ſi recte teneo,vel quælibet excelſa poteſtas
cũ totiꝰ regni primoribꝰ & copioſo moraretur ex-
ercitu.Cúque ille ſtupefactꝰ huc illúcque oculos
deduceret, ecce Arduinꝰ à quibuſdã tãquã cuſto-
dibꝰ celeriter ducebatur:Heus,inquit, ſiſte gradũ
ſige pedẽ, quieſce pauliſper,mihi nõ loqueris Ar-
duine? age frater,quid tibi eſt? Lætaris,an pateris?
Adeſt pœna vel gloria? Cui triſtis ac flebilis, cur,
ait,me de gloria conſulis, qui iugibus pœnis affi-
cior, & ne ad momentum quidem reſpirare per-
mittor? Ad quem Abbas:Quid tibi,inquit, beatꝰ
Vincenrius! Num tibi nũc in neceſſitate non ſuc-
currit , qui ad collaborandum ſuæ domꝰ admini-
ſtratoribus tam ſedulo decertaſti. Cui mox ille
ſubiungit:Sanctus,ait,Vincẽtius,diu me ſuum fe-
cit ſperare colloquiũ: Sed quia dudũ ſatigatꝰ hoc
obtinere nõ merui,ſpem hãc omnino iam fruſtra-
tus amiſi: Vbi ſolerter attendendum quàm recta
linea diuinæ iuſtitiæ, imo quàm artifex apud Deũ
menſura vindictæ: Ille ſiquidem dum adhuc vi-
ueret, conuertendum ſe in Monaſterio beati Mar-
tyris & promittebat,& differebat:Nunc autem ad
eiuſdem Martyris venire colloquiũ, & quaſi ex
promiſſione ſperabat, & tamen nullatenus im-
petrabat. Dignúmque fuit, vt Abbas potiſſimum
hanc cerneret viſionem,qui,ne conuerteretur,il-
li obſtiterat. Alius etiam æquè notus mihi atque
ciuis in Rauennari vrbe pollebat, & legis peritia
ſtrennus & grammaticorum regulis competen-
ter inſtructus. Hic mecum fide dictor inſtituit,vt
ſi ego ſimul & ipſe relinqueret ſeculum. Quid plu
ra? Tandem ego ad conuerſionem veniens vt ſpõ-
ſio redderetur,exegi: ſed obtinere non potui. Ille
quippe me gaudendo præmiſit , ſuáque veſtigia
ſubſiſtens artificioſe repreſſit. Nõ diebꝰ vero mul-
tis poſtmodum,dum hunc aduerſus leuirum ſuum
furẽtis animi liuor accẽderet, gladio percuſſa re-
pẽte manꝰ eius obriguit, ſicq; ſtupefacta mãſit, ac
rigida deinceps,vt baiulo ſuo magis eſſet oneri quã
virtuti. Iam itaque inutilis factus, mundum dum
abuteretur abiecit,& non iam manceps, ſed cum
Beniamin totus dexter , in ſancta vſque ad obitũ
conuerſatione permanſit.

Interea Ioannes Connectẽſis Epiſcopus ad memo-
riam redit, qui dum conuerſionem ſuam per lon-
ga temporum interualla differret, aliquãdo conti
git, vt in fundo ſuo quem in ſaltus poſſidebat
territorio moraretur . Illic itaque conſtitutus
pauperculæ cuidam viduæ porcum, quem velut
A ſpem ſui victus alebat, præcepit auferri , ſuíſque
ferculis profuturum non ſegnius præparari. Emit-
tit preces illa,fletus ſundit ac gemitꝰ,ſibique dili-
gentiæ ſuæ reddi poſtulat nutrimentum. Sed ſuo
ventri magis quam illi pius Epiſcopus dum pro-
priis prouidet menſis,mandatum paruipendit au-
ctoris, qui per Prophetã dicit:Subuenite oppreſ-
ſo,iudicate pupillo,defendite viduam. Sed qui
abſens credebatur inſtituendo præceptum,
pręſentẽ eſſe ſe docuit inſerendo indicium: Nam
Epiſcopus dum lachrymas viduæ ſuæ facit deli-
tias gulæ,mox percuſſus in gutture vulnus incur-
rit,quod nullis medicorũ ſtudiis, donec vixit, e-
uaſit. Hoc itaque præpeditꝰ incõmodo,cum iam
B iuxta ſcripturã ſola vexatio intellectũ daret audi-
tui,tandẽ ſanis conſiliis acquieuit, & Epiſcopales
inſulas Monachica poſſeſſione mutauit, atque in
Põpeſiano cœnobio quod in beatæ Marię ſemper
virginis eſt honore cõſtructũ, lõgis poſt tẽporibꝰ
vixit. Vſque tamẽ ad obitũ tanta læſi gutturis la-
boranit moleſtia,vt niſi cũ magna difficultate tra-
iicere alimenta non poſſet: adeò vt ad geminam
ſemper menſam ſuccedentium ſibi fratrum in re-
fectione diſcumberet , vixque tantum cibi cape-
ret, vnde recreare ſtomachum potuiſſet. Sed dũ
huius Epiſcopi reminiſcimur,ſub hac occaſione
quid etiam Duſino Epiſcopo contigerit, ſcribere
C prouocamur. In ipſa plane quarta feria,quæ ini-
tium Quadrageſimæ dicitur,fecit ſibi & cõuiuium
ſumptuoſis opibus inſtrui,& balneũ pręparari,ac-
citiſque militibꝰ,& obſequẽtiũ turbis , lautũ diem
deduxit,& velut aduenięti nuptum. Quadrageſi-
mæ cũ nuptiali cõuiuio gratulabundus occurrit.
Vbi hoc tantũ diſſonabat à regula , quia cum ad-
huc liueſcerent in capitibus cineres,æſtuabant in-
gurgitati mero,& diſtenti dapibus ventres. Sed ô
vigilans ſuper nos diuina clementia. Iocolumis
tunc atque vegeti vultum Epiſcopi paralyſis re-
pente corripuit, eiuſq́ue faciem inhoneſtam viſu
atque ora diſtorſit. Per plures etiam annos,quibꝰ
D poſtmodum ſuperuixit, hoc in ſe diuinæ animad-
uerſionis portauit . Num & Adam Simphro-
menſem Epiſcopum præteribo? Qui ſe Mona-
chum fieri ſæpe promiſerat : ſed ſemper excu-
ſationes quibuſdam quaſi rationibus coloratas
obtendere ſatagebat. Aliquando mitius febriens
me vocabit ad ſe. Cui nimirum vt Monachus fie-
ret cum ego violenter inſiſterem, velle ſe perhi-
bebat: & tamen vt per quaſquam verborum eius
rimas erumpere videbatur , rem differre tenta-
bat . Poſtremo quod apud me magis obtinnit,
ait:Ego quidem pater,quicquid præcipis,incun-
ctanter obtempero : Veruntamen nolo te lateat,
E quia mox vt ego factus fuero Monachus, prædis
protinus atque rapinis hæc procul dubio pa-
tebit Eccleſia: inſuper & poſſeſſiones eius & præ
dia, ſceleſti homines radicitus extirpabunt. Hoc
ergo audiens, dum deluſus Eccleſiæ tam peri-
clitanti, proh dolor animæ non præuidi! Rece-
dens igitur ſibi ſuiſque mandatum dedi, vt ſi
languor aliquatenus ingraueſceret , aut mi-
hi per iudicem protinus innoteſcerent , aut
illum ad Monaſterium non longe poſitum defer-
rent. Porro autem poſtquam ego receſſi, frater
eius hæc mihi per nũtiũ delegauit: Dominꝰ quidẽ
meꝰ vt ſperamꝰ per diuinã clementiã conualeſcat.
Veruntamen

Veruntamē hortor, vt reuertaris ad eum, hoc ſci-
licet ordine, vt videlicet dominico die propius
accedendo, apud cœnobiū beati Vincentij, quod
ab Epiſcopatu vix quinque lapidibus diſtat, re-
quieſcas: ſecunda verò feria maturius ſurgens, ac
matutinas laudes ſuauiter æquitando perſoluens,
ad nos diluculo nōdum plenius dieſcente pertin-
gas. Et poſt hæc intulit: Venire te quæſo non pi-
geat. Nam ſi veneris, tui labor itineris compen-
ſatione congrua non priuabitur. Hoc vltimum
ego audiens, illico nauſeatus exhorrui, & tāquam
mihi ſpes daretur munerum, pro pecuniæ quęſtu
ire me funditus abnegaui: Conſcientia teſte non
mentior. Ipſum quoque non leuiter conuiciatus
B ſum, velut inhoneſtæ legationis auctorem. Rur-
ſus tamen me in memetipſo recolligens, timere
cœpi, ne ſi hic homo ex hac vita tranſiret, me
poſtmodum conſcientia negligentię redarguens
cruciaret. Quid verbis immoror? tandem parui,
cunctaque, ſicut ille mandauerat, per ordinem ſer
uans, cum vixdum aurora prorumperet, Eccleſiæ
lumen accēdi. Sed ecce cum omnes hinc inde per
ſtreperent, fletus & eiulat⁹ emitterent, vix duo-
bus aſſiſtentibus pueris intra cubiculum cadauer
Epiſcopi iacebat exanime. In quo nimirum caſu
notandum eſt, ac ſummo ſtudio perpendendum,
C quanta aduerſus incautos huius vitæ dilectores
calida machinatoris inſidietur aſtutia. Accuratè
ſcilicet & argutè illud mihi temporis punctum
per ora mittentium conſtituit, vt venirem quod
Epiſcopi mors inopinata præcederet, vt & illius
me præueniret occaſus, & meus fruſtraretur ad-
uentus. Quid ergo prodeſt, quod dum ad conuer-
ſionis gratiam prouocamur, clypeum nobis ex-
cuſationis ſemper opponimus, & tanquam Deus
interna non videat, neceſſitatum non vrgentium
fabricam compilamus? Nam cum paruas quaſlibet
res nobis iniuſtè ſublatas, diſtrictè diiudicet, cre-
dendúmne eſt, quod hominem ſibimet ſubtrahi
D prætioſam ſcilicet ſubſtantiā æquanimiter ferret.
Dicam quod mihi Gnaripotus ſenex vir, vide-
licet honeſtiſſimus apprimè literis eruditus, ac
medicus retulit. Quidam inquit alienum ſuem
furtiuè ſurripuit, & cauæ clandeſtiuus incluſit.
Vir tamen ille pietatis operibus intentus conſue-
uerat eſſe, & præcipuè humanitatem peregrinis
& hoſpitibus ſedulus exhibebat. Interea adeſt di-
ues Ieſus in effigie pauperis, & tanquam proli-
xo iam crine deformis egebāt arte tonſoris. Ille
protin⁹ reuerēter aſſurgēs, inter cætera officioſæ
humanitatis impendia, cœpit illum forpicibus at-
tōdere. Sed dū tornat ac ſatagit, ecce reperit duos
E in occipitio ſub crinibus oculos latitantes. Expa-
uit homo, ſtupénſque contremuit: & quid vellet
eſſe quod cerneret, pauidus inquiſiuit. Cui mox
ille: Ego, inquit, Ieſus vocor, qui vndique cun-
cta contemplor: Et iſti ſunt oculi, quibus etiam
ſuem vidi, quam nuper in cauea concluſiſti. Mox-
que diſparuit, ille protinus ad ſe rediens, & di-
uinam circa ſe clementiam recognouit, & quod
niquè præſumpſerat, ſatisfactione purgauit. Sed
qui tibi tam vnanimi fraternæ gratię familiarita-
te coniungor, obſecro non te pigeat minimum
quid audire quod loquor. In hoc eñ copioſior gra
tia pure ac non ſuſceptæ charitatis oſtenditur, ſi
quicquid venit in mentem, non tam Vrbanè,

A quàm ſimpliciter proferatur.
Certè vir quidam, Pambo nomine, clarus qui-
dem genere, ſed tenuis facultate, Romæ conſti-
tutus in vno mecum verſabatur hoſpitio, cū Hē-
ricus, piæ memoriæ rex coronā ſuſcepit Imperij.
In ipſis autē vigiliis dominicæ Natiuitatis, propin-
quæ iam nocti imminentib⁹ tenebris, non paruus
porcorū grex per longam nundinarum porticum
ducebatur. Tunc præfatus Pambo inter opaca ve-
nalium vnum è porcis iruens arpaxauit fauces ne
grunniret obſtrinxit, ſicque gratulabundus ad ſo-
cios, vt in craſtinū pararetur, adduxit. Illuceſcē-
te itaque ſacroſancta ſolennitate ſuo fruitur ſce-
B lere, & ſatiatus exultat de ſui criminis impunita-
te. Putabat enim fortaſſe quod hoc non attende-
ret Deus. Sed ſubſequente proxima nocte didicit,
quia ſuper eum diuina retributio vigilauit. Nā dū
equum ſuum male cuſtodiens obdormiret, ſubi-
to ſur habenā, quam ille ſuis innexuerat manibus
aſtutè ſubduxit, equūque cū freno ſumit & ſcella
trāſpoſuit. Euigilās itaque ſubtili ſe ſenſit mulcta-
tum eſſe iudicio: quia ex eadem manu, qua porcū
rapuerat, aucto fœnore cabalum, ſibi ſubreptum
eſſe cognouit. Sed quamuis in hoc homine è ve-
ſtigio ſit vltio ſecuta poſt culpam, non mirū quod
à quibuſdam reprobis aliquando pœna differtu ,
C ſuiſque ſceleribus diutius perfruūtur. Sicut enim
Scriptura teſtatur: Ducunt in bonis dies ſuos, &
in puncto ad inferna deſcendunt.
Memini planè, quia cum apud Parmenſe oppi-
dum liberalium artiū ſtudiis docendus inſiſterē,
dum adhuc videlicet in ipſo adoleſcentiæ flore &
nona pubertas indueret faciē, & æſtus libidinis
accenderet carnem, clericus quidam Teuzolinus
nomine, pellicem ſuam iuxta meum habebat ho-
ſpitiū, vt aiunt, aſpectu lubricam, & inhoneſto ſa-
tis decore venuſtam. Hic itaque niridulus & ſem-
per ornatus atque conſpicuus incedebat, ita vt
caput ei⁹ nūquā niſi gebelinica pellis obtegeret,
D indumēta carbaſina, atq; niuentia ſiligio per artē
fulonis inficeret, calceus poſtrema ad aquilini ro-
ſtri ſpeciem non falleret. Erat illi præterea vox
gracilis, ſuauis ac tinnula, adeo vt in Eccleſia
modulans, audientium corda mulceret, & aſtan-
tis in ſe plebis ora conuerteret: Affluebat vterque
delitiis, rudebāt ora flāmantia. Quotidie cachin-
nis inuicem atque ludibriis, oculorū nutibus &
ſcurrilitatis illecebris feſtiuis applaudebant. His
ergo furiis ac perditis moribus, quia corpore cō-
tiguus aderam, mente longinquus eſſe nō poterā.
Quid dicam? quia dum hæc cernerem, titillantis
luxuriæ moleſtias pertuli: cum etiam poſtquā ad
E eremum veni, eiuſdem lenocinij memoria me ſæ-
pi⁹ colaphizare non deſtitit. Sæpè, fateor, mihi ma-
lignus hoſtis hoc ſchema propoſuit, & illos eſſe
fœlices ac beatiſſimos, qui tam iocundè viuerent,
perſuadere tentauit. Sed huius beatitudinis ini-
tium diximus: conſequenter etiam quo fine cō-
cluſerint, attexamus. Nam dum per quinque ferè
annorū luſtra, in hac luxurioſa voluptate vixiſſēt,
ante annum cum commune ipſius vrbis flagraret
incendium, in vna domo reperti, vterque ſimul
igne conſumpti ſunt. Sic ſic nimirum flamma li-
bidinis ignem meruit combuſtionis: & quid
dulcis vita contulerit, amarus, proh dolor, exi-
tus demonſtrauit. Sed vt ad eos redeam, qui con-

uerſionem ſuã & pollicentur & fallunt, preſbyter quidam, Maurus nomine, ante annos paucos ſe mihi deuotè commiſit, méque certum, quia monachus in eremo fieret reddidit. Paulo poſt mutatum eſt cor eius, ac fœdus quod pro me cũ Deo pepigerat, violauit. Sed vt cæcitas mentis erumperet in ſuperficiem carnis, & caligo quæ latebat liquido pingeretur in fronte, in eius oculo repente vulnus oboritur, quod cum donec aduixit inhoneſta deformitate fœdauit. Poſtmodum verò dum orationis ſtudio Romam pergeret, amnémque tenuis admodum gurgitis tranſuadaret, cum cæteri omnes vadum illæſi tranſmearent, ſolus equus illius ſubito ſine ceſſore repertus eſt. Requirentes igitur eum, dum per alueum fluminis huc illucque diſcurrunt, vndis obrutum exanime cadauer inueniũt. Hoc itaque modo, dum ſancto propoſito vagationis ſuæ quiſquilias prætulit, vtriuſque laboris meritũ deluſus amiſit. Verũ ego dum dulcedine tuæ charitatis illectus, ſermonem diutius protraho, non clam me eſt quod modum iam compendij epiſtolaris excedo. Porro autem non ego te peritum rudis admoneo, non de ſcripturis exempla propono, ſed tanquã ruſticus res tãquam domeſticas retuli, vt quotidianis ſtomachum dapibus habentem vilibus ad edendum ſiliquis, vel herbis virentibus excitarem.. Ad tuæ ergo te remitto mentis armarium, vbi certè plurimæ cõduntur paginæ Scripturatum. Illic prudentia tua ſolerter inquirat quid melius ſit, an vt perſoluto ante tribunal æquiſſimi iudicis rationẽ rediturus aſſiſtas. Vnũ ſcio, quia ſi à mũdi vanitati bꝰ vlla poſſes ratione cõuerti, fieres proculdubio os Dei, præco Chriſti, tuba cœleſtis eloquij, deſtructor diaboli, ædificij fundator æterni. Eſſes poſtremo lumen Eccleſiæ, ac murus inexpugnabilis militiæ Chriſtianæ.

Petro chariſſimo, Petrus ſalutem.

Epiſt. 8. QVæris à me, dilectiſſime fili, quid ſibi velit quod in homilia diuitis & Lazari beatus Gregorius ait. Nonnulli putant præcepta veteris teſtamenti diſtrictiora eſſe quàm noui. Sed hi nimirum improuida conſideratione falluntur. In illo enim non tenacia, ſed rapina multatur: ibi res iniuſtè ſublata reſtitutione quadruplici punitur. Hic autem diues iſte non abſtuliſſe aliena reprehenditur: ſed ſua non dediſſe. Quibus vtique verbis doctor inſignis hoc duntaxat approbare nititur: quia ſi diues ille in veteri teſtamẽto fuiſſet inuentus tartareis pœnis nullatenus eſſet addictus. Iuxta ergo hãc aſſertionem idcirco periit: quia ſub noua gratia conſtitutus, Euangelium ſeruare contempſit. Sed è diuerſo tu moueris & dicis: Quomodo iam tunc nouum Teſtamentum illuxiſſe dicatur, cum Chriſtus necdum in cruce ſuſpenſus, nedum per reſurrectionis & aſcẽſionis gloriam fuerat ſublimatus? Imo ipſum Euangelium, quod ſeruari pręcipitur, necdum erat in orbem terrarum per Apoſtolorũ ora diffuſum. Poſtremò nec ſpiritus ſanctus hominũ corda repleuerat, qui ad mãdata ſeruãda vires mẽtibus adminiſtrat, Spiritus ſanctus non erat datus: quia Ieſus necdũ erat clarificatus. Huic quæſtioni, ſalua doctorum reuerentia, quod nunc occurrit, breuiter reſpondemus. Dicit in Euangelio dominus: Lex & Prophetæ vſq; ad Ioannẽ. Ioãnes aũt pręcipit, qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Sicut autem duo ſub hac ſententia mandata Ioannis: ita ſunt duo præcepta diuitis. Iſte ſiquidem dicit: qui habet duas tunicas, det non habenti: ille induebatur purpura & byſſo: qui habet eſcas, ſimiliter faciat: ille epulabatur quotidie ſplendide. Sed in vtroque durus & inhumanus conuincitur, dum & nudum Lazarum canes lingerent, nec veſtiret: & cupienti ſatiari de micis, quæ cadebant de menſa, victum ſibi funditus denegaret. Magna res, non nimirum ſi longum habet initium. Nouum itaque Teſtamẽtum, ſaltem quantum ad hanc pertinet humanitatem, iam erat cœptum, & ſi nondum vndique eſſet ad perfectionem vſque perductum. Ergo datur intelligi quia diues iſte tempore Ioannis fuit: ſed eius mandatis obtemperare contempſit. De quo videlicet tempore Saluator ait: A tempore Ioannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti deripiunt illud. Ex quo igitur tempore regnum cœlorum vim dicitur pati, perſpicuum eſt, quia iam & legi ſuccedit Euangelium, & poſt vetus, nouum corruſcare meritò dicitur Teſtamẽtũ. Iure ergo diues iſte cum reprobis eſt damnatus in Tartarum: quia cum electis noluit vim inferre regno cœlorum. Si quis autem nobis obiiciat, quod diuiti Abraham dicit: Habent Moyſem & Prophetas, hoc ipſum pro nobis facit. Nã cum Ioannes non modo Propheta ſit, ſed & plus quàm Propheta: quicquid ad Ioannem mittitur, ad Prophetam proculdubio deſtinatur: præſertim cum & iſta ſententia Ioannis Antiquorum Prophetarum non diſcordet oraculis: apud ipſos enim ſæpe tale quid inuenitur: Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſq́ue induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum. Moyſes etiam dicit: Prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris, quẽ vt meipſum audietis. Et ipſe Dominus ait: Si crederetis Moyſi, crederetis vtiq; & mihi. De me eñ ille ſcripſit. Qui ergo ad Moyſen mittũtur atque Prophetas, ad Ioannem vtique deſtinantur & Chriſtum. Quod autem rurſus inquiris, quid ſit quod in alia præfati doctoris ſententia reperitur vitium curioſitatis, quod ille obſcure poſuit, ſtudio breuitatis beati Auguſtini verbis, ex nodo me huius expediam quæſtionis. Ait enim, dũ beati Ioannis Apoſtoli exponit epiſtolã: Deſiderium oculorum dicit omnẽ curioſitatem. Iam quàm latè patet curioſitas, ipſa in ſpectaculis, in theatris, in ſacramentis Diabolicis, in magicis artibus, in maleficiis ipſa eſt curioſitas: aliquando tentat ſeruos Dei, vt velint quaſi miraculum facere, tentare vtrũ exaudiat eos Deus. In miraculis curioſitatẽ, hoc deſiderium non eſt à patre. Solutis ergo quęſtionibus beneficij peto vicem, vt ſanctæ orationis tuæ merear portionẽ. Aucto quippe fænore mercedis talio redhibetur, ſi peccatoris obedientia ſancti viri precibus compenſetur.

Domino venerabili Abbati, Petrus peccator Monachus ſinceriſſimæ charitatis affectum.

SAnctitatis veſtræ literas, colende pater, digna deuotione ſuſcepimus, quibus etiã prout cauſa dictauerit, breuiter reſpõdemus. Succẽſetis eñ, ac nos cõquerẽtes arguitis: quia nõ debuimꝰ veſtros Monachos cõtra B. Patris nſi Benedicti præcepta ſuſci- Epiſt. 9.

ſuſcipere, dũ ille decernat: De noto monaſterio venientibus, apud extraneos habitationis aditũ nõ patere. Cuius ſuggilationis obſtaculum, pace veſtra, nos facile propulſabimus: quia nimirum ſanctus ille vir monaſteria quidem doctrinæ ſuæ mandatis inſtituit: ſuper eremitas verò nullum ſibi magiſterium arrogauit. Enumeratis † ſiquidem quatuor generibus Monachorum, præſtò ſubiunxit: His ergo omiſſis ad cœnobitarum fortiſſimum genus diſponendum, adiuuante Domino veniamus. Qui ergo ad ſolum cœnobitarum genus ſe contulit diſponendum, patenter innotuit, quod heremitarum ſibi non applicuit inſtitutum. Sed ipſa beati viri hîc verba ponamus, & vtrum, cœnobitis, an eremiticis ſcripſerit, perſpicuè diſcernamus. Caueat, inquit, Abbas, ne aliquando de noto monaſterio monachum ad habitandum ſuſcipiat, ſine conſenſu Abbatis ſui. Qui ergo Abbatem monaſterij, non priorem alloquitur eremi, euidenter tunc oſtendit, quia quicquid ſcripſit, non eremiticis, ſed cœnobitis potius vt ſequerentur, iniunxit. Porro autem, quia iam manifeſtè docuimus, quod ſanctus Benedictus alienum in eremo ſuſcipi non prohibuit, oſtendamus nunc qualiter, vt hoc fieret, hoc eſt, vt Monachus de monaſterio feſtinaret ad eremum, etiam prouocauit. Hæc itaque noſtra non ſunt: ſed eiuſdem patris noſtri verba. †Secundum, inquit, genus eſt anachoritarum, eſt, eremitarum. Horum, qui non cõuerſionis feruore nouitio, ſed monaſterij probatione diuturna didiſcerunt contra diabolum multorum ſolatio docti pugnare. et benè inſtructi fraterna ex acie ad ſingularem pugnam eremi, ſecuri iam ſine conſolatione alterius, ſola manu vel brachio contra vitia carnis vel cogitationum, Deo auxiliante ſufficiunt pugnare. Ex quibus vtique manifeſtè colligitur: quia doctor almificus de monaſterio fratrem quemlibet ad eremum conſcendere non modo prohibuit, verùm inſuper monuit & docuit, inſuper etiam quibuſdam perſuaſionibus incitauit. Auctoritatem quippe dat, vt diuturna prius probatione frater in monaſterio diſcat, qualiter in eremo contra callidi tentatoris argumentum confligat. Hoc enim pugnare multorum ſolatio fretus incohat, vt illic poſtmodum ſola manu vel brachio infatigabiliter ſe & indeſinenter exercens, carnis ingruentibus vitiis, vel cogitationibus, non ſuccumbat. Hic tiro, illic miles: hîc rudis & tener, qui ſub campi doctore certaminibus aſſueſcit: illic roboratus iam cominus dimicat, & ſingulare certamen Chriſti Monachus non recuſat. Hîc velut puer ſimulat pugnæ proludium: illic docta manus ad prælia conſerit arma, nec perhorreſcit conſtipatos impetus bellatorum. Illic homo de ſeculo veniens, velut vrbem paruulam Segor de Sodomis egreſſus ingreditur. Cum verò ad eremum tranſit, iam cum eodem Lot montana conſcendit. Ad perfectionis igitur ſummam tendenti, & monaſterium trãſitus dicitur eſſe, non manſio, non habitatio, ſed hoſpitium, non finis intentionis, ſed quædam quies itineris. Ad hoc planè quiſque ſignatur idoneus, vt eum ad Eccleſiaſticũ ordinẽ ſacerdotalis electio prouehat: ad hoc grammaticorum ſcholas ingreditur, vt cum fuerit in arte perfectus, diſcedat. Ad hoc ſcita legum quiſpiam ſtudet addiſcere, vt cauſarum forenſium lites luculenter valeat in tribunalibus iudicum perorare. Sicut ergo iſti non in hoc quod faciunt, animi intentionem figunt, ſed in alium proculdubio finem tendunt: ſic nimirum ſic monachus, quem tamen ætas vel ægritudo nõ aggrauat, & in Monaſterio corporaliter degere, & ad eremum tuto deſiderio debet medullitus anhelare. Quatenus illic per intentionem mentis, velut nobilis arbor, radicitus hæreat, hîc ſe ad tẽpus ſub obedientiæ regularis exerceat diſciplina, vt videlicet monaſterij conuerſatio nõ aliud quã eremi ſit præparatio, & altiori propoſito totum militer, ad quod ſe prius in monaſterio conſtitutus exercet. Sic Iacob, quod per duas annorum ſeptimanas Laban opilionis more ſeruiuit, ad hoc duntaxat, vt ſolam Rachelis copulam mereretur, intendit. Et iam quidem Liam coniugali iure ſuſceperat: ſed per amoris intimi deſiderium in venuſtæ Rachelis amplexibus quieſcat. In illis itaque ſanctæ regulæ verbis, quæ ſupra poſuimus, perſpicuè declaratur: quia ſanctus Benedictus dũ in monaſterio hominem ponit, ad eremum dirigit. Hîc quidem collocat, ſed illuc cohortator inuitat. Hîc ſpiritale certamen incipere: illic edocet conſummare. Hîc admonet tyronatus arma corripere, vt illic nouerit phalangas hoſtium vitiorúmque barbariem non eneruiter obtruncare. Sed fortè dicatur, quia nos ſancti viri verba ad noſtræ voluntatis arbitrium violenter inflectimus, & potius argumentis innitimur, quàm in hac interpretatione verborum nobis ſuffragetur veritas. Inquiramus adhuc beatiſſimum virũ, vt quod ſuper huius diſceptationis articulo ſentiat, enucleatius eluceſcat. Et illa quidem eius quæ ſupra poſuimus, in ipſo ſanctæ regulæ reperiuntur exordio: videamus nunc quo eãdem regulam fine concludat. † Regulam autem hãc deſcripſimus, vt hanc obſeruantes, in monaſteriis aliquatenus vel honeſtatem morum, aut initium conuerſationis nos demonſtremus habere. Cæterum, qui ad perfectionem conuerſationis feſtinat, † ſunt doctrinæ ſanctorum patrum, quarum obſeruatio producit hominẽ ad celſitudinẽ perfectionis. Vides igitur quia doctor inſignis in monaſterio quidem conſtituit bonæ conuerſationis initium: ſed poſt ad ſublimioris vitę in ſancta religione prouocat inſtitutum, vt illic honeſtè viuere, moreſque componere, velut in conualle primæ conuerſationis incipiat: deinde iam ſpiritalibus exercitiis roboratus, tanquam à lacte ad ſolidum cibum tranſiens, verticem perfectionis aſcendat. Ad hoc animal in materno ventre concipitur, vt egrediatur. Et certe neceſſe eſt, vt mater abortiat, niſi fœtus ad ſui plenitudinem conualeſcat. Nos autem nolumus, vt ſemper vterus tumeat, & quod ſemel conceptum eſt, non erumpat. Siniſtræ indolis puer eſt, cui iam grãdiuſculo nec ex gingiuis dentes prodeunt, nec ad gradiendum genua conualeſcunt. Porro autem cùm ipſa cœnobitarum regula perfectionem ſe non habere perhibeat, ſed volentem perficiad eremi inſtituta patenter tranſmittat: cur nos ad perfectionis arcem & ipſi conſcẽdere floccipendimus, & quidem ne ad meliora proficiant, ſemper aliis inuidemus? Reſpiciens Ieſum ambulantem Ioannes, clamat Ecce agnus Dei: Ad hæc protinus Euangeliſta ſubiungit: Et audierunt

† Reg. ca. 1. Porro exhu, Sarabaita quos & Remnuntas, & Gyrouagi quos circumcelliones appellat Iſid. de diuinis Offic. lib 2. cap. 15. non ſunt Monachi, ſed Monachorum imagine ſibi blandiuntur: Iſid. ibid.

† Regula cap. 62. vide porrò ibi. Tract. 135. R. P. D. Ioannis Cardinal. s. Xyſti.

Gen. 19.

Gen. 29.

† Cap. 73.

Vide tract. 148. eiuſdẽ D. Cardin. in Ca. 73. dicta Regula.

Cœnobitarum regula non habet perfectionem.

Ioan. 1.

dun diſcipuli loquentem, & ſequuti ſunt Ieſum. A
Quid rogo, querelę potuiſſet babere Ioannes, dũ
ipſe ſibi Ieſum manifeſtè præferret, & illi ſeque-
rentur vtique potiorem? Si ergo ipſa, quæ præeſt
regula, ad ſe confluentes ad eremum deſtinat, qua
temeritate, qua froote, is qui ſub regula eſt con-
ſtitutus, obſiſtat? Iam luce clarius patet, quia qui
quærentibus eremum vetat, ipſam proculdubio
regulam rebellis oblocutor impugnat. Et dum re-
gulæ verbis adimit auctoritatem, ipſum ſanctæ re-
gulæ condemoat auctorem. Vera mater filium
3. Reg. 3. tradit, vt viuat: falſa petit, vt publicus eum enſia
2. Re. 19. diuidat. Octogenarius Berzellai, vt Channaa fi-
lij, vtilitatibus conſulat, eius ſuſtentaculo, ſene- B
ctutis incuruæ grauedinem fulcire non curat, dũ-
modo ille regi Dauid familiariter hæreat, ipſe de-
ſtitui prolis auxilio non recuſat. Hilarionem
dimittat Antonius, vt ſolus ad altiora conſcendat.
Nos autem diligimus Monachos, ſicut aſinos, vel
certè ſicut ceruos. Amant enim bomines hæc ani-
malia, non illis ſed ſibi, vt ea videlicet, aut in ſuã
transferant carnem, vel vt eorum fruantur auxi-
liis ad laborem. Amant hæc homines vt ipſi bene
ſint, illa verò aut non ſint, aut malè ſint. Nos etiã
vt potiamur duntaxat obedientia Monachorum,
ſalutis eorum omnino paruipeodimus incremen-
S. Benedictus fuit Heremita. tum. Hoc præterea nouimus, quia beatus Benedi- C
ctus eremi cultor extitit, & hoc certè nos optauit
eſſe quod fuit. Sed quoniam, ſicut ipſe teſtatur, v-
nuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius
quidem ſic, nec omnes capiuot verbum hoc: Di-
ſpenſatiuæ cõſtituit prius monaſterialis vitæ pla-
niciem, vt illic diſciplinæ flagellis attriti, & exer-
citiis roborati, iam facilius eremi conſcendamus
ad arcem. Hoc itaque Benedictus, quod & beatus
fecerat Paulus. Agamus ſiquidem erat Apoſtolus
1. Cor. 7. homines tamen ad coniugium prouocabat. Vnuſ-
quiſque, inquiens, vxorem accipiat: & vnaquæ-
que virum ſuum habeat. Vir vxori debitum red-
dat, & vxor viro. Paulò poſt tamen dicit: Volo D
omnes bomines eſſe ſicut meipſum. Aliud verò
volebat Apoſtolus, & aliud præcipiebat. Volebat
nos, ſicut ipſe erat, cœlibes eſſe, propter excellẽs
videlicet vernantis pudicitiæ meritum: ſed vole-
bat inire coniugium, quia fragilitatis noſtræ pe-
riculum timebat. Volendo me eſſe ſicut ſe, prouo
cat vt aſcendam Offerendo copulam nuptialem,
retinet ſuſtentando, ne corruam. Ad illud gliſcit
vltroneus, hoc concedit inuitus: Mauult enim me
eſſe quod eſt, quàm eſſe quod non eſt. Elegit ta-
men me vtcunque ſibi manere vicinum, quàm
procul abeſſe prorſus extraneum. Sicut ergo bea-
tus Paulus magis optat agamiam, quàm monoga- E
miam vel digamiam, ne tamen quique fragiles la-
bantur in pellices, concedit vxores: ita nimirum
ſanctus Benedictus, quanquam propenſius velit
nos eſſe quod erat: hoc eſt, eremi ſectatores: tole-
rabilius tamen ducit nos infirmos ac debiles in
Monaſticę & Heremiticæ vitæ comparatio ex D. Benedicti ſententia. monaſterij portu vel ignobiliter viuere, quàm in
tempeſtuoſa naufragi mundi voragine deperire.
Fratres itaque in monaſterio immobiliter perma-
nentes, tolerandi ſunt: ad eremum verò feruido
ſpiritu traoſmigrantes, plauſibus ac præconiis ef-
ferendi. Illi ſiquidem ſub diuinæ protectionis cly-
peo deliteſcunt: iſti verò in campum certaminis
prodeuntes, victoriæ titulis decorantur. Illi de-
A ſendunt ſua: iſti referunt ſpolia. Illi Deo prote-
gente ſunt inſuperabiles: iſti quotidie ſatagunt,
hoſtium ſuorum calcare ceruices. Illi cõtra mœ-
nia conſtituti, obſidentes ne ingrediantur, obſi-
ſtunt: iſti minaces boſtium cuneos procul de ſuis
finibus, terga cedentes, expellunt. Et quid plura
dicam? Illi ſcilicet à ſeculo ſunt remoti: iſti Deo
iam confabulabãtur intima illi charitate coniũcti
Illi altare æreum cuſtodiunt: iſti iam ingrediun-
tur ſancta ſanctorum. Vt autem in calce huius e-
piſtolæ iam ſubnectamus epilogum. quia de noto
monaſterio ſuſcepiſſe Monachos accuſamur, luce
clarius conſtat, quia ſanctum Benedictum, in hoc,
B nihil prorſus offendimus. Sicut enim nobis, in e-
remo videlicet conſtitutis, nihil vt exequeremur,
iniunxit: ita vt caueremus nihil omninò prohi-
buit. Sicut autem ſuperius ſatis ſupérque docui-
mus, vt ex monaſterio frater ad eremum tran-
ſeat, doctor inſignis non modo non abnuit, verum
etiam ſuggerit, prouocat, & impellit Atque vt e-
uidenter oſtenderet, hoc apud ſe quantam deſide-
rij vim baberet, hoc regulę ſuæ principium indi-
dit, hoc deſcriptum fine concludit, ab hac ſcilicet
ſanctus ille liber incipitur, in hac per auxeſim ma-
teria terminatur, vt ipſum quodam modo per om
nem ſui textum præcipere videatur. Porro autem
C cum incipientium iſta ſit regula, quatenus vt au-
ditor reddatur intentus, commendent quæ ſcri-
benda ſunt, iſte non ſolum in ipſo regulæ inſipiẽ-
tis exordio, ſed & in fine quoque totum opus ſuũ
leuigando & adnullando depretiat, vt cœnobita-
rum ordinem eremiticæ vitæ ſupparem ſtatuat.
Vt ergo fratres, ad eremum de monaſteriali vita
conſceodant, & nos hortari, & nos debemus cum
charitate ſuſcipere, vt non velut hoſtes à beato
viro, ſchiſmatica, quod abſit, auerſione diſcedere:
ſed vt reuera diſcipuli, videamur & illi & inuicẽ
vnanimiter conſentire.

D *Petro Cerebroſo, Monacho, Petrus peccator, Monachus,*
in Domino ſalutem.

EPISTOLA DECIMA.

QVi dicaciam eloquentiam putat, rerum ſimi-
litudine ductus oberrat. Sicut enim vir ſa-
piens dicit: Labia imprudentium ſtulta narra- *Eccl. 21.*
bunt, verba autem prudentium ſtatera ponde-
rabuntur. Planè ſicut equus effrenus per anfra-
ctus & inuia plana vel ardua quæque tranſmit-
tit: ſic lingua ſtultorum recta vel friuola vt
quęlibet ſuppetunt, indifferẽter ac leuiter effluit.
E Prudens autem, quæ dicenda ſunt, ponderat, &
tanquam cautus viator ſolerter attendit, vbi lin- *Prudentis*
guæ ſuæ veſtigium figat. Ille quicquid occultum *& ſtulti*
eſt, per impatiẽtiã fandi prodncit in medium: iſte, *ſermonis*
ſi dictat vtilitas, ſub claue ſilentij ſeruat arcanũ. *comparatio.*
Vnde & idem ſapiens: in ore inquit, fatuorum cor
eorum, & in corde ſapientium os illorum. Pluri- *Eccl. 21.*
mum fel frater, in nos nuper euomuiſti, dicens &
ſcribẽs quod veſani vtique capitis videatur ebul-
lire furorem. Et cætera quidem, quæ ſimultatis
acerrimæ liuore debacchatus es omittimus: de di-
ſciplinis autem verberum, quas ſibi fratres cõſue-
tudinaliter inferunt, vbi detractationis pedẽ diu-
tius impreſſiſti, cum Dei auxilio reſpondemus.
Hoc

Heremitica verberum disciplina. Hoc itaque diſciplinæ genus nequaquam moder-
nis eſt ſtudiis nouiter adinuentum: ſed ex ſacræ
ſcripturæ potius auctoritate prolatum. Nouimus
enim Dominum Saluatorem à præſidis militi-
Mat. 27. bus verberatum, beatos Apoſtolos in conciliis à
Ioa. 19. ſacerdotum principibus cæſos, nonnullos etiam
Act. 16. ſanctorum Martyrum legimus vergis ac flagris du-
2. Cor. 11. rioribus laniatos. Paulus etiam, quia ter vergis cę-
ſus eſt, & quod quinquies quadragenas vnam mi-
nus accepit. Quod vtique tale eſt. præcepit in
Deut. 25. Deuteronomio Dominus, dicens: Si enim qui pec-
cauerit, iudices dignum viderint, proſternent, &
coram ſe facient verberari. Vbi & mox additur:
Pro menſura peccati, erit & plagarum modus, ita
vt quadragenarium numerum duntaxat non ex-
cedant, ne fœdè laceratus ante oculos tuos obeat
frater tuus. Quod videlicet illi populo legale prę-
Quadragenarij numeri myſterium ceptum, nobis eſt allegoriæ myſterium. Quadra-
genarius ſiquidem numerus, humanæ vitæ ſigni-
ficat curſum. Hinc eſt quòd Iſraël annis quadra-
ginta graditur per deſertum: Hinc Moyſes & He-
Num. 14. & 32. lias, inſuper & ipſe Dominus tot diebus protra-
xère ieiunium. Qui etiam ſicut horis quadragin-
Deut. 2. 8. ta in ſepulchro mortuus iacuit: ita nihilominus
Ex. 24. poſt reſurrectionem ſuam diebus totidem cum di-
3. Reg. 19. ſcipulis fuit: quatenus nos ſua membra pius magi-
Mat. 4. ſter educeat, vt per capitis noſtri veſtigia gradiē-
tes, & mortui mundo, & velut peregrini hoſpite-
mur in ſeculo. Myſticè quoque peccator in lege,
dum vapulare præcipitur, excedi quadragenarius
plagarum numerus prohibetur: quia quiſquis in
hac vita perfectam egerit pœnitentiam, nullam
poſt modum pro ſuis exceſſibus ſentiet pœnam.
Pœna pro peccatis poſt hanc vitam. Porrò ternarius propter myſterium ſanctæ Tri-
nitatis, ad fidem: quinarius autem propter quin-
que ſenſus noſtros pertinet ad operationem. Et
quia quiſque cum peccat, vel errat in fide vel de-
2. Cor. 11. linquit in opere, dignū fuit vt Paulus qui vtrobi-
que peccauerat, ad perfectæ purgationis effectū,
tot virgis cæſus, & quinquies verberum vteretur
quadragenis. Quod autem dicitur, vnam minus,
hoc eſt proculdubio, quoniam Iudæorum iudices
vnum decreuerunt ictum de quadraginta minue-
re, vt dum ad legalem calculum non pertingerēt,
contra præceptum legis nullatenus excedere po-
tuiſſent. Et dum citra periſſlerent, vlterius non
Scriptura ſacra verberum plagas commendat. tranſirent. Cùm ergo non modo vetuſtæ legis au-
ctoritas, ſed & Euangelica gratia, verborum pla-
gas modo per præcepta, modo per exempla com-
mendet, vt & ſanctos Apoſtolos in concilio cæ-
ſos, & beatos Martyres legamus ſępenumero ver-
beratos: quæcunque autem ſcripta ſunt, ad noſtrā
doctrinam ſcripta ſunt: quid abſurdum eſt, quid
ineptum, ſi nunc ſancta Eccleſia in pacis otio vti-
tur, quo dudum vtebatur in bello? Nam & Apo-
1. Cor. 9. ſtolus iterum dicit: Caſtigo corpus meum, & in
ſeruitutam redigo. Et alibi: Sancti ludibria &
Heb. 11. verbera experti. Porrò dum manus carnificis nūc
ab infligendo Matyribus verbere ceſſat, quid
obeſt ſi ſancta deuotio ipſa ſibimet, vnde ſanctis
Martyribus particeps fieri mereatur, exhibeat?
Nam cum ſponte me propriis manibus ante con-
ſpectum Dei verbero, deuotionis ingenuæ deſi-
deriū, ſi carnifex accurreret, promptus oſtendo.
Quia ſi pro amore Chriſti, tā dulcis eſt mihi pœ-
na cum deeſt, quo ſuſciperetur animo ſi perſecu-
tor offerret? Vellem pro Chriſto ſubire martyriū;
A nō habeo ceſſante ſtudio facultatem, ipſe me ver-
beribus atterens oſtendo ſaltē feruentis animi vo-
lūtatem. Enimuero ſi me perſecutor allideret, ipſe
me verberarē: quia verberandū me vltroneus ex-
hiberem. Nam ſi ſolerter ſcriptura diſcutitur, ipſe
rex Martyrum Chriſtus, non ſolum à Iuda, ſed e-
tiam à Patre, & à ſemetipſo quoque traditus in-
uenitur. Nam de patre dicit Apoſtolus: Qui pro-
prio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus *Rom. 8.*
tradidit illum. De Filio autem alibi: qui dilexit,
inquit, me, & tradidit ſeipſum pro me. Siue ergo *Gal. 2.*
me propria manus affligat, ſiue carnifex ictum
infligat, ego ſpecialiter huius examinationis au-
B ctor exiſto, qui me ad examinandum vltroneus
offero. Præterea, quia tympanum eſt pellis arida,
ille iuxta Prophetam in tympano Domini vera- *Pſ. 150.*
citer laudat, qui confectum ieiunio corpus per
diſciplinam verberat. Planè & ſacri canones, non-
nullos qui delinquunt, vapulare præcipiunt. Vn-
de ſancti plurimique Pontifices, quoſdam ad pœ-
nitentiam venientes, prius in oculis ſuis verbera-
ri præcipiunt, ſicque deinceps pœnitentiæ iudi-
cium imponunt. Nam & ante nos omnibus fere
ſanctis Monaſteriis, hæc diſciplinæ regula nequa-
quam fuit incognita, & ſi non adeò frequentata:
C Vnde & ſingulos annos pœnitentiæ, millenis ſco-
pis redimere conſueuerant. Tu quoque non di- *Pœnitētia anni ſinguli, quomodo redempti.*
ſciplinæ regulam, ſed longioris diſciplinæ dete-
ſtaris inſaniam, nec improbas cum diſciplina dici
Pſalmum, ſed perhorreſcis, vt continuetur cum
diſciplina Pſalterium. Sed, dic obſecro frater, vt
cum pace tua loquar, deteſtaris illas quæ ex mo-
re fiunt in capitulo diſciplinas? Damnas fortaſſis,
& hoc quod ſæpe fratri de leui qualibet offen-
ſione confeſſo, vicenas fortaſſe, vel vt multum,
quinquagenas verborum plagas ſubire præ-
cipimus? Sed quia diſciplinæ iſtæ ad toleran-
dum leues ſunt & exiguæ, atque inter fratres
D regulariter aſſuetæ: perſpicuum eſt, quia non
derogas, non reprehendis, ne contra communem
ſancti ordinis conſuetudinem venire videaris. A-
ge igitur, ſi quinquagenas, vt dictum eſt, licet im-
ponere, cur non etiam ſexagenas, vel etiam ſi prę-
ſumimus dicere, vſque centenas? Quòd ſi centena-
rium, in hoc piæ deuotionis ſacrificio, numerum
licet attingerę, cur non etiam ducentorum, cur
non trecentorum, quadringentorum, quingento-
rum? Cur certè & millenarium ac deinceps non
liceat attexere numerum? Satis enim abſurdum
eſt, vt cuius rei pars minima gratè ſuſcipitur, ma-
xima reprobetur: Et nimis ineptum eſt credi, vt
E bonum quid debeat incipi, ſed non permittatur
augeri. Quomodo enim poteſt fieri, vt ſi parua di-
ſciplina purificat, in conſpectu Dei multiplicata
ſordeſcat? Nam ſi diurnum ieiunium bonum eſt,
biduanum vel triduanum melius eſt. Sic vigilare,
ſic pſallere, ſic laborare, ſic obedire, ſic medita- *Biduanum & triduanum ieiunium.*
tionibus ſcripturarum vigilanter inſiſtere: vnuſ-
quiſque pius labor, quò prolixior eſt, eò propen-
ſioris mercedis gloria dignus eſt. Solum autē hoc
pietatis genus, quò magis augetur, eò deterius iu-
dicabitur! Dicis, vt quid percutio carnem? Reſ-
pondeo: Vt quid percutio ſpiritum? oicit enim
pſalmiſta: Exercitabar, & ſcopebam ſpiritū meū.
Carnem ſiquidem & ſpiritum ſcopo, qui me deli- *Pſ. 76.*

quiſſe per carnem & ſpiritum recognoſco. Iſtum correptionum, illam cum cęteris afflictionibus etiam percuſſione virgarum, vt quia me læta caro traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam. Lorica eſt bomo indutus ad carnem, ferreis membra diuulſa circulis ambit, mittit cum labore metaneas, allidit in pauimentum crebrius palmas: Vt quid hæc & ſimilia? Vt dum per hæc corpus affligitur, animæ refrigerium procuretur. Quodcunque enim illud eſt per quod caro pœnitentię cauſa laceratur atque procellitur, per hoc homo proculdubio ad æternam requiem perducetur.

Domino Nicolao ſummo pontifici, Petrus peccator Monachus, debitæ ſubiectionis obſequium.

EPIST. XI.

NVper habens cum nonnullis Epiſcopis ex veſtræ maieſtatis auctoritate colloquium, ſanctis eorum ſemoribus volui ſeras apponere, tētaui genitalibus ſacerdotum, vt ita loquar, continentiæ fibulas adhibere. Sed quoniam hæc ſecta eſt cui vbique contradicitur, aliud quidem quodcunque veſtræ conſtitutionis imperium ſub ſpe perficiendi fidenter indicimus: huius autem capituli nudam ſaltem promiſſionem, tremulis prolatā labiis, difficilius extorquemus. Primò qui faſtigiū caſtitatis attingere ſe poſſe deſperāt: Deinde quia ſynodali ſe plectendos eſſe ſententia propter luxurię vitium non formidant. Noſtris quidem temporibus gemina quodammodo Romanæ Eccleſiæ conſuetudo ſeruatur, vt de cæteris quidem Eccleſiaſticæ diſciplinę ſtudiis, examen, prout dignum eſt, moueat: de clericorum vero libidine, propter inſultationem ſecularium, diſpenſatiuè conticeſcat. Quod certe ſatis correptione dignū eſt, ne vnde vulgus omne conqueritur, inde potiſſimum à magiſtris Eccleſiæ in iudiciis taceatur. Si enim malum hoc eſſet occultum, fuerat fortaſſis vtrumque ferēdum: Sed, ah ſcelus! omni pudore poſtpoſito, peſtis hæc in tantam prorumpit audaciam, vt per ora populi volitent loca ſcortantiū, nomina concubinarum, ſocerorum quoque vocabula, ſimul & ſocruum, fratrum denique & quorumlibet propinquorū. Et ne quid his aſſertiunibus deeſſe videatur, teſtimonio ſunt diſcurſio nūtiorum, effuſio munerum, cathinnarium, ſecreta & loca & colloquia. Poſtremo verò omnis dubietas tollitur, vteri tumentes, & pueri vagientes. Ergo præ pudore neſcio quomodo ſupprimatur in Synodo, quod publicè vociferatur in mundo: vt non modò peccantes, vt dignum eſt notentur infamia: ſed & hi quoque, qui vltores eſſe debuerant, videantur in culpa.

Sacerdotū non vindicata incontinentia.

CAPVT 2.

Num. 25.

NOn hic pudor faciem Phinees ſacerdotis operuit, qui nimirum coeuntem cum Madianitide Iſraelitem coram omni multitudine in locis genitalibus arrepto pugione transfodit. Porrò autem nos contra diuina mandata perſonarum acceptores, in mitioribus quidem ſacerdotibus luxuriæ inquinamenta perſequimur: in Epiſcopis autem, quod nimis abſurdum eſt, per ſilentij tolerantiam veneramur. Sed ecce hic Phinees diuini ſpiritus zelo ſuccenſus, cùm totus

A Iſraëlitarum populus cum filiabus Moab fornicando corrueret, ſeſéque Beelphegor ſacrilegis initiaret cerimoniis, non in deſpectos quoſque vel infimos diuinæ legis propugnator inſiluit: ſed excellentiores & clariores in populo, quos ad terrendum cæteros trucidaret, elegit, teſtante ſcriptura, quæ dicit: erat, inquit, nomen veri Iſraelitæ qui occiſus eſt cum Madianitide, Zambri filius Satai, dux de cognatione Symeonis. De mulieris quoque nobilitate ſi quæritur, hoc in ſequentibus inuenimus: Porrò mulier Madianitis quæ pariter iuterfecta eſt, vocabatur Cozbi, filia Sur principis nobiliſſimi Madianitarum. Sane poſt di-
B geſtam fornicationem & digne vltionis hiſtoriā, quid opus fuerit Moyſi vt Genealogiam fornicatoris vtriuſque contexeret, & alterum ducem, alteram nobiliſſimi principis filiam fuiſſe narraret, niſi vt doceret carnales illecebras in eminentioribus perſonis acrius perſequēdas? Hinc eſt quod & ipſe Dominus cum omnis Iſraëlitarum plebs non diſpari crimine teneretur obnoxia, de populo quidem tacuit: aduerſus autem ſolos principes in furorem ſe dignæ animaduerſionis erexit. Iratus enim ait Moyſi: Tolle cūctos principes populi, & ſuſpēde eos contra Solē in patibulis, vt auertatur furor meus ab Iſraël. Et planè Moyſes nō
C ad alios ſed ad iudices Iſraël, ait: Occidat vnuſquiſque proximos ſuus qui initiati ſūt Beelphegor. Nū ergo Phinees pro communi fornicatione multitudinis totius vlſciſcenda, in eos potiſſimum qui duces videbantur, inſiluit: principes populi ſimiliter in patibulis ſuſpendi ſententia diuina præcepit: Moyſes quoque non quibuſlibet infimis, ſed iudicibus Iſraël, vt proximos ſuos occiderent pro vindicta fornicationis iniunxit: quid in his omnibus datur intelligi, niſi quia reatus adulterij in perſonis clarioribus debet durius vindicari? Et qui tales, commotus, vlciſcitur: pacem ſuperbi iudicis & gratiam, non modò ſibi, ſed & populo
D abſque dubio promeretur. Vnde diuina vox: Phinees, inquit, auertit iram meam à filiis Iſrael, quia zelo meo commotus eſt contra eos, vt non ipſe delerem eos in zelo meo. Ecce audiuimus quomodo propter iram Phinees placata eſt ira Domini ſuper Iſrael. Audiamus nunc etiam qualiter ipſe per animi ſui commotionem, perpetuam cum Domino ſtatuerit pacem. Ecce, inquit, do ei pacē fœderis mei: & erit tam ipſi, quā in ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum, quia zelatus eſt pro Deo ſuo, & expiauit ſcelus filiorum Iſrael. Pacem quippe ſui fœderis Dominus illi dedit, quia fedata omni carnis moleſtia, viuere illum vſque in fi-
E nem Mundi in paradiſi amœnitate conſtituit. Ipſe ſiquidem eſt, niſi fallor, Helias propheta, qui videlicet igneis equis & curru, Heliſęo ſuſpiciente, eſt tranſlatus in cœlum. Vnde ſi quis me mentiri autumat, potius diuinæ legis interpretem Hieronymum, qui hoc in Hebraïcarum quæſtionum libro teſtatur, reprehendat. Porrò autem & tempore Dauid regis hic Phinees ſupereſſe, ac ſacerdotale ufficium gerere perſpicuè inuenitur, dicēte Scriptura: hi ſunt Choritæ ſuper opera miniſterij, cuſtodes veſtibulorum tabernaculi: & familiæ eorum per vices cuſtodientes introitum caſtrorum Domini. Phinees autem filius Eleazar, erat dux eorum coram Domino. Cui nimirum Phi-

Carnis illecebra in eminentioribus perſonis ducius vindicanda.

Num 25.

Adulteria Magnatū acrius perſequēda.

Num. 25.
1. Mac. 2.

Phineem, illum eſſe qui & Helias dictus ſit, traditio eſt (vel potius quæſtio) Hebraica, vt & alia multa quæ propo nit D. Hieron. in q. Hebraicis.
1. Par. 9.

Phinees nomen à parentibus inditum, Helias autem agnomen eſt accidens per euentú. Helias ſiquidem interpretatur Deus Dominus: Quod ex hac ſibi occaſione impoſitum fuiſſe creditur, quia cum legationis officio fungeretur miſſus ab Iſ- *Ioſ. 22.* raëlitico populo ad duas tribus & ſemis, Ruben videlicet & Gad, & dimidiam tribum Manaſſe, quæ enormis magnitudinis altare conſtruxerant, hoc ab eis reſponſum excuſationis accepit. Fortiſſimus, inquiunt, Deus Dominus ipſe nouit ſi præuaricationis animo hoc altare conſtruximus. Ab his itaque, rationem reddêtium, verbis, Helias nuncupatur, qui Phinees eatenus dicebatur, vt illorum reſpõſum, ſhuius videatur eſſe vocabulum. B Notandum, quia ſicut in chronicis ſuis ſolertiſſi- *4. Re. 2.* mus Beda teſtatur, ab egreſſu filiorum Iſrael ex Ægypto, vſque ad Heliæ in cœli culmen aſcenſum, ſex cẽtorum viginti annorum ſupputari calculus inuenitur. Iure ergo, quia mœchis repentinam intulit mortem, annoſæ vitæ ſortitus eſt longitudinem. Qui, quia in terris diuini zeli eſt ardore ſuccenſus, congruenter eſt equis igneis in cœlum eleuatus.

Quod Heli ideo perijt, quia peccantibus filiis male pius indulſit.

CAP. 3.

C AT contra, Heli quia filiorum peccata cogno- *1. Reg. 2.* uit, ſed eos inuectione, qua digni erant, acerrima non corripuit, eiſdem filiis à Philiſthiim in bello peremptis, ipſe quoque de ſella retrorſum cecidit, fractiſque ceruicibus expirauit. Quin & Archa Domini ab hoſtibus capta eſt, & prius quidem quatuor millia, deinde triginta ſunt Philiſtæo trucidante proſtrata. Et quidem redarguit & corripuit, ſed lenitate & manſuetudine patris, non ſeueritate vel auctoritate pontificis. Quare, inquit, facitis res huiuſmodi quas ego audio, res peſſimas, ab omni populo? Nolite filij mei: non eſt enim bona ſama quam audio. Audierat enim, ſcri- D ptura teſtante, quia dormiebant cum mulieribus, quæ obſeruabant ad oſtium Tabernaculi. Porrò, quos inimicos Dei vidit, in perniciem ſuam filios recognouit. Et quos hoſtili gladio ferire debuit, paternæ blanditiæ leuitate, palpauit. Non ſic ille fidelis in domo Domini famulus Moyſes, magiſter videlicet ingenui Phinees. Stans enim in por- *Ex. 32* ta caſtrorum ait: Si quis eſt Domini, iungatur mihi. Congregatique ſunt ad eum omnes filij Leui, quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ponat gladium vir ſuper femur ſuum: ite & redite de porta vſque ad portam caſtrorum, & occidat vnuſquiſque fratrem ſuum, & proximum & ami- E cum. Cæſis itaque viginti tribus milibus hominũ, ait Moyſes: Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnuſquiſque in filio & fratre ſuo, vt detur vobis benedictio. Plane ſicut benedictione digni ſunt qui culpas corrigunt, ita nihilominus maledictioni obnoxij ſunt qui peccantibus blan- *Hier 48.* diuntur, ſicut per Prophetam dicitur: Maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine. A ſanguine quippe gladium ſuum prohibet, qui ſe ab inferenda reprobis vltione digna coercet: Facti ſiquidem culpam habet, qui quod poteſt, negligit emendare. Vnde & præfato Heli, quidam vir Dei, qui & Phinees fuiſſe putatur, ait: Hæc dicit Do-

A minus: Quare calce abiicitis victimam meam, & *1. Reg. 2.* munera mea, quæ præcepi vt offerrentur in Templo, & magis honoraſti filios tuos quàm me? Si ergo Heli propter duos duntaxat filios, quos non ea qua digni fuerant inuectione corripuit, cum eis ſimul, & cum tot hominum multitudine periit: qua arbitramini dignos eſſe ſententia, qui in aula Eccleſiaſtica & ſuluit iudicantium præſidẽt, & ſuper non ignotis prauorum hominum criminibus tacent? Qui dum dehoneſtare homines in publicum metuunt, ad contumeliam ſuperni Iudicis, diuinæ legis mandata confundunt. Et dum perditis hominibus amittendi honoris officium B ſeruant, ipſum Eccleſiaſticæ dignitatis auctorem crudeliter inhonorant. Vnde & eidem Heli qui Deum, filios ſuos honorando, contempſerat, diuina vox ait: Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnit me, erit igno- *1. Reg. 2.* bilis. Vbi mox ſubditur: Ecce dies veniũt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui. Ac ſi aperte dicat: Quia ego qui paſtoralis officij dignitate contra inimicos meos, brachiũ tibi fortitudinis contuli: tu verò ad eorum vltionem illud exercere noluiſti, iam brachium à te præcidam, id eſt, vigorem ſacerdotalis tibi culminis auferam: vt qui manceps fueras ad pugnandũ C pro me, iam nec manum habeas ad tuendum te. Ponamus planè quod Oſni & Phinees Epiſcopi ſint: Heli autem, Metropolitani vicem teneat: Quid ergo deterius poteſt quis agere quàm ſi luxurioſis Epiſcopis parcat, cum emendare præualeat: præſertim cùm præfecto Heli Dominus dicat: Prædixi ei quod iudicaturus eſſem domum eius in æternum, propter iniquitatem, eò quod nouerat indignè agere filios ſuos, & nõ corripuit eos: Idcirco iuraui domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vſque in æternum. Si ergo victimis & muneribus omnia diluuntur, ſola autem falſa in Epiſcopis D pietas veniam non meretur, videat qui eorum mala diiudicare diſſimulat, quàm duræ ſententiæ apud diſtrictum Iudicem ſe obnoxium reddat. Sed quoniam ego ſummũ Eccleſiæ vniuerſalis Antiſtitẽ, vel leuiter ſuggillare non audeo, ipſum qui peccat, breuiter alloquor.

Nunc in ſacerdotem luxuriantem ſcriptor inuehitur.

CAP. 4.

CVr, ô ſacerdos, qui ſacrum dare, hoc eſt ſacrificium Deo debes offerre, temetipſum prius maligno ſpiritui non vereris victimam immolare? Fornicãs enim, à membris Chriſti abſcin- E deris, meretricis corpus efficeris, Apoſtolo teſtãte, qui ait: Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur. Et item: Tollam, inquit, membra Chriſti *1. Cor. 6.* & faciam membra meretricis? Abſit. Quid ergo tibi cũ corpore Chriſti, qui per carnis illecebroſæ luxuriam, membrum factus es Antichriſti? Quæ enim conuentio lucis ad tenebras? aut quæ ſocie- *1. Cor 6.* tas Dei ad Belial? Nunquid ignoras Dei filium à *Eccleſiæ* Deo carnis elegiſſe munditiam, vt ne quidem de *fides eſt,* pudicitia coniugali, ſed de clauſula potius incar- *Ioſephum* natus ſit virginali. Et ne hoc ſufficere videatur, vt *ſponſum* tantummodo virgo ſit mater, Eccleſiæ fides eſt vt *Virginis,* virgo fuerit & is qui ſimulatus eſt pater. Si igitur *fuiſſe Vir-* Redemptor noſter tantopere dilexit floridi pu- *ginem.*

doris integritatem, vt non modo de virgineo vtero naſceretur, ſed etiam à nutritio virgine tractaretur, & hoc cum adhuc paruulus vagiret in cunis: à quibus nunc obſecro tractari vult corpus ſuum cùm iam immenſus regnat in cœlis? Si mundis attingi manibus volebat in præſepio poſitus, quantam corpori ſuo nunc vult adeſſe munditiã, iam in paternæ maieſtatis gloria ſublimatus? Plane ſi pater filiam ſuam corrumpit inceſtuoſe, mox ab Eccleſia proiectus excluditur, communione priuatur, & vel in carcerem truditur, vel in exitium deſtinatur.

Inceſtuoſi pœna.

Quantò ergo deterius ipſe abiiciendus es, qui cum filia tua, non carnali quidem, quod minus eſt, ſed cum ſpiritali potius perire nõ metuis? Omnes quippe Eccleſiæ tuæ filij, tui proculdubio filij ſunt. Et certè perſpicuum eſt, quia ſpiritalis generatio maior eſt, quam carnalis. Porro cùm tu ſis vir & ſponſus Eccleſiæ tuæ, quod vtique perhibent & annulus deſponſationis, & virga commiſſionis, omnes qui in ea regenerati ſunt per baptiſmi ſacramentum, tibi quoque nihilominus aſtringuntur neceſſitudine filiorum.

Spiritualis generatio maior carnali.

Epiſcopus ſuorum diœceſanorum pater eſt.

Qui ergo cum ſpiritali filia committis inceſtum, qua conſcientia Dominici corporis audes tractare myſterium? Sed fortaſſis obiicias, quia longe antequam tu culmen adeptus ſis Epiſcopi, illa ſit nata, vel non in Epiſcopio tuo, ſed in alio ſit baptizata: tanquam tu eorum tantùm qui naſcituri erant factus ſis pater, & omnis parrochia non ſit Eccleſia tua. Enimuero cùm Dominus dicat, nolite ſanctum dare canibus: quod de te iudicium erit, qui corpus tuum, quod vtique ſanctum eſt, per conſecrationis acceſſum, non canibus ſed lupanaribus tradis, & cùm omnes Eccleſiaſticos ordines in te vno habeas metuenda mole congeſtos, omnes proculdubio fœdas, dum te proſtibuli permixtione commaculas.

Mat. 7.

Ordinum Eccleſiaſticorum metuenda moles.

Polluis itaque in te hoſtiarium, lectorem, exorciſtã, omneſque deinceps ſacros ordines pro quibus omnibus in diſtricto Dei iudicio redditurus es rationem. Ad impoſitionem manus tuæ deſcendit Spiritus ſanctus, & tu eam adhibes genitalibus meretricum? Linguę tuæ obſequitur Deus, & tu non vereris obtemperare dæmonibus? Porrò qui in Eccleſiaſtica cerneris dignitate conſpicuus, non te erubeſcis immergere fornicibus ſcortatorum? Et qui prædicator conſtitutus es caſtitatis, non te pudet ſeruum eſſe libidinis? Veniet veniet profecto dies, imò nox, quando libido iſta tua cõuertetur in picem, qua ſe perpetuus ignis in tuis vıſceribus inextinguibiliter nutriat, & medullas tuas ſimul & oſſa indefectiua conflagratione depaſcat. Qui enim flamma libidinis æſtuas, qua fronte, qua audacia ſacris altaribus appropinquas? Ignoras, quia filij Aaron, Nadab videlicet & Abiu, idcirco cœleſti ſunt igne conſumpti, quoniam alienum ignẽ offerre Domino præſumpſerunt? Altaria quippe Domini, non alienum, ſed diuini amoris ignem accipiunt. Quiſquis igitur carnalis illecebræ ſtimulis æſtuat, & ſacris aſſiſtere myſteriis non formidat, illo proculdubio diuinæ vltionis igne interim conſumitur, de quo ſcriptura teſtatur: Et nunc ignis aduerſarios conſumit. Et ſicut nunc æſtuantis luxuriæ flamma decoquitur, ita poſtmodum nunquam finiendis atrocis Gehennæ incendiis neceſſe eſt comburatur. Præterea non ex paueſcis, infelix Epiſcope, quia dũ in luxuriæ voragine corruis, & Nicolaitarum hæreſim incurris?

Leuit. 10.

Num. 3.

Heb. 10.

Nicolaus quippe, vnus ex his quos Petrus Apoſtolus Diacones conſecrauerat, dogmatizabat cũctos cuiuſlibet ordinis nuptialibus fœderandos eſſe coniugiis. Quod ergo ille docebat verbis, adhoc tu in cathedra peſtilentiæ ſedens, multò deterius inuitas exemplo. De quo videlicet ſcelere, Angelo Ephesinæ Eccleſiæ diuina vox ait. Odiſti facta Nicolaitarum, quę & ego odi. Et cum Apoſtolus dicat: Omnis fornicator non habet hereditatem in regno Chriſti, & Dei: Qui in regno Dei, hoc eſt, in cœlo non habes quamlibet hereditatẽ, quo pacto in Eccleſia quæ nihilominus regnum Dei eſt, prælationis obtines dignitatem?

Diacones à D. Petro conſecrati. Nicolaitarum hæreſis de matrimonio.

Apo. 2.

Ephe. 5.

Exortatio ad ſummum Pont. vt in Epiſcop. fornicarios canonicum exerat vigorem.

CAP. 5.

TV autem, dilectiſſime venerabilis Papa, qui Chriſti vice fungeris, qui ſummo Paſtorum in Apoſtolica dignitate ſuccedis, noli peſtem hanc per ignauiam ad incrementa perducere: noli conniuendo & diſſimulando, graſſanti luxuriæ frena laxare. Serpit enim hic morbus, vt cancer: & viroſa propago ad infinita porrigitur, niſi Angelica falce, quod male pullulat, amputetur. Abſit igitur vt ſanctum cor veſtrum, ſegnis Heli torpor emolliat: ſed potius ad ſceleris vltionem, ingenui Phinees zelus accendat. Deponantur hi qui Eccleſiaſticæ caſtitatis non verentur fœdare munditiã, & deiecti terreant quos, male ſtantes, ad turpis luxuriæ contumeliam prouocabant. Ad vltionem igitur ſe canonicus vigor exerat, & petulantium clericorum mala compeſcat: quatenus & beatitudini veſtræ, quod abſit, næuus non obrepat infamiæ, & ſolitus nitor Eccleſiaſticæ reſplendeat diſciplinæ. Veſtra quippe clementia non ignorat, quoniam Achab rex Iſrael dum regi Syrorum Benadab inordinata pietate pepercit, diuini aduerſum ſe furoris ſententiam prouocauit. Cui nimirum vir Dei ait: hæc dicit Dominus. Quia dimiſiſti virum morte dignum de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Hic ipſe quoq; vir Dei cùm diceret ſocio ſuo in ſermone Domini, percute me, voluiſſétque ille percutere, ait: Quia noluiſti audire vocẽ Domini, recedes à me, & percutiet te Leo. Cùmque paululum receſſiſſet ab eo, vt ſcriptura teſtatur, inuenit eum Leo atque percuſſit. Quibus vtique verbis ſacri eloquij, quid aliud innuitur, quã quia incompoſita pietas proculdubio meretur iram Dei, dum non promulgat in reos ſub diſtricti iuris æquitate cenſuram? Meritóque debet ſuperni iudicij ſubire vindictam, qui neglexit in ſubditos exercere diſciplinam. Illique Leoni qui circuit quærens quem deuoret, meritò traditur, qui ab infligendo pœnitentiæ vulnere, per corporis deſidiam cohibetur. Sit igitur ingenuus veſter ſpiritus, ad tollendum caſtitatis opprobrium ſe feruenter accingat: ſic ſe in vltionem Nicolaitę hæreſis ſtrenuè ac viriliter erigat, vt iuxta ſponſionem Phinees, pacem ſui fœderis vobiſcum omnipotens Deus ſtatuat, imò ſicut Heliam cæſis typicè quadringentis quinquaginta ſacerdotibus, cœlo vos, non equis igneis, ſed Angelis comitantibus introducat.

3. Re. 20.

Pietas incompoſita meretur iram Dei.

3. Re. 18.

DO-

DOMINO LEONI, AMORE SVPERNÆ LIBERTATIS INCLVSO.

Leo ſolitarius & ſponte incluſus.

Petrus peccator Monachus: quicquid ſit, ſeruus & filius.

NOn ignorat ſanctitatis veſtræ prudentia, dilectiſſime pater, quia te non qualemcunque complicem vel amicum, ſed te patrem, te ductorem, te magiſtrum, & dominum electum mihi præ cunctis mortalibus habeo: méque tuæ orationis inſtantia, apud diuinas aures miſericordiæ locum inuenire confido. Et quid amplius dicam? Quandoquidem & meum te angelum eſſe conſtitui, vt dubiis rebus quodcunque hæſitanti, aut ſciſcitanti mihi conſilium ex tuo ore procederet: ita B protinus indubitanter acciperem, ac ſi vox cœleſtis mihi oraculi angelitus intonaret: atque ideo ſiquando ſcrupuloſè cuiuſlibet rei mihi ſubrepit articulus, antequam te conſulturus accedam, hoc apud me diuinam imploro clementiam, vt te, quaſi ſuæ voluntatis organum faciens, tuo mihi ore præcipiat, quid me facere in obiecta ambiguitate decernat. Quam & nunc quoque conſuetudinem tenens, hoc à te docendus inquiro, quod à multis ſæpe quaſi reſponſurus inquirentibus exigor. Nónulli autem fratres hæremiticæ vitæ ſectatores, frequenter interrogant, cùm ſingulares in cellula commorantur, vtrum illis liceat dicere, Dominus C vobiſcum, Iube domine benedicere, atque ipſi, vt ſunt ſoli, iuxta morem Eccleſiaſticum ſibimet debeant reſpondere. Quidam autem inter ſe ratiocinantes dicunt. Nunquid nam lapidibus aut tabulis cellæ petêda benedictio eſt? aut illis dicendum eſt, vt Dominus ſit cum eis? Quidam autem, ſi quo modo Eccleſiaſticæ traditionis ordinem deſerât, peccare ſe, tanquam qui penſum diuini ſeruitij minuant, pertimeſcunt. Vnde nobis, dum ſolutio quæritur, ad percunctationem potius menſæque neſcia prouocatur. His itaque quæſtionum vallatus anguſtiis, ad angelum meum iuxta conſuetudinem redeo: ad fontem non Tullianæ eloquentiæ, ſed diuinæ potius ſapiêtiæ trito calle recurro.

Quæſtio ſolitariorum in precibus horarum canonicarum.

Quod ſancta ſimplicitas, mundi Philoſophis iure præfertur. Cap. 1.

Contemptus mundanæ ſapientiæ.

PLatonem igitur latentis naturæ ſecreta rimâtem reſpuo, planetarum circulis metas, aſtrorúmque meatibus calculos affigentem: cuncta etiam Sperici orbis Climata radio diſtinguentem Pythagoram paruipendo: Nicomachum quoque tritum Ephemeridibus digito abdico: Euclidem perplexis Geometricalium figurarum ſtudiis incuruum equæque declino, Cunctos ſane Rhetores cum ſuis coloribus, & enthymematibus indiſcretè prætereo. Omnes Dialecticos cum ſuis ſyl- E logiſmis, & ſophiſticis cauillationibus indignos hac quæſtione decerno. Tremât Gymnici, ſuâ iugiter amare ſapientiæ nuditatê. Querât Peripatetici latentê in profundo putei veritatê. Ego à te ſummâ quæro veritatê, illâ videlicet, quæ de terra orta eſt, non iâ in puteo ignobiliter latitantê, ſed omni manifeſtatâ mundo, perpetua in cœlis maieſtare regnantê. Quid enim mihi inſaniêtiû Poetarû fabuloſa commenta? Quid mihi tumentium Tragicorû cothurnata diſcrimina? Deſinat iâ Comicorû turba, venena libidinû crepantibus buccis effluere. Ceſſet Satyricorû vulgus, ſuos claros carptoriæ detractionis amaris dapibus onerara.

Veritas de terra orta ... eſt.

Appendix.

A Non mihi Tulliani oratores, accurata lepidæ vrbanitatis trutinent verba. Nô Demoſthenici Rhetores captioſę ſuadelę argumêta verſuta côponât. Cedant in ſuas tenebras omnes terrenæ ſapientiæ fecibus delibuti. Nihil mihi conferût vel ſulphureo caliginoſæ doctrinæ ſplêdore cæcati. Chriſti me ſimplicitas doceat, vera ſapientium ruſticitas, ambiguitatis meę vinculû ſoluat quia enim iuxta Pauli você, non cognouit mûdus per ſapientiam Deû, & placuit Deo per ſtudiû prædicationis ſaluos facere credentes. Litera igitur quæ occidit, abſcedat, ſpiritus viuificator aſſiſtat. Prudentia enim carnis (vt idê Apoſtolus dicit) mors eſt: pru- B dentia autem ſpiritus, vita & pax: quoniam prudentia carnis inimica eſt Deo, legi autê Dei nô ſubiicitur: nec enim poteſt. Si ergo prudêtia carnis nequit legi Dei colla ſubmittere; quo pacto diffuſa oculos fumo ſuperbiæ, legê Dei præualet penetrare? Age igitur pater, nodû mihi propoſitæ quæſtionis ocyus ſolue. Nec patiaris humilitatis diſcipulû grandiloqua tumentiû philoſophorum gymnaſia circuire. Dicat mihi angelus meus, quod imperitû Dialecticorû vulgus ignorat. Dicat ſapiens imperitia quod ſtulta ſapientia nô apprehendit. Hæc ergo quæ propoſita ſunt, pater Chariſſime, prudenter ediſſere, vt poſtquam ad diui- C nam peruentum eſt ſapientiam, nulla vlterius in his quæſtionem expediat ventilare.

1. Cor. 1. 2. Cor. 3. Rom.

Prudêtia carnis ſuperbiâ ſapit.

Diſcipulus humilitatis.

Quare dicatur Iube Domine benedicere. Cap. 2.

Modus docêdi in ſcholis.

SEd huius quęſtionis nodû, qualitercunq; à me prius ſolui fortaſſe præcipies, & ſic poſtmodû proprij intellectus ſentêtiâ promes: Scholaſticorû more ſemel doctorû, qui ſciſcitantur à pueris ex quacûq; propoſiti thematis difficultate, quid ſentiant, indocilitatis indolê ex eorû prius prolatione deprehendant. Ego itaq; te iubête, nô moror exprimere, ſuper hac dubietate, quod ſentio, ſalua ſcilicet fide: vt vel inepte prolata corrigere: vel gnauiter abſoluta, tua debes authoritate probare. D Sed nô ab re videtur, ſi, quo ſtudio hæc Eccleſiis in côſuetudinê venerint, primo nitamur oſtêdere. Deinde, quid nobis ſuper his quæ propoſita ſunt videatur, prout ſupernæ gratię facultas tulerit expedire. Lecturus nanq; magnæ humilitatis gratia, nô à ſacerdote, ſed ab eo, cui ſacerdos iuſſerit, ſe poſtulat benedici, dicens. Iube Domine benedicere. Sacerdos autem, vt tantę humilitati vicem reddat, non ſubiecto cuiquam benedicendi delegat officium, non per ſemetipſum, benedictionê dare præſumit, ſed potius, vt à Deo, qui eſt ſuper omnia benedictus, prærogetur, expoſtit.

Iube domine benedicere.

Vnde ortum ſit, Dominus vobiſcum. Cap. 3.

E ID autê quod dicitur, Dominus vobiſcû, ſacerdotis ad populû eſt ſalutatio: Orat enim, vt Dominus ſit cû eis, ſicut dignatur dicere per Prophetâ: inhabitabo in illis: Et ſaluator diſcipulis ſuis cûctiſq; fidelibus. Ecce, inquit, ego vobiſcû ſum. Qui nimirû ſalutationis ſermo, non moderno humanę adinuêtionis arbitrio côſtitutus, ſed ex antiqua ſacri eloquij authoritate probatur aſſûptus. Vbi ſi diligêter inquiritur, ſępius ſingulariter & pluraliter appoſitus inuenitur. Singulariter, ſicut ad beatâ Dei genitricê Angelus dicit. Aue gratia plena, Dominus tecû. Ad Gedeonê quoq; ait ſalutâdo. Dominus tecû virorû fortiſſime. Pluraliter autem, vt in libro Ruth, Booz ſalutando meſſoribus

Leuit. 26.

Mat. vlt.

Salutatio ſing. & ſingulariter & pluraliter.

Luc. 1. Iudith. 6. Ruth. 2.

2. Paraly. 15.

ſuis ait Dominus vobiſcũ, Et ſicut in Paralipomenon, Propheta à Deo miſſus inuenitur, ſalutaſſe Aſa Regem Iuda, cum exercitu ſuo victorem de prælio reuertentem, dixit: Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo. Eccleſia ergo ſalubri ſalutatione accepta ſacerdotis, & ipſa reſalutando orat, & orando reſalutat: poſtulans, vt ſicut ille dominum eſſe cùm ipſis optauit, ita & cùm eo eſſe dignetur, dicens: Et cum ſpiritu tuo, id eſt, cum anima tua ſit, vt cum dignè pro noſtra ſalute poſſis orare. Et notandum, quòd non dicit tecum, ſed cũ ſpiritu tuo, vt totum, quod in Eccleſiaſticis officiis geritur, ſpiritualiter fieri perpendatur. Et bene cum ſpiritu hominis optatur Deus, quia in mẽte & ſpiritu ad imaginem & ſimilitudinem Dei, homo rationalis eſt cõditus, atque ibi diuinæ gratiæ & illuminationis eſt capax. Sed illa ſalutatio Epiſcopalis ad populum, qua dicitur, Pax vobiſcum, ſiue pax vobis, non ex humani ſenſus ſtudio prodiit, ſed de ſacræ ſcripturæ ſimiliter authoritate profluxit. Nam in veteri Teſtamento dixiſſe Danieli Angelus inuenitur: Noli timere vir deſideriorum: Pax tibi, & eſto robuſtus. Et in nouo, pene ſemper ita Dominus ſalutaſſe diſcipulos inuenitur. Pax vobis. Quibus nimirum diſcipulis eãdem ſalutationis formam commendauit, dicens. In quãcunque domum, aut ciuitatem intraueritis, ſalutate eam dicentes, Pax huic domui. Meritò ergo Apoſtolorum ſucceſſores, id eſt, Eccleſiarũ præſules, huius forma ſalutationis vtuntur: Domũ ſcilicet Dei ſalutantes, vbi omnes oportet eſſe filios pacis, vt ſalutatio pacis ſuper eos requieſcens, & ſalutantibus, & ſalutatis poſſit eſſe fructuoſa.

A

B

Salutatio Epiſcopalis, Pax vobis.

Dan. 10.

Luc. 24.

Ioan. 20.

Matt. 10.

C

Quod ſicut alia ſcriptura non ſubiacet mutabilitati, ita & Dominus vobiſcum. Cap. 4.

IAm ergo ex iis, quæ præmiſſa ſunt, patet, Quia ſicut ſcriptura Prophetarum, pſalmorũmque modulatio, vel etiam Euangelica gratia, diuinitus ad notitiam noſtram prodiit: Sic etiam id quod dicitur, Dominus vobiſcum, non ex humani ſenſus arbitrio, ſed à veteris, nouiſque Teſtamenti authoritate deſcẽdit. Sicut ergo diuinarum ſcripturarum authoritati nil pro rerum varietate ſubtrahitur, nil augetur, ſed prorſus in his Eccleſiaſtica conſuetudo ſeruatur. Ita nimirum & hæc ſalutatio ſacerdotalis, nequaquam rerum caſibus eſt obnoxia, vt modo proferri, modo debeat ſilentio præteriri. Sed etiam ſi plures deſint, illicitum eſt, vt Eccleſiaſtica traditio permutetur.

D

Reſponſio ad quæſtionem.

Quod ſancta Eccleſia, & vna in multis, & tota videatur in ſingulis. Cap. 5.

ECcleſia ſiquidem Chriſti tanta charitatis inuicem inter ſe compage cõnectitur, vt in pluribus vna, & in ſingulis ſit per myſterium tota, adeo vt & omnis vniuerſalis Eccleſia non immeritò perhibeatur vna Chriſti ſingulariter ſpõſa, & vnaquæque electa anima, per Sacramenti myſterium plena eſſe credatur Eccleſia. Nam & Propheticis Iſaac naribus tota præſens redolebat Eccleſia, cùm ſuper vnius filij ſui perſonam dicebat. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni. Et debitrix illa mulier, quæ ex præcepto Heliſei parum olei, quaſi ſemen ſparſit, & vberes mox fruges eodem per vaſcula redundante permanſuit: Eccleſiã vtique figurauit ſacræ ſcripturæ. Quod ſi per campos diligenter inquiritur, iam vnius viri, vel mulieris perſona, deſignari Eccleſia crebrius inuenitur. Licet enim multiplex videatur Eccleſia, propter numeroſitatem gentium: Vna tamen & ſimplex eſt, vnius fidei, & diuinæ regenerationis confœderata myſterio. Et quanquam ſeptem mulieres acceperint virum vnum, virgo tamen & vna, cœleſti illi viro dicitur deſponſata. De qua nimirum Apoſtolus: Deſpondi, inquit, vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Ex his ergo manifeſtè colligitur, ſicut ſuperius dictũ eſt, quia cũ vna hominis perſona, tota deſignetur Eccleſia, & ipſa cõſequẽter Eccleſia vna dicatur virgo, ſancta Eccleſia & in omnibus ſit vna, & in ſingulis tota, nimirũ in pluribus per fidei vnitatẽ ſimplex, & in ſingulis per charitatis glutinum, diuerſáque dona chariſmatum multiplex. Quia enim ex vno omnes, & ex omnibus vnus.

Gen. 27.

4. Reg. 4.

E

Multiplex Eccleſia & vna.

Eſaia 4.

2. Cor. 11.

Eccleſia in omnibus vna & in ſingulis tota.

De vnitate vniuerſalis Eccleſiæ. Cap. 6.

SAncta Eccleſia nanque, licet perſonarum ſit multiplicitate diuerſa: in vnum tamen eſt, ſancti ſpiritus igne conflata. Atque ideo ſi per corporalem ſitum partibus videatur diuidi, vnitatis tamen intimæ Sacramentum nullatenus à ſua valet integritate corrumpi. Charitas enim Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Itaque iſte ſpiritus, qui eſt proculdubio & vnus & multiplex. Vnus in maieſtatis eſſentia: Multiplex per diuerſa chariſmatum dona: dat Eccleſiæ ſanctæ quam replet, vt & in vniuerſitate ſit vna, & in ſuis partibus ſit tota.

Rom. 5.

Spiritusſanctus eſt vnus & multiplex eſt.

Quod nimirum indiuiduæ diuinitatis archanum veritas commendabat, cùm patri de ſuis diſcipulis diceret: Non, inquit, pro his rogo tantum, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum illorum in me, vt mundus credat, quia tu me miſiſti. Et ego charitatem, quam dediſti mihi, dedi, eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Si ergo credentes in Chriſto vnum ſunt, vbicunque videatur eſſe per corporalem ſpeciem membrorum: ibi etiam per Sacramenti myſterium totum eſt corpus. Et quicquid eſt quod cõpetit toti, quodãmodo congruere videtur etiã parti: Quatenus & quod conuentus Eccleſiæ communiter ſonat, ſit non abſurdum, ſi vnus homo ſingulariter dicat: Et quod ab vno rectè depromitur, à pluribus etiam irreprehenſibiliter proferatur. Hinc eſt enim, quod in cõuentu poſiti, rectè omnes dicimus: Inclina Domine aurem tuam ad me, & exaudi me: quoniam egenus & pauper ego ſum: Cuſtodi animam meã quoniam ſanctus ſum. Et ſingulariter conſtituti, nõ incongruè decantamus. Exultate Deo adiutori noſtro: Iubilate Deo Iacob. Nec ab re eſt, quod multi ſimul dicimus. Benedicam dominũ in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Et ſoli ſæpe plurali voce proferimus: Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomẽ eius in inuicem. Et multa id genus ſimilia. Quia nimirum neque hic pluralibus verbis, vnius perſonæ ſolitudo præiudicat: neque illic multitudo fidelium à ſingularitate diſcordat: quia per virtutem ſancti ſpiritus, qui & ſingulis ineſt, & oẽs replet, & hic ſolitudo pluralis, & illic multitudo intelligitur ſingularis.

Quomodo cuncti fideles vnum ſunt.

Ioan. 17.

Vnitas per ſacramẽti myſteriũ.

Vnus pro multis, et multi pro vno.

Pſ. 85.

Pſ. 80.

Pſ. 33.

ſolitudo pluralis, et multitudo ſingularis per ſpiritumſanctum.

Quod

Quod ſi Dominus vobiſcum pro ſingularitate non dicatur, multa alia neceſſe eſt dimittantur.
CAP. 7.

Solitario ob ſectio.

IAm vero illi qui dicunt, nunquid lapidibus aut tabulis cellæ petenda eſt benedictio? aut illi dicendum eſt, vt Dominus ſit cum illis? Reſpondeant mihi & dicant, cur ſingulares in eiſdẽ cellulis poſiti dicunt: Venite exultemus domino? Dicite mihi fratres, dicite quæſo, pace veſtra loquar, Cum ſoli eſtis, quos exhortamini? Quos ad diuinæ laudis excubias inuitatis eum dicitis: Venite exultemus domino: vel illud, Regem magnũ Dominum venite adoremus? Inuitatorium nanque hoc dicitur, & ob id proculdubio, quod per hoc ad Dei laudes fidelium populus inuitatur. Si autem vos à nullo tunc prorſus audimini, quos ad exultandum domino exhortatoriis vocibus excitatis? Agite, inquam, fratres, dicite adhuc mihi, ſi non ad Sacramentum reſpicitis Eccleſiaſticæ vnitatis, ſed ad numerum potius præſentiæ corporalis: quibus dicitis, Nocte ſurgentes? vel quibus illud, Surgamus omnes ocyus? Cur certe non omnes hymnos, omnes denique orationes, quoniam nimirum à doctoribus plurali ſunt ſtilo compoſitæ vel ſilentio prætereuntes, omittitis, vel ad ſingularem numerum violenter reuocatis? Iam vero cum ad lectiones venitis, qui nephas ducitis nullis adſtantibus benedictionem petere vel dare, Cur patrum homelias, & concionatorum ſermones legitis, quibus nimirum cogẽte lectionis modo populum alloquimini, & velut ad ſurdam perſonam, ſcilicet auditorum, verba veſtra dirigitis? Atque vt ipſarum homeliarum verba ponamus: quibus, quæſo, dicitis. Audite fratres chariſſimi, & cætera quæ ſequuntur: cum ibi fratres nulli ſint? Quæ videlicet ſi vultis ad veſtram ſingularitatem, ſtilo reclamante, violenter inflectere, quia id prorſus impoſſibile eſt: his omiſſis, neceſſe iam vobis erit, noua dictare. Cur etiam cum ad orationes peruentum fuerit, dicitis, oremus: cum nemo illic ſit, qui vobiſcum orare debeat? Quem ad cõmunionem orationis inuitatis, qui nullum adeſſe conſpicitis? Cur etiam in expleti officij clauſula, ex more ſubiungitis, Benedicamus Domino, cum præſto nullus ſit, vel adſiſtat, qui vobiſcum dominum benedicat? Hæc igitur & alia multa, quæ longum eſt enumerare, perpendite, & Eccleſiaſticæ traditionis regulam, ſiue ſoli, ſiue cùm pluribus, vniformiter obſeruate. Si enim Doctores Eccleſiæ id expedire decernerent, in Eccleſiaſticis officiis alium multis ordinem tradidiſſent. Sed vnum contenti remota diuerſitate compoſuere, vnum nos docuere ordinem, inuiolabili ſemper obſeruatione tenere. Prouiderũt enim, quia quicquid in diuinis obſequiis à quolibet Eccleſiæ mẽbro reuerenter offertur, id etiam fide & deuotione cũctorum vniuerſaliter exhibetur. Vnus enim Eccleſiæ ſpiritus, quo viuificatur vnum corpus, quod à Chriſto, videlicet ſuo capite, prę ſidetur. Tota igitur Eccleſia diuerſorum quidem conſtat compage membrorum, ſed vnum eſt proculdubio corpus, vnius fidei ſoliditate fundatum, vna viuificantis ſpiritus virtute perfuſum. Vnde & Apoſtolus ait, Vnum corpus, vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtrę. Dignum ergo eſt, vt quicquid in ſacris officiis à quibuſcunque fidelibus particulariter agitur, hoc ipſa Eccleſia, per vnitatem fidei & charitatis amorem, vnanimiter agere videatur.

Solitarij poſſunt loqui & orare pluraliter.

In hymnis.

In lectionibus.

In homeliis.

In orationibus collectarum.

Concluſio, vt preces vniformiter dicantur, ſiue à multis, ſiue à ſolitariis peragantur.

Vnum corpus Eccleſiæ & vnum ſpiritus.

Ephe. 4.

Appendix.

Quod ſacrificium altaribus ſuperpoſitum, à viris ſimul & mulieribus offeratur. Cap. 8.

HInc eſt * enim, quod in ipſa celebratione miſſarum, cum dicitur, Memento domine famulorum, famularumque tuarum, paulò poſt ſubditur: Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis. In quibus verbis patenter oſtenditur, quod à cunctis fidelibus, non ſolum viris, ſed & mulieribus, ſacrificium illud laudis offertur, licet ab vno ſpecialiter offerri ſacerdote videatur. Quia quæ ille Deo offerendo manibus tractat, hæc multitudo fidelium intenta mentium deuotione commendat. Quod illic quoque declaratur vbi dicitur. Hanc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtræ, ſed & cũctæ familię tuæ, vt placatus accipias. Quibus verbis luce clarius conſtat quia ſacrificium, quod à ſacerdote, ſacris altaribus ſuperponitur, à cuncta Dei familia generaliter offeratur. Hanc autem Eccleſię vnitatem Apoſtolus manifeſtè declarat, cum dicit. Vnum corpus, vnus panis, multi ſumus.

** Etiam.*

Sacrificiũ altaris à multis offertur.

Tanta enim eſt Eccleſiæ vnitas in Chriſto, vt vnus vbique in toto orbe terrarum ſit panis corporis Chriſti, & calix ſanguinis eius. Quoniam diuinitas verbi Dei vna eſt, quę totum implet mũdum: ita licet multis locis, multiſque diebus illud corpus conſecretur, non ſunt tamen multa corpora, ſed vnum corpus Chriſti. Et ſicut ille panis & ſanguis in corpus Chriſti veraciter tranſierunt: ita omnes qui illud in Eccleſia dignè percipiunt, vnum abſque dubio Chriſti corpus fiunt, ipſo teſtante cùm ait. Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Si ergo omnes vnum Chriſti corpus ſumus, & licet per corporalem ſpeciem videamur abiungi, ſpiritu tamen ab inuicem ſeparari non poſſumus, qui in eo manemus: Quid noceat ego non video: ſi communem Eccleſiæ conſuetudinem & ſinguli teneamus, qui per vnitatis indiuiduæ Sacramẽtum ab ea nunquam receſſimus. Cùm enim communia Eccleſiæ verba ſolus profero, vnum cum ea me eſſe, ac per præſentiam ſpiritus in ea me veraciter manere demõſtro: Et ſi eius veraciter ſum membrum, non inconuenienter adimpleo meæ vniuerſitatis officium.

1. Cor. 10.

Eccleſiæ vnitas per Chriſtum in Euchariſtia.

Ioan. 6.

Vnum corpus Chriſti ſumus ſpiritu, nõ carne.

Quod officium membri cuiuslibet ſpeciale, toti corpori ſit commune. Cap. 9.

POrro in humano corpore, aliud oculi, aliud lingua, aliud pes, aliud manus habent naturaliter officium proprium. Sed neque manus ſolæ ſibimet tãgunt, nec ſibi pedes incedũt, aut lingua loquitur, vel ſibimet oculi contẽplãtur: ſed quicquid poteſt vnaquæque pars corporis ſpecialiter agere: hoc probatur omnibus in commune conferre. Et quod vnicuique membro, ſingulari iure conceditur, hoc ab ipſo corpore (quod eſt totum eius) fieri iudicatur; vt non incongrue & pars totius, & totum ſuæ partis exhibere dicatur officiũ. Hinc eſt enim, vt

Partes ſeruiunt toti.

Opera par tiũ attribuuntur toti. *2. Tim. 2.* *Ioan. 20.* *Act. 7.* *Gen. 27.*

lingua Pauli veraciter dicat, Laboro in euangelio Chriſti vſque ad vincula, cum lingua eius non ſit alligata. Nam vt illic ſequitur, Verbum Dei, nõ eſt alligatum. Et Petrus ad ſepulchrum Chriſti cum Ioanne cucurrit, cum ſoli pedes currendi ſubeant miniſterium. Et Stephanus vidit cœlos apertos, cùm videre proprium ſit oculorum. Et Iſaac filium ſuum palpando tetigerit, cum tangendi vel palpandi facultas ſit ſpecialiter attributa. Quod ergo membrum quodlibet agere cernitur, hoc ab ipſo corpore fieri irreprehenſibiliter perhibetur. Et è diuerſo, quod corpus facit, multitudo partium cooperando conſentit.

Quòd ſacerdos pars Eccleſiaſtici corporis, totius Eccleſiæ conuenienter vtitur verbis. Cap. 10.

Per vnitatẽ fidei ſacerdos tota Eccleſia eſt & eius vicẽ agit.

QVid ergo mirum, ſi ſacerdos quilibet (qui ſine dubio pars Eccleſiaſtici eſt corporis) vicem ſalutantis, ac reſalutantis Eccleſiæ ſolus expleat dicens. Dominus vobiſcum: Subindeque reſpondens, Et cum ſpiritu tuo. Rurſumque benedictionem ſolus petat, & reddat, cum per vnitatis intimæ Sacramentum, tota ſpiritaliter ſit Eccleſia, vbi eiuſdem fidei, ac fraternæ deuotionis fuerit vna perſona? Vbi nimirum vnitas fidei, nec in vno ſolitudinem recipit, nec in pluribus ſciſſuram C diuerſitatis admittit. Enimuero quid præiudicat, ſi ex vno ore vocum diuerſitas prodeat, quas & ſi per plures linguas, vna tamen fides alternat? Tota nanque Eccleſia (ſicut iam dictum eſt) vnum proculdubio corpus eſt. Nam teſte Apoſtolo, Sicut autem corpus vnum, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum corpus ſunt: ita & Chriſtus. Etenim in vno ſpiritu omnes nos *vnum corpus baptizati ſumus. Et alibi, Cum corpore, inquit, ſuo, quod eſt Eccleſia. Si ergo tota Eccleſia vnum corpus Chriſti eſt, & nos Eccleſię ſumus membra, quid obeſt ſi corporis noſtri. i. Eccleſiæ: ſinguli quique verbis v- D tamur, qui cum ea vnum veraciter ſumus? Nempe ſi multi vnum ſumus in Chriſto, totum noſtrum ſinguli poſſidemus in ipſo. Atque ideo, licet remoti procul ab Eccleſia videamur per ſolitudinem corporum, in ea tamen præſentiſſimi ſemper aſſiſtimus, per vnitatis inuiolabiliter Sacramentum. Sicque fit, vt quod eſt omnium, ſit etiam ſingulorũ. Et quod quibuſdam ſingulariter ſpeciale, omnibus quoque ſit in fidei & charitatis integritate cõmune: Vt & populus rectè clamet, Miſerere mei. Et Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina. Atque vnus homo iure pronunciet, Deus miſereatur no- E ſtri, & benedicat nos. quia videlicet, fideliũ Chriſti neceſſitudinem, & communionem, ſancti patres noſtri tantæ certitudinis eſſe debere decreuere, vt hãc Symbolo Catholicæ profeſſionis apponerent, & frequentãdam nobis inter ipſa Chriſtianæ fidei rudimenta mandarent. Nam mox vt dicimus. Credo in ſpiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, protinus addimus: Sanctorũ communionem, vt vbi Deo fidei noſtræ teſtimonium reddimus: ibi etiam communionem Eccleſiæ, quæ cum eo vnum eſt, conſequenter adſtruamus. Sanctorum ſiquidem hæc eſt fidei in vnitate communio, vt in vnum Deum credentes, vno ba-

Tota Eccleſia vnũ corpus eſt. *1. Cor. 12.* ** in vnũ.* *Coloſ. 1.* *Verbis Eccleſiæ vnuſquiſq; vti poteſt.* *Quod eſt omnium, ſingulorũ eſt.* *Pſ. 10.* *Pſ. 59.* *Pſ. 66.* *Credo ſanctorũ cõmunionẽ.*

A ptiſmate ſint renati, vno ſpiritu ſancto confirmati: ad vitam æternam ſint per gratiam adoptionis aſciti. Sicut autem homo Græco eloquio dicitur Microcoſmus, hoc eſt, minor mundus, quoniam per materialem eſſentiam eiſdem quatuor elemẽtis homo conſtat, quibus & vniuerſalis hic mundus: Ita etiam vnuſquiſque fidelium, quaſi quædã minor eſſe videatur Eccleſia, dum ſaluo vnitatis myſterio, etiam cuncta redemptionis humanæ, vnus homo ſuſcipit Sacramenta, quæ ipſi vniuerſali Eccleſiæ ſunt diuinitus attributa. Si ergo vnus homo non ambigitur communia totius Eccleſiæ ſacramẽta ſuſcipere: cur probibeatur communia B Eccleſię verba ſolus proferre: cùm videlicet multò maioris momenti ſint ſacramenta, quàm verba?

Homo Microcoſmus & quaſi minor quędã Eccleſia.

Quod populus Iſrael, ad oſtendendam ſocietatem, altare conſtruxit. Cap. 11.

QVòd ſi quis adhuc his etiam noſtris diſputationibus calumniator extiterit, dicens. Vtique non debere à ſingulis vſurpari, quæ cõmuni fidelium ſunt inſtituta conuentui: Vt non tam verbis quam rationibus adquieſcat Exemplũ dam*, quod ex ſacri eloquij autoritate didiſcimus. Notum nanque eſt, ſicut Ioſue libro teſtante nar- C ratur, quod filij Ruben, & Gad, & dimidia trib. Manaſſe redeuntes à filiis Iſrael de Silo, vt intrarent Galaad terram poſſeſſionis ſuæ, ædificauerunt altare infinitę magnitudinis in terra Chanaã. Cùmque iratus grauiter populus Iſrael, aduerſus eos arma corriperet, interrogati, cur altare conſtruere præter altare Domini temere præſumpſiſſent? Reſponderunt, nõ hoc præuaricationis cauſa, ſed pro futuri teſtimonij feciſſe cautela. Ne quando (inquiunt) filij veſtri dicerent filiis noſtris. Quid vobis, & Domino Deo Iſrael? Terminum poſuit Dominus inter nos & vos, Iordanen fluuium, & idcirco partem non habetis in Domi- D no: Et per hanc occaſionem auerterent filij veſtri filios noſtros à timore Domini. Cur autẽ hiſtoriæ huius articulum ad medium deduxerimus: ſi cui forte non pateat, aperimus. Poterat nempe quorũdam ſimplicitas fratrum tentari: vt quodammodo ſegregatos ſe à ſocietate fidelium ducerent, ſi in ſolitudine poſiti etiam communia Eccleſiæ verba depromere in ſuis orationibus non auderent. Vtantur igitur communibus verbis Eccleſiæ, vt in Eccleſiaſtica ſe communione doceant permanere, atque ipſa verba animo ſatisfaciãt fluctuanti, qui teſtimonium perhibẽt præſentiæ ſpiritali fidelium. porro autem, illi altare ædificaue- E runt, non ad vſum libaminum: ſed ad vicariæ cum Iſraëlitica plebe ſocietatis indicium: ſicut & ipſi, quaſi iam ex perſona filiorum dicunt. Ecce altare quod fecerunt patres noſtri, non in holocauſta, neque in ſacrificium, ſed in teſtimonium noſtrũ, ac vnitatem. Illi nimirum id fecerunt ad teſtimoniũ Iſraeliticæ ſocietatis: nos iſta dicimus ob ſignũ Eccleſiaſticæ veraciter vnitatis. Illi ne deſpicerentur à fratribus ſuis: nos ne remordeamur à cogitationibus noſtris. Illi terreni altaris extruxere ſimilitudinẽ: nos ſpiritalis cõcordiæ oſtẽdimus veritatẽ. Illi ad oſtendendũ ſui generis teſtimoniũ: nos ad tenẽdũ nouæ regenerationis, & fraternæ communionis inuiolabile Sacramentum.

Signũ vnitatis erectũ altare à filiis Ruben, & Gad. *Ioſue. 22.* *Similitudines de illo altari declaratæ.* *Teſtimonium Eccleſiaſticæ vnitatis.*

Cur

Cur bigamus à ſacerdotio omnino repellatur, cum in fornicationem ſæpe lapſus, in ordinem renocetur.

CAP. 12.

Admiratio Eccleſiæ de fornicarijs & de bigamis.
**cauſ. 31. q. 1. ca. quemadmo.*
1. Cor. 6.
1. Cor. 7.

QVædam nanque ſiunt in Eccleſia, quæ ſuperflua quidem videntur, quantum ad humani ingenij rationem: diuina autem ſunt, ſi ad virtutis intimæ Sacramentum reſpicias. Quis enim nō miretur, in Canonicis eſſe ſententiis, *Bigamum quempiam nullatenus poſſe ad ſacerdotium promoueri: in fornicationem verò lapſum, etiam ſacerdotem, peracta pœnitentia, ad priſtini iuris officium reuocari? De fornicatione ſiquidē manifeſta eſt Apoſtolica ſententia, qua dicitur: quia neque fornicarij, neque Idolis ſeruientes, neque adulteri, regnum Dei poſſidebunt. De his autem, qui ſecundas contrahunt nuptias, ita proſequitur. Mulier, inquit, alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit. Quod ſi dormierit vir eius liberata eſt, cui vult nubat, tantū in Domino. quibus omirum vtriuſque ſeotentiæ verbis, apertè monſtratur, quia & Bigami, diuinæ legis regulam non offendunt, & fornicatores à Regno Dei, pro ſuæ carnis intemperantia, damnabiliter præcidūtur. quid eſt ergo, quod ij, qui non peccaot, de ſpe ſacerdotij funditus corruūt: & illi, quos à regno Dei reatus eliminat, Eccleſiaſtici gradus fiduciam, ſi dignè pœnituerint, non amittunt: niſi quòd in his, qui ſecundis nuptiis copulantur, non tam ad peccatum, quàm ad Eccleſiæ reſpicitur Sacramentum? Sicut enim Chriſtus, qui eſt Pontifex futurorum bonorum, & ſacerdos iuxta ordioem Melchiſedech, qui videlicet obtulit agnum proprij corporis, in ara crucis Deo patri, pro ſalute mundi, vir eſt vnius ſponſæ totius ſcilicet ſanctæ Eccleſiæ, quæ proculdubio virgo eſt, quia fidei integritatem inuiolabiliter ſeruat: ita quilibet ſacerdos vnius vxoris vir eſſe præcipitur, vt illius ſummi ſponſi præferre imaginem videatur. In Bigamis itaque, non menſura peccati, ſed forma potius inquiritur Sacramenti: atque in eorum damnatiooe nō reatus aliquis vltione abſeinditur, ſed myſtica veri ſacerdotij regula cuſtoditur. Alioquin quomodo inter crimina nominetur, quod licenter fieri Apoſtolica doctrina permittitur? Sed ſacri Canones, eos qui ſecundas nuptias improbant inter Nouatianorum hæreſim notant. Vt oſtendamus ergo nos Eccleſiaſticæ vnitatis ſemper tenere myſterium, irreprehenſibiliter vtimur, & ſi non adeo neceſſaria, prolatione verborum.

Quæſtio. *Reſponſio.*
Heb. 9. Ephe. 5. Vnius ſponſus Eccleſiæ virginis.
Bigamis deeſt typus Chriſti quod non eſt vnius vxoris vir.
Non improbantur tamen ſecundæ nuptiæ.

Quod ſi Dominus vobiſcum inter duos rectè profertur, à ſolo etiam iure dicatur. CAP. 13.

IAm ſane & hoc à fratribus meis, ſeruata charitate, perquiro, ſi duo ſunt fratres, vtrum alter alteri licenter dicat, Dominus vobiſcum? Nam ſi licet, quid eſt quod ad vnam perſonam pluraliter loquitur, & poſtpoſita cenſura literatoriæ diſciplinæ, Eccleſiaſtica conſuetudo tenetur?

Cur non dicatur ad vnum in Miſſa, Dominus tecum.

Quantum enim ad loquendi artem, tecū potius quàm vobiſcum, ad ſingularem directus perſonā ſermo decurreret. Quod ſi non licet, vt ad vnam perſonam verbum plurale quis dirigat: Dominus tecum, ſingulariter neceſſe eſt dicat.

Quod vtique quantum à regula Eccleſiaſticæ

Appendix.

inſtitutionis abhorreat: qui limen Eccleſiæ terit, nullus ignorat. Certum eſt enim, quòd neque Beatiſſimus Apoſtolicæ ſedis Antiſtes, cùm videlicet obſequente miniſtro, priuata Deo reddit obſeqnia, nec quiſquam Pontificum, vel omnino Catholicorum aliquis ſacerdotum, his verbis ad alterum ſingulariter vtitur. Si vero venerabilium ſacerdotum conſuetudo laudatur, vt ſolus ſoli recte dicat, Dominus vobiſcum, & neque abſonum ſit, neque ab Eccleſiaſtici ordinis cenſura ſemotum, quid officit, ſi & ſingulariter quis poſitus idipſum dicat, dum quantum ad literas ſicut vni minime congruit: ita nec inter duos, pluralis ille ſermo procedit? Cùm ergo Eccleſiaſtica conſuetudo tantæ authoritatis ſit, vt ſibi omnis artificioſæ eloquentię facultas humiliter cedat, nec illorum magnopere habeatur verborum cura ſed ſēſuum: inter duos illa Grammaticalis regula iure deſpicitur, conſequitur etiam vt ab vno irreprehenſibiliter contemnatur. Sicut igitur Eccleſiaſticæ authoritatis eſt, vt inter duos recte dicatur, Dominus vobiſcum: ſic eidem authoritati competit, nec eſt contrarium, vt ab eo qui ſolus eſt, idipſum æque dicatur. Denique & de reſponſione eius, videlicet quæ eſt, Et cum ſpiritu tuo: necnon & de lectoris benedictione ſingulariter petenda, idem eſt nihilominus ſciendum. Non enim hic digne numerus perſonarum, ſed Eccleſiaſticæ potius vnitatis attenditur Sacramentum: vbi ſcilicet, nec vnitas excludit multitudinem, nec multitudo violat vnitatem: quia & vnum corpus per multa membra diuiditur, & ex diuerſis membris, vnum corpus impletur: Nec in vnitate corporis, membrorum multitudo confunditur: Nec in pluralitate membrorum vnius corporis integritas violatur.

Ad ſolum quoque recte dicitur Dominus vobiſcum.
Eccleſia locutiones nō ſubiacent Grāmatica regulis.
Ad vnitatis Sacramentum reſpicit Eccleſia.

Quod populus Iſrael Eccleſiaſtica inter ſe vnitatis regulam tenuit. CAP. 14

VT quid mirum, ſi de ſancta Eccleſia dicitur, quod & multiplex in vnitate, & vna credatur in multitudine: cum ille carnalis Iſrael, quia ſocius erat genere, iam tunc bulus vnitatis videatur inter ſe regulam teouiſſe? Nam & Regi Edō, nuncios dirigit, qui dicunt. Hæc mandat frater tuus Iſrael. Et alibi, Cum Chananæus Rex Arath, pugnaret aduerſus Iſrael, atque ſublata ex eo præda victor exiſteret: teſtante ſcriptura, Iſrael ſe voto obligans, domino ait: Si tradideris, inqnit, populū iſtum in manu mea, delebo vrbes eius. Quod nimirum & in libro Regum manifeſte declaratur, cum ab Iſraelitico populo ad viros Iuda, redeunte in regnum Dauid, dicitur: Decem, inquit, partibus maior ego ſum apud Regem, & primogenitus ego ſum, magiſque ad me pertinet Dauid, quàm ad te: cur mihi feciſti iniuriam, & non mihi priori nunciatum eſt, vt reducerem Regem meū? Si ergo populus ille, pro eo, quod ex vna ſtirpe originem duceret, vel ob id potius, quòd vnius Dei cultum teneret, tanquā vna perſona ſingulariter loquitur, vt in multis ſe vnum eſſe teſtetur: Quid mirum, ſi ſancta Eccleſia, quæ vno Dei ſancto ſpiritu ſanctificatur & regitur, vnius fidei & Baptiſmi Sacramentis imbuitur, ad eandem hereditatem capeſſendam per adoptionis gratiam cōuocatur, tantam inter ſe habeat communionem, vt & ſinguli verbis omniū, & omnes verbis vti va-

Exempla ex vetere Teſtamēto
Num. 20.
Num. 21.
2. Reg. 19.
Filij Eccleſiæ maiorem habēt inter ſe vnitatem quàm habuerunt filij Iſra.

A lea singulorum? Hinc eſt enim quòd diuinis officiis conſiſtentes, in vnius ſæpe ſancti veneratione cantamus, quòd toti ſimul Eccleſiæ conuenire cognoſcimus. Quòd videlicet qui cantus Beatæ Dei genitricis, aliorúmque ſanctorum diligenter inſpicit, indubitanter agnoſcit.

Quod quædam feſtiuitates, non ſuo tempore celebrantur.

CAP. 15.

Mat. 16.

ECcleſia ſiquidem Chriſti, quæ eſt columna immobilis, quę regni cœlorum claues accepit, nequaquam caſibus, numeriſve deſeruit, ſed B omniũ locutionũ modos, intra legis ſuæ iura conſtringit. Nec aucupatur verba, ſed animas. Nõ itaq; magnipendit præſentiã corporũ, vel articulos temporum, ſed ad deuotionem potius & vnitatem reſpicit animorum. Ipſa nãque diiudicat omnia, & ipſa à nemine iudicatur. Hinc eſt enim, quòd in ſacroſancta ſolennitate Paſchali dicimus. Deus qui hodierna die per vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti: dum cũcti liquido nouimus, quia iuxta calculantium ſupputationes Hebræorum Paſcha præcedat: circa quod Dominus paſſus eſt & reſurrexit. Deinde vbi quotuſlibet Dominicus dies occurrerit, Paſchalis nobis feſtiuitas illuceſcit. C Nam & in Aſcenſione Domini, & ſancto Pentecoſte ſub eodem ſenſu dicimus hodie: cum & iſtæ feſtiuitates conſequenter iuxta rationem Paſchalis temporis diſponantur. Decollatio quoque beati Ioannis Baptiſtæ, menſe Auguſto celebratur: cum tamen tẽpore Dominicæ paſſionis, trucidatus ab Herode fuiſſe minime dubitetur. Eadem quoque ratione & de feſtiuitate ſancti Iacobi, necnon & beati Petri, quæ dicitur à vinculis. Cum enim Actus Apoſtolici ſcriptura dicat: quia Herodes poſtquam occidit Iacobum. Fratrem Ioannis gladio, videns quia placeret Iudæis, appoſuit apprehendere & Petrum. D Deinde ſubiungit: Erant autem dies Azymorum, atque protinus addit: Quem cum apprehendiſſet, miſit in carcerem, tradénſque quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum, volens poſt Paſcha producere eum populo: patet abſque dubio, quia alio anni tempore, hęc per executionem operum ſunt facta, atque alio poſtmodum colendis ſolennitatibus inſtituta. Feſtiuitates enim illæ (vt notum eſt) celebrantur circa metas Iulij menſis, quo videlicet tempore, neque Paſca celebraſſe, neque Azymorum dies ille Hebræorum populus inuenitur, ſi tota Teſtamenti veteris ſeries recenſeatur. E Sed quia in ſolennitate Paſchali venerari digne non poterant, ad eorum cultum, aliud tempus eſt Eccleſiaſtica diſpoſitione prouiſum. Hęc autem idcirco de ſacris ſolennitatibus iuxta compendium dixerim, vt manifeſte clareſcat, quia ſancta Eccleſia non tam conſtringitur lege temporum, quàm vices ad ſuum cohibet nutum. Neque enim ſub elementis ſeruit Eccleſia, ſed ipſi potius ſubiecta ſunt & obtemperant elementa. Vnde & magiſter gentium dicit. Omnia enim veſtra ſunt, Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue pręſentia, ſiue futura. Omnia enim veſtra ſunt, vos autem Chriſti. Chriſtus autem Dei. Atque vt oſtendat, quantæ authoritatis prærogatiua ſancta præ-

1. Cor. 2.

Multa feſtiuitates tẽpore non ſuo celebrantur ab Eccleſia.

Decollatio Ioãnis Baptiſtæ.

Vincula Petri feſtũ Iacobi.

Act. 12.

Nec temporũ lege conſtringitur Eccleſia.

Non ſeruit ſub Elementis Eccleſia.

1. Cor. 3.

A cellat Eccleſia, rurſus ad eoſdem Corinthios: An neſcitis, ait, quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi à vobis iudicabitur hic mundus, indigni eſtis, qui de minimis iudicetis? Neſcitis quia Angelos iudicabimus? Quantò magis ſæcularia?

1. Cor. 6.

Quod in Eccleſia recte alius ſupplet verba alterius.

CAP. 16.

IAm igitur, vt ad ſuperiora redeamus, quid mirum ſi ſancta Eccleſia, cui tanta poteſtas diuinitus conceſſa eſt, verba ſibi ſamulantia, ita ad ſuum conuertat arbitrium, vt vel ſinguli plurium vel plures eloquia proferãt ſingulorum? Aut quid B obeſt, ſi ea quæ ſpecialiter aliis congruunt, ab aliis proferuntur? Certè non ignoramus, quia cùm pueri cathezizantur, ſacerdos interrogat. Quid petis? Vbi nõ puer ſed alius vice eius reddit quę reſponſũ, dicẽs. Fidẽ, Et cætera: propriè ad puerum pertinent: alius in eius perſona reſpondet. Si ergo in ipſo regenerationis noſtræ myſterio, vbi ſcilicet totius humanæ ſalutis conſtat origo, recte alius verba reddit alterius: quid prohibet, ſi & in aliis Eccleſiaſticis ſalutationibus, vel petendis benedictionibus, alter reſpondendo ſuppleat locum illius qui vocatur? Nam vt alter pro altero reſpõdere in Eccleſia valeat, non moderna temeritas C repperit, ſed ab Apoſtolica potius authoritate deſcendit. Vnde & Paulus ad Corinthios. Cæterum, inquit, ſi benedixeris ſpiritu, quis ſupplet locum idiotæ: Huc accedit, quòd ſi propter abſentiam perſonarum timet dicere, Dominus vobiſcum, vel etiam reſpondere, Et cum ſpiritu tuo: timeat quoque neceſſe eſt, ne dicat, Oremus, ſed potius orẽ: ne videatur illos ad orationem inuitare, qui deſunt. Et qui ſacrilegium ducit, nullis adſtantibus, benedictionem petere vel dare, caueat in fine lectionis dicere. Tu autem Domine miſerere noſtri, ſed potius dicat, Miſerere mihi. Quod ſi omnino præpoſterum, omnino videatur abſurdum, non D reuereatur Eccleſiæ verba ſolus proferre, qui ab ea ſe mente & ſpiritu nunquam decernit abeſſe. Et cuius ſe profitetur ſpecialiter membrum, non ſe à ſuo corpore diuiſum aſſerat prolatione verborum, ſed ſic cum Chriſti Eccleſia, veraciter vnum confidenter expleat ſuæ vniuerſitatis officium: magiſque in his Eccleſiaſtici Sacramenti virtutem ſeruare ſtudeat, quàm congruentiam domeſticæ confabulationis attendat.

In Baptiſmo infantium alius pro eis reſpondet.

Vnus pro alio ſupplere poteſt.

1. Cor. 14.

Dominus vobiſcum.

Oremus.

Seruanda eſt ſolitario conſueta prolatio verborum Eccleſiæ.

Quòd quicquid pene in diuinis officiis agitur, ſub figuris myſticis diſponatur. CAP. 17.

E SIcut enim ſuperius dictum eſt, nõnulla in Eccleſiaſticis obſeruationibus fiũt, quæ in ſuperficie quidem friuola videntur & leuia: conſiderata vero ſubtilius magnæ virtutis videntur veritate ſubnixa. Vt enim pauca perſtringamus è plurimis: quis, cum ſacerdotalia conſpicit indumenta, admiratione dignũ ineſſe illis credat, niſi quid in eis figuraliter innuatur intelligat? At ſi ſpiritualis intuitus clareſcat, animaduertit, cur ſandalia Clericorum, qui pedes à terra diuidunt, pedum autem ſuperiora, ex parte tegunt ſed ex parte non tegunt. Conſiderat etiam cur Poderis vſque ad Talos defluat, cur Humeralis ex lini materia ſemper fiat. Perpendit etiam, quid Cingulum, quid deſignat orarium. Scru-

Significationes myſteriorum in veſtibus ſacerdotum.

Scrutatur qnoqne nihilominus cur in modú crucis, ſit quadrata Dalmatica, cur reliquis indumentis, ſit ſuperponenda caſula: cur etiam Manipulus in ſiniſtra parte geſtetur: quia nimirum ſpiritualium potius, quam carnalium oculorum, vel narium pituita detergitur. Nec illud etiam ſine cauſa decernit fieri, cur Diacoous, qui Dalmatica noo eſt indutus, Caſula circumcinctus legat: cur etiam ipſa Dalmatica in ſiniſtra ſui parte Fimbrias habeat. Porro autem, nec illa conſuetudo inaniter tenuit, quod Pallium Pootificalibus indumentis apponitur, vt Lamina in fronte Pontificis, ad decorem & gloriam antiquitus ponebatur.

Exod. 28. In qua oimirum Lamina, nomen Domini tetragrammaton ſcriptum erat, quod Sanctum Domini vocabatur: paucis quidem literis conſtans, ſed magni intellectus virtutem interius continens.

Allegorica Theoria in veſtibus.

Sed quid nos infinita perſeqoimur, dum qnicquid ſub veteri, vel ſub nouo Teſtamento in diuinis agitur officiis, totum pene per figuras myſticas, & enigmata fieri videatur? Quid enim tota illius tabernaculi compoſitio, quid numerus Leuitarum, quid ceremoniæ ſacerdotum, quid denique vel moderni ſanctæ Eccleſiæ ritus exigunt, niſi vt virtus ſpiritualis intelligentiæ requiratur? Atque, vt ita loquar, myſterium latet in myſterio dum exterioris cultus exercitio arcanum allegoricæ Theoricæ compræhenditur ſacramentum.

Peracti opuſculi breuis Epilogus.

VErum his, quæ ab eruditis expoſitioribus expedita probatur, omiſſis: id qnod tractãdum ſuſcepimus, vt enucleatius clareſcat: adhuc breuiter replicemus. Lectoribus nanque nonnullis vitium arrogantiæ familiare eſt, præſertim ſi cui lepor eloquentiæ ſuppetit, dum patentes ſcripturæ campos effrenis lingua percurrit, populari fauori cor deditum, ſpiritus elationis inuadit. Et dum alios per recti itineris tramitem dirigit, ipſe diuerticulum erroneæ confuſionis incurrit. Hinc eſt etiam, quod menſæ lectorib⁹ ex more dicitur: Auferat à te Deus ſpiritum elationis. Vt ergo imminenti forſitan arrogantiæ, iam in ipſo lectionis exordio humilitas opponatur: recte tantæ ſubiectionis arte benedictio petitur, vt lecturo non ſacerdos, ſed cui ipſe iuſſerit, benedicat. Sacerdotalis autem ſalutatio idcireo fit in Eccleſia, vt ſacerdos pacem ſe habere cum tota plebe fidelium doceat. Præcipit enim in Euangelio Dominus, dicens. Cum ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem, vt & pater veſter, qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Et iterum. Si offers, inquit, munus tuum ad altare, & reliqua. Sacerdos ergo, vt hoc dominicum præceptum non ſolum corde cuſtodiat, ſed etiam per exterioris ſpeciem ritus oſtendat, anteqnam Deo fundendæ orationis offerat ſacrificium, per mutuæ ſalutationis officiú oſtendit ſe in fraterna charitate vnanimiter fœderatum. Quapropter ſi præſtò ſint, ipſe ſpiritualiter oculis præſentes attendit, pro quibus orare diſponit: Nec abeſſe par ſpirituale contubernium credat, quos in oratione ſecum pariter comprehendit: Obtutns itaque fidei, ſalutationis eius verba intendit, & accipit, quod adeſſe cominus per ſpiritalem præſentiam cernit. Quiſquis ergo frater in cellula ſingulariter habitat, communia Eccleſiæ verba proferre non timeat: Quem videlicet à conuentu fidelium & ſi locale ſpacium diuidit, cum omnibus tamen vnitas fidei in charitate coniungit. Qui licet abſint per moles corporum, præſto ſunt tamen per veritatis Eccleſiaſticæ ſacramentum.

Spiritus elationis in eloquentia.

Sacerdotalis ſalutatio propter pacem.

Marci. 11.

Matt. 5.

Domino Deſiderio venerandæ religionis Abbati Petrus Damiani Monachus deuotiſſimi famulatus obſequium.

Epiſt. 13.

CVm in meo pectore tuæ charitatis ardor inextinguibiliter ferueat, méque circa tui memoriam tepeſcere non permittat, mihi nnper aliquid in memoriam venit qnod me mittendæ tibi legationis admonuit. Nam dum in tui cootemplatione ſedulus habitarem, & Angelico fratrum, ſanctóque conuentui, ſic in cordis obtutibus, velut corporaliter intereſſem, inter alia multa, repente tuarum recordatus ſum literarum, quas tu quidem ſub interrogatione miſiſti, ſed his ego Synodali præpeditus inſtantia adhuc oon reſpondi. Et hæc in illis (ſi reminiſci valeo) continebantur epiſtolis: Quia zelotypa quædam mulier habens virum ex adulterij fraude ſuſpectum, qualiter eũ ſibi vendicare poſſet proprio thoro contentum, à vicina petiit muliere conſilium. Quæ nimirum peruerſa, & vltricibus flammis euidenter obnoxia, hoc eam ſacrilegium venenata ſerpentis antiqui ſuadela perdocuit, vt corpus Dominicum quaſi communicatura perciperet, quod cautè reſeruans, viro ſuo poſtmodum non ſine quibuſdam maleficiis propinaret. Quod videlicet à ſacerdote perceptum, & vſque dum occaſio præberetur, palliolo reſeruatum, non ſine magno dedit ſtupore miraculum. Hæc enim particula Dominici corporis, inuenta eſt vſque ad medietatem in carnem 1 eſſe conuerſam: altera verò medietas, panis ſpeciem non mutauit.

1. Ecce in hoſtia cõſecrata veratiſſimũ corp⁹ Chriſti latitãs, manifeſto ſe prodit miraculo, contra impios.

Itaque (ſi rite reminiſcor) hoc propoſuiſti. Dein de quid portenderet inquiſiſti. Super qua quæſtione, quia non neceſſe eſt diutius immorari, breui compendio qnid mihi videatur expediam. Idcirco Deus omnipotẽs ſacroſanctum illud myſterium in carnis ſpeciem vertit, vt perfidiam reprobæ mulieris argueret, dum viſibilem Dominici corporis oſtenderet veritatem, qnatenns quæ pnrum panem (vt videbatur ante) credebat veræ 2 carnis ſpeciem cerneret, ſicque ſacrilegam cœpti ſceleris audaciam ſuo ipſa indicio condemnaret. Quod autem medietas ſic remanſit, ad euidentioris indicij teſtimonium proficit, vt dum in vna, eadémque ſubſtantia hinc panis, illinc carnis adeſſe conſideras ſpeciem, in vtroque veræ carnis, veríque paois indifferenter intelligas veritatem, quia & ipſe eſt panis, qui de cœlo deſcendit, & ipſa nihilominus caro, quæ de virginalis vteri materia prodiit.

2. Quid hic obniciẽt heretici in Sacramentum adeò ſacrilegi, vt pro ſignoduntaxat, nõ pro veritate illud habeant?

Nam & veſter ille finitimus piæ recordationis Amalphytanus Epiſcopus (nomen neſcio) Stephano Romano Pontifici, me præſente, ſub iureiurando teſtatus eſt, quia cùm aliquando ad menſam Domini ſacrificaturus accederet, ſed ſuper ſacramento Dominici corporis incredulus hæſitaret, in ipſa confractione ſalutaris hoſtiæ, ru-

3. Ecce aliud veracis præſentiæ Domini in Sacramento euidens argumentū.

bra prorſus, ac perfecta caro 3 inter eius manus A apparuit, ita vt etiam digitos illius cruentaret, ſicque ſacerdoti ſcrupulum dubietatis auferret. Vbi notandum, quàm ſit immane periculum, indignis manibus attrectare tam terribile Sacramentum. Sed quid de ſacramentis ipſis eloquimur, cùm etiam ſuper eos aliquando, qui ex eorum vaſis 4 offendunt, terribiles fieri ſententias videamus?

4. vnrißimus tractandum manibus vel vas ipſum eſt, nedum Sacramentū. Quid ergo his miſeris fiet, qui ſuis ſordibus conſpurcant omnia?

Aroaldum certè Aretinæ ſedis Epiſcopum tu quoque familiariter agnoniſti. De hoc mihi Martinus Eremita, magnæ ſcilicet opinionis vir, ac celebris famæ narrauit: Quia ex quodam ſui iuris Monaſterio calicem aureum abſtulit, & quibuſdam imminentibus neceſſariis, alienauit, cui B nimirum calici nobilis, ac deuota mulier, quæ eū ſanctis obtulerat, anathematis titulum, ne ab aliquo tolleretur, prouidè fecit inſculpi. Interea cuidam fratri ſopore depreſſo videre contigit quendam lacum nimij caloris ardore feruentem, & piceos, ſulfureóſque fœtores non ſine tetri ſumi voluminibus exhalantem. Circa quem lacum teterrimi quidam velut Æthiopes, nigris ſimiliter equis, ſed excelſis inſtar turrium, inſidebant. Intus autem innumerabilia crudelium tortorum monſtra, damnatorum verò videbantur horribilia, ac diuerſa ſupplicia. Inter quos ſubito contigit vt etiam Arnaldum videret Epiſcopū, quem C videlicet in illis præ nimietate caloris exundantibus aquis ceruice tenus immerſum, terribiles duo Æthiopes conſtringebant, quorum alter ſartaginam ferream, alter calicem aureum in manibus habere videbatur: ſed iſte cum ſartagine calicem replebat aqua, & ille labiis Epiſcopi protinus eundem calicem apponebat. Sic itaque nunquam ceſſabant, & ille poculum labiis hiantis immergere, & iſte coactus indeſinenter haurire. Quid multis immoror? Hanc viſionem audiuit Epiſcopus: vt monaſterio reſtituat calicem, ab amicis omnino ſuggeritur. Ille ſub fortaſſis ambiguo reddere pollicetur. Sed dum res incraſtinando differtur, D imo dum circa ſalutem ſuam ille non vigilat, cœleſtis ſuper eum ſententia non dormitat. Nam & beatus Petrus de his, qui fictis verbis in auaritia negociantur, ait: Quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. Quadam itaque die, tertia propinquante iam hora, in caſtelli, vbi erat, crepidinem, ſellam præcepit afferri, vt ſurgentis calorem Solis exciperet, ac matutini frigoris reliquias propulſaret. Cùmque reſidenti domeſtici eius ſerui, atque contubernales aſſiſterent, & ille ſecurus, hilaris, ac iucundus, ſaceta cum eis & vrbana E verba miſceret, ſubito repentinus dolor in eius verticem, tanquam gladius, irruit, eúmque Morior, Morior, exclamare coëgit. Mox baiulantibus neceſſariis defertur ad lectulum, myſterium ſacroſanctæ communionis accepit, ac ſpiritū protinus exhalauit.

Timeat ergo quiſquis vel Eccleſiaſtici myſterii vtenſilia diſtrahit, vel tremendi 5 anathematis eloquium paruipendit, ne dum quaſi ſecurus ambulat, latentis eum iudicij laqueus comprehendat. Heu miſerabilis valde, & infelix humana conditio. Certè præfatus Epiſcopus, licet in hūc negligentiæ torporem obrepſerit, aliàs tamen argutus erat, ingenioſus, & cautus, tantæque facūdiæ, vt dum expeditiſſimè in verbis decurreret, circunciſus labiis dici non immeritò potuiſſet. Sed cùm Apoſtolus dicat: Prudentia carnis mors eſt, prudentia Spiritus vita & pax: quid prodeſt, ſi quiſpiam ſeculi huius prudentia calleat, ſi ingenij viuacis obtutibus abdita comprehendat, ſi verſuta calliditate, tanquam Protheus, in varia ſe formarum monſtra conuertat?

5. Timeant igitur noſtra ſtatis heretici, qui Romanū Pontificis anathema flocci pendunt.

Interea ſub huius occaſione ſermonis, illud in memoriam redit, quod olim Tetaldus Epiſcopus prædeceſſor iſtius, in feſtiuitate beati Donati conſtitutus in pulpito, Sermoni, quo concionabatur, adiecit. In Longobardiæ, inquit, finibus vnde originem duco, vir erat verſipellis ingenij, & acutiſſimæ ſubtilitatis, duplex animo, ſermone lepidus, concinnandis fabricandiſque commentis edoctus, in reperiendis, ac variandis conſiliis vehementer aſtutus. Nunquam erigebat brachia contra torrentem, ſed ex quocunque latere mundani turbinis eum aura proſlaret, ille protinus apnum calliditatis, atque verſutiæ pallium opponebat. Accidit autem, vt hunc poſt obitum quidam frater nocturna viſione conſpiceret. Lacus erat igneus, qui flammiuomis vaporabat incēdiis, & crepitantibus ignium globis terribilem cernētibus incutiebat horrorem, quem lacum trabalis enormitatis videbantur obſidere dracones, variáque ſerpentium genera hinc inde per circuitum ſpatiari. Vir autem ille, quem diximus, in ipſa flammarum ſtridentium voragine coarctatus, tētabat quidem effugere, ſed obſtantibus beſtiis, dolebat aditum non patere. Modo ſcilicet ex hac parte fugam parabat, ſed ecce ſerpens obuius aderat. Per aliam partem erumpere ſatagebat, ſed ecce rurſus alia beſtia laxo gutture ſtridens, iter occluſerat. Illa rurſus, & alia ad euadendum loca tentabat, ſed inſurgentibus beſtiis omnino meatus aufugij non patebat. Porrò autem cùm Veritas dicat: Eadem menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis: hoc illi iuſto Dei iudicio contingebat. Sicut enim ille per carnalis aſtutiæ vanitatem, ex quibuſlibet huius ſeculi ſe nouerat laqueis expedire, ita poſtmodum verſa vice nullo valebat ingenio ſupplicium, quo cruciabatur euadere: Qui nimirum ſi prudentiam, qua callebat, in diuinis ſtuduiſſet exercere mandatis, non cremaretur inter rabida ora ſerpētum, ſed gauderet potius inter agmina beatorum.

Vnum planè contigit in noſtris partibus de quodam carnaliter ſapiente, quod dignum nō eſt ſilentio præterire Fanenſis quidam primarius ciuitatis, Hugo nomine, ipſa nocte, quæ, peracta Paraſceue, ſacroſanctum ſabbatum Dominicæ ſepulturæ præcedit, cum armis & armatis ingreſſus Eccleſiam, in qua diuinis vacabatur officiis, peroſum ſibi violenter hominem cœpit, ac iugulis crudeliter mancipauit. Quem quia noua præſumpſit, nouo Deus omnipotens ſupplicio condemnauit. Nam cùm ſenſum mentis (in quantum mihi videtur) integrum teneat, omnes eum tanquam veſanum, exinanitum, atque dementem conſpuunt, abiiciunt, & exprobrant. Halitum quippe eius (iuxta queralam beati Iob) vxor exhorret, eumque velut arreptitium nurus explodit,

dit, ad menſam ſiue colloquium filius non admittit, auertunt oculos famuli, dedignantur amici, clientes, milites, affines, atque propinqui: Epiſcopus etiam ciuitatis, & (vt compendioſè cuncta complectar) omnis Clerus, & populus iam ferè per duodennium arbitrantur eum mentis impotem, & veſanum, nullúmque cum eo, tanquam energumeno, dignantur habere conſortium. Porro, cum diues ſit, & exuberans domus eius, fluunt pannolæ, & illotæ veſtes, horret inculta cæſaries, caput eius diuturni ſudoris fœtor iniuria, corpus totum per longam ſordet incuriam.

Hic planè, cùm me adeſſe cognoſceret, me cõcitus adiit, mala quæ patiebatur expoſuit, querelam de ſuis ſobrio ſermone digeſſit, & (quantum ex tenore verborum eius colligere potui) rationabiliter declamauit. Itaque conueni filium, Epiſcopum quoque, ac de ciuitate quam plurimos & ſubtiliter inquiſiui, quid inordinatum, quid delirum, quid ineptum in illo conſpiceret, pro quo illi veſaniam imputarent. A quibus vtique nihil aliud, & ne vnum quidem certi ſigni verbum addiſcere potui, niſi hoc tantum: Quia demẽs eſt. Quod omnes ore conſono vnanimiter aſſerebát. Cùmque ego dicerem: quomodo id ſcitis, quibuſue indiciis eum inſanire conſpicitis? nihil aliud inuenientes, idipſum denuo replicabant: Demens eſt. Quod mihi videtur profundum, atque admirabile Dei omnipotẽtis eſſe iudicium, vt qui prudens, & ſciens ſpontè deſipuiſſe cognoſcitur, prudens, & ſciens opinione vaſaniæ puniatur, & qui ſponte factus eſt furioſus, demens ab omni populo iudicetur inuitus. Merito contra votum adiudicatur inſaniæ, qui voluntate propria conatus eſt inſanire. Enimuero ſi veraciter fureret, eò minus miſer eſſet, quò deſpectus ſui mala, quæ patitur ignoraret. Non itaque ſicut mortuus ſeculi, qui non ſentit, ſed ſicut mortuus eſt inferni, qui iugiter moritur, & mortem ipſam ſentire non deſinit. Saluo nempe illo terribili in mundi fine iudicio, nunc etiam omnipotens Deus non modò crudelia quælibet ſacta, ſed & ſuperba, ſiue ſacrilega, prout dignum eſt, vlciſcitur verba. Vindicauit ſiquidem quod Balthaſar ſacra vaſa temulentus indignè tractauit: nec dimiſit inultũ, quod Nabuchodonoſor arroganter elata verba deprõpſit. Nonne, inquit, hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriam decoris mei? Et ecce (ſicut Propheta teſtatur) cum adhuc ſermo eſſet in ore Regis, vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor Rex, Regnũ tranſiit à te, & ab hominibus te eiicient, & cum beſtiis, atque feris erit habitatio tua. Puniuit præterea Dominus Sedechiam Regem Iuda, quia per reprobos actus Dei mandatum contempſit. Vltus eſt etiam Ananiam Prophetam non quia malum fecit, ſed quia mendacium protulit. Cui Hieremias: Nõ, inquit, miſit te Dominus, & tu confidere feciſti populum iſtum in mendacio. Idcirco hæc dicit Dominus: ecce emittam te à facie terræ, hoc anno morieris.

Nouis quoque temporibus accidit, vt in Burgũdiæ regno quidam Clericus eſſet, ſuperbus nimis, ac tumidus, & non modo carnali vitæ ſeculariter deditus, ſed & contra ſuũ ordinem terribi-

A liter bellicoſus. Hic itaque cum Eccleſiam beati Mauritij multis inclytam prædiis, ſuis ditionibus vſurparet, potens autem quidam è diuerſo ſui iuris eſſe, non ſine magna liuoris, atque certaminis animoſitate contenderet, tandem belli dies vtroque paciſcente ſtatuitur: & à multis hinc inde frementium armatorum agminibus conuenitur. Potens autem ille, quem diximus, nuncium ad hoſtilia caſtra direxit, qui & apparatum belli ſolerti ſpeculatione perpenderet, ac ſibi celeriter nunciaret. Fortè tunc clericus Miſſam cum his, qui dimicaturi erant, ſuis fautoribus audiebat. Cúmque ad Euangelium veniretur, in fine lectum B eſt: Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur. Illico Clericus in hãc ſacrilegam vocem proteruè erupit: Hæc, inquiẽs, ſententia vera non eſt: nam ſi ego me meis aduerſariis humiliter inclinaſſem, hodie tot poſſeſſionum, atque clientum copias non haberem. Reuerſus autem nuncius domino ſuo fidaliter retulit, non modo quod in bellici procinctus apparatu conſpexit, ſed hoc etiam, quod ex ore Clerici tumide loquentis audiuit. Tunc ille plaudens in Domino lætus efficitur, atque ad ſpem proculdubio obtinendæ victoriæ milites cohortatur. Conglobatis itaque diuerſorum cuneis armato- C rum, ex vtraque parte pugna committitur, vires viribus opponuntur, depreſſa telorum ſylua deponitur, & humanis inflicta corporibus arma graſſantur. Habebat autem Clericus equam, quam videlicet præliaturus aſcenderat, tantæ velocitatis ac roboris, vt nullus, ſibi videretur equus, aut mulus ad dimicandum poſſe præferri. Caſu, imo Deo diſponente, contigerat, quod præcedenti nocte iumentum illud ſtabulo ſolutum abſceſſerat, aceruumque ſalis inueniens ex eo plurimum comederat. Clericus itaque dum in acie conſtitutus, ſuper aquæ riuulum deueniret: ibique cominus aduerſantium armis arma conſerret, iumẽ- D tum vt erat aſſumpti ſalis copia ſitibundum, frenum de manu rectoris violenter extorſit, ſuiſque totum viribus vendicauit, ac ſtatim caput in aquam ad bibendum inhianter immerſit. Ille verò, dum ea manu, qua ſcutum tenebat, eum iumento confligit, hoſtilibus iaculis faciem coactus exponit: & ecce repente gladius os eius fulminis more transfixit: talique vir reprobus vitam ſuam fine concluſit.

O quam congruè in illa pertulit corporis parte vindictam, qua nigri fellis in Dominum vomuerat blaſphemiam. Nam cum Propheta de talibus dicat: Filij hominum, dentes eorum arma, & ſa- E gittæ, & lingua eorum gladius acutus: qui linguã ſuam, & dentes aduerſus Deum gladij more vibrauit, dignè per eadem membra materialis gladij pœnas exſoluit. Iſti planè contigit, quod Dominus in Euangelio dicit: Quia ſuper decem & octo homines turris Syloë cecidit, & occidit eos. Quem verò myſticè turris illa ſignificat, niſi illum, cui Pſalmiſta decantat: Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea, turris fortitudinis à facie inimici? Huic enim expoſitioni ipſum quoque Syloë nomen adgaudet. Syloë ſiquidem interpretatur Miſſus. Haud dubium, quin ſit ille, qui dicit: Qui me miſit, mecum eſt. Et ibi cæcus à natiuitate lumen accepit ab eo, qui ait: Ego ſum lux

mundi. De caſu iſtius turris alibi ſub figura dicitur lapidis: Omnis, qui ceciderit ſuper illum, cõfringetur: ſupra quem verò ceciderit, conteret eum. Super hanc turrim, ſiue lapidem, cadit homo, atque confringitur, cùm per fragilitatem aliquam peccat: ſed eius ſuper ſe ruina conteritur, cum ſuperbè blaſphemat. Turris ergo Syloë ſuper hunc clericum cecidit, & ſicut blaſphemando meruerat, omnino contriuit.

Et quid mirum, ſi grauia nos peccata tormentis addicant, cùm ſubtile Dei iudicium impunita etiam minima non relinquat? Imò quid nouum, ſi reprobæ locutionis ſacrilegium damnat, cùm ipſa quoque laudis ſuæ præconia, niſi dignè ſint deprompta, contemnat? Adraldi nempè prudentis, & religioſi viri, qui Bremetenſi præminet monaſterio, didici relatione quod ſcribo, quod etiã inditum literis eſſe dicebat. Clericus, inquit, Coloienſis Eccleſiæ vadum fluminis tranſibat, & ecce beatus Seuerinus eiuſdem Eccleſiæ nuper Epiſcopus equi eius habenas apprehendit, eumque retinens ſiſtit. Cúmque ille in ſtuporem verſus, & grauiter admiratus, cur illic tam clarus, & tam celebris famæ vir moraretur, inquireret: Da mihi, ait, manum tuam, & quæ circa me ſunt, non auditu diſce, ſed tactu. Cúmque datam manum fluctibus Epiſcopus impreſſiſſet, tantus eam ardor abſorbuit, vt vndique carnes eius reſolutæ diffluerent, & oſſa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem Clericus: Cum nomen, inquit, tuum in tanta benedictione ſit apud nos, & fama tua conſonis totius Eccleſiæ præconiis celebretur, cur te peſtilens hæc vorago conſtringit, tantoque (proh dolor) incendio cruciaris? Ad quem ſanctus Epiſcopus: Nihil, ait, aliud in me remanſit vltione plectendum, præter hoc tãtum, quia dum in aula regia conſtitutus imperialibus me conſiliis vehementer implicui, canonicæ ſynaxis officia per diſtincta 6 horarum ſpatia non perſolui. Mane quippe ſimul omnia coaceruans, tota die negociis ingruentibus ſecura libertate vacabam. Ob hanc itaque negligentiam horarum, ardoris huius fero ſupplicium. Tu vero omnipotentis Dei clementiam humiliter implora, vt manum tuam in ſalutis priſtinę reſtituat ſtatũ. Quod cùm factum fuiſſet: Vade, inquit, fili, obſecra fratres noſtros Eccleſiæ Clericos, & alios ſpirituales viros, vt pro me preces 7 fundant, indigentibus ſubſidia conferant, ſacrificiorum votis inſiſtant. His enim peractis, ego mox de vinculo pœnæ huius indubitanter expediar, & expectantibus me beatorum ciuium choris lætus adiungar.

6. *Quanto igitur ardebunt incendio huius ætatis pſeudo-Chriſtiani qui non modò tẽpore ſuo horas non perſoluũt canonicas, ad quas ex profeſſione tenẽtur, ſed eas etiam cum cucullis, habitúque proſciunt, & ſub libertatis immunitate, ſanguinis'ue Domini prætextu, apoſtatæ perditiſſimi efficiũtur? His ſane non in latomiis ſeruentis, ſed tartareis, & perpetuis flammis comburentur.*

Quod certè magnam nobis debet inferre formidinem, quia cum ſanctum virum vni culpæ dũtaxat obnoxium, tam intolerabilis Purgatorij pœna conſtrinxerit (væ, væ) quæ mihi, meiſque ſimilibus eſt inferenda ſententia, quos tot reatuum prolixitas grauat? Diſtinguenda ſunt ergo per momenta temporum Eccleſiaſticæ 8 inſtitutionis officia, & ſub magna diuini timoris, ac reuerentiæ dicenda ſunt diſciplina, ne dum pſallimus, fructum ſpiritus cum carnis deſidia miſceamus. Quid enim prodeſt, hoſtiam Deo laudis offerre, & per torporem negligentiæ fœdis eam cogitationibus inquinare? Hanc porro boni, malique mixturam locus ille ſignificat Euangelicus,

7. *Ecce hic palam cernis et Purgatorium eſſe, & oblata pro defunctis ſuffragia prodeſſe plurimum et Miſſam eſſe ſacrificium.*

8. *Inſtitutio Eccle-*

A vbi dicitur: Quia docente Domino, aderant quidam ipſo in tempore nunciantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cũ ſacrificiis eorum. Nam quia Pilatus Os malleatoris interpretatur, quid per hunc, niſi diabolum debemus intelligere, qui paratus eſt ſemper homines offenſionum ictibus verberare? Vnde & virgam ſuper humeros hominum tenere dicitur per Prophetam. Virgam, inquit, *humeri* eius ſuperaſti, ſicut in die Madian. Quid verò ſanguis, niſi peccata? Quid ſacrificia, niſi rectas, & acceptabiles Deo ſignificant actiones? Pilatus ergo Galilæorum ſanguinem cum ſacrificiis miſcuit, quia ma-

B lignus ſpiritus vel orationes noſtras prauis cogitationibus polluit, vel opera bona peccati cuiuſlibet attaminatione corrumpit, vt ſanguis ſacrificiũ polluat, dum reatus offenſionis oblatam Deo recti operis victimam fœdat. Vnde ſcriptum eſt: Quia cum Abraham Deo ſacrificium de pecoribus, ac volucribus deuotus offerret, deſcenderunt volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abraham. Quid enim exprimunt volucres, niſi reprobos ſpiritus per aëra volitãtes. Volucres ergo à ſacrificio noſtro repellimus, cùm operum noſtrorum victimas à malignis ſpiritibus eas fœdare tentantibus, prouide cuſtodimus.

ſiaſtica ac ſanguinem ſeruanda ſũt. Quid ergo humana decreta pontifices canones aſpernantur hæretici?

C Idem ſanè, quem prædiximus, Adraldus, dum in Burgundiæ regno mihi conuiator incederet: In hoc, inquit, loco, per quem nunc tranſitum habemus, aliquid contigit, quod ſi dicimus, non videtur otioſum. Frater quidam noſtri cœnobij (haud dubium quin Cluniacenſis) piæ mentis, & rectæ conuerſationis vir, hinc aliquando tranſibat, & ecce crinitus quidam, quaſi ex Hieroſolymitana peregrinatione veniens, palmam ferebat in manu. Cúmque peregrinus, & Monachus inuicem obuij ſe ſe altrinſecus pertranſiſſent, ait ille, Completorium in lecto, nec ſalus eſt, nec profectus. Quod frater audiens admiratus expauit, ac

D repente poſt terga reſpiciens, eum videre non potuit. Mox enim vt verbum protulit, omnino diſparuit. Ille verò ad conſcientiam mox reuerſus, inuenit quia pridiano veſpere laſſus de via redierat, & feſſa in lectulum membra proiiciens 9 iacendo canonicas horas compleuerat. Vtrum ille Angelus fuerit, an reuera (ſicut videbatur) homo Dei, ducimus relinquendum eſſe iudicio.

In hac etiam eremo fontis Auellani, vbi nunc habito, prior quidem fuerat, nomine Ioãnes, qui lentis quibuſdam infirmitatibus macilentus videbatur ſemper, & gracilis. Hac itaque ſui corporis imbecillitate confiſus, ſæpè iacens in lecto cõ-

E pletorium decurrebat. Accidit autem, vt dæmoniacus quidam non procul abeſſet, qui multa hominum ſecreta, & obſcœnos actus impudens propalaret. Cúmque præfatus Ioannes dæmonem exire præciperet, & quibuſdam exorciſmi quæſtionibus flagellaret? Tu ne, ait, ille es, qui ſub cotto to quotidie Completorium inſuſurras? & modo me quaſi ſanctus eiicere, & iuris mei vaſculum de meo vis dominio liberare? Hoc audito, frater erubuit, quia rei veritatem etiam per mendacij recognouit auctorem.

Alter etiam eremita, qui vocabatur Ioannes de Anſo, cùm ei, vt egrederetur, vehementer inſiſteret, ac diuini nominis adiurium crebrius intentaret:

9. *Animaduerte quanti ſit momenti, horas omittere canonicas, cum obiurgatione afficiatur, qui eas negligentius exſoluit.*

10. *Si dæmones laceſſunt diuini neglectum officij, quid, obſecro, Angeli facient?*

A ret: Nunquid oblitus es, ait, hac tibi nocte quid fecerim? Nam (ſi non excidit) certus es, quia dum ego me in apri ſilueſtris effigiẽ verti, tu me quaſi venator inſectabaris. Sed qui videbar aper, ſubito ſpeciem venuſtæ mulieris aſſumpſi, atque in oſculum tuum ruens, vt ſemen effunderes, cum gloria triumphaui. Cum itaque reprobus ſpirit⁹ de fratre delinquente per ſoporis energiã ſe glorietur habuiſſe triumphum, quanto putamus eum gaudere ac tripudio ſuper his, qui labuntur in adulteriũ, vel inceſtũ? Vnde ſæpe Deus omnipotẽs terribile exhibet etiam in hac vita iudicium, nec tamen miſeri homines deſinunt iterare plectendum.

11. Quãto verò magis, damnũ hac ætate de Luxberanorũ sacrilegis gestis, qui sobrinigij prætextu Deo dicatas violãt?

B Nam Robertus Gallorum Rex, auus iſtius Philippi, qui in paterni iuris ſceptra ſucceſſit, propinquam ſibi copulauit vxorem, ex qua ſuſcepit filium anſerinum per omnia collum, & caput habentem. Quos etiam virum, & vxorem omnes ferè Galliarum Epiſcopi communi ſimul excommunicauere ſententia. Cuius ſacerdotalis edicti tantus omnem vndique populum terror 12 inuaſit, vt ab eius vniuerſi ſocietate recederent, nec præter duos ſibi ſeruulos ad neceſſarij victus obſequium remanerent: qui tamen & ipſi omnia vaſa, in quibus Rex edebat, vel bibebat, percepto cibo, abominabilia iudicantes, pabolum ignibus C exhibebant. His tandem Rex coarctatus anguſtiis, ad ſanum conſilium rediens, diuortit inceſtum, initque legale conubium.

12. Sed vel hic quæſo inſpicias, quàm ſit Pontificũ anathema formidandum, quãtumve apud Deum valeat. Quod tamen perditiſſimi huius ætatis homines flocciſaciunt.

Sed & Otho Rex Teutonicorum, qui poſtmodum Imperator creatus eſt Romanorum, Adalhidem Italiæ Reginam, quæ ſibi commater extiterat, ſuſcepit in coniugem. Quem filius eius Almificus, qui Maguntiæ præſidebat paſtor Eccleſiæ, cœpit conſtanter arguere, & ſceleſtum, luridumque coniugium publicè condemnare. Pater autem vehementer iratus, eum comprehẽdi præcepit, & carcerali mox cuſtodiæ mancipauit: quem per annale circiter ſpatium carcer incluſit, ſed à correctione linguam terroris vinculum non ligauit. Cùm verò pater eum, quadrageſimali decurrente ieiunio, de cuſtodia decreuiſſet educere, antequam pſalterium expleret, quod aureis exarabat apicibus, recuſauit exire. Veruntamen cum exiuit, zelo ſacerdotalis accenſus auctoritatis, non quieuit, ſed mox in patrem iaculum publicæ excommunicationis intorſit. O vere dignum regio genere ſacerdotẽ, qui in cauſa Dei non imperiale faſtigium, non paternum recognouit affectum, ſed dum paternam, ac regiã auctoritatem in ſolo Deo conſtituit, hunc hominem eius legibus reſiſtentem à ſe prorſus extraneum deputauit. Dixit autem patri: Tu arbitraris me aduerſum te inſolenter agere, te vero præiudicium ſuſtinere: ſcito prænoſcens quia die ſancto Pentecoſtes vterque ſimul aſtabimus ante Deum, ibique ventilabitur inter nos librata iuſtitiæ lance litigium. Ibi luce clarius apparebit, quis noſtrum æquitatis lineam teneat, quis Dei legibus contradicat. Factúmque eſt, ipſo, qui dictus eſt, ſacroſanctæ ſolennitatis die, vt dum præfatus Auguſtus imperialibus inſulis redimitus, multorúmque Pontificum choris, ſiue procerum vallatus agminib⁹, Miſſarum ſolenniis intereſſet, repentino ſuper eum veniente iudicio, repertus A ſit 13 mortuus. Epiſcopus autem in Domino iam quieuerat. Sic ſic qui de inceſto coniugio contempſit inter homines iudicari, ad tribunal æterni iudicis coactus eſt pertrahi: & qui ſubiectum ſibi dedignatus eſt audire Pontificem, terribilem ſuper ſe non potuit euadere Maieſtatem.

13. Quantũ apud Chriſtum ſit ſpiritalis cognatio ponderis, quantũ etiam excommunicatio epiſcopi, hoc exemplo diſcant hæretici, qui vtramque tã impudenter cõtemnũt.

Hæc ego (venerabilis Pater) & alia quàmplurima, non ſine magnæ formidinis angore conſcribo, ne videlicet vel relatores mei meræ veritatis ſemitam non tenuerint, vel ipſe quoque relationũ in quolibet immemor obliuione deliquerim. Veruntamen teſte conſcientia, non hæc mentiendi voto, ſed ædificationis affectu, prout me- B lius poſſum narrata recolere, ſatago ſchedulis adnotare. Si quid mihi tamen in his obliuionis obrepſit, imò quicquid humanæ conditionis infirmitate deliqui, antequam nexibus huius carnis abſoluar, diuina mihi pietas tuis orationibus in memoriam reuocet, ac dignè lugere permittat, ne viuenti mihi pœnitendum quid manere poſſit occultum, quod morientis ſit oculis ingerendum.

Hugo denique Cluniacenſis Abbas cum ad ſuum me monaſterium perduxiſſet, frater quidã ſenex in infirmorum domo, ingraueſcente totius C corporis tumore languebat. Hic porrò, cùm Abbatis comperiſſet adeſſe præſentiam, lætus effectus diuinam cœpit implorare clementiam. Domine, inquit, quem nullum latet occultum, quæſo, ſi quid reatus in me eſt, quod non ſim hucuſque confeſſus, tu mihi miſericorditer in memoriam reuoca, quatenus Abbati meo, dum præſens eſt, purè 14 confitear, atque ab eo, qui ius hoc in me præ cæteris habet, iudicatus abſoluar. Hoc dicto, huiuſmodi vox auribus eius inſonuit: Certè eſt, certè eſt aliquid in te, quod confeſſus adhuc non es. Cúmque ille vocem ſolam audiret, ſed à quo procederet non videret, orando ſubiunxit: D Exprime, Domine, manifeſtè quid hoc ſit, vt cõfeſſus corrigam quod erraui. Porrò vox eadem, peccatum quoddam (ſicut quærebat) ſignanter expreſſit, quod ille à ſe commiſſum illico recognouit, & Abbati feſtinanter accito facta confeſſionis, purgauit: pauciſque poſt diebus in ſancta pace defunctus eſt.

14. Aduertant hæc cõfeſſionis cõtẽptores.

Non talem ſortitus eſt finem Clericus ille, de quo mihi idem Hugo Cluniacenſis monaſterij Rector fida relatione narrauit. Religioſus, inquit quidam Epiſcopus in expeditione poſitus, cùm veniſſet ad ripam cuiuſdam fluminis, ſubſtitit, ibique laſſus recreare ſpiritum cœpit. Cúmque illic E tranquillè quieſceret, audiuit vocem de fluminis alueo prodeuntem, & hæc verba clarius exprimẽtem: Hora venit, homo non venit. His auditis, Epiſcopus ſollicitus redditur, & recogitans hoc ſine myſterio eſſe non poſſe, aduentum rei ſolerti cuſtodia præſtolatur. Sed dum attentus explorator expectat, dúmque hæc & illa recogitat, ecce quidam Clericus agillime properabat, equúmque calcaribus atterens, amnem tranſire quantocius feſtinabat. Admonuit autem ſuos Epiſcopos, vt obuios ſe venienti feſtinanter obiicerent, eumque à ſui curſus impetu retinerent. Cúmque ille perniciter properans, flumen aggrederetur præcipitanter inuadere, ac ſine mora tranſire, illique

contra violenter obſiſterent, & gradum figere [A] compuliſſent, ait: Quieſcite, quæſo, dimittite me recedite, quia iuſſio Regis vrget. Non eſt res, quę differri poſſit in poſterum. Myſterium Regis inſtat, ineuitabilis neceſſitas imperat. Quid plura? Sanctus Epiſcopus eum violentiſſimè retentum, ſuperuenienti nocte ſecum habere coëgit hoſpitium. Sed ô miſera hominis, ac lugenda conditio, quæ facilius valet ſibi conciſcere mala cùm deſunt, quàm vitare cùm imminent. Epiſcopo ſcilicet cum ſuis graui ſopore depreſſo, ille vas aquæ in hoſpitio reperit, in quod caput immergens, ſuus ipſe tortor effectus, ſe feraliter enecauit. Sed ſicut iſte, licet occulto, diſtricto tamen Dei iudi- [B] cio, carnis interitum pertulit: ita per eius piã clementiam mortem animæ, ſimul & corporis alter euaſit. Nam quod 15 nunc dicturus ſum, & ex relatione iam dicti Cluniacenſis Abbatis, & ex ore illius, cui res ipſa contigerat, frequentius audiui. Adoleſcens quidam erat in finibus Aquitaniæ qui cum coæuis ſuis iuuenculis de animarum ſuarum cœpit ſalute tractare. Deliberatione præmiſſa, tandem ſtatuunt, ac vnanimi inuicem conſœderatione proponunt & mundani cultus pompas abiicere, & ad monaſticæ conuerſationis ordinem commigrare. Sed dum res adhuc ſuſpenſa differtur, dum rerum ordo multiplici varieta- [C] te concutitur, ipſe quoque tener adoleſcentis animus fixus in ſuo propoſito non tenetur. Quid multa? Mutata penitus mente, deſponſauit vxorem. Cúmque per proceſſum temporis mens eius & memoriam ſancti propoſiti paulatim de ſe prorſus eraderet, & ſub prætextu coniugij ad explẽdam carnalis illecebræ voluptatem impatientius ebulliret, diuina ſuper eum vigilante clementia, ſubito languore percuſſus eſt, ac paulo poſt ad extrema peruenit.

15. Siom a chũ faciet prodigioſum hoc paradigma cœnobiticæ vitę conuiciatoribus. Cuius tamen veritatem experientur quandoque, niſi reſipiſcant.

Neceſſariis igitur, ac propinquis de iam quaſi defuncti diſputantibus ſepultura, dum in medio poſitus videretur cadauer exanime, vixque te- [D] nuis quidam motus in eius pectore palpitaret: ecce duo teterrimi, ac trucis vultus Æthiopes eum (vt ſibi videbatur) tanquam leones rugientes inuadunt, rapaci ferocitate corripiunt, de corpore violenter euellunt, mox pedes eius, & brachia duris alligant nexibus, ſicque velut hœdum in phalangam pendulum alter poſt alterum baiulare cœperunt. Quos autem dolores, & torſiones ipſe pertulerit, quot & qualia viderit, vel audierit, per quàmplurima eum loca vectauerint, perlongum eſt non tantum ſtylo digerere, ſed ſimplicibus quoque verbis ex ore per ordinem referentis audire. Hoc tantum hic inferre ſuffi- [I] ciat, quia dum per obſcuræ caliginis eum loca portarent, ecce beatus Petrus Apoſtolus ſplendidus, & coruſcans occurrit, eumque de portantium humeris raptum, nexibus, quibus angebatur, abſoluit. Illi mox, relicta præda, ſtridentes dentibus, & eiulantes abſcedunt, factúmque ſibi præiudicium flebiles conqueruntur. Beatus autem Apoſtolus adoleſcentem ad Cluniaci monaſterium ſecum duxit, eique ſorinſecus poſito ſeſe, donec reuerteretur, expectare præcepit. Ego, inquit, meum monaſterium ingrediens viſito, ac per circuitum cuncta perluſtrans, quid agatur attendo, deinde ad te, conſideratis omnibus redeo. Sed mox vt iſte relictus eſt ſolus, ecce crudeliores, & acriores iidem reuertuntur Æthiopes, & non iam per manus, & pedes, ſed per genitalia ipſa corripiunt, eúmque ſic non ſine grauiſſimo illius dolore ſuſpendunt. Nam velut ſi roſtro paſſer accipitris, vel aquilinis vnguibus columba rapiatur implumis, ſic à reprobis illis ſpiritibus miſer iſte corripitur, trahitur, libratus per verenda ſuſpenditur, & quaſi recuperata præda, quæ fuerat perdita, longius aſportatur, cum ecce beatus Petrus radianti nimis, ac terribili ſplendore conſpicuus, ſe tanquam fulmen iniecit, rapinam ſuam quaſi per impetum violenti ſpiritus apprehendit, & clauibus, quas manu geſtabat, raptores nequiſſimos acerrimè verberauit. Mox illum ad domum propriam vſque perduxit, reddenſque ſpiritum corpori, vtranque ſaluti ſubſtantiam reformauit. Nam ille protinus conualeſcens, domui ſuæ ſine cunctatione diſpoſuit, atque ad Cluniacenſe monaſterium properans, ſanctæ conuerſationis habitum feruida ſatis deuotione ſuſcepit. Sic itaque diuinæ militiæ transfuga, dum paterni verberis diſciplina cœlitus eruditur, de manu cruenti prædonis eripitur, & ouis oberrans ad proprij paſtoris mapalia reuocatur. Sed iam ſe reprimens calamus cohibeat ſtylum, ne regulam breuitatis excedat epiſtolare compendium.

Scribite, ſi placet, diſticon iſtud in refectorio ſub pedibus Apoſtolorum.

Ignit Apoſtolicum linguarum flamma ſenatum.
Germinat & varias quaſi vox fœcũda loquelas.

PETRI DAMIANI HVMILIS MONACHI APOLOGETICVM

De contemptu ſeculi. Cap. 1.

DE Contemptu 1 ſeculi huius, fratres chariſſimi, Albiſo videlicet venerabilis eremita, & Petre de mundi rhetore iam Chriſti philoſophe, ſæpe (vt noſtis) familiari quodã ſtudio diſputare ſoliti, tum de noſtra ipſorum imperfectione doluimus, tum etiam de nonnullis huius ſacræ militiæ fratribus per abrupta vagantibus conqueſti ſumus. Ad tantam quippe ſecem quotidie ſemetipſo deterior mũdus iſte deuoluitur, vt non ſolùm cuiuſlibet ſiue ſecularis, ſiue eccleſiaſticæ conditionis ordo à ſtatu ſuo collapſus iaceat, ſed etiam ipſa monaſtica diſciplina ſoloтenus (vt ita dixerim) reclinata, ab aſſueta illa celſitudinis ſuæ perfectione langueſcat. Periit pudor, honeſtas euanuit, religio cecidit, & velut facto agmine omnium ſanctarum virtutum turba procul abſceſſit. Omnes enim quæ ſua ſunt quærunt, & contempto cœleſti deſiderio, terram inſatiabiliter concupiſcunt. Et quia ſub ipſo mundi fine poſt ipſum inhiare non deſinunt, quaſi poſt alta pelagi in littus euecti, terram remigio inaniter pulſant, dum adhuc pernicaces nauigare feſtinant. Et cum laborandi finis proculdubio quies ſit, quibus vltro quieſcendi locus offertur, ſuperuacuo laboris ſtudio pœnaliter fatigantur.

1. Sit hic pius tractatus, tanquam ſpeculũ quoddam hereticis, in quo plane perſpiciãt errorẽ ſuum quicquid de Monachis blaſpheme, quicquid cõtra illorũ inſtituta, decreta, mores, impiè, ac impudenter admodum, obloquantur.

De

De monachis, qui ad ea, quæ reliquerant, reuertuntur. Cap. 2.

SEd eſto vt filij huius ſeculi in fluctiuaga ſecularium procellarum inundatione verſentur, & nunc ſemina, quibus propenſius oblectantur, aſpergant, vt non quas voluerint poſtmodum fruges metant. Quid enim mihi, iuxta Apoſtolum, de his, qui in mundo ſunt, iudicare? Nos autem, qui mundi abrenunciatores dicimur, qui terreni fluctus naufragium euaſiſſe gloriamur, cur ad illud denuo, velut quodam vortice violenter abſorbente, relabimur? Cur ad ea, quæ pro diuino amore contempſimus, B retrogradis nitentes greſſibus, malè æſtuanti deſiderio recalemus? Cur non veremur illud inhoneſtæ ambitionis importunitate repetere, quod neque terrena iura, neque diuinæ legis auctoritas veruerat poſſidere? Porro nos fecimus, vt à nobis iuſtè poſſeſſa, noſtra non fierent, & quæ noſtri iuris erant, in aliorum dominium tráſlata prodirent. Quod ergo conſilium fuit, in tam periculoſum noſmetipſos certamen adducere, vt contra omnium humanarum, diuinarúmque legum decreta, quarum videlicet pace fruebamur, nunc neceſſe ſit dimicare? Nos ſiquidem minimè laceſſiti vltronea temeritate bellum mouimus, & nunc contra ſacræ ſcripturæ ſententias C confligere non timemus.

Quod minus peccauerint Ananias, & Saphyra, quam monachi, qui pecunias habent. Cap. 3.

QVis, rogo, Ananiam, & Saphyram rebus propriis abrenunciare coëgit? Sed quia vterque pro ſuſtentanda quaſi longa vita retinuit aliquid, repentinæ mortis ſententiam non euaſit. Et quia nequaquam iuxta abrenunciatorum regulam contenti ſunt viuere, iuxta præuaricatorum animaduerſionem coacti ſunt immatu- D ro exitu inſeliciter expirare. Et quidem illi, vt pote rudes, & ad fidem denuo venientes, necdum fortaſſe ad plenum Euangelica præcepta didicerant, necdum ſacri nouæ doctrinæ codices ad publicum in commune proceſſerant: attamen qui in ipſo fidei tyrocinio quodammodo ſimpliciter peccauerunt, diſtricto quidem, ſed pio iudicio, ſola (vt credimus) ſunt corporis morte mulctati. Nos autem, qui cuncta ſacri eloquij volumina nouimus, qui innumerabilium ſanctorum patrum 2 vitas, atque præcepta poſt illud aureum Apoſtolorum ſeculum exiſtentium, E præ oculis aſſidua diſcuſſione verſamus, ante tribunal Chriſti quid excuſationis obtendere, quod tergiuerſationis argumentum poterimus inuenire? Ecce longè nobilioris quæſtus obtentu, quæſtus, & lucra terrena non modo reliquimus, ſed & perpetuam 3 eorum abrenunciationem non homini, ſed Deo potius profeſſi ſumus. Si ergo adhuc marſupio noſtro nummus includitur, ſi ad interni ſpectatoris iniuriam quantumlibet pecuniæ reſeruatur, quid illi in reddenda, ratione dicemus? qua nos defenſionis arte purgabimus? Huc accedit, quod illi vacillante adhuc fide in nulla videbantur Eccleſiaſtica poſſe ſuſtentatione confidere, nimirum dum in ipſo Chriſtianæ

Appendix.

2. Nota, nulla nobis uper eſſe excuſas onem, ſi a peccatis nō abſtinuerimus, quā innumerabilium ſanctorū patrū vitas, atque præcepta poſt Apo-

A religionis exordio ipſæ quoque Eccleſiæ necdum fuerant per materiale ædificium fabricatæ. Nos autem, qui vbique terrarum tam largiſſima Eccleſiarum 4 patrimonia cernimus, vt quotidie, dum mundus imminuta poſſeſſione contrahitur, Eccleſia copioſiſſimè dilatetur, ſi tanquam de futuris alimentis lucrum carnale reponimus, dum nobis in poſterum prouidendo diteſcimus, theſauro fidei nos vacuos eſſe monſtramus. De quo Apoſtolus: Habemus, inquit, theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. Et dum cautionem, quam cum Chriſto pepigimus, frangimus, violatæ fidei potius tormenta metuere, quàm præ- B mia poſſumus de noſtra conuerſione ſperare. In conuentione etenim pacti, quod inter duos fit, ſponſionis vox ex vtraque parte procedit, vt nimirum vterlibet, qui condicta ſeruauerit, mo dum deliberati fructus accipiat: è contra qui tranſgreſſus fuerit, iacturam violatæ ſponſionis incurrat. In pactione autem illa, qua cum Deo conuenimus, vox noſtra hæc proculdubio fuit quia Chriſtum ſequentes, mundum, & quæ ſunt mundi, abrenunciare promiſimus. Diuina autem vox conſequenter ad iſtam reſpondit: Amen dico vobis, quia vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit Filius hominis in ſede maieſta- C tis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſraël. Et hoc quidem ſi propoſitæ ſponſionis iura ſeruamus. Alioquin ſi poſt terga reſpicimus, terribile mox oraculum diuinæ comminationis audimus: Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei. Ecce audiuimus, quia perfectis renunciatoribus non qualiacunque munera, ſed ſedes promittuntur, ſuper quibus videlicet ſedebunt iudices facti, qui de ſuis olim timuerant exceſſibus iudicari. Nimirum decebat, vt hæc dexteræ excelſi immutatio fieret, quatenus qui amore perfectionis pro Chriſto effecti ſunt D pauperes, iam cum Chriſto diuites facti, communiter ſedeant cœleſtis curiæ ſenatores, ſicut ſcriptum eſt: Nobilis in portis vir eius, cùm ſederit cum ſenatoribus terræ.

3. agnoſcas hic zelo groſſorum vota ſolemnia.

4. Eccleſiarum patrimonia diſtrahere, qua huius ætatis hæreticidiſtribuere inuulgus conātur.

Quod monachus nequeat Chriſtum, ſimul & pecunias poſſidere. Cap. 4.

QVi vero ad ea, quæ reliquit, terrena quælibet congerendo 5 reuertitur, ſicut alienus eſt à ſeculo, quo ſe decreuit exuere, ita etiā regno Dei aptus vltra non eſt, quod indubitanter acceptum noluit poſſidere. Fatuus nimirū viator, nec eò reuerti poteſt, vnde irreuocabiliter prodiit, & quò E ire diſpoſuerat, non peruenit. Enimuero cum mūdo renunciauimus, proprietatem noſtrā cœlū eſſe conſtituimus, & nos illius proprietas conſequēter effecti ſumus, vt & ille eſſet portio noſtra, & nos peculiariter hæreditas ſua. Dicimus enim: Portio mea, Domine: & ille nobis: Opus manuum mearū tu es, hæreditas mea Iſrael. Nam de hæreditate terræ ſcriptum eſt: Hæreditas, ad quam in principio feſtinatur, in nouiſſimis benedictione carebit. Si ergo portio mea ipſe omnipotens Deus eſſe dignatur, quod, rogo, diuitiarum genus quiſpiam valebit acquirere, quod ſuper hunc ſingularem theſaurum merito debeat cumulare? Theſaurus nanque ille huiuſmodi eſt, vt ſi ſolus ſit,

5. Monachi à terrenis facultatibus abſtinere debent tanquam proprijs.

omnes in illo diuitiæ valeant veraciter poſſideri. A
In pectore nanque Ieſu omnes theſanri ſapientiæ,
& ſcientiæ abſconditi ſunt. Si verò alias, atque
peregrinas diuitias ſuper hunc is, qui potitur, cō-
ſtipare voluerit, illico vilis, atque ignobilis copiæ
dedignatur omnino conſortium: & indigni con-
tubernalis impatiens, dum retineri putatur, a-
mittitur, atque hoc modo ex ſruſtrati auolat ma-
nibus poſſeſſoris. Nemo enim poteſt Deo ſerui-
re, & mammonæ.

Quapropter, ô monache, vis in tuo loculo re-
condere Chriſtum? Excute prius nummum: ne-
que enim in vno receptaculo congruè ſociatur.
Nam ſi vtrunque ſimul incluſeris, alterum ſine
altero vacuus poſſeſſor inuenies. Quanto quippe B
in egenis mundi lucris copioſior ſueris, tanto à
veris diuitiis ærumnoſius inaneſcis. Nummus er-
go ſi eſt, in aliena protinus iura concedat, vt va-
cuam tui pectoris arcam Chriſtus inueniat. Ma-
gnus nempe hoſpes in diuerſorij tui quærit angu-
ſta deſcendere, atque idcirco ſolus vult, & ſine
conſortibus habitare. Quem enim cœli, terræ-
que non valet vaſtitas capere, quo pacto in exi-
guo tui domatis angulo niteris illi peregrinos ad
cohabitandum ſocios adhibere? Cedat, cedat
terrena pecunia, vbi cœlèſtis theſaurus admit-
titur. Quæ enim ſocietas luci ad tenebras? C
Quæ conuentio Dei ad mammonam iniquita-
tis? Abiiciatur ergo pecunia æruginì, tineæque
& furtis obnoxia. Vacet exedra cordis, quæ
cœleſti mercimonio poſſit impleri. Nolite, in-
quit, theſaurizare vobis theſauros in terra, v-
bi ærugo, & tinea demolitur, & vbi ſures ef-
ſodiunt, & ſurantur.

Quod melius eſt habita retinere, quam abiecta repetere. Cap. 5.

PEriculoſior nanque eſt animæ pecunia, cum
acquiritur, quàm cum vitro ſuppeditans D
poſſidetur. In iſta ſiquidem terreno more
eſt iuſta poſſeſſio, in illa vero feralis ſæpè re-
gnat ambitio. Salubrius ergo ſuerat, habita
quieto animo poſſidere, quam abiecta non ſine
quadam tangoris anxietate requirere. Pudeat
ergo te, ô miles Chriſti, peritura in hoc ſecu-
lo ſacultate diteſcere, ne in ſuturo cogaris nu-
dus & inops perpetuo mendicare. In talis
quippe militiæ arma iuraſti, quæ nudos & a-
giles expetit bellatores, onuſtos autem, atque
in Deo ſegnes, à caſtrorum excubiis donatiui
arcet immunes. Abiurat illa militia ſarcinis
prægrauatum, & ante tempus merito ſubrogat E
expeditum. Non licet illic marſupia pendere
nummorum, vbi thecæ tantummodo vibran-
tium cernuntur armorum. In bellicoſa ſcilicet
acie, inerti pecuniæ non tuto ſeruitur, vbi
conſtipatis cuneis aſsidua dimicatione confli-
gitur. Non ille ſolidorum ſummam ſecurus
enumerat, qui circunſuſa hoſtium multitudine
telorum miſsilia indeſinenter expectat. Sępe
nanque in talibus dum talentum metalli cuius-
libet trutinatur, improuiſa veniens occulti ho-
ſtis ſagitta, ſtomacho librantis infigitur, ſicque
fit, vt qui ſolus ſibimet ſine rei familiaris ad-
miniculo minimè videbatur poſſe ſufficere, iam
ſe, & ſua repentino caſu lugeat irrecuperabili-
ter amiſiſſe: & qui pauper cum Chriſto in li-
bertate dedignatus eſt viuere, diues abſque il-
lo, ſed ſeruus pecuniæ, compellitur damnabi-
liter interire. Audi quid diuitibus vox diui-
na promittat: Væ vobis, diuites, quia recipiſtis
conſolationem veſtram: Præterea & hoc, quod
Iacobus dicit: Væ vobis, diuites. Diuitiæ ve-
ſtræ putreſactæ ſunt, veſtimenta veſtra à tineis
comeſta ſunt, aurum & argentum veſtrum æ-
ruginauit, & ærugo eorum in teſtimonium
vobis erit, & manducabit carnes veſtras, ſicut
ignis.

Quod auarus nummicola verius, quam Chriſticola nuncupetur. Cap. 6.

AVdiſti, obſecro, nummicola & monache,
quid tibi æſtus auaritiæ pariat? Audiſti
ad quem finem pecunia congeſta perducat? Iu-
ſtum quippe eſt, vt cuius nunc mens amore
carnis ardet in concupiſcentia, illius poſtmo-
dum & ipſa caro comburatur in pœna. Nunc
fornax mentis inuiſibili concupiſcentiæ ardore
ſuccenditur, dignum eſt, vt tunc quoque caro
materialis incendij flamma inextinguibiliter de-
paſcatur. Audi adhuc, nummicola. Quod au-
tem te nummicolam appello, à qualitate tui o-
peris vocabulum traho, non contumeliæ in te
nomen vſurpo. Nummos enim colis, qui pe-
cuniam diligis. Et eum Dominus per Prophe-
tam dicat: Vacate, & videte, quoniam ego
ſum Dominus: vacationis quidem cultum, quem
Deo debueras, nummis exhibes, circa quo-
rum cuſtodiam vacas. Vbi enim eſt theſaurus
tuus, ibi eſt & cor tuum. Quocirca ſicut qui
Chriſtum colit, iure Chriſticola dicitur, ita &
qui nummis per cuſtodiam ſeruit, non imme-
rito nummicola perhibetur. Sed adhuc fortaſſe
proprium cordis ſequi arbitrium iudicor, ſi e-
tymologiam nominis huius ſacræ ſcripturæ teſti-
moniis non affirmo. Ipſa nempe Veritas dicit:
Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ. Ac ſi
apertè dicat: Nemo poteſt Deum, ſimul & pe-
cunias colere. Quod Apoſtolus maniſeſtius de-
clarat, cùm ait: Hoc autem ſcitote intelligen-
tes, quod omnis ſornicator, aut immundus, aut
auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet
hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Tot ergo
criminibus ſimpliciter enumeratis, dum ſolam a-
uaritiam idolorum aſſerit ſeruitutem, luce clariùs
docet auarum non Dei, ſeu nummorum, ac per
hoc dæmoniorum eſſe cultorem, ſed dum in ex-
ponendo nummicolæ nomine diutius immoror,
ab effundenda ipſa nummorum congerie manum
diſputationis, imò diſſipationis auerto. Facta igi-
tur tibi de proprio nomine ſatisfactione, num-
micola, iam quod dicturus eram, vigilanter au-
ſculta. Audi ergo quid de te, tuiſque ſimili-
bus veritas dicat. Dificilè, inquit, qui diuitias ha-
bent intrabūt in regnum cœlorum. Et hæc qui-
dem ſententia de iis, qui diuitias iuxta morem
ſeculi poſſident. Cæterùm hi, qui, reiectis omni-
bus, denuo ad vomitum ſunt relapſi, niſi reſipi-
ſcant, regnum cœlorum nulla vel cum difficul-
tate poſſunt fiducia promereri.

Quod

Quod etiam parua pecunia animam monachi momentaliter lædat. Cap. 7.

SEd ex iſto nummicolarum numero cerebroſius quiſquam fortaſſe non deerit, qui mihi ad iſta reſpondeat: Diuitiarum me cur mordaciter impetis, quem perexigua ſumma contentum vix paocos habere obolos cernis? Cùmque hoc propriæ fragilitati conſentio, releuandæ tantummodo futuræ neceſſitati proſpicio, non affluere diuitiis quæro. Teſte ſiquidem totius fraternitatis meæ conuentu, à filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ de monaſterij mei facultatibus non accipio. Et ſi propriis me quibuſcunque reculis prorſus euacuo, qualiter viuo? Ecce proprietarius noſter, ſiue melius; vt ante, nummicola, paupertatis patrocinio vtitur, vt ipſe diues irreprehenſibiliter viuat: & vide quibus argumentorum fucis mortale vitium palliat, vt quodammodo ſepulchrum fœdis cadaueribus plenum ſuperductæ calcis albore candeſcat. Age frater, ſi ex monaſterialibus impeoſis commodum tibi ſperare licuiſſet, nunquid non veſtes, quas mox vt præberentur indueres, non autem pecuniæ lucra darentur, quę loculis famulatura ſeruares? Cur non eodem compendio vteris in iis etiam, quæ ab extraneis conferuntur? Videlicet vt percepto quolibet munere, mox neceſſaria redimantur, & virus apud te pecuniæ nõ moretur? Hoc enim modo & indigentiæ tuæ velox conſolatio prouenit, & lepra pecuniæ fœdis te maculis non aſpergit. Cur autem tibi de exiguitate pecuniæ tanquam ſecurus applaudis, qui tibi ita ficlum, ſicut & ipſum aſſem prohibitum eſſe non ambigis? Cui vero tota rei cuiuſlibet vniuerſitas intercluditur, excuſationis anfugium de minutis non lucratur. Quj totum ceſſit, pars illi proculdubio non remanſit, præſertim cùm hæc ſit mentis humanæ natura, vt ita occupetur circa minima, ſi ſit indigens, ſicut erga multa, ſi diues. Siue enim ſumptuoſa diuitiarum inundatione circunfluas, ſiue tenniſſima te rei familiaris anguſtia premat, ſententia illa mutari non poteſt. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.

Crœſus, & Amyclas diuerſi quidem poſſeſſores, ſed non diuerſas circa hæc, quibus fruuntur, exhibent voluntates. Licet enim ille aureos metiatur, iſte milium numeret, diſcreta qoidem facultatum quantitate cæduntur, ſed non in diſſimili circa illa, quæ cuique viritim ſuppetunt, amore tenentur. Porro ſi exiguus mus, vel quodcunque reptantium in quamlibet capaciſſimam tunnam caſo decidat, nunquid non protinus cum ſecuribus hinc inde concurritur, totum quicquid illud erat effunditur, cunctíſque ſcreantibus, vomitum minante ſtomacho, nauſeatur? Si tenniſſima venenis ſtilla pando oleris aheno diffunditur, nonne totum, exculentius licet, edulium prorſus abominabile iudicatur? Si ergo perexigua mala largiſſima ſæpius bona corrumpunt, quo pacto te delenocinante conſcicotia iactas, quia minimum ſit, quod cõtra profeſſionis tuæ propoſitum priuata proprietate poſſideas? Nam (iuxta Apoſtolum) modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Et alibi: Qui modica ſpernit, paulatim

Appendix.

A decidit. Neque enim primi parentes noſtri ex illo prohibito pomo frequentibus ſunt conuiuiis crapulati; cuius vna tantum leguntur infauſta perceptione corrupti. Sed non idcirco momentaneæ vltionis plexi ſunt pœna, quia diutius non perſtitere tranſgreſſores in culpa.

Qualiter ad veras poſſit monachus diuitias peruenire. Cap. 8.

SI ergo, frater, quiſquis es, ſumptus te delectat acquirere, vnde futuræ poſſis occurrere paupertati, veras prouidus diuitias appete, veræ etiam B paupertatis inopiam pertimeſce. Illius nanque paupertatis intuitu, facillime paupertas iſta contemnitur. Illarum comparatione diuitiarum omnis terrenæ ſubſtantiæ copia, tanquam littorea alga, deſpicitur, quæ pedibus conculcatur. Igitur ſi verè contendis inopiam tædioſiſsimæ illius paupertatis euadere; ſtude in agro cordis tui optimarum frugum ſationes inſulcare. Teſte enim Apoſtolo: Qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes. Illud ſummum, & vnicum granum in noualibus tuæ mentis occulta, quod videlicet C cadens in terra mortuum fuit, & multum attulit fructum. Hoc tibi theſaurus, hoc tibi ſit omnigenarũ vbertas frugũ. In illo acquirẽdi finẽ cõſtitue: in illo omnem vtriuſque vitæ fiduciam pone. Dominus enim omnium eſt, & diues in omnes, qui inuocant illum.

Enimuero ſi granum illud cõpetenti cura ſeruare ſtudueris, videbis apothecas interiores cellarij tui, auri & argenti, omniúmque diuitiarum talentis affluere. Videbis & borrea tua nouo prouentu ſegetum incomparabiliter redundare. Illum ergo theſaurum curioſa ſolicitudine iugiter excole: circa illum nocturnas, diurnaſ-D que excubias vigili ſedulitate depende. In illo enim vno omnium diues eris, nec eorum, quæ tibi fuerint neceſſaria, copia poteris indigere. In illo quippe poſſidebis aurum diuinæ ſapientiæ, argentum ædificatricis eloquentiæ. In illo diuerſa pallia decoræ, & honeſtæ conuerſationis, bis tinctum videlicet coccum geminæ charitatis, colobium nitidæ caſtitatis. In illo byſſum patientiæ, flammeũ birotinum diuini feruoris, purpuram regiæ dignitatis. Quia enim muricco ſanguine tingitur, vt in purpureum colorem lana vertatur, quiſquis ſolio recti examinis ita præſidet, vt E omnes ſuę carnis illecebras, vitiorúmque barbariem violento imperio mundificare feſtinet, hic rex non immeritò dicitur, & ſpiritualis purpurę decore veſtitur. In illo diupiſticum virentis ſemper ſpei, nimirum vocatus in hęreditatem incontaminatam, immarceſcibilem, conſeruatam in cœlis. In illo babebis annulum fidei, armillas perfecti in actiua vita operis, dextralia etiam ſpeculatiuę contemplationis. Læua enim eius ſub capite tuo, & dextera illius amplexabitur te. Et quid tibi plura pollicear, quandoquidem in illo omnium virtutum gemmis, cunctorum perfrueris charismatum

margaritis? Nec tibi deerunt omnium mundorum ſcilicet, & immundorum animalium greges, quæ ſub virga tuę tranſeant diſciplinæ. Immunda ſiquidem vitiorum armenta ſub tuæ ditionis imperio domabuntur, munda vero interioris tui hominis ventrem ſuauiſſimæ refectionis dapibus ſaginabunt. Ouini velleris turma delicatius accurata, dulcis innocentiæ præbebunt tuis ferculis alimenta. Domeſticæ altilium carnes non ceſſabũt in te diuini amoris augere pinguedinem. Vniuerſa genera volucrum ſupra mentis tuæ menſam ſumptuoſius inſtruent ſpiritale conuiuium. At vero taurina ceruix ſuperbiæ ſuppoſitum tuæ ditionis emugiet iugum. Eqninæ luxuriæ effrenata B libertas ſub te chamati oris mandet inſatiabiliter ferrum. Omnes belluæ vitiorum, vniuerſa portenta reptilium, tremefacta pauebunt tuæ dominationis imperium. Et bæc quidem omnia in bae vita in tuũ cedent vltro peculium, ſi pretioſum illum, ac ſingularem, quem prædiximus, cautè ſtudueris cuſtodire theſaurum. Cæterum in illa veræ beatitudinis vita, quanta tibi, & quam potiora dabuntur, non elt (fateor) noſtrarum virium diſputare, non eſt noſtræ facultatis euoluere.
Hoc tantùm ad compendioſum inexplicabilis negocij exitum referre ſufficiat, quia hoc accepturi ſunt, qui mundum perfectè reliquerunt, quod o- C culus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quod præparauit Deus diligentibus ſe.

Hunc ergo theſaurum, Chriſtum videlicet Deum, & Dominum noſtrum, qui nobis factus eſt redemptor, & pretium, ipſe promiſſor, & præmium, qui & vita eſt hominum, & perennitas Angelorum, hunc, inquam, in exedra tui pectoris diligenti cura reconde. In illum omnem cuiuſcunque neceſſitatis ſolicitudinem proiice In ipſo per aſſiduę orationis colloquium delectare. In ipſo te iugibus ſanctarum cogitationum epulis refice. Ipſe tibi ſit cibus, ipſe nihilominus indumentum. Si D cõtigerit autem, vt etiam cuiuſpiam commodi exterioris indigeas, nihil bæſites, nibil de eius fida promiſſione diffidas, qua pollicetur dicens: Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia adiiciẽtur vobis. Qui enim ſitientibus Iſraëliticæ plebis agminibus ex illo aridę metallo rupis vberes aquarum riuos iuſſit effluere, qui eſurientibus cœleſte manna per annoſa temporum potuit ſpatia miniſtrare, qui innumeram ortygometrarum multitudinem præcepit in murmurantium caſtra deſcendere, vni homuncioni ſuis iugiter obſequiis inſiſtenti non poterit neceſſaria prouidere? Et qui per quadraginta circiter annorum curricula, in- E finitæ illius turbæ veſtimenta ſeruauit illæſa, difficile ſibi eſt, attritis veteribus, nouas tibi exuuias reperare? Nos certè minimæ fidei, compellimus Chriſtum eſſe tenacem. Nempe puſillanimorum diffidentia facit pauperem Chriſtum. At plena fides diuitem illum, & largum in exhibendis muneribus experitur. Satage tantum in his te exercere quæ iuſſit, & nulla prorſus ex his maneat dubietas quæ promiſit. Sit ſecurus exactor, vbi ad reddendum promptus eſt debitor. Sine cauſa diffiditur, vbi ille promiſſor eſt, qui nunquam mentitur. Securus creditor graditur, cum ſimplex veritas promiſſione tenetur. Hæc autem de proprie-

A. tatem habentibus monachis breui perſtringere compendio voluimus: nunc autem ad eos, qui equinis vectationibus aſſiduè delectantur, diſputationis articulum transferamus.

De monachis aſſidue diſcurrentibus. Cap. 9.

NEc reor de veſtra excidere potuiſſe memoria, fratres chariſſimi, quàm ſæpenumero de bac quoque monachorum pernicie concordi inter nos familiaritate doluimus, & inquietis fratribus, ac vagationis vitio pereuntibus, fraternæ charitatis affectu compaſſi ſumus. Sunt tamen nonnulli, quibus dum ſeculi militiam baiularent, pertæſum erat ſub humanæ ſeruitutis iugo huc illucquè diſcurrere, adeo vt deliberarent ad monaſteriale otium libertatis, & quietis amore tranſire: nunc autem tanto ſunt peſtiferæ inquietudinis ardore ſuccenſi, vt ſi quãdo non præbetur occaſio dictans longius progredi, tenebroſo carceralis cuſtodiæ videantur horrore concludi. Quod proculdubio fieri antiqui hoſtis non ignoratur aſtutia. Quos enim adhuc ſeſſor nequiſſimus equitat, idcirco importunis vagandi calcaribus vrget, vt & ipſi ad ſeculi vanitatem redeuntes pereant, & alios ab arripiendo tramite veræ ſalutis auertant. Sunt enim quàmplures in ſeculari habitu conſtituti, qui niſi ad hunc monaſticæ inſtitutionis portum, Chriſto duce, confugiant, aliter ſe in illis procelloſis mundani pelagi fluctibus ſaluari poſſe omnino diffidant.

Quid Laici de monachis ſecularibus dicant. Cap. 10.

SEd cum contemplantur eos, qui nuper quæ mundi ſunt, cum magno feruore contempſerant, nunc ad ſecularium negotiorum turbinem inhiantius redigi, & in eiuſdem, quam euaſerant, cœnoſa volutabri fece verſari, ſtupor mirantibus oritur, ſuſpirium ab imis viſceribus trahitur, & in eorum mentibus deſperatio generatur. In ſemetipſum nanque vnuſquiſque huiuſmodi querelam deponit, dicens: Væ, væ, vbi ego propriæ ſalutis ſpem poſui? Cur cum capitis mei periculo ad ordinem illum tranſire decreui? Paulominus breui puncto corpus ſimul & animam perdidi. Penè me in ignem apertis oculis propria voluntate conieci. Quis enim illo feruentior aliquando monaſterium petiit? Quis (vt videbatur) animoſiori conſtantia ad Chriſti militiam properauit? Nunc autem omnium quæ promiſit oblitus, in terrenis ſe negociis iugiter verſat, ſeculum tractat, ſeculum ſpirat, & quem mihi mortificationis habitus diſſimilem reddit, mecum mundo non diſſimiliter viuit. Planè (vt perſpicuũ eſt) mutare corpus exteriorẽ ſpeciem potuit, ſed mens in eo quo fuerat ſtatu malè fixa permanſit. Quid mihi conuerſionis eius incentores accuſare? In reb⁹ ſiquidem bellicis ſolummodo cõmilitonem perdidi, ſed in reliquis terrenis actibus ſocium non amiſi. Mecum certè forenſes lites agitat, mecum in tribunalibus iudicum perorare non ceſſat, mecum importunus atria principũ penetrat, mecum ſimul eorum auribus conſilia terrenæ profunditatis inſtillat. Sed qua teme-

temeritate ſocium nuncupare præſumo, quem iam non conſuetudinaliter ſocium, ſed in cunctis, tanquam pediſſequa, vix præambulum ſequor? Sanè tantam à populo gloriam de ſua conuerſione lucratur, vt ſuperuenienti omnes aſſurgant, quicquid attulerit velut prophetiæ oraculum credant, & deuotionis illi obſequium reuerenter exhibeant. Sic videlicet, quantum ad carnem, nequaquam infructuoſa illius creditur fuiſſe cõuerſio, quia qui ſecularem veſtem non cum mente depoſuit, ſecularem pompam callidus permutator plenius acquiſiuit.

Has itaque, atque huiuſmodi murmurationes dum detractores effundunt, quantis ſit occaſio pereundi in ſeculo peruagatio monachorum, quis enumerare ſufficiat? Facilius enim in ſeculari habitu etiam perire deliberant, quàm perditorum exempla ſequendo, vtrumque ſimul (vt aiunt) ſeculum perdere. Et reuera non eſt mirandum, ſi videntibus hoc ſcandalum naſcitur, quod & Deo & ſacræ auctoritati probatur eſſe contrarium. Ait enim Apoſtolus: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus vt ei placeat, cui ſe probauit. Et ipſe Dominus admonet diſcipulos ſuos, dicens: Cauete, ne grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis huius ſeculi.

Quod diſcurſio monachi & virtutes expellat, & vitiorum multitudinem introducat. Cap.

EX hac nanque venenata radice tot vitiorum propagines oriuntur, vt in quocunque vigere cognoſcitur, omni monaſticæ perfectionis fructu velut arbor arida denudetur. Et quemadmodum groſſi ficulneæ ventis expoſiti ſtare nequeunt, ſic in illo diuerſis mundi tentationibus hinc inde perflantibus, bonorum operum fructus permanere non poſſunt. Hoc nanque vnum tantæ violentiæ eſt, vt poſtquam ſibi in pectore monachi ſemel imperium vendicauerit, mox ex maxima parte, ſi virtutum chorus abſcedat, nonnulla vitiorum portenta velut ergaſtulum proprij iuris irrumpant. Nam vt pauca referantur è multis, monachus in itinere poſitus tenere ieiunium nequit, quia hoſpitalis ei humanitas non permittit. Non ſapienter pſallit, quia obambulãtis comitatus eum loquacitas impedit. Nocturnis non inſiſtit excubiis, quia ſecretum deeſt ſingularitatis. Flectendis genibus non inſudat, quia ſanctæ deuotionis ſtudio labor interiùs non concordat. Nequaquam ſub ſilentij cenſura conſtringitur, quia frequenter emergentibus cauſis, inuitus etiam per multiloquia diffrenatur. Quid dicam, quia lectioni, vel orationi minimè vacat, quem extra ſemetipſum egredi, & terrena quæque tractare imminens potius neceſſitas dictat? Charitas in eo minuitur, quia mens, quæ tot actionum ſecularium ventos recipit, ab amoris interni feruore tepeſcit. Suum quoque caſtitas mentis diſpendium patitur, quia nonnunquam mens concupiſcentiæ telo configitur per carnis ſpeciem, quam exterius contemplatur. Robur etiam patientiæ frangitur, quia quodlibet incepta nti dum ſæpe contra votum repentini caA ſus emergentes obuiant, qui ſuum accelerabat explicare negotium, non æquanimiter portat, & talia tunc per impatientiam verba profundit, quę cum ad otium reuertitur, vltricibus lachrymis grauiter punit. Sobrietatis regula non ſeruatur, quia dum lautioribus cibis conuiuij apparatus inſtruitur, dum hoſpitalitatis officij ſedulitas exhibetur, quia inhumanum putat inuitantium precibus non condeſcendere, delectat etiam, ventri ſub charitatis ſpecie molliter indulgere. In quo nimirum articulo in mente ſerui Dei ſæpe dubietas oritur, ne videlicet vnde ſobrietati cõſulitur, inde quoque hypocriſi (quod abominabile eſt
B vitium) ſeruiatur. Itaque apud quoſdam ſobrietatis modus omnino contemnitur, vt hypocriſis quoque nota procul abeſſe videatur. Sed hoc modo in eo quòd diſcretio agi creditur, diſcretio non tenetur. Ille enim ſcit rectè diſcernere, qui virtutem nouit à vitio ſeparare. Qui autem cum zizaniis ſimul etiam triticum eradicat, hic proculdubio vim diſcretionis ignorat. Quiſquis ergo ſolo ſupernæ remunerationis intuitu, ſobrietatis limitem non excedit, & hypocriſim ſub humilitatis ſuæ pedibus calcat, & cuſtodire ſobrietatis præmium incunctanter expectat.

Vt autem adhuc quoque de monacho diſcur-
C rente dicamus, lachrymarum compunctionem, quibus peccata defleat, non habet, quia mens arida, quæ per æſtum terrenæ conuerſationis incedit, dum perfundi rore ſancti Spiritus non meretur, areſcit, & terrenarum cogitationum cœno plena, quia aquam capitis interius gratia largiente non concipit, nullas extra ſe lachrymas fundit. Aliquando fortaſſe circunfuſis auditoribus prædicat, ſed repente vana gloria ſurripit, & quaſi ex inſidiis prodiens eum, qui aliis medebatur, occidit. Si autem hoc præcauens ſub ſilentij ſe cenſura conſtringit, nihil eorum poſſe perficere, quorum cauſa vene-
D rat, erubeſcit. Si moroſæ grauitatis, vt dignum eſt, ſpeciem ſeruat, valde pertimeſcit, ne & hîc hypocriſis notam ſimulator incurrat. Si autem à ſuæ mortificationis rigore quantumlibet ſe in leuitatem reſoluit, hîc etiam multo minus ſecurus eſt, ne videlicet ſuo exemplo alios deſtruat. Si quando inter diſſidentes ſequeſtræ pacis vult reformare concordiam, ſi diſtrictè veritatem exequitur, reconciliationis inter eos vnitas non conflatur. Quòd ſi vti mendaciis acquieſcit, peccati laqueos non euadit. Cùm vult peccantes arguere, culpam non minimam deputat, tot proximorum ſuorum aduerſum ſe o-
E dia concitare. Videre autem, & conticeſcere, quid aliud arbitratur, niſi praue agentibus conſentire? Et hæc quidem de illis, qui quantolibet callent ſuperni caloris igniculo. Cæterum frigidi quique, qui ſpretis diuinæ militiæ caſtris, ad mundanæ vertiginis molam ſiniſtro poſtliminio reuoluuntur, quanta iudicabiliter agant, quam inconſideratè viuant, referant qui volunt. Nobis conſultiùs videtur, eos pia compaſſione deflere, quàm execrandæ conuerſationis geſta conſcribere, ne quibus ſolas compatiendi lachrymas debemus impendere, hos videamur cenſoriis literis obtrectare.

Quæ mala infelix anima Monachi patiatur, cum ad inferiora reuertitur.

Cap. 12.

HOc autem abſolutè dicimus, quòd tantis inſidiarum tendiculis hoc tempore Mundus iſte denſatus eſt, vt quiſquis huius ſacri ordinis deſiderat innocenter viuere, ab illius proceſſu cautiſſimè ſe expediat abſtinere: cuius videlicet iter ſi ſæpè terit, procuratos inſidiarum laqueos non euadit, & tanquam arbor munientis ſe corticis defenſione nudata, nec virtutis fructus afferre, nec vitiorum quaſi teredonum ſcaturientium cariem poterit euitare. Cùm verò ad propriæ habitationis clauſtra reuertitur, comitus illum quaſi quædam conglobata turba omnium, quæ viderat, & audierat, comitatur, vt tumultuantium negociorum ſtrepitum, quem illic tolerabat in corpore, multo ingruentius, multóque importunius hic patiatur in mente. Præcipuè ſi orationi vacare enixius cœperit, ecce phantaſmata cogitationum, ecce imagines, quas viderat, rerum: ita vt in quolibet anguſto conſtitutus, videatur ſibi ludis theatralibus intereſſe, vel inter agitantes forenſe litigium reſidere. Et quidem homo renititur, & quaſi conuolantes muſcas abigere à ſuæ mentis ore conatur. At illæ mox vt abſcedunt, protinus redeunt, illico vt repelluntur, aſſiſtunt, vt quaſi fugitiuum ſuum perſequentes capere, & propriæ ſeruitutis moliantur in exercitia reuocare. Tunc infelix anima diſcit, quanti ſibi conſtiterit, quòd ſe per latitudinem ſeculi inaniter relaxauit. Tabeſcit enim ſicca, obſcura, lapidea: in modum namque lapidis obdurata, nec in lachrymarum fluenta prorumpere, nec lumen poteſt tenebris vndique circunfuſa videre. Pſalmorum quidem myſteriis intendere nititur, ſed tanquam lippientibus oculis, intolerabili lumine reuerberatur. Anhelat virtute qua poteſt, ad ſumma contendere, ſed quodam ſuo pondere prægrauata, in imis cogitur humiliata iacere. Cui propheticum illud non inconuenienter aptatur: In tenebris collocauit me quaſi mortuos ſempiternos: circumædificauit aduerſum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum: ſed & cùm clamauero, & rogauero, excludet orationem meam. Mœret, anxiatur, anhelat, & quia nec ipſam hanc eius miſeriam ſibi flere permittitur, acriori doloris amaritudine repleta turbatur. Saltim hanc ploratus vocem cum Propheta daretur effundere, qua dicitur: Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquam, quia longè factus eſt à me conſolator, conuertens animam meam. Sed infelix illa anima, cùm & ſe flebilem videat, & tamen flere non poſſit, quàm procul ſit à ſalute, quaſi in quendam locum deuoluta miſeriæ, longius conſpicit. Nimirum cùm flere via tantummodo ſit, vt peccator valeat ad indulgentiam peruenire, ergo cum illa reatum ſuum plangere nequeat, videtur ſibi, quòd necdum etiam in viam pedem poſuerit, qua pertingere ad indulgentiam poſſit. Huic ſimile eſt, quod ex imperfectorum perſona per Prophetam dicitur: Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. Qui enim legem Dei, quæ proculdubio iuſtificatio eius eſt, omni tempore nondum deſiderat, ſed iam deſiderare concupiſcit, iam quidem vtcunque eminus ſuſpicit, ſed nequaquam perfectionis alta conſcendit.

Fit ergo menti miſeræ tam tenebroſa confuſio, vt quocunque ſe verterit, ſe verſam in ſeculo videat, cùm ſeculum ſine ſe eſſe indubitanter agnoſcat. Cum illo itaque eſt, quod cum ipſa non eſt, quia ſcilicet mundum, quem corporali digreſſione deſeruit, ſecum per phantaſticas imaginationes in mente depingit. Enimuero iſta in humana mente calamitas, & peccatum eſt, & peccati pœna. Iuſtum quippe eſt, vt quod quiſque volens admiſit, patiatur inuitus. Nimirum vt qui noluit ſe intra ſecretum ſui ordinis cohibere, cùm poterat, nequaquam ſeculo carere poſſit etiam cum reliquis. Mens itaque humana tantæ egeſtatis, atque penuriæ neceſſitate conſtricta, dolet, gemit, atque ab imis viſceribus ſuſpirium trahit, quia videlicet receſſus ſui munditiam vagitatis vitio perdidit, & ſe rurſus in volutabro ſeculi velut ſus lutulenta peruoluit. Tunc ſe leuitatis, atque inconſtantiæ mordaciter arguit: ſe vagam, atque fallacem vehementer accuſat: & Dei iudicium rectum eſſe, & æquitatis iura tenere veraciter probat, dicens cum Propheta. Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum. Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Domini. Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Sedebit ſolus, & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe. Quæ enim, ſi ſecreta diligeret, ſuper ſemetipſam gauderet euecta, mœret nunc, quia ad publicum exiens, ſe ſub ſe videt iacere proſtratam.

Quod is, qui foras egreditur, cum excommunicatis communicare cogatur.

Cap. 13.

EST etiam aliud, quod, etſi cætera impedimenta deeſſet, ſolum ſufficere poterat, vt monachos à mundivagatione cōpeſceret. Quis enim hoc tempore quorūlibet ſeculariū poſſit inuenire cōuentū, vbi nō ſit huiuſmodi, qui pro ſui reatus piaculo excōmunicationis debeat ſubire iudicium? Iādudū enim omnia vitia per mūdū vigent, atque eò ſe diffuſius quotidie propulſando dilatāt, quo vicinius mundi terminus appropinquat. Quapropter impoſſibile eſt monacho, qui ad publicum egreditur, vt non ſiue cum excommunicatis, ſiue cum excommunicandis (quod penè tantundem eſt) communicare cogatur. Cum homicidis enim, cum periuris, cum inceſtuoſis, cum incenſoribus ædium, cum adulteris loquitur, quibus, etiam ſi aduerſus exhorreat, plerunque tamē oſculo iungitur, ſimul etiam communi ferculo, prout neceſſitas imminet, conuiuatur: cum è cōtrario Apoſtolus clamet: Si is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut immundus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Et certè formidoloſum eſt, nimiſque contrarium cum his, qui à Deo diuiſi ſunt, habere conſortiū. præſertim monachis, qui Deo ita ſunt peculiari quadam, atque (vt ita dicam) domeſtica familiaritate coniuncti, vt abiurato ſeculo, ſolis ſint diuinis obſequiis

obſequiis irreuocabiliter deputati. Sicut enim ab
ipſo teproborum capite, ita quoque à membris
illius,niſi eauſa conuerſionis exegerit, ſtudendũ
eſt declinare. Vna ſiquidem hic abominationis
repulſa debetur, quibus illic vnus ignis,atteſtan-
te veritate paratur, dum ad ſiniſtram poſitis dici-
tur: ite maledicti in ignem æternum, qui paratus
eſt diabolo,& angelis eius. Quos ergo ad aliam
cernimus patriam tendere,tiſi debemus eis in via
noxiæ ſocietatis glutino fœderari, ne quos inor-
dinatus amor aſſociat, ſimul etiam pœna extremæ
vltionis inuoluat.

Quòd ſicut ab excommunicatis, ita etiam ab excõmunican-
dis oporteat declinare. *Cap.* 14.

ENimuero vt enucleatius pateat, quantum bo-
nos malorum ſocietas lædat, hac poſſumus
perſpicua ratione colligere, quia videlicet
eorum alij ſunt ſacerdotali ſententia nuper ex-
communicati,alij tantummodo ſanctorum patrũ
iudicio communione priuandi. Sed de his,qui ou-
per excommunicati ſunt,nulli dubium, quin om-
nis, qui eorum participio vtitur, ſimilem damna-
tionis ſententiam ſortiatur. De his autem,qui pro
commiſſis criminibus canonica quidem ſunt au-
ctoritate damnandi,necdum tamen viuis ſacerdo-
tum vocibus ab Eccleſiaſtica videntur vnitate
præciſi,à nonnullis ambigitur,vtrum eorum tutò
ſocietas admittatur. Sed ſi rem penſiori ſubtilita-
te perpẽdimus,nullam penè inter eos eſſe diſtan-
tiam inuenimus. Siue enim à modernis,ſiue ab an-
tiquis patribus quis iure damnetur,idem eſt, nec
temporum diuerſitas ſoluit, quem eadem perpe-
trati piaculi cauſa coſtringit:& ætatum varietas
iudiciali calculo non præiudicat, vbi vna limatæ
æquitatis regula ſententiam dictat. Sed quod ap-
probare volumus,melius oſtendemus, ſi ipſa ex-
communicantium patrum, & antiquorum ſcili-
cet, & nouorum verba ponamus. Sacri ſiquidem
Canones dicunt: Qui hoc, vel id fecerit, excom-
municetur. Moderni quoque Pontifices in iacu-
landa excommunicationis ſententia, eadem ferè
verba depromunt, dicentes: Ille, qui hæc fecerit,
excommunicetur. Quorum igitur ſunt eadẽ ver-
ba,eadem nihilominus eſt intelligenda ſententia,
& cùm præſentium ſanctorum Pontificum omne
iudicium ab antiquorum patrum diffinitionibus
pendeat,nullum iſti dãnare præſumunt, niſi quos
iam ab illis damnatos eſſe nouerint. Nõ ergo quẽ-
libet iſti nouiter damnant,ſed iam prolatam ma-
iorum ſententiam ſequendo confirmant.

Concludendum igitur,quia ſicut ab his cauẽ-
dum eſt, quos moderna ſynodorum Concilia ab
Eccleſiaſtica ſocietate repellunt, ita & ab illis ni-
hilominus declinandum, quos antiqui patres eli-
minandos eſſe decernunt. Hæc itaque cauſa non
minima eſt,quę monachum à ſeculi diſcurſioni-
bus retrahat, & in ſui receſſus angulo ſtabilem
reddat,quia valde miſerum eſt,à propriis quidem
exceſſibus reprimi,ſed alieni reatus maculis in-
quinari,cum aliis non delinquere, & alieni deli-
cti ſupplicia ſuſtinere. Malorum autem cùm in-
cautè amicitiis iungimur, culpis ligamur. Vnde
Ioſaphat cùm tot de anteacta vita præconiis at-
tollitur,de Achab regis amicitiis penè periturus

A increpatur. Cui à Domino per prophetam dici-
tur: Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt
Dominum,amicitia iungeris,& idcirco iram Do-
mini merebaris:ſed bona opera inuenta ſunt in te,
eò quòd abſtuleris lucos de terra Iuda. Ab illo
enim,qui ſummè rectus eſt,eo ipſo iam diſcrepat,
quo peruerſorum amicitiis vita noſtra concordat.
Quem enim vox illa Apoſtolica non terreat,quæ
nobis conteſtans, & à prauorum contubernio re-
uocans clamat? Denuncio,inquit, vobis in nomi-
ne Domini Ieſu,vt ſubtrahatis vos ab omni fratre
ambulante inordinatè, & non ſecundum traditio-
nem,quam tradidimus vobis. Si ergo ab his om-
B nibus noſmetipſos debemus cautè ſubtrahere,
quos non ſecundum traditionem Apoſtolicam
cernimus ambulare,quanti in illo ſeculari ſuper-
ſunt ordine,cũ quibus abſque periculo valeamus
contubernium familiaritatis habere? Porrò autẽ
qui Apoſtolica traditione contempta, aliam do-
ctrinam ſiue dogmatizando, ſiue viuendo ſuper-
inducere nititur,orthodoxi, & religioſi viri per-
frui conſortio non meretur, Apoſtolo quoque
Ioanne atteſtante, qui ait: Si quis venit ad vos, &
hanc doctrinam non affert,nolite recipere eum in
domo,nec Aue ei dixeritis: Qui enim dicit illi A-
ue,communicat operibus eius malignis. Quibus
C nimirum Apoſtolicę veritatis inſtructi ſententiis,
euidentiſſimè comprobamus,quia qui cum ſcele-
ratis hominibus carnaliter amicitias iungũt, alie-
ni reatus participes fiunt,& cum illis ſimul ex-
tremæ vltionis coguntur ſubire iudicium, cum
quibus tamen in hac vita ſimul non admiſere pec-
catum.

De Monachis, qui pretioſis veſtibus delectan-
tur. *Cap.* 15.

HOc etiam vitium, quod videlicet iam perſe-
cuti ſumus, diſcurrentem monachum fami-
D liariter obſidet, quia profectò nũquam ſic ad pu-
rum valet à ſe lepram viroſæ procacitatis excu-
tere,quin ſibi neceſſarium videatur, quantumli-
bet apud ſe illam occaſione itineris retinere. Hinc
etiam pretioſarum amor veſtium naſcitur, ne vi-
delicet in publicum prodiens,deſpicabilis eſſe vi-
deatur. Veruntamen dum exterioris indumenti
phalera quæritur,cuncta interioris hominis com-
poſitio diſſipatur. Hæc autem inſania falſa, neſcio
quo pacto ita peruerſę mẽtis oculos cæcat, vt nec
quæ apud homines honeſtas ſit videat, nec vnde
apud Deum quis clarus videri poſſit attendat. Et
reuera inſania eſt,& falſa eſt. Inſanum quippe eſt,
E occulti arbitrii iudicium ſuperbiendo contemne-
re,& humani fauoris auram molliori veſte captа-
re. Falſũ verò eſt,quia vnde oculos ſuperni ſpe-
ctatoris offendit, inde etiam nihilominus apud
humanæ exiſtimationis iudicium cadit: & ex qua
re hominibus videri clarior appetit,ex ea ſe quo-
dammodo dentibus publicæ obtrectationis ex-
ponit: cúmque nitor indumenti ad intuendum ſe
oculos prouocat, linguas etiam ad carpendum
hunc,qui induitur,derogationum ſpiculis armat.
Quis enim monachum mollibus indutum videat,
& non protinus illum diuino vacuum ſpiritu, ter-
renis potius,quàm cœleſtibus inhiare decernat?
Quæ enim ſit mens ex veſte colligitur, & iuxta

exteriorem cultum, quæ ſit interioris ſpecies iudicatur. Quod nimirum cum Euangelica auctoritate concordat, cùm dicatur: A fructibus eorum cognoſcetis eos: quanquam iſti non veniant ad nos in veſtimentis ouium, quandoquidem veſtimentum ouium veſtis eſt humilitatis & innocentiæ, non arrogantiæ vel rapinæ. Illa autem veſtis rapinæ eſſe non immeritò nuncupatur, quæ duarum, vel etiam trium veſtium ſumma coëmitur. Rapinæ nanque ſcelus admittit, qui vanæ gloriæ deditus, in ſui corporis indumentum ſolus inſumit, vnde & fratrem ſuum ſecum contegere communiter potuit. Rapinam proculdubio perpetrat, qui vani honoris ardore ſuccenſus, duarum impenſas veſtium in vna prodigit, & proximum ſuum, quem ſicut ſemetipſum amare debuerat, in ſua nuditate relinquit.

Sed hoc diſtat inter iſtos encœniatos videlicet monachos, & illos hypocritas, quos Euangelium notat, quia illi (teſte Veritate) veniunt ad nos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: iſti autem intus vento vanę gloriæ crepantibus ilibus intumeſcunt, foris autem in veſte rapinæ (ſicut probatum eſt) ac per hoc in veſte luporum arrogantium incedunt. Itaque cùm Dominus de Ioanne dicat Iudæis; Quid exiſtis videre? Hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt: profectò monachus, qui nitorem pretioſæ veſtis affectat, non superni Regis, ſed mundi huius militiam baiulat, & licet videatur ſpecietenus Deo ſuę quaſi obedientię munus offerre, apertè tamen conuincitur, humanum captando fauorem, vanæ gloriæ veraciter deſeruire. Porrò autem ſi ſub obtentu obediētiæ licet mollibus indui, cui potuit hæc remiſſio liberiori diſpenſatione concedi, quàm beato Ioanni, qui præcipuæ obſequelæ donatus officio, venerat corda patrum in filios noua prædicatione conuertere, & perfectam plebem Chriſto Domino præparare? Nunquid & ipſe Dominus prouidere ſibi calceamenta non potuit, cùm gentilis perfidia ſola inter ſe veſtimenta diuiſerit? Nam ſi ei minimè calceamenta defuiſſent, de illis etiam ſacræ hiſtorię ſeries non tacuiſſet.

Quod ſicut pretioſa veſtis ad iram, ita humilis Deum ad ad indulgentiam prouocat. Cap. 16.

REx Niniuę purpura indutus proprię ciuitatis excidium meruit, coopertus ſacco, diuini furoris motum contriti cordis humilitate placauit. Ezechias quoque cultu regio decoratus, terribiles regis Aſſyriorum minas tremefactus audiuit, ſed mox vt ipſe cilicio tegitur, ciliciòque contectos ad Prophetam mittere nuncios non erubuit, propinquæ diuinæ victorię & optatę proſperitatis oraculum reportarunt. Quę nimirum promiſſio (ſcriptura teſte) celerem peruenit ad exitum. Nam ecce Angelus Domini centum octoginta quinque millia Aſſyriorum vna nocte percuſſit, deinde ipſum Sennacherib regem vterque filius parricidali quidē, ſed digno gladio trucidauit. Vides igitur, apud Dominum quantum veſtis fluxa diſtet ab aſpera? Perpendis, quia quem iratum experiri delicata meruerat, vilis, & abiecta veſtit Iudicem placat? & quem plectibilem illa reddiderat, venia dignum iſta commendat? Cu-
A ius autem momenti apud Deum veſtium ſit ornatus, egregius ille Prophetarum Eſaias euidenter oſtendit, qui nimirum ad diuinæ iuſſionis imperium veſtimenta depoſuit, & per trium annorum ſpatium nudus, & diſcalciatus inceſſit. Erubeſcat igitur humana ſuperbia, confundatur mens miſera vanæ gloriæ peſte correpta, dum ille videlicet organum Dei, templum Spiritusſancti, diuinæ iuſtitię propalator, nō dubitauit publicè nudus incedere. Et infelix homo, qui ne vllum quidē meruit Dominicę familiaritatis indicium, ſuperſtitioſum lacinoſis veſtibus affectat ornatum: & dū malè coloratæ veſtis fucos induitur, lubricus aſ-
B pici, à ſemetipſo ſperni, ſpeculatoris oculos non veretur auerti. Ita ſanè dum indumentum illud ſub diuina æſtimatione deſpicitur, is etiam, qui induitur, conſequenter abominabilis iudicatur. Sed eſto videlicet vt Eſaias nudus inceſſerit, nunquid tunc cùm veſtitus ire cōſueuerat, indui mollioribus indulgebat? Interrogemus ergo ipſam propheticæ narrationis hiſtoriam, & audiamus quid ſibi vox diuina præcipiat. Locutus eſt, inquit Dominus in manu Eſaię filij Amos, dicens: Vade, & ſolue ſaccum de lumbis tuis, & calceamēta tolle de pedibus tuis. Qui enim non aliud quoddam veſtimenti genus, ſed ſaccum de lumbis auferre
C præcipitur, profectò quanti ſibi veſtium litura conſtiterit, liquidò declaratur. O quanta tunc erant Regum, & Principum terræ triclinia deaurata? Quot pictis circunfuſa tholis purpurata cubilia? Quāta prædiuitum ornamenta gemmis micantibus inſignita? Quot laquearia cedrinis, ac cypreſſinis inſtructa ſigillis? Et tamē omnibus ſpretis, deſpicabilitérque contemptis, hunc ſaccina deformitate contectum dignatus eſt omnipotens Deus templum ſibi rationale conſtruere, & per eum, quaſi per organum, ſecreti ſui myſteria mortalibus reuelare. Diſcat ergo, diſcat encœniatus monachus, quam male negocietur, quia vnde cla-
D rus apparere humanis oculis appetit, hinc proculdubio in ſuperni Iudicis æſtimatione ſordeſcit: vnde impenſius ab hominibus honoratur, inde magis à Deo deſpicitur: cùmque in admirationē ſui intuentium oculos prouocat, ab obtutibus ſe diuinæ gratiæ contenebratus occultat.

De his qui vilitate veſtium vulgarem mercantur applauſum. Cap. 17.

SEd quoniam loquendi de vanitate veſtium ſe occaſio præbuit, ſicut de his, qui mollibus delectantur pauca perſtrinximus, ita etiam de his,
E qui eodem quidem laborant morbo, ſed diuerſa feruntur inſania, breuiter diſſeramus. Sunt nanque nonnulli, qui vilium deformitate veſtium fauorabilem vulgi mercantur applauſum, & hac iucundius delectatione paſcuntur, ſi dum pro accuratæ deformitatis induſtria videntur abiecti, per efferentium populorum ora volitent glorioſi. Gaudent de ſe inquirentium diſcuſſiones fieri: gaudent ſe, velut mirandum aliquid, digito demonſtrari: qui nimirum de ſua deformitate compoſiti, de obſcuritate conſpicui, de humilitate videri machinantur excelſi. Verſuta ſiquidem diabolicæ calliditatis aſtutia ad hoc deprimuntur, vt

ſublimes

ſublimes appareant, ad hoc deturpantur, vt in oculis intuentium ſpectabiles eniteſcāt. Porrò autem iſtis cum ſuperioribus diuerſa quidem ſumma eſt, quam expendunt, ſed vnæ ſunt merces, quas concorditer emunt. Vana gloria nempè, quaſi quædam negociandi materia in medio poſita eſt, ad quam videlicet diuerſi mercatores accedunt Alij vilia indumenta tanquam pretium de marſupiu proferunt, alij redhibere pretioſa contendunt. Sed dum quique pro ſuis partibus ſatagunt, qui viles veſtes afferunt, reliquis emptoribus continuò præferūtur. Qui enim delicatis veſtibus vtitur (ſicut ſuperius dictum eſt) ſæpè vnde captare auram fauoris exiſtimat, inde latiùs obtrectatorum morſibus patet. Qui verò vilis indumenti extremitate contentus eſt (de monachis loquor) cuiuſcunque intentionis ſtudio, ſcilicet ſiue prauè, ſiue rectè id faciat, ſanctitatis illum opinio contuentibus plerunque commendat, & quò in exteriori habitu deformior quiſque conſpicitur, eò maiori ſæpè dignus reuerentia iudicatur.

De vera humilitate Dauid. Cap. 18.

VEruntamen quiſquis ille eſt, qui de proprij habitus vilitate ſupernæ retributionis præmium ſperat, neceſſe eſt vt omnem laudis humanæ fauorem ſub pedibus ſuę mentis, velut cœnoſum lutum calcare non deſinat: qualémque ſe ſpectantium obtutibus præbet, talem ſe intra cōſcientiæ ſuę ſecreta diiudicet. Vnde Dauid, cùm eum Michol filia Saul obiurgaret dicens: Quàm glorioſus fuit hodie Rex Iſrael diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris: vt oſtenderet, quia eadem humilitas vigebat in mēte, quam prætendebat in corpore, non iratus efferbuit, non elationis verba reſpondit, ſed humiliter dixit: Viuit Dominus, quia ludam, & vilior fiam pluſquam factus ſum, & ero humilis in oculis meis. In quibus verbis veræ humilitatis forma proponitur, dū non minùs interior, quàm exterior humilitas demonſtratur. Nonnulli enim quò ſe deformiùs in exteriori compoſitione deiiciunt, eò de ſe intrinſecus maiora decernunt. Qui profectò aliud optant ſe in ſuperficie videri, aliud latenter intelligi, & vnde ſe humiliter in publico deprimunt, inde in occulto elatiùs intumeſcunt. Dauid autem, vt extrinſecus ſe humilem præbeat, dicit: Ludam, & vilior fiam pluſquam factus ſum. Vt verò humilitatem mentis oſtendat, adiungit: Et ero humilis in oculis meis. Ac ſi patenter dicat: Et exterius humiliabor, vt aliis exemplum ſalutis exhibeat, & intus humilis ero, vt in eiuſdem ſalutiferæ humilitatis radice & ipſe perſiſtam. Qui ergo ita ſimpliciter graditur, vt qualem ſe in deformatione ſui habitus præbet, talem ſe in opinione videntium eſſe deſideret, hic profectò Chriſti imperium veraciter portat, & crucem poſt eum mūdo mortuus baiulat, tantóque in diuinis obtutibus clarior redditur, quantò apud humanos oculos deſpicabilior iudicatur, & fructuoſo commercio is, quem veſtis exterior fœdat, gratia interiore coruſcat.

A *Quòd mollia indumenta minus perfecti faſtidiant, perfectiores aliquando indifferenter admittant.*

CAP. 19.

NOnnulli etiam ſunt, qui rectæ intētionis ſtudio, vilibus indumentis diutius aſſueti, ſi cōtingat aliquando, vt quantumlibet potioribus contegantur, liberę humilitatis ſupercilio dedignante faſtidiunt: & ſicut alij fœdis, ita iſti pretioſis indui veſtibus erubeſcūt: delicatos ſanè habitus renuunt, deſpicabilium aſperitate fruuntur: Fiunt illis omnia corporis ornamenta dedecori, deformitas honeſtati. Horum quidem Heſter ſpeciem tenuerat, cùm dicebat: Tu ſcis, Domine, ne-B ceſſitatem meam, quòd abhominer ſignum ſuperbiæ, & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis meę, & deteſter illud quaſi pannum menſtruatæ, & non portem in diebus ſilentij mei. Hi quidem ſancti deſiderij ardore ferueſcunt, adhuc tamen aduerſus paſſionum ſuarum tentamenta confligunt. Alij autem ad tantæ mortificationis celſitudinem peruenerunt, quòd iam ad vtrunque velut inſenſibiles facti, ſicut vilibus indui conſuetudinaliter expetunt, ita etiam vbi res exigit, pretioſa quæque, vel nitida nullatenus perhorreſcunt, vtraque ſcilicet vno contemplantes aſpectu, quos nimirum mollia non reſoluunt, C & aſpera non affligunt. Iſtorum verò forma Iudith fuerat, quæ videlicet ciliciis eatenus vſa, cùm neceſſitas petiit, diuerſis ſe ad corporis venuſtatem inſulis adornauit, ſacra teſtāte ſcriptura, quę ait: Abſtulit à ſe Iudith cilicium, & exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, & lauit corpus ſuum & vnxit ſe myrto optimo, & diſcriminauit crinem capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum & induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ, induitque ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſit etiam dextrariola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe. Cum his igitur ornamentis ſancta fœmina & verę circa ſe humilitatis custo-D diam tenuit, & eum, quo locupletata fuerat, Spiritum non amiſit.

Vagatio multis fuit occaſio pereundi.

CAP. 20.

SEd dum ego monachum pretioſis indutum exuere geſtio, vagantem, quem arripueram, de manu propriæ diſputationis amitto, & iam procul elongantem vix aſpicio, dum ſolas mihi in manibus veſtes remanſiſſe perpendo. Abiectis itaque veſtibus, ipſum perniciter inſequamur, & comprehendentes (ſi fieri poſſit) ſiſtere laboremus. E Norit ergo monachus vitio vagationis addictus, quia niſi à ſeculo pedem retrahat, & ad ſeruiendum Deo in loco remotionis ſe perſeueranter accingat, nec perfectionis culmen attingere, nec ordinis ſui poterit munia cuſtodire. Dina quippe Iacob filia, quandiu ſe intra tabernacula paterna cohibuit, illibatæ virginitatis iura ſeruauit: poſtquam verò ad videndas mulieres regionis illius egreſſa, publicum petiit, hoſtem protinus virginitatis pertulit, & alienæ libidini turpiter proſtituta ſeruiuit. Vxor Leuitę de latere mōtis Ephraim, donec in penetralibus poſita curis ſe domeſticis occupauit, coniugalis thalami pudicitiam custo-

diuit:ducta autem relictæ cognationis affectu,patriam,parentéſque reuiſit:dehinc rediens, multis corruptoribus furioſæ libidinis præda ſuccubuit: & dum in carne periclitantis pudicitiæ naufragiũ pertulit,ignominioſo vexata ludibrio etiam ſpiritum exhalauit. Thamar ſoror Abſalon, dum in fraternis latibus ſimpliciter habitat, intemeratæ virginitatis genium ſeruat:cùm verò Amnon filio Dauid fraternæ depẽdit viſitationis officium, præreptæ virginitatis plorat incurriſſa diſpendiũ: & tandem experta quòd tutius eſſet manere, quã progredi (licet ſerò) ſecretum otium noxiæ prætulit vagitati.

Et tu igitur ſi vis animam tuam in ſuæ virginitatis integritate perſiſtere,ſi abominandum ducis fœdis & violentis corruptoribus ſubiacere, ſecretum appete, receſſum ſingularitatis inquire, aures & oculos à negotiorum ſecularium vanitate firmiter obſtrue, carnalium hominum colloquia deſtructioni magis, quàm ædificationi profutura contemne. Nam iuxta Salomonem, qui tãgit picem, inquinabitur ab ea. Intra conſciẽtiæ ergo tuæ te cubiculum collige. Cunctis domus tuæ foribus,cunctis videlicet ſenſibus, cenſoriæ diſciplinæ repagula,ne quis ingrediatur,appone. Fons enim,qui vndequaque,ne effundatur,occluditur, vndis ad alta profluentibus eleuatur. E contra. qui per plures riuos hinc inde deducitur, mox vt ſuper eum æſtus feruentior incubuerit, exſiccatur. Denique ſi deambulanti Dauid in ſolario domus Regiæ,clauſæ fores obſiſterent, in lauantis ſe Berſabeæ concupiſcentiam nullatenus exarſiſſet. Sed quia oculum ſub cuſtodia diſciplinæ nõ tenuit, ipſe quoque poſt eum in immane hiantis ruinæ barathrum totus in præceps ruit. Lubricatis enim greſſibus,totius ſui corporis expertus eſt lapſum,dum ſolius frenum relaxauit obtutus. Cui videlicet illud Hieremiæ aptiſſimè congruit: Deprædatus eſt,inquit,oculus meus animam meam. Si ergo tam ſublimis cœli columna propter ſolam oculorum vagationem grauiſſimè corruit, quid de nobis infirmis,& paruulis ſentiendum,qui per ſeculum diſcurrentes nos extra noſmetipſos prorſus educimus? & viſum, atque auditum,omnéſque ſenſus noſtros hauriendis mundi vanitatibus occupamus?

Quòd Eſau vagatio deiecit, Iacob ſtabilitas exaltauit. Cap. 21.

QVæ autem diſtantia ſit inter monachos, qui ſecreti remotionem diligunt, & eos qui ſe per exteriora diffundunt,in duobus Iſaac filiis luce clarius edocemur. Scriptum nanque eſt: Quia factus eſt Eſau vir gnarus venandi,& homo agricola:Iacob autem ſimplex habitabat in tabernaculis. Sed iſte prudenter ſimplex fratris primogenita,& benedictionem patris, prouectus ſui cautus executor accepit:ille fatuitate gnarus,quia in gladio viueret,& fratri ſuo velut domino ſeruiturus eſſet, audiuit. Attamen iſte,niſi in tabernaculis reſediſſet,proculdubio primitiuę benedictionis immunis exiſteret: ille niſi peruagus ſe in exteriora proiiceret, primatus ſui priuilegio nõ careret. Ille domeſticæ quietis otium tenuit, & di-
A uina largiente gratia,in aliena iura ſubſiluit: ille venandi labore confectus & hoc, quod ſibi iure competebat,amiſit. Vt autem ſuperſedeant ſcutũ excuſationis opponere, qui ſeculum perluſtrando iactant ſe obedientiæ legibus deſeruire, non ignorent,quia & Eſau venatum prodiens, paternis iuſſionibus paruit, & tamen nec patri cibos offerre, nec optatæ benedictionis meruit primitias obtinere. Quiſquis enim rem, quæ ad vitium pertinet,conſuetudine ductus, propriæ voluntatis inſtinctu libenter exequitur, peccat etiam ſi alienis imperiis ſpecietenus obtemperare videatur. Nam cùm dicitur, quia Iſaac amabat Eſau,eò
B quòd de venationibus illius veſceretur, conſtat nimirum,quòd Eſau,vt patri cibos ſtudio venationis acquireret, non magis paternæ iuſſioni per obedientiam paruit, quàm inditæ conſuetudini quodammodo tributa perſoluit. Qui ergo diſcurrendo per ſeculum propriæ libidini ſatisfacit, & tamen obedire ſe maiorum iuſſionibus aſſerit, nouerit Dominum non tam coloratis verboſitatibus credere, quàm de occultis hominum iuxta conſcientiam iudicare.

Notandum autem, quòd nonnulli, quandiu in ipſa vagatione ſunt poſiti,nõ grauiter corruũt, reuertentes autem quaſi quodam negotiorum ſe-
C cularium temeto ebrii, in immane præcipitium deuoluuntur. Actionum quippe ſecularium fumo ſuffuſi oculos redeunt, atque idcirco propriis liminibus redditi,vbi pedem operis ponere debeãt, non attendunt. Quod profectò idem Eſau patenter inſinuat,qui cùm de agro rediens ſe conqueritur laſſum,damnoſum valde pepigit cum fratre commercium: dúmque in ſe immoderatam famis rabiem ſæuire perſenſit, magnum primogenitorum decus vili paruæ lenticulę coctione detraxit. Sic nimirũ, ſic quaſi exterioribus deditus, ſemetipſum deſeruit, & ſua poſtmodum corpore, non corde in interiora reuocatus amiſit. Contingit e-
D tiam vagationis vitio laborantibus, vt pulueratis interioribus oculis,ſicut non præcauẽt,ne in reatus foueam corruant,ita etiam poſtmodum quò ceciderint non aduertant: ita quòd dum admiſſa quęque conſiderare ſubtiliter negligũt, quicquid illud eſt quod deliquerant, confuſo mentis examine paruipendunt,culicem profectò non liquãtes,camelum tamen glutientes. Cuius quoque cęcitatis Eſau non immunis extitiſſe cognoſcitur, ſicut ſacra hiſtoria teſtante perhibetur. Vbi poſtquam dicitur: Quia iurauit Eſau,& vendidit primogenita: deinde ſubnectitur: Et ſic accepto pane,& lentis edulio, comedit,& bibit,& abiit,par-
E uipendens quòd primogenita vendidiſſet.

In duobus his fratribus patet, quid inter vagos Monachos & ſtabiles differat. Cap. 22.

IN his igitur duobus fratribus manifeſtè deprehenditur,quanta inter reſidentes,& vagabundos monachos haberi diſtantia ſentiatur. Ille enim niſi ſe inſtabilem,& ſui prodigum per exteriora diffunderet,nequaquam benedictionis paternę myſterium vnà cum primogenitis amiſiſſet, iſte niſi intra domeſtici ſe laris ſepta comprimeret,infra perſcriptum ſubſecutionis ſuæ limitem

iunior

iunior bumiliter deſediſſet. Ille gnarus, & ſolers à ſuę pręrogatiuę iure delabitur: iſte quietus & ſimplex, ſubactis fratribus, ſingulari priuilegio principatur. Alter ſaltus, & luſtra peragrando defeſſus à primatus ſus dignitate deiicitur, alter in conclaui amœno fruens otio, ad capeſſendam ſuper populos, tribuſque monarchiam diuinitus ſublimatur. Deſinat ergo monachus, quiſquis eſt, cũ Eſau ex remotionis ſuæ clauſtris frequenter erũpere, deſinat cum eo ſub obedientię ſpecie cauſis ſe ſecularibus implicare, ne quandoq; ſe cum ipſo lugeat benedictionis extorrem, quem noxiæ vagationis ſortitur auctorem. Cùm Iacob igitur ſe domeſticum præbeat, cùm Iacob in tabernaculis ſimpliciter viuat, quatenus Deum, qui verè Pater eſt electorum, boni operis veſci dapibus cupientem, non ſylueſtrium ferarum, ſed domeſtici gregis apparatione reficiat, quando non de externæ ſanctitatis ſuperficie, ſed ſuaue ſibi de conſcientię ſuę virtutibus edulium parat. Neque enim Deus hoſtiarum pelles in ſacrificio ſibi mandat offerri, ſed interiora potiùs viſcerum cum ipſis quoqun medullis præcipit exhiberi. Vnde & in oſtendendo ipſo ſacrificiorum ritu Moyſes præcipit, dicens: Subtracta pelle, boſtiæ artus in fruſtra concidaot. Cui mandato etiam myſticus intellectus ineſſe deprehenditur, ſi ſubtilius indagetur. Pellem nanque hoſtiæ ſubtrahimus, cùm à mẽtis noſtræ oculis ſuperficiem virtutis amouemus. Cuius artus in fruſtra concidimus, cùm diſtinguentes, ſubtiliter eius intima, membratimq́ue cogitamus, vt quæ foris ſyncera videntur & ſolida, intus non habeantur latebroſæ vanitatis vitio cauernoſa. Dauid autem pro magno munere medullata ſe Deo ſacrificia oblaturum eſſe pollicetur, dicens. Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum. Qniſquis autem ſe per negotiorum ſecularium exercitia delectabiliter fundit, bolocauſti ſui medullas cum viſceribus ſubtrahit, & ſolam victimę pellem, quæ offerri prohibetur, Deo adolere contendit. Qui verò ſuaue Deo ſacrificium offerre deſiderat, receſſus petat, interiora ſectetur animã ſuã integrã, illibatámque in propria virginitate cuſtodiat, nec diſcurrẽdo per lupanaria ſeculi, immundis corruptionibus, proſtibuli more, ſubſternat. Vt ergo interni ſponſi conſpectui placeat, non oculos ſuos ſtibio cum Iezabele depingat, id eſt, non ſe fucis pompæ ſecularis obducat, ſed cum Iudith myrto optimo ſua membra perũgat, omnes videlicet mentis ſuæ ſenſus immortalis vnguine caſtitatis obliniat, ne in mortem per incontinentiam corruens in fœtore luxuriæ computreſcat.

In conclaui igitur ſanctæ Eccleſiæ anima ſe pudica concludat, ſicq́ue in æterni Regis thalamo iugiter requieſcat. Non carnalium propinquorũ, non complicium quorumlibet requirat affectus, ſed ſolius veri ſponſi delectetur amplexibus. Neque enim ſine cauſa ſcriptum eſt: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, quoniam concupiuit Rex ſpeciem tuam. In huius igitur ſponſi cubiculo anima ſancta ab omni ſecularis ſtrepitus turbine ſecura dormiat: ſuper hoc ſuæ virginitatis auctore caſti amoris facibus inardeſcat, cantans nimirum, & dicens: Introduxit me Rex in cellaria ſua, exultabimus & lætabimur in te. Et iterum: Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Si verò cuiuſlibet occaſionis articulus accidat, vt egrediendi neceſſitas imminere videatur, non mox ad vagandum ſe leuiter proruat, non colloquio conſanguinitatis agglicat, non ad ſeculi vanitatem fixus mundo animus concaleſcat, ſed moroſè & grauiter intra ſe deliberet, dicens: Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

Quod diuina diſpoſitio ſicut bonis ſpirituale otium tribuit, ſic & prauos diffundi in exteriora permittit.

Cap. 23.

SI igitur ſingularis ille Sponſus hoc deſiderium animæ ſanctæ ineſſe perſpexerit, quia proculdubio Princeps eſt pacis, liberam ſibi ſpiritualis otij requiem tribuit, & omnes emergentium cauſarum fluctus placida circa illam tranquillitate componit. Hinc eſt enim, quòd in Canticis canticorum dicit: Adiuro vos, filiæ Hieruſalem, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Quò contra menti reprobæ, negociiſque ſecularibus inhianti, ſub Babylonis ſpecie per Prophetam dicitur: Deſcende, ſede in puluere, virgo filia Babylonis, ſede in terra: non eſt ſolium filiæ Chaldæorum. Hoc enim loco humana mens virgo, non incorrupta (vt arbitror) dicitur, ſed infœcunda. Et quia Babylon confuſio interpretatur, rectè infœcunda mens Babylonis filia vocatur, quæ in eo quòd nequaquam bona opera germinat, dum nullo ordine rectæ vitæ componitur, quaſi confuſione matre generatur. Sin autẽ, virgo, non infœcunda dicitur, ſed incorrupta, poſtquam ſtatum ſalutis perdidit, ad confuſionis ſuæ cumulum appellãtur quod fuit. Cui aptè per increpationem dicitur diuina voce: Deſcende. In alto quippe humanus animus ſtat, quando ſupernis retributionibus inhiat. Sed ab hoc ſtatim deſcendit, cùm turpiter victus, ſeſe defluentibus mũdi deſideriis ſubiicit. Cui bene mox additur: Sede in puluere. Deſcendens enim in puluere reſidet, quia cœleſtia deſerens, terrenis cogitationibus aſperſus in infimis vileſcit. Vbi adhuc ingeminando ſubiungitur: Sede in terra. Ac ſi apertè exprobrans, dicat: Quia cœleſti conuerſatione noluiſti te regere, ſub temetipſo proſtratus in terrenis actibus humiliare. Vnde & neceſſariò protinus additur: Non eſt ſolium filiæ Chaldęorum. Chaldęi nanque feroces interpretantur. Valde enim feroces ſunt, qui voluntates proprias ſequentes, nec ſuis imperare moribus ſciunt. Ferocia ſunt terrena deſideria, quæ non ſolùm contra præcepta cõditoris, ſed ſæpè etiam contra percuſſionum verbera duram, atquę inſenſibilem mentem reddunt. Sed filia ferocium ſolium non habet, quia mens, quæ ad amorem mundi ex prauis deſideriis naſcitur, atq; eiſdem deſideriis obduratur, in eo quòd ſe terrenis concupiſcentiis ſubiicit, ſedem iudicij amittit, nullique apud ſe ſolio præſidet, quia examine diſcretionis caret. Quaſi à iudicij ſui ſeſſione repellitur, quia per exterioris deſiderij concupiſcentiam vagatur. Liquet enim, quòd mens, quæ intus conſilij ſedem perdiderit, foras ſe per

deſideria innumerabiliter ſpargit. Et quia agere intellecta diſſimulat, cæcatur etiam, vt neſciat quid agat, & ſæpè iuſto Dei iudicio in ſua voluntate relinquitur, & ſub ea, quæ anxiè appetit, laborioſa mundi miniſteria relaxatur. Vnde & aptè illic ſubditur: Quia vltra non vocaberis mollis, & tenera, tolle molam, & mole farinam. Conſtat nimirum, quòd teneræ ſuę filiæ parentes parcunt, nec duris, atque ſeruilibus hanc operibus affligũt. Omnipotens ergo Deus quaſi teneram filiam vocat, quando dilectam vniuſcuiuſque animam à laborioſis huius mundi ſeruitiis reuocat, ne dum exterioribus actibus afficitur, ab internis deſideriis induretur. Sed Chaldæorum filia mollis, & tenera non vocatur, quia mens prauis deſideriis dedita in eo, quem anxiè appetit, huius ſeculi labore relinquitur, vt foris mundo velut ancilla ſeruiat, quæ intus Deum vt filia nequaquam amat. Vnde & molam tollere, ac farinam molere iubetur. Mola in gyro ducitur, ac farina profertur. Vnaquæque autem mundi huius actio mola eſt, quę dum multas curas congerit, humanas mentes quaſi per gyrum vertit, atque ex ſe quaſi farinam proiicit, quia ſeducto cordi ſemper immundiſſimas cogitationes gignit. Nonnunquam verò qui quietus alicuius eſſe meriti credebatur, poſitus in qualibet actione denudatur. Vnde illic protinus ſubinfertur: Denuda turpitudinem tuam, diſcooperi humerum, reuela crura, tranſi flumina. In adminiſtratione quippe operis turpitudo denudatur, dum vilis mens, abiectáque in actionis oſtentatione cognoſcitur, quæ quieta priùs magna putabatur. Humerum mens diſcooperit, quãdo opus ſuum quod ignorabatur, oſtendit. Crura reuelat, quia quibus deſideriorum paſſionibus lucris mundi inhiet, manifeſtat. Flumina etiam trãſit, quia actiones huius ſeculi, quæ quotidie ad terminum defluunt, indeſinenter appetit: dúmque alia relinquit, alia ſequitur, quaſi ſemper de flumine ad flumen tendit.

Hæc autem diximus, vt vbi mens à ſolio ſanctę intentionis excuſſa, & vagationis vitio dedita, iaceat, monſtraremus, quia ſi ad ea, quę ſuperna ſunt, inhiare ceſſauerit, ſub ſemetipſam etiam indeſinenter ruit. In alto autem figitur, ſi amorem temporalium deſerens, ad ſpem incommutabilis æternitatis ligatur. Nec nos his verbis illud aſtruimus, vt monachus peruicaci propoſito in ſua iugiter remotione permaneat, nec aliquando progredi, vbi violenta popoſcerit neceſſitas, acquieſcat: ſed hoc potiùs ſuademus, quatenus id tantò parciùs, tantóque rariùs agat, quantò ſcit, quia vagando per ſeculum, nec ſpiritualiter viuere, nec ad perfectionis culmen valeat, etiam ſi diligenter inuigilet, peruenire.

De Eremitis, qui in vagatione ſunt poſiti.
Cap. 24.

SEd inter omnia hominum à ſuo propoſito deuiantium genera illud non mediocriter diſplicet, quòd etiam in ipſis ſanctiſſimis eremitis quidam videntur admixti, quos idem peſtiferæ vagationis morbus exagitat, & (ſi dicere liceat) quaſi vertunnus, quoddam ſcilicet dæmoniorũ genus, vexat. Vertunni ſiquidem apud antiquos dicebã-
A tur dæmones, quorum inſtinctu homines in vertigine poſiti reddebantur inſtabiles. Quibus nimirum illi non immeritò videntur obnoxij, qui ſolo quadrageſimali tempore in cellulis commorantes, toto penè anni circulo huc illucque diſcurrunt, & ſic vitam ſuam inaniter ſpatiando conſumunt. Qui nimirum dum modò ſumnotenus remotiora ſectãtes, modò in publicũ crebrius prodeuntes in vtramque vitam ſe, contemplatiuam ſcilicet & actiuam gloriantur extendere, in neutra plenum ſalutis fructum probantur afferre: cúmque ſibi applaudant cum Iacob duarum cõiugum ſpeciali quadam copula fœderati, depre-
B henditur illis propriæ opinionis ſententia in contrarium verti, quibus nimirum contra conſuetudinem & Rachel lippa, & Lia redditur infœcunda, altera ſiquidem hebetatione viſus obtunditur, altera ſterilitatis animaduerſione feritur, quia videlicet huiuſmodi homines & per publicum diſcurentes, vtputa ſiniſtræ opinioni apud populum habiti, nequaquam poſſunt ſpirituales Deo filios gignere, & velut ebrij de ſeculo redeuntes, intima nequeunt penetrare. Quiſquis enim deſiderat ad illud inacceſſibile lumen acie mentis attingere, neceſſarium ſibi eſt interiores oculos per diuturna vagationis ſpatia ab omni mundanæ actio-
C nis labe purgare, ne dum ad ſumma ſpeculanda oculos eleuat, terrenæ conuerſationis puluis obſiſtat, & magis tenebras, quas reliquerat, videat, quàm lumen, ad quod nititur, apprehendat.

Quod cellam conſuetudo dulcem, vagatio reddat horribilem. Cap. 25.

HVc accedit, quòd iis, qui vitam ſuam ſub hac inconſtantia mutationis alternant, eò fit vita remota auſterior, quò inſolita vagandi conſuetudine ab ea retrahuntur: ita & eremitica diſtrictio grauiſsimæ difficultati, cella ipſa illis fit horrori.
D Cõſuetudo enim facit delectabilẽ, vagatio videri facit horribilẽ. Vagãtibus cellula carcer eſt, permanẽtibus ſuaue cubiculũ. Silentiũ perſeuerantẽ monachum vigilem reddit, extrinſecus venientem ſopor deprimit. Aſſuetum ieiuniis corpus ſobrietas roborat, affluentium epularum fluxus eneruat. Vigilia moderata aciem humanæ mentis exacuit, geminatio repetiti ſoporis obtundit. Cõfabulatio crebra in mente monachi eſuriem parit, ſecreta remotio animam in aſſuetæ continentiæ rigore cuſtodit. Secularium negociorum relatio animam paſsionibus deſiderij facit obnoxiam, ſacri eloquij aſſidua meditatio mundo reddit ex-
E tinctam. Paupertas monachi ſecuritas eſt mentis, ſecuritas mater eſt paupertatis. E contra rerum abundantia aculeos parit ſolicitudinis, ſolicitudo radix eſt anxietatis. Pedes illoti, manus neglectæ, inculta cæſaries, quaſi quædam anchora eſt monachi in cella iugiter permanendi. E diuerſo accurata delicati corporis compoſitio, fomes eſt, & occaſio in publicum prodeundi.

Quiſquis ergo vult, vt ſibi eremitica vita dulceſcat, profectò neceſſe eſt, vt in ea conſtanti animo iugiter perſeuerare contendat, nec alternet vicibus, ſi ſuaue iugum Domini vult portare quietus. Vita nanque eremitica continuata quidem eſt refrigerium, intermiſſa quoddam videtur eſſe tormen-

mentum. Remotione quoque continua illuminatur anima, vitia deteguntur, & quicquid hominem de ſemetipſo latuerat, aperitur. Cùm aqua de viuario, remotis quę opponebantur, egeritur, piſces in ſiccum remanentes humanum patiuntur aſpectum. Et à nobis cùm terrenæ actionis fluctus elabitur, quicquid in profundo procellarum emergentium ſubnatare conſueuerat, denudatur. Venator quoque oppillatis anfractibus, depreſſis circunſepit ſaltuum luſtra fruticibus, vnúmque pro multis aditum feris fugacibus extare relinquit, atque illic ſe vibrata ſtringendo venabula in inſidiis ponit: ſicque compendium ſibi laborioſæ vexationis attribuit, dum pernicia ferarum veſtigia, quæ perſequi per infinita nequiuerat, in egreſſionis ſolo veſtibulo negocioſo otio quietus expectat. Et nos cùm vitiis ad praui operis libertatem redire nitentibus, terræ actionis meatus occludimus, quaſi vno in loco illis inſidias ponimus, quia cum ſolis cogitationibus iugiter dimicamus. Sicque vitiorum noſtrorum beſtialis feritas facilè capitur, dum ſolùm cogitationis humanæ peruium ſingulariter cuſtoditur. Auceps etiam cunctos vndique gurgites ramalium denſitatibus operit, atque ad vnum hauriendæ dulcis aquæ locum confluere volucres pręſcripta neceſſitate compellit: dúmque ſolus ille ad bibendum locus exponitur, circumpoſita muſcipularum argumenta felicis aucupij prouentione ditantur. Vt ergo diuerſis animi paſſionibus facilè poſſimu laqueos captionis inijcere, obtruſis negotiorum ſecularium riuulis, aduerſus ſolos cogitationum impetus ſtudeamus viriliter decertare, vt dum vitia noſtra ab actione deterrita ſolis cogitationum fluctuationibus aduolant, facilè in ſanctę prudentię laqueos cadant.

Quòd ſæpè Monachus falſa carnalium promiſsione decipitur. Cap. 26.

NOtandum autem, quia ſępè ſeruus Dei per huiuſmodi membra decipitur, dum ad dirimendas diſſidentium lites, vel ad aliqua peragenda Eccleſiaſticis ſcilicet vſibus profutura, importunius inuitatur. Imminens nánque periculum, multorúmque commune diſcrimen, niſi progrediatur, exaggerant. Quòd ſi acceſſerit, cuncta ad ſuæ voluntatis arbitriũ, atq; ad felices exitus prouentura, multipliciter aſſeuerant. Antiquus enim hoſtis videns militem Chriſti in procinctu ſancti certaminis poſitum non aliter poſſe à ſui propoſiti feruore tepeſcere, machinatur vberioris cuiuſdam fructus ſuperficie fallaciter adumbrare, vt dum lucrum maius attenditur, bonum, quod in præſenti eſt, ad tempus quaſi diſpenſatione poſtponatur. Sed qui mendacis mũdi conſuetudinem frequenter expertus eſt, prudenter nouit vana ſuggerentium commenta reſpuere, & ſe ab infructuoſi laboris exercitio cuſtodire. Apud quoſdam nanque abſentis monachi auctoritas grauis eſt: ſi autem præſens affuerit, nullius iudicatur eſſe momenti. Sæpè enim cuiuſpiam venerabilis viri litteris reuerentiæ honor impenditur, qui perſonæ, ſi adſit, indeuotiùs exhibetur. Apud ſeculares nempè religioſus quiſque veluti pictura eſt. Pictura nanque ſi procul aſſiſtat, inhianter & cum auiditate proſpicitur, ſi iuxta ſit, contemptibilis iudicatur. Et ſpiritualis quiſque carnalibus abſens quidem timori, præſens autem videtur eſſe deſpectui. Quod & Apoſtolus ſibimet contigiſſe teſtatur, cùm ait: Epiſtolæ graues ſunt, & fortes, præſentia autem corporis infirma, & ſermo contemptibilis. Quos enim epiſtolarum fortitudine, & grauitate terruerat, his corporali præſentia deſpicabilis apparebat. Quid autem mirum, ſi iuſtis quibuſlibet viris iſta contingant, cùm & de ipſo electorum capite, Redemptore videlicet noſtro, non diſſimile quid Euangelica ferres aſſerat? Herodes, inquit, viſo Ieſu, gauiſus eſt valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eò quod audiret multa de illo. Sed videamus hoc tam magnum, tam diuturnum deſiderium, quod in abſentem Dominum falſitas Herodiana tenuerat, in quẽ tandem exitum, oblata videndi facultate, concluſerit. Quod nimirum declaratur, cùm paulò inferiùs ſubditur: Spreuit autem eum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum. Ecce quem vulpis illa malitioſa deſiderauerat, ſpreuit, quem videre cupiebat, illuſit: & quia vitam non pio viuendi amore quæſiuit, mittens eum ad Pilatum, in impietatis ſuæ morte remanſit.

Vt Monachus ſe à mundi implicatione cuſtodiat.

CAP. 27.

QVisquis ergo in procinctu cœleſtis militiæ poſitus ad ſupernæ patriæ municipium properat, ſtudeat malè blandientis mundi promiſſa reſpuere, abhorreat ſe ſub qualibet ſpecie actionum ſecularĩũ laqueis irretire. Habet deputatum ſibi propriæ ſeruitutis officium. Sufficere ſibi credat, ſi indictæ ſibi obedientiæ præſcriptum munus poſſit implere. Illud ad memoriam reuocet, quod ſcriptum eſt: Caue ne in multis ſint actus tui. Secularibus relinquatur, ſecularia iura componere. Satis ſit ſeruis Dei perituro huic mundo ſe mortuos exhibere. Sicut enim abſurdum eſt, bonis mala præferre, ita etiam fatuũ, optimũ bono inferius iudicare. Maria, quia optimã partẽ elegit, ſufficere ſibi credidit, nec ſe ad bona Marthę frequẽs videlicet miniſterium, reclinauit. Moyſes quia ab humana conuerſatione remotus, bis quadragenario dierum numero ieiunauit, bis etiam legem Domini digito ſcriptam ſuſcipere meruit: Aaron autem, qui ad cuſtodiam populi derelictus eſt, cognoſcitur idola fabricatus. Sic nimirum, ſic plerunque contingit, vt qui propria non contẽtus, alienæ progreditur ſaluti conſulere, ſui potiùs cogatur periculum ſuſtinere: cúmque alijs velut inter procelloſa naufragia palpitanti, manum porrigit, ipſum quoque præcipitem vorax fluctus inuoluit. Tutius ergo eſt ſub huius vitę nocturna caligine, nos in littore poſitos naufragantibus lumen ingerere, quàm ad eos compaſsionis gratia cum propriæ vitæ periculo pronatare: quatenus ipſi per nos dato recti curſus indicio, ſinũ tuti portus attingant, nõ autẽ nos ad eos trãsfretãtes vorago ſpumoſi maris abſorbeat.

In vertice montis Raphidim Moyſes orabat, & Duce Ioſue Iſraël in conualle pugnabat. Sed ſi Moyſes in adiutorium populi ſui ad campeſtria deſcendiſſet, Amalech proculdubio, Iſraëlitarum cedentium terga percuteret. Si ille manus ad corripienda arma deponeret, facta ſuorum ſtrage, facilem victoriam aduerſariis triumphātibus præbuiſſet. Quod nimirum patenter agnoſcitur, ſi ipſa ſacræ hiſtoriæ ſeries ſubtiliter attendatur, vbi dicitur: Quia cùm leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael: ſin autem paululum demiſiſſet, ſuperabat Amalech. Orantis ergo manus, manus præliantium roborabat: & quia iſtę imbelles ad cœlum patebant, idcirco illæ dimicantes victoriam, cæſis hoſtibus, obtinebant. Illarum quidem fuerit pugna, ſed iſtarum non ambigitur fuiſſe victoria, quia vt illis daretur vincere, iſtæ meruerunt diuinitus impetrare. At contra, Balaam filius Beor, qui ad prælium cum Madianitis egreditur, cùm his, quos iuuare decreuerat, gladio trucidatur. Et iure, qui proprio non eſt contentus officio, diſcrimini redditur obnoxius alieno. Infelix meruit inter bellantium cuneos hoſtilibus gladiis confoſſus occumbere, qui in pace poſitus per prophetiæ oraculum potuiſſet ipſius belli exitum nunciare.

De libertate, & diſcretione Eliſæi.

CAP. 28.

NEquaquam ſic Eliſæus, qui nimirum Ioram regem Iſrael aduerſus Moab properantem, non ad bella ſecutus eſt, ſed tantùm ſufficere credidit, quòd ei ſucceſſum belli ad futuram, conciſis hoſtibus, prædixit victoriam Sed cur dicimus, quòd nequaquam ad bellum regis caſtra ſecutus ſit, cùm & Naaman de remotis Syriæ finibus veniente, & oſtio domus ſuæ cum equis, & curribus humiliter aſſiſtente, non limen egredi dignū duxit, non ianuam vt ingrederetur aperuit, ſed per nuncium potiùs quæ eſſent facienda mandauit? Et certè Naaman iſti multiplex mundanarum ſuppetebat copia dotum, pro quibus honorandus eſſe videretur. Sicut enim ſacra teſtatur hiſtoria, princeps erat militiæ, vir quoque magnus apud dominum ſuum, & honoratus. Per illum enim dedit Dominus ſalutem Syriæ. Erat inſuper, ſicut ſcriptum eſt, vir fortis, & diues. In ipſa enim expeditione poſitus, ſubſtantiæ facultate non erat omnino vacuus. Tulerat enim ſecum (ſicut legitur) decem talenta argenti, & ſex mille aureos, decem nihilominus mutatoria veſtimentorum: quæ etſi cuiuſmodi eſſent Scriptura non dicat, grauibus tamen auri, argentique connumerata ponderibus pretioſa fuiſſe quis ambigat? Quot verò ſunt hodie, qui monaſticæ inſtitutionis profeſſione cenſentur, quibus ſi tam potens, tamque famoſus vir pro foribus dignaretur aſſiſtere, mox etiam feſtinantes reuerenter occurrerent, vt ingrederetur humiliter obſecrarent, & non tam quæ vtiliter implerentur, quàm quæ libenter audirentur, aſſentationis verba proferrent? Qui etiam, ſi tantopere rogarentur, nequaquam ſuſcipere oblata renuerent, præſertim ſi aliquantulum numeroſior alendorum fratrum ſibi conuentus adeſſet. Eliſæus autem Spiritus ſancti diſcipulus, ſpe diues, theſauro fidei locuples, licet centum Prophetarum filios ſub diſci-

A plinæ ſuæ magiſterio ſuſtentaret, pecuniam ſpreuit, munera repulit, & impenſæ gratiæ vicem recipere laudabiliter recuſauit: ne videlicet quod gratis acceperat, ad dantis iniuriam vendere videretur. Venienti autem Naaman nequaquam ſuperbè, ſed prudenter non aſſurrexit, ne videlicet alienigenæ, & de terrena adhuc gloria pręſumenti reuerentiam exhiberet, nimirum iam tunc Apoſtolicæ dignitatis imaginem præferens, quam Paulus poſtmodum expreſſam repreſentat dicēs: Quandiu ſum Apoſtolus Gentium, miniſterium meum honorificabo. Nunquid enim miniſter humilitatis exiſtimandus eſt, Naamam ſuperbè fixiſſe pro foribus, qui de monte Carmeli, in quo

B manebat, à fœmina ſe paſſus eſt pertrahi, & Sunamitem illam non ſolùm comitatus, verum inſuper eſt ſecutus? Nam cùm illa diceret: Viuit Dominus, & viuit anima tua, non dimittam te: mox ſequitur Scriptura dicens: Surrexit, & ſecutus eſt eam. Nunquid etiam copioſa munera tumidi factus ſupercilio reſpuit, qui à viro quodam quodam de Balſaliſa venienti viles bordeaceos panes charitatiuè ſuſcipere non deſpexit?

Sed hîc dum Prophetę obſtaculum, ne tumidæ elationis arguatur, apponimus, in noſmetipſos exactoriæ quæſtionis aditum aperimus. Poteſt enim aduerſus hæc, quę proponimus, quæſtio hu-

C iuſmodi fieri: Si tantus Propheta, & panes de manibus offerentis accepit, & exire de eremo fœminea ſupplicatione conſenſit, qua ratione Monachus vel ſeculum frequentare non audeat, vel ſuſcipere munera difficilius acquieſcat? Ad quod nos ſub compendio reſpondentes, nequaquam quid accipiendi licentiam monacho prorſus abſcidimus, ſed quò id temperatiùs, & cùm diſcretione fiat, cùm fraterna deuotio poſtulat, ſuademus, nimirum vt neceſſaria quęque, ſicut Propheta panes, quibus indigebat, accipiat, & quæ ſuperflua iudicauerit, ſicut ille pecuniam, non admittat. Quòd autem Eliſæus ad reſuſcitandum

D Sunamitis filium de montana remotione deſcendit, huius temporis monachis potius eſt venerationi habendum, quàm imitandum. Liceat ſanè monacho ad ſeculum ex volūtate recurrere, quotiens mortuum hominem ad vitam potuerit ſuſcitare. Illud autem propheticum iter omnino cognoſcitur & virtute plenum per reſurrectionis humanæ miraculum, & typicum per ſignificationis internæ myſterium.

Quid autem ſignificet, non otioſum creditur, ſi breuiter apponatur. Sunamitis nempe filium puer ab Eliſęo miſſus cum baculo non reſuſcitauit: per ſemetipſum verò Eliſęus veniens, atque

E ad eius membra ſe colligens, huc illucque deambulans, & in ore mortui ſepties aſpirans, ipſum ad rediuiuam vocem protinus per myſterium paſſionis animauit. Author ſiquidem humani generis Deus quaſi mortuum puerum doluit, cùm extinctos nos iniquitatis aculeo miſeratus aſpexit. Et quia per Moyſem terrorem legis protulit, quaſi per puerum virgam miſit. Per legē quippe Deus virgam tenuerat, cùm dicebat: Si quis hæc, vel illa fecerit, morte moriatur. A peccati ergo morte lex nos ſuſcitare nō valuit: ſed ad ſtatū vitæ Deus, aſpirata manſuetudinis gratia, clementer erexit. Nam puer cùm baculo mortuum ſuſcitare non valuit

valuit, quia Paulo atteſtante, nihil ad perfectum adduxit lex. Ipſe autem per ſemetipſum veniens, & ſuper cadauer ſe humiliter ſternens, ad exæquanda ſibi mortui membra ſe collegit, quia cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, ſe eſſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Huc illucque deambulat, quia & Iudæam iuxta ſe, & longè poſitas gentes vocat. Super mortuum ſepties aſpirat, quia ad perceptionē diuini muneris gratia ſeptiformis Spiritus in peccati morte iacentes inflammat. Moxque viuens erigitur, quia is, quem terroris virga ſuſcitare non potuit, per amoris ſpiritum puer ad vitam redit.

Quis ergo Propheticum diſcurſum iure audeat in exemplum trahere, cuius nimirum conſtat quia nec virtutem, nec myſterium poſſit æquare? Excubet igitur aſſiduè bellator Chriſti in procinctu cœleſtis militię lorica munitus fidei: pro caſtris ſui Imperatoris ad dimicandum paratus ſemper aſſiſtat, ne fortaſſis extra caſtra vagantem reperiens eum gladius hoſtilis abſumat. Donec Abner commilitonum caſtris interfuit, aduerſariorum cuneis terribilis extitit: poſtquam verò arma depoſuit, rudioris adhuc militis gladio, cæſi nuper Aſaël pœnas exoluit. Vriæ quoque ſi propriæ domus hoſpitium placuiſſet, ſententiam proculdubio regię indignationis, ac fraudis euaderet. Sed quia extrinſecus in alienis, quam in proprio dormire cubiculo maluit, auctores ſuæ mortis literas ad caſtrorum vrbem obſidientium principem reportauit.

Quòd hoc tempore prædicatio non ſicut olim, ſit admodum fructuoſa. CAP. 19.

EQuidem fuit olim tempus, quo bona annunciantibus mūdus egebat: ſed elapſa ſunt, ac euoluta tempora, quibus religioſus quiſque poſſit ſecularibus fructuoſè conſulere, & in mente carnalium ſpiritualia non inutiliter ſeminare. Nunc infelices quique verba vitę fabulas deputant, & ſalutaribus monitis licet aures adhibeant, ea tamen ſeruare declinant. Porrò ſi fidei oculos ad tranſacta reducimus, velut fructuoſos ramos in ſterilia degeneraſſe vitulamina, præteritum in hoc præſens ſeculum inuenimus. Quis enim non miretur, quòd Niniue ſpatioſa nimis, & incomparabilis ciuitas, ad vocem vnius hominis tam facilè à ſua prauitate conuertitur, & innumerabilis populus, non ſolùm cum paruulis, & mulieribus, ſed etiam cum iumentis ad pœnitentiam reuocatur? Quis hoc tempore, non dicam infimæ ætati, vel ſexui, ſed ipſis etiam viris præſumat ieiunia triduana præſcribere, vt nec aquam bibere, nec quicquam omnino cibi liceat deguſtare? Ecce apud Gentiles bruta etiam pecora ad Prophetæ vocem triduanos cibos leuant: & ipſi homines ſub Euangelica diſciplina, vltra diem ieiunare contemnunt. Illi ad pœnitentiam, vno prædicante, vnanimiter confluunt: iſti prædicatorum turbas indeſinenter audiunt, & obedire nullatenus acquieſcunt.

Quis etiam non obſtupeſcat, quòd omnes viri Iuda, & Beniamin, quicunque vxores alienigenas duxerant, ad prædicationem Eſdræ ſacerdotis non ſolùm illicita connubia diſſoluerunt, ſed & omnem ſobolem, quæ ex eis genita fuerat, abiecerunt? Quis neſciat, quantus virorum amor circa vxores proprias vigeat, quanta circa filios pietas paternum pectus aſtringat? Quis ignoret, ad diſſoluendum duplex huius neceſſitudinis vinculum, quo mœrore, qua amaritudine ſe potuerunt viſcera humana concutere? Quo vehementiſſimi doloris incendio paternus affectus, coniugalis animus compulſus eſt æſtuare? Habentes tamen veram circa Deum pietatem, ad nihilum redegerunt falſæ pietatis imaginem: atque B vt eſſent in ſpiritu veraciter pij, facti ſunt contra carnem, & ſanguinem laudabiliter rigidi. Armauerunt ſe contra iura naturæ, vt naturarum Authori fideliter militarent. Obliti ſunt erga filios quòd fuerant genitores, vt veri Patris ipſi aſcriberentur hæredes: atque vt ſupernæ pacis ſibi fœdera reſarcirent, coniugalis thori copulam reſciderunt. Neſciunt ſeruare matrimoniis fidem, vbi fides melior ad proprium recaleſcit Authorem. Quibus vtique conuenienter aptatur quod per Moyſem dicitur: Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ, Neſcio vos: & fratribus ſuis, Ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos, ij cuſtodierunt eloquium C tuum, & pactum tuum ſeruauerunt.

Quis, rogo, nunc poſſit inceſtuoſa coniugia quantumuis inſtantiſſima prædicatione reſcindere? Quis valeat, non dicam populum, ſed vel vnum hominem ad illiciti matrimonij repudium prouocare? Clamant ſacri canones, humanæ in tantum ſcelus iudicant leges, obſiſtunt prædicatores Eccleſiæ: & cuncta hæc perditis hominibus velut aniles neniæ riſum potiùs mouent, quàm ad corrigenda ſcelera compungant. Ecce inſuper hoc anno (ſicut noſtis) per Romanæ ſedis Antiſtitem bis congregatum eſt ſynodale Concilium, vbi denuo omnes inceſtuoſi iuxta canoD num decreta, Eccleſiaſtica ſunt communione priuati. Sed quis ex tot millibus hominum ſaltim vnum vidit ab infauſti fœderis abominatione diuulſum? Immò ne profundiori iuſtè clamitantis abſorberetur hiatu, quis eorum poſt hæc, Eccleſiæ limen terere deſtitit? Aut quis inſuper iſta conſiderans, ab eorum ſe familiaritate remouit? In omnes itaque letalis lepræ contagium ſerpit, quia nimirum omnes eorum complices Apoſtolicæ excommunicationis nexus aſtringit. Enimuero quiſquis coniugalis proſapiæ titulis inſignitur, quiſquis malè blandientis formæ ſuaui venuſtate mulcetur, præſertim ſi largioris E ſubſtantiæ dotibus affluit, vel ſubcreſcentis ſobolis indoles ſpem ſibi futuræ poſteritatis infundit, conſultius iudicat, à Deo manifeſtè recedere, quàm adeò lucroſi matrimonij glutinum diſgregare. Si verò his contraria euenerint, atque luxuriæ calamitatis incommoditate percellatur, ipſe vir falſæ cōſanguinitatis lineā texit, & inaudita proauorū nomina per multa argumenta confingit, atq; ſenes quoſdā in huius allegationis teſtimonium aduocat, quos tamen per vitæ terminū ſublatos è medio non ignorat. Ipſe itaque ſibimet accuſator, & reus crimē impigit, ſcelus exaggerat, atque adminiculum, quo ex tam periculoſo naufragio enatare poſſit, inquirit.

Eat ergo nunc monachus, ſalutiſerum vitę ſuę otium deſerat, vitámque ſuam ſub ſpecie lucrádi animas, inania ſectaodo, conſumat. Quis enim Simoniacus noſtræ commonitionis inſtinctu ſua ſe aliquando ſponte depoluit? Quis alieni iuris violenter inuaſor, paterno ſolo depulſos in patrimonia Inblata reſtituit? Quis in campo bellicoſis armatorum cuneis conſtipatus, ſi ex æquo congredi potuit, obſtaculo ſequeſtræ pacis ad propria, niſi fuſo ſanguine, repedauit? Quis exactor egeno debitori præfixum chirographo fœnus indulſit? Quis debitor creditoris hæredibus bonæ fidei iura ſeruauit? Omnia in orbe confuſa, cuncta pietatis ac fidei decreta conuulſa. A iudicibus iuſtitia venditur. A legiſperitis veritas tenebroſo cauillatoriæ argumentationis colore fuſcatur. Venales ſunt ſiquidem leges, & pecunia iuſtificat delinquentes. Aurum nunc ipſis ſenatoribus pręſidens in tribunalibus iudicat, & velut Imperator quidam pragmaticæ ſanctionis edicta promulgat. Sicut enim Rex in ſecretalibus adytis de regni ſtatu, de rerum ſumma deliberat, qnodammodo ſic aurum & latet in occulto, & ſententias depromit in publico. In ſudario anguſto concluditur, & deciſis negociis calculos iudiciales apponit. Plerunque enim quos cauſa condemnat, mendax pecunia pręmio dignos procaciter aſſeuerat. E contra quos conſcientia teſtatur innoxios, ſtatuit inopia coram iudicibus reos. Nummus nempe momenta legibus tribuit, atque ad ſuum intellectum obſcuras ſententias ſalſus interpretator inflectit. Nummus cor iudicum circa diuites oleo impietatis emollit: erga pauperes verò ad exercendum vigorem rigidæ animaduerſionis impellit. Nunc igitur auaritia malorum omnium radix, vberius pullulat, & tanquam viroſæ propaginis ramos per totum orbem ferالium vitiorum portenta dilatat.

Quod nunc omnium vitiorum monſtra feralius vigeant. CAP. 30.

HÆc nimirum tempora Apoſtolico denunciantur oraculo, dum Timotheo futura prędicit. In nouiſſimis, inquit, diebus erunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus inobedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Atque his præmiſſis, illico ſubiungit: Et hos deuita. Nunquid ad mundi huius terminum Timotheus peruenturus erat, cui cùm prauitates hominum in nouiſſimis diebus futuras Apoſtolus enumeraret, protinus vt euitaret adiecit? An potiùs in vnius perſona diſcipuli, illis mandatum hoc communiter indicit, quos ad hoc deputatos officium iuxta finem ſeculi fore præuidit? Igitur dum non dicit: His prædica, his verba vitæ denuncia: ſed, hos deuita, profectò modernæ temeritatis inſolentiam arguit, atque ab infructuoſa tumidos quosque prædicatione compeſcit. Quid ad hæc nos monachi dicimus, qui menſuræ noſtræ metas excidimus, atque ius nobis alieni muneris vſurpatione vendicamus? Si Paulus diſcipulum in hoc ipſo ſpecialiter conſtitutum ab incorrigibilium prædicatione prohibuit, qua nos audacię nota corripimur, qui nequaquam nobis delegato prædicationis officio importunè noſmetipſos ingerimus, & noſtra ſalute poſtpoſita, alienis quaſi profectibus inaniter inſudamus?

Cedat ergo, cedat ſterilis cura negocij. Superfluum iudicetur infructuoſo indulgere labori. In ſemetipſa mens totis collecta viribus redeat: aduerſus infatigabiles aduerſarios peruigilſe ad certamen accingat. Charitatis quidem viſceribus erga nos intrinſecus affluat: ad exteriora verò ſe cauſa alienæ ſalutis extendere ſuperuacuum ducat. Ad ſe venientibus monita ſalutatis impendat: nullius hortatu leuiter propriæ quietis lucra poſtponat. Imperialis edicti pagina veredario diſcurrente defertur: bullatæ nobis apochæ ab auctore ſedis Apoſtolicę diriguntur: ſynodus congregatur: religioſis viris Concilij ſumma committitur. Solotenus illico ſe monachus flectat, honorem ſacris literis reuerenter exhibeat: huius tamen expeditionis munus à ſe alienum irretractabiliter ducat, reputans intra ſe: Quid mihi cum Regibus terræ? Quid mihi cum ſynodali conuentu? Sufficiat mihi peccatis meis flendis inſiſtere: ſatis mihi ſit me huic mundo mortuum exhibere. Nolite, quæſo monachi, nolite ſub Eccleſiaſticæ compaſſionis ſpecie Regum aulas irrumpere: nolite aures Principum, velut ſalutaria ſuggerendo, faſtidioſa importunitate pulſare. Credite experto, credite in huius gratiæ ſtudiis non leuiter fatigato. Imperatoriæ nanque maieſtati ſæpè quæ ſuggerenda videbantur expreſſimus. A ſummis Pōtificibus inuitati ſynodalibus Conciliis interfuimus. Sed qui hoc tempore iſta proſequitur, tanquam ſi ſemina crederet arenoſis littoribus videatur.

Quòd in ſynodo Monachus ad Epiſcoporum inuidiam libere loqui non audeat. CAP. 31.

SÆpè nanque in Conciliis ſynodalibus poſiti, quoſdam clam ſibi feraliter conſcios pręſidere in numero Sacerdotum vidimus, non modo de ſuis ſecuros, ſed vltro etiam ad aliorum crimina defendenda impudenter accinctos qui nimirum (vt ferebatur) & cum Simone priùs emerant, & cum Giezi poſtmodum charismatum dona vendiderant. Quorum tanta vis erat ad excuſandas excuſationes in peccatis, vt inter cętera mala etiam Simoniacę hæreſeos non modò defenſores, ſed viderentur potiùs aſſertores. Quis ad iſtorum inuidiam monachus mutire præſumeret? Quis ad arguenda crimina, vel iuſtitiam declarandam, vendicare ſibi ius libertatis auderet? Illico ſæuirent, illico in nos duræ ſugillationis arma corriperent, & præmiſſo iurgio ſilentium imperarent, inter ſe ſcilicet hoc modo iudices conquerentes: Ad Concilium hoc iudicantes conuenimus: ſed (ô noua præſumptio) mortuorum ſententiis ſubiacemus, & Epiſcoporū ſunt iudices facti, qui legaliter ſub eorum fuerāt legibus

legibus conſtituti. Quibus aliquando reſpondetur: Venerabiles patres, & Domini, ſicut vobis ſpecialiter prærogatum eſt iudicare, ita etiam minoribus Eccleſiæ membris competit quod ſentiũt in commune conferre, nec vlla canonum auctoritas prohibet, iuniores quæ Eccleſiæ ducunt profutura depromere, dum tamen ventilata negocia pontificalis iudicij debeat clauſula terminare. Si quando ergo hoc, aut aliquid huiuſmodi cum humilitate ſuggeritur, nequaquam patienter admittitur: ſed quicquid à nobis in ſynodo dictum eſt, totum ad inuidiam noſtram ſuperbo vocabulo iudicium nuncupatur.

Hæc breuiter idcirco perſtrinxerim, vt in me quilibet inexpertus diſcat, ſibimet etiam à talibus declinare, quantùm expediat. In vno ſiquidem præuadante colligitur, vtrum à ſubſequenti exercitu ignotæ aquæ tutò fides habeatur. Protinus ſe ab impetu proprij curſus inſtitutores venalium reprimunt, cùm vel vnum ex ſuis redire à nundinis vacuum, nõ diſtractis mercibus, cernunt. Quę ruralibus curis intentum frequanter ſeges negata deluſit, quamplures à ſterilis arui cultura compeſcuit. Cùm ſcrutator fluctuum labore ſtuſtratus, vacua laſſus lina reportat, facilè iã nudatos à perluſtrandis inopis aquæ finibus reuocat. Sic nimirum me, non mihi ſoli, ſed & cũctis fratribus meis, talia tentaſſe ſufficiat, vt dum vnius labor inutilis fuiſſe perpenditur, non vni, ſed multis à ſuperuacui laboris impendio cautela præbeatur.

Quòd Monachus ſe à mundo cohibeat, & Dei iudicium ſuis ſemper oculis anteponat.

Cap. 32.

QVisquis ergo monachus perfectionis culmẽ feſtinat attingere, intra remotionis ſuæ ſe clauſtra cohibeat, ſpirituale otium diligat, diſcurrere verò per ſeculum, velut merſare ſe in lacum ſanguinis, perhorreſcat. Tot enim criminum magis ac magis in dies mundus contaminatione polluitur, vt quælibet ſancta mẽs ſola eius cõſideratione fœdetur. at dum veteribus noua ſemper augentur, quid aliud, quã Antichriſti via proculdubio ſternitur, vt iam vltra finem ſeculi in mundũ ventẽs ſine offendiculo liber ingrediatur? Et cùm illius via nil aliud prorſus, quàm noſtra ſint abſque dubio ſcandala, eadem cauſa debet veſtigia noſtra compeſcere, quæ illi ſpondet liberis poſſe greſſibus aduentare.

Deprimatur ergo quilibet frater nunc in anguſto ſuæ remotionis ergaſtulo, vt infinitæ magnitudinis domus ſibi paretur in cœlo. Hieremias ait: ô Iſrael, quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius: magnus, & non habet conſummationem, excelſus & immenſus. Nũc ſe vinculo diuini timoris obſtringat, vt poſtmodum ius veræ libertatis obtineat. Requieſcens in Chriſto reputet nil ſibi commune eſſe cum mundo, vt quod Ioannes Apoſtolus iubet, non ſolùm corde ſed & corpore ipſo conſeruet. Nolite, inquit, diligere mundum, nec ea, quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo. Clareſcat ſeruus Chriſti, nulla mundum affectione cordis diligere: atque ad hoc probandum, corporalibus etiam hunc faſtidiat greſſibus frequentare. Ipſa porrò corporalis abſtinentia piæ mentis odium comprobet, vt quò quiſque à noxia mundi notitia magis alienatur, eò arctiori Deo familiaritate iungatur. Nunc flebilis, & mœrens defixos in terram oculos teneat, quos ad eum videndum, qui venturus eſt in nubibus cœli cum poteſtate magna, & maieſtate, tunc lætus attollat: ſicut ſcriptum eſt: Reſpicite, & leuare capita, veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. O quàm ad pronunciandum breuiſſima verba, quàm ad pertractandum medullitus infinita ſententia, videlicet cùm reprobi eiulantes tremefactis viſceribus dicent: O montes, cadite ſuper nos, & colles, operite nos à facie ſedentis in throno: cùm denique ſol obſcurabitur, luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo: tunc nimirum cùm videbit eum omnis populus, & qui eum pupugerunt, & plangent ſe ſuper ſe omnes tribus terræ.

Appendix.

Quæ autem mens humana concipere, quę lingua valeat explicare, quantum erit tunc electorum gaudium, quàm inenarrabilis lętitia beatorum, cùm, periclitante mundo, ipſi de cætero ſubiacere periculis deſinunt, & venienti immortali Sponſo accenſis lampadibus tripudiantes occurrunt? cùm membra mundi ad perferenda tartareæ combuſtionis ſupplicia corruunt, ipſi ad percipienda inacceſſibilis gloriæ præmia fœlices aſſurgunt? cùm illorum vitam mors immmortalis intercipit, iſtorum mortalitatem virtute reſurrectionis abſorptam incorruptio glorioſa conſumit? Hoc cunctis ſeculis admirandum ſingulare ſpectaculum inceſſanter ſibi mens ſancta proponat. Hanc tremendam venturæ diſcuſſionis imaginem aſſidua præ oculis meditatione depingat. Iam ſe vir electus ad tribunal raptum Iudicis deputet: iam ſe in examine poſitum ad reddendam rationem diuinis quęſtionibus perurgeri formidabiliter penſet. Mundo ſe extraneum reddat, vt Deo propenſioris gratiæ largitate familiaris adhæreat. Hoc itaque mundo mortuus viuat, à terrenis ſe vexationibus ſubtrahat, ac velut in ſepulchro iam poſitus, in ſolo Creatoris ſui deſiderio ſuauiter requieſcat: ſicque in Deo vita ſit eius abſcondita, quatenus apparente Chriſto, & ipſe cum eo apparere mereatur in gloria. Amen.

Hic ſcriptor alloquitur venerabiles monachos Petrum, & Albiſonem.

CAP. 33.

NVnc, fratres chariſſimi, alter ſcilicet formã cœnobitarum, alter imitandum eremiticæ conuerſationis exemplum, ad vos ſtyli huius articulum reuoco, vt quibus primordium incipientis intenditur, in eis etiam conſequenter peracti opuſculi clauſula terminetur. Videtis igitur, quàm celeriter breuis hæc vita pertranſeat. Videtis, quia mundus hic vicinum ſui terminum indiciis iam euidentioribus clamat. Tellus enim genitalibus effœta humoribus, quodammodo inuita aratrum tolerat, dum ferre fru-

ctus ſuis cultoribus negat. Et velut anilis aluus, dum ſanguis in corpore, vulua marceſcente, frigeſcit, etiam ſi procreandi ſtudium non defuerit, ad gignendam tamen ſobolem non aſſurgit. Aqua etiam nihilominus ſterilitatem patitur, vt iam piſcator retibus impendium deneget, dum inopis capturæ quæſtus diris per elementum liquidum laboribus non reſpondet. Nec te, aër olim fœcunde, prætercam, qui dum diuerſis tendicularum argumentis in volucrum captione non prouenis, nimirum aucupes caſſo labore fruſtratos ad exercitium rurale remittis: & quos dudum ad ſublimia captandis tuis muneribus faciebas intentos, iam vt meminerint, cui ſuſtentandæ vitæ adminiculum acceptum referre debeant, alumnæ terræ reddis obnoxios. Quique tunc largus quælibat groſſiora edulia tuis iubebas deliciis cedere, iam nunc ad te manum retrahens, vilia facis oluſcula, velut accuratas epulas, menſas diuitum inſercire.

Mundus itaque (vt prædictum eſt) quaſi longo laſſatus iam ſenio per cuncta ſua membra probabiliter indicat, quia curſus ſui terminus diutius non elongat. Huc accedit, quòd homines nunc in iuuentute ſeneſcunt, & iuuenili adhuc decore vernante, intempeſtiuis canis verticem ſpargunt. Nimirum quos propria dictat ætas, immaturæ venuſtatis adhuc flore vireſcere, ſenex mūdus quodam violentæ auctoritatis imperio ſecum præcipit decrepitos apparere: Quo fit, vt ſicut cauernoſæ arboris poma, mox vt producta fuerint, ante maturitatem corruant, ita nimirum homines acerbo (vt ita dixerim) exitu, priuſquam ad ætatis plenitudinem veniant, moriantur.

Cùm itaque mundus præcipitē iam iam protinus præ oculis imminentem ſui curſus minetur occaſum, homines etiam quotidie immaturo præuenti rapiantur interitu, quid reſtat, niſi vt hoc breui puncto, quo viuimus, lapſura quęque, velut iam lapſa, deſpicere, & ad ea, quę permanent, feruidæ mentis ſtudeamus deſiderio feſtinare? Ecce non leuia currentibus præmia proponuntur, & itineris noſtri ſtadium quotidie breuiatur. Nulla ergo vitæ pręſentis offendicula noſtri curſus iter impediant, nullas nobis moras carnalis illecebræ torpor innectat. Quiſque iam ad promiſſa munera perſpicaces fidei oculos dirigat, & à brutis ignauiæ vinculis obuiantia quæque terrenæ prauitatis obſtacula robuſtæ ſpei penna tranſcendat. Ecce enim qui de longinquo vocauerat, manū iam appropinquantibus porrigit, & quaſi teneros filios vacillantibus nutantes poplitibus firmat, blādéque, ac leniter in gremium ſuæ charitatis inuitat.

Adeamus ergo cum fiducia thronum gloriæ: arripiamus tantæ inſignia pietatis: & quod temeritatis fuerat quærere non promiſſum, pudoris ſit nolle ſuſcipere vel oblatū. Dedignemur iam cœnoſi huius mundi lutum ſępius corporaliter terere, cuius amorem (Deo inſpirante) didicimus libero mentis pede calcare. Ab eo itaque, quem non diligit animus, ipſe etiam corporeus reprimatur inceſſus. Indignum cenſeamus viſitationis noſtrę frequantia, qui de noſtra gliſcit triumphare ruina. Inimicitias mentis ipſa quoque teſtetur abſentia corporalis: nec crebrò noſtros mereatur

A ille diſcurſus, quorum fœdare conſueuit obtutus: ſolúſque inſidiarum ſuarum foueis incidat, qui noſtris aſſiduè greſſibus deceptionū laqueos parat. Sic ſic fruſtratas fraudum ſuarum excubias lugeat, dum nobis in pace quieſcentibus, nocturnæ noſtræ profectionis aditum callidus inſidiator explorat.

Sufficiat autem noſtrę diſcurſioni diuini campus eloquij. Per hūc campum iugiter gradiamur, in eo delectabiliter ſpatiemur. Licet illic liberis greſſibus per parilem ſacrarum hiſtoriarum planitiem currere. Poſſumus etiam per myſticæ intelligentiæ profunditatem quodammodo præru-
B ptorum illic montium celſitudinem repera. Illic perfruemur fidelium amicorum dulci colloquio, illic diuerſi apparatus, epularúmque cœleſtium iugi conuiuio. His dapibus inhians fidelis anima, aſſiduæ lectionis alimento vegetata, robur accipiat, & puriſſimæ orationis adipe ſaginata pingueſcat. Relinquatur fames ſeculi faſtidientibus conuiuium mundi. Nos autem illas didicimus epulas, quę & famelicis ſatietatem aſſolent cum iucunditate tribuere, & tamen ſatietatis neſciunt faſtidium generare: quæ nimirum epulæ & mentis noſtræ ſtomachum ſuauiter replent, & tamen cloacarum ſeceſſibus nihil debent. Nihil enim de
C ſe prorſus egeſtioni relinquunt, ſed ad præbendas vires per omnium ſe venarum poros, cunctorúmque viſcerum penitus interna diffundunt.

His itaque cœleſtis menſæ dapibus mens intēta inexplebiliter vacet: his oculus ſolerter inuigilet: lingua articularis ſtyli verba percurrat: cor quæ leguntur intelligat, & myſterij latentis arcana reuoluat. Hoc pabulum ſacra animalia per aſſiduæ retractationis ſtudium iugiter ruminent, illud nimirum à ventre ſcientiæ ad memoriæ gutturſæpius iterata meditatione reducendo. Has, inquam, dapes mens ieiuna ſemper eſuriat: ab his verò nunquam ſatiata recedat: ſed quò magis ex-
D pletur, eò rurſus ad earum appetitum auidiùs accendatur: ſicque omnes ſenſus noſtros circa iſtas vitales epulas occupemus, vt cunctis cauſarum ſecularium negociis inſenſibiles facti, verè mortui mundo, ſoli viuamus Deo: quatenus ipſe author & inſtructor feliciſſimi huius ferculi, illis ſuis conuiuiis nos dignetur aſcribere, qui ex ore Veritatis merentur audire: Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus, Regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in Regno meo.

Omnipotens Deus, qui charitas eſt, fratres chariſ-
ſimi, ſancto cordi veſtro clementer inſpiret,
E vt pro me peccatore dignemini ſemperorare. Sit nomen Domini benedict in ſacula.

Amen.

Petri Damiani humilis monachi Epiſtola 14. ſiue liber qui appellatur gratiſſimus †.

† Hic ſequens liber Gratiſſimus dicitur quaſi gratus Simoniacis, quia de his compoſitus eſt qui gratis à Simoniacis ordinati ſunt.

Domino Henrico venerabili Raoennaticæ ſedis antiſtiti P. viuificæ crucis Chriſti humilliſmus ſeruus, ſalutem in idipſum.

VT ſacerdotium authore Deo nouiter ſoſcepiſti, nonnullum tibi imprimis offerēdum munus

nus credidi. De iis itaque qui gratis ſunt à Simoniacis conſecrati, quanta iam per quadriennium in tribus Romanis concilijs fuit diſputatio, quàmque perplexa atque confuſa dubietas? Et in iis partibus quotidie ventilatur ſanctitatem veſtram latuiſſe non arbitror: præſertim cum creſcente fluctuationis ambiguo, eotenus ſit proceſſum: Vt nonnullos conſtet Epiſcopos ab illis ordinatos catholicos denuo conſecraſſe, vnde mihi plerique fratres quadam præſumptiuæ charitatis inſtantia familiariter exigunt, & violenta, vt ità fatear, ſupplicatione compellunt: vt in tantæ neceſſitatis articulo ſubuenire, vel compendioſum quid ſcribendo non pigeat, atque quod mihi ſuper hac ſententia videatur exponam. Quod quidem diutius detrectaui, ſperans me videlicet ab amabiliſſimo prius Apoſtolicæ Sedis Antiſtite licentiam accepturum: Hac ſiquidem tranſiturus in proximo ferebatur. Sic nanque integrum diſcernebam Eccleſiaſticam quamlibet tractare materiam, ſi ab ipſo Eccleſiæ principe, tractandi mihi authoritas aſpiraret. *S. pontifex Princeps Eccleſiæ.* Sed cùm tamen recurreret ad memoriam, quod iam venerabilis Papa in poſtrema Synodo omnes Epiſcopos ex diuina obteſtatione rogauerit, quatenus dicendi materiam in commune depoſcerent: vt quid ſcilicet hoc ſcrupulo de negotio cernendum eſſet, nutantibus reuelaret: eius me arbitratus ſum obſecundare prorſus imperio: ſi vel orando tam difficilem nodum de Eccleſia ſoluere, ſuperna illuceſcente gratia potuiſſem. Quapropter in illum fideliter ſperans qui aperit librum, & ſoluit ſignacula eius, ſoluendæ huius quæſtionis iter aggredior: *Apoc 5.* & quia copia dicendi non ſuppetit, delegatæ inobedientiæ ſtudio, tibi loqui neſcio nutibus ſaltem geſtire tentabo.

Quod Christus, & ſi per plures ſua dona diſcernat, in ipſo tamen omnis gratiæ plenitudo permanet. Cap. 1.

CONſtat plane mediatorem Dei & hominum Ieſum Chriſtum Eccleſiam ſuam ſic ordinaſſe ab ipſo Redemptionis humanæ primordio, vt & per miniſtros verbi ſui, chariſmatum dona diſtingueret, & tamen in ſemetipſo omnium gratiarum plenitudinem principaliter retineret. Nam is qui dicit Apoſtolis, habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus: *2. Cor. 4.* idem & confitetur quia in pectore Ieſu Chriſti ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Si autem in pectore Ieſu omnes theſauri ſunt, & nihil excipitur: quid ergo relinquitur, quod in vaſis hominum fictilibus recondatur? Sed quod ille totum naturaliter poſſidet, hoc illi per gratiam, participatione illius iuxta menſuras habent. De illis enim dicitur quia operatur vnus atque idem ſpiritus, *1. Cor. 12.* diuidens ſingulis prout vult: at de vnigenito filio dicit Ioannes Baptiſta, *Ioan. 3.* non, inquit, ad menſuram dat Deus ſpiritum. Et iterum: *Ioan. 1.* De plenitudine eius omnes accepimus. Quia ergo ab illo vno fonte omnes iuſti hauriunt vnde viuant: ad illum neceſſe eſt, ſemper gratias agendo recurrant, nec ſupernæ gratiæ dona ab alio ſe poſſe percipere credant, niſi ipſo largiente, à quo hæc certum eſt emanare. Qui enim diuini numinis non Deo ſed homini ſe debitores exiſtimant, tanquam à ſui fontis irrigatione ſiccati, neceſſe eſt vt eo deficiente areſcant: nec in ſemetipſis valent fluere, dum ab originalis fontis plenitudine obliuiſcantur vbertatem ſuæ vegetationis haurire, vnde non incongrue per Salomonem dicitur: omnia, inquit, flumina intrant in mare, & mare non redundat, *Eccleſ. 1.* & ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Hunc excurſum atque recurſum ſpiritu, alium myſticè Lucas Euangeliſta reſcribit cùm ait: *Luc. 9.* quia conuocatis Ieſus duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent, & miſit illos prædicare regnum Dei: Ecce egreſſus fluminum, & poſtmodum ſubdit: Et reuerſi Apoſtoli narrauerunt illi quæcunque fecerunt, ecce reditus fluminum: ad locum ergo vnde exeunt flumina, reuertuntur, quia electi quique, illi ſe debitores eſſe non ambigunt, à quo videlicet hauſerant quod ſpiritualiter fluunt. Vnde & Paulus ait: Diuiſiones gratiarum ſunt, *1. Cor. 12.* idem autem ſpiritus: & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: Et diuiſiones operationum ſunt, idem verò Deus qui operatur omnia in omnibus. Nempe cum primo ponat Spiritum ſanctum, deinde ſubiungat Dominum, poſtremò Deum, oſtendit ſanctam Trinitatem, vnum ſcilicet Dominum omnium gratiarum eſſe indubitanter authorem. Ipſe enim ſua dona diſtribuit, qui ſingulorum merita & operum diuerſitates occulta prouiſione diſcernit.

Quod Sacerdos interius miniſtrat, ſed Deus inuiſibiliter conſecrat. Cap. 2.

QVapropter plena fide credendum, quod ſic miniſtris ſuis Chriſtus Eccleſiaſticæ conſecrationis delegat officium, vt tamen apud ſe omnium ordinum contineat principaliter ſacramentum: Sicque ſeruis promouendi conſeruos, in miniſterium prorogat, vt in neminem ipſum conſecrandi vim virtutémque transfundat. Licet enim Pontifices per iniunctæ adminiſtrationis officium conſecrare videantur, ille tamen veraciter conſecrat qui Spiritum ſanctum inuiſibiliter dat. Alius nanque eſt qui orat, alius qui exaudit: alter ille qui petit, alter qui petitionibus annuit. Quis eſt qui ſe Petro & Ioanni audeat comparare? & tamen de ipſis dicitur: quia miſſi Samariam, imponentes manus iis qui baptizati fuerant, orauerunt pro ipſis, *Act. 8.* & illi acceperunt Spiritum ſanctũ. Non ergo eorum largitate ſed miniſterio, ac proinde non illis donantibus, ſed orantibus, Spiritus ſanctus ſuper credentes illapſus eſt. Vnus enim eſt ſacerdos magnus, vnus pontifex ſummus qui introiuit ſemel, non in quælibet ſancta ſanctorũ, *Hebr. 9.* ſed in ipſum cœlum vt appareat vultui Dei pro nobis. Ex quo videlicet tanquam quodam vertice, omne ſacerdotium per Eccleſiæ membra diffunditur, omne quod ſacrum eſt ineffabiliter propagatur. Vnde cùm diſcipulos ad baptizandum miſit, non in eos ſacramenti virtutem tranſtulit, ſed obedientiam indidit: & non authores baptiſmi, ſed miniſtros effecit. Nam cùm dicit. Ite in orbem vniuerſum, baptizate omnes gentes in *Matt. 28* nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, euiden-

ter oſtendit quia non ipſi, ſed ille proculdubio baptiſmatis auctor erat, in cuius nomine illi baptizabant. Vnde & Ioannes Baptiſta dicit. Qui me miſit baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem: & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat. Et tamen Ioannes Euangeliſta ait: Quanquam Ioannes non baptizaret, ſed diſcipuli eius. Ecce Dominus non baptizat, & tamen de illo dicitur: Hic eſt qui baptizat: quia quiſquis baptizandi exhibeat miniſterium, ille tamen operatur, virtutis intimæ ſacramentum.

Ioan. 1.

Quod ſicut vnus eſt qui baptizat, ita vnus idem eſt qui principaliter conſecrat. Cap. 3.

SI quis autem mihi fortaſſis obiiciat, aliud eſſe baptiſmum humanæ regenerationis, aliud cõſecrationem Eccleſiaſticæ dignitatis, nos quidquid in hac parte de Baptiſmo credimus, totum nihilominus & de conſecratione ſentimus. Nam cùm Baptiſmus totius Eccleſiaſtici ſacramenti origo ſit atque primordium, ſicut Baptiſmus Dei eſt, & non hominis, ita nimirum omnis Eccleſiaſtica conſecratio illi ſpiritualiter competit, à quo omnium benedictionum plenitudo profluxit. De quo videlicet dicit Apoſtolus. Qui benedixit nos, inquit, omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus. Neque enim vel ipſe baptiſmus, vel prorſus aliqua conſecratio, magnum aliquid diceretur, niſi intuitu Spiritusſancti, qui per exercitia illa tribuitur. Nam vt dicitur: Quid eſt aqua, niſi aqua? ſed accedit verbum ad elementum & deſcendente Spiritu fit Sacramentum: cùm ergo in vtroque ſanctificationis genere, hoc ſit totum atque magnificum, quod ſiue ab iis qui baptiſantur, ſiue qui conſecrantur, Spiritusſanctus accipitur: ſic non humanæ virtuti vel poteſtati, ſed auctori Deo Baptiſmus adſcribitur: ita nihilominus & quælibet Eccleſiaſtica conſecratio, ad illum, per omnia neceſſe eſt referatur, operante ſiquidem in vtriſque multiformi gratia Dei, vt & illi abſolutionem obtineant peccatorum, & iſti prouehãtur ad ſpiritualium ordines dignitatum: Illi, exuti veterem cum actibus erroris, nouum induant hominem: iſti tanquam ſacerdotes Dei induantur iuſtitiam. Illi quaſi modo geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concupiſcant: iſti perueniant ad mẽſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Operatur in illis vt fiant adoptionis filij, in iſtis autem vt ſint miniſtri & diſpenſatores miniſteriorum Dei. Illi nanque per Spiritum renaſcuntur, iſti eodem diſponente Spiritu, iam vt filios Deo generent, perfruuntur.

Eph. 1.

Quod Dominus cum Baptiſmo, ſimul ſacerdotij iura ſuſcepit. Cap. 4.

SIncera ergo atque integra fides habetur, quod ſicut Baptiſmus, ita nihilominus Sacerdotalis conſecratio, nulla ſordentium miniſtrorum labe polluitur, nullo reatus alieni crimine violatur: Sed quantumuis facinoroſus, quantiſlibet ſit criminibus inuolutus ille qui conſecrat, is qui cõſecratur nullo propter hoc ſacri muneris detrimento percellitur, nec aliqua cœleſtis gratiæ diminutione fraudatur. Non enim ex miniſterio Sa- A cerdotis, ſed ex officio quo fungitur, conſecrationis myſterium in alterum propagatur. Nec expedit in conſecratore conſiderare qualiter vixit, ſed miniſterium tãtummodo attendendum eſt quod accepit. Sicut enim multi ſunt qui baptizandi funguntur officio, & tamen vnus eſt qui baptiſat: ita licet multi ſint ſacerdotes, vnus tamen eſt ac proprie, qui ſpecialiter conſecrat. In illa nempe columba quæ ſuper dominum poſt baptiſma deſcendit, ipſe vero ſacramento Baptiſmatis, & veri ſacerdotij iura ſuſcepit, ſuſo ſuper eum videlicet oleo exultationis, de quibus Pſalmographus canit: Vnxit te, inquit, Dominus Deus oleo læ- B titiæ præ conſortibus tuis. Probatur autem Redemptor noſter cum baptiſmo ſimul, & ſacerdotij ſuſcepiſſe miniſteriũ quia baptiſatus, mox prędicare, diſcipulos eligere, nouiſque cepit miraculis coruſcare: Quod eatenus profecto feciſſe non legitur, ſi diligenter Euangelici textus ſeries recenſetur. Hinc eſt quod ſancta Eccleſia, ab ipſo ſuo capite, huius normam inſtitutionis arripuit, & fideliter ſeruat vt ad inſtar ipſius Domini infra annum trigeſimum, ad ſacerdotium, quemlibet non admittat. Niſi enim certa fides non haberet dominum ſimul cum baptiſmo ſacerdotium ſuſcepiſſe, vt quid tantopere canonica prohiberet C authoritas, ante illius ætatis tempus quo ipſe baptizatus eſt, quempiam ad ſacerdotales infulas aſpirare? Imo cur ad accipiendum ſacerdotale faſtigium, dominicæ ætatis adhiberetur exemplũ, ſi minime crederetur tunc Dominum noſtrum, ſine ſacerdotio ſuſcepiſſe baptiſmum? Ita & ſacerdotium ex parte humanitatis pro noſtra ſalute ſuſcepit, cuius videlicet vtriuſque ſacramento, in eo quod eſt Deus auctor, & conſecrator exiſtit, de quo Apoſtolus dicit: Vbi præcurſor pro nobis introiuit, ſecundum ordinem Melchiſedech, pontifex factus in æternum. Nam & ipſi ſancti Apoſtoli non reperiuntur alibi fuiſſe à Domino cõ- D ſecrati, niſi in perceptione baptiſmi: qui tamen non aquę baptiſmatis manifeſtè leguntur immerſi, ſed iniunctam potius executi ſunt obediẽtiam baptizandi: quia nimirum miſſi ſunt baptizare credentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Præterea cùm illis dictum ſit à Domino: Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto, non poſt multos hos dies: Conſtat eos tunc perfecti baptiſmatis, atque omnis generis ſimul conſecrationis accepiſſe miſterium, cùm ſuper eos Spiritusſanctus venit in diuerſitate linguarum. Cùm ergo in ipſo humanæ redemptionis exordio, vtriuſque Sacramenti ge- E nus, vel à Domino vel ab Apoſtolis ſimul videatur acceptum: claret baptiſmum ſic eſſe conſecrationis Eccleſiaſticæ fundamentum atque principium, vt qui baptiſmi principatum tenere cognoſcitur, ipſe nihilominus conſecrationis auctor, abſque vlla prorſus ambiguitate credatur.

Pſal. 44.

Hebr. 6.

Act. 1. Apoſtoli quando baptiſati fuerint.

Quod nulla ſit cauſa cum rebaptizari quiſque non audeat, cur debeat iterum conſecrari. Cap. 5.

QVod cùm ita ſit, quid cauſæ ſit ego non video, cum baptizatus, etiam ab hæretico, non baptizetur: cur promotus à Symoniaco, ſicut

cur dicitur, vel deponatur, vel denuo conſecretur. Si enim baptiſmus per homicidam vel adulterum, vel etiam hæreticum datus, ratus habendus eſt: nimirum propter Euangelium, ſuper quem, inquit, videris Spiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat: *Ioan. 1.* Nihil omnino cauſæ eſt cur non & in conſecrationibus ad eundem vtriuſque ſacramenti redeamus auctorem, vt æque dicamus: Hic eſt qui conſecrat. Nunquid enim columba illa ſuper mediatorem Dei & hominum, cum virtute baptizandi venit, & cum conſecrandi virtute non venit? Quid autem accipit qui baptizatur niſi Spiritũ ſanctum? Et rurſum: Quid ille qui conſecratur, niſi Spiritum ſanctum? Si ergo propterea quis, à quocunque flagitioſo baptizatus, non rebaptizatur, quia Spiritum ſanctum creditur accepiſſe, non per illius meritum ſed per eius officium, & non ab illo ſed à Chriſto, de quo videlicet ſolo ſpecialiter dicitur: Hic eſt qui baptizat: cùm & is qui conſecratur, non aliud niſi eundem Spiritum ſanctum, & ab ipſo vtique Chriſto ſuſcipiat, quæ inter baptizatum & conſecratum ſit in hac parte diuerſitas, penitus non videtur. Quorum igitur vna eſt cauſa, eadem debet eſſe ſententia, niſi forte alius eſſe ſpiritus eſt cenſendus qui in conſecrationibus datur, alius qui in baptiſmo tribuitur. Sed quis hoc ſacrilega temeritate præſumat, cùm maniſeſtè clamet Apoſtolus: *Eph. 4.* Vnus Deus, vna fides, vnum Baptiſma. Et iterum. *1. Cor. 11.* Si is qui venit, alium Chriſtum prædicat quem non prædicauimus, aut alium Spiritum accepit quem non accepiſtis, aut aliud Euangelium quod non accepiſtis, rectè pateremini. Huc accedit, quod ſicut canonica teſtatur authoritas, idcirco prohibetur rebaptizatio fieri, ne ſanctæ Trinitatis nomen in quo baptizatum eſt, videatur adnullari. Quod ſi hæc eſt cauſa cur rebaptizari quiſque non debeat, cui maniſeſtius, quàm ordinato cuilibet à Symoniaco, congruit, qui non modo in ſanctæ Trinitatis nomine conſecrat, ſed & omnem prorſus ordinem Catholicæ conſecrationis obſeruat. Symoniacus enim licet peruerſo commercio efficiatur hæreticus, eſt tamen fide catholicus: eiuſque damnatio magis ex ambitione deſcendere, quàm ad perfidiam videtur iam pertinere. Quanquam, & ſi *Act. 8.* iaculata in Simonem Petri ſententia diligenter inſpicitur, nec ipſa Simonis fides innocens inuenitur: pecunia, inquit, tua tecum ſit in perditione, qui donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Nam cum dicit, Exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri, euidenter oſtendit talem tunc fuiſſe Simonis fidem, vt ſi præceptum daret non immerito ad facienda miracula, Spiritum ſanctum negotiatus acciperet.

Quod ordinatio, ſi ſit Catholica, ſit & rata. *Cap. 6.*

HOdierni autem temporis Symoniaci, quia miraculis ſe clareſcere poſſe non ſperant, nõ Spiritum ſanctum, non eius dona deſiderant: ſed obtinendi principatus ambitione ſuccenſi, ad culmen tantummodo dignitatis anhelant. Itaque quantum ad fidem integri ſunt, quantum verò ad monetæ fabrilia, Symoniacæ damnationis laqueis innectuntur. Huius hæreſis duo leguntur

A authores: alter ſub Prophetica, alter ſub Apoſtolica peſtilenter emerſiſſe doctrina. Giezi nimirum, qui magiſter eſſe vendentium, Simon quoque, qui auctor videtur eſſe emptorum. *4. Reg. 5.* Horum igitur ſectatores, ſicut non ſunt in errore diuerſi, ita nec in damnatione diſcreti: Quibus tamen ſi Catholica fiat ordinatio, ſacræ dignitatis officiũ, ad quod non merentes accedunt, perfecte ſuſcipiunt. Eiuſdem námque virtutis eſt Spiritusſanctus cùm eius gratia venditur, cuius eſt & cùm gratis datur: nec propter peruerſitatis humanæ commercium, diuina potentia, propriæ poteſtatis perdit effectum. Plane & Saluator noſter, cùm B venditus eſſet, & peſtilentiſſimi talenti ſumma, proditoris iam crumena turgeret, inter ipſas perſecutorum manus præciſam ſeruo Malcho auriculam reddit: *Ioan. 18.* Itaque, quanta eſſet ſuper eos virtutis, quorum manibus ſubiacebat aperte monſtrauit. Quod autem flagitanti Herodi miracula non exhibuit, diſpenſationis fuit ratio, non defectio poteſtatis. *Luc. 23.* Emit autem is qui optabat indign⁹, nam ei à quo ſperabatur, non deerat poteſtatis effectus. Porro & in cruce ſuſpenſus, prius quàm ſpiritum reddidit, dum terra mouetur, dum ſol obſcuratur, veli inſuper facta diuiſio, ſciſſio lapidum, reſurrectio mortuorum, cuncta hęc liquido C teſtantur, quòd inferioris potentię non fuerit inter ſupplicia poſitus, quam nunc, videlicet in dextera paternæ gloriæ ſublimatus. Eodem quoque modo & de Spiritu ſancto credendum eſt, quia vnius virtutis eſt, & cùm venalitati quodammodo cernitur ſubiacere, & cùm gratuito manus impoſitione præbetur. Sicut igitur Redemptor noſter, dum venderetur, dum pateretur, à ſua non potuit maieſtate deficere, ita & Spiritusſanctus, licet amaritudo venalitatis obrepat, diſpendium tamen pati propriæ virtutis ignorat. Licet enim ſacerdos quilibet operari videatur exterius, ipſe tamen Chriſtus, qui verus ſacerdos & D ſummus pontifex eſt, accedentibus, ad diuerſos exitus, ſua dona diſpenſat: quæ nimirum aliis quidem ad ſalutem, aliis quidem proueniunt ad damnationem. Id tamen quod datur, omnino bonum eſt, licet reus ſit ille qui accipit: neque enim bonus medicus venenum propinaret ægroto. Nunquid enim buccella illa quam Iudæ Dominus porrexit bona non fuit? *Ioan. 13.* ſed quod erat cauſa ſalutis, illi factum eſt materia damnationis: quia inſtrumẽtum pacis non paccatus accepit. Cuncti etiam liquido nouimus, quia myſterium Euchariſtiæ quod de ſacro ſancto Altari, ſiue iuſti, ſiue peccatores accepimus, vtique bonum eſt? *Myſteriũ Euchariſtia.* Nec E bonus melius, nec malus accipit peius. Et tamen dicit Apoſtolus, quia indignus iudicium ſibi mãducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Si ergo & illud corpus Domini eſt, quod indignus accipit, *1. Cor. 11.* perſpicuum eſt quod res bona, malo vertitur ad perniciem, quæ bono vtique prouiſa eſt ad ſalutem: nec tamen res mala dicenda eſt quia nocet, nec ideo ſacramentum eſſe deſiit quia execrandus accipit, ſed potius aſſerendum eſt quia indigno eadem res facta eſt occaſio mortis, quæ bonis procurata eſt ad remedium ſalutis: Indubitanter igitur credendum eſt, quod ſi conſecratio cuiuſlibet Eccleſiaſtici ordinis intra Catholicam fiat Eccleſiam, in vnitate videlicet Orthodoxæ

fidei, & in vtroque nimirum recta ſit fides: quicquid bono per bonum tradatur, hoc etiam male per malum efficaciter exhibetur: quia ſacramentum hoc non miniſtrantis, vel miniſtraturi pédet ex merito, ſed ex ordine Eccleſiaſticæ inſtitutionis, & inuocatione diuini nominis. Et quoniam ſicut eſt vnus qui baptizat, ita proculdubio vnus idémque qui conſecrat, hoc ex larga benignitate Chriſti tribuitur, quod is qui accipit non meretur. *Mat. 5.* Qui enim oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, quid mirum, ſi imbrem gratiæ ſuæ, & in arenoſum litus infundat? Quid nouum ſi & cæcorum oculos ſplendoris ſui radiis feriat? vt & ipſi merito cantare poſſint quod infelix ille Balaam: Dixit homo, *Num. 24* inquit, cuius obturatus eſt oculus, dixit auditor ſermonum Dei, qui nouit doctrinam altiſſimi & viſionem omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos.

Quod Balaam Symoniacus fuit, & tamen prophetiæ ſpiritum non amiſit. Cap. 7.

Balaam nõ Propheta prauidit mundi redẽptionẽ. ECce, vnde hic auaritiæ filius tanta potuit cernere, & mundi redemptionem lõgiſſimè poſt futuram, tam expreſſè, tam lucidè nunciare cùm ſpiritus Chriſti præſentiam nnn haberet? Sicut enim egregius doctor ait: Quis nouit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? *1. Cor. 2.* ita & quæ Dei ſunt, nemo nouit, niſi ſpiritus Dei: Præſertim, cùm & eadem ſcriptura dicat: Quia irruente in ſe ſpiritu Dei, aſſumpta parabola ait, *Num. 23.* videlicet quæ modo præmiſimus: Dicimus quod per Symoniacum, donum Spiritusſancti non datur? Nunquid non Balaam iſto Symnniacha hæreſis iam tunc viguiſſe cognoſcitur? Nunquid nõ Spiritus ſancti gratiam vẽdere conabatur, cùm ad *Balaam erat Symoniacus.* promiſſionem pretij ariolatus ſui depromebat oraculum? Sic enim ſcriptura teſtatur, quia ſeniores Moab rogabant eum, habentes precium diui- *Num. 22* nationis in manibus. Et rurſus: per alios nuncios miſit ad eum, inquit, Baal filius Sephor, dicens, ne cuncteris venire ad me, paratum babeo honorare te, & quidquid volueris dabo tibi: amore quidem pecuniæ ſuccenſus æſtuabat, & tamen per eum Spiritusſanctus profunda myſteria loquebatur. Balaam denique & Baal, vterque Deo manifeſtè contrarius, vterque Dei populo extitiſſe probatur infeſtus, donúmque diuinæ gratiæ alter emere, alter vendicare nihilominus geſtiebat: Attamen prophcticæ reuelationis archanum, iſte extra meritum protulit, & ille vtique indignus audiuit. Atque vt magis largitatem diuini muneris admiremur, maledicere nitebatur Balaam, & tamen inuitus è contrario benedicebat. Ad benedicendum, inquit, adductus ſum: benedictionem prohibere non valeo: Chamus quippe diuinæ virtutis ori eius innexus erat, nec poterat aliorſum impetum linguæ dirigere, niſi quò Spiritus ſanctus præſidens intorſiſſet. Cum voluntate ſiquidem lingua pugnabat, & turbulenta ſalſugo quam mens prædamnata conceperat, per oris alueum effluere non valebat. Vnde quoniam, ſicut petebatur, in populum Dei iaculari maledicta nnn potuit, ad deceptionis argumenta ſe conuertit: ac Madianitarum coram eis offendiculum poſuit. Si ergo ille qui & maledicere concupiuit, nequaquam tamẽ vt maledicere poſſet, obtinuit: quid, niſi hoc ipſum, ſentire de Symoniacis valeat vbi mens certè cum linguæ benedictione concordat? Sed qui propheticæ dignitatis officio irreueranter abuſus eſt, quo tandem collatæ gratiæ prærogatiuam fine concluſit? nam poſt digeſtam Iſraëlitici populi ſcriptam victoriam, mox intulit dicens: Balaam quoque filium Beor *Num. 31* interfecerunt gladio: Sic nimirum ſiue Symoniaci, ſeu quilibet criminoſi ſuſcipiendis ſe eccleſiaſticis miniſteriis applicant: & donum quidem ſupernæ gratiæ ex benignitate largitoris accipiunt, & dignum tamen proprij exceſſus ſtipendiũ non euadunt: Hoc enim illis vertitur in perniciem, *Simoniaci pœnam non euadunt.* quod dignis prouiſum eſt ad ſalutem. Atque inde illi in æternæ mortis periculum, corruunt, vnde alij ad capeſcenda vitæ præmia vegetius conualeſcunt. Certe qui illam ſacræ ſcripturæ paginam quæ de præfato Balaam loquitur, oculo vigilante præcurrit, nullatenus dubitat hunc infelicem virum, vt reuera per omnia Symoniacum (excepto quod Symon necdum fuerat, ex quo illud deteſtabile mutuaretur agnomen) & prophetiæ ſuæ gratiam venalem habuiſſe: & tandem per hunc, Spiritum ſanctum locutum fuiſſe. Atque, quod non minus ſtupendum eſt, cùm iam cor eius concupiſcentiæ ignibus vreretur, Deus ſibi nihilominus per diem atque per noctem locutus, quaſi ſamiliariter, inuenitur. Et ne fortaſſis idcirco Spiritum ſanctum minus babuiſſe credatur, quia *Num. 22* per Moyſem appellatur ariolns, vigilanter euſdem hiſtoriæ verba percurre, & eodem Moyſe perſpicuo teſtante reperies quia cùm vidiſſet Iſraël commorantem in tentoriis, protinus in illum Spiritus Dei irruit: & vt reuera Prophetam, vaticinum mox in oraculum excitauit. Et ariolus ergo appellatur, & propheta eſt: quia quẽ ad Propheticam dignitatem graria ſuperna prouexerat, obſcœno ariolatus nomine propria prauitas, deturpabat: vbi conſiderandum eſt, quàm profundum ſit atque ſubtile Dei iudicium: imò quam terribilis ſit Deus in conſiliis ſuper filios homi- *Pſal. 65.* num: cùm videlicet miſerabilis ille vir, neque propter reatus ſui nequitiam, gratiam quam ſemel acquiſierat perdidit: & tamen propter ipſam quam vſurpabat, indignus, diuinæ vltionis ſentẽtiam declinare non potuit. Quid mirum ſi omnipotens Deus, qui ſemper eſt quod eſt & mutari non nouit, nihilominus adhuc antiqua examinis ſui iura cuſtodiat, & eandem aſſuetæ diſcretionis regulam teneat: vt quod in Balaam fecerat, hodie in ſuis ſimilibus non diſſimiliter operetur, vt & pro largitate clementiæ dona ſua indignis exhibeat, & pro cenſura iuſtitiæ, dignæ eos vltionis animaduerſione percellat.

Quod reprobum Saulem cum ſuis ſatellitibus occupauit Spiritusſanctus. Cap. 8.

ILlud quoqne obſcurum non eſt, quod cùm *1. Reg. 19* Saul direxiſſet lictores ad rapiendum Dauid, atque illi iuxta fidem hiſtoriæ vidiſſent cuneum vaticinantium prophetarum, & Samuel ſtantem ſuper eos: factus eſt etiam in illis Spiritus Domini, & prophetare cœperunt. Cùmque ſecundò

dò & tertio Saul alios atque alios mitteret, & illos nihilominus Propheticus Spiritus Domini inuaſiſſet, tandem, vt ſcriptura teſtatur, iratus ipſe Saül abiit in Ramatha. Sed antequam perueniſſet, factus eſt & ſuper eum ſpiritus Domini, & prophetauit tota die nudus cum cæteris coram Samuël. Quid ergo mirum ſi peruerſi homines dona Dei, quibus indigni ſunt, ad cumulum ſuæ damnationis accipiant, cùm & Sauli iſti quem Deus abiecerat, quem iam dæmon agitare ſæpiſſime conſueuerat, non modo Spiritum Dei ad horam ſuſcipere, ſed & cum ſuis Officialibus conceſſum ſit diutius prophetare? Iracundiæ nempe felle commotus, & liuoris ſimul & odij erat ardore ſuccenſus, atque vt non diutius immorer, Deo vacuus, malo ſpiritui fuerat irreuocabiliter mancipatus. Tandem cum ad locum ebori vaticinantis acceſſit, repente diuinus ſpiritus in eum irruit, & velut appoſitam materiam ignis inſiliẽs, occupauit. Non ergo incredibile videri dicitur ſi in ſancta Eccleſia quæ proculdubio thronus Dei, ſacrarium eſt Spiritusſancti, omniúmque cœleſtium chariſmatum receptaculum, illud gratię ſacramentum & indignus accipiat, cui per intentionem, vel vitæ meritum non concordat. Nimirum, quod non dantis hominis vel accipientis eſt meritum, ſed ſummi largitoris eſt beneficium. Non enim legitur, vbi dignum eſt ſpirat, ſed potius dictum eſt: *Ioan. 3.* Vbi vult ſpirat: vt profectò ſpiritualis gratia, quæ ex Eccleſiaſtica inſtitutione tribuitur, diuinæ potius voluntati quàm humanis meritis aſcribatur. Enimuerò Spiritusſanctus non pro meritis ſemper venit, ſed pro meritis in quolibet, ad ſalutem videlicet, ſemper manet. Hinc eſt illud quòd veritas dicit. Si quis, inquit, *Ioan. 14.* diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Qui enim dilectorem ſuum, poſtquam venturum ſe eſſe promiſit, manſionem quoque facturum protinus addidit: Pater profectò quod in aliis habitat Deus, in aliis hoſpitatur. Huic & ſimile illud eſt, quòd ait, ſuper quem, inquit, requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum, & trementem ſermones *Iſa. 68.* meos? ac ſi patenter dicat, & ſuper alios quidem veniet, ſed ſuper hunc, videlicet qui dignus eſt, requieſcet. Nam & ſicut ante nos dictum eſt, Spiritusſanctus ſicut & conciliatus & placatus requiem præſtat mitibus & humilibus corde, ita contrarius & aduerſus immitibus ac ſuperbis in*Exod. 8.*quietudinem exagitat. Quam ſcilicet inquietudinem Sciniphes ſignificabant ſub quibus magi Pharaonis defecerunt, dicentes: Digitus Dei hic eſt: fatentes ſibi aduerſum eſſe Spiritum ſanctum qui erat in Moyſe. Apertè nimirum tertio loco, vbi ſciniphum plaga ponitur, Spiritusſanctus, qui tertia eſt in ſancta Trinitate perſona, inquietis hominibus fuiſſe contrarius perhibetur. Hanc inquietudinem expertus eſt Iehu qui diuino zelo *3. Reg. 10.* ductus, ad vleiſcendos Dei inimicos, & præcipuè cultores Baal vehementer incanduit, ipſe tamen eos quos Hieroboam coluerat, deos aureos non reliquit.

Quid doctores de Baptiſmo & Dominici corporis Eucharistia ſentiant. Cap. 9.

TRia profectò præcipua Sacramenta in ſancta frequentata Eccleſia, Baptiſmus videlicet, Corporis quoque & ſanguinis Dominici ſalutare myſterium, & Ordinatio Clericorum. *3. Eſſe præcipua Eccleſiæ ſacramenta.* Et de Baptiſmo quidem, beatus Auguſtinus in expoſitione Ioannis Euangeliſtæ: de Euchariſtia vero Dominici corporis, in libro ſuo Paſcaſius ita concorditer diſputauit, vt neque per bonos ſacerdotes meliora illa myſteria, nec per malos fieri peiora teſtentur. Nimirum, ſiue per fures, ſiue per adulteros, ſiue etiam per homicidas hæc ſacramenta fiant, nihil prorſus ab iis quæ ſancti dedicant myſteriis differunt: Quod qui prædictis libris operam dedit, enucleatius abſolutum eſſe non ambigit. Super ordinationibus autem Clericorum frequens idcirco diſputatio non proceſſit, quia duobus illis ſacramentis euidenter expoſitis hæſitandi de tertio, locum dubietas non inuenit. Nunc autem excedens curioſitas hominum nouam mundo ingerit quæſtionem, & perſpicuæ luci plus intendendo, minúſque videndo conatur inferre caliginem. Quoniam, inquiunt, gratia Sancti ſpiritus vel per malos datur, vel à malis accipitur, non attendentes quod gratia Sancti ſpiritus ipſo ordine Eccleſiaſticæ dignitatis accipitur: quem videlicet, ſiue indignus præbeat, ſiue indignus accipiat, Spiritusſanctus qui Eccleſiæ ſuæ iura diſponit, ratum eſſe decernit. Vt enim ait Beatus Hieronymus: Epiſcopus, preſbiter & Diaconus non ſunt meritorum nomina ſed officiorum. Tanquam ſi vel Tribunus ipſe degener ſit vel degenerem quempiam ad militiæ ordinem proueheat, ad conſeruandum tamen militiæ ſuæ ordinem, Imperator quidem omne quod factum eſt firmum eſſe conſtituit: Nec enim tribunitij iuris ſtatuta conuellit per ipſum Tribunum, quẽ necdũ à proprij ordinis dignitate deiecit, ſed dicitur è diuerſo: Ecce euangeliũ clamat: Qui *Ioan. 10* non intrat per oſtium ſed aliunde, ille fur eſt & latro. Eſto vt ille qui aliunde clandeſtinus irrepſit futuri latrocinij conſtanter arguatur: me tamen quia per oſtium intromiſit ſui proculdubio criminis participem non effecit. Ille vtique perpetrati ſceleris ſupplicium luat, dummodo me alieni reatus præiudicium non inuoluat: nec alterius exhibeat culpa damnabilem, quem propriæ innocentiæ puritas reddit immunem. Porro, de eo quod dicitur, quoniam gratiam Spiritus ſancti indignus homo accipere nequeat: conſtat proculdubio, quia Corpus Domini quod in ſacris altaribus, per ſancti ſacerdotis dedicatur officium, concepta Sancti ſpiritus virtute, viuificatur & ſanctificatur vt nos viuificare valeat & ſanctificare, ſicut in ipſis venerandis miſſarum ſecretis dicitur: Per quem hæc, Domine, bona creas, ſanctificas, viuificas, benedicis. Neque enim aliter viuificare poſſe creditur, niſi per Spiritum ſanctum, cum teſtante veritate Spiritus ſit qui viuificat. Quæro ergo, cum ſanctus ſacerdos cœleſte illud *Ioan. 6.* munus, quod virtute Spiritus ſancti viuificatum eſt & ſanctificatum: atque vt confidenter loquar, eiuſdem diuini Spiritus gratia veraciter plenum, ſcelerato cuilibet porrigat: nunquid propterea Spiritusſanctus dominicum Corpus deſerit & tanquam ſqualore ſordidi vaſis nauſeatus abſcedit? Sed ita eſt quoniam verum eſt, quod per Apoſto-

1. Cor. 11. lum dicitur, quia indigne percipiens, iudicium A
ſibi manducat & bibit, non diiudicans Corpus
Domini. Si enim abſcedente ſpiritu, non illud
iam Corpus Domini, ſed ſimpliciter communis
panis, non incidit in iudicium qui nullum acci-
pit ſacramentum: quod ſi abſurdum videtur &
impium, propter indigne ſuſcipientes Spiritum
ſanctū à Chriſti corpore ſeparari, nō durum iudi-
catur malos etiam homines, ad dignos meritorum
exitus, Spiritum ſanctum poſſe ſuſcipere. Hinc
eſt quod beatus Auguſtinus, in expoſitione E-
piſtolæ Sancti Ioannis Apoſtoli ſic loquitur,
dicens: Habere baptiſmum & malus poteſt, ha-
bere prophetiam & malus poteſt Inuenimus Saül B
habuiſſe prophetiam, qui perſequebatur ſan-
1. Reg. 18 ctum Dauid, impletus eſt ſpiritu prophetiæ &
prophetare cœpit. Accipere ſacramentum Cor-
poris & ſanguinis Domini etiā malus poteſt: nam
de talibus ſcriptum eſt: Qui manducat & bibit
indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Habe-
re nomen Chriſti & malus poteſt: ideſt, Chriſtia-
1. Cor. 11. nus vocari & malus poteſt: de quibus dictum eſt:
Polluebant nomen Dei ſui. Ergo habere ſacra-
Ezech. 36 menta omnia & malus poteſt: habere autem cha-
ritatem, & malus eſſe non poteſt. Si ergo iuxta
tanti doctoris ſententiam omnia ſacramenta ma-
lus habet, quomodo ridenda fatuitas hominum, C
impudenter blacterat, quia Symoniacus ſacra-
menta non habet? Audiamus quod idem beatus
doctor ex eadem re alibi dicat, vt nimirum quam
ſententiam in hac quam ventilamus quæſtione
tenuerit, tantò liquidius quantò frequentius in-
noteſcat. Nam cum de benedictione Iſaac in fi-
lium loqueretur, adiecit: Iuſti, inquit, hominis,
quantum ad conſcientiam pertinet, voluntas bo-
na eſt, quantum autem ad præſcientiam, immunis
eſt ab aduerſis. Deus enim ſolus eſt qui de futu-
ris iudicat: Ac per hoc Iſaac iuſtus, quantum ad
præſentem humanitatem dignum eſt, maiorem fi-
Gen. 28. lium ſuum benedicit quem magis benedicendum D
putabat: ſed Deus qui occultorum cognitor eſt,
minorem benedictionem mereri oſtendit: vt in
benedictione, non hominis oſtenderet eſſe bene-
ficium, ſed Dei: quia officij dignitas non eſt me-
ritum hominis, quem ei ſequitur benedictio.
Denique dictum eſt à Deo in Numeris ad Moy-
Num. 6. ſem & Aaron ſacerdotes: Vos ponite nomen
meum ſuper filios Iſraël: ego Dominus benedi-
cam eis: vt gratiam, traditio, per miniſterium or-
dinati transfundat omnibus: nec voluntas ſacer-
cerdotis obeſſe aut prodeſſe poſſit, ſed meritum
benedictionem poſcentis. Quanta autem ſit di-
gnitas ſacerdotalis ordinis, hinc aduertamur. Di- I
ſacerdotū quanta ſit dignitas. ctum eſt autem de nequiſſimo Caipha inter-
ſectore ſaluatoris inter cætera: Hoc autem à ſe-
Ioan. 11. metipſo non dixit: ſed cùm eſſet princeps ſacer-
dotum anni illius, prophetauit: per quod oſten-
ditur Spiritum gratiarum non perſonam ſequi
aut dignitatem, ſed ordinationem traditionis: vt
quamuis aliquis boni meriti ſit, non poſſit bene
dicere niſi fuerit ordinatus vt officium miniſterij
exhibeat. Dei autem eſt, effectum tribuere bene-
dictionis. Hæc itaque beati viri verba tam plana
ſunt, támque perſpicua, vt quiſquis hæc poſt-
quam ſemel attenderit, pertinaci tamen animo
parat adhuc obſtinate contendere: non iam Pe-

A trum qui nihil eſt, ſed magnū potius Auguſtinum
conuincitur impugnare. Quid enim apertius eo
quod dicitur: quia in benedictione ſacerdotis,
non hominis beneficium eſt ſed Dei, & officij di-
gnitas eſt, quam Dei ſequitur benedictio non ho-
minis meritum: Poſtremò ſpiritum gratiarum nō
perſonam ſequi, aut dignitatem, ſed ordinatio-
nem traditionis. Et reuera quid mea intereſt, cu-
ius meriti nunc ſit ordinator, dummodò quod
ille forte mercatus eſt, mihi gratis impertiatur:
& quo ille clandeſtinus irrepſit oſtiatim me ci-
uem exul, extra domeſticam hæredem mercena-
rius introducat! neque à quo, ſed ad quod proue-
B hor, magni pendo. Conſtat igitur quia ſicut duo
illa quæ ſuperius dicta ſunt, Baptiſmus videlicet,
& ſalutaris Euchariſtiæ ſacramentum: neque me-
liora per bonos, neque deteriora per malos fiūt,
ita nihilominus ordinatio Clericorum.

*Quod ſpiritus non ex merito ſacerdotum, ſed ex mini-
ſterio datur. Cap. 10.*

NVnquid denique & Caiphas ille dignus fue-
rat, per quem Spiritusſanctus iniuſtæ mortis
Chriſti myſterium loqueretur? Nam cùm dixiſ- Ioan. 18.
ſet: Expedit vt vnus moriatur homo pro populo,
C ne tota gens pereat, protinus Euangeliſta ſubiun-
xit: Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cùm eſ-
ſet Pontifex anni illius prophetauit Propheticum
plane ſpiritum ad momentum accepit, non vt ip-
ſe quod vaticinabatur agnoſceret, ſed ad hoc po-
tius vt conſpiratores, id eſt, inſidiatores ſuos, ad
accelerandam mortem dominicam auidius incita-
ret. Nobis nempe, non ſibi, vidit: & occultum ſa-
pientiæ theſaurum, quem ipſe ignorabat, aperuit.
Nam & à Symoniacis Caiphas iſte non prorſus Caiphas erat Symoniacus.
extraneus reperitur, ſi vigilanter veteris hiſtoriæ
ſeries recenſetur. Nimirum ſicut Euſebius Cæſa-
rienſis in Eccleſiaſtica narrat hiſtoria, vt eadem Euſ. Eccleſ. Hiſt.
D hic quoque verba ponantur, legalibus præceptis 1. lib cap.
iam per illud tempus, vi & ambitione, ceſſanti- 10. Niceph. Hiſt.
bus, nulli, pontificatus honor, vitæ vel generis 1. lib. cap.
merito reddebatur, ita vt annuis ſucceſſionibus 29
mutarentur: Deinde, Ioſepho in teſtimonium de-
ducto, per vnius quadriennij ſpacium, quatuor Ioſeph.
Pontifices annali quoque ſacerdotio perfun- Antiq.
ctos, ſibi inuicem ſucceſſiſſe teſtatur. Valerius, lib. 18.
inquit, gratus, Anna ſacerdotio deturbato Iſmaë- Cap. 3.
lum pontificem deſignauit, filium Baſi. Sed &
hunc non multo poſt abiiciens, Eleazarum, Ana-
niæ pontificis filiū pontificatui ſubrogauit. Poſt
annum verò & hunc arcet officio, & Simoni cui-
I dam Camphi† filio pontificatus tradidit miniſte-
rium, quo non amplius & ipſe quàm vnius anni † Apud Ioſephum legitur, Camithi, Antiq. lib 18. Cap. 3.
ſpacio perſunctus, Ioſephum, cui nomen Caiphas
fuit, accepit ſucceſſorem. Ecce Caiphas neque
gratis neque legaliter intelligitur ſacerdotium
ſuſcepiſſe, nimirum qui deturbatis aliis & violen-
ter eiectis, ipſe in locū alienæ dignitati obrepſit:
& tamen prophetiæ ſpiritum accepit indignus.
Vnde & beatus Hieronymus in commentario E-
uangeliſtæ Mathæi. Moyſes, inquit, Deo iuben- Lib 4. Commēt. in Matt. Cap. 26.
te præceperat, vt pontifices patribus ſuccede-
rent, & generis ſeries texeretur in ſacerdotibus.
Refert Ioſephus iſtum Caipham vnius tantum an-
ni pontificatum, ab Herode†, pretio redimiſſe. † Ioſeph.
Nam

Ná vs ita loquar, iu manu cæci lumen eſt poſitum non quod ille cúſpicoret, ſed quod alus ſubminiſtraret: Nó enio ex merito propheticú ſpiritú ille ſed ex miniſterio quo ſungebatur, accepit. Regnú namque & ſacerdotium à Deo cogooſcitur inſtitutú: & ideo licet adminiſtratoris perſona prorſus inueniatur indigna, officium tamen, quod vtique bonum eſt, competens gratia aliquando comitatur. Hinc eſt enim quod Nabuchodonoſor, poſtquam tres pueros io caminum miſit iocendrj *Dan. 3.* quamuis plures adeſſent, ſolus tamẽ quartum, cuius ſpecies erat ſimilis filio Dei, conſpicere potuit. Nam ſpiritus ſanctus oculos mentis eius aperuiſſe credendus eſt: vt quod alios latebat, ſolus aſpi- *Gen. 41.* ceret. & quod aſpexit, vltro iam agnoſceret. Hinc Pharao ſomnium vidit, per quod venturæ ſterili- *Gen. 20.* tati, oe fame, impatiens Ægyptus profligaretur, occurrit. Hinc Abimelech, diuinæ allocutionis oraculum meruit, & vt Saram viro redderet ne repente moreretur, audiuſs. Reges enim & Sacerdoses, licet nonnulli eorum reprobi fiot per notabilis vitæ meritú: dij tamen & Chriſti dici reperiútur, propter accepti miniſterij ſacramẽtum. Hinc *Exod. 21.* eſt quod ſeruus Hebræus diis applicari ex lege præcipitur: hoc eſt, ſacerdotibus præſentari, hinc *Exod. 22.* alibi dicitur: Ne detrahas diis: ideſt, ne Sacerdo- *1 Re. 24.* ribus deroges. Hinc Saül, cum iam diuina ſenten- *& 26,* tia regalis ſolij fuiſſet ſede deiectus, nihilominus adhuc Chriſtus Domini vſque ad obitum dicebatur. Io lege quoque præcipitur, vt omne primogenitum maſculini ſexus, ſanctum domino voca- *Luc. 2.* retur. Sed ſi meritum cuiuſque diligenter attenditur, nnnquid Eſau ſanctus inre vocabitur? de *Mal. 1.* quo nimirú diuina voce dicitur: Eſau odio habui. *Ro. 9.* Nunquid Ammon ſanctus erat, qui dum in ſoro- *Primogen. Hebræorú quomodo Deo ſacti.* ris concubitum impudeoter exarſit, fratris Abſalon gladium vltorem videlicet inceſtuoſi criminis, proprio ſanguine madeſecit? Nunquid Manaſſes, nunquid Ochozias, ſancti recte dici potuerunt? quorum alter, ſcriptura teſte, omnem cœli malitiam coluit, alter dum Beelzebub Dominum Accaron de vitæ diuturnitate conſuluit, miſerando exitu vitã imperſidię ſuæ deſperarione cóclu- *4. Reg. 1.* ſit. Aliud náque eſt ex vitæ meritis ſanctum eſſe, aliud ex merito conditionis dici.

Non mirum ſi Spiritus ſanctus ab indignis accipitur, cum & filius ſit ab impiis comprehenſus. *Cap. 11.*

ET ſanctitatis quidem meritum in alium non tráſſertur, ordo tamẽ miniſterij, in plures pro ut Eccleſiaſtica poſtulat inſtiturio, propagatur: vbi nimirú nó diſcernẽdú quis cóſecrationis officium babeat, ſed quid habeat: Aliud náque eſt gratię ſacramẽtú, aliud ipſa gratia ſacramentú: ſi quidẽ gratiam dat omnipotẽs Deus etiá per malos: ipſis autẽ gratiá, non niſi per ſemetipſum. Sæpe náque, vt dictum eſt, Deus, & illis ſpiritum ſuum ex largitate ſuæ clementiæ prærogas, quos tamẽ per meritum prauæ conuerſationis ignorat. An nó & illi ſpiritum Dei indubitanter habuerant, qui venientes ante tribunal iudicis clamabunt: Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & cætera quæ ſequunrur. Quibus videlicet illicó reſpon- *Matt. 7.* detur: Diſcedite à me operarij iniquitatis, neſcio vos. Qui nimirum, dum ſe & prophetiæ ſpiritum habuiſſe teſtantur, & tamen repulſionis ſententiá ſubeunt, patenter oſtenditur, quod in quibuſdá,

Appendix.

A neque propter prauitatẽ vitæ Spiritus ſanct⁹ excluditur: ueque propter Spiritum ſanctum, quo irreuerenter abuſi ſunt, vita damnabilis excuſatur Sicut enim teſtante Domino, neſcis vnde veniat *Ioan. 03.* aut quo vadat, ſic & ſcire non potes cur aliquando & io reprobos homines veniat, atque per eos ſuæ voluntatis iudiciuio promat. Nam cum Apoſtolus dicat: quia ſpiritualis homo iudicat omnia *1. Cor. 2.* & à oemine iudicatur: quis iudicet ipſum Spiritú ſanctum, ſi & in prauos nó abhorreat arcana quędam, qua ipſe nouit, diſcretione deſcẽdere, quia coëſſentialem & coëternum ſibi Dei filium noluit ex impiorú manibus liberare? Vnde per Salomo- B oem dicitur: Benignus eſt enim ſpiritus ſapien- *Sap. 1.* tiæ, & non liberabit maledictum à labiis ſuis. Benigous namque Spiritus ſanctus congrue datur: quia mala merentibus, bona retribuit: & dignis ſupplicio, gratiæ ſuę munus impertit. Quis autem hoc in loco: maledicti nomine, niſi Redemptor debet intelligi? qui vt maledictionis vinculo nos ſolueret, ipſe nó reſpuit maledictio- *Gal. 3.* nibus ſubiacere? Vndo & Paulus dicit, Chriſtus, *Deut. 25.* inquit, nos redemit de maledicto legis, pro nobis factus maledictum, quia ſcriptum eſt. Maledictus omnis qui pendet in ligno, vt in gentibus fieret benedictio Abrahæ in Chriſto Ieſu: vt pollicitatione ſpiritus accipiamus per fidem. Benignus er- C go Spiritus ſanctus non liberauit maledictum à labiis ſuis, quia cuncta dominicæ paſſionis, mortiſque ſupplicia, quæ de Chriſto per ora Prophetarum ante prædixerat, congrue tempore per exhibitionem operum efficaciter adimpleuit. Tunc enim quodámodo à ſuis labiis eú liberaret, ſi quod de illo propheticis enúciarat oraculis, per rerum ordinem non impleſſet. Vbi notandum eſt quàm profunde; quam myſtice ſimul congruat docto- *Sap. 1.* ris vtriuſque ſententia. Quod enim vnus dixit, qnia ſpiritus non liberabit maledictum à labiis ſuis: Hoc eſt, quod alter aſſeruit, vt pollicitationẽ D ſpiritus acciplamus per fidẽ. Atque vt oſtendat vir ſapiens de quo maledicto loqueretur, præmiſſa ſentẽtia protinus addidit: Quoniá renum illius teſtis eſt Deus, & ſcrutator cordis eius eſt verus; & linguæ illius auditor. Quia enim Patris & Filij; inſeparabilis & coeſſentialis eſt vnitas: renum filij teſtis, & cordis eius ſcrutator, iure, Pater aſſerirur: cuius nimirum virtus & ſapientia ipſe Filius nulla inæqualitate creditur ab eo diuerſus: nulla *Ioan. 11.* probatur abiúctione ſemotus: linguæ etiam illius auditor eſt, ſicut ipſe teſtatur. Pater, inqnit, gratias ago tibi, quoniam audiſti me: Ego autẽ ſciebá quia ſemper me audis. Idcirco igitur ſpiritus non E liberauit maledictum à labiis ſuis qnia Deus teſtis atqne ſcrutator eſt illius, & linguæ andiſor: ac ſi patenter diceretur: Ideo Dei filius paſſionis ſupplicia pertulit, quia ipſe Filius cui cum Patre & *Gal. 2.* Spiritu ſancto vna voluntas; vna eſt prouidentia, id fieri pro humani generis ſalute, decreuit. De quo oimirum Apoſtolus: Qui dilexit me, inquit, & tradidit ſemetipſum pro me. Vt ergo ad propoſita redeamus, quid mirum ſi Spiritus ſanctus aliquando in reprobos veniat, cum & Filius eiuſdem cum eo naturæ atque potentiæ, impiorum ſe manibus tradiderit, & nó ſolum ſe eorum verberibus affici: ſed & inferni ſibi ac mortis atrociá non contempſerit?

Quod donum Dei, nullo miniſtrorum contagio polluatur. Cap. 12.

SI enim viſibilis Solis huius radius, nullas caligoſæ cuiuſlibet ſcrobis tenebras patit, nullis cloacarũ ſordibus inquinatur: quid mirũ ſi ſummus & incircũſcriptus ſpiritus, tenebroſa & ſurdida quorundam pectora ſuo ſplẽdore pertingat, ipſe tamẽ nihilominus in mũditia ſua & puritate permaneas cuiuſcũque criminis reus extiterit ille qui cõſecrat, nimirũ ſiue ſuperb9, ſiue luxurioſus, ſiue homicida, ſiue etiã ſymoniacus, ipſe quidẽ pollutus eſt & letali proculdubio lepra perfuſus, ſed donũ Dei quod per illum trãſit, nullius labe polluitur, nullius cõtagione fœdatur. Puſũ namq; eſt quod per illũ fluit io mundũ, & liquidũ ad ſertilẽ terram tranſit. Sacra nãque Eccleſia, hortus deliciarum & ſpiritualis eſt paradiſus, chariſmatũ videlicet ſupernorũ fluentis irriguus. Ponamus ergo vt mali ſacerdotes, quodãmodo vt lapides ſint canales: in lapideis autẽ canalibus aqua nibil germinat, donec per eos decurrẽs in ſœcũdas ſe areolas ſundat. Licet enim plures reprobos ſacerdotes ſeriatim tẽporũ vices attulerũt, videlicet vt & cõſecrãtes & cõſecrati ęque reperiãtur indigni: ſons tamẽ ille viuus nõ reſtringitur, quo minus vſque ad ſinẽ ſeculi per nemus Eccleſiæ perfluat. Per ſacerdotes ſiquidẽ baptiſmus & Chriſma tribuitur, & omne Eccleſiaſtici ſacramenti miniſterium exhibetur. Si ergo ſacerdotum prauitas, diuina poſſet reprimere dona: illis certe præuaricantibus, neceſſe erat totum genus humanum à diuinis beneſiciis reſilire. Quod ſi illis ſtantibus, homines munera ſuperna ſuſciperent labentibus autem, nullatenus impetrarent: neceſſario iam non Deo ſed ſacerdotibus vtique cauſam atque omnem vim propriæ ſalutis adſcriberent. Sed abſit vt mihi obeſſe valeat miniſter malus, vbi proculdubio bonus eſt Dominus: aut malitioſus præco: vbi eſt beneuolus iudex. Non enim exhorret columba, non nauſeat ſordẽtiũ quorumlibet miniſterium, dum ille in quem tota deſcendit, ſulus conſecrationis teneat principatum. Per hoc enim vnitas Eccleſię ſtat, quia Chriſtus apud ſe conſecrandi virtutem tenuit, & in neminem miniſtrorum, conſecrationum iura transfundit. Nam ſi conſecratio ex ſacerdotis merito vel virtute procederet, ad Chriſtum profecto nullatenus pertineret.

Mali Sacerdotes, ſimiles ſunt lapideis canalibus.

Num. 6. Sed quamuis pontifex manus imponat, & benedictionis verba per iniunctum ſibi miniſterium proferat: Chriſtus eſt certe qui conſecrat, & arcana maieſtatis ſuæ virtute ſanctificat. Hinc eſt quod ad Moyſen diuina voce præcipitur: Loquere Aaron & filiis eius, ſic benedicetis filiis Iſraël, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus & cuſtodiat te, oſtendat faciem ſuam tibi & miſereatur tibi: conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem: Moxque ſubiungitur: Inuocabunt, inquit, nomen meum ſuper filios Iſrael: & ego benedicam eis. Sacerdotum ergo eſt diuinum nomen ſuper eos qui cõſecrandi ſunt, inuocare, ſi ipſius Dei eſt proprium benedicere: Miniſtris plane exterior conſecrationis ordo tribuitur, ſed ſoli Domino ipſius conſecrationis

Exod. 31. efficacia reſeruatur: vnde ipſe dicit in Exodo: Ego Dominus qui ſanctifico vos. Si igitur Dominus eſt qui ſanctificat, cur timendum ne plectibilis cuiuſdam ſerui reatus obſiſtat?

Quod verbi ſiue ſacramenti miniſter Dei donis non poſſit obſiſtere. Cap. 13.

Phil. 1. COnſecratur Apoſtolus quod quidam falſi fratres propter inuidiam & contentionẽ, Chriſtum prædicarent non ſincere: ſed quid ad hæc? nunquid prohibendus eſſet decernis? Audi ergo quid ſequitur: Quid enim? inquit! Dum omnimodo, ſiue per occaſionem, ſiue per charitatem Chriſtus annũcietur: & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo. Porro autem habet miniſtros verbi & habet nihilominus miniſtros ſacramenti, vtriuſque profecto muneris, alios fideles & bonos: alios nequãm & perfidos. Sed neque à bonis melius neque à malis accipitur peius. Miniſtri quidem ſunt diuerſi, ſed vnum eſt vtique quod probetur. Bonus plane eſt author munerum, & quod dat nullas contrahis maculas ex obſequio miniſtrorum. Pura fluit vena, & ſuperfluo, leproſa manus propinantis attẽditur, vbi clarum atque perſpicuum eſt quod hauritur. Quod vero ad monimentum rei ſiue bonus, ſiue malus ſit qui miniſtrat dummodo vnus idemque ſemper ſit, qui ſiue verbi, ſiue ſacramẽti principalis author exiſtit. In exhibẽdis ſane miraculorũ ſignis, vel in prophetiæ oraculis, ſiue etiã in habẽdis virtutib9 pię religionis, gratia ſancti Spiritus minuitur vel augetur, ſicut à magiſtro Helyſe9 petiit, dicẽs: Petro, inquit, vt fiat ſpiritus tuus duplex in me: quia nimirũ petitio Helyſei in miraculis impleta fuiſſe dignoſcit, in quibus certe maior virtus quam in Helyæ ſignis, & duplex numerus inuenitur. Quod qui eorum hiſtorias ſtudioſẽ conſiderat, nõ ignorat an non officiorum ſit iſta diuerſitas. Non alius alio magis preſbyter ſiue diaconus aut quilibet horum. Illic plane fides & deuotio poſtulantis attenditur: hic ſolummodo Eccleſiaſticæ inſtitutionis ordo ſeruatur: audiamus quid de malis prædicatoribus Dominus dicat: Super cathedrã Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſęi: Omnia quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite, ſecundum vero opera eorum nolite facere. Si ergo ſacerdotis cuiuſlibet prauitas non præiudicas verbo quod per illum, audiẽtibus datur: quo pacto obeſſe valeat ſacramento, quod non ab homine ſed a Deo authore tribuitur? Vterque miniſter, & is qui prædicat, & ille qui conſecrat, miniſtrator eſt non donator: vnde fit plerumque, vt vna quidem ſit lingua doctoris, ſed non vno modo apud auditorum mentes, eius fructificent verba: dum alterius cor velut glaciali frigore torpeat, alterius ſpiritus audito verbo mox diuini amoris igne feruẽſcat. Vnde ergo fit quod verba quę ex vno ore prodeũt, multorũque aures informiter feriũt, nõ vno modo ad cordiũ arcana pertingũt: niſi quia alius eſt qui extrinſecus ex officio linguæ miniſtrat: alius qui propria virtute voces prædicãtis per interiora diſpẽſat. Siue ergo in erogãdis doctrinæ verbis, ſiue in Eccleſiaſticis ordinibus cõſecrandis, nequaquã ſacerdos ſuis viribus vtitur: ſed ſolũ exequitur iniunctæ adminiſtrationis officium quo petitur. Alioquin ſi ex merito ſacerdotis iſta procederent, omnem profecto fidem diuinæ gratiæ euacuarent.

4. Reg. 2.

Mat. 23.

Quod de ſpiritu ſancto, non ipſe Moyſes, ſed Deus dedit 70. viris. Cap. 14.

Neque

NEque enim homo dat quod diuinum eſt, ſed qui malis benè vtitur vnus eſt Deus: qui ſiue
Num. 11. per bonos, ſiue etiam per malos ſolus ſua dona largitur. Atque ideo diuinæ gratiæ donũ, neque ex malorũ adminiſtratione minuitur, neque per bonorũ exequutionẽ prorſus augetur. Quia nimirũ manifeſte cognoſcitur, ſi ille ſacræ tenor hiſtoriæ ad memoriã reuocetur. Dixit enim Dñs Moyſi: Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſraël, quos tu noſti quod ſenes populi ſunt ac magiſtri, & duces eos ad oſtiũ tabernaculi fœderis, facieſque ibi ſtare tecũ vt deſcẽdã & loquar tibi & auſeram de ſpiritu tuo tradãque eis. Vbi notandum quod nõ ait: auferes de ſpiritu tuo, tradeſque eis:
B ſed potius, auferã & tradã: vt profecto oſtenderet, quia nõ homo homini Spiritũ ſanctũ tradidit: ſed ſol⁹ ipſe eſt qui prout vult, gratiæ ſuæ dona diſtri-
Num. 11. buit: Vnde & paulò poſt ſubditur: deſcẽditque Dominus per nubẽ, & locutus eſt ad eum, auferens de ſpiritu qui erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris. De ſpiritu autẽ Moyſi, viris dediſſe Dominus dicitur: vt & ordinatores & ordinatos vnum debere ſpiritum habere, perſpicuum doceatur quatenus Rectores Eccleſię nequaquã inter ſe diuerſa ſentiant vnde ſciſmata, quod abſit, aut hæreſes peſtilẽter emergãt, ſed vnum omnes cõcorditer doceant atque in vnitate ſpiritus vnanimiter viuant?
C
Luc. 10. Porro autẽ, ſicut ſeptuaginta illi, quos Dominus poſt Apoſtolos ordinauit, iidẽque fere iſti quos cũ Moyſe ſuſtẽtare populi on⁹ voluit, typũ prętẽ-
Moſes videtur fuiſſe Pont. debãt presbyterorũ, ita nihilominus Moyſes cum Apoſtolus dignitatẽ videtur obtinuiſſe Põtificum. Et ſicut neque ab Apoſtolis illi, neque iſti à Moyſe Spiritũ ſanctũ accipere potuerũt: ſic & de Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiaſticæ dignitatis ordinib⁹ proculdubio ſentiẽdũ eſt: Nimirum quia vnus omnipotens Deus qui eos per diuerſos Ordinum gradus moderaminis ſui diſpoſitione diſtinxit: ſolus etiã, prout ipſe nouit, Spiritus ſui gratiã in vnũquẽque diffudit. Neque enim in illa Spiritus da-
D tione, aliud ſibi Moyſes arrogare priuilegiũ potuit quam quod illi vox diuina præcepit: Nimirum vt viros eligeret, eoſque ducẽs ad oſtiũ tabernaculi cũ eis ſtaret: hæc eſt ſumma operis Moyſi. Quid ergo ſuæ virtutis in hoc Dei munere Moyſes recognoſcere potuit, cum inſuper & duo ex his qui deſcripti fuerãt, ſcriptura teſte, in caſtris poſiti, & ad tabernaculũ nõ venerũt, & tamẽ eo neſciẽte æque vt cæteri ſpiritũ perceperũt? In eo ſane quod de ſpiritu Moyſi tolli dicitur atque aliis dari, nullum Moyſes diſpendiũ ſpiritus pertuliſſe credẽdus eſt velut ſi ab ardẽte lucerna lumen, quælibet materia mutuetur, nullo propter hoc proprij ſplendo-
E ris detrimẽto lucerna minuitur.

Quod ij qui conſecrandi ſunt, iam habeant Spiritum ſanctum. Cap. 15.

Epiſcoporũ Ordo an ſit alius à Sacerdotio ENimuero ad inſtar ſeptẽ donorũ Spũs ſancti ſeptẽ nihilominus ſunt Ordines Eccleſiaſticæ dignitatis: quia aũt iis oĩb⁹ gradib⁹ adhuc alij præferũtur, videlicet, vt ſunt Patriarchæ, Archiepiſcopi vel Epiſcopi: ab iis nõ tã nou⁹ Ordo ſuſcipi, quam in eodẽ Chriſti ſacerdotio videtur excellẽtius ſublimari. Nã cum ſacerdos idcirco dicatur, quia ſacrũ det: hoc eſt, quia Deo ſacrificium offerat, quid in Eccleſia ſublimius, quid eminentius ſacerdotio poterit inueniri, per quod videli-
A cet myſteriũ Dominici corporis & ſanguinis probatur inueniri? Licet igitur illi quibuſdã priuile-
Diſt. 21. Cleros. gũs, pro ſuo quiſque miniſterio ſpecialiter potiãtur, quia tamẽ id quod omnib⁹ mai⁹ eſt, cõmune cũ reliquis ſacerdotibus habẽt: cũ iis etiã & ipſi non immerito ſacerdotij nomen tenẽt. Ad hos nempe gradus cum miniſtri Eccleſiæ prouehũtur, nõ ita credẽdi ſunt Spiritum ſanctũ nouiter ac repente ſuſcipere vt ipſos tãquã eotenus vacuos, ille ſupernus habitator tunc poſtremũ incipiat viſitare: ſed hoc potius modo, vt quos iã inhabitat, per ampliorẽ gratiã ad altioris quoque gradus incremẽta perducat. Alioquin quomodo quis in ſubeũdis
B
Di. 77. ca. Ordinationes. honoribus nouiter illũ poſſet accipere, cum & ipſi gradus per moroſa tẽporũ interualla regulariter cõferãtur, & baptiſmus, cui primitiæ Spiritus aſcribũtur, lõge prius ſuſceptus fuiſſe videatur? Nã & in Apoſtolis eadẽ non ambigitur diſcretio fuiſſe ſeruata: videlicet vt Spiritum ſanctum quem iã habebãt rurſus reciperent, & de gratia ad gratiã ſuis aucti prouectibus aſpirarẽt. Saluo plane myſterio quo diuina prouidẽtia primitus occultè in eorũ cordibus intelligitur operata, bis manifeſta munere Spiritũ ſanctum ſuſcepiſſe leguntur. Pri-
Ioan. 20. mo ſcilicet tempore, cum Dominus inſufflauit &
Act. 2. dixit. Accipite Spiritum ſanctum. Secundo cum
C ſuper eos in figura linguarũ ignis apparuit. Verũtamen, & ante hæc tam perſpicuæ donationis iudicia: inter ipſa videlicet vocationis nouæ primordia, diuinitus inſpirari fuiſſe noſcuntur. Nam quomodo poſſent cuncta quæ corporaliter intuebantur, abiicere: ac ſub vnius vocis imperio, ad inuiſibilia feſtinare: niſi iam interioribus eorũ oculis gratia Spiritus ſãcti inſulſiſſet: vnde Paulus ait: Qui ſpiritũ Chriſti nõ habet, hic nõ eſt eius: quæ
Rom. 8. nimirũ Apoſtolica ſentẽtia, licet necdũ fuerit ſcripta, iã tamẽ erat proculdubio vera. Nequaquã ergo, vt Chriſti eſſent: Chriſti ſe diſcipulatus tradidiſſent ſi iã ſpiritus eius primitias nõ haberẽt, ma-
D nus itaque diuinæ largitatis, quod iã fidelib⁹ ſuis dederat, iterũ atque iterũ dedit, vt frigida atque arctia corda, ſuũ munus iterando, & feruẽtius accenderet, & affluentius mũdaret ſic nimirũ, ſic humana natura (quæ longo fuerat noxiæ vetuſtatis ſqualore conſumpta, ad florem nouæ vitæ quibuſdam erat incrementorum proceſſibus reformanda. Si ergo ſecũdũ ea quæ ſuperius cõprehẽſa ſunt, nõ modo in inferiori quolibet gradu quis cõſtitui, ſed ne baptizari quidẽ ſine Spũ ſãcto potuit quiſquis ad officium ſacerdotale prouehitur, non nouiter Spiritum ſanctum, ſed eius vtique quod habet, ſuſcipit incrementum. Sicut enim vna ani-
E ma per omnia corporis mẽbra diffunditur, ſic vno Dei Spiritu ſancto vniuerſalis Eccleſia vegetatur.
1. Cor. 12. Vnde & Paulus Cor. dicit, Sicut enĩ vnũ corp⁹ eſt, & mẽbra habet multa, omnia aũt mẽbra corporis cũ ſint multa, vnũ corpus ſunt, ita & Chriſtus: Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnũ corpus baptizati ſumus, At vero Anima cũ ſit vna, omnia quidẽ mẽbra viuificat, ſed nõ vnã eandẽque vim mẽbris oĩb⁹ adminiſtrat. Quibuſdã nẽpe quaſi quandã prærogatiua cõcedit quæ aliis nõ impertit: nã cũ cętera mẽbra per eã cõiter viuãt, ocul⁹ ab ea ſpũaliter accipit nõ ſolũ vt viuat, ſed & vt videat, auris vt audiat, cor vt ſapiat, naris vt olfaciat, lingua vt loquatur. Cũq; eadẽ anima nullaten⁹ ſit diuer-

ſa, diuerſa tamē ſingulis mēbris iniūgit officia: ſic &Spiritus ſanctus dū vniuerſis in Chriſto renatis fidē tribuit, quaſi vitā cūctis Eccleſiæ mēbris infū-
Heb. 10. dit, ſicut diuina voce dicitur. Iuſtus autē meus ex
Abac. 2. fide viuit. Cum ergo nōnullos ad Eccleſiaſticæ di-
Rom. 1. gnitatis miniſteria prouehit, velut quibuſdā ſuperiuribus mēbris ſpecialia dona cōcedit. Propterea vtrū ſiue ſint oculi, ſiue ſint aures ſiue etiā nares, anima nō diſcernit: ſed ſiue honeſta, ſiue fœda ſint hæc proprij iuris officiū cuiq; diſtribuit: vt quodāmodo nō magni pēdere videatur cuiuſmodi ipſa ſint mēbra, ſed loca potius in quibus ſunt naturaliter cōſtituta: ita quoq; Spiritus ſanctus ad conferēdū ſpiritualis gratiæ ſacramētū, nō tā vitę meritū quā iniuncti gradus attēdit officiū, vt nō magnopere ad momētū rei huius attineat quod Eccleſiæ mēbra honeſtè ſint deformiterué cōpoſita, ſed id potius vbi ſint poſita: & à nobis nō tā ſunt
1. Cor. 12. cōſiderāda merita quā loca præſertim cùm Apoſtol⁹ dicat: Poſuit De⁹ mēbra, vnūquodq; eorū in corpore ſicut voluit. Sed ſæpe cōtingit vt mēbra ipſa quibus potiora ſenſuū prærogātur officia deformitati reperiātur obnoxia, cum cætera ſcilicet cōſpicua venuſtate decora ſint. Quæ nimirū illorū officiis cōmuni ſimul vtilitate participāt: cùm
Ibid. tamē in ſe nullū prorſus næuū eorū deformitatis admittāt, vnde idē dicit Apoſtol⁹: Quæ inhoneſta ſunt noſtra, abūdātiorē honeſtatē habēt. Ita profecto Clerici, quod ſpecialiter habēt, nō magis ſibi quā vſui toti⁹ Eccleſiæ cūmuniter debēt: Sicque fit, vt ſi indigni ſunt, & priuilegiū quo prǽferūtur aliis habeāt: & reat⁹ quo premūtur: iudiciū nō euadāt. Nā ſi pro ſe tātūmodo miniſteriū ſacerdotale ſuſciperēt, nō ab re homines de illorū meritis, diſputarēt: ſed quoniā pro cōmuni omniū ſalute gratia tribuitur, nō attēdēdū eſt qualib⁹ datur, ſed pro quib⁹ datur, porro autē veritas ait: Ego ſū
Ioan. 15. vitis, vos palmites. Ex hac vite diuerſi prodeunt palmites: alij quidē aliquādo præcidēdi: alij germinādis fructibus perpetuo reſeruādi. Sed qui prǽcidēdi ſunt, quādiu euāgelica vel canonica nō acceſſerit ſentētia, quicquid afferrur, à bonorū palmitū vnione nō ſecernitur ſed indifferēter habet.

De nequißimis Epiſcopis, quorum tamen ordinatio rata fuerit. *Chp.* 16.

HInc eſt enim quod omnes ordinationes quę à Liberio, hæretico videlicet ac ſeditioſo, factæ ſunt, in ſui ſtatus noſcūtur immobilitate ſeruatæ. Porro Liberius perfidiæ deceptus errore, Arrianę hęreſi ſubſcripſiſſe dignoſcitur, ac per eius trāſgreſſionē nefandiſſima ſcelera ſunt cōmiſſa. Multi quoque ſacerdotes & clerici per eius malitiam ſunt perēpti, reſerui vero Catholici nō ſolū ab Eccleſiis, ſed etiā à locis ſuis ſunt prohibiti. Liber⁹ itaq; factus apoſtata, ſex annorū ſpacia ſuperuixit quicquid tamē ſuper ordinationibus egit, fixū & totū in ſui vigoris ſtabilitate permāſit. Quid de Papa Vigilio dicā, qui nimirum ſceleratus & impius, quicquid ordinādo cōſtituit, nemo Pōtificū caſſare præſumpſit. Iſtū deniq; noueris eſſe Vigilium, qui primus Bonifacio Papæ molitus eſt inſidias, quatenus eo viuēte Apoſtolicā Sedē ſacrilegus obtinere. Sed reſiſtēte Senatu, conatus illicitos & nefarios implere nō potuit. Poſtmodum vero, ſolitis machinationib⁹ Sylueriū Papā aggreſſus eſt Apo-

Quia contra iura canonica temporib⁹ ſancta memoria Bonifacij PP. ſucceſſor eius deſignari

ſtolica dignitate priuare, quod ille mox animaduertens, ſynodale Cōciliū cōgregauit, vbi authoritate Spiritus ſancti & Apoſtolica poteſtate, eum vt reuera Symoniachū & inuaſorē Eccleſiæ anathematis vinculis ablegauit. Vigilius tamen vt ſacrilega mēte cōceperat per imperialē potētiā datāq; potētiā, & falſorum teſtiū adminiculo prædictū Papā Syluerium nequiter condemnauit, monachitis veſtibus induit, & ad Pontias in exiliū deſtinauit, ſuſtentans eum pane tribulationis & aqua anguſtiæ: ibique fœlix papa ille Confeſſor factus, defunctus ac ſepultus eſt? ad cuius tumulū nonnulli ſanabantur infirmi. Vigilius autem dignis anathematis nexibus irretitus, reus inſuper homicidij, nefariis auſibus ſe Papam inſtituit. Sed ô ineſtimabilem diuinæ clementiæ pietatē! Vigilius qui iam deſperatus erat ad culpā, ſeruatur ad pœnitētiam: Antimum ſcilicet hæreticum patriarcham quem recōciliare ſpoponderat, intronizare noluit: propterea longo detruſus exilio, diriſque afflictionibus maceratus factis digna recepit, & ſic demum procul à patria expulſus defunctus quieuit in Domino: ordinationes tamē eius, vt dictū eſt, in ſua perpetim ſtabilitate permanſerunt. Hæc autem quæ de Sylueriо Vigilioque retulimus, partim in Synodali decreto eiuſdem Syluerij: partim in Pontificali Codice digeſta leguntur: Si ergo tam flagitioſorum Pontificum ſtatuta non caſſantur, quo pacto innocēti homini Symoniaci manus officiat quem propria ſcientia non condēnat? Quomodo aliena prauitas à diuina gratia ſeparat, quē propria vita Deo commendat? Spiritus enim ſanctus per eum datur à quo proculdubio non habetur. Sed vt noſtræ imbecillitatis aſſertio fidem audientibus præbeat, beatus etiam Auguſtinus ad *2. lib. c. 11.* medium idoneus ſuffragator accedat, contra Parmenianum enim Donatiſtam iis alloquitur verbis. Quod autem, inquit, in libro Sapientiæ legitur, Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu: ita intelligendum vt deſit ſaluti eius, miniſterium tamen non deſerat quod per eum ſalutem operatur aliorum vnde ait Apoſtolus: Si enim volens hoc facio, mercedem habeo: ſi autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt: Ac ſic dicat, Illis prodeſt quibus diſpenſo, non mihi qui facio. Ideo quoque Doctor egregius, in expoſitione beati Ioannis Euangeliſtæ ſic loquitur: Iam vos mūdi eſtis propter verbum quod locutus ſum vobis. Quare non ait, mundi eſtis propter Baptiſmum quo abluti eſtis, ſed propter verbum quod locutus ſum vobis, niſi quia & in aqua verbum mundat? Detrahe verbum, & quid eſt aqua niſi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum, etiam ipſum tanquam viſibile verbum: Nam & hoc vtique dixerat, quando diſcipulorum pedes lauit: Qui lotus eſt, non Indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Vnde iſta tāta virtus aquæ eſt vt corp⁹ tāgat, & cor abluat: niſi faciente verbo? Non quia dicitur, ſed quia creditur: Nam in illo verbo aliud eſt ſonus tranſiens, aliud virtus manens hoc eſt verbum fidei quod prædicamus, ait Apoſtol⁹. quia ſi cōfeſſus fueris in ore tuo quia Domin⁹ eſt Ieſus, & credideris in corde tuo quia Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam ore autem confeſſio fit ad ſalu-

conaberis niſi tibi ampliſsimus Senatus obuiaſſet iuſtitia tūc Pontificali authoritate, execrandam tam debuerāt auſpicari, &c. Silue. PP. in Epiſt. ad Vig. Vide librū Pōt. in vita Bonifat. 2. PP.

Apud Auguſt. legitur: fict⁹ ſum

Ro.10. Act.13. 1.Pet.2. Eph.5.

[A] ad ſalutẽ: vnde & in Actib⁹. Apoſtolorũ legitur: Fide mundãs corda eorũ & in Epiſtola ſua beatus Petrus: hic & nos, inquit, baptiſma ſaluos facit nõ carnis depoſitio ſordiũ, ſed cõſcientię bonę interrogatio in Deũ, hoc eſt verbũ fidei quod prædicam⁹ quo, ſine dubio, vt mundare poſſit conſecratur & baptiſmus. Chriſtus quippe nobiſcũ vitis, cũ Patre agricola: dilexit Eccleſiam & ſemetipſum tradidit pro ea. Lege Apoſtolũ & vide quid adiungat: vt eam ſanctificaret, inquit, mũdãs eã lauachro aquę in verbo. Mundatio igitur fluxo & labili non tribueretur elemẽto, niſi adderetur, in verbo. Hoc verbũ fidei tãtũ valet in eccleſia, vt per ipſam credẽtẽ, offerẽtẽ, benedicẽtẽ, tingẽtẽ, etiã tãtillũ [B] mũdet infantẽ quãtumuis nondũ valẽtẽ corde credere ad iuſtitiam & ore confiteri ad ſalutẽ: totũ hoc fit per verbũ de quo Dominus ait. Iam vos mundi eſtis propter verbũ quod locutus ſum vobis. Secundũ ergo beati huius viri ſententiã imo ſecũdũ

Ioan.15.

ipſius Redemptoris noſtri ſalutarẽ doctrinã, ſacramenti cuiuſq; myſteriũ, nõ ex cõſecrantis eſt merito, ſed in conſecrationis eſt verbo: vt nõ magnopere lateat per meritũ, ſed quid in eum qui conſecrandus eſt per verba deſcendat. Idem quoque ipſe in expoſitione decimi pſalmi ſic ait. Iuſtus autẽ quid? Si nos Cecilianus offendit, Chriſtus quid nobis fecit? Qui traditorẽ ſuum quẽ Diabolũ [C] nominauit quia in traditione Domini, nec loculis dominicis fidem potuit adhibere cùm cæteris diſcipulis ad prædicandum regnum cœlorum miſit, vt demõſtraret dona Dei, peruenire ad eos qui cũ fide accipiunt, & ſi talis ſit per quem accipiũt qualis Iudas fuit.

De Anatholio & Polichronio, qui poſt ſcelerata primordia bene conuerſi, dignos ſe ſuis ordinibus oſtenderunt. Cap. 17.

CVr ergo vana hominũ temeritas iactat quod innocentis munditiã aliena valeãt fœdare cõtagia, & eos negotiatorũ crimen obruat qui contractũ penitus negotiationis ignorant: cum hi ſæpe qui male cœperunt bene couſummẽt, & [D] ſiniſtra principia ad bonos fines, emendatioris vitæ ſatisfactione perueniãt? Sed vt quod ſermone proferimus firmemus exẽplo, nõ obſcurum eſt quod ſancto Flauiano Cõſtãtinopolitano Epiſcopo, ob Catholicam fidem in exilium deſtinato Anatholi⁹ eo viuente in loco eius ab hęreticis ordinatus eſt. Ad quem ſanctus Papa Leo ita loquitur†. Deceſſore enim tuo, Beatę memorię Flauiano presbyter deſenſionem Catholicæ veritatis eiecto, non immerito credebatur, quod ordinatores tui contra ſanctorum canonum conſtituta viderentur ſui ſimilem conſecraſſe: ſed affuit miſericordia Dei in [E] hoc te dirigens atque confirmãs, vt malis principiis bene vtereris, & non te iudicio hominũ prouectũ: ſed Dei benignitate monſtrares. Quod verè ita accipiendum eſt, ſi hanc diuini muneris gratiam mala confeſſione non perdas. Præterea, quid & de Polychonio, Hieroſolymitano videlicet, loquar Epiſcopo? Quia profectò ſicut in geſtis Põtificalibus inuenitur, dum Hieruſalem primam ſedem ſuperbus aſſereret, ſummumque pontificem ſe cõtumaciter perhiberet, in ſymoniacæ quoque hæreſeos voraginem lapſus eſt, ita vt nec clericos ſine pecunia promoueret, nec ex cuiuſlibet dedicatione Eccleſiæ minus quam decem auri libras, male mercatus acciperet. Quid plura? Tandem

Appendix.

[A] Sixtus Romanæ ſedis Epiſcopus collecto concilio cum ſeptuaginta ſex † Epiſcopis, depulſum propria ſede damnauit, eique tria duntaxat Eccleſiæ prædia vſu fructuario iure conſtituit: Locum tamen eius intactum ſeruari præcepit, ordinationem ſuſpendit, & Epiſcopum quendam Theodolum nomine, in Sede eius vicarium dereliquit. Poſt menſes autem nouem cum Hieroſolymitana ciuitas famis inopia premeretur: Polichroni⁹, ipſa prædia ſua quoq; fruẽda preceperat vendidit, eorumque precium, legaliter ex lex, pauperibus erogauit. Quod cum Syxtus Epiſcopo accuſante, & pium crimen impingente à Priſco diacono [B] didiciſſet, aiebat enim quia Eccleſiæ bona diſtrahere illi non licuit, quæ ad tempus duntaxat vtenda ſuſcepit: ſanctus Papa gauiſus eſt valde, & mox Valentiniano Auguſto pium facinus intimauit. Deinde congregata Synodo Romanus pontifex Valentiniano pariter conſedente tractare cœperunt quid digne de Polichronio fieret, qui nupera deiectionis ſuæ pauperie cuncta diſtribuens Euangelicam viduam Redemptoris ore laudatam laudabiliter imitatus eſſet. Competenti itaque cenſura decretum eſt vt is † qui viduaret, qui viduam, victum ſuum pie largiendo, ſecutus eſſet. Sic ergo Polichronius, qui digne [C] gradum ſuũ prius ſuperbus & auarus amiſit: poſtmodum largus factus & humilis, priſtinæ ſibi dignitatis infulas reparauit. Si ergo Anatholium, qui, vt ſuperius dictum eſt, & viuente ac depulſo Epiſcopo & ab hæreticis inſuper ordinatus eſt, ſancta conuerſatio potuit excuſare: ſi Polychronium perſpicue ſymoniacum, vna potuit Eleemoſyna honori priſtino reſtituere, quo pacto dicitur quia promotus à ſymoniaco, ſuſcepti honoris fructum nullatenus conſequeretur?

† *Romæ iudicatus eſt a Synodo 81. Epiſcoporũ: Hieroſolymis vero aderant 76. Epiſc. Porro totã hanc Polychronij Hieroſolym. hiſtoriam eleganter enarrant Archidamus preſbyter (qui iudicum Hieroſolymam delegatorũ vnus fuit in iudiculo ca. 6. & deinceps;*

† *Viduam eſſet imitatus, nõ viduaretur: Eiuſdem Ind. c. 11.*

Quod per indignos ſacerdotes etiam ſæpe exhibentur miracula. Cap. 18.

[D] IMo quid mirũ ſi per malos miniſtros omnipotens Deus in Eccleſia ſua propagari officiũ ſacerdotale promittat, cum per eoſdẽ, etiã virtutũ ſigna frequẽter exhibeat, nõ videlicet ob religioſæ vitæ meritũ ſed propter acceptum ſacerdotalis myſterij ſacramẽtũ. Nã ex multis vt pauca perſtrĩgã, Pheſulan⁹ Epiſcop⁹ Raimbald⁹ nomine erat maniſeſtiſſime ſymoniacus, quia videlicet nõ ſolum ipſe per pecuniam pontificatus culmen obtinuit, ſed & vix aliquãdo gratis, aut Clericos, aut vllas cõſecrauit Eccleſias. Huc accedebat, quod pręter alias vnã habebat publicè ac familiarius adhærẽtẽ & tãquã deſpõſionis legitimæ vxorẽ, quorum filij & filiæ adhuc plures extant & fœderati coniu[E]gio & ſuccreſcentibus liberis cumulati: Per hunc itaque talem plura exhibita perhibent fuiſſe miracula. Ex quibus videlicet vnicum hic referre ſufficiat, vt in vno mẽs colligat quid etiam ex aliis quæ fama vulgauit probabiliter credat. Rozo namque, quod dicitur magiſter cantor Florentinæ Eccleſiæ presbyter, vir apprime literalibus ſtudiis eruditus, in magno Clericorum ſuorum aduentu, præſente quoque reuerendiſſimo Domino Gerardo ſuo Epiſcopo, hoc mihi per ordinem retulit. Dæmoniaca, inquit aliquando adducta eſt ad noſtri Epiſcopatus Eccleſiam, forte tũc Inuẽtionis Dominicæ Crucis ſolennitas agebatur. Cum vero ad Offertoriũ peruẽtũ eſſet,

veniens vir ſplendidiſſimus ad Conſtantinum,ne-
ſcio quo caſu repente clericis obliuio modulatio-
nis obrepſit. Protinus illa, tãquam in adiutorium
lapſis accurrens, in medium feſtina proſiluit, in
organum mox excellentiſſimę vocis erupit,&iam
grauiter regulam tenuit ſuauis melodiæ, vt om-
nes mirarentur. Adiuratus autem dæmon vt exi-
ret,reſpondit quia à Romulo dũtaxat deberet ex-
pelli. Hoc audiẽtes, miſeræ mulieris comites mox
ad Fbeſulanã properãt feſtinãter Eccleſiã: ibique
Epiſcopus impudicus & Symoniacus, miraculorum potes.
ante altare B. Romuli diuinã miſericordiã præſto-
lantur. Sed&illic inquiſitus dæmõ, reſpõdit ſe nul
laten⁹egredi, niſi Raimbaldus adueniret Epiſcop⁹.
Cũque præfatus Epiſcopus venire ſatageret dice-
bat interim dæmõ. Væ væ ecce Epiſcopus,nũc aſ-
cẽdit æquũ,ecce illic,in tali loco iã eſt: ecce ante
illã vel illã domũ pertrãſit: & illi notãtes loca, cũ-
cta probabãt ſic ſe habere veraciter,ſicut ſpiritus
mendax aſſerebat. Tãdẽ Epiſcopus veniens,inuo
cato Chriſti nomine ab obſeſſo corpore,malignũ
ſpiritum protinus expulit, & mulierẽ ad propria
liberam incolumẽque remiſit. Eodẽ quoque tem
pore,cum videlicet ſymoniaca peſtis per tutũ cor
pus Eccleſiæ lætaliter ſerparet, paſſimque per o-
mnes gradus eccleſiaſticos libere pullularet, Ma-
rin⁹ quidã presbyter erat,huius videlicet Eleuca-
dij, reuerẽdiſſimi atque honeſtiſſimi viri pater qui C
Marini Sacerdotis incõtinẽtis miracula.
nunc præeſt Monaſterio beatæ Dei genitricis ſem
perque virginis Mariæ iuxta Fauentinę vrbis mœ-
nia conſtituto. Hic itaque huius quẽ prædiximus,
Eleucadij matrẽ, publice tanquã legitimã poſſide
re non reuerebatur vxorẽ. Huic presbytero pla-
ne tanta diuina diſpẽſatio cõtulerat, gratiã, vt cũ
ſanctificatã à ſe aquã frugibus per agros aſperge-
ret: non vlterius vermiculorum , non erucarũ, nõ
denique locuſtarum fruges leſura, peſtis aliquãdo
remaneret: ſi mox agmine factoomnes abſcederẽt
poſtquã eos aquæ ſanctificatio conſperſiſſet. Ali-
quãdo autem eiuſdẽ Marini presbyteri Dominus
Hieremias nomine aduerſus ęmulũ quendã ſuum D
generis affinitate propinquũ, ſed voluntate pror-
ſus aduerſum, grauiſſimæ ſimultatis odio labora-
bat, qui videlicet inter cætera inimicitiarũ timẽs
nè etiã venationibus deditã canum ſuorũ ſagaci-
tatẽ hoſtile præſtigium faſcinaret, petiit à iam di-
cto presbytero, vt ſitulã aquæ plenam per Exor-
ciſmũ ſanctificaret,ſibique deferret quia ſuis qui-
buſdã vſibus ſatis neceſſariã iudicaret. Cũque ſim
plici animo quod imperatũ fuerit peregiſſet Hie-
remias quidem ſapiẽs vt malefaciat, virtutẽ vero
ſacramenti quia prorſus ignorat, margaritas ante
porcos mittere nõ formidat. Nã ſanctificatã aquã
cantabro ſtultus immiſcuit, & canib⁹ ſuis per male E
ficiũ ne incantari poſſent ad deuorandum obtu-
lit. Sed aliter ſentiente diuina, prouidentia,in cõ-
trariam verſa eſt eius ſententia: malum ſiquidem
quod male cauere volebat, incurrit, & dum bru-
tis animalibus inconſulte conſulere ſtuduit ſuam
animam potius læſit: Nam ad veſcendũ canes adi-
miſſi, eum ad primos impetus auida vixdũ ora la-
xarẽt, & ferales cibos necdum lingua cõtingerẽt,
primo odore naribus percepto protin⁹ in terram
omnes mortui corruerunt . Tunc dupliciter ille
confuſus,nimirum & peccati reus,& facultatis a-
miſſę dãno percuſſ⁹, Marino presbytero omnẽ rei
ſeriem, prout ſe habebat veritas, innoteſcit, & tan-
A tæ audaciæ tantique ſacrilegij dari ſibi pœniten-
tiam flebiliter quærit. At negat Marinus tanti
criminis ſibimet arrogare iudicium, nec aliud ſu-
per illo ſtatuere illi libet: & hinc inde precibus
acquieuit: quoniam vt ſi pœnitentiam veraciter
quæreret, ad Apoſtolicæ Sedis apicem neceſſario
properaret. Cui tandem ille neceſſitate paruit cõ-
pulſus, atque apud Romanam eccleſiam pœnitẽ-
tiæ iudiciũ quod flagitabat accepit. Alio quoque
tẽpore, puellã quandã, quã idẽ Marin⁹ presbyter
baptizauerat lup⁹ rapuit, atq; in ſyluarũ cõdenſa,
ſaltuumque ſecreta, multis inſequẽtibus aſporta-
uit. Cumque poſt eam mater exanimata concur-
B reret recentè Marinum presbyterum ſibimet ob-
uium reperit, eique cum magnis eiulatibus flebi-
lis querelæ ſingultus expreſſit: Heu, heu pater,
inquit, nunquam ſuſpicari ſic potui vt miſeræ ma
tris infelicior filia, quam de ſacro ſonte ipſe tra-
xiſti, cruentis beſtuis rapina fieret, & cibus facta
luxis ferinæ rapacitatis ingluuiem ſaciaret. Qui
presbyter ait: Noli timere mulier quia ſi illa ve-
raciter eſt, quam ego baptizaui, nunquam beſtia,
deuorandi eam, poteſtatem accipiet. Demum au-
ſus ac temerarius, hoc etiam inſipienter adiecit:
Si enim, inquit, ego illam lauacbro baptiſmatis
ablui, & eam beſtia lacerauerit: iam non credam
C quod Deus regnet in cœlis. Mira res, poſt qua-
tuor fere horas, vltra octo propemodum millia-
ria, inter fruteta ſyluarum, illæſa & incolumis re-
perta eſt, iuxta quam & lupus innocens ſtabat: &
ſicut leoni cadauer prophetę de Samaria redeũtis 3. Reg. 13.
violare non licuit, ita lupus iſte puellam non au-
ſus eſt lædere, ſed quantum datur intelligi, vltro
etiam viſus eſt cuſtodire. In puella itaque nulla
inuenta eſt niſi quod crura eius & brachia ſpina-
rum ruborumque videbantur aculeis cruentata.
Alius quoque presbyter nuper in iis partibus fuit
huius ſcilicet reuerendiſſimi viri Gerardi frater,
qui nunc præeſt monaſterio ſancti Donati, in ſub-
D urbio Immolenſis oppidi conſtituto. Et presby-
ter ille communis quidem ac pene ſecularis erat
vitæ, ſed tantam à Domino conſecutus erat gra-
tiam vt ſi quis ſibi nunciaretur à ſerpente percuſ-
ſus, mox ſanctificatam à ſe aquam nuncianti por-
rigebat, vt biberet: qua hauſta, tanta protinus di-
uinæ virtutis efficacia clareſcebat, vt is qui bibe-
rat tanquam ſi eum anguis ſpecialiter momordiſ-
ſet, omne vulnerati virus emoueret: & ille quẽ
percuſſus fuerat, funditus veneno vacuus & to-
tis viſceribus humore peſtifero defœcatis, liber
& incolumis remearet. Alius quoque presbyter
erat nullius pene momenti, ita vt ſecularis pru-
E dentiæ ne tenui quidem calleret ingenio: literaſ-
que autem vix ſyllabatim ac ruſticè balbutiret.
Aliquando vero gallinam eius hora veſpertina ra
puit accipiter quæ ſcilicet iniuria amariſſimo eũ
felle iracũdiæ cõmouit, & ita plane vt minaretur
Sãcto cui⁹ nomine dedicatã regebat eccleſiã, quia
niſi ſibimet altille ſuũ quod perdiderat redderet,
nequaquã ſibi de cætero Eccleſiaſtica officia ce-
lebraret. Et tãquam linguę veſania, nõ plene ſuffi-
ceret manib⁹ eſt auſus excedere. & ipſum altare vir-
gis verberare aggreſſus eſt. Quid plura? mane die
altero gallina rediit & exceptis alis & capite om-
nibus aliis deplumata pennis nullum læſionis in
toto corpore veſtigium reportauit, vt liquido
monſtraret

monſtraret quia preſbbyteri, licet inſani, voces, diuina pietas omnia non reſpuit, dum in eius ornicem deuorandi licentiam accipiter non accepit. Ecquid mirum ſi diuina diſpenſatio per qualeſcunq; ſacerdotes, ortbodoxos tamẽ, miraculorum virtutes oſtendat, cũ per ipſos quoq; hereticos ſæpe ſigna potentię ſuæ manifeſtet? Nã vt de cœteris ſileam quod in tripartita hiſtoria legitur, non abſurdnm videtur, ſi eiſdem verbis ſimpliciter inſeratur. Interea, inquit, incendiũ in Cõſtãtinopolitania ciuitate factũ paulatim peruenit ad Thermas quæ vocantut Achilleæ, demùm ad locum qui dicitut Pelargus, ita vt Nouatianorum comprehenderetur Eccleſia. Tunc fertur Paulũ eorum Epiſcopum inter flammas reſtitiſſe Eccleſiæ, ſupplicantem Deo ne Eccleſia cremaretur. Qui locus ereptus eſt, & hactenus ſtat illæſus, in quo loco ſeptima decima die menſis Auguſti apud Nouatianos collectio celebratur: bunc itaque locum non ſolùm Cbriſtiani, ſed & Pagani ex eo tempore venerantur. Sed hæc virtutum ſigna quæ vel per bæreticos, vel per indignos rectæ fidei ſacerdotes operatut diuina diſpenſatio, quæ non cuiuſlibet eorum merito ſed miniſterio conceduntur, nequaquam eos, vel ab bis quæ merentur ſupplicijs liberant, vel apud diſtrictum iudicem perpetrati reatus excuſant. Vnde enim aucupaotur gloriam, in confuſionis decidunt ignominiam. Ex quo magis extolluntur fauoribus adulantium, eò procliuius in damnationis æternæ præcipitia demerguntur. Et ſæpe tales terribili morte percuſſi, luce clarius indicant quàm re vera reprobi ſuerint qui ſpecie tenus quaſi mirabiles apparebant. Nam & cuius paulò antè meminimus Phesulanus epiſcopns, cum tantæ prauitatis eſſet, vt & laicus eius frater honeſtæ ac modeſtæ vitę, cum eò familiaritatem babere dedignaretur, ſignorum tamen adeò virtutibus coruſcabat, vt in dedicatione vnius duntaxat Eccleſiæ vtique coram omni populo dæmooiacos curaſſe, conſtanter, à perhibentibus aſſeratur. Sed quia non ſuis ſed alienis miraculis claruit, ad obitum veniens, vltrici ante ignem igniti corporis animaduerſione ſignauit. Pabula ſiquidem pernicioſæ vredinis in pede eius peſtilenter exorta, ſic totam plantam, tibiam, cúmque inguine ſimul ac genitalibus coxam comprebendit vt vſque ad vitalia ſerpendo procederet & velut aridi ſtipidis materiam, viſcera eius interna depaſcens, occultis eum vaporibus conflagraret, quateous hic iam primitiuus ignis accenderet, quem flamma poſtmodum nunquam deficiens abſorberet intolerabilis. Tam quippe atque immaniſſimi languoris nimietate conſtrictus, nec dignam cognoſcitur pœnitentiam ſuſcepiſſe, nec mulierum à ſe contubernium quorum etiam tunc impudenter vti miniſtetio, non verebatur, voloit abſentare. Porrò autem cùm Redemptor noſter dicat quia in digito Dei eiicient dæmonia, ipſe autem Dei digitus proculdubio Spiritus ſanctus accipitur, cuidentet agnoſcitur, quia nunquã dæmones è corporibus hominum oiſi per virtutem Spiritus ſancti expellũtur: vnde liquido manifeſtum eſt, quia Epiſcopus ille licet indignus, licet fuerit ſymoniacus, & illecebroſæ luxuriæ ſpurcicia maculatus, dæmones tamen effugare nullatenus potuiſ- *Luc. 11.*

A ſet ſi virtutem in ſe ſancti Spiritus non habuiſſet. Nam & Samſon, qui contra legis diuinæ præcepta alienigenæ oationis meretricibus vtebatur, nunquam tam duriſſima vincula euadere potuiſſet, totque hominum millia ſolus trucidare, niſi eum fortitudo ſaocti Spiritus roboraſſet. Præterea & prophetes ille falſus, ſine prophetica ſancti Spiritus reuelatione non luit, qui fallendi artifex virum Dei de Behel reuertentem, contra diuina præcepta comedere, per accurata mendacia perſuaſit aſſerens: Angelus, inqoit, locutus eſt mibi in ſermone Domini dicens, reduc eum tecum in domum tuam vt comedat panem & bibat aquam. *Iudic. 14.* *3. Reg. 13.*

B Moxque ſcriptura ſequitur, ſefellit eum, inquit, & duxit ſecum. Et paulò poſt: Cúmque ſederent ad menſam, factus eſt ſermo Domini ad Prophetam qui reduxerat eum, & exclamauit, rei videlicet ordinem quo perimendus erat quoniam voti Domini inobediens fuerat: vbi ootandum quod quem ſefelliſſe fratrem ſcriptuta prius euidenter accuſat, ad eundem mox, ſermonem Domini factum, ac veriſſima propheta ſſe indubitanter affirmat. Et certe ſi facti huius ordo diligenter penſantur, deceptor iſte proculdubio viri innocentis homicida fuiſſe conuincitur: In talem tamen Spiritus ſanctus venire non renuit, & in ipſo ca-

C ptioſæ deceptionis articulo dum curat per mendacium fallere, coactus eſt per veritatis oraculum prophetare. Enimuerò quis Hely ſacerdotem neſciat reprobum, & tam pro lenitate ſua quàm pro liberorum effrenata licentia diuinæ animaduerſionis ſententia condemnatum? Eius tamen beoedictione non fuit ſterilis vterus Annæ, cui nimirum fœcunditatem imprecatus eſt vuluæ, ait enim ſcriptura, Benedixit Hely, Helcanæ & vxori eius, & dixit, reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac, pro fœnore quod commodaſti domioo: Moxque ſubiungit, viſitauit ergo Dominus Anoam, & concepit & peperit tres filios & *1. Reg. 1.*

D duas filias: hanc itaque benedictionem efficacem reddidit, non meritum homiuis ſed officium ſacerdotis, & quod non habebat cauſa miniſtri, virtus exhibuit miniſterij.

Quod ſæpe ſiniſtra principia, ad fideles proueniunt exitus. *Cap. 19.*

QVid denique noceat officiátque ſymoniachus, ſi ordinandis manus imponat, cùm neque id quod habetur, auferre, neque quod diuinitus augetur: præualeat inhibere? Illud ſiquidem cœleſtis patriæ munus nnn de marſupio extrinſecus ſatagentis, ſed de tbeſauro profertur in-

E uiſibiliter præſidentis. Nam ſi fur ſit ille qui ſeminat, terra tamen, autbore Deo, iure, frugibus germinandis adminiſtrat: licet ſordida ſit manos ant leproſa quæ plantat, mundus certe fructus decerpitur cùm ad maturitatis plenitndinem peruenitur. Ex adulterino ſæpe coniugio pulchra ſoboles naſcitur, & ex obſcœna voluptate parẽtum ſpectabilis oritur ſpecies liberorum. Alios quidẽ filios Iacob ex legitimis vxoribus genuit, alios ex concubinarum ſeruili conditione ſuſcepit. At cùm ad capeſcendam bæreditatem vtriq; perueniunt, inter ſe diſtribuendarum ſortium iure creduntur. Phares de Theriſtrata & expoſita in biuio naſcitur, ſed non minimus inter Iſraeli- *Gen. 30.* *Gen. 38.*

Mat.1. tarum cognationum principes inuenitur. Salomō A
2.Re.12. ex ea quæ fuit Vriæ cognoſcitur habuiſſe princi-
1.Par.3. pium, qui tamen regalis ſceptri tenuit incompa-
rabiliter principatum Obeth certe ex Ruth Moa-
bitide duxit originem ſed egregium regem Da-
uid meruit habere nepotem. Booz quoque Raab
meretrix genuit qui tamen regali Dominicæ ge-
nealogiæ cathalogo meruit numerari. Et quid a-
lios memorem? cum & ipſe mediator Dei & ho-
minum, de peccatoribus originem duxerit, &
de fermentata maſſa ſynceritatis azyma abſque
vlla vetuſtatis infectione ſuſceperit? immò vt ex-
preſſius dicam ex ipſa carne virginis, quæ de pec-
cato concepta eſt, caro ſine peccato prodiit: quæ B
vltro etiam carnis peccata deleuit. Quid ergo mi-
rum ſi valida manus Domini, atque ad quodcun-
que voluerit efficax: Hoc faciat in ſpiritu qui vi-
Ioan.6. uificat, quod agere probatur in carne quæ non
prodeſt quicquam? Qui enim facit vt ſiniſtra
principia ad fauſtos proueniant exitus, & hoc
in rebus vtique terrenis, quomodo creden-
Extra, de dus eſt id ipſum propenſiori diſpenſatione non a-
renuncia- gere in ſpiritualibus ſacramentis? Nimirum
tionib. ca. qui percipit fructus arboris ſordidi plantato-
cum pridē, ris neſcire contagium, cur etiam neget ab iis
§. perſona qui conſecrantur omnem ſcelerati conſecra-
& C. de toris prorſus abeſſe reatum? qui Manzeres cum
ſenatuſc. legitimis, ancillarum filios cum herilibus in C
Orf. in L. conſortium nanciſcendæ hæreditatis aſciuit,
ſi qua, nec aliquando eos ab iis inæquitate diſcreuit,
para. vlt. quid nimirum ſi & eos qui à prauis ſacerdoti-
Gen.1. bus ſunt præmoti, cum iis ſimul qui à bonis or-
dinati ſunt parili faciat ſacerdotalis officij digni-
tate potiri? Quod plane nequaquam fit per me-
ritum conſecrantis, ſed verbum potius Dei viui
& permanentis. Verbo denique Dei patris dictū
eſt, Germinet terra herbam virentem & facientē
ſemē & lignum pomiferum faciens fructum ſe-
cundum genus ſuum. Et ecce hoc verbum ita ho-
die manet illibatum, vt nequaquam diuerſitatem D
agricolarum imitetur prouentus fructū, ſed iux-
ta vniuſcuiuſque generis proprium ſemen in her-
bis ſit, proprium in pomis: Quia profecto ſemen
rurſus terræ committitur, ac poſtmodum, non di-
uerſum ſed iuxta generis ſui ſpeciem reparatur.
Si ergo ex verbi diuini virtute terra quod acci-
pit, ad eandem ſimilitudinem reddit, quid mirum
ſi ſacerdotalis illa benedictio quæ tanquam ſe-
† For. me- men in accedentis † animam iacitur, ſacerdo-
lius, acci- tium per afflatum ſancti Spiritus inuiſibiliter
pientis. operetur: atque ideo non iam ſeminantis ima-
go digne requiratur in fructu, ſed ſola, vt ita
dixerim, ſeminis ſimilitudo procedat? Dixit e- E
nim animalibus Deus creſcite & multiplicami-
ni, ex cuius videlicet efficacia verbi cuncta vſ-
que nunc creantur animantia: non certe princi-
paliter noua, ſed ex eodem originali ſemine per
traducem propagata. Cùm igitur verba illa, quæ
Gen. 1. nimirum ſemel prolata ſunt, tam immobiliter vi-
geant, quid de illis ſacerdotalium benedictionum
verbis eſt ſentiendum, quæ ſacra prorſus atque
diuina, idcirco ſemper in promouendis exterius
repetuntur, vt miniſterium intrinſecus operen-
tur? Nam cum incantatorum verbis ineſſe tanta
virtus aſſeratur, vt eis tanquam lapidibus inie-
ctis Serpens percuſſus frangatur: quid mirum ſi
ſacerdotalis benedictio: ſacramentum in ſe virtu-
tis diuinæ contineat, vnde ſacerdos ille qui ad-
motus eſt fiat? Nunquid enim maioris ſunt virtu-
tis incantatoria verba quam illa efficacia prorſus
ac myſtica, ac diuini nominis inuocatione conſe-
crata?

Quod per ſymoniacum ſpiritus ſanctus baptizando dari poſſit, conſecrando non poſſit, ratio non admittit.

Cap. 20.

Illud ſane mirandum, cur tanta ſtoliditate de-
ſipiant, qui ſymoniacos baptizare efficaciter
poſſe, conſecrare autem nullatenus poſſe, impu-
denter affirmant. Et quamuis de hoc iam ſupe-
rius ſit breuiter diſputatum, non abs re videtur
adhuc enucleatius diſſerendum. Ponamus ergo
in medium, ſymoniacum baptizantem, eundem
quoque nihilominus conſecrantem, & diſcerna-
mus, ſi poſſumus, cùm baptiſmus per eum tradi-
tus valeat, cur conſecratio in irritum cedat, ac ſi-
cut dicitur, ſacramenti vires amittat. Ecce is qui *De Conſe.*
baptizat, poſt prima fidei rudimenta quę Cathe- *di. 4. ſine*
cumenon docuit iuxta Eccleſiaſticæ inſtitutio- *com.*
nis morem, mox ſuper eum orationes dicit quę vi
delicet in hoc ipſum ſacerdotali authoritate ſunt
compoſitæ: ſicque per Exorciſmi gratiam, mali-
gnum hoſtem qui eatenus in eo tyrannidem ex-
ercebat expellit, & Spiritum paracletum inuo-
cando in eum piis precibus introducit. Sed quid
aliud conſecrator agit quam quod orationes ni-
hilominus dicendo canonicas, eundem Spiritum
ſanctum ſuper eum qui prouehitur inuocat, atque
vt in eodem deſcendere dignetur, exorat? Niſi
quod maius quid per baptizantem agitur, quàm
id ſit quod per conſecratoris officium exhibe-
tur: Plus enim eſt Spiritum ſanctum in eo in quo
mundum fuerat, noua dignatione deſcendere,
quàm eum cui per fidem iam inerat, ad ſuperio-
ris gradus ordinem promouere. Per cathechiſan-
tis námque ſuis baptizantis officium, ſpiritus im-
mundus expellitur: & in nouo homine, aduenien-
ti Deo, habitaculum præparatur, ſicut videlicet
eiuſdem Exorciſmi verba teſtantur, quibus per
adiurationis imperium ad iniquum ſpiritum di-
citur: Tu autem effugare diabole, appropinqua-
bit enim iudicium Dei. In conſecrationibus au-
tem non malum quod iam deletum abeſſe vide-
batur, expellitur, ſed bonum quod collatum fue-
rat, per cumulum gratiæ plenioris augetur. Cre-
dendum ne eſt ergo, vt vnus idémque homo, &
quod maius eſt augere, & quod minus eſt non
poſſit adimplere? At fortaſſis è contrario dicitur,
quia nonnulla videntur ineſſe illis initiandæ fidei
rudimentis, quæ nequaquam adhibentur conſe-
crationis peragendæ myſteriis, vt videlicet ſal
quod in Neophititos mittitur, aqua cui baptizā- *Salis &*
dus immergitur, chriſma etiam quo linitur. Sed *Chriſma-*
hæc quidem per ſe conſiderata, nuda ſunt elemē- *tis vſus in*
ta, nullúmque habere noſcuntur myſticæ digni- *baptiſmo.*
tatis arcanum: Ad orationem autem ſacerdotis
& inuocationem diuini nominis, virtutis intimæ
concipiunt ſacramentum. Non ergo in rebus ma
terialibus atque terrenis, ſed in precibus ſacerdo-
tū & inuocatione diuinitatis, ſiue cōſecrandi, ſiue
baptizandi ſacramenta conſiſtunt: quanquam in-

con-

cōſecrationibus ſacerdotum, ſanctificatum oleum videatur nihilominus adhiberi. Cum ergo vnus idémque, ſymoniacus videlicet, vtrobique canonicarum orationum ordinem expleat, vtrobique nomen diuinitatis regulariter inuocet: quando per eum in baptiſmo Spiritus ſanctus datur: quomodo in ſacerdotali promotione non detur, non rationis penetrat ſenſus, non humanus diſcernit intuitus. Sed è contra dicitur, quia ſymoniacus quod non habet dare non poteſt. *Exſufflatio Baptizandorū.* Age ergo, quid eſt quod in faciem Catechumeni ſacerdos inſufflat, dicens: exi ab eo immunde Sathana, da honorem Deo viuo, & vero da honorem Spiritui ſancto: Quibus vtique verbis patenter oſtenditur quod per illam hominis inſufflationem, arcano nimirum diuinæ virtutis agente myſterio, & ſpiritus malus expellitur, & ſpiritus ſanctus introire dignatur. Quod totum nimirum, vſi ita per inſufflationem nihilominus ſymoniaci, ſicut & per boni ſacerdotis impletur officium: cur quod in vno ſacramento poſſe conceditur, poſſe etiam in altero conſequenter denegetur? *1.q.1.c. Baptizandi.* Nam & ſi baptiſmus, quod abſit, venaliter præbeatur, tametſi ſacris canonibus ſit vehementer aduerſum, nequaquam credendum eſt, plenæ atque perfectæ regenerationis habuiſſe myſterium. Ideóque is qui baptiſmum ſub hac pecuniæ præſtatione ſuſcepit, nec digne rebaptizandus aſſeritur, nec expers diuini muneris iudicatur. Quod ſi ad tantæ peruicaciæ prorumpatur inſaniam, vt ſymoniacorum etiam baptiſmus irritus iudicetur, hic nō noſtra fatigetur inſtantia, ſed generaliter occurrat omnis catholicæ fidei diſciplina, & vniuerſalis aduerſus eum armetur Eccleſia, qui nimirum omnia ſanctorum Patrum conuellere nititur fundamenta.

Quod attendendum ſit quid ſumatur, non vnde ſumatur. Cap. 21.

11. q. 3. c. benedictio. ET fortaſſis illud obiicitur quod beatus papa Gregorius, de ſymoniachorum damnatione teſtatur dicens. Benedictio, inquit, illi in maledictionem conuertitur, quia ad hoc promouetur vt hæreticus fiat. Probamus nempe ſententiā, nec ab ea diſſentire fas eſſe ducimus. Ille ſiquidem maledictus, ille hæreticus eſt, qui male, *Ioan. 13.* quod bonum erat, accepit. Quod acceptum eſt autem, in ſe quidem bonum eſt, ſed accipienti factum eſt malum: nam & bucella illa videlicet Iudæ porrecta, non de bona facta eſt mala, ſed illi factum eſt malum, qui quod bonum erat: non bonum, quia indigne, ſuſcepit. Atque ideo ſi eādem bucellam Iudas alij tradidiſſet, nullam in ſe maculam ex dantis culpa trahere, nullum neceſſe fuerat in accipientem contagium redundare. Hodiéque & ſi de ſacro ſancto Altari Dominicum corpus quilibet indignus accipiat, aliique contradat, mundum eſt proculdubio quod accipitur, nec diuinæ gratiæ munus ſordentis miniſtri *1. Cor. 11.* labe fœdatur. Et licet prauus quiſque ſibi iudiciū manducet & bibat, illud tamen quod manducatur & bibitur, gratia Dei eſt. Gratia enim Dei guſtauit mortem, quę eſt humanitas Chriſti. Omnia ſiquidem munda mundis, *Tit. 1.* contaminatis autem & immundis nihil eſt mundum. Si ergo quod mūdum eſt, id ipſum eſt contaminatis immundum, A fatendum eſt, quia ſacerdotium quod bono ſcilicet cauſa ſpiritualis eſt dignitatis, ſymoniaco factum eſt materia damnationis: vt inde ſit iſte ſacerdos, certe catholicus, inde ille veraciter aſſeratur hæreticus. Nec mirum hoc in ſpiritalibus fieri, cùm in rebus corporeis facile poſſit eadem diuerſitas inueniri. Sæpe enim cibus qui alterum grauat, alterum vegetat: & ex eodem curæ medicinalis antidoto alius interit, alius conualeſcit. Porro vnus eſt ignis quo ſimul & cera liquatur & terra ſicatur, & eadem candela quæ igne conſumitur, & qua accedentes vtiliter illuſtrantur, lumen quoque quod ad ſuum præbet interitum, B inter tenebras videndi nobis factum eſt inſtrumentum: Quid ergo mea intereſt, quod candela in cineres vertitur, dummodo lumen quod ab ea mutuatus ſum, mihi indeficiens perſeueret? Ardeat, ardeat ſymoniacus, verus catholicus illuſtretur, & eodem lumine quo aliis miniſtrat, ipſe ad defectus ſui tenebras tendat, quatenus quod ardet, intereat, quod illuminatum eſt, viuat. Sacerdotum quippe lumen, quærentibus lumen eſt, æſtu vero ambitionis ardentibus, incendium eſt. Quod ergo alter poſſidet ad propriæ defectionis *Iudi. 14.* interitum, alter accipit ad ſalutis augendæ prouectum. C Samſon quippe de ore mortui leonis fauum mellis eduxit, & ex arenti mandibula aſini, aquis ſe profluentibus ſatiauit: Sed nec aſelli in aqua deſidiam, nec belluinam guſtauit in melle ferociam: vtrobique nimirum quod ſumptum eſt, iuxta proprietatem ſuam in ore ſapuit, vnde ſumptum fuerit, non magnopere diſcreuit. Quid etiam mirum, ſi quod fieri in aqua baptiſmatis cernimus, non diſſimile quid fieri de ſymoniacis arbitremur? Per eam nos noui in Chriſto renaſcimur, cùm eadem aqua poſt expletum opus in cloacam deſpicabiliter infundatur.

D *Quod nec Nouatiani ſint deponendi, nec Ariani denuò baptizandi. Cap. 22.*

SEd iam ſacros canones quo vacat compendio perſcrutemur: & licet manifeſta propoſitæ *Ca. 8. & 1. q. 7. ſi quis voluerint: Euſ. Eccleſiaſt. Hiſt. lib. 10. cap. 6.* quæſtionis crebrò non reperiatur ineſſe ſententia: quid tenendum ſit, quibuſdam rerum collationibus approbemus. Nouimus namque Niceno ſtatutum eſſe Cōcilio, vt Catharri qui ad Catholicam reuertuntur Eccleſiam, impoſitionem ſolummodo manus accipientes, in ſuis recipiantur ordinibus. Cur hoc, niſi quia illud hæreticorum genus in Catholicæ fidei integritate perſiſteret, licet in quibuſdam aliis ſuperſtitionibus oberrarēt? Notum namque eſt quod Nouatianus, cuius *Nouatiani hæreſis.* ij ſequebantur errorem, dogmatizauerit, neque bigamis communicare, neque in perſecutione la- *1. q. 7. ca. Si qui.* pſis, etiam poſt pœnitentiam, oportere. Ergo, quia & ij qui ab his ſunt hæreticis ordinati, nequaquam ſunt ſuo ordine priuandi, ob id ſcilicet, quod eorum conſecratores in fide non titubanti quid de ſymoniacorum ordinationibus ſentiendum, qui & omnia ferè Eccleſiaſticæ inſtitutionis iura conſeruant? At fortaſſis obiicitur, quod ſymoniaci nequaquam ſunt in fide perfecti: nimirum peccantes in Spiritum ſanctum, pugnat, qui lapſis per pœnitentiam non commu-

Recedere à fide, & peccare in fide, differunt.

nicat. Sed aliud eſt à fide recedere, aliud eſt in A fide peccare. Aliter nempe redarguendus eſt miles qui in belli conflictibus eneruiter cecidit, aliter ille plectendus qui abiuratis militiæ ſacramẽtis ad hoſtium caſtra dedititius transfugit. Non eadem ſeruo pœna debetur, qui in domeſticis rebus ſub Domini ſui imperio peccat, & illi qui iugum ſeruitutis excuſſit, ac ius extraneæ dominationis elegit. Licet enim iſti in regula fidei ex aliquo videantur offendere, non tamen eò tenus vt arguendi ſint, hæretica prauitate Spiritum ſanctũ negare. Atque ideo cum reuertuntur, quoniam peccauerunt, manus illis imponuntur, quod verò minime negauerunt, ſacerdotalis gradus offi B cio non priuantur. At contra Arriani qui aduerſus Spiritus ſancti diuinitatem manifeſta prorſus impietate confligunt, ad catholicam fidẽ † redeuntes, in male accepti ordinis perſiſtere dignitate non poſſunt. Credunt enim ſicut eorum ſacrilega profeſſio manifeſtat, quod Pater, creator ſit, filius, creatura, Spiritum vero ſanctum creaturam creaturæ damnabiliter aſſeuerant. Quia igitur virtutem ſancti Spiritus in fide non habent, qua videlicet omnis Eccleſiaſticæ dignitatis ordo perficitur, apud eos facta ordinatio, Canonicis ſanctionibus irrita iudicatur. Sed non ab re fieri credimus, ſi quod de iis in ſuis decretis Inno- C centius papa reliquerit, hoc etiam ſub iiſdem literis inſeramus. Arrianos, inquit, cæteráſque huiuſmodi peſtes deteſtamur: quia eorum laicos conuerſos ad Dominum, ſub imagine pœnitentiæ ac ſancti Spiritus ſanctificatione, per manus impoſitionem ſuſcipimus, non videntur Clerici eorum cum ſacerdotij aut miniſterij cuiuſpiam dignitate eſſe, ſuſcipiendi quoniam quibus ſolum baptiſmum, ratum eſſe permittimus, qui vtique in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti perficitur) nec ſanctum Spiritum eos habere ex illo baptiſmate, illiſque miſeriis † arbitramur, quoniam cùm à catholica fide eo- D rum authores diſcederent, perfectionem Spiritus quam acceperant amiſerunt, nec dare eius plenitudinem nunc poſſunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quoniam per impietatis ſuæ perfidiam perdiderunt, nec fieri poteſt, vt eorum prophanos ſacerdotes, dignos Chriſti honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, vt dixi, ad ſancti Spiritus percipiendam gratiam, cum pœnitentiæ imagine recipimus. In quibus nimirum decretalibus verbis manifeſtè datur intelligi quod in promotionibus clericorum, non immeritò fides ordinantis attenditur ex qua videlicet pendet, vt ordinatio ipſa ſiue rata ſiue irrita iudice- E tur. Quod enim tenet ordinator in fide, accipit ordinatus in munere. Enimuero ſi Arrianis: recta fides ineſſet, etiamſi eos cuiuſlibet diuerſæ prauitatis error inuolueret, facta apud eos conſecratione non periret. Vbi notandum quanta inuocationi † diuini nominis reuerentia debeatur, cùm & ab eis baptizati, quos tam, perfida vt ita dixerim, fides damnat, rebaptizari tamen omninò non audeantur. † Nam quia authores eorum, vt dicitur, fidem rectam non habuerunt, ad perficiendam ſancti Spritus gratiam, manus illis imponitur. Quia verò in aquam ſunt, ſub inuocatione ſanctæ Trinitatis immerſi, non ſunt denuò bapti- A zandi. Cum itaque ſola, ſine fide verba ſub heretica Arrianorum ſuperſtitione prolata non audeant irrita iudicari, quo pacto ſymoniacorum conſecratio robur non habeat, in qua cum fide, & cętera obſeruantiæ regularis ſacramenta concordant?

† alij, Ecclesiam, legunt.

Arrianorum hæreſis.

1. q. 1. Arrianos.

† forte miniſteriis, vt quidã habent.

† Quidam legunt, inchoatio ni, ſed non bene.

† Alij, nõ audent.

Quod conſecrationis eff[e]ctum imitatur fidei fundamento.

CAP. 23.

DE Donatiſtis quoque nouimus Carthaginẽſi Concilio fuiſſe conceſſum, vt cùm ad vnitatem catholicam quilibet eorum redire diſpone- B ret, ſi hoc paci Chriſtianæ prodeſſe videretur, cũ ſuo reciperetur honore. Sicut enim in generali hæreſeon enumeratione didicimus, Donatiſtę nõ admodum ſunt fidei errore traducti, ſed irati potius quia Cecilianus quidam contra eorum votum in Carthaginenſi intronizatus Sede, ſchiſma fecerunt, & ab Eccleſiaſtica communione præciſi ſunt. Et quanquam certum ſit quod Spiritum ſanctum, niſi intra ſanctam Eccleſiam catholicam nemo poſſit accipere: apud eos tamen quilibet ordinatus, ſi paci hoc conſulat, non priuatur honore quia perſeuerat in fide. Quia ergo Donatiſta qui procul dubio ſchiſmaticus eſt, & a dono C ſancti Spiritus probatur alienus, in percepti honoris ordine valeat aliquoties permanere, luce clarius conſtat, quia conſecratio non ordinati vel ordinatoris eſt meritum, ſed ad vtriuſque potius fidem totum reſpicit ſacramentum. Aliàs ſunt Donatiſta Donatiſtam, ſiue Nouatianus Nouatianum ad Clericatus iura promoueat, quæ eſt in vtrolibet dignitas meritorum, vt diuinæ gratiæ myſterium, vel iſte dare, vel iſte poſſit acciperet? Sed inter malum & malum, dantem videlicet & accipientem, bonum verſatur in medio, quod neutrius vitio à ſua nouit generoſitate deterreri. Nimirum ſi leproſus leproſo prębeat aurum quod D profectò rutilat, nulla ſcabioſarum manuum eſt varietate perſuſum. Si cæcus cæco lucernam porrigat, lux cæcitatem neſciens ex baiulorum manibus tenebras non admittit. Quapropter ſi recta fides adſit, vt in Patrem & & filium, & Spiritum ſanctum credatur, indigni cuiuſlibet ſacerdotis conſecratio indifferenter impletur: nec propter indignum miniſtrantis miniſterium, diuinæ gratiæ munus perfectionis ſuæ patitur detrimentum. Vnde prædictus Papa innocentius, cùm de duabus hæreſibus, Paulianiſtis videlicet & Nouatianiſtis communiter diſputaret, cur à Paulianiſtis venientes baptizandos eſſe decerneret, à Noua- E tianis autem funditus prohiberet, cauſam his reddidit verbis, dicens: quia Paulianiſtæ, inquit, in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti minime baptizantur, nec apud iſtos, videlicet Nouatianos, de vnitate patris & filij & Spiritus ſancti quęſtio aliquando mota eſt. Et ideo de omnibus ſegregatis hæc ſola electa eſt cui iſtud crederetur concedendum quia nihil in Patris & Filij & Spiritus ſancti ſacramento peccarent. Hæc itaque beati Innocentij verba iſta deffinita ſunt atque perſpicua, vt noſtris mentibus omnem ſcrupulũ auferant, nodúmque propoſitæ quæſtionis indubitanter abſoluant. Si enim per Paulianiſtas ſacramentum idcirco dari non poteſt quia fidem

1. q. 1. Paulianiſta.

Paulianiſta cur rebaptizandi.

ſanctæ Trinitatis non habent: per Nouatianos autem ideo poteſt quia licet aliotenus hæretici ſint, orthodoxę tamen fidei plenitudinem tenent: conſtat profectò, quod ſi fides ſtat, conſecratio robur obtineat, nec actionis labefactatur merito, quę fidei nitatur ſacramento.

Quod male ordinati Epiſcopi conſecrationis gratiam aliunde habent ſibi non habent. Cap. 24.

ESto igitur, concedamus vel potius aſſeramus, vt ſymoniacus ſit hæreticus, ſed & Nouatianus hæreticus, & Donatiſta ſimiliter hæreticus. Sed Nonatianus in Spiritum ſanctum peccat, quia lapſus etiam poſt pœnitentiam de remiſſione deſperat: Nihilominus etiam Donaſtita peccat in Spiritum ſanctum, qui ſe ab Eccleſia ſegregat, extra quam videlicet Spiritus ſanctus inueniri non poteſt. Quid ergo cauſæ eſt, vt cùm illorũ ordinatio rata eſſe decernitur, iſtorum friuola iudicetur, præſertim cùm nos non elaboremus, vt ſymoniaci in eo quem male mercati ſunt honore permaneant, ſed id potius ne hi qui ab eis gratuitò conſecrati ſunt, locum ſui gradus amittant? Vbi notandum quanta ſit eorum de quibus loquimur, diſtantia: nimirum cùm Donatiſtæ Donatiſtas, Nnuatiani Nouatianos, eiſdem erroribus irretitos ad Eccleſiaſtici gradus augmenta promoueant: ſymoniaci, non ſymoniacos ſed innocentes potius ordinent & catholicos. Illis denique non hoc ſolum valeat opponi, quod fuerint ab hæreticis ordinati, verùm hoc inſuper, quod & ipſi fuiſſent indifferenter hæretici, iſti autem nequaquam ſymoniacæ hæreſi ſunt obnoxij, cùm etiam à ſymoniacis, omni venalitatis remoto cõmercio regulariter ſint promoti: atque in eiſdem Eccleſiis ſortiti ſunt adminiſtrationis officium, vbi & ſacri baptiſmatis percepêre myſterium. Vtrum verò hi tales à ſuis arceantur honoribus, ex beati Leonis Papæ authoritate facile poſſumus perpendere, ſi decretalem eius ſententiam ſuis hic verbis non pigeat annotare: Ait enim: Nulla ratio ſane, vt inter Epiſcopos habeantur, qui nec à Clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à prouincialibus Epiſcopis: cum Metropolitani iudicio conſecrati. [Di. 6. 2. c. nulla ratio] Vnde cùm ſæpe quæſtio de male accepto honore naſcatur, quis ambigat nequaquam ab iſtis eſſe tribuendum, quod nec doceatur fuiſſe collatum? Si qui tamen Clerici ab iſtis Pſendoepiſcopis in eorum Eccleſiis ordinati ſunt quæ ad proprios Epiſcopos pertinebant, & eorum ordinatio cum conſenſu & iudicio prę ſidentium facta eſt, poteſt rata haberi, ita vt in ipſis Eccleſiis perſeuerent, aliter vana habenda eſt talis ordinatio Ecce authentico Leonis Papæ iudicio, quoſcunque nec Cleri, nec plebis conſenſus elegit, nec cum Metropolitani iudicio prouincialium Epiſcoporum concordia conſecrauit, inter Epiſcopos non habentur, & tamen ij qui ab eis ſunt in propriis Eccleſiis iudicio præſidentiũ ordinati, nequaquam ſunt iniuncti, gradus honore priuandi, videlicet vt is qui ad Epiſcopatus officium cum tanta vſurpatione prorupit, vt aduerſus eum omnium fere vota concurrant, & ſibi quod accepit prodeſſe nil valeat, vt pote qui inter Epiſcopos non habetur, & aliis proſit, quatenus qui ab eo promoti ſunt, à ſuis nequaquam arceantur honoribus. Sed quis neget potuiſſe illic venalitatis etiam interuenire commercium, vbi ad honoris culmen, tam obſtinata, tam inopportuna fuerit ambitione ſubreptum? qui tamen aliis habet ſibi non habet: quia videlicet alios conſecrare permittitur, cùm & ipſe inter Epiſcopos non habeatur. Sæpe namque ſterili trunco fœcundus ramus inſeritur, qui nimirùm in eo quod germinat, non trunci ſed propriæ naturæ iura conſeruat.

Quod ab hæreticis impiis ordinatio ſæpe à ſuis non remouea[n]tur officiis. Cap. 25.

QVid dicam, quod & iis qui ab impiiſſimis hæreticis ordinati ſunt, Eccleſiaſtica videatur ſubuenire authoritas, & in promulgandis ſuper hac diſceptatione iudiciis, non tam veterem perfidiam promouentium, quàm nouam fidem & reſipiſcentiam conſideret promotorum? Qui enim decretis Pontificum ſolerter incumbit, non ignorat eundem, cuius ſupra paulò ante meminimus, [1. q. 1. quod pro.] Innocentium papam, licentiam permiſiſſe vt omnes qui ante Damnationem Bonoſi hæretici ab eo fuerant ordinati, ſi relicto atque damnato eius errore Eccleſiaſticæ vnitati ſe ſociare diſponerent, in ſuis honoribus permanerent. Et quidem Bonoſus, prout in eiuſdem decretis inuenitur. Fotinianus fuiſſe dinoſcitur: Fotiniani autem negant Chriſtum Dominum ante ſecula ex patris ſubſtantia genitum fuiſſe. Ij nimirum quia cum Iudæis Dei filium negare non metuunt, cum eiſdem quoque participium non diuerſæ damnationis incurrunt. Cùm ergo ij qui non modo à tam pernicioſo conſecrati referuntur, hæretico, ſed eius inſuper inuoluti erroribus, in acceptis permanere gradibus permittuntur, facile deprehenditur, quid de iis qui à ſymoniacis non ſymoniacè ſunt prouecti, meritóque iudicetur. Cui non diſſimile & illud eſt, quod Anaſtaſius Papa de hæretico Achacio decreuit: cuius nimirum Decretales ſententiæ tam elimatæ digeſtę ſunt, noſtriſque allegationibus per omnia congruẽtes, vt etiam ſi qua ſunt à nobis prolixius exarata, cuncta decerent ad comprobandum, quod ea quæ in præſenti diſputatione verſamus, plenè ſufficerent. Quapropter nec nos pigeat de ſtilo eius hic aliquantò productius recenſere, vt quod loquimur, non propriis adinnentionibus, ſed ex patrum regulis videamur excerpere. [Di. 19. c. 2.] Ait namque inter cœtera, Imperatori Anaſtaſio: Secundum inquit, Eccleſiæ catholicæ conſuetudinem, ſacratiſſimam ſerenitatis tuæ pectus agnoſcat, quod nullum de iis vel quos baptizauit Achacius, vel quos ſacerdotis ſiue leuitas, ſecundum Canones ordinauit, vlla ex nomine Achacij portio læſionis attingat, quo forſitan per iniquum tradita ſacramenti gratia minus firma videatur. Nam & Baptiſmum ſiue ab adultero, ſiue à fure fuerit datum, ad percipientem minus peruenit illibatum, quia vox illa quæ ſonuit per columbam, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, quod declaratur cum dicitur: Hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto & igne. [Mat. 53.] Nam ſi viſibilis Solis iſtius radij, cùm per loca fœdiſſima tranſeunt, nulla con-

tactus maculatione inquinantur: multo magis iſtius qui iſtum viſibilem fecit virtus, *Ioan. 12.* nulla miniſterij indignitate contingitur. Nam & Iudas, cùm fuerit ſacrilegus atque fur, quicquid egerit inter Apoſtolos, pro dignitate commiſſa non eſt reprobatum: & beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta ſenſerunt, declarante hoc ipſum Domino, manifeſtiſſima voce. *Mat. 23.* Sederunt inquit Scribæ & Pharisæi ſuper cathedram Moyſi, quæ dicunt vobis, facite: quæ autem faciunt, nolite facere: Dicunt enim & non faciunt. Quicquid ergo ad hominum prouectum, quilibet in Eccleſia miniſter pro officio ſuo videtur operari Hoc totum conſtat implere diuinitatis effectu, vt ille per quem Chriſtus loquitur Paulus, affirmat: *1. Cor. 3.* Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus incremẽtum dedit. Et paulò poſt, idem Anaſtaſius: Ideo ergo & hic, cuius nomen dicimus eſſe reticendũ: male, bona miniſtrando, ſibi tantùm nocuit. Nam inuiolabile ſacramentum quod per illum datum eſt, in aliis perfectionem ſuæ virtutis obtinuit. Ecce vir Apoſtolicus tanquam pro nobis ſtaret, noſtram in ſe cauſam ſuſcepiſſe perpenditur, ita vt pene nihil nobis dicendum ſuper huius quæſtionis materia videatur reliquiſſe. Eatur ergo, vt tãtæ authoritati improbi reſiſtatur, nec ſufficiat cenſoribus nouis, quod principibus videbatur antiquis: vt dum diſcretio non tenetur, etiam pietas amittatur. Quidam namque, dum ſancti, plusquam ſunt, videri appetunt, ſic corrupta conantur abſcindere, vt aggrediatur etiam quæ ſincera ſunt lacerare: vtque ad plauſus hominum videantur in cenſura iuſtitiæ diſtrictè perſiſtere, non verentur à pietatis tramite crudeliter aberrare.

Quod ij quos poſt damnationem ſuam ordinauit Achatius, honoribus non priuentur. Cap. 26.

QVid iſti dicturi ſunt audiãt quoq; de iis quos poſt damnationẽ Achacius ordinauit quid idem Papa decreuerit? Non enim eos arbitror iſta legiſſe, quod conſtat ab iis temerario diſſonare iudicio. Audiant igitur Sedis Apoſtolicæ pietatẽ & à duritia proprij emolliantur examinis. Poſt illa ſiquidem quæ præmiſimus, & iſta ſubiungit: Quod ſi aliquorum, inquit, in tantum ſe extendit curioſa ſuſpectio, vt imaginentur, prolato à Papa felice iudicio, poſtea inefficaciter in Sacramentis quæ Achacius vſurpauit, egiſſe: ac proinde oportet eos metuere quid vel in conſecrationibus vel in baptiſmate miſteria tradita ſuſceperunt, ne irrita beneficia diuina videantur: meminerint in hanc quoque partem ſimiliter Tractatum præualere ſuperiorem, quia non ſine vſurpatione ſacerdotij adiudicati hoc egit, in quo virtutem ſuam obtinentibus myſteriis, in hoc quoque aliis, rea ſibi non nocuit perſona. Nam ad illum pertinuit quod tuba Dauidica ita canitur: Verùtamẽ Deus *Pſ. 67.* cõquaſſabit capita inimicorum ſuorum, verticem capilli perambulantium in deliciis ſuis. *Superbia, ſibi, non aliis ruinã facit.* Nam ſuperbia ſemper ſibi non aliis facit ruinam, quod vniuerſa ſcripturarum cæleſtium teſtatur authoritas, ſicut etiam per Spiritum ſanctum dicitur in *Pſ. 100.* Propheta: non habitauit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam: vnde cùm ſibi ſacerdotis nomen vendicauerit condemnatus, in ipſius verticem, ſuperbiæ tumor inflictus eſt, quia non populus qui in miniſteriis Domini Dei ipſius ſtiebat excluſus eſt, ſed anima illa quæ peccauerat, iuſte iudicio proprio erat obnoxia, quod vbique numeroſa ſcripturarum teſtatur inſtructio. Quid iã dicetur ad iſta? quæ aduerſus hæc poterit callere verſutia quæ veritati repugnantibus ſuppetere poterunt argumenta? Ecce de vna perſona ſpecialiter agitur, ſed vniuerſalis eſt cauſa quæ generaliter deffinitur, non tamen tanquam pro hæreticis ſtantes, ad hoc iſta præſcribimus vt reliquas ſanctorum patrum ſententias quæ in eos eorumque miniſterium ſeuerius iudicant, deſtruamus: Sed ideo plane, vt dum quæ in ſuperioribus ſanctis fuerit moderatio diſtrictionis attenditur, Ab his quoque qui nunc ſunt, nequaquam per immoderatam iuſtitiam: limes recti examinis excedatur, ne iis etiam illud congruere videatur, quod de quibuſdam eorum ſimilibus per Apoſtolum dicitur: *Ro. 10.* quia zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Qui igitur ab hæretico eodẽque Sedis Apoſtolicæ authoritate damnato promoti ſunt, à ſui gradus adminiſtratione non corruunt, *1. q. 1. ca. [illegible]* & qui à ſymoniacis non ſymoniace conſecrati ſunt, honoris accepti periculum ſuſtinebunt? Duræ ceruicis ſententia, & indiſcreti examinis prorſus inhumana cenſura, vt quos conſcientia reddit innocuos, illata redarguat pœna plectendos, & in eos ſeueritas iudicialis extendatur, quos præſumpti piaculi temeritas non accuſat. Vbi enim non eſt admiſſum crimen, cur inferatur pœnale ſupplicium? vbi non eſt reatus, cur innocens exhibeatur vt reus? Quod præiudiciale cenſeretur etiam in tribunalibus iudicum, cur rectum videatur in ſanctorum concilio ſacerdotum? *Sacerdotum depoſitio.* Solent ergo certe pij pontifices ad diſpoſitionẽ vniuſcuiuſlibet ſacerdotis, ex intimis viſceribus reddere ſuſpirium, vberibus lachrymarum riuis triſtia ora perfundere, cunctique aſtantes piæ compaſſionis coguntur ſtudio condolere. Ecce nunc totáque pene Chriſti Eccleſia ad vnius ſententiæ calculum ſacerdotibus deſtituitur, & tolerabile videatur? Sacerdotũ populus in commune deponitur, & riſus habetur? Cur nõ illud ſaltem reducitur ad memoriam, quod per Ezechielem diuina vox clamat dicẽs. *Eze. 18.* Anima quæ peccauerit ipſa morietur, pater non portabit iniquitatem filij, filius non portabit iniquitatem patris, iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij erit ſuper eum. Iſti autem fraternę calamitatis auari, hoc ſatagunt, ad hoc enituntur, vt ãnima quæ non peccauerit, intereat, & alieni facinoris innocens pœnas exoluat. Anhelant enim vt filij addicantur iniquitatibus patrum, & iuſti proſcribantur criminibus impiorum, atque vt manifeſtius eloquar eos qui ſymoniaci non ſunt ſymoniacorum pœnis adiudicant, & pro illorum negotiatione condemnant eos qui negotij crimen prorſus ignorant.

Quod vſque ad hoc tempus ſymoniaca hæreſis viguit. Cap. 27.

QVis enim neſciat, vſque ad huius Henrici clementiſſimi Regis imperium, prælulatúmque reuerendæ memoriæ Clementis Papæ, iſtiuſque

beati

beati Leonis, quo nunc videlicet præſule ſancta ſe gubernari gratulatur Eccleſia, per Occidentalia regna, vires ſymoniacæ hæreſeos lætaliter ebulliſſe, ita vt quod fiebat, paſſim licenter admiſſum, vltimæ animaduerſioni nequaquam duceretur obnoxium, & quod erat fere omnibus conſentaneum pro regula tenebatur, tanquam legali ſanctione decretum? Quid ergo commeruit? quid peccauit, qui matrem ſuam, Eccleſiam inquã, nimirum ex aqua & Spiritu ſancto renatus ſimpliciter adiit, atque vbi baptiſmum, illic etiam gratiam conſecratione accepit? Eius quippe non erat, vt de conſecraturi perſona diſputare debuerit. Propterea quem apud Eccleſiam ſuam præſidere in Epiſcopali cathedra reperit, ab eo ad ordinem promoueri integrum duxit: quid enim faceret, cui & nomen dare in profeſſionem ſacræ militiæ neceſſitas imminebat, & migrare tamen ad alienæ diœceſis Epiſcopum non licebat? † cur non ſubtiliter antiquam ſanctorum patrum geſta ſiue præcepta pertractantur, vt dum iudicij cenſura depromitur, ea lem ſemper diſcreti moderaminis libra teneatur? Nam & is qui ſupra, magnificus Leo omnes clericos ab hæreticis venientes, in iis quidem quos iam adepti ſunt ordinibus præcipit recipi, ad altiores autem gradus prohibet promoueri. Cuius decreti nos titulum contenti ſumus hic breuiter adhibere, ad textum autẽ mittimus quibus vacat diffuſius illic exarata perlegere. Quia omnis, inquit, cuiuſliuet ordinis Clericus, qui catholicam deſerens hæreticæ communioni ſe miſcuerat ſi ad Eccleſiam fuerit reuerſus, in eo gradu quo erat, ſine promotione permaneat. Ponamus itaque vt ſymoniaci in nullo à cæteris hæreticis differant, atque per ſchiſmaticam ſectam ſimiliter cum eis ab Eccleſiaſtica cõmunione procul recedant, in ſacerdotio tamen vel cæteris gradibus, quicunque iam ab eis promoti ſunt, Leoniano decernuntur permanere iudicio.

† Initium huius capitis vſque ad locum hunc non habetur in cod. impreſſo.

1 q. 1. ca. ſiquis hæreticæ.

Hic manifeſtè probatur, quia per ſymoniacum ſpiritus accipitur. Cap. 28.

5. q. 1. ca. quisquis.

SEd dicitur è diuerſo. Ecce beatus papa Gregorius clama, ſi quis, inquit, ad Symoniacæ hæreſeos. vel Neophiterum facinus emendandum, officij ſui conſideratione vehementer non exarſeri, cum illo ſe non dubitet habiturum portionẽ à quo hoc piaculare flagitium ſumpſit exordium. Cõcedimus, inquam, & à ſancto viro, quod abſit, diuerſa non ſentimus, nimirum vt vnuſquiſque fidelium ad emendandum vtriuſque peſtis flagitium pro viribus ſatagat, atque vt ſymoniaci cũ Neophitis pariter deponantur, recti examinis zelo inardeſcat. Nos itaque non pro ſymoniacis ſtamus, quos nimirum damnandos eſſe, omnis ſacri eloquij teſtatur authoritas: ſed ſicut ex multimoda ſanctorum patrum ſanctione colligimus, gratis à ſymoniacis ordinatos, iure, in ſuis ordinibus retinendos eſſe libere profitemur. Itaque qui Gregorium ad ſuę probationis iudicium deuocant, Gregorianum quoque teſtimonium admittere reciproca viciſſitudine non contemnant, & non qualecunque, ſed quod ipſam rem, vt dicitur, ad manum tangat, ac litigandi terminum de cætero verboſis imponat. Denique dum in homilia quadam de ſymoniacis loqueretur, adiecit: Qui enim ſunt in Templo Dei hodie qui columbas vendunt, niſi qui in Eccleſia precium de impoſitione manus accipiunt, per quam videlicet impoſitionem Spiritus ſanctus cœlitus datur? Ecce ſi ſancti huius viri authoritati fides adhibenda decernitur, non eſt cur diſceptationis controuerſia alterius protrahatur. Quid enim liquidius, quid apertius, quam quod dicitur, quia videlicet manus impoſitione qui venditur Spiritus ſanctus, cælitus datur? Atque vt idipſum adhuc arctius inculcaret; tardioremque ſenſum plenius eo quod dicebatur inſtrueret, quod manifeſte præmiſerat, replicare non piguit, dicens. Columba igitur venditur, quia manus impoſitio per quam Spiritus accipitur ad precium datur. Si ergo per illam manus impoſitionem quę ad precium præbetur, Spiritus ſanctus accipitur, quid ſacramenti minus in ſymoniacis quàm in gratuito promotis ſacerdotibus inuenitur, niſi quod fonte quem alijs ſalubriter influunt, ipſi damnabiliter irriganrur, & viperarum more, dum filios pariunt ipſi moriuntur? Quid enim mirum ſi in miniſterijs ſpiritalibus, ex malis ordinatoribus boni miniſtri fiant, cùm & in generatione carnali non diſſimile quid ſæpe contingat: Certum namque eſt, quod videntes filij ex cæcis genitoribus prodeant, & gibbis † atque debilibus integra membris ſoboles & procera ſuccedat. Plane nec virtus ordinantium, eis augmento eſt qui per ſiniſtra gradiuntur, nec rurſus eorum prauitas illis officit qui per lineam rectæ conuerſationis incedunt. Quid enim Samueli præiudicaſſe cognoſcitur quod Heli diſcipulus fuit? aut quid profuit Nicolao, quod eum Apoſtolica electio in gradum Leuiticæ adminiſtrationis aſſumpſit? ille ſiquidem cum Stephano ſimul impoſitionem Apoſtolicæ manus accepit, & periit: ille in Ophni & Phinees prauitatem non conſenſit †, & quia prurpbeta Deo fidelis eſſet, cunctis innotuit, vnde par fuerat vt ſi qui æſtuant omnes, in commune deponere, illud ſaltim Innocentij ſuperius memorati, prælata moderaminis diſpenſatione ſeruarent. Nam cum de iis qui ab hæreticis ordinati ſunt diſputaret, poſt multa ſubiunxit dicens. Quotiens, inquit, à populis, vel à turba peccatur, quia in omnes, propter multitudinem, non poteſt vindicari, inultum ſolet tranſire.

Eadem manum tangere.

Homil. in Euang. de ſignauit eius &c. ex Luc. 14 cap.

† Alij legunt gibberoſis.

1. Reg 2.

Act. 6.

† Codex impreſſus habet, prauitate conuixit.

1. Re. 3.

Quod qui promoti fuerant à ſymoniacis miraculis coruſcant. Cap. 29.

ILlud quoque quod crebrius iterari multis referentibus audio, tacite prætereundum nõ duco. Quid enim quod nonnullos venerabiles viros, quos conſtat proculdubio à ſymoniacis ad ſacerdotium prouectos, & vſque ad obitum nouimus offerendis indeſinenter ſacrificiis inſtitiſſe, & nunc perſpicuè videmus inſignibus miraculorum virtutibus coruſcare? Noſtra quippe ætate, beati viri, videlicet Rõnaldus camerinẽſis, Amitus ramibonẽſis, Guido Põpſianus, Firmanus Firmẽſis, & quãplures alij ſanctæ conuerſatio

nis ſtudio floruerũt. Super quorũ videlicet vene-
rãda cadauera, ex ſacerdotalis authoritate Cõci-
lij ſacra altaria ſunt erecta, vbi nimirũ diuina my-
ſteria, miraculis exigẽtibus, ufferũtur. Euidẽs ergo
clareſcit indiciũ, ex eorũ manibus ſacrificiũ diui-
no cõſpectui quã ſuauiter ſit & acceptũ, atq; per
eos diuina diſpẽſatio luce clarius innoteſcit, quia
neminẽ caligo alienæ peruerſitatis obnubilat quẽ
fulgor propriȩ religionis & honeſtatis illuſtrat,
nec reat⁹ obruit promouentiũ, vbi ſtat puritas &
innocẽtia promotorũ. Sed dũ hęc aliquãdo cũ re-
ligioſis quibuſdã Epiſcopis agerẽ, ecce. oũc in me-
moriã redit ꝙ Hubertus Ariminẽſis reuerẽdiſſim⁹
videlicet & honeſtiſſim⁹ præſul attulit. Æquiuo-
B cus, inquit, prædeceſſor meus Hubert⁹ Epiſcopus
in ſacrȩ Sedis acquirẽdæ cõmercio, teſte prouin-
cia, nõgentas Papiẽſis monetæ libras appẽdit, qui
tamẽ poſtmodũ beatũ Harduinũ, per quẽ omnipo-
tẽs tot Deus exhibet ſtupẽda miracula, in preſby-
terũ cõſecrauit. Quẽ cũ perquiſiſſẽ e veſtigio v-
Hoſtias ſalutares offerre. trũ beatæ memoriæ vir ab offerẽdo in ſua incolu-
mitate perſtiterit, vſq; ad vltimæ decubationis ar-
ticulũ, offerẽdo ſalutarib⁹ hoſtiis ſedulũ inſudaſſe
reſpõdit. Cũ igitur omnes iſti quorũ ſupra memi-
nim⁹, & cõſecrati à ſymoniacis aſſerãtur, & tamẽ
in acceptis vſq; ad finẽ vitæ officiis permanẽtes,
ita diuino examini placuerint, vt admirãdis eorũ
C meritis, mirãda teſtimonia ſignũ perhibeãt: cõſtat
proculdubio quia promouẽtis coẽptio nõ præiu-
dicat vbi promot⁹ cõtractus venalitatis ignorat,
nec diſtractoris in eũ culpa transfunditur, qui di-
ſtractionis crimine nõ tenet. Et quidẽ tolerabile
fortaſſis vtcũq; videretur ſi falſitatis aſſertio ordi-
nẽ tantũmodo præſentis vitæ cõfunderet, niſi &
præterito ſæculo omnẽ fundit⁹ ſpẽ atq; materiam
Chriſtianæ pietatis auferret. Dicũt enim ꝙ quæ
tũc videbatur Eccleſia, domus erat ſimplex, quod
credebatur altare, purus lapis erat, ſacerdotes &
qui reliquis cernebãtur ordinibus cõſtituti, pror-
D ſus laici erãt, cũctiſq; ſpiritualis ſacramẽti viribus
alieni, quod CORPVS ET SANGVIS DOMI-
NI credebatur, ſimpliciter panis erat & vinũ, ter-
rena ſubſtantia, nulla ſãcti ſpiritus virtute perfuſa
cũcta ergo falſa ferebãtur & friuola, & à Chriſtia-
nȩ redẽptionis veritate penitus remota. Vnde cõ-
ſequitur vt patres noſtri, ſiue hęc falſa fuiſſe co-
gnouerunt ſiue veritatem fuiſſe mendacium æ-
ſtimauerunt, indifferenter omnes ineuitabili
neceſſitate perierint. quid enim prodeſt pericu-
lũ noſſe quod nõ datur euadere? Aut quomodo va-
leat quis ad fontẽ veritatis attingere, ſi per deuios
anfract⁹ geſtiat, licet neſcius, oberrare? Solus er-
E go Simon diuinȩ gratiæ potuit fluẽta reſtinguere
& tanquã obex medius inter Deũ & homines hu-
manũ genus à creatoris ſui cõſortio ſeparare! Ab-
ſis, abſit, vt falſus homo reſcindat quod ver⁹ DEUS,
& homo cõfœderat. Abſit vt oẽs homines obruere
& diuina beneficia valeat peruerſitas humana de-
lere. Sed quid, quęſo, dicem⁹ de iis quos poſt ne-
gotiationis nefandæ cõmerciũ, per quadragenos
vel quinquagenos annos vſq; hodie aſpicim⁹ Põ-
tificales infulas obſidere? Nã vt de eorũ præde-
ceſſoribus taceam⁹, ſiue proximis ſiue lõginquis,
quos idẽ aliunde fures exhibuit, omnes qui iſtis
obrepẽtib⁹ tunc fuerũt ordinati, vel iã ſũt ex hac
luce ſubtracti, vel caliginoſȩ ſenectutis obſtaculo

A ab exercẽdis officiis ſunt remoti, vnde neceſſe eſt
vt in eorum diœceſibus ab iis tamẽ clericis ſacra
myſteria peragãtur, qui ab iis qui adhuc viuunt
ſymoniacis ordinẽ ſuſceperunt: Quid ergo de iis
ſentiendũ eſt? quid fatendũ? nunquid nam ſub eis
tot millia hominum perire credenda ſunt, qui ab
eiſdem, ſacramenti gratiam non habentibus, vana
ſacramenti ſpecie decludũtur? nicendũ ne eſt po-
pulo, vt vel alienarum diœceſum ſacerdotes ac-
quirant, vel ipſi transmigrantes, ab iis qui non à
ſymoniacis ordinati ſunt, ſacramẽta percipiant?
Sed ecce, ſacri canones vehementer obſiſtunt, &
ſine forma † Pontificis, parochiarum limitẽ trãſ-
cendentes à communione repellunt. His igitur *Sacramenti vana ſpecies.*
B quandoque conſulti, quod conſilium dabimus?
quibus nimirum, iuxta diſpenſatoriȩ aſſertionis
inertiam, nec indigenæ poſſint myſteria ſacra tra- *† forte metiſſimo, formata.*
dere, nec ad extraneos canonica permittatur au-
thoritate tranſire? Ad largiſſimæ ergo diuinȩ pie-
tatis iniuriam, ineuitabilis pereundi neceſſitas il-
lis imponitur, quibus videlicet vndique circum-
cluſis nullo ſalutaris confugij remedio ſubueni-
tur? Verum nos diutius perſequi iſta poſtponim⁹
vt quæ audiui tſaltẽ pauẽda ſunt, intelligẽda po-
tius quã legenda ſanæ mentis iudicio relinquim⁹
vt, paucis, ſobrius lector agnoſcas, dogmatis hu-
C ius authores quãtȩ impoſſibilitatis error inuoluat.

Quod rebaptizatio & reconſecratio par crimẽ eſt. cap. 30.

QVia igitur vt de cõſecrationib⁹ loqueremur
cõgruenter occurrit, atq; id ſolum huic no-
ſtræ lucubratiũculæ demũ reſtat, ſuper hoc etiam
themate vel ſuccincte nos tractare nõ pigeat. Pla-
ne qui ſacri eloquij limẽ cõſueuit atterere, reba-
ptizationẽ & recõſecrationẽ ſub eiuſdẽ examinis
didicit lãce pẽſare. Sicut enim rebaptixatus Chri-
ſtũ quã induerat, exuiſſe cõuincitur, ita nimirum
& recõſecratus ſpiritũ ſanctũ quẽ acceperat, aui-
D dẽter probatur amiſiſſe, & cũ ſummi verbi atque
paracleti vna diuinitas, eadẽ proculdubio creda-
tur eſſentia, qui vnũ perdit, alterũ nõ habebit. At-
que ideo ſicut nefariũ eſt, ſi quis per iterationem
baptiſmi Chriſtũ à ſe præſumat expellere, ita ni-
hilominus execrandũ, ſi per recõſecrationẽ ſpi-
ritũ ſanctũ non timeat abnegare. Sed ſi ex decre-
to Felicis papȩ vbi nimirũ rebaptixatis loquitur,
breue quid apponere nõ granemur, illic maniſe-
ſte poſſumus colligere, quid debeam⁹ etiã de re-
cõſecratione ſentire. Inter alia ſiquidẽ ita profer-
tur EOS, inquit, quos epiſcopos præſbyteros vel
diaconos fuiſſe cõſtiterit, & ſeu optantes forſitan
E ſeu coactos lauachri illius vnici claruerit feciſſe
iacturam, & Chriſtum quem non ſolũ dono rege-
nerationis, verumetiam & gratia percepti hono-
ris induerant exuiſſe, cum cõſtet neminem ad ſe-
cundam tinctionem venire potuiſſe, niſi ſe palam
Chriſtianũ negauerit, & profeſſus fuerit eſſe pa-
ganum. Quod quum generaliter ſit in omnibus
execrandũ, multo magis in epiſcopis, præſbyte- *De conſecra. di. 4. ca. Eos quos.*
ris, & diaconis auditu ſaltem dictuque probatur
horrendũ. Sed idem Dominus atque ſaluator cle-
mẽtiſſimus eſt, & neminẽ vult perire, vſq; ad exi-
tus ſui diẽ in pœnitẽtia (ſi reſipiſcunt) iacere con-
ueniat, nec orationi nõ modo fideliũ, ſed nec ca-
thecuminorũ quidem omnimodis intereſſe, qui-
bus

buſ cōmonio laica tantū in morte reddenda eſt. In quiuus profecto verbis illud eſt ſolertius intuendum: quia rebaptizatus idcirco negaſſe dicendus eſt, quia poſt perceptum baptiſmum ſe negauerit Chriſtianū, is etiā qui reconſecrandus accedit ideo ſpiritum ſanctum negaſſe conuincitur, quia iā poſt conſecrationem ſpiritū ſanctū ſe non accepiſſe teſtatur. Recōſecratus ergo ac rebaptizatus nequaquā diuerſa dānatione diiudicatur, cū nimirū pari impietati ſociatur, niſi fortaſſis & hūc ſceleratius peccare quis aſſerat, propter hoc quod veritas dicit, quia qui peccat in patrē & filium, remittetur ei, qui autem peccat in ſpiritū ſanctū, neque hic remittetur, neq; in futuro.

Mat. 12. Luc. 12.

Et reuera ſi catholicorum dicta pontificum propenſiori ſubtilitate diſcutimus, inuenimus aliquā licentiam in rebaptizatione permiſſam, quā certe videmus recōſecrationi funditus denegatā. Nā ſi quæ ſuperius dicta ſunt memoriæ non patimur excidere, animaduertimus à Palianiſtis aliiſq; hęreticis ſpiritū ſanctum nō habentibus baptizatos, baptizari regulariter oportere. Vbi baptiſmus tamen iterari non dicitur, quia baptiſmus fuiſſe immunda impiorū ablutio non videtur. Recōſecrari autē à quocunq; hæreticorum genere veniant prorſus nequeunt, quia hoc ſacri canones omnino refugiūt.

1 quæſt. 1. ca. Quod quidam.

1. quæſt. 1. ca. Si qui

Quapropter ſatis miramur cū tam prodigioſa quidā cæcitate veſaniant, vt à ſimoniacis ordinatos denuo cōſecrandos eſſe decertent. Illud ſiquidem promulgāt ſimoniacorū ordinatione decretū, quod illis etiā abſonum probatur hæreticis, qui orthodoxæ fidei ne perexiguum quidē videntur habere veſtigiū. Hęreticorū alij rectæ fidei ſunt, & in ſuis gradibus recipiēdi, alij recta fide carent, & in ſuo perſiſtere honore nō debent. Et quoniā à ſimoniacis hæreſeos notā propulſare nō poſſumus, iure quibus aſſignari videantur hæreticis perſpicue diſcernamus. Aut enim rectā fidē habere dicēdi ſunt, ſicut Nouatiani, aut perfidiæ erroribus detinēt, ſicut Paulianiſtę vel Arriani. Sed ſi rectę fidei cū Nouatianis ſūt, ſicut à Nouatianis veniētes in ſuis præcipiūtur honoribus recipi, ita etiā ab his ordinati nō debent ab iniuncti gradus officio remoueri. Quod ſi cum Arrianis ſiue Paulianiſtis perfidiæ inuoluūtur erroribus, ſicut ab illis egreſſi recōſecrari nullatenus permittūtur, quòd nimirum Innocētio papa omnimodis prohibente paulo ante didicimus, ſic etiā iſti qui à ſimoniacis ſunt promoti, nulla poſſunt ratione denuo cōſecrari. Reſtat igitur vt ſiue recte credāt, ſiue nō, denuo conſecrari nō debeāt.

Ca. 19.

Neceſſe eſt itaq; ſecundū ea quæ dicta ſunt, vt à ſimoniacis ordinati, aut catholicæ dicātur credere, & in ſuis debeāt officiis permanere, aut perfidię cōuincātur obnoxij, & ſic quod acceptū eſt, perdāt. Verū quis neſciat eos non ſolū in orthodoxæ fidei ſoliditate perſiſtere, ſed pleroſq; eorū inſuper vt reuera catholicos per omnia viros ſanctæ conuerſationis ſtudio cunctarúmq; virtutum honeſtate florere? Cōſequitur ergo, vt in acceptis honoribus iure permaneāt, in quibus nimirū cum integritate fidei & cōuerſatio ſancta concordat. Abiiciatur ergo blaſphemia temeritatis, ac vſus illicitus reprimatur, & qui arguūt Chriſtū rebaptizatos exuere execrētur, etiā recōſecratos pari ſpiritū ſanctum impietate negare. Lege igitur qui aſtruūt quomodolibet cōſecratos ſecundā manus impoſitionē poſſe ſuſcipere, nō illa ſua cōtēti canonicę autoritatis id ſtudeāt teſtimoniis approbare. Dicāt itaq;, qui ſanctorū patrū iſta prælumpſerint, qui ſaltē præſumēda dictauerint? Et cum ad probationis iudiciū autentici veterū defecerint apices, neceſſarios ſemetipſos noui dogmatis fateātur autores, quod nimirū cū ſanctione doctorū nuſquā reperiatur eſſe præceptū, inuenitur etiam vltro prohibitū. Nā beatiſſimus papa Gregorius Ioanni epiſcopo Rauēnatis Eccleſiæ, ſicut neminē rebaptizari, ita etiā nec in ipſum denuo cōſecrari poſſe his aſſeruit verbis.

Appendix.

Li 2. epiſt. ex regiſtro ca. 32.

Illud autē inquit, quod dicitis, vt is qui ordinatus eſt, iterū ordinetur, valde ridiculū eſt, & ab ingenij veſtri cōſideratione videtur extraneum, niſi forte quod illud exemplū ad mediū deducitur, de quo & ille iudicatus eſt, qui tale aliquid feciſſe perhibetur. Abſit autē à fraternitate veſtra ſic ſapere. Sicut autem baptizatus ſemel, iterū baptizari nō debet, ita cōſecratus ſemel, in eodē ordine non valet iterum cōſecrari. His verbis euidēter oſtēditur: quia ſicut in rebaptizatione Chriſtus exuitur, ita & in recōſecratione ſpiritus ſancti gratia qui male prouectus eſt, euacuatur. Quid enim ſacrilega illa cōſecratio niſi duplex eſt depoſitio? Quia nimirum dū vnus execrabiliter cōſecratur, vterq; iure deponitur. Vnde non immeritò in canonibus Apoſtolorū legitur: Si quis Epiſcopus, aut præſbyter, aut diaconus, ſecūdā manus impoſitionē acceperit ab aliquo, deponatur & ipſe, & qui eū ordinare tētauit. Nā eos qui ab huiuſmodi baptizati fuerint vel ordinati, neq; fideles, neque clericos eſſe poſſibile eſt.

Diſt. 68. ca. Sicut ſemel.

Quod ſi quiſquā obiecerit, poſt depoſitionē reconciliatū fuiſſe Formoſū Romanæ videlicet ſedis epiſcopū, nouerit plurimos ſacerdotū recōciliatos quidē fuiſſe, qui tamē nuſquam legūtur in idipſum denuo cōſecrati. Aliud eſt enim quēlibet per ſynodalē ſententiā in amiſſi ordinis iura reſtitui, aliud per cōſecrationis myſteriū quod iterari nō poteſt ſpiritus ſancti gratiā promereri, præſertim cū in eo qui deponitur, quāquā dignitatis vtēdæ perdat extrinſecus priuilegium, manet tamē nihilominus ſemel adepti ordinis ſacramētū, ſicut etiā ſacramento regenerationis, excōmunicatur reus cuiuſlibet criminis nec caret eodē ſacramento, etiā ſi nunquā recōcilietur Deo. Sed de recōſecrationis impietate licet nos plura dixerimus, ne tamē res adhuc in dubio pēdeat, ſi geſtorū quoq; autoritas nō accedat, de Eccleſiaſtica hiſtoria præbeamus exēplū, vt nōnihil videatur (vt dicitur) quorūlibet cōſecratio ſacerdotū. Nā vt eadē hic verba ponātur, tēpore quo apud Alexandriā Petri martyris diē Alexāder epiſcopus agebat, cum poſt expleta ſolennia cōuenturos ad conuiuiū ſuū clericos expectaret, in loco mari vicino videt eminus puerorū ſuper orā maris ludum imitantiū (vt fieri ſolet) Epiſcopū, atq; ea quæ in Eccleſiis geri mos eſt. Sed cū intētu diutino pueros inſpectaret, videt ab his geri quædā etiā ſecretiora & myſtica. Perturbatus ilico vocari ad ſe clericos iubet, atq; eis quid eminus ipſe videret, oſtēdit. Tū abire eos & cōprehenſos ad ſe perducere omnes pueros imperat. Cúmque adeſſent, quis eis ludus, & quid egiſſent, vel quomodo, percunctatur. Illi, vt talis habet ætas, pauidi negare pri-

lib. 10. ca. 15.

mo, deio rem geſtam per ordinem pandunt, & A baptizatos à ſe eſſe quuſdam cathecuminos confitentur per Athanaſium, qui ludi illius puerilis Epiſcopus fuerat ſimulatus. Tum ille diligenter inquireos ab his qui baptizati dicebaotur, quid interrogati fueriot, quidue reſpooderint, ſimul & ab eo qui interrogauerat, vbi videt ſecundum religionis noſtræ ritum cuncta conſtare collocutus cum conſilio clericorum ſtatuiſſe traditur illis, quibus integris interrogationibus & reſpooſioоibus, aqua fuerat infuſa, iterari baptiſmum non debere, ſed adimpleri ea quæ à ſacerdotibus mos eſt. Athanaſium verò atque eos qnos ludus ille vel præſbyteros babere viſus fuerat, vel miniſtros, cōuocatis paréibus ſub Dei obteſtatione tradidit Ec- B cleſiæ nutriẽdos. Et reliqua, quib⁹ videlicet narratur Athanaſius re vera Epiſcop⁹ factus, ſicut à puero fuerat ſimulatus. Quod oimirū aotiquitatis exemplum aduerſus cos adhibere curauimus, qui conſecrationem à ſimoniacis factam nihil eſſe penitus aſſeruot, atque ab illis ordinatot nihil a laicis diſtare contenduot. Si enim proludium illud quo videlicet pueri præſbyteros ſe ſimulauerant vel miniſtros tanti eſt babitum, vt eos epiſcopus ſub Dei obteſtatione parentibus ſuis traderet Eccleſiæ nutriendos, nec integrum arbitratus ſit eos etiam in ſeculari ordine permanere, qui ſe per ad C umbratæ ſimulationis ſpeciem continxerant clericos extitiſſe, cur illi perhibentur à laicis oon diſtare, quos conſtat à quibuſcunque conſecrationis myſterium iuxta morem eccleſiaſticū percepiſſe? ſi illos à laicis ſola ſimulatio ſegregat, quo pacto iſtos qui re vera omnia regulariter acceperunt, ab eis oihil differre falſa hominum vanitas

Rom. 15. iactat? Quæcunque enim vt ait Apoſtolus ſcripta ſuot, ad noſtram doctrinam ſcripta ſuot. Nam & in moralibus ſuis, ſi recte teneo, beatus reperitur

Gregorius dixiſſe Gregorius, inter duo pericula ſimoniacum cooſtitutum, vt videlicet ſiue gregem commiſſum deſerat, ſiue in male accepto honore perma- D neat, peccati laqueos euadat, nec vtramlibet rem expreſſe diffiniens, tantummodo vbi videtur facilior caſus aſſerit quantotius enarraodum. Si itaque ſimoniacus, vt dicitur, laicus eſt, in quo quæſo inquit delinquit, ſi ſacerdotalis dignitatis officium deſerit? Si ſacerdotij ſacramentum vtcunque non habet, vt quid à paſtorali miniſterio cū culpa diuiditur, cui debitor per ſacramenti vinculum non tenetur? Sed dicite mibi fratres, com pace veſtra loquar, ſi ſimoniaci vel ab eis ordinati à laicis, vt aſſeritis, nihil differūt, quid eſt, quod ſacri caoones ſimoniacos in ſynodali concilio deponendos eſſe decerouot? Nuoquid ſi ſacerdota- E le ius vſorpare ooo conuincitur, ſioodali eget cōuentu, vt ille ſolenniter deponatur? Nuoquid nō ſatis erit, ſi priuata qualibet diſtrictiooe corripitur, vt vel ſimplicibus verbis à præſumpta temeritate frangatur? Nuoquid poſt depoſitionē ſimoniacus remediū pœnitētiæ per manus impoſitionē ſuſcipere, ſecularē, militiā baiulare, coniugem ducere, negotiorum cōmerciis tutò poterit inſeruire? Nā ſi exercitiū perdunt, ſacramentū tamē ordinationis amittere oequeūt. Itaq; cū hæc omoia neceſſariò cenſeatis ſimoniacis oon poſſe cōgruere, quæ tamē oon oegetis quibuſlibet laicis, coouenire fateamini neceſſe eſt alterutra à ſemetipſis varietate differre, quibus perſpicue videtis di- A uerſa cōpetere. Videamus etiā quid iā memoratus Inoocētius papa licet in tranſitu ſentire, de re cooſecratione ſignauerit. Ait enim in Decreto, quod Naiſitaoo ſcribit epiſcopo. Superiori tempore, ſi tamē recte recordor, memini me tā ad dilectionē tuā, quàm ad fratres & coepiſcopos noſtros Ruſum & cæteros huiuſmodi literas clericis Naiſentibus tranſmiſiſſe, his videlicet, qui ſe ante damnatiooē Bonoſi aſſerūt ab eodē tam præſbyteros, quā diacooos ordinatos, vt ſi relicto atque dānato eius errore vellēt Eccleſię copulari, libenter recipiātur, ne forte qui eſſent digni recuperādæ ſalutis in eodē errore deperireot. Verū nunc B io Rauēnati vrbe mihi conſtituto propter Romani populi neceſſitates creberrimas, Germanius qui ſe eſſe aſſerit præſbyterū atq; Lupentius qui ſe diacooū dicit multorū taliū quaſi legatiooe ſuſcepta, prece fuſa dolores proprios exprimere geſtiuerunt, aſſerentes ſe quidē Eccleſiā in dilectionis tuæ cooſtitutā parrocbia retinere, ſed tuam cōmunionē non potuiſſe mereri, ea videlicet ratione, quia Ruſtitius quidā oomine iterata ordinatione preſbyteriū ſuſcepiſſet, & non leui impedimento ſit, dū aut illi dolent huiuſmodi hominē in Eccleſia retineri, aut ille ſic peccare debere in alios arbitratur, quemadmodū in ſe agnoſcit eſſe C peccatū. Ecce hic maniſeſte agnoſcitur, quam babuerit Innocentius de reconſecratiooe ſententiā, cum illos ſatageret io ſui Epiſcopi communiooē reſtitui, qui zelo iuſtitiæ dolebant reconſecratū hominem in Eccleſia retioeri. Illum perhibet arbitrari, quia ſic epiſcopus peccare debet in alios, quemadmodum & in ſe peccauerat, qui eū denuo cooſecrarat, familiariq; prope reproborum ſtudio eiuſdem damoatioois laqueo & alios cooabatur innectere, quo ſemetipſum primus oon timuerat irretire. Vode illi non immeritò arbitrabantur buiuſmodi tanquā damnabilem prorſus hæ- D reticum de Eccleſia repellendum, qui & ſibi oon parceret, & aliis periculum prouideret. Nequis autem oos inuoluti volumiois arguat, dum admiſceri his prolixiora canonum fortaſſis exempla conqueritur, haoc nouerit proculdubio cauſam: quia nimirum hi cum quibus agimus ad inſpiciēdos ſacros canones ſæpiſſime ſuadēdo vel exhortando compellere nonvalemus, atque idcirco hic apponendas ſanctorū patrum ſententias digoum ducimus, vt vel excerptas delicatis ac teneris eorum oculis opponamus, quatenus dum quæ ſentimus in his quæ à nobis ſunt prolata, cooſiderāt, autoritati etiam cui innitimur, cedant. Sed vt om- E nia illis conſtet proueoire cōfuſa, hoc etiā aduerſus canooes agūt, quia cūctos ſimul grados io recooſecratione ſuſcipiunt. Vnde cum de quodam mihi noto quia nuper reconſecratus fuerit comperiſſem, fateor exhorrui facious. Quid plura? Tandem conueni hominem. Nunquid inquam iam in te erat aliquid ex his gradibus quos noper ab epiſcopo ſuſcepiſti? Nihil prorſus ait, vt quid enim acciperē, ſi me babere cōſtaret? Et adieci. Ergo à laico nil diſtabas, imò laicus prorſus eras. Etiā ioquit, purus profecto laicus, vtpute qui de clerico nihil habuerim. Sed ſi laicus inquam ipſo die quo laicus eſt ad ſacerdotij iura proruperit, tuo quoque iudicio ſit neopbytus, ac perinde

Inno. in epiſto. ad Laurentiū Symēſem epiſcopū. Cap. 2.

inde proculdubio deponendus. Ad hæc ille cõfuſus erubuit, & concluſionis neceſſitatem quam labefactare non potuit, tacendo firmauit. Illud quoque non leuioris videtur eſſe veſaniæ, quia reſecatis conſeruant, ſed quocunque menſe vel feria munus inordinatæ ordinationis indiffer-nter vſurpant, tanquam prima conſecratio hanc ſecundæ conſecrationis licentiam præbeat, vt confuſis ordinibus vtpote ſimul datis etiam temporum ſtatuta confundat, & hoc in recõſecratione ſit licitum omnimodis teſtantur abſurdum. Vnde quæſo vos pij pontifices, aduerſus impium dogma diuino ſancti zeli feruore concurrite, & emergenti nunc primũ nouæ hæreſi vnanimiter obuiate. Obſtruatur os iniqua loquentium, & peccatorum manus apoſtolicæ fidei non quatiat fundamentum. Seruetur Eccleſiaſtica in ſua puritate doctrina, nec eam vexare permittatur terrena ſapientium turbulenta verſutia. Surgit inimicus noctu per agrum Chriſti zizania conſpergere, vos in die quo ambulatis ſanæ doctrinę ſarculo male ſata radicitus extirpate. Noctu Allophyli puteos ruderibus implent, in die Iſaac euacuare feſtinet. *Gen. 26.* Sacrarium Chriſti nocturnus fur tentat irrumpere, excitetur lingua canum eius ſalubriter oblatrare. Quod & ſi veſtro fortaſſis ordine quiſquam prodeat qui dogmatizare tam nefanda pręſumat, tanto illum durius debetis arguere, quanto & is qui Eccleſiæ autor eſſe debuerat, eam nititur oppugnare. Suggerite igitur domino noſtro papę beatiſſimo, quatenus ſic in reos vigorem eccleſiaſticæ ſeueritatis extendat, vt iuxta indiſcretorum hominum vota innocentes quoſque eadẽ ſententia non inuoluat. Videtur enim luxuriare iudicium, quod in filiorum necem pro paterno fuerit crimine promulgatum. Et ſimoniacos quidem vt iam cœperat, diuinis animatus viribus, deſtruat, ſed non eotenus, vt eorum ordinationem immoderato quorundam iudicio ſubiacere permittat, imò qui vice Petri claues tenet Eccleſiæ, ipſe potiſſimum aduerſum nouum dogma cõſurgat, & introductores prauitatis dignæ ſententiæ iaculatione confodiat, *Mat. 13.* & qui clauum ſagenæ regit, quæ piſcatoribus eſt commiſſa, malos piſces à bonis ſtudeat ſub hac diſpenſatione ſecernere, *Ibid.* vt cum eis ſimul etiam bonos non adiciat reprobare. Dicat ergo hominibus indiſcretis, quod paterfamilias dixiſſe legitur ſeruis, ne forte, inquit, colligentes zizania ad comburendum, eradicetis ſimul & triticum, nimirum vt ſic poſtmodum zizania comburenda colligantur, quatenus triticũ *Act. 5.* in horreum congregetur. Nunquid enim beatus Apoſtolus cum Ananiam & Saphiram animaduerſionis ſententia perculit, in filios quoque vel neceſſarios vlciſcendum eſſe decreuit? in ipſum quoque Simonem vibrata ſententia, non in eos vſque pertranſiit, qui aliquid veritatis ab eo potuerunt fortaſſis exculpere. *Act. 8.* Nam quum dicitur, pecunia tua tecum ſit in perditionem, pecunia cũ negociatore percutitur. At vbi deeſt pecunia, percuſſio non timetur. Et vos itaque venerabiles patres cum beatiſſimo ſummo pontifice ſic cuncta ſub diſcreti examinis ęquitate diſponite, vt traditam tanti doctoris regulam in veſtra quoq; videamini cenſura ſeruare, quatenus in Eccleſiæ corpore ſic ferrum quæ corrupta ſunt, ſecans,

Appendix.

A vt tamen in proprij vigoris robore ſyncera quæ qua permaneant, ſic plectibiles puniantur exceſſus, vt dum reatum ſeueritas legalis exequitur, ſua innocentiæ immunitas reſeruetur, ſic arbor viciata ſecuribus ſit obnoxia, vt plantæ ab illa tráſpoſitę, in ſui viroris gratia radicitus coaleſcant. Veruntamen & hoc ociosum eſſe non credimus, ſi quod ſuper hoc negotio idem venerabilis Leo papa ſtatuerat, exponamus. *Lege epiſt. decretalẽ Leonis ad epiſcopos per Cæſarienſem Mauritaniam conſtitutos.* Nam cum omnes ſimoniacorum ordinationes ſynodalis vigoris autoritas caſſaſſet, protinus à Romanorum multitudine ſacerdotum magnæ ſeditionis tumultus exortus eſt, ita vt non ſolum ab ipſis, ſed à plæriſq; B diceretur epiſcopis, omnes pene baſilicas ſacerdotalibus officiis deſtitutas, & præcipue miſſarũ ſolennia ad ſubuerſionem Chriſtianæ religionis & deſperationem omnium circumquaque fidelium funditus omittenda. Quid plura? Poſt longa ſane diſceptationum hinc inde volumina tandem ſuggeſtum eſt reuerendæ memoriæ nuper eiuſdem ſedis epiſcopum decreuiſſe Clementem, vt quicunque à ſimoniaco conſecratus eſſet, in ipſo ordinationis ſuæ tempore non ignorans ſimoniacum eum eſſe obtulerit promouendum, quadraginta nunc dierum pœnitentiam ageret, & ſic in accepti ordinis officio miniſtraret. Quam nimirum ſententiam protinus venerabilis Leo ratam C percenſuit, & ſub huiuſmodi pœna hos in acceptis officiis de cætero perſeuerare mandauit. Nam & nonnullos hodiéque conſpicitis, qui dũ à talibus diuerſi gradus fuerunt ordinati, ab eodem ſummo põtifice ad epiſcopatus apicem ſunt prouecti. *I. quæſt. 1. cap. Si quis epiſcopus per.* Nec id perperam: quia cum canonica decernat autoritas, vt quicunque per pecuniam ſacram obtinuit dignitatem deiiciatur ipſe, & ordinator eius, patet proculdubio, quia ſimoniacæ ordinatũ ordinatorémq; cõtemnens hic protinus iudicij metá fixit, nec ſententiæ calculũ in eum quoque qui ab huiuſmodi promoueri potuiſſet D extendit. Nã ſi canonis huius autor prouectũ quẽlibet à ſimoniaco deiiciendum duceret ipſum ordinatoré. nq; illius notãs, conſequẽter etiã de his qui ab eo promoueri poterát, non taceret, vt nimirũ diceret, deiiciatur ipſe & ordinator eius, ac præſto ſubiungeret, & quicunq; fuerit ordinatus ab eo. Quod quia non dixit, nec nobis etiam ſentiendũ eſſe ſignauit. Quæror aduerſum vos ſimoniaci, in graué nobis elucubrationis huius moleſtiá intuliſtis. Equidẽ noſtra defendimus, ſed ita dũtaxat, vt vos perpetuo condẽnemus, ſic ea quæ per vos agũtur, admittimus, vt vos abominabiles omniũq; perditorũ extremis dignos ſupplicijs arE bitremur. Nimirũ Iudas dominũ purum hominẽ credens vendidit, ſed mox preciũ ſanguinis abiecit. Vos autem nihil de diuinitate ſancti ſpiritus ambigentes, & commerciũ illi venalitatis aſcribitis, & perpetrati ſacrilegij cõmodũ poſſidetis, quique fueratis vltione plectẽdi, ſcelera cõmiſſa lucramini. Quib⁹ ergo vos merito cõparauerim, qui diuina munera nõ vobis, ſed aliis habetis, & quæ illis ad ſalutis proueniũt cumulũ, vobis in iudiciũ perditionéq; vertũtur. Iudæis plano vos ſimiles video, qui medullu⁹ diuinę legis ignari Chriſti fidelibus per orbẽ vbiq; facti ſunt ſcriniarij. Apum quoq; formã propemodũ tenere videmini, quæ dũ obdulcãdis faucibus hominũ elaborata mella

tranſmittunt, ipſæ mox perituræ famis inopia cō-
tabeſcunt. Denique perpendite inſelices, quam
immaniſſimo perditionis barathro ſitis immerſi,
quorum mala non ſolum mala ſunt, ſed ipſa etiam
bona vobis facta ſunt mala, quibus nimirum be-
nedictio in maledictionem, chariſmata in hære-
ſim, ſacramenta in ſacrilegium, honor in contu-
meliam, prouectio verſa eſt in ruinam. Huc ac-
cedit, quia & de tot animabus eſtis reddendæ ra-
tioni obnoxij, quot nunc videmini fidelibus
eſſe prælati. Affluite nunc diuitiis, conſtipa-
mini tumeſcētes obſequentium cuneis, prope eſt
vt videatis omnes angelorum exercitus aduerſum
vos vehementer iratos, Apoſtolos, martyres, om-
niumque ſanctorum agmina contra vos terribili-
ter inſurgere, & in damnationis veſtræ ſententiā
concordi ſimul ac parili iudicio conuenire. Illum
quippe habetis offenſum, atque ideo conſequen-
ter infeſtum, cuius offenſio neque hic remittitur,
neque in futuro. Immanitate porro cruenti ac
ſceleratiſſimi criminis veſtri, adulteros vincitis,
homicidas exciditis, raptores, ſacrilegos, inceſtos,
parricidas, atque omnium pene reorum flagitia
ſuperatis. Et adhuc parum eſt. Nam ſi res digna,
vt eſt, exiſtimatione perpēditur, ipſa Iudaica per-
fidia, omniſque prorſus hæretica prauitas veſtris
exceſſibus non æquatur. Orta eſt vobis nox in
meridie, tempeſtas in ſerenitate, fit vobis cœlum
ferreum, & terra ænea, quia ad ſuperna mole ne-
quitiæ non aſſurgitis, & intra homines quod con-
1\. Quæſt. 1. cap. quicunque. ſcientia teſte commiſſum eſt, non cœlatis. Sane ſi
tunc etiam, ſicut patrum teſtatur autoritas, bene-
dictio vobis in maledictionem vertitur, cum be-
nedici ſacerdotis ore videmini, quid vobis tunc
fiet cum ipſa vox diuina vos maledictos appellat,
& reprobat, à conſpectu ſuo vos iudicis furor ab-
iicit, & tortoribus tradit? Tunc profecto diſcetis,
quanti conſtet tranſacti honoris amara contem-
ptio, cum iam neceſſe erit, vt vos tartarus infini-
tæ patens abſorbeat, & gehennæ crudelis os con-
cludat. Tunc oſſa veſtra medullis pinguibus irri-
gata trepidabunt, ſtridenſque flamma depaſcet,
tunc edax incendium velut eructuans de cliba-
no per ora vobis, per oculos, per aures, & nares
vaporibus eructuare non deſinet. Sic ſic dignum
erit iam vt cum illo duce veſtro hæreſiarcha vi-
delicet Simone participium ſortiamini, & quibus
non ſuffecerat paradiſus gratis à Chriſto promiſ-
ſus, ſatisfaciat infernus à diabolo pecunia com-
paratus, quanquam & ipſo veſtri erroris autore
& peſtilentis cathedræ præſide vos non incon-
grue damnabiliores intelligam, vt eum videlicet
digne præcedatis in pœna quem nequiter exceſ-
ſiſtis in culpa. Ille ſiquidem cœleſte munus duo-
taxat emere voluit, ſed voti compos ad effectum
fulminandæ concupiſcentiæ non peruenit, vos
autem voluiſtis & confeciſtis, acceſſiſtis & irre-
pſiſtis. Structa eſt fabrica, prodiet & moneta. Ille
denique dum ſe Deum ſimulat canis oſtenditur,
dum eleuatur, obruitur, dum ſcandere cœlum vi-
detur, in tartarum labitur. Conſequenter & vos
dum petitis altà, corruitis: dum æquales videri
cæteris hominibus contenti non eſtis, diuino ſi-
mul & humano deſpecti iudicio ad immundorū
canum ſimilitudinem feſtinatis. Verum nos nugas
terimus, ſi oſſa arida ad vitam reducere corripiē-

A do quaſi vaticinando tentemus. Solummodo o-
randum eſt, vt honore depoſito carnes neruoſque
reinduant, & ſic per afflatum Sancti ſpiritus de-
nuo reuiuiſcant. Sed iam emenſo pelago clauum
ſtringentes, vela ſubmittimus, quia duce Chri-
ſto litus aſpicientes portui propinquamus.

PETRI DAMIANI OSTIENSIS episcopi Sermones.

Sermo Petri Damiani contemptibilis Monachi, fratribus Heremi, primus.

B LEtamur de honeſtiſſima petitione
veſtra, fratres chariſſimi, & flebiles
importunitatis veſtræ querelas gau
dendi nobis materiam deputamus.
Quia enim his diebus, ad propria
peccata familiarius deploranda, nō
ſolùm remotioris cuſtodiæ obicem corpori, ſed
etiam peccanti linguæ frena poſuimus: pulſatis,
petitis, & vt vobis ædificationis verba proferre
non pigeat, inſtantiſſima flagitatis: maxime quia
nuper Octaua ſanctæ Pentecoſtes me tacente Octaua S. Pentecoſtes.
pertranſiit, & inde non mediocre vos arbitrami-
ni propriæ ſalutis incurriſſe diſpēdium, quia me-
C cum non potuiſtis de aduentu ſancti Spiritus fre-
quenter habere ſolito more colloquium. Vnde
non immerito gratulamur in Domino dum ad il-
las epulas vos auidos atque inhiantes aſpicimus,
quorum ſobrios ac faſtidioſos, velut male lan-
gueſcente ſtomacho, mentis morti proximos iu-
dicabamus. Et licet vera caritas non patiatur in-
ter fratres diuiſa ſentiri, fateor tamen in hoc arti-
culo cor meum veſter mœror exhilarat: atque vt
ita dicam, amaritudo triſtitiæ veſtræ meum pe-
ctus obdulcat, quia vnde pia mens veſtra meren-
do tabeſcit, inde & veræ ſalutis gaudium perfi-
citur: teſtāte Apoſtolo qui ait: Triſtitia ſecundum 2. Cor. 7
D Deum, ſalutem ſtabilem operatur. Sed qui San-
ctorum patrum Homelias legitis, qui quotidie ſa-
cri eloquij meditationibus inſiſtere non ceſſatis,
quo pacto inter ipſa plena Torrentis circumfluꝰ,
profunda tam aridi & paupercculi hominis aquā
deſpicabilem ſitire dignamini, niſi quia ad hoc nō
amor ſcientiæ quæ inflat, impellit, ſed charitas po
tius, quæ ædificat, attrahit? Si enim vobis, vt de- 1. Cor. 8.
poſcitis, officio linguæ currentis eloquerer, quid
aliud niſi eadem ipſa quæ legitis, verbis vulgari-
bus iterarem? Tamen quia id tantopere depoſci-
tis, amodò cùm in ſacris ſolemnitatibus conue-
nietis & voſmetipſos è cellulis venientes tanquā
E de ſepulchris erutos in reſurrectionis gaudium
mutuò præſentatis: volo, ſi præcipitis, prout di-
uina gratia dictauerit, aliquid vobis iuxta ruſti-
citatis meæ rudimenta conſcribere, & vt ipſe ſan-
cto Conuentui noſtro deeſſe non videar, præ-
ter illa quæ legitis, ſaltem parum aliquid, velut a-
greſtes herbas opulentis ferculis, adhibere. Sic i-
taque veſtris deſideriis ſatisfiet, dúmque mihi li-
terarum artificioſa copia non ſuppetit in iis quæ
tentauero ſcribere, à viuis modice ſermonibus
videbimur diſcrepare. Sed vnde iſta cōgruentius
incipere poſſumus, niſi à ſancto Spiritu, cuius vos
nuperrime & ſolemnia coluiſſe, & ſermonem ex
officij noſtri miniſterio non audiuiſſe, grauiter
ſuſpi-

ſuſpirare videmus? Et hæc quidem ſi timide, ſed fidenter aggredimur, quia de quo loqui volumus ab ipſo concipimus vt loqui digne valeamus.

De ſpiritu ſancto & eius gratia.

Primo itaque notandum eſt, Fratres chariſſimi, atque omni amiſſa memoriæ commendandum, quia niſi quis gratia Sancti ſpiritus mereatur afflari: licet conetur, licet ad tempus eniti videatur: nunquam tamen ad bona peragenda prorſus aſſurgere, nunc quoniam Deo placiti operis valet fructus afferre. Arbor namque ſolo radicitus fixa ſuccos ex fuligine concipit: quibus per interiora diffuſis: & in incrementa ſe roboris erigit & germen emittit. Quique autem fideles, arbores ſum⁹ intra ſanctæ nemus Eccleſiæ illius ſummi Agricolæ diſpoſitione plantati. Quam plantationem, Paulus iudicabat Ephæſiis cum dicebat: Vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtutem, corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem, habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris in charitate radicati & fundati. Terra autẽ noſtra, vbi ſpei noſtræ radix innititur, illa eſt profecto de qua per Pſalmiſtam dicitur: Portio mea in terra viuentium: ſiue etiam humanitas Chriſti, de qua alibi idem Prophæta perhibet, dicens: Etenim firmauit orbem terræ qui non commouebitur. Si ergo vt infructuoſæ arbores areſcere volumus, ſi ſecurib⁹ excindi ac deputari ignibus, vtiliter formidamus: in illa supernorũ ciuium patria, in humanitate Redemptoris noſtri, per charitatis glutinum, ſpei noſtræ radix ſemper inhæreat, & ad profferendos bonæ operationis fructus in robur fortitudinis firmiter conualeſcat. Sed ſicut arbor ſi ſine geſtantis ſucci humore deſeritur, protinus exſiccatur. Sic & anima noſtra niſi Spiritus ſancti gratia fuerit rore perfuſa, funditus arefacta ad nullius ſanctæ operationis germen poterit eſſe fœcunda. Ille enim mentibus lumẽ inſerit, deſiderium excitat, vires infundit. Illuſtrat ſiquidem vt videamus, prouocat vt velimus, roborat vt bona quæ volumus implere valeamus. Ex illa nempe fœcunditate prodeunt lacrymæ noſtræ, ex illa compunctiones mentium, ex illa cõfeſſio peccatorum. Sicut enim anima eſt vita corporis, ita & vita animæ veſtræ Spiritus ſanctus eſt: Et ſicut corpus noſtrum anima recedẽte collabitur, ita & eadem anima ſi Spiritus viuificator abſceſſerit, neceſſe eſt moriatur, ſine cuius videlicet munimine nec ad agnitionem Dei qualibet ratione pertingere, nec ea quæ Dei ſunt poſſum⁹ aliquatenus penetrare. Apoſtolo teſtante, qui ait: Spiritus ſanctus omnia ſcrutatur etiam profunda Dei. Cui mox ſententiæ conſequenter adiungit. Quis enim ſcit hominum quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Itaque, & quæ Dei ſunt nemo cognouit niſi Spiritus Dei. Sed an multis, fratres chariſſimi, fortaſſis inquirere, & qui ſcire poſſumus an habeamus Spiritum Dei? In hoc profecto conſtat quia ſpiritum Dei habeatis ſi Deum vere cognoſcitis. Si enim iuxta Apoſtolica verba nemo quæ Dei ſunt nouit niſi Spiritus Dei. Quis poſſet cognoſcere Deum niſi eius Spiritum mereatur habere? Sed & hoc ipſum forſitan adhuc vobis in dubium venit an cognoſcatis Deum: Sed audite Ioannem Apoſtolum dicentem. Qui dicit ſe, inquit

Sine S. Spiritus ſancti gratia nemo poteſt bene operari.

Arbores fuligine fecundari Chriſtiani arbores & agricultura Dei ſus.

1. Cor. 3.

Eph. 3.

Pſal. 141.

Pſ. 92. 94

Spiritus ſancti fructus in anima humana.

1. Cor. 2.

1. Ioan. 2.

A noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Ille ergo vere Deum cognoſcit qui eius mandata cuſtodit: Vnde & ille perfectus mandatorum Dei cuſtos ſecurus aiebat. Nos inquit, ſpiritum huius Mundi non accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt. Quis eſt autem ſpiritus Mundi? Ille profecto eſt qui ſuadet homines diuina præcepta contemnere, terrenis negotiis delectabiliter inhærere innundante dominationis culmẽ appetere, carnalis illecebræ paſſionib⁹ turpiter ſubiacere, tranſitoriæ poſſeſſionis fines extendere, tumido ſuperbiæ faſtu ſuper proximos iura poteſtatis ambire: Et contra Spiritus qui ex Deo eſt, B quas replet mentes, ad cœleſtia prouocat: & expulſo torporis & negligentiæ frigore ad amorem diuinum inflammat petulantia carnis deſideria reprimit, & liberum cor ab omni terrena delectatione ſuſpendit. Ille reddit hominem ad deſpicienda proſpera rigidum, ad aduerſa ſuſperanda robuſtum. Ille exhibet bene viuentibus humiliter ſubditum: ille obiicit praue agentibus, in iura liberæ auctoritatis erectum. Ille quem replet prudenter inebriat, atque à ſenſu vitæ præſentis alienat. Ante non erant illi diuina ſobrietate veraciter ebrii de quibus à male inſanientibus dicebatur, quia muſto pleni ſunt iſti. Nunquid nõ C quædam ebrietas diuina eſt præſentia & præ oculis poſita cuncta deſpicere: atque ad ea non videntur, toto mentis deſiderio medullitus anhelare, mollia quoque & iocunda contemnere, dura vero & aſpera pro diuino libenter amore amplecti? Hanc ebrietatem, fratres chariſſimi, continua nobis neceſſe eſt orationis inſtantia quærere, hanc velut aridis mentis noſtræ faucibus tota debem⁹ intentione ſitire. quærat ergo aſſidue anima noſtra hunc Spiritum, quo vegetante viuat, quo illuſtrante videatur, quo docente ſapiatur, quo duce, in offenſo amoris curſu, ad patriam tendat. Quæramus itaque à Deo noſtro non quod quili- D bet pauperes diuitibus huius Mũdi quærunt: non videlicet numum, non digeſtibilem cibum, non nudi corporis indumentum. Scit enim ille qui ad hæc nos vetat eſſe ſolicitos, quia iis omnibus indigemus. Illud itaque flagitemus quod nobis eſt præ omnibus neceſſarium, & ille magis petentibus dare delectatur. Illud, inquam, ab eo ſine ceſſatione quæramus ad quod nos ipſe & quærendum prouocat, & ad ſperendum certa promiſſione confirmat, dicens: quia ſi petimus, ſi pulſamus aperietur nobis, & Pater noſter de cœlo dabit Spiritum bonum petentibus ſe. Sed qui à diuite noſtro Eleemoſynam quærimus, vt impetrandi co- E pia concedatur, quærendi formam, & à Mundi pauperibus mutuemur. Pauperes enim cum à diuitibus aliquid accipere geſtiunt, mox ora ſacculorum laxant, & ſic ad accipiendum parati, quibus præualent vocibus clamant, vt dum ſic paratus quiſque à ſpeculatore domus aſpicitur, facile omnia conſequatur. Saeculus quidem noſter, cor noſtrum eſt: In quo ſi volumus noua cœleſtis gratiæ dona ſuſcipere, ab omni terrena concupiſcentia, fermento videlicet veteri, neceſſe eſt vacuare. Cuius profecto ſacculi ſinum indubitanter expãdimus, ſi perfecti amoris incendio, donis cœleſtibus inhiamus. Cuius ſacculi bene Paulus ora laxaueras cum dicebat: Os noſtrum patet ad vos ô

1. Cor. 2.

Spiritus Dei, & Spiritus Mundi quid efficiant in anima.

Act. 2.

Diuina Ebrietas quæ ſit.

Matt. 6.

Luc. 12.

Mat. 7.

Luc. 11.

Pauperũ in Eleemoſyna petẽda habitũ in Oratione imitari oportet.

2. Cor. 6.

Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt, hunc laxa-te & illos monuit, cum ſubiunxit: Non anguſtiamini in nobis, & paulo poſt: tanquam filiis dico, dilatamini & vos. Conſideremus & quomodo ſa pauper, illa ad percipienda de ſupernis munera præparauerat, cum clamabat, cum vociferabatur cum interioris organi voces ingeminabat, dicens:

Pſal.56.

Paratum cor meum eſt, paratum cor meum: ac ſi aperte diceret: Cor meum Domine ad capienda tuæ largitatis munera præparo, quia cunctis hoc prauæ cogitationis ſqualoribus purgo, nihilque in eo relinquitur quo gratiæ tuæ munus deſuper veniens refundatur. Ego curaui quæ intus male ferueabantur egerere, tu accelera dono tuæ pietatis illud dignanter implere. Cor meum vacuefactum atque attemperatum teneo, quia effoſſis ex eo vitiorum ruderibus, ad amplectendam tui Spiritus gratiam tota mentis intentione ſuſpiro. Ecce pauper Dei, cor tenes paratum, quia à prauis cogitationibus illud ſeruas mundum. Sed niſi clamantem, niſi vociferantem audiat aliquis, de eminentioris cenaculi penetralibus eleemoſinam pauperi porrecturus nemo accedat. Poſtquam ergo dixit, paratum. Cor meum Deus paratum cor meum, protinus addidit: Cantabo & pſalmum dicam Domino, tanquam diceret: Cor vtique meum præparo & voces importunæ poſtulationis emitto, vt & vox ad miſerandum audita permoueat, & paratum cor id quod ex largitate miſerentis emittitur, non effundat. Hæc nempe duo, fratres mei, vobis permaxime neceſſaria ſunt qui heremi remotiora ſtudio ſingularitatis incolitis qui contemplatiuæ vitæ ſpeculationibus inſudatis. Expedit vobis aſſidue pſalmorum modulationi & crebris orationibus vigilanter inſiſtere, & contra cogitationum ingruentium impetus omni virtutum conamine dimicare. Eliminemus ergo omnes ſpurcitias de cordis noſtri hoſpitio, & quibus poſſumus variis virtutum floribus aſpergamus. Delectatur Deus nitidum pectoris noſtri tabernaculum ingredi: Et ſuauibus in eo bonorũ operum delitiis epulari. Sicque præparato atque compoſito decenter intimæ domus ornatu pſallamus, oremus, & quibus illum poſſumus clamoſæ mentis ſupplicationibus inuitemus. Sicque complebitur in nobis vox illa prophetica qua dicitur.

Heremitis neceſſaria iſta adſunt.

Pſ.107.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meũ cantabo & pſalmum dicam Domino. Deprecentur ergo aſſidue Redemptorem noſtrum & totis illum viſceribus imploremus vt cor noſtrum dignetur clementer inuiſere, & dimota omni vitiorum caligine gratia Sancti ſpiritus illuſtrare: quatenus quo regenerante in illum credimus, eodem inſpirante, recto tramite ad ipſum peruenire valeamus qui viuit & regnat cum Deo Patre & eodem Spiritu ſancto per omnia ſæcula ſæculorum Amen.

P. Damiani Sermo 2. De vitio linguæ.

CVm pius exactor, quæcũque merces ſub chyrographo cautionis offeruntur, amplectitur: ſecurus eſt debitor qui tenetur. Sic ergo, fratres chariſſimi, ſic nimirum cum vos ad libenter audienda quæ de meæ ruſticitatis inopia proferuntur intantos aſpicio: ad reddendũ vobis deinceps promiſſi ſermonis debitum, promptior conualeſco vt quia per totius hebdomadæ circulum in cellulis ſingulariter conſtituti, affluentibus ſcripturæ ſacræ dapibus eſtis ſaginati: nunc de manibus ſeruitutis noſtræ veſter animus tanquam vilis ad veſcendum poma ſuſcipiat, vt poſtmodum ad priores epulas quanto eſurientius, tanto auidius recurrat. Curate ergo, fratres mei, cum inuicem conuenitis vt honeſtè grauiter & moroſè incedere ſtudeatis, quatenus debitæ mortificationis inſignia præferentes, & inter voſmetipſos quiete ſe pacifice fraterna valeatis charitate congruere, & extrinſecus aduentitiis ſanctę cõuerſationis exẽpla præbere: pręcipuè tamen loquacitatis vitio ſeuerè ac vigilanter obſiſtere, & prurienti linguæ, frenum ſobrij moderaminis adhibere, ne quod abſit, breuis horæ ſpatio perdatis, otioſa loquendo, quod per plures dies acquiſiſtis orando: & nunc lingua leniter effluat, quod mentem poſt ea, pœnitendo, grauiter præmat. Sæpe namque inter reliquos cibos vnum fortaſſe à comedente tranſitur, quod per plures poſtmodum dies occupans ſtomachũ minime digeratur. Sic nimirum inter multa verba quæ indiſcretè proferimus, impoſſibile eſt vt nõ quandoque aliquid prodeat quo deprimi mentis noſtræ ſtomachũ ſentiamus, ac per hoc nequeat facile digeri: quia non poteſt obliuioni traditum à cogitatione deleri. Nõnulli enim fratrum poſtquam ſe aliquando diutius ſiluiſſe meminerint, quadam, quaſi ex ipſo ſilentio, ſecuritate præſumptæ mox ad proferenda vana quælibet & læuia defluunt & non ad neceſſitatis iudicia, ſed ad voluptatis potius petulantiam indiſcreta ora reſoluunt. Quibus profecto valde timendum eſt ne magis Deum de vitio vaniſluæ verboſitatis offendant, quam ſibi prius de ſilentij ſui cenſura placuerant Deum ſiquidem quem ſilentio & orationibus inſiſtendo in ſe ſuſcipere fortaſſis ante meruerant, nunc vacando fabulis & ſermonibus otioſis, tanto periculoſius quanto vicinius perſequi non formidant. Audiant itaque quid Paulus Epheſiis dicat: Omnis, inquit, ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus eſt, ad ædificationem fidei oportunus, vt det gratiã audientibus. Et quia nonnulli Deum prius viuendo lętificant, ſed poſtmodum ſuperflua quæque & peruerſa loquendo contriſtant. Illico ſubiunxit: Et nolite contriſtari Spiritum Sanctum Dei in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Perpendant miſeri quæ illis lætitia in vanis ſermonibus poteſt lenocinanter obrepere, quibus ſciunt, ſe non potentem ſæculi, non etiam quemlibet ſanctum hominem, ſed ipſum Spiritum ſanctum, qui proculdubio Deus eſt, contriſtare. Quanto autem cautelæ ſtudio linguæ procacitas freuanda ſit. Si quis noſſe deſiderat inter quæ crimina ab eodem magiſtro gentium numeretur, attendat. Fornicatio, inquit, & omnis immunditia aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquiũ, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet. Vbi enim fornicationem & immunditiam, atque auaritiam texuit, ibi & indifferenter ſcurrilitatem & ſtultiloquium nominauit, vt manifeſtè detur intelligi, linguæ malum grauiſſimis criminibus in offen-

Monaſticus inceſſus decorus.

Linguę adhibendum frenum.

Verba otioſa, mẽtem lędunt, vt cibus quidã, ſtomachũ.

Vana ex ſilentio ſecuritas cauenda.

Eph.5.

Eph.5.

Lingua vitium grauiſſimis criminibus æquale.

offenſione coniunctum à quibus in ipſa prohibitione non eſt diſcretum. Quid autem vaniloquio poteſt eſſe deterius quod non modo per ſemetipſum in fœlicem animam lætaliter granat, ſed & ipſam honeſtæ vitæ religionem quæ hominem Deo iûxit euacuat? Iacobo teſtâte qui ait: Si quis

Ia. 1.

putat ſe religioſum eſſe non refreoans linguâ ſuâ, ſed ſeducens cor ſuum: huius vana eſt religio: Quibus nimirum verbis luce clarius conſtat, quia in nihilum omnis noſtra religio redigetur niſi ſollicite immoderata linguæ laſcinia compeſcatur.

Ia. 3.

Qui rurſus ait: Qui in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Si viri perfectio in cuſtodia verbi ponitur, profecto patet, quia per effrenatæ loquacitatis in curiam, omnis etiam perfectæ vitæ compoſitio diſſipatur. Et ſi rem velimus diligenter inſpicere, deterius peccat plerumque lingua quam vita. Nam & ſi vigilanter animam noſtram cuſtodire proponimus, tamen quia propagati de carne cum peccato ſumus, impediente ſæpius ipſa carnis infirmitate peccamus. Sed quicquid in humana conuerſatione delinqnitur, fructuoſæ pœnitentiæ remedio & crebris orationibus expiatur. Conſideremus ergo, fratres chariſſimi, quàm graue ſit delinquere in lingua quæ compuncti & amari cordis interpres pro noſtris delictis efficaciter conſueuit orare, & eam vaniſſimæ loquacitatis vitio ream atque obnoxiam diuino conſpectui reddere, quæ nimirum in ſuæ munditiæ puritate perſiſtens, noſtris reatibus poterat veniam obtinere. Vnde non immerito per virum ſapientẽ

Eccl. 28.

dicitur: Flagelli plaga, liuorem facit, plaga autem linguæ, comminet oſſa. Ecce lingua, oſſa non habet, & oſſa comminuit, quia cum ipſa per ventoſa verba læuiter effluit, fortiora atque robuſta virtutis noſtræ facta corrumpit. Nam cum mors &

Prou. 18.

vita ſit in manu linguæ, valde cauendum eſt vitium quod & manu ad feriendum vti dicitur, vnde inanirer loquentis anima trucidetur. Vnde nõ immeritò idem qui ſupra ſapiens dicit: Multi ceciderunt in ore gladij: ſed non quanti qui interiẽrunt per linguam ſuam. Duo autem vnicuique neceſſaria ſunt qui ſe ab huius nequitiæ peſte cuſtodire deſiderat, vt videlicet & proprium os à ſuperuacuis ſermonibus comprimat, & aures etiam ab ineptie alienæ loquacitatis confabulationibus claudat: quoniam hoc virus non ſolum eos à quibus oritur lætaliter inficit, ſed eos etiam in quos effunditur, pernicioſa tabe corrumpit.

Quibus remedijs lingua cohiberi poſſit.

Vnde ſcriptum eſt. Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam: & ori tuo ſacito oſtia, & ſeras auribus tuis: Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis ſacito ſtateram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne ſorte labaris in lingua & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem. Salomõ

Eccl. 28.

Prou. 13.

autem dicit. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam, qui autem incõſideratus eſt ad loquẽdum, ſentiet malum. Nec enim credendum eſt, fratres mei, ſanctos doctores noui ſcilicet ac veteris Teſtamenti, tot ſine cauſa ſententias aduerſus linguæ vitium protuliſſe. Niſi enim huic morbo immane periculum ineſſe cognoſcerent, nequaquam aduerſus hunc tam auſterè, tam acutè, tam multipliciter, tam vniformiter diſputarent. Vt enim cætera teſtimonia ſacræ ſcripturæ prætercam

Ia. 3.

A quem Apoſtolica verba illa non terreant, quæ de hac pernicie terribiliter intonat, dicens: Ecce, inquit, quantus ignis quàm magnam ſiluam incendit: Et linguæ ignis, vniuerſitas eſt iniquitatis: Lingua conſtituitur in membris noſtris quæ maculat totum corpus & inflammat rotam natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna. Non autem in initio lingua ignis dicitur. Quia ſicut de inſipiente Salomon dicit: apertio oris illius, inflammatio.

Eccle. 20.

Si ergo ignis eſt quę omnem virtutum noſtrarum ſiluam incendit, ſi vniuerſitas eſt iniquitatis, ſi totum corpus ſua fœditate contaminat, ſi rotam noſtræ natiuitatis inflammat: id eſt, ſi omne meritũ, B inſtabilis huius vitæ noſtræ ſuæ damnationis incendio deuoratur niſi linguam ſuam quis diſcreta moderatione cuſtodiat: quis de ſobrietate, quis de caſtitate præſumere: quis de ieiuniis, ſiue vigiliis, atque alia ſe poterit bona operatione iactare? Ponamus ergo, fratres chariſſimi, frenum ori noſtro: Non ex eo verba ſcurrilia prodeant, non fluxæ letitiæ prorumpant. Non lingua veſtra, fratres infirmi, vitam detractione mordeat, non bene currentis opera ſub vitæ huius incerto præcipitanter extollat. Non præterita facta vel dicta inaniter recitet: Non quod à ſecularibus agatur, inter fratres peſtilenter enarret. Seruemus & nos quod

Coloſſ. 4.

C Paulus Coloſenſibus præcipit, dicens: Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus: vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere: ſit ergo lingua veſtra modeſta, ſobria, pudica. Sit ori veſtro ſaliua virgo creſcente, & niſi vtilitatis occaſio præbeatur, vſque in craſtinũ ſiue perendie incorruptè ſeruetur. Portatis vobiſcum, fratres mei, portatis clauem cellolæ, portate clauem linguæ. Opponitis peſſulum oſtio, adhibete retinacula ſalubriter ori veſtro. Auceps non emittit Accipitrem niſi Anſeram videat, & Monachus dimittat linguam ſuam ſi loquendi neceſſitas non aſſiſtat? Dedignatur venator Catulum ſoluere niſi lepus D appareat, viliorem habeat Monachus linguã ſuam quam ad nullius ſalutem vel commodum inutiliter ſoluat? Sudat lapis in manu oppugnantium mœnia, & in caſſum volat verbum de ore ſtantis in ſanctæ Eccleſiæ diſciplina! Arcus flexis cornibus fruſtra non intenditur, & rationale os ad effundendam irrationabilia paſſim reſeratur! Parcitur pharetræ vt ex ea ſagitta læuiter non exeat, nõ parcitur linguę vt mordax, in quemlibet, verbum velut ictum volneris non infligat! Quid ad hoc fratres dicimus? Qua nos argumentatione defendere. Qua nos poſſumus artificioſa excuſatione purgare? Nunquid non facilius eſt atque tranquilius tacere quàm loqui? Nunquid nõ laborioſius

Stare in S. Eccleſia diſciplinæ pro Monaſticam viuere.

E eſt, linguam per tot prolixæ loquacitatis verba diſcurrere, quàm in ſuo quietam ſilentio permanere? Vnde non immeritò de quibuſdam per Ieremiam dicitur: Docueruot linguam ſnam loqui mendacium, vt iniqoe agerent laborauerunt. Laboraſſe dicuntur vt iniquè agerent qui tacendo vtique ſine peccato melius quieuiſſent. Et ſi forte quemlibet ſortem in lingua ſe ſatigare iugiter delectat, Paulum audiat quid dicat Corinthiis: Quid ergo fratres? Cum conuenitis, vnus quiſque veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, Apocalypſim habet, linguam habet, interpretationẽ habet: omnia ad ædificationem fiant. Si quem er-

Hier. 9.

1. Cor. 14.

go tædet linguam ſuam rigida ſilentij cenſura cõ-
peſcere orando, pſallendo, legendo, ſiue etiam æ-
dificationis verba proferendo ſtudeat eam ſalu-
briter exercere: ne cui nunc ardet lingua in lo-
queodi concupiſcentia, damnationis ſuæ poſtmo
dum comburatur in pœna. Neque enim negligẽ-
Luc. 16. ter audiendum eſt, quod diues ille petebat refri-
gerari linguam ſuam, quia cruciabatur in flãma.
Quia enim iuxta apoſtolicã ſententiã humana lin
gua à gehenna, hoc eſt à gehennalibus incolis nũc
dicitur inflammari: non immerito poſtmodum
flammis vltricibus tradita cum eiſdem ſimul me-
retur aduri. Vnde non incongrue de peruerſa lin-
Eccl. 28. gua per virum ſapientem dicitur. In flamma, in-
quit, ſua comburet iuſtos. Qui dereliuquit Deum
incidet in illam, & exardebit in illis, & non extin-
guetur in illis. Qui Leo, qui Pardus ledet eos?
Mat. 12. illud & quantæ formidini, quanto nobis debet eſ-
ſe terrori, quod veritas ait, omne verbum ocioſum
quod loquuti fuerint homines reddent rationem
de eo in die iudicij. Audiat vaniloqua lingua au-
diat lingua otioſa, audiat lingua ſcabioſa, lingua,
inquam, quæ velut ſcabiem quandam atque pru-
ritum patitur: niſi ſemper quodammodo acuto
ſuperuacuæ locutionis vngue ſcalpatur. Audiat
& paueſcat, intelligat & circa terribilem ſenten-
tiam perhorreſcat. Audiat terrorem iudicij de
ore ipſius iudicaturi. An non habet aures vt poſſit
Prou. 18. audire, quæ & manum habet vt poſſit occidere?
Mors enim & vita in manu linguæ. Audiat ergo
quod de ore veritatis dicitur, & ſubtili medita-
Matt. 12. tione diſcutiat quod minatur. Omne verbum, in-
quit, quod loquuti fuerint homines reddent ra-
tionem de eo in die iudicij. Ponamus itaque vt o-
tioſum verbum, ſi contra ſacræ ſcripturæ ſenten-
tias fas eſt dicere, leue ſit & exiguũ omnino pec-
catum. Sed quid milio breuius? quid penna leuius
inuenitur? verum tamen ſi pennarum vel miliorũ
innumerabilis multitudo congeritur, neceſſe eſt
vt portantis ceruix velut ſub graui lapide immo-
deranter preſſa frangatur. Ex humentibus quo-
que ſaxis tenuis quidem & rara gutta diſtillat, ſed
ſi vas ſubeſſe ſpatio longiore permittitur ita ple-
num ac ſi profluens vnda diſcurreret inuenitur:
Paruæ equidem ſed innumeræ Scinifes, ſuperbi
Pharaonis & totius Ægypti ſuperauere virtutem.
Breue tempus eſt, hora: ſed dum hora horæ con-
tinua ſucceſſione coniungitur, totius vitæ noſtræ
curſus impletur. Nemo itaque ſemetipſum deſpi-
ciat, fratres mei, ſed peccatum quia leue arbitra-
tur eſſe dum penſat, graue videatur in eius æſtima
tione cũ numerat. Quid enim durius ſaxo? Quid
aqua liquidius? Et tamen à quodam ſapiente di-
Ouid. de Ponto: lib. 4. elegia 10./ citur. Gutta cauat lapidem, conſumitur annulus
vſu: Nimirum & omnis animæ noſtræ fortitudo
ac ſoliditas deſtruitur, ſi aſſiduis inundantium
& quodammodo pluuiarum verborum fluxibus
atteratur quamuis & leuiter ſe peccaſſe quis aſ-
ſerat, cum Apoſtolus dicat: Qui legem præterit:
Deum inhonorat. Porro otioſis verbis aſſuetus
duplici proculdubio culpæ videtur obnoxius,
qui & diuinas laudes ad quas humana conditio aſ-
ſidue prouocatur, abiicit: & ſuperfluæ loquaci-
tati à qua prohibetur, inſiſtit: ſicut de quibuſdam
Hier. 12. Hieremias dicit. Duo mala fecit populus meus:
me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt

A ſibi ciſternas diſſipatas quæ continere non valeut
aquas. Quæ nimirum Prophetæ verba, etiam de
otioſa loquentibus poſſunt non inconuenienter
intelligi: Qui nimirum derelicto fonte aquæ vi-
uæ, hoc eſt, poſtpoſito verbo vitæ, ora ſua Ciſter-
nas faciunt, ex quibus non noui ſed veteris homi-
nis verba proferunt, quemadmodum non recen-
tem de fonte, ſed ſentinoſam potius aquam de Ci-
ſterna proferunt. Et quia labia ſua moderata diſ-
cretione reprimere neſciunt, ciſternæ diſſipatæ Dæmon,
aquas nequeunt continere. Notandum ſane quia lingua pe
ſicut auis aduolans exponitur ramo cuiuſlibet ar- ruiantes, vt
boris, ſic malignus ſpiritus plerumque veniens in- a'is ramo
B cidit linguæ inconſiderate loquenti, & inordina inſidet.
tum quid in decurſu ſermonis per ſurreptionem
ſuadet effluere: vnde poſtmodum veniens, quaſi
congeſta dimicandi materia, cor hominis valeat
impugnare. Intra conſcientiam ſuam, fratres cha-
riſſimi, vnuſquiſque redeat & in ſe culpam quam
dicimus, recognoſcat. Sæpe namque aliquid lo-
quimur negligenter vnde poſtmodum ad ſilentij
noſtri cuſtodiam redeuntes, tantam ingruentium
cogitationum moleſtiam patimur vt vix tollera-
re poſſimus. Et pœnitet quidem omnino tam in-
cautè noxia protuliſſe, ſed remedium non occur-
rit, quia quod ſemel emiſſum volat nõ poſſumus
C reuocare. Iuxta quem ſermonem Flaccus ait:
F Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.
Oramus, pſallimus: ſed euellere de corde no-
ſtro infixum ſpiuæ illius aculeum non valemus.
Tunc veteranus hoſtis cum mentem noſtram in
tanto verſari turbine conſpicit, victor & inſultãs
gaudet ſe quaſi fructus de ſuo labore colligere
quos in male veraci terra linguæ noſtræ meminit
ſeminaſſe. In quo videlicet facto, quid aliud quã
Turdelam imitatur, quæ ex eo quod digerit, mo-
ritur? Ex eius quippe ſtercore planta naſcitur, de
cuius humore viſcus conficitur quo poſtmodum
& ipſa capiatur, atque ex eo quod prius fuerat
D cibus eius, agitur vt & ipſa poſtmodum ſit cibus
alienus. Ita ergo cum immunda quæque ac vana
proferimus, quid aliud quam laqueos nobiſmet-
ipſis loquendo compingimus: quibus, aſtutis au-
cupibus, hoc eſt, à malignis ſpiritibus capiamur?
Sæpe autem ſermo noſter, non loquenti ſed au-
dienti pugnam generat, ita vt cor eius in odium
illius qui contraria verba protulerat, vehementer
accendat: Et, ſi facultas adſit, non tam verba ver-
bis reddere, quam malæ retributionis actibus pa-
rat reſpondere. Hæc autem in ipſa verborum con
fabulatione paruipendenda nobis videntur & le-
uia, ſed cum ad orationum ſecreta recurrimus, re-
ducta protinus ad memoriam dura prorſus & in-
E tollerabilia iudicamus. Quapropter, dilectiſſimi
fratres mei, ſtudeamus noſmetipſos inter ſilentij Confabu-
clauſtra reprimere, & linguas noſtras à vanis & i lationum
nutilibus eloquiis cohibere. Anima namque no memoria
ſtra ſuperni Regis eſt ſponſa, cui accepto pigno- intollera-
re Sancti ſpiritus, ſignaculo fidei eſt dotata. Ma- bilis orato
neat ergo in penetralibus virgo, non indecenter ris.
in publicum prodeat, non per oris limen egreſſa Anima
in ſuperuacua ſe verba à ſecularibus inaniter ſun noſtra, dei
dat, ne eum eam ſponſus à modeſta pudicitiæ ſuæ ſponſa eſt.
grauitate deuiare conſpexerit, quandoque obiur
gans dicat: Si ignoras te ô pulchra inter mulieres, Cant. 1.
egredere & abi poſt veſtigia gregum. In cubiculo
ergo

F Horatius lib. 1. epistolarum: epistola 19.

ergo ſuo, virginali more reſideat: oris oſtium clanſum teneat, & nunquam niſi quæ ad expectandũ ſponſi cœleſtis aduentum, pertinent locutura procedat: Sub vmbra ſilentij reprimat ſe ne decolor videatur: ab omni æſtu negotij ſæcularis abſcondat ſe, vt non immerito poſſit cantare alacri voce, *Cant. 2.* ſub vmbra illius quem deſiderabam, ſedi: & fructꝰ eius dulcis gutturi meo: Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Solẽt autem ſponſæ nobilium, diuerſas pigmentorum ſpecies mandendo per ora reuoluere, vt aduenientibus procis, flagrantius valeant ac ſuauius redolere. Anima etiam noſtra, cepas, allia, & quicquid terrenæ prudentiæ acritudine feruet, prorſus abhorreat: caſiam vero aſſiduæ orationis, ſtracten ſacræ lectionis, pſalmodiarum cinnamomum, & cuncta adoramenti ſpiritualis aromata iugiter fragrare contendat. Chriſtus ſit omne quod loquitur, omne quo delectatur, omne quod ſapit, omne quod viuit: Chriſtum ſpiret, Chriſtum flagitet Chriſtum æſtuet, Chriſtum ore pronunciet, Chriſtum aſſidua cordis meditatione pertractet. Amare alium neſciat, adhunc ſolum totis viſceribus inardeſcat. Illum ſummis deſiderij vocibus clamet, illum adſe venire ſuſpiriis & crebris gemitibus prouocet illum diuerſis adornata virtutibus ipſa ſui pulchritudine vt ad ſe ingrediatur inuitet, quatenus dum eũ adſe quæ æſtuat, quæ anxiatur, quæ inhiat, venire perſenſerit: protinus gratulabunda *Cant. 5.* alacriter exclamet, dicens: Vox dilecti mei pulſantis, aperi ſoror mea, amica mea, immaculata mea: ac deinde ſubiungit: Surrexi aperire dilecto meo. Fœlix anima cuius thalamum cœleſtis ille ſponſus ingreditur, ac indiſſolubili perpetui amoris vinculo, illi copulatur. Quæ nimirum ſine intermiſſione cælebrat nuptiale conuiuium, fruitur epularum, fœlix, inquam anima quæ dum diuinæ gratiæ rore perfunditur, cœleſti mox ſobole fœcundatur. Sic nimirum areſacta carni, germinat ſibi: Mortua Mundo, viuit Deo viuenti atque regnanti in ſæcula ſæculorum, Amen.

Petri Damiani Oſtienſis Epiſcopi, Sermo. 3. De ſpirituali certamine.

SI diligenter conſiderare volumus fratres chariſſimi, vnde venimus & quo vocamur, nullæ in vobis vires ſunt quibus ad reddendas Deo gratias ſufficere valeamus. Nos enim filij ſumus Iſrael qui Pharaoni in Ægypto ſeruiuimus, qui gra- *Exod. 5.* uiſſimo ſuperbi Regis Imperio præmebamur. Gaudebat ſiquidem Princeps mundi huius, ſub ſuæ ſeruitutis iugo nos indeſinenter atterere, & ſeruilium operum officiis ſemper occupare. Cogebat nos lateres coquere, quia non ex prætioſis virtutum lampadibus templum Deo conſtruere, ſed terrenum potiùs ſibi dictabat ædificium ſabricare. Sed ecce iam Deus patrum noſtrorum Deus benedictus in ſecula, ex Ægypto, id eſt, de tenebris vitæ veteris nos eruit, de vinculo tyrannicæ damnationis abſoluit, atque in terram nos repromiſſionis fideliter introduxit. Terram nanque repromiſſionis iam ingreſſi ſumus, ex quo ſpreto Mundi deſiderio, firmæ ſpei fiduciam in æternitate poſuimus. Et iam in ſpe poſſidemus, quam in re habituri poſtmodum per Dei gratiam ſumus.

Terrã promiſſionis ingredi, myſtice quid ſit:

A In hac videlicet terra iam iſti per ſpei gratiam introducti fuerant, quibus Petrus aiebat: vos autem *1. Pet. 2.* genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis eiꝰ qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Sed quia in hanc terram, duce diuina gratia, ſumus ingreſſi iam non nobis vacandum eſt otio, non torpori vel deſidiæ cedere, non ſomno vel incautæ ſecuritati animi tempus eſt indulgere. Expedit itaque vt virtutum armis ſemper accincti: ad cuſtodiam noſtri iugiter excubemus, & aduerſus immaniſſimos hoſtes noſtros acriter dimicemus. Per bellum nãque peruenitur ad pa- B cem, per laborem tranſitur ad requiem. Non eſt enim ſine pugna, victoria: non abſque victoria peruingitur ad coronam. Inteſtinos autem hoſtes habemꝰ, cũ quibꝰ ſi perire nolumꝰ, infatigabiliter & ſine vlla prorſus intermiſſione pugnare cõpellimur. Hoſtes nẽpe noſtros aduerſũ quos in acie ſẽper alliſtimꝰ, nõ à nobis interiecti aggeres diuidũt, non mœnia turrita ſecernunt, non profundi amnes interfluunt, non prærupti montes ne comminus congrediantur obſiſtunt. Nobiſcum ſemper ſunt quia in noſtræ mentis penetralibus degunt. Septem namque vitia ſunt principalia, ex quorũ vipereo ſemine cæteræ vitiorum peſtes quaſi ve- C nenatæ ſoboles oriuntur, quæ nimirum ſunt ſuperbia, auaritia, inanis gloria, ira, inuidia, luxuria, triſtitia. De quibus nos iccirco diligenter diſputare omittimus quia pleroſq; ſacri tractatores *7. Vitia Capitalia.* eloquij, multiplices ſuperis reliquiſſe ſententias inuenimus. Hoc tantum nunc affirmare ſufficiat quiſquis aduerſus iſta confligere, quiſquis hæc cũ Dei adiutorio neglexerit ſuperare: nunquam in militia ſpiritali victos exiſtere, nunquam ad coronam victoriæ poterit peruenire: Non enim *2. Tim. 2.* coronabitur: niſi qui legitime certauerit. Hæ ſunt denique gentes quas Iſraëlitico populo Moyſes præcipiebat extinguere, & à facie terræ abſque *Deut. 7.* D vlla fœderis interpoſitione delere. Cum introduxerit te, inquit, Dñs Deꝰ tuꝰ in terrã quã poſſeſſurꝰ ingredieris, & deleuerit gentes multas corã te, Ætheum & Gergeſſeum & Amorrheum, Chananeum & Phærezeum, & Euæum, & Iebuſeum, ſeptem gentes maioris numeri quam tu es, & robuſtiores te: tradideritque eas Dominus Deus tibi: percuties eas vſque ad internecionem. Non inibis fœdus, nec miſereberis earum. Ecce audiſtis, fratres chariſſimi, quia gentes nobis infeſtas noſtris manibus Deus omnipotẽs tradidit, eaſque iam à facie noſtra in ſuæ prouidentiæ diſpoſitione deleuit. Cur ergo de generi langore torpeſci- E mus? cur collatam nobis cœlitus victoriam non arripimus? Cur ex eo quod in ſuperno iam examine conſtitutum eſt, id ſolum quod ad nos pertinet non implemus? Nam ſi ipſam verborum ſeriem cautè perpendimus, iam ipſas gentes apud diuinã ſententiam proſtratas aſpicimus, quas ipſi percutere & delere iubemur. Cum enim dicitur, cum introduxerit te Dominus Deus in terram quam poſſeſſurus ingredieris, & deleuerit gentes: atque paulo poſt adiungit: percuties eas: luce clarius conſtat, quia aduerſarios noſtros in ſua præ- *Deus pugnat vt triũphemꝰ* ſcientia iam omnipotens Deus extinxit, quos nos vt extingueremus inſtituit. Ipſe pugnat, & vt nos vincamus innitat. Ipſe hoſtium vires deſtruit

& nobis victoriæ nomen adſcribit. Vult nos fieri
ſua virtute victores, vt merito coronare valeat
triumphales. Nulla nos ergo deſperatio frangat,
quos ad fortiter agendum, ſupernæ virtutis ad-
hortatio prouocat. Nulla infirmitas humanæ cō-
ditionis obſiſtat, vbi ad confligendum, diuinę iuſ-
ſionis auctoritas roborat. Audiamus & nos quod
Deut. 7. illis dictum eſt: Si dixeris in corde tuo, plures ſut
gentes iſtæ quam ego, quomodo potero delere
eas? noli metuere, ſed recordare quæ fecit Domi-
nus Deus tuus Pharaoni & cunctis Ægyptiis pla-
gas maximas quas viderunt oculi tui, & ſigna at-
que portēta manumque robuſtam & brachium
extentum vt educeret te Dominus Deus tuus: ſic
facies cunctis populis quos metuis. Vt quid ergo
ex noſtra infirmitate diffidimus qui ipſum virtu-
tis auctorem præuium ac ducem habemus noſtræ
congreſſionis, & ille tenetur ex promiſſione vi-
ctoriæ qui dux & auctor eſt pugnæ? Accendatur
igitur mens in amorem certaminis, & in campum
pugnaturus procedat & ad debellandum hoſtium
cuneos reſiduos animus incaleſcat. Nullum inter
nos atque aduerſarios fœdus interueniat, nulla
nos ſequeſtræ pacis iura componant. Non ire ad
bellum ingluuium eſt: Ire autem & ſegniter age-
re, mortis eſt periculum. Melius eſt enim non a-
gnoſcere viam veritatis, quā poſt agnitionem re-
trorſum reuerti. Nonnulli enim poſt arrepta ſa-
cræ rudimenta militiæ: In tantam ſe molliciem, a-
nimo torpeſcente, reſoluunt, vt & ſi videantur
mala non agere, nullis tamen ſtudeat animæ ſuæ
profectibus inſudare. Hi nimirum non famis
inediam vincere, non oblatis epulam ſuauitatibus
repugnare: non frigoris aſperitatem ferre: non
communes ſatagunt vigilias præuenire: Qui vi-
delicet & ſi vſurpare illicita reſpuunt, tamen his
quæ licita ſunt ſuauiter perfruuntur, hi profe-
cto intra ſacram militiam conſtituti ſunt: ſed quid
ſpeciale tamen ſit neſciunt. Intra numerum mili-
tum cenſentur adſcripti, ſed militaris officij pro-
bantur ignari, Siquidem inter armatos non verē-
tur in domus incedere, inter loricatas bellatorum
acies non erubeſcunt diſcincti ſegniter ambulare
atque idcirco ad primum vibrantis cuiuſlibet ia-
culi ictum corruunt, quia nullo cauſæ circunſpe-
ctionis clypeo muniuntur: Meliuſque fuerat in-
tra ſepta domus ignobiliter viuere, quam imbel-
les, inter bella, ſine vllis præconiorum titulis in-
In Monastico habitu carnis delectationem quærere. terire. Enimuero qui monachico habitu carnis
delectationem quærit, arido ligno ſuccum expri-
mere geſtit: Ex qua nimirum moleſtia ac remiſ-
ſione viuendi, pleriſque contigit vt cum multa
ſciant, ſe neſciant. Et quid diſtrictionis pati ipſi
poſſint quid ue non poſſint, pleniter non agnoſ-
Vnde fiat vt qui multa ſciunt, ſe ipſos neſciunt. cant. Sicque fit, vt quibus datum eſt exteriora
multa cognoſcere, adhuc ad cognoſcendum ſe-
metipſos videantur probationibus indigere. Ple-
roſque enim vidimus iamdudum in ſacro ordine
conſtitutos qui nec dum noſſent quid in ieiuniis,
quid vigiliis, quid in reliquiis diſciplinis ſtudiis
Seipſum neſcire, quid ſit. ue, ferre potuiſſent. Et cum ſcriptura dicat: qui
ignorat ignorabitur: quo pacto vel à Deo cognoſ-
ci, vel Deum mereatur ipſe cognoſcere qui ſemet
1. Cor. 14. ipſum in eius obſequio conuincitur ignorare?
Porro autem ſeruidius bellator qui mœnia obſi-
dione circundat, appropinquare aggeribus niti-
tur, occupare valuas attemptat, atque inter ipſas
crebreſcentium miſſilium grandines, quouſque
violentus irrumpere poſſit explorat. Qui ſemet-
ipſum ergo vult vincere, in menſura ſuarum vi-
rium turpe eſt notitiam non habere hinc eſt enim
quod Dominus dicit: contendite intrare per an-
guſtam portam. Nec dum vero experimentum
ſui, ille Dei miles acceperat, de quo ſcriptura di-
cit: quia impoſita galea ærea ſuper caput eius, & *Dauid ſuas vires nondum nouerat.*
veſtitus lorica: accinctus etiam gladio ſuper ve-
ſtem ſuam, cœpit tentare ſi armatus poſſet ince-
dere: non enim habebat conſuetudinem: Et di-
xit: non poſſum ſic incedere quia vſum nō habeo *1. Re. 17.*
Et depoſuit ea, iam autem idem ſe docte proba-
uerat cū gladiū philiſtei Goliath pallio inuolutū
poſt Ephot, abſtulit, & ſecum à facie perſequentis
Saül fugiendo portauit, dicens: quia non eſt gla-
dius alter ſimilis illi: In hoc autem probatio eſt
ei qui in militiæ ſpiritualis agone profecerit, ſi
iam debiliorem contra ſe vitiorum contuma- *Spiritualis militia ſiue vita Chriſtianę tyrocinū.*
ciam ſentit, ſi ſurgentes in ſe motus carnis facile
reprimit, ſi tumultuantium cogitationum ſtrepi-
tum minore iam laborę compeſcit, ſi naſcētes car-
nalis illecebræ ſpinas, mox vt oriri cœperint, re-
ſecat: ſi tumentia ſuperbiæ, luxuriæ, cæterorum-
que vitiorum colla, gladio protinus timoris ob-
truncat. Cæterum quid prodeſt diu quempiam
ſacræ intereſſe militiæ, quem velut ſub ipſa prima
tyrocinij rudimenta, remiſſis manibus, & tenero
adhuc poplite videas claudicare? A qua nimirum
negligentiæ diſſolutione prædicator egregius di-
ſcipulos ſuos prohibet, dicens: Remiſſas, inquit,
manus, & diſſoluta genua erigite, & greſſus re-
ctos facite pedibus veſtris, ne claudicans quis er-
ret. Docta manus ad prælium, facile peruenit ad
triumphum corpus attritum lorica, promptum
fertur in pugnam, Monacho namque cui adhuc
impoſſibile eſt ſuperbiam premere, auaritiam co-
bibere, inuidiæ faces extinguere, mundam men-
tem à luxuriæ petulantia cuſtodire, qui iuris ma-
litiæ aduerſus offendentem nequit expellere, qui
pro ſeruanda cenſura iuſtitiæ ſuccumbit iniuriam
ſuſtinere quid aliud dicendum eſt, niſi quia quan-
tum ad profeſſionem quidem iam in ſacra militia
nomen dedit, ſed quid ſit ſpiritale certamen ad-
huc penitus non agnouit immò ad perfectionē
tendentibus, eſt annitendum, vt ſalubriter rigidi,
magis diſcant iſta neſcire quam vincere. Pudeat
his qui ſe mortuos profitentur eſſe cum Chriſto,
rebelles motus carnis & paſſiones animorum ad-
huc in ſe procaciter viuere: aduerſus quæ velut
ſub ipſo congreſſionis initio neceſſe ſit repugna-
re, ne cum erit tempus, vt quaſi iam iure putēn-
tur emeriti adhuc verſentur inter bella tyrones.
Diſcat ergo miles Criſti, dum adhuc nouus eſt,
manus cōſerere diſcat emergētib' quibuſque vi-
tiis, prout res dictauerit: obuiare. Huc illùcque
circunductus viuacis experientiæ oculus proui-
dus ſe vertat, & ſingulis quibuſque iaculis quæ *Remedia contra vitia.*
mittuntur congruæ defenſionis tegumen oppo-
nat, vt ſuperbiam humilitate deiiciat, gulam ſo-
brietate reſtringat, manſuetudine iracūdiam cal-
cet, auaritiā largitate refrenet, ardorem libidinis
terrore perpetui ignis extingat, odij trabem flam-
ma ſuauiſſime charitatis exurat. Delectatur certè
in iſto certamine Deus qui ſubtiliter ac profunde
conſi-

derat totũ, quicquid illud eſt, quod verſat io mente. Gratulãtur Angeli ad tale videlicet ſpectaculũ, quod humana natura in eo quod contra ſemetipſam pugoat, ad corum ſe conſurtium, vnde ſuerat eiecta, reſurmat: Et ſecum rixando, ad veram proculdubio pacem teodit quàm ſibi male contentando, quia non repugnauit, amiſit. Ne conquæramur, fratres mei, ſi ad votum mox eunĉta non vincuous, ſi in huius coofliĉtione certaminis ærumnas, labores, anguſtias, & grauiſſimum ſæpe fluĉtuãtis animæ tædium ſuſtinemus. In hoc enim diuina nobis diſpenſatiooe proſpicitur, oe de repentina victoria veſter animus in arrogantiam extollatur, & de altitudine ſua in profundis corruat, ſi non authori Dco ſed ſibi victoriæ ſuæ vires aſcribat Hinc eſt enim quod Iſraelitico populo per Moyſem dicitur: Poſtquam afflixit te Dominus Deus, & probauit, ad extremum miſertus eſt tui oe diceres in cordo tuo, fortitudo mea & robur manus meę, hæc omnia mihi præſtiteruot, ſed recorderis Domini Dei tui, quod ipſe vires tibi præbuerit. Hinc eſt etiam quod ſępe mens in ſe etiam ſortia ſuperat, & vnum quod fortaſſe minimum eſt quantumuis ſolerter inuigilet, non expugnat. Quod diuina nimirum diſpenſatione agitur ne humaoa conditio, vndique virtutibus ſplendens, in elationem ſubleuetur, vt in eo, quod ſe ſuperaſſe fortia quæque conſiderat, dum paruum non poteſt diu cooando ſubigere, noo ſibi ſed illi victoriam tribuat cuius numine potuit quæ ſubacta ſunt ſuperare Illi dicitur, hę ſunt gentes quas Dominus dereliquit vt erudiret in eis Iſraelem. Iſrael oĩmque reſeruatis gentibus eruditur, dum meos noſtra io paruis ſibi reſiſtẽtibus diſcit quia oequaquam ex ſe maiora ſubiecit. Hic totius negotij ſumma eſt, fratres chariſſimi, quare Mundum reliquimus, hîc tota verſari debet intentio, quia ad ſacrum ordinem oos veniſſe gaudemus, videlicet vt mens ooſtra virtutũ armis acciocta in ſpiritali certamine ſe ſemper exerceat, & vitiorum portenta quæ circa vos miteſcere neſciunt, feruido ſpiritu debellare cootẽdat. Quid enim profuiſſet Iſraelitico populo Ægyptiaca tantummodo iura relinquere niſi ceruices hoſtium bellica ſtrage pereuiere, & terram optimam quieto poſtmodum potuiſſet otio poſſidere? Quis denique profectus fuiſſet Pharaonis iugum, ſub quo qualitercunque viuere ſinebantur, effugere, ſi Chananæorum enſes in proprios iugulos per corporis incuriã prouocaſſent? Exentiamus ergo, fratres chariſſimi, degenerem marcidę diſſolutionis inertiam, qui per fortitudioem ſtreoue dimicandi peruenire volumus ad coronam. Parati ſimus ſemper irruentes vitiorum cuneos ac ſrementes beſtias ab agro noſtri cordis eiicere, nullúmque eis in ea quæ noſtri iuris ſunt permittamus, locũ peruerſę damnationis habere. Non videant nos inimici noſtri, quod abſit, eneruiter cedere, ne mox ſibimet applaudentes de noſtris valeant receſſibus exultare. Iudica Domine nocentes me, expugna impugnaotes me, apprehende arma & ſcutum & exurge in adiutorium mihi. Fœlix ille ſpiritalis bellator qui talem ſequitur in prelio ducem, qui talem meretur habere congreſsionis auctorem, qui & præſumenti audaciam præbet & pugnanti victoriam, & vincentem prouehit ad coronam: Qui & ipſe eſt donatiuum militantibus, emeritis municipium, triumphantibus præmium, Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe Deus benedictus in ſæcula, Amen.

Angeli gratulantur ſpiritualibus Athletis fortiter pugnantibus.

Deut. 8.

Cur Deus ſinat perfectos à vitiis etiã minimis vinci. Eiuſdem Argumẽti eſt caput 2. Epiſt. 3. eiuſdem Authoris.

Iud. 3.

Pſal. 34.

Innumeros pene huius Authoris Sermones collegit ediditque R. Pater ac D. Surius in ſuis Tomis de Vitis Sanctorum, & in alio volumine quo Sanctorum Patrum Homelias complexus eſt: Quos proinde viſum eſt hoc loco prætermittere ne Lectorem inani Librorum & ſumptu, & mole onerraremus.

DE ORDINE HEREMITARVM ET FACVLTATIBVS HEREMI FONTIS AVELLANI TRACTATVS.

Deſcribit Regulam ad cuius præſcriptum vt eo defuncto viuant Hæremitæ fontis Auellani grauiter & conſtanter edicit, Ac demum vt pia viciſſitudine illum defunctum iuueot ſuis Orationibus religioſiſſime deprecatur.

CVm feruorem ſanctæ veſtræ conuerſationis, fratres chariſſimi, diligenter attẽdo, nullis hoc humanis viribus deputo: ſed illi poti⁹ qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate gratias ago: Ille enim fons eſt, & origo virtutis: ille bonæ inſpirator eſt voluotatis. Et quid mirum ſi fragilia corporũ veſtrorũ vaſcula ad portãdã poſt ſe crucem fortiter roborat, qui cũcta Mũdi horrea in læuib⁹ culmorũ ariſtis mirabiliter librat? Et quorũ põdere lapidea ſæpe edificia corruũt: ad hæc ferenda, volatiles ſpicarũ thecæ tenuibus mixtæ paleis oõ ſuccũbunt. Quid mirũ, inquã, ſi debilibus ſeruorũ ſuorũ mẽbris vires attribuit, qui in tenuiſſimis vuarũ folliculis, omnium vbique regionũ vina ſuſpẽdit: Et quod ex cupis operoſe & cũ magno labore compactis ſæpius effluit, hoc per exilis corticis

Deus ex minimis rebus efficit maxima.

quaſi quoddam fidele depoſitorium, ſine diminutione cuſtodit: immo quod illinc vel guttatim frequenter effundit, hic non minuendo ſed augẽdo potius per quotidiana incrementa conſeruat? Quis autem diuini operis magnitudinem narrare ſufficiat, cum ſiue in palearum culmis ſeu in vuarũ botris recondi videat cellaria potentum, promptuaria Regũ? Videam' in arbore ſolium ſub ipſis pruinis hiemalibus lapſabundum, & conſumpto autumnalis clementiæ virore iam iam pene caſurum, ita vt vix ramuſculo cui dependet inhæreat ſed apertiſſima leuis ruinæ ſigna prætendat, inhorreſcũt flabra, venti furentes hinc inde concutiunt, bruinalis horror craſſi aëris rigore denſa- B tur: atque vt magis ſtupeas, defluentibus vndique reliquis foliis terra ſternitur, & depoſitis comis arbor ſuo decore nudatur: cum illud ſolum nullo manente permaneant, & velut cohærendũ ſuperſtes infraternæ poſſeſſionis iura ſuccedat. Quid autem intelligendum in huius rei conſideratione relinquitur, niſi quia nec arboris ſolium poteſt cadere niſi diuinum præſumat imperium? Quid mirum, ſi defluente iam maxima ex parte Monachico ordine, quoſdam ſeruos ſuos Omnipotens Deus in perferendo diuerſarum tentationum labore corroborat, qui & quæ vult in arboribus folia cetris decidentibus ligat? Vnde non C immerito ſcrutator ille diuinæ patientiæ Beatus Iob dicit: Qui facit inquit magna & incomprehenſibilia quorum non eſt numerus. Quapropter vniuerſas Creatori meo gratias refero qui me in dignum miniſterij locum habere voluit in conuentu non multorum ſed bonorum quos mihi neceſſe ſit ad patriam redeundo præcedere: ſed & gaudium eſt ſi fraterna poſſim veſtigia parili conuiatione tenere, vt fructum qui nequaquam mihi ex ſpatioſa terra colligitur, vberius videatur anguſtæ fertilitatis recompenſare prouentus. Volo autem, fratres mei, de veſtræ conuerſationis ordine pauca perſtringere, vt quod in veſtris nunc D viuis operibus legitur, etiam apicibus traditum ad eorum qui vobis in hoc loco ſucceſſuri ſunt notitiam transferatur: quatenus etſi non contigerit eos ad altiora conſcendere, eandem ſaltem viuendi regulam quam vos tenuiſſe didiſcerint, & ipſi ſtudeant fideliter obſeruare: vt qui habitationis fuerint ſucceſſores, ſint nihilominus & cõuerſationis hæredes: Et quæ de regulari obſeruantia ſui loci viderint ſpecialiter ſcriptum, pudeat ſi de ſua fuerit aliquando imitatione deletum. In hoc nempe loco qui fons Auellani dicitur, plerumque viginti plus minus monachi per cellulas ſiue in aſ- E ſignata cuique obedientia degimus, vt omnis ſimul cum conuerſis & famulis tricenarium quinarium numerum aut vix aut breuiter excedamus: Viuendi autem regula, hoc noſtro tempore talis eſt. Ab Octauis nempe Dominicæ Reſurrectionis, vſque ad diem ſanctum Penthecoſtes quatuor dies per hebdomadam ieiunatis: Præter dominicum vero diem, de cuius reuerentia nullus addubitat, tertia feria & quinta feria bis in die reficitis. Illo enim tempore vt noſtis non prohibentur ieiunare autoritate ſacrorum canonum: Ab Octaua autem Penthecoſtes vſque ad feſtiuitatem ſancti Ioannis, quinque diebus obſeruatur ſub hac

Monaſtici Ordinis defluxus.

Iob 9.

Monaſterium fontis Auellani.

Dies S. Penthecoſtes.

A diſcretione ieiunium vt tertia feria ad horam nonam pulmentum habeatis, quinta vero feria, ſecunda vice reficiatis. A feſtiuitate vero ſancti Ioãnis vſque ad Idus Septembris, tertia & quinta feria tenetur bina in die refectio: reliquis vero quatuor diebus ſoluitur ſolito more ieiunium, ab Idibus vero Septembris vſque in Paſcha Domini, quinque diebus ieiunium ſine intermiſſione tenetur, ſaluo eo quod ſemper infirmioribus fratribus humorumque inæqualitatem patientibus, prout neceſſe fuerit, miſericorditer ſubuenitur. Nemo autem me mendacij temerarius arguat, dum me non extraneis, ſed his qui rem perite nouerint B præſentibus hæc narrare conſiderat, & certe non immerito erubeſcerem ſi inter diſcipulos, ipſis ſcientibus, commento fallaciæ deſeruirem. Et enim ſi eos qui poſtmodum audituri ſunt huius rei plenitudinem, fraudare non debeam: malo tamẽ ex eo quod eſt vana perſuaſione iactare. Ecce enim de duabus illis Quadrageſimis, quæ vel Natalem Domini, vel ſanctum Paſcha præcedunt, licet ego taceam, vos tamen ſcitis quia nonnulli hic ſunt, qui abſque diebus Dominicis duplex illud Quadrageſimale ſpatium totum ieiunando tranſcurrere ſoleant, exceptis tribus ſolemnitatibus, ſancti videlicet Andreæ, & Sancti Benedicti, & C Annunciatione Dominica: Per alias autem feſtiuitates quæ magnæ quidem, ſed adeo non ſunt præcipue, ſiue in Quadrageſimali tempore, ſiue per totius anni curriculum Celerariis cum his qui iuxta Eccleſiam commorantur, cum duodecim celebrant lectiones, atque ſi priori videtur, aliqua illis miſericordia refectionis impenditur. Cęterum ij qui ſunt per cellulas conſtituti, trina lectione contenti dum foras minime prodeãt ieiunium ſuum ex more conſeruãt. Ieiunare autem illos dicunt qui panem cum ſale & aqua percipiunt: Vbi autem præter hæc aliquid additur, ieiunium non vocatur. Solebant autem hic quidam & Domini- D cis diebus vtriuſque Quadrageſimæ, coctionibus abſtinere: quod nos ob reuerentiam ſacræ diei prohibere curauimus. Famuli autem qui nobiſcũ ſunt, per totius anni circulum tribus per hebdomadam diebus tenent ex more ieiunium. In illis autem duabus Quadrageſimis quatuor dies conuenienter obſeruant, exceptis iis qui in via longius diriguntur. A vino autem vt noſtris aliquanto tempore continuimus, ita vt neque laici neque extrinſecus venientes, vel in Paſcha Domini aliquid hic præter aquam biberent, neque vinum hic niſi pro ſacrificio haberetur. Sed quoniam & hic manentes cœperunt ægrotantes deficere: & E quidã ab hæremum tranſire cupientes, huius rigoris obſeruantiam abhorrere: fraternæ ſiue (vt verius dicam) communi imbecillitati diſpenſatorię concedentes indulſimus, vt vinum hic ſeruato ſobrietatis moderamine biberet: vt quod cũ Ioãne nõ poſſum' ex toto relinquere ſaltẽ cũ Timotheo Pauli diſcipulo ſtudeam' infirmo ſtomacho ſobrie & humiliter miniſtrare, & qui prorſus abſtenui eſſe nõ poſſumus, eſſe ſaltẽ ſobrij ſtudeamus. Veruntamẽ prædictis duabus Quadrageſimis cõſuetudo tenuit, vt neque Monachis neque laicis, vini vel etiã piſcis perceptio cõcedatur Pulmẽtũ quoque in eiſdẽ Quadrageſimis nũquã ſit pręter vnũ, niſi

Ieiunium Monaſticũ ab Idib. Sept. vſque ad Paſcha.

2. per ãnũ monaſtica Quadrageſima.

Ieiunium Monaſticũ

Dominici dies reuerentia.

Abſtinẽtia a vino, etiam in paſchate, ita vt in Monaſterio niſi pro ſacrificio nul lum eſſet.

1. Tim. 5.

niti his quatuor feſtiuitatib⁹, ſcilicet Beati Andreę & Sancti Benedicti, & in Dominica Palmarum, & Cœna Domini: quibus nimirum ſanctiſſimis diebus, piſces & vinum cum gratiarum actione percipiunt. In Sabbato autem ſancto, necnon & vigilia Natalis Domini, vt labor Eccleſiaſtici releuetur officij, totum panem qui voluerint comedunt. Alium verò cibum, ſiue laici, ſiue Monachi penitus non admittunt. Tres autem ſolummodo Octauę per annum ita celebrãtur, vt ieiunare nemo cogatur, id eſt, Dominicæ Reſurrectionis, & Sanctæ Pentheeoſtes atque Natalis Domini. Sed quibuſdam quia propter deſuetudinem graue eſt totius hebdomadæ binam cõtinuare refectionem, quandoquidem hoc humiliter expetunt, ieiunare aliquantulum pro miſericordia conceduntur. Conſuetudo autem fratribus in diebus Dominicis omni tempore, præter Quadrageſimas duas, duo habere pulmenta, in aliis vero diebus, vnum ſolummodo. Et de ieiuniis iſta ſufficiant. In cæteris autem ſpecialis exercitij ſtudiis, quæ ſit continui feruoris inſtantia, quæ ſolicitudo, quam vigil, & operoſa frequentia, timeo dicere ne modo, ſimilibus, deſidioſis videlicet & negligentibus videar oneroſus exiſtere atque eorum in me aliquatenus inuidiam concitare hoc tantum mihi liceat, quia tanta eſt diligentia in flexionibus genuũ, in diſciplinis ſcoparum, & in cæteris huiuſmodi, vt cum quiſlibet pœnitens incertæ mortis metu iniũctam pœnitentiam per hæc remedia implere præcipitur, breui tempore longa pœnitentia conſumetur ſalua tamen conſuetudine, vt poſtremo dum vita hominis in longum ducitur ieiunium non relinquatur. Dantur autem ex more tria millia ſcoparum pro vnius anni pœnitentia, ſiue viginti pſalteria, aut viginti quinque miſſæ. De pſalmodia vero conſuetudo eſt, vt cum duo fratres ſimul cõmorantur in cella, duo perſoluant in die pſalteria vnum pro viuis, alterum pro defunctis. Et illud quidem quod eſt viuorum, cum illis dicitur additamentis quæ Beatus Romoaldus appoſuit. Quod vero pro defunctis: cum nouem lectionibus dicitur: tribus nimirum per quinquagenos pſalmos Qui autem ſolus moratur, pſalterium quidem viuorum totum per ſingulos dies adimplet: Defunctorum autem ſiue mediũ, ſiue totum iuxta quod virium poſſibilitas adminiſtrat. Horarum autem pſalmodia canonica omnino ſicut fit Monaſterio Ita hic per ordinem tota nihilominus adimpletur. Hoc autem inter cætera prætermittendum non eſt quia in cellulis continuum tenetur, ſicut reuera in Oratorio, ex more ſilentium: nec permittitur vt illic aliquis vel pro confeſſione loquatur: excepto, ſi priori viſum fuerit vt nouitiis eorumque inſtitutoribus ad tempus aliquantulum loquendi licentia concedatur. Si qui autem loqui indigent, ad Eccleſiam prodeuntes quæ cum quæ ſunt neceſſaria manifeſtant. Illud etiam non minima pars pœnitentiæ eſt: quod omni tempore ſiue æſtate ſiue hyeme non calceis non ocreis vtuntur in cellulis, ſed nudis ſemper cruribus & pedibus conſuetudo eſt permanere Exceptis his qui graui moleſtia infirmitatis vrgentur. Regulare eſt Monaſteriis, vt ij qui in via diriguntur foris non comedant, ſi eo die ſperant reuerti. Cui videli-

Ieiunandi de vertudo monachis quibuſdã gratis.

Pœnitẽtia vni⁹ anni.

Pſalteriũ pro defunctis.

Horarum Pſalmodia Canonica.

Silentium Monaſticũ

Religioſa pedũ nuditas.

Ne quis extra monaſterium comedat.

Appendix.

A cet obſeruantiæ illud etiam apud nos additur vt ſiue ipſo ſiue alio die fuerit quis egreſſus, ieiunus ſemper ad hæremum reuertatur. De cæteris vero Monaſticæ inſtitutionis obſeruationibus quicquid in regula & diſtricto Monaſterio tenetur, idem etiam hic caute & ſolerter nihilominus cuſtoditur, videlicet, de promptiſſima obedientia, vt quodcunque præcipitur, feruentiſſimè peragatur: de non dando vel accipiendo ſine iuſſione prioris: de proprio non habendo: vt dum ſunt in Clauſtro quod eſt iuxta Eccleſiam, ſiue in feſtiuis diebus ſiue omnibus, incompetentibus horis ſilentium teneant vt in Capitulo, in Orato-

B rio, in Refectorio regularem conſuetudinem non poſtponant: vt cum hoſpitibus non loquantur, atque ideo à Cellulis videlicet ad Eccleſiam ſiue venientes ſiue redeuntes, à cenſura ſilentij non recedãt: & multa huius generis quæ nimirum nos iccirco enumerare poſtponimus quia laſciuioſi ſtili faſtidium deuitamus. Taceo de vtilitate ſpõtanea, & aſperitate veſtium, de duritia & auſteritate cubiculi, & de diſtricta cenſura ſilentij, de amore perpetuæ incluſionis illud ſane cuncta videtur excellere, illud omnibus ſancte viuentium virtutibus digne viuentibus, cenſetur eminere, quod tanta eſt inter fratres charitas, tanta vnitas

C voluntatum vicarij amoris igne conflata, vt vnuſquiſque ſe non ſibi ſed omnibus natum credat: quod alienum eſt, ipſe poſſideat: & quod ſuum eſt, in omnes extenſo amore transfundat. Hoc mihi non mediocriter placet, fratres mei, quia ſi quis inter vos debilior apparuerit, mox omnes certatim quid paratur inquiritis, vt de ſolito rigore remittere non moretur inſtatis, & non ſolum neceſſaria quælibet ſuggerere, ſed etiam voſmetipſos ad eius cuſtodiam vltroneos gaudetis offerre. Illud etiam ſilentio præteriri dignum eſſe non ducimus, quia cum frater quidam ex noſtris obierit, vnuſquiſque pro eo ſeptem dies ieiunat, ſe-

D ptem diſciplinas cum millenis ſcoparum ictibus accipit, ſeptingentas metanœas facit, triginta inſuper Pſalteria, & viginti octo Miſſas presbyter quiſque ex more decantat: continuis quoque triginta pro eo diebus Miſſarum ſolemnia ſpecialiter celebrantur. Hæc ergo huius loci regula nulla voti varietate poſtponitur, hæc conſuetudo circa defunctos diſtricta prorſus & inuiolabili ſemper obſeruatione tenetur. Si quis autem forsaſſe nouicius, vel quolibet modo morte præuẽtus iniunctam pœnitentiam conſummare non potuerit, mox vt ad fratrum noticiam res patefacta peruenerit: cum magno feruore tota pœnitentia

E parili facta inter eos diuiſione, ſuſcipitur: & quãtalibet ſit, breui ſpatio per diuerſos afflictionum modos ouanter expletur. Fœlices nimirum diuitiæ charitatis, quæ gratis ſe non modo viuentibus ingerunt, ſed & mortuos proſequuntur! Fœlices, inquam, quæ illic nobis ex aliena bonæ voluntatis vbertate ſuccurrunt vbi proprio operis ſupplementa deficiunt & cum iam diſtricte à nobis non habentibus quicquid debemus exigitur: ex fraternæ charitatis abundantia, debiti noſtri libra completur. Pauca hæc de ea quæ nũc eſt huius hæremi conuerſatione ſufficiant, vt per hæc quæ breuiter annotantur valeat colligi, quid ex

Obedientia Monaſtica

Diuina in Monaſteriis Charitas.

Pœnitẽtia & Officia pro defunctis fratribus.

Tricenari⁹ pro fratribus defunctis.

Fœlix Charitas quæ defunctis ſuccurrit.

his quæ ſilentio prætermiſſa ſunt, debeat æſtimari. Sedecce, fratres chariſſimi: dum de noſtris virtutib⁹ aliquid nobis præſentibus reſcribo, timeo certe ſimul & erubeſco: timeo ſcilicet vos offēdere erubeſco ne videar aſſentationibus deſeruire. Sed ad hoc ſcribendum, teſte conſcientia, bonæ intētionis ſtudium prouocat, fraternæ ſalutis amor inſtigat: quatenus non ſolum vobis talia ſcribenda cōſulere, ſed & poſteris noſtris valeam lōgius prouidere. Nimirum vt & vos iſta legentes ſtudeatis ei quod ſemel cœpiſtis bono operi perſeuerāter inſiſtere, & illi in his diſcant quid de noſtra debeant imitatione tenere. Quia enim in hoc loco niſi diuina prouidentia aliter ſenſerit non diu poſt ſpero me habiturum eſſe ſepulchrum, non minus ſum de futura huius loci regione ſollicitus quam his quæ ſub præſentia verſantur, intentus. Vnde te ô Prior qui cum mihi in quantalibet huius loci adminiſtratione ſucceſſeris, per Aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, per terrorem diuini iudicij te lachrymabiliter obſecro, per nomen te diuinæ maieſtatis obteſtor, vt ab huius obſeruantiæ regula, cum his qui tibi ſubditi fuerint non declines: à bono tramite per quem in hoc loco nunc inceditur, non oberres. Pudeat vos ab eorum nobilitate facti viuendo degeneres, qui facti eſtis habitaculo ſucceſſores. Abſit vt diuini obſequij cenſu noſtro tempore debeat imminui, qui Deo ex huius loci redditu ſolebat ante perſolui: Non impar quippe penſum debiti muneris exigit qui poſſeſſionem ſuam nouis agricolis antiqua cēſitā penſione locauit. Nō ergo vos per ſpatioſæ viæ latitudinem delectet incedere, qui iubemini per anguſtam portam quę ducit ad vitam intrare. Stricta namque via eſt quæ ducit ad cœlum, ampla autem eſt quæ mergit in Tartarum. Non itaque ad Monaſterialem latitudinem ab hæremitica nos libeat diſtrictione deſcendere, & relicta lege Spiritus, carnis illecebris & lenociniis conſentire. Et quidam bona ſunt illa, ſed iſta meliora: & quid eſt aliud à melioribus ad bona deſcendere, niſi ab excelſis ad humilia declinare, à recto curſu poſt tergum redire, ab ardore Spiritus in teporem noxium deſeruere. Atque ſic paulatim à ſublimibus in præcipitium ruere? Hæc ergo pauca quæ ſcripſi, ſucceſſor mi, ſedulus reſpice: atque ad imprimendum formam tuæ tuorumque conuerſationi, quaſi quoddam ſignaculum tene. Nunquam apud te hæc deprauetur imago, nunquam tuo tempore hæc ſalutaris forma per incuriam deteratur, ne (quod abſit) parakaraxiſmus pro nummo moneta degenerante procedat. Et certe non ignoras, quia falſarius trapezita qui monetam violaſſe conuincitur, plerumque iudiciali calculo man⁹ abſciſione multatur. Vt autem ad hæc obſeruanda nullus excuſationi pateat locus, iuxta id quod exiguitate loci humilis competebat, ſtuduimus cotenus poſſeſſiones acquirere, vt prædictum fratrum numerum poſſis, niſi exercendi cura defuerit, ſuſtentare. Librorum quoque numerum nō minimum dereliquimus vt fratribus noſtris, qui pro nobis orare dignentur, meditandi copiam præberemus. Bibliothecam namque omnium veteris & noui Teſtamenti voluminum, licet curtim, ac per hoc non exacte, vobis emēdare curauimus: Ex paſſionibus quoque beatorum martyrum, ex Omeliis quoque ſanctorum Patrū, ex Cōmentariis allegoricas ſacræ ſcripturę ſententias exponentium, Gregorij ſcilicet, Ambroſij, Auguſtini, Hieronymi, Proſperi, Bedę, Remigij & Amalarij: inſuper & Haimonis atque Paſchaſij di[illegible] gratia Saluatoris, & ſucceſſiue plures libros habetis quibus vacare poteſtis, vt ſanctæ animæ veſtræ non ſolum oratione creſcant, ſed & lectione pingueſcant, ex quibus nimirum Codicibus nonnullos pro noſtra poſſibilitate correximus, vt in ſacræ diſciplinæ ſtudiis, intelligentiæ vobis aditum panderemus. Clauſtrum quoque iuxta Eccleſiam hac intentione conſtrui debere cenſuimus, vt ſi quem adhuc inclita Monaſterialis ordinis conſuetudo delectat, habeat vbi in præcipuis feſtiuitatibus ſolenniter ex more procedat. Cui & proceſſioni crucem argenteam ſatis idoneam procurauimus, eius quoque intentioni ſtudio imbecillitati fragilium conſulentes, & iam tintinabulo atque bathema diuerſaque diuinæ domus vtenſilia comparauimus. Calices quoque argenteos duos pulcherrime deauratos, hac nobis ratione prouidimus, vt cum ſacræ Dominici Corporis & Sanguinis myſteria vultis accipere, ſtannum: vel vilius quodcunque metallum veſtris labiis nequaquam neceſſe ſit adhibere. Conſpicua nihilominus ſacroſancto Altari tegmina, & celebrandis Miſſarum ſolemniis prætioſa contulim⁹ ornamenta: Hæc omnia, fratres, nos non ſine labore quæſiuimus, vt nos vobis laboris impendia tolleremus: Tantoque liberius ſe animus veſter ad alta ſuſtolleret, quanto minus hunc ad prouidenda ſibi infima, rei familiaris inopia non grauaret. Vnde rogo, fratres chariſſimi, quicunque mihi eſtis in huius loci ſacri habitaculo ſucceſſuri, vt qui vobis ante conſului, quam huius vitæ haberetis ingreſſum: vos etiam me pia viciſſitudine veſtris adiunctis orationibus iam defunctum & qui vobis paraui locum religioſe viuendi, vos mihi copiam acquiratis indulgentiam promerendi: Ecce, fratres mei, fui quod eſtis, & menſus ſum quod tranſitis: Hic ergo cōpendium veſtræ mortalitatis excurrite, vt è lapſis vanis quæ temporaliter tranſeunt ad bona perueniatis quæ iis, perpetuo manſura, ſuccedunt.

Mat 7.

Ad Monaſterialem latitudinē ab Hæremitica diſtrictione deſcendere non licet.

Commentarij SS. Patrum in Scripturā.

Clauſtrū Monaſtrū iuxta Eccleſiam ędificauit.

Crux argentea ad Supplicationes.

Quod nunc es, fuimus, quod nunc ſumus, ipſe futurus.
His ſit nulla fides, quæ peritura vides.
Friuola ſynceris præcurrunt, ſomnia veris,
Succedunt breuibus ſæcula temporibus.
Viue memor mortis, quo ſemper viuere poſſis.
Quicquid adeſt, tranſit, quod manet, ecce venit.
Quàm bene prouidit qui te, male Munde, reliquit:
Mente prius carni quam ſibi carne mori.
Cœlica terrenis præfer, manſura caducis.
Mens repetat proprium libera principium.
Spiritus alta petat, quo prodit fonte recurrat:
Sub ſe deſpiciat quicquid in ima grauat.
Sis memor, oro, mei: cineres pius inſpice Petre,
Cum prece, cum gemitu dic, ſibi Parce Deus.

INP.

IN P. DAMIANI OSTIENSIS EPISCOPI EPISTOLAM AD HILDEBRANDVM P. M. SCHOLIA.

Colon.349. lin.19. pro Apſaren. legi poteſt Auſaren. vt in libro qui dicitur Prouinciale omnium Eccleſiarum, & eſt in Aachiepiſcopatu Iaderen. quapropter linea ſequenti, pro de clauo matho regno legendum eſt de Sclauomacho regno, quod Illyricum appellat Mela, qui & Iaderæ vrbis in eo meminit lib. cap.3. Apſorum autem in Blactia Illyrici inſula ſitam ait Ptolemæum ſequutus Volaterr. Geogr. lib. 8.

Quod eadem Epiſt. Col. 353. c. narrat de peregrino quodam incluſo qui & præuiderat incendium quo in cella ſua exuſtus eſt: id mihi videtur Marianus Scotus Lib. 3. Aet. 6. ad Aenn. 1058, ita expreſſiſſe. Podelbruna, inquit, Ciuitas cum 2. Monaſteriis, feria 6. ante Palmas igne conſumitur. Erat autem in Monaſterio Paternus Monachus Scotus multis annis incluſus qui etiam cambuſtionem prænunciabat: in ſua Cluſa ambiens Monaſterium combuſtus eſt. Viſitaui eundem locum ob bana quæ narrantur de ſepulchro eius,

Idem in eadem Epiſt. Col.347.c. Fatetur iniunctam ſibi ob dimiſſos Epiſcopatus 100. annorum pœnitentia: quæ vero illa ſit 100. annorum pœnitentia idem author in vita Sancti Dominici Loricati exponit: 100. annorum pœnitentia ſicut ipſo authore didiſcimus (de Sancto Dominico loquitur) ſit expletur. Cum 3. ſcoparum millia, vnum pœnitentiæ annum apud nos regulariter expleant, decem autem Pſalmorum modulatio, vt ſæpe probatum eſt, mille ſcopas admittat, dum 150. Pſalmis conſtare Pſalterium non ambigitur, 5. annorum pœnitentia in vnius Pſalterij diſciplina recte ſupputantibus inuenitur. Porro ſi quinquies vicies faciunt centum, conſequitur vt qui 20. Pſalteria cum diſciplina decantat, 100. annorum pœnitentiam ſe peregiſſe confidat. Vide preterea quod idem hic Author, de vnius Anni pœnitentia ſcripſit paulo ſupra, in Tractatu de Regula Heremitarum.

AD EIVSDEM AVTHORIS CAP. XVI. LIBRI QVI DICITVR GRATISSIMVS SCHOLION.

Gymnicus edidit Coloniæ anno 15. Petri Damiani Epiſtolam illam 15. titulo Libri Gratiſſimi: qua in editione deeſt totum Caput 16. Illud & aliquot quæ deinceps ſequuntur ego vero ſuſpicor reſectũ (nec iniuria) quod nimium contumelioſe Liberium 1. Pont. M. hæreticum & ſeditioſum appellat initio Cap.16. quem tamen nulla prorſus Arrianiſmi nec vllius hæreſis nota cõtaminatũ vſquam fuiſſe apparet nec vel ex iis quæ tam conſtanter pro Catholica fide contra Conſtantium imp. dixit egitque tam ante ſuum exilium apud Ruffin. 1. lib. cap. 12. & lib. 2. cap. 10. Eccleſiaſticæ Hiſt. Socratem lib.2. 37. cap. 16. & Sazomenum lib. 4. cap. 15. Theodoritum, lib. 2. cap. 17. tam poſt exilium ſcripſis ad Epiſcopos Macedoniæ apud Socr. lib. 4. cap. 11. & 12. Quod vero illum Arrianis ſubſcripſiſſe indicare videtur Athanaſ. in Apol 2. & in Epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, id non de Arrianiſmo ſed de Athanaſij cauſa eſt intelligendum. Quæ de illo ſecus dici videntur in lib. Pontificali, & Platina in eius vita, id conieciſſe primum omnium & adieciſſe ad Hiſtoriam Anaſtaſium Bibliothecarium, vt & Onuphrius ad Platinam, ego conicio. Poſtremo autem quod Hieron. in Eccleſiaſtice. Script. Catalogo in vita Fortunatiani Aquileien, eumque ſequutus Marianus Scotus, de eodem Liberio ſcribit, Arrianorum calumniis natum illum rumorem, diſerte ſcribit Sozom. lib. 4. cap. 14.

S. HILDEBERTI, COENOMANENSIS PRIMVM PONT. DEMVM VERÒ TVRONENSIS ARCHIEPISCOPI, Epiſtolæ ex M. S. Geruaſianæ Bibliothecæ Codicibus nunc primum editæ, & argumentis illuſtratæ per M. DE LA BIGNE ſacræ Theologiæ Doctorem.

DE HILDEBERTI COENOMANENSIS EPISTOLIS, EX PETRI BLESENSIS EPISTOLA 102. AD R. ARCHYDIACONVM NANNETEN. de puerorum inſtitutione.

ſanctorum vel remuneratio eſt vel materia ſtu-
diorum. Sane ſana Regis diſpoſitio quæ Chriſti
E[illegible]æ nihil melius potuit prouidere quàm te,
cuius & ſcientia ſubiecti proficiunt, & patroci-
nio virtus ex[illegible]ltat Talem te pro Guidone noſtro
rogare decreueram, ſed veritus ſum ne quod per
te facturus es: id precibus extortum putaretur:
gratiora ſũt beneficia quæ nõ alieno interuenitu,
ſed affe[illegible]tu ſuputauero prouenirent. Pręfactum
tamen fratrem filiúmque noſtrum eo non debui
defraudare teſtimonio: quod non minus vita quã
liberatura promeruit. Vnus ex noſtra Ecclesia
excerptus eſt cui & ad fructum ſcientia, & ad exẽ-
plũ mores exuberãt. Vn⁹ ille tibi pro multis erit:
B quoniam in illo vno multos magiſtros inuenies.
Mors æqua omnibus. Porro diuturnior eius apud te conuerſatio, pau-
ca me ſemper eo ſcripſiſſe conclamabit. Vale: cõ-
clamabit. Vale: mortamque non pluribus ſtadiis
& ab aula quàm à tugurio diſtare memineris

Epiſtola 4. Argumentum.
Commendat pontifici Guillielmum quendam.

PRo Guillielmo noſtro pater ſancte, ſupplicã-
dum putare niſi ad promerendum fauorẽ tuũ
ſibi ſolus ipſe ſufficienter. Præterea ſuper-
fluum duxi ad beneficium excitare pontificem
C qui ante pontificem, vel innumeris benefacere
conſueuit: Hoc ſecum dignitas non attulit, ſed
inuenit. Non itaque vereor vt præſul beneficen-
tiæ renuncies cui te, priuatus, obligaſti. Credo
etiam præſcriptum fratrem non indignũ cui gra-
tiæ tuæ limen vltroneus aperias.

Epiſt. 5. Argumentum.
Inuitat amicum ad ſcribendas illi prolixiores Epiſtolas.

COmmeantium raritas facit ? vt rariores no-
ſtræ inter nos epiſtolę diſcurrant: illa nobis
D & obſequium ſalutationis inuidet, & amica
colloquia. Cæterum epiſtolarum raritatam pa-
gina poteſt ſupplere prolixior. Memineris igitur
inuigilare aliquid quod & ſolatium tuæ ſit abſen-
tiæ, & oculos amici diutius remoretur. Tuam pro
lixitatem ſic amplector, vt epiſtolas longiores &
occupatus ſuſcipiam. & inuitus deponam. Illæ
quidem me, ad legendum, otioſum non inueniũt
ſed faciunt. vale: Atque id potius age, vt aliquan-
do obliuiſcaris me, quàm vt aliquando cogites
de me.

Epiſtola 6. Argumentum.
Gratulatur amico quod corruptum Monaſterij ſtatum & mores in melius reformauerit, & hortatur vt pergat.

E NOn potuit ad nos vſque tua non peruenire
opinio, quia iuſta Salomonem, oleum effu-
Cant. 1. ſum nomen tuum. Eius odore tuam, mi frater, e-
docti deuotionẽ, benedicimus Domino Domi-
no Iſrael, quoniam deuotio tua nihil aliud eſt quã
Iam. 15. gratia ſua: Quia enim corruptis moribus, & mo-
naſtico ordini conculcato ſubuenire poſſet, quia
conſulere non adiunctus ab eo qui dixit, ſine me
nihil poteſtis facere ? graue quidem eſt in pugnã
tyrones animare, grauius autem reuocare fugien-
tes. Maiori eget ſtudio reddere, quàm conſerua-
re ſanitatem: Ita vix eſt qui dubitet, hoc ordine

A facilius ignaros informari quàm reformari per-
uerſos. Vnde & te ſplendidior ó gloria reſpicit
cui deſurſum datum eſt, & colligere diſperſa &
confracta ſolidare. Sub te cultore ſterilis ficus ef-
floruit, & in gratiam cum ſuo rediit Domino, cu-
ius minas & ſecurim formidabat. Erit itaque ſtu-
dij tui circa commiſſam tibi arborem fodere, cir-
ca ea ſtercora imittere. Talis planta facile reſil-
ueſcit. & ſi colere deſinas eius virentia breui tẽ-
pore reputreſcunt quotidie flat Aquilo, non flo-
ribus tantum ſed & fructui ſuſpectus, & foliis. Ro-
gandus eſt Auſter vt veniat, & perflet ortum ſuũ
& efficiatur odor eius ſicut odor agri pleni cui
benedixit Dominus. Fortaſſis in publica commo-
B da peccem, ſi longo ſermone morer te, ſi quos de
bes pluribus oculos prolixiore pagina teneamus.
Hoc tamen vnum nec te legere tedeat, nec fidem
dictis adhibere: vicem mihi rependentes, ſi & a-
mes me & ores pro me.

Epiſtola 7. Argumentum.
Monet fratrem (non dubium quin Diœceſis ſuæ Presbyterum vnum quendam) vt initiandis obuiet vel initiatas reſcindat nuptias filij iunioris, Galteri de Duncãpo, cum puella cuius coniugium cum altero eius ſeniori fratre peractum fuerat ſolemniter conſenſu voluntatis licet non debito commixtionis.

C ITerare clamorem continuata, nos iniuria com-
pellit: ea in promptu eſt Galterus de Duncam
po duos dicitur filios habuiſſe: eorum maior
virum reddens, puellam ſibi deſponſauit impa-
rem viro, atque nuptiarum negotiis. Immaturam
conuenientibus tamen parentibus, virgo ſolem-
niter tradita eſt, dotata eſt: celebrata ſunt matri-
monij cætera ſacramenta, peractum eſt coniugiũ,
conſenſu voluntatis non debito commixtionis.
Defuncto, autem viro priuſquam conuenirent,
pater defuncti, præfatæ puellæ facultatem re-
D meandi ad parentes intercludit: alteri filio ſuo;
eam, ſicut fama eſt, in vxorem traditurus. Cæte-
rum ſi autoritati defertur, taliter tradita viro at-
que vnita conſenſu, coniux fuit, quamuis coniu-
galis concubitus non ſucceſſit: Ambroſius ad vir-
ginitatis exhortationem: deſponſata, inquit, viro,
coniugis nomen accepit. Cum enim initiatur cõ-
iugium, tunc coniugis nomen aſſumitur. Non e-
nim defloratio virginitatis facit coniugium, ſed
pactio coniugalis. Denique cum puella coniun-
gitur, coniugium eſt, non cùm viri ammixtione
cognoſcitur. Iſidorus, Ethimologiarum lib. 9. ca.
7. coniuges verius appellantur à prima deſpon-
E ſationis fide, quamuis apud eos ignoretur coniu-
galis concubitus. De eodem, Ioannes Chriſoſto-
mus: Matrimonium non facit coitus, ſed volun-
tas. Attendendum pręterea nequaquam ſatis eſſe
manifeſtum. Vtrum maritus ita puellam relinque
rit imaculatam, ſicut incorruptam. Quam ſi quo-
libet attactu polluerit, fratrem fratri non ad con-
iugiũ ſuccedet ſed ad inceſtum relinquitur, igitur
ſolicitudini tuæ, vel initiandis obuiare nuptiis,
vel reſcindere iniciatas. Memineris etiam puel-
lam parentibus remittendam: quatenus & ea nu-
bat in Chriſto & patris hæreditas ad filiam, legis
beneficio, reuertatur. Vale frater, & dilige me
diligentem te.

Epiſtola 8. Argumentum.

Miſerat amico flabellum interpretatur autem eo, myſtice ſignificari abigenda eſſe muſcarum portenta, prauas ſcilicet cogitationes quæ altaris officia frequenter impediunt.

FLabellũ miſi tibi, cõgruũ ſcilicet propulsãdis Muſcis inſtrumentum, eſt etiã quod in munuſculo noſtro interpretari te oporteat. Attende ergo quibus muſcis immolantes Domino ſacerdotes grauius infeſtentur, quibus frequenter impediantur ſalutaria altaris officia. Mille ſunt occurſantium fantaſmata cogitationum, mille diaboli ſuggeſtiones, mille mortalium tentationes animorum: Quæ dum ſe ſacrificantium mentibus B inopinato ingerũt illapſu, dũ eas ad alia atq; alia cogitãda abſtrahunt, dũ hereticã moliũtur inducere prauitatem, quid aliud faciunt quàm, velut quædam Muſcæ, ſacrificantes altaris miniſtros infeſtant & impediunt? Talium portenta muſcarũ patriarcha non Abraham, propulſanda prælignauit cùm à ſacrificiis aues abegit incurſantes. Scriptum eſt enim deſcenderunt volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abraham. Dum igitur

Gen. 16. deſtinato tibi flabello deſcendentes ſuper ſacrificia Muſcas abegeris, à ſacrificantis mente, superuenientium incurſus tentationum, Catholicæ fidei ventilabro exturbari oportebit. Ita fiet, vt C quod ſuſceptum eſt ad vſum, myſticum tibi præbeat intellectum. Et quoniam præfatę volucres ſuper ſacrificia tantum deſcendiſſe leguntur non etiam cœptum interrupiſſe officium, ſacerdotes

Sacramenta altaris. Chriſti. tẽtationes quas perferunt ita doceantur. Abigere vt à ſacramentis altaris, talis eos lapſus non cogat abſtinere: Hic enim defectus, infirmitas eſt quæ virtutem perficiat, non que virtutis opera in irritum deducat.

Epiſtola 9. Argumentum.

Andegauenſibus qui eum ad electi ſui conſecrationem inuitauerant, negat ſe ad futurum quod ille præter canones electus ſit. Ac proinde reprehendit Epiſcopos qui adfuerant & hortatur ne electo illi, imponant manus. D

PEtitio veſtra qua vocamur ad electi noſtri conſecrationem, facilem apud nos inueniret aſſenſum ſi eam ratio tueretur. Sed teſtantur qui affuerunt quod ad iuuenem infra ſacros ordines & annos inuentum, nec altero electum, ſeditioſus turbatę turmæ clamor pontificialem detorſerit electionem. Aſſerit etiam Decanus, cantorem; Archidiaconos, & maiorem capituli partem quãtum licuerit acclamaſſe, ſimulque talibus auſis aſſenſum ſubtraxiſſe proſtrationem, ſeipſum preſentiam: pro timore. Quod ſi ita eſt: his qui interfuerunt, doleo pro exceſſu: iuſtitiæ, pro contemptu. Quis enim non doleret canonicum rigorẽ tanto conculcatum præiudicio? quis non nimium miraretur religioſarum prouidentiam perſonarũ, in aſſenſum noui declinaſſe piaculi? Pace veſtra loquar, inexcuſabilis eſſet ille ſubuerſos autoritatis aſſenſus, ſi eum neceſſaria diſpenſationem non putaremus extortum Niſi enim fallor, timo

Act. 25. ri ceſſiſtis non rationi: nihilque aliud fuit, dicere

Act. 9. ſaueo, quam Cæſarem appello. Nemo maior Paulo, nemo par Chriſto. Paulus tamen dum cuſtodiretur Damaſci per feneſtram in ſporta demiſ-

A ſus eſt per murum: Chriſtus quoque quia tulerunt lapides Iudæi, abſcondit ſe & exiuit de templo vterque diſpenſatorie ſubfungit, neuter tamen ſuo tẽpore pro veritate mori recuſauit. Paulus enim, quando oportuit, paſſus eſt pro Chriſto Chriſt⁹ pro mundo. Si placuit ei exemplum fugę placeat exemplum conſtantia: Timoris lapſum, veritatis ſuppleat aſſertio Nõ cadit turpiter quiſquis poſt caſum fortius congreditur. Non turbetur præ ira oculus patris in filium, ſed attendat iuxta Salomonem meliora eſſe vulnera amici quã adulantium oſcula vt autem vobis, vt iuuenis, maturius conſulatur: manus ei citò non imponantis, ne hoc vel illi deputetur ad iudicium, vel vobis ad lapſum. Quiſquis huic negotio ita non prouidet, inuidet. Pareat mihi pater, quia ego parcam animæ meæ: fruſtra, inquam, expectabitis me, quia manus impooetis ſine me.

2. Cor 11. Ioan. 8. 12.

Epiſtola 10. Argumentum.

Familiaris eſt Epiſtola, & proſperans valetudinem, M. Reginæ Angelorum gratulatur.

Humilis Cenomanorum miniſter M. venerabili atque Auguſtæ Anglorum Reginæ, ad illius ſtare dextram à cuius dextra aſtitit regina in veſtitu deaurato circundata varietate. C

AVdita per præſentium latorem & ſalute quia incolumis es, & ſalutationem qua me dignata es: de primo quidem ſubortum eſt mihi gaudiũ de ſecundo vero nomen & gloria mihi exuberãt. In leges enim & in Eccleſia Chriſti peccare conuincor, niſi de ſalute illius lætetur & exultet ſpiritus meus cuius incolumitas, & legum reuerentiam & Eccleſiæ ſtatum ſeruat incolumen. Nihil enim eſt vnde magis oporteat lætari animam, quã ſuper eorum incolumitate quibus & legum integritas & Eccleſię ſtatus incolumi perſeuerat. Gau D deo igitur, ſed & gaudebo quoties meas aures aura quæ te ſoſpitem nunciet, afflauerit quoties audiam viuere reginam & valere, cui & poteſtas collata eſt ad iudicium ſceleris, & mores ad exẽplar honeſtatis.

Regum incolumitate cur ſit lætandum.

Epiſtola 11. Argumentum.

Monachis S. Cudberti gratulatur bonas fieri vias eorum, & ſtudia: pollicetur que ſe pro illis acturum vbi Pater filium immolatur, ſcilicet ad altare.

Humilis Cenomanorum ſacerdos, toti conuentui fratrum monaſterij ſancti Cudeberti de bono principio exitum bonum. E

EX quo veſtram promerui notitiam, deſiderio deſideraui rurſus videre vos, ſed mundum hoc placuit Domino Deo, quia cùm diſponat homo viam ſuam, Dominum tamen eſt dirigetur greſſus eius. Quia verò audio bonas fieri vias veſtras & ſtudia veſtra, gratias ago Ieſu Chriſto in quo vobis repoſita eſt corona iuſtitiæ eius muneris eſt, quod nobis ab Aquilone pãditur bonum: quod pro olla ſuccenſa, incenſa ſanctæ conuerſationis veſtræ relationibus aduentantium odoramus: reficitur inde ſpiritus meus Domino Deo gratias agens & gaudens vobis quos audit cantare canticum graduum, & aſcenſiones in corde

de diſponere: vnde & nos tantò confidentius veſtrarum ſuffragio inhæremus orationum, quantò nouimus vos, velut è foribus, ſupernam interſpicere Hieruſalem, & videre iam dñm dominorũ in Syon. Nos quoque ſiquid peccatoris, ſed ſacerdotis, poteſt oratio, ibi pro vobis fratribus noſtris agimus vbi Patri filius immolatur† vale

S[illegible] in ... de ... ger ... [illegible] ... et in ... aiat.

Epiſtola 12. Argumentum.

Electo Andegauenſi demonſtrat Patrum authoritatibus, eius electionem canonibus deuici quod negligente (imo repugnante) clero a populo in ea ætate qua a rigore canonico in conſecrantis metuitur, & ſacris ordinibus nondum initiatus intruſus ſit: proinde eum hortatur vt animæ ſuæ conſulat.

PAuca, bonę frater, habeo aduerſũ te ſed tamen omnia pro te. Nihil eſt in eis fuco liuoris inſectũ, nihil quod odio ſeruiat alieno: æmulor enim te Dei æmulatione, aſſume ergo patientiam & amplectere commonitorium ſalutis quod prodiit ex radice charitatis. Si vera ſunt quæ dicuntur, promotionem tuam canonica reiiciunt & deiiciunt inſtituta. Quippe non elegit te Clerus, ſed minæ populares iu truſere renitentis ordines tibi deſunt: quos in promouendis cognouimus inquirendos. Eſt ætas, quam rigor canonicus quia in conſecratis metuit, à conſecrandis excludit. Hęc ſi ita ſe habent, infinitus tibi labor incumbit nec facile bonos exitus inuenient, quæ malo ſunt inchoata principio: in ſummis enim ſacerdotibus ætas integra poſtulatur, vnde nec periculum religio metuat, nec reuerentiam dignitas amittat. Hinc eſt Ezechieli in trigeſimo anno cœli aperiuntur & videt viſiones Domini & prophetat: prius ætas Prophetæ deſcribitur, vt quibus annis predicatio committi debeat, oſtendatur. Chriſtus quoque Ioannem ſupra Petrum dilexit, Petro tamen non Ioanni conceſſa eſt poteſtas ligandi atque ſoluendi. Qui enim per Eſaiam dixerat, auferte offendicula de via philoſophi mei: coram diſcipulis offendiculum ponere noluit, nec maioribus anteponere iuuenem, quamuis eum prerogatiua caſtitatis ſibi præ ceteris fecerat familiarem. Detulit igitur ætati, non meritis: nec prætulit coniugatum virgini, ſed prouectiorem iuniori. Denique Luca docente didicimus quid beatiſſima virgo Maria Chriſtum inuenerit in Templo ſedentem in medio doctorum, audientem illos & interrogantem donec annorum defuit integritas, doctor omnium, fines diſcipuli non exceſſit: vbi verò pleni dies acceſſerunt, factus eſt magiſter pro debito, qui fuerat diſcipulus pro exemplo. His omnibus impreſſa eſt Eccleſię forma quã ſequatur, certúſque limes ętatis appoſitus infra quem fieri Epiſcopum, facto, cedit ad iudicium. Præterea quiſquis in ſacris non fuit ordinibus inuentus, ad ſummum ſacerdotium accedere canonicis probibetur Eccleſiæ inſtitutis. Nam de electione quid loquar, in qua populo minime licet Clerum precedere, ſed aſſenſu proſequi eligentem? Scrutare ſcripturas, & in hoc negotio primum ei locum reſeruatum inuenies. Vnde Celeſtinus Papa ad Epiſcopos in Viennenſi prouinciæ conſtitutos, ſic ait: Nullus inuitis detur Epiſcopus: Cleri plebis, & ordinis conſenſus & deſiderium requiratur. De eodem in decretis Leonis

Aetas iuuenilis in Episcopis metuenda.

Populi ius in Episcopi electione.

A papæ, cap. 5. Cum de ſummi ſacerdotis electione tractabitur, inquit, ille omnibus preponatur, quẽ Cleri plebiſque conſenſus concorditer poſtulauerint. Vides itaque, mi frater, quantus in te coniuret autoritatem concurſus, quam multa te pulſent capitula: Proinde timendum eſt vt hac temporali promotione, ab ęternitate decidas cum illis de quibus per Pſalmiſtam dicitur: Deieciſti eos dum alleuarentur. Conſule igitur animæ tuę conſule dum licet. Non eſt tibi colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus eum qui non ex ſanguinibus neque ex voluntate carnis, neque ex voluptate veri, ſed ex Deo natus eſt. *Pſ.*
B Pro eo religioſos Abbates & integri nos perſonas audiui ſtare aduerſum te: cum quibus tanto periculoſius eſt congredi, quantò eorum ſame ſincerior, cauſa iuſtior, dignitas maior. Vale, & hoc vltimum tene: Conſilium ſalutis aſpernari, ſeipſum odiſſe eſt.

Epiſtola 13. Argumentum.

Eundem hortatur vt oblatam vnctionem recuſet, ne augeat animæ diſcrimen.

FAma eſt Epiſcopus ad tuam conueniſſe conſecrationem, Ei autem quia autoritate reſiſtitur, neceſſe eſt miſericordia ſuccurratur: hanc, C vt opinor, prouintiã eſt impetrari, ſi oblatam tibi recuſes vnctionem. Alioquin creari pontificem eſt augere diſcrimen. Homo es ſub poteſtate conſtitutus: illam grauius exaſperabis ſi quaſi per arrogantiam prçſumitur, quod inde per miſericordiam expectatur. Facilis eſt iudex ad veniam cui pauca offeruntur punienda: eundem, delictorum exacerbat multitudo, vale.

Epiſtola 14 Argumentum.

Hortatur (non dubium quin ſuæ Diœceſis Decanum vel Presbyterum vnum quempiam) ne fratrem, pecunia, Diaconum ordinatum patiatur in Diaconatu quem forte non accepit, vel in ſacerdotio quod male accepit, miniſtrare. D

FRatrem illum quem Diaconatum precio cõparaſſe ſignificaſti, à Diaconatu & ſupra, ſummouendum cognouimus & ſummouemus. Nullam enim partem, nullam ſortem concedit ei Petrus in ordine quem dum emit non accepit: vnde & Simoni dictum eſt: Pecunia tua tecum ſit in perditione, non enim eſt tibi pars neque ſors in ſermone iſto. A ſacerdotio quoque canonica eum ſuſpendit auctoritas, quod vel nondum vel maleſactus diaconus euolauit.* Quomodo enim E ſtabit edificium cui nullum ſuppoſitum eſt fundamentum? Agitur itaque de periculo tuu ſpatiaris perſcriptum fratrem, vel in ſacerdotio miniſtrare, quod re vera male accepit, vel in Diaconatu, quem fortaſſe non accepit. Nam de eius reformatione quid loquar, cùm morbo huiuſmodi nullum penitus inueniatur ſubuenire remedium? Vnde & in decretis Nicolai cap. 6. ita reperies. Nullus Epiſcope ſacros ordines à maiore vſque ad minorẽ vendat, quia ſimoniacum eſt. Quod ſi quis fecerit, & venditor & emptor omni Eccleſiaſtico officio priuetur. De eodem in Calcedonen. conſilio cap. 11. ſiquis epiſcoporum accepta pecunia ordinationem fecerit, ei ſub precium de

Act.

† forte melius, euaſit.

Simoniacorum pœna.

doxerit impreciabilem gratiam atque ordinaue-rit per pecunias epiſcopum ſiue preſbyterum, line Diaconum aut quemcunque alium qui connumeratur inter Clericos: quicunque ergo hæc mendicauerit ſiue conuictus ſuerit, ipſe quidem ſubeat gradus ſui periculum: & qui ſic ordinatus ſuerit nullum habeat fructum ex huiuſmodi mercimonio & creatione probroſa, ſed ſit alienus & dignitatis & ſolicitudinis eius quam per pecunias intrauit. Sed & ille qui tam turpibus & illicitis interceſſor apparuerit, ſiquidem clericus fuerit, de proprio decidat gradu: ſi vero laicus ſiue monachus ſuerit, anathema ſit.

Epiſtolę 15. Argumentum.

Gratulatur Reginę cuidam, de bono, quod aliud fuiſſe non puto quam nuptias cum Rege, prætereà illam hortatur vt Deum non ita ſperet miſericordem vt non etiam expectet iudicem.

GRatulor honori tuo' atque bonæ opinioni tuæ quę mihi melior in dies innoteſcit. Gratulor inquam, & Domino Deo gratias ago de bono tuo, quoniam bonum tuum nihil aliud eſt quã donum ſuum: Quid enim habes quod non accepiſti? & nos omnes ait Euangeliſta, de plenitudine eius accepimus eius ſcilicet. De plenitudine de quo & tu habes vt ſis, habes vt bona ſis, habes etiam vt melior eſſe poſſis Attende quid habeas ex tam bono factore tuo, & intende quid ei debeas ex tam magno beneficio ſuo.' Attende, inquam, qualem te elaborauerit artiſex tuus & labora ne degeneret labor eius: de temporalibus loquor & caducis: ſed temporalia etiam & caduca dona ſunt Domini Dei tui. Non meruiſti nobilis naſci: & regius ſanguis nata es: non laboraſti: & dines ſacta es. De potentia nihil mouebaris: & ecce ſuper capita filiorum hominum poſita es. Nulli pro gloria formæ ſupplicaſti: & vſque de regiis Deliciis formoſa facta es. Hæc opera operatus eſt Dominus Deus, Deus bonus opera bona, quoniam ipſe ſumme bonus fecit omnia valde bona: His autem bonis non ſunt homines boni: ſed eis bene vtendo, faciunt, vt & ipſi fiant boni: vt igitur & tu ſis bona coram Domino Deo tuo, vtere bene bono munere ſuo, ſi bene vteris, & eius munus eſt & tuum bonum: Si vero male, eius quidem munus eſt & bonum, ſed bono munere Dei male vtẽdo facis tuum malum: nihil enim eſt homini bonum ſine ſe bono, bonis autem & diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Porro munera Dei, damno ſunt poſſeſſoribus otioſis quibus nolle negotiari ad lucrum, probe negotiatur ad ſupplicium: intellige quæ dico: dedit enim tibi Dominus intellectum. Magnus fœnerator eſt hic Deus noſter, coram eo loquor, importune vſuras exigit. Iſte creditor noſter creditor noſter, eſt & durus creditor eſt. Ille homo quidẽ qui peregre profectus eſt, ipſe pleni lunio reuertetur: cum redierit, duplum requiret à te: cùm ſuſceperit, cẽtuplo numerabit te. O beatum commercium in quo nec vſuras exigens, criminis arguitur, nec ſoluens maligno grauatur! O fœlicem negotiationem in qua creditor eſt opportune importunus, & debitori pluſquam debeat debetur! proinde timendum eſt ne ad iudicium ſine venia venias ſi quod abſit, negotiandi negligentiam obliuione fore impunitam ſomnias. Intellige quæ dico: magnæ memoriæ eſt iſte creditor noſter: penaliter oblita es tui, ſi putes eum oblitum debiti ſui. Nihil obliuiſcitur tempore, nihil occupatione æque recolit & quod hodie præſtãt & quod heri preſtitit, quoniã hodie ſuũ eſt & heri. Abeunt dies & dies, anni & anni: ſed mille dies & mille anni ante oculos ſuos, támque dies heſterna quæ præteriit. Nunquid ergo non numerabit quantum tibi preſtiterit, qui ſolus dinumerat arenam maris & pluuiæ guttas & dies ſeculi? Nunquid non diuidet in mourias talenta tua, qui diuiſit aquas ab aquis in ſapientia ſua fortaſſis autem trahes in ius creditorem tuum dum repetet a te commodatum ſuum! intellige quæ dico. Bonus cauſidicus eſt qui tecum rationem poſiturus eſt. Coram Angelis referet, veritati deferet, terribilia proferet, horrabilia inferet. Sed dicis mihi idem offenſus clementiam promittit, punire prætermittit, pœnitentem admittit, minas remittit, debita dimittit, ampliora committit. Ita eſt, inquam, confiteor: miſericordia Domini plena eſt terra: cæterum plures eam ſibi infructuoſe aucupantur, qui licet abiurato bene agendi ſtudio, Deum tuum quem meretur iudicem, ſperãt miſericordem: quaſi, eum inuenire propitiũ merces ſit iniquitatis, quod credimus eſſe religionis. Verum, non eſt ita: neque enim miſericordiam Dei lucrantur mali quam ſibi etiam timide pollicentur boni. In ea ſperare, ſaluberrimum eſt cõſilium: ſed de ea totum pendere periculoſum eſt refugiũ. Oportet enim iudicem mitigent aliqua bona ſi volumus miſericorditer iudicari multa mala: proxima eſt venię cauſe, non tota rea virtus quæ cum delicto ad iudicium venit & interuenit: Hi vero iudicem ſentiunt expertem miſericordiæ, qui ſe, peccando faciunt expertes iuſtitiæ. Quis igitur aget pro te ſi ille, quod abſit, perorabit aduerſus te & auerſus ait? Graue eſt incidere in manus Dei viuentis vale atque deliciis, pro regina, vtere, non pro te.

Dei munera damno ſunt otioſis poſſeſſoribus.

Deus creditor dur' eſt.

Epiſtola 16. Argumentum.

Aurea Candelabra, epiſcopo, dono miſerat M. Regina Anglorum. epiſcopus quantum poteſt demum, verbis commẽdat, & quos, ex eo, myſticos intellectus didiſcerit exponit.

Humilis Cenomanorum ſacerdos I. M. venerabili Anglorũ reginæ gloria & honore digniſſimæ, ſalutem & orationũ inſtantiam.

DIfficile eſt diſcrete ſemper ac proinde beneficia collocari. Neſciunt hanc excelſæ poteſtates prouidentiam, quas pulchrum eſt benefacere, vel indigni. Talem ergo apud te munificentiam expertus, benedictionem tuam gratiarũ proſequor actione ſtupefactus pariter & gloria muneris & affectu tribuentis. Munus enim tuũ plurimum commendationis ex ſe ipſo promeretur, vt pote ambitioſum materia, præclarum celatura: eius tamen precium, mittentis maieſtate cumulatur, minuſque eſt quod ars ei contulit aut natura, quàm quod habet ex regina. Quid ſi nec pondere nec ingenio placeret artificis, non aliter tamen illud amplecterer quàm ſuperi vel thurat vel

A vel pinguium libamina victimarum. Illi ſiquidem non hoſtiam, ſed affectum conſiderant: eorúmque gratiam, deuotio, non impenſa, promeretur. Purus & integer animus eos quocunque vult, inclinat: nec minus quadrante, quàm talento, cœleſtem mitigat indignationem. Sic & apud me, tuum donum tuus animus commendat, ſic magnificat, ſic illuſtrat. Ipſum bene quidem rutilat auro ſuo, ſed melius, animo tuo: animo cui beneficium placuit, cui innata eſt, non ſuggeſta, volūtas largiendi animo, inquam, tuo qui ex animo voluit, qui citò præſtitit, a quo improuidus accepi non importunus extorſi. Porro ex hoc etiam manifeſtum eſt, quam deuota dominicis intereſt
B ſacramentis: quibus quia miniſtrare non potes fœmina, prouides inſtrumenta. Imitaris quantū licet ſanctas mulieres illas quæ prius ad crucem cum lachrimis, de hinc ad monumentum cum aromatibus acceſſerunt. Illæ nimirum pio ſuccenſæ deſiderio, quibus potuere ſtudiis, & crucifixo compaſſę ſunt, & obſequutæ tumulato. Tu quoque preſens es cùm Chriſtus immolatur, cùm traditur ſepulturæ, neutrúmque ſine tuo celebratur obſequio, cùm ibi luminaria preparas vbi luminis adeſſe autorem, & corde credimus & ore cōfitemur. Nec refert vtrum diſſimile ſit obſequiū,
C quod ſimili † frequentatur affectu. Sūt autem duo quæ, niſi fallor, epiſcopo ſuggerere decreuiſti: tui ſcilicet memoria, debitique recordatio paſtoralis: vnde velut quoddam commonitorum, candelabra mihi miſſa intelligo: quibus coram poſitis, & doctrinę lumen gerere, & pro te reminiſcerer ſupplicare. Eorum preſentia ſuccurit, & excitat ſpiritum meum ſecretis exigens hortātibus, vt dum vtor beneficio proficiam exemplo. Occulte quidem ſed acute ſatis iubeor attēdere cuius ſim baiulus luminis, quibus diuina dicant eloquia: vos eſtis lux mundi: &, nō abſcōdant lucernam nec ponunt eam ſub modio ſed ſuper cādelabrū, vt luceat omnibus qui in domo ſunt:
D amplector tuam, filia. Chriſti, exortationem quæ ſi defuit intentioni, ſi dediſti ſimpliciter: ſic tamen numeris accipio famulatum, ne contemnā documentum: licet vndecunque proficere ac decori. omnia fere myſticos offerunt intellectus, & facile eſt ex qualibet de marum figurare venuſtatem. Nihil ita creatum eſt pro ſe † nihil ita ſimplex cui non ſit aliquid vnde doceamur vel cauere noxia vel ſalutaria prouidere de tua verò memoria quid loquar, quæ meum pectus alrius irrupit, latius, occupauit: ſtabilis poſſidet, viuenti conniuet. Conniuet ea mihi: conniuet, inquam, de frequentiſſima, futura frequentior quotiens ad alta-
E re Domini peccator aſtabo, ſed ſacerdos. Ibi pro te, regina venerabilis, ibi pro tuis & candelabro agent obſequio, & pontiſex monumento. † vale.

† *alij* nec vtráque.

† *alij* per ſe, & *fortè paulo melius*.

† *alij* monumentum

Epiſtola 17. *Argumentum.*

Eſt eiuſdem Argumenti cum 7. *& ſcripta ad eundē Presbyterum, aut fortaſſe ad ipſummet Galterum de Duncāpo: non iniuria tamen coniici poteſt ex epiſtola illius* 7. *initio, hac prior illa poſterum ſcripta eſſe: iſtic enim, iterare clamorem, inquit, iniuria continuata nos compellit. &c.*

SI fides auctoritati non ſubtrahitur coniugium ſit conſenſu voluntatis non commercio per-

A mixtinnis. vnde Ambroſius ad virginitatis exhortationem non defloratio inqnit virginitatis facit coniugium: ſed pactio coniugalis. idē cum puella coniungitur: coniugium eſt non cum viri commixtione cognoſcitur. Hæc ſi diligentius vt oportuit attendiſſes profecto non mirer, puella cum viro coniugium cuius fratri ſulemnes eam nuptię copulauerant atque conſenſus inierat: quamuis ſecreta matrimonij mors innopina preciderit. Inter quos enim tale cōtrabitur matrimonium: neqnaquam toleratur diſpenſationem Eccleſiæ ſed iuſtitię cenſura punientur. De talibus hæc in cōcilio Tyburienſi reperies Cap. 10. Quidam de-
B ſponſauit, vxorem cum qua coire non potuit illam frater eius Clam corrupit grauidam reddidit: decretum eſt vt quamuis nupta eſſe non poterit legitimo viro deſponſatam tamen fratri frater habere nō poſſit ſed mechus & mecha fornicationis quidem vindictam ſubſtineant licita eis coniugia non negetur exabūdanti itaque, fuit ad conractum calidi fieri pręfatam deducere puellam: tanquam tali probaturū examine cum priore viro nulla ſe coeundi miſcuiſſe conſortia. Et enim fruſtra lex adducitur que ad urgentis cauſæ deciſionem minime ſuffragantur.

C

Epiſtola 18. *Argumentum.*

Canonici B. Martini apud Toronenſes. ad priuilegia ſua inceri volunt, aliquid peccauerant: ignorantia id factum excuſat Epiſcopus, & veniam a R. P. illorum nomine precatur.

NOn paucis declaratur priuilegiis quantam Eccleſiæ beati Martini Romani detulerint pontifices quantamque prouiderint libertatem. Quam dum preſas Eccleſiæ canonici ſalua reuerentia noſtra tueri intuerentur: fortaſſe prolapſi ſunt ſuamque dignitatem quærentis obtinere derogauerūt aliene forum tranſgreſſionem ſanctiſſime pater non purgo non ſenſo non minuo qui-
D bus vt leuis error ad iudicium cedit: ſi Romam offendit ceterum generaliter omnibus ex charitate debemus vt ſupplicemus adueniam ſi fratrem declinet ad culpam Charitas igitur nos compulit ad oſtium pulſare miſericordiæ, atque pro fratribus interpellare apud Petrum qui ſeptuagies ſepties dimittere precipitur, ſi totiens in eum delinquatur. Sic autem predicti teſtantur, canonici, nihil aduerſus Apoſtolicam præſumptū eſſe maieſtatem, nihil quod autentius non purgētur priuilegiis, quæ ſi vel autoritate conſerentium vel proceſſu temporis ſtabilitatem meruerunt, roga-
E mus ne mater filiæ ſubtrahat gratiam quam contulit ad quietem: neque enim Dignitatem minuit Apoſtoli libertas impenſa congeſſori: Nec vos ita Martium venerari querimus, vt Petrum conculcemus. Si vero prædicta minus ſe defendunt priuilegia, pareat patri filiis, & indulgeat ex miſericordia quod admiſſum eſt ex ignorantia conſeruet nobis Dominus ſanctitatem veſtram, & præparent nobis orationes veſtræ viam qua proſpero euentu liminibus Apoſtolorum præſentari mereamur per Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum.

Epiſtola 19. *Argumentum.*

Inuitatus Epiſcopus ad concilium, excuſat, Tyrannide con-

ſulum Cænomanenſium ita ſauiſſe in pauperum ſar ſultatis & ſacerdotum reuerentiam, vt prope omnia conuerterint in ſauillas: quodque ipſe coactus ad ſubeundũ Angliæ exilium quod Eccleſiæ turres petente Rege, deijcere iuſſus, cogatur ad auxilium & conſilium R. P. confugere, huic vero profectionis ſumptus ſuppetant.

A

SIcut frequens tribulationem concurſus ſacris nos inuitat Concilijs, ſic idem reuocat & abducit: aduerſa etenim quæ tuis bam querimonias tum nobis offerunt: ita noſtram contriuere facultatem, vt vnicum ſuperſit ſolatium, vſus ipſe patiendi: Ea profectò ante peractum cepere triennium, quod totum continuis euolutum lamentis recens vulnus in vulua quotidie fatigauit. Denique tam modico tẽpore ſex in vrbe ſuſtinuimus conſules quorum nullus pacificum prætendens ingreſſum, gladiis & igne cur tam ſibi vendicauit poteſtatem: Plebe coacta in ſauorem tyrãnum ſuſcepit ex neceſſitate, non ducem ex lege: in ſuſceptum ſtudia ſimulauit, non exhibuit fidem repertis in ea, qui ſuperior. Conſul vero tantò grauius dominatus eſt, quantò breuius miles eius ſimulatis vſus iniuriis, eos ſcelerum indicauit expertes, quos rerum. Et quia non parcit populis regnum breue, finem rapinis inopia poſuit, non voluntas. Ea clades vſque ad ſanctuarium Domini peruagata eſt: & primo quicquid extra muros noſtræ fuerat poteſtas, vel euanuit in ſauillas, vel diſſipatum eſt in rapinam. Deinde ſimilibus cecidere præiudiciis Epiſcopales domus & Eccleſię non paucæ. In reliquis quibus ignis peperit, & que periclitata eſt & facultas pauperum, & reuerentia ſacerdotum. Omnia confracta ſunt, omnia direpta, omnia contaminata: Nihil eorum manus euaſit qui gratis ad flagitia diſcurrunt, ad honeſtũ nec pretio Eiſdem Clerus iniuriis affectus, ſummam rerum affluentiam indicat ſolari naturam, ad neceſſaria votum reſtringit, omnibus indigẽs. Illius anguſtiæ ſuper dolorem noſtrorum vulnerum addiderunt: grauiuſque confundimur quod eorum releuare non poſſumus inopiam, quàm quod nemo vult noſtram Præterea longum eſt enarrare quàm conſtanti Tyrannide Rex Angelicus in nos ſæuierit, qui temperantia regis abiecta decreuit non prius Pontifici parendum, quàm pontificem compelleret in ſacrilegium: quia etenim turres Eccleſiæ noſtræ deiicere nolumus, tranſmarinis ſubiiciendi iudiciis coacti ſumus iniurias pelagi ſuſtinere, ſingularem ſcilicet moleſtiam itineris, atque vnicam totius humanæ compaginis diſſolutionem: tãtis igitur his agitati turbinibus ad Apoſtolorum limina decoluimus pro ficiſti, magnum nouæ tribulationis arbitrati remedium, ſi Romanus Pontifex nobis, & conſilio ſubuenerit & auxilio: ſuſcipite igitur noſtram beneuoli excuſationem diligenter attendentes, noſtros ſumptus, itineris expenſæ paritérque cõcilij ſufficere non poſſe, qui de reliquiis incendiorum tanquam tabulæ de naufrago extracti, defectum nobis in via pollicentur. vale.

Conſulum Cænomanenſium tyrannis.

Regnum breue non parcit populis.

Eccleſia Cænomanenſis à militibus expilata.

Militum elegans periphraſis.

Epiſcopus a Rege afflictus, ad R. P. M. cõfugit

B C D E

Epiſtola 20. Argumentum.

Mulieri quidem ſcribit, at cuinam neſcio planetam verò qua eget petit dono.

ATtritę fontis eſt egeſtas, nihil podet dum modo viuat, egeſtas & ad crimen vrget, & intercedat ad veniam. Ignoſces igitur ſi quid ea vrgẽte ſupra meritũ poſtulabo. Doces me ſperare maiora meritis, quæ meritis maiora largiri non deſiſtis. Si quæris, quid aut qua poſtulem fiduciam, planetã indigeo, eam mihi promiſiſti: ſicut arbitror non deſeres promiſſum, quæ etiam non promiſſa feſtinas erogare.

Epiſtola 21. Argumentum.

Fiducia charitatis (cuius laudes vt breuiter ita eleganter perſtringit) petit a quodam Anglo Pont. vt quæ in Barenſi Concilio diſputauit contra Græcos de proceſſione ſpiritus ſancti a filio, ad illum mittat.

FAmiliare eſt ſapienti tolerare neſcientẽ. Hinc eſt quod ſcientiam meam aperire non timui, quia erat cum ſapientiæ colloquium. Eam niſi fallor, & ſcientia veſtra erudiet, & charitas ſupportabit. Fœlicem me, in quam, ſi meruiſſem vel præſens inſtrui, vel tanquam familiaris, epiſtolam ſuſcipere deſtinatam. Hoc autem inuidet, mihi locus nec aliter ſalutationis indulſit obſequia niſi prius orbis dimidium cõſuluarem. Oportet enim maris & aëris explorare clementiam, ſi quem iudicamus. In Anglia ſalutandum, cæterum incõmoda ſeparationis, charitatis copula ſupplentur quæ neminem patitur eſſe nobis abſentem, neminem non familiarem. Ea nihil eſt diffuſius, par enim latitudo eſt & Charitatis & Mundi. Charitas amplectitur quicquid Occeanus, Charitas in ſacrario dilectionis & amicum colligit in Deum, & inimicum propter Deum. Eadem diligere nõ deſinit, cum diligi deſinitur. Omnes habet præſentes. omnes affines quibus non poteſt obſequio, ſubuenit affectu: abſit igitur vt publicum Charitatis beneficium maris mihi fluctibus auferatur, cùm ſcriptum ſit, aquæ multæ non poterunt extinguere Charitatem. Facile enim eſt vt diuerſi littoris cultores Charitas viuat, quæ vnam Rempublicam, terram fecit & cœlum. Huius itaque fiducia iniecta eſt mihi pręſumptio inquirendi atque poſtulandi id quod impenſum non minuet erogantem. Si votorum ſumma quæritur, ſequẽs illam pagina declarat. Appulorum relationibus didiſci vos in concilio Barenſi† ſermonem huiuſ ſe de Spiritu ſancto quem calumnioſa Græcorum verſutia à filio minime procedere ſabulatur: quæ igitur aduerſus hanc illorum dementiam in præfatu promulgaſtis concilio, ſuccincto tractatu deprecor, annotari. Et quia ipſi latinorum patrũ teſtimonia non ſuſcipiunt his auctoritatibus opus flagitatum munire non tædebit quas Græca calliditas, & ſuas fateatur, & noſtras. Magna quidem beatæ pater poſtulo, ſed quę pariter & ſuſcipienti proficiant, & danti. Nobilis enim poſſeſſio eſt ſcientia quæ diſtributa ſuſcipit incrementum, & auarum dedignata poſſeſſorem, niſi publicetur elabitur. Conſeruet nobis Dominus ſanctitatem veſtram, & videant vos oculi mei antequam moriar.

Charitatis deſcriptio.

Charitas vnam rẽp. fecit, cœlũ & terram

† In concilio Barenſ. Chronologis omnib. & Eccleſ. rerum ſcriptoribus hactenus, quod ſciam inaudito) hac ætate Vrbano 2. Pont. Max. contra græcos adfuiſſe S. Anſ. Archiep. Cantuar. rationabili quę & catholica diſputatione Græcos de Spiritus S. proceſſione cõfutaſſe: ipſi vero P. Max. ad eam diſputationem multorum illius librum roboris cõtulliſſe de incarn. Verbi. vide apud. Edmerũ lib. 2. de Vita D. Anſ. ac proinde ſuſpicor eum eſſe ad quẽ hæc epiſt. ſcripta ſit.

Epiſtola 22 Argumentum.

Agit gratias eidem Epiſcopo ob miſſum ad ſe illum de Spiritus ſancti proceſſione, Tractatum.

Et

ET dies lętus & vultus ſolennes eum tuo tractatu mihi pariter aceeſſerunt, ſuſceperá prius benedictionem tuá, ego ſeruus tuus, & egi gratias Domino, & tibi deuotus effectus eſt affect⁹ meus. Humanũ quidẽ ſuit ſubuenire proximo per cõpaſſionis affectu, ſed diuiuũ, fidem defendere Catholicá per inhabitante in te Spiritũ ſanctũ: vtrũque autem operatus eſt vnus atque idem Spiritus volẽs tibi virtutũ exuberare gratiá, quẽ ſuę proceſſionis a filio deſẽſorẽ, reſeruabat. In maleuolam enim animá non poterat introire ſapiẽtia, nec habitare in corpore ſubdito peccatis. *Sap. 1.* Vnde dignũ fuit, vt aduocatus veritatis exemplũ pretenderet religionis. Talis preterea paſtoralibus excubiis congruebat, cui nihil deeſſet ad plenitudinem iuſticiæ, nihil ad integritatem doctrinæ. Beatũ ſanè pectus quod virtutũ conuentus, reuerendũ ſibi penetrale conſecrauit. Inde velut ex adytis diuina prodeũt oracula, nihilque aliud ſacra verba profitẽtur quàm cęleſtis interpretem voluntatis. Eorum mæ ſæpius recordantẽ opprimit ſtupor, & dum ſingula diligenter intueor, omnia ſpiritui ſancto couſiteor aſcribenda, cum Pſalmiſta dicens: *Pſal. 117.* A Dnmino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Vicem mihi, pater ſancte, rependes, ſi tuarum me participem feceris orationuum, Vale.

Epiſt. 23. Argumentum.

Depracatoria eſt Epiſtola ad Abbatem quẽdam pro G. Monacho qui eo Conſultore ad conuentũ redierat. Petit itaque vt eum ſuſcipiat in pace, & aſperitatem legis molliat virtute pietatis.

Sine Monacho inuentus Monach⁹, pro indiſciplinato & erroneo.

COnſrater & filius, veſter. G. exiit, in regiouẽ longiuquam, vbi eum ſine monacho inuentum, ad couuentũ monui redire mouachorũ. Credidit ergo mihi, & prius ad ſe, dehine ad mouaſteriũ reuerſus eſt. Vude oportet & te, fili mi, gaudere, quia ſrater tuus mortu⁹ fuerat & reuixit, perierat & inuenrus eſt. *Luc. 15.* Prius autẽ qnàm recederet à me, deprecatoriá ſuſcepit epiſtolá ad te: ad quàm cùm oculos inelinàris, animũ quoque ad miſericordiá incliues. Miſericordia ſpecioſum eſt humanæ naturę ornamentũ, cuius expers malè degenerat & hominũ diffitetur: *Miſericordia laus.* Vnde & neſcire miſereri, cũ feris eſt habere cõmerciũ. Sed abſit: vel renuncies homini, & máſuetudine proiecta in animal ſilueſtre declines. Totus enim homiuẽ redoles: cumque geris ſic opus naturę, ſic etiá exemplũ doctrinę. Suſcipe igitur filiũ tuũ in pace, quia tuę ſollicitudinis eſt, aſperitatem legis virtutem mollire pietatis. Vale.

Epiſt. 24. Argumentum.

Sanctiſ. Cuidam Abbati fatetur debere ſe eius precibus, quòd dum Roma rediret pericula effugit maxima, paratus eius ſinum vt arma complecti, ſi ſiuiſſet PP. Epiſcopatum abdicare.

Pyratarũ barbaries.

MAximum duco atque habeo quod mihi veſtrę ſacrarium familiaritatis aperuiſtis. In Appendix.

eo ſuſceptus, multis & magis expertus ſum periculis, quantùm valet deprecatio iuſti aſſidua. Huic & ſoli debeo quod inſidias mihi Romæ redeunti diſpoſitas intactus pętranſij, quod ingentes & vrgentes maris procellas illæſus euaſi, quod non incidi in barbaros pyratas laruali forma deformes, ferina crudelitate hominem diffitentes, ſuper omnia etiam gaudentes nulla ſe cum Chriſtianis habere conſortia. Ii Catholicæ religionis expertes & hoſtes, in Inſulá beatiſſimi honorati ſacratiſſimo die pẽteeoſtea in multis nauibus delati ſunt. Ibi ad ſundamentũ monaſterio penitus euerſo, plurimi monachorũ gladio percuſſi ceciderunt: reliquis, & latibulis & turre proxima conſultum. Eadem die de pręfata inſula fœlix me ventus expulerat, & ita ipſis pene leonũ faucibus euulſus, auſpicato curſu Magolauá nauigaui. *Forte melius Magalonam.* Hęc ideo ſanctiſſime Pater appoſui, ne quis ignoret quátis oratione veſtra perieulis ereptum me couſitear. Habeo igitur atque ago veſtræ gratias religioni, cuius ſinum, quaſi reus aram, iá dudum complexus eſſem, ſi conſultus Papa Pontificis onus amoliri permiſiſſet. *Hildebertus Põtiſicatum abdicare voluit.* Ille dũ me remiſit ad laborẽ, inuidit gloriam: non imputet & Dominus. Interim in vmbra alarum tuarum ſperabo, donec educar de lacu miſerię & de luto fęcis, atque dicam, ecce venio vt faciam volũtatem tuam Deus meus. De cætero redundantis operę eſt ſuper andegauenſi Epiſcopo, tyrone ſcilicet beati benedicti, vos rogare, cuius affectus & ſingularis eſt in vniuerſis, & vniuerſus in ſingulis. Vale.

Epiſt. 25. Argumentum.

Comitiſſam quandam laudat ob clementer & benè adminiſtratum, etiam abſente marito, principatum: quin & eam ad clementiam hortatur, & eius aliquot praeſcribit capitula.

ABſeutia mariti laborioſior tibi cura conſulatus incubuit. Eam tamen & fœmina ſie adminiſtras, & vna, vt nec viro nec præcariis conſiliis neceſſe ſit adiuuari. Apud te eſt quicquid ad regni gubernacula poſtulatur. Sanẽ tantus bonorum conuentus in fœmina, gratiæ eſt non naturæ. *Bonorum copia in fœmina, gratia eſt non natura.* Gratia Dei prædicandos tibi titulos cumulauit, quibus & ſexui eſſes ad gloriam, & poteſtatem temperares. Defers enim ſeminæ, dum colis in pulchritudine caſtitatem: comitiſſam reprimis, dum ſeruas in poteſtate clementiam. *Clemẽtia & pudicitia laus & cõparatio in principe fœmina.* Illa tibi verum conciliat, hæc populum: inde nomen adquiris, hinc fauorem. Vtrumque bonum, per ſe quidem ſatis inſigne eſt atque conſpicuum, nec linguæ ſupplicat alienæ. Cæterùm clementiæ plurimùm laudis accedit, quia pluribus prodeſt. Quippe formoſa pudica, ſibi prouidet: Mitis autem principatus, regnũ ſeruat incolume. Huius profectò virtutis locus eſt apud potẽtes, qui iure parẽtum, vel vi, vel electionis beneficio cæteris principantur: apud populũ verò non ita, cui nulla eſt poteſtas puniẽdi. *Crudelitatis & Clementia comparatio.* Ipſe autem ex alto crudelitatem

deteſtatur, adorat clemẽtiã, quorũ alterũ feris, alterum hominibus natura docuit aſſignandum. Ea ſanxit oportere homines manſueſcere clementia, meri feras crudelitate. Igitur crudelẽ eſſe, cũ feris eſt habere commercium & hominem diffiteri. Præterea ſummũ eſt hominis ratio, qua cetera ſupergreditur animãtia, Deo autem ceditur rationi nullũ penitus eſt cum crudelitate conſortium. Illa cũ Deo & cũ ſapiẽtibus diuinã pepigit mãſionẽ, hæc ad infima & ſanguine gaudentia demigrauit. Quæ igitur ſocietas homini ad crudelitatẽ, cuius lares ratio tam ſuperne deſpicit, tam longè relinquit, tam conſtãter abiurat, tam penitus ignorat? Aliud habet illa contubernium, atque aliis cohabitatoribus conſtipatur, inter quos clementia non vltimum poſſidet locum, quæ, ſicut humanitati nihil eſt affinius, ita nihil glorioſius. In principẽ, ea rationẽ, quaſi pediſſequa, matremſamilias comitetur oportet, cuius arbitrio ſeueras poteſtates emolliat, mitiores animos adiuuet, reis pareat. Omnibus enim virtutibus ratio præſidet, omnibus homines ordinat, omnibus ſuorum tempora denunciat officiorum. De clementia quoque, compendioſa principib⁹ capitula vigilauit. In quibus ideo breuitatem dilexit non obſcuram, vt magnis occupatos, legere non tæderet. Ea igitur pro te, & ad te ſuſcepta, ſuſcipe: atque recordare quę dudum didiſceris ex te & per te, pauca ea ſunt. Clemẽtiæ eſt aliquid vltrici detrahere ſẽtẽtię: Nã quiſquis nihil reatus impunitum relinquit, delinquit: culpa eſt totã perſequi culpã. Immiſericordem ſe cõfitetur, cui quicquid licet, lubet. Itẽ, glorioſa virtus eſt in principe, extrà punire quàm liceat. Virt⁹ eſt, ad vindiciã neceſſitate trahi, non voluntati venire. Magnũ quid & diuinũ ſapit, offenſus, clemẽs. Itẽ, bonus princeps neminem ſine pœna punit, neminem ſine dolore proſcribit. Bonus princeps ita crimen inſequitur, vt quem punit, hominem, reminiſcatur. Item bonus princeps ſibi dominatur populo ſeruiet, nullius ſanguinem, contemnit. Inimici eſt, ſed eius qui amicus fieri poteſt: nocentis, ſed hominis cuiuſcunque ſit, quia non potuit dare crimen, putat auferre: ideo quotiẽs funditur, confunditur. Sufficiunt hæc animo docili & amanti diſciplinam. Ex quibus diligẽtiores faciie percipient quantùm hæc crudelitas obſit, vel proſit clementia poteſtati. Vale.

Ratio, virtutũ omniũ norma eſt.

Epiſt. 26. Argumentum.

Petit ab eadem comitiſſa vt quemadmodum Epiſcopo Carnotenſi ad Conſilium profecturo prouiderat de conductu, eiuſdam gratia beneficium illi communicet.

ABſentia mariti laborioſior tibi cura conſulatus incubuit. Ea nõ magis animo quàm corpore ad diuerſa te demigrare compellit. Incertus igitur vbi locorum te inuenirem, certus autem quod honeſtatis obſequia vbique inuenirẽ apud te, domi reſidens, ad dominam literas dedi quarũ ſumma hæc eſt. Epiſcopo carnotenſi conductum, ſicut fertur, prouidiſti ad cõſiliũ profecturo: quod ſi ita eſt, præſatę gratię beneficium mihi communices, exoro. Symmach⁹ dixit: ex vſu venit vt opẽ deſiderantes ad ſuffragia probata confugiant: ea propter ad tuũ patrocinium trãſuolaui, quæ tota ſupra fœminam & exemplum es virtutis & inſtrumentum. Viuunt in te bonæ boni ſeculi reliquiæ, per quam & ſexus reſpirat ad gloriam, & genus elabentem retinet dignitatem. Arguerer mendacij, niſi cuiuſque optimi iudicium mecum in hoc conſentiret. Vale.

Epiſt. 27. Argumentum.

Pollicetur amico, ſe in eius gratiam, quod antea nõ rogatus, ſæpius fecerat, quemdam in vinculis conſtitutum, viſitaturum in benedictionibus, officiis & beneficiis.

PRæter officium eſt, quouſque rogemur oppreſſis differre ſubſidium: hæc enim celeritate preſtanda ſunt beneficia, vt ea potius accipiat improuidus, quam importunus extorqueat. Vnde expectatas preces anteire decreui, ne ſi rogatus ſubuenirem, ſerò ſubueniſſe iudicarer. Verùm hic vinculatus non tacebit ſpontaneus, & hilaris ad omnem me obtuli humanitatem. Illum ſæpius in benedictionibus viſitaui, diligenter omnia proſecutus quibus vel carcerales anguſtiæ, vel inopię releuari potuerunt. Sed ne nihil pro eo veſtræ preces efficiant, eadem frequentius iterabo. Vale.

Amicitia quanta vis.

Epiſt. 28. Argumentum.

Gratulatur amico fœlicem ab vrbe reditum, ſeque illi & animo & oratione adfuiſſe ait.

ET vultus tu⁹ & reditus diẽ hilarauit mihi. Fortaſſis ignoras, ſed tecum fui Romæ, tecum omnium ſum perpeſſus iniurias, tecum montes vel lubricos glacie, vel ſcopulis exaſperatos. Vniverſa tecũ pertuli quæ dolui dum perferres. Hæc enim eſt inter amicos animorum concordia, vt nihil ab altero ſit alienum, nihil alteri ſingulare: omnia facit eis vnam rempublicam voluntas vna. His amicitiæ legibus actum noueris, vt memoria reuerterer ad te, compaſſione eſſem iuxta te, orationibus agerem pro te. Audiuit igitur & exaudiuit dominus Deus clamorem cordis mei, quoniam & tu cum ſalutari obſequio ad Eccleſiam, & cum ſalute reuerſus es ad amicos.

Epiſt. 29. Argumentum.

Petit ab amico vt faciat illum certiorem, læta an triſtia ſint quæ litteris Apoſtolicis ad eum ſcripta ſunt: vnum quoque in colendis amicitiis candorem ingenuè profitetur.

AD nos vſque decurrit Apoſtolicam te paginam ſuſcepiſſe, quæ ſi tibi mœroris aut lętitiæ calicem miniſtrauit, vnus eram cui primò poſt te fuerat propinandum. In omni fortuna prudenter ad amicum feſtinatur, bonam etenim communicata facit lętitia gratia gratiorem. Aduerſa verò magnum ſuſcepit ex amici ſolatio remedium. Hoc ſanè vitium meum nec exuere ipſe poſſum, nec fateri erubeſco. Omnia tam ſecurè cum amico loquor quam mecum: plenus ſum rimarum, effluit quicquid præter, aut propter voluntatem fortunæ variat audacia. Verùm hæc miſſa facio. Ne diſſimules, volo ſcire quid Apoſtolica te monumẽta docuerunt. Re quid illud ſit iteratum gratius audietur. Redimes igitur accuſati culpam ſilentij

ſi ea

ſi ea quæ poſtulo tuarum mihi recurſus oſtendit litterarum. Vale.

Epiſt. 30. Argumentum.

Arguit ſacrificem quendam (ſic enim ſacerdotem appellat): quod nimium ſeuera quæſtione animaduerterit in quendam furti ſuſpectum: neque id decere ſacerdotem.

Reos tor-quere, Ec-cleſiaſticum non eſt.

REos tormentis afficere, vel ſuppliciis extorquere confeſſionem, cenſura curiæ eſt, non Eccl ſiæ diſciplina. Vnde & ab eius animaduerſione abſtinere debuiſti, quem pecuniam tuã furto ſuſpicaris abſportaſſe: neque enim carnifex es, ſed ſacrifex, pro reis quidem, ſed non reos immolare conſtitutus. In veris etiam iniuriis decuit B hec manſuetudo ſacerdotem, vt habentem males impunitum abſcedere, quàm pro incerto certis ſuppliciis debacchari. Vnde Auguſtinus ad macedoniũ: aliquãdo, inquit, miſericordes & in ipſo dubio nolunt homini pro incerta pecunia, certa inferre ſupplicia. Ad hanc miſericordiam etiam nos prouocare & exhortari decet: melius enim etiam ſi habet amicus, quàm ſi non habet aut excrucias aut occidis. Abhorreas itaque rerũ cruciatibus, & morti tradere, tu qui dici Chriſtianus vis, pro quo Chriſtus Domin' cruci traditus eſt & morti: aut ſi tam carnaliter pecuniam ſuſpiras amiſſam, qualiter eam repetere te oporteat ad C eundem macedonium. Sic Auguſtinus oſtendit, nolentes reddere quos nouimus, & malè abſtuliſſe, & vnde reddant habere arguimus, increpamus, deteſtamur, quoſdam clam, quoſdam palam: ſicut diuerſitas perſonarum diuerſam videtur poſſe recipere medicinam nec in aliorum perniciem ad maiorem inſaniam incitari. Vale.

Epiſt. 31. Argumentum.

Nobilis quædam vidua ſeculo renunciauerat: hanc initio miratur & laudat, deinde hortatur vt ad illam quã vitam hanc inſtituit, prudentiam, adiungat temperãtiam, D *fortitudinem & iuſtitiam: Ante omnia vero fugiat ſuperbiam quæ virtutum dilapidatio maxima eſt, Humilitatem vero ſectetur.*

COnfidimus in domino Ieſu: quia qui cœpit in vobis opus bonum perficiet vſque in diẽ Chriſti. Vnde enim deliciarũ contẽptus in fœmina? vnde luxus obliuio, niſi ex illo qui dixit, ſine me nihil poteſtis facere. Nũquid nõ eduxit te de lacu miſerie & de luto fæcis qui eduxit, vinctos de lacu in quo nõ eſt aqua: aut mutatio iſta, nõne mutatio eſt dexteræ excelſi. Filia ſeculi facta es, filia Dei: nec ceſſerunt ad interitum que conceſſa E ſunt ad vſum. Porro viro qualem tibi tu ipſe depingeres, lege nupſiſti. Suſcepta ex eo proles futuræ virtutis auſpiciis, vniuerſas matrimonij mitigauit anguſtias. Acceſſerunt ad hæc ſolennes cultus, & blanda ſeruorũ obſequia: quibus vel gloriam cõparares, vel domeſtica res ordine tractaretur. Plebis etiã ſtudium ſic in te declinauit, vt ea inter ſucceſſus numeraret quicquid in tuũ trãſiret obſequium: præterea nihil eorũ tibi defuit quæcũque iucundiora poterat excogitare fortuna benignior. Hi profectò laquei ſunt mortis. Hęc animę retia chriſtianę. Virtutũ muros arietes huiuſmodi

Ioan. 15.
Pſal. 39.

Appendix.

concutiunt, arcem dei ſunt rationis. Inde prędo-A nibus infelices exponuntur animulæ, ſuęq; libertatis expertes, in Ægyptũ perennis caulant ſeruitutis. His vſus Pharao miniſtris, maſculos noſtros quotidie interficit, quotidie luto dãnat & paleis. Sub ei' iugo diu gemuit anima tua: ſed in manu potenti & brachio excelſo libera facta eſt, & dirupta ſũt omnia vincula ſua. Egreſſa es in libertatẽ glorię filiorũ Dei, cui hoſtiã laudis & ſpiritũ ſacrificas cõtribulatũ cũ Pſalmiſta, dicens: Dirupiſti domine vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Sanè prudẽs & diſpoſitiſſima electio, qua tranſitoriis ęterna, vitiis virtutes, exilio patriã prætuliſti. De qua electione quid Auguſt. ad macedoniũ di-B cat, audiamus. Virtus, inquit, nihil aliud eſt, quam diligere quod eligendũ eſt: Id eligere prudentia eſt: nullis inde auerti moleſtiis fortitudo eſt, nullis illecebris, tẽperãtia eſt, nulla ſuperbia iuſtitia eſt. Porro paucis tibi oſtenſa eſt vitæ perfectio Chriſtianæ. Hæc eſt ea quadriga, quã nõ habentes hic manẽtẽ, ciuitatẽ futuram inquirunt. Beatus quidẽ currus, quo Theſbites helias euect' in cœlũ, mortẽ diſtulit, nõ euaſit. Hic autẽ multò beatior, quẽ qui aſcẽderit, mortẽ nõ guſtabit in æternũ. Ad illũ quoque igneũ niſi prius hunc aſcenderet, propheta non veniret. Huius tã ſalutaris vehiculi prima tibi præparata eſt rota, quæ ſanctarũ teſtimo-C nio ſcripturarũ prudentia nuncupatur. Prudentia fuit, qua diligenda ante dilexiſti, & à noxiis vtilia ſeparaſti. Prudẽtia inquam, fuit, qua elegiſti iuxta Pſalmiſtã, abiectus eſſe in domo Dei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorũ. Scimus autem plæroſque virtutẽ profeſſos, aduerſitatũ defeciſſe incurſu. Sitiebat in deſerto Iſraël, & ſitis moleſtias impatienter ſuſtinebat. Vnde & aduerſus moyſen murmuraſſe legitur, & malè locut' de Deo, dixiſſe: nũquid poterit Deus parare mẽſam in deſerto? Idẽ quoque inter hoſtium incurſus, inter iniurias itineris, ollas carniũ deſiderat, ad pepones reuertitur, Ægyptiacam optat ſeruitutẽ. Sic pleroſque D frãgit aduerſitas. et ſicut ſcriptũ eſt, inuenies paucos, niſi ad nutũ cuncta ſuppetãt, qui non minimis quibuſque proſternãtur. Quos dũ paupertas vrit, dũ contẽptus excruciat, dũ ſublimes & ſplẽdidos aſpiciunt, quos aut electione fecerũt heredes, aut lege: ad faſtiditas reuolãt diuitias, adẽptã ſibi gloriã cõqueruntur, ſuis inuident. Et quod magnum ſuſceptæ religionis eſt diſpendiũ, dum modica ſuſpirãt quę reliquerũt, quanta pro relictis expectẽt nõ attẽdũt. Tales profectò bona quę diligẽda ſũt inutiliter eligũt, dũ prædictis exterriti procellis, ad nõ diligenda mẽte reducuntur. Adhibenda eſt igitur prudẽtiæ fortitudo, vt ad tenẽdũ quod pruden-E ter eligimus inſurgẽtibus moleſtiis fortiſſimè reluctemur. Hac virtute Paul' ſtimulo carnis & Angelo Sathanę reſiſtebat. Hac in carceribus, hac in omnibus anguſtiis, quas ad Corinthios enumerat, armabatur, cum dicebat: Quãdo enim infirmor, tunc fortior ſum & potens. Eadem quoque Dauid in aduerſis innocentiam ſeruauit: eadem perſequenti ſe Sauli pepercit: eadem audita morte filij ſui conſolatus eſt, & panem comedit. Ad quam tu quoque confugias oportet, ſi acuatur aduerſum te detrahentium ſtimulus linguarum, ſi contemplationis requiem murmur infeſtet, ſi ſpontaneæ paupertatis libertatem incommoda

Pſal. 135.
Pſal. 115.
Prudens electio.
Quid virtus.
Pſal. 83.
Exod. 17.
Pſal. 77.
Exod. 16.
Num. 11.
Pleroſque frangit aduerſitas.
Eccl. 6.
2. Cor. 12.
Pſal. 25.
1. Reg. 26.
2. Reg. 19.
Cod. germanſ. linor infeſtet.

ommoueant, ſi ſtatum mentis contumeliæ perturbent. Aduerſis enim vſque ad victoriam difficile reſiſtitur, niſi fortitudo prudentiæ copuletur. Quibus inuicem coniunctis, temperantia neceſſario ſupponitur, virtutem ſeruatura in proſperis, quæ ex fortitudine ſeruata eſt in aduerſis. Virtuti nihil æquè noxium eſt, quam voluptatis admixtio in cóceſſis. Negligenter cauetur hoſtis, cuiꝰ ingreſſus pacificus expectatur. Sic plærúque bonum corruit propoſitum, cùm mēs minus illecebras aduerſatur, cùm proſperitate reſoluitur, cū impenſam ſibi reuerentiam diligit, cùm inſultis inſoleſcit. Hoc luxu & lapſu receſſit à Deo dilectus Dei, dilectus de quo dicitur: Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit. Incraſſatus, impingatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo. De eodem quoque Apoſtolum ſic dixiſſe inuenies: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Hanc ſanè virtutis euerſionem ſaluator noſter ad exemplū declinauit, cum turbis eum regem ſtatuere volentibus, oblatæ ſibi dignitatis faſtigia recuſauit. Nequa igitur oblectamenta fructū tibi religionis extorqueāt, temperantię fines excedere formidabis. Tēperantia plęrumque infra licitum quieſcit, vltra nunquā progreditur. Ea ſi deſit cæteræ virtutes vel decidunt à ſummo, vel non aſcendūt ad ſummum. Impetus enim eſt nō ratio, quicquid ſine temperantia profitemur. Temperantia metitur vires, & a medio non recedit. Vnde & nunc remiſſa intendit, nunc ardua moderatur. Sic ipſa virtutes perennat, & ad pręmium vſque perducit. Profecto fabrica hæc in præfato curru tertium ſibi locum defendit pręparata aduerſa luxus, & latrociniis occurſura voluptatū. Hac itaque paulatim tibi ſuccidēda eſt delitiarum conſuetudo, reiiciēda obſequiorum ſedulitas, feſtiui cultus, & odores peregrini penitus dediſcendi, qui dum vel apud alios tibi vel aliis apud te malè placerēt, integritatem vulnerabāt animarum. Vſus ægrè dediſcitur: Ab eo autem præcipuè difficillimū eſt reuelli, qui multo nos tēpore tenuit, multa placuit voluptate. Ex quo, niſi fallor, bellum te grauius expectat, & hoſtis, quod abſit, ad victoriā paratior. Hoſtem, ſi neſcis, appello, frequentatas à cunis delicias, gratiam mariti, caritatem ſobolis, obſequiorum diligentiam, cæteraque omnia quæ tibi lenocinio ſexus, aut licētia poteſtatis, aut faſtu generis acceſſerunt. Forſitan hæc relicta ſuſpirabis, tantò tenerius eorum recolens, quantò ea vel tempore tibi coæua ſunt, vel experientia gratiora. Vnde & tēperantiam vix conſueſces, ad quam, vel præ conſuetudine difficultas eſt deſcēdere, vel pro cōditione dedignatio. Cæterū tēpore dediſcūtur vniuerſa. Nihil humano pectori ſic inhęret, vt tēpore non euaneſcat. Tēpore mater mœroris obliuiſcitur, quæ in morte vnici filij ſui ſolatia nō admiſit. Tēpore vulnus in cicatricē cohæret, & quartanis plærūque profuerūt tēpora, quibꝰ nō profuit medicina. Tu quoq; teipſam tēpore deſueſces & reſides concupiſcētiæ: quę ſimul expugnari nō poſſūt, ſigillatim melius eludētur. Aduerſus huiuſmodi latrūculos manúque liccariā ſic vigilare neceſſe eſt filiā chriſti, vt nō dormiat neq; dormitet: Sic negligere eum diſceſſerint, vt reditū formidet. Sic pugnare cū redierint, vt de victoria nō deſperet:

C. Ger. in-ſolicitus, forſitan pro inſo-[illegible] — *Deut. 32.* — *Exod. 32.* — *1. Cor. 10.* — *Ioan. 6.* — *Temperātia infra licitum quieſcit.* — *Succidenda delitiarum conſuetudo.* — *Al. grauiora.* — *Cōſuetudinis vis maxima.* — *Dies adimit ægritudinem.* — *Pſal. 120.*

Fidelis enim Deus eſt, qui non patietur te tētari ſupra quod potes: ſed faciet cum tentatione etiā prouentum, vt poſſis ipſa ſuſtinere. A primo enim lieri vſque hodie reſpexit Deus in orationem humiliū, & non ſpreuit precē eorū. Paruus erat Dauid: ſed in nomine Domini terribilem contriuit Philiſtæum. Iudith quoque cū vſque ad deſperationē ſacerdotes trepidarent, Betuliā liberauit in oratione & ieiunio. Actū fortaſſe putas & plenam ſactas victoriā, ſi nulla moleſta, ſi nulla læta propoſitū tibi religionis extorſerint. Cæterum malè te decipis, & inanem ſomnias valetudinem, ſi nōdum ſuperbiæ tumores humilitatis cataplaſmate ſubſederunt. Superbia totum virtutis corpus inficitur, vitale columē emarceſcit, formoſaq; queque deformantur. Superbia natione cæleſtis, ſublimes appetit mentes, & velut ad proprios ortus reuolans in gloriam & puritatem irrūpit hominū, qui a gloria & puritate prorupit angelorum. Ea prius in cælis, dehinc in terra triumphans, ſic angelis innata eſt, vt ab eis non recederet: ſic homines infecit, vt à Deo ſepararet. Et quaſi modicum profecerit, cum Angelum deiecit & hominem: adiecit Deum tētare pariter & hominē, vt quē videbat ſimilis conſortē naturæ, conſortē faceret & ruinæ. Prima hæc & vltima pernicies ante omnia vitia ſuperauit, poſt omnia ſuperatur. Nā & poſtquam fidelis anima de abyſſu vitiorum emergens, ſalutare virtutum culmen aſcendit, velut ex inſidiis proſilit & occurſat elatio totū domus domini ędificium cōcuſſura ad ruinā, quod ſurrexerat ad cōſummationē. Quid enim pernicioſius iuſto, quàm quod iuſtꝰ videri deſiderat? Quod ad ſalutationes in foro hilareſcit & exultat, quod adulatorio fauore demulcetur, quod penè hominem diffitens, æqualem ſe ſuperis metitur & mentitur. Qui dum malè gloriatur & pręſumit quod non eſt, in cōfuſionē proſternitur, & amittit quod eſt. Tantòque fit à Deo per parietē ſuperbiæ remotior, quanto ſibi videbatur per celſitudinē virtutum propinquior. Vnde & per Pſalmiſtā dicitur: Cadent a latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis. Vides igitur quanta morū dilapidatio ſit ſuperbia, quàm neceſſaria in benè geſtis humilitas. Sine humilitate, per prudentiā eligere quod diligendū eſt, erronea diſcretio eſt: aduerſa per fortitudinē ſuperare iacens victoria. Illecebris per temperantiā reſiſtere, temulenta ſobrietas. Vnde & his quartam ſcilicet rotam neceſſe eſt coniugari, quam velut omnium completione clauſulaque virtutum, in pręfatis capitulis iuſtitiā Auguſtinus nominauit. Ea cæteris colligata totū ſtructuræ noſtrę corpꝰ cōſurget in currū, tu in cælū. Currus iſte nō currus Pharaonis, quē dominus proiecit in mare: ſed currus quo aſcendes in montē Syō, montē magnū & excelſum: montē ad quē proſperū iter faciet tibi Deus ſalutariū noſtrorū. Beatū ſanè vehiculū, quo perdita ouis ad gregē refertur, inuenta dragma in theſaurū infertur, regina auſtri ad Salomonē defertur, in amplexus Dauid Berſabia trāſfertur. Vere inquā beatū & omni prędicandū laude, quo poſt laborē venies ad denariū, poſt ventilationē peruenies ad horreū: de exilio reuerteris in patriam, de ſeruitude cōuerteris in libertatem. Hæc ſunt illa quatuor flumina paradiſi, quibus terra cordis tui ſobriè debriata ſuſceptum ſemen in ſpē

meſſis

1. Cor. 10. — *[illegible]* — *1. Reg. 17.* — *Iud. 13.* — *Superbia virtutes inficit.* — *Mat. 4.* — *Pſal. 9.* — *Morū dilapidatio ſuperbia.* — *Exod. 15.* — *Luc. 15.* — *3. Reg. 10.* — *3. Reg. 1.*

meſſis emittit, & fructum affert in patiētia. Hos
Iob. 1. quoque quatuor angulos illa beeti Iob dom⁹ he-
buit, in qua ventus irruens ſeptem conuiuantes fi-
lios oppreſſit. Quia etenim iuxta Gregorium per
domū Iob cōſcientia noſtra intelligitur, per qua-
tuor verò angulos prudentia, fortitudo, tēperan-
tia, iuſtitia deſignatur: domus illa quatuor angu-
lis ſubſiſtit: quia totū bonæ voluntatis ædificium
præfato quaternario conſurgit. Ventus autem ir-
ruit, & domum concutit: quia dum grauis nos tē-
tatio infeſtat, plerúque purum conſciētiæ noſtræ
dumicilū ad ruinam impulſat. Vnde & domo cō-
cuſſa quatuor anguli procūbūt: quia perturba-
to bonæ mētis diuerſorio, quatuor præfatę virtu-
tes nequaquā ſtare poſſunt. Porro idem anguli ſe-
ptem conuiuantes filios dū corrunt, obruunt: quia
dum principales illę virtutes opprimuntur, ſuffo-
cantur etiam ſepiē dona Spiritus ſancti, quę benè
ſoboles Dei piis animæ deſideriis, velut quibuſdā
Al. coa- ferculis paſcuntur & gaudent, conualeſcunt &
cunt. vigent, roborantur & permanent. Vides ergo filia
mea, ſoror mea, cariſſima mea, ventū inſurgentem
& vrgentem, ventum ab aquilone irruentē & di-
ruentem: ventum quidem interficientem, ſed ad
Spiritum leuis auræ deficiētē. Spiritus leuis auræ
ſcilicet Spiritus ſanctus, ſpiritus placidus & ſua-
uis, obūbrabit & proteget domum tuam: ſi tamen
Math. 7. domus tua fundata eſt ſupre firmā petram. Petra
Luc. 6. antem, vt Apoſtolnsait, erat Chriſtus. Super hanc
1. Cor. 10. petram Petrus ſtabat: qui cum vidiſſet ventū ve-
nientem mergique cæpiſſet, clamauit, dicēs: Do-
Mat. 8. mine ſaluum me fac. Ille quie dubitauit, cecidit:
quia confirmatus eſt, ſurreait. Ventus validus im-
pulit & merſit: firma petra ſuſtinuit & euexit. Di-
cat ergo Petrus: Impulſus euerſus ſum vt caderē,
& dominus ſuſcepit me. Dicas & tu vento tenta-
tionis, vt mergaris impulſa: ſed ne ſubmergaris fir-
ma petra ſuſtinēda, auxiliū meū à domino, qui fe-
Pſal. 120. cit cælū & terram. Nihil igitur de te præſumens,
iacta cogitatum tuū in domino. Nihil de Deo diſ-
fidens, cōfirma cor tuum in ſelutari ſuo. Si gloria-
Eccle. 4. ri oportet, gloriere & exulta in ſpiritu ſācto. Hic
eſt ille funiculus, de quo ſapientia ait: funiculus
triplex nō cito rūpitur. Quid enim certius quàm
ſperare in domino Deo, qui fecit & formauit te?
Quid firmius quàm confirmati in Chriſto eius,
qui reformauit & cōformauit ſibi te? quid ſecuri⁹
quā gloriari in ſpiritu ſācto, qui illuminauit te? Ad
hūc vnū triplicēque funiculum manus extēdere,
ſurgere eſt. Huic inhærere, confirmari eſt: ab hoc
trahi, currere eſt: a[illegible] aſtringi, manumitti eſt.
Exod. 17. Ad hunc igitur cum Moyſe manus extendas, vt
Amalech orante propheta ſuperatus, ſuperetur
orante & fœmina. Huic firma fide inhæreas, vt
quando tentationum procella nutaueris, cum
Mat. 8. Petro confirmeris, cum Petro ſtes, cum Petro
clames: Domine ſaluum me fac. Ab hoc ad
Cant. 1. hūc trahi deſideres, vt appoſiti ſpe brauij curſum
ſpondeas meliorem, iuxta illud Salomonis: Trahe
me poſt te: curremus. i. o. v. t. Ab hoc huic aſtrin-
gi ardeas, vt adepta Saræ libertatem, Rache-
lis pulchritudinem in amplexus patris non mul-
tarum, ſed omnium gentium trāſitura, dicas: Læ-
Cat. 2. 8. ua eius ſub capite meo & d. i. a. m. De eodem
quoque funiculo flagellum memineris facien-
Ioan. 2. dum, quo eiiciatur de templo pectoris tui ſecula-
Appendix.

A riū ſtrepitus & turba voluptatū. Ante conſpectū
eius delitiarum prurigo diffugiat, mollities pur-
puræ contemnatur, varietas delipiat ferculorum,
gemmarum fulgor deniteat, operoſa monilia con-
culcentur, abhorreatur ſecreta matrimonij licen-
tia, faſtus decidat poteſtatis, leges palatio, ciliciū
lino, fauori contemptus, obſequiis iniuriæ præ-
ferātur. Talibus oblectata ſtudiis, ad nuptias agni
cū ſapientibus intrabis virginibus: de cœlibe cō-
iugio fructum ſuſceptura ſempiternū. Fructus il-
le, Deus tuus, Deus in quo omnia bona. Fructus
ille verbum Dei, verbum de quo ſola bona. Fru-
ctus ille, ſpiritus vtriuſque, ſpiritus cum quo nul-
B la niſi bona. In hoc fructu regnum ſine termino,
ſatietas ſine tædio, ſublimitas ſine deſcenſu, glori-
ficatio ſine defectu. Iſte fruct⁹ tibi ſapiat, iſte dul-
ceſcat, iſte diligatur tota anima tua, recolatur tota
memoria tua, vt quandoque paſcat & ſatiet te in
perpetua gloria ſua. Vale, memento mei in ora-
tionibus tuis.

Epiſt. 32. Argumentum.

*Cuinam ſcribat, neſcio: illud vnum ſcio grauem ac il-
luſtrem omnino perſonam, ac fortaſſe Reginam ipſam fuiſ-
ſe, cui tribuit maieſtatem. Laudat verò & regem, & Cu-
riam ad quam miſſum Andegauenſis Epiſcopi puerum
fratrem diſciplinis militaribus imbuendum, vt Regi cu-
C dam precatur.*

BEnedictus dominus deus Iſraël, qui tēporibus
veſtris & pauperibus pacem, & eccleſiis anti-
quā reformauit dignitatem. Diuinū munus & om-
nium bonorum votis ad clemandum confitemur
vitiis eceſſiſſe iudicem, moribus fundatorē. Exal-
tatum eſt ſolium iuſtitiæ, rebúſque ſuus ordo ſub
rege clementiſſimo reſtituitur, qui nouit reddere
quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.
Porro candidioris fortunæ fortius eſt gratiam,
quiſquis apud hunc alicui ſubuenire poſſit prędi-
catur. Quod etiā ſi non poteſt, magna tamen glo- *Mat. 22.*
riæ eſt materia: quia hoc eum poſſe populus arbi- *Mar. 12.*
D tratur. Neque enim cuilibet conceſſum eſt regis *Luc. 20.*
illius extorquere fauorem, qui diem malè perdi-
tum iudicat, in quo pro perditis moribus agere nō
contingit. Magni animi eſt, & de virtute glorian-
tis, ad votū ſuum ſeueras inclinare poteſtates. Hoc
eutem poſſe me plurimi ſomniant: hanc in oculis
veſtris gratiam conſecutum fabulantur. Arbitra-
tur hoc & Andngauenſis epiſcopus, vir nullo ge-
nere virtutum vacans, ſi non crederet plus poſſe
me, quàm poſſim ego ipſe credere de me. Viſum
eſt huic eligere ſeruum tuum, & apud te interpre-
te vti, quò fratrē ſuum militaribus informandum
diſciplinis, regię maieſtati commendaret. Puero
E quidē ſublimiū patebat aditus curiarū: ſed ſubli-
miori cōſilio frater fratri eam prouidit, in qua ſic
militiam diſceret, ne dediſceret honeſtatē. Miſſus
eſt igitur ad columen morum, miſſus eſt ad mili-
tū gloriam, miſſus eſt ad ſereniſſimū regem, cuius
caſtus nec obſequium præmio, nec virtus reuerē-
tia defraudatur. Veſtræ maieſtatis intereſt Epiſ-
copi gratia puerū ſuſcipere deſtinatū, atque vtrū-
que in altero promereri. Ego quidem ſi qua mihi
merita mea præſtarēt fiduciam, pro eodē decreui
ſupplicandū. Sed noui regem nō attendere meri-
ta, cui⁹ eſt antecedere meritis vniuerſos. Ac ſi me-
ritum requiritur, ibi de rege benè mereor, vbi pa-
tri filius immolatur. Vale.

Epiſt. 33. Argumentum.

Diuitem quendam & improbum aulicum accuſat crudelitatis & ſuperbiæ, nititurque diuini iudicij & eius flagitiorum diuina antitheſi terrere & reuocare ad reſipiſcentiam.

DOleo frater mi doleo te ſic obnoxium, ſic ingratum creatori. Vnus es, qui fruſtra tot ad virtutem ſuſceperis inſtrumenta. Inuectionẽ fortaſſis expectas, & philippicam retractari pallidos auſpicaris. Talis certè ſollicitudo nec inuſitata flagellat te, nec iniuſta. Cõſuetudinis eñ eſt reos formidare ſupplicia quæ merẽtur. Hinc eſt quod linguam meam metuis, qui maledicẽdi materiam linguis omnibus adminiſtras. Verũ nõ ea eſt ſcri- B bentis intentio. Neque ego te vrgeo maledicti ad laqueum: ſed ne malefactis ad laqueum traharis elaboro. Talis nimirũ ingredior ad te, qualis medicus ad ægrum, qualis Menedemus ad filium ſcortatorum. Tela mea non vitam, ſed vitæ turpitudinem perſequuntur. Quæ ſi patienter admiſeris, putredinem vitiorum elicient, & virtutem tecum in gratiam fœderabunt. Quis igitur finis loquendi clauſerit initium, diligenter attende. Officioſiſſima eſt hominibus gratia Dei, & velut in eorum iurata obſequium quibus hoc ſolũ tribuit, ex quo boni ſint, ſeu per quod boni fieri poſſint. C Quippe quicquid eis tribuit, aut virtus eſt, aut inſtrumentum ad virtutem. Ex ipſa autẽ virtute eſt, vt fiunt homines boni: ex inſtrumento verò facultas proxima eſt, qua fiãt homines boni. Porro virtus eſt manſuetudo, fides, modeſtia, cõtinentia, caſtitas, & his ſimilia, quibus manifeſtũ eſt fieri homines bonos, fieri homines beatos. Cæterum diuitiæ, poteſtates & cætera in hunc modum, quædam ſubſidia ſunt quibus iuuamur ad bonũ virtutis, tanquã calamis & atramento ad artem ſcribẽdi. Opibus abundas, ad officiũ liberalitatis impenſę ſunt. Potens factus es, ſubiectorum tibi patrocinia deſtinantur. De familiaritate principum gloriãti facultas oblata eſt, qua tam multis vous ſub- D ueniaas, quantis obeſſe decreuit aut poteſtas ſæuiẽs, aut palatinę licentia cliẽtelę. Sic omnia mortalibus ad virtutem prouidẽtur, & inter tot armamenta iuſtitiæ non eſſe iuſtum creaturæ defectus eſt, non incuria creatoris. Vult enim bonos fieri homines quoniã vult omnes homines ſalũos fieri deus & ad excludendum periculoſæ excuſationis refugium, præparat gratiam ſuam cui innitantur, diſtribuit inſtrumẽta, quę ſuffragẽtur, offert præmia, quibus excitentur, intẽdit arcum ſuum, quo pigritantes terreãtur. Nihil eſt quod vacet, quod homini ſit inutile, niſi homo ipſe. Cũ enim tã dili- E gẽter homini procuret omnia Deus, ſpernitur tamẽ ab homine tã diligens procurator deus. Nulla ei mentio de ſe, nulla cura pro ſe, nulla reuerentia in ſe. Iniuriis in proximũ debacchatur, in Deum contẽptu, in res abuſu. Omnia in ſuũ cõgregat iudiciũ omniũ reus. Vnde fit vt tãto diſtrictiorẽ mereatur iudicẽ, quãto maiorẽ benè agẽdi habuit facultatẽ. Copioſè etenim plectitur, copioſius nequã. Copioſè puniri procurat, cui fruſtra procurãtur opifices ad virtutẽ. Porro talem tibi damnationis ſarcinam pollicetur, qui facit iudicium & iuſtitiam in Iacob. Ille multos tibi famulos ad virtutẽ præparauit, diuitias loquor & poteſtatẽ, cęteraq; in hunc modum, quæ vel vacant ad damnum, vel A ad virtutem exercentur. Ad coemptas enim poſſeſſiones, ad auorum theſauros, ad ambitioſa palatia, beatus te natalis inuitauit & eduxit. Semen eras informe, nec adhuc ex hac humo materia emerſerat, cum tibi ſeruorum familiæ plebeſcerẽt, deſignarentur honores, diuitiæ fouerentur. Iam te quibuſdam blandimentis natura delinibat, gratuitis præueniendum cenſens officiis, quem in ſuam præuidebat iniuriam naſciturum. Cæterum nihil illi cumulatoria profuerunt obſequia, nihil fauor ſumptuoſus. Hactenus ea niſi fallor ignorauit, tam multis criminibus vnam poſſe ſufficere perſonam. Vnde & ipſam mirari ſuſpicor, ex qui- B bus inuolucris vniuerſarum prodierit imago furiarum. Quotidie verò noſtris occurſat aſpectibus, quotidie Tarquinius, quotidie Polymneſtor. In dubium venit magiſne populus in te Thraſonis gloriam faſtidiat, an crudelitatem Dionyſij deteſtetur. Denique quiſquis vel naturam flagitio, vel leges contemptu fatigauit, heredem te ſuæ reliquit ignominiæ. Quicquid moribus, quicquid honeſto, quicquid ſacris obuiat inſtitutis, ita tibi familiare eſt, vt te puniendum cenſens, quotiens grauiſſimè punienda non committis. Quid ergo facturus es cum ſederit iudex tuus, & exarſerit in te zelus vltionis, zelus ſuus? Nunquid non erube- C ſces corãm ſanctis angelis ſuis, cum prohibuerint teſtimonium flagitiis & iniquitatibus tuis? Aut quibus argutiis Apoſtolorum ſuffugies iudicium, quorum relicta tibi doctrina dum fruſtra monuit innocentiam, dictauit pœnam. Cæterorum quoque patrocinia ſanctorum, qua tibi promittis audacia, quorum dum contemnis exemplum, demereris interuentum. Conſidera cœleſtis curiæ ordines, attende perſonas, inter tam multos nullum reperies aduocatum: quia nullum non offenſum. Æquum eſt vt infeſtos omnes inuenias, omnibus infeſtus. Miſera quidem, ſed immiſerabilis erit tibi cauſa tua quã Deus & homo plenam con- D querentur iniuria ſua. Reſtat tamen adhuc interpellandi locus, & offert ſe placandum, qui promittit puniturum. Cæterum non miſeretur omnium Deus. Eius enim miſericordiam virtutes nõ requirunt, facinora non merentur. Ea nec valde bonis neceſſaria eſt, nec impetrabilis valde malis. Eſt inter vtrumque vitæ quædam permixtio non adeò purgata, vt non egeat placato iudice poſt mortem, nec ſic obſtricta criminibus vt placatum non mereatur poſt mortem. Porrò talem tibi iudicem polliceri, non aud[illegible] nec ipſe talem polliceris peccatorem.

Reus metuit quod meruit.

In heautont. Terentiana.

Officioſa in homines gratia dei.

Ancillãtur virtuti diuitiæ.

Homo ſuapte culpa virtute deſtituitur.

Copioſè nequam copioſè punitur.

Pſal. 68.

al. homo.

Quid facias in male aſſuendo.

Sap. 16.

Doctrina Euang. dum fruſtra mouet innocẽtiã dictat pœnam.

E

Epiſt. 34. Argumentum.

Epiſcopum quendam certiorem facit, ſe prorſum diſſentire nedum conſentire matrimonio filiæ Gauterij de Meduana cũ comite de Mortonio: Et cuius in parrochiam non pea demigrauerit, eum eſſe vſque ad diſsidium reſiſtere.

SIcut ſanctitatis veſtræ pagina denunciat, filia Gauterij de Meduana, comiti de mortonio ſanguine proxima prædicatur. Priua autem quam matrimonij vinculum præfatas perſonas aſtringeret, idem Gauterius conſanguinitatẽ mihi ſubmurmurans quid idem ſentirem cautius

exploranit, bonum ſibi videri, ſi bellum, quo diutius comes in eum deſæuierat, interuenientis cõiugij caritas terminaret. Addidit præterea vosveſtroſque comprouinciales eiſcripto confirmaſſe, compendio pacis & qnietis, tolerandum conſanguinitatis piaculum. Vnde & aſſenſum Cœnomanenſis Eccleſiæ futuris nuptiis poſtulauit, vt eius quoque auctoritate coniugio filiæ ſtabilitatẽ adqnireret, ſi qnando ei libellus repudij ſcriberetur. Mihi autem nec extorqueri aſſenſus, nec perſuaderi potuit prudentiam veſtram in eorum ſimplicitatem deſcendiſſe. Quos redarguit Apoſtolus dicentes, faciamns mala vt veniant bona. (*Rom. 3.*) Super his ergo quod ad me pertinuit, ſollicitus ſui. B Petenti aſſenſum, diſſenſum nuntiaui, nullius diſpenſationis intuitu permittens conſanguineos aut affines inhibitarum fœdera contrahere nuptiarum. Huic autem connubio vſque ad diſſidium reſiſtere, illius erit ſolicitudinis, ad cuius parochiam nuptam demigraſſe cognoſcitur. Conſeruet vos Dominus Deus Pater ſancte.

Epiſt. 35. Argumentum.

Andegauenſis quidam canonicus rogauerat Epiſcopum, perficere apud Epiſcopum Andegauenſem, vt ei excanonicato ſubſtitueretur nepos. quid agendum in ea re conſuluerit Andegauenſis, quidque ſit aſſequutus, lepide & eloquenter narrat. C

ANdegauenſem pro te conueni Pontificem, ſedulus quidem, ſed inutilis interceſſor. Relata eſt ei promotio ſua, labor tuus, & confuſio tua. Inculcatum quid ei contuleris, quid protuleris pro eo, vt dum retractatur meritum, ad præmiũ doceretur. Excanonicari poſtulabas, tuumque tibi nepotem ſubſtitui moribus inſignẽ, & ad literalem ſcientiam coæuis excultum diſciplinis. Vnde & Epiſcopo quid conſulerem ſecretius exploranti, ne differas, inquam, quod rogaris: vt ſi diligis, ſatisfiat amico: ſi non diligis, longè fiat inimicus. D Approbanda eſt commutatio, qua vel augebis deuotionem, vel requiem cõparabis. Si igitur benè de te promeruit, obſequere, ſi ſuſpectus es, proſcribe. Diſce vel ingrati cauere nomen, vel inſidias amoliri. His ille fractus abſceſſit, bonam ſecum reportans voluntatem, qua tibi non mercede pacis, ſed amicitiæ compendio ſucceſſor crearetur. Actum putabam, cum didici ſpiritum Præſulis immutatum, canonicos obnitentes, faſtu difficile eos tibi morigerari, quos cum ſimules obſequium, iniuriis, vt ferunt, exacerbas. (*al. factu.*) Incubuit timor tuus & tuorum ſuper eos, dumque perſona arguitur aſtutię, ſuſpecta eſt vniuerſitas E parentelæ. Parentare credunt aſtutiam, & Vliſſis argutia experti, metuunt Danaos & dona ferentes. (*Virg. 2. Aeneid.*) Vnde & vix aliquę ſuſcipient pro te, qui pro pter te præiudicant vniuerſis. Si vis ergo pertingere quò tendis, alia eundum eſt via. Dediſcendæ ſi quæ præceſſerunt iniuriæ, ſermo ſuſpendendus amarior, obſequiis inſiſtendum. Blandiri oportet, non detrahere poteſtati. His enim temporibus beneficium non adquirit offenſio. Fortunæ gratia opus eſt, vt vel benè promeriti præmia conſequantur. Plerique mortales ingrati ſunt ob ſequiis, & ne cultores ſuos remunerent, offen-

(*beneficiũ … on acqui … offenſio*)

A ſos conqueruntur. Super quos niſi fallor Andegauenſem nõ accuſabis Epiſcopum, ſi benignũ, ſi filium pacis inuenerit.

Epiſt. 36. Argumentum.

Virgini cuidam virginitatis propoſitum gratulatur Epiſcopus, & ex eius comparatione cũ Nuptarũ & viduarum ſtatu & præmio, longè eſſe excellentius demonſtrat.

COnſideranti mihi votum tuum, votum bonum, ſuborta eſt de propoſito lętitia, de lapſu metus, æmulatio de corona. Lætari oportet animæ Chriſtianæ, quæ mortales illecebras a duerſata coniugij, perennem quærit ex virginitate progeniem. Placet ſanè quàm pluribus heredes procreare, dotales tabulas nuptiali debito promereri. Eas aliquod ſumentes ex prole ſolatium, vel inanis ſpes decipit, vel dilatio cruciat expectãtes. Præterea ex nuptiis nulla ſperatur impunè felicitas, quam primò neceſſe eſt quadam carnis contumelia comparari. Infeliciter ei ſuccedit, quę ſucceſſum virginitatis mercatur impendio. Magni ſoboles emitur, cuius conceptus infeſtatio eſt pudicitiæ, partus vitæ. Ea in lucem progrediens, auſpicium ſollicitudinis eſt, non materia gaudiorũ. (*Ex nuptiis non ſperatur impunè fœlicitas.*) C Vitioſa quippè progenies odium ſuſcitat, cum bona verò timor naſcitur amittendi. Quis autem animo locus eſt gaudij, qui vel inflammatur odio, vel timore cruciatur? Fortaſſe dicitur emolumento dotis & variæ ſupellectilis acceſſu, incommoda præſcriptarum ſuppleri nuptiarum. Cæterum ſicut huius damni nulla eſt reformatio, ſic omnis compenſatio inferior. Impar mercimonium eſt, breuem quęſtum iacturà perenni comparare. Minus ſibi prouidet, quiſquis gratiæ virginitatis aliquid anteponit, virginitati tamen diuitiæ præferuntur. (*Virginitatis perdita non eſt reformatio, nec erepta compenſatio.*) Sed eius ærugo ſuſpecta eſt, ſed tinea demolitur, ſed inſidiãtur latrunculi, ſed timetur maioris violentia poteſtatis. D (*Matt. 6.*) Earum ſpe pudoris abiicere venuſtatem ſeipſum perſequi eſt. Magni quippe boni ruina quæritur, vnde vitæ noſtræ charus quoque ſucceſſor inuideat. Incomparabili comparatur pretio, quo fur ſollicitetur vt aſportet, dominus vt ſeruet. Neſcit à quanta hereditate decidit, quiſquis vt heredes relinquat, ſimilitudinem deponit Angelorum. Ao neſcis, quia hij, qui neque nubunt, neque nubentur, iuxta Euangelium ſimiles ſunt angelis Dei? (*Quæ excidit virg. excidit angelica ſimilitudine.*) An ignoras huius boni magnitudinem? Nunquid non intelligis ſabbathum virginitatis, ſabbathum conſilij non præcepti: ſabbathum quo feriatur ab opere carnis E caro, quo ſapit quiddam ſupra carnem caro? (*Mar. 12. Matt. 22.*) Neſciunt virgines quid ex maritali licentia muliebris ſuſtineat infirmitas. Neſciunt inquam, quibus vxor ſubiiciatur iniuriis, quanta fœcundam ſanciet anxietas, quo ſterilis mœrore crucietur. Si formoſa eſt, difficile caret infamia. Informẽ maritus aſpernatur. Nunquam lectus eſt ſine rixa, cuius vel pudet vel tædet coniugalem. (*Spernitur deformis, formoſa non caret infamia.*) Porrò conſequens eſt, vt ei vir diſpliceat, quæ viro placere non quærit. Quæ ergo quærit, ſagaciores ſollicitat aniculas, maleficiis aſſidet, & vt adquirat gratiam, proiicit innocentiam. Quæ igitur quies eſt animæ, cui vel maritus eſt pro ſupplicio, vel con-

A ſcientia flagello? His accedunt innumeræ formandi feminis moleſtiæ, quæ conceptum nunciant, naturam perſequuntur. Vultum pallor inficit, caput vertigine fatigatur. Renum dolor aſſiduus, ſtomachi frequens indignatio: Eſuritur etiam inter delitias, & quibuſdam nubeculis circunuolantibus oculi tenebraſcunt. Hæc & alia nuptiarum ſunt incommoda, quæ numerare longum ducens Apoſtolus: Mulier, inquit, non habet poteſtatem corporis ſuis, ſed vir. Virginitas maritalis ignara negotii, non labores puerperæ, non noui partus ſpurcitias experitur. Virginitas nutricis vigilias ignorans, quàm multa ſupellectile, quibusue ſorbitiunculis alumnus indigeat, non inquirit.

Nuptiarũ incõmoda.

1. Cor. 7.

B Virginitas contenta paruo, ſollicita eſt pro natura, non ambitioſa pro matrona. Virginitas curarũ eſt ſilentiũ, pax carnis, vitiorũ redẽptio, virtutũ principatus. Virginitas angelicam redolens conuerſationem, cantat canticum nouum, canticum felix, canticum quod nemo poteſt dicere, præter eos qui cum mulieribus non ſunt coinquinati.

Virginitas quid?

Apo. 14.

Cantat aliquid virgo, quod vidua cantare nõ poteſt, quod nõ poteſt coniugata. Quicquid autem vel coniugata cantat vel vidua, totum cantare poteſt & virgo. Porrò canticum omnium laudem creatoris & actiones intellige gratiarum. Laudẽt ergo Chriſtum virgines Chriſti, laudent viduæ, C laudent & coniugatę. Laudant coniugatæ, quia ex eo habent quod vel nubunt præter culpam, vel operibus miſericordiæ redimunt, quam nubẽdo cõtrahunt culpã. Laudãt viduæ, quia ex eo habent quod apertè nuptias ſecundum Deũ, denuo nubere dedignantur propter Deum. Laudãt innuptæ, quia ex eo habent, vt quibus licuit omnibus hominibus nubere virginibus ſpiritu, Deo nubere malent & carne virgines & ſpiritu. Ecce ſacrarum virginum canticum, canticum non vetus ſed nouum, non illius ſcilicet Adæ, in quo & per quem mentis & carnis corrupta eſt integritas: ſed eius in quo & per quem non ſolum ſana- D ta, ſed etiam ſuper angelos glorificata eſt humanitas. Huius laus & exultatio virtutis canticum eſt quod ignorant viduæ, quod neſciunt coniugatæ. Cæteris nimirum virtutibus exultare poſſunt, & agere gratias viduæ bonæ: poſſunt etiam nuptæ, ſi tamen bonæ. Solis virginibus virtus iſta eſt à Chriſto ſolius iſtius præmium virtutis, & à Chriſto & cum Chriſto. Cum Chriſto quippè communẽ quodammodo ſortiuntur coronam virgines Chriſti, quæ ſola iuxta Ioannem ſequuntur agnum quocunque ierit. Hunc agnum viduitas quo ſequitur, ſequitur etiam coniugalitas. Cæte- E rum non quocunque ierit, vel coniugalitas eum ſequitur vel viduitas. Vtraque etenim cæterarum virtutum tramite ſequi poteſt agnum, quoniam poteſt imitari Chriſtum. Per virginitatis verò ſemitam neutra poteſt agnum ſequi, quoniam Chriſtum neutra poteſt imitari. Virginitatis enim reflorationem ſeparare, naturæ obliuio eſt. Canticum ergo nouum cantant ſolę virgines Chriſti, ſolæ ſequuntur agnum quocunque ierit. Quippè quibus fuit cùm Chriſto quoddam virginitatis participium, quoddam eſt & in præmio cõſortiũ. Sub hoc autem ſponſo fœcunditatem nõ impedit integritas, nec famulante concupiſcentia filij procreantur. Beatum ſanè coniugium non quoti-

Commendatio virginitatis.

Apo. 14.

A dianis oneroſũ moleſtiis, non de craſtino ſollicitũ, non virginitati ſuſpectum. Beata nimirum ſponſa, cuius pudor dum concipit, non deperit: dum generat, non laborat. Beatiſſimus etiam ſponſus, cui niſi cohæreat nulla virgo: nulla caſta, niſi eum diligat: nulla libera, niſi ei ſeruiat. Eius amore nihil honeſtius, quo nec regia erubeſcit ſublimitas. Eius amplexu nihil mirabilius, ex quo parit, nec perit virginitas. Eius prole nihil viuacius, cũ qua nulla propagatur mortalitas. Eius dote nihil vtilius, in qua ſufficientiam comitatur æternitas. Is in ſponſa ſua tranſitoriam non quærit pulchritudinem, non inſerto veſtibus auro, non ſplendore natalium B gloriatur. Affectatus decor, & quicquid aliud quàm quod natum eſt, oculos faſcinat intuentes, odium prouocat non gratiam, repudium non fauorem. Ille nimirum deformem non aſpernatur, ſpecioſus forma præ filiis hominum. Pauperi libens copulatur, diues in omnes, in omnes qui inuocant illum. Diſtortas amplectitur & gibboſas, cui ſimplex oculus totum corpus lucidum facit. Generoſa non attendit nomina, generationem tamen eius quis enarrabit? In decrepitas ardet aniculas, primogenitus ante omnem creaturam. Nullam ſterilitatis arguit, qui habitare facit ſterilẽ in domo matrem filiorum lætantem. Vnum tamen C eſt, quo ille ſponſam ablaterat, & propriam diffitetur. Huius ſiquidem ratio diſſidij ſola mentis eſt corruptela. Mentis deformitas offendit virum, ſponſalia diripit, abiudicat dotem, eliminat introductam. Mentem ſuus amans explorat, & ex eius qualitate vel dictat repudium, vel maritum pollicetur. Huic autem ſtupefacta eſt ſuperbia, nec fieri poteſt, vt cum eo in gratiam reuertatur. Diuerſum eſt vtrique hoſpitium, nec in eodem cohabitãt animo, quibus cohabitare non licuit in cœlo. In cœlo nimirum nata eſt ſuperbia: ſed velut immemor qua inde via ceciderit, illuc vltrà redire non nouit. Ea de ſupernis corruens D & parentans in terris, omnibus ſuis apud inferos æternam pepigit manſionem. Ipſa ex puriſſimis & ſimplicibus orta ſubſtantiis, puros adhuc animos inquietat, auſa victoriam ſperare de homine quæ de angelo triumphauit. Vale, atque in valle humilitatis diuinarum ſtillicidiis ſcripturarum pudicitiæ lilium ne marceſcat, irrigare memineris.

Pſal. 44.
Rom. 10.
Luc. 11.
Iſ. 53.
Eccl. 24.
Pſal. 12.

Superbiã damnat in virgine.

Al. qua in deuia.

Epiſt. 37. Argumentum.

Frater quidam ad paſtoralis ſollicitudinis excubias aſſumptus, ereptam ſibi contemplationis requiem deplora- E *bat: Eum ſolatur epiſcopus & frequentibus ſcripturæ exẽplis, qualia ſũt Rachelis & Lya, Martha & Maria, & alia multa, oſtendit autem paruũ eſſe bonum, vita vtriuſque ſtudia alternare: At dignum eſſe lachrymis quod plures (& in iis ipſemet) neutram vitam viuunt.*

VSu pariter & neceſſitate didicimus, vel ad amicos vt conſulant, vel ad medicos, vt curent, confugere, vulnerati. Ea profectò ratione contritionem ſpiritus & mentis anguſtias ad me (frater chariſſimę) detuliſti. Quę vel amici cõſilio penitus abſcederent, vel aliquod inuenirent ex ſolatio remedium. Ereptam tibi deploras adoptatæ requiem contemplationis & actiuæ ſarcinam ſolicitudinis inuitum ſuſtinere. Ad pedes domini *Al. adoptare.*

Ieſu

Luc. 10. ... cum Maria ſedebas, & ecce cum Martha iu-
beris miniſtrare. Animum tuum Rachelis ſpecies illexerat. & nunc ſubinductæ tibi Lyæ morigerari compelleris, cui licet collatereris ad ſobolem, lippam tamen faſtidiis & deformẽ. Recordaris quàm delicata fuerit ſub Rachele iocunditas, quàm du-
Gen. 29. ra ſub ſorore prouincia. Recordaris, inquam, quas tibi Chriſtus amplectenti pedes eius epulas miniſtraret, quibus delitiis animi propulſaret inediam. Sapidiora confiteris fercula, quæ maria ſedens & audiens accipit, quàm quæ Martha ſatagens præparat & apponit. In his etenim panis hominum: in illis autem erogatur panis angelorum. In illa diuitis menſa nihil eſt quod faſtidiatur oblatum, quod non deſideret ſaturatus. Ad hanc omnes animæ tuæ ſenſus velut quidam conuiuæ recumbentes ſpiritualium varietate ſatiabantur ferculorum, deguſtantes inde quod congrueret ſingulis, quod ſufficeret vniuerſis. Ibi mentis auditu cœleſtium hauriebas melodiam canticorum & in plateis ſupernæ Sion, angelicum tibi reſultabat Alleluya. Afflabat ibi nares tuas odor vitæ ad vitam, & aura flores roſarum & lilia ſpirans conualium, ver æternum nuntiabat. Ibi etiam panem angelorum manducabas homo, panem qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo. Quanta autem gloria mentis tuæ oſtendetur oculis, nemo niſi qui eam diligit, intelligit. Occurrebat eis diſpoſitiſſima lex ſupernæ rei publicæ, quæ de regno Dei ſic omnia colligit ſcandala, vt ſuperiori nemo inuideat, nemo parem dedignetur. Videre videbaris inſignitas pudicitiæ lilio virgines, martyres roſis, violis confeſſores. Eorum gloriam, cognitione diuinitatis diſſimilem coniectabas, æternitate coæqualem. In omnium tamen ſinu menſuram ita bonam videbas & confertam, ita coagitatam & ſuper effluentem, vt potius beneficium gratiæ, quàm virtutis præmium putaretur. Inter hæc administratorios ſpiritus quantum tibi permiſſum fuerat aſcendebas, ſecretiore conſiderans intuitu quanta Deo charitate cohæreant, qua ei ſubmittantur humilitate, quàm officioſè diſcurſent miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.

Heb. 1. Matt. 18. Cur ne aſſignatur noſtri angelus. Luc. 15. Luc. 10.

Et quoniam legiſſe te non dubito, angeli eorum ſemper vident faciem patris mei, ſuum vnicuique angelum aſſignabas tuo de te beatum, illud ingerens gaudium, de quo in Euangelio dominus ait. Gaudiũ eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Præterea ad miſerabiles tormẽtorum officinas, vbi vmbra mortis & nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat, in gemitu recurrebas & luctu ſæpius illud propheticum cõmemorans: Quis durare poterit cum ardoribus ſempiternis? Augebant deuotionem tuam nunc inſpecta damnatorum ſupplicia, nunc præmia beatorum. Sic inferioris ac ſuperioris irrigui nouus poſſeſſor effectus, totus in lachrymas, quas prius delictorum conſcientia profuderas, dilatione gloriæ diffluebas. Hos tibi contemplatio prouocabat affectus, his obtutibus per cœleſtes deambulas manſiones, & dolens animum tuum tam tædioſum cum carne pepigiſſe hoſpitium, cũ Apoſtolo cantitabas: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Nunc autem cum quereris ereptas tibi vitales delitias, diſcurſum ad ſuperos interclusum ſublata cœli terræque commercia, quibus ſic in-

A tereras rebus hominum, vt colloquiis intereſſes angelorum. Vnde tantò tenerius amplexæ contemplationis & fructum commemoras, & requiem ſuſpiras: quantò in agenda aliorum cura minus in terenis ſecuritatis, plus laboris. Sed ſi ſollicitè conſideras, actiua vita materia eſt ad glorias, non deſcenſus ad ruinam. Quod ne te velut ignotum trãſeat, paulò altius nec tædeat, inchoato. Contemplatiuam vitam, chariſſime frater, atque actiuam, aliquando quidem in eodem: aliquando verò in diuerſis ſeparatas inuenies. Quod vt nobis ſacræ ac miſticæ demonſtrent hiſtoriæ, Iacob deducatur in medium, cui Rachel & Lya, typus ſcilicet

Actiua vita materia eſt ad gloriã.

B vtriuſque vitæ ſimul nuptiſſe comprobantur. Chriſtus quoque nunc docens in campeſtribus, nunc in montibus orans, ſuis eos figurabat ſtudiis in quibus ſic inuicem præſcriptæ conſonant profeſſiones, vt nec actio contemplationem, nec contemplatio ſtranguletur actionem. Talis Moyſes in tabernaculis cum populo pro populo in excelſis cum domino loquebatur. Sic Petrus intermiſſo paſtoralis prouidentiæ negotio, ſpeculam contẽplationis aſcenderat, cum ei à Domino diceretur: Macta & manduca. Sic & Paulus vniuerſarum ſollicitudinibus Eccleſiarum, permixta ſecretæ viſionis requie ſubueniens, raptus eſt in paradiſum,

Gen. 30. Mar. 16. Mar. 6. Luc. 6. & 9. Chriſtus, Moſe, Pet. Paul. vtramque vitã amplexati. Exo. 18. 19 25. 31. Act. 11. 2. Cor. 12.

C & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Cæteri quoque prædicatores ſancti nunc ex ſecreto ſpeculationis ad publicum doctrinæ prodeunt, nunc ex doctrinæ publico, ſecretum ſpeculatiuæ repetunt libertatis. Hi profectò, quod in adminiſtratoria diſpenſatione delinquunt, in ſacrario contemplationis deplorãt. Quod autem in contemplatione aſpiciunt, prout vt opus eſt, ad ſubditos reportant. Quod autem ſola in quibuſdam ſit actio, in quibuſdam verò contemplatio tantum reſulgeat, Maria nobis & Martha denuntiant, quarum ſtudiis vtramque figurari vitam ſacra nos eloquia docuerunt. Maria quippe ſediſſe

D tantum legitur & audiuiſſe, nec aliquando ſorori ſubueniſſe diſcurſanti, licet eius auxilium quadã mentis amaritudine ſoror anxia poſtularet, dicẽs: Domine, non eſt tibi curæ quod ſoror mea relinquit me ſolam miniſtrare? Dic igitur illi, vt me adiuuet. Martha quoque nequaquam memoratur Mariæ partem ſuo miſcuiſſe obſequio: licet eam veritas optimam teſtaretur dicens: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Per Mariam ergo, quæ ſedendi requiem nullo adminiſtrationis interrupit negotio, ſoli vacantes contemplationi, ſicut opinor, exprimuntur, qui noſtro huic publico ſpeculatiuam præferentes ſo-

Luc. 10.

E litudinem cum Apoſtolo dicunt: Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt. De talibus Propheta: Elongaui fugiens & manſi in ſolitudine. Martha verò, cui ſola miniſtrandi credita eſt diſpenſatio: nonnullos noſtri maximè temporis indicat ſacerdotes, quibus occurſantium turba negotiorum ſacrarium contemplationis occludit, contriti cordis extinguit holocauſtum, ſacrificium deſiccat lachrymarum. Hos in hoc magno mari & ſpatioſa dum reptilia, quorum non eſt numerus exagitant quia in mente velut forenſes tumultus ſentiunt, ad quietem contemplationis non pertingunt. Neque enim fieri poteſt, vt aliquando loquatur cum domino, qui etiam ſilens, cum toto mundo fabu-

Phil. 3. Pſal. 54.

bulatur. Talem ego miſer ſabuligerum profiteor, A talem circanſero ſacerdotem, qui cum toram diẽ conſeruandis expendo animalibus, nec vnum ſalrem mnmentum conſeruandis expẽdo animabus. Occurſant inimica ſpiritui meo negotia; quæ me ſibi rotum vendicant, quæ ſecretum ſurantur orationum, quæ ſuis temporibus Eccleſiaſtica defraudant officia, quæ velut modicùm diurnis inſæuiãt aculeis, infeſtant etiam dormientem. Et quod abſque lacbrymis vix poſſum confiteri, ſubrepẽs & ſurtiua cauſarum, recordatio miſerum me ad ſacra ſequitur altaria, vbi dum eius fugam deprecor, aſſultu circumuallor. Talium nobis occurſus infeſtationum volucres illas figuraſſe reperies: de B quibus per Moyſem dicitur: Deſcenderunt volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abraham. Has infelix ego cum ſacrificante Abraham ſacrificans & ipſe perfero, ſed eum abigenre noodum datum eſt abigere. Væ mihi, quis liberabit me de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Sequuntur autem captiuæ mentis occupationes innumera virtutum diſpendia, quibus dum miſeri ſubiacemus, nec etiam eum Martha miniſtramos. Martha qoippe miniſtrauir, ſed Chriſto: Nos verò quis dicat diſcurrere, cum Martha miniſtrare, qui dum diſcurrimus, non pro Chriſto: C miniſtramus, ſed non Chriſto. Omnes nos, vt ait Apoſtolus, quærimus quæ noſtra ſunt, non quæ Ieſu Chriſti. Si ergo ex ipſo Marthæ miniſterio quæ tua ſunt deſideras, ſi plebeculæ rumuſculos aucuparis, ſi occuparis carnalium lenociniis voluptatum, profectò nec Martha es quam ſimulas, nec Maria quam ſuſpiras. Inde chariſſime frater, iuſta eſt conquerendi ratio, iuſtiſſ. flendi. Cæterum ſi Martham ſimpliciter agis, benè agis. Si inter Liam & Rachelem diſcurris, melius agis. Si cum Maria ſedes & audis, optimè agis. Bona enim eſt actio, cuius inſtantia licet contemplationis facultas deperear, frater tamen aberrans in Chriſto re- D uocatur: iuſtus in nomine iuſti ſuſcipitur, erogatur etiam ille panis qui deſcendit de cœlo, & dat vitam mundo. Melius tamen eſt ſedendi vicibus adminiſtratoriam diſtinguere ſollicitudinem, & inter tædioſas Liæ noctes, grato Rachelis amplexu reſpirare. Fit ex hac permixtione compendioſus ad ſuperos diſcurſus: cum mens eadem, modo de beatitudine ſatagit hominum, modo beatitunem participat angelorum. In illo ſeminetur quod metatur? in iſto quod ex ſemine ſperetur, iã videtur. Illud ergo curſus eſt ad brauiũ: iſtud calcar ad curſum. Nam de ſingulari Mariæ ſtudio quid loquar, cui ſolum ſaluatoris ſufficit teſtimonium dicentis: Maria optimam partem elegit, quæ E non auferetur ab ea. Bona eſt ergo Marthæ ſollicitudo: ſed optima pars Mariæ. Bona illa, quoniã fratri temporale prouidet ſubſidium. Hæc optima, quoniam quod iam complectitur eſt æternum. Bona illa, quoniam bonũ eſt ſeminare: Hæc optima, quoniam metere multò melius. Hæc idcirco dixerim, ne vel nullum, vel paruum putes bonum, diuerſa ſic alternare ſtudia, vt nunc requieſcere libeat in contemplatione cœleſtium, nunc ad prouectum laborare proximorum. Vna eſt & eadem ſcala, qua Iacob aſcendentes angelos vidit, vidit & deſcendentes. Eius ſummitas dum

Marginalia (left column): Rep... ſacerdo... ſecu... tra... ctantium. — Gen. 15. — Rom. 6. — Phil. 2. — 1. Cor. 10. — Temperandã actione contemplationem. — Luc. 10. — al. prouentum. — Gen. 28.

A cœlos tangere deſcrib..., quod ad cœlos per eã ſit tranſitus demonſtratur. Per hanc & tu frater aſcendiſti: vidiſti quid agitur in ciuitate Dei noſtri in monte ſancto eius. Nunc autem de deſcenſu conquereris, & qui velutè foribus introſpiciens odorabas cœleſtis diuitias palatij, nunc ad hæc infima deuolutus à longè ſtas: & licet opulentus aliis miniſtres: tamen quia viſis opibus nõ ſitueris, inopiam non euadis. Sed ſaceſſat, quæſo, quærimonia tua, ſaceſſant ſuſpiria tua, quoniam Lya quoque ſortitur hæreditatem in prole ſua. Non enim vel ſola Rachel, vel tantum Lya, Iacob ad patriam comitata eſt reuertentem. Comitata eſt Rachel virum, viro grata propter ſpeciem: co- B mitata eſt eundem ſoror eius, eundem complexata propter prolem. Comitata eſt Rachel Iacob in filio vteri ſui, & filiis ancillæ ſuæ. Comitata eſt eundem Lya in filiis vteri ſui, & filiis ancillæ ſuæ. Sic ille reuiſens patriam, in baculo meo, inquit, tranſiui Iordanem, & ecce cum duabus turmis regredior. Idem quoque dum comitantibus regreditur vxoribus, angelum videt, angelum apprehẽdit, & factus in luctamine ſuperior, areſacti contactu nerui claudicaturus abſceſſit. Hæc autem omnia, ſicut ait Apoſtolus, in figura contingebãt illis. Vnde & hæc eadem ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, in quos fines ſeculorum deuenerunt. C Factus itaque Iacob Lyam ſimul amplecteris & Rachelem, ſi inter paſtoralis excubias ſollicitudinis, ſupernæ tibi claritas arrideat viſionis. Factus inquam Iacob Rachelem diligis ſpecie, Lyam prole: ſi ſic ſpeculationis amplecteris gaudium, vt in exteriori diſpenſatione fructum quæras animarum. Nec impedit iter Patriarchæ, laborioſi ſarcina coniugij, quoniam reditum ad patriam paſtoralium occupatio vigiliarum non abrumpit. Et ne cauſemur hac eadem occupatione contemplationis abſcedere facultatem, Iacob angelum videt, dum ad parentes regreditur: quia fidelis D ſeruus & prudens, dum terram viuentium pio petit deſiderio, Deum iam per contemplationem videre, iam complecti promeretur. Hinc eſt etiam quod nato domino paſtores ſuper gregem vigilãtes, angelos aſpiciunt: quia his qui piè ac ſollicitè conſeruandis gregibus inuigilant, ſublimia ac diuina innoteſcunt. Cæterum iuxta Apoſtolum, quamuis ſancti, quamuis perfecti, tamen nunc ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Vnde & Iacob dum reuertitur. Luctamen iniiſſe cum angelo memoratur. Conditione quippe luctaminis nunc ſuperior eſt, qui luctatur, nunc ſuccumbit. Nos autem in his quæ de Deo mente cõprehendimus, quodammodo ſuperamus. In his E verò quæ comprehendere non poſſumus indubitanter ſubiacemus. Vt igitur verbis vtar Gregorij Iacob luctatur, & vincitur angelus, quando in tellectu intimo apprehenditur Deus. Luctatur & ſuccumbit: quia lumen incircumſcriptum dũ comprehendere nititur deficit. Qua in lucta Iacob ſuperante neruum femoris angelus tangit & areſcit, quia dum mens in contemplatione diuinas apprehendit delitias ex earum deſiderio carnis affectus emareſcit. Areſacto autem neruo pes vnus incolumis, alter languet: quia mortificata in nobis carnis concupiſcentia, conualeſcit pes quo ad Deum dirigimur, infirmatur ille quo à Deo declinamus.

Marginalia (right column): Pſal. 47. — Gen. 30. — Gen. 32. — 1. Cor. 10. — Luc. 2. — Piè vigilantibus diuina innoteſcunt. — 1. Cor. 13. — Gen. 32. — Quo myſterio Iacob neru... emarcuit.

clinamus. In quo & notandum puto quod percuſſus in ſemore Iacob, ſano pedi firmus innititur: infirmus autem, pes nec totus hæret terræ, nec à terra totus eleuatur. Poſt exſiccatas quippe huius quàm circumferimus mortalitatis illecebras, interior homo noſter pedi diuini amoris, qui in eo præualet, totus incumbit, totus hæret. Infirmo autem pedes partim Iacob ſuſtentatur, & à terra partim ſuſpenditur, quia languente in nobis rerũ ſecularium dilectione, partim earũ innitimur pro natura, ſuſpendimur à reliquis pro corona. In illa neceſſitatis eſt quod appetimua, in his conſilii quod vitamus. Vanitati enim creatura ſubiecta *Rom. 8.* eſt non volens, ſed propter eum qui ſubiecit in *1 Cor. 9.* ſpe. Et omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Vides ergo charisſime frater, quod & Lya comite, Iacob ad patriam redierit: quòd occurrerit angelus vxorio patriarchæ, nec abhorruerit cum muliere reuertentem, qui mulierem ſuper ſe confitetur exaltatam. Eſt autem cœlum patria tua, patria fœlix & expetenda gloria ſua. Ibi ſpirituales parentes tui, parentes beati, parentes qui te Chriſto genuerunt, te præceſſerunt ad Chriſtum, pro te ſupplicant apud Chriſtum. Ad illos tibi cum Lya quoque reditus eſt, ne timeas *Beatorum* præparatus: in via videbis angelum magni conſi- *interceſſio* lij, nec dedignabitur oſtendi filio virginis Eccleſiæ, qui dignatus eſt fieri filius Mariæ. Eius viſionis dulcedine, carnis tibi lenocinia diſplicebunt, areſcet malè-ſuaſa lumborum concupiſcentia, interior tuus homo, à terrenis ſuſpenſus, pauca indulgebit naturæ, nulla gulæ. Vale frater.

Epiſt. 38. Argumentum.

Petit ab Eccleſia R. Legato Epiſcopus Engoliſm. vt illum faciat certiorem quid ſtatui velit de Abbate Monaſterij Ebron, cuius planè deprauatum ſtatum licet ſæpius à ſe caſtigatum deſcribit.

Dei gratia Engoliſmenſi Epiſcopo, ſanctæque Eccleſiæ Romanę legato, G. I. Humilis Cœnomanorum miniſter, ſalutem & obedientiæ integritatẽ. Eſt apud nos Abbatia, quæ dicitur Ebrõ, poſſeſſionibus & re quondam percelebris, viciniſque Cœnobiis ſola pauperior honeſtate. Hǽc ea cæteris inuidens, inter locupletes reditus, morum mendicat venuſtatem. Nulla ibi legum cuſtodia, nullum violati cenſor ordinis inuenitur. *Cœnobiũ* Cœnobitæ non minus monachum perſequuntur *conuerſis* quàm ſi eum turpitudine fœdera pepigiſſent. Si *indigens.* quid fratrum ſumptibus anteceſſorum deuotione collatum eſt, in mercedem tranſit iniquitatis, non in ſubſidium religionis. Clauſtrales, quibus conuenticula plebis, & ſermones ocij, lex arctior interdicit: plateis pro clauſtro, ſcurrilitatibus pro lectione contuntur. Eſt etiam eis publica & inexpugnabilis cum mulieribus familiaritas, quibus ille promiſſis & præmiſſis obligatæ munuſculis, dies iniquitatis & noctes infamiæ venditare comprobantur. Inter tot ſacræ profeſſionis iniurias, hoc etiam præiudicio reſpublica præmitur, vt quia monachi ab infeſtatione monachorum ſeculares minimè abſtineant: Res ſanctuarij rapinis expoſitæ, diſpoſitę flagitiis, externis violentia, vinolentia & petulantia internis atteruntur. Tantò rerum pariter ac morum defectui, paſtoris negligentia magnum contulit incrementum. Nihil ei cum Abbatis officio, cui nec mores ad exemplũ, *Abbas* nec ad doctrinam ſciẽtia ſuffragatur. Primo, quia *officio &* ſimplicitate nimia & cognata ſtultitiæ, qui cui cõ- *doctrina* ueniat, ignorat. Deinde maturioribus cum perſo- *prælucеat.* nis acquieſcere, pertinax & indocilis. Flecti prohibet improbitas. Ita nec ſuo ſuſtentatus, nec alieno credens conſilio, aſininam ſibi cõformat & exprimit tarditatem. Ille neſcius morum reuiſere officinas, cæteris præſidet ad diſpendium ſanctimoniæ, non ad iudicium culpæ. Neque vel occultas explorat offenſas, vel manifeſtis errogat diſciplinam. Quàm rarus & inutilis in clauſtro reſidet, tam negligens & remiſſus in capitulo conticeſcit. Nam de refectorio quid dicam? de quo ſicut nulla ei cura eſt quid in illo edatur, ita nulla quando edatur. Dormitorio quoque tam inexorabile odium indixit, ac ſi in eo quieſcere communis materia eſſet infamię, non ſpecies doctrinæ. Accedit ad hæc oroamẽtorum pariter ac poſſeſſionum diſtractio, qua nihil relictum eſt ad decorem domus domini, nihil ad ſolatia pauperum, nihil ad conuentus alimentorum. Dici vix poteſt quotiens eum conuenerim, quotiens præſentibus religioſis Abbatibus hominem increpauerim, nec *Correptio* tamen ideo vel moribus exhibita eſt reuerentia *fraterna.* vel vitiis irrogata diſciplina. Porrò ne quid mihi ad eius correptionem defuiſſe videatur, ſub veſtra inuitaui & traxi audientia. Ibi cum negligentiam *Purgare* ſuam purgare non poſſet, emendationem promi- *quæ nequit* ſit, fidem dedit: ſed facta ſunt nouiſſima hominis *emendare* illius peiora prioribus. Vt enim de ordine tacea- *promittit.* tur, quem penitus delictorum exinaniuit impunitas, eò vſque monachorum ſuperbia declinauit, vt per præfati loci burgenſes quotidiana ſtipẽdia mendicentur. Eò miſſus Abbas ſancti Vincentij, vir ſcilicet conſummatæ religionis, quàm dilapidatum inuenit ordinem deſtinata vobis pagina nuntiauit. Super his ergo quid vobis placuerit, aut quid in præfatam beſtiam ſtatui oporteat, filium veſtrum ſigillatis apicibus inſtruatis. Diſſipatio fructuum, quos malè prouidus Abbas in herbam præuendere conſueuit, reſponſum deſiderat feſtinatum. Vale.

Epiſt. 39. Argumentum.

Summa perfidia Comitis Huberti truſus in Carcerem Epiſcopus, cum Epiſcopi Carnotenſis preces pro illo & ſactũ in comitem Anathema nihil ei profuiſſent. Conſtãter ſe commendat omnium Epiſcoporum, Presbyterorum & filiorum ſuorum precibus.

Omnibus Epiſcopis, Presbyteris, atque vniuerſis filiis Eccleſię I. Cœnomanorũ ſacerdos vinctus Chriſti Ieſu ſalutem. Fœliciter ſunt miſeri, quos conſtat non meruiſſe quæ perferũt. In aduerſis ſiquidem quædam felicitas eſt, qua reum putas eſſe, tamen innocentem. Hinc eſt quod gloriamur in vinculis, quorum cauſa nobis eſt pro ſolatio, non conſcientia pro flagello. Gloria- *Conſciẽtia* mur enim cum Paulo, dicentes. Gloria noſtra *pro flagel-* hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Qualis *lo.* autem ea ſit, vel quæ fuerit noſtrorum cauſa vinculorum, audiant fratres mei, ſacerdotes mei, domini & amici mei. Credo tantò deuotius oraturos

al. deum. eo pro me, quantò nouerint io me pati Chriſtũ quam me propter Chriſtum. Viuit Deus & Dei filius, & vtriuſque ſpiritus, quia non mentiar. In turre Cœnomanenſi Comes Rotrochus in vinculis tenebatur. Ad eum metu mortis trepidum vocatus acceſſi, deinde mihi confeſſus, domui ſuæ diſpoſuit, teſtamentum fecit, Eccleſiis diſtribuit. Quod vt illibatum permaneret, ſubmiſſis à me precibus impetrauit, quatenus ego ipſe matrem eius adirem, de teſtamento perhiberem teſtimonium, inhiberem ne quis illud minuere præſumeret, ne quis omnino tentaret adnullare. Factum eſt ſicut Comes poſtulauit. Iui, quò vtinam pedem non tuliſſem! Mater Comitis in oſculo me ſuſcepit, applauſit teſtamento, gratias agens quòd gratia Comitis acceſſiſſem. Rem taliter factam nec filius, nec mater diffitetur. Eadem die initum eſt aduerſum me conſilium, in craſtinum iniectæ manus, in me iteratam diceres Chriſti traditionẽ.

Fraudulenta Hild. detenſio.

Quinta enim feria in oſculo ſum ſuſceptus. Sexta feria tanquam cum Chriſto iturus ad crucem, cõtumelioſè captus ſum, & poſitus in cuſtodia publica. Diuiſerunt etiam ſibi veſtimenta mea, equis iam inter eos diſtributis, qui gratis ad facinus diſcurrunt, ad honeſtum nec prætio. Porrò in illo caſtello, in quo hæc acta ſunt, Carnotenſis erat Epiſcopus, venerandæ vir auctoritatis: ſed apud ſceleris auctores ſine auctoritate fuit auctoritas: Is in ſpiritu contrito Hubertum conueniens, (hoc enim Phariſæorum principi nomen eſt) primò blanditus eſt illi beſtiæ: ſed beſtia rationem non admittit. Dehinc illum ſacrilegij liberè arguit, obſecrauit opportunè, importunè increpauit. Poſtremò tradidit eum Sathanæ in interitum carnis anathematis vinculo quo debuit alligatum.

Epiſcopus Car. excõmunicat Hub. pertinacem.

In omnibus his non eſt auerſus furor eius: ſed adhuc manus eius extenta. Religioſi quoque Abbates & cõſummati Anachoretæ nominis ad lapidem conuenerunt, & inuenerunt lapidem non eum de quo ſuſcitat Dominus filios Abrahæ, ſed in quo nihil eſt humoris, in quo radicem non habet ſemen verbi Dei. In omnibus enim his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus extenta. Miſſum denique ad Comitem Rothrocum relata ei captio mea, confuſio & ignominia mea. Is primo in corde & corde locutus, tandem dimitti me & ſatis Eccleſiæ fieri nunciauit. Ac ne ſimulatoriè loqui putaretur, abſciſſos de capite ſuo capillos, matri ſuæ tranſmiſit, addens, Hubertum in me non minorem ſibi intuliſſe iniuriam quàm ſi reliquos abſtuliſſet. In omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenſa. Ad vos ergo conuerſio mea, chariſſimi fratres mei, conſacerdotes mei, domini & amici mei. Oro vos orare pro me, curã agere de me, compaſſionem eſſe iuxta me. Nam de redemptione nihil ago.

Negat redẽptionẽ pro Epiſc. ſoluendã.

Semel Chriſti ſanguine redemptus, iterum redimi non requiro. Sanguis ille redemptio mea. Sanguis ille, prætium meum. Indignum eſt, vt ſub prætio redigar, cuius prętium ſine prætio eſt. Præterea infamis eſt redemptio, qua libertas perit Eccleſiæ, qua ſeruitus comparatur. Neceſſe eſt enim, vt membra ſeruiant, ſi caput humilis ſub tributo. Neceſſe eſt clericum redimi, ſi Epiſcopum cenſeas redimendum. Neceſſe eſt trepidare ſubiectos, ſi iuxta Comicum, ei opus eſt patrocinio, quem paras defenſorẽ. Ego certè tanti vitam non facio, vt breuem diligam & redemptam. Malo periclitari de ea, quàm pro ea communem conculcare libertatem. Proſit Eccleſiæ mea mors, cui viuens dum præfui, non profui, Pontificis eſt ſi non viuere, mori ſaltem vniuerſis. Vale.

Epiſt. 40. Argumentum.

Scribit è carcere ad H. Sagienſem Epiſcopum vt anathemate feriat Comitem illum Hubertum Comitis Rothroci dapiferum qui violentas manus in illum iniecerat.

Matt. 25.

H. Dei gratia Sagienſi Epiſcopo, I. vinctus Chriſti Ieſu ſalutem. Credimus ignorare te, quod in vinculis tenemur iuxta te: ſi noſces nequaquã nobis tua ſolatia defuiſſent. Epiſcopus enim es, & illud Chriſti legis & intelligis. In carcere erã, & veniſtis ad me. Noueris ergo coepiſcopum tuũ carceribus mancipatũ Chriſtum Dei militibus iterum traditum multiplici cuſtodia. Iterum circunſeptum ab eo exigi, quod conſtat non deberi. A modo niſi eum viſites, non ignorantiæ deputabitur ſed culpæ.

Viſitandũ affectu charitatis.

Viſitet ergo Chriſtus Domini, vinctum Ieſu Chriſti, viſitet non paſſibus corporeis, ſed affectu charitatis, viſitet nõ rerum exhibitione ſed precum. Benè nos viſitabis, ſi anima tua in amaritudine eſt propter nos. Benè nos viſitabis, ſi ores ne relinquat Dominus virgam peccatorum ſuper nos. Benè nos viſitabis, ſi cum Petro Malchum percutis, perſequentem Chriſtum apud nos. Non gero docentis perſonam, ſed querentis. Sicut enim Hieronimus ad euſtochium ait, ſtultum eſt docere quod nouerit ille quem doceas: duos in cœna fuiſſe gladios, hoc quoque & legis & intelligis. Vnum quidem Petrus in Malchum vibrauit, dum Malchus in Chriſtum manus extenderet. Alter verò eductus fuiſſe non legitur. Aptè profectò inuentus eſt vterque apud diſcipulos Chriſti, quia adhuc vterque oſtenditur in membris corporis Chriſti. Membrum enim Chriſti rex. Membrum Chriſti ſacerdos.

Membra Chriſti rex, ſacerdos. Gladius duplex curia & eccleſia. Luc. 22.

Scienti loquor, noſti gladium regis, Noſti gladium ſacerdotis. Gladius regis, cenſura curię: Gladius ſacerdotis, eccleſiaſticę rigor diſciplinæ. Hos euangeliſtam figuraſſe legiſti, Dicentem, Domine ecce gladij duo hîc. Si eſſet, qui in gladio regni liberaret me nõ peteretur educi gladius ſacerdotij propter me. Cæterùm vides quia iã poteſtas, ſine cauſa gladium portat, in vagina reconditus eſt. Pellibus mortuorum animalium tectus eſt in Chriſtum Malchus: in vaſa templi balthaſar impunè manꝰ extẽdit. Nemo eſt quẽ zelus domus Domini comedat. Nemo eſt qui cum Moyſe minetur & dicat. Inebriabo ſagittas meas ſanguine & gladius meus deuorabit carnes.

Deut. 32. Pſal. 117. Pſal. 122.

Bonum eſt ergo ſperare in domino quam ſperare in principibus: Vnde ſicut oculi ancillæ in manibus Dominę, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum donec miſereatur noſtri, miſerebitur autem noſtri Deus. Ad huc ille reſpicit in orationem humilium & non ſpreuit precem eorum. In angelis eius repoſita eſt ſpes mea, collocata anchora mea: ne mergatur procellis fragilis nauicula mea: ſcienti loquor. Angeli domini, pontifices eius. Angeli Domini ſacerdotes eius. Malachias enim ait. Labia

Pſal. 101. Matt. 2.

bia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, quia Angelus
Domini exercituum eſt. Si ergo Angelus Domi-
ni es. imo quia Angelus eius es, illum geris gla-
dium, qui apud Ioannem de ore Angeli bis acu-
tus exiit. Hunc & tu quod abſit ſine cauſa por-
tabis, niſi ſeces, & tradas Sathanę filium mortis,
niſi claudas & obſeras reliquiis Adæ paradiſum
Domini Dei tui. Hoc autem non dico tanquam
mortem peccatoris deſiderans, ſed vt oſtendas
peccatori cauteriatam conſcientiam ſuam, ſed vt
ei cum propheta dicas arguam te, & ſtatuam con
Pſal. 49. tra faciem tuam. Porrò filius ille perditionis Hu-
bertus Capræolus eſt: Hubertus conſilium ma-
lignauit aduerſum me, manus iniecit in me: ca- B
ptum tenet me, de dapiſero comitis factus
dapes diaboli: Illum enim nihil aliud ſapien-
tem quam terram ſerpens ille comedit qui van-
tre repit & pectore, cui dictum eſt terram co-
Gen. 3. medes omnibus diebus vitę tuæ. Terra hæc ſpinas
& tribulos mihi germinauit: propinauit vinum, nō
vinum quod letificat cor hominis, ſed quod ine-
briaret amaritudine ſpiritum meum. In amaritu-
dine enim ſcripſi tibi, rogans, vt talem iuueniam
te, qualem me velles inueniri à te.

Epiſt. 41. Argumentum.

Vidua quædam iuuenis, olim peccatrix, ad Chriſti nu- C
ptias (non dubiũ quin voto Monaſtico) tranſierat: Eam hu
maniſſime hac epiſtola hortatur Epiſcopus, ne ob anteactã
vitam animo deſpondeat, nam & pœnitentes vt iuſtos,
& Viduas vt Virgines placere Chriſto: Cæterum contra
varias tentationes varia illi præſcribit è Scripturis phar-
maca, vtque ſibi à Dæmone ſedulo caueat admonet.

HVmilis Cænomanorum Epiſcopus I. A. ſuæ
Dominæ atque dilectæ, bonos euentus ex
bono promereri principio. Quia te dominam ap-
pello, noueris eſſe meriti tui quod dilectam de-
biti mei, ſponſa domini mei, domina mea eſt, hinc
eſt quo te puro & ſanctitatis amore complector, D
quod æmulor te Dei æmulatione. Vapularem ſub
2. Cor. 11. iudice Chriſto, niſi ſponſam Chriſti zelarer & in
Chriſto, & pro Chriſto. Iterum enim dico ſponſa
Domini Ieſu Chriſti es. Ad regis amplexus de cu-
biculo militis traducta es, vxor hominis, vxor Dei
facta es. Nolo tamen repudium timeas, quia cum
virgo eſſes, hominem Deo, regi militem prætuli-
ſti. Oſeę noſter, meretricem ducit vxorem. Moy-
Hoſ. 1. ca. ſes Ethiopiſſæ coniugio delectatur. Vnde ſi-
Num. 12. tim Chriſtus extinguit? Samaritana poculum
Ioan. 4. adminiſtrat. In plateis & vicis pauperes & debilas,
Luc. 14. cæcos & claudos euangelium quærit. Vnde do-
Acto. 11. mus patriſfamilias impleatur: De reptilibus & im E
Ioa. 11. mundis in Actibus Apoſtolorum dictum legiſti,
macta & manduca: Denique peccatrix fuerat de
qua Ioannes in Euangelio ait: Diligebat Ieſus Ma
riam, & ſororem eius Martham, & Lazarum. In-
numera ſunt exempla quibus etiam tabernarias
peccatrices ſuo Chriſtus coniugio dignari figura
tur. Non enim de iuſtis, ſed de talibus quæque di-
ctum eſt. Conuertimini ad me, & ego conuertar
Zach. 1. ad vos. Euangeliſta quidam inquit, Ex eis de lō-
Mar. 8. gè venerunt: de longè ſcortator ille filius venie-
bat, quem pater in ſymphonia & choro ſuſcipiens
ſaginatum pro eo vitulum interfecit. De longe ve
nientes zelatur ſponſus tuus, eis etiam ſe maritum

A offerens, quæ numerum perdidere maritorum.
Chriſto itaque multa vxor eſt. Eius vxor, Agnea
& Agna & Suſanna eſt. Agnes nullius, niſi eius: A- *Chriſtus*
gna poſt alterum, tamen eius: Suſanna ſimiliter & *ducit &*
alterius, & eius. Quæ plus enim diligit, parit vbe- *virgines*
rius, quæ plus parit, dotatur ab eo ſublimius, nul- *et viduas.*
la tamen indotata, quia nulla infœcunda. Apud
ſponſas hominum, ſi verus eſt Phiſicus, in quin-
quageſimo anno fœcunditas omnium conquie-
ſcit, quibuſdam nulla omnino filiorum benedi-
ctio eſt. Apud Chriſti coniuges, non ſic, nullam
natura, nullam tempus facit infœcundam, omnis
ætas ab eo concipit, & parit. In ortu quippe, ſu-
munt Chriſti nuptiæ, primum virgines naſcũtur
omnes, cui ſorti debetur in cœleſti thalamo prin-
cipatus, fœmina fœminam generans, antè Dei ſo-
crus eſt quàm hominis. Feſtiuum tam feſtinum cō
iugium, fœlix vix nata, & iam nupta, angeli enim
neque nubunt neque nubuntur, quorum condi-
tio ſexum ignorat. Nam de cæteris Chriſti coniu- *Mar. 12.*
gibus quid loquar? quibus exuberat in ſenectute
fœcunditas. Anna fœcundior octogenaria, quàm
iuuencula fuit, vnum Sara genuit Abrahæ filium, *1. Reg. 1.*
domino plures. Omnes, ſicut Salomon ait, gemel *Gen. 24.*
lis fœtibus abundant, & ſterilis non eſt in eis. Hæ
ſunt quæ cum propheta dicunt: A timore tuo *Cant. 4.*
concepimus & doluimus, & peperimus: ſpiritum
ſaluationis fecimus ſuper terram. Ab hoc & tu
ſoror mea, Domina mea, ab hoc & tu niſi ſal-
lor concepiſti. Si autem concepiſti, neceſſe eſt
ante partum doleas: cùm dolueris, enitendum
tibi eſt vt parias: cùm pepereris, tunc tan-
dem veraciter dictura es, Spiritum ſaluationis
tuę Domine fecimus ſuper terrã. Scio, mea chariſ-
ſima, quia Salomonem legiſti dicētem: Qui timet
Deum, faciet bona, & in Pſalmo: Initium ſapien *Eccl. 15.*
tiæ, timor Domini. Cæterum, non illius ſapientiæ *Pſal. 110.*
quæ apud Deum ſtultitia eſt, qua prudentes vir-
gines oleum in vaſis accipiunt, & cum ſponſa ad
nuptias admittuntur. Hanc à timore ſapientiã à
conſtantia timorem concepiſti. Rapina gauiſa es?
Legeras, Neque fures, neque rapaces regnũ Dei
poſſidebunt. Mentita es? Legeras: Ob quod men- *Luc. 15.*
titur, occidit animam. In damnum pudicitiæ iu- *1. Cor. 6.*
uenibus placere ſtuduiſti? Legeras, Qui homini- *Sap. 1.*
bus placent confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit *Pſal. 52.*
eos. Audiſti & exaudiſti ventrem? Legeras, Eſca *1. Cor. 6.*
vētri & venter eſcis, Deus autem, & hunc & has
deſtruet. Ætas melior fluxerat, & nihil adhuc fe *Luc. 13.*
cerat boni? Legeras, Ecce anni tres ſunt ex quo
venio quærens fructum in ficulnea hac, & non
inuenio, ſuccide ergo illam. Hæc mala, vel nulla
bona feceras. Iudicium timuiſti? meritò autem ti-
muiſti, quoniam iudicem dicturũ didiciſti: Liga-
tis manibus & pedibus mittite eum in tenebras
exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Ti-
menda eſt ſanè atque tremenda hæc ſententia. *Mat. 22.*
Timor illius ſerui, ſed vtilis, de ſeruo quippe *Gal. 3.*
facit & filium. Quòd ſi filium, & hæredem: Hæ-
redem quidem Dei, cohæredem autem Chriſti,
Hoc timore timere cœpiſti, & concepiſti: vbi, vel
quid concepiſti? in agro mentis, ſpiritum pœni-
tentis, delicatus profectò conceptus, & ex-
cuti facilis ante partum. Mille ſunt vene-
ficia dæmonum, quibus iniectis, vel rude
ſemen penitus deficere, vel enecari iam formatũ

Appendix. C

Innocētiā ſeruare quam pœnitere facilius. conſueuit: Vnde Ambroſius: Facilios, inquit, inueni qui innocentiam ſeruauerint, quam qui verā egerint pœnitentiam. Hanc proteſtis periculoſa eſt præteritarum recordatio voluptatum: eas enim tenerrimè caro ſuſpirat, & immemor vxoris
Gen. 14 Loth, egreſſum de Sodomis ſpiritum frequentius reſpicere ſubhortatur. Multa eſt in hoc & ſemper ſollicita non tam impetrare quàm extorquere cōſenſum: nec ei laborioſum eſt in tali triumphare negotio, cum omnes facilè trahamur illecebris, & efficacior ſit conatus carnis ad crimen, quam ſpiritus ad virtutem: vnde neceſſe interiorem dolere hominem: quoniam non iam quod vult hoc facit, ſed quod nō vult, illud agit. Nolo expaueſcas: B nolo deſperes, ſi dum incipis fugere te, velut poſt
2. Cor. 9. tergum mulitet prurigo voluptatum: ſi iuxta quod Auguſtinus de ſeſe meminit, ſuccutiat carneam veſtem ſuam, & dicat: Quo fugis? quid tibi & vitæ, cui eſt impar muliebris infirmitas? Quid tibi & oneri, ſub quo defectum ſexus mulieribus pollicetur? Quid ſomnias teneros artus, & exquiſitis educatos deliciis, longum poſſe ferre Martyrium? Incipe, ſed quod te non pœniteat incepiſſe: quantæ tibi vires, tantus ſit & conatus, ne nun poſſis quod conaris. Caro & mulier, duplex infirmitas, & conſortium vix diſcedens dediſcere voluptatem. Apud neutram tuta eſt reli- C gio, donec maturior ætas vtriuſque reſtinguat in
Serò non pœnitet quem tandem pœnitet. cendium. Eo tempore conſultius incipies, quod modo periculoſè profiteris. Neminem ſerò pœnitet quem mors iouenit pœnitentem. In extremo vitę latro, dum paradiſum meruit, exemplum
Luc. 23. reliquit. Operarios qui circa vndecimam horam venerant, pares illis in præmio legiſti, qui portauerant pondus diei & æſtus. Hæc & his ſimilia ſacris obſiſtunt initiis, hæc ſementem virtutis extingunt & ſuffocant ante partum. Talia ſirenes amariſſimę dulces, talia cœli volucres animæ cantitant inchoanti: ſi ſirenes audieris, à portu recedes in voraginem longius abſtracta voluptatum: ſi D volucres te demulcet, fruſtra ſeminas, quia quod ſeminas à volucribus comedetur: aduerſus tam peſtilentes cantus, ſi ſapis, obſurdeſces, & ne eos exaudias, aſpidis exemplo mentis aures obturabis.
Eph. 6. Eſt tibi ſcutum fidei, in quo poſſis omnia tela nequiſſimi, & excipere miſſa, & ignea extinguere. Sunt etiam parata tibi iacula, quibus inſtantes confodias, & expugnes inimicos. Si circa te fabulatorij ſpiritus, & incantatores carnes motus ob-
Pſal. 118. ſtrepuerint, eſto conſtans, & dic: Declinate à me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei. Si recalēre mulierem ſenſeris, & ad ſuas reuolare velle ineptias, eſto conſtans & dic: Domine cōnfige ti- E
Pſal. 118. more tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui. Si paupertatem odiſſe cœperis, & perceperis di-
Luc. 6. uitiarum ſuſcitari deſiderium, redi ad te & dic: Vę
Pſal. 141. vobis diuites, quia habetis hîc conſolationem veſtram. Si te demulceat adulator, & ad plebeculæ laudes hilareſcas redi ad te & dic. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Si tibi ſuggeratur in frigidiores annos bonum differre propoſitum, reſponde & dic: Dies mei ſicut
1. Theſſ. 5. fur, ita in nocte venient. Si gula deſæuiens tibi lautiores commendauerit apparatus, reſponde &
Rom. 14. dic: Non eſt regnum Dei eſca & potus: His velut quibuſdam increpationibus diffugiunt inimici:

A Delabor memoria voluptatum, carnis garrulitas conticeſcit: ſanctæ conuerſationis initia conualeſcunt, his formabitur, & in fructū proficiet, quicquid bona terra cordis tui conceperit à timore Domini Dei cultoris ſui, fructum autem hunc intellige, fructum ſpiritus, fructum de quo Apoſto- *Gal. 5.* lus ait. Fructus ſpiritus gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas, aduerſus que non eſt lex. In huiuſmodi filiis, hæreditas acquiritur ſempiterna. Fœlix, ſi ludat & exultet apud te: tam beata progenies, fœlicior autem ſi de ea tuus triumphare non poterit inimicus, fortaſſis igno- B ras, ſed in maſculos huiuſmodi ſuperſtes adhuc Pharao debacchatur, inuidiam quam cœpit ante partum conſtanter exercens, & poſt partum: quos enim conceptos doluit, editos mergit in flumine, *Exod. 1.* neſciens cum iam natis in gratiam reuerti, quos *Matt. 5.* oderat naſcituros. Perſequitur ergo illos vſque in hodiernum diem, nec podet congredi ſuperatum dummodo ſperet alium ſuperare. Siue igitur parturias adhuc, ſiue iam educes quod peperiſti, illum time Pharaonem quo ſicut nihil peruerſius eſt, ita nihil aſtutius, cius aſtutia factum eſt, vt de prima muliere modico triumpharet apparatu, vno enim pomo ſuperauit, quo dum laceſſit perſo- C nam, vulnerauit & naturam. Inde nimirum corru- *Gen. 4.* pta eſt tota progenies & proſtratos inuenit hæredes parentum triumphator. Eſto igitur non immemor, cum quo hoſte bellum inieris, pro quo congreſſa ſis patrimonio, vt non minus inimici pertinacia, quàm præmij magnitudine ſaluti tuæ inuigiles, in eo & per eum vincere quærens qui propter te mortuus vicit, ſepultus triumphauit Ieſus Chriſtus Dominus Deus noſter.

Epiſt. 41. Argumentum.

Epiſcopo cuidam (vt veriſſimile eſt) ſcribit, anathemate non iuſte percuſſum ab illo Liſiardum quēdam, ob raptum filiæ Gaufridi, qui raptus non ſit veriſſimilis, imò verum D *eſſe illius cum dicta Gaufridi filia matrimonium, cùm interuenerit vtriuſque conſenſus.*

NE vel deeſſe iuſtitiæ, vel aduerſus iuſtitiam Liſiardo immeritam videamur anathematis inferre ſententiam. De ſacrilegio ac rapina, quorum ipſum arguiſtis, veritatem diligentius inquirentes diſpoſuimus. Itaque ſecundum tenorem recitati nobis negotij, præfatum Liſiardum, nec ſacrilegij reum eſſe manifeſtum eſt, nec aliquam filiam Gaufridi impetiiſſe violētia. Quis enim affirmare audeat puellam de monaſterio ſanctimonialium abſtractā, quam maturioris doctrinæ cauſa, ſacris commixtam virgini- E busad virum egredi pater dictauit, mater voluit, amita eduxit, ipſa conſenſit, conſenſit vtique in nullius niſi Liſiardi, ſicut ipſa teſtatur, eo viuente, tranſitura coniugiū? Sane cōſiliū ſapiēs & maturius ſuis annis, quo ſic harmonia ſua legitimis eſt ſeruata nuptiis, vt eligeretur vir nō inferior genere, nō cōditione abiectior, non minor poteſtate. *Puellæ nobiles monialibus tradebātur doctrinæ gratia.* Quantum autem conſenſus obtineat in matrimonio principatum, Nicolaus Papa ſic Hincmaro demonſtrat Epiſcopo. Sufficiat ſecundum leges ſolus eorum conſenſus quorum de coniunctionibus agitur. Qui conſenſus ſi ſolus in nuptiis defuerit, cætera omnia cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur. De eodem Ioan. Chryſoſtomus. Matrimonium

Nõ coitus ſed cõſenſus matrimonium facit, Hom. 36. in Matt. XXXII. q. 11. c. de Neptis.

monium non facit coitus, ſed voluntas. Hoc etiam Vrbanus Papa non tacuit, ſuper Arragonum regem, qui neptem ſuam cuidam militi ſe daturum ſub fidei promiſſione firmauerat, canonicum proferens in hæc verba capitulum. De neptis tuæ cõiugio, quam te cuidam militi daturum, neceſſitatis inſtante articulo, ſub fidei pollicitatione firmaſti, hoc æquitate dictante decernimus, ſi illa la virum omnino, vt dicitur, renuit & in eadem voluntatis authoritate perſiſtit, vt viro illi prorſus ſe deneget nupturam, nequaquam eam inuitam & renitentem eiuſdem viri cogas coniugio ſociari. Quorum enim vnum corpus eſt, vnus debet eſſe & animus, ne forte cum virgo alicui B inuita fuerit copulata, contra Domini Apoſtolique præceptum, aut reatum diſſidij, aut crimen fornicationis incurrat: cuius videlicet peccati malum in eum redundare conſtat, qui eam cõiunxit inuitam.

Epiſt. 43. Argumentum.

Aſſitetur ſanctum ſuum erga Reginam Angelorum (vt puto) amorem, ſeque nunquam eius oblitum eſſe ad altare.

LOcorum vel temporis incommoda, ſanctus amor ignorat, affectus in eo principatur qui ſemper ſui iuris eſt, nec ei vis præiudicat aliena: omni ſiquidem tempore licet diligere, & ſi quem diligas videre non liceat. Hinc eſt quod mari & terra ſeparans à te, in Chriſto diligo te, illuc mentionem tuam deferens, vbi & honeſta cogitatio præmium, & illicita ſupplicium promeretur. Ad altare quippe Domini tuam me comitatur memoria: Timentem ne mihi cedat ad iudicium, ſi eo te interuentu defraudo, quam beneficiis segina comparaſti.

Epiſt. 44. Argumentum.

Quidam ſacerdos de communi pane ſacrificium ſe obtuliſſe mittitur puniendus, magis ob ſcandalum Eccleſiæ, cuius gregem ſacrificij nouitas conturbauerat, quam ob grauitatem culpæ.

SAcerdos præſentium lator, dum miniſtraturus ſacris adſtaret altaribus, nec in hoc præparatũ panem inueniret, de communi pane ſacrificium ſe confitetur obtuliſſe: qua in re licet potius conſuetudo quàm fides impugnetur, nos tamen nonnullam in eo culpam attendimus: arbitrantes grauius puniendum eſſe Eccleſiæ ſcandalum, quàm delictum: & ſacerdotis iniuriam, quam reatus qualitatem: quod quia in noſtra diœceſi factum eſt, perſonam quæ peccatum peccauit, ſub veſtro ſtatuimus iudicio: quatenus ab eo paſtore transgreſſio puniatur: cuius gregem ſacrificij nouitas conturbauit. Erit igitur veſtræ deliberationis in ſacerdotem qui male conſecrauit, eam proferre ſententiam, quæ plus patris habeat quàm iudicis, plus miſericordiæ quam cenſuræ: Scriptum eſt enim, cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis.

Sacerdos pane communi oblatus. *Hab. 3.*

Epiſt. 45. Argumentum.

Hortatur Eccleſiaſticum quempiam ad bonam perſeuerantiam, ac ne patiatur puriſſimum conſcientiæ argentum vnquam ſcoria decolorari.

Appendix.

A ZElum legis habes quem tamen tibi cathedra non contulit, ſed apud te inuenit, id oſtendunt commiſſa tibi Eccleſiæ negotia, quæ pariter & inter minas intrepidus & integer inter munera ſub capitis diſcrimine peregiſti. Cæterum, qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Perſeueres oro, nec aliundè patiaris, vt illud puriſſimum bonæ conſcientiæ tuæ argentum cuiuſlibet ſcoria decoloret: venturus eſt Satanas ad te, qui tentet te, qui dicat. Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Sed ſi benè noui te, ſic reſponſurus es tentatori: Vade retro Sathana.

Mat. 10. 24. *Mat. 4.*

B *Epiſt. 46. Argumentum.*

Quendam ſibi benè notum derelicti gregis ac malè ſuffecti procuratoris arguit.

SIcut reprimendæ præſumptionis eſt, ad animarum regimem accedere non veritum, ſic iam ſuſceptum deponere nulli niſi quem ſua deiecit culpa, canonicis permittitur inſtitutis. Vnde & apud fratres qui ſub data tibi profeſſione vitam viuunt communem grauiſſimè noueris exortum eſſe ſcandalum, quia eos inconſultos relinquere & inuitis ac renitentibus procuratorẽ ſubſtituere C decreuiſti. Qui plus quàm ſic ſe dimitti, ſic ſubmitti quorundam relatione didicerunt, ad nos vſque fatigati grauem nimis & plenam gemitu deprompſere querelam. In dubium namque venit, magiſne tuum accuſent abſceſſum, an aggreſſum illius recuſent, quam iudicaſti ſubrogandum derelictis. Eum quidem credimus facilè ſuſcepto ab renunciaturum negotio, vt pote qui nouiter trahi oportere non vltrò ad ſarcinam credere paſtoralem. Tu autem vehementer arguendus es, & durioribus verbis increpandus, qui ſine cauſa legibus tradita, gregi commiſſo paſtoris præſidium ſubtraxiſti. Quo in grege ſi vel vnius, vel plurimo D rum tibi peruerſitas diſplicuit. Auguſtinum tamẽ tua debuit attendere paternitas ad Vincentium ſic ſcribentem: Propter malos boni non ſunt deſerendi ſed propter bonos mali tolerandi ſunt. Si verò totus grex, (quod abſit) vias incedit tortuoſas, nec in ſermone tuo requieſcit eorum ſpiritus inquietus, prius tamen fuit in auribus noſtris eorum panenda cauſa, quam deponenda cuſtodia. Porrò de dimiſſione huius idem Auguſtinus in 3. libro cõtra Donatiſtam Parmenianum. Qui vult corporaliter, quaſi manifeſtos malos deſerere, ſpiritualiter deſerit latentes bonos, quos inexpertos & incognitos cogitur accuſare dum ſeparationẽ E ſuam conatur defendere. De eodem quæſo, vir vitæ venerabilis, gratia benedictus, & nomine amplectendus nobis exemplum propoſuit, nequaquam pauculas ſedes deſerens, donec vllam omnino cui prodeſſe poſſit inuenit. Hinc & Gregorius ſuper Ezechielem ſic ait: Qui animarum cuſtodes ſunt, & paſcendi gregis onera ſuſceperunt, mutare loca minime permittuntur. Meminerit igitur ſumma cum feſtinatione ad commiſſum tibi gregem reuerti ſub diſtricto iudice puniendus, ſi vel parore, vel quæ poſt diſceſſum tuum perpetam facta ſunt corrigere diſtuleris.

Boni nõ deſerendi, & mali tolerandi. *Paſtores abeſſe non licet.* *al. peruerſe.*

Epiſt. 47. Argumentum.

Salina oſtendit epiſtolam non eſſe Hildeberti, ſed alterius qui vt Retharedum Gothorum regem ob reiectum aurum ſibi pro Deo oblatum commendaret contra concupiſcētiam: non pauca interim ſcriptura protulit.

SAnctæ conuerſationis veſtræ præcedentibus primordiis gratulamur, eorum authorē deprecantes, vt mereamiui talarem induere tunicam, & hoſtiæ eandem immolare, quod ita futurum Chriſto Ieſu cooperante confidimus, bonam ſpem nobiſcum reportantes, quia eo duce peruenietis ad brauium qui mouit ad curſum: quo in propoſito, quanta vobis occurſent remoramina, iam niſi fallimur experientia didiciſtis. Ad virtutem namque gradientes, quo offendant vtique inueniunt. Eam profiteri primum quidem eſt, perſeuerare autem difficile. Inde fit vt cum prope ſit quo curritur, plures tamen breuiſſima deficiunt in via. In Ægypto enim ſumus, in qua maſculorum vitam ſuperſtes adhuc Pharao perſequitur. Tot in deſerto vel gladiis, vel ſerpentum morſibus reciderūt, vt duo tantum terram intrarent promiſſam. Denique multi vocati, pauci verò electi. Quid autem ſit, quo retardentur contēdentes, in hoc agone ſacerdotes, & ſi veſtram non lateat prudētiam: nos tametſi vobis ſcribere decreuimus, exhortandi potius gratia quàm docendi. Equus cum benè currat, plurium tamen clamoribus exhortatoriis adiuuatur. Ocius iuuenci mouentur notis vocibus excitati: ſic & virtus ſtimulos requirit, & exhortatione ſuſcipit incrementum. Ad verum itaque deſideranti bonum, nihil ęquè noxium eſt, quā inter diuitias ſibi minime conſtare, nec animi retinere libertatem. Animus deſurſum veniēs, ſurſum nititur, difficilè quò ſperat vel aſpirat peruenturus, niſi exoneratus inceſſerit. Ille ſcilicet ad inferiora declinat bona. Degenerat & incipit de proprio defectu ſeruire, cuius eſt ex natura dānari. Graue nimis hanc excutere ſeruitutem, quæ voluntate potius quam ſeruitute ſuſtinetur. Imperioſus enim Dominus eſt amor habendi, facilius impugnamus animos quàm corpora ſiculorū. immanitas tyrannorum. Nemo eſt cui tandius tam deuotè ſeruiatur, quocunque vult ſuum ducit ſeruum. Non eripitur ſibi fuga, non alicuius violentia poteſtatis, vix enim de cupiditate triumphat, de quo ſemel cupiditas triumphauit. Cupiditas leges obliterat, ius omne perſequitur, diuinas abradit ſanctiones. Cupiditas in regione diſſimilis, hominem abducit oblitum, quam cum Deo & ex Deo habet dignitatem. Denique ſicut ait Apoſtolus, Radix omnium malorum cupiditas. Radix huiuſmodi radix mortalis, & ramos proferēs toxicatos: ex ea namque eſt quod Oſee propheta teſtante. Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Sub vmbra ramorum iſtorum aliquis homo quieſcit, eo cupiditate docilis declinare. Is ad viam difficilè reuertitur torpens & quaſi frigore gelatus aquilonis. Nimirum propter hoc frigus, piger arare non poteſt: & peccator cum venerit in profundum iniquitatis, contemnit. Pharao cum eſſet feruenti plagæ proximus, hoc frigore tamen induruit quaſi labores manuum Iſ-

Virtutem profiteri pronum, profeſſa vſque tueri arduū.

Mat. 20.

Virtus exhortatione ſuſcipit incrementum.

Cupid. radix malorum.

1. Tim. 6.

Oſe. 4.

Prou. 18.

Exod. 13.

A raël indebite vſurpauit. Dici non poteſt quantas animas hoc frigus aſtrixerit, quorum prope cōſummatum abruperit curſum, quam grauem retentis induxerit ſeruitutem. Animi quippe libertatem plures inter tormenta ſeruarunt, inter opes autem pauci. Miſerabilius cupiditas de Saule ipſo, quam Saul de Amalech triumphauit. Mercede captus Balaam plenum maledictionis animum geſſit, cum verbis eius ad benedicendum Dominus vteretur. Ante hoſtes cecidit Iſraël, donec pro ſublatis de anathemate ſpoliis lapidibus Achar puniretur. Et vt roſam de ſpinis colligamus, Atalanta, ſecundum poëtam bene curre-B bat, qui dum declinaret ad aurum Hippomenes victa ſuccubuit. Legimus plures etiam perfectos, hac infectos amurca, & conuerſam eſſe in diuinationem multorum prophetiam prophetarum. De his enim ſic Micheas ait, Sacerdotes Hieruſalem in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & requieſcebant ſuper dominum dicentes, Nunquid non eſt Dominus nobiſcum, non venient ſuper nos mala? quem locum exponens beatus Hieron. Sacerdotes, inquit, docebant, & prophetæ &c. Neſcientes aliud eſſe prophetiam, aliud eſſe diuinationem: videbantur quidem ſibi eſſe prophetæ, ſed quia pecuniam accipiebāt C prophetia eorum facta eſt diuinatio. Quæ dum minus attendunt ſub precio redigunt inpreciabilem ſpiritus gratiam, ſimiles fiunt lignis ſyluarum, quæ in libro iudicum oliuam & ficum & vitem imperare ſibi poſtulant, nec impetrant, poſtulant deinde ramnum, & ramnus eis acquieſcit. Noſtis equidem perſica & infructuoſa ſyluarum ligna pſeudo-eccleſiæ figurare miniſtros fœcundanię gratia carentes, nec fructum facientes, quæ Dei ſunt malè quærentes, nec impetrantes. De huiuſmodi ſic Apoſtolus Iudas ait, hi ſunt arbores autumnales eradicatæ, infructuoſæ, bis mortuæ. Noſtis etiam quia vnctio illa nomine figura-D tur oliuæ, qua diffunditur charitas Dei in cordibus noſtris qua filium Dominum Deus vnxit præ conſortibus ſuis, qua internis deliburi ſunt diſcipuli Chriſti, ſed iuxta miniſterium diaconatus Chriſti. De hac vnctione Dominus per prophetam Ioel: Effundam inquit de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ. Porro per ficum lex vetus iudicatur, quæ plantata in vinea Domini Sabaoth, in vineā de Egypto tranſlata, ficus malas protulit & bonas: malas quidem malas valdè, bonas autē, bonas valdè. Littera enim legis occidit, ſpiritus autē viuificat. Hāc ficū in Euangelio innuit cùm dicit. Qui-E dam paterfamilias plantauit vineā, & in vinea plātauit ficū. Nam per vitē quis rectius quàm Chriſtus exprimitur, qui de ſeipſo diſcipulis loquēs, ait. Ego ſum vitis, vos palmites vitis huius vinum, euangelij muſtū eſt, muſtum lætificans cor hominis, & vtres eorum receſſus animorum quos ſecibus vetuſtatis obſoletos inueniunt: Huiuſmodi muſtum Euangeliſta indicat his verbis. Nemo mittit vinū nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinū effunditur, & pereunt vtres. Ramnus autē, ſcilicet ſpinoſum genus rubi & aſperū conuenięter oſtēdit hominē peccati, filiū perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſuper omne quod dicitur Deus. Has ſpinas & aculeos pſalmus innuit cū dicit,

Inter tormenta manſere liberi, mul ti inter diuitias pauci.

Ioſ. 7.

Mich. 3.

Iud. 9.

Pſal. 44.

Ioel. 2.

2. Cor. 3.

Luc. 13.

Ioan. 15.

Matt. 9.

Mar. 2.

Luc. 5.

Mat. 102.

cap. 1. lib. Dioſco.

Pſal. 13. cit,cuius maledictionis os plenum eſt,& amaritu- A
Pſal. 9. dine&dolo,ſub lingua eius labor&dolor. Et poſt
Iud. 9. pauca,inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelũ-
Pſal. 65. ca ſua. Cum itaque ligna ſyluarum præſcriptas ar
bores imperare ſibi poſtulant, non impetiát quia
cum præfatæ peruerſitatis homines quæ Dei ſunt
malè quærunt,non accipiunt. Scriptum namque
eſt, iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exau
diet Dominus. Poſtulant iſti operatricem ſpiritus
ſancti gratiam, ſed Simoni Petrus ait, Non eſt ti-
Act. 5. bi pars neque ſors in ſermone iſto, poſtulant my-
ſtico legis intellectu, quaſi quibuſdam dulciſſi-
mis fructibus paſci: ſed iuxta Eſaiam, exeat Do-
Iſa. 6. minus cor populi huius,& aures eius aggrauat,& B
oculos eius claudit, ne ſortè intelligat, & audiát,
& videant,& conuertantur, & ſanentur: poſtu-
lat hærere Chriſto quaſi palmites viti, & euan-
gelica imbui doctrina: ſed eis nihil eſſe cum Chri
ſto ſic Apoſtolus oſtendit,quę cõuenientia Chri-
2. Cor. 6. ſti ad Belial? Et Salomon, In maleuolam inquit,
Sap. 1. animam non introibit ſapientia, nec habitabit in
corpore ſubdito peccatis. Quia igitur huiuſmodi
nec ſpiritu Dei reguntur,nec legalibus aut euan-
gelicis ſubiiciuntur documentis, Rhamnum ſibi
poſtulant, quoniam Antichriſtum rectorem ſibi
conſtituunt, in eis iam myſterium iniquitatis o-
perantem. Quanta ergo ſit peſtis cupiditas,quàm C
virtutis abiuratio, quam preceps ad infernum de-
ſcenſus, nec etiam tardiores credimus ignorare.
Turpe nimis Chriſtum Dei hoc inquinari atra-
mento, quo propheta in diuinationem degene-
Imaginẽ rat. Exinaneſcit interior ſpiritus vnctio. Myſtic⁹
Dei idolo legis obſeratur intellectus, auſertur Euangelicæ
ſubſternũ ſapor doctrinæ, & qui ſe iactitant regnum Chri-
indignũ. ſti,regnum fiunt Antichriſti. Turpe inquam ni-
mis animam Domino ſimilem huic idolo ſuſter-
ni, curuare genua ante Baal,his hominem amitte-
re maleficiis, quibus etiam ſapientum oculi faſci-
nantur vt non videant cœlum, neque recorden-
tur iudiciorum iuſtorum. Scimus autem & Do- D
mino Deo gratias agimus vos omnimodè ante
præfatam fugere tempeſtatem, nec diſſimulanter
indignari Chriſtum Dei vel auram adorare mu-
nerum, vel fauorem quærere perſonarum. Sancta
hæc & Deo placens indignatio, quam & lingua
loquitur,& actio atteſtatur. Audiuimus tamen nõ
defuiſſe qui vos vrgerent ad ſpacioſas, & ſpectã-
tes ad mortem vias, qui dicerent rem veſtram
ſumptuoſis non ſufficere expenſis, habendum prę
manu, quod de manu pauper accipiat, his qui al-
1. Cor. 9. tari deſeruiant licere de altari viuere. Saülem
deſiderium animi ſui vaticinio quæſiturum pon-
dus argenti ad prophetam tuliſſe Samüelem, ver- E
ba hæc ſibili ſunt antiqui ſerpentis, cui partim eſt
abſorbere fluuium, niſi & hoc attentet, vt influat
Iordanis in os eius. Hæc dicentes, ignorant me-
lius modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum
multas. Et quidem Saül aſinas quæſiturus, quar-
tam partem cicli ad Samuelem gerit, & vxor Ie-
roboam, cum paſſis vuis & panibus ad Abiam vi-
rum Dei ingrederetur. Hi profectò, ſicut ſcribit
Ieron, quia didicerant nõnullos mercede vati-
cinari, credebant & iſtis in mercede vaticinari.
Cæterum neuter eorum legitur delata ſuſcepiſ-
ſe munera, cùm potius Samuel ſatis hoſpitaliter
Samuelem pauiſſe, Abias verò præſatam mulierẽ

Appendix.

verbis durioribus increpaſſe memoretur. Facia-
mus autem eos accepiſſe, ſecundum eundem Hie *3. Reg. 14.*
ronymum, ſtipes potius dicẽdæ ſunt templi, quam
præmia prophetiæ: Vos igitur agite, quod agitur,
incedite ſicut cœpiſtis, vos ad vocem incantantiũ
& venefici incantantis ad mortem mentis aures
obturate: ſciẽtes quoniam aurum & argentum li-
batis, Deo, quod pro Deo recuſatis: aquam ete-
nim periculo militum de Bethlehemitica ciſter-
na, quia eã dedit cùm ſitiret, propter Dominum
ſudit, gratum Domino ſacrificium fecit. Qua ex *Betharedo*
aqua Betharedo Guiſi Gothorum regi, qui obla- *aurum re-*
tum ſibi aurum pro Deo accuſauerat. Sic beatus *ſpuit.*
Gregorius ait, Dauid regis factum mihi ad memo-
riam venit: Cui dum concupita aqua de ciſterna
Betlehẽ, quę inter hoſtiles cuneos habebatur ab
obſequentibus militibus fuiſſet allata, protinus
dixit: Abſit à me vt ſanguinem iſtorum hominũ
bibam, quem qui fudit & bibere noluit: ſcriptum
eſt, libauit eam Domino. Si ergo ab Armato re-
ge in ſacrificium Dei verſa eſt aqua contempta, *2. Reg. 12.*
penſemus quale ſacrificium omnipotẽti Deo Rex
obtulit, qui pro amore illius non aquam, ſed au-
rum accipere contempſit. Hæc ſanctitati veſtræ
ſcripſimus, ægroto ſimiles benè habentibus anti-
dotum procuranti. Cæterum ſanis quoque lan-
guentium manus aliquando profuerũt. Vtq;. No
uis poëta fungi vice cotis acutũ reddere quæ fer-
rum valet exors ipſa ſecandi. Sanè dum vobis hęc
exaramus, exoramus ſcrutantem renes & corda,
ne patiatur hoc defectu veſtrum vexari ſpiritum
quo præſumentis ea potius arrogantiæ quàm cha
ritati deputare. Ignorat imperfectum hoc animo
mea, cum depreſſam ſe grauiſſimis exceſſibus nõ
audeat diffiteri. Quicquid eſt actum charitas do-
cuit, cuius eſt gaudere cum gaudentibus, & cum *Rom. 12.*
infirmantibus infirmari. Vicem mihi rependitis:
Si diligitis me & oratis pro me.

Epiſt. 48. Argumentum.

Ad quem miſſa ſit vel ſcripta epiſtola non poteſt elici vlla coniectura. Hoc ſolum certum ſit eſſe Hildeberti interpretans illud Pſalmiſtæ, liberauit D. Pauperem à potente: & docentes pro te parentem culpa factum pauperẽ, peccati mancipium: nec potuiſſe ſuis ipſum viribus ab ea ſe paupertie & ſeruitute eximere, niſi pro illius redemptione ſoluiſſet Chriſtus ſponſionem.

DAuid futura in ſpiritu præuidens, liberauit,
inquit, Dominus pauperem à potente, & ino *Pſal. 71.*
pem cui non erat adiutor. Non omnium eſt ſcien-
tia, ignorant aliqui pauperem illum, ignorãt po-
tentem illum, ſcientes hortamur, ignorantes in-
ſtruimus, pauper primus parens ille noſter & eius
ſucceſſio eſt, potens iſte diabolus eſt, primus pa-
rẽs in paradiſo diues, extra paradiſum pauper, pri
mus parens liber ante culpã, ſeruus poſt culpam:
Magnæ huius diuitiæ, quia abũdauit omnib⁹ quæ
voluit, quoad id voluit, quę Deus iuſſit, vera huius
libertas, quia ſub ſolo Dei fuit dominio quandiu
benè libere vſus eſt arbitrio: Vbi autẽ voluit quod
Deus noluit, diues eguit, liber ſeruiuit, eguit me-
dico, ſeruiuit peccato. Ex tũc pro gloria ſortitus
eſt, ignominiã, pro trãquillitate ſollicitudinẽ, pro
colloquio angelorũ murmur & tumultũ vitiorũ.
Extũc fecit illũ princeps huius mundi regnũ ſuũ,
foras armatus æternum ſuum, pater tenebra-
rũ obcæcatum ſuum. Aduerſus huiuſmodi poten-

Homo cur ſibi redimendo inſufficiens. tem nullum pauperi noſtro adiutorium ex ſe, nullum ex ratione, nullum ex lege. Quia etenim natus eſt de corrupto corruptus, de ſubacto, ſubactus, de debitore debitor, de peccatore peccator, ad liberandum ſe non potuit ſufficere per ſe, potuit quidem ratio conferre filiis Adæ ne peccarêt ad mortem, ſanare autem non potuit, quam ex patre contraxerat mortem. Fuit enim illis de futuro cautela, non de præterito medicina. Subſecuta eſt

Lex quid conferebat

4. Reg. 4.

lex, non quæ ſanaret plagam, ſed quæ fractores legis præpararet ad gratiam. Lex nec adducit ad perfectum imperſectum noſtrum: nec ad paradiſum reducit eiectum noſtrum, nec ad vitam deducit mortuum noſtrum. Ad ſuſcitandum filium Sunamitis Giezi præcedens Heliſæum portauit baculum, domum intrauit, ſuperpoſitus eſt puero baculus, ſed non erat puero nec vox nec ſenſus. Meritò itaque ſperauit, dicens: Viuit Dominus & viuit anima tua, quia non dimittam te. Audiuit & exaudiuit Eliſeus deprecantem, deſcendit & intrauit, totum ſe ſuper puerum mortuum expandit, & mortuum ſuſcitauit. Attendant hiſtoriæ figuram neſcientes, excitentur ſcientes, increpentur negligentes, puer mortuus, primus parens à Dei gratia derelictus, hic animæ defectus eſt, hic animæ mors eſt. Moritur caro cùm ab anima deſtituitur, moritur anima cum à Deo ſeparatur.

Moritur homo bifariam.

Gen. 2.

Gal. 4.

Hæc mors homini promiſſa eſt ante peccatum, illata propter peccatum, ablata per eum qui non nouit peccatum. Sic enim homini dictum legiſti, qua die comederis, morte morieris, pro humano igitur genere tali mortuo, ſupplicauit mater pia, mater ſancta, mater de qua ſic Apoſtolus ait, Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt quæ eſt mater noſtra, mater profectò non carnis opere, ſed dilectionis exhibitione. Mater quia tempore nos præcedit, oratione propter nos intercedit: Mater inquam, quia maternus ei erga nos affectus, quoniam gratiſſimus ei inde perfectus eſt. Nouerat hoc qui dicebat. Gaudium eſt in cœlo coram Angelis

Luc. 15.

ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Poſtulauit iſta manumiſſionem noſtram, poſtulauit vitam noſtram, poſtulauit, inquam non labiorum motu, ſed charitatis affectu. Exaudita eſt illa mater noſtra, & curatum eſt de vita noſtra, vt enim homo conditetur ad promerendum diuitias gloriæ Dei, vt præparetur ad ſuſceptionem medicinalis gratiæ Dei. Giezi prophetam præceſſit cum baculo, quia Moyſes præcurrit, cum legali teſtamento. Baculus importabilis onus legis. Lex illa, lex peccare docens, non iuſtificans, lex puniens, non coronans, lex plus habens cenſuræ, quàm miſericordiæ. Occidis? occidi iuberis: abſcindis? abſcindi iuberis: Sabbatho lignum colligit? Lapidari iuberis, huic baculo ſuppoſitus eſt infirmus noſter, grauatus eſt mortuus noſter. Non eſt euacuata mors noſtra, neque ſanata plaga noſtra. Oportuit vt ad ſuſcitandum mortuum Ipſe accederet Eliſeus: quia neceſſe fuit vt antidotũ vitæ præpararet homini, homo Deus. Expanſus eſt ille in lectulo ſuper mortuũ: extenſus eſt hic in patibulo propter mortuum. Spiritus vitæ mortuo redditus eſt inſpirante Eliſeo, quia gratia reddita eſt homini moriente homine Deo: viuificatus puer rediit ad

Baculus importabilis onus legis.

A gremium matris. Homo iuſtificatus ad conſortiũ ſupernæ ciuitatis aſcendit. Recolat igitur & veneretur purus homo quod memoratur hodie egiſſe pro homine Deus homo. Hodie quippe noſter Eliſeus domum in qua ſuperpoſitus erat mortuo baculus intrauit, quia miſſa ſalus Dei noſtri hodie ciuitatem Hieruſalem, in qua oues quæ perierât domus Iſraël legit pondere grauabantur, humilis aſcendit. Attendat inquam homo qua humilitate verus propheta redemptionis noſtræ officinas intrauerit, quanta patientia tulerit, quàm mirabili charitate nos ad ſe traxerit. Si humilitatem ignoras, ſeruili forma dominus vniuerſaliter indutus eſt, de paupercula virgine natus eſt, in præſe-

B pio collocatus eſt, idem cum liber eſſet à lege, factus eſt ſub lege, circumciſus eſt ex lege, ſiue quæ tela conuerſatus eſt in lege. Denique cum peccatoribus & publicanis cibum ſumpſit, ad locum paſſionis accedens, aſino inſedit, diſcipulorum quos elegerat de plebe, pedes lauit: hoc ab ortu vſque ad finem vitæ ſatagens, vt ſicut in matre ſpiritualis & ſine exitio fuit integritas, ſic & filio ſingularis & vnica eſſet humilitas. Quòd ſi de patiẽtia quæritur, ſicut ouis ad occiſionem ductus eſt, ſpectaculo crucis addictus eſt, propter iniquitates noſtras vulneratus eſt, & cum iniquis deputatus

Breuis enumeratio vitæ Christi.

Iſa. 53.

Act. 5.

C eſt, quæ ſcilicet præiudicia ne potius impotentiæ reſiſtendi aſcribat quàm patientiæ: ſuppetebant ei plus quàm duodecim legiones angelorum quibus poſſet etiam ſacrilegorum manus euadere miniſtrorum. Ideo autẽ præfatas tulit iniurias, quia, ſicut Leo Papa teſtatur, neminem ſaluaret illæſus, qui pro omnium ſalute venerat moriturus. Nam de charitate quid loquar? cui hoc ſolum ſufficit ad teſtimonium, quod dum crucifigeret eum Iudæus, orabat vt illi indulgeret Deus. Charitas iſta charitas admiranda, dum claui manibus, lancea lateri, fel ori admouerentur ab inimicis manus, & latus, & os, agebant pro inimicis: ſanguine quip-

Matt. 26.

Iniurias cur Chriſtus pati voluit.

Luc. 23.

D pe lauabatur delictum, quod crucifigens abundè contraxerat, oratione quidem crucifigens committebat. Oſtenſa tibi ſunt arma fortia, arma victricia, arma quibus pugnatur aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus mũdi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. His armis accinctus aduocatus tuus hodie campum pugnaturus intrauit, vbi fortiter dimicauit, prima ſabbathi triumphauit. Sub his armis actum eſt pro cauſa tua, pugnatum pro libertate tua, triumphatum pro gloria tua. Quid itaque reddes huic aduocato tuo, pro tam magno negotio tuo. Magnum quidem eſt precium quod im-

Eph. 6.

E pendit pro te: ſed parabile eſt & ad manum habes quod poſtulat à te. Poſtulat enim ne auferas ei ius ſuum: poſtulat ne alieno domino aſſignes ſeruum ſuum. Ius ipſius, anima tua eſt, ſeruus illius corpus tuum eſt. Ius ſuum fecit animam tuam, quando pro ea poſuit animam ſuam: ſeruum ſuum fecit corpus tuum, quando pro ea poſuit animã ſuã: ſeruum ſuum facit corpus tuum, quando pro eo in mortem tradidit corpus ſuum. Toto ſe comparauit totum te. Attende igitur quid exigat à ſpiritu tuo, quid à corpore tuo, vtroque ſeruo ſuo. Dilige eum ex toto corde tuo, exſolutum eſt quod exigit à ſpiritu tuo: impende totum te membris ſuis, & ſolutum eſt quod exigit à membris

membris tuis. Caligauerunt in mortem ocu-
Chriſtus paſſus tot⁹ hominem totum redēpturus.
A li ſui, vt auerterentur ne viderent vanita-
tem oculi vagi oculi tui: Conuieis & blaſ-
phemiis patuerunt aures ſuæ, vt non obtura-
rentur, ſed paterēt ad clamorē pauperis: aures ſur-
dæ aures tuæ: felle & aceto potatum eſt os ſuum,
vt loqueretur veritatem & iudicium, os mendax
os tuum: Extenſæ ſunt in cruce manus ſuæ vt ex-
tenderentur inopi manus contractæ, manus tuæ:
Confixi ſunt clauis pedes ſui, vt dirigerētur in ſe-
mitas rectas pedes diſtorti, pedes tui: Anguſtias
mortis pertulit totum corpus ſuum, vt huius cor-
poris membrum fieret: putridum corpus, corpus
tuum. Ecce quæ domino Deo placent, in te, pro
B quibus emit te: quæ poſtulat à te in arbitrio tuo
poſuit dominus tuus, vt ab eo ſupplicium merea-
ris & premium. Neſcit ille parcere, ſi nequam ſer-
uus es: neſcit parcē remunerare, ſi bonus ſeruus es.
Si nequam te ſeruum inuenerit, cum malignis ſpi-
ritibus inueniēs indignationem ſuam. Si fidelem
cū angelis & electis intrabis cęleſtē Hieruſalē ci-
uitatem ſuā. Porro beatus ille introitus deſignatur
per pueros hebræorum: deſignatur per eoſdē re-
ſurrectio dormientiū beatorum. Ingrediēte, ſiqui-
Mat. 21. Mar. 11. Ioan. 12.
dem domino in ſanctam ciuitatem hebræorum,
pueri reſurrectionem vitæ denunciantes, cum ra-
mis palmarū Oſanna clamabāt in excelſis. Quòd,
1. The. 4.
C fratres Chariſſimi, quid aliud reſponſorio pręſen-
ti decātatur, quàm futuræ reſurrectionis qualitas,
quā capacitas, & mēbrorū beatitudo ſempiterna.
Quòd pronūciant egreſſi de domib⁹ primùm, niſi
fidèles egreſſuros de ſepulchris: Quòd occurſu eo
declaratur, niſi quòd ait Apoſtolus, nos qui viui-
mus, qui relinquimur, rapiemur obuiam Chriſto
in aëra & ſemper cū domino erimus. Erimus qui-
dem cum domino, ſed ſi nos dominus non ſpiritu
ſed malitia pueros inuenerit, ſi palmas in mani-
bus, ſi flores inſpexerit, rami palmarum ſigna vi-
ctoriæ ſunt: in floribus virtutum iocūditas oſten-
D ditur. Hanc patriarcha Iacob de longe odorabat
cùm dicebat: Ecce odor filij mei ſicut odor agri
pleni, cui benedixit dominus. Venienti ergo ſal-
Neceſſarium iudicium vt veniat premiū. Pſal. 36.
uatori, pueri cum palmarum ramis occurriſſe me-
morātur, quia venturo ad iudiciū Chriſto, egreſ-
ſi fideles de ſepulchris vitiorum apparere præ-
monentur. Sed quia neceſſe eſt ſicut illis deeſſe
quod iudex iudicet, ſicut vt inueniat quod coro-
net. Idem pueri flores gerunt in manibus, quia fi-
deles, nō niſi in virtutum decore placituri deſcri-
buntur. Vnde etiam dictum eſt, Deſine à malo &
fac bonum: Vos igitur fratres Chariſſimi, humili-
tatem noſtri ſaluatoris attendentes, imitantes pa-
tientiam, amplectentes charitatem contra vitio-
E rum potentiam conſtantes inſurgite cum odore
virtutum, in iudicio occurrere ſatagite: vt cum
laudare, & cum eo regnare valeatis, Qui viuit.

Epiſt. 49. Argumentum.

Amicorum memoriam à buſto ſeruādam docet, ac proinde nuper defuncta Regina inter preces recordandum ex officio magis quàm quod illa pientiſſima talibus indigeat. Ad extremum pollicetur Exceptiones Decretorum.

PLerumque fit vt præteritis euentum colliga-
mus futurorum, vnde & nos veram amicitiā
ſperamus ex vobis, quę amico ſepulto non ſe-
pelitur in vobis, docet hoc animi veſtri erga re-
A ginam ſanctus & ſuperſtes affectus cui pro ea in-
teruenire non ſufficit, niſi & aliorum etiam im-
petret interuentum. Oratis quidem orari pro ea:
ſed credimus eam plus poſſe ſuis nos adiuuare,
quàm egere noſtris precibus adiuuari. Fateamur
enim neceſſe eſt eam deceſſiſſe reginam, cui nec
ex opulentioribus delicijs, nec ex poteſtatis licē-
tia, nihil ex lenocinio ſexus ad honeſtatis pericu-
lum ſurrepſit. In ea præter virtutem nihil virtus
inueniſſet quam vitæ modum, licet interuentu
poſt mortem non egeas nouerimus. Veſtram ta-
men præceſſimus exhortationem veriti iudicium
niſi orationum ſedulitatem quam à nobis regina
B promeruit, ſpontanei potius quam rogati ſolue-
remus, ingratum coloit niſi colatur & ipſa pro ſe
ipſa. Præterea non ſolamur à debito, ſi interuen-
tum noſtrum alienus ei comparet interuētus. Be-
neficium nanque pro alio remunerare quàm pro
ſe ipſo, non ſoluit ſed obligat debitorem. Hanc
pro deſtinatis nobis ſcriniis, pro paginæ noſtræ
Pollicetur exceptiones Decretorum.
capitulo gratias ageremus, niſi ſicut in animo, ſic
& in ſcripto primum ſibi locum regina vendica-
ret. Sero enim reginæ meminit, quiſquis cui⁹ poſt
aliud recordatur. Exceptiones autem Decreto-
rum quas in vnum volumen ordinare diſpoſui-
mus ad ſuum finem nondum perductæ ſunt: opus
C enim hoc liberū curis pectus deſiderat, cuius nos
immunes epiſcopos fecit. Bonam tamen expleui-
mus partem, atque ad id peragēdum quod reſtat,
Epiſcopum deponemus. Pactum veſtras veniet
in manus, nec opus erit quod pro eo deferen-
do veſter legatus ad nos vſque fatigetur. Officij
noſtri erit, vobis illud per noſtrū deſtinari. Vale.

Epiſt. 50. Argumentum.

Allato D. Auguſtini exemplo Epiſcopum audai qui ſtudioſus liberatis Eccleſiæ fortiter obſtiterit ne raperentur è ſinu matris Eccleſiæ qui illuc immunitatis gratia confuge-
D *rant.*

AVdiuimus & valdę lætati ſumus fraternita-
Mat. 10. 24. Eccleſia locus immunitatis.
tem veſtram pro eorum deliberatione, qui
de Eccleſia violenter abſtracti ſunt, ſatis epiſco-
paliter deſudaſſe. Cæterum qui perſeuerauerit
vſque in finem, hic ſaluus erit. Credimus autem
vos perſeueraturos, quoniam & honorem Eccle-
ſiæ Chriſti diligitis, & canonicas non ignoratis
ſanctiones. In his enim nouiſtis contineri, reum
ad Eccleſiam fugientem, nemo abſtrahere audeat
nec inde ad pœnam vel ad mortem, vt honor ſer-
uetur Eccleſiarum. Auguſtinus quoque inter illa
XVII. q. 4. ſiis. c. Miror.
E quæ fidei aduerſantur hanc eſſe contumeliam po-
nens, ad Bonifacium Comitem, qui de Eccleſia
hominem abſtraxerat ſic ſcribēs ait, Miror quam
ſubito fidei murum aries ruperit inimici: Nouī
enim qua religione ſemper ſis Eccleſiam venera-
tus, quo inſtigante furore hominem de Eccleſiā
rapuiſti? Idem poſt pauca. Ecce igitur illæſum re-
uoca, quem, vt irreligioſus, rapuiſti. Oblatio vero
domus tuæ, à clericis ne ſuſcipiatur interdixi, cō-
munionémque tibi interdico, donec peracto pro
auſibus a me diffinito, tibimet pœnitentiæ tem-
pore, contrito corde & humiliato, dignum offe-
ras Deo ſacrificium. Porro dictum eſt nobis ra-
ptores dicere, quo Vvalguerius fidei pollicitatio-

Reus abſtrahi eccleſia nequit.

ne promiſerit, ſe, niſi eorum licentia, de captione nullatenus exiturum, quod ſi etiam verum ſit: tamen nec vſus licet, nec ratio permittit, vt reus de Eccleſia abſtrahatur Qui eoim dixit, Reum de eccleſia nemo abſttahat, mille omnino excluſit quem ſalua liceret abſtrahi iuſtitia. Nos quoque conſuetudinem ſequentes, quem nec ratioñe expugnat nec legem. His & cætera, qui violata fidei promiſſæ reuerentia ad ſinum matris eccleſiæ cōfugiunt, integram egrediendi indicimus libertatem, aut raptores eccleſiaſtica puniremus diſciplina, qui ſcilicet raptores ſi aduerſus liberatos læſæ fidei cauſam nouerint, neminē omnino liberatorem eccleſiaſtica compèllit reſpondere iuſtitia. Valete, & quod cœpiſtis ſtrenuè peragite.

Epiſt. 51. Argumentum.

Nomine Vvilielmi de Longeio qui Hugoni excommunicato communicans exciderat gratia Epiſcopi, apud quem gratus antè pro Hugone intercedebat, petit Hildeberto illi & alteri in integrum ignoſci.

Tum donanda cū poſſunt vlciſci iniuria.

POteſtati cedit ad gloriā, iniurias vlciſci nolle cum poſſit, quod ſerenitas veſtra ſatis epiſcopaliter attendens, Vvillielmo de Longeio indulſit, qui pro Hugone veſtro ſcilicet excommunicato in Engoliſmenſi conſilio agens, dum eius quæreret gratiam, amiſit veſtram, in quam licet interceſſione veſtra redierit, tamen quia ſemper ſuſpecta eſt offenſa poteſtas adhuc per nos deprecatur ſibi in integrum ignoſci, quod eum conſtabit adeptum ſi eius prouectuj perſona quā offendit non obſtiterit. Abſit autem vt ſic ad vltionem remiſſæ reuoletis iniuriæ coius eſt in remittenda ex animo iniuria ſolem peruenire occidentem. Bis Deo ſactificat offenſus & clemens præſul. A tyranno parum differt ſacerdos illatæ memor iniuriæ. Præterea immeritum perſequitur puniēs qui remiſit offenſam. Remiſiſtis autem & hoc nobis ſignum: eundem vero nobis in præfato commiſiſtis conſilio, præcipientes vt ex noſtra deliberatione ſuper hoc ſatisfacerent Deo quod excommunicato veſtro communicare præſumpſerat. Si quid apud amicum preces amici poſſunt, ſentiat verò ab animo veſtro omnem omnino propulſatum rancorem, quoniam qui potuit offendere poteſt & vult offenſam deuotis redimere obſequiis.

Eph. 4.

Epiſt. 52. Argumentum.

Vigilantianæ hæreſeos interpolatorem inſectatur & confutat, qui vt maiore auctoritate impietatem propagaret, otioſas nimirum eſſe letanias quibus ſanctos oramus pro nobis intereſſe, cum nec audiant nos nec ſciant quid agatur apud nos, Hildebertum eadem ſecum ſentire & docere ventitabat.

Impietas ſambus fautores.

IN regno quidem nullus, in errore animi omnis homo ſibi conſortem quærit, quod iudex vtique ſit, quia cuilibet inuentioni hominum, cōſenſu multitudinis authoritas acceſcit. In ortu ſuo Arianæ ſuffocaretur impietas, niſi tutores qui natam educarent inueniret. Donati ſchiſma premeretur ſilentio, ſi perſonam infeciſſet, non turbari. Tu

A quoque tanquam doleas omnimodo ſuppreſſam Vigilantij peruerſitatem, ſuſcitare cum perhiberis, & tibi ſocios adhibere, quorum cultu plātatio quam non plantauit pater meus cæleſtis, ſicca dudum reuireſcit Ais enim, vt aiunt, quid in iſta geratur vita ſanctorum animas ignorare, atque ideo ocioſas iam eſſe letanias, quibus oramus vt orent pro nobis ſancti, quia nec audiunt nos, nec noſcunt quid agatur apud nos, quā videlicet ſanctorum iniuria, & grauius enima noſtra vulneratur, quod quibuſdam dixiſſe diceris me idipſum ſentire, idipſum tenere & docere. In cœlo eſt iudex meus conſcius meus, quem nec intuentem fallere, nec euadere poſſum iudicantem. Coram eo loquor.
B Nouit ille quia nunquam in tantum euanui defectum, vt id vel dixerim vel aliquādo carnaliter ſenſerim quod inſenſatè ſentitur, quod periculoſè creditur, quod docetur. Ego quidem ſimile decreuerā, & te quaſi non viderim præterire: legeram enim illud Apoſtoli gloria noſtra hæc eſt, Teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Legerā & Gregorium ad Palladium ſic ſcribentem, inter verba laudantium & vituperantium, ad mentem ſemper recurrendum eſt: & ſi in ea non inuenitur bonum quod de nobis dicitur magna triſtitia generari debet: & rurſum ſi in ea nō inuenitur malū quod de nobis loquuntur homines, in magnā debemus
C lætitiam proſilire. Item ſi nobis eſt teſtis in cælo, ſi in corde, dimitte ſtultos foris loqui quod volunt. Ceterum quia ſuggeſtum eſt mihi alios quoque attramento eodem reſperſos, aſſumpſi me expertem huius nouitatis oſtēdere, & refellere profeſſores. Nondum replet epiſcopum qui ſuorum cenſor ad vitia ſilet aliena. Huiuſmodi profeſſio delicti arguitur, quoties non arguunt delinquentē. Sacerdotis enim eſt ſatagere, ne ſolus Deo placeat, ſed ſocius, vnde peccare conuincitur, niſi bonum quod in ſe ipſo diligit, in ſuo etiam diligat inimico: hinc eſt quod ego, frater mi, deſidero bonas fieri vias tuas & ſtudia tua, nec in eorum
D reperiri numero, quorū ſermo ſerpit vt cancer, qui narrant ſabulationes, ſed non vt lex domini Dei quibus profecto ſabulationibus memorata iam peruerſitas accedit, cui reſiſtere conſtat eccleſiæ cōſuetudinem, reſtagari authoritatem, deeſſe rationem. Quòd enim vniuerſalis Eccleſiæ letaniis inſiſtat, quòd in lachrimis & ſpiritu contribulato dicere conſueuerit, ſancta Maria ora pro nobis, nec indoctus ignorat cum audit: nec doctus cum audit impugnat. Nos tamen veritati nequaquam præponimus conſuetudinem, ſcientes quia conſuetudini nil debetur cui veritas aduerſatur, vnde
E & in tertio libro de Baptiſmo paruulorum ſic ait Auguſtinus, Veritate manifeſta, cedat cōſuetudo veritati. Item, Nemo conſuetudinem veritati & rationi anteponat: quia conſuetudinem ratio & veritas ſemper excludit. De eodem Cyprianus, Quælibet conſuetudo, quantumuis vetuſta quātumuis vulgata, veritati eſt omnino poſtponēda. Et vſus qui veritati eſt contrarius abolendus. Cæterum cùm veritati conſuetudo concurrit, exhibendam conſuetudini prohibeo reuerentiam, & oportere longiorem vſum immobilem cuſtodiri. De quo Auguſtinus in eo libro de Baptiſmo ſic ait, Hoc planè verum eſt, quia ratio & veritas cōſuetudini præponenda eſt, ſcilicet cū veritas conſue-

2. Col. 1.

Conſcientia mille teſtes.

2. Tim. 2.

Cōſuetudini nil debetur cui veritas aduerſatur.

ſuetudini ſuffragatur, vel oportet firmi' retinere, forſitan reuelatũ eſt tibi deſuper, eccleſiam Chriſti vſque ad tua tempora deſipuiſſe, atque apoſtolicum illud in te completum, ſi quid aliter ſapitis, id quoque Deus vobis reuelauit, *Phil.3.* felix qui ſolus factus es eccleſię cœleſtium interpres ſecretorum. *2.Cor.12.* Credebam tamẽ Paulum raptum in paradiſum, & audiſſe arcana verba quæ non licet homini loqui ſed & tu forſan raptus es illuc, & inde attuliſti hæc verba, quæ non licet homini loqui: ſed quod ſignum oſtendis nobis vt credamus tibi? quis ſanctorum tuæ huic aſtipulatur doctrinæ? Nunquid tibi eſt authoritas, qua mihi ſilentium imponas? Sentio enim ſentio, & dico ſanctorum B animas iam cum Chriſto regnãtes ſcire quid agatur a nobis: & eaſdẽ cum oportet & expedit orare pro nobis infirmum & debile teſtimonium quiſque ſibi. Habeo mecum plenas auctoritates, animas quas & meritum paſtores animarum fecit, & ſpiritus Dei omnem docuit veritatem. Decepit me vigilantia tua, niſi Gregorium legeris in 12. libro ſuper Moralia his ſcribentem verbis. *Beatos omnia ſcire & pro nobis orare.* Sicut hi qui adhuc viuentes ſunt, mortuorũ animas quo loco habeantur ignorant, ita mortui vita in carne viuentium poſtea qualiter diſponantur neſciunt, quia vita ſpiritus longe eſt a vita carnis: & ſicut corporea atque incorporea diuerſa ſunt genera, C ita etiam diſiuncta cogitatione, quod tamen de ſanctis animabus ſentiendum non eſt: quia qui intus claritatem dei omnipotẽtis vident, nullo modo credendũ eſt quia ſit foris aliquid quod ignorent. Item Gregorius in moralibus, ſanctorum ſpiritus interius exteriúſque ſentiendo diſtanti ſunt, quia ipſum fontem ſcientiæ contemplantur: quid enim de iis quæ ſcienda ſunt neſciunt? qui ſcientem omnia ſciunt. Eorum itaque ſcientia cõparata noſtræ valde dilatata eſt: ſcilicet tamen diuinæ ſcientiæ comparata valde anguſta eſt, ſicut & ſpiritus mortuorum, comparatione quidem corporum noſtrorum ſpiritus ſunt, ſed comparatione ſummi & incircunſcripti ſpiritus, corpus. D Poſt hanc itaque Gregorij aſſertionem, qua temeritate dices ſpiritus iuſtorum omnino ignorare quid in iſta agatur vita niſi inſioni dementia dixeris, quid ſpiritibus iuſtorum nulla poſt hãc omnino ſit vita, quod & de illis ſentire impium eſt, & hæreticum atteſtari. *Spiritus collati deo ſunt corpus.* In hanc enim prolabi inſaniam, ſpem cæleſtium euacuat premiorum, & ei miſeriæ addicit: de qua ſic ait Apoſtolus, *1.Cor.15.* Si tamen in hac vita in Chriſto ſperantes ſumus miſerabiliores omnibus hominibus. Porro, quam pro interpellantibus eædem animæ interpellent ad Vigilantium, cuius pediſſequam feciſti animam tuam. E Hieronimus ſcribẽs, his eum redarguit verbis: Dicis in libello tuo quod dum viuimus mutuo orare poſſumus, poſtquam autem mortui fuerimus nullius ſit exaudienda pro alio oratio, præſertim cum martyres vltionem ſui ſanguinis precãtes impetrare nequiuerint. Si Apoſtoli & martyres in corpore conſtituti adhuc poſſunt orare pro cæteris quando adhuc de ſe debent eſſe ſolliciti, quantò magis poſt coronas & victorias & triumphos? *Exod.12.* Vnus homo Moyſes, ſexcentis millibus armatorum impetrat veniam: *Act.7.* & Stephanus imitator Dei ſui, & primus martyr in Chriſto, pro ſuis perſecutoribus veniam deprecatur, & poſt-A quam eum Chriſto eſſe cœperint minus valebũt. Paulus Apoſtolus ducentas ſeptuaginta ſex ſibi dicit animas condonatas; *Act. 27.* & reſolutus cum cœperit eſſe cum Chriſto, tunc ora clauſurus eſt, & pro iis qui in toto orbe ad ſuum Euangelium crediderunt, mutire non poterit vel audebit. Præterea Gregorius in Homil. ſuper, Si quis vult poſt me venire: *Sanctos exorãdos.* Inſcitiã tuam his confutat verbis. Adſunt defenſores noſtri, martyres ſancti i rogari volunt, atque, vt ita dixerim, quærunt vt quærantur: hos adiutores veſtris orationibus quærite: hos protectores veſtri reatus inuenite: his auctoribus cõſultis negare non potes animas ſanctorum vel ſcire B quid agatur à viuis, vel cum oportet & expedit orare pro viuis, præ nimis caligauerunt oculi tui ſi nõ vides: Rationem quoque Hieronimi atque Gregorij teſtimonio ſuffragari. Nulli enim dubium cæteris virtutibus eminentiorem charitatem. In charitate nimirum tota lex pendet & prophetæ: cùm iuxta Paulum euacuẽtur prophetiæ cùm linguæ ceſſent, cùm ſcientia deſtruatur: *1.Cor. 13.* *Pſal. 101.* charitas nunquam excidit. Cùm teſte propheta cæli ſicut veſtimentum veteraſcant, cùm terra veritatis aſſertione tranſeat: charitas nunquam excidit: poſtremo excidit fides, excidit ſpes, charitas nunquam excidit. Vnde cum præmiſiſſet Apoſtolus, C Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hæc, ſubiunxit dicens, Maior autem horum charitas. Ideo vtique maior, quia cum fides euacuetur & ſpes, charitas manet in æternum. Manet inquã, non eo tamen arctata modo quo diligitur in hac vita Deus & proximus, ſed tantò maior, quantò plenius poſt hanc vitam & in Deo cognoſcitur proximus, & in ſemetipſo Deus. Qui enim plus metent quàm ſeminauerunt, pluſquam dilexerũt diligẽt: quia ex debito dilectioni additur, cũ meritum præmio ſuperatur. Hoc incrementum charitatis conſiderabat cùm dicebat Eſaias, Dixit dominus cuius ignis eſt in Sion, & caminus in Hieruſalem. Noſti frater mi Siõ ſpeculationem, Hie- *Iſa. 31.* D ruſalem verò viſionem pacis interpretari. Et quidem dum ſanctorum animæ mortalitatis huius circunferunt corpus, in Sion eſſe dicuntur. Scilicet, à longe ſpeculantes quam ſperant & expectant mercedem. Sunt autem eadem in Hieruſalẽ, quando ſarcina carnis depoſita, facie ad faciem Reum vident mutãtes imperfectum plenitudini, ſpem muneri, imaginem veritati. In illa Sion erat Apoſtolus, cùm dicebat, Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. *1. Cor. 13.* Hanc ſibi Hieruſalem promittebat, cùm ſummittebat, tunc autem faciẽ ad faciem. Iterum idem, Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum. E Eſt igitur ignis in Sion, caminus in Hieruſalem, quia feruor charitatis modic' eſt in hac vita, plurimus eſt in futura: in hac ignis calefaciens, in futura caminus: hic portio, illic plenitudo: veniet enim quod perfectũ eſt, & euacuabitur quod ex parte eſt. Si tamen id verum eſt quod aſſeris; animæ ſanctorũ quos neque angeli neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque aliqua creatura potuit ſeparare a charitate Chriſti, charitatem exemit ſimul & carnem. Et qui propter nomen domini mortificati ſunt tota die, atque æſtimati ſunt ſicut oues occiſionis, tunc deſinunt *Pſal. 43.* *Rom. 8.*

diligere Deum, dum præcipuè cognoſcunt quòd diligendus ſit etiam inimicus propter Deũ. Cùm A enim teſte Gregorio, nihil foris ſit quod ignorent animæ ſanctorum, quę ſcienſem omnia, ſciũt: quis dicet ab eis proximum diligi? qui proximi clamores eodiunt & nunquam exaudiunt, pulſeri ſciũt, & eperire neſciunt. Anguſtias vident & viſcera claudunt. Quid charitati & eis quibus afflictorum gemitus nullam extorquet compunctionem: nullum lachrimæ momentum, quę inter cæteras ſupplicationes principatum ſibi vendicant impetrãdi? Quia igitur eis deeſt dilectio proximi, deeſt & Dei. Neque enim vel ſint proximo Deus, vel ſint deo proximus diligi poteſt: teſtetur hoc Ioannes his ſcribens verbis, Qui non diligit fratrem ſuum B quem videt, quomodo poteſt Deum diligere quẽ non videt? Item hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum: quiſquis ergo ſanctis animabus alterũ ſubtrahit, neutrum derelinquit. Satis iam niſi fallor animaduertis quo tua euagetur doctrine, quàm lutulentam bibas aquam, illic charitatem excidere ſomnians: verum charitas nunquam excidit vbi gaudium eſt pro peccatoribus conuerſis vbi ſicut pro ſe, ſic laudant omnes Deum pro omnibus, vbi Deus eſt omnia in omnibus. Reſpice igitur, & ſi peccatum non inuenis apud te, quomodo neceſſe eſt orare ſanctos vt orent pro te, noli inſultare nobis orantibus, vt orent pro nobis. C

Beati norunt anguſtias viuentiũ.
1. Ioan. 4.
Ioan. 15.
1. Cor. 13.
Luc. 15.

Epiſt. 53. Argumentum.

Clarembaldus canonicus rogarat H. mittere ſibi miracula quæ in Exonienſi eccleſia dominus dignatus eſt operari id cum aliquandiu diſtuliſſet præſtandum exemplar amiſſum parturientem tenuiſſe voluntatem cauſatur.

REuerendiſſimo fratri atque venerando Exonienſis eccleſiæ canonico Clarembaldo Il. humilis Cenomanorum ſacerdos, plurimam in domino ſalutem. Timeo, chariſſime frater, timeo quod negligentiæ argues me, qui toties rogatus D vt miracula quæ in Exonienſi eccleſia dominus operari dignatus eſt, iuxta fidem deſtinati mihi exemplaris, annotare non tederet, ſatisfacere tibi diutius diſtulerim. Vnde & opus flegitatum non gratis exaraſſe me accuſetis, quod & diurna expectatione, & innumeris precibus comparaſti. Quippe iuxta philoſophum, Non tulit gratis, qui cum rogaret accepit. Et quidem ſcio, quia nullum vendit amicus obſequium libenter, & gratis & citò ſubuenit: neſcit preces expectare, ſed velut egentis vaticinetur voluntatem, præuenit rogaturum, dubitat enim, verum ſit obſequium: quod vis precum elicit, quod non accipit improuidus E ſed importunus extorquet. Porro ab eo quod à me expoſtulaſti obſequio, procul fuiſſe noueris quicquid obſequij minuerit maieſtatem. Ex quo enim tuũ didici deſiderium, ex abundanti preces addidiſti, ſtatim ſtatui obſequi, ſed exemplar cauſæ amiſſum parturientem tenuit voluntatẽ, quod cum mihi per multa defuiſſet tempora, poſt ea repertum, meiſque redditum manibus, in negotium ſcribendi ſopitum excitauit affectum. Finis erat operi, cùm ingreſſus ad me nuncius chartam mihi nomine tuo titulatam, prætẽdit idipſum quod in primo legeram exarari, continentem adiecit idem nuntius, Idcirco mihi ſecundum etiam exemplar

Dato gratis & citò quod benè dederis.

transmiſſum, ne priorum amiſſione ſilentium excuſarem. Accepta igitur & relecta non ſemel pe- A gina minuit ſpiritum relegentis, in ea nanque miracula quædam continebantur quæ in prima, ſed in ea aliter, aliter in prima: quod quia non ſic attendi, vt aduerſa ſibi iudicarem, in his quæ iuxta primum exemplar addiderem nil addere decreui, nil demere, nil mutare. Eiuſdem namque rei diuerſa relatio, nil veræ pręiudicat hiſtoriæ: tuo itaque frater mi, iudicio reſeruaui, vel operis vitium corrigere, vel opus omnino ſupprimere vitioſum, vices amici geres, ſi remoueas ab oculis quicquid linguas noueris formidare. Hęc ideo Clarẽbalde, imo clare valde prælibaui, ne putares voluntate B potius quàm neceſſitate dilatum ſtili obſequiũ, & me ſic tedere amico ſcribere, tanquã ſi & amare pœniteret. Cæterum, cum diuerſo tenear littore, cum nec te ſalutare poſſim, niſi propitium pręſens habeam dimidium mũdi, cum multis à te ſeparer equis, aquæ tamen multæ non poterunt extinguere charitatem. Vale.

Epiſt. 54. Argumentum.

Fratres quidam à monaſtica diſciplina lapſi carcere tenebantur, quos vt oſtendat ſoluendos, condonandas iniurias hortatur, eò magis quod inſtet dies paſchæ, dies liberationis & immunitatis. C

PAſcha domini eſt, in eo Iſraël de Ægypto & animæ iuſtorum de tenebris exierunt. Illuxit nobis hæc dies ad vſũ, ſi die vtamini ad exitũ. Paſcha etenim tranſitus, vt noſtis, interpretatur. Paſcha igitur eſt trãſire in patrẽ de iudice, in vnitatẽ de conciſione, ad oſculũ de diſcordia, ad miſericordiã de virga. Fratres qui peccauerũt in vos, adhuc in tenebris ſedent, manducãtes panem dolorum & aquam triſtitiæ bibentes: percuſſum ſatis eſt quicquid in eis Ægyptum ſapiebat: ſatis erubuit Sydon in ignominia ſua, ſatis pœnarum dedit: clamat poſt vos, clamat poſt nos ſi miſeri- D cordiam ignoramus, humanæ ſalutis viam perdimus certiorem. Petrum negantem qua hora fleuit, Chriſtus reſpexit. Nullo ſe interuallo comitata ſunt, & lachrymæ peccatricis & indulgentia ſaluatoris. Doceat itaque nos præſens feſtiuitas fratres, qui ad monaſticum ſuſpirant conuentum, miſericordiæ paſſu tranſire, carbones ignis ſuper eorum capita coniecturi, ſi non vincamini à malo, ſi vincatis in bono malum.

Pſal. 126.
Ex. 8. 9.
Ier. 47.
Rom. 12.

Epiſt. 55. Argumentum.

Gratulatur Claromontenſis eccleſiæ Antiſtiti, ob collatum Vuilelmo viro præſtanti Archidiaconatum, miratúrque apud Claromontenſes ſubſtitutiones inualuiſſe, atque præter præcepta legis & gratiæ Eccleſiaſticas dignitates præſertim canonicas à laicis & quibuslibet hæreditario iure obtineri. E

REuerendiſſimo ac benigniſſimo cõfratri ſuo, ſenectæque Claromontenſis eccleſiæ epiſcopo. A. I. humilis Cenomanorum miniſter ſalutem & orationum munus. Melius me cucurriſtis conſequuti breuium ad quod anhelare diſponebam. Vuillelmo ſiquidem de Longeio benefacere decreueram, ſed animaduerti, melius prouidente domino Ieſu Chriſto à vobis idem Vuillelmus audire meruit, Amice aſcende ſuperius. Sanum pro

Luc. 14.

profectò conſilium, qoo ſactum eſt vt in Eccleſia Claromonteoſi aichidiaconus ille aſſignarctur cui ad fructum ſcienſia, & ad gratiam mores exuberant. Ortus eius nec iege reprobabilis, nec abiectus parentela: ex co nulla iuueni nota venit, nulla ex obſcuriiate generis conſuſio: qui cõuerſatione bomiois familiarius vſi ſunt, eam intus & manſuetam prædicãt & honeſtam, foris integrum & ſpiendidum teſtimonium. Inde factum eſt vt gradum ſubdiacooatus cùm ducerem promouendum, non magis litteraturæ ipſius deferens quàm vitæ. Bonam gero ſpem, quia ſcipſum præbebit vas in honorem, vas ad omne opus bonum in domo domini præparatum. Gratias igitur beatitudini veſtræ de collato agens beneficio eundẽ Vuilleimum vobis & veſtræ commodo Eccleſiæ, ab ea quam conſecratori ſuo debet obedientiam, liberum omnino & abſolutum. Ex abundanti eſt pro eo iotercedere apud vos quem feciſtis vltro non quodlibet membrum corporis eccleſiæ, ſed oculum. Audiuimus autem & vltra quam credi poſſit admirati ſumus in veſtra matre Eccleſia, hæreditario iure canonicas obtineri, pernicioſa hæc & exhæredans hęreditas. Canonica namque, ſtipendium eſt gratiæ, non hæreditatis emolumẽtum. Perit autem gratia vbi hæreditas principatur: vnde & hæreditate canonicum fieri, exire de Eccleſia eſt, non Eccleſiam introire. Qui enim dicũt, Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei, nec cohæredes Ieſu Chriſti: Væ illis, quoniam iudex ſedebit cum ſenatoribus terræ. Væ inquam illis quos tunc non ex altari vixiſſe, ſed ex rapto verbera docebunt, non verba. Obumbrata enim rapina eſt, ea quæ electionis ſunt hæreditate vendicari: fallitur autem quiſquis epiſcopos tantum electione dixerit aſſumendos. Electio tam ſub lege quam ſub gratia ſanctuarij reſpicit dignitatẽ. Deus ipſe Moyſen, Moyſes autem ex præcepto domini ſeptuaginta viros ex ſenioribus Iſraël elegit: Non enim præterit nos dominum ſic locutum Moyſi. Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſraël quos tu noſti, quod ſenes ſint & magiſtri, & duces eos ad oſtium tabernaculi ſederis. Facieſque ibi ſtare tecum, vt deſcendam & loquar tecum, & auferam de ſpiritu tuo, tradámque eis vt ſuſtentent onus prope tecum, & non ſolus tu graueris: deiode quales, & ex qua tribu ſacerdotes aſſumerentur, aut etiam Leuitæ, ſeu etiam ceteri, qui tabernaculo deſeruirent, non fuit arbitrij ſed præcepti, non hæreditatis ſed legis. Cum enim ſolam tribum Leui dominus hac ſorte dignaretur, nulli tamen ex eadem tribu licuit vltro vel indubitanter ad quam vellet irrumpere dignitatem: ſed quæ eſſent vocandæ ad tabernaculi obſequiũ, deſcripta eſt proprietas perſonarum. Hæc autem omnia, ſicut ſcribit Apoſtolus, in figura contingebant illis. Lex enim & præconium gratiæ fuit & exitium. Inde etiã eſt quod vniuerſæ dignitates eccleſiæ ſuam quærunt electionem. Si Apoſtolos conſideres, de illis Dominus ait. Nonne ego vos duodecim elegi? Si ſeptuaginta duos, illos etiam exiſtimo fuiſſe deſignatos. Lucas meminit Stephanum, & cum eo ſex diaconos: nulli dubium eſt apoſtolos elegiſſe. In his & eorum ſucceſſoribus præcepta eſt eccleſiæ forma, quam in electione vel conſecratione ſummo-

Vuilelmus arch. commendatio. — *2. Tim. 2.* — *Canonicas non hæreditarias.* — *Electio tã ſub lege quã gratia.* — *Num. 11.* — *Nu. 3. 17.* — *2. Co. 10.* — *Ioan. 15.* — *Luc. 6.* — *Act. 15.*

A rum & inferiorum ſacerdotum nõ cuſtodiri: cauſalis eſt & vicinus ruinę prouectus. Cęteros quoque gradus, ad minimum vſque clericum, pro epiſcoporum deliberatione ſubſtituendos & diſtribuendos, iudicandos & reformandos canonica cenſent & prędicant inſtituta, perit autem ſolis pontificibus collata hæc à domino poteſtas, ſi ſubſtituendi canonicum, vel aliud in eccleſia diſponendi hæreditas alieni facultatem acquirat. Quid enim epiſcopo in commiſſa licebit eccleſia, in qua clericus arbitrio aſſignetur alieno? Quid ibi ſacræ poterunt ſanctiones? Vbi naſcitur non fit canonicus, vbi plus nuptiis debetur quam meritis, vbi plus geniture quàm gratiæ, plus foro quam cælo: nunquid oblatorus eſt oratum ſacrificium Deo, cui altaria cubile deſtinat? Cur ſacerdotes? Natalis deſpondet, non mores, parentela non ſcientia, laicus generans, non præſul adoptans: quem non moueat in Eccleſia Chriſti laicũ principari, qui dum in ea ſubſtituit hæredem, pontificis euacuat libertatem. Attamen quòd laicus ad diſponendas res eccleſiaſticas nullum parauerit authoris acceſſum. Stephanus papa & martyr his oſtendit verbis: Laicis, quamuis religioſi ſint, nulli tamen de eccleſiæ facultatibus aliquid diſponendi legitur vnquam attributa facultas, neque deinceps permittimus. Si quis ergo principum vel laicorum diſpoſitionem ſeu dominationem rerum, ſiue poſſeſſionum eccleſiaſticarum ſibi vendicauerit, vt ſacrilegus iudicetur clerici vero ſeu monachi qui eas per eorum poteſtatem ſuſceperint, excommunicationi ſubijciantur: porro hæreditariam illam canonicorum ſubſtitutionem conſuetudine velle tueri: vel ignorare vel perſequi eſt ſanctarum tenorem reliquiarum. Soluit ille noxiam conſuetudinem aboleri, & irritũ fieri vſum, cui nec authoritas adeſt, nec ratio ſuffragatur. De hoc Auguſtin' in primo libro de Baptiſmo ſic ait, Fruſtra qui ratione vincuntur, conſuetudinẽ nobis obijciunt, quaſi conſuetudo maior ſit veritate, aut non ſit in ſpiritualibus ſequendum quod in melius à ſpiritu ſancto fuerit reuelatum. Idem in tertio libro de vnico baptiſmo ſic ait, Veritate manifeſta, cedat conſuetudo veritati: planè quis dubitet veritati manifeſtatæ conſuetudinem cedere? Idem in libro de Baptiſmo, in Euangelio Dominus inquit, Ego ſum veritas: non dicit, Ego ſum conſuetudo, itaque veritate manifeſta cedat conſuetudo. Reuelatione igitur facta veritatis cedat error veritati, quia & Petrus qui circoncedebat, ceſſit Paulo veritatem prædicanti. Igitur cum Chriſtus veritas ſit, magis veritatem quam conſuetudinem ſequi debemus: quia conſuetudinem ratio & veritas ſemper excedit: de eodem Cyprianus. Quælibet conſuetudo, quãtumuis vetuſta, quantumuis vulgata, veritati omnino eſt poſtponenda & vſus qui veritati eſt contrarius, abolendus eſt. Iſidorus in ſynonimis libro ſecũdo, Vſus authoritati cedat. Prauũ vſum lex & ratio vincat. Quia igitur noxiæ conſuetudini tã multa reſiſtit autoritas: Vobis, beatiſſime præſul, incumbit de domo domini hæreditarium amouere piaculum, in quam negligenter agere põtificẽ, pontifici cedit ad pœnam. Iudicialis enim exceſſus in Eccleſia Chriſti indebitè aliquid præſumere, vel quod præſumptum reperitur incor-

Excõmunicatur clericus eccleſiaſtica ſuſcipiẽs à laico.

rectum derelinqui. Ora dum titubanti archæ, indebito ſubuenit erobſequio, ab angelo præfocatus expirant Nabad & Abiud filius Aaron: ignis egreſſus a facie domini ideo deuorauit, quoniam thuribulis acceptis ignem alienum offerre præſumpſerunt. Oziam, quia ſummi ſacerdotis prærogatiuam vſurpauit, lepra precuſſum ſacra tradit hiſtoria. Chore & qui cum eo thuribula ſchiſmatis aſſumpſere de tribu Leui, deſcendiſſe memorantur: eos tamen, quia indebitè incenſum obtulerunt, terra viuos abſorbuit. Hæreant veſtris in mentibus dilectiſſimi fratres, ſublata de incendio thuribula, quæ domin⁹ ne quis in Eccleſia ſibi arrogaret aliquid indebitum, altari præcepit affigi ad monumentum. Non enim minus prodeſt iniquitatis peccatum, quam virtutis præmia recenſeri. Nimirum peccata timorem generant, qui de ſeruo facit & filiũ, quod ſi filiũ & hæredẽ, hæredẽ quidẽ Dei, cohæredẽ autẽ Ieſu Chriſti. Hoc timore timere fratres mementote, qui dum ſaciatis forenſem de Eccleſia poſſeſſionem, debitum de gratia conſtituitis ædificium, cui nullum ſuppoſitum eſt fundamentum. Super arenam, fratres chariſſimi, ædificatis: veſtrum hoc ædificium veritatis teſtimonio ruinam pollicetur, teſtimonio veritatis pluuia deſcendet, venient flumina, flabunt venti & irruent in ædificium, & cadet, & erit ruina magna. Nolite filij, nolite pariem veſtram ponere, qui dixerunt, Hæreditatẽ poſſideamus ſanctuarium Dei. Deus vltionum perſequetur eos in tempeſtate ſua, & in ira ſua turbabit eos, de veſtro quoque reuerendiſſime prçſul, de veſtro inquam, agitur periculo. Niſi explantare ſatageritis, plantationem quam nõ plantauit pater veſter celeſtis, nec aſſumpta eſt de ligno, cuius ſolium nõ deſluet, & omnia quęcunque faciet ſemper proſperabuntur. Plantatio hæc, plantatio letbalis, nec ſuo plantatori pernicioſior quam eius, cuius negligentia iam plantata coaluit: non enim immunis eſt à malefacto quiſquis anteceſſoris malefactum, cũ poſſit nõ corrigit. De hoc enim Hilarius papa ſic ait, Quiſquis commiſit illicitum, aut à deceſſoribus ſuis inuenit admiſſum, ſi proprium periculũ vult euitare, damnabit. Item idem, nõ in vllo volumus ſeueritatẽ vltionis exercere, ſed qui in cauſis Dei vel contumacia vel aliquo exceſſu deliquerit, aut ipſe quod perperam prędeceſſor eius fecit abolere noluerit, ipſe quicquid in alio non reſecauit inueniet. Porro ſi quis eradicantem manum veſtram vel contumacia vel quolibet auſu, quod abſit, reprimere tentauerit, ipſe debitam ſacrilegis experietur vltionem. De huiuſmodi namque Stephanus papa his ſcribit verbis. Sunt quidam qui vel violentia vel ſauore non permittunt eccleſias regulariter ordinari, hos etiam decreuimus vt ſacrilegos iudicandos. Hæc vobis ſcripſimus fratres chariſſimi, exhortandi gratia potius quàm docẽdi, quæ dum exaramus, ſcrutantem renes & corda ne pateretur vos in eam declinare opinionem, vt aſcriberetur iactantiæ quod impenſum eſt charitati: hoc exceſſu libera eſt anima mea, licet ſe grauioribus delictis obnoxiam non audeat diffiteri. Vicem mihi rependetis ſi diligitis me & oratis pro me.

1. Reg. 25. 2. Pa. 26. Num. 16. — Prodeſt pœnã iniquitatis receſeri. — Rom. 8. — Pſal. 82. — Mat. 15. Pſal. 1. — Errorem qui non damnat approbat.

Epiſt. 56. *Argumentum*

Epiſtola eſt de eo quod quiſque ſui & in ſeipſum habere debet imperio, tanquam inde pependerit parentis omnium ſtabilitas: vt contra calamitates eius & miſeris emerſit, cum ſe cupiditati ſubijciens ſenſit ſeruum peccati, & quot vitiis tot ſeruire dominis.

Cùm benè multis imperes, nulli melius imperas quam tibi: maiore liquidem laude poteſtas exemplum promit quam gladium. Illud enim doctrina leuis eſt, & iniquitatem flagello reprimit incruento: hic autem ſæpius odio educitur, quam iudicio, furore quam lege. Noſti profecto regis etiam ſibi primùm, deinde populo dominari. Noſti principem, donec de ſeipſo triumphet, obſcurè de hoſtibus triumphare. Hinc eſt quod in aduerſis animo creuiſti, quod aliquid magnum de illo vultus hilaris & ſerenus eloquitur. Vultus interpres animi eſt & quàm liber ac ſuus homo ſit interior conſtantia melius quam vox denunciat. De fortuna, ſi quid tamen fortuna eſt celeberrimè triumphanti: ea nec in alium tam hoſtiliter, tam fruſtra conata eſt de loth miſſis laboribus, qui victoriam illi accelerant, acutiſſimè elegit: & quo neminem recordor antea vulneratum, quodue tanquam laxius emiſſum ſine vulnere vulneraret, totis viribus collectis illud intorſit, non minus lacerto confiſa quàm telo. Cæterum nihil ea conatu nihil acumine profecit, cutem tamen ſignauit, nequaquã ad interiora perueniẽs. O benè meritũ præcatus, quo ſe fortuna minorem erubeſcit. O nimiũ cuſtodẽ ſui, & non ignarũ, & ſapientẽ extorquere ſibi & regẽ. Neuter tibi oblatus eſt, neuter imminutus, alter libertatẽ mẽtis, alter ſtatũ regni ſeruat incolumẽ. Dubium eſt quis integrius ſuũ apud te expleat officium. Quippe nulla verba rumpũtur ſuſpiriis, nullum vultum tenebrę operiunt in ore ſuo eſt ſeueritas, & animi ſolennitatem riſus indicat moderatus. Denique non pendent regni negotia, nec ſubſidium fruſtra præſtolantur oppreſſi. Curia lege regnum curiæ, nec ei aliud eſt cũ rapinis, niſi vltio rapinarum. Magnũ hoc regis, magnum ſapientis iudicium. Sapientis enim eſt, nec in proſperis effluere, nec in aduerſis merore ſepeliri. Statum quendam natura homini parauit, quo ſemper eundem ad vtrumque ſe prçſtaret euentum, illum deponere, & pro habitu variari fortunarum non natura, ſed naturæ defectus eſt. Omnis enim natura bona: quoniam vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, eſſe antem malum à conditione propria defeciſſe naturam nemo eſt qui dubitet. Et quidem priuſquam creatoris interdictum lethali ſolueretur edulio, inerat homini gratia, iuuans ad bonam arbitrij libertatem. Vnde tunc apud eum agebatur, vt quid offenderet nec eſſet in anima nec in carne quod puderet. Omnis affectus hominis anhelans & pronus ad virtutem, illicitus & indecẽs motus, longè prorſus à corde, totum hominem obedientia ſibi vendicabat: omnia enim ſubiecta, quãdiu mulieri ſubiectus non fuit, cui poſt quàm malè morigeratus eſt, cepit eſſe non ſuus, & tot dominis ſeruire quot vitiis. Omnis enim qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati: hanc ſeruitutem ſibi vir vxorius ſuſtinuit, cum in vetitum domini ſui epulatus, eſurire meruit libertatem. O nunquam ſatis punita tranſgreſſio, prolatam in reos parentes ſententiam nullus

Melius poteſtas exemplũ promit quã gladium. — Al. minutum precibus. — Gen. 1. 2. — Ioan. 8.

lus euaſit ſucceſſorum: huius fiducias nemo vel
annis vel ſexu promeruit, in ea componimur par-
ul etiam in ſepulchro. Attende miſerias hominis,
intuere cineres, vectigalia peccati ſunt Peccatum
tot ſecutæ ſunt vltiones, quot ex eo incom-
moda pullularunt: quarum ſcilicet vltionum
ea fuit prima quæ velut inermen & auxiliu de-
ſtitutum hoſti tranſgreſſorem expoſuit. Ex quo
enim homo culpam commiſit, amiſit & gra-
tiam, qua ille derelictus, factus eſt ſicut ſine
tutore puer, ſicut equus ſine freno: vnde &
arbitrij libertas ad malum conualuit: proiectum
gratiæ ad vitia patentem inueniens, nec pro-
num fuit, vt is amiſſo auxilio vinceret illece- B
bras quem vna vicerat, & adiutum ea victo-
ria victi ſumus omnes, & particulare delictum,
Iſ. 52. præſcripſit vniuerſos. Ea venundati ſumus ſub
peccato, ſine argento redimendi, ea ſceptrum
exactionis eſt exaltatum, & impoſitum nobis iu-
gum quod niſi à facie olei computrere non po-
Rom. 7. tuit. Tunc primom ſubactus carne ſpiritus, illum
adhuc deplorat principatum, de quo ſic Apoſto-
lus ait, non enim quod volo id facio, ſed quod
nolo id ago. Tunc etiam indeclinabiles homi-
num miſeriæ, & omnia hæc emerſerunt incom-
moda quæ cum illata ſunt pro peccato, non ta-
men ablata ſunt cum peccato. Denique tunc C
homo exterior inde immutabiliter ſtatum amiſit,
incipiens cum tempore labi ac præterire, qui ni-
ſi peccaret eo manente tempora præterirent, vbi
autē peccauerit, licet poſtea nongentos, & eo am-
plius vixerit annos, ſtatim tamen amiſſa ſtabili-
tate animi gratia, de die in diem deficere, & mori
quodammodo cœpit, operante iam in eo illa
Gen. 3. comminatione dominica quæ dicit, Qua die co-
medetis, morte moriemini neque is tantum mu-
tationi præſcriptæ ſuccubuit, ſed interiorem
hominem perturbationes illæ ſibi vendicare cœ-
perunt, quas nomine erucæ & locuſtę, bruchi &
Ioel. 1. 2. rubiginis propheta Ioel ſic declarat, Reſiduum D
erucæ comedit locuſta, reſiduum locuſtæ co-
medit bruchus, reſiduum bruchi comedit ru-
bigo. De eiſdem doctiſſimus poëtarum his lo-
F quitur verbis: Hinc metuunt cupiuntque, do-
lent gaudentque, nec auras reſpiciunt, clauſæ
tenebris & carcere cæco: quorum duo, gau-
dium & dolorem varius rerum ſuſcitat euentus,
impotens animi conſtantiam extorquere ſapien-
ti. Sapiens enim aduerſus eam quam dicitis for-
tunam nunquam imparatus, nunquam inermis
inuenitur, ſecū habet quo pręcaueat inſidias, quo
iacula fruſtretur inimici: extra ſe nullum pu-
gnæ quæris apparatum. In omni caſu ſeipſo tu- E
tus eſt: pectus eius pharetra fertilis, & arma-
mentarium copioſum: ſemper ſagittis exuberat,
ſemper abundat munimentis, hauriri non poteſt,
cum tela promere non deſiſtat, quibus ille muni-
tus, vniuerſa fortunæ miſſilia contemnit: obſe-
quente pariter & perſequente ſuperior. Dum ea
blanditur, ingratus eſt, dum intonat aſpernatur,
nullis rerum mouetur euentibus, exultans vni-
uerſis. Quippe nihil eſt, vnde non triumphet
animi triumphato, ſi fortaſſis autem quæris, qui-
bus armis tam viriliter ſapiens dimicet, quæ pu-
gnandi forma, biformi ſit hoſte potentior: quod
Appendix.

F. Virg. Libr. 6. Æneid.

A ſi neſcis, deceptum me confiteo, qui ea nec
ignota tibi, nec tibi deeſſe crediderim. Infelix
cuicunque contigit præfata carere armatura, in-
feliciſſimus cui etiam ignorare. Apud huiuſmo-
di Democritus materiam riſus inuenit, Demo- *Forſam, Heraclitus legendum.*
ſtenes, lachrimarum. Abſit autem vt alea rerum
talem te efficiat, & ſobolis amiſſionem ſequatur
amiſſio ſapientis. Grauius naufragium paſſus es
in ſolo, quam in ſalo filij tui, ſi fortunæ tem-
peſtas ſapienti ſapientiam extorſit. Quod factum
non dubito, ſi te præterit, quibus inſtructus
vtetur ſapiens: non domum, ſed ſeipſum, non ſu-
pellectilem ſed animi libertatem: quorum ſcili-
B cet inſtrumentorū ſi tibi elapſa eſt notitia, redi ad
te, & quos reipublicæ debes oculos, ſcriptis pręſ-
ſentibus admonere non moreris, quæ cùm nec
ſententiarum maieſtate ſcintillent, nec ordine
commendentur aut arte, fortaſſis tamen ex eis
exprime aliud quo vel à longe ſpeculeris illam
ſapientis armaturam. Non omnia contemnen-
da ſunt, quibus multa poſſunt reperiri melio-
ra, ex aqua plures quàm ex muſto ſitis ardorem
extinxiſſe inuenies. Imprimis igitur neceſſe eſt
attendas quamlibet hominis poteſtatem vel æta-
tem, vel extrinſecus aſcitis tutoribus, vel in-
genita ſibi ratione gubernari. Quippe quan-
C to tempore hæres paruulus eſt, pedagogus ei
prouidet, prouiſurus ne quid excidat de ſum-
ma patrimonij, ne lingua vaniloquiis aſſueſcat,
ne turpitudinem teneræ præbibant medullæ,
nec tandiu puerum iuuat, donec puer cente-
narius ad tumulum lotis deferatur obſequiis. Re-
liquæ autem ætates ratione reguntur, niſi per-
turbatio proprij domicilij, vel aliquid alienum
officium rationis impediat. Quòd ſi contigerit in
republica interioris huius hominis noſtri, & eius
quem circunferimus nec ritè fit, nec ordine, nec
vnde doceamur, qui a cæteris animantibus homi-
nem ſeparet, viuat Deo. Cæterùm cùm rationi
D pax eſt, & ipſa in adminiſtratione præfatæ reipu-
blicæ ſuam retinet libertatem, totus homo bene
regitur, ideſt, animo, ſiue pulſetur aduerſis, ſeu
læta blandiantur: tunc ea viuendi leges præ-
ſcribit, decernit immobilia, diſpenſandis in-
clinatur: tunc ad cōponendum pectus humanum,
circumſpectis inuigilat inſtitutis: tunc & creat
& educat ſapientem, quæ videlicet inſtituta
cum ad me traducibus paginis peruenirent, pu-
blicis conſpectibus exhibenda decreui. Veritus
inuidiam poſterorum, ſi ea poſteris inuiderem.
Hoc igitur illis exaraui, qui nec poſteris re-
uerenter vtuntur, nec immoti dura pertran-
E ſeunt. Conſideranti diligentius quid ſit homo, *Quid homo.*
nec probabilius occurrit quam ipſum eſſe ani-
mal diuinum, & quaſi quodam participio nu-
minis inſigniri. Oſſibus & carne parentem cir-
cunferi, Et ſapit terram, ratione ideo ſe pro-
pinquum & affinem denunciat. Hæc ſane pre-
rogatiua, cum ad imaginem & ſimilitudinem
conditum, dominus Moyſes atteſtatur, vn- *Gen. 1.*
de id etiam homini acceſſit, vt vera bona per
eam cognoſcat & diligat: quæ autem opinio-
ne, bona ſunt, cognoſcat quidem ſed non ſi-
cut oportet & in quibus oportet non diligat.
Ratione ſiquidem docemur, ea quæ virtutis

Bona opinione circa nos, vera in nobis quæ deſtin. eſt Epicteti apud Arrianum.

ſunt vera eſſe bona & hæc eſſe circa nos: quæ verò temporaliter, opinione eſſe bona, & hæc eſſe circa nos. Porro quæ circa nos ſunt, non noſtri, ſed alterius iuris ſunt caſuseis principatur. Neſciunt ex noſtro vel venire vel ſtare arbitrio. Nobiſcum tanquam precaria ſunt, tanquam ſeruus alienus: nihil his & illis, quibus vera vel habetur vel amittitur felicitas. Quippe nemo felix, nemo miſer ex animo eſt, ſuum eſt hominis, quidquid hominem vel beatum facit vel miſerum. Euangelij ficulnea ex fœcunditate ſua gratiam acquirit, ex defectu ſuccidium. Sicut ſcribit philoſophus, equum ſua facit inſignem velocitas, incitior ad molam deſtinatur, nullus ei contemptus ex humili, nulla gratia ex ambitioſo prouenit apparata. Vterque alienus eſt, vterque vt equo meliùs non meliore vtamur deforis adiunctus eſt, ſic & homini alienum eſt, quicquid non in homine ſed circa hominem eſt. Aſſignantur & dignitates, aſciſcitur vxor cui nihil deeſt ad gratiam coniugij in ſobole, ſuam deoſculatur imaginem: in cellariis clauſa eſt totius anni fecunditas: in loculis opes crœſi, & quocunque circumiectat oculos nihil non ſuum intuetur. Cæterùm hæc aliena eſſe, fuga ipſorum denuociat. Bona vaga, bona pennata ſunt hæc omnia, Eorum eſſe, nuſquam eſſe diutius. Eorum ſtatus nemini ſtatum præfigere certiorem. Præterea dubium eſt infidelius ne morentur nobiſcum, an hoſtilius. Quippe res in infinitum cederet, ſi recenſere velim diſcrimina principum, ſi turbati querelas coniugij, ſi mille Menedemos deplorantes filios ſcortatores. Si conflatas denique vel attritas turpiter diuitias: ſi poſſeſſiones abrogatas armis, erogatas flagitiis, ſublatas dolo, tranſlatas præiudicio, & quibus in hoc tempore nihil eſt abiectius, iactura nominis quęſitas & honeſti, huiuſmodi querimoniis fora perſtrepunt, reſonant auditoria, litigatur in triuiis, in conuiuiis, in manibus leges, decreta præ oculis, nec vllũ iam tempus eſt, in quo vel eccleſię deſint, quos ipſa eliminet vel curię deſint quos damnet Ecce vides quanta mundus laboret inſania, gaudere neſcit donec adeptus, quo gaudium in mœrorem, cythara in luctum conuertatur: bis inuigilat acquirendis, quaſi ſerò veniant, prius dilatione cruciant quàm vſu paſcant, ſi citò de propinquioribus anguſtiis faciunt certiores. O inſani, quibus celebre eſt ſollicitos eſſe, ne deſit materia ſollicitudinum, ne cauſa tormentorum, quæ tamen cum ſapiens aſſequitur, inter varios euentus, variari non nouit ipſe, ratione regitur quam in gubernandis actibus humanis, non dubitat obtinere principatum. Huic ſapiens aſſidet, hanc attendit pedagogam, docet hæc vti ſummiſſè proſperis, aduerſus inſultanter, & biformes euentus, vniformi conſtantia ſuperare: docet eadem ne diſcipulus ſuus ex alterato vultu res alteratas circa ſe oſtendat aliud eſſe quo gaudere hominem ac dolere conueniat quod cupere conſpicuum ſit ac timere. Si ea inquit, tibi ſunt, aduerſus quæ non eſt lex gaude: ſi ea propter quæ poſitam eſt lex, Dole, illa enim beatum te faciunt, hæc miſerum. Illa cum tibi ſunt, & Dei & tua etiam ſunt. Hæc autem cùm tibi ſunt, non Dei ſed tua ſolummodo ſunt: porro, cum cognoſcis vtrumque, ſi ea diligis aduerſus quæ non eſt lex, imago Dei apud te, ſuum explicat & peragit officium, cùm vtrunque cognoſcens, ea diligis propter quæ poſita eſt lex: Imago Dei apud te quidem eſt, ſed velut obducta ſordibus, aut puluere ſqualidior à ſuo excidit. & procul eſt officio. A malis enim bona eligere ac diligere, dominum imaginari eſt, à bonis mala eligere ac diligere Diabolum imaginari eſt. Quanto autem quiſque alteri eorum voluntate eſt conſimilior, tanto ei vel in gloria ſimiliter, vel in pœna.

Luc. 21. Mat. 22.

Calamitates ſeculi.

Epiſt. 57. Argumentum.

Monialem propoſiti tenacem exultabundus monet cauendum à carne & fœmina, quæ ſunt ſanctitati infeſtiſſima, Item à vicinia eorum quæ eſt procax lenocinium.

GAudij materia exuberat & exultatio, quoties audio te incolumen, atque in propoſito ſanctimoniæ limitem ſequi quem pridem ſequens, reſpicere poſt tergum ignoras, ignoras enim reuiſere vanitates & inſanias falſas, à quibus elongaſti fugiens, & manens in ſolicitudine. Sanum hoc & prouidi pectoris conſilium, auerti enim & fugere ab illis, omni triumpho celebrius, huiuſmodi fuga ſponſo tuo nulla dos eſt acceptorum. Hæc etenim faciet, & tibi vxorium, & de celebri coniugio, progeniem præſtabit immortalem. Memineris igitur ab eis longe fieri quorum vicinia importunium, & procax lenocinium eſt, Sub hoc virtuti difficile prouidetur. Iſtud attendere ſiequentius, maſculæ mentis robur efferant: neminem inuenies cum quo ſit periculoſius congredi: huiuſmodi hoſtis melius fuga quàm certamine ſuperatur. Caro enim mulier, cumulata infirmitas, & inter exteriora etiam virtutum facilis ad ruinam. De omni hoſte ſimul triumphat, cui datur de carne & fœmina triumphare. Confido autem in domino Deo, & ipſe reſpiciet humilitatem ancillæ ſuæ, & diriget greſſus tuos in ſemitis ſuis, vt non moueantur veſtigia tua, quod futurum non dubito, ſi in eo perſeueras quod cepiſti, ſi curſum dirigas, quò aſſumpſiſti. Vale ſoror, dilectiſsimas in Chriſto filias, & ſorores tuas ex parte noſtra ſaluta.

Caro, mulier cumulata infirmitas.

Epiſt. 58. Argumentum.

Epiſtola argumenti leuioris, agit enim gratias Beluacenſium Epiſcopo, exhibita in ſuos benignitatis.

AD votorum plenitudinem acceſsiſſe confiteor, cui gratiæ tuæ limen contigit aperiri. In eo ſuſceptus, & ſi te ipſe non videam, video tamen affectum tuum in puero meo cui aduentanti Beluacum, defenſoris manum quotiens opertere attendis extendis, ſplendorem ſuffragij tui obſeruare & precibus agere ne deſiſtas: non vereor huic te propoſito defuturum cui oppreſſis cõcurrere, & cathedra faciat vt velis, &

curia

curia vt poſsis. Tui ſiquidem iuris eſt, quidquid in ciuitate Beluaco vel ſacerdotium ſpectat vel regnum: interim cumulatas tibi gratias agens ſcripto finem pono, dilectioni tuæ finem minime poſiturus.

Epiſt. 59. Argumentum.

Comitem dehortatur ab inſtituta peregrinatione ad D. Iacobum Compoſt. rurſus propoſito diſcrimine quod imnet a Duce Aquitanorum inimiciſſimo, propoſitis etiam adminiſtrationis grauioribus negotiis quibus incumbens intermiſſæ peregrinationis reſarciat facilè diſpendium.

AD memoriam Beati Iacobi, ſtrenuiſſime Comes & predicāda virtute ſublimis, iter, vt fertur, aſſumpſiſti, quod nos bonū quidem non negamus, ſed quiſquis adminiſtrationē ſuſcipit, alligatur obediētiæ, quā niſi ad maiora vocetur, & vtiliora, ſi relinquit, delinquit. Vnde te fili Chariſſimè culpa inexcuſabilis ſpectat, qui neceſſariis nō neceſſaria, diſpenſationi otiū, debitis debita proponis inter talēta, quę ſeruis ſuis pater-familiàs diſtribuit, circuite vagum orbem terrarum nullus doctor, nulla omninò ſcriptura cōmemorat. Hieronimi teſtimonio, Sāct⁹ Hylariō, cùm eſſet proximus ciuitati Hieruſalem, ſemel eam vidit, ne loca ſanctorum contempſiſſe videretur. Porro pręter ſolitum, mentis tuę oculus caligauit, ſi non vides plenam periculoſis caſibus aſſumptam tibi peregrinationem: per munitiones ducis Aquitanorum tranſiturus es, cuius tibi inuidiam ſuſcitaſti, quando factus eſt in expugnatione Thoari ſuperior: fere apud omnes diuturnior eſt iniuriarum memoria quàm beneficiorum. Præterea neſcis ſi renata ſint in filio paternæ vota perfidiæ, quippe plures hodie generantur iniquitatum hæredes quam virtutis, tuis itaque timorem relinquis & tremorem, ſi te iuueni & offenſo committis: in quo neceſſe eſt verearis ex patre perfidiam, leuitatem ex annis, ex iniuria vltionem. Audiuimus autem venerabili Anglorum regi tuóque auunculo id quod te facturum ſignas, diſplicere altius, id ferre grauiter, id conſtanter improbare. Sanè eorum aſpernari conſilium vicina dementiæ pertinacia eſt. Hi nimirum tuis prouidere commodis, & affectu volunt, & ſucceſſu poſſunt. Fortaſſis autem dices, Votum voui domino, tranſgreſſionis arguar, ſi irritum facio votum. Agnoſce ô princeps, quia tu quidem te alligaſti voto, ſed Deus officio: tu viæ, ſed Deus obedientiæ: viæ, cùm ſanctorum memorias videres: obedientiæ, quum ſanctorum memoriis prouideres. Appende ergo ſi tantus fructus ſit itineris, vt ſuperare poſſit intermiſſæ diſpendium obedientiæ, quod ſi ita eſt, ſcutum deponere propera, baculum ſume pro gladio, feſtina egredi, & facundis adhærere comitibus qui iuxta Salomonem tibi pro vehiculo in via ſint: ſi autem bonum adminiſtrationis longe maius eſt & elegantius, quod inficiari nemo prorſus audebit, ſede in palatio. Reſponde ſuffragiis afflictorum, & vt omnes tibi viuant, omnibus reipublicæ viue, noctes illi præſtans & dies. Iudicium curiæ tuæ dictet æquitas, non acceptio perſonarum: teipſum legibus, amore ſubiectos rege.

Beneficiorū leuis, Iniuriarum plūbea memoria.

Eſa. 8.

A Eſto tuorum cenſor, cum ignoueris exceſsibus alienis. Inſontes, minime patiatis impunè lædi: tu impunè læſus. Iniquitatis vltionem, inter ſplendidiores triumphos enumeres: ſanguinem nec ſine cauſa, nec libenter effundas. Dole quotiens illum etiam effuderis quem lex iudicat effundendum: in omnibus reuerenter exerce poteſtatem. Da gloriam Deo cum feceris aliquid glorioſum: ſuper omnia pauperibus adeſſe memineris in eccleſiis quibus plerunque principes boni proprio ſanguine quietem emerunt & pacem: ex tuis etiam miniſtris neceſſe eſt diuinam metuas indignationem qui circa eoſdem pauperes & ſanctuarium Dei B quidquid impiè volunt, impunè agunt. Huiuſmodi bonos principes, ſed prauos habentes miniſtros, Scriptura nunc ſcillam, nunc harpias appellat. Etenim Scilla facie humanā, ſed caninis capitibus accincta deſcribitur. Harpiæ vultum habent virginem, vngues autem rapaces: his quidem boni principes comparantur, ipſi crudelitatem abhorrentes de iniuriis proximorum conquerentes, hominem manſuetudine & miſericordia exprimentes. Cæterùm miniſtri eorum odoratu canibus, rapacitate ſimiles ſunt vnguibus harpiarum. Tu itaque pro voto raC pacitatem atque exactionės tuorum compeſce, quas pauperum clamor & orphanorum gemitus & lachrimæ comitantur viduarum. His tibi ſi neſcis, theſauriſatur tibi ita in die iræ & reuelationis iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Qui enim malum, cum poſſit non corrigit, quia malefactori conſors eſt in culpa, conſors erit & in pœna. Sicut igitur præſenti pagina commoneris, vtere tuorum conſilio amicorum, vtere meo. Domi ſedens, pauperum ſubſidiis inſiſtens, loca ſanctorum non deſiderans intueri, ſed tueri ſatagens, non circumferri per memorias lapidum, ſed circumD ferri memoria virtutum. Vale.

Principē inſtituit.

Al. exerce.

Mat. 16.

PROSA DE NATALI DOMINI.

PRomiſſa mundo gaudia ſuperna ſoluit gratia. Die iſta, in virgine fœcunditas, in prole fulſit deitas. Die iſta in ſupernis genitus ſum matre. Hac in valle natus eſt ſine patre. Die iſta, virga Ieſſe florida fructum dedit, Gedeonis vellera ros infudit. Die iſta, preſſus pede mulieris coluber contritus eſt. Die iſta Eliſeus exiit, & de fructu adiit ſubſecutus baculum. Die iſta, eructauit cor excelſi verbum bonum. Die iſta, E manducauit homo panem angelorum, die iſta, ſator exit ſeminare ſemen verum, nouus eſſe cepit antiquus dierum. Die iſta, rex in prædam prodiit, & in ſole poſuit tabernaculum ſuum. Die iſta, terra vermen protulit, per quem Ionas perdidit & deflet vmbraculum. Die iſta, Splenduit lucerna quam accendit mulier, micuit electrum quod videt Ezechiel. Die iſta veritas de terra, de Sion Emanuel, ortus eſt: & miſſus in ſalutem Iſraël. Die iſta fides matris virginis obumbramen flaminis verbi vis & hominis cataplaſma confecerunt. Die iſta hac reſpirant miſeri, ſpoliantur inferi, cedunt nobis ſuperi, renouatur ordo rerū. Die iſta tot beneficia

ſacra cœpit eccleſia die iſta. Deo ſit gloria ex cu-
ius gratia ſperamus cæleſtia.

Epiſt. 60. Argumentum

Conuentuales quoſdam reprehendit alioqui ſatis moratos, qui paupertatis prætextu Carnotenſem Epiſcopum hoſpitio prohibuerãt: docens in eiuſmodi obſequium quæque pretioſiora eccleſiæ venundari potuiſſe.

Apoſtolicis erudimur exemplis, vt infirmitatẽ
proximi noſtram compaſſione faciamus, vn-
de & anima mea in amaritudine, exinanitũ dolẽs
oleum nominis veſtri. Oleum cuius odorem ſicut
odorem ſuauiter dominum quidẽ credimus odo- B
Luc. 9. ratum. Nunc autẽ non ſic, quippe retrorſum con-
uerſi eſtis, & iuxta portam dum noſter anhelat
equus; attamen legeratis, nemo ponẽs manum ad
aratrum, & aſpiciens retro aptus eſt regno Dei.
Aſpicitis autem & vos retrorſum. Aſpicitis, inquã,
ſi tamen ad aratrum veniſtis, ſi inueniſtis arctam
& arduam viam quæ ducit ad vitam. Cæterùm
pauci ſunt qui inueniunt eam, extrà plures aber-
rant, cùm in eam ſe greſſum fixiſſe & inoffenſam
currere glorientur. Eſt enim qui cum propheta
Eccleſiam in ſinu pauperis abſcondat, qui fre-
quentet antelucanus Eccleſiam, qui patrociniis
inuigilet oppreſſorũ. Sed his minimè cultor pro- C
priam gloriam quærit, ſed populo placere deſide-
rat, ſed antea manus ad manus quàm promittat
Ioan. 8. aduocatum: fallor ſi is viam inuenit, quæ ducit ad
Pſal. 52. vitam: de ſe ipſo enim veritas ait, ſi glorifico me
Pro. 5. ipſum, gloria mea nulla eſt. Et Pſalmus, Qui ho-
minibus placent, inquit, confuſi ſunt, quoniam
Dæmon Deus ſpreuit eos. Et in prouerbiis. Conturbat
imponit domum ſuam qui ſectatur auaritiam, qui autem
perfectio- odit munera, viuet. Alij vita placet excelſior, ie-
ribus. iuniis carnem perſequitur, lautiorem declinat
Iac. 1. apparatum, naturæ viuit non gulæ, ſcilicet quem
Iſ. 29. tu eſurire ac ſitire iuſtitiam putas: ira facilè turba-
Heb. 13. tur, ſed cum hypocritis ponit portionẽ ſuam, ſed D
4. Reg. 4. aliud aduerſus honorem carnis ex ſua carne præ-
Luc. 18. ſumit: fallor ſi is viam inuenit quę ducit ad vitam.
Ira enim viri iuſtitiam non operatur. Et de hy-
Luc. 14. pocritis dominus per Eſaiam dicit, populus hic
Mat. 23. labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à
Pro. 21. me. Et Apoſtolus, fornicatores & auaros iudicat
dominus. Vides hunc huiuſmodi ſolitudine gau-
dere. Neceſſitati radicibus & herbis obſequitur,
Mat. 20. nihil cibo eius, & igni, iuxta prophetam in olla
mortem eſſe declamat. Sed quem ſic in mundo vi-
3. Reg. 21. des, vt expertem mundi credas, de ſe præſumunt
ſuper ſe, ſcilicet pharisæi iactantia, cæteros aſper-
Mat. 11. natur, ſed ſibi ſoli iuſtitiæ arrogat principatum.
Luc. 11. Fallor ſi is viam inueniet quæ ducit ad vitam. E
Qui enim ſe exaltat humiliabitur. Et de his qui
aliter bona vel mala ſua pẽſant, aliter aliena. Sa-
piens ait, Pondus & Pondus, ſtatera & ſtatera,
vtrumque eſt abominabile ante Deum. Ille reli-
ctis omnibus quæ poſſidet, euadet ad arcem mo-
naſtici refugij: deoſculatur humiliter indumenta
quòd ad ea ſeruis acceſſit: conqueritur vniuer-
ſas ſuſcepti agonis difficultates ſine quærela, ſu-
ſtinet in ſpem denarij, pondus diei portans &
æſtus. Sed hæc imago monachi, gradu ſublimio-
re torquetur, ſed dormire non poteſt, donec
pauperem Naboth de ſua extirpet vinea ſed ſu-

A perbe detrectat ordinatę diuinitus poteſtati: fallor
ſi is viam inueniet quæ ducit ad vitam. Nimirum
his modis fiunt nouiſſima hominis illius peiora
prioribus. Hanc itaque viam inuenire difficilli-
mum, præterire difficilius, plena eſt offendiculis,
& eam latrones obſident, nullum prorſus intenta-
tum ſuſtinentes tranſire. His voluntas ſemper ini-
qua eſt. His fallendi principatus. Ab his nemo
vnquam nocendi inducias extorſit, cũ his quo-
tidianus & anceps congreſſus. Ex his innumerum
vulnus nec ex facili cicatricẽ promittens. Sub his
caſus frequens & reſpiratio difficilis, de his rara &
nunquam ſecura victoria. Quis igitur viam inue-
niet? quis inuentam præcurrit illæſus? quis latro-
nes euaſit millibus toxicatis formidãdos, aſtutia
ſuperiores, exercitatos vſu frequenti, pertinaces
victoria, nullis fatigatos vigiliis, nullis aut morti-
bus aut ſpoliis ſatiatos? Quis inquam de ſiccariis
animarum triumphauit? Animus integer, & in om-
ni ſtatu ad ſolam pronus virtutem, qui nihil ad-
uerſetur, quod amplecti conueniat, nihil amet
quod pudeat confiteri. Huius expers, extra viam
eſt quæ ducit ad vitam, vt in eo adoretur & exan-
guis vultus, vt corde circunciſum, clamet altius
circunciſa cæſaries, vt ſermo cenſorius ei ſit, & Qui ſint
cultus incultior. Extra viam eſt quæ ducit ad vi- extra viã
tam. Cùm vagetur pes laxioribus calciamentis, virtutis.
cùm apud ampliorem radatur coronam, cùm lo-
quuntur cætera monachi inſignia. Extra viam eſt
quæ ducit ad vitam. Extra eſt & foris errat cuius
ira non occidit ante ſolem occidentem. Foris er-
rat qui cum falli nolit, fallere non veretur. Foris
errat quem forum videris libenter frequentan-
tem, foras errat qui vaniloquiis effluit qui paſci-
tur exactione ſubiectorum, qui lucrum putat ope-
rarij litibus extorquere mercedem. Erraſtis &
vos foris, cùm fores veſtras Carnotenſi epiſco-
po clauſiſtis, cùm excluſiſtis Chriſtum Ieſum
Chriſti, obliti pariter & bonum hoſpitalitatis
& præmium. Hunc & per vos via tranſire coe-
gerat, & apud vos temporis articulus hoſpi-
tari nox imminens. & aeris intemperies ponti-
ficem hoſpitio inſtare perurgebant. In caſtello Hoſpita-
nullus ad quem præſul honeſtè declinaret. His litas com-
anxietatibus homo Dei circumuentus ante ve- menda-
ſtras fores fruſtra ſedit, fruſtra clamauit: ex- tur.
cluſus eſt enim qui vt diuerteret ad vos, non
inuitandus tamen fuit, ſed etiam trahendus ex-
cluſus ille eſt, qui grauius doluit vos abieciſſe
monachum quàm excluſiſſe pontificem: vobis
charitatem quàm ſibi officium defuiſſe. Ex-
cluſus eſt ille in quo ſi Chriſtum dubitatis ex- Luc. 10.
cluſum, vel non legiſtis, vel neglexiſtis illud
Chriſti, Qui vos ſpernit me ſpernit. Quoniam Luc. 24.
bonum vobis ſi meruiſſetis dici de vobis quod
coegerunt illum dicentes, mane nobiſcum do-
mine, quoniam aduesperaſcit, & iam inclina-
ta eſt dies: fortaſſe paupertate repulſam ex-
cuſatis, ſed non modicum auri circa altare ru- Hoſpitali-
tilabat, ſed plurimum reſplendebat argenti ſed tatis ergò
ſupererant ornamenta, quæ melius exponentur eccleſiæ or-
ad vſuram, quam præſul ad imbrem. Attamen namenta
legeratis etiã hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci talibus poſſe op-
enim hoſtiis promeretur Deus. Legeratis etiam pignora-
quid Loth ex hoſpitalitate meruit: qualis Abra- ri.
hã etiã hoſpitibus ſuſceptis memoretur. Nõ legũ- Heb. 13.
tur

tur alla Loth benefacta, oiſi quòd hoſpitalitatis prærogatiuam dilexerit, quòd maluit turpitudini filias exponere, quàm in hoſpites aliquid turpius ageretur. Hęc illi hoſtia fuit, hoc ſacrificio ſulphur & ignem euaſit Sodomorum. Hinc ille ſubuerſionem ciuitatis edoctus exiuit, gaudens ad ſuos etiam domeſticos hoſpitis perueniſſe mercedem. Tota enim ſeruata eſt familia, & vnius meritis. Actum erat de ſalure plurimorum. Ad Abraham quoque ſub ſpecie hominis angelos deſceodiſſe nouimus, & cælorum iocolas eo vultu ſuſce-

Gen. 19.

ptos qui teſtaretur hilarem Abrahæ voluntatem. Idem teſtata eſt & Sara, cui ſub patriarcha viro, nec hoſpitalitatis credo defuiſſe virtutem. Conſidera patrem-familiâs attende pueros, in domino deuotionem inuenies, in familia diſciplinā. Quippe in domo patriarchæ nemo repertus eſt ſacris indeuotus obſequiis, ille tres viros videt ad oſtiū tabernaculi ſedens, nec expectanit quæri hoſpitium, ne ſi præcibus impetrarent, egrè præſtitum

Gen. 18.

videretur. Occurrit venientibus, & his verbis præuenit accędeotes. Domine ſi iooeni gratiam in conſpectu tuo, ne tranſeas ſeruum tuum: Ecce vides quo effectu hoſpites inuitetur. Non extorquent importunè hoſpitium qui precibus ingredi compelluntur. Domine, ſi inueni gratiam In cōſpectu tuo, ne tranſeas ſeruum tuum. Rogātur vt intrent, oblatū ſpoote officiū gratius accipitur. Lauātur pedes vt ordine ſuo ſingula hoſpicij debita ſoluerētur: deinde viro iubēte, oe tria ſata ſimilę cōiux accelerat, ipſe ad armentū currit, vitulus tener occiditur, vrget apparatum puer, tota domus feſtinat, tota ſeruet obſequio, nihil oegligēter fit in domo iuſti: omnes eius contubernales, tanquā ſi ab eo didiciſſent, maledictum eſſe hominem qui opus Dei negligeoter agit. Nōdum hoſpites exie-

Ier. 48.

rant, & ecce Saræ data eſt fœcunditas. Abrahæ namque dudum facta promiſſio: ioteruentu hoſpitalitatis impletur. Prædicitur eodem anno filiū eius naſciturum, in quo ipſi plus promiſſioni deberent quā noptiis, plus gratiæ quàm naturę: quē cū dominus Abrahæ prædeſtinaſſet, ad ſuſcipiēdū rameo repromiſſum ſibi filiū, non niſi precibus & meritis patriarcha peruenit. Quod enim prædeſtinatur electis, præcibus & meritis obtinetur. Si Rebecæ clauſus eſſet vterus, fruſtra domioos in Iſaac multiplicandum ſemeo Abrahæ promiſiſſet: legitur autem precibus Iſaac datum Rebecæ conceptum, vt generis mulriplicatio, quæ prędeſtinata in eo fuerat, precibus impleta monſtraretur.

Quod prædeſtinatur precibus obtinetur.

Gen. 25.

Lib. 1.

De quo ſic in dialogo Gregorius ait, Ipſa perennis regni prædeſtinatio, ita eſt ab omoipotenti Deo diſpoſita, vt ad hoc electi ex labore orationum perueniant, quatenus poſtulando mereātur accipere quod eis omnipotens Deus ante ſecula diſpoſuit donare. Ideo deprecatus eſt Iſaac dominum pro vxore ſua, eo quod eſſet ſterilis qui exaudiuit eum: & dedit cōceptum Rebecæ. Si ergo multiplicatio generis Abrahæ per Iſaac prædeſtinata fuit, cur coniugem ſterilem accepit? Sed nimirum conſtat quod prædeſtinatio precibus impletur: quoniam is in quo Deus multiplicare ſemē Abrahę prædeſtinauerit, oratione obtinuit, vt filiū habere potuiſſet. Nolum⁹ vos verbis prolixiorib⁹ onerare, quos enormitate ac rubore delicti credimus oneratos. Finē loquendi omnes pa-

Appendix.

riter audiatis oiſi conuerſi fueritis & efficiamini monachi, non intrabitis in regnum cælorum.

Epiſt. 61. Argumentum.

Monialis nuper profeſſa ſtudium circa diuina & contemptum circa humana commendat, eidem hoc genere vitæ vtiliter conſultum ſignificans, quod liberorum ſucceſſio non vrgeat quominus bonorum erogatione pauperes comparet apud deum interceſſores.

CVm ſuſceperis epiſtolam hanc, ſcito completum apud nos deſiderium tuum. Deſiderio deſideraui, ſanctæ Cœnomanenſis eccleſiæ, te & filiam fieri, & orationum eius conſortem. Huius voti tui atq; petitionis tuæ venerabilis abbas ſancti Vincētij nobis nūcius fuit: quod ergo poſtulaſti, per oblatā tibi ſuſcipies paginā, inter cōſorores & filias eiuſdē eccleſiæ deinceps numeranda: nos quoque cum illis quorum ſpecialiter ad altare domini facimus mentionem, nomen tuum decreuimus frequentādum. Præterea ex his quæ dicta ſunt mihi de te, lætari noneris ſpiritum meum & requieſcere in te Audiui te totam ſacris occopatam ſtudiis & viam inuenoiſſe quæ ducit ad vitam. In ſemitis paucorum poſuiſti veſtigia tua, & facies tua facies ſpectantis ad ciuitatem, cuius plateæ ſonant laudes de die in diem. Illuc transferas ſanctitatē tuā, pro quadrāre talentum ioucurura. Felix & fructuoſa tranſlatio huiuſmodi, quā cōmiſsā manibus pauperū, cū cēteno recipies incremēto. Nemo ſibi theſaurizat niſi loculos in eorum manibus euacuet, nemo bene metit niſi horrea ſua ventres eorū efficiat. Agè ergo, quod agis filia Christi. O a Deo edocta, perge quò pergis, benè pergis, ſi quō pergis pertingis. Confidimus autē in domioo Ieſu, quia ipſe auferet offendicula de via filiæ ſuæ, & diriget greſſus ſuos io viam pacis Deus Iſraël, habēs quoddam pignus gratię ipſius, cui deſuper datum eſt, & abundare diuitiis, & carere ſarcina liberorum. Io his duobus ad currēdū feliciter bonū ſortita es apparatum: diuitiis enim viā tibi ſternis ad vitam, liberis carens, exoncrata incēdis, dioitiis operibus miſericordiæ ſeruitur, diuitiis ei miniſtratur qui noo venerit mioiſtrari ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis: denique diuitiis illud euangelicū impletur, facite vobis amicos de māmona iniquitatis, vt eū defeceritis, recipiant vos in æternā tabernacula. Amici huiuſmodi amici certi, & in die calamitatis & miſeriæ neſcij ſuū neſcire cultorē, quā multo fœnore tunc recipies, quod eis modo cōmittis, quam fideliter iſti agēt pro te, quoniam antiquus dierum ſedebit, ſcrutaturus renes & corda ſingulorum. In foro candidatis diuitibus rei ſuam committuot actionem. In cœlo autem nulli melius pro reis agunt, quàm pauperes aduocati, pauperes ante ſupremum tribunal, in propulſandis dilationibus obtinent priocipatum. Vnde fit vt beoè ſperet de iudice, quiſquis pauperum meretus interuentum, pro quo eorum voces conualeſcunt, ſententiam non timet capitalem. Hos igitur tibi compares, hos facias aduocatos, eorum inopiæ, copiæ tuæ ſubueniant, Illis egentibus, egere Chriſtum crede. Qui te noo vi-

Locus theſaurorum ventres pauperum.

Mar. 10.

Gen. 19.

Luc. 16.

Dan. 7.

Pauperes aduocati erga deū.

derunt in benedictionibus tuis, tuum videant
A affectum, vellera tibi ſunt, operi nudum Sub
Act. 6. oſtenſione veſtium, quas Dorcas viduis faciebat,
Heb. 13. Dorcam legimus orante Petru ſuſcitatam: noli
Gen. 18. hoſpitalitatem obliuiſci. Loth & Abraham quia
Tob. 1. 2. conſueuerunt homines, angelos hoſpitari merue-
4. 8. runt. Sepeli mortuũ, ſi nõ manu, vel ſumptu, in ſe-
Mat. 27. pultis viuũt meritis. Thobias & Ioſeph, quorũ al-
Mar. 15. ter defunctis fratribus, alter Chriſto ſepulturam
prouidit. Sãctorum cole memorias, & in muneri-
bus eorũ quære ſuffragiũ. Matronæ cuidã Proceſ-
ſi, & Martiniani oratoriũ frequẽtanti, Beat' Gre-
gorius eoſdẽ martires apperuiſſe refert, & in cau-
ſa animæ ſuũ promiſiſſe interuentũ. Nulli deſunt
B extra miſericordię, nulli facultas miſericordiã pro-
merẽdi, tota Petri & Andreæ relicta poſſeſſio, &
Mat. 19. dimidium bonorũ Zachei, & duo minuta viduę, &
Luc. 19. panis fractus eſurienti, & calix aquæ frigidæ, pari-
21. ter accepiantur ſi ſit par affectus offerentium.
Mat. 10. Deus enim non quid, ſed qualiter offeras attẽdit.
Mar. 9. Iratus non hoſtiarum numero, ſed deuotione mi-
teſcit animorũ. Miteſcet autem ſi perſeueras in eo quod cœpiſti. Cœpiſti non parcere diuitiis tuis ne non parcatur delictis tuis. Bonũ & ſalutare conſilium, huius nunquam pœnitet, nunquã pudet ſapientem. Quippe reſides & intactas opes immoto puteo Ambroſius his cõparat verbis. Puteus, niſi eum exhaurias, inerti ocio & degeneri ſitu facilè
C corrumpitur, exercitus niteſcit ad potum. Idẽ de eodẽ Aqua ſtatiua, ſtatim vermes facit, ſic & opulentia rerum vſu iocunda eſt, inutilis otio, & quaſi cœnulento odore Deo moleſta: vindices auaritiæ & iniquitatis vermes facit: porro de tuis opibus id minime timetur, quibus multiplicandis, non vrget te ſucceſſio liberorum, in quo & diuina gratia tibi officioſe prouidit quam maluit eſſe fœcundam ſpiritu quàm carne, cœlo parere quam ſepulchro. Carnis enim fœcunditate retrorſum plures abeunt, ſollicitæ quid hæredibus derelinquant, quas eis emant poſſeſſiones, vbi conſultius
D adultas collocent filias, quæ palatia, nepotes nondum
Cura filiorũ parẽtes tranſuerſum agit ſæpiſſimè. natos expectent. His earum vigiliæ ſeruiunt, his labores theſauriſant. Afficiuntur etiam inedia, torpent algoribus, & quod hæres ſcortator aut ventricola dilapidet, ſpontaneo cruciatu corporis acquirunt. O inſani parentes, qui filiis officioſi, ſibi officiunt. Tu autẽ fœlix cui non ſunt qui-
Pſal. 1. bus diuidas animum tuum, propter quos reſpicias vanitates & inſanias falſas. Tota ergo adſis gratiæ Dei, ſine qua nec benè volumus, nec benè operamur. Niſi ei deſueris, credas eam tibi minime defuturam. Vale in Chriſto dilectiſſima ſoror, & vice noſtra maritum tuum ſaluta, cui etiam idi-
E pſum cõcedimus, quod tibi: vtrique autem ex eo gratias agimus quod monachos beati Vincentii filios & fratres noſtros manutenetis in largis benedictionibus, vt audiui frequenter eos viſitantes. Hoc etiam beneſeciſtis, & vt in id perſeueretis, veſtram rurſus rogamus deuotionem. Vale.

Epiſt. 62. Argumentum.

Epiſtola eſt eiuſdem penè argumenti cum ſuperiore, niſi quod illa cui ſcribitur deſtinauerat inuiſere officinas redemptionis & ſepulchrum Domini: qua viſitatione negat effici diſcipulos Chriſti, qui iubentur baiulare ipſius crucem non autem quærere ſepulturam.

A HIldebertus Cœnomanorum Epiſcopus, A. ancillæ & filiæ Chriſti ſuæ quondã dilectæ, nũc autem dilectiſſimæ, bonũ exitũ, de bono promereri principio. Egredienti tibi de medio nationis prauæ atque peruerſæ congratulatur, & applaudit tibi ſpiritus meus: laudans dominum, & glorificans, cuius miſerationis eſt, quòd Ægyptiacam aduerſata ſeruitutem: ad terram promiſſionis iter aſſumpſiſti. Confido autem in domino meo Ieſu Chriſto, quòd ipſe per ſpiritum Pſal. 16.
faciet deſiderium tuum: quòd perficiet greſſus tuos in ſemitis ſuis: vt non moueantur veſtigia tua. Et quidem ego credidi, alia via filiam Abrahæ de Egypto egreſſuram: ſed filia Abrahæ com-
B pendioſiorem viam elegit. Credidi enim te deſiderio deſiderare ſepulchrum Saluatoris inuiſere: & noſtræ redemptionis officinas obſequio venerari Chriſtiano. Sciebam quod in eo rectè offerres: ſed ne rectè etiam diuideres dubitabam. Tu autem & rectè obtuliſti: quia pro Chriſto omnia reliquiſti. Rectè etiam diuiſiſti: quia Chriſtum ſepultum, quàm Chriſti ſepulchrum ſequi maluiſti. Porrò ſalutaris hæc, & plena conſilij diuiſio. Vt enim efficiamur diſcipuli Chriſti, baiulare monemur ipſius crucem, non quærere ſepulturam. Quam ſcilicet crucem, vt tu & portare poſſis, & ſequi Chriſtum: patientiam amplectere,
C amplectere humilitatem, quæ inter cæteras vir- Patientia humilitas princi-
tutes inueniuntur humanæ redemptionis obti- pes virtutum.
nuiſſe principatum. Si diligenter attendis, tota Chriſti vita nihil aliud in terris quàm exemplum & doctrina earum fuit. In eis igitur dum per ſerpentes deſerti, huius & innumeros hoſtes ad promiſſam tendis Ieruſalem mentis oculos habe, vt illud Salomonis in te compleatur. Oculi ſapien- Eccle. 2.
tis in capite eius: ſtultus autem in tenebris ambulat.

Epiſt. 63. Argumentum.

D *Monet Abbatem quendam paulò curioſiorem ſermonis & quidem ſupra quàm Chriſtianum deceat, tollendam eſſe ex eius monaſterio conſuetudinem quæ Euchariſtiam niſi intinctam non concederet.*

PRomiſſam beatitudini tuæ paginam ſatis, ſupérque expectaſti: Promiſi fateor, ſed veritus ſum ne rudi ſtilo res legẽti diſpliceret. Ratio hæc diuturnum mihi ſilentium imperauit. Cæte-
rùm cùm Paulus eſſet in manibus, & illud ad Phi- Phi. 1.
lippenſes occurreret, dum omnimodo ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuncietur, in hoc gaudeo, ſed & gaudebo, debitum ſoluere diſpoſui, & quo poſſum ſcripto, improbare
E quem approbatis errorem. Periculosè delicatus Veritas ornatum negligit.
eſt quiſquis, niſi eum venuſtas verborum demulceat, doctrinæ preiudicat ſalutari. Quis eauſtus ſiti oblatam fictilibus aquam proijcit? Aut quis ægrotare maluit, quam nigra & horrẽda manu Ethiopum præparatam ſumere potionem. In primis igitur attendas iudicialem eſſe pertinaciam, conſuetudinem præferre veritati. Nec liber eſt vſus à culpa cui vel auctoritatem conſtat obſiſtere, vel aduerſari rationem. Nouerat hoe Auguſtinus in iij. libro de vnico baptiſmo ſcribens his verbis. Veritate manifeſtata, cedat conſuetudo veritati. Itẽ. Nemo conſuetudinẽ rationi, & ve-

veritati præponat, quia conſuetudinem ratio & veritas ſemper excludit. Item in libro de baptiſmo. Qui contempta veritate præſumit conſuetudinem ſequi, aut circa fratres inuidus eſt, & malignus, quibus veritas reuelatur: aut circa Dominum ingratus eſt: cuius inſpiratione eccleſia eius inſtruitur: Nam Dominus in Euangelio, Ego ſum inquit, veritas: non dixit, Ego ſum conſuetudo. Item. Reuelatione facta veritatis, cedat error veritati: quia & Petrus, qui circuncidebat ceſſit Paulo veritatem prædicanti. De eodem Cyprianus. Conſuetudo quantumuis vetuſta, quantumuis vulgata, veritati omnino poſtponenda eſt: Et vſus qui veritati eſt contrarius, abolendus eſt. His auctoritatibus inſtructos culpa reſpicit. Si malunt poſt conſuetudinem deuiare, quàm ſectari veritatē. Quod ideo tibi chariſſime frater exaraui, vt vel excitat⁹ euigiles, vt videas quoniā traditioni ſacramētorū altaris, quæ in veſtro celebris eſt Monaſterio, nec euāgelica cōſonāt: nec decreta cōcordāt. In eo enim conſuetudinis eſt Euchariſtiā nulli niſi intinctam dari: quod nec ex dominica inſtitutione, nec ex ſanctionibus, autenticis reperitur aſſumptum. Si Mathęum conſulis, ſi Marcum, ſi Lucam, ſeorſum panem traditum inuenies, ſeorſum vinum. Vnde & ſic Papa Iulius ait. Illud quod pro complemento communionis quidam intinctam tradunt Euchariſtiam populis, non hic prolatum ex Euangelio teſtimonium repererunt, vbi Apoſtolis corpus & ſanguinē ſuū domin⁹ cōmēdauit. Scorſum enim panis, & ſcorſum calicis commendatio commemoratur. Nam intinctum panē alijs præbuiſſe Chriſtum non legimus, excepto tamen illo diſcipulo: quem intincta buccella Magiſtri proditorem oſtenderit, non quod huius ſacramenti inſtitutionem ſignaret. Porrò, ſi quis dicat ex intincto pane, quem traditori Chriſtus porrexit, præfatam emerſiſſe conſuetudinem, tanquam præſcripta fuerit in eo forma, qua tradi oporteat communicaturis panem qui deſcendit de cœlo, & dat vitam mundo. Forſitam credendo putarem, ſi panem illum Chriſti corpus fuiſſe, vel euangeliū, vel plena fidei reliquiſſet auctoritas. Cæterum vel tenuiter ſcienti manifeſtum eſt, aliud fuiſſe Chriſti corpus, & aliud buccellam panis intinctam, Iudamque prius ad mortem ſaginatū corpore, quòd erat traditurus, quàm buccella panis proderet traditorem. De qua buccella ſic Auguſtinus ſuper Ioannem ſcribens ait, Non autem, vt putant quidam negligenter legentes, tunc Iudas corpus Chriſti accepit. Intelligendum eſt enim quod iam eis omnibus diſtribuerat Dominus ſacramētum corporis & ſanguinis ſui, vbi & ipſe Iudas erat, ſicut ſanctus Lucas euidentiſſimè narrat: ac deinde ad hoc tantum vbi ſecundum narrationem Ioannis apertiſſimè Dominus per buccellam tinctam atque porrectam ſuum exprimit traditorem fortaſſis per panis tinctionem, illius ſignificans fictionem. Hæc tibi chariſſime, ſufficiant: Si veritatis cōpendia ſequi, quàm poſt longos relinquendæ conſuetudinis circuitus aberrare malueris.

Veritati cedat conſuetudo.

Ioan. 14.

De bapt. cap. 74. [printed as "De bare. bap. 74."]

Euchariſtiam niſi intinctam dari.

Ioan. 13.

Luc. 22.

Epiſt. 64. Argumentum.

Rogatus quid ſentiret de ſacerdote qui caſu inuadentem latronem occiderat, reſpondet in perpetuum ſacris interdicendum, aut iudicij certioris gratia ad Apoſtolicam remittendum audientiam.

SIcut paruitatem meam veſtra docuit pagina, cū latro quidam portitorem præſentium ſacerdotem inuaderet, & pannis eius lancea perforatis, eum vellet occidere, ſacerdos latronem lapide percuſſit, & ictus occaſione latro, mortuus à quibuſdam putatur. Pro quo ſcilicet delicto iam per ſeptennium ab officio Dominicæ menſæ, prouidentia veſtra eundem ſuſpendit ſacerdotem. Sanè ſuper hoc dignati eſtis meum quærere conſilium niſi fallor, id ad veſtram reſcribi deſiderātes inquiſitionem. Si ſacerdoti liceat ad ſacrum redire officium, quod ei medicinaliter abſtuliſtis. Cōſideranti igitur mihi, quanta in ſacerdote poſtuletur innocentia, & maximè quia immunis eſſe debeat à ſanguine, non videtur ſacerdotem reum ſanguinis oportere deinceps miniſtrare: quamuis tuendæ ſalutis neceſſitate homicidium incurrerit. Quòd enim vir Chriſtianus quærere ſibi vitam aliena morte non debeat, Ambroſius his oſtendit verbis. Quærunt aliqui, ſi ſapiens in naufragio poſitus, inſipienti naufrago tabulam extorquere poſſit, vtrum debeat. Mihi quidem, & ſi præſtabilius communi videatur vſui, ſapientem de naufragio, quàm inſipientem euadere. Non tamen videtur quod vir Chriſtianus, ſapiens & iuſtus, quærere ſibi vitam aliena morte debeat, vt pote qui etiam ſi in latronem armatum inciderit, ferientem referire non poſſit, ne dum ſalutem defendit, pietatem contaminet. De reformatione igitur ſacerdotis, mihi rem intuenti nihil aliud quàm quod ſupra dictum videtur. Quòd ſi etiam liceat, non tamen expedit: quoniam & exempla offendit, & vlciſcendi ſecuritatem adducit. Si autem ſimile aliquid in commiſſa mihi parrochia contigiſſet, reum ad Apoſtolicam miſiſſem audiētiam, quatinus ex conſilio illius & ego inſtruerer: & peccator de reformatione ſententiam reciperet certiorem.

Sacerdoti percuſſori ſacris interdicitur.

Offic. li. 3. cap. 4.

Morte alterius vitam non licet quærere.

Tit. de homic. vol. vel caſuali ca. presbyter.

Epiſt. 65. Argumentum.

Sūmum pontificis ſuffragium requirit ſuper iis quæ decreta ſunt in Britannia de ſubſtantia morientium, & naufragantium quæ fiſco addicebatur, item de inceſtis nuptiis, deque ſacerdotaliū filiorum ordinatione.

BEatitudini veſtræ, Reuerendiſsime pater, decreuimus exarandum, quod ex ſuggeſtione venerabilis britannorum Comitis pariterque prouincialium conſilio Epiſcoporum in Britanniam deſcenderimus, vbi præter alias multiformes, & abhorrendas enormitates, matrimonia quidem inceſtus: ſanctuarium autem Domini hæreditaria ſucceſsio polluerat. Quapropter, conuocatis eiſdem Epiſcopis, & Abbatibus multiſque religioſis, ac ſapientibus viris, in vrbe Nanetenſi, triduo ſedimus in ea ſynodum celebrantes: ex qua largiente Domino, & eccleſiæ honorem, & populo magnum conſtat emerſiſſe fructum. Siquidem vſque in diem præfati conuentus, huiuſmodi conſuetudo in terra Comitis extiterat: Et decedente marito vel vxore, vniuerſa decedentis mobilia in proprietatem poteſtatis tranſirent.

Synodus Nanetenſis.

Præter.a quicquid euadebat ex naufragiis totum ſibi fiſcus lege vẽdicabat patriæ: paſſóſque naufragium miſerabilius violentia Principis ſpoliabat, quàm maris rapina, quam procella. Vtrámque autem exactionem ſub oculis totius concilij, Comes in noſtra manu depoſuit, poſtulans in eos excommunicationis gladium extendi: quicunque aliquando vel manumiſſa petere, vel manumiſſionis plenitudinem imminuere attemptarent. Totus itaque conceſſus, & gratiarum actione conſecutus eſt, & perſecutus anathemate beneficij diſtractorem. De incæſtuoſis autem coniugiis hoc vniuerſitati conſidentium placuit, vt Epiſcopi quidem in omnibus ſuis conuentibus, reliqui verò ſacerdotes in Eccleſiis talia contrahi matrimonia publicè prohiberent. Eos quoque excommunicationi ſubiicerent: Quicunque poſt præſentis ſynodi actionem ſcienter inirent incæſtarum fœdera nuptiarum. Placuit & hoc vniuerſis, vt ad incutiendum cæteris metum filij vel huiuſmodi commixtione deinceps generati, velut ſpurij haberentur: & ad legitimos hæredes ius paternum tranſiret. Porrò in ordinibus, celebrandis, canonicas ſanctiones, & diligenter attendi iuſſimus, & inoffensè cuſtodiri. Ordinari filios ſacerdotum, niſi prius Canonici regulares, aut Monachi fierent, aſſenſu communi nobis ſynodus interdixit. His autem quos iam ordinatos cõſtabat abolendæ ſucceſſionis intuitu in eccleſiis quibus patres eorum miniſtrarent, miniſtrandi abſtulimus facultatem. Prebendas, & quaſlibet eccleſiæ dignitates, rigore quo debuit inhibitum eſt hæreditate obtineri. His addita ſunt & alia in hunc modum, quibus ex canonicis prodeuntibus inſtitutis præſens ſynodus, & aſſenſum præſtitit, & ſeruanda decreuit. Hæc igitur vobis ſancte pater ſignificanda cenſuimus, quatenus acta canonicæ veſtra confirmare dignetur auctoritas: & datis ad Epiſcopos litteris communiter exhortari omnes, vt quæcunque eis facienda ſanximus, in Chriſto & docenda ipſi quoque cum Chriſto facere ſtudeant & docere. Illam præterea manumiſſionem de naufragiis, & de ſubſtantia morientium, quam Comes in noſtra manu depoſuit, vos Beatiſsime Pater, non grauemini confirmatione Apoſtolica roborare, ac prohibere, ne quis omnino eam reſcindere, vel aliqua ex parte minuere præſumat. Conſeruet vos dominus eccleſiæ ſuæ, ſancte Pater. Iocunditas mihi & exultatio exuberat, quoties obſequio ſamæ vos benè valere cognoſco. Etenim ſolemne mihi eſt vos colere, vos amplecti, veſtramque promotionem inter meos aſsignare ſucceſſus. Inde eſt vt mihi ad plenitudinem gaudij cedant, quæ circa vos proſpera ſunt: ad cumulum verò te eſſe incolumen. Mendacij arguar, ſi fruſtra poſtulatis quid poſsis & expediat amico erogari. Interim rogo, vt ad me transferatur veſtra pagina, qua myſterium veſtræ voluntatis & ſalutis agnoſcam. Vale.

Suſcepti ex inceſtis nupt. ſpurij pronũtiantur.

Epiſt. 66. Argumentum.

Reginæ Anglorum ſcribit ſterilitatem non in opprobrium contigiſſe, ſed ad ſalutis ſubſidium vt adoptaret vtique ſibi pauperes, ſalutis & forſitan prolis apud Deum interceſſores.

A Hildebertus humilis Turonum Archiepiſcopus A. excellentiſsimæ ac reuerendiſsimæ Anglorum Reginæ ſalutem & orationum inſtantiam, transfretare tibi, ó Regina illuſtris vt fertur incumbit, & regno coronæ tuæ, tuo reditu iocunditatem reſtituere & exultationem. Noluimus te inſalutatam de Normannia egredi, cuius ſalutem inter ſuos ſucceſſus Chriſti pauperes enumerant. Audiuimus enim te de illis curam gerere, & eos frequenti benedictione conſolari. Optimum hoc & timoratæ mentis conſilium aſtuti ſumus omnes coram omnium redemptore ſimul & iudice. Illuc neceſſe eſt nos præueniant, B ſi volumus vt nobis ſubueniant aduocati. Aduocati autem illi ſunt, de quibus in euangelio Dominus dicit. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Amici huiuſmodi, amici certi, & in die calamitatis & miſeriæ, neſcij ſuum neſcire cultorem. Hij profectò pauperes intelliguntur. Pauperes ante ſupremum tribunal in propulſandis delationibus obtinent principatum. Vnde fit vt benè ſperet de iudice Chriſto, quicunque ſub Chriſto pauperum meretur interuentum: Pro quo iſtorum voces conualeſcunt, ſententiam nunc timet capitalẽ. Hos itaque tibi cõpares, hos facias C aduocatos. Illis egentibus egere Chriſtum crede. Qui te non viderint, in benedictionibus tuis, tuum videant affectum. Si non eſt tibi deſuper vt Anglorum Regi, parias, in his abſque damno pudicitiæ, Regi parias Anglorum. Fortaſsis idem Dominus clauſit vterum tuum, vt progeniem adoptares immortalem. Quod, ſi ita eſt, attende ſterilitatem carnis, animæ quæſtum eſſe, non diſpendium, gloriam, non confuſionem, beneficiũ, non flagellum. Fœlicius enim eſt fœcundam eſſe ſpiritu, quàm carne, cælo parere, quàm ſepulchro. Fieri etiam poteſt, vt quam ſuſpiras ſobolem, ſubſidiis egenorum adipiſci merearis. Quippe natu- D ram quoque merita mutant, & apud nonnullas inuenies abſterſum virtute ſterilitatis opprobriũ. Abraham quia homines conſueuerat, Angelos boſpitari promeruit. Eundem prærogatiua fidei, & obedientiæ ſcriptura Domino placuiſſe commemorat. His ó Regina noueris euacuatam Saræ ſterilitatem: datúmque ei filium, in quo plus egit meritum patris, quàm debitum thori ſanctimonia, quàm natura. Quem videlicet filium cum Dominus Abrahæ prædeſtinaſſet: ad eum tamen ſuſcipiendum non niſi præcedentibus meritis patriarcha peruenit. Quod enim prædeſtinatur electis, precibus & meritis obtinetur. Vnde etiam E legitur precibus Iſaac datum Rebeccæ, conceptum, vt generis multiplicatio, quæ prædeſtinata in eo fuerat, precibus impleta monſtraretur. De quo ſic Gregorius in dialogo ait. Ipſa perennis regni prædeſtinatio ita eſt ab omnipotenti Domino diſpoſita, vt ad hoc electi ex labore orationum proueniant, quatinus poſtulando mereantur accipere quod Dominus eis ante ſecula diſpoſuit donare. Idem, Conſtat quod prædeſtinatio precibus impletur, quando is in quo Dominus multiplicare ſemen Abrahæ primo deſtinauerat oratione obtinuit, vt filium habere potuiſſet. Vale.

Pauperes parandi apud Deũ interceſſores.

Naturam merita mutant.

Gen. 18.

Gen. 22.

Quòd prædeſtinatur precibus & meritis obtinetur.

Greg. dia. lib. 1.

Epiſt.

Epiſt. 67. Argumentum.

Pontificis honorij 2. epistola eſt reſponſio confirmatoria eorum quæ decreta fuerant in Synodo Nanetenſi, & quæ relata ſunt ſuperius epiſtola quæ incipit beatitudini veſtra Reuerend.

HOnorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus Turonenſis metropolis Suffraganeis Epiſcopis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Chariſſimus frater noſter Hildebertus Turonenſis Epiſcopus, ſicut bonus paſtor pro grege ſuo vigilans, euocatis fratribus ſapientibus & aliis religioſis viris quemadmodum ex ſuarum literarum inſpectione cognouimus in Nanetenſi ciuitate de more Metropolico, conſilium celebrauit. *Nanetẽſis Synodus.* Ibique de incæſtis nuptiis, & de ſpuriis ſacerdotum filiis, & de his qui quaſi hæreditaria ſucceſſione eccleſiaſtica petebant beneficia, & de aliis diligenter pertractans corrigenda correxit, & ſtatuenda conſtituit, vniuerſitati ergo noſtræ mandamus, quatinus ea, quę ab ipſo ſanctorum Patrum decreta ibi ad honorẽ Domini, & ſalutem populi ſtatuta eſſe noſcuntur irrefragabiliter obſeruetis. Sic enim in humani compage corporis membra famulantur & obedinnt capiti, tamquã ſupremo, & prouiſori, vt ſic perſona ſeruetur incolumis: ita fidelium mentes vnius effectæ voluntatis pro cuſtodienda vnitate fidei, & ſtatu eccleſiæ, ſuis debent humiliter parẽre prælatis. Adhæc prauas illas conſuetudines à Comite Britanniæ C. in manu præfati Archiepiſcopi, in conſpectu ſynodi refutatas, quarum maritis vna fuit, vel vxoribus decedentibus bona eorum mobilia a poteſtate ſeculari diripiebantur: altera illis qui naufragium euaſerant, & in portu poſtmodum inuenta erant, damnamus: & ne quis eas futuris temporibus renouare præſumat, auctoritate apoſtolica interdicimus. Iniquum enim cenſemus eſſe, vt quem diuinæ elementiæ magnitudo, à ſæuientis pelagi voracitate exuit, hominum ſæua rapacitas audeat ſpoliare. Piorum namque imperatorum emanauit auctoritas, vt etiam earum rerum, quæ in tempeſtate maris, leuandæ nauis cauſa, eiiciuntur non amittatur Dominium. Non enim eas quis eo animo abiicit quod habere nolit, ſed quò periculum effugere poſſit. Et qui res ipſas lucrandi animo abſtulerit, furtum committit. Datum Laterani 13. Kalend. Iunij.

Ad L. Rhod. de iactu. ff. l. 2. §. Finali et l. qui leuandæ. et tit. inſtit. rerum. nauf. l. 1. l. nequid.

Epiſt. 68. Argumentum.

Conqueritur apud Honorium 2. quæ ſunt ſanctuarij Regem Galliarum fiſco aſcripſiſſe, & ſe perſequi in dies, quia dignitates Eccleſiaſticas nec ex ipſius Regis præcepto diſponat nec facultatem diſponendi indulgeat, tandem ſummũ pontificem monet rixarum Decani & canonicorum Eccleſiæ Turonenſis.

HOnorio Dei gratia, Reuerendiſſimo patri ſanctæque Romanæ ſedis ſummo Pontifici, Hildebertus humilis Turonum Archiepiſcopus, debitæ integritatem obedientiæ. Quantis tribulationum turbinibus Turonenſis agitetur eccleſia, veſtram venerande Pater latere non credo ſanctitatem. Adhuc enim Francorum Rex innocentiam meam, meam tantùm perſequitur odio, vt traducat in grauamen eccleſiæ, & quod conſtat eſſe ſanctuarij, fiſco aſcripſit. *Quod Christi erat per fiſcum.* Tota quoque terra ipſius, ita mihi & his qui mecum ſunt in Domino ſuſpecta eſt, & clauſa, vt nec ego nec illorum aliquis in ea pedem ponere audeat. His aliiſque premor anguſtiis, quia zelo zelatus ſum legem Domini Dei, quia non ſum tranſgreſſus terminos, quos patres noſtri poſuerunt, quia dignitates eccleſiaſticas, nec ex regis præcepto diſpoſui, nec ei diſponendi facultatem indulſi. *Act. 5.* Sciens enim quia oportet magis domino obedire, quàm hominibus, perſonas elegi, quæ in exequendis eccleſiæ negotiis, pondus diei portarent, & æſtus. *Matt. 20.* Alteri igitur Archidiaconatum, alteri decaniam dedi. Nullus omnino fuit, qui ei quẽ in decanum promoui quando promotus eſt, aliquid opponeret, ſeu quando fuit in ſede collocatus: Omnes gratiã ipſius habebant, omnium ipſe. Sequenti autem tempore, contigit: vt quoſdam canonicorum, qui ſub virga erant, propter eorum turpia verba, & reprimendorum enormitates operum, Decanus ex officio Decaniæ eccleſiaſtica corrigeret diſciplina. *Rixantur cũ Decano caſtigando.* Quam nimis grauiter idem canonici ferentes, aduerſus eum inexorabili odio exarſerunt. Cui ſcilicet odio plurimum ex quadam diſcordia eſt additum, quæ inter eoſdem canonicos & fratres Decani ſuſcitata, ex verbis ad rixam vſque peruenit. Ex occaſione huiuſmodi ſimulque ſuffragio diſciplinæ, præſcripti canonici de ſua egreſſi eccleſia, ad Regem Francorum, cuius iram circa Decanum nouerant implacabilem, tranſierunt, ipſius indignationem, quantis & quibus potuere delationibus in eum cumulantes. Cum autem à Rege egreſſi eſſent, vnus ex illis nomine Nicolaus, à quodam fratre Decani captus eſt, & aliorum auxilio, tum fratrum eiuſdẽ Decani, quàm amicorum demembratus. De quibus cum mihi frater abſciſus lachrymabilem deponeret clamorem, addidit, vt etiam ſuper Decano proclamaret, dicens ſuggeſtione & conſilio ipſius membrorum ſe abſciſione imminutum, quorum violentia ipſe tentus fuit & abſciſus. Alterum quoque canonicum Herbertum nomine ſimili ſuſpicione Nicolaus de illata ſibi pulſauit iniuria, Pulſanti itaque & vtrique pulſato diem dedi competentem, in quo aſcitis religioſis & ſapientibus perſonis viris, cauſam iuuante Domino canonicè terminarem. Omnes ſtatuto die affuerunt. Omnes hoc modo ſuam aſſecuti ſunt actionem. Qui igitur pro Nicolao eſt loquutus, dixit Nicolaum ſuggeſtione & conſilio Decani demembratum. Ipſum tamen Nicolaum minime ſuſcepturum iudicium. Ad hæc Decanus, Non mea inquit, ſuggeſtione, nec meo conſilio, ſed nec etiam mea voluntate actum eſt, vt Nicolaus abſcinderetur. Vt autem ſuper illato mihi ſcelere purgarer, meamque monſtrarem innocentiam vocatus à meo Archiepiſcopo, conuentum præſentem ingreſſus ſum, libenter executurus quicquid canonicè fuerit aduerſum me iudicatum. Siue itaque Nicolaus iudicium ſuſcipere differat, ſiue omnino dimittat: Ego tamen eccleſiæ, & Archiepiſcopo meo, quã ſanctiones canonicæ dictant offero purgationem. His dictis, alter ſimili capitulo pulſatur, ſimili reſponſione ſuum proſecutus eſt negotium. Et qui-

dem quæſitum eſt ſi quos teſtes aduerſus accuſatos Nicolaus haberet. Cæterùm nullus omnino inuentus eſt, nullus nominatus. Quapropter iudicatum eſt Decanum, ſi non pro Nicolao, quibuſdam moratoriis cauſis quærente iudicium differri, pro eccleſia tantum, quæ cum habebat ſuſpectum, debere purgari: atque in ſeptima manu ordinis ſui, ſuam iureiurando declarare innocentiam. Quod & ita factum eſt. Ex eodem quoque iudicio Herbertus in ordine ſuo ſimilem exhibuit purgationem. Hoc idcirco vobis, pater ſancte, ſcripſi, quatenus ſi quis aliud ſanctitati veſtræ de præſato retulerit negotio, vos ipſam cognoſcatis veritatē. Vigeat ſanctitas veſtra venerande Pater.

Epiſt. 69. Argumentum.

Scribit Honorio 5. pontifici, quo iuſſerat modo Bracerium canonica reſtitutum: ad ſe quoque iter inſtituiſſe Radulphum amouendæ calumniæ gratia, quam illi obiiciebant turbatæ eccleſiæ Turonenſes: cui componendæ vti videre eſt 5. pontifex legatum cognitorémque Roma Turonum vſque dimiſerat.

HOnorio Dei gratia ſāctiſſimo Patri ſuo ſummoque Pontifici ſanctæque Romanæ eccleſiæ Ho. Hild. humilis Turonum miniſter, integræ
C
cuſtodiam obedientiæ. Factum eſt beatiſſime pater, quod à nobis dignatio veſtra poſtulauit. Etenim Bracerio præbendam quam enormitate delictorum amiſerat, Apoſtolicus reſtituit interuentus. Radulphus quoque Beati Mauricij Decanus ex præcepto veſtræ ſanctitatis iter aſſumpſis, conſcientia ſecurus non via: diuino conductu non humano. Qui ſi proſperante Deo ad veſtram euaſerint audientiam, ſcietis eum, non ſua fatigari culpa, ſed potius odiis, & delationibus quorundam iuuenum, de quibus dubium eſt, magiſne attriuerit famam ſuam malefactis, an maledictis alienam. Hinc eſt quod opinionem Decani gratuitò perſequuntur: qui ſuæ nec rogati parcere voluerūt.
D
Eidem tamen Decano ſic data eſt à nobis in capitulo Decania, ſic ipſe ſubſtitutus in ſede, vt huic eius promotioni nemo prorſus aut verbo reſiſteret, aut opere contrairet. Ad menſam debitæ refectionis æquanimiter ſederunt omnes, cum gratiarum actione ſurrexerunt. Agenti decanum aliquandiu impenſa eſt, & integritas obedientiæ, & facultas diſciplinæ. Hanc autem circa eum reuerentiam temeritas cuiuſdam ſulconis fratris ipſius imminuit, à quo & per quem captus eſt, abſciſúſque Nicolaus, de qua ſcilicet abſciſione, quòd decanum Nicolaus accuſauerit, & quòd
E
ipſe decanus adiunctis ſibi ſex venerabilibus viris iureiurando ſuam declarauit innocentiam, iam noſtrarum litterarum inſpectione, beatitudini veraciter innotuit. Innotuit prætetea iudicio afſuiſſe venerabilem Cœnomanorum Pontificem, abbates etiam quàmplures alióſque religioſos, & ſapientes viros quorum omnium prona fuit adhæc ſedulitas, vt non molirent ex licentia iudicis ſententiam, ſed ſequerentur canonicę rigorem diſciplinæ. His talibus peractis, non tamen circa decanum quorumdam quieuit inuidia. Qui dum apud eum delationis materiam non inueniunt, ipſi fingunt. Hi ſiquidem ſunt, quibus eſt elegan-

Hic fortaſſis eſt Arnulphus ille cōcionator egregius, qui acerbior in reprehēdēdo clero inſidiis eſt necatus Plat. Succ. Decanus præficitur

A
tius de mendacio damnari, quàm prēmium de veritate promereri. Porrò cum ad aures noſtras aſcendiſſet pro irrogata Nicolao contumelia grauē inter canonicos eſſe diſcordiā. Eccleſiæ quoque diuinū adeſſe officium, ob reformandam in ea pacem. D. G. Romanę eccleſię legatum Turonis vſque fatigari iuſſiſtis. Vbi cum data eſſet Nicolao, & amicis Decani audientia, ſinguli prout quiſque pulſabatur ſuam executi ſunt actionem. Deinde prolatum iuxta conſuetudinem prouinciæ eſt iudicium. Conqueſtus in eo ſe grauari Nicolaus apoſtolici examinis vigilantiam appellauit. Inde factum eſt, vt tam inter Nicolaum, & eos de
B
quibus appellauerat Nicolaus res indiſcuſſa maneret. Adhuc autem ſedentibus Epiſcopis, qui de cauſa iudicaturi conuenerant legatus ex auctoritate ſedis Apoſtolicæ, præcæpis, vt ſi quis Canonicorum, vel aduerſus Decanum, vel aduerſus alium, aliquam haberet querelam, in medium proferret ſuper clamore ſuo, quicquid iuſtitia dictaret adepturus. Id ipſum cum legatus de perſona Decani ſpecialiter, & Bidonis iteraret, nullus omnino eſt inuentus, qui ſibi aliquid aduerſus eos ſateretur. Placuit igitur, tam legato, quàm Cœnomanenſi, & Redonenſi Epiſcopis, pariterque paruitati noſtræ in accuſatione Decani, ſiue Bidonis
C
neminem illorum admitti, qui ſi quid aduerſus eos haberent, iuſſi probare, ſiluerunt. Ita bis iam deſciſſa Nicolai aduerſus Decanum & Bidonem querimonia: Legatus canonicos diligenter adhortatus eſt ad pacis vnitatem reuerti, ſingulos ſingulis in ordine ſuo debitam exhibere reuerentiā, conuerſari ſic in domo Domini, vt quos diuidebat diſtinctio graduum, coüniret æqualitas animorum. Quod, vt fieri pater beatiſſime, poſſit, neceſſe eſt, vos vltimam manum præſato imponere negotio.

Compromendo ſcisſmati legatus mittitur.

D

Epiſt. 70. Argumentum.

Henricus Anglorum Rex monaſterio dederat eleemoſinam perſoluendam quotannis, pro remiſſione peccatorum, petit eandem Hildeb. ſanctitatis muneri ſigillo, auctoritate necnon Apoſtolica confirmari.

HOnorio Reuerendiſſimo patri ſuo, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, Hildebertus humilis Turonum miniſter, debitæ perſeuerantiam obedientiæ. Et relatione plurimorum didicimus, & re ſumus experti, quod apud veſtram ſanctiſſime Papa vigilantiam iuſtæ petitiones debitum inueniant effectum. Vnde &
E
nos tam deuotè, quàm fiducialiter id expetimus a vobis, quod & ſummum Pontificem erogare deceat, & eccleſiæ proſit erogatum. Sereniſſimus ſiquidem Anglorum Rex Henricus monaſterio de ſonte Evrardi quandam in Anglia prouidit eleemoſinam, pro remiſſione peccatorum ſuorū, eidem loco ſingulis annis imperpetuum exſoluendam. Quam profectò eleemoſinam auctoritate ſedis Apoſtolicæ confirmari, veſtroque muniri ſigillo precibus multiplicatis imploramus. Hanc ad vos beatiſſime Pater interuentionem pro virginibus Chriſti ſuſcepimus, quarum ſicut exterior eſt apud homines conuerſatio, ſic apud Deum prout credimus mentis puritas innoteſcit.

Iuſtæ petitiones inueniunt effectum.

Ea

Ea propter noluimus ancillis Chriſti noſtrum
deeſſe interuentum, quaſi non mereatur exaudiri
à pater filius, mereatur tamen ex Domino aliquã
de pia voluntate mercedem. In ſinu tamen noſtro
ſpes bona repoſita eſt, pro eis à Patre filium exau-
diri, quæ ad promerendam ſeruorum Dei gratiam
ipſe ſibi ſolæ ſufficiunt.

Epiſt. 72. Argumentum.

Comitiſſam quandam, quæ ſpretis ſecularibus delictis, tranſierat ad vitam monaſticam, hortatur ad tollerantiam.

QVoties, quæ circa te aguntur audio, lætatur
& exultat ſpiritus meus. Audio enim te de-
duci in ſemitas mandatorum Dei, & ad terram vi-
uentium inoffenſo currerere veſtigio. Audio etiã
de locuplete pauperem ſpiritu, de ſplendidiſſima,
& conſtipata cuneis obſequentium Comitiſſa, hu
Comitiſſa fit Monacha. milem Monacham, atque ad inſtar abiectioris an-
cillulæ, cæteris filiabus Chriſti, quæ tecum Do-
mino ſeruiunt, & prouidere quod neceſſarium eſt
& officioliſſimè famulari. Sanè mutatio hæc, mu-
tatio dexteræ excelſi. In ea profectò neceſſe eſt,
vt illud ſapiens diligenter attendas. Fili accidens
ad ſeruitutem Domini præpara animam tuam ad
Eccle. 2. tentationem. Ad quam profectò ſeruitutem te ac-
ceſſiſſe non dubito, cum ad Chriſti ſeruitium per
prudentiam acceſſiſti. Prudentia ſiquidem fuit
quia elegiſti abiecta eſſe in domo Domini tui ma-
gis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum.
Pſal. 83. Falleris autem ſi inter emenſuras tentationes, tuã
putas electionem tuam & eam ſine graui certami-
ne cõſummandam. In ea ſiquidem ſpiritum tuum
aduerſa pulſabunt, proſpera concutient, elatio ſa-
tigabit. Aduerſus huiuſmodi neceſſe eſt ita dimi-
ces, vt hoſtes mulierem aggreſſi, virum inueniãt.
Quod aliter fieri minimè putes, niſi bonum, cui
te per prudentiam alligaſti, per ſortitudinem in
moleſtiis obtineas, in ſecundis per tem-
Exod. 16. perantiam, in rectè geſtis per humilitatem. Iſrael
aduerſitatibus in deſerto frangitur, ardore ſitis &
defectu menſæ erga Moyſen murmurat, diuinis
miſerationibus Ægyptiacam præfert ſeruitutem.
Ergo in eis ſortitudo periit: à ſerpentibus ipſi pe-
riiſſe leguntur. Idẽ quoque populus in terra Ma-
diani manducare fecit & bibere, dehinc vt ludat
Num. 21. ſurgit diſtentus crapula & ebrietate fornicatur.
Exod. 32. Vnde factum eſt vt viginti tria millia eorum vna
die caderent gladiis in vltionem intemperantiæ
deuorati. Vides ergo ô filia Chriſti Ieſu quanta
ſolicitudine cuſtodienda ſit, & in moleſtiis forti-
tudo & temperantia in ſecundis. Siquid cui vtro-
Fortitudo in aduerſis, temperantia in ſecundis. que pariter mundi contemptus eget, quorum ſi
deſit alterutrum, quicquid per prudentiam eligi-
tur inaneſcit. Falleris autem ſi talia hæc adepta
totum putas iam propoſitum tuum, ſi nauigans
in hoc magno mari & ſpatioſo, portum te credis
attigiſſe. Reſtat enim humilitas quam vt repoſitũ
accipias brauium, reliquis neceſſe eſt adiungi, hu
militate curſus ille conſummatur, quo de ærum-
nis tranſitur ad veram ſufficientiam, de luteis do-
mibus ad cœleſtes aſcenditur manſiones: de inco-
latu ad patriam remeatur. Si neſcis quis iſte cur-
Quid virtus. rus ſit, Auguſtinum lege his ad Macedonium ſcri-
bentem verbis, Virtus in hac vita nihil aliud eſt

A quam diligere quod diligendum eſt, id diligere
prudentia eſt, nullis inde auerti moleſtiis, fortitu-
do eſt: nullis illecebris temperantia eſt, nulla ſu-
perbia iuſtitia eſt, humilitas hoc in loco nomine
intelligitur iuſtitiæ tanquã cæterarũ conſumma-
tio & clauſiuncula virtutum. Vnde & diſcipulis *Mat. 11.*
ſuis Dominus ait, diſcite à me quia mitis ſum &
humilis corde & inuenietis requiem animabus *Mat. 5. 4.*
veſtris. Iam Petrus & Andreas nauiculam & retia *Mar. 1.*
dimiſerant. Iam Ioannes Euangeliſta virginitatis *Matt. 9.*
obtulerat holocauſtum. Iam telonium Matthæus *Matt. 19.*
depoſuerat. Iam cæteri dixerant Apoſtoli Domi-
ni ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te
B quid ergo erit nobis? Attende cur ad humilitatem
inuitaontur carnis hoſtes & mundi. Attende quo
egebant ad perfectionis plenitudinem iam ſecuti
Chriſtum relictis omnibus præter Chriſtum: Ma-
gnus theſaurus magna eget cuſtodia. Fur enim
ſemper ſollicitus eſt vt effodiat vt furetur vt tra-
ducat. Erat Apoſtolis pretioſus & ineſtimabilis
theſaurus ipſa redemptoris gratia & diuinum eius
colloquium. Erat eis theſaurus ſacræ menſæ com
muuicatio & ſpiritualis veritas alimenti. Erat
eis theſaurus in amorem cœleſtium quotidie mi-
raculis eius proficere & exemplis, huius theſauri
cuſtodem oportuit eſſe humilitatem & eius excu
C biis acceſſum ſuperbiæ amoueri: quæ vbi ipſa ſub
ſiſtere non potuit ægrè ſuſtinet aliquem perueni
re. Ea ſiquidem orta ſignaculo ſimilitudinis Dei
in inferiores partes terræ & cœleſti ſublimitate *Iſ. 14.*
corruit: patri eius quædam prærogatiua erat bea-
titudinis expreſſius eſſe ſimilem creatori. Verum
quanto fuit conditione ſublimior tanto factus eſt
potentia inferior & gloria, gloriam verò quam ex
gratia hauſerat, amiſit ſuperbia quam omnibus in
uidet, inferos autem nulli quos meritis eſt adept⁹,
Ad inferos enim qui eum ſponte ſequutus multi
ſũt eò quòd plures multis modis tentationibus i-
pſe trahit. In illos autem quorum facies eſt ſpe-
D ctantis ad charitatem, & qua ipſe non rediturus *al. excidit*
eximit: tanta vtitur inuidia vt ei parum ſit infli-
xiſſe mortem qua corpus non anima moritur, niſi
& infligat & illã qua corp⁹ & anima pariter moriũ-
tur. Hinc eſt quod eis nunquam ceſſat aduerſari,
totus in hoc, vt cum vxore Loth, ad ſulphur & i-
gnem Sodomæ reſpiciant: tunicam Ioſeph non at- *Gen. 19.*
tẽdant & hoſtiæ eandẽ immolare deſiſtant. Porrò *Gen. 39.*
ſuper omnia elatione pugnant qua ſola ſicut ſeno
uit ſuperatum, ſic vniuerſos eadem ſola credit ſe
poſſe ſuperare. Tu igitur amplecti humilitatem
memineris: ſciens nihil eſſe quo glorioſius de Sa-
E thana triumphetur. Huius iaculis ſcutum humili-
tatis oppone, quod ſi ipſe inuenerit, impenetra-
bilis confundetur, & te perſequi deſiſtet. Vnde &
Beda ſuper Lucam ait. Conſumpta omni tenta-
tione Chriſti diabolus receſsit ab illo vſque ad
tempus. Vides ipſum diabolum in ſtudio eſſe per
tinacem, vt veræ virtuti Eccleſiæ ſobolem inui-
dere non deſinat, tamen iuſta formidat quia fre-
quentius reſurgit triumphari. Vale.

Epiſt. 72. Argumentum.

Eccleſiaſticum quiſpiam ad doctrinam integer, ad ſanctimoniam bellè compoſitum odore ſui nominis ſuauè infuderat, hinc ergo applaudit quòd virtutis in hac vita ſit qua-

dam merces conſpicuum & immortale teſtimonium.

BAlſamum, ex odore ſuo, & arborem ex fructu paucos credimus ignorare. Sic & nobis, ex opinione tua chariſſime frater, innotuit quàm ſis & ad ſanctimoniam compoſitus, & integer ad doctrinam. Cum enim locorum interſtitio longius à te ſepararemur, ad nos tamen vſque peruenit, quã iocũdas noctes cum tua Rachele ducas, quæ progenies ex ea tibi exuberet, quòd totus exhibeas & cultorem virtutis, & hoſtem carnis. Non alium loquuntur te, quicunque nobis loquuntur de te. Talis eſt odor olei effuſi nominis tui, talia iam tuorum premia meritorum. Has ex agro tuo ſpicas, ante ſupremam colligis meſſionem. In hac enim vita quædam merces virtutis eſt, conſpicuum & immortale teſtimonium. Hoc ipſa ſibi comparat. Hoc ſibi ipſa cuſtodit. Huius ſplendòr nõ minuetur inuidia, non exterioribus ſtudiis adiuuatur. Quippe bonorum exiſtimatio ſicut falſis delationibus auferri non poteſt, ita nec adulatoriis fauoribus acquiri. Penes ipſos autem eſt eam vel vbertate virtutum proficere, vel defectu minorari. Sanè de celeberrima opinione tua, ſpes in ſinu eccleſiæ repoſita eſt, eam minime caſuram, quoniam fundata creditur ſupra firmam petram. Ex ea nos tuam edocti deuotionem, deſiderio deſideramus in ſacrario familiaritatis tuæ recipi, ibique recordatione tecum eſſe, vbi teipſum ſuratus colloquiis mortalium, pro mortalibus loqueris cum rege Anglorum. Porrò huic deſiderio noſtro Gebuinus Trecenſis Archidiaconus plurimum adiecit, vir moribus & litteratura conſpicuus. Eum tibi cenſeremus commendandum, niſi conſtaret illos quos tua dignaris gratia commendatione aliena non egere. Si neſcis illius etiam atteſtatione didicimus, te in eccleſia eſſe qui ad eruditionem virtutis & exemplo ſufficias, & verbo. Cæterùm, ne litteris prolixioribus onereris ſcripto ponimus finem ſupradictæ petitioni, donec exaudire mereamur, finem minime poſituri. Quid autem ex hoc animi geras, doceri precamur tuarum recurſu literarum. Vale.

Exiſtimatio delatione nõ aufertur, nec adulatione queritur.

B

C

D

Epiſt. 73. Argumentum.

Poſtulat ſibi literis potius quam aliena relatione ſignificari quid agatur apud Anglos, quidve rex Anglorum de contumelia filiæ ſtatuerit.

NOta loquar? ex vſu frequenti comprobata. Sitienti latius eſt de fonte quam de riuo, ſitis ardorem [illegible] vna quoque de primo [illegible] ſaporem [illegible] La- dem ſæp[illegible] in [illegible] fiſtula degenerant. Sic vob[illegible] impleo deſiderium, quæ circa vos aguntur agnoſcere pagina veſtra, quàm relatione aliena. Quicquid enim de vobis certius mihi futurum eſt, quaſi ad aures meas id ipſum vulgi rumor pertulerit. Ex quo igitur comperi venans in veſtrum ſpirare obſequium, ſtatim litteras ad vos dedi, ratus aduectum de Anglia, qui vobis voluntatem Regis aperiret, qui declararet quem affectum de cõtumelia filiæ, Patris pectus induerit. Hæc vt merear ſcire per vos, clamo poſt vos. Clamo, quid? ſed ſicut veſter amicus in domino: ſicut veſter ſeruus in Chriſto, ſicut qui honorem

A veſtrum in principio lætitiæ meæ pono. Quæ igitur tam de rege, quam de vobis amico ſignificanda noueritis, mihi precor aperiri.

Epiſt. 74. Argumentum.

Eccleſiaſticum quempiam lenius & blandius iteratis crebro litteris ad explendum profeſſionis officium prouocauerat: nunc tantam inobedientiam, vt graue peccatum deteſtatus, minatur acerbiores litteras, ne puſillum ſuperpoſuiſſe videri poſſit.

SEmper fuit opus bis, aut tertio iteratis ad te litteris, vt vel crebro commonitus ageres, quod exequi ſpontaneus debuiſti. Verum nec ſic
B aliquando euigilaſti, nec ſuſcitatus es ad explendum tuæ profeſſionis officiũ: legeras tamen quantum ſit obedientiæ bonum quod apud Deum ſacrificiis præfertur: legeras quia nolle acquieſcere, Samuel idololatriam appellet. Sed neque hoc elapſum tibi credo, quod electus à domino Saul inobedientiæ piaculo, & eius gratiam, & ſolium regni amiſit. Quendam de filiis prophetarum, quia prohibitus in Samaria panem ſumpſit & aquam, leo miſſus à domino percuſſiſſe memoratur. *1. Reg. 15. 3. Reg. 13* Scripta ſunt autem hæc ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Etenim in hoc etiam ſapientibus & inſipientibus de- *1. Cor. 10*
C bitor eſt apoſtolus. Vt vtriſque contexat, & violatæ ſupplicium, & cuſtoditæ præmium obedientiæ. Porrò nulla virtus eſt, quæ contempta diſtrictius à domino puniatur. Non enim ad innocentes vſque pertingit, reliquorum pœna delictorum Ezechielem attende ſic dicentem. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Et illud. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. *Inobedientia punitur durè. Ezec. 18.* Inobedientia verò, plerũque reis innoxios miſcuit, facti ſunt in pœna ſimiles, diſſimiles in culpa. Præceperat autem lex vt à viginti annis & ſupra numerarentur qui
D poterũt ad bella procedere, vel aliquo fungi miniſterio. Quia vero Dauid infra viginti annos, & ſupra, generaliter iuſſit omnes numerari, indignatus eſt dominus & miſſa in populo triduana peſtilentia ſeptuaginta milia virorũ Angelo percutiente ceciderunt. *2. Reg. 24.* Achã filium Carmi de anathemate Iericho præſumpſiſſe ſacra tradit hiſtoria. *Ioſ. 7.* Inde factum legitur, vt Iſrael coram filiis vrbis hoc gladio caderet, & exceſſum perſonalem ruina populi ſequeretur, denique prothoplaſti culpam, totus vſque hodie luit mundus, & vnius inobedientia proſcripſit vniuerſos. *Gen. 3.* Hæc te frater oportuit attendere, & de contẽptu obediẽtiæ ve-
E [illegible] Scio quidẽ ſcio te abuſum patientia mea, & iuxta Comicũ lenitatem meam malè te multa docuiſſe. Verum patientiæ meæ & lenitatis meæ locus fuit & tempus, quas preire oportuit, inobedientię vltionem. Exemplo ſiquidem docemur & verbo non ſtatim & pœnas exceſſibus irrogandas. Non [illegible] in principio exuperantis malitiæ humanum genus aquis delere diluuio, ſed centum viginti annos præfigens eis ad pœnitentiam, tantò generalius iniquitates eorum vltus, quantò ipſi poſt carnem euagati carnalius, naturæ legem, & ordinem rerum, & tempus pœnitentiæ contempſerunt. *Nõ punit Deus principio malitia. 3. Reg. 20.* Ad prædicandum Niniuitis Ionam *Ion. 1. 3.*

miſſum

miſſum accepimus, & iuxta verbum prophetę peracta ſatisfactione quadragenaria, ſuper eos diuinam quieuiſſe indignationem, de his etiam ſic ſa-
Eccl. 19. pientia dicit. Corripe proximum, priuſquã commineris. Saluator quoque noſter inſtruens Apoſtolos Simoni Petro ait. Si peccauit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum.
Mat. 18. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autẽ te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos, vt
Correptionis modus. in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi te non audierit, dic eccleſiæ. Si autem eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquã æthnicus, & publicanus: his edoctus exemplis, conueni te, corripui te, ſed inter me ipſum & te ſolũ. Corripui te quidem, ſed non ſum lucratus fratrem meum. Adhibui mihi vnum, adhibui duos, vt in ore duorum, vel trium ſtaret meum verbum. Adhibui, ſed nec ſic lucratus ſum fratrem meũ. Quid itaque reſtat, niſi vt hæc dicam eccleſiæ? Quid ſupereſt, niſi, vt eccleſiam quoque cõtemnẽs ſis mihi ſicut æthnicus, & publicanus? Abſit autem, vt audiat hæc, eccleſia. Abſit, vt reuelem fratris mei pudenda. Confundor enim quotiens proximus,
Charitas in proximum. quod ei ad cõfuſionem cedit, operatur. Siquidem citra perfectum præſul de ſua erubeſcit offenſa, niſi ad offenſam erubeſcat alienam. Eius eſt eiſdẽ iactis vulnerari, quibus proximũ cognoſcit vulneratum. Hinc eſt quod apoſtulus ait. Quis infir-
2. Cor. 11. matur, & ego non infirmor? Quis ſcandaliſatur, &
2. Co. 10. ego non vror? fortaſſis illud Corinthiorum dices mihi Eccleſiæ tuæ graues ſunt & fortes. Ad quod ego, vulneratus eras à latronibus, in quos incidit
Luc. 10. homo deſcendens à Ieruſalẽ in Ierico. Cùm igitur te ſemiuiuum offendiſſem, vulneribus tuis cũ Samaritano prius oleum infudi, dehinc & vinũ. Vt enim vino cẽſoriæ correctionis vulnus inobediẽtiæ curaretur, quod curari paternæ commonitionis oleo nõ potuit, epiſtolas, quas graues dicis, ad te dedi. Vę mihi, qur tãdiu eas dare diſtulerim! Vę mihi, cui nihil eſt, quo poſſim meã purgare tardi-
Eze. 13. tatem! Legeram enim. Væ his qui ponunt puluillos ſub omni cubito hominum, & faciũt ceruicalia ad capiendas animas, legeram verba ſapientis,
Eccle. 12. claui ſunt in altũ fixi. Porro dum blandis & lenibus, quibus te tibi redderem indulſi, cubito tuo quaſi puluillũ ſuppoſui, quaſi ceruical, quo capta eſt anima tua feci. Tali puluillo, talique ceruicali, ci ca filios delinquẽtes vſus eſt, Heli, cum diceret.
1. Reg. 2. Non eſt bona fama filij mei quam audio de vobis. De huiuſmodi correctione, Gregorius Nazanzenus in libro de Epiphaniis, his loquitur verbis. Heli ſacerdos pro filiorũ iniquitate dãnatur, quòd eos diuina ſacrificia temerãter minus ſeuera animaduerſione plectebat, & quidẽ corripuit, ſed leuitate, & manſuetudine Patris, nõ ſæueritate & autho-
Imputatur parentibus ... iniquitas. ritate põtificis. Ne igitur eodẽ plectar exceſſu, clauis epiſtolę pręſentis cõfortamur, quos in altũ cõfixos, ex vlceribus elicere putredinẽ pauci ignorãt. Si quidem in ea partẽ exuens, indui pontificẽ: blanditias increpationibus mutaui, pro lęuibus aſpera ſum mutatus, vt ſi contemnis tibi me proximũ effici, ego ipſe mihi proximus efficiar. Surge ergo, qui dormis, & exurge à mortuis, & il-
... 5. luminabit te Chriſtus. Surge cito. ſurge hodie, quia nimirum morti proximum eſt, craſtinam expectare medicinam. Surge inquam citò, quia niſi citò ſurrexeris, citò egeris pœnitentiam: cito ve-
Apoc. 2. niet qui mouebit tuum candelabrum de loco ſuo,
Pſal. 108. & epiſcopatum tuum accipiet alter. Miſericor-
Act. 1. dem ſortitur iudicem diutius expectata, nec àliquando ſecuta correctio. Forſitan longioris Epiſtolæ tedet animam tuam, vt ea quibus parere refugis, legere faſtidis. Scio quidem, ſcio quòd timoratus animus, & correctionis parſimoniam ſuſcipit, & affectat vbertatẽ. Iniquo verò quicquid loquitur virtutem, cedit ad pœnam. Vale.

Epiſt. 75. Argumentum.

Queritur nullius ne amicorũ quidem interuentu ſui, vel Eccleſiæ cauſam deffendi apud regem Galliarum: demum innocentiam profeſſus, ſolatur ſeipſum, quod offendere hominem propter Dominum, ſit lucrari gratiam Dei.

IN Aduerſis nonnullum eſt ſolatium, tempora ſperare letiora. Diutius ſpes hæc mihi blandita eſt, & velut agricolam meſſis in herba, ſic animum meum proſperitatis expectatiu confortauit. Cæterùm iam nihil eſt, quo ſerenitatem nimboſi temporis expectem. Nihil eſt, quo nauis in cuius puppe ſedeo, crebris agitata turbinibus, portum quietis attingat. Silent amici, ſilent ſacerdotes Ieſu Chriſti, denique ſilent & illi quorum ſuffragio, credidi Regem mecum in gratiã rediturum. Cre-
Patronus eccleſiæ nullus. didi quidem, ſed ſuper dolorem vulnerum meorũ rex illis ſilentibus adiecit. Eorum tamen erat grauamen eccleſiæ, canonicis obuiare inſtitutis. Eorum erat ſi res ita poſtulaſſet opponere murũ pro domo Iſrael, verùm apud sereniſſimũ regem: opus eſt exhortatione potius, qoàm increpatione: conſilio, quàm pręcepto: doctrina, quam virga. His ille conueniendus fuit, his reuerenter inſtruendus, ne ſagittas ſuas in ſene cõpleret ſacerdotẽ, ne ſanctiones canonicas euacuaret, ne perſequeretur cineres eccleſiæ iam ſepultæ: cineres, in quibus ego panem doloris manduco, in quibus bibo calicẽ luctus, de quibus eripi & euadere, de morte ad vitã trãſire eſt. Inter has tamẽ anguſtias, nunquã de me ſic ira triumphat, vt alicui ſuper Chriſto domini clamorẽ deponere vellẽ, ſeu pacẽ ipſius in manu
Pax ſuſpecta. forti & brachio eccleſię adipiſci. Suſpecta eſt pax, ad quã nõ amore, ſed vi ſublimes veniũt poteſtates. Ea facile reſciuditur, & fiant aliquãdo nouiſſima illius peiora prioribus. Alia eſt vita, quàm cõ-
Pſal. 54. pendioſius ad eã Chriſto ducẽte pertingã. Iactabo cogitatũ meũ in domino, & ipſe dabit petitiones
Gen. 40. cordis mei. Recordat' dominus Ioſeph, cuius pincerna Pharaonis oblitus, dũ proſpera ſuccederẽt,
2. Reg. 22. interueniẽdi pro eo curã abiecit. Recordat' eſt & Dauid pueri ſui, quẽ à ſuo etiã filio derelictum, & triũphis extulit, & regni gloria ſublimauit. Fortaſſis recordabitur & mei, atque in deſiderato littore
Pſal. 101. nauẽ ſiſtet fluctuantẽ. Ipſe enim eſt, qui reſpicit in orationẽ humiliũ, & non ſpernit precem eorũ. Ipſe eſt, in cuius manu corda Regũ cerea ſunt. Quocũque ſibi placet, cò ſolus inclinat, alterat in quã vult formã. Si inuenero gratiã in oculis eius, gratiam Regis vel facilè cõſequar, vel vtiliter amittam. Siquidem offendere hominem propter dominum lucrari eſt gratiam dei.

Epiſt. 76. Argumentum.

Excuſat ſe dilati munuſculi, precaturque pro ſe Romam ituro, quòd multa ingruant Deum exorari.

Appendix.

SCimus quidẽ, Beate Prgſul, dilectione minui A
beneficij maieſtatem: dubitatur enim an ſit be-
neficium, cuius dilatio cruciat expectantem. Cæ-
terùm nos apud animum ad virtutem compoſitũ,
his etiam beneficiis integram credimus eſſe gra-
tiam, quibus occurrit neceſſitas differendi. Hioc
eſt quod munuſculo noſtro, eius eni elaboratum
eſt, fauorem ſperamus affuturũ. Neque enim nos
vel vltrò diſtulimus beneficiũ, vel ſtuduimus ho-
mini, qui cauſas ingratitudinis exquirat. Totus is
Epiſcopum viuit, nihil habeos odio, quod amare
ſit melius, oibil amans quod pudeat cõfiteri. Ta-
lem frater chariſſime, loquitur ſermo noſter, ta-
lem credit ſpiritus noſter eandem tibi deſiderans B
ſalutem, quàm ſibi. Optamus enim te ſemper in
Chriſto valere, & ſcire quia vicem rependis no-
bis, ſi diligis nos, & oras pro nobis. Maximè autem
hac in tempeſtate, orationibus tuis egemus fatigã-
di Romam quo Papa. Card. citra montaois Epiſ-
copis, & Abbatibus conuocatis generale conciliũ
in vrbe eſt, celebraturus. Nobis illuc profecturis
tempus bieme ſuſpectum, oiuibus alpes, incremẽ-
tis aquę, vinculis imperator, ſeditionibus ciuitas,
exactione palatium. Sanè omaia hæc orationibus
euacuari poſſe credimus, ſolam verò exactiooem,
nec oratione nec ieiunio temperari. Vale.

Epiſt. 77. Argumentum.

Eccleſiaſticus nomine Hildeberti officioſius aliquos habuerat qui Turonis trãſeuntes rem Hil. grati nuntiant H. officioſo hunc & ſibi ignoto homini ſcribit cauſam hoſpitalitatis exquirens.

FVere qui dicerent inter ſex opera miſericor-
diæ, nihil horum hoſpitalitati præferendum.
Hos attendiſſe arbitror nonnulla in hoſpitio re-
periri, quibus diuerſa ſuſceptorum incommoda
propolſari noſcuntur. Idcirco ſplendidiſſimam eſ-
Gen. 5. ſe hoſpitalitatis gratiam, qua Loth, & Abraham
conſueuerant homioes, Aogelos etiam hoſpitari
meruerunt. Pręterea velut in ampliorẽ hoius gra- D
Gen. 19. tię mercedem, alter Sodomæ ſubuerſionẽ euaſit,
Gen. 21. alter filiũ de ſterili coniuge meruit obtinere. Ti-
bi quoque de ſuper, ni fallor acceſſit, vt dum pręſ-
fatam frequẽtas beneficentiã tres Chriſtos Chri-
ſti colligeres, & hoſpitalitatis hoſtiam, quam ap-
paratu gratiſſimam feceras, hilaritatẽ faceres gra-
tiorem. Sanè dum collecti tui tranſitum Turonis
habeiẽt, plenas mihi gratias egere, in nomine meo
præſtitum ſibi beneficium aſſerentes. Recorda-
ri tamen nõ potui, quid egerim tibi, ſeu alicui pro-
pter te, quò miniſtrare mihi deberes aut alicui
propter me. Fieri autem potuit, vt euitandæ cau- E
ſa iactantiæ diceres collatum pro me beneficium,
quod eis pro domino, & in his domino contuli-
ſti. Verùm minimè oportuit piã occultare deuo-
tionem, ſi tranſitorię laudis cupidus noo fuiſti. Si-
quidem laudis huius contemptores grauis offeo-
ſa reſpicit, ſi quid bene agunt, latere, quàm videri
Greg. in pa. malunt: vnde & ſic Gregorius ait, Quiſquis laudis
concupiſcentias calcare non ſufficit, ædificationis
fraudem perpetrat, ſi bona quæ egit ocultat.

Epiſt. 78. Argumentum.

Ea epiſtola veluti publico teſtimonio palam fieri cupit Epiſcopis, Archiepiſcopis, Ciprianum & Petrum iuuenili leuitate in hæreſim Henrici prolapſos in ſinũ eccleſiæ quod ſit citra infamiam fideles nunc rediſſe.

A OMnib' Archiepiſcopis, Epiſcopis Hildeber-
tus humilis Cœnomanorũ ſacerdos ſalutẽ &
orationes io Chriſto. Præſentiũ latores Ciprianus
ſcilicet ac Petrus, dum diſponerent aſcẽſiones in
corde ſuo deſcenderunt in lacum mortis, ſecuti
quendam Pſeudoprophetam quẽ qui ſecuti ſunt,
perſecuti ſunt ſemet ipſos. Hẽricus is erat magnus
diaboli laqueus, & celebris armiger Antichriſti.
Huic & babitu religionem, & verbis litteraturam
ſimulanti: tãdiu pręſcripti fratres adhęſerunt, do-
nec eis, & turpitudo in vita, & error innotuit in
doctrina. Vbi enim cognoueruot vias eius, vias eſ-
ſe non rectas, prius ad ſe reuerſi ſunt. Dehinc ad
B nos tranſierunt, cuius dioceſio peſtis ea ſic ioſe-
cerat, vt renitens ei cler' vix inter parietes eccle-
ſię ſuam tueretur libertatem. Poſt multas autẽ tri- *Hæreticus domi-*
bulationes deo auxiliante ſerpẽs ille crepuit apud *nitus ex-*
nos patefacta pariter, & ignominia vitæ, & vene- *ceditur.*
no doctrine. Extunc idem fratres noſtro parentes
conſilio, ad quod propoſuerant ſtudium rediere,
veſtimento ſeditionis, & Angelo teoebrarum de-
relicto, hęc ideo fratres veſtræ fraternitati ſcripſi-
mus, ne ſi contigerit præfatos iuuenes veſtras in-
gredi parrochias, ex huiuſmodi mutatione, aliqua
notentur infamia, ſed potius vtrique coogaudea-
tis, quia vterque mortuus fuerat, & reuixit, perie- *Luc. 15.*
C rat & inuentus eſt. Valete.

Epiſt. 79. Argumentum.

Virgini decet diebus feſtis frequenti populo nec vſquam aliàs licere ſolam monaſterio egredi: tacitè reprehendens eas quæ forinſecus quærunt hoſpitia vt viuant licentius.

QVę viuuot io mooaſterio, & quarũ ſimul ma-
gnus eſt oumerus, nunquam ſolæ, ounquam
ſine matre procedaot. De agmine columba-
rum, crebiò accipiter vnam ſeparat, quam ſtatim
inuadat, & laceret, & cuius carnib' & cruore ſatu-
retur. Morbidæ oues ſuum relioquunt gregem,
& luporum faucibus deuorantur. Scio ego ſan-
ctas virgioes, quæ diebus feſtis, propter popu-
D lorum frequeotiam pedem domi cohibent, nec
tũc egrediuntur, quoniã maior eſt adhibenda cu-
ſtodia, & publicũ peoitus deuitandũ. Ante annos *H. liber*
circiter trigintã de virgioitate ſeruanda edidi li- *de virgi-*
brum, in quo neceſſe mihi fuit, ire cootra vitia, & *nitate.*
propter inſtructionem virginis quã mouebã, dia-
boli inſidias patefacere, qui ſermo offendit pluri-
mos, dũ vnuſquiſque in ſe intelligẽs quod diceba-
tur, nõ quaſi monitorẽ libẽter audit, ſed quaſi cri-
mioatorẽ ſui operis aduerſatus eſt. Veruntamen
quid profuit armaſſe exercitũ reclamaotium, &
vulnus conſcientiæ dolore mooſtraſſe? liber ma-
oet, homines perierũt. Scripſi & ad pleráſque vir-
E gines, ad viduas, & pleroſq; alios, & quicquid dici
poterat io illis opuſculis defloratum eſt, vt aut ex
ſuperfluo eadẽ à nobis repetãtur, aut neque præ-
termiſſa plurimũ noceant. Certè & beatus Cipria- *Virginitatis en-*
nus egregiũ de virginitate volumẽ edidit, & mul- *comium.*
ti alij, tam latioo ſermone, quàm græco, omniúm-
que gentiũ litteris, atque linguis, præcipuè que in
eccleſiis, virginis vita laudata eſt. Sed hoc ad eas
pertineat, quæ nec dũ elegerũt virginitatẽ, & ex-
hortatione indigent, vt ſciant quale ſit quod eli-
gere debeant. Nobis electa ſeruanda ſunt, &
quaſi inter ſcorpiones, & colubros inceden-
dum, vt accinctis lumbis, calciatíque, & appræ-
henſis manibus, baculis, iter per inſidias ſeculi
huius

huius, & inter venena faciamus, poſſimúſque ad dulces Iordanis peruenire aquas, & terram repromiſſionis intrare, & ad dominum aſcendere, ac dicere cum propheta, domine dilexi decorē domus tuæ, & locū habitationis gloriæ tuæ & illud. Vnā petij a domino hanc requiram vt habitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ, fœlix illa cōſcientia, & beata virginitas, in cuius corde præter amorem Chriſti, qui eſt ſapientia, caſtitas, patientia, atque iuſticia, cæteræque virtutes, nullus alius verſatur amor, nec ad recordationem hominis aliquādo ſuſpirat, nec videre deſiderat, quem, cum viderit nolit dimittere, ſecundum virginum propoſitum, & cœleſtis angelorúmque familiæ B gloriam: quorundam non benè, ſcilicet agentium (1. Cor. 7.) nomen infamat, quibus apertè dicendum eſt, vt aut nubant, ſi ſe non poſſint continere, aut contineant ſi nolunt nubere. Digna res riſu, imò planctu, intercedētibus dominis Ancilla virgo procedit ornatior, vt pro nimia cōſuetudine, quā incōptam videris dominā ſuſceperis nonnullæ ſeparatæ, abſque arbitris quærunt hoſpitia, vt viuant licentius, vtantur balneis, faciantque quod volunt, & deuitēt conſcientias plurimarū. Hęc videmus, & patimur. Et ſi aureus nummus affulſerit, inter bona opera reputamus. Finem iungo principio, nec ſemel monuiſſe contētus ſum. Ama ſcripturas C ſanctas, & amabit te ſapientia. Dilige eam, & ſeruabit te, honora illam, & amplexabitur te, hæc monilia in pectore, & in auribus tuis hęreant. Nihil aliud nouerit lingua niſi Chriſtum. Nihil poſſit ſonare, niſi quod ſanctum eſt, Auiæ tuæ tibi ſemper ac matris more dulcedo verſetur, quarum imitatio forma virtutis eſt.

Epiſt. 80. Argumentum.

Querelarum plena eſt epiſtola. Narbodus quiſpiam Romam profectus confirmandi Andegauēſis epiſcopi gratia, delatione quorundam ſpoliatur interim ab eo cuius negotium gerebat omnibus eccleſiaſticis bonis, & præterea exul pronuntiatur, quod factum ab ingrato meritò contigiſſe ait, D *eò quòd contra fas piúmque præter metropolitani ſententiam & ſuam ipſius conſcientiam leuiſſimum iuuenem promouendum ad Epiſcopatum ſategiſſet.*

NArbodus minimus Epiſcoporū R. glorioſo Andegauorum Pontifici. Nō alta ſapere, ſed humilibus conſentire. Flumen eſt ſecundū cuiuſdam ſapientis ſententiam, vbi cum poteſtate habitat iracundia. Quāuis ergo periculoſum mihi fore intelligam, vt potè hoc flumine iā afflatus, ſi paulò liberius te conuenire tentauero: loquar tamen quod mens mihi ratióque dictauerit: nec tanti faciā fauentis tibi nūc fortunæ terrorem vt mecum E (Dictum eſt P. mimus.) iuſticiæ facientis non aſſeram veritatem, vitrea eſt enim fortuna, quæ ſic ſplēdet, vt facile frangi poſſit. Stabilis autem, & inconcuſſa veritatis aſſertio. Quòd ſi mihi more ſolicito violentus extiteris, tunc maximè perſecutionem meam aſtrues perſequēdo. Quęro igitur à te religioſe Epiſcope, quęnam tam vehemens cauſa contra fratrem & cōſacerdotē tuum, ne dicam patrem, & conſeruatorē, indignationis tuę furorē accendit? vt inexpugnabili odio me perſequens, poſt damna, & dedecora mihi meiſque crudeliter illata, ad vltimum humilitatis meæ perſonā inauditam, & indiſcuſſam damnaueris, indignā me clericorū tuorū collocutione præiudicās, nec ante maieſtatis tuę perſentiam

A paſſus admitti. Nūquid enim ſi in te peccaſsē, corripiendus prius ſingulariter non erā? deinde duo, vel tres, ſi incorrigibilis exiſterē adhibēdi. (Correptionis formula prætermiſſa.) Et ecce cū nihil horū pręceſſerit contra regulā à Chriſto datā, quæ prima poſuiſti apud eccleſiā tuā de abſente cōqueſtus. Deinde ſicut Æthnicū & publicanū me habens: in quo non mea, ſed cōmuni omniū ſacerdotū, non mea inquā, ſed ipſius Chriſti iniuria, nō tā conſtitutū à domino eccleſiaſticæ correptionis ordinē peruertiſti, quàm peruerſum, & precipitē turbulentę motū iracundiæ, tibi dominari manifeſtiſſimè declaraſti. Non enim licuit mihi culpā vel excuſare, vel negare, vel agnoſce- B re: quatenus aut excuſantis ſuſcipienda ratio, aut negantis iuſtè eſſet admittenda purgatio, aut cōfitenti clementer venia concedenda. In hoc ergo præiudicio vniuerſas vias domini reliquiſti, quia nec miſericordiā, nec veritatē ſecutus es. Vniuerſæ enim viæ domini miſericordia & veritas requirentibus teſtamentum eius & teſtimonia eius. Nā & ſi peccatum agnoſcens veniā poſtularē, humanitatis tuę fuerat benè prius de te meritò libēter ignoſcere, & ad reconciliationis gratiā feſtinare, etiā ſi Chriſtus non dixiſſet, peccanti fratri ſeptuagies ſepties dimittendū. (Mat. 18.) Siquidē & apud Gētiliū Philoſophos, proximū ab innocētia locū ve- (Secūda Innocentia cō-) C recūdior peccati confeſſio: (feſſio.) & magnarū viriū eſſe perhibent lædentē negligere: & vindictā putant vindicare potuiſſe: maiuſque vindictæ eſſe genus, ignoſcere. Infirmi autem ac muliebris eſſe animi, quęrere vltionē, ex hoc vel ſolo colligt, vt Satyricus ait, Vindicta quòd nemo magis quàm fœmina gaudet. Sed quæ culpa tandē extitit, quā tandē (Iuu. Saty. 13.) puniendam exterminio cenſuiſti? Quòd videlicet apud dominū Papam moras meas excuſans, Inter alia, quod verū eſt, ſcribere auſus ſum Andegauēſem malitiā mihi impedimēto fuiſſe, quæ facultati meę plurimum detraxiſſet. Quod quidē ab anno priori, & ipſi Papæ, & romanæ eccleſiæ notū erat, D & ipſa Andegauēſis malitia negare non poteſt. A quo igitur mihi veritas imputatur ad crimē: ab illo cōſequenter poteſt falſitas expectare mercedē. Et qui eū ſibi honorē pepererat, ſpoliauit honore: nō eſt mirandū ſi deiectores, & impugnatores ſuos honorib' ſublimauit. Hæc eſt retributio impiorū, quam dominus neſcit. qua mala retribuuntur pro bonis. Eiuſdē generis eſt illa, qua bona redduntur pro malis, quādo fit cōtinēter ab eadē perſona nō leuitate gratiæ, ſed peruerſæ malignitate naturæ. At fortaſſe pro malitia debui ponere bonitatē, vt dicerē quod tunc meū Andegauēſis bonitas impediſſet. Sed hoc modo, vel me ipſum dū E excuſare molior accuſarē, bonū dictis impedimētū: vel ſi per antiphraſim loqui putarer, nō mutaretur, verā ergo & notā omnib' debui excuſationis cauſa prętēdere, cū alia penitus non haberē. In quo ſi læſum te putas, Andegauēſem te eſſe intelligis. Quod ſi nō intelligis, nec te in hoc læſum debes exiſtimare. Neque enim Epiſcopū nominaui, vbi Andegauēſem dixi maliciā, multiplex autē eſt Andegauenſis malitia, multos Stephanos habet, multos Vvillelmos. Vtinam tota in vno duorū capite reſideret. Pax eſſet forſitā inter nos, & inuiolata concordia. Sed redeo ad culpam meā, quam ſolam ſufficere tibi credis, imò non credis, ſed alios crēdere cupis, vt meritò videar tot fa-

horum quos pro te ſuſcepi mercede fraudatus. A Quæ ſi nulla eſt, debet ſileri. Si parua, debet ignoſci. Si magna, maiorum meritorum debet comparatione ſuperari. Nam & carcerem, & cathenas dum ad te in auſpiciis tuæ illius electionis vocatus feſtino, tui cauſa paſſus ſum machinamento eius, qui tibi nunc placet Stephani, quaſi tunc iam præſagiente, & præmonente fortuna, vt infauſto cœpto deſiſterem, & non tantum verborum, ſed & factorum ludibria multa ſuſtinui. Siquidem rerum mearum iacturam, grauis mihi proprij corporis contumelia leuē fecit. Nec tamen elapſus deſtiti, vt tunc putabam conſtanter, vt nunc intelligo pertinaciter B vrgere propoſitum, & contra optimos clericorū, qui pluribus ex cauſis, abſque ſuo aſſenſu, à vulgo factam improbabāt electionem: quoniam & infra annos, & extra ordines, & per tumultum populi magis ficta, quā facta eſſet: promotionis tuę cauſas aſſerere. Ceſſerat iā contradicentibus ipſe metropolitanus, & quia ratione ſuperabatur, rem iudicio Papæ, non tam decidendam quàm reſcindendā reſeruare decreuerat. Ego tamē multo conatu, multo diſcurſu, magnis precibus, tandem apud ipſum vt conſecrareris obtinui. Idē cùm Stephanus, cum quibuſdam quos omnes tibi poſtmodū, meā, vt fertur, pactus deiectionem ex infeſtiſſimis amicos feciſti: iniquum eſſe clamaret, ego ſtultè qui- C dem & improuidè, ſed nimio tuo fauore ſeductus, meipſum deuoui, in me, inquiens, ſit iſta iniquitas. Idē ne ociosè dixerim. Cùm primùm licuit, tu ipſe cauiſti: eandem iniquitatem in caput meum refondens, nouo, & inaudito genere charitatis, vt is potiſſimùm amico dedecus, & damnū inflixerit, pro cuius operibus, & honore id ille ſibi fuerit imprecatus. Et vtinam me ſtatim vt à nobis cōſecutus es, & intronifatus quēadmodum mente cōceperas honoribus ſpoliaſſes: nec diſſimulandum deliberaſſes ad tempus, quóuſque opera mea vſus fuiſſes, ad ex hauriendū quod Romæ reſtabat pe- D riculum. Saluū mihi eſſet viaticum, quo tibi meis ſtipendiis militaui, ſalui tot, & tanti longiſſimi itineris labores: ſaluę preces & lachrymæ, quas pro te fudimus apud Papam, ſalua pecunia, quæ cum eſſet neceſſaria, vt potè longius progredienti, tui tamen egredientis vſibus accommodaui. Cuius partem poſtquā à te expulſus ſum, cū repetiſſem vix tandem & difficulter recipere merui partem in compenſationem iumēti, quod à te commodatum in obſequio tuo conſumpſerā, tua cautela retinuit. Poſtquā ergo reuerſi ſumus & te cōfirmatum, conciliata tibi ſoli ſicut ſuperius prælibaui communium aduerſariorū pars, ſenſiſti protinus E eorundem conſilio, nec opinantem aggreſſus omnibus honoribus, ac beneficiis, quæ mihi anteceſſorum tuorum contulerat liberalitas, me priuaſti, nec precibus vllis, aut præcedentium meritorum obtentu, à te impetrare potui, ſaltem ſex menſium inducias, quibus pudori meo conſulens exire me fingerem, non expelli. Adeo nō tibi ſatis fuit, amicum damno afficere, niſi & dedecoris improperio cùmulares. Cumque me indignè tractatū conquererer, ad Papę audiētiam è veſtigio prouocaſti. A te antè audientia ſpoliatum, pro te ſumptibus nuper exhauſtum, per te laboribus fatigatum, ad hęc ætate iam ſenem, febribus anhelantem. Ipſe iuuenis, robuſtus, opulentus in hio, nuper honore glo- A rioſus, vt ſcilicet, ibi te cogente cauſam dicerem, vbi pro te ſpontaneus eodem anno lacbrimas dederam. Et tu quidem hæc omnia te credebas callidè ſpeculatum: ego verò perſenſi hæc eadē malitiosè, crudeliter machinatum, tanquam ſi armatus & integer ſaucium & inermem, non hoſtem, ſed amicum prouocares ad pugnam. Nam ea quæ apud omnes alios mihi prodeſſe poterant, ad impetrandam miſerationem, tu ſolus conuertens ad me prorſus extirpandi occaſionem. Et quæ cæteros mitigarent, quæ ſunt clementiæ, te potius irritabant. Reuerſus ergo Roma, accepta videlicet faciendi quod iam feceras poteſtate, ne quid odio B tuo deeſſet, delere nomen meum de catalogo, prorupiſti, prius omnia, meas etiam ſyllabas perſecutus. Vtinam & ſubſcriberes: Iniquo odio oderam illum. Tale tropheum titulo tuo dignū erat. *Pſal. 28.* Idem ſi zelo iuſticiæ id feciſſe reſponderis, quia videlicet canō, in duarum ciuitatum eccleſiis vetat clericum aſcribi: arguit te ſiccarius, arguit te Stephanus, alter in cœnomanenſi, alter in turo- *XXI. q. 1. c. 1. in* nenſi eccleſia prius conſcripti. Sed dum hæc refero non quaſi texēs hiſtoriā, ſed quaſi texens iniu- *duab.* riam, tua forſitan ſublimitas indignatur, iraſcitur, *Eccl. ert.* incandeſcit. Et dum imbecillitatem meā, cum tuis metitur viribus, ad exerendam accingitur vltio- C nem. Noli obſecro cogitare quid poſſis ſed quid debeas meditere, nec fortunæ vires attendas, ſed communis iuſticię conſidera rationem. Quantum enim in me tibi licuit, tantum & aliis in te licet. Et neminem eò fortuna prouexit, vt nō tantundem illi minetur, quantū permiſit. Excelſus multò, facilius caſus nocet. Memor igitur conditionis humanæ, impetum feruidæ iuuentutis compeſce, & inflata nimium ſecundæ fortunæ vento, vela contrahe: Ne forte ipſa tibi proſperi curſus velocitas, cauſa fiat colliſionis in ſcopulos. Nondū per ætatem, longam cœpiſti experiētiam: nec adhuc mēs D tua caſuū varietate decocta maturuit. In antiquis, ait ſcriptura, eſt ſapiētis, & in multo tempore prudentia. Et alibi interroga patrem tuum & annun- *Iob. 12.* tiabit: tibi & maiores tuos, & dicēt tibi, Si tibi ante annos debita prouectioribus contigit reuerentia, nō his viribus tuis adſcribas, quæ vel non erāt, vel certè neſciebantur, fortuna enim ſæpius plus- *Deut. 32.* quàm conſilium valet, ſicut tam in hoc, quàm & in aliis frequenter experti ſumus. Timenda tibi *Pro. 20.* potius illa ſapientis ſententia. Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſsimo benedictione carebit. Et illud. Subſtātia feſtinata minuetur. Re- *Pro. 13.* fellēda etiam quorúmdam de te, vtinam falſa, opinio, qui ingenium tuum, non tam mutatum fœli- E citate, quàm manifeſtatum putant. Multorū ſiqui- *Magiſtratus virum indicat.* dē vitia, quæ imbecillitate latent, dum eis inſtrumenta explicandæ nequitiæ deſunt, cum illis ſuæ vires placuerint, fœlicitas aperit. Sic peſtifera ſerpens ſecurè tractatur, dum riget frigore: Non deſunt tūc illi venena, ſed torpent. Quod ne tibi iuſtè poſsit aptari, ſummo conamine elaborandū eſt, & nō ſolùm hoc ne te detexerint, ſed & illud ne te effecerint fortunæ beneficia peiorem. Diuitię, inquit, Pſalmiſta, ſi affluāt nolite cor apponere. Tùm *Pſal. 91.* ergo tibi ſalutaria conſilia aduoca, cùm tibi alludit vitæ proſperitas. Tunc te valde in lubrico retinebis, ac ſiſtes, nec tibi dabis impetus, liberos ſcilicet

Crimen imponunt qui mercedem ſoluere nolunt.

Epiſcopi ficta non facta electio.

licet ſi circunſpicies quò cuodum ſit, vel quóuſque. Nec altiori te rei impone in qua ſtâti tibi vel tremendo deſcendẽdum ſit vel, cadeodũ. Nec iſta dico, vt in me fias vel indulgentior de cætero, vel liberalior. Quod vtrumque iam dudum certit iudiciis deſperaui: ſed ne meo exemplo in multorum excurras pernlciem, abutens ſcilicet poteſtate, qoam tibi permiſit domious in ædificationem, & non in deſtructionem. Ego enim licet Appenninũ ad præſens euaſerim, io quo mihi ſepulcbrũ inter anteceſſores meos, qoibus indignum me ſatenr, melanium dico, & moderaonum inſolenti ſatis elogio deuouebas. Iam tamen defuoctus laboribus, & debitam mihi domino largiente, adeptus menſuram, tranquillum magis vitæ finem exceptare debeo, quàm ſuperfluis vlterius ſtipendiis occupari. Sufficit præteritom tempus, ſicut dicit Apoſtolus, ad conſummandam voluntatem gen-

Rom. 14. tium, vt de cætero iam non nobis viuamus, ſed ei, qui pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit.

Epiſt. 81. Argumentum.

H. exceptiones eccleſiaſticarum antea pollicitas nunc demum abſolutas, & quem vſus in ſe habeant commemorat, hortatus etiam lectorem ne damnet contrarietate ſcripturas ſi quædam videat præcepta durius, alia remiſsius, nam ſecundum iudicium nonnulla ſecundum miſericordiam reliqua dicuntur.

EXceptiones eccleſiáſticarum regularum, partim in Epiſtolis Romanorum pótificum, partim ex geſtis conciliorum catholicorum Epiſcoporum, partim ex tractatibus ortbodoxarum partiũ, partim ex ioſtitutiooibus catholicorum Regum, noonullo labore in vnum corpus ordinare coraui. Vt qni ſcripta illa, ex qulbus iſta ſnnt excepta, ad manum habere oon poterit, binc ſaltem accipiat, quòd ad commodum cauſæ ſuæ valere perſpexerit. A fundamẽto igitur Chriſtianæ religioois, id eſt de fide iochoantes, ſic ad ea quæ ad eccleſiaſtica ſacramenta pertinent ſub generalibos titulis: ſic ea quæ vel ad inſtruendos vel ad corrigendos mores: ſic ea quæ ad qnæque negotia diſcutienda, vel diffinienda pertinent ſub generalibus titulis diſtincta congeſſimus vt oon ſit neceſſe quærenti, totum volumen enoluere, ſed tantùm titulum generalem ſuæ qoæſtioni congruentem, & ei ſubiecta capitula ſine interpelatione tranſcurrere. In quo prudentem lectorem præmonere dignum duximus, vt ſi forte quæ legerit, non ad plenum intellexerit, vel ſibi inuium eſtimauerit, non ſtatim reprǽhendat, ſed quid ſecundum rigorem, quid ſecuodum moderationem, qoid ſecuodum iudicium, quid ſecundum miſericordiam, dicatur diligenter attendat,

Excep. Eccleſ. quor ſunt vtiles.

Pſ. 100. Pſal. 24. Quæ intus ſe diſſentire noo ſentiebat, qui dicebat. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Er alibi. Vniuerſæ viæ domini, miſericordia, & veritas: habet enim omnis eccleſiaſtica diſciplma principaliter hanc intẽtionem, & omnem edificationem aduerſus ſcientiam Chriſti ſe erigentem deſtruere, vel edificationem donum virtute & morum honeſtate conſtantem cooſtruere. Vt eandem ſi contaminata fuerit, pœnitentiæ remediis emendare. Huiot ædificationis magiſter is eſt charitas, quæ ſaluti proximorum conſulens, ad

Diſcip. Eccl. intentio.

Appendix.

A finem ſacris inſtitutionibus id præcipit aliis fieri, quod ſibi quiſque vult abalüs impẽdi. Quicũque ergo eccleſiaſticus doctor eccleſiaſticas regulas ita interpretatur, aut moderatur, vt ad regulã charitatis, cuncta quæ docuerit, vel expoſuerit, referat, nec peccat, nec errat, cum ſaluti proximorum coolulens, ad finem ſacris inſtitutionibus, debitum peruenire intendit. Vode dicit beatus Auguſtinus de diſciplina eccleſiaſtica tractãs, habe charitatem, & fac quicquid vis. Si corripis, corripe com charitate. Si parcis, cum charitate parce. Sed iohis adhibenda eſt ſumma diligentia, & mundanus oculus cordis, quatenus in puniendo vel parB cẽdo ſanandis morbis charitas ſyncera ſubueniat, & nemo venalium medicorum more quod ſuum eſt, ibi quæat, oe propbeticam illam reprehenſionem incoraat. Mortificabant animas, qui oõ viuebant, moriebantur: & viuificabant animas, quæ non viuebât. Sicut enim corporalis ratio medicinæ, vel depellere morbos, vel curare vulnera, ſalutem ſeruare vel augere intendit: nec medicus contrarius ſibi videatur cùm pro qualitate, vel quaotitate ægritudinis, vel ægrogantis, nũc mordentia, ounc mollientia ægrotanti medicamina a pponit: & nunc ferro ſecat, cui ſomento ſubuenire non poterat, & è conuerſo, ei ſubuenit vnC guento, quem ferro ſecare non audebat. Ita ſpirituales medici doctores videlicet ſpirituales eccleſiæ ſanctæ, nec à ſe nec inter ſe diſſentiunt, cùm illicita prohibent, cùm neceſſaria iubent, ſomma ſuadent, veniale indnlgent, cùm ſecuodum duritiam cordis delinqueotiom, pro correctione delinquentium, vel cautela ceterorum, ſæueras pœoiteotiæ leges impoount, vel cùm ſecundum deuotionem dolentium & reſurgere volentium cõſiderata fragilitate vaſis, quod portant indulgentiæ, malagma ſupponunt. Nam qui indnlgent maloribus morbis amouendis prouident, & qui illicita prohibent, à morte deterrent: qui verò oeD ceſſariis iubent, ſalutem cupiunt cooſeruare, qui antem ſumma ſuadent, ſalutem ſtudent augere. Hoc attendens diligẽs lector, intelliget vnam faciem eſſe eloquiorum ſacrorum, cum diſtiotè conſiderabit, quid ſit ammonitio, quid ſit præceptum, quid prohibitio, quid remiſſio, & hæc nec ſe inuicem impugnare, nec à ſe ipſis diſtare, ſed in omnibus ſanitatis remedium, pro ſua moderatione, & diſpenſatione moderare. Sed omnia quid ponderis habeant, quibúſue conueniant, quàm ſint remiſſibilia, quæ irremiſſibilia, & quando vel quibus ſint remittenda, paulò latius diſtinguendum.

Interp. regula charitas.

Ezech. 13.

In ſacris nihil cõtrarium.

E Et prima quidem ammonitio pœnam ooo intentat, ſi quis poſt eam non eat, ſed primùm ſibi adquieſcentibus pollicetur: vnde domious dicit io euaogelio. Si vis eſſe perfectus, vade vende omnia quæ babes, da panperibus, & habebis theſaurum io cœlo. Ecce lectio iſta Euaogelica in voluntate hominis perfectiooem ponens, non cogit, oon mioas intentat. Sicut illa, quæ Spadones laudans, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum ſubinfert. Qoi poteſt capere, capiat, Attamẽ cum ad perfectionem ſe quiſque aſtrixerit: vel gradum, quem nullus aſcendere abſque contentione nirtute debet, aſcenderit: iam fit neceſſariũ, & penale ſi non teneatur, quod ante hanc aſcen-

Mat. 19.

Alia præceptis alia voluntatis.

Mat. 19.

ſionem fucsat voluntatium vnde & dominus di-
Luc. 9. cit. Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciés
retro, aptus eſt regno dei. Poterat enim ſieri ante
aſcenſionem inſerior, oon tamen deterior. Poſt
deſceuſionem vero ioſcsios eſt, & deterios, hæc
de amonitione.

Indulgentia verò quantum nobis videtus, quia
melioranou elegit, remedium quidem habet in
premium: Sed ab hoc ſi quis declinauerit, mere-
tur exiriale iudiciū. Et verbi gratia. Scimus ſicut
1. Cor. 7. ab Apoſtolo didicimus, huioano generi proptes
vitandam ſornicationem iodultum eſſe coniu-
gium: cuius violator meretur ęternū, eodem Apo-
B ſtolo teſtante, ſnpplicium. Dicit enim ſornicato-
res, & adulteros iudicabit dominus. Et hic gradus
ſicut de amonitione diximus, nullum cogit niſi
qui ſe priuatus alligauerit, voluntarius enim non
Coniugium voluntatis nō neceſſitatis. eſt neceſſarius, alioquin tranſgreſſor eſſet quicū-
que vxorem non duceret. Poſtquā verò ſe alliga-
uerit, audiat Apoſtolum dicentem. Alligatus es,
noli quærere ſolutionem. Idéque Apoſtolus cum
de nuptiis loquererur, nō dixit, mnlier ſi nupſerit
1. Cor. 7. præmiū meretur. Sed tantùm dixit: non peccat, ſi
nubat. Ita qnoque, ſi quis ad quotidiana ieiunia
inuitet aliquem, rem quidé remuneratione dignā
acquieſcenti & perſeueranti, ſed qui non acquie-
C uerit, non ſit ſe ipſo melior, ſed liceat maneat ſa-
cientibus inſerior, non ſit ſe ipſo pelor. Si vesò à
voto cecidesit, ſit ſe ipſo inferior, ac dercrior. Si
vero infra metas ſobrietatis, & menſæ frugalis ſe
cohibuerit, ſummorum premia nō aſſequitus, ſed
ſi ad commeſſationes & ebrierates prolapſus fue-
rit, rem repræbeoſione & conſnſione dignam
feciſſe perhibetur. Iſti itaque duo ſtatus, vnus ſu-
perior, alius inſerior, qui ante votum ſunt voluo-
Votum ligat. tarii, poſt votum verò neceſſarij, habent modos
& inſtitutiones ſuas, quæ obſeruatæ, ſicut
iam ſupradictum eſt, aliis semedium, aliis ad-
quirunt ſupplicium, obſeruatæ præminm acqui-
D runt, non obſeruatæ verò æternum merētur ſup-
plicium. In bis itaque ante ſnſceptiooem delibe-
randum eſt. Poſt ſuſceptiooem verò perſeueran-
dū. His itaque prælibatis de præceptione & pro-
hibitiooe, aliqua ſunt nobis dicenda.

Mandata duplicia. Præceptiones itaque, & prohibitiones, aliæ
ſunt mobiles, aliæ ſunt immobiles. Præceptio-
nes ſunt immobiles, quas lex æterna ſanxit: quæ
obſeruatæ ſalntem conferunt, non obſeruatę ean-
Deut. 30. dem auſesunt. Qualia ſunt, diliges dominum deū
tnum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & pro-
ximum tuum ſicut te ipſum. Et bonora patrem
tuum & matrem tuam, & ſi qua ſunt ſimilia. Mo-
E biles ſunt, quas lex æterna non ſaozit, ſed poſte-
riorum diligentia inuenit ratione vtilitatis, nō ad
ſalutem principaliter obtinendam, ſed ad eam tu-
Tit. 3. tius inneniendam. Quale eſt illud Apoſtoli, bere-
ticum poſt primam, & ſecundam corseptionem
deuita noo qnod eorum colloquium per ſe ſaluti
obeſſet, ſed quod freqnentatum, ex obliquo quo-
rúdam ſimplicitatem corrumpere poſſet. Et mul-
ta reperies in canonicis inſtitutionibus in hunc
modum. Similiter immobiles prohibitiones ſunt
quæ aduerſus vitia loquuntus. Qualia ſunt non
occides, non mœchaberis, & cætera, hæc ſunt illa
minima mandata, de quibus dominus dicit, quia
qui ea ſoluerit & ſic docuerit, in regno cœlorum

A minimus esit. Qui verò obſeruauerit, non ſtatim
dignus erit regno dei: quia inchoantia ſunt hæc, *Mat. 5.*
non perfi.ienua. Snnt alia interdicta, quaſi non
interdicta fuiſsét, nec in illis operaretur, nec ſalus
periclitaretur. Sed ad hæc ea ſanctorum patrum
authoritas reuerenda ita decreuit, vt & præſenti-
bus non obeſſent, & compeſcendis maioribus ma-
lis, vel cauendis ſyncera charitas prouider. Quale *Apoſt.*
eſt illud, vt Clesicus poſt actam de crimine dam- *ſanctionū*
nabili pœnitentiam clericus non mancat, vel ad *can 60.*
clericatum accedat. Quod, vt ait beatus Auguſti- *& 64.*
nus, dictum eſt, rigore diſciplinæ, non deſperatio-
ne indulgentiæ. Alioquin contra claues eccleſiæ
B diſputarerur, de qnibus dictum eſt. Quodcumque
ſolueritis ſuper terram, esit ſolutum in cœlis. Sed *Mat. 16.*
ne forſitā ſpe oneris eccleſiaſtici animus intnme-
ſceret, ſuperbè ageret pœnitentiā, ſeueriſſimè pla-
cuit, vt poſt pœnitentiam nemo fiat clericus, vel
maneat clericus. Quæ poſteriorum non eſt pu-
taoda ſoperuacua diligentia, qui vt ſaluti nihil de-
trahebatur, humiliati aliquid addiderunt, quo ſa-
lus totius muniretus, experti credo aliquorum
fictas potentias. Coguot enim multas medicinas
inueniri multorum experimēta morborum. Tale
eſt illud in Euangelio. Sit ſermo veſter, eſt, eſt, nō,
non. Qnod autem amplius eſt à malo, eſt non iu- *Mat 6.*
C rantis, ſed iurare cogentis. Non quòd malum ſit *Iac. 5.*
inrare in contractibus humanis ex neceſſitate: ſed
quòd longiùs ſit à periurio, qui nunquam iurat,
quàm ille qui qualicunque occaſione iurat. Nam
de domino dicitus. Iurauit dominus. Et Apoſto- *Pſ. 109.*
lus dicit. Omnis controuerſiæ eosum finis eſt iu- *2. Reg. 3.*
ramentum. Et idem Apoſtolus dicit ita inrās. Eſt *Pſ. 131.*
vetitas Chriſti in me. Et alibi. Quotidie morios *Heb. 6.*
propter veſtram gloriam fratres. In bis ergo in *1. Tim. 2.*
quibus obſeruatis ſalus adquiritus, vt in qni- *1. Cor. 15.*
bus neglectis mors indubitata conſequitur, nulla
eſt admittenda diſpenſatio, ſed ita ſunt omoia mā-
data, vel intesdicta ſeruanda, ſic ſunt æterna lege
D ſancita. In bis verò, quæ propter rigorem diſci-
plinæ, vel propter minuendam ſalutem poſterio-
rum ſanxit diſciplina, ſi honeſta, vel vtilis coonſe-
quatur compeoſatio, poteſt procedere diſpenſa-
tio auctoritate præſidentium, diligēter delibera-
ta. Multa enim talia, in Euāgelica hiſtoria in acti-
bus Apoſtolorum, in geſtis conciliorum, & con-
tigiſſe legimus, & poſtmodum apoſtolicorum vi- *Mat. 10.*
rorum auctoritate soborata cognouimus. Aſſu- *Luc. 10.*
mamus itaque primnm teſtimoniū de Euangelio.
Dominus qnippe mittens diſcipulos ad prædicā-
dum interdixit eis ſacculum & perā. Et quia iuxta
domini noſtri Ieſu Chriſti in terris diſciplina mo-
E rum eſt inſtante tempore paſſionis ſuæ, & peram
reddit & ſacculum. Seipſum primùm dans in exē-
plum, qnod io buiuſmodi traditionibus neceſſi-
tati temporis ſit cedendum. Similiter Paulus, cùm
per Corinthios ſe tranſiturum promiſiſſet io Ma-
cedoniam, & præſenſiſſet hoc eis mioimè proſu-
turum mutauit diſpoſitionem ſuam, non tamen
ſententiam. Vnde ſe ita excuſat. Cum ergo hoc
voluiſſem ounqnid leuitate vſus ſom, aut quæ co-
gito, ſecundum carnem cogito, vt ſit apud mé, eſt,
& non. Non enim ſententiam ſuam ſe mutaſſe in-
telligebat, qui in venieodo ad eos, & non venien-
do ſalotem eorum quęrebat. Vnde & in ſequenti-
bus dicit. Ego autem teſtem deum inuoco in ani-
mam

mam meam, quod parcens vobis vltra oon veni A
Corinthum. Secundum carnem quoque diſpoſitionem ſuam mutaſſe ſe dici nõ putat. Quoniam qui ſecuodum dominum cogitat, tunc non implet quod diſponit, quando perſonis maioribus defert. Aut certè lucris, aut msioribus apparatibus vioceretur. Spiritualis autem tunc impoſitum implet: quando conſultus communi ſenten-
Rom. 15. tia Ieroſolimis confirmatum eſt, & per Paulum &
per Barnabam fratribus per Aſiam deſtinatum, ne
quiſquam ad fidem veniens circuncifioni legis B
obnoxius haberetur: Ipſe etiam Apoſtolus ad
Gal. 5. Galatas ſcribens, ita dicit. Si circũcidamini, Chri-
ſtus oihil vobis proderit. Et idem Apoſtolus cùm
Gal. 2. Petro reſtitiſſet in facie, quod ſimulationi quorundam conſenſiſſet iudæorum, qui circuocifionem ſaluti putabant eſſe neceſſariam, tamen ne-
Act. 16. ceſſitati temporis cedens, Timotheum liſtris circuncidit, vt ſcandalum iudæorum ibidem commorantium deuitaret oſtendens actu, quod alibi
1. Cor. 9. ait. Factus ſum iudæis tanqnam iudæus, vt iudæos
lucriſacerem. Quod dixiſſe intelligendum eſt, non actu metuentis, ſed affectu compatientis: cui- C
que ita cupiens ſubuenire, quemadmodum ſibi ſubueniri vellet, ſi ita affectus eſſet. Multa quoque principes eccleſiarum pro tenore canonum diſtrictius indicabant: multa pro temporum neceſſitate tolerant, multa perſonarum vtilitate
Aſſumptus eſt nectarius hiſt. Eccl. l. 11. cap. 21. Trip. c. 13. l. 9. & Ambroſius Eccle. hiſ. 11. c. 11. vel ſtrage populorum vitanda diſpenſant, mnlta etiam à ſanctis patribus imminuta ſcripturarum teſtimoniis comprobantur: ſicut ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſanctus Pootiſex leo neophytos ad ſummum ſacerdotium permiſit accedere, quos Paulus publica prædicatione ſtuduit ab hoc negotio remouere. Sicut etiam Arrianos priúſquam conuerſi fuerint legimus in ſuis officiis fuiſſe ſuſceptos. D
Inde etiam prætaxatus populeo deteſtabile noo mutandorum ex diſcretione temporum, ita ſcribit ruſtico Narbonenſi Epiſcopo. Sicut quædam

A ſunt quæ nulla poſſunt ratione mutari, ita multa ſunt, quæ aut pro neceſſitate temporum, aut pro conſideratione ætatum oportet temperare, illa ſemper conſideratione ſeruata, vt in his, quæ dubia fuerint, aut obſcura id nouerimus ſequendum, quod nec præceptis Euangelicis ſit contrarium nec decretis ſanctorum patrum inueniatur aduerſum, Vnde Auguſtinus in Epiſtola ad bonifacium. In huiuſmodi cauſis niſi per graues diſſentionum ſciſſuræ, aut illius, aut huius hominis B eſt periculum, ſed populorum ſtrâges ſubiacent: detrahendum aliquid eſt ſeueritati vt maioribos malis ſanaodis chaitas ſynceris ſubueniat. Idem aduerſus hæreticos. Si inquiont oportet vt eccleſiam nos fuiſſe pœniteat, vt ſalui eſſe poſſimus, quomodo poſt iſtam pœnitentiam apud vos clerici, vel etiam Epiſcopi permaoemus. Hoc non fieret, quoniam reuera, quod fatendum eſt fieri tamen non deberet niſi pacis ipſius compaſſione ſanaretur. Sed ſibi hoc dicant, & multo maximè homiliter doleant, qui io tanta morte præciſionis iaceant, vt iſto quodam vuloere matris catholicæ reuiuiſcant. C Cùm enim præciſus ramus inſeritur fit aliud vulnus in arbore, quo poſſit recipi vt viuat, qui ſine vita radicis peribat. Sed cùm receptus recipienti coaluerit, & vigor conſequitur, & fructus: Si autem non coaluerit, ille quidem areſcit, ſed vita arboris permanebit. Eſt enim talo miſerendi genus, vt nullo præciſo ramo, qoi intus eſt, ille qui fnris eſt ioſeratur. Non tamen nullo, ſed vel leuiſſimo arboris vulnere. Ita ergo & iſti, cum ad catholicam radicem veoiunt, nec eis quamuis poſt erroris ſoi pœnitẽtiam honor Clericatus, aut Epiſcopatus aufertur, fit quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris, contra D integritatem ſeueritatis. Veruntamen, neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.

2. Tim. 3. & in Arel. cõc. can. 1. in conſt. 8. a 4. in laodic. can. 3.

MANVELIS PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI RESPONSA AD BELLÆ EPISCOPI INTERROGATIONES.

SAcratiſſimus Dyrrachii metropolita Romanus, dilectus io Domino frater, & ooſtræ mediocritatis comminiſter, noſtræ hodie aſſidens mediocritati ſynodicè præſidenti cum ſacratuſimis ſuis fratribos, Cæſareæ Cappadociæ, Metrophane: Sardium, Andronico: Philadelphię, Phoca: Ponto beracleæ, Nicepboro: Smyrnæ, Georgio: Methymnæ, Michaele: chartam in medium vt legeretur protulit: in qua erant interrogationes piiſſimi Bellæ epiſcopi, quærentes ſynodieas ſolutiooes. Erant autem interrogationes hoiuſmodi.

1. Quidam cùm per odium aut aliam qnamlibet ob cauſam à ſuis vxoribus diſceſſiſſent, peregrè degentes, noo reuertuntur: & cùm iocertum ſit vbi agant, ſic eorum vxores durant per quinque annos vel plures: An eas oporteat aliis cooiungi viris.

2. Quidam ſacerdotes in magna Quadrageſima præſanctificatos diuinos panes in panariis recondentes, iis deinde opera dæmonis ex ſepto diuino ſubreptis à muribus, & cane oſtium aperiente, vel E etiam cùm ſacerdos ſacrificaret, & ad menſas procationes legeret, deliteſcens mus, poſt oblationem, conſecratum dioinum corpus ſubripuit, Quam cenſuram merentur ſacerdotes?

3. Sacerdotes qoidam à ſuis antiſtitibus excommunicati excommonicationem contemnunt, & ſub pœnis cùm ſint, ingrediuntur & ſacrificant? Quónam modo ſunt hi plectendi?

4. Laici cùm ſecuodas contraxerunt nuptias, liberis procreatis poſt quadrageſimum annum, poſtulant ad tertias conuolare, ob præexiſtentium liberorum educatiooem, & oe paſſim poccent: An ſine reprehenſiooe id faciant?

5. Antimenſia ſcimus ſacta, poſtquam antiſtes per ſe operatus fuerit dedicationem, & ex panno ſubſtrato circonuoluentéque menſam, in fruſta diſſecto & ſcripto, ſacerdotibus dari, oec poſſe ſine

HISTORIA BELLI IVDAICI PER IOSEPHVM HEBRÆVM GORSONIS FILIVM, INTERPRETE DAVIDE KYBERO, ARGENTINENSI.

Ioſippus hic, alter ab Antiquitatum Iudaicarum ſcriptore, videtur fuiſſe, cùm ſe Gorionis filium diſerte dicat, huius Hiſtoriæ lib. 2. cap. 13. 2.. 24. & alias frequenter: ille verò alter, 2. lib. de bello Iud. cap. 25. poſt Ceſtium profligatum deſignatos fuiſſe Ioſephum hunc Gorionis filium, & Ananum Pont. qui omnia in ciuitate gerenda imperarent. ac ſtatim inter reliquos Iudaicarum Toparchiarum rectores, Ioſephum alterum ſeipſum videlicet Mathiæ filium, vtriuſque Galileæ, adiecta Gamala, rectorem nominet. Alioqui tam multa ſunt quæ huic vni Mathiæ filio poſſunt conuenire, & tamen ſibi tribuit Hiſtoriæ huius Author 1. lib. cap. vlt. 2 lib. cap. 14 15. & alijs: plane vt incertum ſit, vtri (atque etiam fortaſsis an neutri) ſit tribuenda hæc Hiſtoria.

CAP. I.

SVb ea tempora excitatum eſt bellũ inter Iebudæos & Romanos, rebellantibus Iehudæis aduerſus Romanos, propter Pilum †ducem exercitus Romani, qui duriſſimum Iehudæis iugum impoſuerat, multáque ſceleratiſſime perpetrauerat: non enim ſolum ſanguinem innocentem effundebat, nec tantum pro libidine ſua, matronas virginéſque in vrbibus Iehudah ſtuprabat, ſed & magna crudelitate quorumlibet bona diripiebat. Accidit verò tum, vt Beronice ſoror Agrippæ regis, Hieroſolymas religionis ergo, veniret: Quæ cùm videret Pilum violenter populum Iſraël opprimere, ac propter exactiones vectigalium, plurimos in ipſa etiam templi crepidine necare, egreſſa eſt collachrymans, interceſſura apud Pilum, vt parceret populo (vehementi namque commiſeratione populi affecta fuerat) quod tamen Pilus non præſtitit. Quin cùm ab illo ſoror regia diſcederet, irridebat ac ſubſannabat illam in Templo Domini†. Porro erat ibi iuuenis fortiſsimus, nomine Eleazar, filius Anani ſummi ſacerdotis, is fungente patre officio ſacerdotis, cùm vidiſſet quæ Pilus Iſraëli faciebat, accenſus eſt longe maximo zelo, clanxítque tuba: vnde ſubito ad illum congregati ſunt turmæ iuuenum, viríque bellicoſi, ac bellum excitauit, pugnauítque cum Pilo & Romanis copijs, in quibus maximam ſtragem ædidit. Præualuit itaque Eleazar ipſi Pilo, proſtrauitque omnem eius exercitũ, quamobrem fugiens Pilus Hieroſolyma, ſol⁹ peruenit in Ægyptum. Factúmque eſt cùm fugeret, in via forte offendit Agrippã regẽ redeũtẽ Roma à Nerone Cæſare, vt cõtenderet in Iehudæam: cui narrauit quæ ipſi acciderant ab adoleſcentibus Iehudæorum. Tunc enim redierat rex Agrippas ex Ægypto Hieroſolymas, miſerátque ſoror eius Beronice epiſtolã ad fratrẽ regẽ Agrippã, vt is ſeſe adiungeret Iudæis auxiliũ. Quin & omnis populus egreſſus Hieroſolymas, obuiam regi Agrippæ, per viam ſexaginta milliarium, corã illo proſtrati ſunt dicẽtes, viuat domin⁹ noſter rex Agrippas. Rex vero Agrippas quæſiuit ea quæ ad pacem vrbis populíque pertinebãt, atque ita ingreſſus eſt Hieroſolymas, vnà cum duobus magnanimis Romanis ducibus, quos in caſtris ſuis habebat. Cùm ergo rex Agrippas in mediũ vrbis iam veniſſet, acclamauit illi popul⁹ clamore magno, dicẽs: libera nos ó rex, ſitque manus tua in auxiliũ noſtrũ, nõ enim poſthac vltra ſeruiem⁹ Romanis. Cúmque audiret rex verba hæc, miſert⁹ eſt populo: veruntamen diſplicuit illi plurimum, quòd populus rebellare vellet regno Romano. Cõgregauit itaque populũ in crepidine atrij Templi, ſimúlq; omnes ſeniores Iſraël, optimóſque quoſque, & ſummum quoque ſacerdotẽ Anani, ac narrauit illis† omnem fortitudinẽ Romanorũ, & firmitatẽ regni illorum, retulitq; inſuper gẽtes, quas ei: cùm circa deu. cerãt, ita quidẽ vt ne reliquiæ ex illis ſupereſſent. Quamobrẽ obſecrabat illos ne prouocarẽt Romanos, neúe diſperderẽt reliquias Iſraëliticas: Porrò addidit rex, dicẽs: Audite fratres mei, ſcio equidẽ quod dolor magn⁹ reſideat in corde veſtro, quem admodũ & ego doleo angórque vobiſcũ, infirmiores enim ſumus quàm vt Romanis reſiſtamus. Verumenimuerò, ſi conſilium meum audieritis, bene vobis hoc cedet. Vbi enim conſilium, ibi & ſalus. Toleretis ergo aliquandiu iugum Romanorũ ducum, donec negotium per literas Neroni ſignificẽ, eúmque deprecer, vt auferat à vobis duces iſtos. Ne, quæſo, feſtinetis liberi fieri: multi enim filij hominũ, cùm quærerent libertatem, inciderunt in captiuitatem ac ſeruitutem grauiorem, Multi proinde in populo noſtro ſunt homines nequam, qui bellis delectantur, hæc enim opus illorum ſunt, cum quibus plærique etiam boni cadent. Propterea audite verba mea, & qui ſapit intelliget rem per ſe, quique imprudẽs eſt diſcet ex verbis meis. Quamobrem ſitis tranquilli, id quod tam mihi quàm vobis profuerit: ego enim modeſtè loquar ac leniter, vos verò id audietis, ac intelligetis. Si verò non tacueritis, ſed poti⁹ ſermonib⁹ meis obſtrepitis, duo mala incurretis: orationẽ enim meã interrũpetis, & vos metipſos, quò minus audiatis, impedietis. Sed agite longanimes ſitis dũ Romã de his perſcripſero, quò Cæſar peſſimos iſtos principes à vobis auferat, mittátque vobis præfectos manſuetos: ſi enim tales habueritis, non ſeruitus, ſed libertas ea vobis meritò videbitur, quãdo namque præfectus iniqu⁹ eſt, durior quoque exiſtit ſeruitus. Nũc ergo continete vos ne illos calumnijs proſequamini, etiã ſi enim impij ſint, verebũtur tamẽ aperte malũ perpetrare, clã enim illud faciunt, cúmque illos calumniabimini, perfricabunt frontẽ, mala facient palã, atque ita ex iudicibus & præfectis fient hoſtes. Tolerabilior enim eſt præfectus iniquus hoſte iuſto. Ille enim clam deuorat hominum filios, hic autem palam diſperdit homines: ne igitur prouocaueritis illos: Conſiderate feras quæ ſunt ſub poteſtate hominum ligantúrque catenis, vt ſunt leones, vrſi, pardi, quos ſi non prouocaueris, nihil nocebunt tibi, & tranquilli ſunt: ſi verò ad loca illorũ acceſſeris, eóſque prouocaueris, etiam illi contra te inſurgent & occidẽt te, vnà cum aliis multis. Idem intelligere & cognoſcere poteſtis in febri, cui morbo ſi ſtatim ab initio medicamẽtis occurras, grauior euadet: verũ ſi lẽte ei medearis, reſtinguet calor eius. Nunc itaque cõtinete vos, ne irritetur aduerſũ vos Cæſar, ac vniuerſum imperium

** Hũc, vt opinor, Florum appellat, narrátque de illo prorſus eadẽ, Ioſ. 2. lib. de bell. Iud. ca. 53*

† Idẽ Ioſ. 2. lib. de bell. Iud. Cap. 15.

† Agrippæ regis orationem ad Iudæos de pace, habes apud Ioſ. 2. lib. de bello Iud. c. 16.

Appendix.

F

Romanum. Non enim damnum veſtrum expetit Cæſar, neque miſit ad vos iſtos præfectos, vt vobis nocerent, verum non vident oculi eius ab Occidente ad Orientem, nec pertingit manus ei' à Roma hucuſque. Eſt enim caro & ſanguis. A Quin potius expectate, vt mittam legatos ad Cæſarem, auferámque à vobis præfectos in pace, citra bellum, & ſanguinis effuſionem. Quod ſi omnino Romano Imperio reſiſtere ſtatuiſtis, ſcitote vos id minime poſſe, Deus enim illis adeſt vbique terrarum. Dominantur námque omnibus finibus mũdi, ſeruiũtq́ue illis omnes populi donec etiã veniat finis ipſorum *Quæ ſequuntur prætermittenda putauimus, habent enim enumerationem gentium à Romanis ſubactarum, eámque admodum obſcuram, eò quod B Ioſepho, ſicut ferè omnibus Iudæis hiſtoria Romanorum ac exterarum gentium non admodum nota fuerint, vt videre eſt in plurimis locis Ioſephi, vbi de exteris hiſtoriam texit.*

Inſuper adiecit Agrippas multa alia verba, quæ hîc non aſcripſimus. Et dixit adhuc: ſi in gratiã veſtri hoc non vultis facere, ſaltem facite illud propter terram veſtram, liberos, vxoréſque veſtras, ſanctuarium, ac ſacerdotes veſtros, quos amare vos conuenit, quibus parcendum eſt, ne omnia ſimul perdatis. Et cordi vobis ſint verba mea, nihil enim aliud vobis locutus ſum, quàm quod ſalutare vobis fuerit, & quod ad pacem noſtram C cum Romanis (quam maxime exopto) facere poterit. Quod ſi audieritis, & pacem elegeritis, ego vobiſcum ero: ſin verò bellum elegeritis, illud habeatis ſoli ſine me. His dictis Agrippas collachrymatus eſt, fleuerúntque cum illo omnes ſeniores, & ſapientiores populi Iſrael & meliores, ipſe quoque ſummus ſacerdos Anani fleuit. Sed Eleazar filius eius fortiſſimus, * cum quo manus erat iuuenum, bellatorúmque: ij, inquam, nõ fleuere, neque audiuerunt, nec inclinauerũt aurem, ſed impetu quodam irruerunt enſibus ſtrictis in duces Romanos, qui venerant eum Agrippa, & D occiderunt illos, vnà cum hominibus ac multitudine quæ cum illo erat in Hieruſalem & Iehudæa. Cùm autem viderent ſeniores Iuda ſapientes ac pij viri Iſraëlitici, quæ agebantur, egreſſi ſunt Hieroſolymas: nam timebant Neronem & crudelitatem Romanorum. Cæperunt ergo arcẽ Zion, & reſederunt ibi, nolebãt enim ſeniores illi in eodem conſilio eſſe cum Romanis. Quare auctũ eſt bellum inter ſeditioſos illos & ſapientes, ſeditioſi verò cæperunt Tẽplũ Domini. Cúmque audiſſet Eleazar & ſocij eius, quod aufugiſſent ſeniores & capita populi, quódque in monte Zion reſediſſent, acceſſerunt ad illos, & trucidarũt ex illis plu- E rimos. Præualuitque manus illorum contra ſapiẽtes & ſeniores. Videns igitur Agrippas quod augeretur manus ſeditioſorum plurimum, cum ipſe in caſtris extra vrbem degeret, miſit duos duces ſtrenuos, quorum alteri Dario nomen erat, alter vero Philippus vocabatur, & vnà cũ illis ſex millia † virorum bellicoſorum, in auxilium ſeniorũ & ſapientum, eorum ſcilicet qui pacis ſtudioſi erant. Qui præualuerunt Eleazaro & ſeditioſis cõiunctis illi, quos percuſſerunt clade magna, poſtquam ſeptem dieb' pugnaſſent, eóſque in fugam adusque Templũ Domini redegiſſent. Ab eo die & vltra inualuit bellũ inter Eleazarũ & complices

Sacerdotes amandi.

** Seditionis huius Eleazari, argumẽtũ habes apud Ioſeph 2. lib. de bello Iud. cap. 17.*

† Equites erant numero ... ſcribit Ioſ. 2. lib. de bello Iud. cap. 17.

A eius, & inter Agrippã regẽ ac exercitũ eius, ac inter ſapientes ſeniores principéſque qui cũ illis erãt. Cùm autẽ ingreſſi fuiſſent duces Agrippæ Tẽplũ, inſilierũt in illos à tergo, ſiccarij conducti à ſeditioſis, atque in medio turmarũ regiarũ ſeſe immiſcẽtes, vulnerarunt eos hinc inde: habebãt enim regij milites lanceas ac enſes ſtrictos, eóſq; maiores, in manibus pro more belli: ſiccarij verò cùm haberent gladiolos paruos ſub ipſis loricis, facile lædebant eos, atque ita ceciderunt quàmplurimi militũ regis, qui ingreſſi erant Tẽplũ, vincẽtibus ſubinde ſeditioſis. Quare in fugã conuerſi duces Darius & Philippus exercitúſque Roman' vnà cũ ſenioribus ſapiẽtibúſque ſtudioſis pacis, egreſſi B ſunt Hieroſolymas, & ad regẽ Agrippã cõfugerũt. Eleazar vero fili' Anani, & ſeditioſi, imperiũ vrbis adepti ſunt, idq́ue maximo ſuo omniũ dãno. Creuitque malitia ſeditioſorũ in medio Hieroſolymę incenderũt enim domũ Agrippæ regis, quæ erat Hieroſolymis, omnéſque theſauros ei', omnia pretioſa deripiẽtes intérque ſe partiẽtes: cõbuſſerũt etiã libellos rationũ, debitorũque, qui erãt in domo regia, ſuccẽderũt quoque domũ Beronices ſororis regis, & artifices inſuper præfectos operibus regiis interemerunt: atque ſic dominiũ illorum in vrbe indies iniquius grauiúſque euadebat.

CAP. 2

C IN diebus illis habitabãt Iehudæi & Aramæi ſimul in omnibus Syriacis vrbibus, inter quos bellũ quoque excitatũ eſt, Cæſariẽſes enim introduxerãt Romanos in Vrbẽ aduerſus illos, & occiderãt omnes Iehudæos† quotquot in vrbe reperiebãtur. Damaſceni etiã cõſiliũ ſimul inierũt occidendi omnes Iehudæos, qui inter illos habitabant quod etiã vxores ſuas celabãt, vtpote quæ magona ex parte ſtudioſæ erant religionis Iudaicæ.* Factũ eſt ergo nocte quadã ſurgẽtes Aramæi occuparũt vias & ingreſſus vrbis, & domos ipſas, & occiderũt circiter decẽ millia Iehudæorũ, Aramæi enim omnes armati erãt, Iudæi vero inſcij rerũ, nudi in lectis ſuis cubabant. Cúmque Iudæi Ie- D roſolymitani audirẽt, quæ Aramæi Iudæis in ſua terra fecerant, ſubitò armis accincti cõfluxerunt Damaſcũ maximo furore, & ira perciti inſtar leonum ſeu vrſorum orbatorũ, & ſuccenderunt caſtella eorũ igne, percuſſerúntque Damaſcenos in ore gladij, à viro vſque ad mulierẽ, à paruulis vſq; ad lactantes, à boue vſque ad ouem, à camelo vſque ad aſellum.† Atque hoc pacto egerunt multis in vrbibus Syriorũ percutientes ſcilicet illos in ore gladij, nec eñ parcebãt, nec ſenib' nec iuuenib', nec fœmineo ſexui, ſed omnes occidebant maxima crudelitate, & ipſos infantes ab vberibus E matrũ rapiẽtes interimebant, impletáque eſt terra magno fœtore occiſorũ: nemo enim erat qui cadauera ſepeliret. Deuaſtarũtque Iehudęi omnem terrã Aramæorũ, & propemodũ illam penitus deleuiſſent, niſi Caſtius dux exercitus Romani liberaſſet Syriã, † & omnẽ regionẽ Zofa. Profectus itaque omnis populus ab Aram, vt rediret in Iehudęam, venit ad vrbẽ Scythopolim Syrię, vt oppugnaret illã: relicta enim fuerat, erátque vrbs munitiſſima. Proinde tẽpore illo Iehudæi & Aramæi ſimul habitabãt in illa, ad quã cùm veniſſet exercitus Iudæorũ, pacẽ obtulerũt Iudæis ibi habitãtibus. Verùm Iudæi Scythopotani non reſponderunt fratribus ſuis pacem, ſed potius maledictio-

† Ad viginti millia Ioſ. 2. lib. de bell. Iud. cap. 19.

† Vide Ioſ. eiuſd. lib. cap. 25.

† Vide Ioſ. eiuſd. lib. cap. 19.

** Ceſtij expeditiones contra Iudæos explicat Ioſ. eiuſd. lib. cap. 22. & 23.*

dictiones, &iniurias,calumniáſque regerebãt. Iudæi enim illi, qui prædictã vrbem vnà cũm Aramæis incolebãt, inſtar fratrũ ſeſe inuicem agnoſcebant, &pro maiori parte erãt ex tribu Leuitica & magnanimi erant viri. Dixit autem illis exercitus Iudaicus, auxilio vobis & in pace venimus, reſponderunt autẽ Iudæi Scythopolitani, non recipiem⁹ pacẽ veſtram, nec auxilium veſtrũ. Quibus auditis exercitus Iudaicus decreuerunt inde proficiſci, & abire Hieroſolymas, ibique reſidere: habebant enim ſecũ magnam vim argẽti & auri, quã exSyria hinc inde collegerãt. PorroSyri, qui inScythopoli habitabãt, dixerũt quiſq;ad proximũ ſuũ. Ecce Iehudæi reuertẽtes ad nos nobiſq; bellũ inſerent, quod cũ fiet, Iudæi iſti habitantes in medio noſtri facient forte cum illis pacẽ, eiſq; vrbem tradẽt, qui poſtea vlciſcentur ſe de nobis, quemadmodum fecerunt in aliis vrbibus Syriæ. Dixerunt ergo ad Iudæus habitantes ſecum: Audiuimus copias Iehudaicas bellũ rurſus nobis intentare, quare exite vrbem vnà cum vxoribus liberiſq; veſtris, & conſidete in ſylua propinqua vrbi, donec diſceſſerit à nobis exercitus Iudaicus, tũ námque redibitis ad nos, quibus obediẽtes Iudæi egreſſi ſunt vrbem, & ſyluam occuparunt. Erat autem inter illos iuuenis quidã nomine Schimeõ, vir bellator, crudelis, magnæ ſtaturæ, fortiſſimúſque, qui quãplurimos ex populo Iudaico in gratiã gentiũ trucidauerat, multóſque ex populo dei vendiderat. Is obſidẽtibus Iehudęis Scythopolin, perpetuo egrediebatur vrbem, & pugnabat cõtra exercitum Iudæorũ, eúmque in fugam vertebat, neque vnquã admittebat vt vaſtarẽt Schytopolin, vel vllũ malum hominibus illis inſerrent. Cúmque Schimeõ ille vnà cum reliquo populo conſidẽter in ſylua habitaret, patrẽque ſuum Schaul honeſtũ virum &admodum ſenem, cum aliis Scythopolitanis Iudæis ſecum haberet: coniunxerunt ſe Romani Syriis magna copia, &ingreſſi ſyluam, occiderunt Iehudæos quotquot ibi inueniebantur: qui verò habitauerãt Scythopoli, erant 13. millia hominũ. Schymeõ verò cum patre ſene & domo patris ſui, ac tota familia, iuxta aquas ſyluæ illius ad fontẽ quendã optimum, caſtra fixerat, ad quos ingrediebantur illi, vt occiderent Schymeonẽ & filium eius, totáque familiam plane delerent. Videns ergo Schymeõ exercitus Romanorum & Syrorum coniunctos ſibi imminẽtes, educto gladio ad illos acurrit ac maximã ſtragem illorum effecit, plane illos repellens. Cùm autem ſubinde magna illũ multitudo circũfunderet, ſẽque ſolũ relictũ animaduerteret, nec ſe poſſe effugere videret, conſtitit ſuper cumulum quendam ſeu colliculũ, gladio diſtricto, dicens: Audite vos Syri & Romani & vos habitatores Scythopoleos, loquar enim vobis pauca quædam verba, luctu ac dolore lõge maximo plena. Nunc equidem cognoui quod iure & haud immerito bellum mihi inſeratis, nec quicquã parcatis mihi, qui liberaui vos à copiis Iehudęorum, nec paſſus ſum vt illi infeſtarẽt vos, vxores, liberoſq; veſtros, nec non vrbẽ veſtrã quẽadmodum in aliis vrbibus Syriæ factum fuit. Nẽpe ille ego ſum, qui nomine veſtro bellũ geſſi cõtra populares meos, quò vobis placere poſſem, quin ſanguinẽ, tum illorum, cùm meũ etiã in pignus vobis dedi, ac cuſtodiui inuiolatũ amorẽ pero

Appendix.

grinorum, odio interim proſequens populũ meũ, in quo, propter vos, ſæpe patres cum filiis interfeci. Nũc igitur vos mala mihi retribuitis, qui bene vobis feci: Sed reuera iuſto iudicio ipſe Deus vos iã nũc excitauit, vt hęc mihi rependatis, ac me occidatis, qui ſæpenumero vos liberaui. Nũc itaq; ecce ego moriar in ira, & furore lõge maximo, & in me, in me, inquam, vltionem perficiam, eò quod occiderim ſocios meos ac amicos: occidam ergo viciſſim ego manu mea metmet ipſe, vt vlciſcar ſanguinẽ fratrũ meorũ à me effuſum, atque ſic ero vindex ſanguinis illorũ. Et quò declarẽ vobis robur ac fortitudinẽ meũ, ne ſcilicet de me, ſi in bello per vos ceciderim, gloriari poſſitis, & dicere En nos Simeonẽ illum fortiſſimũ interfecimus. ideo iuſtã mihi ipſi inſeram mortẽ, & in me vltionem ſtatuã effuſi à me ſanguinis fratrũ meorum, nõ aliter atque homicidã lex punit. Cũq; hęc prolocutus fuiſſet, impleti ſunt oculi ei⁹ ſanguine, & os eius furore, vt aliâs ſemper ſolebat ſeſe ad fortitudinẽ excitare, & animum ſibi ipſi addere. Accenſo ergo furore, & contempta ac abiecta omni cõmiſeratione, patrẽ corripuit, eúmque è media ſylua eductũ trucidauit. Poſthæc vero interfecit matrẽ ſuã, ne illũ pro pueris deprecaretur, ac nomine illorũ doleret. Quæ cùm ita gererentur, accurrit vxor eius ſpõte, & ceruicẽ gladio præbuit, ne ſcilicet mortẽ filiorum ſuorum videre cogeretur. Quin & filij Simeonis accurrẽtes ſeſe occidẽdos obtulerunt, ne mortẽ patris viderent, neue ſuperſtites hoſti traderentur. His trucidatis interemit omnes viros familiæ ſuæ, eorúmque cadauera ad locum vnũ coëgit, tanquã vir ſtrenuus in bello, vt nec vnus ſuorum, in manus hoſtiũ deueniret quippe quos ipſe omnes interfecerat. Poſtremò autẽ eleuata manu fortiter ſeſe ipſe cõfecit, ne ſcilicet alienus quiſquã fortitudinẽ ipſius labefactare, & de illo interempto gloriari poſſet. Hæc omnia Simeõ fortiſſime geſſit, vt de ſe ipſe pœnas ſumeret, quod alienos amaſſet, populũ vero ſuũ odio proſecutus eſſet, vt robur & fortitudinem ſuã declararet. Mortuúſque eſt morte nefanda* atque deteſtanda, quamuis ea animum eius magnum oſtendat, vt iam narratum eſt.

*Simeonis Iudæi mortem hanc nefandam, totámque hanc Scythopolitana contra Iudæos proditionis hiſtoriam deſcribit Ioſeph. eiuſ. lib. cap. 19

CAP. 3.

POſtquam autem his ita geſtis, Iehudæi cõtra Romanos rebellarunt occiſis illorũ Ducibus & copiis, abiit Rex Agrippa Romam, ac Neroni Cæſari Imperatori Romanorum omnia quę acciderant, narrauit. Quamobrem miſit Nero Cæſar Caſtium ducẽ exercitus Romani (qui tum in Syria agebat) & cum illo manum excelſam exercitus Romani (bellum enim is intulerat regi Perſarum, quem & percuſſerat, ac penitus illo deleto Perſiæ regnum Romanis ſubiecerat) cui Nero demandauerat, vt in Iudæam aſcẽderet, pacẽmque populo offerret, ac conſolaretur etiã, vt eos ad fœdus Romanum reuocaret. Aſcendit ergo Caſtius in Iudæam, cui Agrippa obuiam progreſſus indicauit quæ illi à Iudæis acciderãt, & quo pacto pacẽ illis obtulerit, quam illi reſpuerint, ſimulque palatiũ ipſius ſuccenderint ac omnia diripuerint. Cùm igitur Caſtius verba Agrippæ audiuiſſet, lætat⁹ eſt plurimum, quòd occaſionẽ nactus eſſet vlciſcẽdi ſanguinem Romanorum militũ, ac Syriorum effu-

De Ceſtij, cõtra Iudaos exercitu & expeditionibus. Vide Ioſ. eiuſd. lib. Cap. 22.

ſum à Iehudæis. Quamobrem conſcripſit Caſtius A
ingentes copias, Cæſariâque veniens ac diſpiciẽs
qua parte pulcherrima quæque ædificia forẽt, ea
comburi iuſſit, quod & factum eſt. Exinde verò
profectus magno exercitu vrbem Iapho terra
marique obſedit, obſeſſamque cœpit, in eiuſque
plateis octo millia ac quadringẽtos viros interſe-
cit. Poſtea venit ad Iabeã, vbi igne ſuccẽdit om-
nia circùm illã, ac quoſcũq; extra vrbẽ depreben-
dit, interẽpti ſunt ab illo. Egreſſi autẽ ciues Zip-
pori vrbis obuiã Caſtio, pacẽ ab illo ſummis pre-
cibus petierunt, quibus pepercit, ita vt neque ac-
ceſſerit quidẽ illorũ vrbẽ†, nec vllũ ex illi⁹ inco-
lis occiderit. Porro ſeditioſi, qui in vrbe Zippori B
fuerant, audiẽtes aduẽtare Caſtiũ, ad montana cõ-
fugerũt. Cùmque vrbem egrederentur, inſilierũt
in exercitum Caſtij, in quo ducẽti ſtrenui viri ce-
ciderunt: quin & Glaphira dux cæſus eſt ea in pu-
gna, ita tamen ne moreretur. Conuerſos verò ſe-
ditioſos in fugam, inſectatus eſt ipſe vnà cum e-
xercitu, ac equitib⁹ ſuis, multóſque ex illis cõpre-
hẽdit, ac proſtrauit, reliquis ad mõtes confugien-
tibus. Glaphira vero dux exercitus Caſtij Cæſa-
riam cõtendit, quæ antea quoq; Romanis ſubdita
erat, atque ibi vulnera curauit, quæ, illi, ſeditioſi
Iehudæorũ inflixerãt. Indéque proficiſcẽs ad Vr-
bẽ venit nomine Antipiris†, quã cum oppugnare C
vellet, inuenit ibi populum multũ, & caſtra maxi-
ma Iudæorũ ac ſeditioſorum. Cúmque ſeditioſi
audirẽt, quod Caſti⁹ veniret: egreſſi ſunt illi obuiã
pugnaturi, vbi cùm Iudæi viderent caſtra Caſtij
lõgè maxima, elegerũt ſibi vt pugnarẽt in planicie
Gibeõ, quę diſtat ab Hieroſolyma 50. miliaribus†.
Tunc autẽ populus Iudaicus ſimulauit ſe fugere,
venitque populus Iudæus, ac alij ſtrenui viri in
Gibeõ die ſexto profectionis ſuæ, ac ibi quieue-
rũt. Quamobrẽ perſecutus eſt illos Caſtius cũ v-
niuerſo ſuo exercitu ad Gibeõ vſq;, quã & obſidẽ-
tes oppugnarũt. Factũ eſt ergo vna ſabbatorũ in
vigilia matutina, vt accinctis gladiis armiſque ac- D
ceptis vrbẽ egrederẽtur, datóq; ſigno bellico aciẽ
inſtruerẽt cõtra copias Caſtij, ex quibus ſeditioſi
Iehudæorum 515. viros equites occiderũt: De po-
pulo verò qui Caſtium comitabatur, proſtraue-
rũt 27. millia virorũ†, ceciderúntque eo prælio ex
Iudæis 22. viri. Porro in illo bello apparuit forti-
tudo Mugbas ducis exercitus Iehudaici, quin &
tunc cognita fuit magnanimitas Bandij ſeditioſi,
is enim primus aggreſſus eſt caſtra Romanorũ, id-
que ex mãdato Eleazar ſacerdotis principis ſedi-
tioſorũ: Tũc, inquã, nomẽ adepti ſunt milites Iu-
dæi, cũ magna adeo fortitudine haſtas ſuas contra
Romanos excitaſſent. His verò ita geſtis, Caſtius E
& Agrippas rurſus legatos miſerũt Hieroſolymas
ad Eleazarum filiũ Anani ſacerdotẽ, principem ſe-
ditioſorũ qui erant in Iudæa & Hieroſolymis, pe-
tierũntque pacẽ inire & fœdus cum Eleazaro, ne
forte populus Iehuda perderetur à Romanis graſ-
ſantibus hinc inde. Eleazar autem renuit audire
verba illorũ, ſed & occidit vnum ex legatis, † qui
venerant à Caſtio & Agrippa, eò quòd pluribus
verbis pacem & fœdus in eũdẽ ſuaderet. Quam-
obrem congregauit Eleazar ſacerdotes & popu-
lũ, vt egrederetur in bellum contra Caſtium: vbi
cùm Caſtius videret quo animo tam Eleazar quã
etiam populus affectus eſſet, nimirum quod con-
iuraſſent cõiuratione fortiſſima ad perdendũ Ro-
manos, ac ad delendum plane illos: cúmque iam
antea quoque fortitudinẽ ſeditioſorũ & militum
Iehudaicorum expertus eſſet, ſtatuit plane abire
Romã, videbat námque ſe nõ poſſe pugnare cum
ſeditioſis, quódque ſibi ſuóque exercitui vires nul-
læ eſſent conſerendæ illis. Dicebat itaque videbo
quiſnã finis ſit futurus harum rerum, & quodnam
conſilium daturus ſit optimus Cæſar. Deſcendens
ergo ad vrbem Iapho inuenit ibi literas Romano-
rum, quoniam eò venerat exercitus illorũ. Venit
ergo vnà cum illis & exercitu ſuo Romã, narra-
uitque Neroni quæ ſibi acciderãt: quibus auditis
cõſternatus eſt Nero & omnis populus Romanus,
propter magnam fortitudinẽ Iudæorum. Qua de
cauſa quieuit bellũ anno illo, magnáque liberatio
terræ Iehudaicæ eo anno contigit opera Eleazari
ſacerdotis ſeditioſi primarii: è manu, inquã, Caſtij
impiiſſimi, qui tum quidẽ iurauerat ſe velle Ro-
manos vlciſci de Iudæis, quin & iureiurãdo polli-
citus fuerat ſe velle delere omnes Iudæos, ita vt
nemo ex illis reliquus fieret. Proinde hi ſunt qui
liberarũt Iſraëlem tẽpore Tẽpli ſecũdi è manibus
inimicorũ ſuorũ, ab eo tẽpore quo excitata ſunt
bella aduerſus Iehudæos, & aduerſus terrã illorũ,
quóque motus ac tumultus in Iſraël cœpere. Pri-
mus námque motus fuit Antiochi impij regis Ma-
cedonũ, qui decreuerat, ne vnũ quidẽ hominũ in
Iſraël reliquũ facere: quin eò vſque progreſſa eſt
impietas illius, vt occideret de populo Dei ſapiẽ-
tes, prudẽtes, principes, ſeniores, iuuenes, pueros,
magnos ac paruos, Iſraëlitas, Leuitas etiã, ac ſacer-
dotes. Cõgregari ergo omnes principes Iehudah
accaſſerũt ad Mattathiahu filiũ Iochanã ſacerdo-
tis magni in mõtem Modaith, vbi ſe occultauerat
propter iniquitatẽ Antiochi & principum eius.
Clamantéſque ad illum dixerũt: Libera hodie po-
pulũ Domini, nec tãtùm teipſum eripere cogites,
dum hoſtis iniquiſſimus graſſatur in populũ tuũ,
& effundit ſanguinem tuum. Sanguis enim totius
Iſraël ſanguis tuus eſt, & oculi omniũ Iſraëlitarũ
in te fixi ſunt, vt illis aſſiſtas in hac calamitate, vn-
de illis, opera tua, liberatio contingat. Quæ verba
cùm audiſſet Mattathias fleuit fletu maximo, di-
xitque ad illos, ne formidetis, nec timeatis vobis à
Macedonibus iſtis, dominus enim pugnabit veſtro
nomine, vos tantum tranquillo ſitis animo. Excita-
tus ergo Mattathiahu filius Iochanã, ſacerdos ma-
gnus, liberauit tunc quidẽ Iſraëlem è manu An-
tiochi Macedonis: Functúſque eſt ſacerdotio, poſt
quã Antiochum deuicerat, anno vno, & mortuus
eſt. In cuius locum ſuccedens Iehudah filius eius
ſex ãnis miniſtrauit in tẽplo, & in bello occubuit.
Quẽ inſecutus frater eius Iochanã, *octo annis tẽ-
plo præfuit, ſimilitérq; in bello cecidit. Poſt hũc
Simeon frater ipſius rerũ potitus eſt* 18. annis,
quẽ Thalmai * ſocer ipſius in cõuiuio interfecit.
Deinde verò Iochanã filius illius patri ſucceſſit in
officio*: is eſt, qui Hurkanus dict⁹ eſt, prim⁹ eo no-
mine, à rege Hirkano quẽ deuicerat, ſic appellat⁹,
atque ille quidẽ, poſtquam 25. annis regnaſſet, diẽ
ſuum obiit. Poſtea regnauit Ariſtobul⁹ anno vno,
qui rex magnus eſt nuncupatus, quoniam primus
coronam regiã capiti ſuo impoſuit, & ſacerdotij
dignitatem conuertit in regnũ, eáque prophana-
uit, à fine 480. annorum & trium menſium à re-

ditu

† Ceſtium à Sephoritanis cum fauore ſuſceptũ ait, Ioſeph. eiuſdẽ lib. cap. 23.

† Antipatris appellat Ioſeph⁹ eodem cap. 23.

† Ioſephus legit ſtadiis.

† Ioſeph⁹ tamẽ 515 virorum ex Caſtij exercitu a Iudæis hoc prælio interfectorũ meminit, traditque ex iis 400. pedites, & equites vero, 100. fuiſſe, eiuſdem lib. cap. 23.

† Hũc nominat Phæbum, ac prius quam verum ſacerdotem peremptum fuiſſe ſcribit Ioſeph eiuſd. lib. cap. 24.

Bella varia contra Iudæos.

1. Macc. 2

1 Macc. 3.

**Ionathas Iudæ frater ſucceſſit 1. Mac. 9.*

**1. Mac. 13*

**1. Mac. 16. appellatur Ptolomeus.*

**Ioãnes 3 factus eſt Princeps Sacerdotũ 1. Macch. 1*

Ioſeph. 1. lib. de bello Iud. cap. 25. et deinc.

ditu Iſraël ex Babylone. Mortuo itaque Ariſtobulo regnauit frater ipſius Alexander 27. annis. Quo defuncto imperiũ tenuit Alexandra vxor eius 9. annis, & mortua eſt: Cui ſuccedens fili⁹ Ariſtobulus imperauit tribus annis. Porro in diebus illius aſcendit Pompeius dux Romanus cõtra Ieruſalẽ, qua capta Ariſtobulũ cathenis conſtringens Romam abduxit, cuius in locum Hirkanus frater ſucceſſit, regnauitque 40. annis. Sub iſtius verò Hirkani imperio rebellauit Antigon⁹ filius Ariſtobuli fratris illius, ſéque vnà cũ exercitu Perſico Hirkano oppoſuit, quem deprehenſum ac captiuum in Babyloniam miſſum auribus præciſis mutilauit, ne in poſterum idoneus eſſet, vel muneri ſacerdotali, vel regali. Regnauitque Antigonus tribus annis, & in diebus illius fugiens Herodes collegit omnem exercitum Romanorum, ipſúmque Antigonũ tertio ipſius imperij anno interemit, regnauitque poſt illũ 37. annis & mortuus eſt. Cui in Imperio ſucceſſit Archelaus filius, qui cũ 9. annos imperiũ tenuiſſet à Romano rege captus ac in vincula cõiectus, Romæ vitam finiuit†. Poſt quẽ Antipater frater eius regnauit, is nomẽ ſuum mutans, ſe Herodem appellauit, & 30. integris annis imperans, terram Hiſpaniam deuincens ac deuaſtans, eò quod rex Hiſpaniæ vxorem fratris ſui rapuerat, ibi diem ſuum obiit. Hinc ſecut⁹ Agrippas filius Ariſtobuli filij fratris illius 23. annis rerum potitus eſt. Quo defuncto filius illius Agrippas 20. annis regnauit. Hic eſt ille Agrippas, de quo narrationem inſtituimus, vnà cum calamitatibus quæ Iſraëli acciderunt in diebus illius. Toto námque imperij illius tempore non ceſſauit bellum inter Iſraëlem & Romanos, donec in captiuitatẽ abduceretur popul⁹ Iehudah, in prouinciam Romanorũ. Vbi & templũ deſolatũ eſt. Hæc eſt inquam deſolatio Tẽpli ſecundi, quod oculis noſtris ædificatum & deſtructum vidimus.

† Viennam Galliæ pulſum in exilium ſcripſit Ioſeph. 2. lib. de bello Iud. cap. 6.

Herodes Antipas in Hiſpania mortuus.

** Reliqua quæ ſequuntur in hoc capite, nolui huc adducere, cùm nihil aliud habeant quàm ſuperſtitioſam querelam Iudæi deſiderantis vel potius delirantis conſtructionem tertij Templi. Proinde quia ad hiſtoriam non faciunt prætermitti & poſſunt & debent.*

Cap. 4.

ANno vigeſimo Agrippæ regis menſe qointo, qui dicitur Aſ, die nona eiuſdem, miſit Nero Cæſar, donum pro bolocauſtis offerendis in Templo Hieroſolymis, petiitque à ſenioribus & ſapiẽtibus Iehudah ac Hieruſalem pacẽ, vtque in fœdus, eum reciperent, dicens: offerte quæſo donum meum Domino Deo veſtro, bene enim mihi religio & cultus eius placet, quemadmodũ etiam feciſtis regibus Romanis, qui me in Imperio Romano præceſſerunt. Et ego quidem audiui quid fecerit vobis Caſtius dux exercitus mei, diſplicuitque mihi ſupra modum. Quamobrem ecce ego cõfirmo vobis fœdus fidele conſilio Senatus Romani, quod in poſterum nullus dux Romanus cõtra vos, nec manum, nec pedem ſit eleuatur⁹, ſed potius principes veſtri, præfecti veſtri, & iudices veſtri, omnes erunt Iebudæi & Hieroſolymitani. Quin & Agrippas rex veſter, dnminus erit omnium præfectorum veſtrorum, quódque dixerit vobis facietis: & ſaltem Romani Domini veſtri vncabuntur. Factum eſt itaque cùm venirent legati à Nerone Cæſare Hieroſolymas miſſi, ipſum Anani ſacerdotẽ conuenerũt, locutique ſunt illi ſecũdũ verba hæc, oſtendẽteſque illi munus Cæſaris, corã eo illud poſuerũt. Fuit autẽ donũ tale, taur⁹ vnus pro holocauſto, coronat⁹ corona aurea quàm maxima, & cornua eius auro tecta erant, ſuperque illũ veſtis purpurea ornata gẽmis pretioſis. Proinde illũ præcedebant qui ferebant decem talenta auri, ſequebantur vero plurimæ oues pro pacificis ſacrificiis. Quod vbi audiuiſſet Eleazar† ſacerdos filius Anani ſacerdotis, ſtans eiecit è Tẽplo Domini dona Neronis Cæſaris, dicẽs: nõ prophanabimus ſanctuariũ Domini Dei noſtri oblationib⁹ alienorũ, nec enim acceptabit domin⁹ De⁹ noſter, nec holocauſta, nec pacifica illorũ. His dictis, tuba clanxit aciẽ inſtruens aduerſus exercitum Romanorũ, qui cuſtodias ac excubias habebant vrbis Hieroſolymitanæ, ceciderũtque ea die plurimi ex Romanis. Inter quos vn⁹ ex ducib⁹ Romani exercitus occubuit, & alter quoq; princeps viuus cõprehẽſus eſt. Is cùm fortiſſim⁹ eſſet miles, viderétque bellũ Iudæorũ grauiſſimè cõtra ſe inualeſcere, dixit ad illos, ſi me viuere permiſeritis, tradã me viuum vobis, modo me nõ interimatis. †Iurauit ergo illi Eleazar ſeditioſus, quod illũ nõ vellet occidere, quodq; vellet ei parcere propter fortitudinẽ illi⁹, dedidit ergo ſe illi viuũ, poſteaquã multos milites fortiſſimos Iehudæorũ cõfeciſſet. Deinceps autẽ Eleazar cõtra iuramentum ſuũ interfecit illũ, cui priuſquã occideretur, dixit. Quemadmodũ orbauit mulieres gladius tuus, ſic præ aliis mulieribus orbabitur mater tua. Præcepitque puero ſuo, vt illũ interficeret, à quo caſus diẽ ſuũ obiit. Agrippa vero rex cũ videret & audiret talia, valde doluit, ſtánſque in vico vno clamauit. Heus tu Eleazar ſeditioſe, vtinã veniat malum hoc, cuius tu cauſa es, & facta tua, ſuper te & ſuper domũ patris tui, quod cũ fiet non equidẽ terrebimur nec flebim⁹. Verumenimuero væ illis, qui pacem & tranquillitatẽ in diebus tuis quærunt, ij omnque vna tecũ peribũt. Vſq; quò eris nobis in laqueũ, hoſtis & oſor domini? quare perdis & deuaſtas vineã domini dei exercituũ? Cũque Eleazar verba Agrippæ audiret, reſpõdit illi in hæc verba: Quid tibi cũ nomine regio? ſi náque rex es, cur nõ iubes nos puniri, & vbi ſũt ſtrenui tui milites? Age, accede ad me vnà cũ illis, & caſtiga me, vt videamus num verè ſis rex necne. Tu vero longè hinc ſtas, & cũ loquaris nihilominus pedes tui parati ſunt ad fugã, nõ ſecus ac ſi canis ſeſe ſtatueret aduerſus armatũ virũ, illũmque exerta lingua allatraret. His dictis annuebat ſeditioſis ſuis complicibus vt accurrerẽt, & Agrippã regẽ comprehenderent, dum cum illo miſceret colloquia. Quod cùm vidiſſet vnus ex ſeruis Regis Agrippæ, quem è regione procul inde cõſtituerat, vt animaduerteret, ſi ſeditioſi excitarentur, vt appropinquarẽt ad illũ, eique hoc renũciaret. Ille, ilicò quã extẽſa manu ſua ſupra caput: ſignũ fugæ regi Agrippæ dedit, dicẽs: Fuge tibi propere, ſi enim vel paululum hic morat⁹ fueris, ſeditioſi caput tuũ auferẽt, & erimus vnà tecũ nos quoque pœnæ ſubiecti. Videns itaq; Agrippas ſignũ ſerui ſui fidelis, ſubito inde ſe proripuit, quẽ inſecuti ſeditioſi nõ potuerũt cõprehendere. Contulerat námque ſe ad oppidũ Iapho, quod imperio Romanorũ ſubditũ eſt, eóque tutus euaſit. Inde fugiens Romam venit, & Impe-

Neronis victima in templo Hieroſolimitano. Vide Ioſeph. 2. lib. de bello Iud. cap. 17.

† Vide Ioſ. eiuſd. lib. cap. 18.

ratori Neroni indicauit, malum quod Ieroſolymis factum fuerat, & omnia quæ Eleazar ſeditioſus contra oblationem Imperatoriam egerat, ac quo pacto mãdatũ Neronis non executus fuerat. Quamobrem Cæſar denuo illi Caſtium ducem cum ingentibus copiis coniunxit, quibus ſtipati ambo Iudæam ingreſſi ſunt, ac aliquot vrbes munitas cæperunt, inter quas etiam deuaſtarũt. Cum námque man⁹ ſeditioſorum cõtra illam inualuiſſet, timuerunt Romani, ne in illa imperium conſequerentur ſeditioſi, vnde futurum eſſet, vt vrbs ex Romanis offendiculum ferret, præſertim cùm inſignis eſſet portus nauium Romanarum in Iudæam contendentium. Poſt hæc aſcenderunt Agrippas & Caſtius Hieroſolymam, vt bellum inferrent ſeditioſis, eóſque delerent. Quos Eleazar filius Anani ſacerdotis, reliquique ſacerdotes cum multo populo obuiam egreſſi, offenderunt caſtramentantes inter vrbem Hieroſolymam & Iapho, inſtructáque contra illos acie ac commiſſa pugna plurimi ex Iudæis à Romanis cæſi ſunt.
Sacerdotes autem Hieroſolymas fugientes perſecutus eſt Caſtius & Agrippas cum exercitu toto vſque ad portas Hieroſolymarum, tribúſque diebus vrbem obſederunt. Quarto autem die ſacerdotes populúſque de improuiſo vrbem egreſſi, in caſtris Romanis 3. millia peditum & mille equites confecerunt, quare admodum turbata fuerunt caſtra Romanorum. Cùm itaque Caſtius videret ſe ſuóſque aufugere non poſſe, elegit ex adoleſcentibus Romanis quadraginta millia, eóſque inter caſtra ſacerdotũ & ſua collocauit, quibus mandauit dicens, ſtate tota nocte, clangẽtes tubis, ignémque accẽdite, quo & ego & Agrippas rex euadere poſſimus, neque loco vos moueatis vſque ad matutinum tempus. Quod vbi viderunt Iehudæi & exercitus illorum, congregati ſunt ad audiendam vocem tubarum, vt cognoſcerẽt quid ſibi illa vellet, atque ita ceſſarunt perſequi Romanos. Mane vero facto viderunt Romanos verſus Cæſariam iter tridui aufugiſſe, perſecuti ſunt illos ſacerdotes, & inuenerunt omnia illorum impedimẽta, & vaſa in via proſtrata, quippe quę Romani abiecerant, quò leniores eſſent, & facilius fugere poſſent. Et ſacerdotes quidem non collegerunt quæ invia proiecta inuenerant, nam Eleazar cum toto populo vſque ad portas Cæſariæ illos inſectabatur. Verũ Caſtius & Agrippas ad portum Cæſariæ liberati appulerunt, inde ambo Romam abeuntes Neroni Imperatori narrarunt omnia quæ acciderant ibi Hieroſolymis. Et ecce dũ hęc Cæſari exponũt, venit quoque nũcius ex Perſia, nunciãs regem Perſarum defeciſſe à Romanis, quod equidem Imperatorem plurimum turbauit, præſertim cũ videret omnes fere à ſe deficere, qui antea imperio Romano paruerant.

Cap. 5. TEmpore illo rediit Veſpaſian⁹ dux exercitus, quem miſerat Nero ad terras Occidentales ad Germaniam, Britaniam & Heſperiã, quos omnes ſubiugauerat, imperióque Neronis ſubiecerat. Cùm itaque veniſſet Veſpaſian⁹, retulit illi Nero Cæſar omne malum quod intulerant ſacerdotes exercitui Romano in Iudæa, & qood interfeciſſent populum Romanum, narrauitque ei omnia quæ à Caſtio Romano & Agrippa rege Iudæorum acceperat, quod ſane admodũ diſplicuit Veſpaſiano. Poſt hæc verò miſit Nero Cæſar Veſpaſianum ducem & Titum filium eius vt abirent, ac vlciſcerentur vltionem Romanorum de Perſis & Iehudæis, præcepitque illis dicens: Sic facietis, deuaſtabitis vrbes illorum munitas, & excindetis quicquid inueniretis, neque parcetis, cuiquam, ſed viros, mulieres, pueros, infantes lactentes & ſenes ad internecionem occidetis. Inde ergo Veſpaſianus & Titus cum electiſſimo Romanorum exercitu profecti traiecerunt mare, adque caſtra Antiochiæ peruenerunt. Cùm itaque Iehudæi hæc audiſſent, elegerunt ex omnibus ducibus ſuis tres fortiſſimos bellicoſiſſimóſque duces. Me. ſ. Ioſephum ſacerdotem, qui auxilio Dei fortis ſum in prælio, & Anani ſacerdotem, & Eleazarum filium eius, his tribus totam terram commendarũt, diuiſerúntque illis ſorte terram Iehudah, atque illis auxilia bellica adiunxerunt. Tertia itaque terræ pars (quæ erat tota Galilæa à terra Nephtali & vltra) ſorte obuenit Ioſepho filio Gorion ſacerdoti in honorem & gloriam, quem dignitatis gratia Ioſiphon quoque vocarunt, eò quod ſum vnctus eſſet, & conſtitutus, ac conſecratus ad b[ell]um Secunda ſors egreſſa eſt qua Anani ſummo ſacerdoti contigit, vrbs Hieroſolyma, totaque eius vicinia, vt. ſ. is inſtauraret muros vrbis, & ſuſtineret vim Veſpaſiani, ſi eo vſque proceſſurus eſſet. Tertia autem ſors fuit Eleazari filij Anani ſacerdotis, cui coniunctus erat Iehoſchua dux, & alij quoque duces Iudeæ, qua contingit illis tota terra Edom ab Elath vſque ad mare rubrum ſeu caricolum. Reliqua vero terra à Hiericho vſque ad Eupnratem ſimul & ea quę eſt vltra fluuium, & omnis terra Meſopotamiæ, ſorte attributa eſt duci Menaſche Et reliquis principibus Iehudah & ſacerdotibus inſignioribus tradiderunt vrbes munitas à termino Hieroſolymitano vſque ad Ægyptum. Profectus autem Veſpaſianus cum exercitu ſuo ab Antochia venit & caſtrametatus eſt in Aram Zoſa, conſilium enim hoc cum ſuis conſiliariis cœperat, dicens: Aſcendemus prius in Galilæam, & deinde videbimus quid de terra Iudah ſimus facturi: Audiens itaque Ioſeph filius Goriõ quod Veſpaſianus Galilæam adoriri decreuiſſet, egreſſus eſt Hieroſolymas, & aſcendit in Galileã, & ædificauit vrbes deſtructas & inſtaurauit muros, portas, & vectes ac palatia illarum. Conſtituitque duces belli qui populo in pugna præirẽt, Chiliarchas, Centuriones, Tribunos & Decuriones, & inſtruxit inſuper populum armis, docuitq́; illos quid ſignificarẽt voces tubarum, & clãgores tarathãtaræ, quæ itẽ vox eſſet inſtruẽdę aciei, quaq́; voce colligerẽtur milites & qua diuiderentur. Porro ſignis bellicis quoq́; demõſtratis, illos ita eſt affat⁹. Audi Iſraël, vos hodie ad pugnã acceditis cõtra inimicos veſtros, nõ effœminetur cor veſtrũ, nec timeatis, neue trepidetis à cõſpectu illorũ, fortes eſtote & cõfortetur cor veſtrũ ad pugnandũ pro vrbibus veſtris, & terra veſtra, & pro vobis metipſis Ne formidetis mortẽ, ſed poti⁹ corroboretur cor veſtrũ, vt cuſtodiatis terrã veſtrã, ne abducamini ab illa, & vt pugnetis pro ſanctuario Domini, ne polluatur immũditia gẽtiũ. Quin perpẽdite melius eſſe nobis occumbere in bello, quàm viuere in captiuitate. Cũ itaq́; ad præliũ acceſſeritis cõtra hoſtes veſtros, & videritis aliquem ex

ex fortiſſimis illorũ cadere, qui nitatur reſurgere, zelo Dei veſtri cõmoti, quo vltionẽ eius vos decet vlciſci, proximus quiſq; qui hoc viderit, cædat illũ, ne in poſterũ reſurgat. Si verò videritis aliquẽ ex veſtris cadere, zelo Dei veſtri accenſi, illũ eripere è manu hoſtium, eúmque ſi adhuc viuat, curare: ſi o verò defunctus ſit, ſepulchris Iſraelitarum ſepelire ſtudebitis. Atque ita eligemus omnes nos mortẽ præ vita, & proſperabimur in bellis noſtris, moriemur enim pro fœdere Dei noſtri, ac liberabimus animas noſtras, eáſque adducemus ad lucem vitæ in cœlis. Cùm ergo finem orationi impoſuiſſet, elegit ſibi ex Iudæis ſexaginta millia peditum, equites verò pauciſſimos. Atque ex his omnibus ſelegit ſexcentos viros ſtrenuiſſimos, quique reſiſtere poſſint vnus decem, decem centenis, centum mille, mille miriadi. Et abiit Ioſeph filius Gorion ſacerdos ad vrbes Agrippæ, quæ ſunt in Iehudæa, vt illas caperet, manus enim Agrippæ erat cum Romanis per fas nefáſque. Primum itaque profectus eſt verſus Tiarnam vrbem magnam, quæ erat ipſius Agrippæ, vbi & theſauri tam pecuniarum quàm armorum etiam bellicorum, quæ ad regem ſpectabant, cuſtodiebantur. Quò cũ veniſſet Ioſeph, antè portã ſtans, pacem obtulit populo, qui ſuper mœnia conſtitutus erat, dicens. Aperite mihi portas, & tradite in manus meas omnes theſauros regis Agrippæ, ac omnia deſiderabilia eius, quod ſi feceritis, viuetis, & non moriemini. An non magis vobis proderit, vt ſitis in ſorte ſanctuarij Dei, inque hæreditate illius, quàm vt auxilia veſtra coniungatis cum Agrippa, qui & ipſe partes hoſtium noſtrorum ſequitur, nóſque inpugnat, ac corroborat manus odientium nos ad prælıandum contra ſanctuarium Domini, & populum hæreditatis illius. Obedientes ergo viri ciuitatis voci Ioſephi, aperuerunt illi portas ciuitatis, quam cum ingreſſus eſſet, pacem inierunt cum illo, eique omnes theſauros regios tradiderunt, placuerant námque ipſis verba Ioſephi, vnde conſenſerunt eſſe in ſorte illius. Tempore illo valde afflictatus eſt Ioſephus, eò quod nunciatum illi eſſet homines Tiberiaeb rebellaſſe, ſeque ſeparaſſe à coniunctione populi habitantis Hieroſolymas, ac ſortem Ioſephi immutaſſe, factóſque ſeruos Veſpaſiani, qui & illis vnum ex ducibus Romanis præfecerat. His ergo auditis reliquit Ioſephus caſtra ſua, quæ habebat in Tiarna, ſecúmque accepit ſexcentos iuuenes, vt proficiſceretur Tiberiam vrbem, quam etiam ſubito ac inopinato adortus eſt. Cúmque ad littus maris, quod eſt apud Genoſar, deueniſſet, atque ibi vidiſſet plurimas naues paratas ad auxilium Veſpaſiani principis Romani, præcepit Ioſeph, vt confringerentur, ac in mari hinc inde diſpergerentur. Vidẽtes ergo homines Tiberitæ naues in mari diſperſas, dixerunt: An non qui hæc faciunt ex exercitu ſunt Ioſephi ſacerdotis? Quarè quàm primum fugerunt turmę Romanæ, ſeque in vrbem Tiberiam recipientes portas vrbis clauſerunt. Acceſſit ergo Ioſephus ad portam vrbis, clamauitque in auribus populi, dicens: Quid ſibi vult coniuratio iſta quam coniuraſtis aduerſus me, imò non aduerſus me, ſed potius contra Dominum Deum cuius fœdus tranſgreſſi eſtis quod pepigeramus cum illo, & diſſoluiſtis iuramentum

A quo iuraueratis per Deum Iſrael, quòd ſimul vellemus oppugnare hoſtes noſtros, eóſque humiliare. Reſpondit autem populus de mœnibus dicendo: Quæſumus domine noſter, audi nunc verba ſeruorum tuorum: abſit hoc procul à nobis vt ſimus auxilio Romanis, quin potius populo Domini Dei Iſrael, & ſanctuario eius, & populo hæreditatis eius. Verùm eninuero ſunt inter nos viri ſuperbi filij Belial, qui fœdus inierunt cum Veſpaſiano: illi, inquam, in vrbem introduxerunt vnum è principibus illius. Nunc verò, domine noſter, ſi placuerit tibi vrbem ingredi cum tuis militibus, ingredere ad nos, vt viuamus tecum
B & non moriamur in manu oſorum noſtrorũ. Aperuerunt ergo portas vrbis, & ingreſſus Ioſephus cum ſuis occupauit illam. Extendit autem Ioſephus manus ſuas ad comprehendendum filios Belial qui ibi erãt, ligauitque vinculis quaſi ſexcentos viros, miſitque illos ad vrbem Tiarnam quam cœperat: reliquos verò viros Belial qui Veſpaſianum adiuuerant, percuſſit in ore gladij. Cõprehendit autem & principem vrbis viuum, quem educere iuſſit extra vrbem, vbi præcepit vni ex ſuis fortiſsimis militibus, vt amputaret illi manus ſuas ocius. Dux autem ille rogauit Ioſephum dicens: placeat quæſo Domino meo, vt ſolum vna
C ei amputetur manus, altera verò illi relinquatur. Quæ quidem ſupplicatio deriſa fuit à Ioſepho ipſiuſque militibus, qui & illum minime fortem ac nullo animo præditum inde exiſtimarunt. Reſpondit tamen Ioſephus, dixitque ad militem illum: da huic gladium tuum, amputétque ipſe manum ſuam quam voluerit, & relinquatur illi vna manuum ſuarum, quam elegerit: Quod fecit miles prout præceperat Ioſephus. Accepit ergo dux ille †(Romanus) gladium de manu militis, amputauitque ſibi manum ſiniſtram, & relicta eſt ipſi manus dextra: atque ita dimiſſus eſt. Abiit ergo ad caſtra Veſpaſiani, vt oſtenderet illis ignominiam ſibi illatam.
D Poſthæc verò rebellarunt quoque homines Zippori, fœdúſque pepigerunt cum Veſpaſiano & exercitu Romanorum. Quod vbi cognouiſſet Ioſephus, profectus eſt cum vniuerſo ſuo exercitu aduerſus illam in bellum, ſed vrbs ſuſtinuit impetum belli, nec quicquam contra illam potuit efficere Ioſephus. Nam paulò ante mœnia in altum euexerant, turréſque munierant. Quare obſedit illam Ioſephus cum toto exercitu ſuo diebus multis.

† Ducem hunc Taricheatã, Ciſtum: illum verò Ioſephi militem, Leuiã appellat Ioſeph. lib. 2. de bello Iud. cap. 27.

IN diebus illis audiuerunt Hieroſolimitani ciues, quod & Aſchelonitæ rebellaſſent, quódque ſe Romanis coniunxiſſent. Ablegarunt ergo † Neger Edomæum, Schiloh Babylonium & ipſum
E Iehochanan cum multis aliis viris plebeis, qui omnes Aſkelonam venerunt, eámque longo tempore obſederunt. Fuit autem illo tempore in illa vrbe vnus ex principibus Romanis nomine Antonius, vir ſane ſtrenuus & in bello fortiſsimus. Is in vigilia matutina antequam quiſquam alterum agnoſcere poſſet, egreſſus eſt vnà cum ſociis ſuis fortiſsimiſque militibus in caſtra Iudæorum obſidentium vrbem, ædiditque in illis ſtragem magnam: ceciderunt námque ex Iehudæis ab eo tẽpore vſque ad lucem matutinam. 10. millia virorum. Reliqui vero nequaquam moti ſunt loco ſuo, dicebant enim conſultius eſt vt moriamur in

Cap. 6.

† Hos duces, Nigrũ Peraitem Sylam Babilonium, & Ioannem Eſſenum nominat Ioſ. lib. 3. de bello Iud. cap. 1.

dinarent ac explerent, ac colliculos deiicerent, viáſque inſtaurarent & ſemitas rectificarent, †faceréntque ſtratam populo ſuo, grauiter etenim aduerſus Iehudæos commótus erat. Quod cùm audiuiſſet Ioſephus, egreſſus eſt ad illos ex vrbe Zippori, cum omnibus copiis ſuis, percuſſitque illos, planéque deuaſtauit eos in ore gladij, talémque vltionem perfecit in illis, qualis antehac nulla fuit, nam adfuerat illi Deus ſuus. Cúmque audiuiſſet Veſpaſianus & Titus filius eius quæ fecerat Ioſephus exercitui Romanorú, quem miſerat ad inſtaurandum vias, ſtatuit de improuiſo cum Iudæis quos ſecum habebat, Ioſephum adoriri: omnéſque vias Ioſepho intercludere, ne euadere poſſet. Audiens ergo Ioſephus aduentare Veſpaſianum & Titum filium, omnémque exercitum illorum, declinauit à Zippori ac abiit Tiberiam. Veſpaſianus verò cùm cognouiſſet Ioſephum exiiſſe Zipporin, Tiberiámque contendiſſe, abiit etiam ipſe cum ſuo exercitu eò. Videns autem Ioſephus venire Veſpaſianum cum filio ſuo Tito, fugit† à conſpectu illorum Iorpatam, quæ vrbs eſt maxima in Galilæa, ibi concluſit ſe Ioſephus cum exercitu ſuo.

† Ioſeph. lib. 3. de bello Iud. cap. 7.

† Recte quidem fugã appellas, Ioſephi ex Tiberiade diſceſſum, qui illam totam repleuit metu, vt meminit ipſemet lib. 3. de bello Iud. ca. 6. Cap. 7.

Tempore illo miſit Veſpaſianus legatos magnos & excellentes ad Ioſephum dicendo. Sic dicit Veſpaſianus princeps exercitus Romani: quæ vtilitas ad te redundat inde, quod cóclusus es intra vrbem muro cinctam? egredere ad me, & de pace tranſige nobiſcum, pangemúſque ſimul fœdus, túque ſeruies Cæſari Regi Romanorum, atque ſic viues, & non morieris, neque tu neque omnis populus qui tecum eſt. Miſit autem viciſſim Ioſephus legatos ad Veſpaſianum dicens: concede mihi ſpatium aliquot dierum, vt alloquar filios populi mei, eiſque exponam verba tua, fortaſſe audient me, & pacem faciemus tecum, fœdúſque inibimus cum imperio Romano. Ceſſauit ergo Veſpaſianus à bello contra Ioſepum, permiſitque illi ſpatium deliberandi. Miſit itaque Ioſephus legatos ad omnem populum qui erat Hieroſolymis, & ad ſacerdotes, principes, præfectos, reliquámque plebem dicendo. Scitote fratres ac amici mei, quod Veſpaſianus princeps Romanorú ad me miſit legatos, dicens. Quid vtilitatis vobis erit ſi obduretis ceruicem veſtram aduerſus nos, nec egrediamini ad nos vt ſimul de pace tranſigamus, & mutuò inter nos fœdera iungamus, quo vos ſeruiatis Regi Romanorum, atque ita viuatis & non moriamini? Et quare vultis perdere animas veſtras, vxores, filios, filiáſque veſtras? cur vultis incidere ſimul in gladium? vt ij qui ex vobis ſuperfuerint captiui adducantur de terra veſtra ad populos quos non cognouiſtis, & ad gentem cuius linguam non intelligetis: atque ita terra veſtra reddatur deſolata, & ſanctuarium veſtrú vaſtum, vt ne vnus homo illud ingrediatur. Ne commiſeritis hoc viri prudentes, ſed potius audite vocem meam, & exite ad nos omnes: paciſque côditiones tractetis nobiſcú, vt viuatis & nó moriamini, & fruamini bonis terræ veſtræ quieſcatis in terra veſtra. Melior eſt enim vita & quies, quã mors & exilium. Miſerunt ergo omnes habitatores Hieroſolymarum, ſacerdotes, principes, præfecti & omnes nobiliores Iehudah, & reliqua plebs quæ erat Hieroſolymis ad Ioſephum dicendo: Caue tibi, neque vnquam in hoc conſentias, vt pacis conditiones cum illis ſuſcipias. Verum robuſtus eſto & conſortare ad pugnandum, quoúſque conſumpſeris ipſos, vel donec moriaris tu & omnis populus in prælio, & præliaberis prælia Domini pro populo & ſanctuario ipſius, & pro vrbibus Dei noſtri: interea fiat quod fiet, modò manus tua non ſit cum illis. Cùm ergo audiuiſſet Ioſephus mandatum populi Hieroſolimitani, ſacerdotum, principum, præfectorum, nobiliúmque Iehudæorum reliquiæque plebis, quod miſerant per manum legatorum, qui omnes vno ore ſecundum verba prædicta præcipiebant, ſuccenſuit valde & iratus eſt furor eius. Quare egreſſus eſt Ioſephus & omnis populus quem ſecum habebat Iorpatam, inſtruxitque aciem contra Veſpaſianũ & exercitum Romanum, ceciderúntque Iehudæi in illo prælio. Cœpitque Veſpaſianus bellum fortiter gerere cum Iehudæis ab ea die & vltra. Abiit autem inde ad vrbem Gerartam, †obſeditque eam, ac cœpit eam, (eſt verò illa vrbs magna in Galilæa ſuperiori) euertitque eam, & percuſſit populum eius in ore gladij à viro vſque ad fœminam, è paruulo vſque ad lactantem, à boue vſque ad ouem, à camelo vſque ad aſinum, nec quicquam reliquum fecit. Dixit autem Veſpaſianus, hodie incepi vlciſci vltionem militum Romanorum & ducum, quos interfecerunt Iehudæi in terra Iehudah. Profectus autem inde Veſpaſianus venit cum exercitu ſuo Iorpatam ad vrbem in qua erat Ioſephus. Die autem prima qua caſtrametatus fuerat apud Iorpatam dedit vniuerſo ſuo populo cibum & potum largum, exhilarauitque eum, ac accinxit illos armis bellicis. Mane igitur facto, craſtina luce iubilauit exercitus Romanorum iubilo magno ad bellum, circundeditque vrbem circumquaque. Ioſephus verò ſtans ſuper turrim quandam contemplabatur caſtra Romanorum, quæ admodum magna erant. Clãxit ergo tuba Ioſephus, & dedit ſignum ad bellum, & egreſſus ad prælium vnà cum vniuerſo exercitu Iehudæorum quos ſecum habebat, caſtra Romanorum aggreſſus eſt, in inferiore parte môtis, idque à mane vſque ad veſperam. Porrò à bello ceſſarunt aduentante veſpera craſtinæ diei, ſeparatique ſunt Iudæi à caſtris Romanorum, redeuntes in vrbem: Romani verò ad caſtra ſua & tentoria ſua reuerſi ſunt, inque illa pugna cecidit exercitus magnus de Iehudæis†ac etiam de Romanis. Romani etenim in ſuperbia ſua armauerant & fortificauerant ſeipſos, dicentes: humiliabimus ocius citius gentem iſtam exiguam, atque ita non erit nobis offendiculum, quemadmodum ſubiugauimus omnes gẽtes quas cæpimus, poſtea verò tranquillitatem inueniemus. Iehudæi verò confirmarunt ſe contra illos, dicentes: moriemur hac vice omnes nos ſimul, pro zelo ſanctuarij Dei noſtri, nec patiemur vt immundi iſti polluant illud: & poſtquam deleuerimus illos, quieſcemus. Propter ſuperbiam ergo Romanorum & pertinaciam Iehudæorum, multum populi vtrinque in ea pugna cecidit. Porro durauit bellum vſque ad ſecundum, tertium & quartum diem. Et omnes quidem Iehudæi qui circum Iorpatam erant, confugerunt omnes ad caſtra Veſpaſiani, coniũxeruntque ſe omnes caſtris Romanorum ad ad-

† Gadarã appellat Ioſeph. li. 3. cap. 6.

† Iudæos 600. vulneratos, 17. verò interfectos: ex Romanis autem plurimos ſauciatos, periiſſe verò 13. ait Ioſ. lib. 3. cap. 7 de bello Iud.

iuuandum illos. Omni autem tempore quo Ioſephus confligebat cum caſtris Romanorum extra vrbem Iorpatam, mittebat Veſpaſianus exercitũ Romanum ad oppugnandum vrbem. Ioſephus itaque cum populo quem ſecum habebat conſerebat manum cum Veſpaſiano & caſtris illius extra vrbem. Iehudæi verò qui in vrbe manebant, pugnabant de mœnibus cum turmis Romanorũ, qui erat exercitus paruus ſeparatus à magno. Cõſumebantur autem Iebudęi in vrbe relicti, in dieſque deficiebant, donec pauci admodum ſupereſſent. Strenuiſſimi etiam Ioſepbi milites & iuuenes eius, qui foris pugnabant, omnes ceciderunt in eo prælio, exceptis pauciſſimis quibus cum aufugit Ioſephus, inq́ue vrbem euaſit, portáſque vrbis concluſit.

Cap. 8. VEſpaſianus autem cum vniuerſo exercitu ſuo obſedit Iorpatam diebus multis. Auertit etiam Veſpaſianus aquæ ductum qui de foris in vrbem ingrediebatur, ex quo bibebant omnes habitatores vrbis, fuerunt enim aquæ eius dulces admodum. Traduxit ergo Veſpaſianus illas in partem contrariam vrbi, ne poſſent aquæ deuenire in vrbem Iorpatam: vnde factum eſt vt plurimum ſitirent habitatores illius vrbis, non enim habebant niſi aquas puteorum. Videns ergo Ioſephus quod non eſſent aquæ in vrbe ex aquæ ductu qui potabat habitatores vrbis omnibus diebus, dixit in corde ſuo: nunc efferentur Romani ſuper nos & iactabunt dicentes, nunc capiemus illos ſecundum beneplacitum noſtrum, non enim habent aquas: aut interficiemus illos ſiti in vrbe. Accepit ergo veſtes, & intinxit illas in aquas puteales quę erant in vrbe, ac extendit illas in parietibus mœnium vrbis circumcirca, ad oſtẽdendum Romanis, aquas eſſe in vrbe, ne gloriari poſſent Romani de Iudæis, dicendo, nunc perdemus illos, nõ enim habent aquas in vrbe. Iuſſit ergo Veſpaſianus ędificari prope vrbem, munitionem ac vallum, ſuper quod collocatus eſt aries ferreus deuaſtans muros deiiciénſque illos, cum quo acceſſit ad murum Iorpatæ ad feriendum illum, quo proſterneret eum. Hoc verò eſt opus arietis ferrei, quo deiiciunt muros. Primum námque accipiunt trabem magnam longam ac craſſam, in cuius capite imponunt galeam magnam ac fortem, inſtar arietis cornuti, de ferro optimo & fortiſſimo: pondus verò galeæ quaſi dimidium trabis, & trabs quoque veſtita eſt illa (galea) vſq; ad dimidium ſui. Tunc verò immittũt in terram, è regione, duas arbores magnas inſtar mali nauticæ, inter quas ſuſpendunt trabem illam arietis in funibus fortiſſimis qui facti ſunt ex canabo fortiſſimo & filis ferreis, & locus ſuſpenſionis eius inter duas malos, prout vicinus erat muro cùm vellẽt milites ferire murum cornibus eius. In poſteriori verò parte trabis, è regione muri, erant annuli ferrei clauis affixi fortiter, & funes facti ex canabo & filis ferreis, alligati in illis. Cúmque voluerint oppugnantes murum deiicere, fortiter impellunt trabem, quemadmodum iaculari ſolet haſta, atque ita infiguntur cornua illius fortia inter lapides qui ſunt in muro, & tunc ſuſpendunt magna pondera in annulis qui ſunt in poſteriori parte trabis, & populus multus à longinquo ſe

Arietis tormentarij ſtructura.

corroborant & accingunt ad trahendum funes A qui tranſeunt per annulos retro, ad detrahendum partem trabis poſteriorem in terram, antequam verò hoc poſſint efficere, commouetur ac contremiſcit murus. Et ita extirpant lapides ædificij eius, multis in locis, vnde murus poſtea in terram decidit. Sunt etiam alia tormenta, cùm ſcilicet imponent arietem ferreum currui conſtanti ex quatuor rotis quæ ferratæ ſunt & clauis ferreis inferius confixæ. Illi arieti faciũt quatuor pedes, quẽadmodum ſunt arietis quatuor pedes, vel etiam plures quàm quatuor, pro magnitudine trabis. Maximus aries trabe conſtat, cuius longitudo triginta cubiti: minoris verò arietis longitudo de- B cem cubiti. Sed & numerum rotarum currus idem eſt cum numero pedũ arietis, omnem autem pedem arietis conſtituunt iuxta rotam currus: cúmque murum quempiam deiicere volunt, viri quidam auferunt illum à longinquo: quod vidẽs turba hominum magna quæ in poſtrema parte arietis collocata eſt, quatuor caudis trabium lignearum quæ ſunt illi validiſſimo curſu arietem impellunt, feriúntque illo muros vrbis quos deiectos cupiunt. Caput verò ferrei arietis vaſtatoris mœniorum, qui currui imponitur, non eſt cornutum, ſed magnum & obtuſum, factúmque eſt ex ferro fortiſſimo, ac collum capitis craſſum valde C eſt ſed narremus etiam hoc prius, nimirum quod paries ligneus latúſque vtrinque ſuper currum conſtitutus eſt, ad defendendum impellentes arietem in poſtrema ipſius parte, ne de mœnibus quiſquam ſuper illos vel ſagittas vel lapides deiicere poſſit. Porrò omnes arietes ferrei quibus vſus eſt Titus contra Hieroſolymas, pro maiori parte fuerunt curribus impoſiti, alterius verò generis arietes duos tantùm habuit, quemadmodum ſuo quoque loco narrabimus. Trabs verò arietis quã modo deſcripſimus tam craſſa erat quàm eſt complexus decem virorum, longitudo eius 50. cubiti. Erátque caua intus, & repleta pelle bo- D uina complicata & filis connexa: lignum verò ad nihil aliud faciebat quàm vt poſſet forma illa (corei ſcilicet) ſtatui in terram. Lignum verò trabis in extrema parte obductum erat ferro tenuiſſimo, corium verò quod intra trabem erat poſitum, ideo appoſitum erat ne frangeretur trabs propter grauitatem ponderum, quæ ſuſpendebãtur in annulis eius in parte poſteriori, cùm illam homines ad hoc deputati funibus traherent ad detrahendum trabem. Lignum proinde quod foris ambiebat corium, inſeruiebat ſtatuendæ illi coriaceæ formæ. Quod verò ferro obductum erat, E hoc ideo fiebat ne trabem igne comburerent, qui muros cuſtodiebant. Cornua autem galeæ arietis quæ muros feriebat, tot erant, quot vnicuique placebant, non tamen pauciora erant quàm decem, & tum trabis longitudo erat 20. cubitorum: nec etiam plura quàm 50 atque tunc trabs longitudine 200. cubitorum prædita erat: inter cornu autem vnumquodque, ſpacium erat vnius cubiti: denſitas vnius cornu, complexus vnius viri: longitudo eius, cubitus vnus cùm dimidio & non minus. Paries verò ligneus ea longitudine erat, qua & corium inſertum in trabem, conſtitutúſque erat vtrinque retro trabem ad defendendum viros qui occupati erant in deiiciendis muris, ne ſcilicet

licet de muro iaculis & ſagittis læderentur. Porrò aries quo vſus eſt Veſpaſianus contra vrbem Iorphat†, quam obſidebat, vna & nos qui tum in illa eramus, ita ſe habebat. Longitudo eius 50. cubiti: 25 cornua erant in galea arietis, quę complectebatur in ſe tantùm denſitatis quantum habent 10. viri: vnumquódq; etiam cornu tam craſſum erat quàm eſt vir vnus, ſpacium vero vnius cubiti inter ſingula cornua. Pondera verò quæ ſuſpendebantur in poſteriori eius parte, valebāt 1500. talenta. Qui verò laborabant in applicando hoc tormento erant 1500. viri. Cúmque ab vno loco in alium, & ab vna vrbe in aliam mouēdum erat hoc tormentum, vnà cum ſuis inſtrumētis, deſtinata erant ad hoc vel 150. paria boum, vel 300. paria equorum ac mulorum. Cùm verò vrbes & arces munitæ in montibus oppugnandæ forent, oportebat diuidere partes eius, eáſque ſingulas ad locum obſidionis transferre, ibique demum componere. Cum itaque Romani muros Iorpatæ ariete pulſarent, viderétque Ioſephus murum iam cœpiſſe contremiſcere ac nutare, accepit ſaccos magnos, iuſſitque illos paleis impleri ac de pariete muri ſuſpendere,† ne ſcilicet cornua arietis ferrei pertingere poſſent ad lapides muri, ſed potius vt aries feriret ſaccos ſuſpenſos, vnde prohiberetur à mollicie palearum, quo minus læderet mœnia, ſic enim fieri ſolet vt mollia quæque cedant fortibus, impetúmque illorum debilitent. Videns autem Veſpaſianus aſtutiam Ioſephi, vſus eſt & ipſe dolo, miſit enim clam Iehudæos exploratores in vrbem, qui tempore quo muri ariete feriri ſolebant, ſucciderent funiculos ſaccorum qui paleis repleti erant, cum quibus etiam ipſi Iudæi ſe de muro præcipitabant, áque Romanis excipiebantur, ita vt non perirent, atque his ita factis ſubitò pulſabant ariete murum. Erat autē tum temporis in vrbe Iorpata vir quidā fortiſſimus ex ſacerdotibus nomine Eleazar†, qui & ipſe oriundus erat ex familia Anani ſacerdotis magni, qui tum morabatur Hieroſolymis. Is ergo Eleazar cùm videret Romanos, vt antehac, ita & nunc demolitionem muri tentare, accepit lapidem grandem de mœnibus, † in quo erat foramē magnum, deſcenditque ſubitò de muro, & inequitauit trabem illam arietis, ac alligauit cornibus eius catenam ferream, ruſúſque magna celeritate ac fortitudine de trabe deſcendit, vrbémque ingreſſus eſt (erat enim murus à capite ſuo vſque ad locum in quo aries impulſus fuerat, admodum humilis) ipſam catenam manibus tenens: Quam in vrbem adduxit, deditque in manus fortiſſimorum militum Iorpatæ, vt illam in medio vrbis columnis & parietibus alligarent, ne poſſent Romani arietem inde auferre, ſed vt ipſi illum confringerent. Confortatus eſt proinde adhuc Eleazar ſacerdos, deſcendens enim de muro rurſus trabi inſedit, percuſſitque omnem populum qui circa arietem laborabant, & occidit ex illis 50. viros, reliquus verò populus fugit. Reuerſus eſt ergo Eleazar ſacerdos in vrbem, nam per trabem illam retrahebant illum ad ſe habitatores vrbis, lætabantúrque propter illum valde. Aſcendit verò vltra ſuper turrim magnam, & lapidem magnum corripuit de ſaxis fortiſſimis, & deiecit illum de altitudine turris magna vi ſuper caput arietis, & confregit illud, ceciderúntque cornua eius in terram vnà cum magna parte capitis, ferrum enim quo obductus fuerat antiquum erat, funes quoque vetuſti erant, atque ita rubigo occupauit ferrum, ipſumque conſumpſit. Deinceps verò de muro rurſus deſcendit Eleazar, & accepit partem capitis de ariete confracto, proiecitque intra muros, interfecitque reliquum populū qui ibi manebat, eoſque abegit. Petierunt autem Eleazarum iaculis & ſagittis ipſi ſagittarij, eúmque quinque iaculis confixerunt, quare aſcendens vnà cum illis, à ſuis, è terra in muros ſubleuatus eſt, non enim poterat ipſe aſcendere, propter dolorem vulnerum ſuorum†. Clanxit ergo populus clangore magno propter victoriam Eleazari ſacerdotis fortiſsimi qui percuſſerat Romanos ac confregerat arietem ferreum in quo iſti ſperauerāt, déque illo partem in vrbem introduxerat, ferreáque catena ligauerat, vt illum Romani ad ſe retrahere, eóque in poſterum minime vti poſsent. Quare armarunt ſe ea die plurimi ex fortiſsimis ciuibus Iorpatæ, quippè qui viderant magnanimitatem Eleazari, ij inquam deſcenderunt, diſſecarúntque in partes ipſam trabem, pondera verò eius cum annulis & duobus palis ſecum in vrbem deportarunt. Hac eadem die obiit diem ſuum Elaazar, magna cum gloria nominis ſui, vt qui pugnarat pro ſanctuario Domini, & pro populo eius ac terra Iſrael, tanquam fidelis ſeruus & miles Domini. Quem planxerunt omnis populus, ſepelierúntque illum in vrbe, †honore illum afficientes ac propter mortem, fortitudinem & fidelitatem eius, & quod bellum geſſiſſet contra inimicos Domini piam illi memoriam conſtituerunt. Quod cùm vidiſſent iuuenes Iehudæi, zelo commoti ſunt pro Deo Iſrael, duo adoleſcentes intelligentes & prudentes in omni ſapientia, fortiſſimique in militia, vni ex his nomen Nitra†, alteri verò Polypo, qui aperuerunt portam vrbis, egreſſique ſunt ac pugnauerunt cōtra Romanos, plurimóſque in exercitu Romano interfecerunt, & ipſi quoque ambo tum occubuerunt in bello pro ſanctuario Dei ſui, pro Iſraele & terra ſua. Cùm autem videret Ioſephus quod bellum grauiter inualeſceret, egreſſus eſt vrbem, ædiditque in caſtris Romanorum ſtragem magnam. Aggerem verò & inſtrumenta bellica quæ relicta fuerant à Romanis, igne combuſſit, atque ita ſubinde bellum grauius effectum eſt, quarę cœperunt Romani fugere à conſpectu Ioſephi: videbant námque Iehudæos, ſponte ſua, animas ſuas tradere in mortem propter Deum ſuum & terram ſuā, quapropter Romani ſe illis non opponebant. Stans autem Veſpaſianus confortabat cor populi ſui, verbiſque blandis ſuis perſuadebat, addens inſuper aurum & argentum & cibum potúmque, vnde moti Romani pugnarunt cum Ioſepho die illa vſque ad occaſum Solis. Cúmque ita bellum inualeſceret, iaculati ſunt ſagittarij Iehudæorum, percuſſerúntque Veſpaſianum in crure dextro: conſternati ſunt ergo omnes milites Romani, cū viderent ſanguinem è crure† Veſpaſiani defluere, fuitque bellum forte, die illa, inter Iehudæos & Romanos. Videns autem Titus percuſſum patrē ſuum, accurrit ad illum in conſternatione animi, volens ipſum iuuare, cui dixit pater, quid tibi,

† Iotapatū, legunt Ioſephus, & alij omnes.

Iorpatæ obſidio.

† Vide Ioſ. de bello Iudaico, lib. 3. cap. 10. Hegeſip. lib. 3. cap. 11.

Ioſephi argutiæ contra Romanorum arietationes.

† Hunc Samæ filium, & Galilæum fuiſſe ait Ioſephus, narratque paulò aliter hoc facinus illius præclarū eodem ca. 10. lib. 3. de bello Iud.

Eleazari ſacerdotis fortitudo.

† Ioſephus ait eum è muro vbi aſcēderat, dolore plagarum, cū ariete decidiſſe: Hegeſippus verò, illū ſe ſaxūque in arietem deiecisse, & corruiſſe cum eo.

Eleazaro conſtituta memoria propter mortem eius & fortitudinem.

† Ioſ. & Hegeſ. legunt, Netiram & Philippū.

† Ioſephus in planta. Hegeſip. in talo percuſſum ait, lib. 3. cap. 12.

fili mi, quod ita conſternatus es? fortificare & roborare ac vlciſcere vltionem patris tui de Iehudæis iſtis, qui nobis ſuperiores facti ſunt. Pugnauerunt ergo adhuc amlio illi Titus & Veſpaſianus cum omni ſuo exercitu die illa, pugna maxima ac grauiſſima. Ceciderúntque die illa multi ex caſtrit Romanorum, & etiam Iehudæorum, & tunc quidem pauci quidam cum Ioſepho ſupererant, cum quibus ingreſſus eſt vrbem Iorphat. Craſtina verò luce ſurrexit exercitus Romanus, excitauitque alium aggerem pro ea munitione quam exuſſerat Ioſephus, rurſuſque alium arietem ferreum inter duot palos erexerunt pro more. Quoniam quatuor eiuſmodi arietet à Roma ſecum adduxerat Veſpaſianus, verum arietes vaſtatores murorum qui vehebantur curribus triginta, ſecũ habebat, maiores ſcilicet & minores: nam qui maximi erant, habebant triginta cubitos io longitudine, minores verò habebant tantum to. Adduxerat etiam decem tormenta quibus, ponderoſis lapidibus, muri quatiuntur, quæ circum vrbem collocata erant: inſtaurarunt ergo Romani bellum aduerſus vrbem Iorphat, vt ante ſolebant. Sed vrbs Iorphat derelicta & orbata erat fortiſſimis ſuis militibut, qui omnes in pugna ceciderant. Superſuit verò Ioſephus & cum illo pauciſſimi homines, qui omnes mœnia conſcēderunt cum mulieribus, non enim aderant viri idonei ad bellum. Proinde milites Veſpaſiani, ab aggere & munitione, ex tormentis, lapides in vrbem iniiciebant vndiquáque, & tum accidit vt lapis maximus feriret mulierem grauidam, atque ita tranſiret vterum illius, vt ſecum auferret puerum, euulſum quodam modò † ex ventre materno, per dimidium miliare. † Alios autem adhuc aggeret extruxerunt, & eiaculati ſunt lapides, factúmque eſt ſimiliter vt lapis feriret caput cuiuſdam fortiſsimi militit Ioſephi, quod plane diuiſum eſt, traxitque lapit illud ſecum vſque ad miliare vnum †.

† De intima ſede ſecreti genitalis: Heges.

† Stadium dixit Ioſeph.

† Heges. ait, ad, vel vltra tertium ſtadium.

CAP. 9.

AC illo quidem tempore acceſſit vnut ex militibus Romanis, ſtetitque ad parietem muri contra Ioſepbum, ita enim apud ſe cogitauerat, forte iaculabor ipſum Ioſephum ſagitta acuta ac venenata. Ad quem reſpiciens Ioſephus acclamauit illi dicens, heus tu impie, ne occideris me: ille verò aliquantulum declinabat, terrebatur námque acclamatione Ioſephi. Effuderunt autem interea Iehudæi ſuper illum oleum feruens de muro, & diſſoluta eſt cutis eius, ipſe vero incedebat denudatus, tanquam inſanut clamans & lachrymans in caſtrit Romanorum donec moreretur. Excitati ſunt ergo adhuc Veſpaſianus & Titus filius eius ad oppugnandum vrbem Iorpat, vſque ad quadrageſimum octauum diem, exaltatáque ſuot mœnia coram illit vt oon poſſent capere vrbem. Poſtquam autem conſumptæ ſunt reliquiæ hominum io vrbe Iorpata, iique defatigati eſſent nec poſſent vltrą cuſtodire & vigilare in mœnibus vrbis, aſcenderunt Veſpaſianut & Titus noctu ſuper muros, deſierant enim cuſtodes cuſtodire murot vrbis, poſt quos aſcenderunt etiam alij de militibus Romanis quàm plurimi, qui omnes de mœnibus deſcendentes, confregerunt vectes portæ magnę vrbis Iorpata, atque ita ingreſſus eſt totus exercitus Romanorum in vrbem,

A clanxitque clangore magno ad bellum. Audientes autem Iudæi tumultum & ſtrepitum Romanorum, expergefacti ſunt omnes de ſomno ſuo, ac territi ſuut. Feſtinanter ergo quiſquis gladium ſuum corripuit, egreſsique ſunt omnes ad plateam vrbis, erat enim illa tam ampla, vt ibi conuenire poſſent omnes ciues vrbis, ſi quādo tumultus ſuboriretur. Eleuantes itaque oculot ſuot viderunt Romanum exercitum in ipſam vrbem ingredi, per viam portæ magnæ, pugnarúntque Iehudæi contra Romanos, opetierúntque Iehudæi in pugna in loco ſtationis ſuæ in platea: dixerant enim quiſque ad proximum ſuum: agite, moriamur in

B bello, nec admittamus vt not viuos comprehendant. Surrexit autem Ioſephus ſacerdos, & cum illo quadraginta viri fortiſsimi qui ſupererant, qui omnes egreſsi ſuot vrbem, fugeruntque in ſiluam, † vbi inuenerunt ſpeluncam quandam, in qua omnes ſe occultarunt. Ciues autem vrbis omnes conſumpti ſunt io illa pugna, non enim crediderunt, nec confidere voluerunt Romanis: poſtulauerat enim Iehudæus quidam à Romano vt viuere ipſum permitteret, iurauitque Romanus Iehudæo, dicēs, ſic ſaciat mihi Dominus & ſic addat ſi occidam te, & nuuc declina huc & veoi ad me. Reſpondit autem Iehudæus & dixit Romano,

C porrige mibi manum tuam dextram, vt poſſim tibi confidere. Extendénſque Romanut manum ſuam ſiniſtram ad Iehudæum qui non animaduertit eam eſſe ſiniſtram manum, territus enim erat. Cúmque daret Romanus ſiniſtram ſuam manum Iehudęo, quem & illa tenebat, apprehendit manu ſua dextera gladium. & Iehudæum interfecit †. Atque ita mortuus eſt Iehudæut ille, noo enim is gladium habebat in manu ſua, illum euim cum aliis armis à ſe abiecerat, vt qui crederet Romano. Quod cùm viderent Iehudæi, Romanum ſcilicet, iuramentũ non præſtitiſſe, Iehudæúmque ab illo interfectum qui ipſi fidebat, cuique iureiurando

D confirmauerat quod non vellet eum occidere, dixerunt: Moriemur omnes ſimul, nec confidemus Romanis, quare pararunt ſe ad occumbendum pro ſanctitate Domini Dei Iſrael, dúmque ita oppeterent interfecerunt in illo prælio multum populum, & longè plures quàm in præcedentibus conflictibus, ſicque demùm vrbs capta eſt. Ioſephus autem & quadraginta viri quos ſecum habebat abſconderunt ſe omnes in ſpeluoca vna. Miſitque Veſpaſianus Nicanorē, Pilirinum, † & Gallicanum cum illo, ad Ioſephum, dicendo: egredere ad me, vt viuat & non moriarit. Dixit autem Ioſephus ad eot qui ſecum erant in ſpelunca illa:

E quid adhæc dicitis vos? ego quod ad me attioet, ſi meo conſilio obedire velitis, conſulo vt ad illos egrediamur, ea tanien conditione, vt iſti ad præſcriptum nobis ſtipulentur: quod cùm fiet, exiſtimo Veſpaſianum, ſiquidem ad illum acceſſerimus, nobis propicium futurum. Cúmque viri illi viderent Ioſephum eò inclinare vt vellet ad Romanos egredi, dixerunt illi: Miramur te, ô princept Ioſephe, qui electus es ex miriadibus populi tui ad ſacerdotium & regnum in ſanctificationem Domini Dei Iſrael, quique conſtitutus et dux exercitus magni, viderúntque oculi tui ignominiam populi tui, & offendiculum ouium tuarum, quod tu, inquam, adhuc cupiat viuere in hac

† Heges. ait, in quādam latē inter ſemillas vrbis.

† Contra ni fallor, Romanus (quē Antonium Centurionem Ioſ. nominat, lib. 3. cap. 13.) à Iudæo peremptus eſt, vt et poſt Ioſephum ſcripſit Heges. li. 3. cap. 15.

† Paulinū, legit Ioſeph. li. 3. cap. 14. & Heg. cap. 15.

hac ignom·nia. Et quænam cauſa eſt propter quã
cupias eſſe in viuis?an non mors magis tibi eſt ex-
optanda quàm vita? ſed ſortaſſe tibi perſuades il-
los ideo te vocare, vt in vita te conſeruent, vel
bene tibi ſaciant: verùm enimuero vana bæc eſt
perſuaſio, non enim aliam ob cauſam te vocant,
quàm vt viuum te comprehendant, déque te glo
rientur, dicendo: Ecce, Ioſephum comprehendi-
mus qui ad bellum conſecratus fuerat, ideóque
exaltata eſt manus noſtra. Nunc itaque frater no-
ſter ac princeps noſter, plus tibi proderit, ſi tei-
pſum interficias, quàm ſi egrediaris ad illos, boc
enim ſi non feceris, gloriabuntur, dicéntque: En
vicimus principem Iehudæorum, qui nunc eſt in
manibus noſtris: atque boe fiet vbi te non inter-
fecerint, ſi verò occiſuri te ſunt, nonne melius eſt
vt moriaris gladio tuo & non illorum? Quin &
hoc tibi bonum eſt vt moriaris, ne ſcilicet audias
opprobria illorum ac calumnias. Quod ſi etiam
in vita te conſeruent, ne credideris hoc illos fa-
cere in bonum finem, ſed potius ideo te viuentem
conſeruabunt ad ignominiam, quæ longe grauior
eſt ipſa morte. Quare frater noſter & princeps
noſter, quid tibi tandem in mentem venit, quod
ſtatuiſti viuere, poſteaquam perdidiſti populum
tuum, & fratres tuos: & quorſum tibi vita poſt a-
miſſionem populi tui, & fratrum tuorum? Con-
ſidera quæſo, diligentiúſque perpende factum
Moſchemagiſtri noſtri, (ſuper quem ſit pax) qui
Ex 32. dixit coram Deo, de populo Iſrael: ignoſce pecca-
tis illorum, aut dele me nunc è libro tuo quem
ſcripſiſti: nec voluit viuere poſt conſumptionem
populi ſui, etiamſi diceret ipſi omnipotens: di-
mitte me vt iraſcatur furor meus contra illos, &
Num 16. conſumam illos. Vbi autem manet Aharon frater
illius, qui ſtetit inter mortuos & viuos, reſtititque
Angelo percutienti, tradiditque ſeipſum in mor-
tem pro populo ſuo, vt plaga prohiberetur ab Iſ-
rael? Vbi & Saul Rex & filius illius Ionathan,
qui pugnarunt pro populo Dei, mortuique ſunt
1.Reg 31. pro illo? an verò non potuit Saul liberare animã
2.Reg.1. ſuam & animam filij ſui à morte in bello illo? ve-
rum ipſe cum videret Iſraelem in bello cadere,
non optauit vitam ſed elegit mortem pro vita, nec
diuiſus eſt à fratribus ſuis in vita nec in morte,
2.Re.24. tam ipſe quàm Ionatam filius, dilecti illi ac dul-
ciſſimi viri, vt loquitur ſcriptura. Quin memine-
ris ô princeps iuſtitiam Dauidis Meſſiæ Domini,
qui eum videret peſtem grauiſſimam graſſari in
populo Iſrael, dixit, ſit quæſo manus tua contra
me, & domum patris mei, ego enim peccaui, & e-
go tranſgreſſus ſum, iſtæ autem oues quid fece-
runt & quid peccarunt? Vbinam eſt lex ſancta
abſcondita in corde tuo? an non ſacerdos vnctus
tu es qui docuiſti nos legem ſanctam, vnde diſce-
remus, quo pacto poſſimus amare Dominum Deũ
noſtrum ex toto corde noſtro, & ex tota anima
noſtra, & ex omnibus viribus noſtris? Si verò cul
tus Domini in hoc non eſt poſitus, vt diligamus
quos ipſe diligit, & moriamur propter fœdus il-
lius & ſanctuarium eius vnà cum ſeruis ipſius oc-
ciſis propter vnitatem nominis diuini, in quo tã-
dem ille erit? An non tu ſæpenumero atteſtatus es
coram nobis, quod omnis vir qui occumbat in
prælio propter Dominum, ſanctuarium, popu-
lum, ac legem eius, ſorti Domini accenſendus ſit,

Appendix.

& quod ille dignus reddatur accedere lucem il-
A lam magnam, neque viſurum illum tenebras æ-
ternas? An non tu ille Ioſephus ſacerdos, qui mul-
toties clamaſti in bello dicens: ego ſum Ioſephus
ſacerdos conſecratus bello, qui deuoui animam
meam pro populo Domini & ſanctuario eius, ter-
raque illius? Nunc verò cum egreſſus fueris ad
illos, ipſiq; indigne te tractauerint, quid dices ad
illos, & quid reſpondebis illis? quóue pacto à te
remouebis calumniam illam, cum obiicient tibi,
verba tua eſſe mendacia? An non tu ille es qui
populo dicebas, vt pugnarent pro populo Dei
vſque quò in bello occumberent: ſi enim hoc fa-
cerent, futuram eſſe mortem illorum expiationẽ
B peccatorum, eóſque acceſſuros lucem magnam,
quæ eſt lux vitæ? Quod ſi verum eſt, vti tu dixi-
ſti, quare ergo ſubducere te vis à morte, quò mi-
nus ſequaris populum tuum, qui te præceſſerunt
lucémque magnam adierunt? Equidem hactenus
ſuperior fuiſti omnibus gentibus, vocatuſque es
fortis princeps, de te namque audientes tantùm,
trepidarunt omnes, nunc verò dabis animam tuã
captiuam Romanis, tanquam ſeruus viliſſimus?
Nunquid verò non hæc tua ignominia ad popu-
lum quoque Domini redundabit, cùm ſis tu prin-
ceps, Rex, atque ſacerdos, vincieriſque vinculis?
dicent proinde de te omnes gentes: an non hic il-
C le vir eſt, qui tradidit ſeipſum, milites ſuos, reli-
quumque populum morti, & ſolum ſe ſeruauit vt
viueret. Cùm itaque abſoluiſſent ſermonem ſuum
eduxerunt quiſque gladium ſuum, acceſſerúnt-
que ad illum in medio ſpeluncæ, dicentes: heus
tu Ioſephe princeps noſter, ſi audieris vocem no-
ſtram, occidemus te primum, tanquam Dominũ
ac principem magnum, & tu ipſe eliges genus
mortis, atque ita honorifice morieris: ſin verò re-
cuſaris honeſtam mortem, ſcias quod interficie-
mus te omnes, ſimúlque contra te inſurgemus.
Reſpondens ergo Ioſephus ſacerdos dixit ad illos. † Ioſephi ad commilitones orationem prope eiuſdem argumenti, habes apud Ioſe. de bello Iud. lib. 3.cap.14. & Hege. lib.3.cap. 17.
D Scio equidem, fratres mei, vera & iuſta eſſe ver-
ba veſtra: quis enim ita demẽs eſt vt viuere cupiat
in hac rerum turba? atque vtinam vellet Deus a-
nimam meam ad ſe vocare, eámque accipere ad
ſe: probe enim noui magis mihi expedire mor-
tem quàm vitam, propter magnas tribulationes
quæ tranſierunt ſuper caput meum. Sed ipſe no-
uit quæ latent in cordibus hominum, & ipſe eſt
qui largitur hominibus animas: quis vero eſt qui
aperire velit quod ipſe claudit? Iam verò Deus
eſt qui includit animas corporibus, eáſque rur-
ſus dimittit, quoniam ipſe eſt Deus viuus in cuius
manibus poſitæ ſunt animæ & ſpiritus omnium
E viuentium, ipſe depoſuit ſpiritum vitalem apud
nos, inque noſtris corporibus concluſit illum.
Quomodo ergo dimittemus quod apud nos ille
ligatum eſſe voluit? an neſcitis vos omnes, ani- Anima eſt depoſitũ quoddam, hominis à Deo concreditũ.
mam eſſe depoſitum quoddam ab illo nobis con-
creditum? nos verò ſerui illius ſumus. Si itaque
abiiciamus animã antequã illã repetat Deus, an nõ
meritò iraſcetur furor iræ eius cõtra nos, nec inue
niemus in loco viuẽtiũ vitã cũ Abrahamo patre
noſtro, (ſuper illũ ſit pax) & cũ reliquis iuſtis piiſ-
que viris, ac patribus noſtris? Nũ verò ignoratis
ꝙ illi ipſi nõ acceſſerũt Deũ ſine vocatione: vo-
cati verò venerũt, & hoc pacto egit Deus cũ omni-
bus ſanctis piiſq; viris? De Moſe magiſtro noſtro,

G

(ſuper illum ſir pax) qui fuit electus Domini, ſcitis Dominum Deum Iſrael illi dixiſſe, aſcende ſuper montem iſtum Abarim, quod ille ſecit: neutiquam autem hoc facturus erat per ſe, ſi vocatus non fuiſſet, quare oon licet homini animam ſuam Deo reddere, niſi ab eo repetatur. Proponite quæſo vobis exemplum Iobi: an non ille cum diceret, pereat dies in qua natus ſum, potuiſſet vel laqueo vitam finire, vel gladio ſe confodere, aut certe obſequi conſilio vxoris dicentis, benedic oeo & morere? Atqui ille patienter, etiam in ſummis doloribus, expectauit, donec anima ſua à Deo repereretur, atque tunc reſtituit illam Domioo Deo ſuo, nec voluit eam reddere ſine vocatiõe, ſed expectauit quouſque veniret finis ſibi cõſtitutus. Rex etiam Dauid (ſuper eum ſit pax) dixit: educ de clauſtro animam meam, ſciebat namque animam incluſam eſſe corpori, nec quenquã illam emittere poſſe niſi Deum. Ego quidem nõ ignoro mortem grande eſſe bonum, ſiquidem ſuo tempore redeat anima ad Deum qui illam nobis dedit: ſcio etiam quod quicunque in bello Domini mortem obit, is peruenit ad lucem magnam: ſed hoc ignorn, quæ ſit propitiatio animæ hominis qui ſeipſum interficit, prnperátque animam ſuam reſtituere ant: tempus & præter vocationẽ Domini. Quare amici mei, ac fratres mei, nolim vos latere, non minus cordis mihi eſſe quàm vobis: non ideo ego à veſtra ſententia diſcedo, quod corde confracto ſim propter præſentes calamitates, ſed quòd intelligam grande flagitium aduerſus Dominum me committere, ſi me ipſe interimã. Et vos ô principes qui adhæretis Deo veſtro, vos inquam appello, dicite mihi, quis intercedet pro nobis apud Deum, ſi peccauerimus & quiſque proximum ſuum interficiat? An non in mentem vobis venit, eum reputari ſeruilem, ſtultum, peruerſum, rebellem, ac duræ ceruicis hominem, qui calamitate adactus inſaniat, ita, vt quia non omnia ſibi ſuceedant ad libitum, ideo ſe de arbore ſuſpendat, aut gladio, manu propria vim ſibi ipſe afferat? Tales, vt ſcitis, ita puniuntur, vt amputetur illis dextra manus, qua ſibi ipſis vim afferebant, deinde etiam priuantur ſepultura, quippe qui animas ſuas perdiderint: qua igitus ratione noſmetipſos interficiemus? Ego ſane optarim ab hoſtibus noſtris nos interimi, ne ſcilicet turpiter adeò nos ipſos mutuò conficeremus, vnde poſtea homicidæ exiſtimari poſſemus. Quod ſi vir quiſpiam ſeipſum occidit manu ſua, quemadmodum fecit Schaul Rex quem laudaſtis, ille magnũ ſcelus perpetrat, quod equidem expiari non poteſt. Præterea iudicabitur eſſe vir puſillanimis ac deſperans de ſua ſalute, quare docuerũt nos patres noſtri, non debere bominem deſperare de ſalute ac liberatione, quę à Deo proficiſcitur, etiamſi gladium ceruici iam applicatum habeat. Ezechias enim Rex (ſuper eum ſit pax) tametſi audiuiſſet à Iſaia (ſuper eũ ſit pax) diſpone domui tuæ, morieris enim & nõ viues: nihilominus tamẽ non defuit ſibi quo minus ad Deũ oraret pro prolongatione vitæ ſuæ in hoc ſæculo, vt animam ſuam melius ad Deum dirigeret. Dominus autem Deus Iſrael quia videbat ſpem indefeſſam ac pœniteotiam ipſius, addidit illi annos 15. Saul autem quia vidit quòd non conſtitutus eſſet Rex ſuper Iſrael, voluntate Domini, ſed tantùm voluntate populi qui dixerat Samueli Propbetæ, da nobis Regem qui regnet ſuper nos, vnde poſtea receſſit à Saule Deus: non enim implebat præceptum Domini, ſed violentia quadam regnum ſuum confirmare volebat. Cùm ergo videret Dominus malitiam cordis illius, receſſit ab illo, elegitq́ue ſibi alium meliorem quem conſtitueret Regem ſuper populum ſuum. Quare vnxit Dominus Dauidem ſeruum ſuum, in Regem ſuper Iſrael, viuente adhuc Saule. Quod ſciens Saul perſecutus eſt Dauidem, ſtuduitq́ue illum omnibus viribus perdere, eò quod intelligeret Dominum eſſe cum illo, & omnia illi proſpere ſuccedere, cùm contrà, in ſe omnia diuerſa videret, propter has, inquam, omnes cauſas, elegit mortem præ vita, nec voluit ſuperviuere poſtquam ceciderat populus Iſrael in mõtibus Gelboæ. Et mihi quidem videtur eum tũc ſe ideo interfeciſſe, non aliam ob rem, quàm quod puſillanimis foret, planéque de ſalute ſua deſperaſſet. Nam tametſi dixit, ne ſorte veniant incircumciſi iſti & confodiant me, tamen ſi vlla in eo fuiſſet animi fortitudo, in ſtatione ſua perſeueraturus erat, vel vſque ad mortem: fortaſſe liberaturus eum fuerat Dominus, ſed ille contra, ſibi filióque ſuo, deſperabundus mortem nefandam accerſiuit. Vos verò perpendite & videte, quia non fuit Rex clemens, ideóque de medio ſublatus eſt: qui enim ſibiipſi & filio ſuo non parcit, quomodo parcet aliis? Quod vero Aharonem mihi obieciſtis, ſcire à vobis velim, cur ille inter viuos & mortuos ſteterit: nonne propterea id ſecit, vt plagam auerteret ab Iſraele? Quod ſi ipſe cognouiſſet, ſe quoque percutiendum illa, proculdubio haud oppoſuiſſet ſe percutienti: verùm fretus ſanctitate iuſtitiæ ſuæ, conſtitit ante Angelum, vt auferret calamitatem ab Iſraele. Ego autem non ſum Aharoni conferendus, ſed vnus ſum ex filiis eius, neque in vita mea vnquam animam meam à morte ſubtraxi, quo minus pugnarem in bello Domini. Nunc quidem nondum apud me conſtitutum eſt, vt me ipſe conficiam ne ſcilicet peccem contra Deum, animamque meam ſpe ſalutis ſuæ ſpoliem. Scio, ſcio ſane, magis mihi expedire ſi per manus inimicorum meorum cecidero, quàm ſi ipſe me occidam. Quod ſi vos quoque ita ſentitis, agite egrediamur, hoſtéſque noſtros ſubitò adoriamur, occidamúſque & occidamur in prælio Domini, & tunc bene nobis erit, aut fortaſſe dabit illos Dominus in manus noſtras. Poteſt enim Deus ſaluare ſiue permagnum ſiue perparuum exercitum. Et vos ſi videritis animam meam horrere gladium inimici mei, inde cognoſcetis me hominem eſſe timidum, ac fauorem hoſtium meorum me captare. Sed vos videbitis, me vos præceſſurum tanquam virum ſtrenuum, neque auertam faciem meam à morte. Quomodo autem iudicatis me eſſe formidoloſum? an non vidiſtis quod nunquam bellum recuſaui? Et in vrbe quidem Iorphat ſemper locum meum in ſtatione mea tenui, ac quotidie manus conſerui cum hoſtibus Domini, qnos etiam magna plaga affeci, dũ 48. diebus contra illos Iorphat ciuitatulam exiguam defenderem. Cogitabam etenim apud me: fortaſſe potero abigere hoſtes Domini à terra noſtra, eóſq; auertere à Hieroſolyma, ne ad illã contẽdãt.

mihi

Marginalia, left column: *Num. 32.* — *Iob. 3.* — *Iob. 2.* — *Pſ. 141.* — *Mors eſt grande bonum.* — *Propiciatio animæ hominis ſeipſum interficiẽtis.* — *Pœna eorum qui ſibi manus intuliſſẽt qualis apud Iud.* — *1. Reg. 31.* — *Nunquã deſperandum.*

Marginalia, right column: *Cur ſpretus Dominus receſſerit à Saule.* — *Cur Saul ſeipſum occiderit.* — *1. Re. 31.* — *Num. 16.* — *Aaron fretus ſanctitate iuſtitiæ ſuæ ſtetit contra Angelum.*

Section letters (printed between the columns): B, C, D, E

Atque ita pugnaui contra illos, quoúſque omnes A mei ſortes milites occumberent, nec quiſquam mihi relictus eſt præter vos, nec potui amplius vim illorum ſuſtinere, oec volui etiam me captiuum illis tradere: quare vnà vobiſcum in haoc ſpeluncam confugi. Nunc ergo ſratres mei ſcitote, bonum quidem eſſe mortem quæ ſuo tempore adeſt, verum non eſt bonum vt vir ſeipſum occidat & fratrem ſuum, abiturus deinde propter hoc ſactum ad infernum & perditionem. Quæ enim alia res magnanimitatem bominis ſpémque illius in Deo demonſtrare clarius poteſt? Patientia, vt homo ſcilicet ferat patienter quicquid illi euenerit, quoúſque venerit finis illius? Aſpicite B Leones & reliquas feras, quomodo eæ ſolcant reſiſtere alijs beſtijs quæ inſidiantur ipſis, vt ſcilicet liberent animas ſuas à morte, quorum arma ſunt dentes & vngues, quibus nihilo minus ſe ipſas non inſeſtant, ſed vtuntur illis aduerſus impugnantes ſe, quouſque vel vincant vel viucantur Nos verò tametſi non habeamus arma bellica, tamen natura nos non minus quàm illas armauit, quamuis enim non ita ſortes ſimus vt illæ, tamen talia habemus arma, vt illis tam contra homines noſtros hoſtes, quàm contra feras nos defendere poſſimus. Sed quo pacto ſoluemus vinculũ dilectionis, quod eſt inter nos à Domino Deo C prnſectum? qui elegit nos in populum ſuum hæreditatem ſuam, ad ſanctiticandum ipſum: quomodo ergo noſmet inimici noſtri erimus, nóſque mutuo cooficiemus? Quod ſi verò dicatis, etiamſi multa millia ſimus, non reputamur tamen niſi vna anima, ſumúſque membra vnius corporis Quomodo autem hoc vnquam quiſpiam committit, vt percutiat vel oculos, vel pedes, vel quoduis aliud ex membris ſuis, ad perdendum illud, niſi ſit inſanus & captus mente? Porrò ſratres ac amici mei, conſiderate, quare gubernâtor nauis perfert tempeſtatem maris, ac contendit noctes diéſque cum fluctibus maris? an non hoc facit, vt D liberet nauim ſuam, ſuámque animam à morte vindicet? Si verò voluntario ſe fluctibus objiceret, vel cautibus ſe illideret, nónne dicereot mercatores: Ecce virum Belial, perdentem ſeipſum, nauem ſuam, mercatores & opes illorum? Si quãdo Rex terrenus, pretioſa quæque depoſuerit apud præſectos ſuos, an non conueoit, vt cuſtodiãt illa quouſque repetat illa? Quod ſi illi pro libito ſuo abiecerint, antequam illa repetat Rex, an non ad iracundiam prouocabunt illum? Sique homo quiſpiam venerit in conſpectum Regis, non vocatus, oónne reprebendet eum Rex, dicendo, E quare veniſti ad me, cum non vocarim te? Iam verò omnes animæ Iſraeliticæ Domini ſunt, qui illas contulit bominibus pro ſua miſericordia & beneplacito, qui & illas, ipſas cum ſibi placuerit ad ſe recipiet, cúmque appropinquauerit tempus abibit omnis anima ad locum quietis ſuæ. Cum ergo homo voluerit ſua maou animam ſuam è clauſtro educere præter tempus, non ſuſcipiet eam, neque illa requiem inueniet. Sed perdetur, exultat enim & expulſa eſt à loco ſuo ante tempus ſuum, & antequam à Domioo vocaretur quare vaga & incõſtans erit omnibus diebus ſuis. Quare ergo vos, ſratres ac amici mei, conſulitis vt nos inuicem interficiamus, animáſque noſtras violenter à nobis expellamus non vocatas? Quomodo amouebimus opprobrium hoc, quomodo expiabimus peccatum hoc, quis tãdem pro nobis intercedet? His dictis affatim collachrymatus eſt Ioſephus: illi verò irridebant eum.

Ioſephus irridetur à commilitonibus.

CAP. 6.

Poſt hæc autem extendit Inſephus manus ſuas in cœlum, dicens: Tu Deus omnipotens es pater noſter, tu nos formaſti, & ex luto per miſericodiam tuam magnam nos deſumpſiſti: tu es ille qui nos io fide tua deducis, & multitudo miſerationum tuarum ac benignitatis tuæ nõ ceſ- B ſauit à nobis. Et licet peccata noſtra nos à te ſepararint, nihilominus tamen opus manuum tuarum ſumus nos omnes, & iam olim populus tuus vocati ſumus. Tu verò dominaris omnibus creaturis, & omoibus animabus. Tu quicquid volueris, facis, nec quiſquam eſt qui audeat tibi dicere, quid facis? Pater noſter tu es, nos lutum ſumus, tu formator noſter es. Si ergo placuerit tibi accipere animas noſtras, accipe illas per manum Angelorum tuotum, ne nos quid mali contra illas perpetremus. Et ſi ſncij mei qui hic mecum ſunt noo velint participes eſſe orationis meæ, ecce animam meam ſolam, pro qua rogo clemen- C tiam tuam, vt ſi placeat tibi, accipias eam quam dediſti, & ſac de illa quod tibi viſum fuerit: in manu enim tua illa eſt, tu eam dediſti, túque cuſtodiuiſti illam intra me Nolo enim illam perdere, vel è carcere dimittere, antequàm tu id poſtulaueris, noſti enim: Quemadmodum non poteſt viuere Homo ſine iudicio, ita eundem ſine iudicio oõ poſſe mori. Ad te ergo eleuo oculos meos, qui habitas in cœlis, vt miſericordiam ſacias cum ſeruis tuis, & mecum: vt auertas corda noſtra, ne in boc conſentiamus vt noſmetipſos cædamus. Quod ſi verò cognoueris aliquos inter illos eſſe, qui neſandum hoc flagicium cogitent, quæſo te D Domine Deus meus inueniam gratiam in oculis tuis, da illis cor vt audiant conſilium quo liberare me poſſim. Et ego quidem commendo ſpiritum meum in manum tuam, vt illum accipias ad te, in manu enim tua anima omnis viuentis. Cùm autem Ioſephus præcationem ſuam abſoluiſſet, conuertit ſe ad ſocios ſuos, ſalutauitque illos. Illi verò dixerunt ei, poteris ne ideo animos noſtros inclinare, quia oraſti ad Deum pro te & pro nobis? an non iam dudum tibi indicauimus, ſicut & nunc indicamus, nos elegiſſe mortem, quacunque tandem via illa nobis contingat? Qua- E re conſule in medium, & dic qua morte vitam finire velis, te enim vidimns iuſtum ac principem magnum, qui dignus es vt moriaris in primis. Videns ergo Ioſephus quod ſocij ſui omnino ſtatuiſſent mori, nec inclinarent aurem ſuam ad verba ipſius, nec enim poterat illos per ſuam ſapientiam trahere io ſententiam ſuam, dixit ad illos, ex aſtu. Quod ſi res ita ſe habet, ſratres mei, dabo vobis conſilium. †Poſtquam enim mori ſtatuiſtis, idque gladio veſtro, nihil melius fuerit, quàm vt ſorte id fiat, hoc pacto. Sortem mittemus inter nos, vt bini & bini copulentur, deinde verò ſortem mittemus inter paria illa, quod ſcilicet par primum moriatur.

† Ioſephus lib. 3. de bello Iud. cap. 14. Hegeſip. li. 3. cap. 18.

Appendix;

Qui ergo bini in pari illo fuerint ſortientur ſimul, & ſuper quem ceciderit ſors, is primus morietur gladio fratris ſui. Qui verò hunc interfecerit, eliget ſibi qui ipſum interimat ex pari ſecundo Quique ſunt ex ſecundo pari, proicient inter ſeſe ſortem, & ille ſuper quem ceciderit, is primus moriatur. Qui verò hunc occiderit, eligat ſibi virum ex pari tertio, à quo occidi cupiat. Qui & ipſi ſorte experientur vter ex ipſis primus interfici debeat, quo defuncto, alter eligat ſibi ex pari quarto, à quo interfici velit: atque ſic faciemus donec omnes ſimul conſumamur ne videamus captiuitatem populi noſtri. Par autem poſtremũ, quod ſuperfuerit, ita faciet, vt ſcilicet vterque ſimul in alterius gladium ruat, aut certe etiam illi ſortem mittant inter ſe, & ſuper quem illa ceciderit primus moriatur. Quia verò ſumus 41.† ita vt in paria coniungi æqualiter non poſſimus, ideo mittamus primum ſortem, videamúſque quis ex nobis primus interimendus ſit, cúmque auſeramus è medio noſtri, & poſthæc diuidamus paria. Vir autem primus interficiendus eligat ex pari primo à quo cædi velit. Poſt mortem verò illius, viri primi paris ſortientur, faciéntque ſecundum conſilium meum. Audientes igitur viri illi conſilium Ioſephi ſacerdotis, probauerunt illud omnes, à Domino enim totum hoc factum erat, qui exaudierat orationem Ioſephi. Dixerúntque illi omnes vno ore: ecce nos faciemus quemadmodum conſuluiſti, ad te verò pertinet viros diuidere, ac ſortem mitere. Reſpondit autem illis Ioſephus, iuremus omnes per nomen Domini, quod ratum velimus habere conſilium hoc: cui dixerunt illi ſic faciemus. Iurarúntque omnes per nomen Domini, quod vellent confirmare cõſilium hoc, quod de ſorte dederat Ioſephus. Incepit ergo Ioſephus ſortiri, vt veniret virum imparem, ceciditque ſors ſuper Iehoiada ſacerdotem filium Eliakim Galilæi, qui fuerat vir ſtrenuus ac primus in omni conſilio poſt Ioſephum ſacerdotem, atque is pertinaciter ad hanc nefandam interſectionem reliquos hortatus fuerat. Poſtea verò callide diuiſit viros reliquos in paria, egreſſáque eſt ſors paris ſui poſtrema, qui & ſalutem expectauit, confiſúſque eſt in Deo, crediditque illum ſe liberaturum à facto hoc nefando. Elegit autem Iehoiada vnum ex pari primo, qui & ipſum interfecit. Poſt quæ ſortiti ſunt viri primæ combinationis, quorum alter manu ſocij ſui cecidit. Quique in pari ſecundo erant, ſortiti ſunt & illi inter ſe in conſpectu Ioſephi, quorum vnus alterius manu cecidit, qui verò ſupererat ex his, elegit ſibi vnum ex combinatione tertia cuius manu caderer. Atque ſic fecerunt omnes, donec omnes gladio perirent, nec ſupererat quiſquã præter Ioſephum ac ſociũ ſuũ, qui dixit Ioſepho: age, ſortẽ mittamus inter nos, vt & nos ad fratres noſtros tranſeamus Reſpondens autem Ioſephus dixit ſocio ſuo: nos ſic faciemus, ſiquidem ita volueris, ſed audias quæſo & loquar parum in auribus tuis. Dic námque mihi, an non peccatores iſti rebellarunt contra Dominum, dum ſe ipſos ita turpiter trucidarunt? nec enim potui illos ab hac ſua ſententia diuellere. Nos vero duo, quare ita in animas noſtras contra Deum peccaremus? Si námque ſors decreuerit vt ego te occidam, ho-

† Apud Hegeſ. li. 3 cap. 15. anceps lectio eſt, fuerintne 50. an. 42 Ioſephi commilitones, lib. 3. cap. 15. ſed locus hic omnẽ prorſus dubitationem tollit, neutrum legẽdum: immo & plures fuiſſe 42. quem tamen numerũ cõſtanter habet Ioſep. lib. 3. de bell[illegible] cap. 14.

A micida meritò exiſtimabor, & ſorte euadam poſt te, ac non moriar. Si verò ſorte acciderit, vt tu me interficias, iudicaberis quoque eſſe homicida, & ſorte non elaberis poſt me: ac licet cogitaueris euadere, nihilominus amittemus ſpem noſtram in Deum, quod in animas noſtras peccauerimus. Quoniam omnes iſti viri, quos tu vides mortuos, ecce illi peccauerunt in animas ſuas, mortuique ſunt ſine diſciplina: quare ergo aſſimularemur illis peccando in Deum & animas noſtras? Quod ſi obieceris, quid ergo faciemus de iuramento quod iurauimus? an neſcis, iuramentum iniquũ qui diſſoluit, illum minime inique facere. Non e- B nim cogitur homo Deo iuramentum præſtare, niſi ad ſeruandum præcepta Dei. Et Dauid ſuper hoc dicit, iuraui & præſtabo. Nam, nec votum, nec iuramentum, quod fit contra præceptum Domini, ratum erit in conſpectu Domini Dei noſtri. Et quod maius eſt, antequam nos hic iuraſſemus, iam olim iurarunt patres noſtri ad mõtem Sinai, quod ipſi ac filij ſui vellent legem Dei cuſtodire. Moſes etiam ſuper hac re fœdus cum ipſis iniit, non ſolum autem cum illis, qui tunc ibi erant, ſed & nobiſcum. Quomodo ergo audemus iurare, ita vt diſſipetur lex Dei noſtri, & nos fiamus homicidæ cum vnum ex decem verbis illius ſit, ne occidas. C Quapropter frater mi, notum tibi ſit, quod non ſolliciti erimus de iuramento quod fecimus, quin potius diſſipemus illud, non enim propter hoc Dominus Deus nobis iraſcetur. Ego enim quia timebam mihi ab impiis iſtis, qui hic defuncti iacent. ideo callide conſilium hoc & rationem iuramenti inueni, vt liberarem animam meam. Tu verò frater mi, ſi volueris audire me, liberabis animam tuam meámque, & ego non ſortiar, neque iuramentum factum ſtabiliam, quod in iudicio firmum non eſt, quin tibi me opponam, ac pugnabo contra te, vt occidam te, ac me eripiam. Cumque hæc dixiſſet Ioſephus, retro ſaltauit, eductóque D que gladio, quem in manu habebat, ſtetit è regione illius, vt videret quid reſponſurus eſſet ſocius ſuus Audiens itaque ſocius Ioſephi verba hæc, non addidit eleuare nec manum, nec pedem, nec caput coram illo, dicens: ecce adſum, fac pro voluntate tua, quoniam vir Dei tu es. Benedictus Deus Iſrael, qui dedit tibi ſpiritum ſapientiæ & intelligentiæ, vt liberare poſſes animam tuam. Et benedictus Dominus Deus Iſraël, qui non abſtulit à me miſericordiam ſuam, quique fecit vt eſſem in ſorte tua, vnde liberabitur anima mea, ne deſcenderet in Orcum, ſors tua ſors iuſta, non enim relinquet Dominus virgam peccatorum ſu- E per ſortem iuſtorum. Alia plura dixit ſocius Ioſephi ad illum, timebat enim ſibi ab illo, ne ſcilicet ſe occideret, fuit enim Ioſephus fortior illo, nam & propter hoc elegerat Ioſephus hunc in ſortem ſuam, vt ipſi præualere poſſet. In hoc verò multum ſapuit Ioſephus, liberatus enim eſt hoc conſilio à gladio impiorum ac ſtultorum iſtorum, ac etiam à gladio ſocij ſui.

CAP. 7.

Clamauit ergo Ioſephus è ſpelunca ad Nikanorem principem, dixitque ad illum ſecundum verba hæc: Num promittere nobis vis, quod neque tu, neq; quiſquã ex viris tuis

qui

qui hic ſunt tecum, & in caſtris Romanorum, nos velit occidere, quouſque nos ad Veſpaſianum adduxeris, ille ſaciat nobiſcum quod ipſi viſum ſuerit. Reſpoodit Nikanor Ioſepho, ac dixit illi: ſic ſaciat mibi Deus atque ſic addat, ſaciam enim quemadmodum dixiſti, modò egrediaris ad me vnà cum viris, quos tecum habes. Reſpondens autem Ioſephus, dixit: egrediar ad te ego, & quicunque adhuc viuunt, accidit enim in ſpelunca vt quidam mortui ſint, ſed illi quomodo egrediẽtur ad te? Reſpondit Nikanor Ioſepho: heus tu Ioſephe, ne cogitaueris quod ad decipiendum te venerim, egredere ad me & confide in domino Deo, neque quod timeas eſt opus. Dixit ergo Ioſephus, iura mihi ſuper boc per Deum Iſraël, etiãſi tibi ille cognitus nou ſit. Reſpondit Nikanor, ergo iuro tibi per Deum qui creauit mundum in ſapientia ſua, quod non timeas me, ſed confidenter exeas ad me. Pepigit ergo Nikanor ſœdus cum Ioſepho & ſocio illius, ac ſcripto illud confirmauit pro more Romanorum, quod ſcriptum in ipſam ſpeluncam proiecit in haſta, ſerrum verò haſtæ erat in manu Nikanoris. Accepit ergo Ioſephus ſcriptum, legitq́ue ac credidit Nikanori, egreſſuſq́ue eſt ad illum vnà cum ſocio ſuo. Cum autem Nikanor videret Ioſephum ad ſe venientem, cùm ſederet ſuper ſedem honorificam, quam io ſylua illi ſecerant iuxta ſpeluncam, ſurrexit, ac amplexus illum oſculatus eſt, ac ad dextram ſuam illum collocauit, fleuitq́ue cum illo fletu magno. Socium quoque illius honorauit, iuſſit enim illum ſedere inter Polirinum† & Gallicanum, quos tum ſecum habebat. Rogauit autem Nikanor Ioſephum ſuper reliquis viris qui cum Ioſepho ſuerant, dicens: vbi oam illi ſunt? egrediantur ad nos, & honorabimus illos, nec quicquam mali eis ſaciemus. Retulit ergo Ioſephus Nikanori quæ acciderant circa illos. Audiens verò Nikanor pertinaciam cordis Iehudæorum, ac malas cogitationes illorum, commotus eſt valde. Surgens itaque Nikanor inde, profectus eſt, ac Ioſephum vnà cum ſocio illius ad Veſpaſianum adduxit. Exercitus autem Romanus cùm videret Ioſephũ, obſtupuit valde clanxitq́ue clangore magno. Et nonnulli quidem ex populo lætabantur eò quod Ioſephus captus eſſet, dicebántque: euge, euge, videt oculus noſter quod deſiderauimus. Alij verò lugebant ac plorabant, erántque amara anima, dicentes: an non hic ille eſt vir celebris cuius terror cecidit ſuper omnem exercitum Romanum, & cuius ſama per omnes terras oota fuit? Quomodo comprehenſus eſt vir tantus in terra ſua & in populo ſuo? Si talis vir in medio terræ ſuæ familiæq́ue ſuę capitur, quomodo nos euademus in terra aliena? Impij autem quidam milites in caſtris Romanorum, acceſſerunt Veſpaſianum, dicentes illi: præcipiat Dominus noſter vt cædatur vir iſte, nec parcat illi, quoniam plurimos de populo Romano perdidit, atque hic eſt ille ipſe qui ſagittam miſit, ac crura tua vulnerauit, quod ſi interſeceris illum, non poterit vltra bellum mouere, Sin minus, videbis illum rurſus collecturum exercitum contra nos, ac delebit nos. Ioſephus autem iouenerat gratiam in oculis Titi filij Veſpaſiani, hoc enim à Domino erat: cùm ergo audiuiſſet Titus verba impiorum iſtorum qui precabantur Veſpaſianum vt occideretur Ioſephus, incepit deridere illos, ac caput ſuper illis mouere, dicens: hem, quid conſuliatis, & quare conſilium malum datis patri meo, vt interficiatur vir qui venit ad nos, fretus ſœdere noſtro quod vos iam diſſipare vultis? An non princeps Nikanor nomine patris mei, ac Cæſaris, & omnium Romanorum ſœdus cum illo iniit? Nónne vos eſtis filij mortis & iudicij, qui vultis infringere fidem Cæſaream? Et quis nouit, an fortaſſe adhuc nos capiendi ſimus à Iehudæis, quemadmodum hodie apud nos captiuus eſt Ioſephus? Cúmque audiuiſſet Veſpaſianus Titum filium ſuum, placuit illi ſermo eius, pepercitq́ue Ioſepho ſacerdoti, nec paſſus eſt vt gladio occideretur, ſed illum tradidit cuidam ſuorum principum, eúmque ſecum per vrbes vnà cum Rege Agrippa circumduxit. Poſthæc autem profectus inde Veſpaſianus, Talmidam †(quæ & Acho dicitur) caſtra mouit, vnde abiit Cęſaream, quæ eſt vrbs magna: cúmque habitatores illius vrbis viderent Ioſephum acclamarunt Veſpaſiano dicentes†: occide illum, niſi enim hoc ſeceris, excitabit aduerſus te bellũ magnum: ſed illos Veſpaſianus non audiuit. Nunciatum eſt autem Veſpaſiano, ciues Iapho vrbis, claſſe petere inſulas ſubiectas imperio illius, vt deprædarentur illas. Præcepit ergo Veſpaſianus inſidias illis ponere, quò aliquando punirentur. Inſidiis itaque ſtructis, ſactum eſt, vt cum illi pro more prædatum abirent, ingrederetur Veſpaſianus Iapho vrbem, eámque caperet, quippe abſentibus militibus eius: cúmque redirent ciues cũ claſſe, videréntque Romanos vrbem occupare, contenderunt ad litus appellare. Sed ecce ventus validus ac grauiſſima tempeſtas alliſit omnes naues ad ſcopulos qui erant in littore maris, non enim ibi erat portus nauium, ibiq́ue perierunt quidam in mari, qui verò in aridam euaſerant, confoſſi ſunt à Romanis. Numerus autem eorum qui in mari occubuerunt, partim verò à Romanis occiſi, eſt quater mille virorum fortiſsimorum, †præter illos qui in vrbe Iorphat ceciderunt, quorum fuerunt 40. millia, qui omnes Iehudæi fuerunt.

Ioſephum illum nominat Paulinum, eadẽ ca. 14.

Veſpaſianus à Ioſepho ipſo ictus ſagitta.

† Ptolemaidẽ dicunt Ioſ. lib. 3. cap. 13. Hegeſ. lib. 3 cap. 19.

† Ioſeph. 3 lib. de bello Iud. cap. 14.

† Ioſephus ait, 4200. cadauera Ioppenſiũ eiecta in littus, & hoc illorũ excidium paulò aliter deſcribit 3. lib. de bello Iu. cap. 15. Hegeſip. vero, 4500. cadauera vulnerata ait, lib. 3. cap. 20.

Valerianũ & Traianum illos nominat Ioſ. eiuſdem lib. cap. 19.

Taricheas vt opinor, intelligit: de cuius vrbis excidio vide Ioſ. eiuſdem lib. cap. 19.

CAP. 6

MIſit autem Veſpaſianus Valiricum * & Taribum principes Romanos, cum filio ſuo Tito, qui abeuntes obſederunt vrbes munitas, quæ erant in Galilæa, eáſque cœperunt, Sic autem agebat Titus, vt ciues vrbium qui ſe dederent in vita conſeruaret, qui verò ſeſe ipſi opponebãt, hos in pugna ipſa trucidabat: omnes quoque vrbes Galilæas, quæ ad Agrippam pertinebant, ipſi reſtituebat, excepta Tiarna,* quam plaoe deuaſtauerat, viróſque eius, maxime qui bello apti erant, occiderat: vxores verò & paruulos eorum vẽdiderat. Atque hæc vrbs ex omnibus Galilæis vrbibus anathemate percuſſa eſt à Tito. Veſpaſianus autem recedens inde, profectus eſt ad vrbem Gamala, quæ eſt in capite montis. Appellatur verò nomen eius Gamala †(à verbo Hebræo גמל Gamal, quod eſt retribuere, beneficiis afficere, beneſacere,) quia eſt optima vrbiũ Agrippæ, omnéſq; homines in illa bonis affluebãt.

† Ioſephus, à iugo in Cameli gibbi ſimilitudinem eminente, in quo ſita erat, li. 4. cap. 1. Hegeſip. vero Camelam à ſuperioribus, à Cameli forma dictam ait, 4. lib. ca. 1.

Appendix:

A Vrbs quoque Seleucia fuit ante illam, * fuitque illa terra, terra vrbium, hortorum, torrentum, in qua erat omne lignum fructiferum. Rogauit verò Agrippa Veſpaſianum, dixitque illi: ne quæſo domine noſter perdamus vrbem hanc, ibo prius ac pacem habitatoribus illius offeram, forte conſentient, viuéntque ac non morientur. Cui reſpondit Veſpaſianus: vade, & fac ſecundum volũtatem tuam, quoniam in hoc te quoque honorabo. Acceſſit ergo illos Agrippa, illóſque allocutus eſt pacificè, & illi quoque pacem reſponderunt, ſed fraudulenter, dixerúntque illi: Domine noſter Rex, ad quem deſiderium omne Iſraelis B ſpectat niſi ad te? accede ergo huc ad nos, & loquere cum ſeruis tuis. Credens itaque Agrippa verbis illorum, adiit vrbem: cúmque audiret verba loquentium ſecum, deiecerũt illi de muro lapidem magnum * qui decidit ſuper humeros illius dorſúmque eius confractum eſt vnà cum brachio, ita vt in terram proſterneretur. Accurrentes autem ſerui eius, eleuarunt eum, ac ad Veſpaſianum ipſum adduxerunt. Quem cùm videret Veſpaſianus vulneratum à Seleucianis ciuibus, iurauit ſe inde non diſceſſurum quin vrbem cœpiſſet, ac homines illius anathemate percuſſiſſet. Medici verò Romani operam dederunt magnam, ita vt C ſanarint Agrippam, vnde liberatus ille eſt à morte. Veſpaſianus autem magno furore commotus aduerſus Seleuciam, obſedit ac oppugnauit illam, quia vulneraſſent Regem ſuum. Iehudæi verò qui ea in vrbe erant dicebant ad ſe inuicem, fortiter bellum geramus, non enim vlla ſpes vitæ nobis ſuper eſt, poſtquam manum iniecimus in regem Agrippam. Egreſſi ergo milites fortiſſimi, conſeruerunt manus cum caſtris Romanorum, percuſſerúntque illos plaga magna. Inſtruxerũt verò Romani arietes ferreos, quos ſecum habebant, eóſque muro applicarunt, qui cecidit ad veſperam. Ingreſſus itaque eſt Veſpaſianus vrbẽ, D & cum illo populus multus ac fortis. Sed præceperat Veſpaſianus exercitui ſuo dicens: Ne ingrediamini hac nocte vrbem, ſed ſtate ac circundate hac nocte mœnia, vſque ad tempus matutinum, quod cùm venerit, videre poteritis quo pacto vrbs aggredienda ſit. Illi verò non obedierunt voci illius, ſed ingreſſi ſunt ea nocte vrbem. Quare inſurgentes Iehudæi aduerſus ipſos, intercluſerunt illis exitus vrbis & plateas, vt nec huc nec illuc reſpicere poſſent, nec etiam quiſquam ab illis diſcedere, vel eos accedere poſſet. Percuſſerúntque Iehudæi Romanos plaga magna in ipſa vrbe, ita vt fere nemo ſupereſſet ex iis qui cum E Veſpaſiano vrbem ingreſſi fuerant, exceptis viris decem, qui vnà cum illo euaſerant, liberatus eſt, & cùm illis Butius dux quidam exercitus. Mane autem facto fugit Veſpaſianus cum illo & decem viris, reliqui enim omnes in vrbe ceciderant, quos perſecuti ſunt Iehudæi, ipſúmque Butium comprehenderunt ac interfecerunt, is fuit ſtrenuiſſimus miles in caſtris Romanorum. Inde ergo fugiens Veſpaſianus cum ſuis, aſcendit montes vt ibi tutus eſſet. Miſitque nuncios ad Titum filium agentem in Syria, vt mitteret ſibi exercitum Romanum, quem miſerat Veſpaſianus cum filio Tito ad terram Perſiæ, quem tamen in Iehudæam deduxit Titus.

† Seleuciā non ad lacum Geneſareth, vt Sarricheas ſed ad Semechonitem lacum ait Ioſ. 4. lib. de bello Iud. cap. 1 hāc verò interſecat Iordanis 120. ſtadiis ſupra Geneſareth. Hegeſ. li. 3. cap. 26. † Agrippā cum de deditione loqui tentaret cum Gamalenſibus, funditorum quidam lapide, dextrum cubitum percuſſit Ioſ. eiuſdem lib. cap. 1.

CAP. 10.

A FActum eſt autem vt poſt hæc Veſpaſianus alium militem conſcriberet, cum quo adiunctis copiis Agrippæ, profectus eſt Seleuciam, eámque in ore gladij percuſſit, ita vt nullę ſupereſſent ex illa reliquiæ. Poſtea profectus eſt ad alias vrbes Galilææ, quas cœpit, ac in ore gladij percuſſit. Deinde venit ad vrbem † Naſeelanit, cùm omni exercitu, quæ erat vrbs munita, relictáque fuerat ſola ex omnibus vrbibus munitis Galilææ. Hanc obſedit, quoniam eò confluxerant multi ſanguinarij, ac filij Beliaal, qui terram Iehudah deuaſtabant. Fuitque in ea vrbe vir quidam, cui nomen Iehochanan, qui doctus erat, ſapiens ac prudens B (maxime ad nocendum) eloquens, ac conſiliarius bonus, quique perſuadere multis, eóſque à via quam inſtituerant auertere nouerat. Præterea erat vir ſanguinum, ac promptus ad effundendum ſanguinem, & ad faciendum omne malum, prædo magnus, quique ſemper alienis bonis inhiabat. Auctus eſt ergo vir ille ſubſtantiis iniquis, ac rapina: quare illi ſe cõiũxerũt homines vani, homicidæ, rebelles & peruerſi, ſui ſimiles, quibus multas opes contulit vt eſſent ſocij ac fratres ſui, ipſe verò princeps illorum factus eſt. Quo tempore factum eſt, vt veniret Titus ad illam vrbem, (nam eò miſerat eum parens,) vt conditiones pacis illi C offerret. Quò cùm veniſſet, miſit legatos ad ciues vrbis, qui de pace cum illis tractarent. Conſenſerunt itaque ciues, voluerúntque inire fœdus cum Tito. Cùm autem Iehochanan vir Beliaal, & ſanguinarius videret ſeniores pacem recipere velle, iuſſit fratres ſuos ſibi coniunctos, mœnia cuſtodire, ne ſcilicet permitteretur illis, vt loquerentur cùm Romanis, ſe verò Romanos alloqui velle aiebat. Reſpondit ergo Iehochanan ſeditioſus legato Titi, dicens: ſollennitas cras eſt Domino Deo, dic igitur domino tuo Tito, vt per biduum ceſſet ãb obſidione, die námque tertia reſponſum vobis dabimus. Obſecutus itaque Titus Iehochanæ, ceſſauit ab oppugnatione biduo: D hæc verò fiebant in veſpera ſollennitatis Pentecoſtes, * quæ appellatur feſtiuitas Hebdomadum, & meſſis. Die autem tertia ſurrexit Iehochanan cùm ſuis noctu, atque fugit verſus Hieroſolymas: Titus verò neſciebat Iehochanã cum ſociis fugiſſe. Quare mane facto ſurrexit Titus, locutúſque eſt cum ciuibus vrbis per legatum quem ad illos miſerat, vt ſcilicet reſponderent quid facturi eſſent: Qui reſpondentes dixerunt, fœdus nobiſcum pangas, ſumus enim ſerui tui, faciemúſque voluntatem tuam, ea tamen conditione, ne quiſquam Romanorum vel corpora noſtra, vel facul E tates noſtras lædat. Titus ergo pacem ſcripto obſignato illis confirmauit: quare apertis portis ingreſſus eſt Titus cum vniuerſo exercitu ſuo vrbem, quem Iehudęi illi in lætitia magna ſuſceperunt, magno illum honore afficientes. Rogauitque Titus de Iehochanan & complicibus eius: nunciarunt ergo Tito ciues, illum cum ſuis noctu aufugiſſe, ac verſus Hieroſolymas contendiſſe. Tunc miſit Titus ex ſuis quoſdam qui illum inſequerentur, qui tamen ipſum non inuenerunt, vt qui feſtinaſſet, comprehenderunt verò nonnullos ex populo, qui ſimul vrbem egreſſi fuerant vt euaderent, mulieres ſcilicet, viri, paruuli, ſenes, & infirmi, qui omnes trucidati ſunt à militibus

† Giſcala appellant, Ioſeph et Hegeſip lib. 4. ca. 4.

** Gamalam tamē non niſi 23 die Octob. expugnatam cap. 3. ac demum Giſcalenā expeditionem commemorat Ioſe. cap. 4. lib. 4. feſtū verò Pentecoſtes obſeruabatur 50. die à Paſchate, Leuit. 23. ac proinde in mēſis Maij finem, neceſſario incidebat.*

ribus Titi, qui & ſpolia ampla ab his reportarunt. Poſt hæc cœpit Titus omnes vrbes Galileæ, illiſque præfectos præpoſuit. Veſpaſianus autem inde mouit, venitque ad montem Tabor, qui perpetuo niues habet, altitudo eius triginta ſtadia, in vertice verò montis planicies eſt, tantum habens ſpatij, quantum 23. ſtadia. Miſit porro Veſpaſianus ducem exercitus ſui Palgorum, qui occupauit montem ac oppidum quod erat ſuper illum conſtitutũ. Atque hic finis eſto hiſtoriæ bellorũ, quæ in terra Iſraëlitica & Galilea geſta ſunt. Reliqua verò, quæ præter iam dicta contigerunt in iis locis, hoc in libro non commemorauimus, (ſunt enim innumerabilia ferè) ſed in libris Romanorum ea annotauimus: Nunc autem narrabimus bella Hieroſolymitana, & quomodo vrbs à Romanis obſeſſa fuerit: quæ omnia fideliter, vt nobis mos eſt referemus.

† 20. tantum habet Ioſephus: montem verò Placido expugnatum deſcribit, li. 4. ca. 2. porro vide Hegeſip. li. 4. ca. 4.

IOSIPPI QVI GORIONIS FILIVS FVIT, DE HISTORIA OBSIdionis Hieroſolymitana. Liber. 2.

CAP. 1.

FActum eſt ergo, cùm fugiſſet Iehochanan Galilæus Hieroſolymas, inuenit in ea vrbe viros iniquos, filios Beliaal, homicidas, homines fraudulentos ac ſanguinarios, eóſque innumeros, quoniam ex omnibus locis terræ Iehudah congregati fuerant Hieroſolymas viri bellicoſi, vt defenderent ſanctuarium Dei noſtri, quos omnes Anani ſummus ſacerdos ſuſceperat. Qui cùm vidiſſent Iehochanan, eiuſque fortitudinem, deſciuerunt omnes ab Anani ſacerdote ſummo, ad Iehochanan Galileum, cum quo omnia conſilia communicabant. Cœpit autem Iehochanan cum viris illis Beliaal conſilium, vt mitterent manus in diuites vrbis, illorúmque opes ad ſe raperent. Fuitque illorum conſuetudo, vt cùm comprehenderent aliquem ex magnatibus vrbis, dicerent illi, an non tu es qui miſiſti literas ad Romanos, & ad Veſpaſianum, vt proderes illis vrbem? Cúmque illos audiente plebe alloquerentur, illique viciſſim reſponderent: abſit vt hoc faciam: adducebant filios Belial in teſtes, contra illos, vt ſcilicet morti tã quam rebelles ſecundùm legem adiudicarentur. Hoc pacto egerunt cum Antipatas, & Lohia, qui ambo inſignes ac præclari erant viri ex magnatibus vrbis: horum bona omnia, & quæque pretioſa diripiebant ſeditioſi Corripientes etiam ſacerdotes magnos eiecerunt illos è cuſtodia ſua, quò minus cultum ſuum præſtarent, ſortem inſuper mittentes, ac dicentes, quis ſacerdotio fungetur? & quis non erit ſacerdos? erat enim ſacerdotium ac cultus Dei illis ludibrium Cecidit autem ſors ſuper vnum ex filiis ſacerdotum, cuius nomẽ erat Pani filius Peniel, atque is erat vir agricola, neſciebátque ſacerdotij functionem, ita vt plane ſummo ſacerdotio indignus eſſet. Hunc conſtituerunt ſummum ſacerdotem, erat nánque (vt iam dictum eſt) ſacerdotium res ludicra apud illos. Videntes igitur pij ac fideles qui erant Hieroſolymis, præualere manum filiorum Beliaal, coniunctis viribus ſtatuerunt impugnare filios

† Antipam & Leuiam illos nominat, adiicitque præterea Sophan Raguelis filium, Ioſ. lib. 4. de bell. Iud. ca. 5 vide Hegeſ. li. 4. cap. 7.

A Beliaal. Zelo itaque commotus populus, oppoſuit ſe illis, conſeruitque cum illis manus, ita vt bellum magnum excitaretur vtrinque, in plateis vrbis, ac foris, & in Templo, atque in ipſa crepidine Templi, donec tota vrbs impleretur cadaueribus ac confoſſis hominibus, non enim erat vel vna platea in qua non eſſet pugna? Præualuitque manus populi contra latrones illos, vt qui maximo zelo arderet, cœpitque illos humiliare. Quare videntes ſeditioſi, ſe non poſſe reſiſtere populo, cõfugerunt omnes ad Templum Domini, clauſeruntque illud poſt ſe, atque ibi manſerunt. Anani vero ſacerdos ſummus vna cum congregatione piorum, videns filios Beliaal ad Templum

B Domini confugiſſe, vt eriperẽt animas ſuas, præcepit populo, dicens: ceſſate, & ne bellum illis inferatis intra Templum Domini ſanctum, ne polluatur illud ſanguine ac cadaueribus impiorum iſtorum: deſtitit ergo populus impugnare illos. Iuſſit autem Anani vt ex fortiſſimis populi aliqui circundarent templum illóſque, cuſtodirent ne poſſent egredi templum. Fuitque numerus eorũ qui templum cuſtodierunt ex præcepto Anani ſacerdotis, ſex millia virorum qui omnes gladium, ſcutum, & haſtam ferebant, induti lorica & galea, omnéſque ſtrenuiſſimi viri & bellicoſiſſimi. Ana-

C ni vero apud ſe cogitans, viros iſtos ſeditioſos in Templo concluſos, nec decere vt intra Tẽplum illos adorirentur, præterea ingens damnum futurum, ſi populus Dei in ipſo Templo ſe mutuo cõficeret, has inquam ob cauſas miſit legatos ad Iehochanan Galilæum, principem ſeditioſorum & latronum, pacémque illi obtulit, quam recipere Iehochanan recuſauit. Vocauerant enim ſeditioſi Edomæos, vt venirent ſibi auxilio. Edomæi autem à prima origine ſemper fuerunt duriſſimi ac fortiſſimi homines, & bellicoſi, veruntamen ſubditi erant Iehudæis, nam percuſſerat illos Horkanus Rex Iehudah, ac circunciderat illos, vſque

D qui inter illos ſtrenui milites erant, hoc iugum impoſuit, vt armati noctu interdiúque mœnia Hieroſolymorum cuſtodirent, reliqui verò omnes Edomæi tributum pendebant Iehudæis. Nocte autem quadam venerunt viginti duo millia Edomæorum†, qui omnes viri fortiſſimi erant, vocati à Iehochanan ſeditioſo aduerſus Hieroſolymas. Cúmque audiuiſſet Anani ſacerdos magnus & populus qui cum illo erat, vocem caſtrorum Edomæorum, aſcendit muros, ac interrogauit illos dicendo: qui vos eſtis? vnde veniſtis? quò pergitis? Reſpondentes ergo Edomæi dixerunt, Edomæi nos ſumus, & ex Edomæa venimus, vt

E inuiſamus dominum Deum & Templum illius, & videamus vt ſe habeat populus eius, propter hæc venimus vt moris nobis ſemper fuit. Reſpondit illis Anani ſacerdos, ac dixit, vos non eſtis integri, quemadmodum verba veſtra videntur indicare, non enim veniſtis quæſitum Deum & ſanctuarium eius, nec in auxilium populi Dei veniſtis, ſed potius vt opem feratis Iehochanæ principi latronum. An non magis vobis expediret vt auxilio eſſetis ſanctuario Dei, quàm quod adeſſe ſtatuiſtis his peccatoribus ac ſeditioſis qui nihil aliud cupiunt quàm deuaſtare ac perdere Domum & populum Dei? Qui effundunt in vrbe Dei ſanctiſſima ſanguinem iuſtorum, piorum, innocentúm-

† Nonnihil diſſentiunt ab hac narratione Ioſeph. & Hegeſip. vterque enim Iouanem ipſum ab Anano ad ſeditioſos legatum, nimia perfidia legationem obiiſſe ait, l. 4. ca. 5. & 6.

† Ioſephus ait conueniſſe prope 20000. eiuſdem lib. cap. 6. Hegeſip. vero plane 20000 duce, ca 6 Anania Pontifice miſſo ad milites Idumæos.

que hominum, propter quorum impietatem ſuperiores facti ſunt Romani. Bellum nanque nobis eſt internum cum ſeditioſis, externum verò cum Romanis. Quin eò peruenit malitia ſeditioſorũ, vt plærique ex noſtris optemus mori potius gladio Romanorum quàm gladio Iehudæorum noſtrorum. Quod ſi vos veniſtis auxilio illis, ſcitote grauiter vos peccare Domino Deo noſtro, eò quòd opem velitis ferre peccatoribus & homicidis iſtis qui populum Dei conculcant ſicut calcantes torcularia, faciuntque Templum Domini habitaculum homicidarum & habitationem impiorum. Nunc autem ſi vos veniſtis quærendi Dei gratia, quare armati eſtis armis bellicis? Et nos quidẽ non propter vos clauſim' portas vrbis, quò minus poſſetis ingredi vt ante conſueuiſtis, ſed propter arma quæ habetis vobiſcum, quæ ſunt inſtrumenta perditionis. Porrò non decet, cum armis & gladiis venire vt quæras Dominum, ſed potius cum hoſtiis, ſacrificiis, confeſſione & laude. Nunc vero ſi vultis vrbem ingredi religionis ergo, ſaluus ſit veſter aduentus, verumenimuero deponite arma, atque ita in pace intrate in vrbem. Reſpondentes autem Edomæi dixerunt ad Anani ſacerdotem, & ad reliquos ſacerdotes, ſeniores, iudices, ac præfectos, qui ſtabant ſuper muros: Miramur nos de te, ô ſumme ſacerdos, domine ac interceſſor noſter, ac de reliquis etiam ſacerdotibus Domini ſenioribus & iudicibus populi Dei, qui tecum ſtant, & verba veſtra mirabilia ſunt valde in oculis noſtris: ex illis enim intelligimus quod nos hoſtes veſtros exiſtimetis, vnde nos prohibitis quò minus vrbem ingrediamur ac dominum Deum pro conſuetudine noſtra quæramus. Quod verò armati ſumus, vti nobis obiicitis, an neſcitis quod Veſpaſianus appropinquat, vt veniat ad vrbem hanc ſanctam? Quamobrem nos quidem poſtquam audiuimus hæc, arma noſtra accepimus, vt auxilio vobis veniremus ac ipſam vrbem cuſtodiremus, quemadmodum iam à multis annis facere conſueuimus. Sed quomodo hoc vobis perſuadetis, quod nos auxilio veniam' impiis ac ſeditioſis qui ſunt vobiſcum, cum tamen ab eo die quo nos & patres noſtri circumciſi ſumus, nunquam receſſerimus à lege & præceptis domini? Dicite autem nobis, ſi ſit præceptum aliquod in lege, quod iubeat conſortare manus impiorum, ad quod nos reſpicere ac impiis iſtis adeſſe poſſimus. Abſit, vt hoc faciamus, quoniã omnes nos quotquot hic ſumus, vnà cum reliquis quoque Edomæis, ſerui ſumus Domini ac populi illius, cuſtodientes cuſtodiam legis ac populi domuſque Domini. Dum vero adhuc loquerentur, ecce nubes ſuboriebãtur, conſpiciebãturque fulgura, & ignes, atque cum tenebris & caligine, tonitrua maxima ac grandines grauiſſimæ omnia implebant terrebantque videntes hæc. Quare fugit omnis populus qui cum Anani ſacerdote erat, deſeruitque muros, nec enim conſiſtere amplius poterat. Anani autem ſummus ſacerdos plane obfirmauit cor ſuum, vt conſiſteret ac videret ſigna illa cœli horrenda quæ apparebant, quò iudicare poſſet quidnam illa portenderent. Iudicauit itaque (ſed non recte) quod tonitrua, grandines ac caligines illæ ſignificarent diuinũ auxiliũ, quo freti defenderent vrbem ac ſanctuariũ Domini. Atque hoc pacto iudicarunt omnes ſeniores qui cum illo erant, nec cognouerunt quod omnia hęc ſigna ſignificarent omne malum quod venturum erat ſuper Hieruſalem & omnem Iſraelem: quare diſceſſerunt omnes qui muros cuſtodiebant, quiſque ad domum ſuam. Videntes ergo viri ſanguinarij filij Beliaal, qui in Templo incluſi manebant, etiam illos aufugiſſe qui excubias ante portam Templi agebant, territi nimirum fulguribus, grandinibus ac ſæua illa tempeſtate, ſurrexerunt aperuerúntque portas Templi, ac inde egreſſi in ipſis tenebris ad mœnia contenderunt. Circumſpexerunt autem viri impij qui in Tẽplo fuerant, ad dextram & ſiniſtram, nec cognoſcebant quiſquam alterum, propter denſitatem tenebrarum, præterea nec quiſquam in tota vrbe Hieroſolyma è domo ſua prodibat, omnes enim conſternati erant animo propter ſigna illa cœli horrenda. Seditioſi vero nihil timẽtes, acceperunt ſerras, veneruntque ad portam vrbis, ac inciderũt vectem portæ. Cumque præualebat vox grandinis & tonitruum, tunc & ipſi fortiter confringebant ſeras ac vectes portæ, ne ſcilicet audiretur ſtrepitus confringentium, cumque ceſſarent tonitrua, tunc & ipſi ab opere ſuo deſiſtebant. Atque hoc pacto fecerunt, quouſque confractis ac reſeratis portis, Edomęos in vrbem introducerent. Qui cum ingreſſi eſſent Vrbem, hinc inde vagati ſunt nocte illa, conſiliumque inierunt qua ratione bellum inferrent habitatoribus vrbis eoſque plane perderent. Qui vero ex ſanguinariis & filiis Beliaal in Templo remanſerant, hos etiam eduxerunt inde, qui omnes Edomæis ſe cõiunxerunt, qui & vtrinque ſe iuramento facto cõfœderarunt, fueruntque in populum & exercitũ vnum. Percuſſerunt autem nocte illa in populo Dei 8500. viros fortiſſimos, militeſque ſtrenuiſſimos, præterea ex vulgo innumeros interfecerũt. Mane autem facto, miſerunt manus ſuas in diuites, ad affligendum illos, conuocarunt namque iudices populi, & ſeptuaginta ſeniores, qui & Sanhedrin dicuntur, quos Iehochanan Galilæus vir Beliaal ita eſt affatus. Quare non condemnatis viros iſtos opulentos, qui fœdus inierunt cum Romanis, illóſque vrbem hanc ſanctam prodere ſtatuerunt? Eo etiam tempore comprehenderũt virum magnum nomine Sechariahu, qui iuſtus erat, integer, pius & bonus, timens Dominum, diligens Deum & homines, eratque ſimul opulentiſſimus. Dixit ergo Iehochanan princeps ſeditioſorum ad ſeniores, iudicate virum iſtum, ac morti illum tradite, quoniam ipſe cum inimicis noſtris ſeſe coniunxit, traditurus illis vrbem hãc. Audientes igitur ſacerdotes ſeniores & iudices verba Iehochanan principis latronum, reliquorumque ſanguinariorum, cognouerunt illos hoc vnice velle vt moreretur Sechariahu, tametſi innocentiſſimus eſſet, fleueruntque ac ſuſpirauerũt valde. Videns itaque Iehochanan vir Beliaal, cum ſociis ſuis, ſacerdotes ac ſeniores flere ſuper Sechariahu, nec illos velle eum interficere, eò quod eſſet vir iuſtus & integer, dixit ad illos, num fletis antequam defunctus ſit Sechariahu? num antequam funus adſit luctum inſtituetis? Sic faciat nobis Deus, & ſic addat, quod ſi hoc pacto nobis facietis in iudiciis veſtris, in vos primum

iniiciemus

Arma ſui, inſtrumenta perditionis.

† Hegeſip. ait Ananũ ſũt animo deſperatũ ne ſcelera ceſſiſſe moleſtantibus contra illũ mũdi procellis, quas ſi daret authoritatẽ dilãde, quo cui que eſſet ſententia li. 4. ca. 9.

ſnüciemus manus, & nos iudicabimus iudicium populi Dei, pro voluntate noſtra. Perfricta ergo fronte ac obfirmata mente corripuerunt viri Beliaal ipſum Sechariahu, illumque è domo iudicij ſublatum, ſecum duxerunt ſuper turrim altiſſimam, quæ reſpiciebat verſus Orientem, ac inde illum in terram deturbarunt. Ceciditque Sechariahu †de muro ad latera vallis Iehoſchaphat, ibique mortuus eſt. Timuerunt itaque ſibi valde ſacerdotes, ſeniores & iudices à Iehochanan impio & à reliquis ſeditioſis. Dixerat nanque Iehochanan ad omnes ſacerdotes ſeniores & iudices, niſi iudicaueritis quoſcunque vobis adduxerimus, ſecundum beneplacitum noſtrum, ſcitote, vos omnes eadem morte qua & Sechariahu obijt, perituros eſſe.

Hunc appellat Ioſephus Zachariã filium Baruch: abſolutum vero à iudicibus, quos pro eius morti quam ſibi adſcribi eius interitum mallent, a. 2. audaciſſimus in medio Tẽplo interfecit lib. 5. ca. 1. Vide Hegeſip. lib. 4. cap. 10. Ioſephus Gorionem Hegeſip. Gorgionem habet.

CAP. 2.

TVnc comprehenderunt virum iuſtum & opulentum qui diligebatur ab omnibus Hieroſolymitanis, cui nomen erat Gorinion†, cognomine fortis, vir ſane fortiſſimus, inque bello exercitatiſſimus, prudens præterea, ſapiens & integer. Atque is primus ſemper erat in prælio cum pugnandum eſſet contra gentes obſidentes Hieroſolymas, eratque hæc illius conſuetudo, vt cum appropinquarent gentes ipſis Iehudæis, ipſe illis occurreret, ac percuteret eos, atque ita illos à Iehudæis repelleret. Quare corpus huius Gorinionis repletum erat cicatricibus & plagis, facies quoque & caput illius multa continebat vulnera, quæ in bellis quæ geſſerat pro populo Domini, ipſi inflicta fuerant. Quia vero noluit obedire Iehochanæ crudeliſſimo nebuloni, ſeque illi coniungere, iuſſit Iehochanan, illum cõprehẽdere & ad ſe adducere. Quem præſentem ſic eſt allocutus: Manda domui tuæ, confitere Domino, quoniam filius mortis tu es. Quare eduxerunt illum Ioannes & ſeditioſi extra vrbem, vt ibi ipſum occiderent, ne ſcilicet turba aliqua ſuborriretur ſuper morte Gorinionis: omnes enim ciues Hieroſolymitani illum diligebant, & viciſſim omnes ab illo amabantur. Quò cum veniſſent, procidit in terram ante illos Gurinion, ac affatim collachrymans dixit ad illos in hæc verba: Poſteaquam ita apud vos conſtitutum eſt, vt velitis me interficere cum tamen nulla ſit iniquitas in manibus meis, neque parcere mihi velitis licet innocens ſim quemadmodum & vos noſtis, deprecationem meam rogo accipiatis, & hoc mihi officij præſtetis vt cadauer meum ſaltem ſepeliatis, & in hoc inueniam gratiam in oculis veſtris. Cui reſponderunt illi dicentes: niſi ſuper hac re locutus eſſes nobis, ſepelituri te eramus, ſic enim decreueramus apud nos: nunc verò quoniam hanc rem à nobis poſtulare auſus es, te quidem occidemus, verum non ſepeliemus, ſed cadauer tuum proijciemus beſtiis terræ & volucribus cœli. Gorinion autem pergebat illos deprecari, quouſque illum crudeliſſimus Iehochanan cæderet ac interficeret. Proiecerunt ergo cadauer eius beſtiis agri, atque ad vrbem redierunt.

Gorioni Iudeo negata à ſeditioſis ſepultura.

CAP. 3.

VEſpaſianus interea appropinquabat Hieroſolymis, nam caſtra fixerat Caſariæ, vbi A populo ſuo commeatum diſtribuebat, ac ſtipẽdia larga perſoluebat. morati ſunt itaque in ea ciuitate diebus multis: cum namque Veſpaſianus reſciſſet inteſtina bella quę Hieroſolymis vigebant, dixit populo ſuo: Ne properemus Hieroſolymitanis bellum inferre, donec ipſi ſeſe mutuo conficiant. Atque ita tandem deprimetur ſuperbia illorum, cum viderint bellis inteſtinis, fame, litique perire. Veſpaſianus etenim vir erat prudentiſſimus in conſiliis bellicis, maxime vero hoc ſuo (quod modo recitauimus) conſilio ſuis profuit. Quare manſit ipſe cum populo ſuo in Cæſaria vrbe diebus multis: Pupulus autem Hieroſolymitanus bellum B geſſit aduerſus Iehochanan & complices eius, quouſque ceciderunt ex illo innumerabiles, quorum alij gladijs, alijs vero ſicis ſeditioſorum cæſi ſunt. quidam nanque ex ſeditioſis† occultabant gladiolos paruos, ſeu ſicas, ſub veſtimentis ſuis, cuinque accederet ſeditioſus ex improuiſo ad bonum aliquem virum, ſicam ſub veſtitu clam habebat, qua cuſtodiebat vir Beliaal iuſtum. ita vt eo ipſo in loco caderet, nec ſciret quis ſe percuſſiſſet. Ceciderunt ergo ex populo quam plurimi tam gladijs quam ſicis occiſi, & lõge plures quàm in bello Romanorum. vt iam pauciſsimi quidam ſupereſſent ciues. In diebus illis miſit Iehochanan C exercitum Hieroſolymitanum qui occupauit vrbes quæ pacem inierant cum Veſpaſiano, eaſque plane deuaſtauit, ac quotquot tam ex Romanis quàm ex Iehudæis in illis reperiebantur, trucidauit. Quin & Iehochanan ipſe ſecutus eſt illum exercitum, fuitque ei auxilio, qui & omnes facultates vrbium illarum rapuerunt, capta etiam vrbe Gerara quæ ſita erat vltra Iordanem, vbi & cõſederunt. Tẽpore illo miſerunt omnes habitatores Hieroſolymorum, ſacerdotes nempe, ſeniores, & reliquus populus, legatos ad Veſpaſianum petitum pacem ab illo, & vt ipſis auxilium ferret contra Iehochanan, & viros Beliaal qui cum illo D erant, qui quotidie in vrbe plurimos ex populo Dei trucidabant. Ciues quoque Geraræ† legatos mittebant ad Veſpaſianum, qui illi in hæc verba renunciarẽt. Quod ſi tu dominari volueris terræ Iehudah, ac vrbi Hieroſolymorum, ſique imperium tuum firmum eſſe cupias, audi conſilium noſtrum & veni ad nos, neque tuum aduentum differas, quoniam nobiſcum eſt Iehochanan ac impij illi ſeditioſi qui totis viribus in id incumbunt vt diripiant omnia noſtra bona, nobiſque dominentur, vxoribus, liberiſque noſtris: quin hoc in votis maxime habent, vt ita nos perdant, ne vllæ ex nobis remaneant reliquiæ. Si verò veneris, E ac cum exercitu tuo fortiter illis te opponas, nos quoque cum noſtris in vrbe illos oppugnabimus quouſque plane conficiantur, tumque tu dominus noſter eris. Quod cum fiet, poteris Hieroſolymas petere citra impedimentum, nemine prohibente, quoniam & ciues Hieroſolymitani cupiunt tibi ſeruire, & imperio Romanorum ſubditi eſſe. Cum itaque Veſpaſianus audiuiſſet verba ciuium Geraræ, profectus eſt ad illos, opem eis laturus: nec enim Hieroſolymas tum adire volebat. Quo tempore nunciatum eſt Iehochanæ & complicibus eius qui tum ibi erant, Veſpaſianum aduentare. Quare percuſſo principe populi qui erat in Gerar, egreſſi ſunt vrbem, fugam

† De ſicariorum ſeditioſorũ furore & latrociniis multa Ioſ. Antiq. lib. 20. ca. 7. & 8. & 2. lib. de bell. Iud. cap. 12. Hegeſip. quoque l. 4. ca. 13

† Gadaram habent: Dolosum quoque ciuitatis principẽ & auctorem legationis ad Veſpaſianum, interfectum à ſicariis, Ioſ. lib. 5. cap. 3 Hegeſip. li. 4. cap. 14.

A adornantes, ſtatueruntque in ſyluam confugere. Quod cum cognouiſſet Veſpaſianus, miſit poſt illos Pologarum ducem, qui illos aſſecutus, magnam in eis ſtragem edidit. Reuertens vero Pologarus à perſequendo ſeditioſos, cum Gerâram redire vellet, inuenit ad litus Iordanis populum multum, qui Hieroſolymas contendebant, vt euadere poſſent vnà cum ſeditioſis, quos vſque ad flumen adegit, & ex illis tredecim millia virorum trucidauit, reliquo populo deſiliente in fluuium Iordanis, in quo † occubuerunt nonaginta duo millia virorum, mulierum, paruulorumque, plurima etiam pecora in illo amne perierunt, ita vt obſtrueretur alueus Iordanis à multitudine cada- B uerum hominum & pecorum. Porro aquæ Iordanis inundarunt, alueumque ſuum exceſſerunt, ac excurrerũt hinc inde in planicies & agros: alueus enim, vt dictum eſt, obſtructus fuerat à cadaueribus. Poſtea vero inualuerunt aquæ, deuolueruntque cadauera illa omnia ad mare Sedõ, quod eſt mare bituminis, quod & mare ſalſum appellatur, tegebantque cadauera omnia littora Iordanis. Deinceps autem profectus inde Veſpaſianus abiit in terram Edom, cœpitque ibi duas vrbes munitiſſimas, quarum altera * Lagarit, altera vero Cephar Toch appellabatur, ex quarum habitatoribus 10. millia virorum ab illo cæſa ſunt, reli- C qui vero in captiuitatẽ abducti. Inde autẽ proficiſcens, peruenit ad vrbem Chamath Gedi, illam ſubegit, in qua erant ſontes aquæ calidæ, vnde egrediuntur fontes calidi vrbis Tiberiah, atque ij ipſi fontes, radices ſunt omnium fontium calidorum qui ſunt in vniuerſa illa terra, quẽadmodum iudicant Phyſici illius regionis, & qui ſtellas contemplantur. Inde ſoluens venit Samariam, eamque occupauit. Cœpit autem Veſpaſianus ædificare omnes vrbes quas ſubegerat, muroſque illarum inſtaurare, vt in illis milites collocaret, qui opem ipſi obſidenti Hieroſolymas ferre poſ- D ſent. Inde vero profectus venit Cæſariam, vt in ea omnem ſuum exercitum colligeret, vt obſidionem Hieroſolymorum pararet. Sed ecce veniebant ad illum nuncij Romani dicentes illi, Neronem Cæſarem obiiſſe cum venationem exerceret ruri, ac ignem Domini de cœlis cecidiſſe ſuper illum, atque ita illum deceſsiſſe vita. Pro quo regnauit Galba anno vno, intra quem cæſus eſt à Romanis principibus, & in locum eius imperator creatus eſt Vitellius qui vir fuit ſtultus, peſſimus & crudeliſsimus, ac deditus ebrietati, ita vt indignus plane eſſet imperij Romani adminiſtra- E tione. Principes autem Romani qui cum Veſpaſiano erant, cum audiſſent verba nunciorum illorum, intelligerentque Neronem mortuum, Galbamque pro illo Imperatorem conſtitutum fuiſſe, illique ſucceſſiſſe † Vitellium hominem peſſimum ac vinoſum, irati ſunt valde, dixeruntque: An defecerunt omnes principes Romani qui imperio Romano ſuffici poterant, cùm eligeretis virum vino deditum? Cur non potius Imperatorem creaſtis principem Veſpaſianum qui nobiſcũ eſt, qui ſapiens prudenſque ac fortiſſimus eſt vir, qui plurimas vrbes cœpit, ſubegitque gẽtes multas ac fortiſſimas, regeſque potentiſſimos imperio Romano ſubiecit, imperiumque Romanum longe lateque amplificauit? Nunc verò cum Im-

Marginal notes: ℵ¹ acidũ legunt Ioſeph. & Hegeſip. — † Hegeſip. vniuerſim an eo die periiſſe Iudæorum 92000 li. 4. c. 15. Ioſeph⁹ vero, numerũ infinitũ captos ante 2200. li. 5. ca. 3. — * Ioſephus habet, Segabre & Carbartophan. 5. li. de bell. Iud. ca. 4. Hegeſipp. Gualteri, Ligarũ & Capartorẽ Vet. Cod. Ligarimet Caparcorẽ — † De Nerone, Galba & Vitelli imperio, vide Ioſ. lib. 5. de bel. Iu. cap. 6 Heg. lib. 4. cap. 24.

A periumVeſpaſiano debebatur, vel alteri cum hoc conferendo, cumque talis apud vos non inueniretur, Regem creaſtis ſtultum & ebrioſum, qua in re imprudenter admodum egeſtis: Faxit autem Deus vt imperium Romanum, Regem nanciſcatur meliorem. Interea verò conſultarunt ſimul principes Romani qui cum Veſpaſiano erant, ac decreuerunt Veſpaſianum Imperatorem declarare. Quare omnes ſimul ſurgentes Veſpaſianum conuenerunt, dixeruntque illi: tu regnabis ſuper nos, tali enim debetur imperium Romanum, tu igitur imperabis nobis. Recuſauit autem Veſpaſianus audire vocem illorum, nec voluit regnum B capeſſere. Sed illi vi coëgerunt eum, collocanteſque eum ſuper thronum regalem, impoſuerunt capiti illius coronam Imperatoriam. Ipſe vero extendens manum ſuam, volebat detrahere à capite coronam Cæſaream, nec enim volebat Rex eſſe. Quare eductis gladiis reſtiterunt illi Romani duces, dicentes: tu regnabis ſuper nos, neque recuſaueris hoc, ſi enim renueris, morte morieris nũc, interficieriſque gladiis noſtris. Videns igitur Veſpaſianus ſe cogi, timenſque ne interficeretur, paſſus eſt Imperatorem ſe declarari, iurauitque illi totus exercitus, conſeditque in ſolio regali, factuſque eſt Imperator, ac Rex Regum.

Marginal note: Ioſ. li. 5. ca. 10. Hegeſ. li. 4. c. 26.

CAP. 4.

C IN dieb⁹ illis auctũ eſt bellũ inteſtinũ in medio Hieroſolymorũ, effundebatur namq; ſanguis plurimus, propter impietatẽ Iochanan principis latronum, viri Beliaal, ac propter viros ſanguinarios qui cum illo erant, qui omnes decreuerant vaſtare vrbem Domini, ac trucidare populum eius. Ac in diebus illis erat Hieroſolymis vir ſanguinum, ex magnatibus Iehudah, nomine Schimeon, qui & ipſe incipiebat mores Iochanan Galilæi ſequi: effundebat enim ſanguinem innocentem, & rapinas exercebat Hieroſolymis. Quoniam antea principem illum & ducem Hieroſolymita- D num conſtituerat Anani ſacerdos, quem poſtea hoſtem expertus eſt, deinde vero eiecit illum ex vrbe. Quamobrem abiit Schimeon, ac ſibi homines nihili, homicidas & latrones adiunxit, cogitauerat etenim apud ſe in corde ſuo, dicens: niſi adiunxero me impiis nebulonibus terræ huius, nunquam potero vltionem ſumere de Anani, eiuſque adiutoribus qui me Hieroſolymis eiecerunt, inq; exiliũ miſerunt ſumma cum iniuria, opprobrium ſiquidẽ magnũ eſt viro huiuſmodi qualis ego ſum ſi eiiciatur è ſuo principatu, cogaturq; hinc inde exulare. Circumiuit ergo omnes vrbes Iehudah & Galileæ, clamauitque in plateis vrbiũ, & ſcriptis E quoq; miſſis inſinuauit illis apud quos nõ fuerat, dicẽs: quicũque liber à Domino ſuo eſſe cupiat, aut qui iniuriã iam paſſus eſt in terra ſua, aut quiſquis ſeru⁹ eſt optetq; manu mitti, aut qui rebellis eſt patri vel Domino ſuo vel domo iudicij, aut qui exactores debitorũ timet, aut qui veretur ne in man⁹ iudicũ incidat propter effuſum à ſe ſanguinẽ innocẽtẽ, ideoq; in ſyluis & mõtib⁹ ſolitari⁹ vagatur, aut qui propter malũ facin⁹ capitis accuſatus eſt, quicũque denique velit prædari, iniuriã inferre, ſcortari, furari, occidere, comedere & bibere ſine labore manuum: is, inquã, veniat ad me, ego enim auferam iugum iudicij de collo illius, ſatiabóque eum rapinis & ſpoliis. Collecti itaque ſunt ad illũ circiter

Marginal note: Ioſ. de bel. Iud. li. 5 cap. 7. Hegeſ. li. 4. cap. 22.

circiter viginti millia virorum, qui omnes erant homicidæ, latrones, rebelles, peruerſi, impij ac ſeditioſi homines. Incepit ergo Schimeon affligere Iſraëlitas, ac omnia turbare quoquò ſe verteret. Quod cum audiuiſſent ciues Hieroſolymitani, ſacerdotes, ſeniores & ipſe quoque Anani ſacerdos magnus, malitiam ſcilicet Schimeonis magnam, quodque ille perpetuo pergeret male facere populo Dei, contriſtati ſunt valde, ac dixerunt: nunc iſte plus nos affliget quàm Iehochanā, quāuis crudeliſſimus ſit. Conſilium ergo ſimul inierunt, ac dixerunt vnuſquiſque ad proximum ſuū: agite mittamus aduerſus illum viros fortiſſimos qui repente illum obruant, fortaſſe illi percutiēt eum, aut viuum capient antequam malitia eius vlterius progrediatur, & ipſe quoque ſe cum uſoribus noſtris coniungat, qui nos intus & foris oppugnant. Miſerunt ergo ad illum exercitum magnum ex Iſraëlitis & Iehudæis, currus multos, plurimoſque equites & pedites qui ſubito illum adorti ſunt, veneruntque vſque ad locum caſtrorum ei', inueneruntque eum in agris ſeminatis, in quibus caſtra fixerat, & frumenta perdebat, ac diripiebat borrea, & comburebat omnia, ſegetes & oliueta: Diuiſerunt autem ſeniores Hieroſolymitani caſtra ſua, cæperuntque percutere caſtra Schimeonis, ac magnam in ſeditioſis illis ſtragem fecerunt. Sed paulo poſt præualuit Schimeon populo Dei, ſurgens enim nocte contra illos magnam ſtragem in illis ædidit. Quapropter qui reliqui erant, conati ſunt fugere verſus Hieroſolymas, quos inſecutus Schimeon percuſſit vſque ad portas Hieruſalem, cæſique ſunt ex illis quàm plurimi in via, ac pauciſſimi quidam ſuperſtites fuerunt. Poſt hæc abiit inde Schimeon vt bellum inſerret terræ Edom, ſibique illam ſubiiceret, quæ antea erat ſub poteſtate vrbis Hieroſolymæ. Primum itaque venit ad vrbem Aſam, (quæ alias Gaza dicitur) ea enim prima erat in finibus Edom, venientibus à Hieroſolyma. Egreſſi autem Edomæi magno populo obuiam illi, manus conſeruarunt cum Schimeone, neque præualuit exercitus Schimeonis, nec etiam Edomæorum, quare ſeparati ſunt à ſe inuicem, & vtraque pars cum ſuo exercitu receſſit. Iratus eſt ergo Schimeon plurimum, dixitque, melius eſt vt moriar quàm vt viuam, non enim poſſum vincere Edomæos. Quare deſtitit Schimeon à bello, ac caſtra poſuit in finibus terræ Edom è regione illius, ac commoratus eſt ibi. Porro cogitauit rurſus Schimeon de bello inſerendo Edomæis, dumque apud ſe conſideraret quo pacto omnia eſſent inſtituenda, ecce Iacob Edomæus venit ad ipſum, qui fuerat princeps Edomæorum vir bellicoſus, atque is poſtquam audiuiſſet quæ Schimeon proclamari iuſſerat, venit ad illum, cumque illo fœdus pepigit. Dixitque ad illum: ne male te habeat, quod non potuiſti primo prælio vincere Edomæos, ſi enim obedieris conſilio meo, omnes vrbes Edomæorum capies, nam ego tradam illas tibi. Reſpondit ergo Schimeon dicens: da conſilium ac effare quid ſit, vbi enim euenerit verbum tuum, honorabimus te. Cui dixit Iacob: da mihi dimidiam partem populi tui, cum qua abibo, ac in loco inſidiarum illos collocabo, tu verò mane ſurges, aciemque inſtrues contra illos, cumque videris Edomæos obuiam tibi egredi, ſimulabis te fugere, quouſque extraxeris illos de vrbe in agrum, vt te perſequātur. Quod cum fiet, ego cum populo meo de loco inſidiarum ſurgam, & properabo ad portas, ibique cuſtodes interficiam, atque ita ex inopinato vrbem ingrediemur, ac trucidabimus quoſcūque ibi inuenerimus, erigemuſque vexillum ſuper turrim vrbis. Quod cum videbunt Edomæi, remiſſæ fient manus eorum, emorieturque cor illorum, atque tunc tu ſuperueniens trucidabis eos prout volueris: aut ſi hoc minus placeat, accipe aliud conſilium. Ecce ego cum longo tempore princeps ſuper illos fuerim, noctu reuertar in vrbem, cumque me interrogauerint ianitores vrbis vnde veniam, dicam illis me venire ex caſtris Schimeonis, quò explorandi gratia egreſſus fuerim. Deinceps autem adibo ſeniores vrbis, petamque ab illis vt fortiſſimos quoſque milites mihi adiungant, me enim ipſis traditurum Schimeonem quàmprimum bellum rurſus ille nobis intentauerit, proinde me exploraſſe caſtra ac vires illius, audiuiſſe etiam, matutino tempore craſtinæ lucis illum nos agreſſurum. Tu autem mane ſurgēs contra me aciem inſtrues, cumque videris me tibi obuiam procedere, haſtam tuam aduerſus me diriges, tumque ego fugæ me committam, efficiamque vt Edomæi formident fugiantque ſimiliter vt illos inſequi, trucidare ac plane deuincere, vrbeſque illorum, capta Aſa (quæ & Gaza) vrbe magna, ingredi poſsis. Hoc ergo conſilio audito quod Iaacob Edomæus dederat, deliberauit cum ſuis Schimeon, placuitque illis poſtremum conſilium, in quod & conſenſerunt. Adiit igitur Iaacob Edomæus noctu Aſam vrbem, retulitque ſenioribus eius ſe fuiſſe in caſtris Schimeonis, eaque exploraſſe, ita vt ſperaret ſe poſſe illum tradere in manus illorum, quamobrem conſtituerunt illū ſeniores Aſæ in principem & ducem ſuper ſuos milites. Quibus præceperunt dicentes: cùm vos non tantum valeatis peritia rei militaris quantum Iaacob, decet vos in omnibus ſequi illum: ſi ergo profectus fuerit, & vos proficiſcamini: ſi caſtra poſuerit, & vos ponite: ſi ſubſtiterit, & vos ſubſiſtite: ſi fugerit & vos fugite: ſi denique reuerſus fuerit, & vos reuertamini, nec declinetis vel ad dextram vel ad ſiniſtram ab iis quæ mandauerit vobis. Facto ergò mane veniebat Schimeon cum omni ſuo exercitu, cui conuocatis omnibus ſuis militibus, obuiam proceſſit Iaacob Edomæus, qui cum videret Schimeonem ſibi appropinquare, ac contra ſe lanceas illius dirigi, confeſtim deſeruit aciem fugitque, & cum illo fortiſſimi quique milites, quod cum videret populus reliquus, Iaacobum nimirum ducem ſuum fugere, cōuerſi ſunt in fugam ipſi omnes: quos inſecutus Schimeon magna clade affecit, cœpitque Aſam vrbem, habitatores autem illius in ſeruitutem redacti, Schimeonique ſubiecti ſunt. Vnde diſceſſit Schimeon comitatus 40. millibus virorum fortiſſimorum, qui partim Edomæi, partim vero Iehudæi erant, quo in loco plurima ſpolia exercitus eius inuenerunt in ædibus Edomæorum interfectorum: nam reliqui qui viui capti ſunt, pacem inierunt cum illo, qui & ipſi adiunxerunt ſe caſtris eius. Profectus eſt autem inde in Chebron, quam cœpit, eiuſque fruges & meſſes plane per-

Simeonis Zelotæ expeditio in Idumæam

Iacobi Idumæi proditio. Hegeſ. li. 4. c. 23.

didit. Poſtea vero inſtaurauit ruinas vrbis Chebron, quique ex ciuibus illius vrbis viui euaſerât mortem belli, cum Schimeone pacem inierunt, quos etiam ſuſcepit, factique ſunt ſerui illius, eum qui comitati ſunt. Vnde mouens cum vniuerſo exercitu ſuo, qui plurimum auctus eſt acceſſione Chebronitarum, ſtatuit Hieroſolymas proficiſci. Quamobrē cum non longe ab vrbe abeſſet, graſſatus eſt hinc inde in fruges & meſſes illius. Quod cum percepiſſet Iochanan Galilæus princeps latronum, & dux ſeditioſorum, aduentare ſcilicet Schimeonem vt obſideret vrbem, cumque deuaſtaſſe agros vrbis, decreuit exire Hieroſolymas, cumque illo congredi. Verumenimuero timuit hoc facere, quippe cui dixerant exploratores ſui quod nō poſſet illum vincere, eò quòd haberet ille copias inſtructiſſimas. His itaque cognitis nihilominus egreſſus eſt Iochanan Hieroſolymas, collocauitque inſidias: quod cum faceret, ecce forte egreſſa eſt vxor Schimeonis cum ſeruis & ancillis ſuis, vt fugeret ad maritum, (timebat nanque ne occideretur propter iniquitatem Schimeonis mariti) hanc cœpit Iochanan, reduxitque Hieroſolymas, extulitque ſe in corde ſuo ſuper Schimeonē, eò quod cœpiſſet vxorem eius, dixitque. Nunc incidet Schimeon in manus noſtras, facietque voluntatem noſtram, quoniam non poteſt vxor ipſum accedere, cum ſit à nobis capta. Ipſe vero diligit illam plurimum, quapropter faciet in gratiam eius quicquid voluerimus. Peruenit autem hoc ad aures Schimeonis, qui & ipſe plurimos ex militibus Iehochanæ cōprehendit, eóſque truncauit manibus dextris, atque ita in ignominiam Iehochanæ Hieroſolymas illos remiſit ad dominum ſuum. Miſit proinde Schimeon legatos ad Iehochanan, qui illi dicerent: mitte ad me vxorem meam, veniatque illa ad me cum omnibus quæ mea ſunt, quod ſi recuſaueris, finis tuus eò deterior erit, nam vrbem hanc capiam hominéſque qui in illa habitant in ignominiam tuam, manibus pedibuſque truncabo. Quod cum audiuiſſent Iochanan & qui cum illo erant, timuerunt ſibi valde à Schimeone, miſeruntque ad illum, vxorem eius. Quare cōtinuit ſe Schimeon extra vrbem Hieroſolymam, Iochanan vero in vrbe ipſa agebat, atque ita gladius Schimeonis foris, gladius vero Iehochanæ in vrbe ſæuiebat. Milites namque Iehochanæ ſtuprabant vxores Iſraëlitarum, & effundebant ſanguinem innocentem. Illo tempore diſcedens parumper Schimeon ab vrbe, rediit in Edumeam, audierat enim potentiores ac opulentiores illius terræ rebellare. Mittens ergo manū ſuam diripuit omnia in vrbibus Edomeæ, ita vt nihil diuitiarum illis reliquum fieret, vnde maxime opulentus factus eſt. Reuerſus autem ex Edom rurſus venit Hieroſolymas, adduxitque ſecum omnem exercitum Edomæum, ac Iehudæos quoque illos qui ad illum confluxerant, obſeditque portam vrbis. Porro aucta eſt in dies malitia Iehochanan & complicum eius in medio Hieroſolymorum, ita vt docuerint ciues Hieroſolymitanos vt quiſque interficeret proximum ſuum, ac adulterium committeret cum vxore proximi ſui, multiplicataque eſt fornicatio in vrbe. Quin & plurimi ex populo & iuuenibus barbam tondebant, capillos vero capitis nutriebant & immiſcebant ſe mulieribus, vt tutius adulteria committere poſſent. Quod peccatum vrbem Hieroſolymorum ſane admodum inquinauit, ipſamque deſolationem eius promouit. Portæ autem vrbis clauſæ erant, vt nemo vel ingredi vel egredi illam poſſet: qui enim egrediebatur, gladio Schimeonis egrediebatur, qui verò in vrbe manebat, is ignominiam ſuam videre cogebatur in omnibus plateis & angulis, quòd ſi vel verbum diceret, ſtatim interficiebatur à Iochanā Galilæo principe ſeditioſorum crudeliſſimo. Videns itaque populus malitiam Iochanan in immenſum creſcere, congregati omnes ciues vrbis, congreſſi ſunt cū Iochanā, ceciditque ex ciuibus magna pars illo prælio. Et niſi exercitus Edomæorum, qui Hieroſolymas confugerant propter malitiam Schimeonis, auxilio ciuibus veniſſet, iam actum erat de vniuerſo populo Hieroſolymitano, fuiſſet enim ad internecionem vſque cæſus à Iehochanan, tanta erat potentia illius. Anani vero ſacerdos magnus, & ſacerdotes alij ſeniores ac reliqui viri fideles ac ſapientes, & reliquus populus qui erat Hieroſolymis, cùm viderēt iniquitatem ipſius Iehochanan, nec poſſent vlterius illā ferre, conſilium ſimul cœperunt, ſtatuerúntque tradere Hieroſolymas Schimeoni, eúmque introducere in vrbem ac conſtituere ſuper ſe Regem, vt opem ipſis ferret contra Iehochanan, quē longe iniquiorem Schimeone exiſtimabant, ſperātes poſſe fieri vt Iochanan à Schimeone victus trucidaretur. Miſerunt ergo ad Schimeonem, Amittai † ſacerdotem, vt introduceret illum in vrbem.

† Mathiā Ioſeph. li. 5 ca. 9. Hegeſi. li. 4. ca. 25.

Schimeon autem aſtute hoc recuſabat, dicēs nolo ad vos venire in vrbem, vos enim odio me habetis, & iam pridem me vrbe veſtra eiecistis. Miſerunt autem rurſus eundē Amittai ad Schimeonem qui nomine populi illum deprecaretur, quò veniret, quare ingreſſus eſt Hieroſolymas nocte vna cum vniuerſo ſuo exercitu. Quamprimum verò Schimeon in vrbem veniſſet, fregit fœdus quod inierat cum ciuibus, & cum ante hac pollicitus eſſet ſe velle illis adeſſe auxilio, nunc conuerſus eſt & factus eſt inimicus illorum, ſeque Iehochanæ coniunxit. Regnarúntque duo illi ſeditioſi in vrbe Hieroſolyma alterois menſibus † & qui ante aduentum Schimeonis non poterat ferre iugum vnius ſeditioſi, nunc inclinabat humeros ſuos ferebátque iugum duorum.

† Imò ſine vllis prorſum induciis, Ioannem ab Eleaſaro et Simone oppugnatū narrant, Ioſeph. li. 6. Hegeſi. li. 5. ca. 1.

Ioſeph li. 5. ca. 7. Hegeſi. lib. 4 cap. 25.

Poſthæc autē elapſis paucis diebus accidit vt ſimultas inter Iehochanan & Shimeonem ſuboriretur, propter Eleaſarum ſacerdotem filium Anani ſacerdotis magni, primarij ſeditioſi inter Iſraelitas: Schimeō nanque volebat illum interfectum, vt vltionem ſumeret de patre eius, à quo Hieroſolymis eiectus fuerat. Iehochanan vero defendebat Eleaſarum. Fuerat enim Eleaſar ſemper cum Iehochanan, eumque adiuuerat, prętereà ab illo ortę ſunt omnes ſeditiones in Iſrael. Pater enim eius erat ſacerdos magnus ac dominabatur Hieroſolymis, quare authoritate pollebat Eleaſar apud ſeniores vt non auderent illum reprehendere, cùm & pater eius hoc facere negligeret, propterea quod eſſet vnicus filius. Hic fuit primus qui homines nefarios congregauit, ſempérque adfuit Iehochanæ Galilæo quāprimum ille Hieroſolymas veniſſet. Propter hanc cauſam diuiſi ſunt Schimeon & Iehochanan

Eleaſari ſeditioſi pater vnicū negligēter illum caſtigabat.

hochanã, factiq; ſunt hoſtes, fuitque bellũ intereos omnibus dieb⁹ quemadmodũ adhuc narrabimus.

CAP. 5.

†Mutianum.

IN diebus illis miſit Veſpaſianus Antoniũ & † Mankiminũ, (qui ambo erant maximi viri & à cõſiliis Veſpaſiano) Romam, vt pugnarent cõtra Vitellium, eumque occiderent: quod cum factum fuiſſet, profecturũ ſe quoque Romã, vt imperialẽ coronam acciperet. Abeũtes ergo duo illi duces militẽ cõſcripſerunt, ac congreſſi cum Vitellio interfecerunt illũ, cecideruntque Romę die illa 80, millia virorum fortiſſimorum. Quod cũ cognouiſſet Veſpaſianus, properauit Romã ad capeſſendũ imperiũ. Diuiſitque omnẽ ſuũ populũ in duas partes, quarũ alterã ſecum Romã deduxit vt eſſet ſibi in præſidium, alterã vero reliquit cũ Tito filio, vt poſſet Hieroſolymas obſidere. Diſcedens autem Veſpaſianus reliquit Titum filium Alexãdriæ, cui præcepit dicẽs: tu hinc ne receſſeris, donec ad te perſcripſero ac cõſuluero quid facto opus ſit, nec etiã obſidebis interea Hieroſolymas.† Reſpondit Titus, dixitque, ſic faciam pater mi ſecundum verba tua, tuum eſt mihi mãdare, meum vero obedire. Prouide deduxit ſecum Veſpaſian⁹ Agrippam Regem & Munabas filium eius, (timebat namque ne forte rebellarent) & me quoque Ioſephum ſacerdotem vinctũ catenis ferreis, hoc enim ſuaſerant illi conſiliarij ſui, dicentes: Verum quidem eſt, nullũ ſignum rebellionis hactenus in Ioſepho animaduerſum eſſe, neque ille hoc vnquam commiſit: ſed quis nouit, ſi forte nobis hinc diſcedentibus ipſe Hieroſolymas fugeret, ac ciuibus illis opem ferret, illoſque inter ſe recõciliaret vnde hunc illi Regem ſuum facerent, atque ipſe deinceps plus nobis aduerſaretur? Deinde opus illo habes in hoc itinere, cùm ſit vir prudentiſſimus ſapientiſſimuſque, ita vt quiſquis conſiliis eius paruerit, felicem rerum ſuarum ſucceſſum experiatur. Cumque audiuiſſet Veſpaſianus conſilium ſuorum, probauit illud, meque vinctum cõpedibus ſecum deduxit vnà cum Agrippa Rege† & filio eius, quamuis illi nõ fuerint ligati nec manibus nec pedibus, ſed tantum cuſtodiabantur à quibuſdam ad hoc deputatis ne poſſent fuga elabi. Cum itaque Veſpaſianus iam vrbi Romæ appropinquaret, egreſſi ſunt illi obuiã omnes ciues, exceperuntque illum magno gaudio & maximis acclamationibus. Me porro iuſſit carcere includi† ſed Agrippam & filiũ eius liberos dimiſit. Craſtina vero luce conuenerunt omnes ſeniores Romę, vt Veſpaſianum imperatorem crearent iuxta cõſuetudinem Romanorum, cum quibus erant & Agrippa & filius eius. Ego autem rogaui magiſtrum carceris, vt adhibitis cuſtodibus ad locum illum me adduceret, in quo Cæſar creandus eſſet, quod ille mihi annuit, meque ſecum ad illum locum adduxit, eaque in parte collocauit vt videre poſſem omnia quæ ibi gerebantur. * *Deſcribuntur in ſequentibus vſque ad finem pene capitis, ritus creandi Imperatores Romanos: quæ tamen deſcriptio non videtur Ioſephi eſſe, ſed aſſumpta ab alio quodam, quod in libris aliorũ quoque ſcriptorum frequenter contigiſſe experientia teſtatur.* Poſt paucos autem dies, iratus eſt Veſpaſianus Agrippæ, quoniam mali quidam nebulones† traduxerant illum, dicentes quod defectionem cogitaſſet, quodque miſiſſet literas Hieroſolymã, eius

† Agrippã vnà cũ Tito miſ ĩ Romã vt Gualbæ ſententiã de bello Iud. ſciſcitaretur eo an rem interfecto, Titũ de Achaia reuerſum, Agrippam Romã profectum ait Hegeſ. lib. 4. cap. 21.

†Iudæorũ probatiſſimos & in his ſeipsũ accuſatum per inſidias à nebulonis. Ioſ. meminit lib. 7. de bell. Iud. cap. 31.

Appendix.

rei gratia. Quare Veſpaſianus interfecit illũ cũ filio Munabas, id quod cõtigit tribus annis cũ dimidio ante deuaſtationẽ vrbis. Porro ante hoc ipſum factũ ceſſauit iuge ſacrificiũ mille ducentis nonaginta diebus, nã ita ſcriptũ reliquit Daniel. Et à tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationẽ, dies mille ducenti nonaginta, &c.

CAP. 6.

agrippa Rex à Veſpaſiano interfect⁹.

PORRO anno illo, menſe eodem quo mortuus eſt Agrippa, excitauit Deus ſpiritum Veſpaſiani, vt mei, Ioſephi inquam memor eſſet in clementia ſua. Quare præcepit vt me è carcere educerent, ſtatuerentque in conſpectum illius, quod fecerũt ſerui eius. Cum ergo compedibus ferreis vinctus coram illo ſtarẽ, pacem mihi imprecatus eſt Cæſar, locutuſque eſt mihi conſolatoria, dicens: Tu noſti quod te valde diligam, ab eo die quo primum te vidi, & licet ligari te iuſſerim vinculis, ne exiſtimes illud à me factum eſſe ex malo corde, ſed ideo hoc me feciſſe tibi perſuadeas, ne ad ęmulationem ac inuidiam contra te inuitarentur principes Romani, dicerentque: Ecce hic eſt qui in bellis noſtris magno damno nos affecit, nunc autem hic incedit, tanquam vnus ex nobis, agite cædamus illum. Tu vero Ioſephe bono eſto animo, ego enim auferam à te ferrea hæc vincula, eriſque ante me non alius, atque vnus ex principibus meis. Proinde ego mittam te in Iehudæam, ad filium meũ Titũ, cui pater tu eris ac cõſiliarius quoniam Titus is eſt, qui tui miſertus, nõ paſſus eſt vt interficeris, quemadmodum noſti. Quin etiam ſępenumero me rogauit vt vincula tua diſſoluerẽ, teq; honore afficerẽ, quod ego propter iã dictam cauſam hactenus diſtuli. Reſpõdi autem ego Veſpaſiano: quomodo potero ego corã te & filio tuo Tito verſari tutus, cũ viderim Agrippam cũ filio innocentes à te occiſos. Reſpondẽs Cæſar ad me, dixit: tace Ioſephe, nõ enim quicquã boni de Agrippa ac filio eius dicẽdũ eſt, non enim tu noſti quid illi cõmiſerint contra maieſtatem meam, & quo pacto rebellare voluerint. Tu cremaſti manibus tuis oſſa illorum, num noſti quomodo honorauerim ipſum & filium in terra Iehudah, exercitúmque meum prohibuerim quo minus vrbes eius inuaderet? Reſpondi: noui equidem ita ſe rem habere quemadmodum dicis domine noſter Cæſar. Tum ille: ſed viciſſim mala, Agrippa mihi retribuit, cum enim me cogerent principes Romani in terra Iehudah, vt fierem Imperator, (poſtquam cognouiſſent Vitelliũ minus idoneum eſſe ad adminiſtrandum imperium) ſuaſit Agrippa illis, ne imperatorem me crearent, nihil enim in me eſſe, quare me ad hoc officij promouerent. Deinde cum Romam veniſſet, hinc inde ad pontifices profectus, donec & illi ad ſummum pontificẽ accederent, accuſaturi me de ſceleribus quorũ minime mihi conſcius eram. Ex his cognoui, quod in corde Agrippæ, impietas ac rebellio fuerit repoſita, ideoque adiudicaui illum morti. Vbi enim eſt impietas, ibi & iudicium eſſe conuenit. Filium quoque eius eodem ſupplicio affeci, filius namque rebellis non manere debet ſuper terram, eo quod in corde eius relinquitur opus patris ſui, cum conceptus ſit ex ſemine rebellionis. Te autem iuſtum eſſe vidi & fidelem

coram me omnibus diebus, quare ego commendo conſiliis tuis filium meum. Præcepitque cum hæc dixiſſet, vincula Ioſepbi diſſolui, ac liberum illũ honorifice principibus & ſenatoribus adiungi. Ioſephus vero reſpondit, dicens: nonne ingens mihi hæc eſt ignominia, eò quod mibi quidem auferenda ſunt vincula, quibus nibilominus Iſraëlitæ qui mecum ſunt captiui detinentur? Nũc igitur poſtquam inueni gratiam in oculis tuis, ſi audire me volueris, ſolues vincula omnium Iſraëlitarum qui mecum ſunt, quod ſi feceris, ero fidelis tuus conſiliarius omnibus diebus, ac hoſtis ero hoſtium tuorum, bellumque inferam oppugnantibus te. Fecit itaque Veſpaſianus ſecundum verba Ioſephi, dimiſitque omnes quotquot cum Ioſepho captiui fuerant. Miſit porro Veſpaſianus Ioſepbum ad Titum filium, qui tum Alexandriæ Ægypti commorabatur, cui & ſcripſit de Ioſepho ſacerdote in hæc verba. Fili mi dilecte, ecce ego mitto ad te Ioſephum principem Iudæorum, qui exercitatus eſt in bello, & ſapientia multa penes illum eſt: hic erit tibi pater & conſiliarius fidelis, nec declinabis à conſilio eius neque ad dexteram neque ad ſiniſtram, quoniam vir ſapiẽs eſt. Quare in ſummo illum habeas honore, quo dignus eſt, nam & dominus Deus ſuus cum illo eſt, nec credas vnquam vlli homini qui Ioſephum apud te traducere conatur: Quin potius è veſtigio hunc ipſum qui Ioſephum deferre vult, occidas, quoniam Ioſephus vir fidelis eſt & bonus conſiliarius & quiſquis illius conſiliis paret, fœliciter habet. Cum itaque Ioſephus ad te peruenerit, & poſtquã ille à laboribus maris quieuerit aliquot diebus, parabis profectionem aduerſus Hieroſolymam ad obſidendum illam. Cumque Iudæi pacem tibi reſponderint, ſeque Romano Imperio ſubiecerint, caue ne quicquam incommodi illis inferas, ſed potius inſtaura vrbes illorum, ſintque illi liberi ab omni tributo per biennium, hac tamen lege vt ter in anno erigant vexilla Romanorum ſuper mœnia, tribus nimirum feſtiuitatibus, in quibus omnes Iſraëlitæ Hieroſolymã aſcendunt, vt compareant coram domino Deo ſuo: Deinde vt etiam offerant in ſingulis feſtis hoſtiam pro nobis ſupra altare ſanctiſſimum, quod eſt Hieroſolymis. Quodſi vero recuſauerint pacem inire tecũ, plane excindes vrbes illorum, & qui gladium effugerint captiuos abduces. Sin vero cupiunt Ioſephum Regem ſuum eſſe, placeat nobis quoque hoc inſtitutum. In primis verò conſilio Ioſepbi parebis, is erit pater tuus, tu verò illi filius. Factum eſt ergo poſt hæc, diſceſſit Ioſephus Roma, venitque Alexandriam ad Titum. Cumque audiuiſſet Titus adueniſſe Ioſephum lætatus eſt valde, & omnes ſeniores ac ſapientes cum illo, quoniam Ioſephus fuit plenus ſpiritu ſapientiæ, intelligentiæ, conſilij, fortitudinis, ſcientiæ, & timoris Dei. Quare obuiam illi progreſſus cum ducibus exercitus Romani, magno honore illum excepit Titus, cui Ioſephus literas reddidit patris. Quas cúm legiſſet Titus reſpondit Ioſepho, dicens: quicquid ad me ſcripſit pater in his literis, ego per me facturus eram, tum vero cum pater meus monitor mihi ſit, magis facere illud debeo. Quamobrem maneas mecum, & ego ero tibi filius, tuque mihi pater, qui me conſilio ſuo reget. Cómoratus eſt itaque Ioſephus cum Tito Alexãdriæ menſe integro, poſtquam è Roma venerat. Deinceps vero ſimul conſilium inierunt vt Hieroſolymam aſcenderent, eamque obſiderent, Quoniam ſciebat Ioſephus quod à domino eſſet hoc, nec poterat verbum Domini impedire. Diſcedens itaque Titus cum Ioſepho ex Alexandria cum omni exercitu ſuo caſtra poſuit Nicolopoli, vnde nauigio peruenit Thaniſan, vnde profectus eſt Iracleam. Inde vero diſcedens venit in Pelyſis, ac inde per deſertum ad Baale Iouim†, ac inde venit ad Dicron, vnde profectus Gazam venit, ac inde Askelonem, poſtea Iabnam, ac inde Iapho, poſtea Cæſaream peruenit. In his vero ſuis profectionibus cœpit Aſam, Askelonem, & Iapho cum omnibus circumiacentibus pagis ac caſtellis.

† Caſſalenus Templa, habet Ioſ. de bel. Iud. 5 li. c. 14. Heg. li. 4. c. 23. Quam & hæc nomina pene omnia, vterque, paulo aliter.

CAP. 7.

ANno primo imperij Veſpaſiani, menſe decimo, ſeptima die menſis, venit Titus cum Ioſepho ac exercitu ſuo Cæſariam vrbem celeberrimam, quam ædificauerat Herodes Rex†. Qua in vrbe commoratus eſt Titus, donec omnis exercitus conueniret, tam Romanorum quàm aliarum etiam gentium, quæ erant ſub poteſtate Romanorum, quæque veniebant auxilio Romanis, ad obſidendum vrbem Hieroſolymam. Fuit ergo exercitus Titi maximus, cum quo manſit Cęſariæ donec tranſirent dies hiemis & frigoris, ac appropinquaret menſis Aſiſ. Anno primo regni Veſpaſiani, inualuerunt bella in medio Hieroſolymæ, mutuo enim ſe ciues interficiebant, nec erat vlla inter eos pax aut tranquillitas, neque etiam hieme bellum ceſſabat vti ſolet aliás fieri, ſed æſtate ac hieme bellum vigebat inter Schimeonem & Iochanan, ac Eleaſarum. Porro eo anno effudit dominus in medio Hieroſolymæ ſpiritum vertiginis, diuiſuſque eſt populus in tres partes, quarum prior ſequebatur Anani ſacerdotem, qui tum ſacerdotium ſuum prophanabat, altera Iehochanan ſeditioſum, tertia vero Schimeonem crudeliſſimum hominem, ſectabatur. In medio ergo Hieroſolymorum bellum erat inteſtinũ, ſed foris copiæ Romanæ à Cæſaria Hieroſolymas vſque excurſiones faciebant, ita vt nemini liceret vrbem egredi vt euaderet bellum, nec etiam ingredi quiſquam poterat vt adueheret neceſſaria. Anani autem ſacerdos cum eſſet vir integer & pius, cumque videret rempublicam Hieroſolymitanam non niſi ad nutum ſeditioſorum adminiſtrari, dedit partem ſuam tertiam quæ ſibi adhærebat Eleaſaro filio, qui primus ſeditionem mouerat, quique primus occaſionem præbuit, per quam venerunt omnia mala ſuper Hieruſalem & totam terram Iehudah. Nam conſpiratinnem fecerat aduerſus præſidia Romanorum, ac incitauerat Iſraëlem, vt rebellaret aduerſus Romanot, in eoſque iniiceret manus. Quamobrem tunc quidem congregati ſunt ad Eleaſarum ſeditioſum, Iehudah, Chezron†, Sebimeon, & Chiskiahu adoleſcentes nobiles, ex magnatibus Hieroſolymitanis. Eleaſar vero cum ſociis ſuis occupauit Templum cum atriis circumiacentibis, conſtituitque, ex ſuis, inſidiatores & cuſtodes qui obſeruarent ac cuſtodirent latus Templi Domini. Sed Iehochanã Galilęus ſeditioſus ad quem multi ex populo confluxerant ita vt fortior eſſet

Eleaſaro:

† Vide Ioſ. Antiq. lib. 15 c. 13. de bel. Iud. 1. lib. ca. 16

† Habet Ioſeph. Simonis Ezronem (ſubaudi) filium de bello Iud. li. 6. cap. 3. Hegeſip. idẽ quoque, niſi quod pro Ezronis, legit, Zenonis, vel, Ezeronis, vt notauit Gualt. ca. 1. lib. 5.

Eleaſaro: is, inqnam, plateas vrbis ac inferiorem eius partem cepit. Porro Schimeon Hieroſolymitanus loca ſublimiora vrbis occupauit, quare copiæ illius lædebant fundis & baliſtis viros Iehochanan. Fuit ergo bellum in medio Hieroſolymæ triduo, ſine vlla reſpiratiooe, & quotidie plurimi occidebantur, ita vt ſaoguis interfectorum Iebudæorum hinc inde per fora & plateas flueret, ac ad Templum vſque Domini innundaret tanquam innundatio pluuiæ, & ſanguis pertingebat vſque ad limina ianuarum Templi, ac cadauera cadaueribus obruebantur, nemo enim erat qui illa ſepeliret. Fuit proinde Iehochanan ſeditioſus in media regione vrbis, Schimeon vero & Eleaſar vtrinque illum circumdabant, omnium vero optimũ locum habebat Schimeon†, ex quo tam Iehochanan, quàm Eleazarum lædere poterat. Eleazar autem pro virili ſtudebat nocere Schimeoni & Iehochanæ qui in medio erat: Sed & Iehochanan vtrumque infeſtare pergebat, vt qui medinm inter illos locum teneret, verumenimuerò nihil efficere poterat, quoniam complices Schimeonis, fundis lapides in ipſos iaculabantur, & ſagittis illos petebant: & quoties qui cum Iehochanan erant, viciſſim Schimeonem lapidibus petere ſolebant, toties ad ipſos eoſdem reuertebantur lapides. Inualuit itaque prælium inter hos tres, ac quotidie auctum eſt vt omnibus terrori eſſet. Congregatus eſt autem ad Templũ populus multus de ſacerdotibus ſenioribuſque qui deprecabãtur hoſtes illos inteſtinos ne vellent cædibus Templum polluere, qui tamen ad internecionem pene omnes cæſi ſunt. Eo namque die interſecerunt etiam Anani † ſacerdotem, & Iehoſchua ſacerdotem, qui ambo fuerant principes ſacerdotum, & Sechariahu Prophetam domini fideliſſimum. Tũc ceſſarat iuge ſacrificium, ante 36. dies, nam vſque ad id tempus adhuc inueniebantur pij homines Hieroſolymis, qui ſacrificia domino offerebant. Quod cum facerent, ſacerdoteſque holocauſta ſuper altare offerrent, accedebant ſeditioſi, ac interficiebant illos, cadebant cadauera ſacerdotum cum cadaueribus pecorum, quæ ſacrificare volebant. Quin & reliquos qui religionis ergo Hieroſolymas confluxeraot, ſeditioſi interimebant, ac plane delebant, vt fere nullæ ex illis reliquiæ ſupereſſent. Cadauera inſuper hominũ in templo proiecta iacebant, eaque innumerabilia, vt conculcarentur: quin & cadauer ſacerdotis offerentis cum holocauſto humi iacebat, cumque quiſpiam oblaturus erat hoſtiam, ſtatim accedens aliquis ex ſeditioſis, occidebat illum, vnde ſanguis holocauſtorum cum ſanguine offerẽtium miſcebatur, vt non poſſet quiſpiam in pauimẽto Templi quod erat marmore conſtratum, tuto incedere, eò quod totum cõſperſum eſſet ſanguine ac adipe interfectorum. Cùm namque ſacerdos manus ſuas applicaret ad hoſtiam, occidebatur, atque tum cadauer alieni cadebat ſuper illum, cadebatque cadauer mundi ſuper cadauer immundi, & impij ſuper pij, ac latronis ſuper cadauer pij, quare commixtus eſt ſanguis illorum in medio tẽpli Domini, neq; reſpect⁹ erat cuiuſcũq; cõditionis hominũ. Quare inualuit bellũ in vrbe ac etiã in Tẽplo Domini, nam & ſeditioſi quoſcũque ſuperabant, igne cõburebant, vnde ignis peruaſit

† Diſſentiũt, cum que loci opportunitate longe inferiorem fuiſſe Ioanne & Eleazaro, nunc Heg. & Ioſ. eodẽ cap.

† Hunc, Ananum appellas, memorat que interfectũ quod populũ grauius reprehendiſſet, Heg. 5. li. ca. 2.

A in domo magnatũ, qui Hieroſolymis tẽplo vicinas habebant babitationes, & in domos theſaurarias in quibus pro obſidione repoſitę erant fruges, vina & oleum, quæ numero erant 1400. quæ omnes repletæ erant cõmeatu quo vtẽdũ erat tempore obſidionis. Seoiores enim & reliqui pij cùm Veſpaſianus obſideret vrbes Galileæ, portas ædiũ illarum cõcluſerant, in quibus commeatus erat pro ducentis millib⁹ hominũ, per viginti annos: Quæ omnes in eo bello ſeditioſorum cõbuſtæ ſunt, cœpitque tum fames Hieroſolymis. Tum etiã ſeditioſi diruebant omnes domos ſpecioſas, ne cuiquã nomen familiæ ſuæ relinqueretur inter habitato-
B res Hieroſolymæ. Ac eo tẽpore viſitauit dominus ciues Hieroſolymitanos quatuor plagis, gladio, peſte, fame, & incendiis, præter quę quintũ quoque acceſſit, nimirum ruina ædiũ pulcherrimarũ. Et quoquo te couerteres, ibi erat deſolatio, pollutio (ſcilicet templi ſeu rerum ſacrarum) & tumultus, neque erat vlla reſpiratio aut refugium, nullum etiam auxilium, ſed in omnibus angulis Hieroſolymæ audiebantur eiulatus, clamor, ſuſpiria, fletuſque mulierum & paruulorum. Quoquò reſpiceres, audire erat rugitum ac fremitum vulneratorum qui necdum mortui fuerant, eiulatum ſeniorum quos ſeditioſi percuſſerant, puerorum,
C paruulorumque famentium clamorem, denique afflictiones triſtiſſimas viuentium, quas illis ſeditioſi intulerãt. Quin paſſim Hieroſolymis ædebãtur ab hominibus hæ voces: Beatus eſt, quiſquis iã antea diem ſuum obiit, væ autem illis qui hodie ſuperuiuunt, qui coguntur videre mala hæc. Quæ omnia cũ ego (Ioſephus) audiuiſſem, barbã meam manibus meis euelli, ac ſuper caput meũ cinerem impoſui, & ſummo dolore affectus in terra cõſedi, calamitatem Hieroſolymorum deplorans.

Hieroſolymitanorũ calamitates tẽpore obſidionis.

CAP. 10.

LAmentatus eſt ergo Ioſephus lamentationem hanc ſuper Hieruſalem dicens:
D Quomodo deuaſtata eſt vrbs ſancta, quæ fœlicior fuit, & celebrior omnibus prouinciis? Quomodo ciuitas olim ſublimis, propter peccata ciuium ſuorum hodie humiliata eſt, quæque olim habitatio erat fidelium nunc dominantur illi homines qui domini iram cõtra illã irritant, eamque à Deo ſuo auertunt, deuaſtãt illam latrones? In qua olim lux diuinitatis manebat, ea hodie fabula & deriſio eſt (hoſtibus ſcilicet) in eaque ſanguis vulneratorũ ac cadauera interfectorũ apparent. In locum lętitiæ, gaudij iubilationis, citharæ & nabli, dolor & ſuſpiria, confractio cordis, luctus, ac triſtitia ſucceſſerũt. Quemadmodũ antehac ſacerdotes cultũ
E domini perficiebãt, & illi holocauſta offerebãt, ita nũc ſeditioſi, homines pios & fideles trucidãt. Quæque olim fuit habitaculum ſapientum ac prudentum virorum, nunc diuerſorium eſt impiorũ & latronum. Domine Deus Iſrael an non ſuperioribus temporibus Angeli de excelſis in terram deſcendebant ad præliandum prælia tua? & fluctus maris perſequebantur perſecutores tuos? & terra abſorbebat contemptores tuos? & ventus quoque ſuccindebat inſurgentes aduerſum te? & tonitrua cœli deuaſtabant hoſtes tuos? & ſtella pugnabant contra inimicos tuos? Nunc ergo quid ſibi hoc vult quod abſcondis faciem tuam à nobis, & cuinam commiſiſti oues paſcuorum

Totã hanc Hieroſolymitanæ vrbis deplorationem pene ad verbũ habet, idque ex ſua ipſius non autem Ioſephi perſona, Heg. li. 5. ca. 2.

tuorum? Reſpice domine Deus noſter, & vide populum tuum, & hæreditatem tuam quam eduxiſti ex Ægypto virtute magna & in manu forti cum ſignis & portentis, quamque eduxiſti vſque in hanc diem in fide tua, miſerere in miſericordia tua ſuper illos, & ne inclines iram tuam aduerſus ſeruos tuos. Exnrge nūc Moſes fili Amram, & vide populum tuum, & gregem ouium quas pauiſti omnibus diebus tuis in ſapientia tua: vide, inquam, quomodo rapiant eas Lupi & Leones, & quomodo Iſraëlitæ in hoſtes animarum ſuarum conuerſi ſunt, quoniam vaſtatores & deſolatores ex illis egreſſi ſunt! Intuere nunc populum Domini, cuius gratia eleuaſti baculum tuum ſuper mare, quo percuſſiſti & diuiſiſti illud vt in aridam verteretur, tranſirentque Iſraëlitæ ac affugerent hoſtes ſuos. Memor eſto præcationis tuæ, qua tēpore famis cibum illis de cœlis impetraſti, qua etiam tempore ſitis cum defeſſa eſſet anima illorum, aquam è petra duriſſima eduxiſti. Exurge nunc Aaron ſancte Dei ſacerdos, qui ſteтiſti inter mortuos & viuos, ac plagam auertiſti ab Iſraële, percuſſiſtique deuaſtantem ne ad viuentes accederet. Surge nunc è puluere tuo Phinees, qui zelo commotus gloriam ac maieſtatem domini Dei Iſraël vindicaſti, veni & tranſfige in furore tuo ſeditioſos iſtos qui trucidāt populum Dei & ſacerdotes eius. Euigila nunc Ioſue qui deturbaſti muros Iericho voce ac iubilatione tubarum tuarum quæ erant in manibus ſacerdotum ſanctiſſimorum, veni nunc & vide populum quem feciſti hæreditare gentes multas & Reges fortiſſimos: vide, inquam, quomodo is ſeſe mutuo conficiat, opemque ferat Idololatræ, quo ille dominetur terræ ſanctæ quam in poſſeſsionem Iſraëli dediſti. Tu verò Dauid Rex cur dormis? expergiſcere ac veni cum ſtrepitu nablorum & cithararū tuarum vt decantes cantica ſancta, ac inquire verba tua ſuauia quæ ceſſarunt ab ore populi huius propter malitiam eius. Aſpice principes eius quomodo mutati ſunt in hoſtes & vaſtatores, nec enim fecerunt ſicut tu, ô Dauid Rex, feciſti, qui animam tuam pro anima illorum addixiſti: ſit nunc manus tua contra me & contra domum patris mei, & ne conuertaris ad populum tuum ad perdendum (illum) Eliſee quare dormis? euigila, vide quid facturus ſis, an liberare poſſis reliquias Iſraël, & viuificare illis euaſionem! Nonne tu oratione tua traxiſti caſtra Syriorum, adducens illa ad vrbem munitam, ac præualuiſti illis abſque gladio & bello, & humiliaſti illos, percuſſiſtique illos cæcitate, & mutaſti inimicitiam illorum ſuper Iſraëlem in amorem. Tu equidem is es qui oratione tua debellaſti Syros, qui à facie orationis tuæ fugerunt. Nunc itaque paſtores Iſraël aurib' percipite, congregamini omnes, & audite verba mea quæ loquar in auribus veſtris hodie. Dicite mihi, vbi manet oratio veſtra quam effudiſtis pro populo Iſraël, vt ab illo auerteretis iram, īdignationem, tribulationem, furorem, & immiſſionem angelorum malorum? Quomodo ergo nunc non videtis Sanctuarium conuerſum in colluuiem ſanguinum? nam cadauera ſacerdotum cadunt in medio eius. Et vrbs ſancta Hieruſalem facta eſt aliena, quaſi non fuiſſet nomen Domini in illa, & Sanctuarium Domini nunc ſe ita habet ac ſi nunquam habitaſſet in illo diuinitas: conuerſum namque eſt Templum in ſpeluncam latronum, & habitationem ſeditioſorum, & tabernaculum crudelium, & quicunque confugiunt ad illud, ibi occiduntur, quemadmodum ſeditioſi interfecerunt in medio eius Anani ſacerdotem, & Iehoſchua ſacerdotem, qui fuerant principes ſacerdotum, & honoratiores in populo Dei, quos antehac Reges, & populi deprecati ſunt, vt inuenirent gratiam in oculis illorum, nunquam abiecerunt cadauera illorum in medio Templi. Et principes Hieroſolymitani, ſeniores Iehudah ſapienteſque in Iſraël quorum pacem quærebant Reges & populi, mortui ceciderunt in medio Hieroſolymæ, fuerúntque cibus volucribus cœli, & beſtiæ agri, canum & coruorum, nemo enim erat qui ſepeliret illos. Qui equidem omnes non ceciderunt propter mala opera, ſed quia arguebant Iſraëlitas peccantes. Quomodo ceciderunt in medio tui, ô Hieruſalem vrbs ſancta ac in omnibus terræ partibus decantata, iuſti & ſancti viri, quibus præualuerunt ſeditioſi viri Beliaal & ſanguinarij, qui induxerunt ſuper te omnia iſta mala? Quomodo inter ſanctos illos ceciderunt ſacerdotes Domini, & Prophetæ eius, nam ante templum ſanctum mactatus eſt Secharíah Propbeta ille iuſtus & ſanctus, qui obdormiuit deſtitutus ſepulchro, & non contexit terra ſanguinem eius, ſed adhuc vagatur, & muſſitat in medio tui. Neque etiam contexit terra tua ſanguinem Anani ſacerdotis magni, & Iehoſcua ſacerdotum principis, qui ambo cæſi ſunt in medio templi, quemadmodum cædi ſolent latrones: quin & ſanguis iuuenum & virorum fortium tuorum qui ſanguinem illorum vindicare volebant, à ſeditioſis effuſus, ſicut innundatio aquarum fuit. Quomodo conuerſa ſunt corda virorū tuorum, & retrorſum acta, vt non audiant reprehenſionem iuſtorum, ſed ſimiles ſunt ſtatuis, quæ non vident, nec audiunt, nec etiam intelligunt quicquam? Quoniam omnes beſtiæ, ac omnes plantæ terræ reſiſtunt bellum ſibi inſerentibus, vt liberentur à gladio inimici ſui: at filij tui intra te mutati ſunt in hoſtes, caditque vir in gladium fratris ſui. Vbi eſt fortitudn tua, quæ nunquam inclinaſti humeros tuos ad ferendum iugum gentium, quæque abieciſti iugum Ægyptiorum, Peliſtinorum, Aramæorum, Aſſyriorum, Chaldæorum, Perſarum, & Medorum? Vbi eſt robur quod dedit dominus filiis Aſamonæorum, qui in medio tui, copiis perexiguis, præualuerunt fortiſſimo exercitui Græcorum, deleueruntque ſtrenuos milites Babilonicos, qui etiam exterminarunt exercitum Perſicum, occideruntque Kamitiarum & Antiochum, illorumque caſtra inſecuti magnam in illis ſtragem ædiderunt, implentes omnia loca cadaueribus gentilium. Non enim obaudiebant peccatoribus, ſed tradebant animas ſuas in mortem, idque non pro filiis & filiabus ſuis, ſed propter Sanctuarium Domini, eiuſque Templum, ne pollueretur idolis gentium. Vbinam manet virga Dei, virga illa ſancta, quæ floruit in diebus lætitiæ tuæ? Nunc verò aruerūt germina, & ipſa quoque virga. Aruit virga fidei, & regni, & hominum tuorum, à quibus lex ſancta ablata eſt, nec eſt qniſquam qui norit haurire

Ponti. cur ab Hieroſolymitanis occiſi.

Zacharias Propheta, & alii à Seditioſis occiſi.

Cauendū.

re aquas miſericordiæ cœleſtis. Heu homines miſericordes qui fratribus ſuis miſereri poterát, ſiue in vita ſiue in morte quomodo in crudeliſſimos tyrannus conuerſi ſunt, nec vllius hominis miſerentur? Vbinam multitudo miſerationis illorum, qua honorifice mortuos ſuos ſepeliebant? Nunc vero cadauera illorum, & mortui tegunt ſuperficiem terræ, nec eſt qui ſepeliat illos, nec etiam pax eſt ſepelientibus eos: alij namque accedentes interficiunt illos antequam interfectos ſepeliát, atque ita moriuntur & ipſi ſine ſepultura, proiiciū, turque in agros hinc inde. Eſtque conſuetudo in te hodie, quod pater non ſepeliret filium, nec filius patrem, cum ſeditioſi diligenter animaduertant in eos qui defuncti ſunt, ne ſepeliantur: & qui ſepelire voluerit, is quoque ibi cadit & ſine ſepultura moritur, Et templum quoque Domini, quod in te eſt, quodque olim aromatis, vnguentis, & thymiamate fragrabat ac redolebat, quomodo nunc putredine, ſtercore & odore abominabili ex cadaueribus, & ſanguine vulneratorum profecto repletum eſt. Plateæ tuæ refertæ ſunt mortuis & transfixis haſta, & iis qui fame perierunt: qui vero adhuc ſuperſtites ſunt in vrbe. mortui reputantur, quoniam anima illorum tædio affecta eſt propter fœtorem cadauerum, qui plurimos etiam partim enecauit, partim vero in morbos periculoſiſſimos coniecit. Nimirum hoc eſt quod dixit Dauid vnctus Rex Iacob, & iucundus ac dulcis cantor in Iſraël: Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerút templum ſanctitatis tuæ. Atque vtinam gentes educaſſes, nutriiſſes & exultaſſes, vt rebellarent contra te & peccarent, ac polluerent Templum ſanctum, quod eſt in medio tui. Quoniam in malitia oſoris inuenit quis dimidiam partem conſolationis. Sed in malitia amici nihil conſolationis repoſitum eſt: Quoniam filij tui quos enutriſti & exaltaſti, impleuerunt templum domini, in te, cadaueribus inhumatis, cum ſcilicet quiſque proximum ſuum interficeret, nec paterentur ſeditioſi vt ij ſepelirentur. Qui namque cupiebat hoc beneficiū defuncto præſtare, ſtatim à ſeditioſo ſuperueniente trucidabatur, ita vt caderet ſuper cadauer ſepeliendum, tumque vtrumque cadauer in agro proiectum iacebat, non ſecus atque cadauera beſtiarum in locis deſolatis inueniuntur. Quin eouſque progreſſa eſt iniquitas & crudelitas ciuium tuorum, ó Hieruſalem, vt ſi quis proximum ſuum interfiniebat, eius corpus in partes diſſecaret, quo vltionem dignam de illo ſumere poſſet: Quod cū fieret, præualebat fœtor mortui viuo, vt is inde in immedicabilem infirmitatem incideret. Hæc omnia mala venerunt ſuper filios tuos, eò quod illi dereliquerint legem Domini, & tranſgreſſi fuerint fœdus eius quod pepigit cum fratribus illorum, & quod præuaricati ſint contra dominum Deum patrum ſuorum, effundendo in ipſo tēplo Domini, ſanguinem iuſtorum & innocentum qui apud te fuerant. Propter hæc omnia multiplicati ſunt gemitus noſtri, & auctus eſt ſubinde fletus noſter, eò quod induxerimus ſuper nos omne malum hoc, quod finem non habet. O domine Deus noſter, peccata noſtra tranſierunt ſuper caput noſtrum, & non eſt numerus operum malorum, quæ

Hieroſolymitanorū Seditioſorū crudelitas in mortuos.

A commiſimus coram te. Dominus Deus noſter iuſtus eſt, nos vero ori eius rebellauimus, legem eius prophanauimus, fœduſque eius diſſipauimus: Et quanto magis contra nos exardeſceret furor eius, tantò plus præuaricati ſumus contra illum. Quare illi iuſtitia, & iudicium, & ipſe merito effudit ſuper nos furorem iræ ſuæ, nobis autem confuſio facierum, ſecundum diem hanc. Sed ipſe reuertetur, & miſerebitur noſtri, ſubiget peccata noſtra, & proiiciet in profunditates maris omnia ſcelera noſtra: Amen.

CAP. 9.

B Actum eſt ergo poſt hæc verba, venit Titus in planiciem Cæſareæ cum exercitu ſuo, menſe primo, die tertia menſis, anni primi imperij patris ſui. Quo in loco numerauit copias ſuas, fecitque delectum militum ſuorum, vt reſciret numerum eorum, poſtquam diſceſſerat pater, inuenitque exercitum admodum numeroſum, ita vt quaſi terram contegeret. Profectus ergo è Cæſaria cum copiis multis Samariam venit, quem ciues vrbis illius magna lætitia exceperunt, magnoque honore illum affecerunt, quare ipſe quoque viciſſim nihil mali illis intulit. Inde diſcedens peruenit † Aielonam, quæ ab Hieroſolymis 30. ſtadiis diſtat.
C Quo in loco caſtra poſuit, eaque derelinquens ſexcentos tantum equites ſecum deduxit, cum quibus Hieroſolymas venit ad explorandum vrbem & altitudinem murorum, vt etiam cognoſceret vires populi, præſertim verò ſeditioſorum, qui vbique terrarum celebrati fuerant, denique vt ſuſciperet in pace omnes eos qui pacis conditiones expeterent. Accedens ergo ad muros, vidit neminem neque ingredi, neque egredi vrbem: portæ enim Hieroſolymorum clauſæ erant, & ſeditioſi extra vrbem inſidias collocauerant Tito, quem ſequebatur totus ſuus populus, ipſe verò cum paucis pa-
D rum illos præcedebat. Cùm itaque propius mœnia adiiſſet, vt contemplaretur altitudinem illorum, ſurrexerunt ſeditioſi de inſidiis ſuis, quas propè Aielonam collocauerant, percuſſeruntque caſtra Titi à tergo, qui vero Hieroſolymis erant, egreſſi ſunt vrbem, fuitque Titus in medio illorum. Qui accurrentes ſeparaunt Titum à ſuis, ac circumdederunt illum, cecideruntque ex militibus eius ſexaginta. Ipſi vero ſeditioſi quærebant illum comprehendere viuum, puterant enim illum † ſiquidem voluiſſent, interficere. Videns igitur Titus ſe hoſtibus vndique cir-
E cundatum, eoſque non intentare mortem, ſed viuum ſe cupere, neque poſſe ſe alia ratione euadere, niſi diſſolueret caſtra illorum, præſertim cum deſertus eſſet à ſuis, qui non putabant poſſe fieri vt eriperetur, animum ſibiipſi addens fortiter perrupit cuneos illorum, ſeipſum liberans, nam quicunque ad ipſum appropinquabat, hunc cædebat, nam (vt dictum eſt) propoſuerant ſibi ſe velle illum viuum capere, quare percutiebat omnes ad ſe accedentes, & ſic euaſit. Neque enim voluit dominus illum tradere in manus illorum, vt per illum, affligeret Iſraëlem. Factumque eſt, cùm

† Acanthonaulam à Iudæis patrio ſermone vocari ait Ioſeph. 6. lib. de bello Iud. 2. cap. Hegeſip. verò, Aulanam. li. 5. cap. 3.

Aliud ſentit & Ioſephus & Hegeſ. adque nō Iudæorū cōſilio ſed diuina prouidentia ferunt acceptum quod euaſit Titus

Appendix. H iij

effugiſſet Titus inſidias ſeditioſorum, pœnituit illos quod eum non occidiſſent, dicentes ad ſe inuicem: quid hoc feeimus, quod illum non interfecimus, cum id facere potuiſſemus? Quare perſecuti ſunt illum ſeditioſi, petentes eum machinis bellicis, ſed non potuerunt illum aſſequi, ſeruauit namque illum Dominus, vt poſtea in manus eius traderet vrbem Hieroſolymorum. Reuerſus eſt autem Titus Aielonam, cognouitque corda Regum eſſe in manu Domini. Mane autem facto venit Titus cum omni ſuo exercitu, acceſſitque ad vrbem Hieroſolymam, conſtitueratque apud ſe caſtrametari ſuper montem Olіueti, quare prius ſuos ita eſt affatus. Vos hodie in bellum pergitis contra gentem fortiſſimam cuiusviri robuſti ſunt ſicut Leones, & fortes ſicut Pardi, & leues ſicut hinnuli qui in montibus oberrant, ad ſubuertendos currus ac deiiciendos equites illorum. Nunc itaque confirmate corda veſtra & fortificemini, quoniam pugnabitis contra gentẽ fortem ac bellicoſam. Neque enim conferendæ ſunt gentibus aduerſus quas iampridem bellum geſſiſtis, ego namque expertus ſum fortitudinem & aſtutiam illorum, quibus vtuntur in bello. His ita expoſitis, aciem firmiſſimam inſtruait, ne ſcilicet turma vna ſepararetur ab alia, præcepitque eis, maxime qui in prima acie collocati erant, vt cauerent ne impingerent in fontes & ciſternas vnde impedirentur, erat enim tum crepuſculum. Filij etenim Iſraël poſtquam audiuiſſent aduentare Titum, circa Hieroſolymas foderãt ciſternas, & foueas multas, quas cum timeret Titus, inceſſit per montem Olіueti, quo in loco ne cogitauerant quidem illi effodiendas foueas. Cum itaque Titus ad mõtem Oliuarum veniſſet, caſtrametatus eſt ibi contra Hieroſolymam, ex aduerſo torrentis Kidron qui tranſibat inter vrbem & montem, nec ſemper habebat plures aquas. Fueruntque caſtra Titi non procul ab vrbe, nam non diſtabant ab illa niſi ſpatio ſex ſtadiorum Mane autem facto cum vidiſſet populus caſtra Titi in monte Oliuarum congregati ſunt principes ſeditioſorum, & omnes alij quoque ſeditioſi conuenere, ieceruntque pacem quiſque cum proximo ſuo, vt conuertere poſſent crudelitatem ſuam in Romanos, id quod iureiurando mutuo ſibi cõfirmarunt, fuitque pax inter omnes. Quare in vnum ordinem coactis qui antea in tres partes diuiſi erant, apertis portis, omnes viri bellicoſi qui Hieroſolymis erant, vrbem egreſſi ſunt, clamaeruntque clangore magno, ita vt terrerentur valde caſtra Romanorum, qui & fugerunt à conſpectu ſeditioſorum qui ſubito ac inopinato Romanos aggreſſi fuerant. Titus vero videns ſuos fugere, acclamauit illis dicens: an non erubeſcitis hoc facere, cum tam multi ſitis vt centum vni ex Iudæis ſemper reſpondeant, & nihilominus pauciſſimos multi fugitis? His verbis Titi, Romani confirmati animum receperunt, ſeque fortiter Iehudæis oppoſuerunt, cecideruntque vtrinque quàmplurimi. Quapropter non valuerunt Romani diutius vim ſuſtinere Iehudæorum, licet Titus cum principibus & fortiſſimis quibuſque quos ſecum habebat, ſtrenue locum ſtationis ſuæ tenerent. Reliquos vero conabatur Titus ad pugnã animare, qui quidẽ attoniti plane quid facerent ignorabant, nam deſerere Titũ ipſos pudebat: & impetum Iehudæorum repellere haud valebant. Titus interea cum ſuis fortiter reſtitit Iehudæis, ſed illi tandem pugnam deſerentes vrbi appropinquarunt. Iratuſque eſt Titus militibus ſuis vehementer, quod Iudæos fugiſſent, dixitque illis: num de illis Iudæis non vltionem capiet anima mea? num pauci adeo homines in fugam nos conuertent? nec poſſumus nos conſiſtere ante illos & tametſi ego perſiſtam in prælio, vos tamen retro ceditis ac fugitis? Factũ eſt itaque die altera collegit Titus omnes ſuas copias, exceptis pauciſſimis quibuſdam quos in monte reliquit vt ſeruarent veſtes & ſupellectilia ac arma, deſcenditque de monte Oliuarum, aciem inſtructurus contra Iſraelem ad portam vrbis. Titus verò ſuos ita eſt affatus: agite viri ſtrenuiſſimi deſcendamus ad illos, & ne timeatis illos, quoniam torrens Kidron diuidit inter noſtra caſtra in mõte relicta, & inter exercitum Iſraëliticum. Audientes ergo milites vocem Titi, conſtituerunt manus conſerere cum Iehudæis, prope ipſa mœnia & portas vrbis, freti præſidio torrentis Kidron. Principes autem ſeditioſorum ſimiliter vſi dolo, diuiſerunt ſuas copias, mittentes partem alteram vt tranſirẽt torrentem Kidron, ſubitóque aggrederentur Romanos, qui in caſtris relicti fuerant in monte Oliuarum, eorumque bona quæ cuſtodiebant diriperent: quod fecerunt Iehudæi illi, montemque acceſſerunt, ac conflixerunt cũ caſtris Romanorum & à loco ſuo extraxerunt illa. Titus verò à tergo reſpiciens vidit bellum excitatum à Iehudæis qui Torrentem tranſierant, territuſque eſt valde, quippe quem bellum vndique implicabat. Principes interea ſeditioſorum poſtquam cognouerunt Iudæos à ſe ablegatos iam attigiſſe montem Oliuarum, aperientes portas Hieroſolymæ, egreſſi ſunt vnà cum omnibus viris bellicoſis, qui in vrbe erant, & peruenerunt vſque ad caſtra Titi in eo loco vbi is aciem inſtruxerat, ex aduerſo portæ per quam cogitabat aggredi Iſraelem. Tunc quidem Iehudæi affecerunt Romanos clade magna, non enim nunc vt antea ſoliti fuerant Romani, in fugam ſe conijcere volebant, & Iehudæi animum ſibiipſis addentes ſtrenue pugnabant. Poſtquam ergo Romani à Iehudæis cæſi eſſent, conuerſi ſunt in fugam, contendentes aduerſus montem Oliuarum, in qua plurimi quoque ex Romanis ceciderunt, perſequentibus illos Iehudæis. Quin & multi ex militibus Titi fugientibus, cum vidiſſent bellum ſibi à tergo & à fronte imminere, Tito dixerunt: Heu tu domine noſter, fuge nobiſcum ad montes, & eripe animam ſuam ne incidas in gladium Iehudæorum, pereamuſque omnes nos ſimul. Tu namque domine noſter, dominus es regnorum multorum, & præficiet te Deus imperio Domini noſtri patris tui ſuper omnem terrã. Nunc itaque ſi tu gladio Iehudæorum cadas, quemadmodum & nos, an non ſimul omnes moriemur? & quid vtilitatis tibi erit, vel aliis ex ſanguine tuo, ſi perinde atque vnus ex nobis occumbas. Sed Titus non audiuit illos, nec admiſit verba illorum, ſed in ſtatione ſua fortiter perſeuerauit, nec auertit faciem ſuam, ſed dixit: eligam mortem honeſtam potius, quam vitam cum dedecore coniunctam. Quæ cum dixiſſet, vidit multos ex Iehudæis ſibi immi-

Seditioſorum Hieroſolymitanorum cõcordia contra Romanos.

Romanorũ pugna cũ Hieroſolymitanis ad Torrẽtem Cedron.

Mors honeſta eligenda potius quam vitarum dedecore.

imminere, & eos illicò à ſe propulit. Quod videntes fortiſſimi Iudæorum qui caſtra Romanorum circumdederant, declinantes à Romanis circumfuſi ſunt circa Titum, vndique illum oppugnantes, hoc enim maximo ſtudio conabantur, vt ipſum Titum opprimerent. Quare eo loco maxima ac vehementiſſima pugna excitata eſt, ceciditque plurimus populus ab vtraque parte. Die illa cæſi ſunt milites Titi fortiſſimi, iique quamplurimi, & parum abfuerat quin ipſe Titus eo prælio cecidiſſet, quod & factum fuiſſet niſi rediiſſent ad illum quidam ſuorum fortiſſimorum militum, eúmque liberaſſent è manibus Iehudæorum. Iehudæi autem reuerſi ſunt ad locum ſuum ad latus mœnium, quique in monte Oliuarum fuerant, reuerſi ſunt & illi vt tranſirent torrentem Kidrõ, ac Hieroſolymas contenderent, quos Romani inſecuti ſunt. Videntes verò Iehudæi Romanos ſe perſequi, rurſus cum illis congreſſi ſunt, eóſque fugarunt, atque ita Romani à Iehudæis ter† in fugam conuerſi ſunt.

†In tantum fugatam & reuocatã ac liberatam à periculo, Titi virtute memorant Ioſ. lib 6. cap. 3 & Hegeſip. lib. 5. cap. 4.

CAP. 10.

FActum eſt autem in tempore illo, vt requieſceret bellum externum, inteſtino interim inter ſeditioſos eóque grauiſſimo in vrbe Hieroſolymorum ſuborto. Accidit ergo vt in die prima ſollemnitatis Pæſſach Iochanan princeps ſeditioſorum cum ſuis veniret in Templum Domini, †quem ſacerdotes, ſeniores & reliqua plebs honorifice exceperunt: Cúmque templum illi ingreſſi eſſent, exuerunt veſtes ſuas ſub quibus habebant loricas, & gladios fœmoribus ſuis alligatos. Miſerúntque manus ſuas in ſacerdotes, & occupátes ianuas Templi incœperunt occidere populum & ſacerdotes, conuerſúmque eſt cor illorum contra fratres ſuos in ſæuiſſimam crudelitatem, nec enim accipiebant vultum ſenis, nec volebant audire deprecationem eorum qui ipſos rogabant, nec parcebant paruulis lactantibus, mulieribus & pueris. Quin & aduerſus Schimeonem & Eleazarum filium Anani, & reliquos omnes principes ſeditioſorum, aperte teſtatus fuerat Iochanan dicens: nullus in hac vrbe principatum habebit præter me.† Qui poſtquam audiuerunt malum hoc quod fecerat Iochanan populo Dei, in Templo, ſurrexerunt & ipſi, & percuſſerunt plurimos de populo ipſius Iochanan, pereuntibus interea filiis Iſrael multis, ab hac & illa parte occiſis. Peruenit igitur rumor ad Titum, quo pacto Iehudæi mutuò conſpiraſſent aduerſus ſeipſos, vnde quotidie ſe mutuò conficerent. Qua re audita, lætatus eſt valde Titus, acceſſitque cum vniuerſo ſuo exercitu ad vrbẽ, inuenitque extra vrbem, aliquot ex Iehudæis fugientibus, tempeſtatem belli inteſtini, qui eleuantes oculos ſuos viderunt Titum, illíque dixerũt: accede nunc quæſumus ad nos, ac ingredere vrbem, & libera nos è manibus ſeditioſorum, erimúſque ſerui tui quoniam gladius aduſque animam peruenit. Quæ omnia tametſi illi copioſe Tito exponerent, illis tamen minime credidit, propterea quod nudiuſtertius vidiſſet vno corde, animóque forti Iudæos ſecum congreſſos, tantóque ſtudio illos mutuo ſeſe eripuiſſe in pugna ac defendiſſe, propter hanc (inquam) cauſam non credidit vera eſſe illorum verba quibus auxilium poſtulaſſent, & dedi-

†Non ipſum Ioannẽ Giſchalenum ſed ab eo ſubornatos è ſuis ignotiores primum ingreſſos, tum impiis occaſionem ei poſtea dediſſe ait Ioſ. lib. 6 cap. 4. & Hegeſ. lib. 5 cap. 5

†Apertius ſcribit Ioſeph. cæſis in Templo religioſis & innocentibus, impiorum Zelotarũ & Ioãnis factiones duas in vnam deinceps coaluiſſe.

A tionem obtuliſſent. Sed ecce dum adhuc illi mutua colloquia miſcerent, audita eſt vox tumultus in vrbe, & clamor bellicus ex vrbe, reſonans, ac vox dicentium, aperite portas & ingrediatur Titus: ac alia rurſus vox dicentium, claudite portas ne ingrediantur Romani vrbem. Cùm ergo Romani audiuiſſent vocem dicentium, claudite portas vrbis ne ingrediantur Romani, dixerunt ij qui in muris collocati erant, ad Romanos, an nõ auditis tumultum bellicum qui eſt in vrbe, currite & accedite ad vrbem, nos enim aperiemus omnes portas, fortaſſe poteritis nos aſſerere ab iniuria ſeditioſorum, ne nos omnes moriamur gladio B ſeditioſorum ac truculentiſſimorum hominum iſtorum. Accurrentes itaque Romani ad portam vrbis, iam vicini erant mœnibus, cum de muro Iehudæi lapides & ſagittas deiicerent, ita vt quãplurimi tum caderent. Deinde & Iehudæi ac populus qui extra vrbem exiſtebat, quique deprecati fuerant Titum vt ipſos liberaret e manibus ſeditioſorum, conuerſi cœperunt oppugnare Romanos qui ad muros acceſſerant. Percuſſerunt ergo Iehudæi Romanos, eóſque perſecuti ſunt, qui fugerunt fere vſque Aialonam, † cœperúntque Iehudæi deridere ac ſubſannare Romanos quos perſequebantur, quemadmodum rideri ſo- C lent ſtulti qui non viderunt vnquam ludum bellicum, pulſantes clypeos ſuos contra Romanos in deriſionem illorum. Quæ omnia videntes principes Romani, magna ira perciti, Iehudæos aggredi voluerunt, niſi hoc eis interdixiſſet Titus. Congregauit autem Titus omnes principes ſuos, & ſeruos & conſiliarios ſuos ſimul, locutúſque in auribus illorum dicens: Ego equidem viri fortiſſimi ſatis perſpectam habeo fortitudinem veſtram, quæ longo interuallo omnium gentiũ fortitudinem ac robur ſuperat, nec tantum hac longe omnium pulcherrima virtute excellitis, ſed & eruditione, ſapientia ac conſilio præ aliis populis D præſtitiſtis ſemper. Nunc itaque fratres ac amici mei, non demiror ego Iudæorum aſtutiam, qua iuramento aliquid vobis confirmant, & illud tamen poſtea non habent ratum, ſed hoc mirum admodum mihi videtur in vobis, quomodo patiamini vt illi vos decipiant, ſuáque fraude ad terram proſternant, neque enim veſtra freti prudentia ac ſapientia illorum calliditatem effugere potuiſtis, quin iam tertia vice ad mœnia accederitis, vbi & tertio iam cæſi fuiſtis, quæ quidem omnia inde vobis euenerunt quod voci meæ non obediuiſtis, ſed tranſgreſſi eſtis præceptum Regis ac Domini veſtri. Nunc verò fratres mei, videte in poſterum quid facturi ſitis, nec enim vos decet verbis meis rebellare, quod tamen iam ſæpenumero feciſtis. An neſcitis virum quendam ex populo noſtro, in bello Cæſaris Auguſti, quod contra Perſas geſſit, filium ſuum interfeciſſe, eò quod pugnæ ſe commiſiſſet, ac tres etiam Perſas occidiſſet, præter mandatum patris ſui, qui erat dux exercitus illius, & ſub poteſtate Auguſti? & vos non ſemel præcepta mea contempſiſtis, quando quotidie cum Iudæis confligitis, idque imprudenter, temere, & ſine ordine, vnde non proſperantur veſtræ pugnæ. Quapropter dedecori vobis ſummo erit, ſi hanc conſuetudinem in poſterum ſequi perſeueretis, quin potius remittite, & abiicite ſuperbiã

†Vſque ad Helenæ monumẽtum, dicunt, Ioſ. 6. lib. de bello Iud. cap. 5. Hege. lib. 5 cap. 6.

Hic fuit Manlius Torquatus, ut refer. Valer. max. lib. 2. cap. 2.

ac contumaciam hanc, quod ſi feceritis omnia ſalua erunt. Plura alia Titus locutus eſt ſuis, reprehenſione plena, quæ tamen hic non perſcripſimus ſed in libro† quem Romanis ſcripſimus, ea annotauimus. Quod cum audiuiſſent principes & duces Titi, omes ſimul in terram proſtrati, precati ſunt veniam à Tito temeritatis ſuæ, qua imprudenter & ſine ordine contra præceptum Titi cū Iehudæis manus conſeruiſſent. Titus verò miſertus illorum pepercit eis, ſimúlque illos obteſtatus eſt dicens: Cauete vobis ne in poſterum vel dicto vel facto quicquam præter præcepta mea deſignetis, vt viuatis & non moriamini. Quod ſi facere renueritis, quicunque ex vobis mandata mea tranſgreſſus fuerit, illi minime parcam, ſed dabo carnem eius cibum volucribus cœli, & occidam illum. Reſpondentes autem omnes vno ore dixerunt, ſic faciemus domine noſter ſicut dixiſti, & faciemus quicquid præcepiſti nobis. Poſt hæc verò vidit Titus animos ciuium Hieroſolymitanorum à ſeſe inuicem alienatos, & illos hoſtiles ac crudeles factos, vt qui in mutuas cædes cōſpiraſſent. Quare acceſſit Titus ad oppugnandum mœnia vrbis, poſtquam ſuis iuſſiſſet vt obturarent foramina, ciſternas ac foueas quæ erant circū circa Hieroſolymas, eáſque implerent humo vt via ſterneretur militibus. Quod cum feciſſet Titus, non egreſſi ſunt Iehudæi, vt ante facere conſueuerant, repellentes eum à mœnibus. Schimeon námque decem millia fortiſſimorum militum ex ſeditioſis Iehudæis, & nouem millia Edomæorū conſcribens, adiúxit ſe Iacobo principi Edomæorum, cum quo coniuratione facta, decreuit delere protinus Iochanan principem ſeditioſorum. Quem cum adorti eſſent, compulerunt fugere in atrium Templi, ſtetitque Iochanan in porta introitus Templi, comitatus octies milla & quadringentis fortiſſimis militibus, qui omnes armati erant lorica. Eleaſar autem ſeditioſus, ſimiliter ſe illi quoque opponebat, nam erat hoſtis eius, & coniunxerat ſe copiis Schimeonis, qui ambo obſidebant ipſum Iehochanan deſerentes defenſionem vrbis. Romani verò interea foris caſtra ſua adornabant circum mœnia pro libito ſuo, ædificantes turres & excitantes valla, ſuper quæ collocarēt arietes ferreos ad cōcutiēdū mœnia. Populus vero Iehudaicus, qui ſub poteſtate horum trium ſeditioſorum erat, Schimeonis ſcilicet, Eleazari & Iochanan, (qui tametſi omnes erant peſſimi homines, tamen malitia Iochanan Galilæi ſuperabat longe ipſum Schimeonem, & iniquitas huius grauior erat Eleazaro ſeditinſo qui caput erat ſeditioſorum, quique primus ſeditiones in Iſrael mouere cœpit) is inquam erat inter illos tanquam oues perditionis. Principes enim ſeditioſorum iā memorati, percutiebant populum, diuidentes illum in turmas prout lubebat, ſorte inſuper illum inter ſe partientes, ita vt hic illius viros, alter verò huius populum acciperet. Cum reliquo autē populo ita agere ſolebant, vt cum inualeſceret contra vrbem bellum Romanorum, coniunctis viribus ſicut vir vnus, Romanos repellerent, quibus fugientibus, illi quoque ad inteſtinas pugnas reuertebantur. In diebus illis graue fuit bellum inteſtinum inter tres dictos principes, ita vt ſanguis efflueret per portas Hieruſalem, ſicut torrens qui ſcaturit ex fonte aquarum, quod videntes Romani, magna commiſeratione commoti, fleuerunt. Et Ioſephus quoque ſtans cum illis acerbo dolore affectus, lamentatus eſt lamentationem hanc ſuper Hieruſalem. Et reſpondit Ioſephus, cum eleuaret vocem lamentationis dicens.

Intelligo opinor, libros de bello Iud. à Ioſepho Græcè conſcriptos.

CAP. II.

VÆ tibi Hieruſalem ciuitas Regis magni, quo nomine hodie te appelabo? Olim vocabaris Iebus, à Iebuſæo, qui primus habitauit in terra tua vrbem, poſtea nomen tibi fuit Zædek, (id eſt, iuſtitia) a quo dictus eſt Rex tuus Iehotam, Malki Zædæk, fuit enim Rex iuſtus, quoniam & in iuſtitia regnauit in te, nomen tuum fuit Zedek, & iuſtitia pernoctabat apud te, & ſtella tua fulgens in te fuit Zedek, hoc eſt iuſtitia. Porro in diebus illius dicebaris etiam Schalem, ſicut ſcriptum eſt in lege, & Malki Zædæk Rex Schalem, & hoc propterea quod tunc completa eſt iniquitas populi habitantis in medio tui. Tunc enim elegit Abraham pater noſter (ſuper eum ſit pax) in te colere Deum, & hæreditario iure te accipere; & plantare in te radicem plantationis operum bonorum, quare adhuc tabernaculum Dei in te moratur, quemadmodum reuelatum eſt Abraham patri noſtro, ſuper quem ſit pax. Apud te, inquā ſanctuarium eſt Domini Dei, quoniam eo loco colligauit Abraham, filium ſuum, vnicum ſuum, in vertice vnius montium tuorum, qui eſt mons Morijah ſanctus, & ſanctificatus. Proinde vocata es, & Hieruſchalaim, eo quod Abraham pater noſter (ſuper eum ſit pax) locum ſanctuarij tui appellauerit, Adonai ireeh, id eſt, Dominus videbit: nomen autem pridem erat Schalem, vnde intelligitur appellatio tua Iire Schalem, quoniam aſpiciet Dominus Deus locum ſanctuarij tui, cum fuerit (Schalem) id eſt, integrum ſine defectu & macula, faciem vero ſuam auertet ab illo, vbi commaculatum fuerit, ſicuti hodie eſt. Porro propterea etiam Ieruſchalaim appellaris, quoniam ij qui intelligunt, dignitatem loci in quo eſt ſanctuarium tuum, dicent Angelis cæli, vt doceant in illo doctrinam Spiritus ſancti, & ipſum ſpiritum ſapientiæ ac intelligentiæ, qua ſapientes redduntur paruuli, & imprudentes in terra tua.

Hæc etymologia petita eſt à verbo Heb. Iarah quod docere ſignificat. Vnde Thorah lex dicitur, doctrina ſcilicet cæleſtis, quæ nos de voluntate Dei erudit, atque ea doctrina in vrbe Hieroſolyma maxime vigere debebat, præſertim vero in templo. Tradunt etiam Hebræi in cap. 1. Eſaiæ ſcribentes in locum (plena iudicio) olim tantum legis ſtudium fuiſſe Hieroſolymis, vt in vna illa ciuitate 481. ſcholas haberent. In Eccleſia quoque quæ eſt cæleſtis Hieruſalem, nihil, aliud ſonare debet quàm vox doctrinæ cæleſtis, iuxta admonitionem Petri dicentis: Qui loquitur loquatur eloquia Dei, &c.

Schola Hieroſolymitana.

Et qui in Templo tuo miniſtrabat, indutus erat veſte, quatuor coloribus prædita, coccineo hyacinthino, byſſino & purpureo, coccineo quidem colore reſpectu cœlorum, qui ſunt ſupra firmamentum, hyacinthi vero & byſſino colore (quæ ex lino fiunt) propter terram, ex qua illa pronaſcuntur, purpureo denique reſpectu maris, ex quo purpura deſumitur. Cum itaque ſacerdos in Templum veniret miniſtraturus, ornatus his quatuor colori-

coloribus, dicebat coram Deo omnipotente: Ecce ego venio ante cōſpectum tuum Domine mūdi, in quatuor ſpeciebus colorum, qui referunt partes Mundi tui. Et ego quidem coram te talis appareo, ac ſi adducerem in conſpectum tuum vniuerſum Mundum. Præterea veſtitus iam memoratus ornatus erat auro obryzo & gemmis, ad ſimilitudinem tribuum filiorum Iaakob, qui vocatus eſt Iſrael, vt in illo ornatu principatum obtineret coram angelis, qui ſunt in excelſis, illiſque præualeret, ac per illos deduceret virtutem Spiritusſancti, per quam ſapientiam adipiſcerentur, qui habitant in te & ſucceſſum ſtudiorum & fidei, ſimúlque baberent ſapientiam & intelligentiam. Lumbi etiam eius, qui in Templo tuo miniſtrabat, præcincti erant ſubligaculis lineis, quibus tegebat nuditatem ſuam, maxime enim decet ſacerdotem vt verecundus ſit magis quàm omnes homines, præſertim verò cum miniſtraturus eſt in duobus ſanctuariis. Duo enim ſunt Sanctuaria, externum, & internum quod eſt Sanctum ſanctorum, in externo miniſtrant ſacerdotes prout iuſſerit illis ſacerdos magnus, in internum verò quod eſt ſanctum ſanctorum non ingreditur quiſquam, niſi ſacerdos magnus tantum, idq́ue ſemel in anno. Quoniam in illo erat Arca fœderis Dei, in qua repoſitæ erant duæ tabulę fœderis, quod cum populo Iſrael in monte Sinai inierat Dominus, vbi & virga Aharonis fuit, quæ floruit olim, hæc inquam in templo primo dum adhuc ſtaret fuere. E regione verò illius ſanctuarij erant quatuordecim gradus, in quibus appatuit ſignum Chiskiiahu Regi. Fuit autem & vrbs Hieroſolyma munitior omnibus aliis vrbibus, domina omnium prouinciarum, quoniam Reges magni & principes ædificarunt te. Herodes equidem Rex plurimum te exaltauit, muros enim tuos euexit in altum, & adbuc præter illos alio muro circumquaque te muniuit, quem vocauit Antochia, ab Antiochas Romano, qui multas pecunias liberaliter contulerat, vt inſtanrarentur ruinæ tuæ. Quomodo ergo nunc humiliata es? dominantur enim nunc tibi, & obſident te gentes, deiicientes ac deuaſtantes te, an verò non illæ in medio tui ſunt? Væ nobis, quoniam peccauimus, quoniam deiecta eſt ſuperbia roboris tui, fuitq́ue ſanctuarium tuum in conculcationem, & receptaculum ſanguinis interfectotum. Bibe nunc calicem tuum Hieruſalem, cum filia tua Zyon, bibe inquam calicem anxietatis vnà cum illa, quoniam adhuc fututum eſt, vt reueletur viſio, & ipſa redemptio, redeántque filij tui ad fines ſuos cum ſalute redemptoris ſui. Tunc erit tempus amantium (Ezecb. 16.) & tunc bibes calicem ſalutis & conſolationis.

Veſtitus Pont. Iſraelitici.

Subligacula ſummi ſacerdotis Iud.

CAP. 12.

POſt hæc autem tranſiuit Titus, vt videret qua via vrbem inuadere commode poſſet, dúmque ita ſecum deliberaret, vidit planiciem, eo in latere vbi erat ſepulchrum Iochanan ſacerdotis magni, in qua conſtitit vna cum Nikanore duce exercitus ſui, quem ablegauit Titus, vt alloqueretur Iehudæos, qui erant in mœnibus, eiſq́ue pacem ſuaderet, præcepitq́ue ei dicens, bæc dices illis: Agite, fœdus inibo vobiſcum, & viuetis & non moriemini, dominúſque meus Titus parcet vobis, quod ſi ergo hoc facere vultis, hac ipſa die Titus vobiſcum fœdus panget. Abiit ergo Nikanor, populúmq; Iehudaicum alloquutus eſt, quēadmodum præceperat Titus. Iehudæi verò tacentes, ne verbum quidem reſponderunt, quare Nikanor rurſus illos affatus eſt, quem dum adhuc loqueretur, quidam de muro ſagitta vulnerans† occidit, iratúſque eſt Titus valde, quod Iudæi ſagittis petiiſſent ducem ſuum offerētem ipſis pacem, magno etiam dolore affectus propter mortem Nikanoris. Iuſſit ergo Titus afferri ſcalas, baliſtas, & arietes ferreos, & reliqua tormenta bellica vt oppugnaret vrbem, adduxeruntque milites arietem ferreum, murum concuſſuri, cúmque ſuper vallum pro more conſtituerunt. Iehudæi autem videntes arietem applicatum muro concutiendo, conſternati ſunt terrore magno, ac pace facta inter tres principes ſeditioſorum, portas vrbis aperuerunt, & egreſſi abegerunt Romanos à tormentis bellicis quæ iam parata erant ad oppugnationem vrbis, eáque igne ſuccedentes omnia combuſſerunt, vnà cum ariete & nonnullis baliſtis, pauciſſimis exceptis, quæ Titus cum ſuis ab incēdio liberauit. In die illa viri Alexandriæ, qui cum Tito erant ſtrenue laborabant, vt eriperent baliſtas è manibus Iehudæorum, quibus præualuerunt Iehudæi. Quod cum vidiſſet Titus, accurrit cum fortiſſimis ac lectiſſimis ſuis militibus, abegitq́ue Iehudęos ab Alexandrinis, percuſſis duodecim ſtrenuiſſimis militibus Iehudæis.

† Hegeſip. quoque que occiſum ait, lib. 5. cap. 15. Ioſep. verò, meminit dūtaxat, ad humerum læuum, ictum ſagitta, lib. 6. ca. 7.

CAP. 13.

TEmpore illo cecidit Iochanan, qui vnus fuerat ex principibus Edomæis, qui auxilio venerant Iehudæis. Hunc blandis verbis ad ſe inuitauerant Romani, dúmque colloquia cum illis miſceret, miſit Arabs quidam à tergo† illius ſagittam, ac interfecit eum, quem Edomæi acerbo luctu proſequuti ſunt, fuerat enim ſtrenuiſſimus miles. Surrexerunt autem nocte illa quidam ex ſeditioſis, & ex complicibus ipſius Iochanan & Schimeonis, acceſſerúntque tres turres ligneas, quas ante mœnia excitauerat Titus, multiſque viris fortiſſimis munierat, vt illi ex his turribus in vrbem deſpicerent, viderėntque quid Iehudæi facerent, occideruntq́ue omnes Romanos milites, qui erant circa illas turres, reliquis fugientibus in caſtra ad Titum. Qui verò turres illas occupabant Romani, neſciebant quid rei eſſet, quoniam Romani qui circa turres fuerant collocati, cuſtodiebant hos, quibus & illi fidebant, quare tota illa nocte dormiebant. Iudæi autem poſtquam Romanos illos occidiſſent, qui excubias agebant, & reliquos in fugam conuertiſſent, acceſſerunt etiam turres, ac conſciderunt ſerra pedes turris, ſubitóque illam cum cuſtodibus, qui in ea erant in terram deiecerunt, in qua multi ex caſtris Romanorum occubuerunt. Audiens vero Titus tumultum cadentium turrium, territus eſt terrore magno vnà cum caſtris ſuis vniuerſis, quæ retroceſſerunt propter vocem tumultus illius, neſciebant enim quidnam hoc eſſet, & Iehudæi in vrbem reuerſi ſunt. Mane autem facto congregauit Titus vniuerſum ſuum exercitum, ac ad muros acceſſit, dum Iehudæi in vrbe inteſtinas pugnas exercerent. Porrò applicauit Titus arietem alium ferreum, quo ſubitò murum exteriorem concuſſit, eúmque perruptū

† Dum ante muros cum notomilitē loquitur, traiicitur pectus ſagitta: Ioſe lib. 6. ca. 8. tergo ictum ait Hegeſ. li. 5. ca. 10.

Ioſep. 6. lib. de bello Iud. ca. 8. Hegeſ. lib. 5. cap. 11.

deiecit. Vnde populus qui illum cuſtodierat, intra muros ſecundos ſeſe recipere coactus eſt. Eo tempore præcepit Titus populo ſuo vt funditus diruerent vniuerſum murum quem deiecerat, eiúſque lapides procul abiicerent, quò minus illi impedimento forent caſtris ſuis. Fuerat autem murus hic omnium fortiſſimus, maiorque mole reliquis duobus, & ab Heróde Rege ædificatus. Romani ergo ad opus ſe accingentes, aggreſſi ſunt deſtructionem muri, quam dum molirentur, plurimos ex illis Iehudæi de muro medio pugnantes interfecerunt. Videntes autem principes Iehudæorum Titum iam cœpiſſe, ac funditus diruiſſe murum exteriorem, remanentibus ſaltem duobus muris, qui ambo Hieroſolimam circundabant, dolore magno affecti ſunt. Quapropter tum quidẽ ſeditioſi de pace inter ſe conſtituenda cogitare cœperunt, diuiſerúntque inter ſe vrbis cuſtodias. Fuitque ipſi Iochanan principi ſeditioſorum deputata cuſtodia, ea in parte vrbis, quæ eſt in latere Antiochiæ, quæ ſita erat ad aquilonem ipſi templo: Schimeoni vero attributa eſt ea pars vrbis cuſtodiẽda, quæ eſt à latere monumẽti Iochanã ſacerdotis magni: Eleaſaro denique commiſſa eſt cuſtodia muri. Hi omnes confortantes ſeſe mutuò, fortiter reſtiterunt Romanis, ita vt bellum eo tempore longe grauiſſimum euaderet. Romani etenim pugnabant pro gloria nominis ſui, Iehudæi vero acriter præliabantur, quoniam videbant finem ſuum appropinquare. Titus interea milites ſuos ſubinde hortabatur, vt fortes eſſent, promittens illis, qui ſtrenue Iehudæos impugnarent, magnam vim auri & argenti, ſimúlque magnum honorem ſe daturum. Acceſſit ergo vnus ex militibus Romanis, nomine Longinus, ſeſéque turmis Iehudæorum, qui extra vrbem ſtabant immiſcens, duos ex illis fortiſſimos milites occidit, ſtatimque in caſtra Romana ſe recepit. Iehudæi autem nequaquam Romanos fugiebant, nam ardebat in illis furor, & indignatio maxima. Schimeon etenim in conſpectu ſuorum ſtans, ac voce maxima clamans, dixit illis: obteſtor vos hodie ne fugiatis, quiſquis enim fugerit, is ſciat morte ſe moriturum, eiuſque domum deſtruendam. Titus etiam commonebat, ne ſtationem ſuam deſererent, néue cederent Schimeoni: ipſe autem pergens ad eam partem vrbis cui Iochanan præfectus erat, quo in loco arietem ferreum collocari iuſſerat, (erat enim ibi planities) præcepit ſuis vt ariete murum ferirent. Fuit autem tum Hieroſolymis vir quidam, nomine Kantor, † qui coniungens ſibi fortiſſimos quoſque ſeditioſorum, de mœnibus ſagittas in caſtra Romanorum iaculatus, plurimos interfecit, alióſque in fugam conuertit. Ille porro vnam partem vrbis defendebat, cum nouem aliis ſtrenuiſſimis viris quorum decurio ipſe erat. Cum autem exercitus Romanus arietem ferreum muris applicaret vt concuteret illos, clamauit Kantor ad Titum dicens: quæſo domine mi Tite, miſerere vrbis celebratiſſimæ, eſt enim iam pridem diruta, tu verò ne deuaſtaueris illam plane, ſed miſerere potius ſanctuarij quod eſt in illa, & ne diſperdas illud, quoniam eſt habitatio Domini Dei. Titus vero audiens clamorem Kantoris, præcepit ſuis, vt deſiſterent à bello, & ne porrò ferirent muros,

Longinus miles Romanus.

†Caſtorẽ, illum appellat Ioſeph. lib. 6. cap. 9. Hegeſ. lib. 5. ca. 15.

A & Kantori quidem dixit, egredere ad me, & viues & non morieris. Reſpondítque Kantor Tito dicens: ecce ego ſuadebo etiam nouem reliquis militibus qui mecum ſunt, vt vnà egrediantur ad te. Hoc verò, dolo ac aſtu faciebat, quò Titus ab oppugnatione deſiſteret. Factum eſt itaque cum loqueretur ſuis ſociis conſciis doli ac fraudis huius, audientibus & videntibus Romanis, dicens, agite dum deſcendamus & fugiamus ad caſtra Romana: vt illi eductis gladiis Kantorem percuterent ſuper loricam, qui confeſtim in oculis Romanorum ad terram decidit. Romani autem neſciebant illos dolo ac fraude hæc facere, vt nimirum B Romani ab oppugnatione ceſſarent, vt quò minus ariete ferreo muros concuterent, prohiberentur. Quare quidam ex Romanis ſagittam iaculatus, faciem Kantoris læſit, eumque illa à vultu illius declinaret, tetigit alium fortiſſimum militem Iehudæorum, illumque peremit. Kantor verò voce alta clamans dixit, vt quid hoc feciſtis, vt ſagittas in nos mitteretis, qui pacem à vobis petimus, quam & dediſtis, ac fidem qua vos nobis aſtrinxiſtis infringeretis? Addens porrò Kantor hæc verba Tito dixit, hoccine meum ſtipendium eſt, qui ad te transfugere conatus ſum? & ſeruus tuus iaculis me petit, cum tamen audiat me pacis C conditiones flagitare. Nunc itaque domine mi, mitte ad me vnum ex principibus tuis præſtantiſſimis, ad quem ego deſcendens de manu illius fidem tuam recipiam, poſtea ad te veniam, eróque tibi ſicut vnus ſeruorum tuorum. Cum ergo Titus audiuiſſet verba Kantoris, credidit illi, dixitque Ioſepho filio Gorion ſacerdoti, vade, & nomine noſtro cum viro illo fœdus inias, & adducas illum ad nos, vt viuat & non moriatur. Reſpondens autem Ioſephus Tito, dixit, quare mittes me, cum tibi nihil peccauerim, omnibúſque diebus meis ſincero corde tibi ſeruierim, nunc ergo ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne mittas me ad illum D cui credere minime poſſum, ſciebat enim Ioſephus quæ eſſet Kantoris aſtutia. Miſit ergo Titus Iiarum ducem, † is Kantori dixit, deſcende nunc ad me, & ibimus vnà ad filium Cæſaris, cui reſpondit Kantor ac dixit, extende palmas tuas, & alas veſtimenti tui, proiiciam enim ad te aurum & argentum quod mecum habeo, ne illud cognoſcentes Iudæi à me rapiant, deinceps ad te deſcẽdam Cúmque Iiarus aperto ſinu expectaret ſurſum & argentum de quo dixerat Kantor, demiſit ille magna vi lapidem maximum, quem præuidens Iiarus ſubduxit ſe, cualitque, ſed lapis quidem cecidit ſuper ſocium eius, qui & tum mortuus eſt. E Iratus itaque Titus propter hoc factum, confeſtim applicauit ad murum alterum arietem ferreum, qui concuſſus ab illo in terram corruit. præcepítque Titus vt vndique murũ igne circũdarent, quod cum videret Kantor fugere conatus eſt, cúmque feſtinaret ne incendium illum cóprehenderet, mole loricæ ſuæ depreſſus incidit in ignem, ibique mortuus eſt, † elegerat namque mortem potius quam vitam. Romani autem intra murum alterum ſe contulerunt, ad quos egreſſi ſunt ſeditioſi & reliqui fortiſſimi milites, cúmque illis acriter decertarunt, vincentibus Iehudæis ac plurimos in exercitu Romano cædentibus, reliqui verò ad murum primum ſe receperunt,

† Ioſephus cum nominatarecum, & ex perfuga fuiſſe, ac ſponte iuiſſe dicit: Hegeſ. quoque eadem.

† Ioſeph. & Hegeſ. aiunt eum per muri cuniculos euaſiſſe, magnamq; animi opinionem adeptum apud Romanos, quaſi ſe igne cõmiſſet.

runt, quem iam pridem demoliti fuerant. In tempore illo accepit Titus arcum ſuum, iaculiſque Iehudæos petiit, neque cecidit vel vna ſagitta Titi in terram, quæ non infeſtaſſet Iudæos, nihilominus tamen expulſi ſunt Romani vrbe, nam Iehudæi potentiores illis erant. Die verò quarta congregatus eſt ad Titum populus multus ex omnibus gentibus, vt auxilium ferrent Romanis, qui in bellum ex vrbe egredientibus Iehudæis præualuerunt, illóſque in fugam conuerterunt, vt intra mœnia ſeſe proripere cogerentur Iehudæi.

CAP. 14.

IN tempore illo præcepit Titus populo ſuo, vt recederet à muro, paucíſque diebus ab oppugnatione ceſſaret vt pacem Iehudæis offerre poſſet: dixerat enim apud ſe, fortaſſe ſponte ſua Romanorum iugum ſuper ſe recipient, vt viuant & non moriantur, commiſeratione etenim vrbis & templi Domini, & populi Domini, ductus erat Titus. Quapropter ab oppugnatione deſtitit, quinque diebus, die verò quinta ad portam vrbis acceſſit: quò cum veniſſet, vidit Schimeonem principem ſeditioſorum, & cum illo Iochanan, adornantes incendia quibus perderent tormenta bellica Romanorum, conſenſerant enim omnes Iehudæi vnanimiter quaſi corde vno, adhuc Romanis reſiſtere. quare cum videret Titus Iehudæos animas ſuas deuouiſſe in mortem, incœpit illis pacis conditiones proponere, ac duritiam ceruicis illorum reprehendere, dicens: Ecce ego obtinui duos muros, & vnus tantùm vobis reliquus eſt, & quid ô miſerrimi homines facietis, vbi in hac veſtra contumacia perſeueraueritis, & ego murum quoque tertium obtinuero, vrbémque veſtram anathemate percuſſero, templúmque Domini demolitus fuero? quin potius parcitis animabus veſtris, filiis, vxoribus & filiabus veſtris! Iehudæi verò Titum audire renuebant, indurarant etenim ceruicem ſuam. Quamobrem miſit Titus Ioſephum ad illos, vt is Hebraice illis loqueretur, quò tuto poſſent confidere pactis & oblatæ paci. Ioſephus itaque ad illos pergens ſtetit è regione portæ, nam propius ad murum accedere verebatur, ſciebat enim ſe inuiſum eſſe populo, eò quod Romanis ſe tradidiſſet. Clamauit autem Ioſephus ſacerdos voce magna dicens: audite me omnes Hebræi, & Iehudæi, loquar enim ad vos ea quæ ad vtilitatem veſtram facient. Populus verò inclinauit aurem ſuam vt audiret Ioſephum, qui reſpondens ad populum, dixit.

Oratio Ioſephi ad ciues Hieroſolymitanos. Orationis huius ſummam habes apud Ioſeph. de bello Iud. lib. 6. ca. 11. eadem verò prope verba, Hegeſip. lib. 5. cap. 18.

CAP. 15.

ANtehac equidem viri Hieroſolymitani, tanto ſtudio pugnandum vobis erat, dum vrbes veſtræ adhuc ſtarent & terra veſtra plena eſſet populo, antequam veniſſet hoc malum ſuper vos. Nunc autem poſtquam mutuis cædibus voſmet ipſos confeciſtis, & templum Sanctuarij ſanguine interfectorum polluiſtis, nec animabus veſtris pepérciſtis, exiguo numero reliqui facti eſtis, quidnam igitur ſperatis vos efficere poſſe? Adde quod prouocaſtis gentem fortem quæ dominatur omnibus populis & ſubegit omnes alias terras, quæque ſubditas habet eas gentes quæ aliquando vobis imperabant. Quid? quod ſine vlla ſapientia ac prudentia bellum geritis cum Romanis, nec miſeret vos vrbis huius celeberrimę, & ſanctuarij Domini, nec etiam animarum veſtrarum, nequedum à propoſito veſtro diſceditis: video enim vos adhuc in ea ſententia perſtare, quod velitis vos in poſterum quoque Romanis opponere, nimirum vt propagetur malum hoc, & latius in populum Dei, & ſuper Templum ſanctum eius. Verum enimuero ego timeo non tantum Templo ſanctiſſimo, ac vrbi celeberrimæ, ne deuaſtentur, ſed & holocauſtis & ſacrificiis ne ceſſent, quemadmodum iuge ſacrificium ceſſauit. Nos etenim peccauimus Domino Deo noſtro, quamobrem receſſit vmbra eius à nobis, quoniam in hoc ipſo Templo bella geſſimus, fuítque illud habitaculum impiorum, & tabernaculum ſeditioſorum, quin & ſacerdotes ac ſanctos homines Dei occidiſtis & intra parietes Templi ſanguinem innocentem quàmplurimum effudiſtis. Nunc autem fratres mei videtis tormenta & vaſa perditionis parata eſſe vt deſtruatur Templum, & ignis iam adornatus eſt vt ſuccendatur ſanctuarium: ſed ecce gentes (inimicos veſtros) miſeret Templi veſtri, vellent enim illud non deuaſtari: vos verò fratres & amici mei. quare non commiſeratione veſtri ipſorum ducimini, vt tandem hoſtes veſtri tormenta hæc bellica à vobis auferant? Et quidnam eſt in quo ſpem veſtram in poſterum collocare poſſitis, cum duo iam muri demoliti ſint, vobiſque vnus tantum reſtet? Quod ſi dicetis, nos ſperamus in Deo noſtro, an neſcitis illum iam pridem à vobis receſſiſſe, adque inimicos veſtros ſe conuertiſſe, eò quòd illi maiori honore & timore nomen eius venerati ſunt, quàm nos qui deſciuimus ab illo? Quapropter non nobis, ſed hoſtibus noſtris adeſt Dominus, ita vt illi omnibus aliis gentibus & terris dominentur, niſi vbi vel niuibus vel arena regiones clauduntur, ad quas peruenire nullus poteſt homo. dicite verò mihi, quænam eſt expectatio veſtra, cum Dominus dederit terrorem illorum ſuper omnes gentes terræ, quæ illis ſeruiunt: quare igitur non & vos illis ſeruire velletis, vt viuatis & non moriamini? An neſcitis tempus illis nunc eſſe imperij & amplitudinis, Deúmque illis imperium tradidiſſe, illiſque auxilio ſuo adeſſe? An non memores eſtis olim Deum Ægiptiis adfuiſſe, vt toti Orbi dominarentur, poſtea verò ab iiſdem receſſiſſe, vobiſque opem tuliſſe, vt vos gentibus aliis imperaretis? Deinceps autem rurſus vos deſeruit, deditque imperium Chaldæis, Aſſyriis, & Perſis, qui longè latèque imperium habuerunt in gentes. Nunc illos deſerens, Romanis auxiliatur, annis multis, ipſique omnibus populis dominantur. Quod ſi obiicietis mihi, quid vtilitatis inde prouenit, quod Deus Romanis aliiſue gentibus imperium in Mundum & hæreditatem ac populum ſuum, qui eſt populus ſanctus, gens vna in terris, tradit: an non erubeſcitis hæc dicere? Quomodo enim ſapientes vos exiſtimatis eſſe, cum hoc admiremini, ſcientes omnes filios hominum, opus eſſe manuum Dei qui quem vult exaltat, & quem vult deprimit? Tametſi enim ſitis filij populi Dei, & peculij eius ac aſpiretis ad imperium, nihilominus tamen non eſtis iudicati caſu, & ira fortuita, receſſit enim à vobis vmbra Domini, quia peccaſtis illi, & præuaricati eſtis in templum ac ſacerdotes eius. Quomodo ergo audetis vobis illius auxilium pollice-

Imperij Ro amplitudo.

ri, cum ille vultum ſuum à vobis abſconderit, & peccata veſtra vtroſque vos ſeparent? Filij mei & fratres mei, ne vobis hæc in mentem veniat cogitatio, non enim ea quicquam proderit. Quid verò, fratres & amici mei, Romanis bellum inferre vultis, cùm ipſi dominatores ſint gentium, qui aperuerunt clauſtra Indiæ & omnium inſularum maris vſque ad mare Oceanum, & omnes partes orientales? Qui & imperium habent in terminos terræ, vſque ad Britanniam, & in omnem Scotiniam †quæ fluuiis vndique clauſa eſt, cuius populus magnus eſt ſicut Gigantes, proceræ hominnes ſtaturæ, & fortiſſimi, peritiſſimique iaculandi ſagittas, atque ſtrenuiſſimi milites in bello. Ad quos cum veniſſet dux Romanus, oppoſueruot ſe illi, nec voluerunt ei ſubditi eſſe: cum autem Reges Romanorum venerunt, ij ſubegerunt eos vt ſeruirent Romanis. Nunc itaque fratres ac amici mei, poſtquam dicitis vos velle ſimul occumbere, ne ſeruiatis Regibus gentium, magiſque vobis expedire mortem quàm vitam, ne ſcilicet videre cogamioi calamitates Sanctuarij ac populi Dei, inquirite à diebus patrum veſtrorum hiſtorias, & Annales, quãdo vnquam fueritis liberi à iugo gentium. An neſcitis Iaacobum patrem noſtrum, (ſuper eum ſit pax) qui fuit perpeſuo cum Deo, & Deus cum ipſo, in Ægyptum contendiſſe, vt peregrinaretur in terra alienorum & ſuperbiſſimorum hominum, ne cum filiis, familia, & pecoribus ſuis fame periret? Quo in loco ſecum habuit duodecim filios ſuos qui ex lumbis eius egreſſi fuerant, ibique habitauit cum familia ſua exigua, ne ſame grauiſſima opprimeretur. Nunquid ſcitis cum deſcendiſſet Iehudah cum fratribus ſuis in Ægyptum, ſurrexiſſe Ioſephum, tanquam, alienum contra fratres ſuos, & cauſam quæſiuiſſe aduerſus illos, vt in captiuitatem illos redigeret, quippe qui memor eſſet operum malorum quæ ſecerant ipſi: quare quoſdam ex illis vinculis ligauit, ac pro libito calumniis illos inſectatus eſt, maxime verò Iehudah, qui præcipuus fuit inter filios Ieſchurum, à quo Iehudæi omnes nomen traxerunt? Qui equidem ſi voluiſſet, potuiſſet Ioſephum vel mille vicibus humiliare, non enim cognoſcebat illum, nec ſciebat eũ eſſe Ioſephum, quare cùm duris verbis ab eo impeteretur, poterat illum cædere ira commotus. Fuit namque vir fortiſsimus ac magnanimus, & ſpiritu inſigni præditus, qui ſane nihil curaſſet, etiamſi virum Ægyptium, vel etiam plures Ægyptios interfeciſſet. Verumenimuero hoc minime fecit, ſed iugo Ioſephi ſe ſubmiſit, illúmque Dominum ſuum vocauit, exiſtimans Ægyptinm quempiam eſſe ac coram illo humiliauit ſe, quò obtineret petitiooem ſuam, & frumenta adipiſceretur, ne parentes, fratres, & reliqua familia fame perirent. Quid de Ioſepho viro pulcherrimo, ſapientiſſimo, prudentiſſimóque dicam, qui & ipſe domui Pareoh ſeruire ſuſtinuit, ac tametſi perſpectam haberet illa ſapientiam eius, vt Pareoh illum pluris faceret quàm omnes Reges qui tum viuebant, & licet Dominus & pater Pareonis foret, nihilominus tamẽ humiliter petiit ab illo, vt poſſet patrem ac fratres ſuos pane ſuſtentare, cùm ſciret tum temporis ad Pareonem, & populum eius imperium pertinere, illiſque à Deo collatum

†Tremus bos Scotiæ quæ terris nihil debet. Hegeſ. lib 5. cap. 15. Iſdem verò argumentis Iudæos ad pacem exhortatur Rex Agrippa apud Ioſ. de bello Iud. lib. 2. cap 16.

Iudæi gẽtibus ſemper ſeruierunt.

Gen. 48.

Gen. 42.

Cur Ioſ. afflixerit fratres ſuos.

Iudas filius Iacob vir fortis.

A eſſe. Quamuis etiam tunc, ſiquidem voluiſſet Ioſephus inuito Pareone, cum vniuerſa familia patris ſui, in terram Kenaan redire, nemo prohibere poterat quò minus hoc faceret, ipſe nanque rerum tum in Ægypto potiebatur: tamen minime id fecit. Biniamin verò qui lupo rapienti cõparatus eſt, cùm in domum Ioſephi violenter ab Oeconomo Ioſephi, mendacio in ſe conficto, reduceretur, cur hunc inquam non interfecit? Aut cum ſolus ille, Biniamin & reliquos fratres perſequeretur, nonne ſi voluiſſent poterant eum occidere & ſepelire, ita vt factum nunquam cognoſceretur? Sed illi hoc minime fecerunt, quin Iehudah ſapientiſſimus qui exaltationem & deiectionem ac viciſsitudines Mundi cognitas habebat, reuerſus eſt in vrbem cum fratribus ſuis, acceſſitque ad Ioſephum ac rugauit illum donec viſcera eius mouerentur, & ipſe à fratribus agnoſceretur. Lex autem Domini ſanctiſſima, hæc ideo nobis commemorat vt diſcamus iugum illius, qui ſuo tempore imperium tenet, ferendum eſſe nobis. Neque hoc ſibi quiſquam perſuadeat, Ioſephum peccaſſe in eo quod iugo Parennis ſe ſubdidit, non enim dedecus eſt viro ſapienti ſi ſe demittit curam eo cuius opera indiget, quicunque is tandem ſit, multò magis verò ſi ſit Rex & Dominus. An neſcitis patres noſtros ſeruiſſe Regi C Pareoni in Ægypto? Poſtquam verò Dominus recordatus eſſet fœderis ſui quod cum patribus noſtris iniit, conſtituiſſetque illos ex Ægypto educere, miſit Moſem magiſtrum noſtrum (ſuper quem ſit pax) Angelum ſuum, electum ſuum, qui ſciebat equidem Dominum ſecum eſſe, vnde poterat exterminare omnes inſurgentes aduerſus ſe, nihilominus tamen cum veniret in conſpectum Pareonis qui tum Ægipto imperabat, non apparuit armatus, ſed potius cum tonitruis & grandine vt cognoſceret ille Deum eſſe Dominum. Verùm poſtquam Pareo nimis aggrauauit iugum Iſraelitarum, auxilio Domini adiutus Moſche Magiſter noſter, (ſuper quem ſit pax) eduxit Iſraelem D ex ægypto, manu forti & brachio extento contra ægyptios quos affligebat continuis plagis, atque ita liberauit Iſraelitas è manibus dominorum ſuorum, adduxitque illos ad montem Dei, ac fecit illos hæreditare omne bonum, legem ſcilicet domini Dei ſanctiſsimam. Poſteaquàm verò Iehoſchua terram ſanctam Iſraeli ſubiecit, illique eam habitarent, tranſierunt ſuper patres noſtros tempora aduerſa, quæ in Prophetarum libris ſcripta ſunt, ita vt cogerentur ſeruire Regibus Aſchur diebus multis, & Regibus Perſiæ ac Chaldæorum ſeruiuimus ſeruitutem non vſque adeo moleſtam. E Deinceps verò & aliis Regibus gentium, cum quibus bellum geſſimus, & quandoque cecidimus, quandoque ſurreximus Nunc igitur fratres mei dicite mihi, an dedecori vobis ſit futurum, ſi Romanis ſubiiciatis vos, aut quanti eſtis ſi cæteris gentibus, quæ illis ſubditæ ſunt, conferamini? An non videtis Romanos dominari inimicis veſtris, & imperare populis qui veſtri fuerunt Domini, & oſores veſtri? An non illos amare potius vos decebat, qui humiliarunt hoſtes veſtros, vltionem veſtram de illis ſumentes? Verùm vos minime hoc feciſtis, quin potius illos odio proſecuti eſtis, nec ex cõmuni ſenſu cognouiſtis nec perpendiſtis

Gen. 49.

Gen. 44.

Gen. 45.

Moſes nõ adiit Pharaonem armatus.

pendiſtis, ab eo tempore, quo Romanis ſeruiiſtis, ſemper vos ſumma tranquillitate ac pace vixiſſe. Ego quidem cùm in Galilæa Romanis reſiſterem, ſciebam ſatis, tandem me vincendum, ſed interim nihil facere poteram: ſeditioſi námque qui mecum erant, conſilio meo minime parebant, ſed & perpetuò timendum mihi erat ne ab illis interficerer, poſtquam deditionem illis ſuadebam. Quæ cùm ita ſe haberent, & Domino cor meum perſpectum eſſet, cogitaui pugnare contra Romanos prout poteram: vbi verò occaſio ad illos tranſeundi daretur, facturum me hoc. Cum autem in ſpelunca agerem cum 40. viris ſociis meis, iam de me actum erat niſi Dominus Deus conſilium euadendi, ac animam meam liberandi, dediſſet. Ab illis etenim penè interfectus fuiſſem, eò quod ad Romanos confugiendum conſulerem, illiſque parendum. Videbam námque dies iſtos, dies eſſe imperij Romani, dominumque Deum illos omnibus gentibus dominos dediſſe: hæc enim eſt conſuetudo eius, vt ſuperiores exercitus in excelſis, aliis præficiat, & aliquos etiam ſuper Reges terræ dominatores conſtituat. Quis verò eſt, qui poſſit eum iudicare, qui ſe fortior eſt? Romani autem hodie imperant omnibus terris & populis, Ægyptiis ſcilicet, Aſſyriis, Perſis, & Chaldæis, (quibus omnibus & vos aliquando ſeruiiſtis,) vnà cum aliis quoque gentibus, quæ arant, ſeminant, metunt, plantant, ac colligunt: qui verò his bonis & laboribus fruuntur, ſunt Romani, qui interea dum illi laborant, in pace ac tranquillitate ſunt poſiti. Proinde & hoc perpendite fratres mei, Reges nimirum Macedoniæ, qui olim totum mundum regebant, maxime verò temporibus Alexandri Macedonis, hodie imperio ſuo ſpoliatos Romanis parere. Qui tametſi cum primùm illos aggrederentur Romani, ſuperbirent, & Romanis reſiſtere ſtatuerent, tamen deuicti à Romanis, ſerui illorum hodie ſunt. Quid de populo Peliſtæo loquar, qui antehac vos ſemper affligebat, an non minimus inter principes Romanos, Peliſtinis imperat? Quid igitur eſt, quod ſperetis vos euadere poſſe, cùm ſciatis Peliſtæos ſemper fuiſſe fortiores vobis, vóſque ab illis ſæpenumero victos, ſicut & Saul Rex veſter ab illis cæſus eſt? Quod ſi obiiciatis mihi Dauida Meſſiam Domini Dei Iſraël, illos in ſeruitutem redegiſſe & humiliaſſe, memineritis tum quidem benigno ſuo oculo Deum vos reſpexiſſe, & prælia veſtra præliatum eſſe, qui ſane hodie vobis nullus adeſt: abſcondit enim à vobis vultum ſalutis ſuæ, eò quòd peccaueritis illi. Et quis eſt ex omnibus vobis qui intelligat ſecretum Domini dicentis, tum ad Dauidem (ſuper eum ſit pax). Et cum audieris ſonitum commotionis in cacumine mororum, tunc mouebis te. Adduxit Ioſephus hunc locum eò, vt oſtendat Dominum Deum Dauidi adfuiſſe cum Philiſtæos vinceret, & vt cum Deum ſibi adfuturum crederet Dauid, dediſſe Dominum hoc ſignum, commotionem ac fragorem in ſummitate arborum. Is inquam, qui hoc intellexit, aperiat etiam proximo ſuo, & ſequatur conſilium meum. Et nunc fratres mei audite vocem meam, venite & ſeruite Romanis in pace & tranquillitate, honeſtum enim vobis erit vt Romanis ſubiecti ſitis vna cum Regibus Perſiæ, qui aliquando veſtri Domini fuere, nunc autem erunt ſocij veſtri.

Seditioſi cum Ioſepho apud Iotapatā. *1. Reg. 31.* *2. Re. 5.*

Perſiſtite, inquam, quæſo filij populi mei, in ſtatione veſtra, contendam enim vobiſcum: dicite (quæſo) mihi quando fuerunt patres veſtri liberi, & quando non ſunt implicati bello gentium, & dominio populorum? An non ab egreſſu veſtro ex Ægypto vſque ad imperium Schaul, filij Kiſch victoriam ſemper obtinuiſtis, cum eſſet Dominus Deus Rex veſter, tunc enim nemini ſeruiiſtis niſi Domino Deo Regi veſtro? Poſteaquam verò mala veſtra concupiſcentia vos incitauit vt faſtidiretis Dominum Deum ne ille ſolus ſuper vos regnaret, eligeretiſque hominem qui imperaret vobis ſicut apud cæteras gentes fieri ſolet: Schaul, inquam, filium Kiſch, & reliquos omnes Reges, huic ſeruiiſtis vos, fuerúntque filij veſtri ſerui eius, & præſtantiores quique ex vobis illius miniſtri facti ſunt, filiæque veſtræ precioſæ factæ ſunt in domo eius vnguentariæ, coquæ, & piſtrices. Poſt Saulum regnauit Dauid (ſuper eum ſit pax) qui multis gentibus imperauit, qui & ipſe pro libito vos in ſeruitutem redegit, plurimóſque ex vobis occidit, vt ſatisfaceret cupiditatibus cordis ſui. Poſt mortem verò Dauid filij Iſai ſeruiiſtis Schelomoni filio eius, qui non minus pro libito dominationem in vos exercuit, quàm reliqui, qui & manum ſuam miſit in filios filiáſque veſtras, eóſque ſeruos ſuos fecit. Poſt hunc venerunt Reges alij impiſſimi à quo tempore incœpit terra veſtra deuaſtari, & qui optimus fuit eſt Rechabeam qui dixit ad vos, pater meus flagellis vos erudiuit, &c. & ſic fecerunt reliqui Reges qui poſt hunc regnarunt, pauciſſimi enim ex illis Deo placuerunt, & reliqui omnem abominationem fecerunt, nec fuit inter illos qui benefaceret, & in timore Domini regnaret. Atque hoc pacto imperium penes vos longis annis fuit, donec venirent Reges Chaldeorum, & in Babiloniam captiuos vos abducerent, vbi detenti fuiſtis donec venit Cyrus Rex Perſiæ, qui in terram veſtram vos remiſit cum magna vi auri & argenti, magnóque honore præditos quæ reductio illi in iuſtitiam eſt reputata.

1. Re. 8. *2. Par. 10.* *Regum nullus apud Iudæos in timore Domini regnauit.*

Defuncto autem Cyro, ſurrexerunt contra vos Reges Græciæ impiſſimi, qui bellum contra vos gerentes, magna clade vos affecerunt, donec excitaret dominus ſpiritum ſacerdotum ſapientum filiorum Chaſmonai, qui vlti ſunt vltionem veſtram. Tunc equidem fuiſtis fratres & amici Romanorum, & aucta eſt amicitia inter vos annis multis. Deinceps autem vos omnes deſciuiſtis à filiis Chaſchmonai, qui liberarent vos, & elegiſtis vobis virum nomine Herodem, eum ſcilicet Regem qui aggra-

uauit iugum veſtrum. Quo defuncto ſucceſſit in locũ eius Archelaus filius eius, qui & ipſe grauius vobis impoſuit iugum. Quare deficientes ab illo palam teſtati eſtis, vos in poſterum minime ſeruituros Regibus Iehudæorum Atq; ita trãſeuntes ad Romanos ſponte veſtra collum iugo illorum ſubdidiſtis, vt ſeruiretis Auguſto Regi qui vobis benigne pepercerat, huic ſeruiſtis ſicut & cæteræ gentes, ſuitque vobis laudi quod ſeruiretis Regi bono. Nunc itaque fratres mei filij populi mei, quidnam eſt hodie vobis quod mortem eligitis, & non potius parcitis vobis & filiis veſtris? Conſiderate (quæſo) germina terræ, animantia, beſtias, reptilia, volucres cœli, piſces denique maris, & videte quopacto dominetur maior minori, neque eſt opprobrium minori, ſi ſeruiat maiori ſuo. Nam bos & hœdus timent Leonem, & aries & ouis timent lupum, & vacca ac agnus timent vrſum, capræ vero pardum, accipiter denique aquilam, accipitrem verò timet columba. Perpendite, inqnam, beſtias, iumenta, & volucres, in quibus videbitis bouem maiorem efferri ſuper minores, & ſic in reliquis omnibus, in quibus videmus maiores, minoribus ſemper ſeſe præponere. Quin igitur filij hominis diſcite ab his, an non Deus vnus creauit omnia, & ipſe dominatur in omnibus, quin & omnia inter ſe ita ſunt colligata, vt neutrum ſine altero conſiſtere poſſit? Qui verò omnia ſuſtentat, eſt Deus benedictus, quo volente omnia in puluerem rediguntur, exaltetur nomen eius in ſeculum. Exemplum, quæſo, arripite à partibus mundi vniuerſi, in quo videtis aliam ſubeſſe, aliam verò præeſſe. Ne itaque induretis ceruicem veſtram, vt peruertatis accidentia naturæ Mundi, ſed potius cauſas illius & euentus, veſtra ſequatur electio. Quod ſi feceritis, exiſtimationem vobis ſapientiæ comparabitis. Et nunc ô filij populi mei, ne putetis dedecori vobis eſſe ſi Romanis ſeruiatis, tempus enim veſtrum veniet, vt reuertamini ad Deum ex toto corde veſtro, atque tunc & vos reliquis populis dominabimini pro voluntate veſtra. Quod tum fiet, cum omnibus viribus Dominum Deum veſtrum ſecuti fueritis. Proinde ne exiſtimaueritis Romanos qui hodie vobis dominantur, infirmiores eſſe reliquis populis qui vobis iam pridem dominati ſunt. Quoniam gens fortis eſt & à cœlis imperium habet in alios populos, cuius rei teſtimonium & ſimilitudinem accipite à beſtiis quæ ſecundum naturam dominantur aliis, non tamen maiores minoribus apud homines dominari poſſent niſi peccatis intercedentibus, propter quæ mortales puniuntur vt collum iugo alterius ſubmittere cogantur. Nunc itaque filij populi mei induite humilitatem & manſuetudinem, nec velitis vos leges naturæ inuertere, quin potius accipite verba mea, & parete conſilio meo, vt ſeruiatis Romanis qui fœdus vobiſcum pro beneuolentia ſua pangent, vt viuat anima veſtra.

Principatus inter bruta.

Minores maioribus dominantur aliquando.

Factum eſt autem cum loqueretur Ioſephus ſacerdos in auribus ciuium Hieroſolymitanorum omnia verba hæc, vt illi vocem ſuam eleuantes, collachrymarentur, ac dentibus frenderent, & Ioſephum de muro conuitiis inceſſerẽt, lapidibuſque & telis illum peterent cupientes illum interficere. Quod cum videret Ioſephus, illos nimirum audire conſilium non velle, & ceruicem ſuam induraſſe, incœpit illos redarguere verbis acerrimis, vt porrò narrabimus.

CAP 16.

RESpondens itaque Ioſephus dixit ad illos. Væ hominibus peruerſis & rebellantibus Domino Deo, quidnam eſt ô miſeri, quo confiſi adeo contumaces vos exhibetis, cum tamen Dominus à vobis receſſerit? Vos enim mali eſtis & peccaſtis illi, quomodo ergo expiabitur peccatum veſtrum quod in Templo Domini perpetraſtis, effundendo ſanguinem innocentem, ſine vlla miſericordia? Rei ſane eſtis, pugnatum enim eſt à vobis in Templo & ſanctuario Domini, quod polluiſtis cadaueribus hominum quos in medio eius occidiſtis, quin & nomen Domini prophanaſtis in prælijs veſtris, cùm bellum gereretis in ſabbatis, ſolemnitatibus & diebus feſtiuis. Dicite nunc mihi ô peruerſi ac rebelles, num patres veſtri inimicis ſuis præualuerint haſta & bello, & non potius oratione, † pœnitentia, & recto corde, quo ſeruierunt ipſi, & rurſus ille liberauit eos? Vos autem in qua re confiditis, cum infideles ſitis? Receſſit à vobis vmbra veſtra, & Dominus Deus veſter auxilium præbet hoſtibus veſtris, quorum manus ſuſtentat, vt diſperdant vos. Quod ſi gladiis haſtiſque veſtris cogitatis vos liberari poſſe, minime poteritis, cùm non velit vos Deus effugere manus hoſtium veſtrorum. Aperite oculos veſtros, & videte quid dixerit Dauid vnctus Domini, quoniam non in gladio, nec in haſta ſaluabit Dominus, Quin ô ſtultiſſimi homines recordamini Abrahamum patrem veſtrum qui vos gennit, quo pacto vicerit ille Pareonem Regem Ægypti †, qui violenter Saram vxorem ſibi eripuerat: nulla alia ſane ratione victoriam obtinuit, quàm quod orauit ad Dominum qui excitauit ſpiritum Pareonis vt redderet ſibi Saram ſuam ſanctam & impollutam. Abraham namque ſuper ſtratum ſuum tranquillus, & rerum omnium ſecurus iacebat, ſed Pareo dominator ille maximus interea plagis magnis afficiebatur, propter Saram quam ille ad ſe rapuerat vt vitium illi inferret, quod Dominus Deus non permiſit, ſed potius carnem Pareonis detexit, vt cogeretur medicis præbere membra occulta conſpicienda, ſi poſſent illis mederi: quis enim eſt qui poſſit mederi infirmitati quam immittit Dominus hominibus, & quis nouit rationem illius? Quis enim ſciebat vlcus Iſaiæ maſſam ficuum: & lepram Naeman Syri aquis Iardeni, amaras deniq; aquas lignum abſynthij ſanare poſſe? Quamobrẽ cùm nemo Pareonem ſanare poſſet, coactus eſt ille blandis verbis à patre noſtro Abraham & ſummis precibus contendere vt deprecaretur Deũ quò auferr-

Iudæorũ impietas.

† Hæc, Ioſephus ſua breuiter dicã, nullum eſt opere precium quod armis parentes noſtri fecerunt, ſine armis Deo permiſſa poteſtatem patrauerunt lib 6. cap. 11.

1 Re. 17.

† Scriptura eum appellat, Abimelech regem Geraris.

Gen. 20.

Iſa. 38.

4. Reg. 5.

Ex 15.

auferret à ſe plagam iſtam, quod & factum eſt.
Poſtea induit Pareo Saram veſtibus ornatiſſimis,
eámque auro & argento ac gemmis donatam re-
milit ad Abrahamum qui tum erat in domo ſua,
ad quem rediit Sara honeſta, munda & ſancta.
De Iizchak quid dicemus? is cùm expelleretur
Gen. 26. ab Abimelech Rege Peliſtæorum, haberetque
ſecum vernas Abrahami patris noſtri, numero
octingentos & octodecim, quibus Abrahamus
percuſſerat quinque Reges, præter etiam mul-
tos ſuorum domeſticorum, cúmque pro forti-
tudine ſua potuiſſet bellum inferre Peliſtæis,
noluit tamen hoc facere, ſed manſuetudine ac
humilitate ſumma vſus eſt erga Regem terræ
illius. Poſteaquam verò expulſus eſſet illa ter-
Gen. 26. ra, venerunt ad eum Peliſtæi rogantes ac di-
centes, vidimus dominum Deum tecum eſſe,
ſicut ſcriptum eſt in Lege. Quid de Iaakobo
Gen. 32. dicemus? qui cum fugeret Eſaſ fratrem ſuum,
nihil tulit ſecum præter baculum cum quo tran-
ſiuit Iardenum fluuium, quemadmodum ſcri-
ptum eſt in lege, in baculo meo tranſiui Iar-
denum iſtum. Viaticum porro ad iter tantùm
accepit, ea fuit oratio qua & omnia ſua bella
geſſit. Ea nimirum fuit, propter quam adiu-
uit illum Dominus cùm abiret ad Labanum;
& cum reuerteretur ab eodem, fuitque erep-
tus è manibus Eſaſ fratris ſui qui inſidiabatur
animæ eius. Porro & in reditu cùm pugnaret
cum illo vir quidam, præualuit illi: quis verò
eſt qui poſſit enumerare miſericordias Domi-
ni, & mirabilia, quæ fecit cum patribus noſtris,
Abraham, Iizchak & Iaakob, ſuper quos ſit
pax? Et quid dicam vobis de Moſche paſto-
Ex. 18. re noſtro, viro Dei, qui gladium Pareonis ti-
muit, tantiſper dum in Lege ſcriberet, ſe no-
men filij ſui Elieſer vocaſſe, dicebat námque
Deum patris ſui ſibi auxilio fuiſſe, & è manu
ſe Pareonis eripuiſſe. Cúmque veniret in cō-
ſpectum Pareonis, vt è manu illius liberaret Iſ-
raelem, eóſque ex Ægypto educeret, qua re
Ex. 4 & 7. alia deuicit tyrannum, quàm oratione? An non
ſolo baculo Dei, quem ſecum habebat deiecit
ſuperbiam Pareonis, magnúmque eius, quo &
Ægyptum decem plagis percuſſit, cúmque il-
lo ſcidit mare in duodecim ſemitas? Et ad ma-
re caricoſum (quod alias rubrum appellant)
Ex. 14. Moſche nequaquam armis, reſtitit Pareoni &
exercitui eius, ſed oratione ſua, quare Pareo
cùm ſuis in profunditatem maris demerſus eſt:
Moſche autem cecinit canticum, & laudem Deo
noſtro, dum perirent milites Ægyptij, qui ip-
ſi Moſche & populo Iſrael, armis, equis, ac
currihus ſeſe oppoſuerant, nihilominus tamen
oratione Moſche intercedente in mari omnes
Orationis vtilitas longe maior quam armorum. perierunt, ita vt ne vnus quidem euaderet. Quis
enim neſcit orationem longe præſtare omnibus
armis bellicis, eámque maturare auxilium Do-
mini, eiuſque ſalutem? An verò neſcitis cùm
tranſiret Iehoſchua miniſter Moſche, Iarde-
Ioſ. 3. num, illum fuiſſe bellicoſum virum, ſecúmque
habuiſſe plurimos ſtrenuiſſimos milites? non ta-
Ioſ. 6. men deſtruxit 7. muros Ierico vi bellica, ſed
ſolummodo oratione, & iubilo ac clangore ſa-
Iud. 7. cerdotum Domini patrum noſtrorum? An ne-

A ſcitis orationem Gideoni profuiſſe, quando
ille cum 300. viris percuſſit omnem exercitum
Midian, Amalek, & filiorum Orientis, quæ
niſi fuiſſet illi auxilio, quid quæſo potuiſſent
300. viri contra tantam multitudinem effice-
re? Intelligite ô ſtultiſſimi, quid factum ſit de
arca fœderis Domini, quam abſtulerant Pe- 1. Re. 6.
liſtæi, eam ſane patres noſtri gladio ac bello
recuperare haud valuerunt, ſed oratione quàm
fuderunt iuſti generationis illius, reducta eſt
arca in locum ſuum. Conſiderate tempora
Chiskyahu Regis Iehudah, in quibus aſcendit
Sancherib Rex Aſchur, qui blaſphemauit & ex- Iſa. 37.
B tulit ſe contra Sanctuarium Domini Dei exer-
cituum, oſtenditque ſuperbiam cordis ſui ac
malitiam, quanam quæſo ille ratione deiectus
eſt? Num armis bellicis hoc fecerunt patres
noſtri? Nequaquam, ſed oratione ac depre-
catione, quoniam Chiskyahu Rex ſurrexit, at-
que induit ſe veſte orationi conueniente, &
pro clypeo aſſumpſit ſaccum, & pro galea pul-
uerem capiti ſuo impoſuit, & pro ſagittis &
gladio, orationem & precationes arripuit. Aſ-
cenditque oratio, quam orauit Chiskyahu in
locum, ad quem nunquam peruenire poteſt ſa-
gitta, & vna oratio Chiskyahu Regis proſtra-
C uit 185. millia virorum fortiſſimorum de exer-
citu Sancherib. Porro Rex Iehudah & Rex
Iſrael atque Rex Edom cùm coniunctis viri- 4. Re. 3.
bus Moabitas inuaderent, ac in deſerto in ter-
ra inculta ac ſicca, ſiti grauiſſima laborarent
quid profuerunt illis arma bellica? an non il-
lis per orationem Eliſcha Prophetæ viri Dei,
egreſſæ ſunt aquæ in deſerto, & torrens in e-
remo? Nonne eiuſdem Prophetæ Eliſcha de-
precatione factum eſt, vt audiretur tumultus, 4. Re. 7.
clangor, fragórque curruum bellicorum & e-
quorum, in caſtris Syriorum obſidentium vr-
bem Schomron, ſtrepitu quo perterrefacta illa fu-
D gerunt nemine perſequente? Scitis etiam iam
dicti Prophetæ precibus famem quæ erat in vr-
be Schomron, in abundantiam magnam & ſa-
turitatem conuerſam eſſe, vt triginta Epha ſi-
milæ vno argenteo venderentur? Nunquid er-
go inſipientiſſimi homines videtis patres noſtros
oratione ſemper viciſſe? Sed redeamus ad ini-
tia, & de Moſche loquamur: nonne cùm ille
in cœlum manus ſuas attolleret, vincebat Iſ- Ex. 17.
rael Amalekitas propter orationem ſuam? Et
Iehoſchua quidem oratione ſua Solem & Lu-
nam remoratus eſt, in conſpectu Iſraelitici po- Ioſ. 10.
puli, & quieuit ſol in Gibeon, & Luna in val-
E le Aialon, vt veſpera in meridiem conuertere-
tur, atque ita vicerunt Iſraelitæ hoſtes ſuos.
Schimſchon etiam fortiſſimus ille Gigas, an non
antequam peccaſſet, ſemper fuit exauditus cum Iud. 16.
oraret, ſempérque ea victoriam obtinuit: cùm
verò peccaſſet, cecidit ſicut vnus ex filiis ho-
minum? Sic etiam Schaul Rex cum eſſet inte-
ger in via ſua, fuit ei oratio ſua in fortitudinem
& robur: poſtquam verò peccauit, receſſit ab
illo Dominus. Dauid quoque Rex Iſrael (ſu- 1. Re. 17.
per quem ſit pax) ab ineunte ſua ætate vſque ad Dauidis
finem ſuum nunquam deſtitutus fuit fortitudine Regis for-
ſua, quoniam oratione ſua ſemper fuit adiutus, titudo.

neque voluit pugnare contra filios fratrum ſuorum & populi ſui, cùm ipſum perſequeretur Schaul, quapropter præualuit inimicis ſuis, & quia recuſauit mittere manum ſuam in fratres ſuos, ideo timuerunt illum deinceps omnes gentes. An non Aſſa Rex Iehudah exiguo
2.Par.14 comitatus populo, egreſſus eſt contra Æthiopes, qui deprecationem ad Dominum Deum fundens dicebat: nos verò neſcimus quid faciendum nobis, ſed oculi noſtri in te reſpiciunt, &c. quem exaudiuit omnipotens, & ſecuta eſt victoria, vt Aſſa in caſtris Æthiopum mille
Iud. 4. millia hominum cæderet. Deſorah Prophetiſſa oratione ſua magnam in Iſrael ſalutem perfecit. Quid de multis aliis iuſtis mulieribus dicam, quæ precibus ſuis multa impetrarunt?
Dicite porro mihi ô amentes, an neſcitis quid Amaziahu Rex Iehudah fecerit? Is enim cum bellum geſſiſſet cum Edomæis, illóſque in ore gladij percuſſiſſet, ac cum vxoribus liberiſque idola etiam illorum in captiuitatem abduxiſſet, venit Hieroſolymas, coluitque illa ipſa idola quæ Edomæis eripuerat, dixitque illis: vos ſaluaſtis me, & propter cultum veſtrum vici Edomæos. Ad quem cum veniſſet Propheta Domini, illique dixiſſet, quare quæſiuiſti Deos populi illius, qui eum à manu tua eripere non potuerunt? ſtatim in Prophetam inuectus eſt, dicens: an conſiliarius Regis tu conſtitutus es? quamobrem deinceps non vlterius reprehen-
2.Pa.25. ſus eſt à Propheta, Dominus enim illum diſperdere ſtatuerat, ſicut ſcriptum eſt in verbis dierum Regum Iehudah. Quapropter poſtea captus eſt ſicut vulpes, cum pugnaret contra Ioaſch Regem Iſrael in Betſchemeſch, & tunc collatus fuit Amaziah ſpinæ, Ioaſch verò cedro. Quin & omne malum quod venit ſuper vos omnibus diebus noſtris, è manibus noſtris ve-
Pſ. 144. nit, iuſtus eſt enim Dominus Deus noſter in omnibus operibus, quæ in nobis operatus eſt. Neque enim hoſtes noſtri tantùm nobis nocuerunt, quantùm nos nobis ipſis & animabus noſtris. Videte enim gentes quæ vaſa precioſa
1. Eſd.1. Sanctuarij noſtri in Babel acceperunt, eáque ad nos impolluta reduxerunt, nos verò polluimus illa, & Templum etiam ſanguine innocenti quem fudimus copioſiſſimum intra illud, ac addidimus peccata alia ad peccata noſtra, legemque diſſipauimus operibus noſtris malis.
Quis enim primus adduxit Romanos aduerſus vrbem Hieroſolymam, niſi Hyrkanus & Ariſtobulus, qui diuiſi ſunt inter ſe, ac odio mutuo flagrantes, Romanos contra vrbem hanc vocarunt? Et quis adduxit Anthonium & Soſium principes Romanos contra Hieroſolymam, niſi Herodes cum certaret de imperio cum Chaſchmonæis? Et quis vocauit Neronem Cæſarem, vt regnaret ſuper vos? an non vos feciſtis id? Et nunc itaque cur rebellatis imperio Romano? Quod ſi dicetis principem Romanorum Edomæum † vos nimium inique tractaſſe, an non decebat vos potius illum accuſare apud Imperatorem, quam rebellare Romanis, illiſque bello reſiſtere? Quod ſi verò dicatur ideo vos rebellaſſe Neroni Cæſari, quòd is iniquus in vos fuerit, quare igitur nunc rebellatis Veſpaſiano Cæſari viro clementiſſimo, & qui vobis nunquam nocuit? Aut quare non pacem initis cum filio eius, vt iugum illius in vos ſuſciperetis, ſicut & aliæ gentes faciunt, atque ita viuatis & non moriamini? An vero neſcitis clementiam eius, qui nemini alij plus nocere meritò debebat, quàm mihi qui gladium meũ aduerſus Romanos ſtrinxi & ex illis plurimos occidi, nihilominus tamen nihil mali mihi fecerunt, ſed potius plurima beneficia in me contulerunt, & tametſi fuerim in manibus illorum tamen in vita me conſeruarunt. Quin & fateor antequam captiuum me haberent, ſæpenumero me cupiuiſſe transfugere ad illos ſed non potuiſſe, timendum enim mihi erat à ſociis meis impiis ne me occiderent, vt ita innocens perirem. Nunc verò laudo Dominum Deum ſine intermiſſione, quod pro immenſa ſua erga me miſericordia, non voluerit me eodem vobiſcum malo implicari. Neque enim cupio ſocius eſſe perditiſſimorum hominum, cuiuſmodi vos eſtis, qui effudiſtis ſanguinem innocentum in templo Domini. Quod ſi enim vobiſcum fuiſſem, periiſſet vtique ſpes mea, ſicut & veſtra periit, cùm veſtris animabus minime parcatis, & veſtra vobis contumacia laqueus ſit effectus. Videte enim quæſo quantis malis onerati ſitis, non enim intra vos eſt Dominus, vt propter bella quæ inter vos mutuò geſſiſtis, prope exiccatæ ſunt aquæ Siloë, quæ alias cum aduerſus vos præliabantur gentes, inundabant, ac alueos ſuos ſuperabant vtrinque. Vos autem peruerſi & rebelles qui Dominum Deum ad iram ſubinde prouocatis, vos occidiſtis vos mutuo in medio Templi Domini, quomodo ergo gloria Domini apud vos habitare poteſt? An non ſcitis quòd propter Korach & congregationem eius, Dominus dixerit ipſi Moſche & populo eius: ſeparemini è medio congregationis huius, & conſumam illos in momento? Vos verò longe illis peiores eſtis, nam ſine vlla commiſeratione deſtruitis templum Domini manibus veſtris, & ipſi iniicitis ignem in ſanctuarium, quod ædificarunt Reges incliti & Prophetæ ſanctiſſimi, inſuper nec filiis nec filiabus veſtris parcitis. Et licet ego quidem ſim in caſtris Romanorum, tamen à vobis minime abſum, quoniam vobiſcum eſt dilectiſſima mihi vxor, quæ vxor iuuentutis meæ fuit, quam nec hodie contemno, licet ex illa non habeam liberos, ſed potius magno illam proſequar amore, quod ſit ex familia bonorum hominum. Sunt & vobiſcum parentes mei dulciſſimi, multo ſenio confecti, nam pater meus hodie eſt filius centum & trium annorum, mater vero mea octoginta quinque annos habet. Anni autem vitæ meæ pauci ſunt & mali, pleni tribulationibus, & numero ſexaginta ſeptem, neque dum eò perueni, vt ſecundum naturam mori deſiderem. Quod ſi itaque non creditis verbis meis, & putaueritis me dolo hæc vobis propoſuiſſe, & fœdus Titi fraudi vobis futurum: agite, ſi ita res ſeſe habuerit, occidere parentes meos & vxorem, integrum vobis

Ioſeph. Antiq. lib.14. cap.12. & dein.

† Intelligit, opinor Geſſium Floriũ quẽ licet genere Clazomenium fuiſſe dicat, Ant. lib.20.ca.9. conſtat tamen Iudæo bello dediſſe occaſionẽ, 2. lib. de bello Iud. cap.14. et 15. ac proinde perſumſitum petiuiſſe plebem Iud. a Pont. vt contra eũ legati ad Neronem mitterentur, quod diſſuaſit Agrippa, eiuſdem lib.ca.16.

Aquæ Siloe.

Num.16.

vobis erit, quin & ego iuro vobis per Dominũ Deũ noſtrum, quod etiam animã meam vobis ſim traditurus, vt faciatis mecum vti bonum fuerit in oculis veſtris, atque ita erit vobis ſanguis non tãtum parentum & vxoris ſed & meus, pignori, & egrediantur ſeniores vrbis, & ego fœdus ſtatuam inter illos, & Dominum noſtrum Titum. Nec dubitate, quemadmodum hactenus Dominus Deus affligi vos voluit ſub imperio Romano, ita in poſterum benefaciet vobis, modo confiteamini, imperia, verbo illius commutari, & Deum, quem velit, humiliare ac rurſus euehere. Verùm & hoc certo vobis perſuadeatis, quandiu Romanis ſubiici detrectatis, tamdiu vos iram in vos Domini concitare, voſque redemptionem veſtram non modò vobis ipſis, ſed & ſemini veſtro poſt vos prolongare. Nunc ergo fratres mei, meum fuit hæc omnia vobis declarare, veſtrum autem fuerit vtrumuis eligere, qui enim voluerit, audiet: qui minus, abſtinebit ille à conſiliis meis.

CAP. 17.

CVm itaque populus audiuiſſet verba Ioſephi ſacerdotis, fleuit plurimum, inclinabat namque in ſentẽtiam Ioſephi. Tempore illo præcepit Titus omnibus Romanis, vt remitterent Iehudæos captiuos & ſeruos in vrbem, quod & factum eſt, atque hac ratione ſanguinem ſeruorum reiecit in humeros dominorum eorum, fuerat enim commiſeratione illorum commotus Titus, ex ſermone Ioſephi ſacerdotis, & conſilio illius bono. Vulgus autem Iehudæorum cupiebat maximè, ad Titum egredi cúmque illo pacem inire, verum Schimeon, Eleazar & Iochanan principes ſeditioſorum, portis viros fortiſſimos præfecerunt, mandantes illis vt quicunque exire vellet cæderetur, quod illi facientes plurimos ex iis interfecerunt qui ad Titum exire volebant; atque ita concluſa fuit vrbs Hieruſalem, vt nemo vel ingrederetur vel egrederetur. Fames interea grauiſſima erat Hieroſolymis, vt ſeditioſi inquirerẽt omnes domos & conclauia ciuium vt cibum inuenire poſſent, cùm verò paterfamilias quiſpiã illos repellere volebat, occidebatur ab illis. Atque hoc pacto fecerunt omnibus habitatoribus Hieruſalem, donec plane omnis commeatus conſumeretur in vrbe, & inciperent homines ſtercora & fimos quærere, vt ea ederent, quare & plurimi ex populo fame enecati ſubinde perierunt. Quique tum victum ſibi vel ex herbis, oleribúſque, vel muribus, ſerpentibus, & quibuſcunque reptilibus, nanciſcebatur, iſte iam dicebatur ſaluatus, eo quod inueniſſet cibum pro anima ſua, qua illam in fame hac duriſſima ſuſtentaret. Porrò qui triticum ſecum habebat abſconditum, verebatur illud molere & pinſere, propter malitiam ſeditioſorum, ne illi eriperent ſibi cibum, quare plærique triticum aridum in conclauibus edebant. Tum, etiam erant ditiſſimi quidam Hieroſolymis, qui ſibi mutuo cibum eripiebant, ita vt pater filio & filius patri, mater liberis, liberi viciſſim matri vi auferrent victum, quique egrediebantur portas vel noctu per muros, ſe demittebant inſciis ſeditioſis, foris à Romanis occidebantur. Auctum eſt ergo malum hoc, vt populus deuoraret omne

Fames Hieroſolymitana.

Appendix.

A reptile terræ, à mure vſque ad araneam, & vſque ad ſerpentem, & muſtelam, quare & peſtis grauior famem ſubſecuta eſt, qua in populo Domini innumeri perierunt, nec fuit qui ſepeliret illos. Quando enim Hieroſolymis inueniebatur cadauer equi aut alterius animantis, plurimi Iſraelitæ pro illo decertabant, vt etiam in huiuſmodi certaminibus plurimi caderent, per omnia ſane ſimiles coruis inſidẽtibus cadaueri diutina fame preſſi. Proinde cum egrederentur viri cum vxoribus & liberis ſuis vrbem, ad colligendum herbas pro cibo, & à Romanis deprehenderẽtur, tunc Romani corripientes paruulos occidebant illos, dicentes: mactabimus hoc, ne ſi adoleuerint bellum

Peſtis Hieroſolymitana. Vide Hegeſ. lib. 5. cap. 18.

B nobis inferant, quemadmodum faciunt parentes eorum hodie. Quare Romani ſubinde quamplurimos ex vulgo egrediente portas vrbis, occidebant, quos & ligno ſuſpẽdebant è regione portarum Hieroſolymitanarum, fuitque numerus ſuſpenſorum 500 animæ. Eodem modo Schimeon, Iochanan & Eleaſar agebant cum iis quos ex Romanis per inſidias capiebant, illos etiam de muro ſuſpendentes, qui ad Romanos tranſire voluiſſent, fuerúntque ſimiliter 500. viri quos ſeditioſi ſuſpenderunt. Præcepit autem Titus omnibus militibus ſuis, dicens, quicunque occiderit aliquem eorum qui Hieroſolymas egrediuntur,

C morte moriatur: miſerebat namque Titum Iſraelis, quare non intermitebat blandis verbis ciues Hieroſolymitanos alloqui. Acceſſit porro adhuc ad muros, ac Iehudæos his verbis affatus eſt: Audite quæſo conſilium Ioſephi, & venite ad me vt viuatis & non moriamini, parcite populo veſtro, & cur vultis illum fame, ſiti, peſte, obſidione aliiſquis malis innumeris vexatos opprimere? Seditioſi verò audientes verba Titi, indignati ſunt vehementer, cogitarúntque malum malo ſuperaddere, ac etiamnum crudelius tractare populum Dei, præterea calumniabantur Titum, vt prouocarent illum ad iram, quo minus in poſterum al-

Titi humanitas in Hieroſolymitanos.

D loqueretur populum qui iam non amplius timebat ſeditioſos, dicebant enim ſeditioſi Romanis: melius eſt vt fame pereamus, & in hac tribulatione occumbamus, atque ita lucem illam diuinam accedamus, quam quod viuentes videamus pollutionem & deſtructionem templi Dei ſanctiſſimi. Videns autem Titus iſta, præcepit applicari arietem ferreum ad murum, ad concutiendum illum vt liberaret captiuos è manibus Schimeonis, Eleaſari & ipſius Iochanan principum ſeditioſorum. Cúmque applicarent arietem ad murum, erat forte ibi adoleſcens no-

E mine Nemaganin, † filius Antiochi Macedonis, qui fuit vnus Regum Græcorum, veneratque ex iuſſu Veſpaſiani Tito auxilio. Atque is adoleſcens leuiſſimos habebat pedes, ac fortiſſimus miles, veruntamen ratione carebat. Hic ergo dixit Tito: Miror ego milites tuos, qui cum omnes alias gentes ſubegerint, non tamen audent Iehudæos iſtos occidere. Titus verò riſit auditis verbis Regis adoleſcentis, dixitque illi: dum hæc cogitares, cur tu non potius accinxiſti te vt faceres quamprimum quod iam dixiſti, cur tu non educis gladium tuum, & declaras fortitudinem tuam in illis?

† Hunc appellat Antiochum Epiphanẽ Ioſep. de bello Iud. lib. 6. cap. 12. Hegeſ. verò, Antiochi Comageni filium, lib. 5. cap. 19.

Quamobrem confortans ſe Rex adoleſcens con-
uocauit omnes milites ſuos Macedones, ac acce-
dens bellum excitauit contra Iehudæos arcubus
& ſagittis. Quod cùm fieret, ceciderunt ex Ma-
cedonibus omnes coram Iebudæis, & ſolus Rex
Græcus adoleſcens effugit, quippe qui leuiſſimis
pedibus præditus eſſet, reuerſuſque eſt ad Titum.
Erat autem Rex ille nepos Alexandri Regis Ma-
cedonum maximi, qui imperium totius orbis te-
nuerat, quemque timebant omnes gentes & po-
puli. Cui dixit Ioſephus ſacerdos: an non dices
mihi cuius filius tu ſis ô Rex adoleſcens? qui re-
ſpondit: ex ſemine Alexandri decimus ego ſum.
B Cui dixit Ioſephus: veritas eſt, quod dicis te eſſe
ex ſemine Alexandri, id enim arguit fortitudo
animi tui, quæ ſe in te exercuit, veruntamen ſcias
cum fortitudine debere quoque robur coniun-
gi, ſi velis cum Alexandro conferri & bellum in-
ferre filiis Iſrael. De Alexandro enim ſcimus
quod is vrbem quandam noctu ſolus ingreſſus ſit,
ac percuſſerit habitatores eius. Mane vero cum
ſui audirent tumultum, & perruptis portis in-
greſſi eſſent vrbem, liberatus eſt ab illis: ſicut &
de Dauide Rege noſtro legimus, qui ingreſſus eſt
1.Re. 22. ſolus caſtra Gigantum, quod cum audiuiſſet A-
biſai frater Ioab filij Zeruia ſecutus eſt illum, ac
C excepit ſcuto ſuo ictum quẽ inſerebat Gigas Da-
uidi, qui ab illo cæſus eſt poſtea. Verumenimuerò
de Alexandro ſcimus quod vrbem illam nulla a-
lia ratione quam peccatis inhabitantium eam ca-
ptam eſſe ab illo. Te quoque ô Rex Macedoniæ
à morte eripuerunt peccata Hieroſolymorum, vt
in poſterum laqueo illis eſſes. Quamobrem ſcias
Romanos ab oppugnatione prudeter abſtinuiſſe
nunc, eò quod ſciebant rem ſibi eſſe cum gente
fortiſſima, id quod reſpondebis interrogãtibus te.

CAP. 18.

HIs ita geſtis diuiſit Titus omnem ſuum exer-
citum, & in inſidiis illum collocauit, circum-
D quaque muros illos cingens. Præparauit inſuper
quatuor arietes ferreos ad concutiendum murum
quorũ primum poſuerũt à latere Antiochiæ, cuius
longitudo fuit triginta cubitorum. Factum eſt au-
tem in nocte illa egreſſus eſt Iochanan princeps
ſeditioſorum cum militibus ſuis, ac effoderunt
terram ſubter rotas quadrigarum ferentium arie-
tem, ac poſuerunt ſub illis rotis tabulas ligneas,
obductas pice, oleo, & ſulphure, ac ſub illis col-
locarunt corium ſimiliter illitum, pice, oleo, &
ſulphure. Deinceps verò miſerunt ignem in tabu-
las illas, qui inde ad pedes arietis peruenit, ac dor-
mientibus Romanis cuſtodientibus arietem, com-
E buſſit pedes arietis, qui cecidit ſuper cuſtodes, il-
loſque interfecit. Quo facto conſternati ſunt Ro-
mani valde, & dixerunt, non poſſumus in poſte-
rum oppugnare vrbem hanc Hieroſolymam, quia
incenderunt omnia noſtra tormenta bellica, qui-
bus omnia alia regna ſubigebamus, & nunc qui-
dem ex quinquaginta arietibus ferreis, quos ad-
duximus non reſtabant nobis niſi quinque arie-
tes, ex quibus tres quoque à ſeditioſis nunc com-
buſti ſunt, quid igitur in poſterum faciemus, &
quomodo muros demoliemur? Seditioſi autem
qui audiebant verba illorum in muris, deriſerunt
eos. Quare iratus Titus iuſſit tres arietes reliquos
parari, & in locum combuſti collocari. Quod cũ

A facerent Romani, zelo commoti ſunt quatuor
iuuenes ex Iehudæis, quorum primus Thopanus
Galilæus, ſecundus Megarus Chebronita, & ter-
tius Iorminus Schomronita, & quartus Arius
Hieroſolomitanus vocabatur, qui accincti armis
egreſſi ſunt in caſtra Romanorum, ſtantium iuxta
tres arietes ferreos, & conſultantium quo vrbis
muros concuſſuri eſſent. Qui percuſſi ſunt ab il-
lis quatuor adoleſcentibus, reliquis fugientibus.
Proinde duo ex illis repellebant omnes quotquot
ad arietes accedere volebant, reliqui verò duo a-
doleſcẽtes, Hieroſolomytanus ſcilicet, & Schom-
ronita illiniebant ligna materia, quæ facile ignem
B excipit, ſuccenderúntque illa igne, ita vt ſubitò
flagrarent ligna arietum. Ipſi verò quatuor con-
iunctis viribus fortiter reſiſtebant Romanis, quo
minus accedere, & ignem extinguere poſſent.
Quamobrem ceciderunt tandem arietes in ter-
ram, & Romani in hos quatuor à longinquo lapi-
des & ſagittas mittebant in magna copia, vere-
bantur enim ad illos propius accedere, propter
magnam furtitudinem illorum, tunc enim tria
milia virorum cuſtodierant arietes, quos omnes
quatuor illi pro nihilo reputarunt, neque vnquã
loco ſuo moti ſunt, donec arietes prorſus combu-
rerentur, vt vt Romani ſagittis ipſos peterent. Au-
C diens autem Titus fortitudinem illorum adoleſ-
centũ, & mala quę intulerãt illi Romanis, accurrit
cum omni exercitu ſuo, vt eriperent arietes ab i-
gne, & caperent iuuenes illos, quod tamen haud
potuerunt, cum ad illos egrederetur Schimeon,
Iochanan, & Eleazar principes ſeditioſorum cum
ſuis militibus. Eleazaro verò relicto in porta illa
clanxerunt Schimeon & Iochanan tuba, & fuga-
runt Romanos ne poſſent accedere ad arietes cõ-
buſtos, & liberarunt quatuor adoleſcentes illos è
manibus Romanorum, qui eos vndique circundе-
derant. Porro in prælio illo ceciderunt decies
mille & quingenti viri. Tunc congregati ſunt om-
D nes exercitus Romani vt ſimul oppugnarent Ie-
hudæos, acceſſerúntque quam proxime ad muros
Hieruſalem clamantes & dicentes ad Iehudæos.
Num boues aut hirci vos eſtis, qui ſemper pugna-
tis è muris, vultiſque in medio vrbis capi, ſicut ca-
piuntur boues & hœdi in caulis ſuis. Quod ſi
fortes eſtis, egredimini ad nos, & experiamur in
hac planitie fortitudinem veſtram. Sed vos furto,
& ex inſperato eos qui tormenta cuſtodiunt ad-
orimini, & ex illis rapitis ſicut rapiunt lupi oues,
deinde fugitis in vrbem ſicut lupi in ſyluã. Quod
ſi aliqua eſt apud vos fortitudo, ecce hic ſtamus,
egredimini ergo ad nos pari numero, & videbi-
E mus quis veſter ſit futurus finis. Quod cum audiſ-
ſent principes ſeditioſorum, dixerunt ad viros
bellicoſos, qui erant Hieroſolymis, quis eſt inter
vos, qui vna nobiſcum egredi velit ad canes i-
ſtos, ad demonſtrandum fortitudinem noſtram
pro ſanctuario & vrbe Domini? Quingenti au-
tem viri fortiſſimi ſponte ſua egreſſi ſunt ad
Romanos ſubitò, & percuſſerunt octo mille vi-
ros, reliquos vero repulerunt ab vrbe, atque tunc
cognita fuit Romanis fortitudo Iehudæorum,
fuerant enim Romani quadraginta mille viri bel-
licoſi, Iebudæi vero tantum quingenti, ex quibus
ne vnus quidẽ cecidit illo prælio. Romani vero è
longinquo Iehudæos ſagittis & lapidibus petebãt
quibus

quibus dixerunt Iehudæi, accedite huc ad nos, an non vos eſtis illi, qui vocaſtis nos vt egrederemur ad vos, nunc vero cur non acceditis propius? Sed vos lapidibus & ſagittis nos lædere ſtudetis, an vero canes nos exiſtimatis, qui timeamus lapides veſtros, an non homines nos ſumus. Quin & domini veſtri ſumus, quoniam fugitis ante nos, ſicuti ſerui fugiunt dominos ſuos perſequentes ſe.

CAP. 19.

TItus vero videns caſtra ſua partim fugiſſe, partim vero cæſa eſſe, clamauit ad populũ ſuum dicens: An non dedecori vobis hoc erit, ô Romani, & opprobrio longe maximo, qui fugitis Iehudæos ſamentes & ſitientes ac obſeſſos? Heu nobis Romani quo pacto amouebitis ignominiam veſtram, cum audient gentes, quas antehac fortiſſime ſubegiſtis, vos fugiſſe Iehudæos iſtos mortuos, quorum terram omnem occupauimus, ita vt nihil aliud reliquum habeant pręter vrbem hanc, quam etiam ita demoliti ſumus, vt non niſi vnicum murum habeat. Adde quod pauciſſimi ſunt illi, nos vero innumeri, illis proinde nulla gens auxilio adeſt, nobis vero omnes populi. quare igitur fugitis à conſpectu illorum, quẽadmodũ auiculæ Aquilam fugiunt? Et ſi Iehudæi hodie in mortem ſe deuouent pro templo & terra ſua, quare non etiam vos hoc facitis in hoc bello, vt comparetis vobis nomen fortitudinis? Die ergo illa præualentes Iehudæi, reuerſi ſunt magna cum gloria in vrbem, poſtquam Romanos magna clade affeciſſent. Præcepit autem Titus ſuis, vt adornarent duos arietes reliquos, vt concuteret illis murum Hieroſolymitanum. Inceperunt ergo fabri lignarij Romani vallum pro ſtatuendis arietibus parare, in eo luco, vbi præceperat Titus. Iehudęi vero illis adhęc conniuebant, donec collocaſſent trabes arietum inter palos, cumque iam perfectum eſſet opus, & nihil amplius reſtaret niſi vt ſuſpenderentur arietes inter palos, ad concutiendum muros, Romanis interim ſecuris de Iehudæis, qui iam aliquot noctibus & diebus nunquam egreſſi fuerant vrbem, nocte quadam accidit antequam illuceſceret dies, vt conſultarent ſimul tres principes ſeditioſorum, quid facturi eſſent. Quibus reſpondit Eleazar, vos in priori prælio quo 3. arietes combuſſiſtis nomen adepti eſtis, ego vero portam cuſtodiui, nunc vero vos cuſtodite portas, ego enim egrediar cum eis aduerſus Romanos, & nomen mihi quoque acquiram. Iochanan vero & Schimeon dixerunt, egredere ergo ad illos, aderit enim tibi domin⁹ Deus ſanctuarij quod eſt in Hieruſalem, caue tamen ne vel occidaris vel viuus comprehendaris. Quibus ille reſpondit, dominus Deus cuſtodiet me, quoniam iuſtitia cultus patris mei Anani ſacerdotis magni fretus, illos aggrediar. Elegit igitur Eleazar ſibi 100. fortiſſimos milites, cum quibus vrbem egreſſus eſt, antequam aſcenderet aurora, eaque nocte circum arietes accenderant Romani ignes, vt ſe contra frigus defenderent, & qui ex artificibus & militibus arietes cuſtodiebant erant 150. fuitque hoc in die 27. menſis Kislef, qui erat menſis nonus, ex quo Titus contra Hieroſolymas aſcenderat. Cum ergo ea nocte egreſſus eſſet cum ſuis Eleazar, inuenit quoſdam Romanorum ad ignem A ſtertentes, alios vero excubias agentes, quos omnes occidit, vt ne vnus reliquus fieret, alij vero ex complicibus Eleazari igne ſuccendebant arietes, palos, funes, catenas & reliqua inſtrumenta bellica: artifices vero, qui ibi erant viuos comprehenderunt, ac igne combuſſerunt nullo auadente. Matutina autem luce illuceſcente, vidit Titus fumum incendij lignorum & hominum aſcendentem admodum fœtidum, accurrit ergo cũ exercitu ſuo vt videret quidnam hoc eſſet. Eleazar interea cum ſuis auferebant prout poterant ſinguli partem aliquam de tormentis bellicis cõbuſtis, vel caput defuncti in incendio, abibantB que cum magna laude, irridentes Romanos, ac ita portas Hieroſolymæ ingreſſi, excepti ſunt magno honore à Schimeone & Iehochanan.

CAP. 20.

TEmpore illo venerant ex omnibus populis, qui Romano Imperio ſubiecti erant, magni exercitus auxilio ipſi Tito, quibus narrauit Titus omnia quæ ſibi acciderant in obſidione vrbis, omnemque fortitudinem Iehudæorum, & quo pacto illi plurimis modis Romano exercitui nocuiſſent, addens inſuper, an vidiſtis vnquam quatuor viros decem millibus & quingentis reſiC ſtere? qui omnes, quatuor illos, nec interficere nec viuos comprehendere poſſint, ab iiſdem tamen non aliter cædantur ac capita cucumerum quæ gladiis acutis ac grauiſſimis amputantur? His auditis mirati ſunt omnes plurimum. In tempore illo, dixit Titus exercitui ſuo, & iis qui ex gentibus recens venerant: agite, conſulite in medium quid facto opus ſit, ne pudefiamus coram illis qui in poſterum de bellis noſtris cognoſcent. Seniores vero exercitus gentium reſponderunt Tito dicentes: ſi placeat domino noſtro, ſinat parumper quieſcere Romanos qui iam frequentibus præliis Iehudæorum defatigati ſunt, & nos qui haud dum D labore fracti ſumus, experiemur quod Iehudæi poſſint, nec enim exiſtimamus illos tantæ multitudini reſiſtere poſſe. Principes autem Romanorum rogarunt Titum dicentes, ne permiſeris hoc illis, quod ſi enim feceris multiplicabis ærumnas noſtras, ne forte & illi cædantur à Iehudæis, quæ res in ignominiam noſtram verget. Nam ſi nos qui nouimus ingreſſum & egreſſum Iehudæorum & rationem illorum qua vtuntur in bello, non poſſumus ſuſtinere impetum illorum, quid facient illi, qui nunquam experti ſunt vim Iehudæorũ? Quin potius erunt reſpectu illorum, ſicut Iſopus qui ad parietes prouenit, reſpectu cedrorum Li-E bani. Seniores autem gentium qui primum venerant auxilio, Tito, dixerunt: nequaquam, ſed aſcendemus contra illos, ac vrgentes Titum, inſtabant, vt cogeretur illis permittere quod petebant. Dedit ergo illis licentiam aggrediendi Iehudæos, dicebat namque apud ſe forte cadent Iehudęi coram his gentibus quę ſine timore pugnabunt, vt quæ fortitudinem Iehudæorum minime perſpectam habeant Romani enim timide pugnant, cum nouerint quæ ſit vis Iehudæorum.
Elegeruntque ſeniores illi ex exercitu gentium 80 millia virorum, decies mille Macedones, viginti millia Britanorum, quinque mille Aramæos, decem millia Aphrikanorum, decem item millia

fortiſſimorum Burgunionum, & quinque millia ex filiis Kedar, decem denique millia Perſarum & Chaldæorum. Hi ergo per planiciem illam inceſſeruot, quæ eſt in latere monumenti Iochanan ſacerdotis magni, cœperuntque bellum inſerre Iehudæis qui in muris ſtabant, & ſcalas collocare vt poſſent aſcendere muros. Iochanan vero princeps ſeditioſorum dixit ad Schimeonem & Eleazarum ſocios ſuos: ſi placuerit vobis, ego egrediar & manus conſeram cum incircumciſis iſtis, illiſque fortitudinem meam oſtendam. Cui reſpondit Schimeon: Duo ex nobis exibunt ad illum, tertius vero portam cuſtodiat, tu enim ſolus non poteris quicquam contra illos efficere, ſunt enim quamplurimi. Dixit vero & Eleazar: bonum eſt conſilium hoc, & ego egrediar cum Iochanan, ad quos dixit Schimeon: exire igitur contra illos, & dominus Deus Sanctuarij det illos in manus veſtras, oeque iudicet vos hoc tempore ſecundum viam veſtram & opera veſtra. Egreſſi ſunt itaque cum Iochanan & Eleazaro 1500 ſtrenuiſſimi milites nona die menſis Teſe. b qui decimus erat ab eo rempore quo venerat Titus contra Hieroſolymam, ac proſtrauerunt ex gentium illo exercitu 57. millia virorum, & quingentos viros, tribus millibus virorum captis: ex Iehudæis vero illa pugna ſeptem viri cecidere, quorum cadauera ſeditioſi Hieroſolymā ouantes & triumphantes ſecum aſportarunt ibique ſepelierūt, ne ſortaſſe aliquid inferrent illis incircumciſi. Quique ex gentibus reliqui eraot, magno cum dedecore & ignominia ad caſtra Titi redierunt, ipſo quoque Tito irridente illos quod Romanis non crediſſent. Craſtina autem die in medium adduxerunt ſeditioſi ter mille viros principes quos cœperant viuos, ac eruerunt ſingulis oculum, & manum amputarūt remiſeruntque illos in caſtra Titi, vt opprobrio illi eſſent. Tempore illo conſultationem cœpit Titus cum omnibus ſuis principibus, quidnam de Iſraëlitis faciendum eſſet, in qua cum ſinguli conſilium ſuum dediſſent, contemptis omnibus aliorum conſiliis, dixit ad eos Titus, hoc eſt cōſilium quod inueni, quod ſequar, à quo etiam nunquam me abduci patiar: agire obſidebimus vrbem, nec pugnæ nos committemus quoniam iam defecit commeatus illorum & ipſi fame fortaſſe peribūt. Adde quod cum videbunt nos ſibi bellum non inferre, ipſimet mutuo ſe conficient. Placuit autem hoc cōſilium Titi omnibus principibus eius, quare obſederunt vrbem, quemadmodum præceperat Titus, ac intercluſerunt omnes vias vrbis circumquaque, ne de improuiſo, ſicut antea, Iehudæi vrbem exire poſſent: conſtituerunt inſuper cuſtodes nocturoos & diurnos qui animaduerterent ne quiſquam exire poſſet collectum herbas pro victu ſuo. Quamobrem aucta eſt fames Hieroſolymis, quæ niſi tam grauis euaſiſſet, nunquam capta fuiſſet vrbs, milites enim eius leuiores erant aquilis, fortiores leonibus. Mortui ſunt autem fame quamplurimi ciues Hieroſolymitani, ita vt multi Iehudæi quærerent locum pro ſepeliendis defunctis, nec poſſent inuenire propter tantam copiam cadauerum quæ vndique proiecta in vrbe iacebaot. Quin multi proiiciebant mortuos, in fontes, ac ſimul quoque adhuc viui ſuper illa cadebant & moriebantur, multi etiam ſepulchra ſibi faciebāt in quæ viui ingrediebantur, vbi & noctu interdiuque manebant, vbi & inſepulti & ſine luctu relinquebantur: ceſſarat enim omnis lachryma, luctus & dolor propter magnitudinem famis quæ tanta erat vt effari non poſsit, & ego quidem vix vnum ex mille malis quæ famem comitabantur, narrare poſſum. Titus autem videns cadauera mortuorum innumerabilia à viuis in torrentem Kidron tanquam ſtercora abiici, conſternatus eſt valde timore magno, extenditque manus ſuas in cœlum, dicens: Domine Deus cœli & terræ in quem credunt Iſraëlitæ, munda me à peccato iſto cuius ſanè ego non ſum cauſa, nam ego pacem ab illis petij quam illi recuſarunt, & ipſi fecerunt malum hoc, & peccauerunt contra animas ſuas, ne quæſo imputetur mihi mors Iehudæorum in peccatum.

CAP. 21.

IN tempore illo abierunt filij Beliaal, ciues Hieroſolymitani ac traduxerunt Amittai ſacerdotem falſo, dixeruntque Schimeoni priocipi ſeditioſorum: ecce Amittai ſacerdos magnus qui te in vrbem introduxit, quærit transfugere ad caſtra Romanorum, & tu noſti ſapientiam eius magnam & aſtutiam, quodque ipſe cognitos habeat omnes ingreſſus vrbis, Templi & Sanctuarij: Et quis nouit ſi aliquando media nocte introducat Romanos in vrbem? Miſit ergo Schimeon quoſdam vt Amittai ſacerdotem cum quatuor filiis ad ſe adducerent. Factum eſt autem cum abiiſſent illi, vt comprehenderent ipſum Amittai, effugit vnus ex filiis eius ad Romanos, venitque ad Ioſephum ſacerdotem, comprehenſo Amittai cum tribus filiis. Qui cum coram Schimeone compareret, cumque deprecaretur, oon vt viueret, ſed vt ocius ſe occideret ne videret mortem filiorum ſuorum. Schimeon vero indurabat cor ſuum ne audiret hunc deprecantem, volebat namque Deus iudicare Amittai, quod Hieroſolymas adduxiſſet Schimeonem, ideoque in manus illius incidit, qui pro bono mala ipſi retribuit. Præcepit autem Schimeon viris ſanguinum, vt Amittai collocarent ſuper murum in conſpectu Romanorum, ad quem accedens Schimeon dixit: ecce Amittai cur te non liberant Romani è maoibus meis, qui ad illos transfugere voluiſti? Amittai vero nihil ad hæc reſpondit, ſed adhuc illum deprecabatur vt permitteret hoc ſibi quò poſſet ante mortem ſuam oſculari filios ſuos, quod Schimeon plane recuſauit. Quamobrem eleuata voce fleuit Amittai, filiiſque ſuis dixit: Filij mei ego latronem iſtum in vrbem hanc introduxi, quamobrem reputatus ſum etiam ego latro, quia per manus meas venit mihi totum hoc malum & vobis, quod iſtum ſeditioſum in vrbem ſanctam introduxerim: dicebam enim apud me, fortaſſe erit auxilio vrbi: quod tamen minime factum eſt, ſed factus eſt crudeliſsimus hoſtis illius. Nec enim ſatis erat vnum alere ſeditioſum, Iochanan ſcilicet qui ſibi coniunxit Eleazarum primum ſeditioſum, ſed & adduxi ego Schimeonem impium hunc qui additus eſt ad oſores noſtros ad perdendum nos. Equidem non ideo introduxi illum io vrbem hanc quod amarem illum

Matthiæ pont. miſeranda cædes. Ioſ. de bel Iud li. 6 ca. 15. Hegeſip. li. 5 c. 22.

Ioſeph. de bell. Iud. li.5.ca.9.
Reg.li.4. cap.25.

lum,ſed omnes ſacerdotes & totus populus miſerunt me ad adducendum illum, nihilominus tamen dignus ſum iudicio, qui talem legationem obierim. Addidit proinde Amittai, ac dixit:quid de te ô Schimeon impiiſſime dicam, qui quoquò te vertas omnia impie perturbas, in me vero iuſte agis, peccaui etenim Deo, populo & vrbi eius, qui te introduxi ad malum, quamobrem dignus eram lapidari. Te vero vir ſanguinum & Beliaal decebat me & filios meos liberare à manibus ſeditioſorum, illis enim mala feci, tibi vero bona: ſed non vult Deus noſter iudicium meum mutare quod eſt, vt incidam in gladium manus tuæ, qui coëgi te vt ingredereris vrbem hanc, qua in re plurimum Deo peccaui. Certè ô Schimeon ſi vnquam cogitaſſem confugere ad caſtra Romanorum,an non potui illud facere antequam te introducerem? tunc enim non dominabaris ſuper nos. Atqui antequam introduxiſſemus te, erat Iochanan ſeditioſus offendiculo vrbi huic, quare diximus omnibus ſenioribus vrbis, ecce Schimeon erit nobis in auxilium, vt poſſim⁹ expellere hoſtes noſtros,verum& tu factus es hoſtis noſter,in quo ſpem noſtram poſueramus, quin & iniquior fuiſti, quoniam alij occulto occidebant homines,tu vero palam hoc feciſti. Et quis eſt qui fortificauit manos hoſtium noſtrorum Romanorum: nonne tu es ille ipſe qui milites populi Dei interfeciſti in medio vrbis Hieroſolymæ? pauci enim foris occiſi ſunt. Titus volebat pacem nobiſcum facere, quippe qui noſtri miſertus erat: ſed hoc ipſum tu impediiſti, & quotidie noua bella excitaſti. Titus præceperat populo ſuo,ne manum mitterent in Templum. tu vero polluiſti Templum Domini, cùm effunderes ſanguinem multum in medio illius. Titus receſſit à nobis in die feſtiuitatis Domini, & à bello ceſſauit, dicens nobis: ite & celebrate feſtum veſtrum in pace: tu vero prophanaſti feſtiuitatem Domini, & extinguiſti ignem iugem, ſanguine innocenti. Hæc omnia mala quæ tu feciſti vir ſanguinum mihi imputantur, eò quod introduxerim te in vrbem hanc. Nunc igitur vltio hæc à domino Deo ſuper ſeniũ meum decreta eſt, nam per manũ tuam deſcendam cum luctu ad infernum, propterea quod malum hoc per te perpetratum, mea opera & ſtultitia factum ſit. Nunc autem Schimeon impiiſſime, quod me quidem interficias antequam videant oculi mei incendium Templi Domini,bene mihi placet,ſed ô vir ſanguinum, quid attinet occidere etiam filios meos in oculis meis, & quid non parcis ſenectuti meæ? Atque vtinam quemadmodum non videbo incendium Templi, ſic etiam non videam ſanguinem filiorum meorum in conſpectu meo effuſum, ſed quid faciam cum tradiderit me Dominus in manu hominis impiiſſimi? Nos certe ſeniores Hieruſalem propterea abominati ſumus Iochanan quod trucidabat ſenes,nec vultum eorum reuerebatur, nam iuuenes non trucidabat:tu vero perdis ſenes & iuuenes,magnos& paruos ſine vlla miſericordia. Et Iochanan etiam luctu & ſepultura proſequebatur defunctos, ſed tu ſuper funeribus illorum pſallis nable & cythara, clangiſque tuba. Poſt hæc locutus eſt Amittai ad ſeruum Schimeon, qui gladium habebat in manu, & ſecurim ad occidendum ipſum, & amputãdum

A caput eius, ac dixit: Perge nunc & exequere decretum Schimeonis Domini tui, & percute ſecuri filios in conſpectu patris illorum,&ego audiam vocem crudelitatis in filiis meis, quam tamen tibi condonabo: quicquid enim videbo & audiam inuito me fiet, quemadmodum & tu quoque inuitus occides illos. Atque vtinam permitteret mihi Schimeon, vt oſculari poſſem filios meos,ac viuus adhuc viuos illos amplecti. Et nunc tu ô ſerue ,in hoc miſericordiam tuam erga me exerceas, vt ſcilicet cũ me occideris poſt filios meos non ſepares cadauera illorum à cadauere meo, ſed vt illud illorum corpora tegat, quo ſcilicet de-
B fendam illos à volucribus cœli, ne illi deuorent cadauera filiorum meorum, vt fortaſſis illa ſepeliantur. Fac quoque vt os ac lingua mea, vbi defunctus fuero, contingant vultus filiorum meorum, vt ita illos & amplectar & oſculer: verum quidem quid ego cũctor poſtquam inimicus hoc mihi negat, vt viuentes viuens adhuc oſculari poſſim? Vide itaque ne corpora noſtra ſepares, & ſi hoc Schimeon permittere nolit, vt ſcilicet in hoc mundo corpora noſtra coniuncta ſint, non tamen poterit impedire, quò minus animæ noſtræ coniungantur, poſtquam enim mortẽ meam obiero, minime dubito quin lucem Domini vi-
C ſurus ſim. Filij ergo audito ſermone patris, cœperunt vbertim collachrymari cum patre, qui reſpõdens rurſus illis dixit. Heu filij mei vt quid fletis,quid enim proderunt lachrymæ? Quin potius me præcedite, ego ſequar vos pro viribus: quid enim nunc faciam, cum dederit me Deus in manus crudeliſsimi hominis, qui neque ſenio meo,nec iuuentuti veſtrę parcit? Sed ſpero nos in lucem Domini ſimul victuros, & tametſi non detur mihi nunc vos ſatis videre, tamen cum eò deuenerimus,ſatiabimur aſpectu mutuo. Ite ergo filij mei, & quærite nobis hoſpitium, atque vtinam ego vos præire potuiſſem, nouit enim Do-
D minus, libenter me hoc facturum fuiſſe. Vos autem filij mei ne miremini hæc mihi & vobis accidiſſe,nihil enim noui eſt,huiuſmodi antehac quoque geſta ſunt in diebus Chaſchamonæorum, cũ Antiochus impietate ſua occidit ſeptem fratres adoleſcentes in conſpectu matris illorum, quæ quidem iuſta ac piiſsima fuit mulier, cui à Domino hæc quoque miſericordia contigit,vt oſculari & amplexari poſſet filios ſuos, ſicut & ipſi fratres mutuo ſeſe oſculati ſunt antequam morerentur. Qui omnes inquam crudelitate Regis Macedonum incircumciſi perierunt, à quo tamen id impetrarunt quod nobis hodie negatur, qui oc-
E cidimur à Schimeone qui nomen Iſraëlitæ habet, quique in carne ſua fœdus patris noſtri Abrahæ gerit. Atque vtinam in hoſpitio illorum nobis viuere contingat, quod etſi nobis non concedetur, tamen erimus vicini illorum, poſtquam nos quoque pro lege Domini occumbimus. Quare conſolemini ô filij mei, nec meo nomine doleatis, hanc enim meam calamitatem leuiorem exiſtimo calamitate Zidkijahu Regis, qui filiis ſuis trucidatis, poſtquam oculis quoque ſpoliatus fuit à Rege Chaldæorum, multis annis vixit, ego vero eò feliciores vos exiſtimo, quia vna moriendum eſt nobis. Poſthæc dixit Amittai ſacerdos ſeruo, qui ſe percuſſurus erat, accelera quæſo,& inter-

2.Mac.7. Solomona illi nomen fuit vt ait Ioſ. in lib. de Macc.

3.Reg.25. Hier.25.

fice me quoque antequam filij mei moriãtur, demum illos occide vt ſimul obeamus diem noſtrũ, quod equidem magis nobis expediet quàm vt videamus templum Domini conuerti in lanienam in qua trucidentur homines. Quæ cum dixiſſet Amittai, clamauit ad dominum, dicens: Obſecro te domine Deus altiſſime qui habitas in excelſis, iudica Schimeonem hunc, ſecundum opera eius. Tu enim es Deus omnipotens & terribilis, ne igitur interficias Latronem hunc in medio populi paſcuæ tuæ, ſed ſeparata ſit mors eius à morte aliorum hominum, moriaturque morte nefanda & improuiſa ne poſſit peccata ſua confiteri & ad te ſe conuertere, vt illum ſuſcipias (B ſoles enim eos qui ad te redeunt in pœnitentia ſuſcipere) non eſt etenim dignus pœnitentia, vt qui multa bona in Templo tuo deuaſtauerit, & in illo ſanctiſſimos homines trucidauerit. Vt itaque in illo declarẽtur iudicia tua, fac quæſo vt ab hoſtibus ſuis capiatur, vnà cum vxore, liberis, ſamilia, & omnibus qui illum diligunt. Nec dederis animæ eius ſortem cum populo Dei, nec ſit portio eius cum iuſtis tuis in ſanctuario tuo, his enim indignus eſt. Non ſolum enim peccauit, ſed & fecit peccare Iſraëlem, quare egrediatur iudicium eius à conſpectu tuo, vt videat vxorem liberoſque & totam ſuam domum in captiuitatem abduci. Deinceps C vero moriatur, & ipſe morte inaudita, & interficiatur ab hominibus crudeliſſimis, qui poſtquam percuſſerint eum, diſſecent poſtea illum adhuc viuentem, & videat ſuos in captiuitatem abire, ſitque in maledictionem coram omnibus qui videbunt eum, ſciatque ſortem meam præſtantiorem eſſe ſua, cum ego ad te in lucem illam magnã concedam qua ille priuabitur. Factum eſt autem, poſt hæc verba, dixit Amittai ſacerdos ad ſeruũ Schimeonis, qui ſe percuſſurus erat: inueniam, quæſo, gratiam in oculis tuis, vt eum gladio percuſſeris filios meos, eodem etiam me interficias dum ſanguine adhuc filiorum meorum madet, quò miſ- D ceatur ſanguis noſter, ſitque hæc recreatio animæ meæ. Proinde cæde me in conſpectu Romanorũ, illi enim vlciſcentur vltionem meam, & filiorum meorum de Schimeone iſto crudeliſſimo, eruntque mihi teſtes contra illum, quod non fuerim amicus illorum. Verumenimuero quis dabit vt res meæ ſicut antea ſe haberent, tunc enim hoſtem me Schimeonis, amicum vero illorum declararẽ. Atque vtinam ab initio Schimeonem oppugnaſſem ſicut Romanis bellum intuli, qua re crudelitatem eius è populo Dei exterminare potuiſſem. Poſtquam ergo Amittai conſummaſſet omnia verba hæc, orauit coram Deo omnipotente, dicens: E O Deus qui habitas in excelſis, ſoluſque es potentiſſimus & terribilis, aperi nunc oculos iudiciorum tuorum, & vide & iudica inter me & Schimeonem ſeditioſum cuius malitia in immenſum in populo Dei euaſit, vt qui effundat ſanguinem timentium te in medio Templi: increpa eum increpationibus tuis ſecundum opera eius, accelera vltionem nec tarderis, idque propter interfectionem ſanctorum tuorum, iudicia enim tua iudicia ſunt veritatis. Poſtquam ergo conſumaſſet Amittai ſacerdos omnia verba illa, præcepit Schimeon quatuor crudeliſſimis ex ſuis, quorum tres, filios Amittai occiderunt coram patre, quar-

Oratio morituri Iudæi Pont. contra inimicum.

A tus vero ipſum Amittai ſacerdotẽ interſecit, fuitque ſanguis filiorum cum ſanguine patris ſui mixtus. Accurrit autem ſeruus Schimeonis, & accepit cadauer Amittai ſacerdotis, ac proiecit illud ſuper cadauera filiorũ quẽadmodũ rogauerat Amittai, fueruntque cadauera illa de muro deiecta. Tunc etiam præcepit Schimeon vt occiderent Chananehu ſacerdotem magnum, cuius cadauer ad cadauera Amittai & filiorum eius proiectum eſt, interfectus eſt etiam tunc Ariſtius ſcriba, qui erat ex magnatibus Hieroſolymitanis. Proinde interfecit Schimeon adhuc decem iuſtos ex familia eius, eò quod mortem Ariſtij deploraſſent. B Cumque cęderet Schimeon iuſtos illus decem, tranſiuerunt viri diuites qui videntes factum hoc conſternati ſunt valde ac dixerunt quiſque ad alterum: quouſque tandem feret Deus malitiam Schimeonis, & non inquiret ſanguinem iuſtorum, nec vlciſcetur vltionem illorum? Quæ cum quidam ſeditioſi audiuiſſent & Schimeoni narraſſent iuſsit vt illi comprehenſi occiderentur in die illa, fueruntque quadraginta duo ſapientes tunc interfecti. Poſt hæc vero tranſierunt vndecim ex magnatibus Hieroſolymitanis, qui cum vidiſſent quadraginta duos innocentes à Schimeone occiſos, eleuarunt oculos ſuos in cœlos ac dixerunt: C domine Deus Iſraël quouſque continebis iram tuam aduerſus tranſgreſſores voluntatis tuæ? Quę res cum Schimeoni nuntiata eſſet, iuſsit & illos comprehendi, eoſque manu ſua interfecit. Vidẽs autem Eleazar filius Anani ſacerdotis magnam eſſe malitiam Iochanan & Schimeonis, & quod Schimeon deleuiſſet iuſtos & pios in vrbe, nullamque reliquam eſſe ſpem, occupauit muros arcis quæ erat Hieroſolymis, in qua conſedit cum ſuis ad cuſtodiendam illam. Iehuda porro Chiliarcha qui cuſtodiebat turrim quam fecerat Schimeon iuſtis & piis viris, aſcendit in ſummitatem murorum & clamauit ad Romanos vt ſe eriperent D cum reliquiis quæ erant Hieroſolymis. Quamobrem euadere conatus eſt Iehuda cum mille viris† quos ſecum habebat, venitque ad Romanos qui tamen illi minime crediderunt, putabant enim dolo illum hæc dicere, quare non venerunt illi auxilio. Schimeon autem occidit Iehudam, & mille viros quos ſecum habebat, iuſsitque cadauera illorum de muris deturbari in conſpectum Romanorum. Clamauit autem Schimeon ad principes Romanorum, dixitque illis: ecce hi ſunt Iehudæi qui voluerunt exire ad vos, accipite vobis cadauera illorum, quæ adiuuate vt reuiuiſcant, ſi poteſtis, aut reliquos qui adhuc viuunt è manib9 E noſtris eripite.

Ananæ ſacerdotis cædes.

Ariſtius Scriba occiſus.

Simeonis ſeditioſi tyrannis in vrbe Hieroſolymis.

† Cum to. fidiſsimi contubernalium ei aſſenſi eſſent, cæteros quos ſubiectos habebat, per diuerſum dimittit, ne quid eorũ quæ cogitauerat, proderetur: Ioſ. li.6.ca.15. Hegeſ lib. 15.ca. 23. Ioſeph. de bell. Iud. lib.6.c.15

CAP. 22.

GOrion autem ſacerdos pater Ioſephi ſacerdotis qui ſcripſit librum iſtum Iſraëlitis erat, in tempore illo catenis & vinculis ligatus in turre quadam, vir magno ſenio confectus, quippe qui eſſet filius centum & † triginta annorum, ad quem nemo vel ingrediebatur vel egrediebatur. In tẽpore illo venit Ioſephus filius eius ad turrim illã in qua pater detinebatur, vt cognoſceret pacem patris ſui. A longinquo ergo ad turrim accedens, contemplabatur ſi poſſet videre faciem patris ſui, eumque conſolari. Cumque ita tranſiret, ac in al-

† Supra c. 16. huius libri dixit in Orat. ſua ad Iudæos, 103. annorum.

tum

tum ſuſpiceret, proiecerunt ſeditioſi lapidem ſuper caput eius vt in terram proſterneretur. Seditioſi itaque videntes Ioſephum curru ſuo eiectu, ad illum deſcendere ſtatuerunt, ſed cum Titus hoc cognouiſſet, miſit fortiſſimos milites qui cum rurſus erigerent & ab iniuria hoſtium defenderēt quod & fecerunt: Seditioſi vero cum abiiſſent vt comprehenderent Ioſephum, clanxerunt clangore magno, quod cum audiuiſſet mater Ioſephi†, quæ tum detinebatur in domo Schimeonis, & ipſa prouecta ætate, nata ſcilicet octoginta quinque annos: quæ, inquam, cùm audiuiſſet cum clāgore illo nomen Ioſephi, quæſiuit quid ſibi vox illa vellet. Retulerunt ergo illi ſeditioſos contra Ioſephum cum clangore illo exiuiſſe ad comprehendendum illum. Quod cum verò audiuiſſet mater Ioſephi filij Goſion, ilicò domo exiuit in qua cuſtodiebatur, aſcenditque murum ac ſi eſſet filia quatuordecim annorum, & crinibus euulſis voce magna flens dixit omnibus tum præſentibus. Ergo eò peruenit ſpes mea! an vero ſperare vnquam debui me ſuperuicturam poſt mortem filij mei, nec permittitur mihi vt videam adhuc illum & ſepeliam? Verumenimuero ſperabam illum me ſepulturum, & in ſenio meo ipſum me ſuſtentaturum, & poſtquam à ſeditioſis tota mea pene deleta eſt familia, dixi, iſte conſolabitur me? Nunc ergo quid faciam, cum non ſit mihi conſolator ex omnibus filiis meis quos genui, nam & ſeditioſi & gentes quoque hoſtes noſtri, 18. filios meos occiderunt: & quid nunc vltra mihi faciendum eſt, niſi vt mortem expetam? non enim viuere in poſterum cupio. Et quomodo conſolationem admittam, cum videam filium meum mortuum, nec poſſe me illum ſepelire? Quis dabit vt moriar in momento vno, non enim viuere poſſum, poſteaquam defunctus eſt filius meus Ioſephus. Aſcendit autem mater Ioſephi adhuc altius murum, quouſque veniret ad turrim in qua maritus detinebatur, ac extendens manus ſuas in cœlum, clamauit voce magna, dicens: fili mi Ioſeph, fili mi, vbi nam es tu, veni loquere mihi & conſolare me. Seditioſi interim audientes hæc, deridebant illam, Romani autem audientes & ipſi vocem eius, cùm ex Ioſepho cognouiſſent matrem hanc eſſe illius, fleuerunt & doluerunt vicem ei⁹, ſicut & Iehudæi qui erant Hieroſolymis, qui tamen cogebantur fletum ſuum cohiberene viderentur à complicibus Schimeonis crudeliſſimi. Dixit autem mater Ioſephi ad ſeditioſos qui ſecū erant in muro, cur me non etiam occiditis quæ genui Ioſephum filium meum, quemque his vberibus lactaui? Vos autem hoſtes Domini trucidaſtis illum cùm reliquis iuſtis, vt quid igitur non etiam me occiditis? Sed iudicet Dominus inter me & inter vos qui filium meum inſontem interfeciſtis. Reſpondentes vero ſeditioſi dixerunt ad eam, an non in manu tua eſt vt deſilias de muro & moriatis, cum per nos hoc tibi liceat? Quod cum feceris, ſuſcipient te Romani & ſepelient te honorificè, ſcimus enim quod tu ſis mater Ioſephi ſacerdotis qui eſt amicus illorum. Quibus reſpondit illa, ac dixit: quomodo faciam ego malū hoc in me ipſa, vt mortem mihi inſeram, cogamque animam exire è corpore ſuo antequàm hoc poſtulauerit Dominus? Quod ſi facerem, nulla mihi in futuro ſæculo reſtaret ſpes, quod intelligentes omnes populi non ſepeliunt eos qui ſibi ipſis mortem inferunt, Hæc & plura alia cum ſapienter diſſereret audientibus ſeditioſis, deriſa fuit ab illis, quare illa largius collachrimata eſt ita vt Romani & reliqui pij audientes ſapientiam eius à fletu abſtinere haud potuerint. Ioſephus autem ſacerdos filius Gorion, cùm audiuiſſet vocem matris, accingens ſe armis acceſſit ad murum comitantibus cum fortiſſimis Romanorum vt defenderent eum à ſagittis Iehudæorum, reſponditque ac dixit ad matrem ſuam: Ne timeas mater mea, nec ſis ſollicita de me, quoniam effugi manus ſeditioſorum, nec ènim permiſit me Deus illis. Proinde conſiliarij mali qui conſilium tibi dederunt vt manu tua te ipſam occideres, illorum inquam verba audiui, & reſponſionem quoque tuam quam antequam illis dares, ſciebam te daturam! Abſit autem, abſit à matre Ioſephi & vxore Gorionis vt conſentiat conſilio impiorum. Quamobrem mater mea ferat iugum ſeditioſorum, & humilia te coram illis. Neque repugnes calamitatibus huius temporis, quas mutare non potes, ipſi enim peribunt, nos vero conſiſtemus.

†Id in carcere, audiſſe, & ferreò ſtetem ad ancillas multa ex his quæ ſequuntur, dixiſſe ſcribit Ioſ. 6. lib. de bello iud. ca. 15. Hegeſip. li. 5. ca. 23. & 24. an illum proripuiſſe ſe ad muros.

Sepultura carent: qui ſibi mortē adferunt violentas.

Calamitatibus huius temporis non repugnādum.

CAP. 23.

IN die illa egreſſi ſunt viri quidam Hieroſolyma cum vxoribus & liberis ſuis, quoniā præualuerant cuſtodibus ſeditioſorum, qui in portis collocati erant, aperuerantque portas, & venerunt ad Romanos, quoniam non poterant amplius ferre famem & iniquitatem ſeditioſorum: Atque illi erant fideles & magnæ authoritatis ciues, quos cum cognouiſſet Ioſephus, effecit vt Titus illis parceret, teſtabatur namque Ioſephus ſacerdos, illos ex magnatibus Hieroſolymitanis eſſe. Quamobrem ſuſceperunt illos Romani, ac dederunt illis cibum & potum, quem tamen quidam ex illis accipere non poterant propter magnam famem qua diu preſſi fuerant, cumque cibus in viſcera illorum deſcendebat, ſtatim moriebantur. Et pueri paruuli cum viderent panem cadebant ſuper illum, ac dentibus quidem apprehendebant ſed commolere non valebant, atque ita expirabant panem adhuc dentibus tenentes. Videns itaque Titus illos mori cum commederent panem, miſertus eſt illorum, ac doluit valde, dixitque ad Ioſephum: quid faciam populo tuo, qui cum panem edit moritur? Reſpondit autem ei Ioſephus filius Gorion, dicens: domine mi, ſic vidi ego, quod cum ieiunaret homo diebus aliquot, poſteaque rurſus cibum ſumere vellet, pri⁹ parum biberet lactis elixi, vel ſimilam lacte coctam, quò confirmaret prius viſcera ſua quàm ſumeret cibum: Sic etiam facere conſueuerunt qui per deſerta proficiſcuntur, quorum viſcera cum cibo nimis euacuata ſunt, redieruntque ad loca habitata vbi cibi copia ipſis ſuppetit. Præcepit ergo Titus ſeruis ſuis vt facerent ſecundū cōſiliū Ioſephi, multique ex Iehudæis vixerunt, reliquis pro fluuio ventris pereuntibus. Porro Iehudæi qui Hieroſolyma egreſſi fuerant ad caſtra Romanorum, deglutierant prius aurum, argentum & gemmas vt eas abſconderent ne à ſeditioſis inuenirentur, ij inquam qui ſuperuiuebant & panem ferre poterant, cum extra caſtra naturæ ſa-

tisfacere vellent, ſoli ibant, poſteàque in excrementis aurum & argentum ac gemmas quærebant quæ in ſtomachum ſeceſſerant, atque ita faciebát quotidie. Aramæi autem quidam & Arabes nonnulli videntes Iehudæos hæc facere, narrarunt rem quiſque proximo ſuo, qui conſilium ſimul inierunt, ac inſidias Iehudæis ſtruxerunt, quouſque comprehendebant, illorum ventres diſſecarunt vt adipiſcerentur aurum, argentum & gemmas, quæ abſcondita ibi habebant Iehudæi, fueruntque hoc pacto duo millia hominum Iehudæorum † ab Aramæis & Arabibus trucidata. Quod cum audiuiſſet Titus iratus eſt valde, iuſſitque vt comprehenderétur, qui malum hoc fecerant, quos occiderunt, illorumque bona Iehudæis ſuperſtitibus dederunt, qui vero propter factum hoc ex Aramæis & Arabibus interfecti ſunt, fuerút duo millia. Deinceps congregauit Titus omnes principes & duces ſuos, quos cum videret auro & argéto arma ſua bellica ornaſſe, quoſdam etiam ſceptra aurea & argentea, aliaque ornamenta in capitibus ſuis geſtare, dixit illis: auferte hæc à vobis, hæc enim ſunt quæ incitarunt Aramæos & Arabes vt facerent malum hoc contra Iehudæos iſtos miſerrimos qui egreſſi ſunt ad nos vt ſub tutela noſtra viuerent. Duces igitur & principes Romani audito mandato Titi, paruerunt illi, ſtatimque à ſe abſtulerunt ornamenta illa aurea & argentea. In tempore illo præcepit etiam Titus vt caſtris expellerentur Aramæi, Arabes reliqui, & ne quiſquam in poſterum tale aliquid in Iehudæos deſignaret facinus. Nihilominus tamen vbi Aramæus vel Arabs Iehudæum quempiam longe à caſtris remotum deprehéderet, nemoque hoc videret, tunc percutiebat illum. Ex Romanis etiam in caſtris nemo quicquam mali vel loquebatur vel faciebat Iehudæis, niſi quidam impiiſſimi nebulones qui ab Aramæis & Arabibus didicerát malas illas artes, qui & ipſi quando extra caſtra in Iehudæum quendam remotis teſtibus forte inciderent, illum trucidabant, auferebantque aurum & argentum quod in viſceribus illius latebat.

Quod vbi delatum fuit ad aures Titi, iuſſit per præconem proclamari in hanc ſententiam: Quicunque viderit vel audierit vel ſciuerit aliquid de horrendo hoc flagitio quod à quibuſdam Romanis in Iehudæos perpetratum eſt, vt quiſquis fecerit tale quid, is renunciet Tito: quod vbi fecerit condonabitur ei hoc peccatum, ſin minus portabit iniquitatem ſuam. Timentes ergo ſibi Romani qui huius facti ſibi conſcij erant, à Tito, dixerunt inter ſe: ſi illi veritatem non fuerimus confeſſi, ſapientia ſua inquiret peccatores iſtos, eóſque morte puniet. Quare cófiſi verbo Titi venerunt omnes, quotquot vel fecerát ipſi vel alios feciſſe cognouerant, ac retulerunt Tito omnia, dicentes: nos fecimus, & nos ſcimus, nec hactenus tibi indicauimus, erant autem qui hæc fatebantur, numero trecenti & viginti viri, quos omnes Titus iuſſit in igneam fornacem coniici ac cóburi. Quod cum factum fuiſſet, fuerunt in poſterum Iehudæi ſecuri in caſtris Romanorum, ſine vllo periculo, nemine lædente illos, vel dicto vel facto, ſed ſi quando inueniret Romanus Iehudæum quempiam, errantem, leniter in pace deducebat illum in caſtra. In diebus illis erat ſcriba vnus ex ſcribis Hieroſolymitanis vir fidelis, nomine Menachem † filius Seruk ſcribæ, cuius parentes ſeruierant Eſræ ſcribæ (ſuper quem ſit pax) in Babel. Is cum eſſet præfectus portæ minimæ, quæ erat Hieroſolymis à latere torrentis Kidron, numerauit numerum mortuorum, qui per portam illam tantum elati fuerant ad ſepulturam inuenitque centum & quindecim millia, octingentos octo homines, qui omnes fuerant ex nobilibus & magnatibus vrbis. Porro Titus interrogauit principes Iehudæorum, qui ad ſe egreſſi fuerant, audiente Ioſepho, dicens: ego adiuro vos, vt fideliter mihi indicetis numerum eorum, qui mortui ſunt in vrbe ab eo tempore quo vrbé obſedi vſque ad hanc diem. Numerarunt ergo illi fideliter omnes defunctos ſibi quidem cognitos, qui per omnes portas vrbis elati fuerant ad ſepulturam, inueneruntque ſexcēta millia, † mille quingentos, ſeptuaginta quinque, præter illos qui paſſim in ædibus & plateis hinc inde mortui fuerant, præter etiam illos qui in Templo interfecti fuerant, & eos qui inſepulti hinc inde iacebant. Quæ cum audiuiſſet Titus, miratus eſt valde, dixitque: notum eſt domino Deo cœli, quod horum malorum ego non ſim cauſa, ego enim pacem non ſemel optaui cum illis inire, ſed ſeditioſi ſemper voluerunt bellum. In diebus illis fames aucta eſt in medio Hieroſolymæ, inter ſeditioſos qui hactenus ea nunquam fuerant vexati, quippe qui, vi, aliis hominibus cibum eripuiſſent, demum verò & ipſi tantam famem experti ſunt vt poſtquam omnes equos ſuos deuoraſſent, excrementa etiam illorum & coria curruum ſuorum comederent. Neque enim reſtabant rami arborū virides, nec herbæ vllæ quibus veſci potuiſſent ſeditioſi. Romani etenim ſucciderant omne lignum, & omnem fruticem circum Hieroſolymā per tredecim miliaria: ita vt totus ager Hieroſolymitanus plane vaſtatus eſſet, qui ante hac amœniſſimis hortis & præclariſſimis paradiſis refertus erat. Poſt dies illos parauerunt Romani adhuc alium arietem ferreum terribilem valde, quem applicarunt ad muros vt experirentur an in vrbe reliqui eſſent ſtrenui milites. Quod cum viderunt principes ſeditioſorum, egreſſi ſunt cum ſuis aduerſus Romanos, plurimoſque ex Romanis ea pugna proſtrauerunt. Titus autem dixit: non eſt conſultum vt in poſterum pugnemus cum illis, quin potius ariete concutiemus muros illorum, non enim niſi vnus illis reſtat, atque ita introducere poterimus omnem noſtrum exercitum in ipſam vrbem ac ſeditioſos ſubigere. Placuit vero hoc conſilium Titi omnibus principibus, & populo illius. Principes autem ſeditioſorum exiſtimantes Romanos in poſterum arietibus concuſſuros murum, cœperunt exædificare murum nouum internum è regione loci illius in quo, ariete, Romani murum feriebant, hoc eſt in planitie quæ eſt iuxta monumentum Iochanan ſacerdotis magni, præter quem non alius erat locus in quo Romani murum adoriri poſſent. Atque ibi erant duæ rupturæ quas fecerant Romani in duobus muris prioribus, ſeditioſi enim non poterant amplius arietem ferreum incendere, quemadmodum ante hac fecerant. Quamobrem ædificarunt murum illum internum, vt qui propter famem conſiſtere

† Idque vna nocte: nec putat ſaniorem illam Iudæis cladē contigiſſe Ioſ. li. 6. c. 15. Hegeſ. li. 5 c. 24.

† Manaē Lazari filiū appellat Ioſeph. de bello Iud. li. 7. c. 16. Hegeſ. quoque li. 5. cap. 25.

Sexcenta millia tantum, eaque mortuorū egenorum dicit Ioſ. & Heg.

ſiſtere amplius non poſſent. Quod ſi enim valuiſſent, quemadmodum antea, arietes incendere ac comburere, nunquam Romani obtinuiſſent Hieroſolymam, ſed coacti fuiſſent ab obſidione deſiſtere, quemadmodum tunc quidem coacti ſunt pugnam deſerere. Factum eſt autem cùm fugiſſent, eoſque inſequerentur ſeditioſi plurimoſque ſubinde cæderent, dixerunt ſeditioſi: nunc defatigabuntur Romani, nec vltra obſidebunt Hieroſolymam: ipſi abibunt, nos verò manebimus liberati, & reuertemur ad dominum Deum noſtrum. Tunc confortantes ſe Romani accinxerunt ſe pugnaturi fortiter, dixeruntque ad ſe mutuo: agite, fortes ſimus in bello, opprobrium enim vobis erit ſi fugiamus Iehudæos iſtos infirmos & famentes, qui iam mortuis quam viuis ſimiliores ſunt. Seditioſi autem cum triumphãtes Hieroſolymam rediiſſent, plus affligebant plebem, cibum crudeliter ab ipſis exigentes, dicenteſque date nobis cibum, quod ſi non feceritis comedemus carnem veſtram & filiorum veſtrorum. Tunc confortantes ſe Romani, muros Hieroſolymæ iterum concuſſerunt de improuiſo, ceciditque pars magna muri illius interni, quem Iehudæi recens excitauerant. Quod cũ factũ eſſet, clanxerunt Romani clangore magno, dicẽtes: cœpimus Hieruſolymã, eleuãtes autem oculos ſuos viderũt alium nouum murum è regione rupturæ illi* excitatũ. Clãxerũt autẽ & Iehudęi in medio vrbis clãgore magno, ꝙ edificaſsẽt murũ aliũ è regione deſtructi, vbi erat cuſtodia Iochanan ſeditioſi. Cumque audirent Romani clangorem Iehudæorum, viderentque nouum ab illis excitatum murum, cõſternati ſunt valde, & conuerſa eſt lætitia illorum in ſummam triſtitiam, ita vt neſcirent quid tandem facturi eſſent de populo contumaci qui erat Hieroſolymis, à quo magnum etiam damnum acceperant. Rurſus vero aggreſſi ſunt Romani alia via vrbem quibus dixit Titus, ecce murus iſte nouus, adhuc madidus eſt necdum exiccatus, quare applicate nunc illi arietem ferreum quo concutiemus murum, & videbitis illum caſurum, quod cum fiet, vrbem facile obtinebimus. Principes autem Romani non obedierunt conſilio Titi, ſed accingẽtes ſe armis, aſcenderunt murum quem iam pridem diuiſerant. Iehudæi vero ſtabant ſuper muro nouo, pugnabantque vtrinque inter duos muros. ac præualentes Iehudæi Romanis, repellebant illos à muro & vrbe, & reuerſi ſunt ipſi in vrbem debilitatis viribus Romanorum. Romani autem dixerunt: nolumus in poſterum oppugnare hanc vrbem, nec enim poterimus illam omnibus diebus vitæ noſtræ obtinere. Nunc ergo proficiſcamur hinc antequam omnes conſumamur, niſi enim hoc faciemus, iam de nobis actum eſt. Titus autem videns rem difficilem ſuis militibus videri, expugnationem vrbis, conuocauit eos omnes, dixitque illis, dicite nunc mihi ô principes Romani, an neſcitis omne opus & omne bellum difficiliorem habere finem † quam fuerit principium eius: in quo qui laborant, ſi in fine remiſſi fuerint, an non fruſtra laborant? non aliter & vos fruſtra laborabitis ſi ab oppugnatione deſiſtatis. Conſiderate autem nauem quæ cum totum mare circumiuerit, & cum iam ad littus appellendum ſit obruatur tempeſtate, ſi nautæ remiſſiores eſſe velint, facile illam confringi poſſe, pereuntibus omnibus illis qui ſunt in ea. Nautæ vero ſpe ſua fruſtrabuntur, neque attingent locũ quem adire volebant. Ita & ædificantes niſi perficiant opus ſuum, ſed ab eo deſiſtant, an non perdetur omnis operatio illorum, eritque illa irrita? Agricolæ etiam, ſi arent terram & ſeminibus illam conſerant, an non perdant laborem ſuum, ſi non etiam metere velint? Sic etiam vos pugnaſtis quidem multis diebus contra vrbem hanc, cecideruntque ex vobis multi principes & magni viri, & nunc ecce muri eius fortiſſimi ſciſſi ſunt, & in terram deiecti, populus verò conſumptus eſt fame, peſte, & gladio: quid igitur proderit vobis omne quod feciſtis, ſi remiſeritis diligentiam veſtram, nec velitis perficere opus obſidionis? an non in vanum laboraſtis, aut quare terret vos murus iſte nouus, cur ve non accingitis vos ad deiiciendum murum iſtum qui longe eſt inferior reliquis tribus quos demoliti eſtis? Quod ſi omnino ab oppugnatione deſiſtere ſtatueratis, an non potius ab initio hoc vobis faciendum erat, dum adhuc integer eſſet veſter exercitus? Nunc vero cum pauci ſitis, & milites veſtri fortiſſimi cæſi ſint, quid non potius mortem quàm vitam eligitis? An non vos ingreſſi eſtis vrbem hanc in diebus Neronis Cæſaris, vt defenderetis nomen illius? Nunc verò cùm regnet Veſpaſianus pater meus, & non ſolum potentior ſit Nerone, ſed & omnibus Cæſaribus humanior erga vos, remittitis omne ſtudium ac diligentiam, quæ res equidem magnam vobis adferet ignominiam. Cur vero non imitamini fortitudinem Iehudæorum iſtorum quos iamdudum gladius, peſtis & fames abſumpſit, ita vt nulla ipſis reliqua ſit ſpes, nihilominus tamen pugnant? An non videtis quotidie quoſdam ex illis vrbem egredi, ac audacter etiam cum periculo vitæ ſuæ Romanos adoriri, & vna cum illis occumbere? Quæ quidem illi non alia de cauſa faciunt, quàm vt acquirant ſibi nomen & laudem maximam? Quumque Titus hæc & alia multa coram ſuis diſſereret, dixit quidam ex militibus eius fortiſſimis nomine Sabianus ad commilitones ſuos, quis eſt, qui velit populum hunc mecom oppugnare, is ad me veniat, vt impleamus mandatum filij Cæſaris domini noſtri. His dictis corripuit Sabianus † clypeum ſuum, gladium ſtrictum manu dextra gerens, quem ſecuti ſunt vndecim electiſſimi milites, quam fortitudinem ac audaciam miratus eſt Titus vehementer. Iehudæi vero ſtantes in ea parte muri à qua iampridem repulſi fuerant Romani, cũ viderent Sabianũ cum ſociis ſuis aduentare contra ſe, cœperũt lapidibus & ſagittis illum petere, quæ omnia Sabianus minimè curans, inſectatus eſt Iehudæos. Factum eſt autem vt vnus ex Iehudæis gladio illum cæderet vt in terrã proſterneretur, quo vulnere nõ fuit impeditus quo minus pugnaret, donec quidã ex adoleſcentibus Iſraëlitis plane occideret eum adhuc ſtrenuè pugnantẽ, vt qui malebat animam ſuam quàm pugnã deſerere, occubuerũtque vnà cũ illo tres milites fortiſſimi, reliqui vero octo ad caſtra quidem Romanorũ redierunt poſtero vero die &

Belli finis difficilior principio. Id vniuerſim de omnium rerũ exitu dixiſſe Titum, vide apud Heg. li. 5. c. 27.

† Hũc appellat Sabinum, Ioſeph. &c. ait genere Syrũ fuiſſe, ita deformẽ vt ne ſpecie quidẽ militem eſſe credidiſſes l. 7. de bel. Iud. c. 15. Hegeſip. li. 5. c. 28

Appendix.

Octo ſemineces licet, à cæteris tamen exitium ſubtraxit. Heges. & hac quidem 3. die Iulij geſta ſunt Ioſeph. Aduocato quinto ordinis vexilli fero, duobus equeſtris militiæ viris & vno tubicine Hegeſipp. li.5.ca.29

ipſi mortui ſunt. Porrò reliqui milites Romani æmulati factum Sabiani, nocte illa ſimul cõſilium inierunt viginti adoleſcentes inuadendi vrbem. Quod cum indicaſſent† vexilli fero Titi, abiit etiam ipſe multique alij Romani cum illis. Qui omnes aſcendeutes noctu per ruinas muri, illum occuparunt, magnoque clangore clanxerunt Iehudæis dormientibus, vt qui fame & defatigatione oppreſſi eſſent. Qui cùm clangores & iubilationem Romanorum audiuiſſent, cõſternati ſunt valdè, neſcientes quid hoc ſibi vellet, & quo pacto ſeſe defenderent. Titus autem audiens vocem clangoris Romanorum, re vniuerſa cognita, delegit ſibi adoleſcentes fortiſſimos, cumque illis ſimiliter ad ruinas muri contendit Iehudæi interea mane facto, de ſomno ſuo ſurgentes, videnteſque Titum quoque in muro ſtare, mirati ſunt vehementer. Romani proinde ad Titum congregati, per muri ruinas in vrbem multi venerunt, † eo enim in loco erat meatus ſubterraneus per quem Iehudæi vrbem egredi & ingredi poterant. Iehudæi itaque aciem inſtruxerunt aduerſus Romanos in ipſa Templi crepidine, ad quam congregabantur omnes Romani milites enſibus ſtrictis præter quos nulla ſecum arma habebant: hoc pacto & Iehudæi egerunt. Fuitque bellum vehementiſſimũ eo loco inter Romanos & Iehudæos, cuiuſmodi nullum vnquam Hieroſolymis viſum vel auditum fuit: quiſque enim proximo ſuo inhærebat, nec poterat quiſquam vel hinc vel inde fugere, quare ſubindè inualuit pugna, fuitque clamor ac tumultus bellicus vndique auditus, qui enim vincebant iubilabant: qui cædebantur, eiulabant. Romani verò ad prælium mutuo ſeſe cohortabantur, dicentes: hæc eſt dies quam expectauimus. Iehudæi etiam animabant ſeſe, dicentes: non eſt quod hinc fugiamus, ſed pro Domini gloria eiuſque Templo, vt fortiter occumbamus neceſſe eſt, quod cùm faciemus, pro hoſtiis & holocauſtis reputabimur. Quæ cum ita vtrinque fierent, impleta eſt crepido atrij Domini, ſanguine, ita vt illo tanquã ſtagnum innundaret, durauitque ea pugna à mane illo vſque ad diem quartum Videns autẽ quidam ex militibus Titi nomine Golinus fortiſſimus inter omnes Kuttijm, Iehudæos præualuiſſe Romanis qui iam à pugna deſiſtebant, furore quodam raptus vſque ad Antochiam occurrit Iehudæis perſequentibus Romanos iam fugientes, illoſque in fugam conuertens, crepidinem templi repetere coëgit, vbi turbis Iehudæorum ſe immiſcens à quodam Iehudæo percuſſus fuit. Cumque videret ſe cæſum, velletque reſilire, impegit in lapidem pauimenti quod erat in atrio Templi Domini, & poſtquam cecidiſſet ac aliquantulum adhuc pugnaret, à quodã Iehudæo interfectus diem ſuum obiit. Pugnarat ille quidem fortiter, ſed admodum incautè, nec enim conſiderauerat ſitum loci illius in quo cum Iehudæis manus ſibi conferendæ erant· Titus interea expectans quando rediret Golinus, cum audiuiſſet illum occubuiſſe voluit abire auxilium ſuis laturus, ſed à ſuis prohibitus fuit, timebant enim illi ne & ipſe caderet. Præualuit ergo manus Iehudæorum die illa aduerſus Romanos qui innumeri ferè ceciderunt illo prælio, ſpoliantibus etiam Iehudæis cadauera

A nona hora noctis, ad ſeptimã vſque diei pugnabant Ioſ. li.7.ca.2.

Romanorum armis ſuis. Hæc verò ſunt nomina Iehudæorum militum, qui pugnam hanc commiſerunt, nempe ex ſorte Iochanan principis ſeditioſorum, Elaſa, & Iiphtach: ex ſorte verò Schimeonis, Malchiah, & Iaacob Edomæus princeps Edomæorum, ex ſorte autem Eleazari filij Anani, Arſimon & Iehudah: Hi inquam, cum reliquis ſuis commilitonibus ſtragem hanc in Romanis ædiderunt in ipſa crepidine Templi eoſque ad Antoniam fugere compulerunt, ibique concluſerunt ne inde egredi poſſent. Quare cum vidiſſet Titus Antoniam impedimento eſſe Romanis, iuſſit illam deſtrui, quæ omnia geſta ſunt quinta die† Siuan menſis tertij in veſpera ſolennitatis hebdomadarũ, (quod aliàs dicitur penthecoſtes) atque is erat decimus quartus menſis, ex quo cœperat Titus obſidere vrbem. Menſium nomina hic proponimus, ſimulque indicamus quomodo noſtris reſpondeant, quo minus ſcrupulorum in hiſtoriam, cognitur adeò neceſſariam incidere poſſit: Proinde nomina menſium ita ſe habent.

Audierat, Titus, eo, die qui erat Iulij 17. diuinũ obſeruatũ quæ, Ἐνδελεχισμὸς vocatur, virorum penuria defeciſſe: Ioſ. li.7. de bello Iud. cap.4.

ניסן *Niſan*	Reſpondes fere.	*Martia*
אייר *Iiar*		*Aprili*
סיון *Siuan*		*Maio*
תמוז *Thamus*		*Iunio*
אב *Af*		*Iulio*
אלול *Elul*		*Auguſta*
תשרי *Thiſchri*		*Septembri*
מרחשון *Marcheſchuan*		*Octobri*
כסלו *Kiſlef*		*Nouembri*
טבת *Teſeth*		*Decembri*
שבט *Schefat*		*Ianuario*
אדר *Adar*		*Februario*

CAP. 24.

CRaſtina autem die, quæ erat tertia feſtiuitatis hebdomadarum, celebrarũt Iehudæi omnes quotquot Hieroſolymis inueniebantur, feſtum illud. Titus autem accedens cum Ioſepho filio Gorionis ad domum Sanctuarij, in qua ſeditioſi & milites Iehudæorum congregati erant, clamauit ad Iochanan & reliquos principes ſeditioſorum, quibus per Ioſephum, qui interpretis officio fungebatur dixit. Quid tibi ô Iochanan ſeditioſe peccauit Templum hoc, quod adduxiſti ſuper illud, malum hoc magnum? Quod ſi autem omnino viribus tuis fiſus es, egredere nunc cum tuis copiis ad nos in campum, & pugnabimus tecum quemadmodum volueris. Nunc vero, an non hodie dies eſt feſtiuitatis veſtræ? cur igitur vultis pugnare in eo loco vbi ſacrificia veſtra offerenda vobis erant? Vos autem polluitis Sanctuarium Dei veſtri & nomen eius, & nos minime impugnamus illud, ſcientes eſſe domum Dei, neque etiam alia de cauſa vobis inferimus bellum quam quod indurata ceruice non vultis vos humiliare coram illis quibus Dominus imperium in vos largitus eſt, cuius voluntatem fruſtra conamini irritam facere! Aut igitur ſi pugnare amplius nõ vultis, humiliate vos & ſuſcipite iugũ noſtrum, & viuetis: ſin verò ſtatutum apud vos eſt in poſterum adhuc nobiſcũ cõfligere

ſtigere, agite, exite inde, & in campos egrediamur A
ibique aciem inſtruamus: vt quid enim polluere
vultis Sanctuarium veſtrum, & cultum Dei veſtri
impedire? Addidit porrò Titus multa alia verba
quibus partim illorum pertinaciam reprehende-
bat, quod nimirum polluiſſent Templum ſuum,
& adhuc porrò polluere non deſiſterent, partim
vero blãdè & humaniter ad deditionem illos hor-
tabatur admonens ne vellent exercitui tam graui
reſiſtere, cum minime id poſſent ſine periculo in-
ternecionis. Hæc & alia multa Ioſephus Hæbrai-
cæ populu ex verbis Titi explanauit, Iehudęi ve-
rò nihil plane reſponderunt, interdixerat enim il-
lis Iochanan ne quicquam loquerentur. Tunc re- B
ſpondit Tito Iochanan princeps ſeditioſorum, ac
dixit: Nos quidem gratiora Deo ſacrificia offerre
non poſſumus, quàm ſi corpora noſtra & ſangui-
nem noſtrum pro nomine eius morti deuoueamus
quamobrem liberi moriemur in hac vrbe, nec ſer-
uiemus vobis. Titus vero reſpondit illi per Ioſe-
phum dicens: vrbs hæc ſane vrbs eſt ſancta, & Tē-
plum hoc, templum eſt ſanctiſſimum, id quod ne-
mo inficias ibit, verumenimuero vos peccaſtis
grauiter, cùm pollueretis Templum Domini Dei
veſtri: effundendo in illo ſanguinem innocentem
ſanctorum ſacerdotum Dei aliorumque piiſſimo-
rum hominum: Qua ergo ratione poteſtis dicere C
vos pro hoſtiis & holocauſtis reputari coram illo?
Quin potius Deus vos abominatur ac plane dete-
ſtatur, cùm in hoſtiis ſuis requirat vt nullum ha-
beant defectum & maculam, voſque prorſus re-
ferti ſitis maculis, nihilque integrum in vobis re-
periatur. Sed dicite mihi quæſo, ſi ſit magis abo-
minanda macula in homine quàm peccat cùm ſci-
licet tranſgreditur legem Dei quemadmodũ vos
Sapiẽs ferũt tẽporum calamitates patienter. feciſtis! Neque vlla apud vos eſt ſapientia vel in-
telligẽtia, qui enim ſapiunt illi ferunt calamitates
temporum ſuorum, cognoſcunt enim has eſſe vi-
ciſſitudines rerum: quomodo ergo vos ſtulti di-
citis vos eſſe hoſtiam beneplacentem Deo, cum D
ſuperbe Dei voluntati reſiſtatis? Tu vero Iocha-
nã cum reliquis principibus ſeditioſorũ qui tecũ
ſunt, dic mihi, an non ſis homo ſubiectus dolori-
bus & cruciatibus vermium, quemadmodum &
nos! an non diſpliceret tibi ſi aliquis menſam in
honorem tuum paratam auferret à te, illumque
qui hoc faceret minime excuſatum haberes? Tu
verò quare abſtuliſti ſacrificia Dei tui é Templo
eius, & impleuiſti illud cadaueribus innumeris,
& quis hæc videre vel audire poterit, & à fletu
abſtinere, cum nimirum cognoſcet tam multos
ex Iſraëlitis occubuiſſe propter te Schimeonem
& Eleazarum ſocios tuos? Neque dum à malitia E
tua diſcedere cogitas, & interea tamen perſuades
tibi Deũm tibi adfuturum, teque cum tuis ſociis
eſſe hoſtiam Deo placentem, neque intelligis pec
cata veſtra tanquam murum ahæneum intercede-
re inter vos & illam! Et verum quidem eſt decere
hoc omnes fortes viros, vt pro populo, vrbe, &
terra ſua ſtrenuè pugnent, melius enim eſt forti-
ter occumbere, quam hoſti ſubici, qui à religio-
Moriendũ pro religione & Patria. ne & terra noſtra nos auellere conetur. Sed ego
non propterea veni vt à lege veſtra vos repellerẽ,
aut è terra veſtra vos eiicerem, vel illam vrbeſ-
que veſtras deſtruerem: ſed hęc fuit aduentus mei
cauſa, vt pacem vobis offerram, & vobiſcum ini-
Appendix.

A rem fœdus quo iugum noſtrum ſuper vos ſuſcipe-
retis, nobiſque ſubiecti eſſetis, quemadmodum
antea fuiſtis Quis enim eſt inter omnes gentes po
pulus qui adeo clementem, tum erga alios tum e-
tiam in vos ſemper ſeſe exhibuerit? An non Han-
nibal Rex Carthaginis cum deuaſtaſſet terrã no-
ſtram, ac tandem à nobis caperetur, in magno ho-
nore à nobis habitus fuit, humaniterque tractatus
cum illum Regem populi ſui conſtitueremus?

**Quæ de Hannibale hic dicuntur vera non videntur, produnt enim hiſtoriæ Romanorum, Hannibalẽ capta Carthagine ad regem Antiochum confugiſſe, qui alioquin Romanis dedendus erat, niſi fuga elapſus fuiſſet*.*

B Et ſic fecimus Antiocho Macedoni, & reliquis
gentium Regibus quos cœpimus. Nonne autem
dicitis vos cuſtodire cuſtodiam Dei veſtri? cur i-
gitur non imitamini Iechaniah Regem veſtrum
qui parcens Templo Dei veſtri ne deſtrueretur,
& populo veſtro ne in captiuitatem abduceretur
aut gladio ipſe periret, tradidit ſe & domum ſuã
in manus Regis Chaldæorum? Cur igitur & vos
non parcitis animabus veſtris, vrbi & Sanctuario
veſtro? Nunc itaque audite me, ego enim pāgam
fœdus vobiſcum in conſpectu Dei domus huius,
qui erit teſtis inter me & vos, per quem ego iuro
fœdus hoc me nunquam tranſgredi velle, neque
C etiam quicquam mali vobis inferam, nec diripiã
bona veſtra, nec in captiuitatem vos abducam, de-
nique neminem alium vobis præficiam, niſi Iehu-
dæum ex gente veſtra. Ioſephus enim ſacerdos
qui mecum aſt, princeps erit veſter ſiquidem hoc
vobis placuerit, & omnes viri fideles ex vobis
quos nunc mecum habeo, ad vos redibunt, habi-
tabitiſque terram veſtram, & in pace fruemini
bonis illius, cultu Dei veſtri integro manente.
Quamobrem confidite mihi, vt fœdus vobiſcum
ineam, & quò tutius credere mihi poſſitis, obſi-
des habebitis Ioſephum principem veſtrum cum
reliquis principibus & nobilibus Romanorum.
D Egredimini itaque & de pace nobiſcum tranſi-
gite, inclinate humeros veſtros, & humiliate cer-
uicem veſtram ad ſeruiendum nobis, quemadmo-
dum faciunt omnes gentes, & vos iam pridem fe-
ciſtis in diebus Neronis Cæſaris, vt viuatis & non
moriamini, ſalua veſtra religione. Ioſephus autem
ſacerdos extollens vocem ſuam, fleuit coram prin
cipibus ſeditioſorum fletu maximo, propter ver-
ba Titi, & propter clementiam eius qua volebat
parcere Iehudæis, quod tamen illi minime boni
conſulebant. Videns itaque Ioſephus Titum nihil
poſſe efficere apud ſeditioſos, dixit ad principes
illorum: Ego quidem non miror vrbem hanc ad †Hegeſip.
E deſolationem vergere, ſcio namque finem eius ad li.5 ca.31
ueniſſe: ſed hoc eſt quod vel maxime miror, vos
legiſſe librũ Danielis, nec tamen illum intelligere
qui per omnia iam impletus eſt, neque eſt quiſquã
ex vobis, qui hoc attendat. Iampridem enim ceſ-
ſauit iuge ſacrificium, & ſucciſus eſt ſacerdos vn-
ctus, quæ omnia tametſi eueniſſe luce clarius vi-
deatis, tamē nõ credit cor veſtrũ. Locutus eſt pro-
inde Ioſephus plura alia verba conſolationis & ad-
hortationis plena, ſed Iehudæi audire illa renue-
bant. Cum itaque Ioſephus finẽ dicẽdi feciſſet, &
ſeditioſi ceruicem ſuam obduraſſent, conuertens
ſe Titus cum ſuis Hieroſolymam egreſſus eſt, di-
cebat enim: egrediamur, ne fortè cõſumat nos pec

A catum illorum. Quare caſtra fixit extra vrbem eo in loco, vbi ab initio caſtrametatus fuerat. Timebat enim ſibi & ſuis, ne inſidiis ſeditioſorum circumuenirentur, & in vrbe tam vaſta trucidarentur. Io die illa prudenter ſibi conſuluerunt multi ex ſacerdotibus & magnatibus vrbis reliquiſque piis, egreſſi namque illi ſunt ad Titum, cui ſupplices facti, in pace, magno cum honore ab illo excepti ſunt. Quos Titus præcepit abduci in terram Goſchen†, quæ iam olim fuerat habitatio Iſraëlitatum in diebus Iaacob patris illorum, & Ioſephi principis terræ Ægypti, † in hanc inquam terram illos ablegauit, eamque hæreditario iure poſſidendam illis tradidit. Abierunt ergo Chaldæi quibus hoc Titus demãdauerat, ac Iehudæos illos in terram Goſchen deduxerunt. Præcepit autem Titus præfecto Romano, qui præpoſitus erat Ægypto, vt miſertus Iehudæorum qui in terra Goſchen conſtituti erant, illos ſuſtentaret, ac defenderet oe quiſquam Romanorum eos læderet. Porro multi alij quoque Iehudæi cupiebant egredi Hieroſolymis, qui tamen impediti ſunt à ſeditioſis, quo minus boc facere poſſent. Et quis nouit ſi fortè & ſuis peccatis irretiti, cum ſeditioſis fratribus ſuis perditioni deſtinati fuerint, quãdo illorum quoque manus fuerint crudelitate & iniquitate ſeditioſorum inquinatæ? quamobrem

C concluſerunt ſeditioſi omnes exitus templi, ne quiſquam ex Iehudæis qui Hieroſolymis erant ad Titum exire poſſet. Titus autem poſtqnam cognooit multos Iebudæos transfugere ad ſe velle, nec tamen poſſe propter ſeditioſos, acceſſit turſus ad illum locum cum Ioſepho ſacerdote, quẽ cùm adeſſe Tito vulgus Iehudæorum videret, collachrymans ad illum dixit: Cognouimus equidem peccata noſtra & tranſgreſſiones pattum noſtrorum, & quod præuaricati ſumus contra Dominum Deum noſttum, ſcimus etiam clementiam Titi filij Cæſaris, eumque miſereri noſtri: ſed

D ſaciamus, cum per crudelitatem ſeditioſotum ad Titum effugere minimè nobis integrum ſit? Seditioſi verò audientes illos colloqui cum Ioſepho in coſpectu Titi, & hnnore afficere Titum eiuſque patrem Veſpaſianum, dominum illum appellantes, accurrerunt ad illos gladiis diſtrictis ad interficiendum eos. Sed illi clamauerunt ad Titum dicentes, eripe nos domine noſter. Romani igitur accurrerunt ad eripiendum illos é manu ſeditioſotum, quare excitatum eſt bellum in medio Templi, inter Romanos & Iebudæos. Et Romanos quidem confugientes in ſanctum ſanctorũ perſecuti Iehudæi in loco illo eos trucidarunt.

E Titus vero foris ſtans ad Iochanan clamauit dixitque illi: Heus tu Iochanan, an non malitia tua ſatis multa eſt? an vero non tandem finietur iniquitas tua, & vbi eſt honor Dei tui? An non ſcriptum eſt in lege Dei veſtri, de ſancto ſanctorum, alienum hominem non debere ad illud accedere, ſed tantum ſacerdotem magnum, idque ſemel tantum in anno, qoia eſt ſanctum ſanctorũ? Et nunc quomodo audes interficere illos qui ad illud euaſerint, & quomodo in illo effunditis ſanguinem incircumciſorum qui abominationi vobis ſunt, quorum ſanguinem ſanguini veſtro miſcetis? Teſtis eſt autem mihi dominus Deus veſter quod nõ velim deſtructã hãc domum, ſed opera

A veſtra mala, & manus veſtrę demoliẽtur eã. Atque vtinã noſtrã pacem reciperetis, quod vbi fieret, honoraremus domũ hãc Sanctuarij, & Tẽplũ Domini, quin & diſcederemus à vobis. Verumenimuero cor veſtrũ obduruit ſicut ferrum, & ceruix ac froos veſtra obſtinata eſt tanquã æs, in malum veſtrũ: Nam vos portabitis iniquitatem veſtram, & in terris Romanorum moriemini, ego autem & domus patris mei innoxij ſumus à peccato & morte veſtra, coram Domino Deo & coram Templo eius, qui teſtes noſtri ſunt hodie. Videns autẽ Titus neminẽ ex ſeditioſis attendere verbis ſuis, elegit ex Romanis ſuis triginta millia militum fortiſſimorum, quibus præcepit, vt occuparent cre-

B pidinẽ tẽpli, quę eſt atrium ſanctum. Et ipſe quoque illos comitari ſtatuerat, ſed quo minus hoc faceret à ſuis principibus prohibitus fuit, illi enim dicebant Tito: tu hic in loco excelſo ſtabis vnde contemplaberis bellum militum tuorum, cùmque illi te à longinquo viderint. conſortabitur cor illorum, pugnabuntque corde bono pro beneplacito tuo, tu vero ne acceſſeris crepidinem Templi, ne cum reliquis pereas. Titus autem cõſilium ſuorũ ſecutus, non abiit illa vice cũ militibus ſuis in bellum. Pręfecit autem Titus exercitui triginta milliũ, Karilium†, & Roſtiũ principes,

C quibus iuſſit vt noctu aggrederentur Iehudæos dormientes & defatigatos, quibus iuſſis parentes Romani, Iehudæos adorti ſunt, Iehudæi verò excubias agentes & ſcientes Romanos imperium facturos, fortiter ſeſe Romanis oppoſuerunt tota illa nocte, ſed Romaoi pugnare nolebant, timẽtes ſibi: quis enim eſt qui in tenebris pugnare libenter velit? Quamprimum itaque dies illuxiſſet, diuiſerunt ſe Iehudæi ad portas crepidinis, pugnaruntque fortiter. Karilius verò & Roſtius circumdederunt Templũ ne quiſquam ex Iehudæis egredi poſſet, atque ita inualuit bellũ inter Romanos & Iehudæos ſeptem diebus. Cumque Ro-

D mani præualentes Iehudęis illos intra crepidinem coofugere cogerent: poſtea Iehudæi fortificaotes ſe perſeqoebantur Romanos vſque ad muros Antoniæ, & hoc modo ſeptem illis diebus pugnatum eſt. Deinceps autem receſſerunt Romani à Iehudæis, nec voluerunt amplius manus conſerere cũ illis, iuſſerat enim Titus muros Antoniæ diruere, quòd locus dilataretur pro vniuerſo ſuo exercitu quod illi fecerunt. Fames interea ſubinde Hieroſolymis grauior euadebat, nec quicquam alimẽti ſupererat. Nam Iehudæi inceperant iam egredi & furari ac rapere equos, aſinos & alia animantia in caſtris Romanotum vt cibũ ſibi pararent, ani-

E maſque ſuas ſuſtentarẽt. Quod cùm frequẽter facerent, tandem id intellexerunt Romani, vehementerque irati ſunt, & poſuerunt cuſtodias in circuitu caſtrorum ſuorum, ne fraude Iehudæorũ ſpoliarentur iumentis ſuis, quare ab eo tempore in poſterùm nemo Iehudæotum quicquã rapere poterat. In illo tempore egreſſi Iehudæi armati venerunt ad portam Oriẽtalem, ac murum demoliti ſunt, quem ibi excitauerat Titus, ne egredientes Iehudęi de improuiſo ſe adoriri poſſent. Adoleſcentes igitur Iehudæotum fortiſſimi egreſſi ſunt per ruinas muri, ac ſubitò inde montẽ Oliuarũ aſcenderunt, quo in loco inuenerũt equos, mulos, aſinos, & alia iumenta multa quæ occiſis cuſtodibus

†Gophnã, habet Ioſ. & Heg. li.5.ca.33.

†Gen.47.

Atrium ſanctum.

†Caredẽ, appellat Ioſ. li.7.c.5. Hegeſ. li.5.ca 35.

ſtodibus illorum in vrbem maximis clangoribus egerunt. quæ videntes Romani perſecuti ſunt illos, pugnaturi, quamobrem diuiſi ſunt iuuenes illi in duas turmas, quarum altera iumenta abigebat, altera vero Romanis reſiſtebat. fuitque bellum grauiſſimum, vincentibus Iehudæis Romanos, ac prædam illis ereptam Hieroſolyma aſportantibus. Iehudæi namque vrbem egreſſi fuerant fame grauiſſima & neceſſitate ſumma compulſi, pugnabantque tantum pro victu: Romani autem nulla alia de cauſa quam vt remouerent à ſe ignominiam, quippe qui viderant ante oculos ſuos, Iehudæos pecora ſua abigere: neque enim aliâs, animas ſuas in manus ponebant vt pugnarent vſque ad mortem, quemadmodum faciebant Iehudæi. Ceciderunt verò illo prælio Romani quàmplurimi, Iehudæis interea, fruſtra perſequentibus eos Romanis, cum rapina & ſpoliis in vrbem elapſis: Conuerſi autem iuuenes illi fortiſſimi inſecuti ſunt Romanos vſque ad caſtra ferè Titi, quod videntes reliqui qui auxilio aderant Romanis, inſecuti ſunt & ipſi viciſſim iuuenes illos ad occidendum vel comprehendendum illos, qui tamen effugerunt Hieroſolymas. Quos cùm perſequerentur, neminem ex illis lædere potuerunt, dempto vno ex pueris illorum, quem cœperunt, adque Titum adduxerunt. Nomen † vero eius qui adoleſcentem hunc cœperat, erat, Pirianus†. Præualuerunt itaque tum quidem Romani, & pro certo ſigno victoriæ habebant captiuitatem iſtius Iehudæi adoleſcentis, fuitque Pirianus ob hoc factum in magna exiſtimatione apud Titum & omnes Romanos. Titus verò puerum illum veſtiuit, eumque Ioſepho ſacerdoti cuſtodiendum contradidit. Fuit autem vir quidam ex adoleſcentibus illis Iehudæis, admodum vilis, deformis, & breuiſſima ſtatura præditus, frater adoleſcentis capti, nomine Ionathan, qui cum videret fratrem ſuum captum, progreſſus ad monumentum Iochanan ſacerdotis magni, è regione Romanorum ſtetit, clamauitque ad Titum & ad omnem eius exercitum, dicens: Quis ex vobis fortis eſt miles, is accedat ad me, hic enim conſiſtam pugnamque cum illo committam, cognoſcetiſque hodie an Romani fortiores ſint vel Iehudæi. Porro Romani contemnebant illum prorſus, & verebantur tamen ad illum accedere, dicentes, ſi ipſum interfecerimus minime fortes videbimur, ſin vero ipſe aliquos ex nobis occiderit, magnum nobis inde dedecus proueniet. Reſpondens autem Ionathan dixit ad Romanos: Quanti quæſo facienda eſt fortitudo Romanorum in oculis noſtris? an non vos à nobis cæſi & in fugam conuerſi eſtis? Quid igitur eſſetis, niſi turmæ gentium vos adiuuantium quotidie ad vos accederent? Qui niſi vobis adeſſent, iamdudum vos deuoraſſemus, nos verò mutuis cædibus nos ipſos confecimus, quare pauci iam ſumus, ſed qui nam vos eſtis? Et quis eſt ex veſtris fortiſſimis militibus, qui velit fortitudinem ſuam declarare, ille veniat ad me & pugnet mecum. Ego quidem omnium ſum abiectiſſimus inter Iehudæos, vos vero eligite maximum & clariſſimum ex vobis virum, & ſcietis paulò poſt vtra pars fortior ſit. Quæ cum ſuperbe admodū Ionathan locutus fuiſſet, prodiit quidam ex fortiſſimis militibus Romanis, nomine Pornas qui cœ-

Ioſeph. li. 7. c. 5 Heg. li. 7. c. 36. habet: Varia autem lectionis illius non aliam eſſe cauſam præter ſimilitudinem ז, & ו, ſatis liquet: Vix autem ſimile eſt vero quod Ioſ. puerū hūc graue corpore et armatum, talo arreptum à Romano equite ait: Vnde Hegeſ. paulo veriſimilius, vt lepuſculum ab.

Appendix.

A perat fratrem huius Ionathæ, eumque ad Titum adduxerat. Is inquam cum accederet ad Ionathā, ſubito ab illo cæſus eſt, qui hæreditatem diuerſam Ionathæ & Romanis poſt ſe relinquit, huic quidē fortitudinis exiſtimationem, illis vero opprobrium & ignominiam. Porrò cùm interfeciſſet Ionathan, hunc Romanum, commutarunt Iehudæi nomen eius, eumque appellarunt Iehonathan, honorifica appellatione, dederuntque in manu eius ſceptrum dominationis. Ionathan vero hanc victoriam adeptus gloriam Deo non dedit, ſed illam fortitudini ſuæ aſcribens, mirum in modum elarus eſt. Neque contentus ſemel viciſ-
B ſe, adhuc inſultauit Romanis, eos conuitiis proſcindens ac dicens, ablegate ad me adhuc vnum virum fortem quem ego occidens declarabo fortitudinem meam: dumque hæc ita proloqueretur ex inopinato ſagitta illum transfixit quidam ex Romanis militibus nomine Porijan, †eumque interfecit. Decet autem hoc maxime mortales, vt, cum vincunt hoſtes ſuos, minime lætentur: quis enim nouit quis ſuis eos ſit conſecuturus. Cùm vero his geſtis Iehudæi viderent dirutos eſſe muros Templi vnà cum tribus muris qui vrbem cingebant, cognoſcentes inſuper nullam ſibi liberationis ſpem reſtare, conſilium ſimul inierunt,
C quidnam facturi eſſent. Erat autem à latere templo coniunctum ędificium magnum† quod ędificauerat Schelomoh rex, magnæ altitudinis, cuius parietes etiam reges templi ſecundi euexerant in altum, ligniſque abiegnis & cedrinis ornauerant. Iehudæi ergo abibant, & liniebant vndique ligna cedrina illius domus ſulphure, & pice, atque id in magna copia. Romani vero eū rurſus ad Templum accederent aggreſſuri Iehudæos, ipſoſque vſque ad palatium illud perſequerentur, introierunt in palatium poſt Iehudæos qui per alium exitum egrediebantur, ac tectum palatij conſcenderunt, reliquis quoque Romá-
D nis iniicientibus ſcalas ædificio, lætatique ſunt omnes lætitia magna, dicentes: captum eſt palatium, neque iam vllus Iehudæis locus reſtat, quo confugere poſſint. Cum itaque palatium à Romanis occupatum eſſet, ipſiſque iam Romanis ædes vndique replete eſſent, deuouit ſe quidam ex adoleſcentibus Iehudęorum, qui abiens concluſit palatium, ac ſulphure & pice ianuam liniuit, miſitque ignem in ligna illita ſulphure, cœperuntque parietes domus & totum ędificium conflagrare, ita vt Romanis nullum effugium daretur, poſtquam ignis domum vndique circumdaret, & Iehudæi quoque ar-
E mati illam cingerent ne quiſquam Romanorum euadere poſſet. Perierunt ergo illo incendio omnes Romani, quotquot intra palatium ſeſe contulerant, quorum numerus erat viginti duo millia virorum bellicoſorum. Audiens autem Titus clamorem Romanorum incendio pereuntiū, accurrit cum ſuis militibus, vt auxilio ipſis veniret, ſed non potuerunt illos eripere ex igne tam vehementer ardente, quamobrem Titus cum ſuis fleuit fletu maximo. Sed & qui ex Romanis in ſuperiori parte ædificij erant, cum viderent Titū dominum ſuum flentem, & ignem inter ſe & illum diuidere, præcipitarunt ſeipſos de tecto altiſſimo, ac mortui ſunt, dicebant etenim: moriemur

Ionatha nomen mutatum.

†Ioſepho & Heg. Priſcus.

Hoſte ſuperato non lætandum

coram Tito, & nomen magnum inde nobis conſequemur. Iebudæi verò cuſtodiebant portas palatij, & ſi quos videbant fugam ex incendio adornantes, vel de tecto deſcendere videntes, hos gladiis interficiebant. Porrò erat tum in illo incendio vir quidam magnus ex familia Regum nomine Longinus † ad quem clamantes Iehudæi, illique illudentes dixerunt, veni nunc ad nos vt viuas & non moriaris, ipſe vero portam egredi non audebat, vt qui timeret ne occideretur à Iebudæis quamobrem ſtricto gladio illis videntibus ſeſe confodit, & mortuus eſt. Fuit porrò adhuc vir vnus ex magnatibus Romanis in incendio illo, nomine Artorius, qui de alto proſpiciens vidit B iuxta Titum ſtantem vnum ex intimis ſuis, qui Lucius vocabatur, ad hunc clamans Artorius dixit in hæc verba: Heus tu amice mi Luci, armis tuis accinge te, & hic conſiſte, nam ſuper te de tecto me deiiciam, tu vero me excipies, ſique moriar, te hæredem meum conſtituo, ſin autem tu moriaris, filij tui ſimiliter meas opes hæreditabunt. Accurrens itaque Lucius ſinu aperto ad parietes palatij conſtitit, ſuper quem Artorius de tecto tanto pondere delapſus eſt, vt vterque † eo caſu periret. Titus autem iuſſit fœdꝰ quod hi duo ante mortem ſuam inierant, ſanguine ſuper gladium quendam ſcribi, & amicitiam illorum in C Annalibus Romanorum annotari vt ea exemplum eſſet omnibus mortalibus, ex quo amicitiæ veræ rationem diſcere poſſent. Tempore ergo illo vlti ſunt Iehudæi vltionem ſuam de Romanis, peruaſitque incendium vſque ad domum Chiskijahu Regis Iehudah, nec multum abſuit à templo Domini, quod videntes Romani fugerunt ex vrbe, & in caſtra ſua ſe receperunt, magna enim illorũ pars, truculentia Iehudæorum conſumpta erat, vt pauci admodum ſupereſſent. Obſederunt autem vndique vrbem Hieroſolymam, dicebant enim: non poterimus obtinere per gladium vrbem hanc, ſed potius fame ad deditionem adigenda D eſt, quare circumdederunt eam: in medio vero vrbis, nullus iam commeatus reliquus erat.

† Ioſephus habet, ſe gũ atque hortatorem huius facinoris habuiſſe Cornelium fratrem li. 7. de bel. Iud ca. 6. Heg. vero legis Longinum c. 39. li. 5.

† Mortuũ Artorium negat & Ioſeph. & Hegeſipp.

Veræ amicitiæ ratio.

CAP. 51.

FVit autem Hieroſolymis mulier quædam opulentiſſima, ex præclara familia oriunda, nomine Miriam †. Ea cum trans Iardenum habitaret, bellumque inualeſceret tempore Veſpaſiani, aſcendit cum reliquis ſuis vicinis Hieroſolymam, eòque non ſolum ſeruos & ancillas, totamque ſuam familiam, ſed & diuitias opeſque maximas, ſecum traduxit. Cùm verò fames grauis eſſet Hieroſolymis, & ſeditioſi domeſticatim cibum quæ- E rerent, venerunt etiam ad domum mulieris huius, ac omnia quæ ſecum habebat vi illi eripuerũt nec quicquam illi reliquerant. Poſtquam ergo & ipſa fame maxima premeretur, optauit quidem mori, ſed finis eius nondum aderat, quare vt fami conſuleret & animam ſuam ſuſtentaret, cœpit corradere in terra paleas, pulueres & excrementa pecorum, quæ tamen nulla inuenire poterat. Habebat autem mulier illa filium vnum, & cum videret famem inualuiſſe contra ſe, omnem humanitatem & miſericordiam exuens, crudelitatem horrendam induit. Cum namque audiret puerum flentem panem poſtulare, quem non habebat, di-

† Eleaſari filia. de vico Vetezobra: Ioſ. lib. de bel. Iud. ca. 8. ex regione Bereæ Hegeſip. lib. 5. ca. 40.

A xit ad illum. quid faciam tibi fili mi? quoniam ira Dei totam vrbem circumdedit, in omnibus vero angulis eius fames dominatur, foris gladius interficit, intus terror ſeditioſorum nos occupat. Hoſtes noſtri foris præualuerunt, in vrbe ſunt incendia, ruinæ, fames, peſtis, populator, ita vt te cibare minime poſſim fili mi: Nunc autem fili mi ſi ego quidem fame moriar, cui te relinquam, adeo paruulum adhuc? Equidem ſperabam te, vbi adoleuiſſes, ſenium meum ſuſtentaturum cibo, potuque, & veſtitu, demùm verò poſt mortẽ meam me cum honore ſepulturum, quemadmodum ego te, ſiquidem ante me mortuus fuiſſes, ſepultu- B ra fueram. Nunc verò fili mi tanquam mortuus tu reputatus es, non enim mihi ſuppetunt cibi ad enutriendum te, propter famem hanc grauiſſimã & hoſtium internorum & externorum ſæuitiam. Quod ſi pariter moriaris, quemadmodum & reliqui fame pereunt, non habebis bonum & honorificum ſepulchrum, pro vt ego optarem tibi. Quamobrem dixi, eligam tibi ſepulchrum, vterũ meum, ne forte moriaris, & comedant te canes in plateis, ero itaque ego tibi ſepulchrum, tu vero mihi victum præbebis. Et pro eo, quod adultus me enutrire iure debebas ſi vixiſſes, nunc me carne tua ciba, & ſuſtenta illa ſenium meum antequã C te fames deuoret, corpuſque tuum conſumatur. Retribue itaque matri tuæ quod tibi illa dedit, ex ea enim egreſſus es, & in illam reuerteris, adducam enim te in illam officinã, in qua, anima vitæ, naribus tuis inſpirata eſt, quoniam tu es filius meꝰ meus dilectus quem dilexi omnibus diebus meis, totis viribus, ſis igitur cibus matri tuæ, ignominia veró ſeditioſis qui vi nobis victum noſtrum abſtulerunt. Quapropter fili mi audi vocem meam, & ſuſtenta animam meam & vitam meam, & vade ad finem tibi deſtinatum per manus meas, ſitque ſors tua in horto Eden, ſisque mihi cibus, opprobrium autem ſeditioſis, vt dicere cogantur, ecce D mulier occidit filium ſuum, & comedit illũ. Cùm itaque in hæc verba filium allocuta eſſet, corripuit puerũ, & retro vultum auertens, ne morientem videret, gladio illum interfecit, & cadauer in partes aliquot ſecans quarum aliquas igne aſſauit alias vero in ola coxit, déque illis comedit, & reliqua repoſuit & cuſtodiuit. Nidor autem carniũ aſſatarum, cùm ad populũ in plateis perueniret, dixerunt illi inter ſe: ecce odor iſte eſt odor carnium aſſatarum quæ res tandem & ſeditioſis cognita fuit, qui abeuntes ad domum mulieris, illi irati dixerunt: cur tu comedis & viuis, cum nos fame moriamur? Reſpondit mulier ac dixit ad il- E los: ne ſuccenſeatis propter hoc ancillæ veſtræ, quoniã ecce pars veſtra quam vobis ſeruaui, ſedete itaque & afferã illam vobis vt comedatis, eſt enim caro optima, quę cũ diceret ſimulatque parauit mẽſam, & de carne pueri illis propoſuit dicẽs: Comedite quia ecce manũ pueri, videte pedem eius & reliquas partes, nec dicetis puerũ eſſe alterius cuiuſdã mulieris, ſed eſt filius meus vnicus quem mecũ nouiſtis fuiſſe, hunc ego genui, & etiã comedi, & ex illius carne partem veſtram ego reſeruaui. Quæ vbi dixiſſet, eleuata voce fleuit, ac dixit: fili mi, fili mi, quàm dulcis fuiſti mihi dũ adhuc viueres! & nũc in morte tua dulcior melle mihi factus es: nõ ſolùm enim cibũ mihi in ſame hac grauiſſima

Mater filij ſui ſepulchrum ſe facit.

grauiſſima præbuiſti, ſed & ab ira ſeditioſorum
me defendiſti, qua commoti, & nidore ducti in
domum meam venerunt. Nunc ergo facti ſunt a-
mici mei, ſedent enim ad menſam meam, quibus
ego conuiuium de carne tua paraui. Poſtea con-
uertens ſe ad ſeditioſos, illis dixit: comedite &
ſaturemini, cur enim abominamini cibum meum
quem vobis propoſui, ego ſaturata ſum illo, cur
igitur vos non comeditis de carne filij mei? Gu-
ſtate & videte quàm dulcis ſit caro filij mei, ſcio
enim illam vobis arridere poſſe, nec enim opus
eſt commiſeratione, neque certe magis vos cō-
moueri oportet muliere: quod ſi omnino recu-
ſatis veſci ſacrificio filij mei, cùm ego illud co-
mederim, an non opprobrio hoc vobis erit,
quod fortitudine maiori ego prædita fuerim, quā
vos? Ecce menſam pulchram paraui vobis viris
fortiſſimis, cur igitur non comeditis? An verò nō
conuiuium bonum hoc eſt quod paraui vobis, &
vos voluiſtis omnino vt vobis hoc conuiuium a-
dornarem, & me quidem decebat magis miſeri-
cordia commoueri ſuper filiu meo, quàm vos, &
qui fit igitur quod vos clementiores me eſtis? An
verò vos non eſtis, qui ſpoliaſtis domum meam,
neque mihi & filio meo quicquam reliquiſtis vi-
ctus? & an non vos eſtis qui me coegiſtis parare
conuiuium hoc, propter magnam famem quæ eſt
apud me? cur itaque nunc non comeditis ex illo,
cùm mihi autores huius facti extiteritis? Audien-
tes vero Iehudæi negocium hoc, valde contri-
ſtati ſunt: quin & principes ſeditioſorum humi-
liati ſont propter verbum hoc: ita vt omnes ſere
mortem optarent, eò quod conſternati eſſent
propter facinus hoc horrendum. Multi proinde
ex vulgo, noctu, cum omni ſua ſubſtantia Hiero-
ſolymis exiuerunt in caſtra Romanorum, annun-
ciantes hæc Tito: quæ cùm audiuiſſet Titus, fle-
uit, diſplicuitque illi ſupra modum factum hoc.
Cùm itaque audiuiſſet Titus hæc, extendit ma-
nus ſuas in cœlum ac dixit: Domine Deus Mun- *[Vide Hegeſip. lib. 5. cap. 41.]*
di, Deus domus huius, cui omnia ſecreta cognita
ſunt, qui etiam noſti cor meum quod non vene-
rim contra vrbem hanc in bellum ſed potius pa-
cem illi ſemper obtuli, quam tamen ciues eius nū-
quam non recuſarunt, etiamſi ego ſæpius illos ro-
garem, cúmque mutuò ſeſe conficerent, volūi il-
los eripere, ſed inueni illos tanquam beſtias fero-
ces ſæuientes, ſibi ipſis minime parcentes, malo
hoc couſque progrediente donec mulier come-
derit carnem ſuam neceſſitate duriſſima adacta.
Ego autem audiui, & patres mei narrarunt mihi *[Titus Iudæorum victorias edoctus.]*
omnem potentiam quam olim exercuiſti penes
illos & patres illorum, habitauitque nomen tuū
in medio illorum, eduxiſti enim illos manu forti
& brachio extento ex Ægypto, ex domo ſeruo-
rum, quibus etiam mare diuiſiſti, & traduxiſti il-
los per aridam, hoſtéſque illorum demerſiſti in a-
quis, tuúmque populum per deſertum deduxi-
ſti, illúmque pane cœleſti cibaſti, & coturnices
illis aduolare feciſti, & aquas è petra illis eduxi-
ſti: Demum verò in terram ſanctam hanc, per mi-
racula & portenta magna ac terribilia eduxiſti il-
los: Exiccaſti enim aquas Iardeni, feciſtique illas
ſtare ſicut cumulum, donec tranſirent illi: ſolem
quoque & Lunam remoratus es in curſu illorum
propter populum tuum, donec expugnarent ho-
A ſtes ſuos, nomen etiam tuum inter illos habitare
voluiſti, & vrbem hanc hæreditario iure illis tri-
buiſti, & ex illis quoſdam Prophetas tibi elegiſti,
qui populum tuum arguerent, docerent & in via
recta deducerent, illique indicarent calamitates
superuécturas vt ſibi ab illis cauerent, ſapientes in-
ter illos excitaſti vt ſciret Iſrael quid faciendum
ſibi eſſet, ſacerdotes inſuper ex illis eligens qui
tibi ſeruirent & benedicerent Iſraelem populum
tuum: Quoſdam etiam ex illis pios homines ad te
traxiſti, & curru igneo illos in cœlum euexiſti:
tu caſtra Regis Aſchur percuſſiſti, & in illis 185.
millia virorum interfeciſti. Hæc & quædā alia
B cognoui ex patribus meis, quorum magnam par-
tem retulit mihi Ioſephus ſacerdos ſapientiſſimus,
Nunc autem domine Deus populum hunc quem
impugnaui, in te ſperare dixeram, ſed tu vides il-
los non confidere in ſalute tua, ſed in gladio ſuo,
vides etiam illos efferri contra ſigna tua terribi-
lia, quibus pro me contra illos pugnaſti, id quod
agnoſcere non volunt. Ipſi autem dicunt, nullus
poterit nos humiliare, quoniam Dominus Deus
noſter adiuuabit nos etiam ſi impij ſimus, quo-
niam in gratiam noſtram panem de cœlis pluit &
mare ſcidit, & aquas è petra duriſsima eduxit, So-
liſque curſum remoratus eſt propter nos, Sed *[Caute legendum.]*
C ipſi neſciunt quod ſigna illa feciſti patribus
illorum, propter iuſtitiam illorum, iſtos ve-
rò propter malitiam ſuam percuſsiſti in bell-
is noſtris, vt dares terram illorum in deſola-
tionem, & vrbes illorum deuaſtares propter
multitudinem transgreſsionum, & conſumpſiſti
illos gladio, peſte, & fame, ita vt comederent car-
nem filiorum & filiarum ſuarum, & in omnibus
his non ſunt humiliati coram te, nec cognouerūt
manum tuam ſuper illis fuiſſe, propter maliciam
operum ſuorum. Et ego quidem leniter illos op-
pugno, quod ſi nolueris eos dare in manus meas,
recedam ab hominibus iſtis impiiſsimis, & fugiam,
D ac eripiam animam meam ne & ego in peccatis
illorum peream, cùm ſubuerteris eos, ſicut ſub-
uertiſti Sedem & Amora. Quamobrem ecce ego
feſtinanter egrediar è terra illorum, ne cum il-
lis perdamur, oculi enim noſtri vident Sedom quę
in finibus illorum ſubuerſa eſt. Quin & hoc ob-
durat ſicut ferrum cor illorum, quod dicunt, ſi-
miles erimus patribus noſtris in crudelitate cor- *[Gen.]*
dis, quoniam Abraham pater noſter cùm habe-
ret filium vnicum, abiit ad ſacrificandum illum
Domino, quem quidem ego non propter hoc fa-
ctum reprehendo, neſcio enim miſterium illius,
verùmtamen miror quomodo non miſertus fue-
E rit filij ſui. Audiui etiam de quodam illorum Re- *[Iephtes Iud.]*
ge, qui in die quo egredi batur in bellum, vouit
Deo ſacrificium ſe velle offerre, ſi proſperum
ſucceſſum belli habiturus eſſet, cúmque rediret
è bello, obtulit Deo filiam ſuam vnicam, & præ-
ſtitit votum quod vouerat Deo. Atque hinc no-
ui ſpiritum illorum eſſe pertinacem, & quicquid
præſumpſerint, hoc ita fieri oportere exiſtimant,
ſuntque homines peſſimi, & peccatores maximi.
quare niſi illos velis mihi tradere, ceſſabo à bello,
nolo enim cum illis oppetere, citra iudiciū, Cum
itaque Titus dixiſſet omnia verba hæc, iuſſit af-
ferri arietem ferreum, cumque muro nouo quem
excitauerant ſeditioſi, applicari quò deiicerent

murum concuſſum, atque tunc multi ex principibus ſeditioſorum egreſſi ad Titum, pacem cum illo inieruut: quos inter præcipuos militum ſuorum collocauit.

CAP 26.

ROmani autem portam quãdam Templi clauſam, cuius ianua argento obducta erat, igne ſuccenderunt, & combuſſerunt lignum quod in illa erat, defluente argento in terram, cumque porta aperta eſſet, apparuit via quæ ad Sancta ſanctorum deducebat, quæ cum videret Titus, honore magno affecit, & populo ſuo interdixit, ne illa quiſquam accederet, dicens: ceſſate vobis ab hac domo, donec conſultauerimus, quid faciendum nobis ſit. Proinde & per præconem in omnibus ſuis caſtris in hanc ſententiam proclamari iuſſit, quicunque ad ſanctuarium hoc acceſſerit, interficietur. Conſtituit etiam quoſdam fortiſſimos milites qui templum cuſtodirent, ne prophanaretur à quoquam ſuorum. Reſpondentes autẽ principes & duces Romani, Tito dixerunt: Niſi comburatur domus hæc nunquam ſubiges populum hunc, quoniam propter illam morti ſe deuouent. Titus verò noluit audire conſilium illorum † in hac re, ſed conſtituit ex militibus ſuis & Iehudæis qui pacem ſecum inierant, cuſtodes, quibus præcepit vt cuſtodirent Templum & Sanctum ſanctorum, ne pollueretur donec conſilium de illo cepiſſent. Iehudæi autem ſeditioſi qui reliqui erant Hieroſolymis, videntes Romanos à Templo relictis ibi cuſtodibus receſſiſſe, gladiis diſtrictis accurrerunt, illoſque cuſtodes omnes interfecerunt. Quod vbi cognouiſſet Titus, adduxit omnes ſuos milites contra ſeditioſos, multóſque ex illis trucidauit, reliquis ad montem Zion confugientibus. Craſtina autem die illuceſcente, miſerunt Romani ignem in Sanctum ſanctorum, & acceperunt trabes, illaſque ianuis auro obductis appoſuerunt, & igne ſuccenderunt. Poſtquam ergo aurum incaluit, & ligna ianuarum combuſta ſunt, aperta eſt domus Sancti ſanctorum, in conſpectu omnium, in menſe quinto nona † die eiuſdem, hac eadem die apertum eſt Sanctum ſanctorum in diebus Chaldæorum. Factum eſt ergo cum Romani aperuiſſent portam Sancti ſanctorum, & illud occupaſſent, lætati ſunt Romani, clanxerúntque clãgore magno, conflagrante interea vndique Sancto ſanctorum. Quæ cum videret Titus, accurrit feſtinanter vt extingueret ignem eúmque à Sancto ſanctorum remoueret, ſed nõ potuit, eò quod multi ſubinde illud incenderent. Clamauit ergo Titus ad illos ne facerent hæc, atqui illi nolebant audire illum, quoniam ſicuti inundatio aquarum omnia perrumpit, ita inſano impetu gentes in Templum Domini ferebantur, incendio ſubinde in immenſum conflagrante, fruſtra interim Tito vociferante. Videns itaque Titus ſe non poſſe populum à Sancto ſanctorum repellere, educto gladio increpauit principes populi ſui, reliquos verò qui non erant ex Romanis occidit, qui magis ſolebant deuaſtare Templum, nihilominus tamen illos repellere non potuit. Clamauit autem porro donec guttur eius exiccaretur, & non amplius clamare poſſet. Sacerdotes verò qui erant in Sancto ſanctorum reſiſtebant Romanis fortiter, eõ vſque vt iam nec manum quidẽ vlterius cõtra Romanos eleuare poſſent. Videntes ergo ſacerdotes nullam aliam ſibi reſtare ſalutem, inſilierunt in ignem † cum multis aliis Iehudæis qui ſe in Sancto ſanctorum abdiderant, atque ita omnes combuſti ſunt, dicebant námque: nulla poſt Templum conbuſtum vita reliqua eſt. Titus autem pergebat populum percutere, vt à Templo illos auelleret ne peccarent cõtra Sanctum ſanctorum, ſed nemo audiebat illũ, quoniam multi erant qui Templum deuaſtabãt. Defatigatus ergo Titus, omnibus viribus deſtitutus in terram corruit, cúmque videret ſe nihil clamoribus ſuis proficere, ceſſauit prohibere illos. Combuſta itaque domo Sancti ſanctorum, ſurrexit Titus & ingreſſus eſt Sanctum ſanctorũ, viditque gloriam & magnificentiã eius, & credidit fuiſſe domũ Domini, nondũ enim plane omnia ignis abſumpſerat. Dixitque Titus: nunc cognoui quod hæc non eſt niſi domus Domini, & habitatio Dei cœlorum, neque fruſtra pro illa pugnarunt Iehudæi, neque etiam ſine cauſa Gentes è finibus terræ, ad Templum hoc, aurum & argentum detulerunt quoniam magna eſt gloria Tẽpli huius, longéque ſuperat Templum Romanorum, & omnia Templa Gentium, quæ vidi. Deus autem cœli qui eſt Deus huius domus vltionem ſumat de ſeditioſis, quorum ſcelera hoc malum ſuper eam adduxerunt. Seditioſi porrò qui adhuc erant Hieroſolymis, videntes Sanctum ſanctorũ combuſtum, incenderunt etiam ipſi † reliquas partes Templi, & domus quoque omnes, quæ repletæ erant opibus & omnibus pretioſis rebus, & in quibus commeatum adhuc ſupereſſe ſciebant, ne ſcilicet illis Romani potirentur, dicentes: poſtquam Sanctum ſanctorum combuſtum eſt, quid viuere attinet, aut quid opus eſt ædificiis aliis? Poſt hæc verò extinxerunt Romani incendium, collocarúntque idola ſua & imagines ſuas in Tẽplo, illiſque holocauſta obtulerunt, blaſphemantes & illudentes Iehudæos Legémque illorum, coram idolis ſuis.

Quinam hunc concilio adfuerint, quomodo ſit variarum ſententiæ, & quomodo ex 5. ducibus legionum præcipui certi quid vellet imperator ad eius ſententiam de templo conſeruãdo acceſſerunt, vide Ioſeph. de bello Iud. lib. 7. cap. 9.

† 10. Aug. diem fuiſſe, eũque templo fatalem ſcribit Ioſep. lib. 7. de bello Iud. cap. 9. Hegeſip. lib. 5. ca. 42.

† Id Romanos feciſſe, & porticus ac portas omnes præter vnam Orientalem & alteram meridionalẽ, quas etiam poſtea funditus euerterint, ſcribit Ioſeph. 16.

CAP. 27.

IN tempore illo † ſtetit quidam ex Iehudæis & prophetauit mendacium, dicebat enim ſeditioſis qui adhuc Hieroſolymis erant: fortes eſtote & reſiſtite hoſtibus veſtris, quoniam nunc à ſe ipſo ædificabitur Templum *ſine manibus humanis, vt demonſtret Deus Romanis qui nunc aduerſus Iehudæos à ſe victos gloriantur, virtutem ſuam. Et nunc ergo ſi aduerſus Romanos ſtrenue pugnaueritis, templum hodie à ſe ipſo ædificabitur. Seditioſi igitur bellum excitantes aduerſus Romanos, multos ex illis interfecerunt. Quare Romani ira commoti crudeliter in plebem ſæuierunt, non aliter, quàm oues, illam mactantes cui antehac pepercerant. Hæc verò omnia acciderunt populo, eò quod crederet prophetæ falſo, nec attenderent ſigna quæ Hieroſolymis apparuerant. Nam proximo anno ante aduentum Veſpaſiani viſa eſt ſtella ſuper templum non aliter ſplendens, atque vir qui in manu ſua multos ſtrictos enſes habet. Et in diebus illis eodem tẽpore quo ſtella prædicta apparuit, in diebus ſolemnitatis Pæſſach, tota illa nocte Templum illuminatum

Hieroſolymitani excidij præſagia explicat fuſiſſime Ioſ. de bello Iud. lib. 7. cap. 12. Hegeſip. lib. 5. cap. 44.

minatum fuit, adeóque clarum, ac ſi eſſet meridies. Atque ita contigit per ſeptem dies illius feſtiuitatis. Et ſapientes quidem omnes in Iſrael ſatis ſciebant ſignum hoc eſſe malum, ſed reliquus populus in bonam partem interpretatus eſt. Illo ipſo etiam tempore adduxerunt vitulam pro holocauſto, quæ cum in terram proſterneretur vt eam mactarent, peperit agnum, quod ſimiliter miraculum pro ſe facere dixerunt, ſicut & quod ſequitur in bonam partem interpretati ſunt. Erat enim porta quæ vocabatur Orientalis grauis & maxima valdè, quæ neque aperiebatur nec claudebatur, niſi à viginti viris, cuius cardinum ſtridor à longinquo audiebatur: eam, inquam, inuenerunt citra vllius hominis opera apertam, nec potuerunt illam claudere, donec multi ſimul cōuenirent & coniunctis viribus illam concluderent. Poſt hæc verò viderunt ſuprà templum & Sanctum ſanctorum tota nocte faciem hominis, & admodum terribilem. Apparuerunt etiam in diebus illis currus & equites ignei, & exercitus magnus in firmamento, accedens prope Hieroſolymam & omnem terram Iehuda. In feſto quoque Hebdomadarum audiuerunt ſacerdotes vocem hominis incedentis in Templo magnam & horrendam valdè, & dicentis: agite, abeamus ex Templo hoc & proficiſcamur hinc. Ante omnia verò hæc ſigna, per quadriennium fuit Hieroſolymis vir quidā infimæ ſortis, nomine Iehoſchua *filius Chananeiahu, qui incœpit clamare in feſto tabernaculorum voce magna, dicens: vox ab Oriente, vox ab Occidente, vox à quatuor ventis cœlorum, vox contrà Hyeroſolymas, & vox contrà Templum, vox contra ſponſum, vox contrà ſponſam, & vox contrà totum populum. Quæ cùm ſæpe clamaret, odio illum perſecuti ſunt omnes ciues, dixerúntque illi, vt quid clamas ſemper hunc clamorem? Sed princeps qui erat in vrbe *prohibuit ciuibus ne quicquam illi in poſterùm dicerent, exiſtimabat enim eum eſſe mente captū. Proinde non deſtitit ille clamare vſque ad diem belli, dicens: vt Hieroſolymæ & Sanctuario eius. Cùm autem bellum iā incœpiſſet, lapide magno caput læſus, occubuit. Poſtremò in diebus illis inuenta eſt ſcriptura in lapide exarata à diebus antiquis, quam legerunt Iehudæi, cuius hæc erant verba

† Ieſus, filius Anani: Ioſep.

† Nomen illi fuit Albinus, cætera vide apud Ioſep. & Hegeſip. ibid.

בית אשר ימלא בנין ההיכל· ויהיה מרובע אז יהרס

Latine ſic profertur, Baeth, aſcher iimmale binian halechal, veiiheieb merubba, as iebares hoc eſt; eo tempore quo cūpletum fuerit ædificium Tēpli, fueritq́ue quadratū, tunc deſtruetur. Cùm autē Antonia capta eſſet, & ab exercitu Romano diruta, & muri Tēpli perrupti eſſent, feſtinarant Iehudæi, ac inſtaurarant ruinas ita vt ædificiū fieret quadratū, ipſis Iehudæis nequaquā recordantibus ſcripturam hanc. Præterea inuenta eſt ſcriptura in pariete Sancti ſanctorum quæ ita ſe habebat:

כאשר יהיה הבנין מרובע אז ימלוך מלך על ישראל וימלוך
מלך המולך ומושל בכל ארץ ישראל:

Latinis vocibus ita enunciatur, Kaaſcher iibeieh habiniian merubba, aſiimloch mælæch al Iſrael, veiimloch mælech hammolech vmoſchelbekol ærez Iſrael. Hoc eſt: cùm fuerit ædificium (Tēpli) quadratū, tunc regnabit Rex ſuper Iſrael, & regnabit Rex & dominator ille ſuper omnem terrā Iſrael. Quidam ergo interpretabantur hanc ſcripturam de rege Iſrael, ſacerdotes autem dicebant eum eſſe regem Romanorum.

CAP. 26.

CVm itaque totus exercitus Romanus in Tēplum veniſſet, & Iehudæi ad montē Ziion confugiſſent, ſtatuerunt, Romani idola ſua in Tēplo Domini, illiſque ſacrificia obtulerunt, Iehudæos, Deumque illorū blaſphemantes. In tēpore illo deſcendit ad Romanos puer paruulus de ſacerdotibus, de monte Ziiō, dixitque ad principem Romanū qui Tēplo præfectus erat: da mihi aquas vt bibā. Miſertus ergo ille pueri, iuſſit illi dari aquam: qui arripiens vaſculum in quo cōtinebatur aqua, bibit, & reliquam aquam ſecum ferens, aufugit, & aſcendit ad ſacerdotes eoſque potauit. Quē inſecutus princeps in conſpectu populi ſui, nec tamen voluit illum cōprehendere, placebat *námque ei factū pueri, quare dimiſit illum vt euaderet. Cū autē libarent Romani corā Tito Domino ſuo, quidam ex ſacerdotibus rogarunt Titum ne ſe occideret, quibus reſpondit Titus: quamobrē nunc vitam optatis, & cur non potius mori cum fratribus veſtris qui pro Deo domus huius occumbere ſuſtinuerunt, deſideratis? Deinde præcepit Titus ſuis vt illos occiderent, atque ita quidem perierunt illi. Schimeon verò & Iochanan miſerunt ad Titum legatos, vt pacē ab illo poſtularent, quibus reſpondens Titus, in hanc ſententiam locutus eſt: Nimis tarde rem hāc poſtulatis, & qui fit vt nunc pro vita veſtra me deprecemini, poſtquam ex populo tam copioſo neminem reliquum feceritis, dēptis pauciſſimis, poſtquam etiam crudeliſſimè omnia vaſtaueritis? Nunc verò poſt omnia veſtra hæc flagitia, adhuc pacem poſtulatis, quam nunquam à me, licet multoties rogati, recipere voluiſtis. Miſerebar enim populi veſtri qui fame partim affligebantur, partim verò vrbe eiiciebantur ſepultura priuati. Vos verò obduraſtis ceruicem veſtram, nec pacem vnquam voluiſtis, donec totus populus periret. Proinde Titus multis aliis verbis reprehendebat eos, dicens ad illos: Dicite mihi ò ſeditioſi, impij & peccatores, an non vos occidiſtis populum Domini, & vos combuſſiſtis domum eius igne, & vos adduxiſtis ſuper vrbem hanc omne malum hoc? Quomodo ergo hoc perſuadetis vobis, quod audeatis dicere ad me, viuifica nos? & quare vultis vos viuere ſoli ex omnibus ſapientibus iuſtis, & innocentibus, & piis, & ſanctis quos interfeciſtis ſine vlla miſericordia? Quomodo ego poſſum hoc committere, vt non vltionem de vobis ſumam, qui vidi omnia mala quæ feciſtis mihi? Adhuc vos hodie poſtulatis vitam, perſeuerantes in malitia veſtra, tenentes enſes in manibus veſtris, & cùm ſitis armati, nihilominus deprecamini me vt in vita vos ſeruem! An verò non cepimus vrbem & etiam templum, & Sanctum ſanctorum igne ſuccendimus, & quid eſt quod adhuc ſperatis, & quę adhuc vobis expectatio reſtat? Nunc itaque abiicite gladios, & auferte à vobis arma, & tùm venite ac orate, tuncque ſciam quid faciendum mihi ſit, & fortaſſe ego parcam vobis vt viuatis.

† Miratus eſt miles affectum pueri qui in communi periculo, quid reuerentiæ deberetur ſacerdotibus non inexpreſſum reliquit Hegeſip. lib. 5. ca. 46.

Reſpondentes autem principes ſeditioſorum Iochanan ſcilicet & Schimeon dixerunt Tito: Nos iurauimus per Dominum Deum noſtrum qui eſt Deus cœli & terræ, quod non feremus iugum tuum, neque ſeruiemus tibi, nec pacem inibimus tecum, vt tibi ſubiiciamur. Nunc itaque ſi tibi placuerit miſericordiam nobis exhibere, ſinas nos exire vrbem, & proficiſcemur in Deſertum: quod ſi feceris, dicemus nos inueniſſe gratiam in oculis tuis. Sin minus, ſtabimus hoc eodem in loco, & videbimus quid facturi ſimus, & qua morte mori velimus. quæ cum audiuiſſet Titus, iratus eſt valde, ac dixit: an ſuperbia cordis veſtri, & durities ceruicis veſtræ adhuc vobiſcum eſt? Qui tametſi capti ſitis, adhuc audetis dicere, iurauimus quod non velimus ferre iugum tuum. Quin iuraſtis ad mortem, vitam enim contempliſtis, cum vrbs ſit capta, & domus Sancti ſanctorum combuſta, neque vllum vobis refugium reſtet. Quò ergo deponetis ignominiam veſtram, & quæ tandem eſt ſpes veſtra? In tempore illo præcepit Titus Romanis, vt ſeditioſis, Iochanan ſcilicet & Schimeoni bellum inferrent, eoſque quacunque id tandem ratione poſſens, occiderent. Tempore illo ſurrexit Serah † qui erat ex proſapia Regali, de monte Ziion cum fratribus ſuis, & cum omnibus filijs ſeminis Regij, qui ſecum erant, ijque omnes cum illo ad Titum venerunt, qui illos honorifice excepit, ac humaniter tractauit. Cumque viderent Iochanan & Schimeon, quod Serah cũ reliquis ad Titum abiiſſent, ſéque illi tradidiſſent abierunt etiam ipſi, ac igne ſuccenderunt omnia quæ erant in domo Regia, ne quicquam inde Romani tollere poſſent.

† Hegeſip. legit, Zara: licet non eam transfugiſſe dicat ſed eius filios, lib. 5. ca. 47.

CAP. 29.

Inde verò deſcendentes ad templum inuenerũt ibi principes & duces quos templo præpoſuerat Titus, præſertim tres præcipuos, quorum vnus equitum, ſecundus currum, tertius vero peditum dux erat, quem occiderunt, ſociúmque eius † viuum comprehenderunt. Qui rogauit illos dicens, adducite me nunc ad Schimeonem principem veſtrum, is faciat mecum proos voluerit, atque in hoc inueniam gratiam in oculis veſtris. Illi verò in hoc conſentientes, adduxerunt eum ad Schimeonem, ad quem cum veniſſet iuſſit ille pueris ſuis vt eum interficerent. Cum autem is cui hoc negotium demãdatum erat, differret quò minus eum occideret, delibit de monte & effugit ac venit ad Titum qui illum à ſe repulit, illique iratus eſt eò quod non vſque ad mortem pugnaſſet, ne viuus caperetur. Iratus eſt proinde Titus Iehudæis quod ita indigne ſuos tractaſſent, præcepitq; ſuis vt omnes Iehudæos occiderent, quotquot in plateis vrbis inuenirentur, quibus antea parci voluit edicto promulgato in omnibus ſuis caſtris, atque tunc quidem multi ex Iehudæis ceciderunt, ita vt omnia loca cadaueribus implerentur. Videntes autem milites Edomæi qui cum Schimeone erant, quæ gerebantur, miſerunt ad Titum legatos vt pacem ab illo poſtularent, vt viuerent & non occiderentur. Quæ res cũ Schimeoni innotuiſſet, acceſſit † illos & principes illorum occidit, † & magnates illorum, reliqua plebe Edomæorum ad Titum confugiente, atque tunc præcepit Titus ſuis ne in poſterum contra Iehudæos ſæuirent. In tempore illo fugerunt Iochanan & Schimeon, ac ſe in ſpeluncis quibuſdã abdiderunt. Reliqui autem Iehudæi optimantes qui cum his fuerant, videntes illos fugiſſe, deſcẽdentes de monte venerunt ad Titum, ac coram illo in terram proſtrati, à Tito humaniter excepti ſunt, demptis ſeditioſis qui cum Schimeone & Iochanan erant, qui omnes pugnauerunt donec ſimul interirent. In tempore illo venit ad Titum Iehoſchua ſacerdos, filius Schaſtai ſacerdotis magni adferens ſecum duo cãdelabra aurea quæ fuerant in ſanctuario, & menſas aureas cum reliquis vaſis argenteis & aureis ſimul & veſtibus ſacris quæ erant auro & gemmis ornatę, hęc omnia dedit ille Tito, à quo in principem ſacerdotum, qui reliqui erant ſub Ioſepho ſacerdote, conſtitutus eſt, nam Ioſephum tam ſacerdotibus & Leuitis omnibus quam toti etiam populo Iehudaico prę fecerat Titus. Atque eodem tempore egreſſus eſt è carcere Gorion ſacerdos pater Ioſephi qui bellum hoc deſcripſit, vnà cum vxore ſua & cum liberis ſuis, Bonian ſcilicet qui frater fuit Ioſephi minor natu, qui fuit ſapientiſſimus piiſſimúſque ſacerdos, per quem multa bona Deus Iſraelitis præſtitit: illum namque Titus Hieroſolymis reliquit, neque ſecum abduxit, quemadmodum fecit Ioſepho. Vixit autem pater Ioſephi poſt vrbẽ captam viginti menſibus, & mortuus eſt. In tempore illo captus eſt etiam Pinechas ſacerdos cuſtos Gazophilacij, atque is prodidit Romanis omnes theſauros ſacerdotum veſtéſque illorum, deditque Tito oleum precioſiſſimum, & aromata ac thymiamata, & veſtes purpureas, quas templo donauerant Reges temp. ſecundi. Proinde Pinechas iſte & Iehoſchua cuius meminimus tranſgreſſi ſunt fœdus Domini, & peccauerunt Deo, tradẽtes deſiderabilia eius hoſti populi eius, quod equidem facere non debebant, ſed potius pro gloria Domini oppetere quemadmodum reliqui ſacerdotes fecerant, qui ſeſe deiecerant in incendiũ. In tempore illo capta eſt vrbs Hieroſolyma cum omnibus deſiderabilibus ſuis, aſcenditque Titus montem Ziion, illumque occupauit, & iuſſit muros vrbis Ziion dirui. Factum eſt autem à fine triũ dierum, vt anima Iochanan fame affligeretur: quare ſurgens exiuit ab illo loco in quo latuerat, venitque ad Titum, & coram illo procidens oſculatus eſt pedes eius, dixitque ei, ſerua me domine Rex. Iuſſit autem Titus illum catenis ferreis cõſtringi, vinctúmque illum, & in caſtris Romanorum circumductum, ab omnibus illudi, donec ſeptem diebus elapſis vitam ſuſpendio finiret, atque ita crudelitas hominis dignum exitum ſortita eſt. Deinceps verò egreſſus eſt ex latebris Schimeon ſeditioſus, premente illum fame, qui indutus veſtes regales Romano exercitui procul ſeſe oſtendis, quem cum illi viderent veriti ſunt accedere, quibus ille dixit, vocate mihi principẽ vobis præfectum. Qui vocatus eſt Schimeonem venit, eúmque interrogauit, dicens, annuntia mihi nunc quiſnam tu ſis, quod ſi feceris, ego te minime, interficiam. Reſpondit ergo Schimeon & dixit ad eum, ego ſum Schimeon ſeditioſus ille princeps Iehudęorum, qui magnum vobis in bello negotium feci nunc autem quæſo inueniã gratiam

† Virumque miliſsem fuiſſe non ducem, meminit Ioſep. lib. 7. cap. 14. Hegeſip. lib. 5. cap. 47.

† Ioſephus habet, præſenſit Hegeſ. præuenit.

† Horum nobiliſsimum fuiſſe ait Iacobum Soſa filium conſectos vero in vincula, Ioſeph. lib. 7. cap. 15.

† Ieſum filium Thebuti. Hegeſip. lib. 5. ca. 48.

Gorion Pater Ioſep. hiſtoriographi.

Ioannes Giſchalenum ſtrangulatum quanquã illum vinculis perpetuis ad mortem vſque innodatum ait Hegeſ. lib. 5. cap. 49. Ioſe. de bello Iud. lib. 7. cap. 17.

tiam in oculis tuis, vt deducas me ad Titum dominum tuum, quod ille fecit. Cum itaque Titus videret Schimeonem, iuſſit eum in vincula conjici, & per vniuerſum exercitum deduci, vt ab omnibus illuderetur, demum vero crudeliter necatus eſt, nam primum capite truncatus, poſtea in partes multas diſſectus canibus proiectus infanda morte periit, pœnas impietatis ſuæ ſoluens.

Vide Ioſ. 7. lib. de bello Iud. ca. 20.

CAP 30.

NVmerus autem eorum qui toto hoc bello ex Iehudæis tam indigenis, quam qui aliunde ad feſtum Hieroſolymas venerant, & obſidione comprehenſi, gladio Romanorum, & ſeditioſorum interfecti fuêre, tantus quidem fuit ootus, vt numerata ſint mille millia & centum millia, † præter eos quorum numerus haud fuit cognitus. Hoc enim in numero tantum ij ſunt comprehenſi, qui interfecti & ſepulti ſunt, demptis etiam iis, qui poſt obitum Iocbanan & Sebymeonis cum Eleaſaro filio Aoani ſacerdotis occubuerunt. Qui verò à Tito captiui Romam abducti ſunt, fuerunt 16. millia hominum. Abiit ergo Titus cum Ioſepho Romam, relicto Bonian fratre illius Hieroſolymis, qui princeps ſacerdotum ibi agentium conſtitutus eſt, hoc enim petierat Ioſephus à Tito, quod & ille præſtitit. Seditioſi verò omnes occubuerunt in bello illo, quod pro populo & templo Domini ſuſceperant, quin & ij quos Titus cæpit, ab eo interfecti ſunt morte inhoneſta, licet multos in vita conſeruarit, vt illis illuderet in omnibus vrbibus per quas Romam profecturus tranſibat, nam in ſingulis vrbibus quoſdam iubebat ex illis produci & leonibus proiici, donec omnes conſumerentur.

† Captiuorũ qui toto bello comprahenſi ſunt numerus fuit, 97000. mortuorũ vero per omne tempus obſidionis, 1100000. Ioſep. lib. 7. cap. 17. Hegeſip. lib. 5. cap. 49.

C A P. 31.

IN diebus illis erat populus quidam habitans in montibus Ararat, cui nomen erat Alani, qui vndique in iis montibus concluſus fuerat ab Alexandro Magno Macedonum Rege, timebat nãque ille fortitudinẽ huius populi. Quamuis enim armorum ferreorum illi vſum neſcirent, tamen hic illorum erat mos, vt vir vnus trabem igne parum aduſtam corriperet, ac centum fortiſſimos milites armis bellicis accinctos fugaret. Atque ita vſque ad annum illum fuerunt illi occluſi, in quo magna fames totam terram Alanorum oppreſſit. Quamobrem miſerunt legatos ad populum Hurkanum vicinum ſibi, rogarũtque vt vellent aperire clauſuras montium, quo poſſent inde egredi cum vxoribus & liberis ſuis, victũmque ſibi quærere. Hirkani ergo audita poſtulatione Alanorum aperuerunt illis ingreſſus & egreſſus montium, quare egreſſi illi, hinc inde vagati ſunt, ac terras varias deprædati, tandem verò conuerterunt ſe ad montes terræ Madai, vbi inuenerunt equos, ſicut & in deſerto Madai apud populum Araſ, quos rapientes, iiſque inequitantes terram Madai ingreſſi ſunt. Præfectus autem terræ Madai cùm audiuiſſet populum Alanorum terram ſuam populabundum ingreſſum eſſe, confugit ad montes altiſſimos relicta vxore & liberis, timebat enim ſibi ab Alanis, quorum fortitudinem iam pridem cognitam habebat. Miſit porro ad illos, legatos vt pacem ſecum inirent, & ſe velle illis fruges ac commeatum ſuppeditare, modo terram ſuam non deuaſtarent. Cui reſponderunt illi dicentes, vt ſe enutriret per menſem dierum tantùm, donec matureſcerent fruges terræ ſuæ, quod vbi primum fieret, velle ſe ad illam redire, nec enim ſe deſiderare vel argentum vel aurum eius, vt qui ſeparati eſſent à conſuetudine reliquorum hominum, neque ſe aliud quàm victum quæritare. Quod quidem præfectus illis permiſit, eoſque per menſem nutriuit, fuitque cibus illorum milium coctum cum carne, quæcunque tandem illa eſſet. Numerus autem illorum quos præfectus in terra ſua per menſem nutriuit, fuit ſeptem millia, centum quinquaginta quinque millia hominum centum & quadraginta. Menſe autem peracto, poſtquam Alani cognouerunt fruges terræ ſuæ maturuiſſe, egreſſi ſunt terram Madai, prout iurauerant, ad patriam ſuam profecturi. Quibus cũ populo ſuo obuiam progreſſus eſt Mitridat Rex terræ Ararat, ad nocendum illis. Dicebat enim apud ſe: fortaſſe potero illos à terminis meis repellere, ne eam deuaſtent. Cum itaque patriam ſuam peturi per terram eius proficiſcerentur, bellum eis Mitridat intentauit, ſed milites eius ante Alanos cadebant non ſecus ac Cameli in terram procidunt calcante eos viro aliquo forti. Quidam autem ex adoleſcentibus Alanorum iniecerunt per contemptum, funem collo Mitridat, traxeruntque eum poſt ſe magna cum ignominia. Mitridat verò feſtinans gladium eduxit, funémque inſcidit, fugámque arripuit. Cui illi reſponderunt, dicentes: redi ad tua, nec in poſterum moueas contra nos bellum, non enim terram tuam deuaſtare voluimus neque tuos trucidare, hoc enim ſi vnquam in animo nobis fuiſſet, an non dudum hoc facere poteramus, cùm nihil inter nos & vos intercedat, niſi montes Ararat? Sed & peccare nos exiſtimaremus, ſiquidem cæderemus homines imaginis noſtræ. Vide autem nunc quo pacto Alexander, qui totam terram ſubigere conabatur & potentiam ſuam declarare, nos concluſerit in terra noſtra, timebat enim ſibi à nobis ne ad ſe egrederemur, nos verò irriſimus illum, ab eo tempore quo nos incluſit. Quod ſi voluiſſemus, poteramus illum prohibere quò minus nos includeret, nec pacem cum illo feciſſemus. Sed non reſpeximus ad opera eius, conſuetudo enim noſtra eſt vt in terra noſtra maneamus, nullam enim aliam quę rimus, cum noſtra ſit omnium optima. Bene verò placet nobis quod nos concluſit, ne poſſint beſtiæ magnæ ac malæ quæ ſunt in montibus Ararat, tranſire ad nos. Quòd autem nunc terram noſtram egreſſi ſumus, nulla alia ratione factum eſt quam quòd fame preſſi ſumus, neque diutius ab illa abeſſe decreuimus quam quòuſque fruges terræ noſtræ maturuerint, tùm reuerti ad illam quẽ admodum nunc facimus nobis propoſitum erat. Quod ſi omninò terram occupare voluiſſemus, an non vos plane confeciſſemus, ac vobis dominati fuiſſemus? Sed neque vos neque terra veſtra nobis vnquam placuit, longe enim noſtra à veſtra diſtat conſuetudine. Videte autem Regem Madai, quem, poſtquam per menſem nos nutriuit, nullo malo affecimus, nos enim non ſolemus homines lædere, quemadmodum vos facere conſueuiſtis qui veſtra ſorte minime

† Fides ſit penes Authorẽ.

† Hunc nominat pacborum Hegeſip. lib. 5. cap. 50. Ioſep. de bello Iud. lib. 7. ca. 27.

Tiridates Armeniæ Rex. Ioſ. & Hege.

contenti in aliorum hæreditates inuolatis. Nunc ergo ite & redite ad terram veſtram, quod & nos faciemus & nihil mali vobis inſeremus, quamobrem non opus eſt vt nos timeatis. Abierunt ergo Alani ad terram ſuam, cæſis ex populo Mitridat trecentis milibus virorum, cum ex Alanis ne vnus quidem cecidiſſet. Titus autem audiens hanc rem cupiebat illos adire, ſuámque in illis fortitudinem declarare, ſed hoc minimè præſtare potuit, quoniam milites ſui fortiſſimi, omnes ferè in bello Hieroſolymitano occubuerant, Quamobrem conſtituit Romam redire, poſtquam capta fuiſſet Hieroſolyma, vbi adhuc morabatur à latere Antoniæ. *Tūc audiuit etiam Titus multos Iehudæos ſimul congregatos, cum quibus erat Eleazar filius Anani ſacerdotis, qui tempore belli in caſtellū Mezira confugerat, vnde ad illum multi ex Iehudæis ſe contulerant. Audiens ergo Titus Eleazaro ſe plurimos coniunxiſſe, timuit valde ne poſt abitum ſuum Eleazarus cum ſuis ex caſtello egrederetur, & Hieroſolymam caperet cæſis Romanis, atque ita etiam ipſe in poſterum Romano imperio offendiculo foret. Quapropter miſit contra illum Sylcham principem Romanorum cum graui exercitu, qui Meziram quidem obſedit, obtinere autem non valuit. Miſit itaque quoſdam ad Titum, vt adducerent arietem ferreum, quo poſſet concutere muros. Quod cum fieret, deiecerunt Romani murum concuſſum munitionis Mezira. Iehudæi autem videntes murum ſuum eſſe deiectum, ædificarunt intra munitionem murum maximum ex lignis, quem Romani iniecto igne cōbuſſerunt, Atque ita pugnatum eſt eo die vtrinque, à matutino tempore vſque ad veſperam, qua adueniente Romani à Iehudæis diſceſſerunt, vt qui propter tenebras contra munitionem Eleaſari nihil ſe efficere poſſe arbitrarentur.

† Alanorũ comperta incurſione Titus Antiochiam contendit, &c. Heg. lib. 5. cap. 51.

† Maſſada Ioſep lib. 7. de bello Iud. cap. 28.

† Ioſephus flauius Silam. Heg. verò, Silnam, habet, lib. 5. cap. 52.

CAP. 32.

Eleaſar autem conuocatis omnibus principibus Iehudæorum qui ſecum erant, illos his verbis affatus eſt dicens: accedite ad me ſemē Abraham & regale ſacerdotium, qui hoſtibus Dei iàm olim vſque ad diem hanc præualuiſtis, & conſulite in medium quid nobis ſit faciendum aduerſus multitudinem hanc quæ inſperato nos obruit, & videtis quidem hoc tempore maximè nos decere vt virtutem ac fortitudinem patrum noſtrorum, qua illi olim prędit ſuerunt, imitemur. Cōſiderate deinceps omnibus rebus finem ſuum eſſe, tempus quoque certum eſſe bello, in quo aliquando homines alius perſequi ſolent, aliquando eoſdem fugere, corámque illis humiliari. Neque dedecus eſt humiliari, cum omnibus rebus ſuis certus ſit præfinitus. Verumtamen quicunque fuerit magnanimus, is cor ſuum confirmabit ne timore molleſcat, atque is fortis cenſetur. Vos igitur ſi ea fortitudine eritis præditi, vt mortem minimè formidetis, fortes viros vos meritò appellabo. Videte enim fortitudinem Abraham patris veſtri, & factum eius quod fecit: qui cum haberet filium vnicum quem ſibi Sarah in ſenio ſuo pepererat, in holocauſtum Domino Deo offerre non dubitauit, neque enim ſe illum occidere cogitabat, ſed certò ſibi perſuadebat ſe illum ad vitam & lucem Domini promoturum, ſiquidem pro amore Dei

Rerum omnium certus præfinitus finis.

Gen. 22.

A & quia ille iuſſerat, eum mactaret Perpēdite quid fecerit Ioſchijahu Rex iuſtus, qui contempta vita hac miſera ad æternam fœlicitatem aſpirans, periculum vitæ ſuæ vitare noluit, cum maxime potuiſſet. Nam licet Pareo Necho dixerat illi ſe non veniſſe aduerſus eum, ſed aduerſus Regem Chaldæorum, noluit tamen Ioſchijahu audire illum, ſed potius armatus Pareoni obuiam progreſſus in bello cecidit, & ad lucem magnam quæ eſt ſors iuſtorum in horto Eden, contendit. Scimus autem homini in hoc Mundo mercedem iuſtitiæ ſuæ nō perſolui, ſed illam in Mundō altero repōſitam ſibi eſſe, in quo metet fructum iuſtitiæ ſuæ, quem ſeminauit in hoc ſeculo. Neque verò longa vita B in hoc ſeculo homini prodeſt ad conſequendam æternam fœlicitatem, niſi iuſtitiam operemur, animamque ſuam è tenebris in lucem èducat, ſicuti nulli etiam breuitas vitæ obſtat, quo minus æternum beatus fiat, modò animæ ſuæ non deſit in iis rebus, quæ ad ſeculum futurum pertinent Habel etenim qui à fratre ſuo interſectus eſt, minimè longam vitam vixit, qua abſoluta, quietem æternam conſecutus eſt. Kain autem qui diu vixit in hoc ſeculo, fuit vagus & profugus in hac terra, poſtque hanc vitam in ſempiternam miſeriā concelſit. Nunc itaque fratres mei ſi & nos viuamus diutius, C vita noſtra erit vita miſera, diéſque noſtri, dies vanitatis & laboris: quin & anima noſtra quamdiu hoc in corpore manebit in ſumma verſabitur tribulatione: quod ſi egredietur, lætabitur neque vnquam terrebitur. Et omnibus diebus quibus fuerit in corpore ſuo, non ceſſabit à fletu & gemitu: eſt enim ſpiritus vitæ qui circumſeptus eſt corpore & neruis, oſſibus reliquiſque membris non ſecus atque catenis conſtrictus eſt, ſpiritus autem eſt, qui carnem è puluere terræ deſumptam viuificabit, nec enim caro ſpiritum viuificare poteſt. Spiritus etiam eſt qui carnem obſeruat, eiuſq; opera ſcrutatur, omni tempore quo D fuerit in corpore. Quin & ſpiritum caro videre non poteſt, ſed ſpiritus carnem ſemper videt, neque vllum eſt membrum corporis ab eo abſconditum. Corporis etiam oculi non poſſunt videre quando carnem accedat ſpiritus, & ab eadem rurſus recedat, ſpiritus enim hominis qui eſt anima eius, de cœlis eſt, ſed caro de terra ſumpta. Quare anima abſque corpore ſubſiſtere poteſt, ſed nō item corpus: cúmque ſpiritus ad carnem venerit, viſitat illam tanquam proximus proximum ſuum inuiſere ſolet, eamque viuificat, & cum rurſus ab illa diſcedit, moritur caro. Sique anima voluerit obſequi cupiditatibus carnis, ecce hæc eſt mors E animæ, ſin verò non audiat illam, tunc anima ad lucem vitæ perueniet, caro verò interibit. Quapropter lætatur anima in egreſſu ſuo è corpore, quemadmodum qui vinctus fuit, lætatur vbi è carcere dimiſſus fuerit, quoniam omnibus diebus quibus anima carne concluſa tenetur, non aliter ſe habet quàm ſeruus qui ſub poteſtate Domini difficillimi ſeruitutem duriſſimam agit. Cùm itaque egreditur è corpore, lætatur quod debeat ire ad hortum Eden: qua in re, vt iam dixi, ſeruo cōparatur anima. *Hortus Eden apud Hebræos idem eſt quod apud nos Paradyſus, per quem fœlicitas futuri ſeculi apud Iehudæos denotatur, ſicut Vallis Hinnom. (qui locus erat vicinus vrbi Hieroſolymæ) quam alias Gehennam deprauato vo-*

4. Re. 23.

Longæuitas nil prodeſt ad æternam beatitudinem.

Gen. 4.

Mors animæ.

eo vocabulo appellant, in quam cadauera & reliquæ ſordes proiiciebantur, pœnas damnatorum in ſcripturæ ſignificat, eo quod eſſet locus abominandus & turpiſſimus, quēadmodum contra, hortus quem Deus plantauit, in eoque primum homines collocauit omnium locorum amœniſſimus, omnique voluptate refertiſſimus fuit. Proinde plura alia ſapientiſſimè de animæ immortalitate ac fœlicitate coram illis diſputauit quæ nos hic non deſcripſimus, cúmque omnia hæc dixiſſet, lamentatus eſt & deplorauit voce amariſſima caſum vrbis Hieroſolymæ, dicens:

CAP. 33.

VBi nam eſt vrbs Hieroſolyma magna illa & populoſiſſima? Vbi eſt vrbs Ziion pulcherrima, vrbs ſancta, quæ exhilarauit omnem terram? O decus Iſrael, lætitia cordis noſtri, quonam deuenit gloria tua? Vbi nam eſt magnificentia tua Hieruſalem, vbi ſunt montes filiæ Ziion? Vbi ſunt Reges & principes eius, vbi ſunt Reges qui venire ſolebant ad inquirendum pacem eius in portis eius? Vbi ſunt ſeniores & ſapientes eius, iuuenes & fortiſſimi viri qui lætabantur in plateis eius, in ſabbatis & feſtiuitatibus eius? Vbi ſanctuarium eius celeberrimum, quod fuit habitaculum Dei omnipotentis? Vbi nam domus Sancti ſanctorum, habitatio ſanctitatis, quod nō calcarunt pedes alij niſi pedes ſacerdotis magni qui in omnibus generationibus vna tantùm vice in anno illud ingreſſus eſt? Nunc autem ô Hieruſalem quæ olim plena erat populo & celebrata apud Reges, dilecta Deo, in qua ſtabilitum erat ſolium regni iuſtitiæ & iudicij, cuius plateæ ſtratæ fuerunt marmore precioſiſſimo, cuius parietes ſplendebant ac rutilabant eodem lapide cuius portæ omnes auro & argento tectæ erant, cuius muri lapide magno honorifice constructi fuerant, cuius ſacerdotes in medio Sanctuarij ſicut Angeli Dei & principes ſanctuatis, ſacrificiis & holocauſtis propicium reddebant tibi tuóque populo Dominum: quomodo inquam nunc impleta es occiſis: & cadaueribus hominum, qui partim gladio, partim fame perierunt? & quomodo filij tui qui in te habitant, & peregrini quoque qui ad te venerunt, vt celebrarent feſtiuitates tuas, eeciderunt nunc in te? Quomodo decidiſti de alto ſuperbiæ tuæ, & quomodo vſque ad fundamenta tua ſuccenſa & combuſta es, ac relicta es deſolata & ſolitaria? Quis tam durus eſt oculus vt contemplari te poſſit? quodnam cor ita ferreum eſt quod te videre poſſit? Quomodo facta es ſepultura cadauerum, & quomodo plateæ tuæ viuentibus deſtitutæ ſunt, & quæ viuis antehac impletæ erant, nunc mortuis refertæ ſunt? Quomodo obtexit te puluis incendij, ne Sol te aſpicere poſſit? Quomodo ſeniores qui olim in medio tui, in ſede ſapientiæ & iudicij ac iuſtitiæ ſedebant, nunc cadaueribus filiorum ſuorum aſſident, vt ab illis volucres cœli & beſtias terræ abigant, habentes canos ſuos puluere & cinere, pro gloria ſua, conſperſos? Et quæ ex filiabus tuis mulieres reliquæ factæ ſunt, ſedent in ædibus deſolantium te, non vt viuant ſed vt prophanentur & polluentur: quis videbit hæc omnia in te & eliget vitam, & non potius mortem? Quis intelligens magnificentiam tuam quæ iam pridem apud te fuit, & iam viderit ignominiam tuam & dedecus eius, non eliget mortem? Atque vtinam nos iam antea mortui fuiſſemus, vt non vidiſſemus in te opprobrium tuum: aut quis dabit vt oculis careremus, ne videre cogeremur mala hæc, quæ ſunt in medio tui? Et ecce nos viuimus vitam triſtiſſimam, nam hoſtes noſtri ſuper filios & filias noſtras nobis adhuc viuentibus ſortem proiiciunt, vt eos ſibi in ſeruos & ancillas partientur. Factum eſt autem cum Eleaſar cōſummaſſet lamentationem hanc, locutus eſt ad populum qui ſecum erat verba hæc:

CAP. 34.

NVnc ergo fratres ac amici mei miſeremini vos vxorum liberorumque veſtrorum, & ſenum qui vobiſcum ſunt, ne adducantur in captiuitatem ſine vlla miſericordia, & ne gemere cogantur ſub manibus hoſtium ſuorum. Hoc enim ſi commiſeritis, certo certius amittetis omnes locos qui vobis præparati ſunt in mundo iuſtitiæ, neque vobis erit vlla ſors in luce vitæ. Quin potius illos manu veſtra occidite: quod ſi feceritis, reputabuntur illi tanquam ſacrificia Deo gratiſſima, quod vbi fecerimus, poſtea egrediemur ad hoſtes noſtros, ac pugnabimus contra illos donec fortiter pro gloria Domini occumbamus, neque enim patiemur vt nos catenis & vinculis conſtringant, tanquam ſeruos in manu incircumciſorum. Neque videbimus porro ſeniores noſtros in conſpectu noſtro barbis miſerabiliter protrahi, neque etiam virgines, vxores & filias prophanatas, neque filios noſtros clamantes ad nos, nec poſſimus illos iuuare. Quid enim nobis vita proderit, poſtquam terra noſtra deſolata, & Sanctuarium noſtrum demolitum eſt, & poſtquam Romani vxores & filias noſtras in conſpectu noſtro ſtuprant, & filios noſtros iugo duriſſimo opprimūt? Nunc verò melius eſt nobis vt occidamus omnes vxores & liberos noſtros quorum ſangiuem Deus gratum habebit quemadmodum ſanguinem holocauſtorum, poſtea verò egrediamur ad Romanos & vſque ad internecionem pugnemus, & moriamur pro gloria Domini Dei noſtri. Surrexerunt itaque viri illi & congregatis vxoribus & filiabus ſuis, illas amplexi oſculati ſunt, illiſque dixerunt: an melius vobis videtur vt moriamini in terra veſtra ſancta honorifice, aut vt in captiuitatem abducti magna cū ignominia in terram inimicorum veſtrorum, coram idulis Gentium oppetere cogamini? Quod cum audiuiſſet populus, pernoctauit quidem illa nocte in magno mœrore & triſtitia, flentes fletum maximum: verùmtamen omnes vno ore confeſſi ſunt ſe mortem potius eligere quàm vitam. Mane ergo facto occiderunt complices Eleaſari vxores ſuas & liberos. eorúmque cadauera in ciſternas quæ erant in munitione Mezirah proiecerunt, puluere ea contegentes ac obſtruentes. Poſtea verò egreſſus eſt Eleaſar ſacerdos cū omnibus viris ſuis vrbem bellumue excitauit contra Romanos quorum plurimos interfecerunt Iehudæi, pugnarúntque eo vſque, donec omnes pro Domino Deo fortiter occumberent.

CAP. 35.

REliquit autem Titus Iſraeli reliquias, in vrbe Iaſnab & villis eius, & in vrbe Bitter, & Aoſſa, ac villis eius, quo in loco Rabban Iochanan filius Sakkai, princeps conſtitutus eſt. Bonian verò ſacerdotem fratrem Ioſephi ſacerdotis minorem Titus omnibus Iehudæis, qui erant Hieroſolymis præfecit, in honorem Ioſephi.

Tempore illo occiſus eſt Raſchbag princeps in Iſrael, & Iiſchmael filius Eliſcha ſacerdotis magni. Porro voluit Titus interficere ipſum Raban Gamaliel patrem ipſius Raſcbbag, pro quo intercesſit Rabban Iochanan filius Sakkai, precibuſque ſuis obtinuit, no ille interficeretur. Proinde Rabban Iochanan filius Sakkai, is eſt, qui Hieroſolymas egreſſus eſt, in diebus quibus aſcé- A dit Veſpaſianus pater Titi aduerſus Hieroſolymas, quem magno honore affecit Veſpaſianus. Cúmque rediret Romam, commendauit Rabban Iochanan Tito filio ſuo, præcepítque ei, vt hunc Rabbanum honoraret, cognouerat enim illum eſſe ſapientiſſimum virum. Titus autem biennio regnauit poſt captam vrbem Hieroſolymam, ac mortuus eſt. Fuitque Titus vir eloquentiſſimus, peritiſſimuſque Romanæ & Græcæ linguæ, multoſque libros in vtraque lingua ædidit, fuitque ſtudioſiſſimus iuſtitiæ, & æquitatis. Nam vrbem Hieroſolymam coactus deuaſtauit, omne enim malum, quod ſuper illam venit per malitiam ſeditioſorum, vt iam ante meminimus, accidit. Atque hactenus bella domus ſecundæ.

DIVI ORESIESIS MONACHI ANTIQVISSIMI REGVLÆ DE INSTITVTIS MONASTICIS DIVINO SALE CONDITÆ.

De D. Oreſieſi ex D. Hieronymi ſcriptorum Eccleſiaſticorum Cathalogo.

ORsieſis monachus, amborum, id eſt Pachumy & Theodori collega, vir in ſanctis ſcripturis ad perfectum inſtructus: compoſuit librum diuino conditum ſale, totiuſque monaſticæ diſciplinæ inſtrumentis conſtructum, & vt ſimpliciter dicam, in quo totum penè vetus & nouum teſtamentum compendioſis diſſertionibus, iuxta monachorum duntaxat neceſsitatem, inuenitur expoſitum: quem tamen vice teſtamenti prope diem abitus ſui fratribus obtulit.

Baruch. 3. AVdi Iſrael mandata vitę, auribus percipe, & intellige prudentiam. Quid eſt Iſrael, quoniam in terra inimicorum es? Inueteraſti in terra aliena, commaculatus es cum mortuis, comparatus es cũ his qui in inferno ſunt, & dereliquiſti fontem ſapientiæ. Per viam Dei ſi ambulaſſes, forſitan habitareris in pace. Diſce ergo ait, vbi eſt prudentia tua, vbi eſt fortitudo gloriæ atq; virtutis, vbi eſt intelligentia, vbi eſt lux oculorũ & pax. Quis inuenit locũ eius? & quis ingreſſus eſt ad Theſauros illius? Hæc loquebatur Baruch propter eos qui in terram Babylonis & inimicorũ ſuorum ducti ſunt in captiuitatem, quia noluerunt prophetarũ ſuſcipere mãdata, & obliti ſunt legis Dei, quę data eſt per Moyſen. Idcirco induxit Deus ſuper eos pœnas atq; ſupplicia & captiuitatis ſubdidit iugo erudiens ergo eos vt ſuos, & quaſi pater filios emendãs, nolénſq; perire correctos, ſed ſaluare cupiens per pœnitentiã. Vnde & nos Apoſtolicorũ debemus meminiſſe verborũ, qui ait: Si naturalibus ramis nõ pepercit, nec nobis parcet, & Dei

Rom. 11. pręcepta cõplere negligimus: Hæc omnia in figuris cõtingebãt illis. Scripta ſunt antè ad correptio-

1. Cor. 10. nem noſtrã in quos fines ſeculorũ deuenerint. Et illi quidẽ de vrbe Iudæ trãſlati ſunt ad vrbẽ Chaldeorũ in terris mutantes loca. Nos autem ſi Deus viderit negligentes, in futuro ſeculo amittemus ciuitatem noſtrã, & lætitiã deſerentes, trademur pœnarũ captiuitati, perdemuſque gaudiũ ſempiternũ, quod patres noſtri & fratres labore inſtabili repererũt. Igitur nõ nos vſcat obliuio, nec patiẽtiam Dei exiſtimemus ignorantiã, qui idcirco ſuſtentat & differt, vt ad meliora conuerſi, cruciatibus non tradamur. Quando peccamus, nõ putemus Deũ conſentire noſtris peccatis: quia nõ ſtatim vindicat, ſed illud cogitemus, quod cito exeũtes de ſeculo, ſeparabimur in futuro à patribus & B fratribus noſtris, qui locũ victoriæ poſſidẽt. quẽ & nos habebimus, ſi illorum voluerimus calcare

vestigia, & illud attẽdere, quod Apoſtolus Paulus 1. Cor. 5.

hic quoq; ſanctos à peccatoribus ſeparat, & tradit delinquentes in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat. Beatus homo, qui timet dominũ, & quẽ corripit, vt emendet, & legem ſuam docet eũ, vt ambulet in mãdatis eius omnibus diebus vitæ ſuę, qui nõ murmurat pro peccato ſuo. Itaq; & nos ſcrutemur vias noſtras, & greſſus proprios diiudicemus reuertamurq; ad dominum, & leuemus cum manibus noſtris corda noſtra in excelſum atque in cœlum, vt in die iudicij adiutor noſtri ſit, & non cõfundamur cũ loquimur inimicis noſtris in porta, ſed magis digni ſimus illud audire: Aperite por- C tas, vt ingrediatur populus, qui cuſtodit iuſtitiã &

veritatẽ. Cui veritas cordi eſt, & qui poſſidet pa- Iudith. 13.

cẽ dicere poteſt, quia in te ſperauimus Domine in æternũ. Recordemur Domini & Hieruſalẽ aſcendat ſuper cor noſtrũ ne obliuiſcamur illius hominis de quo ſcriptũ eſt: Benedictus homo qui cõfi-

dit in domino, cuius eſt ſpes in eo, erit quaſi lignũ Hier. 17.

fructiferũ iuxta aquas, & ad humorẽ mittit radices ſuas, nõ timebit, quũ æſtus aduenerit, habebitque frõdẽtes ramos & in tẽpore ſiccitatis virebit, poma ſollicita germinãs. Graue cor in omnibus, &

homo eſt, & quis cognoſcit eũ? ego dominus ſcru- Hier. 20.

D tans corda & renes, vt reddã vnicuiq; ſecundũ vias Pſalm. 7.

ſuas. Meminerimus noſtri, nec contẽnamus delicta quæ fecimus, & ſingula mãdata patris noſtri & eorũ qui nos docuerũt corde ſollicito pertractemus, nõ ſolũ credentes in Chriſto, ſed & pro ipſo patiẽtes & ſciẽtes illud myſteriũ, de quo dicitur:

Spiritus vultus noſtri Chriſtus Dominus, & alibi: Pſal. 118.

lucerna pedibus meis lex tua, & lumen ſemitis Pſal. 18.

mei. Et iterum: Eloquium Domini viuificauit me. Et lex Domini immaculata. conuertens animas. Mandatum Domini lucidum il-

luminans oculos. Et Apoſtolus: Lex, inquit ſan- Rom. 7.

cta,

ſta, & mandatum ſanctum, & iuſtum & bonum A
Pſal. 36. Quæ omnia intelligentes, digni erimus audire cū
Pro. 24. ceciderit iuſtus non allidetur, quia Dominus ſu-
ſtentat manum illius. Et iterum: Septies ca-
det iuſtus, & reſurget. Nunc ergo fratres Deo
1. Pet. 5. agente patienter & nos ad pœnitentiam prouo-
cante de graui ſomno euigilemus, quia aduer-
ſarius noſter diabolus quaſi leo rugiens quærit
quem deuoret, cui acriter reſiſtendum eſt, &
ſciendum ea certamina noſtris eueniſſe maiori-
bus. Non deficiamus laborantes iacientéſque
virtutum ſemina, vt in futuro gaudia metere poſ
ſimus, audiamúſque Paulum docentem: Tu au-
tem qui ſeruaſti doctrinam, eruditionem, ſtu- B
dium, patientiam, perſecutiones. Et ſanctorū
exempla ſectantes, permaneamus in eo quod cœ-
pimus, habentes principem & perfectorem Ie-
ſum. Intelligamus comam capitis noſtri in via
vt ſit vnguentum in barba noſtra, vt ad ora per-
ueniat veſtimenti, vt poſſimus implere vniuer-
ſa quæ ſcripta ſunt. Quapropter ô duces & præ
poſiti monaſteriorum ac domorum quibus cre-
diti ſunt homines, & apud quos inueniuntur tu
quicunque es, vt in commune dicam, quibus
crediti ſunt homines ſinguli cum turmis ſuis ex-
pectant ſaluatoris aduentum, vt conſpectu illius
ornatum armis exercitum præpararant ne refrige C
retis eos in carnalibus, & ſpiritualia non tribua-
tis alimenta, aut rurſum doceatis ſpiritualia, &
in carnalibus affligatis, in eſcis videlicet atque
veſtitu, ſed & ſpiritales & carnales cibos pariter
tribuite, & nullam detis eis occaſionem negligē-
tiæ. Aut quæ eſt iſta iuſtitia, vt fratres labore
affligamus, & ipſi otio vacemus, aut imponamus
Mat. 7. eis iugum quod ipſi ferre non poſſumus. Legi-
Mar. 4. mus in euangelio: qua menſura menſi fueritis, re-
metietur vobis, vnde & laborem & refrigeria cū
Ma. 23. ipſis habeamus communia, nec diſcipulos ſer-
uos putemus, & illorum tribulatio ſit noſtra læ-
titia, ne Euangelicus nos cum phariſeis corripiat. D
Væ vobis legis peritis, qui ligatis onera impor-
tabilia, & imponitis ea ſuper humeros hominum,
& ipſi ne digito quidem audetis attingere. Sunt
aliqui attendentes ſemetipſos vt viuentes iuxta
mandatū Dei ſibi loquuntur & dicunt: Quid mi-
hi eſt cum aliis? Ego verò vt ſeruiam Deo, &
mandata eius impleam, non ad me pertinet quid
alij faciant, hoc Ezechiel corripit dicens: O pa-
ſtores Iſrael, nunquid ſemetipſos paſcunt paſto-
Eze. 34. res? nonne oues paſcunt? Ecce lac comediſtis,
& lanis operimini, quod pingue eſt, immo-
laſtis: & quod infirmum, non confortaſtis: quod
fractum eſt, non ligaſtis: quod errabat, non re- E
duxiſtis: quod perierat, non quæſiſtis: quod for-
te erat, feciſtis labore deficeret: & diſperſiſtis
oues meas eo quod non haberent paſtores. Pro-
pterea ipſe Dominus veniet cum ſenioribus &
principibus ſuis, & complebitur illud in nobis,
exactores veſtri deprædantur vos, & qui repe-
tunt, errare vos faciunt. Quæ magis audire de-
bemus: Beata terra, cuius rex filius, ingenui &
principes tui in tempore comedunt in fortitudi-
ne, & non confundentur. Ideo ô homo vſque
ad vnam animam, quæ tibi credita eſt, monere
non ceſſes, & docere quæ ſancta ſunt, & teipſum

Appendix.

A bonorum operum præbere exemplum, & cauere
quàm maximè, ne alterum ames, & alterum ode-
ris, ſed & cunctis exhibeas æqualitatem, ne for-
te quem tu diligis, Deus oderit, & quem tu o-
deris, Deus diligat. Nulli erranti pro amicitia
conſentias, & alterum premas, & alterum ſub-
leues, & pereat labor tuus. Sedentes in locis
humilioribus in quibus pater noſter præcepit
penitus non ſedendum, caueant propoſiti do-
morum ne forſitan quilibet vnus ex fratribus
iniuriam propoſito fecerit, & iratus ille diſcer-
nat ac dicat: quid cauſæ habeo ad hominem cō-
temptorem? faciat quod vult, nec eum moneo,
B nec errantem corrigo, ſiue ſaluetur, ſiue pereat
ad me non pertinet. O homo quid hæc loqueris?
Intellige quo furore ſupereris, & odium occu-
pauerit cor tuum, vt magis tuo vitio quàm ſuo
peccato frater pereat, cui debes ignoſcere, & eū
ſuſcipere pœnitentem, vt poſſis illud Euange-
licum dicere: dimitte nobis debita noſtra, ſicut
& nos dimittimus debitoribus noſtris. Si ergo Luc. 11.
vis vt tibi Deus peccata tua dimittat, & tu di-
mitte fratri tuo quicquid illud eſt quod in te pec
cauit, memor illius præcepti, ne oderis fratrem
tuum in corde tuo. Et Salomonis monentis: Su- Leuit. 19.
ſcita ciuem tuum pro quo ſpopondiſti. Et ite- Prou. 6.
C rum: Ne ceſſes erudire paruulum, ſi enim virga Pro. 23.
percuſſeris eum, non morietur. Moyſen quoque
auſculta dicentem, Corripiendo corripies proxi-
mum tuum, ne habeas peccatum pro eo. Ne ve-
niat rurſum illud Salomonis, qui non prædicit fi-
lio vt ſe cuſtodiat à perditione, velociter diſſol-
ueretur. Omnes quibus fratrum cura commiſſa
eſt, pareant ſe aduentui ſaluatoris, & formidoloſo
tribunali eius. Si enim pro ſe ipſo reddere ratio-
nem plenum eſt diſcriminis ac timoris, & quan-
to magis pro alterius culpa ſubire cruciatum, &
incidere in manus Dei viuentis? Nec poſſumus
obtendere ignorantiam, quum ſcriptum ſit: Om-
D ne factum Deus adducet in iudicio in omnibus
quæ neglecta ſunt, ſiue bonum, ſiue malum. Et
in Apoſtolo legimus: Omnes nos oportet mani- 2. Cor. 5.
feſtari ante tribunal Chriſti, vt vnuſquiſque re-
cipiat pro eo quod operatus eſt ſiue bonum ſiue Eſa. 13.
malum. Eſaias quoque diem conſtitutam ſigni-
ficat, in qua iudicaturus ſit Deus orbem terræ
in iuſtitia, dicens: Ecce dies Domini inſanabilis
venit furoris & iræ, vt ponat orbem terræ in de-
ſerto, & perdat peccatores de eo. Scimus quia
omnia quæ in lege ſcripta ſunt, & prophetarum
vaticinio prædixerunt, ſanctus quoque pater no-
ſter erudiuit nos eſſe retinendos, & redituros ra-
E tionem de ſingulis quare non fecerimus ea, aut
negligentiùs fecerimus. Loquitur enim cui tra-
ditum eſt à patre omne iudicium, & veritas eru-
dit veritatem. Ne putetis quia ego accuſo vos
ad patrem. Eſt qui vos accuſet Moyſes, in quo
vos ſperatis. Si enim crederetis Moyſi, credere-
tis & mihi. De me enim ille ſcripſit. Et quibus
omnibus diſcimus, quod oporteat nos ſtare ante
tribunal Chriſti, & de ſingulis non ſolum ope-
ribus, ſed & cogitationibus iudicari, & poſt ra-
tionem vitæ noſtræ etiam pro aliis qui nobis
crediti ſint, reddituros eſſe ſimiliter rationem.
Et hoc non ſolùm de præpoſitis eſt domorum

L ij

audiendum, ſed & de monaſteriorum principi-
bus, & de ſingulis ſratribus qui reputantur in
plebem, quod omnes inuicem debent ſua onera
portare, vt adimpleant legem Chriſti, & audiant
Apoſt. ſcribentē ad Timo. O Timothee depoſitū
1. Tim. 6. cuſtodi deuitans prophanas vocum nouitates, &
profeſſionem ſalſi nominis ſcientiæ. Et nos ha-
bemus depoſitum à Deo traditum conuerſationē
ſratrum, pro quibus laborantes & expectamus
futura præmia, ne ſorſitan dicatur & nobis, di-
Exod. 5. mitte populum iſtum vt abeat, & traditiones
patris noſtri deſerentibus ingeratur, qui habent
legem non nouerunt me, paſtores impiè egerunt
in me. Vnde alios corripit dicens: Ego dedi
hæreditatem meam in manu tua, tu autem non
dediſti vllam miſericordiam, ſenes aggrauaſti
iugo. Quod & vos non ſolum audire verumetiam
intelligere neceſſe eſt: Qui enim ignorat igno-
rabitur. Et in alio loco ſcriptum eſt: Quia tu ſciē-
Oſee. 4. tiam meam repuliſti, & ego repellam te ne ſa-
cerdotio fungaris mihi. Itaque ſratres chariſſimi,
qui cœnobiorum vitam & præcepta ſectamini,
ſtate in arrepto ſemel propoſito, & implete o-
pus Dei, vt pater qui primus inſtituit cœnobia
gaudens pro nobis loquatur ad Dominum, ſicut
tradidi eis, ſic viuunt. Quod idem & Apoſto-
lus adhuc in corpore conſtitutus loquebatur:
Laudo autem vos, quod in omnibus meminiſtis
mei & ſicut tradidi vobis traditiones meas cu-
ſtodiſtis. Et vos ergo monaſteriorum princi-
pes eſtote ſolliciti, & adhibete omnem curam
pro ſratribus cum iuſtitia & timore Dei, nec a-
butamini poteſtate in ſuperbia, ſed exemplum
præbete vos cunctis, & ſubdito gregi ſicut &
Dominus noſter in omnibus ſe exemplum præ-
buit, qui poſuit quaſi oues familias, vt miſerea-
mini gregi vobis credito, & memineritis Apo-
ſtolicæ ſententiæ, in qua ait: Nihil ſubtraxi, vt
non annunciarem vobis voluntatem Dei. Et ite-
rum: Non ceſſaui deprecando vnumquemque
veſtrum, & docendo vos publice. Videte quan-
Act. 20. ta viſcera & quanta miſericordia fuerit in ho-
mine Dei, qui non ſolum ſollicitus eſt pro om-
nibus Eccleſiis, ſed languet cum languentibus,
& omnium ſuſtinet paſſiones. Caueamus ne per
noſtram negligentiam aliquis ſcandalizetur, &
corruat, & obliuiſcamur verborum Domini ſal-
uatoris, qui in Euangelio loquitur: Pater quos
dediſti mihi, non perdidi ex eis aliquem. Nul-
Ioan. 17. lam animam contemnamus, ne quiſquam per
noſtram duritiem pereat. Si enim aliquis pro-
pter nos mortuus fuerit, anima noſtra pro illius
anima tenebitur in reatu. Quod quidem &
pater noſter indeſinenter nobis ſolebat inculca-
re, & monebat, ne illud loquium impleretur
in nobis: Singuli opprimunt proximum ſuum.
Et iterum: Si inuicem mordetis & deuoratis, vi-
Gala. 5. dete ne ab inuicem conſumamini. Ex quo ap-
paret, quod qui alterius ſeruat animam, cuſtos
animæ ſuæ ſit. Sed & vos qui ſecundi eſtis mo-
naſteriis, primos vos exhibete virtutibus, ne quis
vitio veſtro pereat. Ne incurratis in illud oppro-
brium in quod incurrit ille, qui comedit & bi-
bit cum ebriis, & non dedit in tempore ſuo con-
ſeruis cibaria. Et veniet Dominus in die qua non

A ſperat, & in hora qua neſcit, diuidat eum, & po-
nat partem eius cum hypocritis, vbi fletus &
ſtridor eſt dentium. Ne quos apprehendat è
vobis ſimilis condemnatio, ſed quum tempora
venerint refrigerij mereamur audire: Euge bo-
ne ſerue & fidelis, quia ſuper modicum fuiſti
fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gau-
dium Domini tui. Vos quoque præpoſiti do- Luc. 19.
morum ſingularum parati eſtote ad reſponden-
dum omnibus, qui à vobis exigunt rationem ſu-
per ea fide, quæ in vobis eſt. Monete eos qui
inordinati ſunt, conſolamini puſillanimes, ſuſti-
nete infirmos, patienter agite ad omnes, & audi-
te Apoſtolum monentem: Et vos patres nolite Ephe. 6.
B ad iracundiam prouocare filios veſtros, ſed
enutrite illos in diſciplina, & admonitione
Domini, & ſcitote quia cui plus datum eſt, plus
quæritur ab eo, & cui plus creditum eſt, amplius
exigetur. Nec tantum ea conſideretis quæ vobis Coloſſ. 3.
proſint, ſed & illa, quæ proximis, & impleatur
in vobis ſcriptura dicens: Quia vos ſequimini
vnuſquiſque vtilitatem domus ſuæ, idcirco con-
tinebit cœlum rorem ſuum, & terra non dabit
fruges ſuas, quoniam ingrauaſtis contra me ſer-
mones veſtros. Dicitur & alibi: Quia non feci-
ſtis vni de minimis meis, nec mihi feciſtis. Mat. 25.
C Sæpius dicam, & eadem repetam: Cauete
ne alios diligatis, alios oderitis, ne hunc ſu-
ſtentetis, & illum negligatis, & caſſus inue-
niatur labor veſter, & omnis ſudor pereat, &
quando exieritis de corpore, & de Mundi hu-
ius turbidine liberati, portum vos putaueritis
quietis intrare, tunc inuenietis iniuſtitiæ nau-
fragia, & in qua menſura menſi eſtis, remetie-
tur vobis ab eo, qui perſonas in iudicio non ac-
cipit. Si quid mortale aut aliquid turpitudinis
ob negligentiam propoſitorum in domibus cō-
miſſum fuerit, poſt illorum propria ſupplicia
præpoſitus quoque reus tenebitur criminis.
D Quod ſemper nobis ſanctæ memoriæ pater no-
ſter ſolebat ingerere. Quamobrem cum omni
cautione & ſollicitudine ſinguli commiſſum ſi-
bi gregem cuſtodiant, & imitentur paſtores de
Euangelio, ad quos non dormientes, ſed vigi-
lantes venit Angelus Dei, & ſaluatoris eis an-
nunciauit aduentum, qui & ipſe loquitur: Pa- Luc. 2.
ſtor bonus animam ſuam ponit pro ouibus ſuis,
qui autem mercenarius eſt, & non eſt paſtor, Ioan. 10.
cuius non ſunt oues, videt lupum venientem, &
relinquit gregem & fugit, & lupus rapit eum
atque deuaſtat quia mercenarius eſt, & non ad
eum pertinet de ouibus. De bonis autem pa-
E ſtoribus Lucæ ſcribit hiſtoria. Erant autem Ca. 2.
paſtores obſeruantes & cuſtodientes vigilias
noctis ſuper gregem ſuum, & Angelus Domi-
ni venit ad eos, & gloria Dei circumfulſit eos,
& timuerunt timore magno, dixitque eis Ange-
lus: Nolite timere, ecce enim Euangelizo vo-
bis gaudiū magnū, quod erit omni populo: quia eſt
vobis hodie natus ſaluator, qui eſt Chriſtus Dñs
in ciuitate Dauid. Et huius rei ſignum erit vobis:
Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſi-
tum in præſepi. Num illi ſoli eo tempore paſce-
bant oues, & per deſerta ſequebantur gregem?
Sed quia ſoli erant ſolliciti & naturalem noctium
ſom-

ſomnum inſidiantium luporum timor ſupera-
bat, idcirco primi audire meruerunt, quod in
vicino ſit, at Hieroſolyma dormiens ignorabat,
Pſ. 120. vnde & Dauid dicit: Ecce nõ dormiet, qui cuſto-
dit Iſrael. Itaq; vos cũ tremore & timore vigila-
tes, operantes veſtram ſalutem, & ſcientes, quod
vniuerſitatis Dominus per quem omnis caro re-
ceptura eſt quicquid operata eſt, poſt reſurrectio-
nem ſolis apoſtolis apparuit, & dixit Apoſtolo-
rum principi petro: Simon Ioannis diligis me plus
Ioan. 21. his? Reſpondit ei. Domine tu ſcis quia diligo te.
Dicit ei Ieſus: Paſce agnos meos, dicit ei rurſum
ſecundo: Simon Ioannis diligis me? Reſpondit ei:
etiam domine, tu ſcis quia diligam te, dicit ei: Paſ-
ce oues meas. Tertio præcepit, vt paſceret oues.
Et in illo omnibus nobis hoc iniunxit officium,
vt diligenter paſcamus oues Domini, & in die vi-
ſitationis eius pro labore ac cuſtodia recipiamus
Ioan. 12. quæ nobis in Euangelio promiſit, dicens: Pater
volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum. Et iterum
Vbi ego ſum, ibi & miniſter meus erit. Reſpicia-
mus ad promiſſa & ad præmia creduli: facilius om-
nem perferamus laborem ambulantes ſicut ambu-
lauit ipſe Dominus, qui promiſſor eſt præmio-
rum. Vos quoque qui ſecundi eſtis ſingularum
domorum, humilitatem ſectamini, & modeſtiam,
& ſingula præcepta maiorum, vitæ communis
normam putate, vt in illis conſeruandis veſtras
ſeruetis animas, & ſimiles ei ſitis qui ait: Anima
mea in manibus meis ſemper, filius glorificet pa-
trem, & lætamini in fructibus veſtris, quia abſq;
operibus & fructibus nullus Domini ſocietate
lætabitur, vt cum habueritis fructum in Domino,
Luc. 12. ipſo hærede & cohærede potiamini. Sed & vos
omnes fratres, qui ſubiecti eſtis per ordinem li-
beræ ſeruituti, habetote accinctos lumbos veſtros
& ardentes lucernas in manibus, ſimiles ſeruorũ
qui expectant Dominum ſuum quando reuerta-
tur de nuptiis, vt quum venerit & pulſauerit, ſta-
tim aperiant ei, Beati ſerui, quos veniens Domi-
nus inuenerit vigilantes. Sic & vobis fiet, ſi lon-
gus labor laſſitudinẽ non operetur in vobis. Vo-
cabimini ad cœleſte conuiuium, & angeli mini-
ſtrabunt vobis. Hæc ſunt repromiſſiones cuſto-
dientium mandata Dei, & iſta præmia futurorum.
Gaudete in Domino, rurſum dico, gaudete ſub-
iecti patribus cum omni obedientia: ſine mur-
muratione, & cogitationibus variis ſimplicitatem
animæ ad bona opera præferentes, vt pleni virtu-
tibus & timore Dei digni efficiamini adoptione
Eph. 6. Dei. Arripite ſcutum fidei, in quo poſſitis omnes
ſagittas diaboli ardentes reſtinguere, & gladium
Mat. 10. ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Eſtote prudentes
vt ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Audite
Col. 3. Paulum loquentem: Filij, obedite parentibus, &
poſſidete ſalutem animarum veſtrarum, per eos,
qui vobis præpoſiti ſunt. Et in alio quoque loco
ſcriptum eſt: Acquieſcite principibus veſtris, &
ſubiicimini, quia ipſi vigilat pro animabus veſtris
rationem reddentes pro vobis. Et ſemper illud ti-
1. Cor 3. mete, quod idem Apoſtolus loquitur: Templum
Eph. 4. Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis
autem templum Dei violauerit, diſperdet illum
Deus. Et iterum: Nolite contriſtari ſpiritum ſan-
ctum Dei, in quo ſignati eſtis in diem redemptio-
Appendix.

A nis iuſti iudicij. Seruate pudicitiam corporis ve- Can. 6.
ſtri, vt ſitis hortus concluſus, fons ſignatus: qui
enim natus eſt ex Deo non peccat, quoniam ſe-
men illius in eo permanet. Idem Ioannes loqui-
tur: Scribo vobis iuuenes quoniam fortes eſtis 1 Ioan. 2.
& ſermo Dei in vobis permanet, & viciſtis ma-
lignum. Cum & vos viceritis inimicum, Deo vo-
bis præbente auxilium, tunc & ipſe dicet: Eruam
eos de inferno, & redimam eos de morte, vbi eſt Oſee. 13.
mors contentio tua, vbi eſt mors ſtimulus tuus?
Si verò mortem deuorauerimus, ſuperabimus eã,
& dicetur nobis: Mors eis nequaquam domina-
bitur quoniam mors qua peccato mortui ſemel Rom. 6.
ſumus, in nobis mortua eſt, & vita qua in Chriſto
B viuimus, ſemper viuemus: qui enim in carne mo-
ritur, iuſtificabitur à peccato. Nequaquam vltra
viuamus in deſideriis hominum, ſed reliquam vi-
tam in voluntate Dei expleamus. Qui timetis do-
minum armate vos caſtitate, vt audire mereami-
ni, vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Et
ſcitote quod perfectis perfecta tribuantur, & in-
anibus reddantur inania iuxta ſermonem euange-
licum: Qui habet, dabitur ei & abundabit, qui au- Mar. 4.
tem non habet, & quod videbatur habere, au-
feretur ab eo. Imitemur virgines ſapientes, quæ
cũ ſponſo thalamum intrare meruerunt, quæ ha-
bebant in vaſis ſuis & lampadibus oleum bono-
C rum operum. Porro ſtultæ virgines clauſam tha-
lami ianuam repererunt, ante nuptias parare ſi- Mat. 25.
bi oleum voluerunt. Hæc in figura contingebant
illis. Scripta ſunt enim ad correptionem noſtram
vt euitemus vetera, & ſeruemus præcepta Sapiẽ-
tis, qui ait: Fili mi, ſi ſapiens fuerit cor tuum, læti- Rom. 15.
ficabis cor meum, & commorabuntur labia mea Prou. 23.
ſermones tuos, ſi tamen recti fuerint. Et iterum:
Non æmuletur cor tuum peccatores, ſed in ti- Pro. 23.
more Dei eſto tota die, & Dei cultum obſerua
iugiter. Vigilemus attentius, & ſciamus quod
magnam nobis Deus præſtiterit gratiam per pa-
D trem noſtrum Pacomium, vt renunciaremus ſe-
culo, & omnem ſollicitudinem Mundi, vt cu-
ras rerum ſecularium pro nihilo poneremus;
Quæ nobis occaſio relicta eſt, vt habeamus quid
quam proprium à funiculo vſque ad corrigiam
calciamenti, cum habemus præpoſitos, qui pro
nobis cum timore & tremore ſolliciti ſunt tam
in cibo quàm in veſtitu, & corpuſculi languore,
ſi forte obuenerit, vt in nullo timeamus, & per oc-
caſionem carnis animæ emolumenta perdamus?
Liberi ſumus, iugum de ceruicibus noſtris mun-
danę ſeruitutis abiecimus, cur rurſum volumus
reuerti ad vomitum noſtrum, & aliquid habe-
E re vnde ſolliciti ſimus, & perdere metuamus?
Ad quos vſus ſuperfluum palliolum, aut epu-
læ lautiores, aut melior lectus, cum omnia in
commune ſint præparata, & cruce Chriſti ni-
hil durius? quia iuxta quam viuentes patres no-
ſtri ædificauerunt nos ſuper fundamentum A-
poſtolorum & prophetarum, & euangeliorum
diſciplinam quæ angulari continetur lapide, Do-
mino Ieſu Chriſto, quem ſequentes de morti-
fera altitudine ad vitalem deſcendimus humi-
litatem, diuitias paupertate mutantes, & delitias
ſimplici cibo. Nolite, obſecro vos, obliuiſci ſe-
mel arrepti propoſiti, & traditiones patris noſtri,

ſcalas putemus ad cœlorum regna tendentes, ne
deſideretis quæ ante calcaſtis, ſufficit nobis habe-
re quod homini ſatis eſt, duo leuitonaria & alliũ
attritum, & palliolum lineum, duos cucullos, zo-
nam lineam, gallicam pellem, & virgam cui mini
ſterium aliquod & diſpenſatio eſt credita mona-
ſterij. Et ſi ex ea lucrum faciat, ſcelus putetur, &
ſacrilegium quidquam ex ea cõtingere, & in pro-
priam vertere requiem, quaſi deſpiciens eos, qui
non habent, & fœlici paupertate ſunt diuites, vt
non ſolum ipſe perierit, ſed & cæteros prouocet
ad pereundum. Et illi quidem qui incuruauerunt
ceruicem ſuam, & cum omni humilitate & affli-
ctione lugentes atque plangentes in præſentiarũ
placuerunt Deo, cum de corpuſculo iſto exierint,
ducentur & accumbent cum ſanctis patribus A-
braham, Iſaac, & Iacob, prophetis & apoſtolis, &
conſolatione digna fruentur, ſicut & Lazarus in
Luc. 16. ſinu Abraham. Qui autem vixerunt in cœnobio,
& de communi in ſuos aliquid aduerterunt, vſus
ue eis, cum de corpore exierint, dicetur illis. Me-
mentote quia recepiſtis bona in vita veſtra, fra-
tribus laborantibus, & ieiuniis, & continentia, &
inceſſabili labore ſudantibus. Idcirco videte eos
in gaudio atque lætitia, qui reliquerunt pręſen-
tem vitam, vt futuram conſequerentur, vos au-
tem in ſqualore & tormentis ac miſeria conſtitu-
tos, quia noluiſtis euãgelicum audire ſermonem,
Eſaie. 65. & Eſaiæ contempſiſtis verba, dicentis: Ecce qui
ſeruiunt mihi comedent, vos autem eſurietis. Ec-
ce qui ſeruiunt mihi bibent, vos verò ſitietis. Ec-
ce qui ſeruiunt mihi exultabunt, vos autem cla-
mabitis propter dolorem cordis veſtri, & ob con-
tritionem ſpiritus eiulabitis. Audiſtis omnes bea-
titudines ſcripturarum, & noluiſtis ſuſcipere di-
ſciplinam. Ideo fratres æquales ſimus, à minimo
vſque ad maximum, tam diues quam pauper, cõ-
cordia & humilitate perfecti, vt de nobis quoque
2. Cor. 8. poſſet dici: Qui multum non abundauit, & qui
parum non indiguit. Ne quis ſuis prouideat deli-
tiis, cauens fratrẽ in paupertate & anguſtia conſti-
tutum, & dicatur ei illud propheticum: Nonne
Mal. 2. Deus vnus creauit vos? Nonne pater vnus om-
nium veſtrum? Quare dereliquiſtis vnuſquiſque
fratrem ſuum, vt abominabile facerent teſtamen-
tum patrum veſtrorum, derelictus eſt Iuda, ſed
abominatio ſacta eſt in Iſrael. Quapropter iuxta
illud quod Dominus atque ſaluator præcepit A-
Ioan. 13. poſtolis dicens: Mandatum nouum do vobis, vt
diligatis inuicem, ſicut, & ego dilexi vos, & in hoc
ſciemini, quod vere diſcipuli mei eſtis, nos inui-
cẽ amare debemus, & oſtendere, quod vere ſimus,
famuli dñi Ieſu Chriſti, & filij Pacomij, & diſcipu
li cœnobiorũ. Si præpoſitus domus aliquẽ corri-
puerit ex fratribus, qui ſubiecti ſunt, erudiẽs eum
in timore Dei, & cupiens ab errore corrigere, &
alius voluerit pro eo loqui, & eum defendere, ſub-
uertens cor illius qui hoc facit, peccat in ſuam a-
nimam, qui ſubuertit eum qui corrigi poterat, &
conſurgente deiecit in terram atque ad meliora
tendentem mala perſuaſione decepit, errans
ipſe & alios errare faciens. Huic illud aptabitur
Aba. 2. congruenter: Væ qui potum dat proximo ſuo ſub
uerſionem turbidam & inebrians eum, væ qui
errare facit cæcum in via. Qui ſcandalizat quem-
Mat. 18. piam de his qui credunt Deo, expedit ei, vt ap-
A pendatur ei mola aſinaria ſuper collum eius, &
præcipitetur in mare, quia ſubuertit, vt diximus,
ſubleuantem ſe, & obedientem tranſtulit ad ſu-
perbiam, & eum qui in dulcedine charitatis pote-
rat ambulare, conuertit in amaritudinem, & ſub-
iectum legibus monaſterij, malis conſiliis depra-
uauit, fecitque odiſſe eum, & contriſtari contra
illum, qui eum docebat Domini diſciplinam, li-
tes ſerens inter fratres atque diſcordias, & non ti-
mens illud quod ſcriptum eſt: Tu quis es, qui iu-
dicas alienum ſeruum? Suo Domino ſtat aut ca-
dit, ſtabit autem, potens eſt autem Dominus rur-
ſum ſtatuere illum. Conſidera quid dixerit, po- *Rom. 14.*
B tens eſt autem Dominus ſtatuere illum. Non ille
potens eſt, qui verba Domini pręterit. Vnde fra-
tres magnopere deuitemus alicuius mentem ſub-
uertere contra doctorem & monitorem ſuum. Et
meminerimus ſcripturæ dicentis: Libera cor tuũ
à malitia, vt ſalueris, nec pro obedientia ſuper-
biam & contumaciam in cordibus noſtris inuicẽ
ſeminemus: qui enim timet dominum ſuum vide-
rit fratrem ſuum errare & labi, magis debet mon-
ſtrare quæ recta ſunt, & rectum iter oſtendere, vt
omni caſtitate & tremore Dei incedens, illam Sa-
lomonis exequatur ſententiam. Libera eos qui
ducuntur ad mortem, & redimere de interfectio-
C ne non ceſſes, nec dicas, neſcio hunc. Scito quo- *Pro. 24.*
niam Deus corda omnium nouit, & Iudas in epi-
ſtola loquitur ſua: Et hos quidem de igne rapien-
tes, & odio habentes carnis coinmaculatam tuni- *Iud. 1.*
cam. Caueamus huiuſcemodi veſtimentum, & in-
duamus potius armaturam Dei, vt poſſimus reſi-
ſtere contra inſidias diaboli. Non eſt enim nobis
colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed
aduerſus poteſtates & principatus, aduerſus re- *Eph. 6.*
ctores tenebrarum harum, aduerſus ſpiritalia ne-
quitiæ in cœleſtibus. Hoc quoque maximè pro-
uidendum eſt, ne quis in alteram domum & in al-
terius cellulam commendet aliquid & contra
D monaſterij diſciplinam. Qui talis eſt, non eſt in
numero fratrum, ſed mercenarius & aduena. Nec
Paſcha Domini inter ſanctos debet comedere,
quia factus eſt lapis ſcandali in monaſterio, & de
illo poſſet dici: lapides de via mea proiicite: ſi e-
nim leuitonaria noſtra quando lauamus & ſicca
non fuerint, vſque ad veſperam non habemus po-
teſtatem apud nos tenere, damuſque præpoſito
cui crediti ſumus, vel ei cui creditum eſt cellariũ,
vt deferat ad eum locum vbi veſtimenta pariter
omnium reſeruãtur, & mane nobis dantur, vt ex-
pendamus illa ad ſolem, & cum ſicca fuerint, non
apud nos tenemus, ſed damus in commune ſer-
E uandum, iuxta præcepta maiorum, quanto magis
ea quæ proprie viſus es poſſidere, ſi alteri com-
mendaueris, aut in tua volueris eſſe poteſtate, pec
cas in monaſterij diſciplinam, & non intelligis
Paulum tibi loquentẽ: vos autem in libertatẽ vo-
cati eſtis, tantũ ne libertate in occaſione carnis a-
butamini, ſed charitate ſeruite inuicẽ. Et iterum:
Dominus iuxta eſt, nolite eſſe ſolliciti, ſed eſtote
in oratione intenti & deprecationibus. Sciat quo-
que ille qui ab alio ſuſceperit commendatum, vt
rem ſe arbitratur facere piam, vt fratrem refrige-
ret, quod peccet contra animam ſuam, ſubuertẽs
regulas monaſterij. O ſtulte anima tua commiſſa
eſt præpoſito tuo, & qui animam tuam corpuſ-
que

que cuſtodit indignus habebitur, vt peritura cõ-
ſeruet. Amemus vt iuſtificemur iuſtitiam, legi-
mus enim, miſericordia occurrit his qui faciunt
veritatem. Hoc quoque obſeruandum eſt, ne
quis ſtulta cogitatione deceptus, imò diaboli la-
queis irretitus, dicat in corde ſuo: Quando mo-
rior, tunc dono fratribus quod habuero. O ſtul-
tiſſime hominum, vbi hoc ſcriptum inueniſti?
Nonne omnes ſancti ſeruientes Deo ſtatim om-
nem ſeculi ſarcinam depoſuerunt? Nonne in a-
ctibus Apoſtolorum omnia quæ habebant, ad
Act. 4. pedes deferebant Apoſtolorum? Aut quomodo
poteris mortuus iuſtitiæ induere veſtimentum,
qui illud viuus habere non meruiſti. Quare obli-
tus es illud, quod ſcriptum eſt: Quod ſeminaue-
Gal. 6. rit homo, hoc & metet. Et vnuſquiſque recipiet
iuxta quod egit, & reddet vnicuique iuxta opera
ſua. Et iterum: Ego dominus ſcrutans corda, &
probans renes, vt reddam vnicuique iuxta vias
ſuas, & iuxta fructum adinuentionum eius. Qua-
re nondum verſaris in vita, & in hoc corpuſculo
conſtitutus, non audies Dauid loquentem: The-
ſaurizat & ignorat, cui congregat ea. Et ſermo-
Pſal. 38. nem euangelicum, auarum diuitem corripientem
Luc. 12. ſtulte hac nocte animam expetunt à te. Quæ au-
tem præparaſti, cuius erunt? Et iterum: in illa die
peribunt omnes cogitationes eorum. Stulte qua-
Pſal. 145. re non vis audire Dominum cohortantem? Vade
& vende omnia quæ habes, & da pauperibus, &
Matt. 19. tolle crucem tuam, & veni ſequere me. Quod a-
doleſcens audiens, conuerſus eſt retro, non enim
erat rectum cor ipſius, & ideo non potuit grauem
diuitiarum ſarcinam deponere. Habebat quidem
voluntatem, vt ſcriptura teſtatur, perfectæ vitæ
& ſplendore virtutum trahebatur ad laudem, ſed
retrahebant eum currentem diuitiæ, nec poterat
ſaluatoris audire doctrinam: quia adhuc de mun-
di delitiis cogitabat, vnde & ſaluator loquitur:
Difficile eſt eos qui habent diuitias intrare in re-
Matt. 19. gna cœlorum. Et iterum: Nemo poteſt duobus
dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit, &
Luc. 6. alterum diliget: aut vni eſt obediens, & contem-
net alterum. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammo
næ. Phariſæi autem cum eſſent auari, hæc audie-
bant & irridebant, quorum incredulitatem deui-
temus, nec irrideamus eos, qui nos prouocant.
Renunciemus mundo, vt perfecti perfectum ſe-
quamur Ieſum. Quorum animam poſſidet aua-
ritia his videtur pro Chriſto ſtulta paupertas.
Quæſtus eſt magnus pietas cum ſufficientia, ni-
hil enim intulimus in hunc mundum, nec au-
1. Tim. 6. ferre quid poſſumus: habentes enim victum &
veſtitum, his contenti ſumus. Qui autem vo-
lunt diuites fieri, incidunt in tentationem &
laqueum, in concupiſcentias multas, quæ ſunt
ſtultæ & noxiæ, & demergunt homines in inte-
ritum & perditionem: radix enim omnium ma-
lorum cupiditas. Vſque hodie Heliat Iſraëlem in-
3. Re. 18. crepat, dicens: Quouſque claudicatis pede, ſi
Deus eſt, ite & ſequemini eum. Et nobis loqui-
tur. Si mandata ſunt Dei quæ per patrem no-
ſtrum tradidit nobis, & quæ ſequentes poſſumus
peruenire ad regna cœlorum, toto eadem deſide-
rio compleamus, ſi autem ſequimur cogitationes
noſtras, & aliud tendit animus, cur non errorem
ſimpliciter confitemur, & oſtendemus nos eſſe

A quod videri erubeſcimus? ne forte dicatur & no-
bis: Quare polluiſtis locum meum ſanctum, &
eiiciam eos domo mea: liquidem conciliabula Mala. 1.
monachorum vere Dei domus eſt, & ſanctorum
vinea, ſicut ſcriptum legimus: vinea facta eſt Sa-
lomoni in loco qui vocatur Beelamon, dedit eam Cant. 8.
cuſtodibus, vnuſquiſque affert pro fructibus eius
mille argenteos. Vinea mea in conſpectu meo eſt
mille Salomoni & ducenti his qui cuſtodiunt
fructum eius, ne igitur polluentes eam proiicia-
mur, ſicut in Euangelio legimus, eiectos eſſe de
templo qui vendebant in eo oues & boues, nu- Luc. 19.
mularios quoque ingredient dominus atque ſal- Mar. 11.
B uator, & faciens ſibi flagellum de funiculis eiecit
è templo, & fundens æra menſaſque vendentium
& his qui vendebant columbas, ait: Auferte hæc
omnia, & nolite facere domum patris mei, do-
mum negotiationis. Scriptum eſt enim: Domus Eſa. 56.
mea domus orationis vocabitur cunctis gẽtibus, Hier. 7.
vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Et Eſa. 52.
alibi: Propter vos nomen meum blaſphematur
in gentibus: Obſecro vos fratres, ne de nobis quo-
que dicatur: Alius quidem eſurit, alius autem e-
brius eſt. An domos non habetis vt comedatis &
bibatis, niſi forte eccleſiam Dei contemnitis, & 1. Cor. 11.
confunditis eos, qui non habent? Ad quos dici-
C tur: Si quis eſurit, domi comedat, vt non in iu-
dicium conueniatis. Non ſit domus noſtra vocis
alienæ, ne illud nobis congruenter aptetur, ope-
ra Ægipti non abſtulerunt à ſe Et iterum: In præ
ceptis meis non ambulauerunt, & ſabbata mea Ezec. 20.
contaminauerunt, propterea cum clamauerint ad
me, ego non exaudiam eos. Non permaneamus
in cordis duritia, & ad iracundiam prouocemus
Deum, & fiat inimicus noſter, ac dicat: Ego au- Ezec. 20.
tem dabo eis præcepta non bona, & iuſtificatio-
nes, in quibus non viuant; quia comederunt fru-
ctum mendatij, & adorauerunt opera manuum
ſuarum. Et repleta eſt terra eorum à principio
D augurio, vt terra alienigenarum. Ne poſtquam
renunciauerimus ſeculo, & acceperimus vexil-
lum crucis, ſequi iterum ad poſteriora conuerſi,
quæramus refrigerium temporale, imitantes Ef-
fraim dicentem: Diues factus ſum, & inueni re-
frigerium mihi, ne audiamus illud, quod & ille
meruit audire. Omnes labores illius non inue-
niuntur pro iniquitatibus, in quibus peccauit, ne
& illud impleatur in nobis: Cœpiſtis ſpiritu, &
nunc carne conſumamini, tanta paſſi eſtis ſine
cauſa. Et ille contra nos ſermo dicatur: Lex per-
iit à ſacerdote, & conſilium à ſenioribus, & ma- Ezech. 7.
nus populi diſſolutæ ſunt, ſenes de porta quieue-
E runt, electi à pſalmis ſuis ceſſauerunt, rurſumque
dicatur: Propter vos nomen blaſphematur in gen-
tibus, & contemptis inſtitutionibus patris noſtri
ſubrepat obliuio, mediatoremque Dei atque ſan-
ctorum noſtro vitio negligamus. Quis enim fru-
ctus, aut quod ſignum præceptorum Dei inue-
niatur in nobis, aut in qua profeſſione impleamus
arreptam? Nonne omnia diuiſimus, & auaritiæ
ſubiacemus, & dicitur nobis: Vnde bella & pugnæ
nonne ex auaritia? nam quia vnuſquiſque quæ-
rit vtilitatem ſuam, & non proximi, vſque hodie
viuens. Ezechiel prophetali ſermone nos corri-
pit, dicens: Negociatores erant in te, filius inho-
norat patrem, & pater exprobrat filio. Quid in

die iudicij reſpondebimus, aut quid in nouiſſimo A
tempore pro defenſione noſtra poterimus obten
dere. Hæc omnia facta ſunt nobis, quia ſacerdotes
plauſerunt manibus, & populus dilexit ſimiliter,
quia ſicut populus, ſic ſacerdos. Propterea red-
dam ei, inquit, ſecundum vias ſuas, & cogitatio-
nes illius reſtituam ei. Non de omnibus vobis hæc
loquor, ſed de his qui maiorum præcepta cõtem-
nunt, multoque melius erat illis ignorare viam
iuſtitiæ, quam ſcientes reuerti ab eo, quod tradi-
tum eſt illis ſancto mandato. De huiuſcemodi ho-
minibus mœrens Hieremias ſcribit: Defecerunt
in lachrymis oculi mei, conturbatus eſt venter
meus, effuſa eſt in terra gloria mea ſuper contri- B
Tre. 2. tione filiæ populi mei, quia defecit paruulus, &
lactans in plateis ciuitatis, matribus ſuis dixerũt:
vbi eſt triticum & vinum, cum deficerent quaſi
vulnerati in plateis vrbis, cum funderent animas
ſuas in ſinu matrum ſuarum. Scimus quod non in
fortitudine equi velit Deus, neque in fœmoribus
Pſa. 146. viri ſibi conplaceat, & iccirco reuertamur ad do-
minum Deum noſtrum, vt quando orauerimus,
exaudiat nos, qui quotidie hortatur, vt vacemus
& cognoſcamus eum. Et alibi loquitur: Reuerti-
1. Reg. 23. mini ad me, & ego reuertar ad vos. Et iterum:
Reuertimini ad me filij recedentes, & ego domi-
nabor veſtri. Ezechiel ſimiliter conteſtatur ac C
Ezec. 18. dicit: Quare moriemini domus Iſraël? Nolo mor-
tem peccatoris, tantum vt reuertatur de via ſua
mala, & viuat. Et clementiſſimus ac totius boni-
tatis caput clamat in euangelio ad nos dominus,
atque teſtatur: Venite ad me omnes qui laboratis
& onerati eſtis, & ego vos reficiam. Tollite iu-
Matt. 11. gum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis
ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem ani-
mabus veſtris. Conſideremus quod bonitas Dei
ad pœnitentiam nos prouocet, & ſancti viri co-
hortantur ad ſalutem. Non induremus corda no-
ſtra, neque theſaurizemus iram nobis in die iræ,
& reuelationis iuſti iudicij dei, qui reddet vni- D
cuique iuxta opera ſua, ſed ex toto corde reuer-
tamur ad Dominum, & ſecundum Moyſi verba
Ezec. 16. memorantis: Si reuertaris ad dominum ex toto
corde tuo mundabit cor tuum, & cor ſeminis tui.
Laboremus ſicut boni milites Chriſti & obſerue-
mus illud quod ſcriptum eſt: Nemo militans Deo
implicat ſe negotiis ſecularibus, vt ei cui militat,
placeat. Si autem & in agone contendat, non co-
ronatur, niſi legitimè certauerit. Laborantem a-
2. Tim. 2. gricolam oportet primum de fructibus eius par-
ticipare. Scriptum eſt: Omnes populi ibunt v-
nuſquiſque in viam ſuam, nos autem in nomine
Domini noſtri magnificabimur. Ipſi impediti E
ſunt & ceciderunt, nos autem ſurreximus, &
erecti ſumus. Qui ambulat in die, non impingit,
qui autem in nocte graditur, impingit, quia lu-
men non eſt in eo. Nos autem ſicut dixit Apoſto-
lus: non ſumus filij præuaricationis in perditio-
nem, ſed fidei in acquiſitionem animæ. Et alibi:
Omnes, inquit, filij lucis eſtis, & filij Dei. Non
ſumus filij noctis neque tenebrarum. Si ergo filij
1. Theſſ. 5. ſumus lucis, debemus ſcire quæ lucis ſunt, & fa-
cere fructus luminis in omni opere bono, quod e-
nim manifeſtatur, lux eſt. Si in toto corde reuer-
tamur ad dominum, & in præceptis ſanctorum il-
lius, & patris noſtri corde ſimplici conuertamur,

A abundabimus in omni opere bono. Quod ſi ſu-
peremur carnis voluptatibus in die quaſi in me-
dia nocte parietem palpabimus, & non inuenie-
mus viam ciuitatis, & habitaculi noſtri, de quo
dicitur: Eſurientium & ſitientium anima defecit:
Quia contempſerunt legem à Deo ſibi traditam,
& vocem prophetarum non audierunt. Et idcir-
co non potuerunt ad promiſſam requiem perue-
nire. Vigilemus & attenti ſimus, ſi enim natura-
libus non pepercit, nec nobis parcet. Non de cũ- *Rom. 11.*
ctis, ſed de negligentibus loquor, quibus iure a-
ptabitur illa deploratio: Væ eis: quia receſſerunt
à me. Manifeſti ſunt, quoniam impie egerunt in
B me, quia dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, &
foderunt ſibi contritos lacus, qui non poſſunt a-
quam continere. Et quia non audierunt iudices
eius, audiant dicentem Deum: Conſtitui ſuper *Hier. 6.*
vos ſpeculatores, audite vocem tubæ. Et dixe-
runt: non audiemus. Vnde iſta incredulitas?
Nonne ex eo, quia alienos cognouerunt, & non
aduerſati ſunt? Loquitur & alibi ſpiritus ſanctus
per prophetam: Ego enim ſum Deus dominus
tuus, qui formaui cœlum, & creaui terram. Cu-
ius manus condiderunt omnem cœli militiam, &
non oſtendit ea tibi, vt ambulares poſt illam.
Quod quidem & per Moyſem præcepit, dicens:
C Ne cum ſuſpexeris cœlum, & videris Solem &
Lunam, ac ſtellas & omne ornamentum cœli, er-
rore cœli deceptus, adores ea. Ego ſum Deus
qui eduxi te de terra Ægypti, & Deum extra me *Exod. 20*
neſcis, & qui ſaluos poſſet facere, non eſt præter
me. Ego ſum qui te paui in ſolitudine, in terra in-
habitabili, & repleti ſunt ſaturitate, & eleuata
corda eorum. Idcirco obliti ſunt mei, & ego tra-
dam eos diſperſioni in gentibus cunctis: Quæ au-
dientes quaſi de ſomno expergiſcamur & præbea
mus nos dignos domini ſeruituti, vt miſereatur &
dicat nobis: Inuocate me, & ego exaudiam vos.
Ipſe enim ait: Qui diſperſit Iſraël congregauit
D eum. Et alibi: Non faciam, inquit, iuxta iram fu- *Hier. 31.*
roris mei, nec ſic relinquam, vt deleam Effraim.
Et iterum: Non in æternum puniam vos, nec
ſemper iraſcar vobis Spiritus enim à me egredie-
tur, & omne quod inſpirat ego feci. Et in eodem *Hier. 3.*
loco iungit, ac dicit: Dedi eis conſolationem,
veram, pacẽ ſuper pacem his qui erant prope &
longe, dixitque Dominus, ſanabo eos. Cuius vt
plene miſericordiam cognoſcamus, Hieremiæ
ſermone docet, dicens: Si eleuatum fuerit cœlum
in ſublime, & ſi humiliatum pauimentum terræ
deorſum, ego non reprobo gentem Iſrael pro o-
mnibus quæ fecerunt. Cumque tanta clementia
E ſit ſaluatoris Domini, & nos prouocet ad ſalutem
conuertamus corda noſtra ad eum, quia iam ho-
ra eſt vt de ſomno vigilemus, nox præceſſit, dies *Rom. 13.*
autem appropinquauit, deponamus ergo opera
tenebrarum, & induamur arma lucis. Filioli mei
primum ex toto corde diligamus Deum, deinde
noſmetipſos amemus mutuo, memores præcepto-
rum Dei ſaluatoris, in quibus ait: Pacem meam
do vobis, pacem meam relinquo vobis. Non ſicut *Ioan. 14.*
mundus dat pacem, ego do vobis, in his enim duo
bus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Si quis
in domo monaſterij ſub præpoſito manens nulla
re indigens quam in monaſterio habere permiſ-
ſum eſt, & habet patrem fratremque & amicum
charissi-

chariſſimum,nihil ab eis penitus accipiat,non tu-
nicam, non palliolum, non aliam quamlibet rem,
ſi autem comprobatum fuerit, quod min⁹ habeat
de his quæ precepta ſunt,culpa atque omnis cor-
rectio ad præpoſitum conuertetur. Vos igitur
qui eſtis principes monaſteriorum, ſi quos aliqua
re videretis indigere & eſſe in anguſtia conſtitu-
tos, nolite eos negligere, ſcientes quòd eſtis red-
dituri rationem pro omni grege ſuper quem vos
ſpiritus ſanctus conſtituit inſpicere & paſcere Ec-
cleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſanguine.
Propterea nos qui fortiores ſumus, debemus in-
firmitates inualidorum portare, & non nobiſmet-
ipſis placere, ſed proximo in bono ad ædificatio-
nem: nam & Chriſtus non ſibi placuit, ſed ſicut
ſcriptum eſt: Opprobria exprobrantium tibi ce-
ciderunt ſuper me. Et iterum: Non quæro, in-
quit, quod mihi expedit, ſed quod omnibus, vt
ſalui fiant. Si autem Dominus ac ſaluator noſter
ita præcepit, & ſancti ita conuerſati ſunt, patres
quoque noſtri ita nos docuerunt, conſurgamus à
ſomno, & quæ ſunt nobis præcepta, faciamus.
Quæcunque enim ſcripta ſunt, ad noſtram eru-
ditionem ſcripta ſunt, vt per patientiam & con-
ſolationem ſcripturarum ſpem habeamus, & nul-
lus noſtrum cauſa ſit erroris alieni, nec æmule-
mur eos qui proſpera agunt in via ſua. Cum enim
omnia carni neceſſaria conſecuti, morientes nihil
ſecum aſportabant, filij ſeculi huius habent in
hoc ſeculo fiduciam, quoniam de mundo ſunt, &
mundus amat quod ſuum eſt. Qui autem filij Dei
ſunt, illius ſermonis euangelici recordentur: Si
mundus vos odit, ſcitote, quod me primum o-
derit. Et iterum: Qui voluerit eſſe amicus huius
Ioan. 15. mundi, inimicus fiet Deo. Et rurſum: Tribula-
tionem habebitis, ſed confidite, ego vici mundũ,
Et iterum: Beati qui lugent, quoniam ipſi con-
Matt. 5. ſolabuntur. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã,
quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati qui perſecu-
tionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ip-
ſorum eſt regnum cœlorum. De filiis autem no-
ctis quid e contrario dicitur? Nonne illud? Væ
vobis diuites, quoniam recepiſtis conſolationem
Luc. 6. veſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis nunc, quia
eſurietis. Væ vobis qui nunc ridetis, quoniam lu-
gebitis ac flebitis. Quamobrem mundi amicitias
deuitemus, vt illud mereamur audire: Ad veſpe-
rum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.
Audiuit Dominus, & miſertus eſt mei, ſcidiſti
ſaccum meum, & accinxiſti me lætitia. Quis e-
nim ſanctorum non in luctu atque triſtitia, per
mundi huius tranſiuit viam? Hieremias: Non ſe-
di, inquit, cum conſilio ludentium, ſed tremebã
à facie manus tuæ. Solus ſedebam, quoniam ama-
ritudine repletus ſum. Dauid quoque ſcribit:
quaſi lugens ac mœrens ſic humiliabar. Quorum
nos veſtigiis inſiſtentes intelligimus, quod ſalus
noſtra in tempore tribulationis ſit, & prophetæ
pollicitatio impleatur dicentis? Non relinquun-
tur qui in anguſtia ſunt vſque ad tempus. Si ergo
habent tempus tribulatio & anguſtia, & non erit
ſempiterna, ſeminemus in lachrymis, vt metamus
in gaudio, non deficientes, quod nouerimus do-
minum de tentatione liberare cultores ſuos. Do-
minus pater noſter eſt, dominus iudex noſter eſt,
dominus princeps, dominus rex noſter, dominus

A nos ipſe ſaluabit. Cuius præcepta ſi neglexeri-
mus, permanebimus in anguſtia. Ipſe enim dicit:
Qui ſequuntur me, poſſidebunt terram, & hære- *Matt. 5.*
ditabunt montem ſanctum meum. Quem & non
poſſidebimus, ſi impleamus legem eius, & audia-
mus illud, quod dicitur: Mundas facite in con-
ſpectu eius vias veſtras. Et iterum: Tollite
offendicula de via populi mei. Et alibi: Eiicite *Hier. 50.*
de conſilio peſtilentem & egredietur cum eo
contentio. Qui iuſtum dicit iniuſtum, & iniuſtum
iudicat iuſtum, vterque in conſpectu Dei im-
mundus eſt. Caueamus ne dicatur & de nobis:
Filij alienati ſunt eis. Et illud: Filiæ Syon eleua-
B tæ ſunt, & ambulauerunt in excelſo collo, & in
ſuperbia oculorum, trahentes pedibus tunicas, &
pedibus ſimul ludentes. Et in correptione noſtra
rurſum prophetalis ſermo concordet, dicens:
Quomodo facta eſt meretrix ciuitas Syon fidelis *Eſa. 1.*
plena iudicio, in qua iuſtitia dormit? Nunc au-
tem latrones & populus intelligens commiſceba-
tur meretrici. Tu ergo Iſrael ne ignuraberis, ſi-
cuti diuina meditemur, poterimus illud dicere,
quod & Dauid. Exultabo ſuper eloquia tua, ſi-
cut qui inuenit ſpolia multa. Et quam dulcia gut-
turi meo eloquia tua, ſuper mel & fauum ori
meo. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in
C loco peregrinationis meæ. Et in alio loco: Non
propoſui ante oculos meos rem iniquam, facien-
tes iniquitatem odio habui. Et non adhæſit mi-
hi cor prauum, declinantes à me malignos non
agnoſcebam. Detrahentem in abſconſo proximo
ſuo, hunc perſequebar. Superbo oculo & inſatia-
bili corde cum hoc ſimul nõ edebã. Oculi mei ſu-
per fideles terræ, vt facerem eos ſedere mecum.
Quorum omnium nos imitemur opera, vt ſit in
diebus noſtris pax & iuſtitia, & non nobis illud
eueniat, quod alibi legimus: Super terram popu-
li mei ſpinæ & fœnum cõſurgent, ſed magis inno-
uemus nobis noualia, & non ſeminemus ſuper ſpi-
D nas, cumque cuſtodierimus quæ mandata ſunt no-
bis, manifeſti erimus, quod diligamus Deum, ſi-
cut teſtatur & in alio loco ſcriptura diuina: Qui
audit mandata mea & ſeruat ea, ille eſt qui dili-
git me, qui autẽ diligit me, diligetur à patre meo *Ioan. 14.*
& ego diligam eum, & veniemus ego & pater
meus & manſionem apud eum faciemus, & oſtẽ-
dam ei meipſum, & vos amici mei eſtis, ſi feceri-
tis quæ ego præcipio vobis. Tollamus nobiſcum
multos ſermones, & conuertamur ad dominum
Deum noſtrum, & dicamus ei: Potes dimittere
peccata, vt accipiamus bona, & reddamus ei fru-
ctum labiorum noſtrorum, & delectetur in nobis
E anima noſtra. Atque vtinam pœniteat nos erroris
& negligentiæ. & conuerſi ad priora dicamus:
Aſſur non ſaluabit nos, ſuper equos non aſcen-
demus nec iã dicemus: Dij noſtri opera manuum
noſtrarum. Deus qui in te eſt miſerebitur populi,
ſanabo habitacula eorum. Rurſumque dicet de
nobis: Diligam eos manifeſtè, & auertam iram
meam ab eis. Ero quaſi ros, Iſrael florebit vt li-
lium, & mittet radices ſuas quaſi libanus. Ibunt
rami eius, & erit quaſi oliua fructifera, & odor
eius vt thuris. Reuertentur & ſedebunt vnuſquiſ-
que in tabernaculis ſuis, & viuent, & confirma-
buntur frumento, florebit ſicut vinea memoria
eorum, ſicut odor thuris Effraim. quid ei & ido-

lis? Ego humiliabo eum, & conſortabo eum. E-
go vt Iuniperus condenſa, ex me fructus eius in-
uentus eſt. Quis ſapiens, & intelligit hæc, aut in-
telligens & cognoſcit iſta? Atque vtinam & nos
ex eo fructum afferre valeamus, ſine quo nihil
boni operis fieri poteſt. reuertamur ad dominum
vt de nobis quoque poſſet dicere: Peccatorum &
iniquitatis eorum memor amplius non ero. Non
relinquamus legem Dei, quam pater noſter ab eo
accipiens, nobis tradidit, neque parui eius man-
data pendamus, ne & ſuper nos planctus ille di-
catur: Quomodo obſcuratum eſt aurum, & im-
Tre 4. mutatum argentum bonum, effuſi ſunt lapides
ſancti in omni viarum principio, nec poſt pluri-
mos labores patris noſtri, quos pro ſalute noſtra
ſuſcepit, ſed ipſum exemplum virtutis tribuens &
glorians de nobis, atque apud ſanctos loquens.
Iſti filij mei ſunt & populus meus, filij mei, &
non denegabunt. Et poſt huiuſcemodi teſtimo-
nium non perdamus fiduciam bonæ conſcientiæ,
ſpoliati veſtibus, quibus nos induit. Et introdu-
cti ab eo in ſtadium, vt legitime certaremus, non
ſuperemur ab inimicis noſtris. Et poſtquam ve-
nerimus ad illud tempus, quo egrediamur de cor-
pore, ne inimici efficiamur patris noſtri, theſau-
ris ſeruientes, vt qui ieiuniis & afflictione corpo-
ris debuimus acquirere animæ libertatem, carni
& delitiis & pulchrioribus veſtimentis, ſtratiſ-
que mollioribus nos dedicemus, non ſolum ipſi
pereuntes, ſed & alios qui proficere potuerunt,
exemplo noſtro ducentes ad ruinam, de quibus
ſcriptum eſt: Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis
in timorem, ſed fortitudinis & charitatis & pu-
dicitiæ. Et cibus nos non commendat Deo. Ne-
que enim ſi comederimus, abundabimus: nec ſi
non comederimus, indigebimus. Non eſt enim re-
gnum Dei cibus & potus, ſed iuſtitia, gaudium, &
pax in ſpiritu ſancto. Qui in hoc ſeruit Chriſto,
Isa. 49. placet Deo, probatus eſt omnibus. Eſaias quo-
que dicit: Qui expectant dominum, immutabunt
virtutem, aſſument pennas, vt aquilæ current, &
non laborabunt, gradientur, & non eſurient. Id-
circo eleuauit ſignum in gentes, & congregabit
profugos Iſrael. Scito, velociter venient, non e-
ſurient, neque dormitabunt. Non dormient, nec
ſoluent zonas de lumbis ſuis, neque rumpentur in
calciamentis eorum corrigiæ. Quorum iacula a-
cuta ſunt, & intenti arcus: pedes eorum vt petra
fortiſſima. Rotæ curruum quaſi tempeſtas, impe-
tum facient vt leones, & aderunt vt catuli leo-
num. Et nos igitur ſanctorum imitatores ſimus,
nec obliniſcamur inſtitutionis, qua nos erudiuit
pater noſter dum adhuc eſſet in corpore. Ne ex-
tinguamus lucernam ardentem, quam poſuit ſu-
per capita noſtra. Ad cuius lumen huius ſeculi in-
cedentes meminerimus, quod per ſtudium illius
Deus nos in propriam familiam receperit, pere-
grinis hoſpitium tribuens, in maris turbinibus cõ-
ſtitutis portum oſtendens, panem in fame, vm-
bram in æſtu, veſtimentum in nuditate, imperitos
præceptis ſpiritalibus erudiuit. Vitiis ſeruientes
caſtitate circumdedit, procul poſitos ſibi iunxit.
Ne poſt illius dormitionem obliuiſcamur tantæ
bonitatis, & beneficiorum immortalium, verten-
tes furorem in iudicium, & fructum iuſtitiæ in a-
maritudinem, & loquatur contra nos. Iudicate

A inter me & vineam meam, expectaui vt faceret
fructum, & fecit iniquitatem, & non iuſtitiam,
ſed clamorem, & veniat ſuper nos illa maledictio,
quam prophetalis ſermo ille proſequitur, & quam
omni ſtodio fugere ac vitare debemus, ſequentes
conuerſationem eorum, qui nos in domino præ-
ceſſerunt, patrum pariter ac fratrum, qui renun-
ciantes ſeculo, & inoffenſo ad dominum peragē-
tes gradu, nunc eius hæreditate potiuntur, quam
vereor ne perdamus noſtra deſidia, & illud nobis
propheticum coaptetur, quod dictum eſt de Ef-
fraim: Oleum in Ægyptum mercatur, mixti ſunt
in gentibus, & didicerunt opera eorum. Ne poſt-
B quam vocati ſumus in libertatem ſicut ſcriptum
eſt: Tollam eos, vnum de populo & duos de fa-
milia, & inducam eos in Syon, & dabo vobis pa-
ſtores ſecundum cor meum, qui paſcunt vos cum
diſciplina, ne ſoluamur vincula charitatis, & di-
catur de nobis: Filius glorificat patrem & ſeruus
dominum ſuum. Si pater ego ſum, vbi eſt gloria
mea? ſi dominus, vbi eſt timor meus? Idcirco no-
ſtrum clamet ad dominum: Muri Syon deducant,
ſicut torrentes, lachrymas die ac nocte. Ne des
requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Sur-
ge & lauda in nocte, in principio vigiliarum tua-
rum effunde, ſicut aquam, cor tuum in conſpectu
C domini. Leua ad illum manus tuas pro animabus
paruulorum tuorum, qui defecerunt in capite v-
niuerſorum greſſuum. Ne illud contra nos dica-
tur: Luxit & corruptus eſt orbis: Luxerunt ex-
celſi terræ, & terra impiè egit propter habitato-
res ſuos, dereliquerunt enim legem, & immuta-
uerunt præcepta mea teſtamentum æternum. Id-
circo maledictio deuorabit terram, quia peccaue-
runt habitatores eius, & dereliquerunt homines
pauci ne & noſtrum vinum lugeat & vinea, & in-
gemiſcant, qui prius toto animo lætabantur, di-
caturque de nobis in domo, inſaniam confixerūt,
corrupti ſunt ſicut dies collis, aut illud captio ex
D vobis eſt. Et dixiſtis enim, feciſtis teſtamentum
cum inferno, & cum morte pactum. Quæ verba
vitantes, credimus magis quod in tempore ſuo o-
riatur ſtella ex Iacob, & exurget homo de Iſrael
qui percutiet principes Moab & filios Seth, vt
non ſit in domo Iſrael ſtimulus furoris & ſpina
doloris. Quia facta eſt domino pars eius Iacob,
funiculus hæreditatis eius Iſrael. Et alibi loqui-
tur Hieremias: Si ceſſauerit in conſpectu meo lex
iſta, & gens Iſrael ceſſare poterit. Et rurſum: Da-
bo laborem eorum iuſtis, & teſtamentum æternū
ponam cum ipſis, & ſcietur in gentibus eorum, ac
nepotes, omnis qui viderit eos, cognoſcet, quia i-
E ſti ſunt ſemen benedictum à Deo & gaudio Do-
mini perfruantur. Et nos ergo ſcrutemur vias
noſtras & greſſus diiudicemus & ſequamur odo-
rem ſcientiæ abſcondentes ſemper verba eius in
cordibus noſtris, vt ſimus immaculati in via, &
in lege Domini ambulemus. Non nos terreat fra-
gilitas corporis & longi temporis labor patris
noſtri, vbi ſunt & prophetæ, ſicut ſcriptum eſt,
Nunquid in æternum viuent? verba autem mea
& legitima mea ſuſcipite, quæ ego præcipio in
ſpiritu meo ſeruis meis & prophetis, qui fuerunt
cum patribus veſtris. Sentiamus ineffabilem cle-
mentiam Dei noſtri, qui vſque hodie ad pœnitē-
tiam nos hortatur dicens: Nunquid qui cadet nõ
reſurget,

reſurget, aut qui auerſatur, non reuertetur? Quare aduerſatus eſt populus meus auerſione impudenti, & obtinuerunt in voluptatibus ſuis, & noluerunt reuerti? Si reuerſi fuerimus ad eum, ædificabit nos ſpiritu ſancto, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Ædificans Hieruſalem dominus, diſperſiones Iſraëlis congregabit. Quod autem noſtri cœtus & communio ex Deo ſit, qua nobis inuicem copulamur, Apoſtolus nos docuit dicens: Bonorum operum & communionis obliuiſci nolite, talibus enim victimis placent Deo. In actibus Apoſtolorum quoque idem legimus: Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna, & nullus ſuorum quid dicebat, ſed erant eis vniuerſa communia, & virtute magna dabant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Domini Ieſu. Et Pſalmiſta in eadem verba conſentit dicens: Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Et nos in cœnobiis commorantes & nobis mutua charitate ſociati demus ſtudiũ vt quomodo ſanctorum patrum in hac vita meruimus conſortium, ita in futuro quoque participes eorum ſcimus, ſcientes quod crux vitæ noſtræ, doctrinæ quoque principium ſit, & oporteat nos cum Chriſto pati, & noſſe quod abſque tribulationibus & anguſtiis nullus victoriam conſequatur. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quia cum probatus fuerit, coronam vitæ accipiet. Et iterum: Laborauit in ſeculum, & viuet in æternum: Si tamen compatimur vt & glorificemur. Æſtimo, inquit, quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et alibi ſcriptum eſt: Exiſtimaui vt cognoſcerem, hoc labor eſt in conſpectu meo. Et iterum: Ego autem laboraui ſequens te & diem hominum non conſideraui. Et in alio loco: Multæ tribulationes iuſtorum, & ex omnibus his liberauit eos Dominus. Et Dominus noſter loquitur in Euangelio: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et alibi: Hic liber mandatorum eſt, & lex ſcripta in ſempiternum. Omnes qui obſeruauerint eam, viuent, qui autem dereliquerint, morientur. Reuertere Iacob, & apprehende eum: ambula in ſplendore luminis eius, & non des alteri gloriam tuam, & ea quæ cõducunt tibi: gentis alienæ beatiſſimus Iſraël quia placita Deo noſtro, nota ſunt nobis. Confide populus meus memorialem Iſraël. Et iterum Eſaias loquitur: Lætare Iſraël & feſtum agite diem omnes, qui diligitis eum. Gaudete qui confiditis in eo, vt ſugatis & impleamini. Habeamus curam legendarum & diſcendarum ſcripturarum, & in earum ſemper meditatione verſemur, ſcientes ſcriptum: Ex fructu oris ſui vir ſaturabitur, & merces laborum eius reddetur. Hæc ſunt quæ nos ducant ad æternam vitam, quæ nobis tradidit pater noſter, & iugiter meditanda præcepit, vt compleatur illud in nobis, quod ſcriptum eſt: Erunt hæc verba, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & in anima tua docebis ea filios tuos. Et loqueris in eis ſedens in domo, & ambulans in via, & accubans atque conſurgens. Scribe ea pro ſigno in manu tua, & erunt immobilia ante oculos tuos. Scribes quoque ea in poſtibus domuum tuarum, & in liminibus, vt diſcatis timere dominum cunctis diebus, quibus viuitis. Salomon

A quoque idipſum ſignificans, dicit: Scribe ea in latitudine cordis tui. Conſiderate quantis teſtimoniis ad meditationem ſanctarum ſcripturarum nos ſermo Domini cohortetur, vt quæ ore voluimus, fide poſſideamus. Bonum eſt homini cum leuauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Sedebit ſolitarius & tacebit, quoniam leuabit ſuper ſe iugum, dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis, quoniam non ſemper Dominus abiiciet. Et alibi ſcriptum eſt: Recordatus ſum miſericordiæ infantiæ tuæ. Et iterum: Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & exultet cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui abſque

B macula, & in conſpectu oculorum tuorum, & ſcito quoniam in omnibus his adducat te Dominus in iudicio. Aufer furorem de corde tuo, & malitiam à carne tua, quoniam adoleſcentia & ſtultitia vanitas eſt. Et memento creatoris tui in diebus adoleſcentiæ tuæ, donec veniant dies peſſimi, & occupent anni, in quibus dices: Non eſt mihi in eis voluntas, donec obtenebreſcat ſol, & lux, & luna, & ſtellæ, & conuertantur nubes poſt pluuiam. In die qua mouebuntur cuſtodes domus, & ſubuertentur viri virtutis, & ceſſent molentes, quia paucæ factæ ſunt, & obſcurabuntur, quæ vident in foraminibus, & claudent in

C vas in foro, in infirmitate vocis molentis. Et exurgent ad vocem paſſeris, & humiliabuntur omnes filiĳ cantici. Et quidem ab alto aſpicient & pauores in via. Et floreat amygdalum & ingraſſetur locuſta & ſcindatur capparis. Quoniam abiit homo in domum ſeculi ſui, & gyrauerunt in foro qui plangunt, quoadusque euertatur funiculus argenti, & conteratur monile auri, & confringatur hydria ad fontem, & impediatur rota ſuper lacum, & conuertatur puluis in terra, ſicut fuit, & ſpiritus reuertatur ad dominum, qui dedit eum. In Euangelio quoque ſcriptum eſt: Pueri nunquid habetis pulmentum? *Ioan. 21.* Mittite in dex-

D tram partem nauis, & inuenietis. Et iterum: Omnis puer ac iuuenculus qui neſcit hodie bonum ac malum, ipſi intrabunt in terram bonam. Et rurſum: Omne maſculinum quod aperit vuluam, *Exod 34.* ſanctum vocabitur. Et in Euangelio: Puer autem *Luc. 2.* ibat & creſcebat, & proficiebat apud Deum & homines. Ieſus quoque miniſter Moyſi iuuenis erat, & non egrediebatur de tabernaculo Dei. Et de Dauid ſcriptum legimus. Puer flaui coloris, elegantibus oculis. Timoth. quoque adhuc puer & adoleſcens ſacris literis eruditus eſt, vt ad fidẽ Domini ſaluatoris illarum ſemina perueniret. Et de Daniele, quia eruditus erat, ſcriptum legimus

E quod vir deſideriorum appellatus ſit. Ioſeph quoque erat dilectiſſimus patri ſuo, quia eius imperiis ſeruiebat, & decem ac ſeptem adhuc natus annos præcepta illius legem vitæ ſuæ arbitrabatur. Et hæc cuncta replicaui, vt ſanctorum vitas conſiderantes non circumferamur omni vento doctrinæ, ſed laboremus & eorum conuerſationem, noſtræ vitæ propoſitum habeamus exemplum, vt ſimus populus Dei peculiaris. Nec contriſtemur ſpiritum ſanctum in quo ſignati ſumus in die redemptionis, ne illud extinguamus in nobis, & prophetias non contemnamus, ne forſitan volenti ſpiritui ſancto habitare in nobis, non demus locum. Nullum alium timeamus præter

Deum, qui vltor & iudex eſt operum ſingulorũ, & cum ſancto ſanctus eſt, & cum viro innocente innocens. Et dicit: Ego amantes me diligo, & qui me quærunt, inuenient gaudium. Et alibi loquitur: Si ambulaueritis contra me peruerſi, ego ambulabo contra vos peruerſus. Non iraſcamur inuicem, etiam ſi ira nos vicerit, non peccamus irati ſolis occubitum pœnitentiæ præuenientes. Meminerimus eſſe præceptum, quoties peccanti in nos ignoſcere debemus, & munus noſtrum relinquere ante altare, quod nequaquam ſuſcipitur, niſi fuerit reconciliatione placabile, vt poſſimus dicere: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut &

Luc. 15. nos dimittimus debitoribus noſtris. Et Apoſtolus præcepit: Si quis habet aduerſus aliquem querimoniam, ſicut & Chriſtus donauit nobis, ſic facite. Scimus diſcipuli manſuetudinis ſanctorum omnium & præcipue Dauid, de quo ſcriptum

Col. 5. eſt: Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Et Moyſi de quo legimus, quod

Pſal. 555. manſuetus fuerit ſuper omnem terram. Et Dominus in Euangelio de manſuetis ac mitibus lo-

Mat. 5. quitur: Beati mites, quoniam poſſidebunt terram.

Prou. 10 Magnæ ſapientiæ eſt manſuetudinem poſſidere &

Eph. 5. audire: Sapiens eſto fili, vt lætetur cor meum. Et

Mat. 5. iterum: Imitatores eſtote Dei vt filij chariſſimi. Et: Eſtote perfecti ſicut & pater veſter, qui eſt in

Leuit. 21. cœlis perfectus eſt. Et alibi: Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum, dicit Dominus. Quæ legẽ ſes teſtimonia ſeminemus nobis iuſtitiam, vt metamus fructum vitæ. Illuminemus lucem ſcientiæ quia tempus eſt, vt cognoſcamus Deum, donec veniet fructus iuſtitiæ nobis. Ecce nunc tempus acceptabile, & dies ſalutis. Et vere, ſecundum

quod ſcriptum eſt: Plenitudo legis eſt dilectio. Rom. 13.

Ioanne in hæc eadem continente, hoc præce- Ioan. 15.

ptum accepimus à patre, vt diligatis inuicem. Et 1. Cor. 8.

qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum, non ſi- 1. Ioan. 3.

cut Cain, qui ex maligno erat & occidit fratrem ſuum. Et quare occidit eum? quia opera eius maligna erant, fratris autem eius bona. Non admiremur fratres, ſi oderit vos mundus, nos ſcimus, quoniam tranſiuimus de morte ad vitam, eo quod diligamus fratres. Ergo diligamus nos mutuo. Loquar aliud ad vos audentius filij chariſſimi, ex eo quod credidit mihi Deus conuerſationis veſtræ & ſanctæ communicationis gregem, non ceſſaui cum lachrymis monere & docere ſingulos, vt placeretis Deo, nec ſubtraxi aliquid, quod vobis vtile ſentiebam, vt non dicerem: Et nunc commendo vos Deo & verbo gratiæ eius, qui vos poteſt ædificare, & dare vobis hæreditatem cũ ſan-

ctis. Vigilate omni ſtudio curamque contendite 2. Ti. 4.

ne obliuiſcamini propoſiti veſtri, ſed implete quod vos ſcitis eſſe pollicitos, ego enim iam delibor & tempus reſolutionis meæ adeſt. Qui certamen bonum ex parte certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. De cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex, non ſolum autem mihi, ſed & omnibus qui dilexerunt iuſtitiam eius, & omnia patris mandata fecerunt. Finis verbi, omnia audi. Deum time, & mandata eius

cuſtodi, Quoniam omnis homo vniuerſum o- 1. Tim. 4.

pus Deus adducet in iudicium ſiue bonum, ſiue malum.

PANDECTES SCRIPTVRÆ DIVINITVS INSPIRATÆ SANCTI PATRIS ANTIOCHI ANTE ANNOS QVIDEM AB HINC NONGENTOS AB AVthore æditus: Godefrido Tilmanno Cartuſiæ Pariſienſis monacho Interprete.

Ex eiuſdem Godefridi Tilmanni Præfatione in ſuum Antiochum nuncupatoria.

SVNT, qui maiore eloquentia ſcripſerint permulti: ac pauci perſpicuam huius (de S. Antiocho loquitur) breuitatem feliciter aſſecuti ſunt. Rarenter hæc vna dos vnicuipiam contingit, amabilis plurimum noſtræ iſtius ætatis hominibus. Quam decore conſeruacit τὸ πρέπον, hoc eſt ordinis decorum in his digerendis homiliis: libet compendio perſtringere. A fide orditur telam ſui operis, quæ Chriſtianæ religionis virtutumque omnium ſolidiſſima crepido eſt & baſis totius ſpiritualis fabricæ. Siquidem teſte Aurelio Auguſtino, vbi deeſt agnitio veritatis æternæ, falſa eſt virtus omnis, etiam in optimis moribus, fidei adiungit indiuiduam comitem, Spem, Fabricæ iſtius faſtigium, Charitas eſt, quæ hominem recta ad regnum prouehit: quare Charitatem & regnum ad calcem operis relegauit. Iacto proinde fidei ac Spei fundamento, amolienda primum veniunt, quæ impedimento eſſe poſſint, in quorum cenſu primas tenet Gaſtrimargia teſte Caſſiano c. 3. lib. 5. Remolitus primum vitia, mox progreditur ad virtutum ſubſtructionem. Sed & hoc illi perpetuum eſt. Nullam non harum 130. homiliarum finis deſinens εἰς τὴν τοῦ θεοῦ δοξολογίαν Et quidem hæc de opere. Ad tertium flectendus mihi eſt calamus. Hic mihi cum primis commonendus videre lector, vt ne præproperam feras ſententiam, ſi quid inter legendum ſe offeret tuis auribus inſolens, quod in ſpeciem præferet notam curioſæ nouitatis. Habui hic pius cum magno Athanaſio commune illud διδασκαλικὸν, genus vtique docendi preſſum & adſtrictum ab omni oſtentatione & affectatione prorſus abhorrens. Sex occurrerunt ex verſione & relectione, quæ rudem linguæ Græcanicæ & craſſioris iudicij lectorem offendere poſſent. Primum eſt, Interciſæ aliquot, pendentes & in abſolutæ ſe obtulerunt ſententiolæ. Et has abſolui, mutuatus quod deerat è bibliis Aldinis quæ quidem Græca, feruntur eſſe è 70. editione, ego verius crediderim Theodotionis eſſe ex collatione locorum Hieronymi in prophetas maxime. Et hæ perquam paucæ, vt illa eſt ex homil. 91. Omnis ſermo ἄκοπος. Et ſub medium ſequentis ex Iob. Deſit numunquam negatio μὴ. Alterum eſt, quod niſi nanciſcetur æquum

temporis

temporis & rerũ æſtimatorẽ, nota illi inuretur nouitatis. Duo proferã inſigniora. Prius, homilia. 98. Οἰκετῶν famulũ, vel populũ, ſeruum, pro quo Aldus ἱκετῶν ſupplicẽ habet. Alterũ hom. 119. ſub finem, θήραν venationẽ eius benedicens, pro quo Aldus θύραν ianuã. Eccleſia χήραν viduam. Facilis tranſitus θ. in χ. Lege Hier. & Aug. Tertiũ occurrit, propria Hebraica quã nos latini, corruptius inducit. Et hoc illi commune eſt cum cæteris Græcis doctoribus. In prologo & hom. 2. de Spe, Sunamitis profert & interpretatur Cœleſtẽ quaſi à Schamain, cœli, orũ, Etymum fortiatur, quũ Sunamitis ſit dicendũ à Suna oppido, nẽpe Abiſax, (αραφθία hom. 20. pro Sareptana vidua. Iothor pro Iethro. Similia paſſim apud Chryſo. Naza. Ho. 74. Nabuthè pro Naboth vt & Baſilius, Quid Nabuthe Iſraelitã perdidit? Nõne Achaaz cupiditas vineæ? Quin & Ambroſius Grecanicæ dictionis æmulus librũ ſcripſit de vinea Nabuthè. Horũ gratiam arbitror nos debere ſecũdum Deũ vni Hieronymo. Quartũ eſt, in Amplificãdis virtutibus & exaggerãdis vitiis cenſeri poterit immodicus: ſed & hoc illi cõmune eſt cũ veteris Eccleſiæ doctoribus præſertim Io. Chryſo. Crediderim Anthioc. à puero exercuiſſe ingeniũ in ſcribẽdis Panegyricis. Encomiaſt. & Epideict. orationibus. Quintũ eſt negari nõ poteſt, quin alicubi lapſus de memoria ſit. vt quũ hom. 78. pro Abacuq inducit Sophoniã. pro Malachia, Michæã. ſub finẽ. 107. pro Eccl. iterũ Sophoniã. Sed hæc leuicula aſcribẽda à manuẽſi ſcribæ & exceptori, cui fortã de memoria dictabat. Supereſt ſextũ, quod vt plus habet cæteris momẽti, eoque plus periculi: ita & de hoc mihi diſſerẽdũ eſt cõſultius. Vbi enim maius vertitur periculũ, ibi magis eſt cõſulendũ li. ff. 14. de Carboniano edicto. l. 1. §. 2. Nec enĩ præcipitandũ eſt cõſiliũ, quãdo res ipſa exigit, vt maturius agam᷑ diſt. 50. Põderet. dixeris, Quid illud eſt pauci accipe. Quãti fuerit periculi per õnes omniũ ætatũ grad᷑, abuſque initio primogeniæ & primũ exorientis Eccle. quidũ in apricũ depromere è locupletiſſimo penu eloquiorũ diuinorũ, teſtari abũde poteſt vnus ille Chriſtianæ religionis acerrim᷑ propugnator Greg. Nazãzenus, quo præceptore noſter Hierony. gloriari nõ vno loco ſolet. In Apologetico etenĩ ſuo docet id perſpicuè triplici ex modo oriri, è ſenſu, è ſermone, ex ipſo auditu. At quãto eſt dodie aleæ periculoſioris ſcribere aut quod in antiquario quopiã doctore editũ ſã olim ſit in alienã trãsfudere linguã ac proinde ad cõmunẽ omniũ vſum typis cõmittere: quãdo quicquid quãlibet ſanctè dixeris rapi id ſoleat in peſſimã partẽ? A nouatorib᷑ iſtis veterũ hæreſeωv, nihil neceſſe ſit vt doceã, quã obliquè cũcta detorqueãtur, quãdo nõ Petro, nõ Ioãni parcũt, nõ viuido illi organo Spũs ſancti Paulo, ac ne Euãgelio quidẽ. Sed & hoc malũ quod ad nos attinet, vtcũq; tolerabile videri poßit. Quũ enim ſint inſanabiles, præcipiti fuga præuertẽdi veniũt iuxta Pauli doctrinã & modis omnibus vitãdi. Maior eorũ cura eſt: qui prima, nõ itẽ publica authoritate nomẽ ſibi ſumũt Theolog. qui frontẽ tã habent effrontẽ ac præfractã & eò reciderũt temeritatis, vt quaſi quidã Ariſtarchi eorũ ſibi vindicẽt functionẽ theologorũ, quos penes honorariũ pẽdet iudiciũ expendẽdi ſcripturis, vtrũ legitimæ ſint monetæ, an adulterinæ aut ſuppoſititiæ. Eiuſmodi præproperi adeò ſũt & præcipitis iudicij: vt de quouis nondũ maturæ è lecto cẽſere auſint ac magna cũ libertate pronũciare. Liberet dictũ hoc meũ duplici experimento cõfirmare, vt admonitus lector (ſiquis tandẽ continget) pios iuxta ac doctos nõ ſatis æquo iudicij libramine expẽſos proſpiciat, ne dãnet immeriti erroris, hac præſertim ætate omni tragœdio graphia ſuperiore. Quod priore loco hic dicendũ fuerat, viſum eſt differre in recognitionẽ Operis imperfecti Io. Chryſ. in Mat. Iam ad id deſcẽdo, quod me propius vrget. Initio ſtatim prima ἀντιγραφή vix verſã vni amiculo dedi legenã, docto quidẽ ſed vt exitus docuit, argutiori, quã in euoluẽdis Biblijs diligẽtiori. In ipſo aditu eius quæ de fide eſt, actutũ impegit. Lecto ſiquidẽ loco, Fides enim in ſeculum ſtabit: apprehẽſo mordicus labro inferiore reſtitabat, quaſi in ſalebra hæreret. Mox ſubiicit, hic locus ſapit Hæreſim, certò tibi perſuade, nunquã admiſſuros eſſe eũ theologos, quos penes libella cõſiſtit iuſti examinis. Quãobrẽ è re tua fuerit, tibique cõſules ſi ducta litura interleueris. Huic ego, Apoſt. ſcio & habeo perſuaſũ apoſtolicè ſcripſiſſe fidem & ſpẽ caſuras, charitatẽ verò æternũ conſtaturã, imò nulli explicabile incrementũ acceptura in patria iuxta Eſaiæ oraculũ dicẽtis: Viuit Dominus, cuius ignis in Syon & caminus in Hieruſalẽ. Fidei enim actus rei eſt nondũ viſæ: Spei, nondũ habitæ. Cõſequens ſane ſit, vt quũ videbitur, ſicuti eſt & habebitur: euacuabitur, quod vtrũq; ex parte eſt, & perficitur quod eſt fabricæ ſpiritualis apex & faſtigium. Eſt nihilominus Catholica hæc propoſitio: Fides in ſeculũ ſtabit. Quod eſt Hebræis עלם, hoc Græcis αἰών, nobis ſeculũ, vox cuique linguæ polyſema teſtibus Hieronymo in prophetis & Ioã. Damaſceno. c. 1. 2. li. Nũc hominis ætatẽ, nunc ſeculi finẽ vt hoc loco, ſignat. Sed & locũ indico, vnde præſcriptis verbis id axioma deſumptũ ſit, nẽpe è. 40. c. Eccle. tunc primum a ſe ſcrupulũ hunc excuſſi. Neque hoc velim, exiſtimes eò à me dictum, quòd damnẽ D. theolog. pios labores, in explorandis ſcripturis, nũ legitimæ ſint & lectore Chriſtiano dignæ. Quin adeò non damno, vt etiã tuendæ fidei orthodoxæ ante ſenatuſconſultũ in hanc rem ſancitum & editum neceſſarios cenſuerim ſemper, & eadem ratione vulgi atque Lutheranorum neglegendos contẽptim rumuſculos pernicaciæ tantũ & temeritatis Dathanicæ & Abironicæ perquã plenos. De ſuo opificio pronuntiat quiuis opifex, ſutor, ſarctor, piſcator, pellio: de theol. re omniũ quæ in terris ſunt, auguſtiſſima ſoli iſti eius rudiſſimi cenſebunt opifices: vni theologo nõ licebit in ſuomet cãpo pronuntiare? Et hæc tam multis libuit ſcribere, vt intelligas in quãtis hodie verſetur periculis, quiſquis ſcribit. Ad ea & pauca venio, quæ nonnihil deſiderãt lucis, quæ illuſtrentur & ſplẽdeſcant: & hæc in quam pauciſſima conferam, quandoquidẽ vrget prælũ vehementer. Locus qui ſe offert diſcutiendum, primus ille eſt in ipſo prologi veſtibulo è Canticis Salomonis

depromptus, quo libros Bibliorũ eximiæ inter cæteros authoritatis parabolica collatione confert ſexaginta Reginis, cum neutiquam totidẽ ſint libri. Cæterũ non numerũ hic attendit, ſed authoritatẽ ſiue dignitatẽ. quod ſat eſt ad eiiciendã veritatem Homæoſeos, cuius ſpecies tres ſunt εἰκὼν παράδειγμα καὶ παραβολή. *Homil. 26. quod hortatur monachos, manibus ſtrenuè vt laborent, idem Hieronymus ad Ruſticum, Benedictus & cæteri. Homil. 49. arcet ſymonachos à iudicio non qualicunque, ſed vſurpatorio ſuſpitioſo & temerario, maximè à iudicio reprobationis quod ſolius eſt Dei: non itẽ prohibet publicum ſine contentioſum in hoc inſtitutũ, vt protegatur innocentia & malitia puniatur. 2. q. 1. Quæ Lotharius. Homil. 63. initio videri poſſit, omni prorſus iuramẽto interdicere voluiſſe Chriſtianis, collatione vtriuſque legi, quũ alioqui iuramentum ſui natura malum adeo non eſt, vt actus etiam latriæ ſit, adſint modò tres comites veritas, iudicium & iuſtitia, teſte Tho. Verũ quando libri iuris vtriuſque fuſiſſimè docẽt, quibus de cauſis liceat iurare, quibus non, ſed & ſchola Theologorum illis eadem de re concinit: ſatis videbor feciſſe, ſi docuero Antiochũ voluiſſe à reproba conſuetudine iurãdi auocare fratres, quos nulla vrgebat iurãdi neceſſitas, quam conſuetudinẽ nemo pius qui non execretur. Hoc voluiſſe Antiochum, verbum,* παραινοῦμαι, *hoc eſt* προτρέπομαι *adhortor, admoneo, facile indicat. Proinde per iuramenti conſuetudinem non neceſſary ipſi experimur, quanta procliuitate rapiãtur ad periuria homines & blaſphemiam ſacrilegam: quare locum hic habet, quod inducit Gloſ. in illud. Sed quia peierare. 22. q. 1. c. In nouo teſtamento. Argumentum eſt, quòd quandoque prohibetur aliquid non propter ſe, ſed propter illud quod inde ſequi poteſt. 11. q. 3. Nolite & 27. diſt. Sed & vener: Beda in illud Iacobi, Ante omnia fratres. c&t. Conſuetudinem prohibet iurandi, ne ex ea deueniatur in periurium. Homil. 84. quæ eſt de inſomniis. Fidem non habendam inſomniis docet exemplo luculenter, Id intelligendum, niſi diſcretio ſpirituũ adſit. Sunt enim ſpecies variæ, quas Auguſt. in de ſpiritu & anima exequitur, Hippocratis quoque commentarius fuſiſſimè in huius Apoteleſmata de ſomniis. Apathian inſuper ſumit non pro omnino damnata erga affectiones ſiue paſſiones animi immobilitate, qui error Philoſophorũ erat, aduerſus quem Laertius Diogenes & Plutarchus, ex latinis Aulus Gel. S. Hieronymus atque Auguſtinus aduerſus Pelagiũ. Sed pro Euthymia id eſt pro ſtatu cõpoſiti animi requieti ac ſedati ab intẽperie tumultuantium affectionum hoc eſt, pro trãquillitate. Verum me hic dicere ipſe ſibi teſtis eſt locuples ſub ſinẽ Homil. 79. quæ de Agone eſt. Denique videri poterit alicubi varius, in acceptione dictionum, quæ ſuapte natura Polyſemæ ſunt. Duæ occurrunt potiſſimum homiliã vigeſimam inſcribit* περὶ σωφροσύνης, *quã inſcriptionem vertendã docet vti vereinum ſubinductio exẽplorum, De caſtitate ſiue pudicitia. Inducit enim Ioſeph, Suſannam, Sareptanam viduam, Greg. Neocæſarien. Cyrum de quo apud Xenophontem. Neque enim ſobrietatem aut ſanitatem mentis hoc loco ſolum indicat. Sed & ſub eius Homiliæ finem locum inducens ex. c. 2. ad Titum,* Σωφρόνως καὶ δικαίως τῶν εὐσεβῶς *ni fallor* σωφρόνως *ſumit pro caſtè, pudice ve ſit Acoluthia ſententiæ: nos tamen religioſum duximus variare Eccleſiaſticam lectionem interpretati Sobrie & caſte. Simile quiddam in Homilia. 106. cõperies.* Εὐχὴν *enim pro oratione vbi ſumpſit, ſub finem videtur pro voto accipere, Si voueris & c&t. Sed ea vox quũ vtrumque indicet, locus eſt excuſationi. Et hæc ſanè ſunt candide Lector, quorum gratia anxius hærebã.*

FRAGmentum Epiſtolæ liminaris & nuncupatoriæ B. Patris Anthiochi ad Euſtachium Atalinæ domus, in Ancyra metropoli Galatiæ monachum.

ILli ſimul, atque intellexerunt ſua ſe tandem ſpe ac propoſito incidiſſe, in efferatiſſimam verſi rabiẽ ad vnum membratim beatos illos cõciderunt, qui & lætitia incredibili perfuſi, ac proinde alacri vultu renidentes omni cum actione gratiarum animas reddiderunt Domino: quippe qui non ita pridẽ in votis habuerant reſolui & cũ Chriſto eſſe. Corpora verò pluſquam tragicè cæſa quum nos paucos dies in humum diſiecta, ſine ſepulturæ beneficio iacuiſſent: ab Arabia illo vſque adpropera uimus, Et quidẽ eximius Abbas Nicomedes ſpectaculũ illud miſerabile cæſorũ patrum contemplatus, deliquio animi concidit, atque illinc relatus mortuus prope eſt. Modeſtus prætereà, & ipſe ſanctiſſimus aduentũ noſtrum quũ anteuertiſſet, & ſanctorũ illorum luſtraſſet prius habitacula omnia: itidẽ angore animi cõtractus, multis ſe proluit lachrymis, ac ſancta quæ eatenus eſſederant, lipſana circumplexus, in patrum ſuperiorũ depoſuit conditoriis. Is ad hæc, vbi ſolennem perſoluit & ex more conſuetũ Canonẽ, illud mox oraculum Eſaiæ exerta voce depromp̃ſit: Viri iuſti tolluntur, & nemo recogitat A facie iniquitatis ſublatus eſt iuſtus. Erit in pace ſepulchrum eius. Et, Animæ iuſtorum in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentũ. Illi enim ſunt in pace. Et, Spes illorũ immortalitate plena. In paucis vexati, in multis bene diſponẽtur: quia Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos ſe, & quaſi holocauſti hoſtiã accepit eos & in tẽpore viſitationis ipſorũ, ſplẽdeſcent ac refulgebũt. Et hæc de ſãctis illis quũ ediſſeruiſſet vnũquẽq; noſtrũ adhortari cœpit, ne quum emigraremus, loci illius noſtri deſertores, magis verò eas quæ iminebãt, tẽtationes generoſo pectore perferremus, Dñicæ illi⁹ memores ſentẽtię: Quia anguſta eſt porta, & arcta via quę ducit ad vitã. Sed & Apoſt dicẽtis, quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnũ Dei. Hui⁹ itaq; admonitioni viſũ eſt gerere morẽ: eóq; in Laura duos prope mẽſes mãſitauim⁹. Rumore enĩ rurſus exterriti nouæ Barbarorũ irruptionis, ſuffugimus in Monaſteriũ ſãctæ ciuitati propinquũ, quod quidẽ ab ea diſparatur ſtadiis fere viginti, cui nomen Abbatis Anaſtaſij. Neminẽ prorſus tũ loci incolã inuenimus. Sed & ibidẽ loci, duos alios prope quũ demorati eſſemus menſes: rurſum ſumus admoniti ſanctiſſimi ſuperi⁹ dicti Modeſti adhortatione, vt poſtliminio reuerſi in propriũ habitarem⁹ locũ. Tãti itaq; patris probo ac ſalutari cõſilio perſuaſi, & quidem nõnulli è veſtigio in Laureẽſe cõceſſimus monaſteriũ ibidẽ loci habituri, quidã autem remigrarũt aliquãtò ſerius Lauram, timore exterriti gentis Saracenicæ haud procul habitantis, alij contra in eodem permãſere monaſterio, vnà cũ ſanctiſſimo ſuo præſide Iuſtino, qui in Laura renũtiarat Mũdo huic, quò loci plurimũ exegerat temporis ac tanto ſplẽdore inclaruerat virtutũ, vt dignitate Præſbyterij cohoneſtari pro-

Phil. 1. S. Nicomedes ab ... S. Modeſt. τὰ ἅγια λείψανα ſanctas reliquias. Eſa. 57. Sap. 3. ὡς ὁλοκάρπωμα θυσίας quaſi integram oblationẽ hoſtiæ. Mat 7. Act. 14. Presbyterij dignitas. S. Iuſtin.

Canon monaſticus.
S. Sabas.
Priorum ſanctorũ merita.
D. Thomã Anachoreta.
Canon ordinis.
Memoria SS. 44. martyrum monaſt. Laura.
S. Modeſtus monaſteriorũ pater.
Exod. 31. 36.
Zac. 4.
Omni veneratione digna Hieroſolymi. Vrbis Tẽpla.
Peregrinatio Hieroſolymis.

promeruerit. Iuſtinus hic Dei cum ſit ſapientiſſimus cultor in illo ſuo Monaſterio gratia præduce Chriſti, numeroſam admodum confluentium eò loci adſciuit congregationem, ſic tenax & obſeruans Canonis ac cæterarum conſtitutionum Laurenſis Cœnobij, vt ab his neutrobi euariet ſui ſemper ſimilis, adeò vt non facilè quis vſpiã inueniat inter vitæ communis profeſſiores qui ſic tueatur ac ſeruet mordicus ſpiritualem viuendi ſanctionem. Floret is, & quotidiana virtutum acceſſione ſuccreſcit, fitque magnus tẽporis progreſſu, vt ille olim eximius Iſaac: ita vt & nos quoties aciem mentis in hunc vnum preſcius intendimus, ac veluti ad ſcopum recta collineamus, incredibili perfundamur gaudio. In omni circum regione tanti patris celebritas inſtar prælucidi luminaris intermicat, ſplendoremque ſuum eiaculatur. Semen eſt hic Sancti patris noſtri Sabæ. Nos proinde humiles & abiecti, gratia primùm Dei, deinde ſeria admodum & accurata diligentia præmemorati ſanctiſsimi Modeſti ſedentariam hanc exigimus vitam in liberiore & trãquilliore otio, pro his etiamnum quæ paulò contigere prius, gratiarum perſoluentes & glorificantes Deum qui & mortificat & viuificat, quique mirabilia magna facit & ſolus. Ipſius enim benignitas ſuæ erga nos adaperuit viſcera miſericordię, locúmque hunc noſtrum non mediocri fauore ac promotione extulit, quàm hactenus magnificentius multò. Cæterum id gratiæ nobis eſſe indultum crediderim per priorum ſanctorum merita, qui hic Domino ſynceriore affectu venerabilem exhibuere latriæ cultũ. Sed & illud nobis gratuito indulſit munus ſua ſolius prouidentia dignum, modis omnibus venerabilem Thomam, virum longe eruditiſſimum, omniúmque virtutum ornamentis perpolitum, qui ab ipſa tenellæ ætatis infantia vitam exercuit ſilentij taciturnitate requietam & tranquillam. Vir hic eximiæ manſuetudinis laude omni eſt conſpicuus, perquam humanus: alienis malis quàm condoleſcat ex animo, vix cuiquam credibile ſit. Verè corde eſt humilis: circa orationem & Canonem Ordinis pręferuidus, quò contigit, vt Deus hoc præſide, diſcipulos propagarit in effuſam & numeroſam amplitudinem. Numerus proinde ſanctorum patrum, quos tyrannica ſuſtulit impreſſio eſt 44. Horum memoria Maio menſe celebratur 15. menſis die. Gratia item Chriſti, ſed & ſolerti ſedulitate iam dicti venerandi apprime Patris noſtri Modeſti, cuncta id temporis incoluntur effuſæ illius eremi monaſteria. En igitur pater mihi venerabilis Euſtathiæ, quæ de ſanctis illis patribus noſtris, déque Laurenſi cœnobio veſtrę erga Deum charitati duxi inſinuanda, & quidem conciſo ac perbreui ſermone. Superſunt nuntia aliquot ſanequam læta, quorum fideli relatu & veſtra & omnis ſynceriter chriſtiani anima meritò poſſit exhilareſcere. Hæc igitur exprompt us & alacer annuntio vobis. Modeſtus ſanctitatis eximiæ vir (de quo non ſemel dictum) non eorum modo prouidam gerit curam ſolicitus, quæ per hanc vaſtam eremũ ſparſim diſiecta ſunt monaſteriorum: ſed & moderandæ huic ciuitati ac vniuerſæ circum finitimæ regioni ſolerter proſpicit, Deo eidem cooperante in omnibus. Hic enim ad viuum nobis exprimit imaginem noui cuiuſpiam Bezeleelis aut certe Zorobabelis. Gratia etenim plenus Spiritus ſancti, templa Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ quidem barbarico igni conflagrarunt, in ſublime erigit omni prorſus digna veneratione, puta Ædes ſanctæ Caluarię ac ſanctę Reſurrectionis, domum inſuper dignam omni honore venerandę Crucis, quę mater Eccleſiarum eſt. Sed & ſanctę Aſſumptionis ædem à fundamentis exædificat, adeò vt per hæc læta initia de futuris quoque ſpes ampliſsimas concipiamus, idque vel ob eos maxime qui huc ſperantur venturi ab externis regionibus, ſancta hæc loca vt adorent, vt omnes in commune glorificemus Deum. Ipſum addecet gloria in ſecula ſeculorum, Amen

EIVSDEM SANCTI PATRIS ANTHIOCHI PROLOGVS

ſiuę veriùs, fragmentum Prologi.

Cant. 6.
Dignitatem attendis, non numerũ, quod ſaith el Homæoſi.
Scripturæ Apocryp.
3. reg. 1.
vſ. 38.
Sunamitis vide præfationem.
περίζωμα.
Sunamitis elegans.
Chriſti tunica inconſutilis
Hier. 13.

Dicit in Canticis Salomon: Sexaginta ſunt reginæ & octoginta concubinæ, & adoleſcentulæ, quarum non eſt numerus. Sanè nos pro virium modulo, per haſce ſexaginta reginas aſtruimus inſinuari ſelectos & authoritatis præter cæteros eximiæ libros in veteri nouoque Teſtamento reconditos. Octoginta concubinas eas eſſe ſcripturas intellige, quæ in priorum claſſem nunquam adſcriptæ ſunt, ac proinde minus approbantur. Hinc dictæ ſunt Apocrypha, hoc eſt, obſcura nec ſatis comperta authoritatis. παλλακαί, hoc eſt concubinæ eò nominantur, quod quum illegitimæ ſint, non queũt induci ad perſuadendum cum liberiore omnium aſſenſu. Iam vero iuuenculas arbitror delineare noua dogmata prædicationis, nempe doctrinam orthodoxæ Eccleſiæ, ob indelibatam & abſolutam puritatem ſermonis ipſorum. Etenim iuuenculæ nomenclaturam ſortiuntur à munditia virginali. Ait enim ſcriptura, Quærant regi adoleſcentulam virginem. Et inuenerunt Sunamitem, quæ ipſum excalfaceret. hoc eſt, cæleſtes prorſus ſententias. Hoc itaque feruore redaccenſus, ad muſicam citharam emodulans dicebat: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Siquidem Sunamitis ſua interpretatione ſonat Cæleſtem. Et, Frumentum iuuenculis & vinum ſuaui odore lætificans virgines. Incorrupti enim qui ſunt, pluuio aluntur humore roſulentis illius panis qui de cælo deſcendit, quique manet in æternam vitam. Iſtis potio hauritur ex cratere vineæ illius veracis. Nam caſtorum verba plena ſunt pudoris. Et, Sermones iſtorum mundi ſunt, iuxta ſcripturam. Innumerabiles præterea aſſeruntur eſſe ob copioſam multitudinem ſermonis doctrinæ illorum. Tam enim eſt multiplex, vt eam admetiri aut in numerum referre nemo queat. Ex tela igitur harum ſexaginta reginarum ſparſim ſelegi ac deſumpſi ſtamina aliquot, ceſuram cinctorum renum aut (ſi mauis) ſuffibulum, quo vnà cum fide circuncincti futuri lectores, diuini amoris feruorem concipiant ac proinde recaleſcant. Vt enim tela ex multis conflata ſtaminum particulis in vnam & impartilem arte textoria coaleſcit tunicam: ſic & vniuerſa ſcriptura diuinitus inſpiratæ oracula in hunc finem conſpirarunt, plane vt Dominicę diſpenſationis inconſutilem tunicam præſignarent, quam ex vtero ſuſcepit glorioſæ ac ſanctae Deiparæ, ſemper virginis Mariæ, pro tempore quidem corruptiuã morti obnoxiam, quod ſimilis noſtri eſſe voluit ad tolerandas corporis iniurias, eadem rurſus nulli ſatura erat obnoxia corruptelę, vt nos miſerabili corruptelę exemptos in priſtinam reuocaret libertatẽ, ac demũ iugo emancipatos diræ ſeruitutis ad incorruptionis gloriam transferiberet, vitae inſuper reſtitutos donatiuo communiret tradere immortalitatis. Id quidem dixerim periZonia, non illud Iudaicum, quod iuſſus eſt Hieremias in

arcano quopiam loco recondere, & idem in Euphrate fluuio computruit: quum illud verius intelligo quod ad noua gratiæ legem pertinet, quod nobis ipſe Dominus ſuomet præmonſtrauit exemplo.

Et principium Epiſtolæ, & finis iſtius deſideratur Prologi.

PANDECTES SCRIPTVRÆ DIVINITVS INSPIRATÆ VENERANDI PATRIS ANTHIOCHI, MONACHI quondam in Laurenſi cœnobio S. Sabæ Abbatis ad Euſtachium: Godefrido Tilmanno Cartuſię Pariſienſis monacho interprete.

De fide, Homilia prima.

DOmino cooperante, & ſermonem confirmante aggredimur primum hunc qui de fide eſt, ſermonem, atque ita deinceps qui ſequentur, ſerie continenti. In
Heb. 11. primis neceſſe ſit, vt credas in
Fides ſcilicet, quæ per dilectionem operatur εἰς ἀγάπην ἐνεργουμένη. Deum, quia eſt, & exquirentibus ſe remunerator ſit. Fides enim in ſeculum ſtabit. Et, Iuſtus ex fide viuet. Iuſtus autem qui veraci fide nititur fidem habet mirè efficacem, Fidem inquam quotidiana acceſſione coaleſcentem, fidem nulla ex parte hæſitantem, fidem ad opera laude digna illuſtrantem: vt per ea glorificetur vniuerſorum Deus. Fides principium eſt diuinæ vocationis. B
Ecc. 40. Quiſquis perfectè credit, lapis eſt Templi Dei,
Heb. 10. lapis eſt ſolerti apparatu leuigatus & exæquatus in ſubſtructionem Dei patris, lapis in ſublime euectus machina quapiam admirabili Ieſu Chriſti, quæ crux eius eſt, præſidio adiutus funiculi, qui Spiritus Sanctus eſt. Fides hominis, prædux viæ eſt: Charitas ipſa via eſt ad Deum vſque ſubuehens hominem. Qui eiuſmodi eſt, Theophorus fit, ſiue Chriſtophorus, Templum inſuper Dei & ſanctorum ſedulus luſtrator locorum, nulla non ſui parte per obſeruationem mandatorum Ieſu Chriſti perpolitus & adornatus. Vitæ origo eſt ea, quæ per fidem & dilectionem operatur cui C nihil anteponitur. Fidem ſanè dixerim non qualemcunque, ſed opere ipſo commendabilem. cũ fides ſine operibus mortua in ſemetipſa ſit. Ope-
Iac. 2. ra proinde fidei iſtius operatoriæ ſunt; Charitas,
Efficacis fidei opera. Gaudium, Bonitas, Humilitas. Exultatio in domino, fiducia erga Deum. Præterea. carnem affigere cruci eſt eam auocare ac ſedare ab omnibus ſuis operibus, quemadmodum à ſuis interquieuiſſe legitur Deus. Tollere crucem ſuam & ſectatorem eſſe crucis, eſt ſpiritualiter viuere.
Carnem cruci affigere. Tollere crucem ſuam. Spiritualiter viuere. Quod ſi præduce ſpiritu ingrederis, imputabitur tibi ad iuſtitiam. Hæc ea ſunt efficacis fidei opera. Qui fide percurrit viam mandatorum, cœleſtem illam aſſequetur Hieruſalem. Plane ſi fi- D dem habeamus, & in fide ſumus, & in eadem ſolidi conſiſtimus ac ſtabiles, in domino pulchrè habitamus. Etenim per prophetam loquitur
Pſ. 100. Dominus: Oculi mei ad fideles terræ vt ſedeant meeum. Nec ſecus hieremias: Ecce do-
Hier 5. mine, oculi tui reſpiciunt fidem. Dicit & Petrus, Miniſtrate in fide veſtra virtutem & cha-
2. Pet. 2. ritatem. Rurſus: Superædificantes noſmetipſos
1. Pet. 5. in fide, ſobrij eſtote, vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circumit,

A quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes fide.
Et Paulus: In quo cum credideritis, ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto. Iterum, In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Rurſus, Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum. In hac enim teſtimonium conſecuti ſunt ſeniores. Iuxta fidem enim defuncti ſunt omnes hi, Itemque, Iuſtitiam autem Dei per fidem in omnes qui credunt, vt promiſſionem accipiamus Spiritus per fidem. Et, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Si verò ei qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat B impium, imputatur fides ad iuſtitiam. Itaque inducit: Propter hoc ex fide vt ſecundum gratiam firma eſſet promiſſio omni ſemini, non ei qui ex lege eſt ſolum, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahe. Non eſt autem ſcriptum propter ipſum ſolum, ſed etiam propter nos, quibus reputabitur credentibus in dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Iuſtificati igitur ex fide, pãcem habeamus ad Deum per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum. Item Timotheo, Sectare iuſtitiam, fidem, charitatem, pacem cum omnibus, qui inuocant Dominum. Et, Sine fide impoſſibile eſt placere Deo Ioannes etiamnum, Hoc C eſt mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti, & vt credentes vitam æternam habeatis. Dominus autem noſter Ieſus Chriſtus qui verus eſt Deus noſter, ait: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum. Rurſus idem, Quiſputas fidelis eſt ſeruus & prudens? Alijs quoque dixit, Fides tua te ſaluum fecit, vade in pace. Marthæ item, Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit viuet. Diſcipulis ait, Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ille faciet. Et, Qui credit in me, habet vitam æternam. Rurſus. Creditis in Deum? Et in me credite. Et qui- D dem hactenus de fide abunde teſtimoniorũ arbitror me depromſiſſe è locupletiſſimo penu diuinarum ſcripturarum. Aſtruimus porrò fidem eſſe, qua ipſi credimus in patrem, & filium & ſpiritum ſanctum conſubſtantialem & viuificantem trinitatem, cunctis ſupereminentem. Neceſſarium proinde fit diuinæ ſcripturæ vſum ac teſtimonia hac de re depromere ad illuſtrandas legentiũ animas. Itaq; per omnẽ qui de diuinis eſt, tractatũ, auguſtiſſimã Dei maieſtatẽ ſacris conſpicimus celebrari hymnis, nunc quidem vt ſingu-

Eph. 1. σφραγὶς τῆς πίστ. *Eph. 6.* *Heb. 11.* *Rom. 3.* *Rom. 4.* *Rom. 5.* *2. Tim. 2.* *Heb. 11.* *1. Ioh. 3.* *Io. 7.* *Mat. 24.* *Luc. 8.* *Ioh. 11.* *Ioh. 14.* *Fides trinitatis neceſſaria.*

ſingularem vnitatem, propter ſimplicitatem impartilitatis naturæ omni ſuperioris, eóque inenarrabilis illius per quam tanquam virtutem vnificam ipſi in vnum coaleſcimus & counimur. Nunc verò trinitatis nomine prædicatur, vt tanta illa maieſtas qualicunque delineatione declaretur tribus ſubſiſtere perſonis alioqui prolificationis immenſæ. Huiuſce rei gratia diximus, quoniam Theologi nomina omnia quæ diuinam maieſtatem inſinuant, ſua interpretatione referunt ad ſuper ſubſtantialem ſimul & conſubſtantialem Trinitatem, ceu ſunt Deus Dominus, Bonus, Lux, Vita, Veritas. Imperator omnium, Omnipotens, Dominus, Sabaoth quod interpretatur exercituum & plæraque alia quæ ab ipſis Theologis depromuntur, quibus religioſe collaudatur Deus, quatenus ſinimur eam trinitatem pro modulo noſtro intelligere, ab eadem edocti, dum, ſeipſam ediſſerit: Quid me interrogas de bono? Nemo bonus, niſi vnus Deus. Et his qui excolendæ vineæ operas ſuas elocarant, Quia ego bonus ſum Et ſpiritus tuus bonus, Et Moyſi, Ego ſum qui ſum. Et Iohannes, quod erat ab initio. Et, Qui venit. Et, imperator ſiue omnipotens Dominus nomen illi, Et Spiritus veritatis qui eſt, qui à patre procedit. Sed & Thomæ, Ego ſum via veritas & vita. E Sanctifica eos in veritate tua. Et, Verbum tuum veritas eſt. Et, Cum autem venerit paracletus quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis qui à Patre procedit. Rurſus, Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem. Ille me glorificabit quia de meo accipiet & annunciabit vobis Rurſus, Quæcunque habet Pater, mea ſunt, Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Iterum, Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & Filius quos vult, viuificat. Et, Spiritus eſt qui viuificat: ſed & Dominus Spiritus eſt Et omnia ex Deo, & per ipſum & in ipſo creatæ ſunt omnia, & omnia per ipſum facta ſunt Et, Emittes ſpiritum tuum & creabuntur. Et, Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Atque vt ſingula compendio perſtringam ipſum diuinæ maieſtatis Verbum ait, Ego & Pater vnum ſumus. Et, Omnia mea tua ſunt: & tua, mea. Itémque, Quæcunque ſunt & patris & ipſius filij, eadem prorſus Spiritui ſancto & in maieſtate deitatis anguſtiſſimo ipſe filius adſcribit propter indiſcretam partilitatem communis, & vnius naturæ, puta propter reuerendam culturam diuinæ operationis, fontanam ac perpetem creatricis potentiæ cauſſam, dum dicit: Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti. Itaque per hæc ſuperius dicta, declaratur: quia Theologia omnis & vnita eſt, & diſcreta, neque tamen quæ diſcreta ſunt, quicquã admittunt confuſionis. Et quidem ea quæ vnita ſunt, ſiue quæ ad vnitam pertinēt Thelogiam, has habent nomenclaturas totius iudices deitatis: puta, Superbonum, Pulchrum, Ens Viuificans, Auguſtiſſima diuinitas, Perquam plenè extans ſubſtantia, Quæ viuunt, cuncta producens, Sapiēs, & quæcunque id genus nomenclaturæ ex quam optima ipſius & munificētiſſima liberalitate profectæ occurrunt, quibus bonorum omnium au-

Appendix.

[Margin: Trinitatis nomen. — Attributa Deo. — Marc. 10. — Mat. 20. — Pſ. 142. — Exo. 4. — s. Ioh. 5. — Pſ. 67. — Ioh. 15. — Ioh 57. — Ioh. 16. — Ioh. 5. — Pſ. 103. — Pſ. 32. — Ioh 10. — Ioh. 17. — Mat. 28. — Theologia & vnita eſt & diſcreta. — De bonitudine Dei. — Areo. cap. 12. diui. nominum.]

ctor eſſe dominatur. Ad diſcretam verò Theologiam pertinent denominationes, ceu ſunt. Superſubſtantialitas atque opulentia Patris: eædem & filio & ſpiritui ſancto peræque ſunt communes, vt nihil in his debeat intelligi diuerſi aut diſsimilitudinis, præterquàm ſola partilis naturę communio inter ſe ſe coaleſcens Perfidem itaque cũ cœpperimus cognoſcere Deum: ne queſo, ignoremus quantum nobis indultum gratiæ ſit, cuius cauſa Dominus ipſe veriſſime paſſus eſt Ob hoc enim ſiuit ipſe Dominus caput ſuum myrro optimo perfundi, vt ſuauiſſimæ immortalitatis fragrantiam, ſuæ aſpiraret Eccleſiæ. Nemo igitur ſe illini permittat graueolenti putore infidelitatis per principem ſeculi iſtius ſuggerendæ: nequando exerremus à calle rectitudinis, quò vel tandem ſpe perſrui contingat vitæ eternæ in Chriſto Ieſu Domino noſtro cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

De ſpe Homilia. 2.

A Fide degreſſi ad eam progrediamur, quæ ſecundas obtinet. Spem: quæ ſanè, fidei roſcida aſpergine perſuſa fructum adferet, vnum quidem trigeſimum, alterum ſexageſimum, alium rurſus cēteſimum. Spe enim conſtabilita vix vlla alia virtus peræquè ſublimis. De charitate autem (quæ tertiam ſortitur in claſſe virtutum nomen claturam, primiceria alioqui cum ſit, cæteras omneis anteuertens dignitate) poſteriore loco explicatius diſſeremus. Primus Enos filius Seth, iuſtus ex iuſto, ſperauit inuocare nomen Domini Dei. Quicunque præſidio ſpei in Deum conſtantis nixi velut manu ducuntur: mirè hos Deus ad ſublimen & theoricã anagogen ſubuehit ac propriæ lucis ſplendore coruſco irradiat. Dauid eximius Rex ſenio defeſſus cum ſuiſmet iuſtificationibus nullo pacto recaleſceret, adſciuit ſibi virgunculam vnã, nempe ſunamitem, quæ ipſum excalfaceret) Sunamitis proinde ſua interpretatio ne ſonat cœleſtem) cæterum non agnouit eã rex, hoc eſt nihil viti aut corruptelæ intulit ſpei ſuæ cœleſti. Mihi vide, num id ſcriptura illa inſinuet: Si fuerint duo, vtique calor illis neutiquam defuturus eſt, nimirum ſi fidem viuida conſtanſque comitabitur ſpes. Sed & peculiare ſpei opus eſt hoc, ſe poſſidentem reddit præferuidum, iuxta beati Petri ſententiam dicentis, Succincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij, perfectè ſperate in eam quæ offertur vobis gratiam, in reuelatione Ieſu Chriſti quaſi filij obedientiæ. Eodem ſpectat illud Ieſu filij Sirach, Quis ſperauit in Dominum, & dereli ctus eſt? Aut quis permãſit in timore eius & deſpexit eum? Melicus inſuper pſalmorum concentor: Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius. Et, Letentur omnes, qui ſperant in te. Rurſus, In ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum: & refloruit caro mea, & ex propria voluntate, Sed & alios velut manu ducens inſtituebat, inuitans ad complexum ſolidę ſpei: dum dicit, Sperate in eum omnis congregatio populorũ, effundite corã illo corda veſtra, quia Deus adiutor noſter. Et, Spera in Dominũ, & fac bonitatem. Et, Reuela domino viam tuam & ſpera in eum, & ipſe faciet Eſaias item, ſperauimus in nomine tuo & in memoria tui deſiderium noſtrum.

[Margin: Mat. 13. — Gen. 4. — ἀναγωγὴ θεωρητική. — 3. reg. 1. — De Sunamitide lege præfationem. — Ecc 4. — I. Pet. 1. — Eccl. 2. — Pſ. 33. — Pſ. 5. — Pſ. 27. — Pſ. 61. — Pſ. 36.]

Rom. 8. Rurſum Paulus, ſpe ſalui facti ſumus. Spes autem
τῦ μελε- quæ videtur non eſt ſpes. Quod enim videt quis
χεῖν par- quid ſperat? Si autem quod non videmus, ſpera-
ticipandi. mus: per patientiam expectamus. Iterum, Forte
Heb. 6. ſolatium habemus, qui confugimus ad tenendam
1. Cor. 9. propoſitam ſpem quàm ſicut ancoram babemus
tutam ac firmam. Inducit, quia debet in ſpe qui
arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus perci-
Luc. 2. piendi. Et in Lucæ Euangelio de Simeone, Ac-
ceperat enim reſponſum a Spiritu ſancto, non vi-
ſurum ſe mortem, priuſquam videret Chriſtum
Domini. Neque hic mortificauit ſpem, ſed erat
expectans rem quam magnopere deſiderabat, ni-
mirum vt videret Redemptorem ac Saluatorem
mundi. Cúmque accepiſſet & aſtrinxiſſet vlnis,
lætitia perfuſus dicebat, Dimitte me domine ve-
nire ad te regem meum. Neque enim fruſtratus
ſum ſpe mea. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Eiuſdem S. Anthiochi de Conuiuio, Homilia 3.

DE epulari conuiuio Parœmiaſtes ait, Si ſede-
Pro. 23. ris ad cœnandum in menſa potentium, attē-
te conſidera quæ apponuntur tibi, & iniice ma-
num tuam, ſciens quoniam oportet te talia præ-
parare. Quod ſi inſatiabilior es, ne deſideres ci-
bos eius. Alter item, ad menſam magnam ſediſti,
Eccl. 31. ne aperias guttur tuum ſuper illam. memēto quo-
niam malum oculus nequam. Quocunque inſpe-
xeris, ne extendas manum tuam: & ne coniuge-
re ei in catino. Intellige quæ ſunt proximi ex tei-
ἐπὶ παν- pſo: & quaſi in omni re cogita. Comede vt homo
τὶ πράγ- quæ apponuntur tibi: & ne nimis deuores, vt ne
ματι. odio habearis. Deſine prior gratia diſciplinæ, &
ne ſis inſaturabilis: ne forte offendas. Quòd ſi in
medio multorum ſederis: prior illis ne extendas
Deu. 6. manum tuam. Quàm ſufficiens eſt homini erudi-
to, exiguum? Moyſes, Attende tibi ipſi, ne dum
comederis & ſaturatus fueris, obliuiſcaris Domi-
1. Cor. 10. ni Dei tui. Concinit Apoſtolus, Siue comeditis,
ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis: omnia ad glo-
riam Dei facite, non item ad diſceptationes cogi-
Rom. 14. tationum. Ille quidem credit licere veſci omni-
bus, hic autem infirmus cum ſit, holera mandu-
cat. Inducit, Qui manducat: non manducantem
ne iudicet. Tu enim quis es, qui iudicas alienum
ſeruum? Suo Domino ſtat aut cadit. Iterum, Qui
manducat, Domino manducat & gratias agit Deo
Rurſus, Noli propter cibum perdere opus Dei.
Inducit, Omnia quidem munda, ſed malum eſt,
propter offendiculum, manducare. Et, Beatus
qui non iudicat ſeipſum, in eo quod probat. Qui
.6. autem diſcernit, ſi comedat: damnationem incur-
rit, quia non ex fide. Veruntamen eſca nos non
commendat Deo. Neque ſi comedamus, abunda-
ἐμπαίζει bimus: neque ſi non comederimus, minus habe-
vectiim no bimus Parœmiaſtes, Ne te decipiat ſaturitas ven-
ſtra edi- tris. Anima enim ſatura, illudit fauis: animæ au-
tio, calca- tem eſurienti etiam amara, dulcia videntur. A-
bit, Pro. poſtolus inſinuans nullum non cibi genus eſſe
27. mundum ait, Quos Deus creauit ad percipien-
1. Tim. 4. dum cum gratiarum actione fidelibus & iis qui
agnouerunt veritatem: quia omnis creatura Dei
bona eſt, & nihil abijciendum, quod cum gratia-
rum actione ſumitur. Sanctificatur enim per ver-
bum Dei & orationem. Et, omnia munda mun-
1. Cor. 11. dis. Et, Ad manducandum inuicem expectate.
Deu. 8. Lex inſuper, Dum comederis & ſaturatus fueris,
A benedicito Dominum Deum tuum. Dauid Deo
neutiquā ingratus, Dediſti lætitiā in corde meo, Pſ. 90.
à fructu frumenti & olei. Iterum, Quia ſatiauit Pſ. 106.
animam inanem, & animam eſurientem ſatura-
uit bonis. Cupiens porrò Dominus, modeſti vt
ſimus ac frugi homines ait, Quando inuitatus
fueris ad prandium, ne eas diſcubitum in primo
accubitu, ne fortè honoratior te veniat inuitatus
ab illo & veniens qui te & illum inuitauit dicat
tibi, Da huic locum, & tunc incipies cum pudo-
re nouiſſimum locum tenere. Sed cum inuitatus Luc. 14.
fueris vade, diſcumbe in nouiſſimo loco: vt cum
venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice aſcende
ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram omnibus ti-
B bi accumbentibus. Quia omnis qui ſe exaltat,
humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Et
hæc quidem quatenus ad intelligentiam ac ſpi ἐξέτρεφον
rituale commodum attinet, ſatis ſint. Non diſſen- ἰσοτιμῶ.
taneum fuerit meminiſſe ſententiæ illius Iob, pro quo
Quòd ſi bucellam meam ſolus comedi & non Heb. cap.
pupillum participem feci: Quoniam ab adoleſ- xxxi. b.
centia mea enutriuit, vt pater. Iterum Dominus, ita, ſ. grā-
Cum feceris prandium aut cœnam, ne vocaue- dius ado-
ris amicos tuos, neque fratres tuos, neque cogna- leuit vel
tos, neque vicinos diuites, ne forte & ipſi reinui- creuit me
tent te & fiat tibi retributio. Sed quando feceris cum.
C conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cæ- Luc. 14.
cos: & beatus eris, quia non habent retribuere
tibi. retribuetur autem tibi in reſurrectione iu-
ſtorum. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De edacitate ſiue ventris ingluuie, Homilia 4.

NVlli non hominum apprime neceſſarium
ſit, vim inferre ventris edacitati, eámque iu-
ſta temperie moderari: in primis tamen eos adde-
cet, quibus curæ eſt, pia ſeruitute colere Deum.
Honeſtum ſanè ſit prandium omne illud quod Argumē-
moderata tranſigitur quantitate. Nam citra vllā tum à ſi-
temperiem ac irretente ſuffarcinare ventrem e- mili.
dulijs, pérque ſimile eſt naui onere immodico de-
D grauatæ, quo velut oppreſſa nullo negotio vn-
doſis fluctibus immergitur & peſſum it. Et quidē
corpus alimonia eget, non item cupediariis lau-
titiiſque ferculis, quibus ſe ad voluptatem inui-
tet & ſatiet. Ciborum frugalitas illi opportunior
non inamœna ſatietas. edulio opus quod ſatis ſit,
nō item luxu profuſiore qui artus colludilet cor-
poris. Illa ſiquidem mirè iuuant & corpus & ani-
mam, quippe quæ ſoſpitatem pariunt corpori,
robur confirmant & habitudinem addunt pul-
chrè temperatam Extrema verò vtrunque læ-
dunt nec ſimpliciter. Neque enim ſanitati ſolum
noxia ſunt genuina quadā ſua ad corruptelā pro-
E cliuitate: ſed & morbos vix eluctabiles ac per mo
leſtos pariunt, Rei iſtius euidens argumentum
exhibent monachi, qui cū exiguo contenti abeāt
cibo, vtiq; comperiuntur & acumine intellectus
perſpicaciores & corporis tēperatura illis ſanio-
res, quos iuuat totos ſe immergere vitæ mollio-
ris illecebris. Neque id boni ſolum, ſed & dum
ventris frenas ingluuiē, animæ per hoc imminuis
turbulentas affectiones. Nam qui ſe vinci ſinit ci-
borum intemperie: vtique materiā exaggerat il- Homœoſis
licē atque incentiuam voluptatū. Vt enim copio-
ſam lignorum congeriē igni ſi admoues, maiorē
excitas flammā: ita & copia ciborū ſi inditur ven-
tri, alit concupiſcentiam. Eſculentorum ſplendi-
dus

dusac profuſior luxus guttur quidem oblectat, A
ſed & vermem intemperantiæ alit irrequietum ac
Simile a-lund. peruigilem. Quemadmodum enim terra ſitu ſqua
lens & inarata ſuapte natura edit ſpinas: ita mens
ventris ſtudio addicti hominis indecoras prorſus
cogitationes progerminat atque obſcœnas. Mo-
nachus iuſto edacior, aliud nihil cenſendus quam
proprij tributarius ventris. Et quidem is ad cen-
ſum enumerat ſanctos & eorum commeminit in-
ter colloquia: re autem vera intemperans cum ſit
neutiquam illorum vitam æmulatur & mores.
Deſit μεγα- Ventri ſaturando addictior nulla alia re tam glo-
λοκοιλίας. riatur aut ducit venerationi, quàm quòd latiſſimo
eſt ventre & ampliſſime capaci. Plane illi venter
B fit promptuarium & honoratior ſtercorum apo-
theca, ſed & halitus ipſe qui in ſic edaci habitat
anxie interclusus, mire turbulentus eſt ac prætri-
ſtis. Dumque is ægerrimè fert, quam ex ſe ſpirat
graueolentiam: à ſeipſo ſi qua fieri poſſit, quærit
A ſimili. ſe cedere, ſeque fugit. Vt enim fumus dirè angit
apes & perſequitur: ita & exatiandæ gulæ ſtudio-
ſus gratiam à ſe recellit Spiritus Sancti. Præſtite-
rit igitur eiuſmodi lautitias condimentorum, ven
tris ingluuiem prolicientes prætercurrere, & per-
quam tenui pabulo neceſſitatem declinare corpo
ris, nequando aſſimiles deprehendamur fuiſſe po-
pulo, illi qui ſuo ventri tam anxiè inſeruiſſe legi- C
tur. Sedit enim, ait, populus manducare & bibere
Exod. 32. & ſurrexerunt ludere. Dum enim & edunt & bi-
bunt immoderatius, in obliuionem Diuini vene-
re mandati: nec ſolum, ſed & in maleſuadam ac-
væſanientem impegerunt idololatriam. Recte igi
tur ſucceſſoribus talium Apoſtolus ſcribit. Quo-
Philip. 3. rum deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſo-
rum, qui terrena ſapiunt. Iterum, Eſcæ ventri &
Rom. 14. venter eſcis: Deus autem & has & hunc deſtruet
Rurſus, Si propter cibum contriſtatur frater tuus
non iam ſecundum charitatem ambulas. Noli ci-
bo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus
eſt. Inducit: Qui enim tales ſunt, Domino noſtro D
non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: & per ſuauiloquium
& benedictionem ſeducunt corda innocentium.
Rurſum: Prudentia carnis, mors: prudentia verò
Heb. 13. Spiritus, vita & pax. Bonum enim eſt gratia ſtabi-
lire cor, non eſcis. Iterum, Non enim eſt regnum
cœlorum eſca & potus: ſed iuſtitia & pax & gau-
dium in Spiritu Sancto. Sed ne quidem genialis
vitæ ſplendor aut illecebroſa voluptas, ceu iam
dictum mihi eſt, quæ in diem mortis pabulũ con-
dit & theſaurizat vermibus, Ipſa enim indulgen-
tioris vitæ illecebra aliud nihil quam molliculus
& epularis cibus reptilium, vel teſte Iacobo, qui
opprobrans ſcribebat ſuo ventri anxie nimis ſer- E
uientibus, Deliciati eſtis ſuper terram & laſciui-
ſtis, & enutriſtis corda veſtra in die occiſionis.
Ioan 6. Dominus inſuper incredulis Iudæis ait: Amen,
Amen dico vobis, quæritis me, non quia vidiſtis
ſigna: ſed quia comediſtis ex panibus & ſaturati
eſtis. Inſert, Operamini non cibum qui perit: ſed
qui permanet in vitam æternam, quem filius ho-
minis dabit vobis. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum
Amen,

Eiuſdem Sancti Antiochi de Ebrietate.
Homilia 5.

A Ebrietas multo exuperat ſuapte grauitate eda-
citatem, & eius vſu nobis prorſum ſcripturæ
diuinæ ſanctio interdixit. Nec enim fas cuiquam
turpitudine iſtius gloriari ebrietatis, ceu quidam
aſſolent qui nihil tam reſipiunt atque mundi pru
dentiam, ſeſe hoc nomine venditantes inſolentius
quod pulchre ventrem mero onerarint. Aliud
plane temulentia nihil meribibulo confert, quam
emotionem mentis atque paupertatem. Exoleſcit
proinde per eam corpus ac friatile redditur & e-
nerue. Sane quam bonum ſit nec improbandum
propter infirmitatem corporis modico vti vino.
Vt enim terra moderato perfuſa imbre ſemen *A ſimili*
B quod in viſcera ſua deiectum purum excepit, mul *probatio.*
to cum fœnore emicare cogit & emergere, è di-
uerſo ſi immodicæ pluuiæ madeſcat illapſu & in-
ebriatur, ſpinas profert ſolum & tribulos: ita &
terra cordis noſtri, ſi quidem cum temperie vi-
no vtemur, quæ ſuopte genio ſemina pura acce-
pit, reddit multiplici cum acceſſione, ſi tota vini
humore permaduerit, ſeque mero copioſiore pro
luerit, iam velis nolis, ſpinas & aliud nihil exe-
ret, nempe improbas cogitationes. Neque id mo-
do, ſed & ebriacum illum efficit ſui ſimilibus,
hoc eſt ſtultis deridiculum prudentibus autem
per commiſerationem luctum extorquet: Noë e- *Gen. 9.*
C nim, ait diuina ſcriptura, vir iuſtus biberat vinum
ſeque eo proluerat immodice & iacebat nudus,
(nec tamen eo ſcribitur iuſtus, quod vino im-
maduiſſet, ſed eatenus expers vſus vini) & ab im-
prudente illo Cham habitus ludibrio eſt, à pru-
dentibus autem filiis tecta eſt ignominia nudita-
tis. Vitemus igitur fratres ebrietatis Dæmonem,
vt ne demum illi nos exhibeamus deridiculos,
quinimò nos ipſos præmuniamus ſobrietate, quæ
hunc noſtrum hominem incolumem ſeruet cum
primaria eius portione, videlicet mente, ſicut &
Parœmiaſtes ſuo præſcribit mandato, Noli eſſe
potator vini. Omnis enim ebrius, pauper eſt. Ite *Prou. 23.*
D rum, Cui væ & cui tumultus, cui iuditio, cui in-
ſuauitas & nugæ? cui contritiones ſuperfluæ, cu-
ius liuidi oculi? Nonne iis qui immorantur diu-
tius exhauriendo vino? Nunquid non his qui per
ueſtigant, vbi fiunt compotationes? Inducit, No-
li inebriari vino, ſed conuerſare cum hominibus
iuſtis. Alius item, Ne eſto virilis in vino. Multos *Eccl. 31.*
enim perdidit vinum. Iterum, Qui iucundus eſt
in vini congreſſibus, in ſuis munitionibus dere-
linquet ignominiam. Rurſum, Noli eſſe potator
vini. Non enim conferunt ſtulto deliciæ. Et, Lu-
xurioſa res & contumelioſa, ebrietas. Omnis au- *Prou. 20.*
tem qui ſe immiſcet his, non erit ſapiens. Oseè *Oſee. 4.*
E propheta de vetere illo populo, Vinum & ebrie-
tatem excepit cor meum. Eſaias item miſeros eos *Eſay. 5.*
inſinuans qui diutius immorantur vino dicebat. *συνάψει*
Væ qui conſurgunt mane & ſiceram ſectantur ma *Aldus ha-*
nentes vſque in ſerum, vinum deuorabit eos. Ite- *bet Eſa. 5.*
rum Ioël nihil huic diſſentaneus clamat, Euigila- *συνάψου-*
te ebrij à vino. Flete voſipſos & lugete omnes *σι.*
qui bibitis vinum ad ebrietatem. Flere enim & *ſuccendet.*
lugere conſtitutum his qui artifices ſunt & ope-
rarij vinolentiæ. Eſt enim ebrietas vitium iſtis pe
culiare qui peſſime vitá hanc tranſmittunt & à re
ctitudine in pudendos errores deflexerunt, vel
teſte Iob qui quoſdam percellens aeriter dicit.
Errauerunt ſicut ebrij. Quibus autem cordi eſt *Iob. 12.*

pudicè ac probè conuerſari, ab ebrietate, omni ſtudio ſibi temperant, atque inoffenſe per viam pergunt rectitudinis, per omnia morigeri Apoſtolicæ ſententiæ,
Eph. 5. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. Iterum, Ebrij regnum Dei non hæreditabunt. Et illud, vidua quæ in delicijs viuit: viuens mortua eſt. Inducit, Propterea nolite fieri inſipientes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Quotquot enim obſcœnæ ſunt & ignominioſæ affectiones, ex vo[t]is ebrietatis ſtirpe prognaſcũtur & ſuppululant, vt & Dauid aſtruit: Nox, ait, illuminatio mea in delicijs meis, hoc eſt. Nox circumfundebat me timidulum & ignorabam. Delicias per hæc nominat noctem. Denſa enim caligo
B quædam eſt temulentia ac tenebræ. Nam qui ſe immodico vino proluunt & immergunt, vtique noctu ſe inebriant iuxta Apoſtoli ſententiam. Fi-
Gen. 19. liarum Lot hiſtoriam ſciens volenſque tranſmittam. Dominus autem prius dicta priua authoritate fortiter aſtruens, omnibus in commune præſcri-
Luc. 21. bit. Videte, ne grauentur corda veſtra crapula & ebrietate. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De abſtinentia ſiue temperantia. Homilia 6.

ABſtinentia ſiue temperantia vniuerſo hominum generi apprimè conſentanea virtus eſt,
C ijs tamen propius congruit, qui Deo magnopere ſtudent gratioſi eſſe & amabiles. Sanè Abſtinentiam dicimus non eam modo qua comite ab eſculentis abſtinèmus, ſed & quæ cætera ſuo ambitu complectitur, hoc eſt abſtinentiam omnium, quorum vſu ipſi interdicimur. Neceſſum igitur ſit iux-
1. Cor. 9. ta Apoſtolicam doctrinam, vt is qui ſedulo curat eſſe & dici abſtinens: ab omnibus ſibi temperet & abſtineat. Vt enim ab homine quopiam, quomo-
A ſimili argumētū dolibet tandem reciſa ſi ſunt membra aliquot, per hoc totus hominis habitus decolor demum fit ac deformatur: ita vna aliqua virtus ſi è membris cæterarum reſecta comperietur, decus atque ele-
D gantiam abſtinentiæ obſcurat prorſus & intercipit. Oportet igitur non eas virtutes ſolum induſtria qualicunque noſtra conſequi atque exercere, quæ circa moderationem temperiemque verſantur corporis: ſed & ille nobis adſciſcendæ veniunt, quæ interiores noſtri hominis concretas & inolitas fæces vi ſua efficaci prævalent expurgare. Temperantiæ ſiquidem peculiaris functio eſt, tibi per eam vt temperes & contineas à pecunia ac rationis expertæ voluptate, nihilque conficias operis quod diuinæ aduerſetur voluntati: Abſtinentia frenum eſt impetum concupiſcibilis poten-
E tiæ præproperum & alacrem frangens & quaſi obtorto collo præfocans, quo quidem motu inuitamur ad exatiandos nos epulis præter modum, ad congerendas pecunias, ad parandum nominis proprij famam. Neque enim contingit, vt quippiam aſſequare de genere bonorum, niſi preduce patientia & ea quæ in genera ambit cæteras atque amplectitur, nempe Abſtinentia, ſiue Temperantia. In patientia enim veſtra poſſidebitis animas veſtras. Quiſquis igitur legitimè & cum laude cu-
Luc 21. pit conſequi Abſtinentiæ virtutem, is continenter oret. Indeſinenter orate, ait Apoſtolus. Oratio & abſtinentia mentem auocant & amoliuntur ab intemperie mundialium voluptatum, ſed & om-

A nem illarum vitioſam operationem à nobis ſemotius propellunt. Carnem enim & ſanguinem dixit Apoſtolus carnales affectiones quam mẽtem proliciunt & pertrahunt ad earum cogitationes ſenſuſque, & eo dixit, Quia caro & ſanguis regnum 1. Cor. 15.
Dei non poſſunt poſſidere. Caro eiuſmodi, pabulum dæmonum eſt. Dum enim appropiant aduerſum me nocentes, vt edant carnes meas. Itaque quiſquis macerat carnes ſuas & ad tabem nititur virtute abſtinentiæ perducere: vtique dæmones fame eneeat, & ad procinctum conſerendi aduerſum ſe reddit multo imbelliores. Neceſſe igitur iuxta præſcriptam ſententiam, non vt per vnum
B ſenſuum abſtinens ſis, ſed per omnes puta per viſum, per auditum, per odoratum, linguam, ventrem & tactum, per inceſſum indecorum & cætera id genus omnia. Oportet inquam abſtinentem præſentiore eſſe animo ac ſublimiore, quam aliquando manus vt det victas vlli obſcœnæ voluptati aut concupiſcentiæ vitioſæ. Amatores ſiquidem abſtinentiæ propalam conſpiciuntur, & corporis tueri incolumitatem, & ſecundum animam erga Deum non mediocri perfundi gaudio: nimirum mens cum ſe à terrenis iſtis & caducis extricauerit, & ad cœleſtia expetenda ſe totam expanderit. Ab omni enim cum ſe ſubmouerint intem-
C perie voluptatis, deinceps fiunt eiuſmodi vitioſarum affectionum oſores. Deo proinde accepti deprehenduntur. Oratio item talium ad Dominum ſyncera eſt, eodemque ſtudio cum angelis Deum
Eccl. 18. præcipuo venerantur honore. Sed & ſcriptura ait Poſt concupiſcentias tuas ne eas, & ab appeten-
προσέχων δε ἀπέχου abſtinem. tijs tuis auertere. Ne læteris ſuper multis delitijs, neque te exacies in omnibus delitijs neque te effuderis in multa fercula. In multis enim cibis erit morbus: qui autem attendet ſibi, adijciet vitam. Beatus item Dauid perfectionem in-
Psal. 101. dicans abſtinentiæ ait. Percuſſus ſum vt fœnum & exaruit cor meum, quia oblitus ſum comedere
D panem meum. Et, A voce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ. Iterum, Quia cinerem tanquã panem manducabam, & poculum meum cum fletu temperabam. Paulus item, Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Rurſus, Expurgemus nos ipſos chariſſimi ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei, vt efficiamur templum Dei viui. 2. Pet. 1.
Petrus, Subminiſtrate in fide veſtra virtutem in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam. Iuxta igitur mandatum Dominicum neceſſe ſit ſemper ſobrij inueniamur ac peruigiles. Ait enim, Sint
E lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis, vt cum venerit & pulſauerit, confeſtim aperiant ei. Inducit, Beati ſerui illi quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quia præcinget ſe & faciet illos diſcumbere & tranſiens miniſtrabit illis. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De Ieiunio, Homilia. 7.

MOr[illegible]us qui merito ieiunij ſyncerioris magnopere cupis Dei gratiam emereri ſibique conciliare eam familiariter, prorſus is debet primum omnium ſibi ieiunium adſciſcere, non qua-

lecunque

ſecunque, ſed quod puriſſimum ſit peccati omnis ſecumque decreto immobili ceu trabali clauo cõſtituat nulli dum in viuis fuerit, ſeruire vnquam vitioſo affectui, Sed & ſilentij perpetis excolat taciturnitatem atque iugiter tueatur. Hic talis cum angelis per quam familiariter congreditur medioque in cœtu iuſtorum ſpiritualem agit choream. Siquidem liber iam ſtrepitus terreni omnis, ad cœleſtium rapitur contemplationem, hinc dum ſe macerat ieiunio, mœrenti ſimilis conſpicitur primum: at illinc exhilareſcit totus conſideratione æternorum. Hinc etiam principio vim cogitur inferre priſtinæ conſuetudini, ſed idem animo reſo-
Nõ alatias uetur & tranquilla perfruitur quiete. Qui ſic ie-
ſed ἐλάτη iunat, videri poſſit aſſimilis flori eius palmæ, quæ
qua σ- ἀλατίας dicitur. Externe quidem colore inter-
στάθη. ſpergitur plane ſubtriſti & inamœno: interne au-
Dioſcor. l. tem niueum candorem præfert. Sed & arbor ad-
dis. primo. mirabili fructuum vbertate prægnans eſt. Ad eum ſe habet modum quiſquis ſynceriter ieiunat. Externe ſubtriſtis ipſo proſpectu videtur: interne diuini luminis ſplendore illuſtratus, Deo colloquitur multa cum fiducia. Quanto enim noſter hic homo exterior corrumpitur: tanto verius inte-
2.Cor. 4. rior renouatur de die in diem, ait Paulus. Ieiuniũ igitur eſt, non ſolum ſi cibum ſumpſeris ſolito ſerius, at ne ſi bis quidem comedas. (Tale enim ad exercitationem pertinet monaſticam) ſed prouidendum magis, ne vtare obſoniis tam vario apparatu concinnatis & inſtructis. Monachi exercitatio eſſe debet, vt menſulam ſuam ad vniformem contrahat cibum. Ieiunium porro id dixerim, vicare prorſus ratione omni, ſi quidem ad ſumptionem alimoniæ, prefiniti temporis opperiris articulum, in ipſa autem hora cum immoderata atque effræni intemperie te inuitas ad menſam, atque adeo cum carne mentem etiamnum ad voluptatem exatiandam his quæ apponuntur, affigis & alligas Eſt & illud opus, vt obſerues in abſtinentia, quæ circa cibi ſumptionem verſatur, vt ne quem cibum aliquando abominere. Hoc enim execrabile cum primis ac dæmonum malignitati per quam
Audi la- ſimile. Neque enim ab vllo ciborum genere no-
therre cum bis temperamus, quodſuapte natura mali ſint.
tuis aſſe- (Abſit hoc) magis vero vt nos à pollucibiliore e-
clis. duliorum voluptate atque illecebra auulſi, membra hæc carnis noſtræ quæ facile inflammantur & intumeſcunt, moderate caſtigemus: vt ſi quidem ſana ſunt, cum decoro & honeſtate coërceantur. ſi infirma, moderata indulgentia opimentur & pingueſcant. Neque enim vſque adeo delaſſandū corpus eſt eius qui in procinctu verſatur paleſtræ ſpiritualis: ſed quatenus ſufficere poſſit ad legitime ſuſtinendum ſemel arreptum agonem. Prima-
Num. 6. ria illa lex dixit, Qui votum vouerit, à vino & ſicera ſanctificabitur: & quæcumque ex vinea conficiuntur, non comedet omnibus diebus voti ſui, quia ſanctus Domino eſt. Daniel inſuper, Ego e-
Dan. 10. ram lugens tres hebdomadas dierum: panem deſiderabilem non comedi, neque vinum introiuit in os meum, ſed nec vnguento vnctus ſum. Quid ita ſe vir tantus macerabat ieiunio, adeo vt nihil gli-
ἀβλαδύ- ſceret miniſtrari ſibi eſculentorum? Sane quod eſ-
μαν l. ve ſet vir deſideriorum, quæ ſpiritum illuſtrant, hinc
ἀβλαδί- dignus habitus cui retruſa myſteria reuelarentur,
μαν. eorumque fieret ſpectator quæ eatenus nullidum

A reuelata fuerant, nec indignus qui cum Gabriele Archangelo congrederetur familiariter. Nec ſecus trium puerorum epulares cibi ex ſemine prouenerant terræ illius & eorundem abſtinentia, ſed & charitas erga Deum ardentis camini ignem in roſcidum vaporem permutauit. Moyſes quoque per dies quadraginta dum ieiunat, legem promeruit accipere. Conformiter & Helias totidem dierum ieiunio, dominicæ gloriæ ſpectator effectus eſt. Anna Samuelem filium impetrauit præſidio freta orationis & ieiunij. Apoſtolus item: In laboribus, in vigiliis, in ieiuniis ſuum ſubigebat ſeruituti corpus. Sed & propheta Ioël, Sanctifi- Iohel. 2.
B cate ieiunium, prædicate curam & medelam, & clamate. Hei mihi, hei mihi, quia prope eſt dies Domini. Idem poſt pauca. Et nunc dicit Dominus Deus noſter: Cõuertimini ad me ex toto corde veſtro, in ieiunio & fletu & planctu, & ſcindite corda veſtra & conuertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia miſericors & miſerator eſt, longanimis & multæ miſericordiæ & pœnitens ſuper malitiis veſtris. Dauid. Ego autem cum mihi moleſti eſſent, induebar cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam. Et, Genua mea infirma ta ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum. Ieiunium porro illud verum eſt, non
C modo id, quo ruas ipſius carnes ad tabem & marcorem perducis, ſed & ſi quantum detrahis priuę expenſæ per tuam abſtinentiam, quod alioqui in ſumpturas fueras edendo: tantum viduæ impartiaris & pupillo, qua accepta exatietur, & pro collatore beneficij exoret, perque manus inopis Deo præſenteturaccepta eiuſmodi victima: quêadmodum & Eſaias ait, Cum ieiunas, frange eſurienti panem tuum. Benigniſſimus Dominus noſter ſui nos vt erudiret exemplo operis, primus ipſe ieiunauit. Sed & de eo qui læuo dæmone miſerè vexabatur, ait: Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio. Inducit, Quum
D autem ieiunaueris, ne ſis ſicut hypocritæ. Et, Beati qui eſuriunt nunc, quia ſaturabuntur. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Dan. 1. (margin, beside "ignem in")
Exod. 24 (margin, beside "per dies quadraginta")
θεογενεία. (margin, beside "& clamate")
Pſal. 34. (margin, beside "Genua mea")
Matt. 17. (margin, beside "Benigniſſimus")

De Philargyria, hoc eſt amore pecuniæ. Homilia 8.

Pecuniæ amor morbus eſt mirè peruicax, expugnatu difficilis, denique & pernicioſus. Impoſſibile namque eum qui ſit affectator voluptatum ſimul & congerendæ pecuniæ cupientior ſecundum Deum vitam vt inſtituat ſuam. Planè ſi quando hic morbus animam internanciſcetur
E ſegni torpore lenteſcentem, & animam diffidentem Deo, mox illi ſuggerit commenta quædam excuſandi ſui conſentanea, vel quæ vmbram præferant iuſtæ excuſationis. Eiuſmodi pretextus vmbratilis ſecreta cogitatione monacho ſe offert, ſenectutem prolixam eſſe, præterea infirmam eſſe valetudinem corporis: Vt mare quantamlibet in ſe incurrentium fluminum excipiat multitudinem, nunquam tamen exatiatur aut impletur: haud ſecus auari concupiſcentia. Neque enim quantiſlibet expletur diuitus. Quiſquis igitur vult iſtius cupiditatis excindere inexplebilem affectionem, ab radice eam conſcindat ac reuellat, Dum enim manet radix, caſſo labore reſecas ra- Argumentũ à ſimili

κινῆς lege κενῆς pro διακενῆς, μάταιον.

mos. Alicunde enim rurſus alij emergent ac renaſcentur. Monachus inhians cumulandæ pecuniæ, enixiſſime intendit operi: qui autem nullum quærit poſſidere peculium, nunc orationi ſtrenuam cummodat operam, nunc in lectione eſt

Attende ô monache.

totus: Monachus pecuniæ ſtudioſus theſaurum corradit, & indit marſupio: qui ſine peculio eſt, theſaurum colligit ſibi & condit cœlo. Dicit enim ſcriptura, Maledictus qui facit idolum & ponit in occulſo. Haud ſecus facit qui vitioſu affectu laborat auaritiæ. Ille quidem procidit idolo rubigine pallenti ac prorſum inutili: hic autem ſecum circunfert imaginem prorſus inanem, nempe diuitiarum ambitioſam cogitationem. Atque vt venter ſuis ventricolis euadit in Deum, ita iſti B aurum pro Deo habetur. Dæmon hic tinea quædam efficitur in oſſibus auari, per anxiam & irrequietam ſolicitudinem & peruigilium ipſum arrodens ac depaſcens. Iure optimo in ſacris literis peſtilenti hac paſſione interdicimur, ceu dictum nobis eſt, qua noſcuntur laborare grauitar à fide ſpeque obtinendæ ſalutis alieni, in primis tamen voluptati ac idololatriæ obnoxij, neque enim ſuper eſt illis quicquam ſpei erga Deum, ſed in animalcula regia, qui cum à recto calle deflexerint, in precipitia erroris atque perditionis barathrum prono illapſu feruntur, vel teſte ſcriptura: Qui diligit aurum, non iuſtificabitur. C Rurſus, Auaro nihil iniquius. Hic enim & ſuam animam vænalem habet. Et, Multi dati ſunt in ruinam propter aurum, vt & Iudas. Is enim per auaritiam, non Apoſtolorum modo excidit cœtu, ſed & proditor factus eſt Domini, ac demum gulam ſibi præfocauit laqueo. Iuſtè quidem, Scelus planè eſt & abominatio, lepra inquam, eſt auiditas pecuniæ vt & luculenter per Giezi demonſtratum eſt. Non quod volenti neutiquam auferri poſſit, naturalis cum non ſit: ſed cum electione liberæ voluntatis illam quis inciderit, ab ea vtique mundari poſſit nec difficile ſiquidem clamarit ad Dominum Ieſum: D Domine ſi vis, potes me mundare. Nolenti vero fuſtis eſt & trabes offenſionis iis qui hoſtias offerunt Domino. Sed & quiſquis inſipiens eſt, capietur auri cupiditate. Beatus itaque vir qui inuentus eſt ſine macula, qui poſt aurum non abiit, iuxta ſcripturam. Ait hic enim Iacobus interminatus iſtis pecuniæ helluonibus, Aurum veſtrum & argentum veſtrum æruginauit: & ærugo eorum in teſtimonium erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Item, Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſeriis, quæ aduenient vobis. His perquam ſimilia propheta Abacuc dicit auaris iſtis opprobrans, E Væ ei qui multiplicat ſibi quæ ſua non ſunt: qui per auaritiam malam extorta congerit domui ſuæ. Sane quam eleganter dixit, Quæ ſua non ſunt. Etenim iis qui tales ſunt, omnibus ſuppetunt diuitiæ: vt & Dauid ſuomet aſtruit patrocinio, Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum & præualuit in vanitate ſua. Iob quoque, Si congregauerit peccator quaſi terram, argentum: & quaſi lutum, aurum: hæc omnia iuſti acquirent. Is de inculpatæ vitæ mundicia ſpem ſumens dicebat, Si conſtitui aurum fortitudinem meam, ſi lætatus ſum pro eo quod multæ adeſſent diuitiæ. Melius igitur modicum iuſto ſuper diui-

1.Tim. 6.

Eccl. 10. ἀπρόσδεκτον, acceptabilem legen dum puto vænalem. ἐυπράσιμον.

Iac. 5.

Abac. 2.

Iob. 27.

A tias peccaturum multas. Sed & Paulus conteſtatur malorum omnium radicem eſſe pecuniæ concupiſcentiam. Eſt enim qui cupiditate eiuſmodi laboras, nihil indulescens alienæ calamitati, prorſus immiſericors. Dominus ipſe, noſtræque pararius ſalutis quum probe noſſet affectionem hanc auaritiæ, præſentaneam eſſe animæ perniciem, cõgruam medelam adſert, dicens: Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque æs in zonis veſtris: eoque inducit. Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum, cum interim nullius terrenæ rei poſſeſſio facile ac liberis alis in cœlum tranſuolat & attollitur. Ipſi gloria in ſecula, Amen. B

Matt. 10

De vitanda munerum acceptione. Homilia 9.

QViſquis captat munera, aut quam par ſit, plus quærit poſſidere, item pecuniæ auidus & fœnerator, quatuor hi vnum eundemque trahunt currum, ſed eo præduce qui ſuperbiæ auriga eſt & princeps. Atqui hic Domini imperio deiectus eſt. Eos attamen hic impurus inquietat, qui ipſum ad animæ vſque depulſionem ſequuntur. Non igitur æquum fuerit, vt qui ſanæ ſunt mentis, tam cruenti hoſtis frenos patiantur, ne illius aurigatione cum ſuo auriga in puteum abripiantur ſupplicij: C quin potius præitore Apoſtolo recta contendite ad vitam, Habentes, inquit, victum & quibus tegamur, his contenti ſimus. Qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli. Profecto qui Apoſtoli mandatum reueresur, imo verius Domini dicentis, Nolite poſſidere aurum aut argentum, & ne ſoliciti ſitis quid manducetis aut bibatis: is aurigam ſuperbiæ exturbat curru, atque ſuis proterit pedibus. Pulchrè igitur Parœmiaſtes per admonitionem munera captantibus dicit: Ne opprimas pauperem aut vim illi feceris: Pauper enim eſt. Item, Qui diligit pecuniam non implebitur pecunia. Propterea D pauper facile nouit ingredi in conſpectu Domini. Et, Ne ſit manus tua extenta ad accipiendum, & ad reddendum contracta. Hoc ipſum & Paulus Beatius eſt dare, quam accipere. Lex item, Non iuſtificabis impium pro muneribus. Et, Non accipies munera. Munera enim excæcant oculos videntium. Samuel, Num de manu cuiuſpiam accepi munus aut calceamentum? Ecce teſtis Dominus. Propheta Amos aduerſus populum indignabundus dicebat, Dona electa accepiſtis à pauperibus. Huic per omnia conſentaneus Eſaias ait, Principes tui diligunt munera, ſequuntur retributiones, E Tales qui ſunt, miſeros eſſe confirmant inducit, Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus: qui aufertis à iuſto, quod iuſtum eſt, & capitis xenia. Et, Dona excæcant oculos ſapiẽtium. Iterum, Perdit ſeipſum, qui accipit munera: qui autem odio habet acceptiones munerum, viuet. Rurſum, Accipiens munera in finibus iniuſtè, non proſperatur in viis ſuis. Melius itaque nomẽ bonum quam diuitiæ. Dauid proinde precatus Dominum, vt huic eximeretur noxæ, dicebat: Ne ſimul perdas cum impiis animam meam & cũ viris ſanguinum vitam meam, in quorum manibus iniquitates ſunt, dextera eorum repleta eſt muneribus. Impios, ex leges ſiue iniquos atque

viros

Prou. 22.

Eccl. 4. Idem & Paulus in bunt Domino, Act. 20 βλεπόντων.

Exod. 23.

Amos 6.

Eſa. 5.

Eſay 5. & 10.

viros ſanguinum dum oominatim perſtringit, A
inſinuat captatores munerum. Item, Inſipiens
& ſtultus peribunt. Et, Relinquent alienis di-
uitias ſuas. Ac ſi diceret illud, Stulte nocte
hac repetent à te animam tuam. Quæ autem
Luc. 10. apparaſti tibi, cuius erunt? Stultos planè eos
oominat, qui ſcopum ſuæ ſpei diuitiis affigunt:
eoque ſtulti, quum incompertus ſit nec certo
deprehendi queat iſtius vitæ exitus. Rurſus,
Inclina cor meum in teſtimonia tua & non in a-
Iob. 36. uaritiam. Iob quoque purum declarans ſe no-
xæ huius, Si manibus meis vel attigi dona. Sed
& Dominus noſtræ vindex ſalutis, Videte, ait, &
Luc. 12. cauete ab omni auaritia, quia non ex eo quo quis
abundat, vita eius eſt. Ipſi gloria in ſecula, ſe- B
culorum, Amen.

De ſordida & illiberali parcitate.
Homilia 10.

PArcitas aut ſi mauis, tenacitas ab radice pro
germinat puſillanimitatis, verius proficiſci-
tur ab infidelitate & deſperatione. Etenim ſi
circa hæc viſibilia, quæ in dies ſingulos abundè
& opulenter nobis ſuggerit Domini benignitas
haudquaquam fidem habemus, ſed varie didu-
citur animus & vacillat dubius: qui fiet, vt fi- C
de nihil hæſitante credamus ipſius verbis de
his, quæ minime oculis ſubiacent, ſed æterna
ſunt nec vllo vnquam intercipienda fine, cum
alioqui ſe ea nobis certo daturum pollicitus ſit
Bona ſane quæ nec oculus vidit, nec auris au-
diuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Non i-
Prou. 18. gitur abre diuina nos coarguit ſcriptura, Vi-
In editione rum puſillanimem quis ſuſtinebit? Itaque iſti'
70. in vul neceſſitatem corporis fide non dubia Deo per-
gata ſecus mittamus, cui manifeſti ſumus, fidem haben-
legitur. te, Spiritui ſancto. Saue rerum omnium cu-
ram in eum tranſcribamus, illi vni aſſignemus,
quia ipſi cura erit de nobis. Nouit ipſe quo- D
rum tangamur neceſſitate, priuſquam poſtule-
mus eum. Simpliciter gradientium diuitiæ
Deus eſt, quemadmodum aſtruit Sapientia:
Prou. 10. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter.
Rurſus, Fidelis viri eſt totus mundus diuitia-
rum: infidelis autem ne obolum quidem habet.
Et, Benedictio Domini ſuper caput iuſti. Et,
Prou. 11. Benedicta anima ſimplex omnis eſt. Qui ſe-
minat iuſtitiam, mercedem recipiet fidelium.
Non enim enecabit fame Dominus animam iu-
ſti: qui autem confidit in diuitiis ſuis, corruet.
Et, Subſtantia præpropero ac feſtinantiore ſtu-
Prou. 13. dio quæſita per iniquitatem minuetur: qui au- E
tem coaceruat ſibi cum pietate, multiplicabitur
Deut. 15. Dicit autem & Moſes, Si fuerit inter te indigens
quiſpiam ex fratribus tuis: non contrahes ma-
num tuam ab eo, ſed mutuo dabis quantocum-
ὅσον ἐπι- que eguerit. Pſaltes item regius, Ecce oculi Do-
δεῖται. mini ſuper metuentes eum, vt eruat à morte a-
Pſal. 33. nimas eorum & alat eos in fame. Diuites enim
pauperes facti ſunt & eſurierunt: inquirentes
autem Dominum non deficient omni bono. Et,
Non vidi iuſtum derelictum, neque ſemen eius
ἐπιδέχεται. quærens panes. Alter item, Qui miſeretur pau-
perum, beatiſſimus. Et, Animæ ſuæ benefacit
2. Cor. 9. vir miſericors. Concinit his Apoſtolus, Qui par-

A ce ſeminat, parce & metit, vnuſquiſque prout
deſtinauit in corde ſuo, non tamen ex triſtitia aut
ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit
Deus. Sed & animarum & bonorum omnium a-
mantiſſimus Dominus. Reſpicite volatilia cœ-
li, quia non ſeminant, neque metunt, neque
congregant in horrea, & pater veſter cœleſtis pa- *Matt.* 6.
ſcit ea. Inducit, Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes;
Quid manducabimus, aut quo operiemur? Scit e-
nim pater veſter cœleſtis, quia his omnibus indi-
getis. Quærite autem primum regnum Dei & iu-
ſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Ipſi
gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

B *Fratrum neceſſitati occurrendum mutuo vel commo-*
dato. Homilia 11.

MVtuo aut commodato quid vtendum dare
fratribus, maxime qui germanitate fidei tibi
iunguntur, ſuntque expectatione futuræ heredi-
tatis compares, magnopere conducit, iuxta præ-
ſcriptum legis quæ ait, Fratri tuo dabis mutuum, *Deut.* 15.
ei nimirum qui ſub lege tecum militat: alienigenę
autem non commodabis, hoc eſt exlegi, quique à
legis iugo extorris viuit. Et hæc quidem lex ipſa
ſuo aſtruit patrocinio. Sed & Parœmiaſtes, Qui
C facit miſericordiam, fœneratur proximo ſuo. Et,
Qui præualet manu ſua, ſeruat mandata. Rurſus,
Funerare proximo tuo in tẽpore neceſſitatis ſuæ: *Eccl.* 20.
& ne abſtineas benefacere indigenti, cum ad ma-
num habeas & poſſis auxiliari. Ne dicas, Reuer-
tens redi & cras dabo. Peræque his confinia dicit *Prou.* 3.
regius Pſaltes. Iucundus vir qui miſeretur & com
modat. Rurſum, Tota die miſeretur & commodat *Pſal.* 36.
iuſtus, & ſemẽ eius in benedictione erit. Item, Mu-
tuabitur peccator & non ſoluet: iuſtus autem mi- *δανείσαι*
ſeretur & tribuet. Quem ſibi præſcribat ſcopum *fœnerari*
nomine fœnoris ſcriptura, noſſe conuenit δανεί- *ſcriptura*
σαι enim fœnerari pro benigne & miſericorditer *pro miſe-*
D accipere proximum, vt plurimũ adſcribitur: quẽ- *ricorditer*
admodum illud adſcriptum eſt; Propter mandatũ *accipere*
ſuccurre pauperi: perde argentum propter fratrẽ *proximũ*
Iterum, Quam ſpecioſa miſericordia in tempore *item pro*
tribulationis. Confortabis tibi concorporem at- *κιχρᾶν*
que conſortẽ. Sed & hũc habiturus es die reſurre- *id eſt, com-*
ctionis pararium & conciliatorem. Vicem enim *modato et*
ſuam teſtabitur clementer indoluiſſe te: nec com- *precario pe*
miſiſſe, vt aduerſum te ingemiſceret. Sane nõ me- *tere &*
diocre emolumentum adferet tibi hoc. Ne igitur *χιρᾶσθαι*
tam illiberales ſimus & inhumani ob aurum & qua *accipere*
liacunque eſculenta, quorum rubigo & tinea in *quid vten*
teſtimonium aduerſum nos futura alioqui ſint. *dum.*
E Quin Paulinæ magis ſententiæ geramus morem,
Qui tribuit, in ſimplicitate: qui miſeretur, in hila-
ritate. Et, Neceſſitatibus ſanctorum communicã- *Rom.* 12.
tes. Alibi item, Diſcant autem & noſtri, bonis ope
ribus præeſſe ad vſus neceſſarios, vt non ſint in-
fructuoſi. Zacharias inſuper propheta, Iuſtum iu-
dicate. Et, Miſericordiã & miſerationẽ facite vnul-
quiſq; cũ proximo ſuo, Et Ioãnes. Qui habuerit *1. Ioh.* 3.
ſubſtãtiã mũdi huius & viderit fratrẽ ſuũ neceſſita
tẽ habere, & clauſerit viſcera ſua, quomodo charit-
tas Dei manet in eo? His conſentiunt & aſtipulã-
tur, quæ noſtræ omniũ prouiſor ſalutis Dominus
vt faciamus, admonet, Omni petenti te tribue, *Matt.* 5.
& volentem petere mutuum abs te, ne auerſeris.

Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De Vſuris, Homilia 12.

MVndi huius homines ante tribunalia ounquam conquieſcent cootrouertere & lites ioten dere proximis eouſque, dum acceſſorio perfruantur, quod præter ſortem contingit, dum maxime præter debitum, vſuras corradunt & colligunt, adeo vt quod iuſtè ad illos pertinet, principium fiat magnæ iniquitatis. Quapropter qũi vſuras exercent, noo ab re ceu excerabiles & ſtrigoſi nominatim perſtringũtur. Sunt plane coram Domino & homioibus abomioatiooi eum in genere nulli nooChriſtiano interdictum ſit artificio quouis exercendæ vſuræ, ſicut & de iniqua illa
Pſal. 54. ciuitate ait ptopheta, Non deſecit de plateis eius
Pſal. 54. vſura & dolus, Quum ioterim iuſto hoc elogium
Pſal. 71. reddat. Argentum ſuum noo dedit ad vſuram. I-
Prou. 28. tem, Ex vſura & ex ioiquitate redimet animas eorum. Parœmiaſtes quoque, Qoi multiplicat diuitias ſuas cum vſuris & abuodantũs, vtique ei congregat, qui miſeretur pauperis. Item, vſuram ſuper vſuram & dolum ſuper dolum. Noui ego aliquor, qui per immodicam auiditatem lucri, præter animæ detrimentum, ſortem elocatæ pecuniæ perdiderunt. Dignè quidem, cum lex præſcribat
Deut. 23. dicens, Fratri tuo non dabis ad vſuram argentũ, non cibos aut rem quamcumque. Rurſus, Argentum tuum non dabis ad vſuram. Et, Ad ſuperabundantiam non dabis cibos tuos. Eccleſiaſtes de iſtis qoi per iniquitatem vſuris extortam locupletantur, ediſſerit hunc in modum: Eſt infirmitas grauis quam vidi ſub ſole, nẽpe eum qui diuitias cuſtodit in malum proprium, & peribunt diuitiæ illæ in occupatiooe mala, & certè omnes dies illius in tenebris & luctu & in indignatione multa & infirmitate. Et labor iſtius in uentum ibit. Con
1. Tim. 6. ſentit his illud Pauli ad Timotbeum. Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere, nec ſperare io incerto dioitiarum: ſed in Deo, (qui præſtat nobis omoia abundè ad fruendum.) bénè agere, diuites eſſe io operibus bonis, facile tribuere communicare, theſaurizare ſibi fuodamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Authoritate igitur perſuaſi fratres ſcripturæ diuinæ, ab inexplebili illa auiditate congerendi diuitias auocemus mentem, longiſſime ſubmoueamus nos ab hac execrabili prorſus vſurarum excogitatione: potius imitemur beati Zachæi pium
Luc. 19. zelum cum eodem dicentes, Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus & ſi quid aliquid defraodaui, reddo quadruplum. Idque vt ab eo promereamur audire (qui cordium noſtrorum arcanos receſſus perſpicue nouit) Domino noſtro ac ſaluatore, Hodie ſalus domui huic facta eſt. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De immoderata affectione conquirendi ſiue de auaritia. Homilia 13.

Matt. 6. AIt Dominos, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum contemnet, & alterum ſuſtinebit, aut vnum oderit, & alterum diliget. Non potes Deo ſeruire & mammonæ. Liberati enim à peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ, nec iam poteſtis Deo ſeruire & mammonæ cuius interpretatio eſt, Diuitiæ, ſicut ille dicit, Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Quaodoquidem iuxta legis præſcriptum, pars voa corporis lepra ſi aſpergitur, altera autem ſyncera eſt: totum interim cenſetur immundum. Plane alienæ facultatis appetentior quantalibet pecuniæ exuberet copia, nuoquam exatiatur. Quum enim permulta indipiſcetur, rurſus alia tanto expetet auidius: eumque ſibi hæc conciliarit, aliis rurſom expaſſo ſunt concupiſcentiæ inbiat cumulandis, nec vnquam væſanientem hunc ſedat appetitum. Nec enim is nouit, quia quaotam habet materiam vitioſæ iſtius affectionis ſecundum proportionem: tanto recedit à Deo, fitque particeps apoſtaſiæ. Vtique talis nullum opperitur vitæ iſtius finem: neque intelligit in hac vita inquilinum ſe eſſe atque incolam, & quæ adeptus eſt, non eſſe ſua. Planè is aecenſendus venit ordini ſtultorum. Particeps enim illius eſt diuitis, cui ſuſpecta erat loci ſui aoguſtia. De eiuſmodi eleganter ſcriptura loquitur, Quemadmodum ioferuus & perditio ooo *Prou. 30.*
implentur: ita oculi homioum inſatiabiles. Beatus itaque Iacobus cupiens morbo iſti cupiditatis immenſæ adferre medelam, per epiſtolam dicit: Agite nunc diuites, plorate vlulantes ſuper miſeriis quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt: veſtimenta veſtra à tinea comeſta ſunt. Tales & Dauid perſtringit, Veruntamen in imagine pertranſit homo, ſed fruſtra cooturbator. Thęſaurizat & ignorat cui coogregabit ea. Iſti enim the- *Pſal. 38.*
ſaurorum coogeſtores fruſtra ſudaſſe comperiuntur, nec ſibi vnquam, ſed aliis laboraſſe. Qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli, ſuamque vt plurimum experiuntur tandem cupiditatem inamœnam eſſe atque diſpendioſam, quæ & iuxta Apoſtolum demergit homines in perniciem ac perditionem. Iubet rurſum is multa vt circumſpectione vitemus ſuperfluam hanc nec vllis finibus circunſcriptam aoaritiam, quæ eſt idolorum cultus, per quam ve- *Eph. 5.*
nit ira Dei in filios diffidentiæ. Sanequam decorum ſit, vt expuncta ab animo iactantia citra rationem vllam proficiſcente ex diuitiis, oderis inſuper incentiua quæuis propriæ concupiſcentiæ, id quod eſt, Odiſſe animam ſuam & *Odiſſe animã ẽ renũciare omnibus quæ ſ.* à ſe excuſiſſe omne ſuum peculium pro gloria Euangelij Dei. Quiſquis enim cogitationem funditus amolitur & auocat ab omni ſuperoacaoea cupiditate: is noo magoo oegotio deprehendit inſidioſas Diaboli pedicas. Mens enim ſimulatque à ſe depulit anxias corporis curas, veteratorias illas ac fallaces machioas inimicorum pro ratione virium quas ſortita eſt, perſpicue videt. Ait proinde Parœmiaſtes,
Non prodarunt theſauri iniquis: iuſtitia autem *Prou. 18.*
à morte liberat. Et, Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ. Super argentom & aurum, gratia bona. Et, Contineos frumentum, derelioquet ipſis gentibus. Et, Qui *Τιμωλκῶν hoc eſt τιμῶσ.* appreciat frumentum, maledictus in populis. Benedictio autem ſuper caput diſpertientis. Et, *Prou. 11.*
Qui confidit in diuitiis, corruet: qui autem benignè ſuccurrit iuſtis, exorietur. Dominus itẽ de eo qui apud ſe cõſtituerat ſuas demoliri ac

ſolo

ſolo adæquare apothecas quod anguſtiores vide-
Luc. 10. rentur, illiſque exædificare capaciores: Stulte
ait, hac nocte Angeli abs te repetent animam tuã,
quæ autem præparaſti, cuius erunt? Inducit, Sic
omnis qui ſibi ipſi theſaurizar, non item apud
Deum recondit diuitias. Ipſi gloria in ſecula, A-
men.

De diſtractione, alias importuna occupatione,
Homilia 14.

ET qnidem de diſtractione luculenter edmo-
dum docet nos Eccleſiaſtes quidam hiſcever
bis: Dedi cor meum, vt exquirerem & conſidera
B rem ſapienter de omnibus quę fiunt ſub ſole, quia
occupationem malam dedit Deus filiis hominum,
vt occuparentur in ea, Poſt pauca, Et vidi ego in
omnibus operibus meis quæ fecerunt manus meæ
& in lebore quo ſudaui, vt facerem: & ecce vniuer
ſa vanitas. Ruſus, Ante faciem hominis dedit ſa-
pientiam & ſcientiam & lætitiam: peccatori autem
dedit, (illud ἔδωκεν dedit, intelligi debet pro ἐνεχώρησεν permiſit libero hominis arbitrio) vt ad-
dat & congreget: id quod vanitas quoque eſt.
Omnia de puluere facta ſunt, & omnia in puluerē
reuertentur. Inducit, Melius eſt repleri pugillo
C qnietis, quam impleri duobus pugillis laboris. I-
serum, In quibus dedi cor meum vt cognoſcerem
peccatum meum, & vt viderem tentationem quæ
facta eſt ſuper terram, quia nec interdiu, nec no-
ctu ſomnum videt oculus eius, & omnis vita in ſo-
licitudine eſt. Principium enim malorum ipſa di-
ſtractio eſt. Perſpicue admodum diuinæ docēt li-
seræ & rationibus & exemplis eiuſmodi occupa-
tionem vitam eſſe impiorum & peccatorum ho-
minum. Omnes quidem hanc vitare debemus, prę
ceteris eutem maxime nos, qui quadantenus mun
do huic valediximus, & angelicam vitam vltronei
ſuſcepimns exercendam. Sanè quies libera & ex-
D pers negotij ſecularis, multo eſt clarior etque illu
ſtrior ſplendore iſto nominis, qui paratur obeun-
dis mundi negotiis, vel teſte cum primis Apoſto-
2. Tim. 2. lo, Nemo militans implicatur vitæ huius negotiis
vt ei placeat cui ſe probauit. Rurſus, vt quietam
& tranquillam vitam agamus in omni pietate &
caſtitate. His conſentanea votis omnibus expe-
sendns Dominus nos per Martham edocet, dicens
Luc. 10. eidem: Martha ſolicita es & turbaris circa multa.
Conſimiliter per parabolam de eo inductam qui
ſeminat, quendo dicit quoddam qnidem cecidiſſe
inter ſpinas, quæ vbi aſcenderunt, ſuffocauerunt
illud, per interpretationem inſert, Ille eſt qui ver-
Mat. 13. E bum quidem audit, ſed ſolicitudo ſeculi huius ec
deceptio diuitiarum præfocant verbum nec fru-
ctificat. Quod autem in terram bonam ſeminatū
eſt, hi ſunt qui eudiunt verbum corde bono, hoc
eſt requieto & tranquillo, & iſti fructum referunt
Deo, ille quidem trigeſimum, alter autem ſexa-
geſimum alins verò centeſimum, Ipſi gloria in ſe-
cula ſeculorum, Amen.

Quod hic mundus neutiquam veniat diligendus.
Homilia 15.

VIri, qui igne charitatis in Chriſtum accenſi pe
rentes reliquimus, filios, fratres: denique om-
Appendix.

A nia quæ iſtius ſunt ſeculi velut ſtercora æſtimaui
mus vt vel tandem Chriſtum promereamur lu-
crifacere, ne quæſo inanem aucupemur hic glo-
riam, ne curam carnis fecerimus, ne temporaria
hæc & obnoxia corruptelæ tantopere deamemus,
ne in terra defodiamus talentum nobis concredi-
sum, ne ve hic patriam inquilini quæramus, ma-
gis vero futuram illam toto perquiramus pecto-
re, tote animi cogitatione ſuſpiciamus beatos
illos mundi quidem ex profeſſo oſores, eoquo
amatores Dei illos intueamur, qui mentem nuſ-
quam alio euariantem in æterna illa domicilia
tranſſcripſerunt, qui & circumierunt in melotis,
in pellibus caprinis, egentes, afflicti, vt vel deli-
B ciarentur, ſeque oblectarent contemplatione
mundi iſtius opificis nulli non pio votis omnibus
expetendi, eoque & nos in edmirabiles viros o-
culis animi defixis, recta illorum veſtigiis in-
grediamur, In nullam prorſus rem aliam atten-
ti, non ad hominum de nobis æſtimationem,
non aliud item quiduis reſpectantes ſeculi iſtius t
vt cum ipſis poſſimus aliquando bonis illis per-
frui, quæ præparata ſunt diligentibus Deum.
Fugiamus itaque mundum charisſimi & quæ in 1. Ioh. 5.
mundo ſunt. Mundus enim hic totus in mali-
gno poſitus eſt, prout diuinus prænunciauit ſer-
mo. Anima enim quæ nondum ſe extricauis
C mondi iſtius perplexis curis & liberam reddidit
Deum germanè ac ſynceriter non poteſt diligere;
ſed neque Diabolum præus meretur, odiſſe &
execrari: eſto colorem prætexere qualemcun-
que poſſit tetricum & grauem, nempe ſolici-
tudinem anxiam vitæ iſtius. Sane ſi deinceps eo
vertamus mentem, vt quæ in mundo videntur
bona, aſpernemur: poſſumus nobiſcum diſpen-
ſante Spiritu ſancto appetentiam hanc animæ ad
terrena propendentem concordem reddere ra-
tionali ipſius effectui. Quod ſi vt hoſpites ha-
bitamus hic, ſi ciuitas noſtra longiore interca-
D pedine disiuncta eſt & dſparata ab hac quam
incolimus, & plane nouimus ciuitatem illam,
quam certo credimus nos inhabitaturos: quid in
aliene apparamus agros, ſobſtructiones ædificia
addo, magnificas ac ſplendidas prolatationes æ- Pro παρα-
dificiorum? Vtique quiſquis in aliena ciuitate τάξεις lego
ſtudioſius apparat hæc, re ipſa innuit nihil iam παρεκτά-
ſibi ſpei ſupereſſe, vt aliquando deflectat iter in σεις.
eam quæ propria eſt, ciuitatem, nempe cœle-
ſtem illam Hieruſalem. Iſthæc cogitatio im-
prudentium eſt hominum, nihil penſi de ſalute
animæ habentium, eoque miſerabilium. Non
enim intelligit exotica hæc alieni eſſe iuris, &
E poteſtati ſubeſſe alterius, nimirum iſtius ſeculi
principis. Cum igitur hic habitemus vt inqui-
lini & alieno, nihil eſt quod nobis ipſis im-
pendio epparemus præter frugalitatem vitæ et
virtutem. Qui erga ſuum Dominum ſynce-
ra charitate toti mardeſcunt, nullo non tem-
pore circumferunt illum in cordibus ſuis &
per ipſius mandata inoffenſe gradiuntur, pro-
miſſis eius fide nihil dubie acquieſcunt, ac
ſcopum expectationis ſuæ iis affigunt. Bo-
num ergo vt pro iſtis facultatibus, pro peculio
qualicunqne, quæ hodie quidem penes nos ſunt,
et craſtino aut perendie in alterius conſtituentur
arbitrio, pro his inquā animas redimamus miſerè

N

A afflictas, pro cuiuſque virili vidnis proſpiciendo & pupillis, non item auerſando illos. Vtque in monaſteriis diſpenſantur, ita conuenit per vnumquenque panperum rite diſponere ac diſpertiri diuitias quas quiſque à Deo accepit in vita, & liberaliter inſumere in indigos. In hunc ſiquidem vſum eas nobis impertiuit clementia Domini, vt in obſequium inſumantur pietatis, ac demum pro eiuſmodi io paupetes liberalitate theſaurum reportemus nullo vnquam æuo intercipiendum. Sane multo præſtiterit, nobis vt tales coëmamus agros, tale peculium quod ęternum duret, noſque recta proueliat ad illam nobis promiſſam ciuitatem, quæ eſt mater noſtra, quãdo ad illã quotidiana contendimus peregrinatione. B Ne igitur dilectiſſimi, ceu dictum eſt, tam anxie mundi bona cogitemus, vt vel tandem æternis detur perfrui. Mundum hunc velut curſu præcipiti tranſmittamus, quo ad mundi opificem pertingamus beatifica fruitione. Siquidem mundi iſtius figura ad imaginem tranſit inſomnij. Tametipſi ipſo vtimur muodo: ne ſic quidem eo abutamur iuxta

1. Ioh. 2. Beati Ioannis mandatum, Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo, quia omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, C quæ non ſunt ex patre, ſed ex mundo ſunt. Et mundus tranſit & concupiſcentia. Qui autem voluntatem Dei facit, manet in æternum. Ait item

Iaco. 4. Iacobus, Qui voluerit amicus muodi eſſe, inimicus Dei conſtituitur. Paulus quoque, Expoliantes veterem hominem cum actubus ſuis induite nouum, qui renouatur.

1. Tim. 6. Infert, Nihil enim intulimus in mũdum: manifeſtum eſt, quia nec efferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta ac tegumenta, his contenti ſimus. Et hæc poſtulat Salomoo à Domino, Diuitias & paupertatem ne dederis mihi: ſed coordina mihi neceſſaria & quæ

Prou. 30. ſufficiant. D Rurſum, Paulus cupiens magnopere vt neglectis terrenis, cœleſtia inambulemus, ſimulque volens nos conſtituere cœleſtis patriæ municipes admonet dicens, Si igitur cõſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, quærite: vbi Chriſtus

Col. 3. in dextera Dei ſedens. Quæ ſurſum ſunt, ſapite: non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis cum Chriſto & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto. Opto autem vos permutari eleganti admodũ tranſmutatione, eoque inducit. Nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate mentis veſtræ. Clementiſſimus Dominus noſter diſcipulorum ſuorum ſermonem ſuæ pondere maieſtatis ſanciens & corroborans, ait: E Quid enim proderit homini, ſi lucretur vniuerſum mundum, a-

Matt. 16. nimæ vero ſuæ detrimentũ patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De immodica & audaciore fiducia loquendi.
Homilia 16.

Cauſonẽ accipe febrem exæſtuanẽ, de qua Gale. TEmeraria illa & impudens loquendi libertas videri poſſit aſſimilis Cauſoni magno, febri nimirum exæſtuanti, cuius incendium cæteri neutiquam ferentes illinc ſe proripiunt, curſuque præcipiti in locum concedunt vmbratilem, A animæ refrigerandæ gratia. Vmbra hæc refrigeratrix cenſetur is qui in loquendo modeſtior eſt, eoque circunſpectior, Nam ab illo quidem nec ſalutato deſugiunt vt ab acri & nares obturante fumo linguæ procacis, ſeſe commodum recipiẽtes ad captandam auram amœnius ſpirantem, ad ſuauè fragrantis incenſi exhalationem, quę ſilentium eſt. Eius vitant graueolentiam, qui alliis veſcitur, & ei ſe adiungunt propius, qui quopiam fragrat nobili vnguento, hoc eſt ſuauiloquo, qui ſedula indagine perſcrutatur verbum bonum, qui caſta Dei eloquia abundè effundit. Nihil enim ſic obſcurare conſueuit & abolere ſplendorem vir- B tutis, vt blandiloqua atque vrbanior ſcurrilitas, vt ludicra ac petulans nugacitas, vt otioſus ſermo & expers frugis bonæ. Item, Nihil ſic renouat & quodammodo repubeſcere facit animam alioqui inueteratam: vt timor Dei, vt oratio ſanequã ſpecioſa, vt perpes & indefeſſa meditatio eloquiorum Domini, vt ſi teipſum obarmes & communias iugi precatione, ſi ſedulo ac veluti per veſtigia ſciſciteris, quantum ex vigiliis reſiliat compendij. Illa porro audacior atque imperioſa libertas loquendi abominatio eſt, vtque ſcriptura continet Eccleſiaſte, Execratio inquam apud Dominum, qui firmat oculum, ſed & indocti intemperantis C linguæ ſunt. Si verberauerit imprudentem in medio concilij illi opprobrans, nunquam abſtuleris ſtultitiam illius. Rurſus, Sapientia hominis illu- *Eccl. 9. & 20.* ſtrat faciem eius: impudens autem facie, odibilis erit. Et in Prouerbiis, Rarius infer pedem tuum in domum amici, ne fortè ſatiatus oderit te. Auerte abs te ſermones opprobrij. Iterum, Qui benedicit mane amicũ exerta voce, nihil differre videtur ab eo qui maledicit. Rurſum, Qui cuſtodit os *Prou. 20* ſuum & linguam, cõſeruat à tribulatione animam ſuam. Et nos igitur pro virili fratres toto nixu prouideamus, ne quem locum in nobis vitioſus hic nanciſcatur affectus linguæ procacis, ne quando aduerſum nos inualeſcat imperioſius. Perquã D moleſta eſt hæc animæ intemperies è qua ceu parente, cæteræ progerminant & emergunt: eoque fructus exercitij huius noſtri omneis putrilagine ac marcore perdit, virtutes ipſas hominis reddit inanes frugis bonæ. In eos cadit vitioſus hic affectus, quas odit Deus infenſiſſime. Vnde & Ozao qui per temeritatem exporrigere manum auſus eſt, vt archa Dei ſeruaretur incolumis: vt execra- *2. Reg. 6.* bilem ac prophanum in veſtigio morte multauit. Temere ergo loqui ac ſeſe efferre impotentius, vtrumque apud Deũ & homines caret gratia, quod cum perſpicue noſſet Dauid, dicebat: Bonum mihi quod humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes E tuas. Et, Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui. Sed & Paulus, Datus eſt mi- *Τῇ σαρκὶ carni.* hi ſtimulus carni Angelus Satanæ, qui me colaphizet, vt ne extollar. Alius item, Quis gloriabitur *2. Cor. 12.* mundum ſe habere cor? Aut quis liberè loquetur coram eo? Vnde & Dominus Petro audacius quam conueniebat, locuto. Cum enim is dixiſſet, Propicius eſto tibi Domine, non erit tibi hoc, acriter eum coarguit. Vade retro Satana. Atqui i- *Matt. 17.* dem mox à reſurrectione à Domino interrogatus Petre diligis me, omni cum timore ac reuerentia reſpondit, Certè Domine tu ſcis, quia amo te. Ipſi *Ioh. 21.* gloria in ſecula, Amen.

Quod

Quod abſtinendum ſit à familiari colloquio mulierum Homilia 17.

MAximopere accommodum eſt ac rationi prorſus cooſentaneum, vt ij qui cupiunt vitam hanc tranſmittere inculpatam nec vlla in parte defœdatam, à familiari mulierum congreſſu ſibi temperent. Nihil enim miòus conuenit, quam vt qui ſemel mundum hunc ſugerunt, mulieribus ſe inſinuent familiari colloquio, aut per earum congreſſum ac delicias, eneruent & inquinent arreptum propoſitum. Quidam enim prætextu à compaſſione fruſtra quæſito, religioſum eſſe cẽſent ac pium, vitam axigere communiter cum mulieribus. B Quotquot hoc faciunt aggreſſi ex profeſſo ſolitariam vitam, vtique ſuo hoc faciunt periculo, ſeque vltro trudunt in præcipitium, iidem ad ingerenda conuitia propenſiſſimi, & ſcandalorum nec mediocrium miri opifices. Cumque in omnium oculis ſe vſque adeo gerant indecore: ne vel ſic tantillum ſuppudeſcunt. Quid non iſti deſignent flagitiurum in occulto & quæ hominum fallant obtutus, quando in proſpectu omnium ſic impudenter ſe venditant & gloriantur? Quonam pacto ad ſobrietatem ac vitæ frugalitatem ſe recipient, qui deridiculis nec ferendis ſannis proſcindant eos, quos vident ſibi temperate ac muderate viuere? C Qua quæſo ratione ſperes iſtos interquieturos & ab improbitate deſituros qui quamlibet euidentibus argumentis conuicti, miſerè concerpunt ac lancinant ſe coarguentes? Aut quo tandem modo diuina oracula indubia fide iſti reuereantur & habere poſſint venerationi, qui fabularum loco ſacra habent eloquia? Qui etiamnum iudicium illud formident, qui vel tenendis memoria Dei mandatis ſuas operas tam oſciranter commodant pro conſuetudine ſuæ ex legis vitæ interim obambulantes? id quod nec fas vlli Chriſtiano, pius qui ſit. Egregium proinde ſuerit, à mulierum congreſſu ſi nos D ipſos amoliemur quam longiſſime. Hoc enim Deo cum primis gratioſum & hominibus per quam amabile. Ipſe enim vel aſpectus mulieris telum eſt veneno letali litum, Vt primum vulnus affixit animæ ac miſere ſauciauit impreſſiune ſagittæ: quanto diuturoiorem conficit moram, tanto periculoſiorem putrilaginem in ea operatur. Qui autem vitabundus ſe à mulieris ſubmouet conſortio, is non facile in id incurrerit periculi, neque telo mulieris ſaucius aliquando concidet.

A ſimili argumẽtũ Homœoſis altera.

Quemadmodum enim ſplendorem lucernæ alit oleum, ſic & colloquium mulieris ignem redaccendit voluptatis. E Vtique ſcintilla diutius ſi immoretur adhæreſcens paleis, erumpit in flammam ſic memoria cuiuſpiam mulierculæ, ſi vel tantillum duret, incendium excitat concupiſcentiæ.

Similitudo tertia.

Sicut item lapides illi in monte Æoam plagam reſpiciente è venulis ſuis, attritu aut contiguitate eiaculantur ignem: ita mas & fœmina ſi ab inuicem ſemotius diſparentur, neutiquam exardeſcet ignis: ſin mari ſe fœmina propius admouerit, ignis conflagrabit, atque vniuerſa depaſcet incendio.

Εμπρήζει lege ἐμπρήσει.

Ad eum modum ſe habet animal illud rationale, vir ſed effœminatus. Fugiamus itaque chariſsimi illarum conſortia, ſunt enim aliud nihil, viro quã virus præſentaneum, & quæ animas noſtras pro-

Appendix.

A cliuiter admodum ſuis irretiant pedicis, ceu plagis venaticis. Audiamus interim quid de eiſdem diuina iubeat ſcriptura. Primus in aream prodeat Parœmiaſtes, A muliere principium peccati, & per eam morimur omnes. Inducit, Ne des aquæ exitum, & mulieri malæ fiduciam loquendi aduerſum te. Et, Ne impegeris in pulchritudinem mulieris, & mulierem ne concupiſcas. *Eccl. 25.* Rurſus, Oculi tui recta videant, quia coram oculis Dei viæ hominis ſunt: rectas orbitas facito pedibus tuis, Non declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Auerte pedem tuum à via mala. Rurſum, Fili, ne te ſuperet pulchritudo concupiſcentiæ; B neve capiaris pupillis tuis; quia mulier animas venatur virorum honorabilium. *Prou. 25.* Implanat hominem multa colloquntione, & laqueis labiorum illicit eum & irretiuit. Ille autem ſecutus eſt eam & exterritus, quaſi bos qui ducitur ad victimam, & quaſi canis ad vincula neſciens quia pro anima currit. Ne igitur declinet in vias illius cor tuum. Multos enim poſtquam vulnerauit, deiecit: & innumerabiles ſunt, quos interfecit. Viæ enim inferi, domus eius deducentes in promptuaria mortis. Et hæc quidem Salomon, Sed quid? Nunquid non Ægyptia illa Ioſeph concupiuit perfrui pulchritudine, carnali deſiderio C exardeſcens, cum ille caſtiſsimus eſſet? Cum abnuiſſet adulteræ explere concupiſcentiam, tribulatione ac multiiuga neceſsitate per delationem mendacio adumbratam, pium illum ea transfixit & velut inſubulauit, plane vſque ad mortem: Num vides, vt vaga illa nec ſecum conſiſtens motio carnis Ægyptiæ quantam pepererit iuſto tribulationem? Vel ob hoc ſanè modis omnibus profuerit, ab eiuſmodi vt abſtineamus. Nihil enim adferunt commodi hatum mutuæ conſabulationes nobis cupientibus lumbum præcingere. An non audiſti de Sampſone Nazaræo, quo cum inambulabat Spiritus Domini? *Iud. 17.*

Antigraphũ habet καὶ φοβηθεὶς Græca editio, κατάφωτις ὀξέως ἐκλαυγαμένας arguit illiſus & impactus, pſanocins. *Gen. 39.*

D Et hunc ſic ſanctum mulier ad extremam vſque vitæ cladem perduxit per moleſtam hanc carnem ac neſariam concupiſcentiam. Ob hoc nullo pacto nobis ipſis permittamus, vt cum muliere vel ſediſſe comperiamur, & vt compendio abſoluam, nullam cum illis ineamus conſuetudinem. Nec ſecus de Dauide quem & erudiuit & inuenit Deus virum ſecundum cor ſuum, quo modo concupierit perfrui mulieris illius Bethſabeæ dico, decore incredibili. *2 Reg. 11.* Hic beatus in quot tandem deuolutus eſt mala? Hanc cum vidiſſet ſanctus alioqui ſe lauantem & concupiſcentia carnis illius exarſiſſet, quantam flagitiorum E lernam hic operatus eſt modis licet omnibus maximus? Peccauit in Deũ, non eo ſolũ quod in mœchiam ſit prolapſus, ſed quod virũ illius iuſſerit interfici. Vides, quantã hic vnctus Domini rex Dauid confecerit tragœdiam, vt vel conceptam expleret concupiſcentiã? Doceamur & nos hoc exẽplo nõ cõcupiſcere. Si enim viri illi tales cũ eſſent illicibus, tamen lenociniis mulierũ demulcti captique ſunt, & nos inter pericula incedentes, & in medio laqueorũ poſiti adhuc effugiamus expaſſa retia Nec alia ratione Ammon ſororis ſuæ Thamar ineſcatus ſpecie, vita miſere priuatus eſt. *2. Reg. 13.* Similem in modum Salomon cũ is alioqui ſapientiam haberet, prudentiam, profuſiſſimam cordis latitu-

A dinem, diuitias inſuper & gloriam tantam, quantam nemo hominum alius. Et hic tantus per mulieres periclitatus eſt, perque earum maleſuadum amorem apoſtata à Domino factus eſt. Seniores *Dan. 13.* illi qui iudicium exercuerunt aduerſus Suſannam ij per aſſiduam congreſſionem cum alienam pulchritudinem eſſent edocti, ac demum abiiſſent præcipites in immenſum pelagus concupiſcentiæ inſurrexerunt in beatam illam Suſannam. Hæc quidem de concupiſcentia ſat ſint. Sed & illarum nequitiam, Ieſus Sirach filius conſpicuam reddit, & omnibus perſpectiſſimam, dicens: Omnem nequitiam & non nequitiam mulieris. Cohabitare leoni & draconi melius, quam habitare cum muliere nequam. *Eccl. 22.* B Rurſus, Parua omnis malitia ad malitiam mulieris. Parœmiaſtes, Procul ab ea facito *Prou. 6.* viam. Ne appropies foribus domus eius, ne impleantur alieni robore tuo, & pœniteat te in nouiſſimis tuis. Satius igitur eius ſ. qui cõſilium, qui dicit: Qui ſine vxore eſt, cogitat quæ Domini ſũt, *1. Cor. 7.* quomodo placeat Domino. Qui vero vxorem habet: cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Clementiſſimus quoque hominum amator Dominus, cum is chariſſimè noſſet, quantam perniciem, quanque ineluctabilem corruptelam vitioſus hic affectus concupiſcentiæ inueheret animabus noſtris, tali ſciuit C decreto, aduerſuſque hunc pronunciauit: Omnis *Matt. 5.* qui viderit mulierem ad cocupiſcendum eam, iã mœchatus eſt eam in corde ſuo. Deum noſtrum addecet gloria in ſecula, Amen.

Quod minime conueniat crebro aſsidere cantatriculis.
Homilia 18.

CRebro aſſidere cantillãtibus mulierculis, vix æque nobis incommodum aliud occurrit Ob hoc domus hæ dictæ Monaſteria nomine ipſo arcent nos ab earum colloquiis iure quidem. Sola ſiquidem apprehenſio vultus fœminei, D initio ſtatim neſcio quam ingerit cordi hominis turbulentam intemperiem, à tranquillitate in diuerſum auocat mentem, ac transfert alio: cum ipſa inter orandum deinceps hiulca fauce oblatret, nec requiete vacet diuinis laudibus, quin potius huic vni incumbit curæ, nempe de iſtis cogitans. Qui earum colloquiis creber incubuit monachus ſimillima in corde tacitus comminiſcitur, vt in ligno vermis, vt tinea in veſtimento. Fuge igitur illarum familiares congreſſus, neue illas permiſeris audaciam ſumere aduerſum te. Principio quidem, reuerentiæ nonnihil præferunt, atque ita ſuam tegunt nequitiam pallio hypocriſeos, deinceps nonnihil audent impudenter imperioſæ. E In ipſo enim aditu primę confabulationis multa cum lenitate loquuntur, & prono in terram vultu, cõtinenter illachrymantur, reuerenter admodum habitum motumque corporis ementiuntur, ſuſpiria attollunt amarulentiæ plena, de ſanctimonia aut caſtitate etiamnum interrogant, magna cum voluptate auſcultant diſſerentem. Alterà primo congreſſus ſuperiora illa ſenſim recellit ac repudiat. In tertio, Quid ità ardentibus oculis ac renidente vultu arriſiſti? Adhæc, illa in riſum effuſiſſime ſoluitur. Tum deinceps ſermones texunt,

A qui præmolli quodam lenocinio demulceant atque inuitent affectionem turpitudinis. Et hæc planè aliud nihil ſunt quam irritamenta, quæ te ineſcent ac proliciant ad mortem: quare præſtiterit ardenti igni propius ſe admouere, quam mulieri: preſertim iuuenis vterque ſi eſt. Etenim excuſſo igne tametſi vehementi dolore affectus, ocyus in terram deſiliſ. At muliebri blandiloquentia præmollitus, non iam paruo negotio te ab illa excutere potueris ac ſecedere. Bonum igitur, ſed & Deo atque hominibus cum primis acceptum, vt nos ab illarum conſuetudine extricemus vitabundi, nec eis continenter aſſideamus, nequando earum retibus impliciti periclitemur, quin liber B tatem quam ocyſſime nobis vindicemus ceu aſſolent animalcula quæuis ſemet telæ Arachnæ illapſa. *Vel hinc diſce Luthera ne Vota religioſorum non eſſe nouitia.* Nos omnium maximè, qui relicto peculio totos nos Deo conſecrauimus: nihil impoſterum neceſſe ſit cum illis congredi familiarius, quarum quidem confabulatio & plena eſt vanitatis & animabus mirè detrimentoſa. Fas igitur defugiamus, ne flagitij quippiam adhæreſcat animabus noſtris Ipſe enim Dæmon peccati amantiſſimus commenta aduerſum nos non pauca excogitat ac molitur inſidioſé. Iſtis mulierculis ſuggerit, orent nos cum lachrymis & obteſtatione, eas vt aſſidue viſitemus, illarum ſaluti vt conſulamus, ſpe mercedis à C Domino obtinendæ. Ab iſtis interim perſuaſi auferimus remunerationem, hulcera nimirum animæ vix vllis curanda antidotis, ſalaces ſcilicet & obſcœnas cogitationes. Adeo deinceps cor tot agitatum intemperiis pœnas luit merito ſuo dignas dum mens atque affectio concepti facinoris, cor miſerum diſtrahunt, inque carnificum morem nunc huc ille, nunc illuc alter pluſquam tragice concerpunt. Omnem igitur ſuperat vanitatem, nos quum parentes reliquerimus & fratres, conciliare velle eiuſmodi mulierum conſuetudinem in apertam perditionem animæ. Prorſus rationi D diſſentaneum videtur, vt homo cupiat exercitationem monaſticam profiteri & idem cum muliere vel comedat vel bibat, aut certe à muliere expetat ſibi miniſtrari, ſiue ipſarum gerere curam, vtque abſoluam cuncta compendio, ad earum pertingere cognitionem. Pari iure incongruum ſit eas quæ ſe canonicas profitentur, communem cum viris tolerare vitam, vt ne quid ſcãdali exoriatur noſtri cauſa: quin ſtudeamus potius exhibere nos cæteris omnibus irreprehenſibiles. Scientes, ait Apoſtolus, timorem Domini ſuademus hominibus, Deo autem manifeſti ſumus. Metuendum ſane nobis, ceu dictum eſt, E ne qui per nos ſcandalum vllum incidant, cum dicat Dominus, quia. Melius eſt vt lapis molaris *Matt. 18.* pendeat à collo, & is proiiciatur in mare, quam vt ſcandalizet vnum ex his puſillis. Itaque vt à facie ſerpentis, & à perplexo quopiam peccato: ita & ab iſtis porro ſecedendum, quod præſentaneam adferat mortem illarum conſuetudo iis, qui vitam exercent monaſticam. Nec illarum declinanda ſolum colloquia, ſed & de eis cogitationem ab radice conuelli oportere docet Parœmiaſtes, Ne des diuitias mulieri, mentem tuam, vitam denique & conſilium. *Prou. 31.* Alius, Cum cantatrice aſsiduus ne eſto, nequando capiaris

piaris in argutis operibus illins. Quin & Eſaiam de iſtis arbitror loqui: Pro eo, quod exaltatæ ſunt (*Eſa. 3.*) filiæ tuæ Syon, & ambulauerunt extento collo, & nictibus oculorum, & quæ ſequuntur. Eo inducit, Et Dominus reuelabit habitum illarum in die illa, id quod nūc temporis cootigiſſe arbitror per aduentum Chaldæorum. Dicit autem & alio (*Eccl. 19.*) loco, Virginem ne contempleris, ne fortê ſcandalixeris in increpationibus illius. Rurſus, Vinum & mulieres apoſtatare faciunt corda intelligentium. Proinde Eccleſiaſtes, Amarius morte eſt (*Eccl. 7.*) conuerſari cum muliere. Ipſa enim laqueus venatoris eſt & ſagena cor illius, vinculum in manus eius. Bonus ante faciem Dei, ſubmouebitur ab ea: qui peccat: comprebendetur in ea. Inferi, Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & ambula in viis inoocens & immaculatus & in contuitu oculorum tuorum, & ſcito quia pro bis omnibus adducet te Deus in iudicium. Nec aliter Apoſto- (*2. Cor. 5.*) lus, Omnes eoim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, quæ geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Nos igitur qui cæteris ſcripturarum cognitionem adminiſtramus, nec tamen eas explemus opere: multo præ ignaris iſtis atrocius manet judicium, iuxta (*Luc. 12.*) verbum Domini dicentis, Quia ſeruus qui oouit voluntatem Domini ſui, nec fecit ſecuudum illam. vapulabit multis, Inducit, Ab omni cui multum donatum eſt, plus repetent ab eo. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

De fornicatione, Homilia 19.

FOrnicationis affectus multifidus quidem ex familiari cooritur & ſurgit mulierum conſuetudine. Nullo enim negotio aſſentatrix illa & illex congreſſio procacium mulierum ſe bominis inſerit cordi. illecebra veteratoriæ artis penquam plena. Neque id ſimplex malum, cum fornicationis Dæmonem duplicem eſſe conſtet. Eſt enim qui aduerſus animam, eſt & qui aduerſum corpus conſpiret. Iſtius rei gratiā agoo duplex nobis excipiendus aduerſus impurum hunc. Neque enim ſuſtinendo huic conflictui ſatis fuerit corporale ieiunium, ſolum ſi adſit: vt hoſte triumphato palmarium reportes perfectæ ſobrietatis & caſtimoniæ. Etenim neceſſe ſit, adſint hæ comites, cordis contritio, deprecatio iugis ad Denm, crebra meditatio ſcripturarum. His adde laborem & manuariam induſtriam. Sanè poſſunt hæc inſoleſcentes atque importunos animæ motus ſupprimere. Præ his omnibus plurimum adſert emolumenti animæ ſeſe deiicientis humiliatio, qua ſine non fornicationem, non vllam aliarum paſſionum per uincere quis potuerit. Peruigili itaque cuſtodia aſſeruandum cor, ne quid inſyncerę cogitationis irrepat alicunde. Iuxta enim Dominicam vocem, ex corde exeunt cogitationes malæ. Tametſi io noſtra repoſitum poteſtate eſt, iuxta Apoſto- (*Matt. 15.*) li ſententiam, vt agonem bunc ſuſtineamus legitime & coronemur: ſiquando tamen dabitur aduerſus hunc ſpurciſſimum fornicationis ſpiritum victricem palmam obtinere, noo eo pertingere nos potuiſſe confidendum propriis viribus, aut monaſtica exercitatione, ſed Domini auxilio. Neque enim homini contingit requietum eſſe ab impugnatione iſtius impuri ſpiritus, donec veriſſimè crediderit ſe nullo pacto aut ſtudio aut laboribus propriis emancipari poſſe ab eiuſmodi morbo, ſed Dei ſolum protectione ac præſidio. Non igitur malum fuerit ad depulſionem aduerſarij, corporiſque tuendam caſtitatem, priuſquam vos ſopor premat, hanc vt ad Deum effundatis in cubili orationem.

Appendix.

S. P. Antiochi ante ſomnum dicenda oratio.

AD quietem ſoporis nobis concedentibus Indulge mi Domine requiem corporis, tuere oos ne tenebricoſa peccati illius inuoluamur caligine, eripe nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, concede in timore tuo titè vt corporis perficiamus ſanctificationem. Submoue nos ab omni demulcente lenocinio illecebroſæ voluptatis per tenebras noctis huius. Impetus paſſionum ſeda ac iube conquieſcere. Ignitam extingue tentationem corporis iſtius. Rebellionem carnis acrius inſoleſcentem diſiice. Vitioſam affectionem corporis & carnis prudentiam conſopi, & fac in nobis obdormiſcere. Da nobis tranquilli ſoporis cubile. Peruigiles concede cogitationes ac mentem ſobriam, ne nos grauis opprimat ſopor: ſed qui nos reddat excitatiores ad exhibendum tibi munus nocturnæ ac matutinæ liturgiæ. Peruigilium noctis nobis clementi impartire gratia tua, ad illuſtrandam hymnis gloriam magnificentiſſimi tui nominis, Patris, filij & Spiritus Sancti in ſecula, Amen.

Egregium plane vti prius dictum eſt, ſagenas illas atque irritamenta mulierum nos ad ſe prolicientium auerſari, & ab earum ſe ſubmouere colloquiis. (*Finitur oratio.*) Hoc enim ſapientiſſimus alioqui Salomon doctricæ experientia cum didiciſſet, omnes nos in commune admonet dicens, Ne attende ad mulierem malam. Mel enim diſtillat à labiis mulieris fornicariæ, & ad tempus impingoat guttur (*Prou. 5.*) ſuum, in nouiſſimo autem felle amarius quid inuenies. Ne igitur oculum tuum intendas in eam. Rurſus, Ne obuiam procedas mulieri meretrici, ne forte incidas in laqueos illius. (*Prou. 6.*) Inducit, Quis alligabit ignem in ſinu, veſtimenta vero non comburet? Aut ambulabit aliquis ſuper carbones ignis, & pedes illi non ardebunt? Sic non innocens erit omnis qui tangit eam. Sed & lex dicit, Non fornicaberis. (*Leuit. 20.*) Qui fornicatus fuerit cum vxore proximi ſui, morte moriatur. Dauid item. Nolite fieri, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Propheta Oſee aduerſus po- (*Oſee. 4.*) puli peccata ſe diſcrutians dicebat, Spiritu fornicationis ſeducti ſunt. Et populus intelligens adhæſit meretrici. Rurſus, Fornicantes exfornicati ſunt, dilexerunt ignominiam. Iterum, Spiritus fornicationis eſt in eis: Dominum (*Deſit hic ū non.*) autem non cognouerunt. Apoſtolus per Epiſtolam dicit, Fugite fornicatiooem. (*1. Cor. 6.*) Omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus eſt. Qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat. Infert, Neſcitis, quia corpora veſtra templum ſunt Spiritus Sancti qui habitat in vobis, quod habetis à Deo, & non eſtis veſtri? Empti enim eſtis pretio. Qui enim fidem de Deo genuinam habent ac ſyncetam, vtique & Spiritum habent

Dei, & nihil eſſe in illis poteſt carnale, cuiuſmodi ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia & cætera. Neque enim qui propriam domum cortumpunt, bæreditabunt regnum Dei. Qui enim talia agunt, mortui iam ſunt. Sed & Parœmiaſtes, Auerte oculum à muliere formoſa. In ſpecie enim mulierum multi exerrauerunt. Et, Ne velis cum *Eccl. 9.* illa accumbere in vino, ne ſortè declinet anima tua ad illam, & ſpiritus tuus labatur in perditionem. Alius item, fornicatio mulieris in extollentia oculorum. Scito, quia in medio laqueorum ba bitas. Iterum Paulus, Neſcitis, quia corpora veſtra *1. Cor. 6.* membra ſunt Chriſti? Tollam ergo membra Chriſti, faciem membra meretricis? Nunquid non ſcitis quia qui adbæret meretrici, vnum corpus eſt? Rurſus, Neſcitis, quia templi Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Sed & acrimonia aſperiore vſus inducit, Si quis Tēplum Dei corruperit, eorrumpet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Iterum, Fornicatin autem & immundicia ne nominetur quidem in vobis. Hæc *Eph. 5.* enim voluntas Dei eſt, ſanctificatio veſtra. Abſtinete vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum ſuum vas poſſidere in ſanctificatione & honore. Rurſum, Et ſanctimoniam corporis, ſine qua, nemo videbit Dominum. Dominus item, Qui reliquerit vxorem ſuam niſi cauſa fornicationis, & duxerit aliam: mœchatur. Et, Qui repudiatam duxerit, mœchatur. Deum noſtrum ad decet gloria in ſecula, Amen.

De caſtitate. Homilia 20.

CAſtitas honoris præcipui ac laude digna, & quæ apud Deum & homines plurimum obtinet ingenuæ libertatis ac fiduciæ, extra omnem inuidiæ aleam conſiſtens: tametſi comperiantur nonnulli qui conſueuerint infenſis linguis traducere ac ſugillare eos qui hac comite contendunt Diuinæ gratiæ ſibi conciliare fauorem. Veritas dicti luculenter declaratur exemplo Ioſeph ac *Caſtitas Ioſeph & Suſanna.* beatæ illius Suſannæ apud Danielem. Maluit enim hæc temporariæ mortis diſcrimen adire, quā vt coronæ ſuæ caſtitatis vlla ex parte inferret cōtumeliam & detrimentum *Dan. 13.* Et iudicium Dei, hoc eſt Daniel iudices damnauit inuidiæ. (Hæc enim nominis iſtius eſt interpretatio,) caſtimoniam vero pudicæ mulieris re ipſa docuit eſſe intentati flagitij liberam, eamque ſubduxit morti. Nec ſecus *Gen. 39.* contigit Beato Ioſeph, qui intoleranda calumnia appetitus per Ægyptiam, eoque in carceris ergaſtulo concluſus, nec adeo poſt multum temporis velut ſortito accepit Ægypti gubernacula. Nec iſtis ſolum qui ea ætate ſuperarant virtus tantæ caſtitatis inclaruit, ſed & ea prodita memoriæ eſt & adſcripta ſacris bibliis tāquam columna ac monumentum ad memoriam poſteritatis in omnes *Sareptana pudicitia.* futuras generationes. Sareptana illa vidua merito caſtimoniæ atque hoſpitalitatis pudica cum eſſet *3. Reg. 17.* ac ſancta, magnum illum Heliam promeruit excipere hoſpitio, vtque filius ſuus ad vitam poſt liminio reuocaretur precibus prophetæ. Similem *Gregorius Neocæſari* in modum magnus Gregorius Neocæſareæ epiſcopus, gentiles alioqui parentes cum haberet, ipſe etiamdum gentilis, ab ipſo ætatis flore, intemeratæ caſtitatis pudorem cuſtodiuit, cuius gratia

A dignus babitus eſt qui doctrice matre Domini atque Euangeliſta Ioanne myſterium condiſceret fidei. Denique hic orbi inclaruit mirabilium opifex operum. Amatores ſiquidem pudicitiæ & integritatis non in hac modo vita laudem referunt: ſed & coronam decoris & pallium caſtitatis reportabunt de manu Domini, ſecumque dicent, Exulta nunc anima mea in Domino. Induit enim me pallio ſalutari & indumento lętitiæ: quaſi ſpōſo circumpoſuit mihi mitram, & quaſi ſponſam adornauit me mundo. Hi fulgebunt in regno patris, ſi modo nibil fictè reliquas ſibi conciliarint virtutes, quibus pulchre conueniat cum vna hac caſtitate. Illic iſtis videbitur vita & longiturnitas B dierum tranquilla prorſus & ab omni ſubmota intemperie. Ab eo enim regno procul fugit dolor, mœror ac gemitus longiſſime ſeiuncta ſunt. Perfecte caſtus omni ex parte communit & cuſtodit ſe, Audiui enim de rege quopiam à fide alieno. Is Epheſi cum vidiſſet ſacrificulam quandam decore admirabili præcellentem, ex Epbeſo eam confeſtim emiſit, veritus nequis illam violenta impreſſione ſubigeret, & indecori in illam quidpiam admitteretur. Cyrus proinde Perſarum rex *Xenophon in pædia Cyri & Plutarch.* tympaniſtriam, (cui omnium teſtimonio admirabilis & ſupra quam credi poſſet, tribuebatur elegantia corporis,) ne videre quidem ſuſtinuit. C Quod ſi talia ſuo aſſeuerant teſtimonio à fide exotici, & à ſalutari vnctione alieni. quid nos non conueniat præ illis tanto efficere, qui Chriſti ex profeſſo diſcipuli ſumus? Neceſſe igitur ſit, temperemus nobis non à collocutione modo, ſed & ab aſpectu, qui quidem via eſt recta deducens ad *Si neſcis, oculi ſunt in amore duces.* operationem flagitij. Eſto ad opus vſque non progrediatur, aliquouſque tamen defœdat cogitationem ac mœchum efficit talem captiuum. Quis quæſo couſque temeritatis prouectus eſt, qui eum in alienam pulcbritudinem continenter & preſſius defigat oculos, dicere auſit, nulla hinc D ſe ex parte ledi? Hoc perquam difficile ſit. Maxime quidem omnium vitandi ſunt mulierum cōgreſſus aſſidui. Quod ſi neceſſe fuerit, oculi quoque diſpalantes ac vagi veluti iniecto freno coërcendi ſunt. Hoc ſe feciſſe Iob irreprehenſibilis & *Iob. 31.* pudicus cum amicis ſuis diſſerens ait, Si ſecutum eſt cor meum mulierem viri alterius, & ſi inſidiator fui ad iannas eius: placeat vtique vxor mea alteri. Furor enim iræ irretentibilis eſt contaminare vxorē viri. Ignis enim eſt omnes conſumens partes. Quemcunque adorietur, ab radice ipſa hunc perdet. Beatus inſuper Paulus per epiſto- *Rom. 12.* lam admonet dicens, Obſecro igitur vos fratres E per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra *Tit. 2.* hoſtiam ſanctam, Deo bene placentem. Et ad Titum, Preſbyteros, ſobrij vt ſint, pudici, caſti. Anus ſimiliter vt ſint in habitu decenti, bene docentes, vt prudentiam doceant adoleſcentulas, vt viros ſuos ament, filios diligant, prudentes, caſtas. Rurſum, Vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobrie & iuſte & pie viuamus in boc ſeculo. *Vel, vt abnegata impietate & ſecularib. deſideriis &c. videtur hic nō pro ſobrie ſed caſte & pudice ſum.* Timotheo quoque, Viduas honora quæ vere viduæ ſunt. Inducit, Quæ autem verè vidua eſt & deſolata: ſperet in Deum & inſtet obſecrationibus & orationibus nocte & die, *1. Tim. 5.* quemadmodum Sancta illa Anna filia Phanuel.

Luc. 2. nuel, quæ cum viro caſtè vixerat annis ſeptem à virginitate ſua, iuxta Euangelicam narrationē. Et hæc vidua ad annos vſque octoginta quatuor prouecta non diſcedebat de templo, ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens Deo, & prophetico ſpiritu pro vitæ merito illuſtrata eadem hora ſuperueniens cunfitebatur Domino, & loquebatur omnibus expectantibus redemptionem Hieruſalem de Domino ac Deo & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen. *ὑπερβολῆ.*

De virginitate Homilia.21.

Virginitas integritate cæteris præeminet.

VIrginitas propinqua germanitate cohæret caſtitati. Eſt autem hac & cæteris partibus continentiæ ſuperior, quippe quæ cum angelis ipſis proxime congreditur, ac Deo propinquat per integritatem ac munditiam. Non igitur mediocris prærogatiuæ eſt poſſeſsio virginitatis, angelicæ puritatis æmula cum ſit, eóque cœleſtis. Huiuſce dicti mei argumentum eſt quòd nō vſque adeò promptum ſit, in diuinis literis quēpiam inueniſſe, qui perpeti tenore ſecundum eā, vitam inſtituerit aut ipſam illuſtrarit virtutis nomine, ante legem. Sed ne legis quidem tempore facilè quis vllum enumeret, niſi angelum illum C terreſtrem ac plane cœleſtem hominem Heliam Thesbitem, & huius diſcipulum Helizæum. His fortè accenſendus venit Hieremias. Alios item quis fortaſſe adnumeret, ſed inter prophetas. Adde his eximium illum in mulierum natis veteris nouique teſtamenti mediatorem. Hic integer ac verus corpore ſimul & ſpiritu virgo cum eſſet, ob vitæ ſyncertatem ac mundiciam non vocari ſolum promeruit, amicus ſponſi, ſed & dignus habitus qui ipſum Dominum lymphis tingeret ſacri baptiſmatis. Hos præter nemo argumentis euicerit illum per virginitatem probaſſe ſe Deo, eorum qui vel legiſlationem præiuerint, vel vi- D xerint ſub lege. Proinde apud Gentiles, adde & eos qui in his Philoſophi dicuntur, non ſolú virginitas ſyncera nunquam ſuum exeruit ſplendorem, ſed nec credunt vllum hominum corporis fragilitate circundatum propriis illam perſpexiſſe oculis Inre id Quo enim pacto iſti fidem commodent de virginitate diſſerenti, qui Deos ſuos totius ſpurcitiæ & obſcœnitatis tutelares patronos conſtituunt? qui porcorum inſtar per omnem impuritatem traducunt vitam flagitioſiſſime? Iudæi vſque hodie ne ſalute quidem dignantur virginitatem, adeò non exercent. Atqui cum apud nos Chriſtianos perſpiciant toto E terrarum orbe eam ſuaue fragrantes & peramœnos flores exerere, ac per omnem ætatem pulchre regi & officio ſungi, iſti per inuidiam eliquantur miſere & contabeſcunt iuxta prophetæ ſententiam, Peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet. Ex quo tempore Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius, ſua ſolius erga nos benignitate ex vtero voluit ſanctæ & intemeratæ Deiparæ ſemper virginis Mariæ ſuo ad nos aduentu inclareſcere mundo, ſimúlque vires ſuggeſſit, quibus obluctemur Diabolo: facile deinceps ſit virtutem perficere virginitatis, modo is ex animo velit, vt ardua ſit functio vir-

Ioan. mediator legis enim vſque ad Ioannem.

A turis iſtius, ſed & quæ bonis toto pectore Deum diligētius per repromiſſionem repoſita ſunt, nulli obſcurum longè eſſe præſtantiora. Nulli tamen poſsibile ad tantæ virtutis pertingere faſtigium, niſi præſidio iuuetur & erga Deum charitatis, & animi de ſe quàm modeſtiſſime ſentientis iuxta teſtimonium Deiparæ omni laudum genere celeberrimę, nulli obnoxiæ vitio, ſed gloria omni digniſſimæ in hunc modum emodulantis, Magnificat anima mea dominum, & exultauit Spiritus meus in Deo ſalutari meo, cum per hæc ſubindicet ſuam erga Deum charitatem. Mox enim addit, Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Rur- *Luc. 1.* B ſus, Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles, & quæ ordine ſequuntur. Sed & aliquantò prius Gabrieli reſponderat, Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. His igitur clariſſime explicatum reor, quia per ſummam humilitatem & erga Deum charitatem, plena cum eſſet gratiæ, promeruit ſibi veſtem pertexere virginitatis nulla ruga decolorem, nulli obnoxiā reatui. Qui autem ad excurrendum ſtadium eiuſmodi, omnibus ſe extricauit remoris, ſecundum apoſtolicam ſententiam, neceſſe eſt legitime vt certet & ad palmam vſque ſuum promoueat agonem. Neque enim iſti aduerſus ſanguinem mo- *Eph. 6.* C dò & carnem adornatur colluctatio: ſed & aduerſus inuiſibiles poteſtates. Itaque adoleſcentulus qui ſe propter cœlorum regnum caſtrauit, ſimiliter & virgo quæpiam, niſi per omnia ſeſe præſtiterint, ceu addecet, veros imitatores Chriſti, neutiquam ad portum prouehentur ſalutis. Vt enim virgo vna aliqua dicatur, nec interim cæteras curet indipiſci virtutes quæ virginitati proxime reſpondeant, quæ tuendæ virginitati faciant plurimum & quadrent: eiuſmodi virginem ſtultam dixit Dominus, quippe quæ nullum præ ſe ferat illuſtre lumen, nihil ſecum geſtitet olei. Talis quę *Mat. 25.* eſt aditu excluditur regni cœlorum neutiquam D admiſſa gaudio vt perfruatur ſponſi: ſed in earum deputabitur collegium, quæ ſponſum oderint. Quę enim eſt talis, per æque ſe habet, ac ſi nihil boni confecerit operis, ſed imprudenter ſeipſam ſeduxit. Opus itaque ſuum probet vnuſquiſquo & exploret, ſeque agnoſcat. Alioqui obſeruatio omnis vitæ quamlibet religioſæ, infrugi futura eſt & inanis. Eorum nempe qui penes ſe eſſe profitentur virginitatem ac temperare ſibi à carnis illecebris, cùm re ipſa virtutem eius negent. Nam quæ tantopere commendatur caſtratio à lenociniis carnis ac vera plane in Domino virginitas, ſancta eſt & corpore & ſpiritu, indiuulſe & per- E peti tenore Domino ſeruiens in ſpiritu Dei, ſynceriter ac procul omni ſpurcitia ſe probans Domino, ſecum conferens iugiter, quibus ſtudiis poſſit ei gratioſa eſſe & amabilis: eóque vnus cum Domino efficitur ſpiritus, ſicut ſcriptum eſt, Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum, dicit Dominus: Neque enim is nomine tenus (tanquam prærogatiua inſigniatur ſublimioris nomenclaturæ) Sanctus dicitur: ſed per omnia Sanctus eſt & corpore & Spiritu. Si igitur affectionibus renunciaſti carnis, ſedulo tecum reputa, quem ſubieris veræ virginitatis agonem. Quum te ab iſtis mundi illecebris caſtraſti, ſi quidem id feceris propter regnum cœlorum: magna cum cautione fac reti-

Dominus, chriſtus videlicet & corpore & ſpiritu ſanctus.

neas ac tuearis ſuſceptum ſemel agonem hunc propoſiti monaſtici. Animo præſenti & arrecto ſac, vigiles aduerſus omnes colluctatoris tui violentos aſſultus. imitatus prudentis naucleri ſolertiam qui contra fluctiuomos vndarũ vortices per dius ſtat & pernox. Præduce Dei gratia, animi tui impetus, aurigæ in morem frena ac moderare, nequando à recto calle exerres deuius. Indiuulſam ac iugem da operam, Deo vt toto ſeruias pectore, & proinde gratioſus illi inueniaris, dum te illi probas in ſanctimonia corporis & ſpiritus vt ſtrenuæ conuerſationis ac vitæ ornamentis virtutum perpolitæ aſſequaris gloriam. Eluctare pro virili aduerſus hoſtem agone legitimo, vt corona quam ardentibus votis expetiſti & adamaſti, aliquando potiaris, ac palmari redimitus corona in illam cœleſtem Hieruſalem celebri cũ pompa ſubueharis victor: cuius obtinendæ gratia, prudentiam hanc carnis à te excuſſiſti. Atqui vide, gratiam tuæ iſtius ſanctimoniæ vt ad Dei gloriam referas, qui minime ſiuit te in eorum deuolui & concludi manus, qui voluntatem explẽt carnis & ſanguinis & ad hæc corruptelæ atque obſcœnæ turpitudinis opera toti propendent: ſed te ſua dextera præmuniuit. Magnum planè fuerit, ſi circa iactantiam, ad honorem ſolũm Dominicæ carnis perpetuo te continueris in ſanctimonia ac puritate. Quiſquis interim ob eam gloriatus hic fuerit, iſti intercipietur fructus omnis ac deperiet. Proinde vt iam dictum eſt, neceſſe ſit, tibi vt cõcilies virtutes reliquas, quæ ſua proportione comites aſſident vni virginitati: Ipſa enim ſublimiore gradu cæteras antegreditur. In vtero ſiquidem virginis, Dei verbum ſibi domicilium delegit ac manſitauit, qua vna ex re agnoſce, quanta præpolleat gloria virginitas. Quotquot autem ſe conſecrant Deo, Chriſtum neceſſe eſt, imitentur. Ait enim Paulus, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.

ſcilicet munditia & puritate.

1. Cor. 11.

In talibus proinde ne veſtigium quidem inuenire ſit prudentiæ carnis. Sane omni circunſpectione prouidendum eſt proprij cordis cuſtodiæ, nec ſibi vlla prorſus ratione permittat virgo, cum adoleſcentulo quouis, vt aliquid cõmunicet & conſpiret arcani. Virgines verò conſecratione Dei venerabiles, ſed & ętate prouectiores in vnum ſi conperientur conueniſſe, neceſſitas inſuper appetat adminiſtrandi ferculi: vos virgunculæ manus veſtras ſuo quæque obuoluite palliolo. Haud ſecus viris arbitror faciẽdum vt cum pudore recta contuentes, caſte & modeſte in Domino ſuas ipſorum manus circuntectas toga cum habuerint, illinc ſecedant. Sed & ante omnia virginem addecet, (vt ne priuetur ſponſi gaudio ac lætitia) ſuam vt concinnet lampadem ac oleum infundat, oleum plane morigeræ obedientiæ, idque iuxta Dominicam parabolam qua dicitur, Prudentes acceperunt oleum in vaſis ſuis, ſimulque conuenerunt cum ſponſo ſanequam deſiderabili. Et clauſa eſt ianua, At hæ interim perpeti gaudio perfruuntur ſui ſponſi. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De effreni incontinentia linguæ, Homilia 22.

Lex dicit, Si teſtimonium tuleris aduerſus illum, & ipſe non occiderit eum: pœnam luet. *Deu. 19.* Contingit nonnunquam vt inter epulandũ hilariter, cogitatio quædam exoriatur ac ſubſultet, gloriæ inanis volens intempeſtiuiter in ſermonem erumpere. Aduerſus hanc, bonæ aliæ ſuo ſe obiiciunt teſtimonio cogitationes, quæ reclamant ac proteſtantur non debere te cogitationem illam nimiſquam nugacem in publicum depromere. Hanc igitur niſi freno ſilentij in os iniecto ſuppreſſeris, ſed effreniter & intempeſtiuè ſiueris illam prodire in apricum: deinceps lues quam promereris, pœnam, aut certe exigente iuſtitia in atrox aliquod & graue peccatum prolabere. Sermone enim aut rebus ipſis temerarius qui eſt, mire is eſt turbulentus & agitatur inſemperiis. Atqui idem magna cum voluptate ſtudet cæteris ſancire leges ac iura cuique pręſcribere, aliis contentioſius adnititur palmarium præripere & euincere: quémque ſermonem ſemel ore protulerit, ratum facit priua authoritate, firmat & ſancit. Qui eiuſmodi eſt, vehementer ſe comprobat imprudentem. Audi enim tu, ſed à parœmiaſte, Qui confidit in audacia cordis, imprudens eſt: ſapientes autem abſcondent ſenſum. Et, Os procacis propinquat contritioni: qui verò parcit labiis, intelligens erit. *Pro. 21.* Rurſus, Qui cuſtodit os ſuum, ſeruat animam ſuam: qui autem temerarius eſt labiis, perdet ſeipſum. *Prou. 28.* Itemque, Qui reſpondet ſermonem, priuſquam audiat, imprudentia erit illi & opprobrium. Iterum, Si videris virum velocem ad luquendum: ſcito, quia præ illo ſpem habet ſtultus. Et, Sermone procax & temerarius, odibilis erit. Iacobus, Siquis verbo non offendit, hic perfectus eſt vir, potens frenare etiam totum corpus. *Iaco. 3.* Rurſus, Sit omnis homo velox ad audiendum: tardus ad loquendum. Inducit, Si quis autem videtur religioſus eſſe, non refrenans linguam ſuam: huius vana eſt religio. *Iaco. 1.* Iterum, Nolite multi eſſe magiſtri fratres mei, ſcientes quia maius iudicium ſumemus. *λη[illegible]ομεθα.* In multis enim offendimus omnes. Paulus item, Vt in nubis diſcatis non ſupra ea quæ ſcripta ſunt, ſapere: vt ne vnus pro vno inſletur aduerſus alterum. Et illud, Caritas non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa. *οὐ περπερεύεται. non loquitur procaciter. οὐκ ἀσχημονεῖ. nihil admittit indecorum.* Et infert, Puto enim quòd Deus nos apoſtolos nouiſſimos oſtendit, tanquam morti deſtinatos. Et illud, Nos ſtulti propter Chriſtum. Satius igitur, vt ſileas & ſis: quàm vt loquaris. nec interim ſis. Egregium fateor eſt docere: modò quæ quis dicit, faciat. Sane vnus fuit magiſter: qui quæ dixit, fuit. Nam vel tacens digna geſſit patre ſuo. Qui verbum Ieſu Chriſti penes ſe tenet ac recondit, (ſi quidem perfectus iam eſt) verè is poteſt vel ſilentiũ Chriſti intelligere: vſque adeo vt per ea quæ ſilentio præmit Chriſtus, ſi tamen prodat & agnoſcatur. Nihil vſpiam eſt, quod Domini fugiat cognitionem: quin arcana pectoris veſtri in conſpicuo illi ſunt proxime. Iudicium itaque quod manet doctores eiuſmodi, terrorem nobis incutiat. Abundantius etenim iudicium iis imminet qui quę dicunt, nec faciunt: docentes falſi nominis ſciẽtiam, nullo fructu ſuam doctrinam ferentes, at interim ſenſu carnis extuberantes ac præturgidi. Cæci cum ſint, viam præſtruunt cæcis: vt vtrique

Pius hoc pater non tinguam pro vi- uentes & docentes perſtrin- git.

Mat. 15. que io foueam abeant pręcipites. Ab exitu enim A
ſermonis ſui cognoſcetur vir. Qui tales ſunt per-
2.Tri.3. ſtringit Apoſtolus, Hi ſunt iocontinenttes immi-
tes, ſine benignitate, proditores, proterui, inflati,
voluptatum amatores magis quàm Dei. Sed &
effrenis ille lingua ac præproperus Iudas cogno-
mento Iſcariotes dicebat, Vt, quid vnguentum
Ioh.12. hoc non veoiit trecentis denariis, & datum eſt
pauperibus? Dixit autem hoc oō quod pauperes
haberet curæ, ſed quia ſur erat, potius verò im-
placabilis cum eſſet ſuæ tegendæ voluntati quæ-
dam io ſpeciem decentia prætexebat homo ne-
farius. At Dominus longaoimiter cuncta bæc
perferens reſpondit mitiſſimus, Sinite eam in diē B
ſepulturæ meæ ſeruauit ſibi. Ipſi gloria in ſecu-
la, Amen.

De Ira, Homilia 23.

NEceſſe ſit, oon mediocrem vim ſibi inſetat
homo & electetur, turbulentam hanc vt
frenet affectionem iræ, vimque animæ ad iram
propendentem vt cootineat in officio per longa-
nimam tolerantiam, per orationem ac ſui quèm
humillimam deiectionem, adeo vt ſe oec ſucatè
iudicet, qui in aliotum cenſu numeretur, eſſe in-
dignum. Innumeris ſiquidem modis iræ Dæmō C
hic incentor ac multiformi conflictu hominem
adoritur & oppugnat, eos potiſſimum qui ad ſu-
ſtioendum agonem hunc in procioctu iam ſunt:
vt quos ingenti cum labore congeris fructus ſi-
ue ieiunio, ſiue peruigilio noctis, oratione, & de-
cantatiooe pſalmorum, aut certe adminiſtrandi
officio, ad vnum diſpergat omnes ac diſſipet, om-
nium maxime ſi quem viderit parum orationi
attentum atque exerrantem. Suggerit enim ho-
minis menti Dæmon hic totius malignitatis arti-
ſex, quot fructus eatenos coegerit, taoto nimi-
rum tempore: eos vt vel momento iotercipiat &
diſperdat. Atqui homo talis deinceps inuenitor D
ebrius, non item à vino. Huic aſſimiles deplorat
Eſay.29. miſerè propheta dicēs. Væ qui ebrij eſtis ſine vi-
no. Homioi igitur ſemel infeſſo paſſione boc iræ
opus admodum fit, multum eluctetur præſidio
extentæ orationis, eam à ſe vt ablegct & agat in
exilium. Sanè cui eſt cordi perfectionis ſcopus,
cui magnopere placet agon ſpiritualis, ab omni
turbuleoto defectu iræ ſe reddat extorrem. In-
terdum enim ſpiritus hic iræ cordi aſſidens, te-
nebricoſis ſuis intemperiis oculum mentis ex-
cæcat, adeo vt in reliquum quæ ſaluti parandæ
commodent & conſerant, nequeamus diſcerne-
re oon vllam deprehendere iotelligentiam ſcien- E
tiæ ſpiritualis, non vllius obtinere ſalutaris con-
ſilij perfectionem, exortes prorſus efficimor vi-
tæ fœlicioris, non iam capax aut idonea fuerit
mens diuinæ lucis contemplationi, oon denique
ſapientiæ reddimur participes, ſed nec vllum ad-
mittimus ſalutare conſilium adoerſus perplexam
animi hæſitationem, noo iuſtitia moderatrice iā
poſſimus in ſobrietate premere cordis intempe-
riem. Nulla igitur ex cauſa par eſt conciri nos
per iram aduerſus fidei comparis vitum, præter-
quam aduerſus proprias affectiones, contra co-
gitationes improbas, qoæ eò deuergunt prono
curſu, vt nos à rectitudine aoocent veræ viæ. Ob

A hoc iubet Eccleſiaſtes, Auerte indignationem
à te, quia iuuentus & ignorantia: vanitas. Et, Me-
mor eſto creatoris tui, in die iuuentutis tuæ. Rur Prou. 15.
ſus, Ira perdit etiam prudentes: ſermo durus ſu-
ſcitat iras. Et, Ira patris, filius imprudens: iracun-
diam autem viri mitigat famulus ſapiens. Rurſum
Grauis quidem lapis, grauis item portatu arena: Pro.27.
ſed ira ſtulti vtroque grauior. Item, Ne reſpon-
deas ſtulto iuxta ſtultitiam eius, ne ſibi videatur
eſſe prudens. Iterum, Stultus ſtatim prodit iram: ταμιέυε-
qui autem aſtutus eſt, conſeruat eam. Et, Terri ται pro
bile verbum conturbat cor viri. Et, Sicut aqua quo Al-
mouetur vi ventorum: ita vir iracundus turba- dus κρυ-
B tur cogitationibus irę plenis. Monachus iracun- πτ[ει] celat
dus aper eſt ereniticus. Quoſdam mox vt vide- Pro.12.
rit, infrendens deotibus exertis vulnus affigit. Ia-
cobus item pulchre nos docet, Sit omnis homo Iac.1.
velox ad audiendum, tardus ad loquendum, &
tardus ad iram. Ira enim viri iuſtitiam Dei oon
operatur. Item, vnde bella? Vnde pugnæ inter
vos? Nonne hinc ex voluptatibus veſtris? Paulus
item, Non vos ipſos vindicantes chariſſimi, ſed Rom. 12.
date locum irę. Rurſum, Omnis amaritudo & i-
racundia & clamor & blaſphemia tollatur à vo-
bis cum omni malitia. Concinit Dauid, Deſine Pſ.36.
ab ira & derelinque furorem. Et, Iraſcimioi &
C nolite peccare. Sed & Dominus noſtrarum pro-
uidus curator animarum ſententiam hanc tulit,
Omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus e-
rit iudicio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit Mat. 5.
Geeonæ ignis. Ipſi gloria io ſecula, Amen.

De iracundia ſiue indignatione & animoſitate, Homilia 24.

IAm de acriore illo impetu aoimi iocandeſcen-
tis. Si quando te adorietur tentatio quæpiam
puta contradictio aut iritatio, quæ tibi aduerſus
voum aliquem conciat animos: ſae, memineris
D orationis Dominicæ atque ipſius iodicij, & con-
feſtim inordinatus efferueſcentis animi motus
reſidebit & conqoieſcet. Iſthæc enim præ-
feruida iotemperies animi præter cæteras vitio-
ſas affectiones plus coocit turbatum, Nec hoc
ſolùm, ſed & animam premit miſerè & affligat
continenter. Duo iſti affectus, nempe ira & iodi-
gnatio, oepotes vtique ſunt matris voius, eius
quæ ſtultitia vocatur ſiue imprudentia. Ait enim
Totum animum ſuum profert ſtultus. Et, Stultus
ipſo die prodit iram. Qui igitur ab hac inuiſa &
hoſtili parente, (quæ iſtos progenuit fœtus) di-
ſparari vuult ac ſeiungi, ſeipſum vt vincat
E neceſſe eſt in multa patientia & cordis leni-
tate, ſupplici prece ad Deom, ſuique ipſius abne-
gatione, is iugo illo mox emancipatur, fitque
filius ſapientiæ. Quid enim? Dei conſtituitur a-
micus, Deum obſeruat venerabili cum timore.
Initium ſiquidem ſapientiæ, timor Domini. Et Pſ.96.
Qui diligitis Dominum, odite mala. A timore e-
nim Dei, ad eius dilectionem ordo eſt progreſ-
ſus. Sed & Eccleſiaſtes, Aoſer iracundiam à cor- Ecc.11.
de tuo: & remoue malitiam à carne tua. In para-
bolis quoque, Manſueti animi & placabilis vir, Pro.14.
cordis eſt medicus: tinea autem oſſium, cor ſenſi- καρδία
tiuum Rurſus, Reſponſio mollis auertit iram: αἰσθητικὴ
qui pręceps eſt ad iram, operatur ſine conſilio. Pro.15.

A Ruſum, Vir prudens multa ſuffert. Et longanimis vir multæ eſt prudentiæ: puſillanimis autem fortis eſt ſtultitia. Et, Vir iracundus neutiquam pulcher. Et, Totum animum ſuum profert ſtultus: ſapiens autem reſeruat per partem. Iterum,
Ecc.7. Ne ſis velox ſpiritu ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtultorum requieſcit. Homo iracundus incẽdit pugnam. Non enim poterit iracundus iuſtificari. Vir peccator turbabit amicos: & in medium pacem habentium immitet calumniam Inducit, Ne fueris ſocius viro iracundo: amico quoque furioſo ne cohabites, ne forte diſcas viam eius. De
Pſ.57. eiuſmodi etiam Dauid, Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ & ob-
B turantis aures ſuas. Quemadmodum enim viperæ fœtus matrem arrodunt ſuam, ſic iracundi hominis cogitationes cor exedunt. Vt thymiama inamœnum & execrabile: ita illius concentus pſalmorum, ſonus inſuauis. Quemadmodum Leo in viuario continue mouetur obliquis flexibus: ita iracundus ſecum verſat cogitationes iræ. Sicut currus turrim munitam non mouet loco: ſic animum inirascibilem non abripit iracundia. Apoſtolus admonens ait, Deponite & vos omnia, irã,
Col.3. indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Infert, In pace enim vocauit nos Deus. Iracundi enim pro Chriſti inimi-
C cis habentur, ceu in alio dictum loco, Ceperunt animo moueri principes. Sed & Herodes videns
Mat.2. quòd illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde, & miſſis ſatellitibus occidit omnes pueros qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius, propter lõge pretioſiſſimum margaritum, cui vitam inuidebat, nempe Dominum ac Deum noſtrum Ieſum Chriſtum, cui gloria in ſecula. Amen.

De Triſtitia, Homilia 25.

QVòd quis intempeſtiuo conficitur mœrore
D ab ipſo noſtræ ſalutis æmulo dæmone proficiſcitur. In hoc enim inſtillat cordi importunam triſtitiam, vt mentem à propoſito auocet & amoliatur orandi, ac proinde hominem ipſum infrugi reddat atque inutilem. Neutiquam igitur admittenda eſt triſtitia, nec eiuſmodi ſuſcipienda importuna ægritudo animi, vt ne inimicum impleas gaudio, quin potius calces obiiciẽdi & reluctandum aduerſus inſidias furiæ iſtius incentoris triſtitiæ dæmonis. Siquando enim malignus hic ſpiritus clanculario quodam ambitu menti tuæ ſe inſinuauerit: totã eã tetra caligine obſcurabit, neciã ſinet preces abſoluere tecũ a-
E lacritate ſpiritus, non ſacræ lectioni permittet, fixius vt aſſideas, idque magno tuo incõmodo. Sic ægreſcentem non ſinit cum manſuetudine inſerere ſe fratrum ſodalitio, quin odium verius mẽti ſic vitiatę inſtillat & ingignit aduerſus propoſiti ſemel arrepti profeſſionem. Omnia denique conſilia quanlibet ea ſint conſentanea parandæ ſaluti & accommodat, ſemel vbi permiſcuerit mœror hic animam circunfundens a hominem reddit perinde ac veſanientem, mentéque ac ſtupore captum, illi interdicens bona omni conſuetudine ac fratrum congreſſu, adeò, vt nec à germanè amicis exhibiti, conſilij ſalutaris ſinat excipere ſermones illos, ſed ne etiam reſponſo pacifi-

A co ac modeſto dignatur, quin ſic omnes animæ vires circumplexa ſemel triſtitia, totam amarulentia complet atque inſuaui intemperie. Perſuadet proinde, homines vt vitabundus defugiat quaſi authores ſuæ iſtius turbulentiæ. Neque enim permittit, vt agnoſcat ægritudinem quæ ſe viget, ab intimo prodire animi receſſu, ſed externe. Tunc elucebit primum veritas, cum tentationes quæ miſerum inuaſerant, in apertam ſe proferunt lucem, quod ſola contingit exercitatione. Triſtitia igitur animæ eſt mœrentis deiectio. Os autem leonis, helluonis ritu non magno negotio abſorbet mœrore tali confectum. Tri- *Triſtitia ſimum.*
B ſtitia vermis eſt cordis, ſuámet exedens matrem. Neutiquam hæc experimento didicit, ſuauis quã ſit guſtus mellis. Monachus mœrore intabeſcens aſſimilis eſt ei qui exæſtuanti febre laborat. Qui continenti triſtitia laborat monachus, nullo hic pacto mentem ad contemplationis ſurriget ſtudium, neque ad orationem ſynceram, quæ ad Deum deſtinetur, mentem reflectet. Victor paſſionum, vtique victor triſtitiæ eſt. Quem vicit voluptas: is non facilè effugerit triſtitiæ vincula. Qui continenti triſtitia conficitur, cúmque hac perfectam animæ tranquillitatem, ſibi vt comparet, adnititur: aſſimilis ei eſt, qui ægreſcit quidem
C ſed ſimulatione ementitur habere ſe ſanitatem. Quemadmodum vel colore quis ſe prodit, morbo ſi premitur: ita qui perturbatione animi quapiam agitatur, triſtitiæ conuincitur argumento. Qui mundum diligit, is neceſſe ſit, vt ſubinde cõtriſtetur & mœreat: qui autem quæ in mundo ſunt bona, ne tantilli quidem ducit, iugi lætitia perfruetur. Quemadmodum conflatoria ars ex plumbi materia detrahit iugi conflatione & imminuit: ita & triſtitia mundi iſtius mentem atterit. Vt argentum alioqui reprobum colluſtrat conflatorium at purius reddit; ſic triſtitia quæ ſecundum Deum eſt, cor expiat, licet occalue- *A ſimili argumentum.* *Diſſimile.*
D ris peccati ſcoria. Sanè egregium ſed & animæ cõducit nõ mediocriter omnem inuectam afflictionem forti perferre animo, ſiue improbitate hominum ea infligatur impreſſio, ſiue aſſultus hic incentora dæmone irrogetur. Sed & noſſe te exactius conuenit nos non iſtius debitores eſſe ærumnę & afflictionis. Opus igitur, huic vt obluctemur ſæuo dæmoni præſidio ſubdixi & orationis & patientiæ. Nam qui tentationum iacula à ſe depellere quidem vult, nec fulcit ſe armis orationis & patientiæ: adeò à ſe non profligat eas, vt etiam illis perplexius inuoluatur. Nos igitur cũ beato Dauid tolerantes afflictionum pſallamus,
E Vt quid triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam confitebor ei, ſalutare vultus mei & Deus meus. Neque enim qui tentationum vibramentis eruditur, poſſibile ſit, quin mœreat ac triſtetur. Atque patienter tolerato agone, tales non mediocri perfunduntur gaudio, maximè ſi ſeipſos armis communierint orationis, patientiæ & dulcium lachrymarum, necnon intelligentia diuinæ ſcripturæ. Quãticũque enim ſunt, quos labor & afflictio exercuere, in cordibus ſuis? Iure quidem. Coronæ enim, agonem fortiter ſuſtinẽtibus concinnãtur. Quid ſi mens inertia animi eneruetur: mox triſtitia arrodere incipit hominis cor, iuxta ſententiam ſuperio-

ſuperiorem, ceu aſſolet pallium excedere tinea, vermis lignum in ligni oſſibus prognatus. Deprehenditur homo tunc in denſiſſima verſari caligine cogitationum. Ob hoc vnum admonet ſcriptura, dicens: Triſtitiam longè auerte à te. Multos enim occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in ea. Et, Ex triſtitia prouenit mors. Et, Triſtitia cordis inclinabit & emolliet robur. Inducit, Ne des in triſtitiam cor tuum, ſed aufer eam abs te. Memento nouiſſimorum eius. Auerte igitur abs te triſtitiam hanc: & ne contriſtes Spiritum ſanctum qui in te habitat, ne forte interpellet Deum & recedat à te. Spiritus enim Dei qui in hãc etiã carnem ſe effudit, triſtitiam non fert, neque animi anguſtiam. Circunda igitur tibi hilaritatem, quæ omni tempore promeretur apud Dominum gratiam, & delectare in ea. Hilaris enim vir bona quidem operatur & nihili ducit triſtitiam: vir autem turbulentus ac triſtis maligne agit ſemper. Et quidem primum, maligne agit Spiritum ſanctum mœſtificat, qui homini datus eſt hilaris. Huc accedit, quia præter hoc, iniquitatem is operatur dum, Domino confitetur. Neque enim viri iſtius ſic turbulenti interpellatio vim vllam obtinet diutius perſiſtendi ante altare Dei. Aſſidet enim interpellationi eius ſpiritus triſtitiæ, nõ ſinens puram eſſe diutius eius interpellationem ante altare Dei. Vt enim acetum vinu vnà ſi immiſceatur, nihil adfert iucũdi guſtus: ad eundem modum triſtitia miſtim inſerta Spiritus Sancti domicilio, collocutionẽ reddit inamœnam. Profuerit igitur triſtitiam eiuſmodi à ſe excutere, ſeque amicire totius indumento hilaritatis. Itaque ob hac triſtitia extorres nos ſtudio omni conſtituamus, quæ triſtitia eſt mundi. Quæ autem ſecundum Deum eſt triſtitia, iuxta Apoſtoli Pauli ſententiam, pœnitentiam operatur ad ſalutem nec ſanè pœnitendam aut aſpernabilem: Triſtitia mundi è diuerſo operatur mortem. Parœmiaſtes: Benedictio Domini ſuper caput iuſti, nec apponetur ei triſtitia in corde. Rurſus, Cor gaudens & hilare, bonam parit valetudinem: triſtis autem viri exiccantur oſſa. Paulus item Non enim vos volumus ignorare fratres de tribulatione noſtra, quæ facta eſt nobis in Aſia, quia ſupra modum grauati ſumus, ſupra virtutem: ita vt tæderet nos etiam viuere. Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos, Deus. Com beato igitur Dauid dicendum nobis, Miſerere mei Domine, quoniam tribulor: conturbatus eſt in ira oculus meus, quoniam afflictus ſum & humiliatus ſum nimis Rugiebam à gemitu cordis mei. Et, Contriſtatus ſum in exercitatione mea, & conturbatus ſum à voce inimici & à tribolatione peccatoris, Sed ſaluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Et, Ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me. Tu enim refugium meum es à tribulatione, quæ circundedit me. Introeat in conſpectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam. Is triſtitiæ iugo exemptus cum eſſet, multa cum alacritate dicebat, Dominus de cœlo in terram aſpexit. vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios hominum. Et, Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Quia de tribulatione inuocaui eum, & exaudiuit me in latitudine. Sed & Dominus diſcipulis ſuis dicebat, Amen dico vobis, quia plorabitis & lugebitis vos mundus autem gaudebit. Quin & parabolice de puerpera, quòd triſtitiam habeat, inducit, Sic & vos nunc quidem triſtitiam habebitis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Eccl. 30. & 38. — *Homæoſis ex Maximo martyre.* — *Pro. 12.* — *1. Cor. 1.* — *Pſ. 68.* — *Pſ. 31.* — *Ioh. 15.*

De Acedia, Homilia 26.

HIc etiamnum dæmon acedia planè intolerãdus, cooperarius cum ſit, & nihilo diſpar ſpiritui triſtitiæ: eſt alioqui ea, ſua grauitate moleſtior, vt cum circa horam ſextam velut ex inſidiis aſſilit monacho, tædioſam ac formidabilem agoniam illi incutiens, vſque adeo vt vel locum oderit, verius autem fratres ipſos inuiſos habet, quibus cum viuit communiter. Quid? Ad opus quodlibet, ad diuinæ ſcripturæ lectionem neſcio quam illi ingerit inſuauem & hiulcam oſcitationem. His adde, eſuriem ſuggerit tempore prolixiore ſuſtinendam. Ad eum modum ſupinus ille ac ſecurus boni operis ſcopum vnicum ſpectat, nempe horam ſumendæ alimoniæ. Interim tamen ſumpto in manus libro legit nonnihil, quem & ordine ſuo locat. Mox oculorum aciem intendere incipit, inque feneſtras propius defigit. Quiddam rurſus legit. Deinde ſuos admetitur & enumerat quaterniones. Plicato mox libro obdormiſcit. Somni aliquantum vbi decerpſit, rurſus aſſurgit experrectus. Hæc eò facit, vt horas deterat ac temporis fallat prolixitudinem. Atqui audito primùm ſignifero & indice prandij, quàm alacer, quàm expromptus eò prouolat? Inuenitur proinde & is ad miniſtrandũm haud ſegnis, certò ſibi promitteus eiuſmodi munus loco mandati imputatum iri. Subin tali ſuggerit dæmon hic acediæ cogitationum intemperiem, nempe aliò vt emigre: & quia tempus omne, labor omnis vacua ſibi erunt frugis bonæ & inania, ni ſe ad alia conferat loca. Conſilium rurſus nouat miſero iſti, quia alio nullo pacto poteſt morbi ſic pernicioſi defungi intemperie, niſi continenter euagetur & commeet, ſeque recipiat ad fratres, quaſiverò fiat id ob publicam vtilitatem procurandam, aut certe infirmos vt interuiſat. Is tandem nihil diſſimilis comperitur virgulto deſerti, quod vbi aliquantum interquieuit, rurſus huc illuc aſpiratione ventorum perpellitur. Aut certe, quemadmodum planta quæpiam procerior & exoleſcens genitali loco emota: ita & monachus gyrouagus ne vnius quidem virtutis frugem referet. Quemadmodum item nubes nullo aquæ humore concreta venti agitatione percellitur: ita monachus ſpiritu agitatus acediæ, nullam habet ſolidam requiem. Si quando dæmon hic ex adyto cellæ illum quiuerit extrudere, tunc hora maxime communionis ipſum adoritur, vt eius mentem diſſipet & in diuerſa abripiat. Secum interim admurmurat. Hoc incommode nèc ſuo loco poſitum eſt: illud item aliud nihil neceſſe, vt hic ſit Dúmque miſerum auocat à laudibus diuinis, quo pacto eius mentem reddit vacuam bonæ operationis & ab omni fruge alienam? Cuncta hæc quid

Ακηδία. quid Tho. 22. q. 35. — *Argumẽtum à ſimili.* — *Altera ſimilitudo.*

A aliud operatur, quàm iners otium ac ſocordia animi lenteſcentis? Monachus enim accedıæ ſpiritu agitatus, urdine concinno nullum vnquam opus clauſerit. Ad orationem totus cum delideat, quam propendet ad otium? Sane dæmonem hunc quiſquis inſigni triumpho à ſe ablegare vult, in omni ſuo opere modum libi præſcribat ordine certo, nec prius deſciſcat à cœpto opere, quàm finem impoſuerit Continéter proinde oret ac magna animi contentione: atque ita demum ab eo ſe quàm longiſſime ſubmouebit ſpiritus hic accediæ. Illthæc enim turbulenta affectio ſubuertitur, attentè ſi ores, ſi te auoces ab otioſo ſermone, ſi quantum ſinunt vires) vni cuipiam operi admo- B liaris manum, ſi diuinis eloquiis accommodes mentem, ſi denique nihil ægrè ſeras tentationum aſſultus. Nos enim ni compererit communitos iſtiuſmodi armis, ſuis iaculis ſaucios, vacillantes reddet & inſtabiles. Dúmque è locis loca permutamus, aliud nihil anxie vel cogitare faciet vel circunſpicere: quam vbi locorum ſympoſia celebrantur aut ſanctorum memorię. Mens interim ſic accedia deiecti aliud nihil imaginatur & ſecum admurmurat, quam vt per hæc efferetur in ſublime, & glorioſam hinc aucupetur. Hoc genere ſtudij fit, vt talem in poſterum mundi negotiis curet obſtringendum, atque ita irretitum velut C offa porrecta, ſenſim ineſcat ac decipit iſtis occupationibus mire detrimentoſis, quouſque tandem prorſus deturbet è faſtigio monaſticæ profeſſionis. Rectè quidem Apoſtolus perinde ac medicæ artis quiſpiam abſolutus profeſſor magnopere cupiens morbi iſtius ab radice excidere cauſas, è quibus prognata acedia eſt, admonet, dicens. Fratres, ipſi ſcitis quomodo oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo: ſed in labore & ſatigatione nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus. Inducit, Nō quòd non habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos D formam daremus vobis ad imitandum nos. Prorſus itaque conducibile fuerit nobis, vt operi cuipiam manuario commodemus operam, non acediæ ſolum gratia à nobis depellendæ, atque in exſilium ablegandæ: ſed & vt hinc nobis alimonia ſuppetat, & eadem opera alienæ inopiæ conſulamus. Iugiter proinde illud meditemur B. Dauidis, Velociter exaudi me Domine, Defecit ſpiritus meus. Quia humiliauit inimicus animam meā. Collocauit me in obſcuris, ſicut mortuos ſeculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus. Sed ne auertas faciem tuam à me o benigne, quia ad te leuaui animam meam. Exaudi me Domine, quia E anima in anguſtiis eſt, & ſpiritus præ tædio clamauit ad te. Ne ſinas pręterquam poſſum, me tentari: ſed ſac cum tentatione etiam exitum, vt poſſim ſuſtinere. Eripe me ab iſtis indecentium atque improbarum cogititationum vibramentis. Conuerte me in viam rectam, qua ad agnitionem prouehar veritatis. Concede mihi in ſynceritate conſciētiæ, cúmque omni fiducia, puram tibi exhibere ſeruitutem corde indiuulſo, omnibus diebus vitæ meæ. Etiam Domine mi Ieſu Chriſte, figura & ſplendor benedicti patris tui, qui cordibus noſtris diuina eloquia quaſi ſemina inſperaſti, miſericors & clemens hominum amator, qui

Agapas intelligit.

ἕως ἂν καὶ τῶν μοναστικῶν ἐπαγγέλματος.

2. Thes. 3.

Ex Hiero. & Baſilio liquet monachos olim ab opere Dei & lectione, laborasse manibus.

A de nobis ſolus quàm optime mereris, nihil interim per elationem tibi arrogans, qui nos ſolus donas ſalute, ſolus inſuper iuſtus, qui ſemper es & in omnibus & vbique præſens, qui ambis vniuerſa complexu tuo ac imples Ieſu Chriſte idem Dominus, idem & Deus. Tu nos tuis propugnaculis, tua miſericordia tuere: qui in te vnum ſpē animæ omnem reclinamus. Exactiſſime enim noſti commenta hoſtis infenſiſſimi nullo non loco obuia. Impreſſiones veteratorias quibus nos ex inſidiis adoritur, quis te vno Domine intelligit perſpicacius? Tu ſolus Domine auxiliare nobis viſitatione tua ſancta. Ab hac animi ægritudine B abſolutis iam ac liber dic, Noui mi Domine animarum amator, quia dum anxiaretur cor meum in petra exaltaſti me & in viam reuocaſti: quia factus es ſpes mea & turris ſortitudinis à facie inimici. Deinceps habitabo in tabernaculo tuo in ſecula: & protegar in velamento alarum tuarum quia tu Deus exaudiſti orationes meas. Etenim. Dormitauit anima mea præ tædio, ſed tu Domine confirmaſti me in verbis tuis. Si ad hunc modum vna cum cordis ſynceritate preces ad Dominum ſuderimus, qui flagitioſiſſima quæque ſe agnoſcentium perpeti obliuione indulgenter abolet: vtique audire ab eodem promerebimur, C quia, Omnis qui petit accipit: & qui quęrit, inuenit: & pulſanti aperietur. Et, Fides tua te ſaluum fecit. Vade in pacifica & tranquilla cogitatione. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

De deſperatione Hom. 27.

DEſperationis perturbatio cæteras præ ſe dictas facile anteit & grauitate & inexplebili angore. Hominem enim recta præcipitat in infidelitatis barathrum, adeò inclementer, vt nihil illi reliquum faciat ſperandæ ſalutis. Elocatum ſiquidem ac miſerrime proditum committit exi- D tialium dæmonum torturæ, quo fit, vt in cibum illis iam vertatur ac deridiculam inſultationem. Vt enim fidelis vir ſpéque quàm optima nitens ſuaue ſit Chriſto edulium (Meus enim cibus eſt, *Ioh. 6.* ait, vt faciam voluntatem patris mei. Voluntas autem patris eſt, vt per eum ſaluetur homo omnis) ita & noſtræ omnium ſalutis æmuli atque homicidæ diaboli voluntas peculiariter vna hæc hominem vt laqueo implicet deſperationis, denique & perdat Nos igitur qui Chriſtum induimus, qui concorpores ei ſumus, qui ipſo doctore didicimus: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad *Luc. 5.* pœnitentiam, certatim contendamus præſidio E ſubnixi pœnitentiæ, tam exorabilem placare Dominum, qui mala omnia obliuione interlinet. Id facto nobis opus, ne illud Hieremiæ audire contingat, Nunquid cadens non reſurgit, aut conuertens non conuertetur? Rurſus, Nunquid reſi- *Hier. 8.* na non eſt in Galaad? aut medicus nō eſt ibi, quia auerſus eſt populus hic auerſione imprudenti? Itaque fratres cum habeamus prouidum curatorem Deum ad omnia ipſi accolemur glutino charitatis, non item vt reſugæ à tam benigno deſciſcamus. Appropinquate mihi, ait, & appropinquabo vobis, Ipſi enim cura futura eſt noſtri, vt qui nos tanti æſtimauit, quos proprio redimeret ſanguine Animæ præſtantis prorſus ac generoſæ

pecu-

peculiaris conditio ea eſt, vt quantæcunque tādē inuodent calamitarū procellæ, nullo vnquā pacto ſinat à ſe auelli ſpei ſolidæ ancorā. Ob hoc enim hominis vita πειρατήριον dicitur hoc eſt tentationū ſiue piratarū domiciliū. At nos ne ſic quidem à Domino deficiamus, quouſque tentatorē iubeat ſemotius à nobis ſecedere & per tolerantiā atque immobilem animi rigorē, vitæ reſtituamur tranquilliori. quod enim peccati genus vſquam inueniatur atrocius deſperatione? Iudas ille Domini proditor, quàm puſilli erat & abiecti animi? Quā rudis & expers conflictus tentationum? Ob hoc enim ſpem omnem à ſe cum abieciſſet, inſiliente in eum inimico, funiculo ſibi præfocauit gulam.

Mat. 26.

At Petrus, ſolida illa petra, nunquid non in peccatum impegit nec mediocre? Verùm is tanquam qui tales conflictus doctrice experiētia didiciſſet ob maleloquā negationē ſpem neutiquā abiecit, ſed lachrymas adhibuit pararias apud Dominum & conciliatrices Quaſnā? Sanè plenas amaritudinis & quæ ex corde proſilierint deflagrante incēdio charitatis. Hanc Petri magnanimitatem hoſtis cum vidiſſet, nulli dubiū ſit, quin ſe illinc concitus proripuerit ingenti cū eiulatu, ac ſi igni illi facies conflagraſſet. Ne igitur chariſſimi à nobis ſpem abiiciamus impetrādæ illius beatæ vitę: magis verò quantulacunq; eſt, neruos intendamus, omniq; ex parte eam cōmuniamus lumine fidei. Aduerſus malignū incentorē multa cū fiducia vociferemur, Quid tibi & nobis cōmune eſt, à Dei conſortio extorris & cœleſtis municipij refuga perditiſſime, ſerue nequā? Nihil enim in nos obtines iuris. Chriſtus enim Dei filius, noſtri ille, denique & omniū plena ſolus perfruitur poteſtate. Illi peccauimus, corā illo nos etiānum purgauim. A nobis tu quā lōgiſsimè exitialis ac peſtilens ſecede. Siquidē nos Domini crucē omni honore dignā cū retineamus pignoris loco, quālibet ſublime illud caput tuū calce proterimus o ſerpēs venenate. Ad hunc ſanè modū aduerſus colluctatorem & aduerſariū noſtrū ſpe audaci nitentes depræliemur ac repugnemus, nec vllo vnquam pacto ſinamus nos intercipi laqueo deſperationis per deditionem. Dæmones enim ipſi ne in abyſsū præcipitarentur, cum obſecrarunt Dominū, ſua petitione fraudati non ſunt. Quāto dignius eſt eū exaudiri, Chriſtū qui per fidē induit, ſuppliciter deprecantē à ſpirituali morte vt liberetur? Ne igitur ſpe abiecta deſpondeamus animū: magis autem perſeueremus in confeſſione ſolidi ac ſtabiles, & cum cōpūctione dicamus, Here mi, Domine cœli & terræ, Rex ſeculorū, quæſo mihi velis adaperire pœnitentiæ ianuam. Siquidē tota afflictione animæ obſecro te verū Deum Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui lumen eſt mundi, vt videam tua ſolius exuberanti miſericordia. Admitte quæſo meam hanc ſupplicationem. Ne meā deprecationem repudies: ſed condona mihi ſic miſerè intercepto in multiplici præuaricatione mandatorum tuorum. Inclina aurem tuā ad precem meam mihique cuncta indulge quæ admiſi nequiter vt homo propria victus volūtate. Quæro enim requiem nec vſpiam inuenio, eò quòd minime indulgeas conſcientiæ meæ tranquillitatem. Expecto pacem, & ecce non eſt pax mihi, ſed hoc facit abyſſus immenſa iniquitatum mearum.

Luc. 8.

S. Antiochi oratio inuitans ad pœnitentiam.

Appendix.

Audi Domine cor meum, ad te enim voce querula ſuſpirat. Neu aures accommoda operibus meis planè improbis & flagitioſis, quin potius ad animæ meæ dolorem reſpice, nec cuncteris medicā manum tuam mihi adhibere atrociter ſaucio. Tempus proinde reſipiſcendi tua ſolius benignitate impartire mihi. Extrica quæſo, me iſtis pedicis, quæ aduerſum me conſiſtunt, operum meorum. Ne eò tuæ æquilibrium iuſtitiæ mecum admetiaris, neu digna factis requiras in me: vt ne totus in nihilum redigar. Audi Domine in periculo me conſtitutum deſperationis. Omni enim deſtitutus ſum alacritate atque intelligentia ſpirituali, que meipſum ad rectitudinem reuocare poſſim. Tuis procido & aduoluor ſupplex miſerationibus, mei vt miſerearis in humum miſere deiecti, dum ipſe mea peccata accuſo & damno. Reuoca me Here mi eiectitium, in operibus propriis deprehenſum, & quaſi catena quapiā cōſtrictum. Tu enim ſolus noſti compedibus adſtrictos abſoluere. vulneribus nulli dum perſpectis aut cognitis certiſſimam adferre medelam, quæ ſanè ſolus tu clariſsimè perſpicis, vt pote arcanorum cognitor. Quantæcunque enim mihi immineant vitioſę affectiones, vnum te comperio quem nominatim opplorem ad eas omneis curandas, medicum nempe malè habentium, eorū ianuā qui pro veſtibuli aditu querula ac lugubri voce conplorant, viam à recto calle exorbitantium, inter tenebras obambulantium præfulgidum lumen, eorum redemptorem qui rapiuntur ad dependēdam pœnam. Manum proinde premis & cohibes tuam, nec facilè iram alioqui aduerſus peccatores paratam exeris & contorques: tempus magis indulges, ipſi vt reſipiſcamus, & hoc nimiſquam multa erga nos tua fit benignitate. Exurere tandem & affulge mihi Domine miſere collapſo, vtique tu ad miſericordiam feſtinus, tardus ad irrogādam pœnam. Manum quæſo, tuam in me exporrigere tua digneris clementia, & me è lacuſtri fouea iniquitatum mearum ſubleua & arrige. Tu enim ſolus Deus noſter, qui nihil minus quàm vt oblecteris pereuntium peccatorum depulſione, faciem neutiquam auertis ab eo qui in te vnum cum lachrymis preſſius mentis aciem defigit: Exaudi Dñe ſerui tui vocē clamantis ad te, lumēq; tuū illuſtra atque irradia in me, qui extinctus iam ſum, rorulentā aſperginem ſancti tui Spiritus inſtilla in me, exprōptam animi alacritatem impartire mihi vel gratuito, vt qui à me ſpem alioqui abieci corroborē meipſum in te vehementer & confirmē. Verte mi Domine planctum meū in gaudium mihi. Diſrumpe ſaccum meum & circuncinge me lætitia. Complaceat aliquando vt deſinam & ab occiduis atque veſpertinis meis operibus interquieſcam, ac demū diluculari & matutina perfruar reqnie qua tu tuos electos trāquilliſſime refoues Domine, à quibus porrò dolor fugit ac gemitus. Regni tui ianua mihi quæſo, adaperiatur, vt eam ingreſſus cum his qui lumine vultus tui Domine perfruūtur, demum ipſe etiam beatifica fruitione doner æternæ illius tuæ vitæ, in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Ad eum modum ſi deiecto & humili corde ipſi procidemus: vtique noſtram admittet depreca-

O

tionem. In omni igitur affulgentia lucis diuinæ qua illuſtrari nos ſentimus & circunfundi, hymnorum laudúmque iubilis neceſſe ſit ipſum vt celebremus. Ipſe enim bonorum omnium author eſt, origo, vita, eſſentia. Idem eorum quoque qui ab ipſo deſciuerunt, reuocatio & reſurrectio: qui autem & defluxerunt atque prolapſi ſunt, reſtauratio ac reformatio: ſtantium proinde firmitas & tutelaris protectio. Dixit Eccleſiaſtes, Eſt ſpes, quia canis viuus melior eſt leone mortuo, Qui enim viuunt, vtique nouerunt ſe eſſe morituros: mortui vero ne canem quidem deploratum ſciunt. Sed & Paulus de eo qui Corinthi in graue impegerat delictum, per epiſtolam dicit, Ita vt è contrario magis donetis & conſolemini, ne fortè abundantiori triſtitia abſorbeatur is. Propter quod obſecro vos, vt confirmetis in illum charitatem, vt ne circumueniamur a Satana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Nos itaque cũ Paulo parilem agonem ſuſtineamus, dicentes: In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, ſed non delinquimur: deiicimur, ſed non perimus. Semper mortificationem Ieſu in corpore circunferentes: vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali. Rurſus, Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione per conſolationem qua conſolamur à Deo: quia ſicut abundant paſſiones Ieſu, ita per Chriſtum abundat & conſolatio noſtra. Siue tribulamur, pro veſtra exhortatione & ſalute: ſiue ipſi conſolamur per veſtram conſolationem quæ efficaciter operatur in tolerantia paſſionum ipſius, quas & nos patimur, & ſpes noſtra firma eſt. Ne igitur chariſſimi, truculentiſſimi iſtius dæmonis, nempe deſperationis vnquam admiſerimus conſilium, vt ne qua ex parte comperiat aditum quo ſe menti noſtræ blandiſſimus veterator inſinuet clámue irrepat (Aliud enim nihil deſperatio quàm perfectum diaboli gaudium) quin potius nos ipſos recipiamus ad ſubriæ ac melioris vitæ frugem, exéplo filij prodigi. Cum reuerentia ſimul & gaudio ad clementiſſimum patrem conuertamur, cui & dicamus, Pater, peccaui in cœlum & coram te Suſcipe me vt vnum aliquem è mercenariis tuis meque introduc in caulam gregis tui ouiculam hanc miſere perditam, vt ne extra caulæ tuæ ſepta inuentam biulca fauce abſorbeat lupus ille truculentus corruptor. Plane noui ego mi Here bonum te eſſe paſtorem, ac eorum eſſe tutiſſimũ portum qui quauis tempeſtate miſere percelluntur, ſpem certiſſimam de ſe deſperantium, immedicabili morbo deſperationis laborantium præſentiſſimum medicum. Cura ô Domine olei ac vini infuſione vulnera mea, quibus prædones iſti me inclementer conſauciarunt. Certe Domine ipſe dixiſti, Non egent qui ſani ſunt, medici ſed qui male habent. Hoc pacto cum oraueris, iacentem te vt illum paralyticum eriget, dicetque tibi Ecce ſanus factus. Iam amplius noli peccare. Idẽ namque Dominus de vidua illa parabolice & de iudice iniquitatis dixit oportere nos ſemper orare, neque vnquam defetiſci aut defatigari, eóque inducit, Deus autem non faciet vltionem electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & longanimiter patietur? Dico vobis, quia propediem faciet vltionem eorum. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Eccl. 9. οὐκ ἠγά- σιθὸν κυ- ναθῶν ἀ- πεγιάς- μεγ. ν.
2. cor. 5.
2. cor. 1.
Luc. 15.
'Επίδεσιν alli- ga, eſtrin- ge, lege ἐπιχη- ζάντον. Mat. 2. Ioh. 5.

De murmuratione, Homilia 28.

ET quidem murmurare (ſiue prætextus aliquis rationi in ſpeciem conſentaneus ferat, ſiue citra vllum prætextum, vt cunque res habet) virorum eſt contaminatæ & piacularis vitæ. Recta enim vitæ conſtitutio ac Deo cumprimis accepta eſt eorum, qui quacunque de re adeò non oblatrant, vt etiam referant gratiarum actionem. Talis qui nulla de re obmurmurat imaginem refert aquæ lympidioris ac pellucidæ: è diuerſo obſtreperus murmurator mirè turbulentus quotidianis intemperiis agitatur. Ille cum actione gratiarum viuit gratioſus: hic planè ingratus. Neſcius murmurationis nulli non ſe exhibet amabilem: murmurator nulli non ſe reddit inuiſum & exſecrabilem. Ille nulli peruius vituperationi: hic nulli non conſpicitur vituperabilis. Ille conuitiatur nemini: hic vehementer impudens ac temerarius deprehenditur, quò fit, vt talem inſenſe oderit Deus. Iſthæc affectio ex vita enaſcitur planè impura ac flagitiis contaminata & ex eo quod à te excuſſeris Dei timorem. Quemadmodum diuinæ eſt voluntatis, vt homo per hominem ſeruetur: ita Satanas magnopere contendit hominem per hominem in laqueum protrudere perditionis. Næ igitur tali adhæreſcatis, qui in hoc vitium propendet decliuior, nec linguæ præcipitiũ vllo remoratur freno, ne cum ipſo præceps ruas ad ſupplicium. Sanè non indecorum ſit vitare eiuſmodi, qui nullam norunt linguæ adhibere tẽperiem, qui nihil tam ſpirant quàm pugnas verborum, qui ſuis agitationibus tam internis quã exterois turbas cóciunt. Qui talis eſt, cõperitur particeps eſſe & conſors exitialibus illis ac plane ingratis Iudæis, qui in eremo leguntur murmuraſſe aduerſus Deũ, iuxta quod ſcriptũ eſt, Et erat populus murmurãs aduerſus Moyſem. Et dixit Moyſes, Non enim aduerſum nos eſt murmur veſtrum ſed aduerſus Deũ. Rurſus, Quid iurgamini cõtra me & tentatis Dominũ? Ait item Eſaias, Qui dicũt q̃ dulce eſt, amarũ: & quod amarũ eſt, dulce. Inducit, Murmuratores diſcite obedientiã. Dauid ad eundẽ modulũ de iſtis dicit, Nõ crediderũt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis ſuis. Rurſum, Quorũ os locutũ eſt vanitates, & dextera eorũ, dextera iniquitatis. Dicit autẽ & Iudas Iacobi frater, Hi ſunt murmuratores, queruloſi, ſecundũ proprias concupiſcentias ambulantes, & os eorũ loquitur ſuperba. Nos igitur fratres ipſi interquieſcamus à murmuratione, & quid Philipenſibus Paulus ſcribat audiamus, Omnia facite ſine murmurationibus & hæſitationibus, vt ſitis ſine querela & ſimplices filij Dei ſine reprehenſione. Meritò proinde dictũ eſt, Arbor vitæ eſt linguæ ſanitas. Qui enim eã cuſtodit, propinquabit ſpiritui, iuxta ſcripturã. Parœmiaſtes quoque mandat dicens, cuſtodite igitur vos à murmuratione quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguę. Ne dixeris, Quid factũ eſt, quia dies priores fuerunt meliores his? Quia nõ in ſapiẽtia, hac de re interrogaueriũt. Eiuſmodi eñ murmuratorũ nepotes, Scribæ & Phariſæi aduerſus Dñi diſcipulos pro more auito murmurabãt dicentes,

Theognis quidam illud Sap. 1. Cuſtodite vos à murmurationibus deſinit murmurationem, Eſt enim querela cum impatientia.
Eccl. 10. Ανὴρ ἐπιςημων οὐ γογγύσει. Vir prudẽs ſine peritia non murmurabit, & Non contriſtabit tale quicquid ei acciderit.
Prou. 12. Exod. 15.
Aug. in Ioannem Deum ualde magis offendiſſe dicitur Iudæorum ille populus quã contra Deum murmurando.
Pſ. 105. Pſ. 2. Sap. 1. Luc. 5.

Vt

A Vt qoid eum peecatoribus & publicanis manducat & bibit? Iſti igitur preſſius tuentes paternam traditionem, quaſi reprobi hæredes improbatæ hęreditatis atque turpiſſimæ aduerſus etiamnum ſalutis noſtræ vindicem obmurmurabant, qoòd is dixerat, Ego ſum panis, qui deſcendit de cœlo. Dominus aotem ad eos, Quid mormuratis inter vos? Nemo poteſt ad me venire, niſi pater qui miſit me, traxerit eum. Murmurabaot & primi illi operarij aduerſus patremfamilias propter eos qui circa decimam horam venerant, diceotes: Hi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fèciſti, qui portauimus pondus diei & æſtum? Hoe proinde audierunt, Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conueniſti mecum? Tolle qoòd tuum eſt, & vade. Volo & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi: An non licet mihi facere quod volo? Indicans autem eorum æmolam inuidiam atque malignitatem iudncit, Ao non oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Ioh. 6.

Mat. 20.

De detractione, Homil. 29.

DEtractio & murmuratio germana quadam propinquitate confines ſunt, ac mutuo fœdere copulantur. Vtraque porrò aliud oihil quã rami inconſiderationis & ſtultitiæ. Etenim murmurator ſeipſum perdit, Detractor & ſeipſum perdit, Detractor & ſeipſum it perditum nec ſolum ſed & audientes. Siquidem is hoc vnum ſpectat ſua vt detractione conciat & alios, proiode & conturbet, ſuæ que ſtultitiæ adſciſcat ſibi ac paret complices. Duplex vno hoc peccato ſibi congerit debitum, & ſibi quidem obnoxius primum fit, deinde iſtis quos detrahendo in ſeotentiam ſuam adduxit. Quod ſi nos continget audire improbandos ſermones: non tam eum qui protulit, quàm nos ipſos coarguamus. Pro voluntatę enim noſtra & delatores ſermonis vel admittun- D tur vel reiiciuntur. Nihil igitur oportet ob ea quę in nos recidunt aduerſa, in alios detorquere repreheodendo aut detrahendo, vt ne decidamus à diſcretione rei per ſe boneſtæ ac decentis: In noſipſos potius ſi quid reprehenſibile occurrit, recellamus. Hoc enim perquam acceptum Deo eſt. Sanè decorum ſit nemini prorſus obtrectare, at ne etiam detrahentem audire cum ſuaui prurit u aurium, néuæ vlli detractioni fidem commodes. Qui enim fidem adhibuit detractioni, Is impoſterum aduerſus fratrem ſuum iniquiore afficietur animo. Talis igitur efficitur reus peccati cũ detractore. Non enim conuenit quicquam proloqui aduerſus fratrem vllum abſentem, calumniandi præſertim intentione, ſioe illi vt inuras notam, id quod propriè eſt καταλαλία. i. detractio, tametſi vera ſint quæ dicuntur. Debes potius auerſari detrahentem, & allo iter deflectere. Nunquid nõ maligna hæc eſt detractio & irrequietum dæmonium, nec vlla vnquam temperie pacificum Perpetuò ſiquidem manſitat ac moratur inter velitareis verborum pugnas aut ſeditiones. Conuenit igitur à ſe excutere vitioſum illud fermentum & diuturna detrahendi ac mormurandi cõſuetudine inueteratum, ſéque tráſferre ad aſſum-

Appendix.

A ptinnem nouæ conſperſionis, obedientiæ nimirum & gratiarum actionis. Neque enim decet nos populo illi inueniri aſſimileis, qui tam fuit male gratus Deo; vt in eremo aduerſus eum & murmurarit & detraxerit. Sanctos imitemur potius, qui ad fulgorem prælucentis gratiæ vitam moderantur ſuam. Obedientes ſimus, nec ingrati. De illis quippe ſcriptum eſt, qui & aduerſus Deum locuti ſunt, & dixerunt: Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto. Sed & Aaron & Maria detraxerunt Moyſi: Dixerunt enim, Num Moyſi ſoli locutus eſt Deus? In illos proinde ira Num. 12.
Dei exarſit, & ecce Maria lepra percuſſa eſt. Pa- B rœmiaſtes ait, Laqneus fortis viro, propria labia ſunt: qui aotem irretentibiliter vacat labiis, ſupplantabitur. Rurſus, Gloria viro auertenti ſe à conuitiis, ſtultus autem his implicatur. Iterùm, vir conuitiator ad tumultum pugnæ: qoi verò cuſtodit os ſuom & linguam, conſeruat à tribulatione animam ſuam. Et, Qui diligit vitam, parcet ori ſuo. Rurſum, Quæ viderunt oculi tui, dici vt ne impingas in pugnam, ne te pœniteat in nouiſſimis. Iob item amicis ſuis, Loquimini aduerſum me, nec erubeſcitis aduerſum me conſiſtere. Pſaltes quoque regius, Detrahentem ſecreto pro Pſ. 100.
ximo ſuo, huoc perſeqnebar. Rurſus, Os tuum a- C bundabit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Quia dilexiſti malitiam ſuper benignitatem, iniquitatem magis quàm loqui æqoitatem. Dilexiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa. Et, Qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum. Etenim ſederunt principes & aduerſum me loqnebantur. Iacobus quo Iac. 4.
que admonet dicens, Nolite detrahere alterutrũ fratres, Qui enim detrahit fratri, & iudicat fratrem ſuum: detrahi legi & iudicat legem. Petrus item, Deponentes igitur omnem malitiam & om- D nem dolum & ſimulationes & inuidias & omnes 1. Pet. 2
detractiones. Affectionem hanc detractionis omnium odio digniſſimam iuſto plane odio perſeqnamur, nequando deprehendamur Iudæis illis detractatoribus oihilo diſſimiles, qui & dicebant: Hic non eiicit dęmonia, niſi In Beezebul prioeipe dæmoniorum, Dominus autem mitiſſimus & longanimis quid ad hæc? Si ego in Beezebul eiicio Dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

βεελζεβοὺλ lege Beelzebub idolũ muſca.

De ſuſurratione, Homilia 30.

E RVrſus Suſurro & Detractor complices cum ſint, in extremam ſuam operationem conſpirant. Par ſiquidem & vna eſt vtriuſque operatio, vtrumque recta in viam abripiens perditionis, vtrumque cúm inſenſe oderint & Deus & homines. Execrandum enim detractionis ſcelus atque ſuſurrij in iiſdem comperiuotur, contubernales quum ſint, quæ res facile indicat talium vitam longe eſſe contaminatiſſimam atque impuram maximè. Ne igitur in iſtiuſmodi viuendi ratione nobis prorſus interdicta ac nefaria perſeueremus, vt ne deprehendat Dei iudicium nos ſine fœdere vllo & concordi compagine cha-

ritatis ſuiſſe erga nobis congenerem. Cauet enim
Exod. 23. interdicto lex id fieri, Non admittes auditionem A
vanam. Non ſedebis ſimul cum iniquo, vt ſis te-
Leui. 19. ſtis iniquus. Omne verbum improbum execra-
Ἀπόλεσαν lege ἀπώλεσαν. tio eſt apud Dominum. Salomon item, Suſurro-
nem & bilinguem maledici dignum eſt. Multos
eoim perdiderunt pacem habentes. Rurſus, Lin-
gua duplex multos commouit pacem habentes
Qui attendit ei, non inueniet requiem. Iterum,
Eccl. 28. Plaga linguę conterit oſſa. Mors enim mala, mors
eius. Prpobeta quoque Abacuc, Viri pacifici tui
poſuerunt inſidias aduerſum te. Hieremias item
Pſ. 33. ait, Iaculum vulnerans, lingua eorum. Dauid in-
ſuper iſtos auocare cupiens ab hac immanitate
plusquam hoſtili præcipiendo dicit, Auerte lin- B
guam tuam à malu, & labia tua ne loquantur do-
lum. Quodque perſpectã haberet efferatam at-
que minacem voluntatis iſtorum ferociam, indu-
cit, Sepulchrum patens eſt guttur eorum: Linguis
Pſ. 5. ſuis doloſe agebant. Iudica illos Deus. Quia, Ve-
nenum aſpidum ſub labiis eorum. Etenim aduer-
ſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduer-
ſum me cogitabant mala mibi. Verbũ iniquũ con
ſtituerunt aduerſum me. Sed &, Induantur qui
detrahunt mihi, pudore Et, Induantur ſicut di-
ploide confuſione ſua, qui dicunt mihi Euge, Eu-
ge. Sibique apprecatur dicens, Domine libera a-
nimam meam à labiis iniquis & à lingua doloſa. C
Sed & meipſum ab occultis meis munda me, & ab
alienis parce ſeruo tuo, vt immaculatus efficiar.
Eccl. 5. Iubet quoque Parœmiaſtes, Ne voceris ſuſurro
& lingua tua ne cui moliaris inſidias, Suam enim
ipſius animam inquinat ſuſurro. Vir enim incon-
tinentis linguę ruet in mala. Rurſum, Mors & vi-
ta in manu linguæ: qui autem dominantur eius,
comedent fructus eius. Iacobus, Si quis videtur
religioſus eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed
ſeducẽs cor ſuum, huius vana eſt religio. Inducit
ὀλίγον πῦρ, vide commentum in 7. Can. Ecce quantus ignis, quàm magnam ſyluam incẽ-
dit? Et lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. Et
lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ ma- D
culat totum corpus, & inflammat rotam natiui-
tatis noſtræ. Liquet per hoc intelligi temporariæ
iſtius vitæ momenta quibus ipſa ſurſum deorſum
prouoluitur. Quid enim hominis vita aliud, quã
rota, quæ perpeti rotatu verſatur? Sed & ea-
dem inflammatur à geenna. Suſurrationem itaque
fratres quàm maximè fugiamus, vt ne nos amœ-
nitate priuet paradiſi, noſque tranſmittat in ge-
ennam ignis. Suo enim ſuſurrio ſerpens ille Euam
tranquillitate excluſit paradiſi: Ad eam formu-
Ἔρις. lam quidam ſapiens, Beatus, qui non eſt lapſus lin
gua: Et, Beatus qui protectus eſt à facie linguæ.
Et, In humum labi præſtat, quam à lingua. Pau-
lus proinde, Ne forte inter vos ſint contentio, æ-
mulationes, animoſitates, diſſentiones, detractio-
nes, ſuſurrationes, inflationes, & quæ ordine ſe-
quuntur. Dominus porrò ait, Bonus homo de
bono theſauro cordis ſui profert bonum: malus
autem homo de malo theſauro eiicit mala. Ex
abundantia enim cordis os loquitur. Immortali
Deo ſit gloria in ſecula, Amen.

Vt ne delator querulus ſit, aut importunus reprehenſor, Homilia 31.

NE quempiam incuſes, aut deferas intempe-
ſtiuiter, neu de re vlla dequeraris, non latis
æquo examine perpenſa: interdicto ſcriptura ca-
uit. niſi forte ſi quis aduerſus proximũ querimo-
nia vti volet, vt is ad viæ rectitudinem ſe recipiat.
Qui enim Dei illud mandatum reueretur quod
eſt: Nolite condemnare, vt ne condemnemini,
ſuos ipſe defectus non oſcitanter perſpicit. Vix
credibile, quàm ſit homini detrimentoſum, tam
attentum eſſe & alacrem ad aliorum contuen-
da atque expendenda errata, ſuis interim debitis
per oſcitantiam neglectis, Dum enim tam es alio-
rum reprehenſor querulus aut delator, nihil du-
biis argumentis teipſum declaras inculpatum eſ-
ſe & irreprehenſibilem. Hunc (quiſquis eiuſmo- B
di eſt) inſenſiſſime auerſatur Deus, & à ſe recel-
lit quàm longiſſimè, Quòd ſi quidpiam te ado-
rietur aduerſæ tribulationis à proximo excitatæ,
hanc vide vt feras quaſi tuam, non vt alienam. E-
tenim dum impatientius conflictaris aduerſum
eas quæ te vehementer alioqui premunt, violen-
tas impreſſiones & alios interim incuſas, quaſi qui
non noris eas Dei iudicio contigiſſe: iam tu di-
uinę reluctaris admonitioni. Sin tu eas æquo to-
leras animo, planè liquet te ſuſtinere Dominum
Hac de re docet nos Parœmiaſtes, Priuſquam e-
xaminaueris, ne reprehendas quenquam de bis
C quæ aure didiciſti: ſed intellige primùm & tunc
increpa. Priuſquam audieris, ne reſpondeas: & in
medio ſermonum, ne interferas verbum, quia
mors & vita in manu linguæ. Et, Ad aures ſtulti
nihil dic: ne fortè ſubſannet erudito tuos ſermo-
nes. Alter item ſapiens, cor excipiet mandata: qui
autem intolerabiliter vacat labiis, ſupplantabi-
tur. Dicit autem & Eccleſiaſtes, Ad omnia ver- *Τῶν λέγε πτηνῶν.*
ba, quæ loquentur impij, ne apponas cor tuum:
& in conclaui cubilis tui, ne malè dixeris diuiti,
quia auis cœli portabit vocem tuam. Paulus itẽ
per epiſtolam dicit, Fratres, ſupportantes inui-
cem, & donantes nobiſmetipſis, ſi quis aduerſus
D aliquem habet querelam, ſicut & Chriſtus dona-
uit vobis, ſic & vos, Super omnia autem hæc, cha-
ritatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.
Mos ſane gerendus paulinæ iſti doctrinæ, qua
nos ad ſubeundam paleſtram ceu ceromate linit
additque vires, nequando in nos audiatur con-
torta illa Iudæ fratris Iacobi ſententia, Hi ſunt
murmuratores, queruloſi & os eorum loquitur
ſuperba, admirantes perſonas quæſtus cauſa. Ne-
mini itaque conuenit ſic eſſe quærulum, niſi Pha-
riſæis & ſolis, quippe qui ſeipſos iuſtitiæ nomine
venditant. Vnde & diſcipuli Domini acri famo
quum vrgerentur cœpiſſentque primum ſpicas
E conuellere, & inediam qua laborabant, vel tan-
tillo leuare: Phariſæi dixerunt Domino, Ecce
diſcipuli tui faciunt, quod non licet facere ſab-
bathis. Iſti quam promeruere, ſententiam con-
demnationis retulerunt: quòd illos falſa dela-
tione ſuggillaſſent qui nulli erant culpæ obno-
xij. Dominus ſiquidem iniuriæ omnis immemor
reſpondit, Num legiſtis, quid fecerit Dauid, cùm
eſuriret ipſe & qui cum eo erant? Quomodo in
greſſus ſit domum Dei, & panes propoſitionis
comedit, quos non licebat edere, niſi ſolis ſacerdo
tibus? Illos iſtis verbis eſt erudiret, vt ne impoſte-
rum aduerſus inſontes intempeſtiuiter deque-
reren-

rerentur, induxit, Si ſciretis quid eſt, Miſericordiam volo & non ſacrificium, vtique bos non cõdemnaſſetis innoxios. Dominus enim eſt filius hominis etiam ſabbathi. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De contradictione Homilia 32.

CОntradictio & contumacia parili conſtringuntur malitiæ iugo. Qui enim contradicit, vtique contendit inueniri ei compar robore, qui ſua temeritate contumax eſt & rebellis. Huic ſiquidem ſtudium eſt perpes, veritati vt controuertat, eámque impugnet. Dum enim cæteros vt anteeat authoritate, connititur pro virili, frequẽtes admodum concit turbas, illorum exemplo de quibus in lege ſcriptum eſt, nempe, Korè, Dathã & Abiron quando in faciem reſtiterunt Moyſi. Et iratus eſt furore Dominus, ſúbque illorum veſtigiis adaperta terra eſt & eos abſorpſit ſimúlque illorum domicilia. Hi enim propria nixi virtute, non item Dei decreto, ambitioſius expetebant populi principatum, eoque reclamantes magiſtratui diuina ordinatione inſtituto, iſtiuſmodi ſubiacuere pœnis. Scribit autem & Apoſtolus de iſtis qui contumaciter contradicunt, quemadmodum Iamnes & Ambres reſtiterunt Moyſi: ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Ad eundem modum Helymas magus reſtitit Paulo & Barnabæ, quærens auertere proconſulem a fide. Is confeſtim excæcatus eſt, iuxta relationem Apoſtolicorum actuũ. Sed & Apoſtolus per epiſtolam dicit Timotheo, Alexander ærarius multa mala oſtẽdit mihi. Reddet ei Dominus, quem & tu deuita. Multum enim reſtitit verbis noſtris: & hic dignam reportauit ſua contradictione viciſſitudinem ac mercedem. Michæas propheta lugens efferatam populi rebellionem ait, Lingua eorum eleuata eſt in ore ipſorum. Hei mihi anima, quia periit pius à terra. Alius item, Contradictiones ſuſcitat omnis malus: Dominus autem angelum immiſericordẽ immittet ei. Rurſum, Sapientia hominis illuſtrat faciem eius: impudens autem facie odibilis erit. Et, Qui loquitur iniqua, non effugiet. Qui ſibi eſt nequam, cui bonus erit? Similem in modum Salomon, Malus cum contumelia perpetrat mala: qui autem ſeipſos explorant & agnoſcunt, ſapientes ſunt. Terrorem nobis ſacra hæc incutiat ſcriptura, ac proinde ab omni temeritate & contradictione deſciſcamus, vt ne eadem de nobis illud pronuntiet, Curauimus Babilonem, & non eſt ſanata. Quin potius illud ex Eſaia ipſi audire promereamur, Si volueritis & exaudieritis me: bona terræ comedetis. Itaque noſipſos communiamus in primis humilitate & ſilentio, ſacrámque ſecuti ſcripturam, in eorum ſortem redigamur, quibus curæ eſt ſedare contradictiones. Sanè vt Deo conſueſcas loqui plurimum, cum hominibus autem quàm rariſſimè: hæc monaſtica exercitatio ingens eſt animæ ſcutum. Die ac nocte ad extremam vſque exitus horam intenta acie mentis ſpectandum eſt, nequando comperiamur Iudæorum ſacerdotibus aſſimiles, quiquidem conſuetudine execrabili, Domino

Num. 16. — 2. Tim. 3. ἰαννῆς καὶ ἀμβρῆς. — Act. 13. — Pro. 17 — Mat. 21.

Appendix.

A reſtiterunt ſemper. Acceſſerunt enim principes ſacerdotum ad Ieſum dicentes, In qua poteſtate hæc facis? Aut quis tibi dedit hanc poteſtatem? Longanimis Dominus quam illis reſpondit manſuete? Interrogabo & ego vos vnum verbũ: quod ſi dixeritis mihi, & ego dicam vobis in qua poteſtate hęc facio. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De otioſo ſermone, Homilia 33.

OTioſiloquium ex eo ingignitur tibi, quòd per otium vitam tranſmittis, & à te excuſſiſti certam futuræ vitæ ſpem. Si enim æterni illius ſupplicij formidabilis horror, & contra beati regni deſiderium mentem occuparet noſtram, nullo vnquam momento ſic per inaniloquia traduceremus vitam, idque eò maximè quia Dominicum vrget mandatum, quo ſignificat rationem repoſituros nos eſſe die illo iudicij de verbo otioſo. Quæcunque porrò animæ tuæ nihil adſerunt emolumenti, verba otioſa ſunt. Operæ igitur precium ſit, vt ipſi ab immodicis colloquiis intenta cura nobis temperemus, ne quis reſideat locus otioſi ſermoni. Qui enim facile ſinit intercipi ſe ac vinci à re perniciosa: à magnis neceſſe ſit hunc in ſeruitutem redigi. Qui parua hæc contemptim negligit: & illis obluctatur, quæ aloqui apud Dominum magni ſunt momenti. Omni igitur cuſtodia cuſtodiendum cor & corpus, nec laxiùs quam decet perfectos, loquendum nobis, maximè qui mundi homines videmur erudire, ac viæ ſalutaris eſſe illis præduces, nequando contingat audire nos: Qui alium doces, teipſum non doces? Temeritatis planè euidens eſt argumentum ſic otioſe verba effundere & nugari, quemadmodum & in prouerbiis ſcriptum eſt, Fili ne æmuleris viros malos, néve concupiſcas eſſe cũ eis. Et inducit, Os quod non habet operculum, parit ſeditiones. Et, Stultus multiplicat verba. Qui abundat ſermone, abominabilis erit. Ex multiloquio non effugiet peccatum: parcens autem labiis, intelligens erit. Rurſus, Apud amicum & inimicum ne enarres vitam alienam. Et, Si non adſit tibi peccatum, ne reueles. Iob quoque amicis ſuis, Vtinam obmuteſceretis, vt contingeret vobis ſapientia. Alter, Beatus vir qui non eſt lapſus lingua ſua. Rurſus, Qui moderatur linguam, ſine iurgiis viuet. Qui odit loquacitatem, minuit malitiam. Sed & eccleſiaſtes garrula iſta loquacitate interdicit nobis, Sermones oris ſapientis, gratia: labia ſtulti demergent eum. Principium enim oris eius ſtultitia. Et, Stultus multiplicat ſermones. Inducit, Qui diligit vitam, parcet ori ſuo. His concinit Apoſtolus, Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procédat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem, vt det gratiam audientibus. Quum igitur chariſſimi tot adeò moneamur ſcripturæ teſtimoniis, omni ſtudio vndabundi defugiamus otioſos ſermones, non inutiles modo ſed & magnopere animabus noſtris detrimẽtoſos. atq; vt dictũ iam eſt, vocẽ illã Domini, terroris & fortitudinis plenam perpetim cogitemus, qua pœnã interminatur, Amẽ dico vobis quia omne verbũ otioſũ, quodcunq; locuti fuę-

Ἀργολογία. — Τοῦ κυρίου ἐντολή. — Eccl. 10. — Pro. 10. — Iob. 13. — Eph. 4. λόγος σαπρὸς μὴ ἐκπορευέσθω.

Qui

rint homines, teddent rationem de eo in die iudicij, Ipſi gluria in ſecula Amen.

De otio, Homil 34.

Αὐθόδι χος, ἀργὸς ἐπιτῶ περσίχων Phauorinus.

RErum alienarum ſatagere curioſius & quæ ſuperuacanea ſunt nec vllius frugis moliri, prorſus diſſentaneum videtur nec conueaire ei. qui Deo contendit quàm maxime eſſe gratioſus Qui enim ſanctimoniam profiteri vult vitæ, atque mundiciam, neceſſe ſit perpeti tenore vitam inſtituat ſuam, hoc eſt ſibi vt attendat, Deóqne quàm proxime poteſt, congrediatut omni cum tranquillitate, nec iſtis externis occupata cogi- B tatione, affectu item ſimplici. Sic enim gratia Spiritus ſancti epulentiore is perſunditur. Scriptum nanque eſt, in prouerbiis, Profundiora te ne ſcruteris, & ſurtiora te ne exquiras. Quæ autem præcepta ſunt tibi, illa cogita. Non enim neceſſe eſt tibi, vt quæ occulta ſunt, videas oculis. Rurſus, Mulge lac & erit butyrum, Si autem expreſſeris nares, exibit ſanguis. Quod ſi elicueris ſermones, exibunt iudicia & pugnæ. In pluribus operibus tuis curioſus ne ſis: ſcientiam autem rerum innumerabilium ne promite. Pupillas enim oculorum qui non haber, priuabitur lumine Sed & Petrus, Hoc primum ſcienſes, quod venient in nouiſſimis C diebus in deceptione illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulantes & diceotes. Vbi eſt promiſſio aduentus eius? Et inſert, Propter quod chariſſimi, ſatagite immaculati & inuiolati ei inueniri, & Domini longanimitatem, ſalutem arbitramini. Similem in modum Paulus apoſtolus per epiſtolam ait, Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui & ſeductores quos oportet redargui, qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non opurtet. Alio item loco, Etenim quando eramus apud vos, hoc denunciabamus, quia ſi quis nō vult operari, nec manducet. Audimus enim quoſdam inter vos ambulantes inordinatè, nihil opetantes D ſed curioſe agentes. Sed & hypocritæ atque curioſuli illi Phariſæi Dominum audierunt dicentes, Quid tibi videtur, licet cenſum dare Cæſari, an non? Dabimus, an non dabimus. At Dominus illorum ſuperfluam & curioſam hypocriſin merito dedecore aſpergens reſpondit, Quid me tentatis hypocritæ? Oſtendite mihi nomiſma cenſus. Illi autem protulerunt ei denarium, & ait illis, Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Dicunt ei, Cæſaris. Dicit eis, Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Iſti ſe illinc proripuerunt ingenti cum dedecore. Curioſum enim confuſio circumuelat & operit. Benigno & E clementi Deo noſtro gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Καὶ ἔςαι βούτυρος

Pro. 30.

2. Pet. 3.

Tit. 1.

ἐπιζομιζέσος obturare occludere.

2. Theſſ. 3.

νόμισμα

Mat. 22.

De contemptu, Homilia 35.

NIhil non contemptim faſtidire & aſpernari, non mediocre eſt peccatum, in his maximè qui Deo quærunt adhæreſcere propius. Ne igitur vltro nos ipſos dedamus ceu vilia mancipia iſti ignauiæ & aliorum contemptui, vt ne in imprecationem incidamus Hieremiæ dicentis, Maledictus homo qui facit opus Domini negligenter. Etenim ordinem habent omnia, iuxta Apoſtoli A doctrinam dicentis, Omnia honeſte & ſecundum ordinem fiant. Ozias ille, Nunquid non inſolens quiddam ac indecorum molitus eſt, Deo dum adulet incenſum? Saul dum immolat, regiæ maieſtatis gradu deturbari promeruit. Non igitur mediocri circunſpectione opus, ſibi vt quiſque attēdat, nec quicquam ſupra virieulas proprias ſecum conſtituat aggredi, nequando illud Abacuq in ſe audiat detorqueri, Arrogans & contemptor, inſolens & ſuperbus nihil ad finem vſque perducet. Alio item loco, Viuo ego dicit Dominus, niſi glorificantes glorificabo: qui autem contemnit me, erit ignobilis. Parœmiaſtes, Qui rem B qualémcunque contemnit, contemnetur ab ea: qui autem veretur prætergredi mandatum, ſanus eſt. Michæas item, Filius glorificat patrem, & ſeruus Dominum ſuum, Quód ſi pater ego ſum, vbi eſt gloria mea? Et, Si Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? Eodem ſpectat illud Dauidis, Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo, non eſt timor Dei ante oculos eius. Petrus quoque, Iam tempus eſt, vt incipiat iudicium à domo Dei. Quod ſi à nobis primum, quis finis eorum, qui non eredunt? Et ſi iuſtus vix ſaluatur, impius & peccator vbi parebunt? Paulus Corinthiis, propter hoc inter vos multi infirmi C & imbecilles & dormiunt multi. Si enim nos ipſos indicaremus, non vtique iudicaremur. Dum autem iudicaremur, à Domino corrimur: vt non cum hoc mundo damnemur Rurſus, Dies Domini tanquam ſur in nocte, ita veniet. Quum autem dixerint, Pax & ſecuritas: tunc repentinus ſuperueniet eis interitus. Sed & alius, Ne dixeris, quia miſeratio Domini multa, multitudini peccatorum meorum propitiabitur. Miſericordia & ira apud eum ſunt. Iterum, Ne tardas conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Secundum multitudinem miſericordiæ eius: ita & increpatio ipſius. Virum ſecundum opera iudicat. D Ezechiel, Si auerſus fuerit iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius non recordabuntur. In peccato ſuo morietur. Vnumquemque iuxta viam ſuam in qua inuenero eum, iudicabo, dicit Dominus. Paulus item, Itaque ne dormiamus, ſed vigilemus & ſobrij ſimus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. Inducit, Sicut filij lucis ambulate, redimentes tempus quia dies mali ſunt. Sed & Dominus vigilate, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit Illud autem ſcitote, quia ſi ſciret pater familias qua vigilia ſur veniret, vigilaret vtique & non ſineret perfodi domum ſuam. E Quapropter & vos eſtote parati, qua hora non putatis, filius hominis veniet. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Sententia hæc nō videtur congruere loco iſti.

Heb. 48.

καθόσιος

1. Re. 2.

Dic Malach. as.

Mal. 1.

1 Pe. 4.

Eze. 18.

De pigritia, Homilia 36.

PIgritia coniuncta nequitiæ eſt & affinis. Serue nequam & piger, ait Dominus. Quum itaque robur abūde ſuppeditet Dominus, viréſque ſuggerat: multam re ipſa oſtentemus alacritatem animi atque à nobis porrò expungamus omninodam cunctationem ſiue pigritiam, inque veraci vinea impigre operemur per exactā mandatorū Domini obſeruationē, tāquam ingenui ac legitimi filii, nō itē vt ſerui improbi ſiue vt operarij mercenarii, qui pietatem aliud eſſe nihil promit-

A mittunt quam quæſtum, ſuo interim ſeruientes ventri, per ſuaues ſermones & benedictiones dū
2. Cor. 11.
decipiunt corda innocentium. Ne (iuxta Pauli doctrinam) abutamur Chriſti nomine quaſi in nundinis negociantes, neue ad congerendam pecuniam ſimus auidiores, & operarij doloſi, transfigurantes nos in miniſtros lucis, cum interim opere ipſo ſimus tenebræ: quin potius digne vocatione conuerſemur & profeſſione hac noſtra, ſanctè viuentes, iuſtè, ac piè, prouidentes bona non ſolum coram Domino, ſed etiam coram hominibus (hoc enim iuſtum) vt glorificetur Deus in omnibus. Excutiamus à nobis quam longiſſime lentorem animi. Vt fideles ſerui diem præſtolemur
B aduentus Domini noſtri, quo die cœli ſoluentur, terra autem efferueſcet, & euomet eos qui à condito primum orbe obdormierint. Montes atque arida omnis obſtupeſcent à facie eius. Quum venerit iudex cum nubibus, tunc vniuerſa corripiet tremor, & cœlorum virtutes mouebuntur. Multa etenim valde ſeries eſt caſtrorum eius, quia fortia opera quæ ſolo verbo eius fient. In conſummatione & commotione via eius, & nubes pedum eius, Interminatur mari & exiceat illud. Adueniet enim Dominus cum furore ſuo, quaſi ignis, & quaſi tempeſtas inundans currus eius. Ignis præcedet faciem eius. Qui comperientur ſtrenui fuiſſe
C & impigri in operibus bonis ad vitam emigrabant æternam: contra, qui deprehendentur pigro lentore intepuiſſe ac flagitioſe vixiſſe, ad ſupplicium æternum rapientur. Et quidem viſuri ſunt horrendum illud ac formidabile iudicis tribunal, vbi & ſedes in hoc iudicium apparatæ conſpicientur. Ignis proinde fluminis in morem præterfluens in conſpectu iudicis tanti. Libri inſuper aperti, Hinc omnibus palam fient hominum actiones & perſpicuæ. Quare diei illius ſedulo memores, ne quæſo lenteſcamus, ne cunctemur ea explere, quæ ad arreptum vitæ iſtius propoſitum attinent: neque temporariis his tanquam æternis mentem affiga-
D mus. Docet hoc nos Parœmiaſtes, Si impiger fueris, veniet quaſi fons meſſis tua: egeſtas autem tanquam vir malus fugiet à te. Rurſum, Qui operatur terram ſuam, implebitur panibus: qui vero ſectatur otium, replebitur paupertate. Iterum, In pigritia humiliabitur contignatio: & in otio manuum ingemiſcet domus. Rurſus, Paupertas virū humiliat: manus autem fortium diteſcent. Iterum Deſideria occidunt pigrum. Non enim volunt manus eius quicquam operari. Itemque, Vade ad formicam ô piger, & imitare vias eius, & illa ſapientor. Illa enim cum ei non ſuppetat vlla agricolatio, neque habens qui ſe eo laboris adigat, pa-
E rat meſſis tēpore cibum. Iterum, Perge ad apiculam ô piger, & diſce quam hæc ſolerter ac ſtrenue operetur. Opus facit ſanequam mundiciæ & honeſtatis plenum, cuius labores reges iuxta ac idiotæ adhibent tuendæ ſanitati. Item, Vſquequo piger dormies? Quando de ſomno expergiſceris? Poſtea adueniet tibi paupertas, & egeſtas tanquā bonus curſor. Hieremias quoque, Dormiuimus in confuſione noſtra, & operuit nos ignominia noſtra. Væ nobis quia miſeri facti ſumus. Alius item, Lapidi polluto exæquatus eſt piger, & omnis exhibilabit ſuper ignominia eius. Iterū, Piger etſi opprobriis appetitur, nihil tamen ſuppudeſ-

Prou. 12. *Στεγάζει forte σαθρεί, perſidiabit* *Prou. 6.* *Eccl. 22.* *Iere. 3. variant exēplaria Græca.*

A cit. Boum enim ſtercori comparatus eſt piger. Toto igitur conatu fratres ſubmoueamus nos ab hac inerti ſocordia atque otio, ne nos regno illo priuet, inque geennam ignis agat præcipites ac deturbet. Audiamus Apoſtoli conſilium dicentis Solicitudine non pigri, ſpiritu ſeruentes, Domino ſeruientes. *Rom. 12.* Dauid quoque hunc in modum concinentem auſcultemus, Benedictus Dominus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Terrorem nobis incutiat ſerui illius exēplum qui ſibi creditum talentum infodit humo & occuluit, nequando audire contingat à noſtræ omnium vindice ſalutis, Serue male & piger. *Matt. 25.* Et, Tollite ab eo talentum. Et, Hūc inutilem ſeruum
B eiicite in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Feſtinemus pro virili, aliquando vt audire contingat, Euge ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam Intra in gaudium Domini tui, Ipſi gloria in ſecula.

Aduerſus optimates & præfectos non eſſe contendendum. Homilia 37.

DIuinis literis erudimur, ne cum eo qui publica fungitur authoritate, velitaribus verbis
C aut litibus conflictemur. Eiuſmodi enim contentioſa velitatio cum potente quopiam adeo nihil adfert commodi, vt incommodet plurimum. Inidonei enim nos nec ſufficientes qui cauſam iudicio experiamur cum incomparabiliter nobis eminentiore. Vt enim piſces qui iam adoleuerunt iuſta corporis magnitudine, ex inſidiis imminent nondum per ætatem adultis, quo illos parent in ſuam alimoniam: ita & illi primores ac magiſtratus nullo ſuo negotio iniurij ſunt in imbelles, & opprimunt, qui ſi quid obtinuerint, indemne illis cedit & impune, neque hinc quicquam ſentiunt doloris: adeo vt cum rapto viuant, rapinam à
D pauperibus vi extortam, ſuam deputant venationem, neque enim ſecum reputare norūt, vita hæc quam ſit incerta, Vtique ſi noſſent, nunquam ſuperuacaneæ iſti ſuæ cupiæ fuerant adiecturi indigorum inopumue penuriam. In hoc ſtudia locant ſua, vt Apoſtolico illi mandato authoritatem detrahant & abrogent: Veſtra abundantia pauperū ſuppleat inopiam. Recte igitur diuina nos admonet ſcriptura, iſtorum congreſſum vt vitemus. Dicit enim, Ne te extendas vſque ad diuitem, pauper cum ſis. Diues enim quempiam ſi iniuria affecit, interminatur ac frendet ira: pauper vero iniuriam ſi ſuſtinuit, inſuper & minis deterretur.
E Quid enim (ait ſcriptura) communicabit olla ad caeabum? Ipſa vtique impinget & eadem conteretur. Et, Ne comederis eum eo offulam tuam. Euomet enim illam & diſperdet ſermones tuos bonos. De his & Amos propheta, Pugnis tundebant capita pauperum, & viam humilium declinauerunt. Vinum calumniantium bibebant. Pulchrè & doctor Gentium Apoſtolus Corinthiis ſcribens, Vt quid non magis fraudem patimini? quare non magis iniuriam accipitis? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus. Inducit, Omnino dictum eſt inter vos. An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Dominus item de ſcribis & phariſæis ait, Alligant one-

Argumētū à ſimili ex Ariſt. *2. Cor. 8.* *Amos 5.* *Pendet ſententia:* *1. Cor. 6.*

ra grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem nolunt ea mouere. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

De inobedientia. *Homilia* 38.

Obediētia vitā: inobedientia, mortem operatur. *Ab exemplis primæ probatio.*

QVemadmodum vitam obedientia: ita & inobedientia efficaciter mortem operatur. Meo huic ſermoni teſtimonium facile reddit homo, is qui primus Dei manu formatus eſt. Dum enim ſui opificis mādato geſſit morem, neutiquam ligni vitalis priuatus eſt vſu: contra, à paradiſi amœnitate in hanc complorationis ac miſeriæ vallem per inobedientiam relegatus, ſe ſuamque poſteritatem æternæ addixit morti. Audiuit enim: Terra es & in terram ibis. Sed & Iudæi profecti ex Ægypto quorum cadauera in eremo proſtrata ſunt, non exaudierunt vocem Domini, & in lege eius noluerunt ambulare. Dei enim mandato iubebantur ſinguli quique vno quoque die Manna vt veſcerentur, nec quicquam ex eo relinquerent in craſtinum. Cumque iſtorum nonnulli in alterum diluculum ſibi ſe poſuiſſent, pro Manna reportarunt vermes, iique in putrilaginem ſunt verſi: id quod in ignominiam atque dedecus iſtorum ceſſit male morigerorum, perinde atque diceres: Sola eſt inobedientia author Mannæ in vermes degenerantis, & odoris iſtius grauiter ſpirantis. Prius enim nihil dum tale contigiſſe conſpicitur. Ob hnc enim iuxta regium Pſalten, nomēclaturā promeruit angelicæ alimoniæ. Panem enim angelorum manducauit homo. Filij proinde Heli, Ophni & Phinees quod patris ſui vocem exaudire noluerint, vna cum filiis Iſrael in acie gladij Domino vindice conciderunt, qui & Arcam in manus tradidit alienigenarum. Ad hanc exemplarem formulam diuinæ vltionis nunc nobis quoque contigit. Circumcirca Hieruſalem populum in ore gladij Chaldæi ceciderunt, nec eſt qui ſepeliat: crucem vero Syri velut in coloniam ſecum exportarunt. Conſimilem in modum Saul Dei mandatum veteratoria atque ſubdola interpretatione eludens, mente mota væſanire cœpit atque excidit regno, ac demum miſerabili concidit morte. Tametſi hunc propheta Samuel multo tempore lugeret, proque ſalute eius venerabundus ac ſupplex precaretur, adeo nihil iuuit, vt audierit tandem illud voce prophetica, Melior eſt obedientia: quam victima: & auſcultatio præ adipe arietum. Hæc ſane diuina continet ſcriptura. Diſcipulus proinde male audiens dicto ſuperioris perinde ac lignum obtortum & oblique interuerſum tametſi continenter arguatur: ne ſic quidem vnquam ſe ad rectitudinem recipiet. Frater amans diſcordiæ & litis, vt lenis ventus ſed ſtridulus ac diſſonus ſuo illo diſcordi ſtridore concordem aliorum in commune vitiat ac perdit concentum. Vtque fucus labores ac induſtriam argumentoſæ apis excedit ac depaſcitur: ita & frater ſegni otio lenteſcens totius congregationis operationem alioqui efficacem reddet inutilem. Vt miles ignauus ac timidulus manus commilitonum diſſoluit atque eneruat: ita monachus ſecurus curæ omnis & iners, fratrum alacritatem emollit. Tot ac tantis eruditi exemplis, timeamus chariſſimi ac vitemus iſtius inobedientiæ perniciem, ne cum iſtis qui ætatem noſtram anteuerterunt, damnemur. Quid enim ad te reſiliet emolumenti ſi virginitatem indelibatam quidem conſeruaſti corporis, at animā Dæmoni per inobedientiam proſtituiſti? Aut, Qua fronte ſperes te donatum iri corona, qui ventris ingluuiem & reliquam omnem concupiſcentiam temperantiæ freno ſuppreſſiſti, vni ſuperbiæ & ambitiuni ex animo deturbandæ nullam impēdiſti diligentiam? Dicit Parœmiaſtes, Filius ſolers obedit patri ſuo: filius autem inobediens, in perditione erit. Rurſus, Quia vocaui & non obediuiſtis, ſed irrita feciſtis conſilia mea: igitur & veſtræ perditioni inſultabo. Erit enim quando inuocabitis me, ego autem non exaudiam. Quærent me mali, nec inuenient, quia timorem Domini noluerunt. Comedent igitur fructus viæ ſuæ. Iterum. Ne impie egeris multum, & ne ſis durus: vt ne moriaris in tempore non tuo. Rurſum, Qui declinat aurem ne audiat legem, ipſe quoque in oratione ſua execrabilis. Alius, Qui renuit cuſtodire diſciplinam patris ſui, excogitabit locutiones malas. Et, Seminans peruerſa, metet mala. Inerudito enim occurrit mors. Hieremias, Conuertimini ad me, dicit Dominus. Et non erat qui audiret nos. Apoſtolus, Si quis non obedit nobis, per epiſtolam hunc notate: & ne commiſceamini illi, vt confundatur. Idem ad Titum, Sunt multi inobedientes, loquentes vana, & ſeductores, quos oportet redargui. Ad Hebræos, Abundantius autem oportet attendere nos, ne forte præterfluamus. Ab hac igitur inobedientia quæ præſentaneam adfert mortem ſui ſtudioſis, quam longiſſime nos auncemus Chariſſimi: & ſpiritualium patrum hortamenta in omnibus conſectemur morigeri & obedientes, vt illud à Domino audiamus, Qui audit vos: & me audit. Qui accipit vos, accipit eum qui me miſit. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Exod. 16. *1. Reg. 4.* *Sub Coſdroa tyranno.* *Reg. 14. 15. primi Reg.* *A ſimili argumentū.* *Homœoſis altera.* *Prou. 1.* *Prou. 28.* *Heb. 2.*

De obedientia. *Homilia* 39.

QVi ſyncero affectu per omnia, ſpiritualium patrum monitiones ſectatur & obedit, nihil non eorum quæ per ſe facit, ad Dei transſcribit gloriam, & illi vni quicquid laude cum primis dignum magna animi contentione conficere potuerit, multa cum alacritate conſecrat. Vir plane obediens tametſi in vita præſenti eſt, attamen ita conuerſatur tanquam à mundo extortis & exoticus. Propriam enim voluntatem renunciando cum à ſe excuſſerit, eam perficit liberius quæ Domini eſt. Atqui talis in numerum tranſit Chriſti confeſſorum. Nec id aſſequitur ſolum, ſed & quod reliquum illi eſt temporis ſui incolatus, prorſus viuit curæ omnis liber. Ad hæc, opere ipſo ſedulum ſe probat Domini imitatorem. Ipſe enim factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Sane obedientia eſt, qua quis perſuadetur & obedit citra vllam diiudicationē, adeo vt quod ſuperioris imperio imponitur, iucūdus quis & alacer, non item turbulentus expleat. Obedientia renuntiatio propriæ eſt voluntatis, nulla non ſui parte perfecta, quæ ſolo moderatoris ſui annutu ad quiduis operandum nihil turbulente mouetur. Ad explenda opere mandata, obedientia primum ſortitur locum. Inter eas virtutes quæ hominem

Philip. 2. *Obediētiæ definitio.* *πανταλῶς ἀποτα.*

nem velut manuducunt & inſtituunt ad pietatem quiddam egregium in ſe complecti perſpicitur obedientia, Hæc ſtultam illam ſui exiſtimationem ſiue arrogantiam aſpernatur, Iure quidem, parens modeſtiæ cum ſit atque humilitatis. Principium enim diuinæ eſt dilectionis. Vnde & Dominus iuxta rationem diſpenſationis vſque ad crucem, & mortem, patri ſuo obediuit: in hoc, vt eos quos comperiet in hac vita inoffenſum obedientiæ tenuiſſe callem, ad æternam illam reuehat vitam.

Quis non talem demiretur ac beatum prædicet? Quin potius, quis non hanc admirabilis vitæ rationem ſtudeat æmulari? Voluntatem propriam à te excidere, perinde eſt ac ſi proprium fundas ſanguinem: ſed & hæc homini imputatur pro victima Functio hæc, hoc munus viri plane eſt & prudentis & perfecti. Id quod clariſſime docet nos Eſaias

Eſa. 58. dicens: Si non feceris voluntatem tuam in die ſancto, & non extuleris pedem tuum ad opus, neque

ἔργῳ lege ὀργῇ. locutus fueris verbum in ira, eris fiduciam habẽs in Domino & cibabit te bonis terræ. Salomon itẽ,

Prou. 4. Filius fui & ego patri obediens, & dilectus in cõſpectu matris meæ, qui docebant me dicentes, Cõfirmetur ſermo noſter in corde tuo. Alius inſuper, Qui cuſtodit mandatum, conſeruat animam ſuam qui autem negligit vias ſuas, morietur. Rurſus,

κατανύξει. κατα χερσῶν. ἔυσω lege φόβῳ timore. Beatus vir qui timet omnia per circunſpectionem Qui enim cuſtodit mandatum non ſentiet quicquam mali. Proinde Petrus per Epiſtolam dicit, Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Dominum. Et, Famuli ſubiecti in omni loco, dominis non ſolum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Similem in modum Paulus, Filij obedite parentibus: Et, Serui obedite carnalibus dominis

Col. 3. veſtris, non ad oculum ſeruientes quaſi placentes hominibus: ſed in timore Dei. Alio item loco, Propter hoc ſcripſit vobis, vt intelligatis probationem veſtram, ſi in omnibus obedientes eſtis. Rurſus, Veſtra enim obedientia ad omnes peruenit. Et de Domino, Et quidem cum eſſet filius, didicit ex iis quæ paſſus eſt, obedientiam: & conſum-

Heb. 5. matus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Dominus denique ait, Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me, patris. cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

De calumnia. Homilia 40.

PEruicax & perplexa eſt affectio iſthæc calumniæ, verius dixerim eſſe diabolicam, ſecundum id quod de ea in Pſalmis dictum eſt, Humiliabit calumniatorem. Tales nemini concilian tur, infidi cum ſint, & per hoc Deo inuiſi maximè. Illorum accenſendi ſunt conſortio, participio nec diſpari hereditati qui veritatem ipſam perfidiſſime prodiderunt. denique cruci affixerunt, hoc eſt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Ipſe enim dixit, Ego ſum veritas & vita. Cauet enim lex, ne vnus & ſolus conſiſtat teſtis, ad perhibendum teſtimonium aduerſus peccatum omne, quo quis peccauit. In ore, ait, duorum aut trium teſtiũ ſtabit omne verbum. Sed & Saul præceptum hoc

1. Reg. 22. Δωὴκ dic Doech. cum veluti obiecto cubito à ſe ſuiſſet amolitus ac repudiaſſet, ad vnius ſycophantæ Doëch Syri teſtimonium, tercentum ſacerdotes Domini peremit, Rurſus edicto cauet, ne quis proximo ſuo faciat calumniam. Parœmiaſtes item, Qui calum- *Prou. 22.* niatur pauperem, exacerbat eum qui fecit illum. Inducit, Gloria eſt viro qui auertit ſe à conuitiis: qus autem imprudens eſt, immiſcebitur his. Dauid, Mihi quidem pacifice loquebantur, & in iracundia dolos cogitabant. Idem ſupplex orat eximi ſiue redimi è calumniis hominum, atq; hinc promiſſo obſtringit ſe ad cuſtodiam mandatorum *Pſal. 118.* Dei. Rurſum, Protege me è conuentu malignantium, qui quidem exacuerunt vt gladium, linguas ſuas. Inducit, Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum, neque eſt in ore eius dolus. Ali⁹, Qui calumniam ſtruit pauperi aggrauat ſua ipſius peccata. Parœmiaſtes, Qui ad impietatem fortis eſt, calumniatur pauperes. Iterum, Leo eſuriens *Prou. 28.* & lupus ſitiens, qui cum ſit pauper, tyrannide *ἔθνος πενιχρῶν.* premit gentem pauperculorum. Et, Rex indigẽs prouentuum magnus eſt calumniator. Et, Qui fodit foueam proximo, incidet in eam. Eccleſiaſtes, Conuerti ego me & vidi vniuerſas calumnias quæ fiunt ſub ſole. Et ecce lachrymæ eorum qui op- *Eccl. 4.* primuntur calumniis, & non eſt qui conſoletur eos. Rurſus, Calumnia circumagit ac perturbat ſapientem & perdit generoſitatem eius Dominus autem ſaluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Præmuniamus igitur nos ipſos fratres mei aduerſus calumniam nulla non ſui parte peſtilentem ac perniciosam, eorum atroci ſupplicio exterriti qui ambitiuſiore ſtudio eam excoluerunt. Aduerſum hanc melicum illud & perquam ſuaue Pauli verbum cum eodem cantillemus: Perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſ- *1. Cor. 4.* phemamur, & obſecramus: tanquam purgamenta mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque ad *περίψημα.* huc: vt ne cum Iudæis qui Chriſtum inſenſo atque hoſtili oderant animo, compari multemur damnatione. Iſti ad Pilatum cum veniſſent, exerta voce aduerſus Dominum dicebant, Hunc inuenimus ſubuertentem gentem & prohibentem tributa dari Cæſari, dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. Ipſe autem vt agnus innocens longanimi tolerantia cuncta perferebat. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De furto. Homilia 41.

DÆmon hic improbandi furti reprob⁹ artifex primum quidem à vilibus & exiguis rebus auſpicium ſumit ſuæ artis. Atqui temporis progreſſu ad magna ſenſim prouehitur, ac tandem in difficillima quæque deſinit. Eorum enim quæ fiunt vnumquodque à minimo ſuum capit exordium, Vbi autem ea res, ſumpta paulatim alimonia adoleuerit, grandeſcit iam quotidiana acceſſione. Malitiæ enim iſtius deploratiſſimæ ars rete quoddam eſt miris technis implexum & inuolutum: Qui aliquouſque ſe iam ſiuit hoc implicari laqueo, ſi quidem cunctetur & negligat his tricis explicare ſe & euoluere, omni mox ex parte adſtringitur. Dum enim extenuat furti grauitatem ſecum admurmurat tacitus. Parua ſunt hæc, nihil hæc ſunt: non eſt peccatum: ac ita deinceps inualeſcente conſuetudine. Gangrenæ in morem, in *Ariſt. in* hulcus fœdiſſimum proſerpere inuenitur. Con- *eth.* ſuetudo enim, ait ille, altera eſt natura. Ecquis

tandem ab hac furandi conſuetudine quantiſcunque laboribus eximitur & emancipatur, vel ſemel ab ea edomitus? ni forſan is non perfunctorie ac nullo remorante pudore, Chriſti Domini ſupplex procidat pedibus per orationem, ieiunium, & eleemoſinam exerta voce dicens Ieſu. Tu mi Domine libera quæſo me, vt olim liberaſti latronem vna tecum cruci affixum. Leui inſuper & Zacchæum publicaoos. Neceſſe proinda ſit hunc talem ad Dominum lachrymas præmittere & offerre. Etenim lachrymæ illi perquam acceptæ ſunt. Simul enim Deus vt iſtius videt pœnitentiam, bonam mox aſpirat cordi cogitationem, vt ne impoſterum quicquam male concupiſcat eorum quæ in peculio ſunt proximi. Quiſquis igitur ab hac ex lege & iniqua operatione non magno admodũ negotio cupit emancipari & libertate perfrui: ſane is per eleemoſynam & frugalitatem ſiue parcimoniam victus, per orationem & futurorum ſpẽ neutrobi vacillantem facile voti fiet compos. Qui enim ſeruat legem, vtique ab eo protegitur & ſeruatur, qui ſanxit legem, Chriſto. Ne igitur chariſſimi cunctemur ab hoc per ſe pudendo & ignominioſo dedecore quam ocyſſime emancipari.

διακαρτερήσεως per inopiã forte διὰ λεκμοσυνης.

Hæc enim animi ægritudo inſidens animo ſemel, ab eo ægerrime ſe ſinit auelli, cum fur credat alienã per cupiditatem ſuppilare rem eſſe magnopere expetendam ac delectabilem, inde fit, vt cum videtur non ſua venatorum more conſectari, quæ ſui ſunt iuris perdit miſer. Furto mendacium atque calumnia pari iugo confœderatur. Siquidem lex ait, Non furtum facies, non mentieris, non calumniaberis proximum tuum. Achar ille ſancitæ legis iſtius ac mandati præuaricator factus, furatus eſt ex anathemate militare pallium & linguam auream & ducentas didrachmas atque ob hoc peccatum perierat populus, niſi Ioſue famulus Domini ad Deum ſupplex exclamaſſet. At hic furtum ſuum prodidit Ioſue, qui & dixit: Vt quid turbaſti nos? Exturbet te Dominus. Ecquem recepit fructum de furto præuaricationis, Cum vniuerſo ſiquidem peculio ipſe intercidit ac mortuus eſt à populo appetitus lapidibus. Zacharias propheta de eiuſmodi ait, Et ingredietur maledictio in domum furis & in domum iurantis & euerſio fiet in medio domus illorum. Habet enim fur iuramentum, quo ſe fulcit, ac firmat. Itaque furtum omne anathema eſt. Parœmiaſtes, Ad vias impiorum ne acceſſeris, ſed declina ab eis & diſcede. Sane impietatis eſt ſibi vindicare quæ alieni ſunt iuris. Si enim iſti recta ingreſſi fuiſſent, nimirum inueniſſent ſemitas iuſtitiæ. Iure igitur admonet Paulus, Ne dederitis locum diabolo. Qui furabatur, iam ne furetur: magis autem laboret operans ſuis manibus quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem habenti. Rurſus, Nouit Dominus qui ſunt eius, & abſcedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. Et inſert, Si quis igitur ſe emundauerit ab his, erit vas in honorem ſanctificatum. Per epiſtolam iubet & Tito, Serui vt ſint dominis ſuis ſubiecti, vtque in omnibus ſint grati, non item contradicentes, non furantes: ſed vt omnem fidem demonſtrent bonam. Si enim qui ex prius propriis ſuppilarunt, talem reportarunt ex furto exitum (Ananiam dico & Sapphiram, vt in Apoſtolicorum actuum hiſtoria proditum eſt): quanto atrocius illos manet ſupplicium, qui ex alieno compilant & arrodunt peculio? Eiuſmodi enim furtiua compilatio paraſia eſt conſilij quo ab ipſa deficias veritate, magis autem author Dominicæ proditionis. Scriptum quippe eſt in Ioannis Euangelio, Dixit igitur vnus ex diſcipulis ipſius Iudas Simonis ille Iſchariotes, Vt quid vnguentum iſtud non venijt trecentis denariis, & datum eſt pauperibus? Dixit autem hoc, non quia de pauperibus cura illi erat, ſed quia fur erat & loculos habebat, & ea quæ mittebantur, exportabat. Dominus autem nihil non perferebat longanimiter. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Exod. 20. Ἀχὰρ, dic Achan Ioſue. 7.

γλῶσσαν χρυσῆν.

Arbitror εἰς et pro vacare legendum Zach. 5. ὅρκον τὸν ἐπώρκιον.

Eph. 4.

Act. 5.

Ioh. 12.

De mendacio. Homilia 42.

MEndacium prorſus interdictum Chriſtianis eſt. Vt enim vera qui loquitur, verbi veritatis ſe nihil obſcurè declarat eſſe ſeruum: ita qui nre nihil dubitat mendacia depromere, mancipem ſe eſſe demonſtrat verbi mendacis, magis vero patris mendacij. A quo enim quis victus eſt, huic & in ſeruitutem redigitur: ait Petrus. Sunt enim inter animæ vitioſas affectiones pleræque aliæ, quas vel ipſo naturæ ſenſu deprehendimus eſſe peccata mendacium autem vbi aſſiduitate occalluit atque indurauit, ne vnus quidem intelligit, quam ſit hæc animi ægritudo moleſta, imo exitialis. Prorſus ſanctione diuinæ ſcripturæ interdicimur mendacio. Eſt enim cæteris perturbationibus animæ nõ paulo plus adferens moleſtiæ atque periculi. Ego enim ſum, ait Dominus, veritas & vita, Adeo ſe inquinat ac deſœdat quiſquis patris diaboli perſuaſione falſum ſibi arrogat nomen, Res enim ipſa luculenter docet mendacium à malo proficiſci.

2. Pet. 2.

Qui igitur veritatem diligit, nihil obſcure hic Dominum & diligit. Lex illa prior edicto cauet: ne quis aduerſus proximum, falſum dicat teſtimoniũ eademque iubet, verbum omne iniquum vt auerſere. Sed & ſapientia, Os quod mentitur, occidit animam. Rurſus, Ne exares & concinnes mendacium aduerſus fratrem tuum, & ne velis mentiri omne mendacium. Aſſiduitas enim eius non cedit in bonum: Rurſus, Accendit mendacium teſtis iniquus: immittit accuſationes in medium fratrum. Eſaias item de illo nunquam non mendaci populo ad hanc loquitur formulam, Propter malitiam labiorum, per linguam alteram. Rurſum, Et poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus. Sed & Hieremias, Quia mendacium & non fides inualuit ſuper terram. Dauid quoque, Filij alieni inueterati ſunt & claudicauerunt à ſemitis ſuis. Siquidem qui alieni à veritate ſunt, vtique claudicant, nempe à rectitudine viæ, quæ Chriſtus eſt, tranſuerſi ac detorti. Ego enim ſum via & veritas, ait Dominus. Et illud, Inimici Domini mentiti ſunt ei, quapropter odio habet omnes qui operantur iniquitatẽ. Et, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et, Quia mentita eſt iniquitas ſibi. Labia enim doloſa in corde & in corde locuta ſunt mendacium. Quin ſapientiſſimus Salomon Deo ait, Duo ſunt quæ peto, ne deneges ſiue auferas à me priuſquam moriar, Sermonem vanum ac mendacem longe fac à me. Abomioatio enim apud Dominum labia mẽdacia.

Sap. 1. Eccl. 7.

Pendet ſententia.

Deſit hic, Filij alieni mentiti ſunt mihi.

Pſal. 5.

Prou. 30.

cia:qui autem fidelis eſt, acceptus eſt apud Deũ. Et, Qui nititur mendaciis, hic paſcet ventos. Mendax enim lingua odit veritatem, Et, teſtis mendax non erit impunitus: qui autem deſert iniuſſe, non ſaluabitur. Et, Teſtis mendax peribit: vir autem obediens qui ſibi cauet, loquetur veritatem. Et, Ne ſis teſtis mendax aduerſus conciuẽ tuum, hoc eſt aduerſus confidelem: & ne dilateris labiis tuis. Aliusitem, Reprehenſio mala, mendacium in homine:qui autem fidelis eſt teſtis non mentitur. Item, Innocens credit omni verbo veteratorem autem & aſtutum pœnitebit. Et, Non conueniunt ſtulto labia fidelia, neque iuſto verba mendacia. Inducit, Eligibilius quid eſt ſur, quam qui aſſidue mentitur. Apoſtolus item Paulus, Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo. In actibus quoque Petrus Ananiæ dixit, Vt quid impleuit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de precio agri? Inducit, Non es mentitus hominibus, ſed Deo Iacobus, Quum amarum zelum habeatis in cordibus veſtris: nolite gloriari & mentiri aduerſus veritatem. Sed & Dominus de Antichriſto, Quum enim loquitur mendacium ex propriis loquitur: quia mendax eſt, vt & pater eius. Audita igitur chariſſimi, diabolici mendacij vituperabili malignitate, quam longiſſime ab illo ſecedamus, ad complexum vero veritatis ſtudio omni contendamus pertingere, qui Chriſtus eſt Deus noſter verus. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Deut. 19. *Eph. 4.* *Ioh. 8.*

De inani gloria. *Homilia* 43.

VAniglorius re ipſa declarat exoſam ſe habere Dei gloriam. Ab hominibus enim laudes captat ac venatur perquam ſuauiter. Hinc ad eas, ſecum ambitioſius ſubſultat ac prægeſtit glorioſiusquam vel coepulonum quantuſlibet cœtus. Talis vt humani fauoris captator iudicatur. Ab hominibus enim ſibi exhibitam gloriam præ gloria Dei diligit, iuxta Euangeliſtam Ioannem Sane vt ſunt hominibus apparata bona per afflictionum tolerantiam: ita & per inanem gloriam atque illecebram voluptatis conciliantur mala. Radix proin obſcœnæ ac turpis concupiſcentiæ eſt, ex hominibus aucupari laudem, non quidem ipſo ſtatim articulo tentationis ſed tunc, quum exceptas illam, & perquam ſuauiter admittis. Plane malitiæ omnis artifex vana eſt gloria ſimul & voluptas. Affectio proinde ambitioſior gloriæ iſtius inanis quam eſt multiformis? quam eſt malum ſubtile? Adeo enim nequit plane internoſci, vt ne ab eo qui vel tentatur, deprehendi facile poſſint impreſſiones illius ſic inſidioſæ. Attamen quæ aduerſum ſe inſtrui bellum initio ipſo nouit anima: eiuſmodi incurſus à ſe facile remolitur ac depellit, ſi quidem ad aſylum ſuffugerit orationis. Et quidẽ iſthæc malitia quum tot induat formas, dici vix poſſit, quam eſt difficilis expugnatu. In omni prope negotio irrepit clam: in habitu, in elegantia formæ, in ipſo inceſſu, in voce ac ſermone, in ſilentio, in opere, in vigiliis, in ieiuniis, in oratione, in lectione, in quiete, in longanimi tolerantia. Per hæc omnia hominem Dei magnopere ſtudet gloria inanis ſuis conficere telis. Si quando perſpexerit non potuiſſe ſe per veſtimentorum luxum A proſuſiorem, hominem prolicere ad ſui cõſenſum illum adoritur, vt tentet per veſtis ſorditiem. Cuius animum nequiuerit ad conſenſum elationis deflectere obiectione honoris: hunc eò tollit, vt vel tam conſentiat arrogantiæ, per hoc quod æquo fert animo ſe ignominia aſpergi. Rurſus ſiquando perſuadere nequiuerit, vt quis magnifice glorietur. quod ſit eloquens: eundem aggreditur quaſi qui requietus ſit & taciturnus, ac propemodum ineſcat & prolicit ad conſenſum per taciturnitatem. Quem non potuerit ad ambitionem gloriæ emollire per eduliorum ſumptus magnificos: hũc diſſoluit, laudi propriæ vt conſentiat per ieiuniũ B & vitæ frugalitatem. Vtque compendio abſoluam, nullum non genus exercitationis dæmoni huic reprobo occaſionem ſuggerit conciendi aduerſum nos belli, Denique monachus comperitur honoris eſſe ambitioſulus, vt qui beneficus ſit citra condignam mercedem. Laborem enim ſuſtinuit, nec recepit ſui mercedem laboris. Iſthæc gloriæ momento euaneſcentis cupiditas miſerè perdit mercedes debitas virtuti. Et quemadmodum lapis in aëra contortus ad cœli vſque conuexa nunquam pertingit: ita nec hominis oratio humanos fauores captantis ad aures Dei vnquam cõſcendet. Vir, prudens ſi eſt, theſaurum ſuæque vir C tutis laborem occulit ac recondit Monachus intelligens, ingenioſam & ſolertem imitatur apiculam. Quos externe ſelegerit floſculos, defert in aluearium: interne mellificium ſauumque operoſius conficit. Ne labores tuos humanæ iſti gloriolæ exponas vænum: neue futuram gloriam prodas tam vili mercedula nempe ob qualemcũque hominum fauorem. Humana gloria deorſum in puluere ſuum figit tabernaculum, quare eius laus momento extinguitur ac deperit: quæ autem virtuti debetur gloria, nullo intercipietur æuo Nos igitur chariſſimi, huic animæ perturbationi locũ ne cedamus, nequando noſtri dominetur Cum ti D more eum exaudiamus qui dicit: Deus diſſipauit oſſa eorum qui hominibus placent. Apoſtolicam potius æmulati ſententiam, ſyncero pectore promamus. Modo enim hominibus ſuadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si enim adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Rurſus, Sic loquimur non quaſi hominibus placentes ſed Deo qui probat corda noſtra. Neque enim, ait, in ſermone adulationis fuimus apud vos, ſicut & ſcitis, neque in occaſione auaritiæ, Deus teſtis, neque quærentes ab hominibus gloriam. Nõ enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt: ſed quem Dominus commendat. In hunc etiam E modum loquitur beata illa Samuelis mater Anna Ne glorietur prudens in prudentia ſua, & potens in potentia ſua, & diues in diuitiis ſuis: ſed in hoc glorietur, ſi intelligit & facit iudicium & iuſtitiã: Rex etiamnum Ezechias, hominum gloriam quaſi quadam venatiuncula captans, ac profuſiore gaudio victus, ſuos omnes theſauros Chaldæis viſendos explicuit. Et ecce in veſtigio miſit Dominus Eſaiam, qui diceret, Ecce dies venient & ſument quæ viderunt omnia in Babylonem, ſicut nobis quoque nunc contigit. Dedecore atque ignominia perfuſi ſumus, & ecce rebellionis calces obtrudimus. Tradidit Dominus fidei noſtræ robur, venerabilem & honore præcipuo dignam

Simile. *A ſimili argumẽtũ* *Pſal. 52.* *1. Theſſ. 2.* *4. Reg. 20* *Sub Coſdroe.*

erucem Chaldæis, Sanctuaria noſtra in ſolitudi-
A nem redacta ſunt. Pulchre igitur Parœmiaſtes di-
cit, Melior vir qui ignominia ſua ſeruit: quam
qui aſciſcit ſibi alicunde honorem & indiget pa-
Prou. 37. ne. Rurſus, Laudet te proximus, & non os tuum:
alienus, & non labia tua. Pſaltes item regius, De⁹
diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent: cõ-
fuſi ſunt quoniam Deus ſpreuit eos. Apoſtolus,
Quid enim habes, quod non accepiſti? Quid glo-
riaris, quaſi non acceperis? Cretenſes item admo-
Coloſſ. 3. nens, Non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus
placentes, ſed quodcunque facitis, ex animo opa
remini, quaſi Domino & non hominibus ſeruiẽ-
tes. Hæc inanis gloriæ affectio ſanequam vehemẽs
B & perplexa eſt iuxta ſuperiorem ſententiam. Nul-
lam enim relinquit virtutum quas operetur ho-
mo, cui non impudentius obluctetur ſeque obii-
ciat. In hoc operam nauat accuratiſſimam, fructus
monachi intercipere vt poſſit & reddere inutiles.
Habet in ſe & hoc cæteris periculoſius. Inter alias
enim animi perturbationes conſtituti, puta in for
nicatione & ira, mœrore conficimur nec iniuria,
lugemus quoque, oramus inſuper eximi earum la
queis: aduerſus inanem gloriam ne laboramus qui
dem, nihil nos contriſtant pellaces illius illecebrę
ſed nec Deum obſecramus, nos vt liberet & ſub-
ducat illius iugo. Sane blandiſſimam hanc ſed &
C veteratoriam intemperiem gloriæ inanis oderim⁹
quæſo, fratres odio prorſus perfecto, vt ne per eã
quanticunque noſtri labores eant peſſum, ſintque
vacui & inanes frugis bonæ. Hominem enim ipſa
auocat à Chriſti ſeruitute, denique & à fide qua
in Deum credimus, transfugam reddit & deſerto-
rem, vel teſte Domino. Quomodo, inquit, pote-
ſtis eredera in me, qui gloriam à vobiſips capitis,
& gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? Ipſi
gloria in ſecula, Amen.

De ſuperbia. *Homilia* 44.

D SVperbiæ ægritudo grauitate malitiæ cæteras
animi turbulentas affectiones longè exuperat
quam & Deus odit infenſiſſime, nec vlli prorſus
hominum conſentanea eſt aut congruens. Pulchre
illi competit & ſoli, qui noſtræ eſt æmulus ſalutis
nempe diabolo, ad ſuam ipſius explendam mali-
tiam, cum per eam deturbatus ragno ſit cœlorum
Is cum glorioſius ſubſultaret ac prægeſtiens dice-
Eſay. 14. ret, Ponam thronum meum ſuper aſtra cœli, mo-
mento inuentus eſt non habens vllum tranquillæ
quietis locum, ſed quaſi vnus aliquis manceps mi
ſerrimæ captiuitatis, quouis locorum triumpha-
tus oſtentatur ad gloriam ſummi Dei. Atqua ita
E peculiaris hic dæmon ſuperbiæ eum præter cæte-
ras affectiones animam miſerrimè affligat & cru-
ciet: eos tamen omnium maxime impugnat: & vt
deturbet atque euertat, aggreditur, qui profectu
virtutum aliquouſque iam promouerunt. Super-
bia, perinde eſt ac morbus quidam peſtilens & ta-
bificus, qui non vnum modo corporis membrum
ſed corpus ipſum dira putrilagine depaſcitur, vi-
tiat, conficit. Aliæ enim quantæcunque paſſiones
ſint, vnam aliquam portionem animæ ſuis offun-
dunt tenebris, atque eam obturbant: ſuperbiæ in
temperies nullam non animæ vim horrenda cali-
gine circumfundit, ioque ooo ſimplicem ruinam
A agit præcipitem. Anima enim ſuperbi in præcel-
tum aliquod ac ſublime faſtigium ſinitur conſcen
dere, vnde commodius deturbetur in ſubiectam
foueam. Vt ramum copia fructuum exuberantem
moles oneroſa diffringere ſolet: ſic animam gene-
roſam multiplicique fœtu virtutum præferulem
plerumque ſuperbia deiicit gradu. Quemadmodũ Tolluntur
fructus marcore aut carie vitiatus cultori ſuo ni- in altũ, vt
hil adfert commodi: ita & Superbi oratio nihil ex lapſu gra
Deo relatura eſt frugis bonæ. Ne dederis ſuper- uiore ruãt
biæ animam tuam, & imagines horrendas atque Homœoſis
plenas formidinis non cogeris perſpicere, Anima
enim ſuperbi Diuino deſtituitur præſidio, quo fit
vt in dæmonum vertatur ludibrium ac deridicu-
B lam gratulationem. Monachus ſuperbus arbor
prorſus infrugifera eſt, quippe quæ radicem non
habet: eoque violentas impreſſiones ventorum aſ-
ſilientium nunquam feret. Quemadmodum inun Similitu-
dantis aquæ bulla mox vt rumpitur, mox euane- do elegans
ſcit: ita Superbi memoria à morte vel momento
deperit atque intercipitur obliuione. Sicut mode
ſti ſiue humilis oratio Dei inflectit iram: ita ſuper-
bi deprecatio exacerbat Deum. Quicunque tur-
gentes ſuperbiæ tumore ac diſsidentes cum fratri
bus, detrectant imperium: eaodem cum Diabolo
conferunt pugnam. Neque enim naturalis eſt ſu-
perbia, ſed contumaciſsimi dæmonis ſimulachrũ,
C atteſtante ſcriptura. Non concreata eſt homini ſu Eccl. 10.
perbia. Rurſus, Sedes principum ſuperborum de-
ſtruxit Dominus. Principium enim ſuperbi homi
nis eſt recedere à Domino: quia initium peccati,
ſuperbia: & qui tenuerit illam, inundabit in illũ ἐξομβρήσει.
abominatio & in fine ſubuertetur. In lege item
ſcriptum eſt. Anima quæ quiduis fecerit in manu
ſuperbiæ, extereturde populo. In Eſaia, Et diſper
dam omnes ſuperbos. Pſaltes regius, Ideo tenuit Pſal. 72.
eos ſuperbia in finem, quia operti ſunt iniquitate
& impietate ſua. Et, Defecerunt & perierunt pro
pter impietatem ſuam. Et, Superbia eorum qui te
oderunt, aſcendit ſemper. Vnde & omni ſtudio v-
D ſi ſunt, ſancta tua vt demolirentur, ſanctuaria tua
in ſolitudinem redigerent. Cæterum tu alleua εἰς τέλος
manus tuas in ſuperbias eorum in finem, vt con-
fundantur ſuperbi, quia iniuſte & inique egerũt
contra nos. Semper enim ſuperbi iſti, quemadmo
dum patres eorum in eremo nimiſquam præuari-
cati ſunt legem tuam. Atqui ſeruus tuus Dauid
non declinauit à lege tua, nec cum ſuperbo ocu- pro χα-
lo & inſatiabili corde ſimul edebat, & ne omnino κίαν
talis habitabat in medio domus illius cogitatio vi Ald. ex-
delicet vlla reſipiens ſuperbiam. Parœmiaſtes, Ti- emp. ha-
mor Domini odit malitiam, contumeliamque & bet ἀδι-
ſuperbiam ac vias prauas. Inducit, Quanto maior κίαν
E es, tanto humilia teipſum, & inuenies gratiam in iniuſtitiã.
conſpectu Domini. Et, Ne exaltes teipſum, vt ne
cadas: quia odibilis ante Dominum & homines o
mnia ſuperbus. Iacobus, Dominus ſuperbis reſiſtit Iac. 4.
humilibus autem dat gratiam. Inſert, Humiliami-
ni igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet.
Timeamus itaque fratres & omni cuſtodia cor hoc
noſtrum liberum conſeruemus ac purum exitia-
lis & mortiferi ſpiritus ſuperbiæ. Si quando enim
illius tyrannis aduerſus miſerabilem prorſus ani-
mam inualuerit, haud ſecus facit ac ſi tyrãn⁹ quiſ-
piam ſupramodum ferox & immanis vnam aliquã
ciuitatem & amplitudine loci & ſitus ſublimitate
cele-

celebrem velut per manus captam à ſundamentis totam ſubruit, æquatam ſolo ſuffodit. Longè & hoc omni comploratione digniſſimum. Execrabilis ſiquidem dęmon hic viros vt mihi dictum eſt, in perfectionis culmine iam conſtitutos ac maxime qui ſublimis theoriæ merito ad cœlorum vſ-
1.Cor. 15. que faſtigium conſcendiſſe videbantur, modis omnibus admolitur, vt ſubruat ac præcipitet. Sed ne illos quidem poſt lapſum ſinit ad pœnitentiæ purtum ceu poſtliminio reuerti. Quo enim pacto iſti ad pœnitudinis ac reſipiſcentiæ ſinum ſe conferant, qui totum diabolum in ſe excipientes per ſuperbiam, Deum per hoc colluctatorem ſibi cõſtituere & aduerſarium? Nos igitur humilitatis
B præſidio ſubnixi principem hunc ſuperbiæ omnis à nobis quam longiſſime profligemus & amoliamur, nobiſcum taciti muſſitantes illud Apoſtoli elogium, cum quidpiam operis confecerimus virtutis nomine dignum: Non ego autem, ſed gratia Dei mecum. Iterum, Non volentis, neque currentis: ſed miſerentis Dei. Sed & illud à Domino dictum arcana cogitatione aduerſum ſuperbiæ tentationem admurmurandum venit, Sine me nihil poteſtis facere. Ita enim ab eodem Domino pro-
Luc. 10. merebimur audire & illud, Videbam Satanam tãquam fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcor-
C pionem & ſuper omnem virtutem inimici. Clementem & benignum Deum addecet gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

De ſpecie ſuperbiæ qua quis de ſe quam ſit par, ſentit altiora. Homilia 45.

QVi de ſe quam æquum ſit, ſentit altiora, complex vtique ſuperbi eſt & eodem conſpirat. Ad vaniglorium tamen collatus nonnihil euariat & abit diuerſus. Et quidem vnius arboris quum ſint rami, fructus vtriuſque habent diſcerniculi aliquid. Nam hic vt ne videatur, propendet
D in terram decliuis: ille vero vanæ gloriæ ramus in cœlum vſque proſpectat hic fidem vt commodet vanis, mire alacer ac credulus: ille ad conſectanda gulæ irritamenta agilis admodum & expromptus. Vis dicam? Plane infrugi iſti fructus & inutiles. Qui enim animas noſtras infenſe oderunt dæmones, quibuſdam inſuſurrant ac ſuggerunt, quaſi gratuiti beneficij loco nobis eam inſtillent & conferant animi inflationem. Deinde vt indulgentius ſolito nos ipſos laxemus, adhortantur. Quod ſi animo præmolliti locum ceſſerimus ſtultæ iſti de nobis exiſtimationi, nihil eſt quod deinceps inimici laborent vt nos in captiuitatem abducant.
E Prouidendum igitur ne vel tempore orationis noſtræ, ipſi occaſionem vllam inſultandi nobis demus inimico, quod fit dum extrahimur mente, & per eorum ſuggeſtionem abſurdis prorſum & ex-
Prou. 17. μη ποτε ἐκλύσῃς pro quo aly legunt. μη ἐκπλαγῇς. ne ſtupefias. ternis ineſcamur cogitationibus, quemadmodum docet Parœmiaſtes, Noli altum ſapere, & ne ſis iuſtus multum, & ne ſapias ſuperflua: ne forte declines. Et, Altam qui facit domum ſuam, quærit contritionem: qui autem renuit diſcere, incidet in mala. Rurſum, Immundus eſt apud Dominum omnis qui alto eſt corde. Iterum, Ne glorioſus appareas coram rege, & in locis principum ne ſteteris. Melius enim, vt dicatur tibi, Aſcende ad me:

Appendix.

A quam vt humiliet te coram principibus. Alius, Ne gloriemini & ne loquamini ſublimia ad faſtũ, neque egrediatur verbum iactantiæ de ore veſtro. Paulus quoque Timotheo ait, Diuitibus hui⁹ ſeculi præcipe non ſublime ſapere neque ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo qui præſtat nobis omnia abunde. Alibi, Fratres non alta ſapientes, Rom. 12.
ſed humilibus cõſentiẽtes. Romanis itẽ, Dicis ergo mihi, fracti ſunt rami, vt ego inſerar. Bene, Propter incredulitatem fracti ſunt: tu autem fide ſtas Noli altum ſapere, ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Nos igitur ſynceriter ea ipſa quæ opere perfecit Dauid, melico concentu emodulemur Domine,
B non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me: ſed humiliter ſentiebam, Pſal. 130.
ſicut ablactatus ſuper matrem ſuam. Conſimilem in modum cum tribus illis pueris. Quia Domine imminuti ſumus ſuper omnes gentes, & ſumus humiles hodie, propter peccata noſtra. Quis enim gloriabitur mundum ſe habere cor? Aut quis profitebitur purum ſe eſſe à peccatis? Si enim iniquitates obſerueris Domine, Domine quis ſuſtinebit Quia apud te propitiatio eſt. Vt hanc plane melicã harmoniã retinẽtes, corde ſyncero, ab ipſo Domino audire promereamur: Qui ſe humiliat, exal- Luc. 16.
C tabitur, & qui de ſe quam par ſit, ſublimius aliquid ſentiunt, coarguentur: vt & Phariſæi ab ipſo ſaluatore noſtro, qui & illis dixit, Vos eſtis qui iuſtificatis vos ipſos in conſpectu hominum, Deus autem nouit corda veſtra, quia quod inter homines altum videtur, abominatio eſt apud Deum. Matt. 18.
Dicit proinde diſcipulis ſuis, Amen, amen dico vobis niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Infert, Quicunque igitur humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cœlorum. Ipſi gloria in ſaecula, Amen.

Apud temetipſum nequid de te magni concipias. Homilia. 46.

MAgnum quiddã de ſe ſentire aut inſoleſcere & ſibi placere, vituperabile eſt. Eiuſmodi elatione animi inſoleſcẽtis ſacrę ſcripturę decreto interdicimur, cum talis iure in cenſu numeretur imprudentiũ, magis vero ſtultorũ. Ait enim, Stultus apud ſemetipſum videtur ſapiẽs. Nihil igitur chariſſimi nobis ſit curæ flaccidã hãc & inanẽ aſſequi prudẽtiã magis vero illorũ doctrinã virorum, quos ſpiritus afflauit, in armariolo memoriæ preſſi⁹ recõdamus, puta modeſtiã animi quam humillima de ſe ſentiẽtis, atq; eorũdem ingrediamur veſtigiis, nec vllã ob rem corde efferamur aut inſoleſcamus omnino, nõ propter operis ſolertiã, idoneitatẽ ſiue induſtriã, ordinẽ, iuriſdictionẽ ſiue rerum adminiſtrationẽ, nõ ob ſermonem ſapientiæ, ſiue multiplicem ſcripturarum intelligẽtiam ne forte Domini aduerſus nos prouitemus iram & exaſperemus, qua fiat vt mente emota ſinamur in ſpiritum deuolui atque incidere blaſphemiæ. Sane præſtiterit, te vt tradas in diſcipulum, tametſi multa orueris prudentia. Diſpenſatio enim Dei incõparabiliter commodior atque vtilior eſt noſtra hac qualicunque prudentia, longe enim per om-

A nia plus adſert emolumenti, ſi eſſicaciter loqua-
ris. Dum enim doces ſapientiam, aut ſermonem
ediſſeris abſque operis ſuffragio, diteſcis quidem
tu, ſed de iniquitate. Atqui tui iſti labores iux-
ta ſcripturam in alienas commigranr domos. Pri-
mus Parœmiaſtes per admonitiuoem dicit, Eſto
Prou. 3. fiduciam habens ex toto corde tuo in Dominum:
ob tuam autem ſapientiam ne eleueris. Et, Ne ſis
prudens apud temetipſum. Time vero Dominum
& declina ab omni malo. Et, Ne glorieris in cra-
ſtinum. Non enim ſcis, quid paritura ſit craſtina
dies. Rurſus, Fili ſi ſapiens fueris, tibimetipſi ſa-
piens eris & proximo. Si autem malus euaſeris,
Prou. 9. ſolus hauries mala. Iterum, Vidi virum qui apud
B ſemetipſum videbatur eſſe ſapiens. Spem pr illo
lo habebat ſtultus. Rurſum, Sapiens apud ſemet-
ipſum vir diues: pauper auté iotelligẽs cõdẽnabit
eum. Item, Filius malus ſublimes habet oculos:
palpebris autem ſuis extollitur. Scribit & Iaco-
bus, Nunc autem exultatis in ſuperbiis veſtris.
Iacob. 4. Omnis exultatio talis maligna eſt. Eodem cõſpi-
rat illud Pauli, Nolite eſſe prudentes apud voſ-
metipſos Eſaias, ve qui prudentes eſtis apud noſ-
metipſos & in conſpectu veſtro ſcientes. Pſaltes
Eſai. 5. item regius, Dominus ſcit cogitationes hominũ,
quoniam vanæ ſunt. Et, Dominus diſſipat conſi-
lia gentium, reprobat autem cogitationes popu-
C 1. Cor. 2. lorum & reprobat conſilia principum. Corin-
thiis per epiſtolam Paulus, Et ego, ait, quando
veni ad vos fratres, non veni in ſublimitate ſermo
nis aut ſapientiæ, annuntians vobis myſterium
μυστήριον Chriſti. Non enim iudicaui me aliquid ſcire inter
vos niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum. Et
ego in infirmitate & in timore & tremore fui apud
vos. Inducit, Non in doctis humanæ ſapientiæ
verbis, ſed in doctrina Spiritus, ſpiritualibus ſpi-
ritualia comparantes. Animalis autem homo nõ
percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei. Stultitia enim
eſt illi & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter
D examinatur. Spiritualis autem diiudicat, omnia
ἀνακρίνεται. & ipſe à nemine iudicatur. Rurſum, Confiden-
tiam talem habemus ad Deum, non quod ſufficiẽ-
tes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis
2. Cor. 3. ipſis, ſed idoneos nos fecit miniſtros noui teſta-
menti non litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit
ſpiritus autem viuificat. Iterum, Ego meipſum
nondum arbitror comprehendiſſe. Vnum au-
tem, ea quæ ſunt retro, obliuiſcens: ad ea vero
Philip. 3. quæ ſunt priora, extendens meipſum. Sane hanc
Apoſtoli modeſtiam ſeſe ad eum modum demit-
tentis pro virili fratres imitemur ac deſinamus ma
gnifice de nobiſipſis ſentire ob qualemcunque
E nobis indultam ſapientiam & intelligentiam, pa-
rabola exterriti, quam induxit Dominus de Pha-
Luc. 16. riſæo ſeſe glorioſius venditante atque Publicano.
Ait enim, Stans Phariſæus apud ſemetipſum hæc
orabat, Deus gratias ago tibi, quia non ſum
ſicut cæteri hominum raptores, iniuſti. Aut
etiam vt hic Publicanus. Publicanus contra
percutiebat pectus ſuum dicens, Deus propi-
tius eſto mihi peccatori. Inducit, Dico vobis, de-
ſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam magis quã
ille. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: &
& qui ſe humiliat, exaltabitur. Ipſi gloria in ſecu-
la, ſeculorum Amen.

Neminem debere contemni. *Homilia* 47.

A NEutiquam fas ſit vllum hominum contem-
nere aut illius imminuere famam, aut certe
aduerſus alium ſeſe efferre impotẽtius, puta quod
idiota ſit, nec agat pro poteſtate ſed priuatus, aut
quia deformis eſt, cunctator & ignauus, peccator
rudis & inſcius literarum. Denique ob ſimilem
quancunque cauſam. Quos enim nihili ducimus
& aſpernamur, Deus clementer reſpectat: & quo
rum imminuimus famam, illos Dei benignitas re-
uocat ad moderatam vitæ temperiem. Rurſus, Si
quod accepiſti ſpirituale donum, puta ſermonem
ſapientiæ aut ſcientiæ, aut doctrinæ, aut prophe-
tiæ aut miniſtrationis: benedictus Deus, per om-
B nia diues, Deus inquam qui dat omnibus homini-
bus, nec improperat. Tibi interim proſpiciendũ,
nequando hoc nomine eleuere aduerſus proximũ
inſolentius. Iſthæc enim gratia temporaria cum
ſit, non eſt penes te vnum permanſura. Tales Do-
minus abominationi habet & execratur. Donum
quodpiam ſortito accepiſti, Dei benignitate? Fac,
illud impertiare communiter & adminiſtres ſpiri-
tualibus. Vtique iſti perſuaſum habent & pro cõ-
perto, quia quæ dicis tu, Domini vtique ſunt, id-
que ad ædificationem cum omni modeſtia & mã-
ſuetudine: quod ad communem omnium cedit
magnopere commendandam vtilitatem. Scri-
C ptum quippe eſt in Prouerbiis, Ne laudaueris vi- Eccl. 11.
rum in ſpecie illius: & ne abomineris hominem
in viſu eius. Breuis in volatilibus apis, & initium
dulcoris fructus eius eſt. E diuerſo, Multi tyran-
ni ſederunt ſuper pauimentum, inſuſpicabilis au-
tem portauit diadema. Sed & in primo regnorum
de filiis Ieſſe, dixit Dominus Samueli, Ne reſpi- 1. Reg. 16.
cias ad vultum eius, neque ad habitum magnitu-
dinis ipſius: quia abieci eum, quia non ſicut vide-
rit Deus, videbit homo. Homo enim in faciem
proſpiciet, Deus autem intuetur cor. Et adduxit
Ieſſe ſeptem filios ſuos, vtique potentes robore,
neminemque ex iſtis elegit Dominus, niſi adoleſ-
D centulum illum Dauid, qui in hominum quidem
proſpectu, in nullo videbatur cenſu numerandus,
at apud Deum magni habebatur loco ſuffragij, vt
qui manſuetus erat admodum & modeſte humi-
lis, cui & ſecundum hæc teſtimonium reddidit
Deus dicens, Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſe-
cundum cor meum. Sed & in regnorum quarto,
dixit Eſaias propheta ad Ezechiam, Contempſit 4. Reg. 18
te virgo filia Sion, Super te caput mouit. Inducit,
Nũ ingredietur ciuitatẽ hãc. Et exiit angel' Domi
ni & interfecit de caſtris Aſſyriorũ cẽtũ octoginta
quinq; millia. Dauid itẽ, Et ego fact' ſum oppro-
briũ illis, viderũt me & mouerũt capita ſua. Et, Tã-
E quã prodigiũ fact' ſum multis, & tu adiutor fortis.
Iob quoq;, Nũc autẽ cithara ſum eorũ & me in pro Iob. 30.
uerbiũ habẽt. Cũq; hũc in prouerbij deridiculi
vicẽ habuiſſent, tũc illũ multo copioſi' extulit in
ſublime. Parœmiaſtes itẽ, Diuitię addũt multos a-
micos: paup aũt etiã ab eo q erat deſtituitur. Pla- Prou. 19.
ne hęc aſſẽtatorũ ſunt & vẽtri ſuo ſeruiẽtiũ qui in
hęc ſolũ quæ tẽporaria ſunt, defigũt aciẽ mẽtis ac
ſuſpiciũt venerabũdi. Atqui pauperis interim ſa-
piẽtia cõtemnitur, nec ipſi' ſermones exaudiũtur.
Hęc quis dubitet eſſe eorum qui toti extuberant
ac turgent tumore ſuperbiæ? Simile quid ex E-
uangelio, Quum venisset Ieſus in patriam ſuam
docebat Sabbatis in Synagoga eorum & di-
cebant

cebanr. Vnde huic talia? Et quæ ſapientia data eſt ei? Sed & virtutes tales per manus eius fiunt. Nunquid non hic eſt fabri filius? frater Iacobi & Ioſeph? Et ſcandalizabantur in eo. Ipſe autem malorum omnium immemor nihil non tolerabat mitiſſimus. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Hæc Matthæus ſub finem c. 13

Ne quempiam deriſui habeto. *Homilia.* 48.

DEriſui habere vnum aliquem atque contemptui, parile quidem iugum eſt & vnum. Vtrunque enim viciſſim & abſurda atque indecentia arat & loliaceos demetit zizaniorum fructus in combuſtionem ignis. Contingere id mali nobis conſueuit per hoc quod ad expendenda propria peccata tam lenteſcimus oſcitanter, quod de eis nihil anxie ac ſedulo recogitemus, nec formidabilem illum iudicij diem ſolicita penſitemus mente, quo quidem die nudi neceſſe ſit, vt præſentemur iudici & magno tremore inhorreſcentes. Nemo non illic pro ſe eſt reſponſurus ac pœnas depenſurus non operum modo, ſed & verborum, cogitationum, arcanarum inſuper animi motionum. Horum memoriam ſi ſedula cogitatione renouaremus, nullus nobis reſideret locus ſic inſoleſcendi per iactantiam, nullo vnquam tempore per arrogantiam efferremur aduerſus tanto nobis meliores. Non conuenit fratres mei nos qui in gente Chriſtianos profitemur, hanc improbandæ vitę ſectari formulam, ad quam viuunt iſti, qui ſpem omnem à ſe diſpúxerunt futuræ illius reſurrectionis: imo luctum magis exerceamus præferuido lacbrymarum defluuio madentem, quarum gratia nos Dominus ab amaritudine liberet ſupplicij æterni. Beati enim qui lugent nunc, quoniam ipſi conſolabuntur. Plane, qui ſua luget peccata, huic nullus relinquitur locus, alterum vt derideat aut deridiculis ſannis aſpergat & exacerbet fratrem. Audi enim, quid dicat Parœmiaſtes, Ne deriſeris hominem in amaritudine animæ ſuæ. Et, Qui deridet pauperem exacerbat factorem eius. Rurſus. Oculum eius qui deridet patrem, & qui inhonorat ſenectutem matris effodient corui conuallium. Malignos & obliquos in vias obliquas mittet Deus. Rurſum, Qui deridet ciues ſuos, in deminoratione ſenſus erit: vir autem prudens tacet. Iacobus admonens dicit, Quis ſapiens & ſciēs inter vos? Oſtendat per bonam conuerſationem opera ſua in manſuetudine ſapientiæ. Paulus, Turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas quæ ad rem non pertinent, ne nominetur quidem in vobis. Multo igitur profuerit derideri te, quam vnum aliquem vt ipſe derideas. Iuſti enim deriſui ac ludibrio haberi ſolent, non item deridere. Traduntur enim in manus peccatorum, iuxta beati Iob ſententiam. Et melicus ille concentor hymnorum. Aduerſum me loquebantur, qui ſedebant in porta: & in me pſallebant, qui bibebant vinum. Et, Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. Domini itaque interminationem illam pio tremore accenſi reuereamur, qua dicit: Væ qui ridetis nunc, quia flebitis & lugebitis. Neminem deinceps habeamus deriſui (Deriſio enim proximi per hoc fit, quia abeſt Dei timor): ne audire contingat nos à Domino, Hypocrita eiice primum trabem ex oculo tuo. Et rurſus, Malus

Matt. 5. *Eccl. 7.* *Prou. 30.* *Eph. 5.* *Pſal. 68.* *ἠδολέσχουν. garriebãt, nugabantur.* *Matt. 12.*

Appendix.

homo de malo theſauro cordis ſui profert malum Ex abundantia enim cordis os loquitur. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Non temere condemnandum eſſe proximum.
Homilia 49.

PRonuntiare in fratrem damnationis ſententiam, nunquid non cætera ſuapte malignitate antegreditur? Nam quos ſic temere condemnare videmur, adeo illos non grauamus, vt alleuemus magis, dum interim quæ illos vrgebat, molem iudicij in noſmet noſtra temeritate reclinamus, & compescimur in noſipſos eam damnationis cenſuram detorquere. Omni itaque ſtudio dilectiſſimi prouidendum nobis, vt ne quem condemnemus. Quanto enim dedecore digni nos, qui cũ incurabili ex ſe morbo laboremus, cum animas habeamus hulceribus nullo prope remedio ſanãdis miſere ſuggillatas, cum ſimus debitis obnoxij nulli explicandis (tam multa ſunt) aliena interim minutula errata excutimus curioſius, ac tota mentis acie contemplamur & exploramus? At ne fornicarium quidem debes ſententia percellere damnationis, is modo tibi impoſterum temperet à fornicatione & ad vitæ melioris ſe recipiat frugem. Operationem ipſam fornicationis, bonum vt vites: eum qui id amiſit flagitij, ne concerpas amarulentius. Qui enim dixit, Non occides, vtique & illud dixit, Non condemnabis. Quod ſi condemnas, iam per eadem iudicas, per quæ & condemnas. Atqui neutiquam noſtræ eſt functionis de ſalute vllius, iudicio vel condemnatione decernere: ſed illius & plane ſolius, qui intimos receſſus cordis noſtri clariſſime nouit, & retruſiſſima quæque naturæ totius intelligit perſpectiſſime. Quis porro gloriabitur mundum ſe habere cor? aut, Quis omni cum fiducia auſit dicere: Mundus ſum à peccatis? Ne igitur ſic temere & inexpenſe eorum qui peccant, deſperemus ſalutem, tametſi ad extremam vſque lineam prouecti iam ſint malitiæ & improbitatis, etiam ſi tales omni virtutũ deſtituamur præſidio, & à ſe pudorem quam longiſſime ablegarint, licet naturæ illius conſpicuæ elegantiſſimum quemque ordinem peruerterint ac pudendis flagitiis corruperint. Par eſt enim credere tales aliquãdo experrectos & à graui quo premebantur, veterno excuſſos ad Deũ erecturos eſſe aciem mẽtis, & tãto propius ſe aduoluturos pedibus Domini, quanto ſe lõgius diſiunxerãt. Eſto, quis labitur: (non iam de anima loquor) quis quæſo eſt, qui non vel lingua ſua peccauit? Nos igitur quę præſcripſimus, hæc cogitemus attenti, nimirũ proprius defectus vt lugeamus, lacbrymarum aſpergine obliteremus, Deum precemur ſupplices, & per hæc ab inueterata & carioſa peccatorum putredine noſipſos expurgemus. Nec ſolum, ſed & alienæ compatiamur calamitati atque indoleſcamus ex animo, eorum maxime qui nobis germanitate iunguntur vel generis vel fidei quæ in Chriſtum eſt, eoque ſunt concorpores. Per hæc ſanè quis Dei poſſit ſibi conciliare & emereri gratiam. Apoſtolus proinde per epiſtolam ait, Tu quid iudicas fratrem tuum? Aut etiam cur ſpernis fratrem tuum? Omnes enim præſentabimur ante tribunal Chriſti. Itaque rationem reddet ſuorum

Καταχρίνειν, vt apud Baſiliũ & Damaſcenũ κατ' ἀπειρον ἐστὶ καὶ κατὰ γινώσκειν, eſt definite pronunciare vnũ aliquẽ nũquam mores mutaturũ aut damnatũ iri, quod eſt eximiæ temeritatis, quum de nullius (δύναται) deſperãdũ correctione ſit & ſalute, exemplo ſũt Manaſſes & latro ille pius, vide præfationem. καρδιογνώστης. Sol' enim Deus. *Prou. 20.* *Rom. 14.*

factorum vnuſquiſque Deo. Ne igitur in poſterum, inuicem iudicemus. Sed boc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri aut ſcandalum. Inſert, Propter quod inexcuſabilis es ô bomo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterũ, teipſum cõdẽnas, eadẽ enim magis, quæ iudicas. Scimus enim quia iudicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos, qui talia agunt. Rurſus, Scimus autem eum qui dixit, Mihi vindictam ego retribuam, dicit Dominus. Quia iudicabit? Dominus populum ſuum Haud aliter Iacobus hæc colligit, *Jac. 4.* Vnus eſt legiſlator & iudex, qui poteſt ſaluare & perdere. Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Rurſum Paulus, Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Suo Domino ſtat aut cadit, Stabit autem. Potens enim eſt Deus ſtatuere illum. Dominus his concinit, Nolite iudicare, vt non iudicemini. Nolite condemnare, vt non condemnemini. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Nemini dandum eſſe ſcandalum.
Homilia. 50.

Omni cuſtodia fratres nos ipſos conſeruemus atque aduigilemus, ne cui demus vllã ſcandali ſiue offendiculi occaſionem, liberi vt ſimus atque immunes miſerrimæ illi' calamitatis, quam talibus apprecati ſunt cum prophetæ, tum apoſtoli. Nec ſolum, ſed & Dominus noſter Ieſus Chriſtus. *Abac. 2.* Primus ſe offert propheta Abacuq. Væ (ait) qui potat proximum ſuum euerſione doloſa, Ecclesiaſtes item, *Prov. 26.* Qui fodit foueam proximo ſuo, incidet in eam. *Eccl. 27.* Et, Qui voluit lapidem, ſuper ſe voluit. Et, Qui demolitur ſepem, mordebit eum coluber. *Eccl. 10.* Parœmiaſtes, Circuncide abs te os prauum, & labia iniqua longe fac à te: quia coram oculis Dei ſunt viæ viri, Apoſtolus quoque ad Hæbreos ait, *Heb. 6.* Terra enim ſæpe bibens imbrem ſuper ſe venientem & pariens herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. Proferens autem ſpinas & tribulos, reproba & maledictioni proxima eſt, cuius finis in combuſtionem. Hæc plane diſſerebat iſtis de ſcandalo, quo fidei acceptæ ſegetem præmebant: qui ſemẽ quidem verbi acceperant, ſed illud ſpinarum inſtar aculeatis cogitationibus præfocabant nihil proinde referentes frugis bonæ Idem & Romanis, Obſecro igitur vos fratres, *Rom. 16.* vt obſeruetis eos qui diſſentiones & offendicula faciunt, præter doctrinã quam vos didiciſtis & declinate ab eis. Tales enim Domino noſtro Ieſu Chriſto non ſeruiũt, ſed ſuo ventri: & per ſuauem ſermonem & benedictionem ſeducunt corda innocentium. Iterum, Videte ne forte poteſtas veſtra *ἐξουσία* offendiculum fiat infirmis. Si quis enim viderit te qui habes ſcientiam, in idolio recumbentem, nunquid conſcientia ipſius cum ſit infirma *1. Cor. 8.* ædificabitur ad manducandum idolothyta? Inducit, Et peribit infirmus frater in tua ſcientia, pro quo Chriſtus mortuus eſt? Atque ita ipſorum percutientes conſcientiam in Chriſtum peccatis: Rurſus, Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia? Si ego cum gratia participo: quid blaſphemor pro eo quod gratias ago? Dominus porro aduerſus tales pronuntiauit dicens. Qui ſcandalizauerit vnum ex his puſillis, *Matt. 18.* & cætera. Dico vobis quia angeli eorum in cœlis vident faciem patris mei. Rurſus, Væ mundo à ſcandalis. Et, Veruntamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit. Benignum & clementem Deum noſtrum addecet gloria in ſecula.

Vt neminem afficias probro aut dedecore, magis autem opes aſſici, *Homilia* 51.

Qvi contumelioſus in proximum, opprobrat quidpiam delicti: ſuis ipſe quæ alteri intexuit & adornauit, irretietur retibus. Iure quidem. Quod enim ſeminat quis, hoc & metet. Is ſiquidem medio in diſcrimine deſtituitur Dei præſidio, quod per elationem mentis adeo non indoleſcit calamitati alienæ, vt etiam inclementer inſultet. Iſvt plurimum in eandem ruinam nec ſemel prolabetur ni erratum ſuum confeſſus, per pœnitentiam Deum ſibi conciliet & reddat propitium. Ille vero in quem intorium eſt contumelioſius opprobrium, ſi quidem eam contumeliam imperturbato animo exceperit & cum gratiarum actione: per eam humiliationem, diuina ope protegitur, ne in eadem iam victus reuoluatur peccata. Contumelia enim hominis cordi afflictiuam tribulationem adfert, at æquo animo ſuſtinenti, author eſt eidem munditiæ & puritatis. Sed & quanto quis pro Chriſti veritate exceperit inſigniorem obiectæ confuſionis ignominiam: tanto is vberiorem gloriam promerebitur. Audiet & illud ab animarum noſtrarum principe medico, Ecce ſanus factus es. Iam amplius noli peccare. *Ioh. 5.* Vnus proinde inter ſapientes, dicit, Ne exprobres *Eccl. 8.* homini auertenti ſe à peccato: quin potius prouide bona coram Deo & hominibus. Cor igitur noſtrum chariſſimi ſolide firmemus & communiamus, ne ſe occupet explorandis aliorum peccatis neu cuiquam opprobrium intendat aut contumeliam, ne nos merito noſtro audire contingat à beato Dauide, *Pſal. 56.* Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Amici quoque B. Iob exprobratoriè dicebant, Vbi eſt domus principis? Rurſus, Quid enim ſi tu morieris: erit ne ſubcœleſtis hæc plaga inhabitabilis? Sed & Eliphatz aliquanto prius ait, Nunquid nõ malitia tua multa? Innumerabilia ſunt peccata tua. Pignerabas à fratribus tuis fruſtra. *Iob. 22.* Veſtimẽtum vero nudorum abſtuliſti. At ne aquæ quidẽ poculo refocillaſti ſitiẽtes: ſed & eſuriẽtes priuaſti fruſtulo panis. Viduas emiſiſti vacuas: pupillos vero afflixiſti. Itaq; laquei circũdederũt te. Et *Nota hoc dicit.* hæc quidẽ cõmẽti adornato mendacio, iuſto iſti cõtumelioſi' opprobrabãt, nõ quod illũ odiſſent ſed vt aſperitate verborũ humiliarẽt alioqui humilimũ. Illi etenim beato viro affines erãt. Nã Eliphatz frater patris Iob erat prim'. Attamen iuſtus hic cõtorta in ſe cõtumeliæ ſpicula omnia generoſo pectore ferebat, & quidẽ tali plaga inclemẽter cum eſſet ſaucius. Quin & hos ſuos exprobratores conciliabat Deo & repropitiabat, quod vtique non contigiſſet, niſi preces interceſſiſſent admirabilis huius Iob. *Eccl. 23.* Iam quando iuxta ſcripturam, Homo improperans verbis improperij, omnibus diebus ſuis non erudietur: & nos igitur Chriſtiani recta per ſanctorum callem incedẽtes dicamus, Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet

dixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique. Et ſi is qui me A
oderat, ſuper me magna loquutus fuiſſet, abſcon-
Pſal. 101. diſſem me forſitan ab eo. Et, Tota die exprobra-
bant mihi inimici mei· & qui laudabant me, ad-
uerſum me iurabant. Ego autem tanquam ſurdus
non audiebam. Ait autem & beatus Petrus. Si ex-
1. Pet. 4. probramini in nomine Domini, beati: quoniam
quod eſt honoris & virtutis, & qui eſt Dei ſpirit⁹,
1. Tim. 4. ſuper vos requieſcit. Et apoſtolus, In hoc enim &
τῶν lege laboramus & maledicimur, quia ſperamus in Deo
ὀνειδιζ. viuo, qui ſaluator eſt omnium hominum, maxime
fidelium. Sed & Dominum à cruce pendentem
qui præteribant, blaſphemabant mouentes capita
Nec ſecus principes ſacerdotum cum ſcribis illu-
debant dicentes, Alios ſaluos fecit, non poteſt ſe B
ſaluare? • Idem prorſus & latrones qui cum ipſo
crucifixi erant, improperabant ei. Longanimis
Matt. 27. Dominus ex contrario pro iſtis ſic impiis repro-
pitiabat patrem. Pater ignoſce illis peccatum.
Non enim ſciunt, quid faciunt. Quin aliquanto
prius nonnihil iniiciens diſcipulis audaciæ dice-
bat: Beati eritis, cum exprobrauerint vos & perſe
Matt. 5. cuti vos fuerint, & dixerint omne verbum aduer-
ſum vos mentientes. Gaudete & exultate, quia
merces veſtra multa eſt in cœlis. Ipſi gloria in ſe-
cula, Amen.

Quod malum malo retaliandum non ſit.
Homilia. 51.

PAulo quidem prius de eo quod nemini inge-
rendum ſit improperium, ſed ingeſtum tole- C
randum æquanimiter, nonnihil diſſeruimus: nunc
nobis eſt ſermo alio transſcribendus, nempe vt
doceamus nõ conuenire Chriſtiano, malum vt pẽ
ſet aut retaliet mala. Sane Chriſti cohæredes ſi eſ-
ſe cupimus: magnopere nobis eſt contendendũ
perquem ſimiles vt inueniamur ſanctis Chriſto
chariſſimis. Id fiet, ſi manſueti Dauidis imitabi-
mur lenitatem, vt & nos quiddam aſſimile audire D
à Deo promereamur, quod & de ipſo Dauide pro
nuntiauit, viro iniuriarum immemore prorſus, &
erga inimicos perquam benigno, nimirum illud,
Inueni virum ſecundum cor meum, qui faciet om
nes voluntates meas. Et nos igitur tanti herõis
prouocati exemplo, nonnihil auxilij præſtemus ac
ſuffragemur fratri à quo qualicunque iniuria pul
ſati ſumus: ne vel tempore orationis poſtulatio o-
mnis noſtra repudietur, reſque abeat in diuerſum
Exod. 23. quam petimus. Iubet lex ſubiugale animal inimi-
ci (ſi fors labi contingat) vt proinde ſubleues.
Ipſis imis Iob teſtimoniũ à Deo reportare promeruit, quod
verbis ea- ſuam adhuc retineret ac tueretur innocentiam. Io
dem prorſus E
ſus Diony- ſeph de fratribus nullam expetiuit vltionem, quos
ſi. Areop. alioqui vitę inſidiatores ſuę fuerat paſſus. Abel a-
epiſtola 8. mabili ſimplicitate præditus nec vllius ſuſpicax in
a τῆι ἐ- ſe iniuriæ ſimul cum fratricida, conceſſit in agrũ.
B. quarti In genere, quotquot ſanctos diuinæ concelebrãt
ſic[illegible] literæ, eos aſtruunt per innocentiæ callem, vitam
inſtituiſſe ſuam. Sed & vnus aliquis ait. Qui reddi
derit mala pro bonis, non mouebuntur mala de
domo eius. Iterum, Qui iacit lapidem in altum, in
ſuum caput iacit. Et, Qui fodit foueam proximo,
incidet in eam. Et, Qui ſtatuit laqueum, capietur
in eo: & qui facit mala, in eum deuoluentur.
Hier. 18. Hieremias quoque Deum interpellans aduerſus

Iſrael dicit: Si redduntur pro bonis mala. Recor-
dare, quanta locutus ſim pro eis bona. Adeo iu-
ſtus hic perdius & pernox iſtis ſic ingratis exora-
bilem Dei clementiam ſtudebat conciliare & fle-
ctere iram. Vnde & ſemel & ſecundo diuina vo-
ce accepit reſponſum, Noli orare pro eis, Non
enim exaudiam te. Ecquid tandem excepit di-
gnæ retributionis? vtique tam bene de ſe me-
rentem demiſerunt in lacum fœtulentum ac cœ-
no madidum. Hæc perpetuo Iudæos comitata
eſt malegrata ſtrenuitas, ſic ſe fortes præſtiterunt.
Ioſeph præterea adeo nihil interminatus eſt vltri-
cis vindictæ fratribus, vt vnumquemque com-
plexus ſeorſim, colla illorum oppleuerit lachry
mis. Tanta erga illos liqueſcebat charitate.
Sed & dicebat, Nolite timere, ego paſcam vos. Gen. 50.
Quid proinde poſtularit Dauid à Deo, expeden-
dum nunc: Domine Deus meus, ſi feci iſtud, Pſal. 7.
ait, ſi eſt iniquitas in manibus meis, ſi reddidi
retribuentibus mihi mala, decidam vtique ab i-
nimicis meis inanis. Petrus item admonens ait,
Non reddentes malum pro malo aut maledictum 1. Pet. 3.
pro maledicto, ſed è contrario benedicentes:
quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hæ- 1. Theſſ. 5.
reditate poſſideatis. Paulus etiamnum, Videte.
ne quis malum pro malo reddat: ſed ſemper quod
bonum eſt, ſectemini & in inuicem & in omnes.
Rurſum, Noli vinci à maló, ſed vince in bono ma
lum. Quid Dominus? Diligite inimicos veſtros:
benefacite his, qui oderunt vos. Benedicite ma-
ledicentibus vobis, Quicunque percuſſerit te in
dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Et ei Matt. 5.
qui vult tecum contendere in iudicio & tunicam Pro præbe
tuam tollere, dimitte ei & pallium tuum. Et, στρέψον
Si quis angariauerit te miliare vnum, vade cum abuertito.
eo & alia duo. Et, Eſtote miſericordes & per-
fecti, ſicut pater veſter cœleſtis. Ipſi gloria in ſe-
la, Amen.

De memoria accepta iniuria.
Homilia. 53.

ABſoluto vtcunque ſermone de eo, quod pro
malo neutiquam rependendum ſit malum,
ad eum tranſcendamus, qui eſt, de memoria
acceptæ iniuriæ. Non modo fratres, non debemus
meminiſſe vllius mali à cõtribulibus aut affinitate
propinquis accepti, ſed ex diuerſo cuncti veniunt
Chriſtiana longanimitate tolerandi, ac mali no-
ſtra ſunt ſubleuandi benignitate. Nec vtcumque,
verum erga tales noſtræ conduplicemus argumẽ-
ta liberalitatis, vt vel piorum operum efficacia
noſipſos declarem⁹ ingenuos Chriſti eſſe diſcipu-
los, Ipſe enim Chriſtus in malos atque inutiles
ſuam effundit benignitatem. Ad eum modum, pia
contentione imitari dominum debemus, quate-
nus ſinunt viriculæ noſtræ. Sane ſiqua inceſſit cu
pido obtinendæ aliquando beatitudinis eius: ne-
ceſſe ſit, iram vt arceamus non ab opere ſolum, ſed
nec in mẽtis domiciliũ ſinam⁹ alicunde irrepere.
Neq; enim tãti eſt in ipſo incãdeſcẽtis iræ articulo
frenare os, nec vllũ depromere verbũ cõcepti fu-
roris index: quãti eſt expurgare cor ab omni acce
ptę iniurię inamena & inſuaui memoria, vt ne tecũ
aduerſ⁹ fratrẽ qui piã malignæ cogitationis tacita
mẽte obuerſes. Siquidẽ Euangelica doctrina cũ-

Appendix. P iij

primis iubet ab radice peccata excidi. Iræ enim A radicem prorſus à corde ſi exciderìs, iam non odium erit, non inuidia ad opus vſque progredie-
Homœoſis tur. Itaque vt radioliſſimum Solis iubar ſubtercurrens obumbrat & occulit nubes: ita & menti noſtræ vel ſola acceptæ iniuriæ cogitatio denſam oppandit caliginem. In anima enim ſic tenaci iniuriarum inſidioſæ vulpes ſuum ſibi figunt atque exædificant vmbratile tabernaculum, inque eiuſmodi corde turbulento tanquam in ſpelæis retru-
A ſimili probatio. ſiſſimis deliteſcunt feræ immanes. Vt quiſque caſti pudoris amantiſſimus longiſſime ſe ſubmouet ab obſcœno & infami diuerticulo meretricum: ita quoque Deus cor auerſatur & deſugit eius qui fixius memoria tenet irrogatam ſibi iniuriam. B
Argumentū aliud. Quemadmodum fumus obturbat & circumfundit quamlibet perſpicacem aciem oculorum: ſic & orationis tempore memoria contumeliæ mentem ſua intemperie exagitat, Quid itaque faciendum nobis præſcribat Dominus per ſe ſuoſque ſeruos, intenta percipiamus aure. In primis ſuo teſtimonio præſcriptam confirmat ſententiam Zacharias propheta. Malitiam, inquit, ne meminerit vnuſquiſque aduerſus proximum ſuum in cordibus ve-
Eccl.10. ſtris. Alius eodem reſpicit, Vnuſquiſque malitiam proximi ſui ne cogitetis in cordibus veſtris. Rurſus, Qui meminit iniuriæ, iniquus. Iterum, C Qui occultat inimicitiam, concinnat dolum. In omni iniuſtitia, ne ſis memor iniuriæ proximi: ſed ſi eſurierit frater tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum
Eccl.28. da ei. Et, Dimitte iniuriam proximo, & tunc deprecante te, peccata tua ſoluentur. Inducit, Homo homini conſeruat iram: & à Deo quærit medelam? Talis, caro cum ſit, reſeruat iram: & quis propitiabit peccata illius? Infert, Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari. Abſtine à lite, & minues peccata. Parœmiaſtes, Timor Do-
Prou.8. mini odit malitiam, contumeliam, ſuperbiam & vias prauorum. Rurſus, Ne dixeris, quomodo fecit mihi, faciam ei, quæ mihi fecit iniuſte. Et, Ne D
Prou. 20. & 24. dixeris, vindicabo me de inimico meo: ſed ſuſtine Dominum, vt tibi auxilietur. In viis enim iuſtitiæ, vita: viæ autem reminiſcentium iniuriæ,
Iacob. 1. ad mortem. Iacobus, Deponentes igitur omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum quod poteſt ſal-
τῇ ἀκακίᾳ. uare animas veſtras. Paulus item, Nolite pueri ef-
1.Cor.14. fici ſenſibus, ſed innocentia paruuli eſtote. Hæc itaque pernicioſa perturbatio memoriæ, nempe retenticis iniuriarum nobis fratres magnopere vitanda eſt: vt ne nos à fiducia abalienet, quam erga Deum habemus. Neque enim qui hoc ægrotet genere morbi, Deo ſe auſit præſentare cum E ſynceritate orationis, nec enim poteſt. Dominico
Matt. 5. etenim illo præcepto reuocatur & arcetur. Si offers munus tuũ ante altare, & tibi recordatus fueris quia habet aliquid frater tuus aduerſum te: relinq; ibi munꝰ tuũ ante altare & vade prius vt reconcilieris fratri tuo, & tunc vbi redieris, offer munus tuum. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Inimicitias in nullum prorſus exercere debere. Homilia. 54.

INſenſe atque inimiciter perſequi vnum aliquem qui tibi ſit contribulis aut fidei germana communione fœderetur, nefarium prorſus nec vlli conſentaneum qui Deum vereatur, ſeque ex profeſſo cultui diuino manciparit. Neque enim Deus inimicitias vllẽ hominum exercendas ſua ſanxit lege, præterquam aduerſus illũ homicidã diabolũ, qui ipſo ſtatim initio orbis conditi hominem illici lenocinio ineſcatum decepit, atque adeo deceptum amœnitate exegit paradiſi. Haud ſecus iubemur Madianitas execrari & odiſſe, nimirum impuros illos ſpiritus fornicationis atque omniſariæ libidinis incentores, qui improbas cogitationes & nimiſquam ob fœcnas quaſi femina cordibus inſerunt noſtris. Hos pro virili portione vt oderis, neceſſe ſit, eoſque declines quam ocyſſime, nequando nos reddant inuiſos Deo per impuram cum ipſis conflictationem & amicitiam, iuxta ſententiam illam *Pſal. 139.*
Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos, in inimicos facti ſunt mihi. Aduerſus autem alium quemuis locum nullum habet inimicitia, præſertim ſi de damno agitur corporali, de detractione, vel contumelia, aut quæcunque tandem ſunt conformia iſti ſeculo & cõſentanea. Neque enim aduerſus tuum gentilem ſiue contribulem debes hoſtilem affectum induere ob hæc temporaria, potius agendæ veniunt gratiæ, quod nobis ſunt ſalutis certius obtinendæ parariꝫ. Sola enim eſt malitia, quæ nos à familiari Dei congreſſu diremit, homineſque à charitate mutua diremit & auulſit. Hanc igitur ad uerſum homines inimicitiam ante omnia abs te vt amoliaris ac vites, operæpretium eſt: at virtu- *ἀρετῆς δὲ*
tem continenti ſtudio perſequere, quæ te Deo *καὶ φιλο-*
conciliet, & proximis agglutinet mutuæ glutinio *σοφίας ὁ*
charitatis. Scopus enim vnicus hic eſt virtutis & *ὅρος, τὸ μετὰ*
philoſophiæ, vt citra fucum quiduis agat, præſer- *γνώσεως ἁπλᾶ-*
tim ſi cum prudentia coniungitur. Eſaias pro- *σον.*
pheta noſtrum hunc ſermonem ſuo confirmat patrocinio: Ait enim, Non eris cum pluribus in malitia. Hæc quidem de impuris & obſcœnis *Eſai. 1.*
cogitationibus dicens, Inducit autem, Lauamini, mundi eſtote, auferte malitias ab animabus ve- *ἀπὸ τῶν*
ſtris, quieſcite à malitiis veſtris, diſcite benefacere *ψυχῶν ὑ-*
Parœmiaſtes item, Ne diligas inimicitias aduerſus *μῶν.*
hominem fruſtra: ne forte in te aliquid mali operetur. Iterum, Timor Domini odit malitiam: impudens autem cum contumelia operatur mala. *Prou.8.*
Dauid item ſuppliciter Deo procidens ait, Ne gaudeant ſuper me, qui aduerſantur mihi inique: qui oderunt me gratis. Sed confundantur & reuereantur quærentes animam meam. Et, Auerte mala inimicis meis & in veritate tua, hoc eſt in Chriſto diſperde illos. Et, Dominus mihi adiutor, & ego deſpiciam inimicos meos. In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros. Et hæc quidem oraſſe intelligi debet aduerſus ſpirituales inimicos, non item aduerſus homines. Hiſtoria teſtimonio eſt aduerſus intellectuales hoſtes Dauidem eſſe precatum Deum. Cum e- *1.Reg. 24. & 26.*
nim Saul animam Dauid propenſiſſime appeteret eumque perſequeretur manu ſtipatus virorũ triũ millium & eſſet Saul ſemel & ſecundo traditus in manus ipſius Dauid & eorum qui cum ipſo erãt, qui cum dicerent: Ecce dies in qua tradidit Dominus, inimicum tuum in manu tua: Reſpondit

dit Dauid, Viuit Dominus non iniiciam manum
2. Reg. 1. meam in Chriſtum Domini. Neque id modo fe-
cit, ſed & Saulis mortem luxit, eúmque dedidit
2. Re. 18. neci, qui cædem renunciarat Saulis. Nec aliter ab
ſalonis lugebat mortem, qui necem tam ſtudioſe
expetiuerat patris. Arbitror ſanè per hæc nihil
obſcuris argumentis declaratum, iſtorum inimi-
citias neutiquam in homines intentas fuiſſe, ſed
aduerſus dæmones odio omni digniſſimos. Et nos
Iac. 5. igitur qui præ cæteris vel ipſo teſte habitu ſpiri-
tuales videmur, audiamus Iacobum dicentem,
Nolite ingemiſcere in alterutrum fratres mei, vt
ne in iudicium decidatis. Sed & ipſe Dominus
quid dixerit attenta ac fideli aure percipiamus,
Vobis autem dico audientibus, diligite inimicos
Mat. 5. veſtros. Benefacite his qui oderunt vos. Orate
pro his qui calumniantur & perſequuntur vos,
Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Ne cuipiam inuideres, Homilia 55.

Inuidia à diabolo in Cainū & abhoc in Iudæos transfugium.

IAm inuidia quam vehemens ſit animi affectio, veriùs diabolica intemperies, vixque vllam ad mitteos medelam, quis referat? Ab ipſo enim diabolo vix dum traxerat originem, & ecce è veſtigio in fratricidam Cainum tranſiliuit, atque ordine deinceps prono curſu in Dominicidas Iudæos deuoluta eſt. Plane inuidia vehemens atque atrox malum ac modis omnibus crudele eſt. Qui enim cuipiam inuidet, animi angore diſcruciatur, contabeſcit miſere, eliquatur totus. Inuidia enim quaſi vermis in ligno, & in veſtimento tinea: ita cor denique & faciem eius conficit ac macerat hebeti pallore, qui ſemel in ipſius manus incidit. Contra, is cui inuidetur in hominum proſpectu miris modis promouetur ac proficit, à Domino protectus. Exemplo eſt beatus ille Ioſeph. Quò enim faces fraternæ inuidiæ in illum exarſerant acrius: hoc ille ſublimius à Deo prouehebatur, quouſque tandem ad regni gubernacula promotus eſt. Sic & Saul œſtro extimulatus inuidiæ, ad-
1. Reg. 17. mirabilem illum Dauid perſequebatur, ſicut ſcriptum eſt, Exierunt quæ cum tripudio agebant triumphalem choræam, puellę, ac dicebant: Percuſſit Saul in milibus ſuis, & Dauid in decem milibus ſuis. Dicto ocyus parens ille inuidiæ omnis in Saulis corde ſibi delegit vitæ domicilium, eique inſuſurrauit, vt diceret: Dauid dederunt decem millia, mihi autem mille? Et quidem domus Dauid cui ſic inuidebatur, quotidiana acceſſio-
Pſ. 108. ne creſcebat & confortabatur, ipſe per hæc ad lyram, melicum cantillabat carmen: Poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Iterum, Maledicent illi & tu benedices. Ego autem non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam. Sed & propheta Abacuq, Purus eſt oculus tuus, ne videat mala & aſpiciat ſuper labores doloris. Apoſtolus item ad Philipenſes ſcribens pulchre doctores illos notat inuidiæ. Quidam quidem per inuidiam & contentionem ex concertatione ſcilicet proficiſcentem, Chriſtum annunciant, exiſtimantes preſſuram ſe ſuſcitare vinculis meis, per admonitionem inducit, Eſtote ergo in inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem ſicut & Chriſtus donauit vobis. Eſtote igitur imitatores Chriſti ſicut filij cha

ἐκτὶ τοὺς [illegible] τῆς legūt alij apud 70. ἐπιβλέπειν ἐπὶ πόνους ὀδύνης ἐξ ἐναντίας respicere ad malos nō poteris. Abacuq. 1.

riſſimi, & ambulate in dilectione. Animæ ſynceritoris peculiare eſt argumentum, vt quod loquitur, nihil prorſus reſipiat inuidiæ. Zelum alioqui habet malitiæ omnis exortem & qui iugiter Dei quærat ac firmet gloriam. Nihil minus conueit, quam vt profiteamur nos eſſe diſcipulos Domini, re autem ipſa ſinamus nos intercipi peſte inuidiæ, inque vicem tumultuemur, id maxime tum contingit, ſi quando viderimus quoſdam fratrum totius ſodalitij quam minimos aut certe deformes ad magiſtratum obeundum eſſe promotos: audimus Dominum tunc dicentem, Da huic locum, vt recubitu ſedeat ſublimiore. Quin miremur potius rerum conditarum curatorem, qui ſua ſapienti atque arcana prouidentia, illi quidem velut ſortitò (miſerabilis licet in ſpeciem conſpiciatur,) adiudicauit hæreditatem, ſiue cæteros vt antegrediatur authoritate, aut certe vt imperet, nos contra in poſtrema ſedere voluit parte. Ab hac igitur fratres peſtili lue inuidiæ quàm ocyſſime defugiamus, quæ diaboli germen eſt: vt no compari mulcta damnationis cum Caino inuol- Gen. 4.
uamur, qui quidem per ſuſpiria crebra artuúmq; miſerabilem tremorem, vitam cum exegiſſet, amara morte functus eſt. Neu rurſus cum malignisſimis Iudæis, qui per inuidiam mirabilium Dei operum, ipſum ad mortem prodiderunt, vel teſte
Euangelio. Congregatis enim dixit Pilatus, Quē Mat. 27.
vultis, dimittam vobis, Barabban, an Ieſum qui dicitur Chriſtus? Sciebat enim, quia per inuidiā tradidiſſent eum. Dominus autem iniuriæ omnis immemor quaſi agnus innocens, nihil non tolerabat manſuetiſſimus. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Ne contenderis, Homilia 56.

COntentioſus & qui litibus ferendis inſueuit, adeò cum domeſticis habiturus pacem non eſt, ſed ne cum externis quidem. Dum enim ſuæ cogitationi (quam contentionis ferendæ ſtudio concepit,) cupit modis omnibus vt ſatisfiat: nunquam non ad ingenium & commenta veteratoriæ artis conuerſus comminiſcitur nouitias fraudes, ac veluti acri quopiam œſtro percitus perpetim nouandis litibus extimulatur. Per hæc interim aliis concitat turbas & ſuis eos exagitat intemperiis. Hic talis nulli non deprehenditur inuiſus atque omnium odio longè digniſſimus: verius dixerim, omnium multò miſerrimus. Scriptū
quippe in Geneſi eſt, quia Eſau vxores accepit Gen. 27.
non ſuæ gentis ſed externæ, quæ pro conſuetudine contendebant cum Iſaac & Rebecca. Dixit autem Rebbeca Iſaac, Diſtædet me vitæ meæ, mihique ipſi infenſa ſum propter filias filiorum Het. Luculenter per hoc inſinuatur verum eſſe: quis pugnis atque contentione verborum velitarium digladiari & ſerere lites eorum eſt, qui à Deo ſunt alieni, non item fidelium & qui ſe excolendę pietati totos conſecrarunt. Religioſi enim verè qui ſunt, & Chriſti diſcipuli ſuum ipſorum æmu-
lantur & Dominum & Doctoré. Non contendet, Mat. 12.
ait quidam, nec clamabit, neque audiet quis vocem eius. Quicquid iſti tandem rei vel operis aggrediuntur: nunquam id per litem & contentionem ad exitum vſque promouent & abſoluunt.

Finis enim imponitur operi debitus per patientiam, orationem, obedientiam pérque ſolam ſpem generoſam. Ait enim Dominus, Veni, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me patris. *Ioh. 6.* Parœmiaſtes item de contentioſis eiuſmodi, Ne litiges cum homine linguaci, neque ſtruas ſuper ignem illius ligna. *Eccl. 8.* Et, Ne reſpondeas ſtulto ſecundum ſtultitiam illius, vt ne videatur ſibi ſapiens. Alius quidam, Lis feſtinata incendit ignem, & pugna feſtinans effundit pugnas. *μάχας legeŭ.μα ſanguinē.* Rurſum, Si ſufflaueris in ſcintillam, accendetur: & ſi conſpueris in illam, extinguetur: & ambo ex ore procedunt. Dicit & Iacobus, *Iac. 3.* Vbi enim zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus prauum. *Rom. 2.* Paulus preterea, Iis qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credūt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. Alio item loco, Quemadmodum Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati. Sed & ad Titum per epiſtolam, *Tit. 3.* Stultas quæſtiones & genealogias, & cōtentiones & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & vanæ. Nos igitur chariſſimi quaſi filij obedientiæ, ne quæſo vaniloquis iſtis litigatoribus & contentioſis ſimus aſſimiles, vt qui doctrice ſcriptura didicimus quàm noxia ſit & detrimentoſa litigandi conſuetudo, nequando contingat ſubire nos damnationis cenſuram cum iniquis & exlegibus Iudæis, qui veritati perpetuo reſtiterunt, ac dicebant Domino, Tu de teipſo teſtimonium perhibes. *Ioh. 8.* Teſtimonium tuū non eſt verum. Rurſus, Tu quis es? Ad quos Dominus reſpondit Principium ſe eſſe, quia & ego loquor vobis. Amen *ὅτι.* dico vobis, niſi credideritis quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Neminem oderis, Homilia 57.

SCriptum eſt, quoniam qui diligit Deum, diligit & fratrem ſuum. *1. Ioh. 3.* Qui autem odit fratrem non Deo inuiſus ſolum, ſed & homicida eſt. Quē enim odit, arcani affectus cogitatione perimit, cuius quidem ſanguinem non acie gladij perſpiciunt homines effuſum: Deus verò illum videt odij maligno affectu peremptum, qui cuilibet noſtrum aut coronam reddit, aut vltricem pœnā pro qualitate non operis ſolùm: ſed & cogitationis & deſtinatæ voluntatis, quemadmodum idem per prophetam dicit, Ego venio vt congregem opera & cogitationes & inuentiones ſiue internas *Eſay. 66.* conceptiones eorum. Sed & malitia, diutina cogitatione in animo verſata atque exercita audaciam addit cordi, quæ tamen per abſtinentiam & ſpem ablata contritionis gratiam confert cordi eidem. Non igitur fas ſit odiſſe nos vnum aliquem è contribulibus aut qui fide compares & cohæredes futuri ſunt regni cœlorum. Diabolum porrò indefeſſum noſtræ ſalutis oſorem odiſſe licet communem omnium hominum hoſtē, maximè fidelium: illum inquam cum operibus ipſius malignis oderimus. Nemo qui integra fide ex profeſſo ſit Chriſtianus, peccat hoc genere odij: neque qui habeat charitatem, odit vllum hominum. Arboris qualitas ex fructu quem profert, A liquido cognoſcitur. Qui igitur ſe Chriſti profitetur eſſe diſcipulum, per ea quæ facit, ſtet ne à Chriſto, intelligetur: quemadmodum in Prouerbiis ſcriptum eſt, quia, Omnis qui odit fratrem pauperem, hic longè erit ab amicitia: vir autem prudens inueniet eam. Ioannes verò, *1. Ioh. 4.* Qui dicit in lumine ſe eſſe & fratrem ſuum odit: in tenebris eſt vſque adhuc. Si quis dixerit, quia Ego diligo Deum, & fratrem ſuum odit: mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt: Deum quem non videt, quomodo poteſt diligere? Dicit inſuper & lex, Non habebis odio fratrem tuū in corde tuo. Redargutione redargues eum, & nō B accipies propter eum peccatum. *Leu. 19.* Et, Non commineberis populo tuo. Conſonanter Paulus, Conſideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum. Et, Eſtote ad inuicem benigni, miſericordes, donātes inuicē ſicut & Chriſtus donauit vobis. Infert idem, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam: factus ſum tanquam æs ſonans aut cymbalum tinniens. *1. Cor. 13.* Nos igitur qui Chriſtum induimus à Domino poſtulemus, ne nos ſinat quenquam non ſolum non odiſſe, ſed vt diligamus ex charitate non fratres modo aut amicos, ſed & in commune oſores atque inimicos noſtros. Tametſi ad- C uerſum nos nonnihil loquantur aut faciant: cuncta tamen in gratiam futuræ retributionis cum actione gratiarum excipienda ſunt & æquo animo toleranda. Hominum enim mundi iſtius amatorum ea eſt & ſolennis conſuetudo, vt alios perſequantur, affligent, obloquātur. Dauid teſtis. Locuti ſunt, ait, aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circundederunt me & expugnauerunt me gratis. *Pſ. 108.* Quemadmodum & Dominus ſuis dixit diſcipulis, Si de mundo eſſetis, mūdus quod ſuum eſſet, diligeret. Quia autem de mundo non eſtis, propterea odit vos mundus. Et, Si mundus vos odit, ſcitote, quia me priorem vobis odio ha- *Ioh. 15.* D buit. Infert, Beati eritis, cum vos oderint homines & ſeparauerint & exprobrauerint & eiecerint nomen veſtrum tanquam malum propter filium *Mat. 5.* hominis. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlis. Iterum, Diligite inimicos veſtros, benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro calumniantibus & perſequentibus vos, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Nemini inſultandum in afflictione aut angore animi conſtituto, Homilia 58.

E INſultare cuiuſcunque tandem conditionis homini tribulatione quapiam aut rei peculiaris iactura miſerè afflicto, viri certè eſt temere inſoleſcentis nec mentis ſatis ſynceræ. Verus hic ſe illorum probat re ipſa conſortem, qui cruci Dominum fixerunt, cui & à cruce pendenti dicebāt, Vah, qui deſtruis templum Dei & in tribus diebus excitas illud? Salua temetipſum. Hoc plane flagitioſi eſt hominis & nefarij. *Mat. 27.* Etenim pes ſi fors illiſerit aut labetur, num inſultabit manus? Sane res hæc in diuerſum abit. Nam olei infuſione aut emplaſtro, pedi medetur. Si quidem vnum corpus ſumus, nihil minus conſentaneum rationi ſit,

ſit, quàm vnum aliquod corporis membrú quod nonnihil affligetur, habere deriſui ac proinde eidem inſultare. Potius enim conueniebat ſic miſere afflicto, pio compaſſionis affectu indoleſcere & congemiſcere iuxta apoſtoli verbum, Nec ſolum alienæ infœlicitati inſultandum non eſt, ſed ne vllo quidem pacto calamitati alienæ inſultanti commodandæ aures ſunt Qui enim tam toſi propendent ad exaudiendas delationes eiuſmodi, ſui iam propoſiti vindemiant fructus. Atqui nolim, putes quicquid aduerſæ & afflictiuæ rei contingit hominibus, aſcribi debere ſemper ipſorum peccatis. Quoſdam enim inuenias, qui etſi Deo gratioſi ſint, tentantur tamen. Diuerſum contingit iſtis à pietate ac lege Chriſtiana alienis, quos credimus relegatum iri à regno & proinde puniendos. Adhunc modum qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patientur, quemadmodum verbis Parœmiaſtæ erudimur. Is enim ait, Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas ſuper eo, & in ſupplantatione eius ne extollas te, ne ſorte videat Dominus, & non placeat ei, Et hęc quidem de inimico. Et, Qui inſultat pereunti, non erit innocens. Et iterum, Væ vobis, qui lætamini ſuper malis, & gaudetis ſuper prauitate mala. Et, Laqueo capientur, qui lætantur ſuper ruina piorum: & dolor mercedis loco apprehēdet eos ante mortem. Et, Memorare dies tenebrarum, quia multi erunt. Sed & inculpatus Iob, Si etiam lætatus ſum ſuper ruina inimicorum meorum, & dixit cor meum, Euge. Beatus item Paulus per epiſtolam ſcribit Romanis, Quòd ſi qui ex ramis fracti ſunt, tu autem cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis & ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factus es: noli gloriari aduerſus ramos. Quòd ſi gloriaris: non tu radicem portas, ſed radix te. Dicis ergo, Fracti ſunt rami: vt ego inſerar. Bene. Propter incredulitatem fracti ſunt: tu autem fide ſtas. noli altum ſapere, ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Inſert, Charitas non gaudet ſuper iniquitate, cōgaudet autem veritati. Ne igitur dilectiſſimi committamus, vt ſuggerente inimico hoc noſtro aliquando inſultemus proximorum malis, vt ne nos in eaſdem ſinas Dei prouidentia ſemel & iterum deuolui calamitates. Hæc enim ait Iob, Et vos acceſſiſtis ad me ſine miſericordia, Itaque videntes vulnus meum, extimuiſtis. Nos igitur cum beato Dauid oremus dicentes Deo. Ne abiicias me in tempore ſenectutis, cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in vnum, dicentes: Deus dereliquit eum, perſequimini & comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat. Sed tu Deus meus ne elongeris à me, ne gaudeant ſuper me qui aduerſantur mihi inique, qui oderunt me gratis. Et quidem tua virtute conuertantur retrorſum cōfeſtim confuſi qui dicunt mihi Euge, Euge. Noſtræ igitur partes ſunt, vt optemus mundo iſti eſſe deridiculi, vt nobis ſuis inſultet ſannis: cum interim ſcribæ & pontifices ſuo illo more inſultant miſeris. Illudebant enim, ait pontifices ad inuicē cum ſcribis dicentes, Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere? Chriſtus rex Iſrael deſcendat nunc de cruce, vt videamus & credamus,

Pro. 24. *Pro. 17.* *Iob. 31.* *Rom. 11.* *1. Cor. 13.* *Pſal. 70.* *Mat. 27.*

A Hanc illorum væſanientem inſultationem longanimiter tolerabat benignus hominum amator Dominus. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum Amen.

Alienæ fœlicitati aggratulandum eſſe & congaudendum, Homil. 59.

EXimia ſanè virtus ac Deo ipſi imprimis gratioſa ſit, vt iis congaudeas & aggratulere, qui tenore legitimo vitam inſtituunt ſuam, quique quotidiana acceſſione promouent ad obſeruationem Dei mandatorum, tametſi ea res apud pleroſque nihili æſtimetur. Vtrum ne ſynceriter B alteri congaudeas, ipſa veſtigia vultus tui nihil obſcure produnt. Si quidem iræ aut furoris incandeſcentia inſedit cordi, vel ipſi oculi omnibus reddunt perſpicuum, iuxta ſcripturæ ſententiam, Corde exhilarato, reuireſcit facies. Perfectæ autem charitatis inſigne hoc eſt, ſi ad proximorum promotionem exhilareſcis nec fucato perfunderis gaudio. Sunt enim plerique, qui quidem etſi in promotione ſint, habeántque mutuam illam erga fratres charitatem, vbi tamen primum contingit vnum aliquem ex ipſis ampliore perfrui promotione, ille altet in immaue per hoc concidit inuidiæ barathrum. Qui autem citra fuC cum vllum proximo congratulatur rectè fungenti officio: pro illo quoque intentam Deo & indiuulſam offert orationem, exemplum ſecutus beati Pauli quibuſdam congratulantis atque dicentis, Ita vt & nos ipſi in vobis gloriemur in eccleſiis Dei pro patientia veſtra & fide in omnibus perſecutionibus veſtris quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij ipſius, vt digni habeamini regno Dei Nec ſecus ad Philippenſes, Sed etſi immolor ſupra ſacrificium & obſequium fidei veſtræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Idipſum autem & vos gaudete & congaudete mihi. D Quemadmodum enim membra, ait, pro ſe inuicē ſolicita ſunt, & ſiue gaudet vnum membrum, cōgaudent omnia membra: ſiue patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: Sic & nos gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus debemus, Et, Honore inuicem præuenientes, eos nimirum qui nobis ipſis præeminent. Sed & Corinthiis ait, Non enim alia ſcribimus vobis præter ea quæ & legitis & agnoſcitis. Spero autem, quia & vſque in finem cognoſcetis ſicut & cognouiſtis ex parte, quia gloria veſtra ſumus, ſicut & vos, noſtra in die Domini noſtri Ieſu Chriſti, & hac confidentia volebam prius venire ad E vos, vt ſecundam gratiam haberetis, confidens erga omnes vos: quia meum gaudium, omnium veſtrum eſt. Scriptum autem eſt & in luce Euangelio, Poſtquam autem impleti ſunt dies pariendi Elizabeth, & ipſa genuit filium. Et audierunt vicini & cognati eius, & congratulabantur ei. Adeo quæ amicorum ſunt peculiariter, communia vinculum efficit legitimæ amicitię. Quin & hic, Ipſe inquam Ioannes ſuis diſſerens diſcipulis dicebat, Amicus ſponſi ſtans & audiens ipſum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Igitur hoc meū gaudium impletum eſt. Illum oportet creſcere, me autem minui. Qui enim ad perfectam vſque promouit charitatem, ſe quidem minorem ducit,

2 The. 1. Hic. deſit ἐν ὑμῖν. *Phi. 2.* *1. Cor. 12.* *2. Cor. 1.* *Luc. 1.* *Ioh. 3.*

proximum verò ingenuè profitetur eminentiorem. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Ne cui ingeras triſtitiam, Homilia 60.

QVi diligit fratrem ſuum, Deum vtique diligit. Contra, Quiſquis fratrem ſuum neutiquam ex animo diligit, neque is diligit Deum, (1.Ioh.4.) iuxta Ioannis apoſtoli ſententiam. Nulli obſcurum eſſe putem, quoniam quiſquis fratrem mœrere facit, idem contriſtat & Deum, Nolite contriſtare Spiritum ſanctum, ait, in quo ſignati eſtis. (Eph.4.) Et, Me contriſtauerunt, dicit Dominus. Rurſum Quādiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. (Mat. 25.) Et, Quandiu non feciſtis vni ex his, neque mihi feciſtis. His igitur prædictis idoneè ſatis demonſtrari putem, quoniam qui de fratre bene meritus exhibet obſequium, obſequitur & Deo. Quum igitur chariſſimi probe iam nouerimus nos in hoc obſequi ac inſeruire Deo, ſi nulla in re proximum cōtriſtemus: modis omnibus adnitamur, ne qua in re vllam ſuggeramus occaſionem ſiue cauſam proximo triſtitiæ & mœroris, ſiue res ferat rationi vtcunque conſentanea, ſiue minùs: vt ne noſtra oratio perinde ac reiectitia quæpiam ouis & reproba, Deo ingrata fiat. Vnus enim orans, ait Syrach, & vnus maledicens: cuius (Ecc.34.) vocem exaudiet Dominus? quemadmodum in Sapientia Ieſu Syrach luculenter expreſſum eſt, Rurſum, Vnus ædificans & vnus deſtruens quid commodi adferent præter labores? Qui lauatur à morticino & iterum tangit morticinum, quę vtilitas in lauacro eius? Sic qui ieiunat homo pro peccatis ſuis, & is iterum fornicatur ac eadem facit quæ prius, orationem iſtius quis exaudiet? Ecquid profecit humiliando ſe? Inducit, Ne machineris aduerſus amicum tuum mala, qui iuxta te habitat & habet in te fiduciam. Ex ore enim ſtultorum, baculi contumeliæ expellentur: labia autem ſapientium cuſtodient eos. Sanè, Qui rectè incedit, timet Dominum: qui autem vias ſuas deprauat, ignominioſus erit. Propheta inſuper Michæas ſuppliciter obteſtans aduerſus Iſrael, Vnuſquiſque proximum ſuum tribulant tribulatione: ad malum manus ſuas præparant. Apoſtolus quoque, Si frater tuus propter te contriſtatur non iam ſecūdum charitatem ambulas. Dicit autem & Dominus, Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri ſuo, Rakka: reus erit concilio. Qui verò dixerit, fatue: reus erit in Geennam ignis. Inducit, Si igitur offeras munus tuum ante altare, & illic recordatus fueris quia habet aliquid aduerſum te frater tuus, dimitte ibi munus tuum ante altare, & vade, prius vt reconcilieris fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum. Deum noſtrum addecet gloria in ſecula ſeculorum Amen.

(Margin: ἀτιμασθήσεται pro quo alij legunt γνωσθήσεται. Pro.10. Rom.14. ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.)

Vide, tibi ipſi vt attendas, Homilia 61.

NVlla non in re, attentam ipſius gerere curam res quidem perquā ardua, ſed ſalutaris Deóque vel imprimis accepta. Sanè mandatum hoc in genere omnes concernit. Talis qui eſt, peccatum omne vitabundus fugit: omnem verò virtutem, neque non mandata Dei perficit. Hic alio-
A rum defectus quamlibet multiformes quaſi non videat, neglectim tranſmittit: quippe qui aliorum ſecurus, ſui tantum ipſius attentam curam obit, mentem habens per hoc ad Deum vniformiter arrectam. Talis ſibi temperat, ſeque remolitur ab vniuerſis terrenarum rerum negotiis, eóque mētem ſublimiter attollit ad cœleſtia & æternum duratura. Conuentus hic noſter fratres perquam aſſimilis videtur nundinis. Qui negotiari nouit, non mediocre capit ex nundinatione lucrum: qui artis mercatoriæ rudis eſt, adeò nihil refert compendij, vt plurimum etiam diſpendij ſuſtineat. (A ſimili trahit argumentum.) Generoſæ prorſus ac Deum ſynceriter amantis a-
B nimæ eſt, ſibiipſi magna cum cautione attendere. (παρασιωπήσας.) Talis, præſentia hæc cum inamœna deputet atq; inutilia, futura verò inenarrabilia credat & quæ comprehendi non queant, ea tamen prǣſtoletur ſpe nihil dubia, cupientiſſime eò interim ſuſpirans recta ingreditur via, donec ad tranquilliſſimum & ab omni procellarum intemperie requietum obuius appellat Chriſti portum. Operæ igitur precium eſt, quiſque vt attendat ac diligenter exploret, quæ eò contendentibus conducunt. Duo enim angeli dati ſunt homini aſſeſſores. Vnus quidem iuſtitiæ amantiſſimus, alter vero malitię omnis incentor maligniſſimus. Et quidem
C iuſtitiæ angelus verecūdiæ atque intemerati pudoris cupientiſſimus, māſuetus inſuper eſt & trāquillus. Hic vbi primùm ad cor aſcenderit hominis, cum eo mox ſermonem texit, familiariter de iuſtitia, de munditia & caſtitate, de probitate morum, de frugalitate ſiue parcimonia victus, de operatione quæ iuſta ſit, denique de virtute omni gloriæ cœleſtis conciliatrice. Simul atque hæc cuncta ad cor aſcenderint hominis, perſpicue ſentitur præſentia angeli iuſtitiæ. (Angeli duo dati homini hoc internoſcuntur diſcrimine.) Contra, angeli malitiæ adminiſtri opera hæc ſunt, Primùm omnium acerrimæ eſt bilis & ad iracundiam propendet totus, amarulentus ac ſtolidus, Huius maligna o-
D pera tranquillitatem ſeruorum Dei interuertunt ac ſubruunt. Noſſe ſi voles, quando ad cor aſcenderit hominis, vtique licebit ex operum qualitate. Quum enim acrimonia bilis excitatior & ad iracundiam deuergens acceſſerit aut amaritudo: perſpicuum euadit in homine iam eſſe. Deinde intempeſtiua cupiditas multiplicium operationum, eduliorum luxus profuſior, ſtudium ſordētis crapulæ, voluptatum non vniformium conſectatio, cōcupiſcentia mulierum, immoderata cupiditas augendi peculij, ſuperbia, ſuperciliosa & pompatica arrogantia, & quæcunque tandem iſtis confinia ſunt & ſimilia. Sed & conceptiones
F animi malignæ omnes hoc incentore accenduntur. Nobis itaque circunſpectim attendamus ac vale ſupremum dicamus iſti ſic improbo ſpiritui: angelum verò iuſtitiæ indiuiduum nobis adſciſcamus vitæ huius comitem. Ita enim adhortatur nos lex, Attende, ait, tibiipſi & cuſtodi animam tuam valde. Ne obliuiſcaris Domini Dei tui, & (Deut. 4.) ne recedant ſermones eius à corde tuo, omnibus diebus vitæ tuæ: ſed diliges Dominum Deum tuū ex tota fortitudine tua, qui è fornace ferrea eduxit te, de ſeruitute Ægyptiorum, hoc eſt è iugo principis tenebrarum mundi huius. Ægyptus enim ſua interpretatione inſinuat tenebras. Attende teipſi, ne poſtquam comederis & ſaturatus fue-

fueris oblioiſcaris Domini Dei tui, & recalcitres A vt aliquando dilectus ille populus, nunc autem Dco odibilis, ſed verba eius inſeres cordi tuo & erunt inconcuſſa atque immota ante oculos tuos. Attende tibiipſi, ne derelinquas Leuitam omnibus diebus vitæ tuæ, hoc eſt miniſtros Domini. Sacerdotes enim Leuitæ etiamnum ſunt. Ipſi enim portant peccata populi. Attende tibiipſi ne forte fiat in corde tuo verbum quod occultet quidpiam flagitij, hoc eſt ne curioſe & ſuperuacaneè confictis argumentis tibi ipſi blandiaris, magis autem dies tranſmittito vitæ iſtius tuæ citra vllius ſimulationis fucum, ceu per Hieremiam *Hier.21.* iubet Dominus, Ecce dedi ante faciem veſtram B viam vitæ & viam mortis, hoc eſt ſeruitutem & libertatem. Qui enim aliquãdo eramus tenebræ, nunc autem lux in Domino. Attende iis quæ ſunt in Domino, nequando præterfluant. Comedenti enim vuam acerbam obſtupeſcunt dentes. Vnuſquiſque peccato ſuo morietur. *ἡμωδία- σαν lege, ἡμωδιά- σαν ob- ſtupeſcũt.* Eccleſiaſtes ait, Tribuli & laquei in viis obliquis: qui autem cuſtodit animam ſuam effugiet ea. Omni cuſtodia ſerua cor tuum: ex eo enim exitus vitæ. Iterum, *Pro.24.* Præpara ad exitum opera tua & præparare in agrum, & vade poſt me, & reædificabis domum tuam, quæ quidem præ carioſa vetuſtate tranſgreſſionis Adam, collapſa erat: in baptiſmate au- C tem inſtaurata eſt, Apoſtolus item Paulus, Vide- *Eph.5.* te quomodo ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Et in apoſtolicis actibus, Attendite *Act.20.* vobiſipſis & vniuerſo gregi, in quo poſuit vos Spiritus ſanctus paſcere eccleſiam Dei. Et Ioan- *1.Ioh.2.* nes, Pueri, nouiſſima hora eſt, ſicut audiſtis de Antichriſto quia venit. Et nunc Antichriſti multi ſunt. Vnde ſcimus quia nouiſſima hora eſt. Dominus quoque, Attendite vobiſipſis à falſis pro- *Mat.7.* phetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Ipſi gloria in ſecula, A- D men.

De benigna & comi allocutione, Homilia 62.

BEnigna & ſuauis allocutio è bono cordis theſauro exerit ſe ac promit. Niſi enim quis ſuũ ipſius cor ab inutili garrulæ locutionis expurgarit abuſu: neutiquam is potuerit compellare fratres benigno affatu. Tametſi videri poſſit quædam diſſerere auditoribus, ingrati tamen futuri ſunt ſermones ac digni qui repudientur, neque enim rorulentam illam habent aſperginem gra- B tiæ Spiritus ſancti. Quiſquis cupit nonnihil prodeſſe verbo ſuo, à Dco verbo ſupplex poſtulet verbum in apertione oris ſui, quemadmodum & Eſaias ait, Dominus dat mihi linguam eruditam, *Eſay.50.* vt nouerim quem oporteat proferre ſermonem Inducit, Audite me & viuet in bonis anima veſtra Parœmiaſtes, Fauus mellis, ſermones boni: e- *Pro.12* dulcatio autem eorum, auditio & ſanitas animæ. Quanticunque enim ad parandam ſalutem pertinentes depromuntur, perquam ſuauem dulcedinem atque ſanitatem ingignunt animæ. Sed & prudens in negotiis, inuentor bonorum. Labia amabilia ſunt, quæ reſpondent ſermones bonos. A Et, Labia lenia occultãt triſtitiam cordis. Rurſus, Sermo triſtis excitat iras: lingua autem ſapientiũ bona ſcit. Medela enim linguæ, arbor vitæ. Iterum, Os iuſti diſtillat Sapientiam & labia iuſtorum diſtillant gratias. Et, Os humile meditatur ſapientiam. Rurſus, A fructibus oris anima viri replebitur bonis: retributio labiorum eius dabitur ei Rurſus, Labia veracia proſpere dirigunt teſtimonium, qui autem volunt habere pacem, lætabuntur. Melicus hymnorum concentor, Eructauit cor meũ verbũ bonũ. Et, Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Et, Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit B laudem tuam. Sed & Paulus per epiſtolam dicit, *Col.4.* Sermo veſter ſemper in gratia, ſale ſit conditus: vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere. Et ad Romanos, Deſidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiritualis, ad confirmandos vos, ideſt ſimul conſolari in vobis per eam quæ inuicem eſt, ſidem. Iterum, Deprecantes vnumquemque veſtrum & conſulantes, vt ambuletis dignè Deo. Quiſquis igitur ſentit ſe à Deo accepiſſe doctrinæ donum, loquatur omni cum modeſtia vt aliis ſit ædificationi: ne forte illi vertatur crimini quaſi qui talentum Dominicum occuluerit. Qui autem nondum do- C num tale accepit, ſileat interim nec è corde ſuo proſilientia verba nullius bonæ frugis proferat, ne forte in ſe audiat detorqueri, quod peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſ- *Pſ. 49.* ſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam & proieciſti ſermones meos retrorſum. Bonus ſiquidem homo de bono theſauro cordis ſui, hoc eſt dono Spiritus ſancti, profert bonum. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Non eſſe iurandum, Homilia 63.

IAm quod iurandum non ſit. Et quidem vetus D illa Lex quaſi ſua ſanciret decreta puſionibus qui necdum eſſent per ætatem ſanctioris diſciplinæ capaces, tantum illud eſt quod canet, vt nequis per intempeſtiuam occaſionem, neu per dolum iuret proximo ſuo. Nobis autem noſtræ omnium vindex ſalutis Dominus dicit, Omnino vt *Mat.5. Iac.5.* ne iuremus. Ait enim, Sit ſermo veſter, eſt eſt: nõ non. Quod autem abundantius eſt: à malo eſt. Ac *Subaudiẽdum niſi 3. adſint comites, Hier.c.4. lege præfationem.* ſi diceret, illi populo priori calloſæ admodum ceruicis ac præduræ mandaui ſic: Non peierabis, reddes autem Domino iuramenta tua. Populo nempe illi cui cor vſque adeò occaluerat, vt contumax ſemper fuerit nec credulus verbis meis. B Vos autem qui fidem quæ in me eſt, nihil granatim eſtis complexi, quibus & dedi poteſtatem filios Dei fieri, regeneratis iam ex Spiritu ſancto, *Niſi 3. illa adſint comites: veritas, iudiciũ & iuſtitia.* vos inquam adhortor, omnino vt ne iuretis, vt vel hoc diſcerniculo & inſigni declaretur, qui degeneres ſint, quiue legitimi mei filij. Revereamur dilectiſſimi eum qui nos tanto dignatus honore eſt, Dominum dico, & ipſius patrem. Sed & omni cum timore tanquam ingenui ac veraces ſerui hoc eius verbum ſedulo obſeruemus, vt ne iuremus omnino: ne quando in nos illud intorqueat, Filios genui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. Et, Filij alieni mentiti ſunt mihi. Ne *Eſay.1.* quæſo, aduerſus ſermonem hunc Dominicum te-

mere quicquam aut per contemptum admitta-
Rectius ε- mus. Etenim quæ à nobis vel fiunt, vel dicuntur
num ἐθί- citra iuramenti acceſſionem: fidem, multò apud
σῃς quā homines maiorem impetrant, ſuntque Deo longè
vt habet gratiora. Rectè igitur denunciat Sapientia, Iura-
exem. mento non aſſueſacias os tuum: & nomini ſancti
ἐπιθῆσῃς ne aſſueſcas. Qui enim per aſſuetudinem iurat,
apponas. nunquam purgabitur à peccato. Rurſum, Vir
Ecc. 23. multum iurans implebitur ignominia, & non re-
cedet ab eo flagellum. Sed vel ſola locutio viri
iuramentis aſſueti non ſolum capillos ſurrigit, ve-
rum aures inſuper infenſe & pugnaciter vellicat
audientium. Lex quoque dicit, Non iures per no-
Zac. 8. men meum in re iniuſta. Propheta item Zacha-
rias, Iuramentum mendax ne diligatis: veritatem
& pacem diligite. Dicit & Oſeë, Ne iuretis viuē-
Oſee 4. tem Dominum. Michæas, Et ero teſtis velox ad-
uerſus eos qui iurant in nomine meo mēdaciter.
Dicit & Iacobus per epiſtolā, Ante omnia fratres
Iaco. 5. nolite iurare, neque per cœlum, neque per ter-
rām, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit
autem ſermo veſter, eſt eſt: non non: vt non ſub
iudicio decidatis. Concinit his & Dominus ac
Mat. 5. ſaluator, Ego autem dico vobis, nolite iurare om-
nino neque per cœlum, quia ſedes Dei eſt: neque
per terram, quia ſcabellum pedum ipſius eſt: ne-
que per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt regis ma-
gni: at ne per caput tuum iuraueris, quia non po-
tes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit
autem ſermo veſter eſt eſt, non non: quod autem
his abundantius eſt, à malo eſt. Deo noſtro glo-
ria in ſecula, Amen.

De fideli cuſtodia commiſſi arcani,
Homilia 64.

ARcanum pectoris, vnius cuiuſpiam fidei con-
credere, eorum eſt qui ſunt intimi & dome-
ſticè noti, hoc eſt quos ſynceræ veritatis ac fidei
indelibatæ commendat integritas, non item eo-
rum qui externi ſunt, quorum videlicet fidem
nondum habes exploratam. Vobis enim datum
Mat. 13. eſt noſſe myſterium regni, ait Dominus. Qui igi-
tur ſuæ fidei commiſſum minùs fideliter cuſto-
dierit, proditor iam factus eſt regni. Sanè nimiſ-
quam neceſſarium ſit omni cum circunſpectione
prouidere te, vt myſterium tuæ ſemel concredi-
tum fidei contineas, penes te aſſerues & premas:
ne is qui tibi germane amicus eſt, ex amico inimi-
cus perſeueret nunquam conciliandus, quemad-
modum & diuina ſcriptura doctrice erudimur,
quæ & docet ſecretum nullo pacto euulgandum.
Dicit enim Parœmiaſtes, Qui celat iniuriā, quæ-
Pro. 17. rit amicitiam: qui autem renuit celare, diſſociat
amicos & domeſticos. Audiſti verbum? Commo-
riatur in te, ait Qui enim ſecretum reuelat, per-
Eccl. 27. dit fidem. Ruſus, Si reuelaueris ſecretum amici
tui, nunquam perſequaris poſt eum. Sicut enim
auē è manu tua dimiſiſti: ſic perdidiſti proximum
ἀπαλεί- tuum & non captes eum Noli perſequi eum, quia
ψας lege longe abeſt. Inducit, Vulnus liceat alligare, &
ἀπίλυ- conuitij eſt conciliatio: qui autem reuelauit ar-
σας. canum, perdidit fidem. Generoſæ igitur ac virilis
animæ eſt modis omnibus alterius ſecretum pe-
nes ſe recondere, nec vllam ob cauſam aut inne-
ctum triſtitiæ nubilum, prodere & euulgare ar-
canum cum fiducia concreditum. In ſuſtinendo
quidem vel ad horam, & continenter premendo
ſecretum, nonnihil principio aditur laboris: de-
mum incredibilem gaudij vindemiabis dulcedi-
nem ex fructu continentis linguæ. Seruus enim
fidelis ſi eſt, dominicum arcanum penes ſe tacitus
ſeruat. Ait enim & Dominus diſcipulis ſuis, Vo-
bis datum eſt noſſe myſteria regni Dei: illis au-
tem, nempe externis omnia in parabolis dicun-
tur, vt videntes videant, & non intelligant. Ipſi
gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Non cuiuis intempeſtiuiter aut temere committendum
arcanum, Homil. 65.

VNicuilibet obuio cōcredere ſui arcanum pe-
ctoris, id peculiare eſt animæ prorſus ineru-
ditæ & quæ nihildum experta eſt decori atque
honeſtatis. Pleroſque contigit perplexas atque
vix tolerabiles incidere afflictiones, ex eo quòd
quibus non debebant, nimiſquam temere ſe cre-
diderunt. Neceſſe igitur ſit circonſpectum & co-
mite conſilio agere omnia nec inconſultè vt ferè
fit, ſecretum cuiquam committere, vt ne demum
per tuam temeritatem, fructus demettas doloris.
Ad aures enim imprudentis bonum eſt nihil di-
cere, vt & Salomon ait, ne ſortè ſubſannet erudi-
tos tuos ſermones. Docet autem & alius Sapiens,
Cum ſtulto noli inire conſilium: non enim pote-
rit tegere verbum. Rurſus, Omni homini ne pro-
das cor tuum, neque omnem hominem induc in
domum tuam Multę enim ſunt inſidiæ calumnia- *Pro. 25.*
toris. Rurſum. Coram alieno nihil facias ſecreti. *πολλὰ*
Neque enim ſcis, quid pariet. Iterum, Vir bilin- *τὰ ἐνέ-*
guis reuelat conſilia in concilio habita: qui autē *δρα τοῦ*
fidelis eſt ſpiritu, occultat rem. Michæas propho- *διαβόλου*
ta clamat, Noli fidem habere amicis & à contho- *βουλὰς*
rali tua caue & nihil illius fidei committe. Hoc *τὰς δὲ*
eò dixit, ne ſortè eadem toleremus quæ & Samp- *συνε-*
ſon. Iuſto enim huic quæ cum ipſo viuebat com- *δρίῳ.*
muniter, inexplicabiles conciuit turbas. Samp-
ſon enim propoſiti problematis ſolutionem enū-
ciarat, id quod non mediocrem inuexit viro tri-
ſtitiam Nec ſecus altera thori cōſors, nempe Da- *Iud. 16.*
lida ſubdolis & illicibus verbis iuſto cum impo-
ſuiſſet, effecit vt hic tantus publicę eſſet inſulta-
tioni inimicis ſuis, is qui angelica promiſſione
conceptus eſt, pérque annos viginti gentis Iſrae-
liticæ iudex fuerat. Idem manibus in leonis ora
iniectis ipſum diſſecuerat, In mādibula aſini mil-
le peremit viros, ex eadem maxilla ſcaturientem
bibit aquam, hic exuperanti fretus robore por-
tas Gazæ vrbis cum emouiſſet loco, vnà cum ſe-
ris, humeris impoſitas, ſuſtulit in montem, Et hic
tantus abiectæ ac vilis mulierculæ ineſcatus ille-
cebris, momentò non tantum modò perdidit
fortitudinem, ſed excauatis atque effoſſis oculo-
rum orbibus, ad ludibrium expoſitus eſt puerulis
gentis Philiſtinæ hoc eſt alienigenę, quibus cum
oppreſſus diem ſuum obiit. Sequi igitur debemus
Dominicam illam ſententiam, quæ dicit, Nolite *Matt. 7.*
dare ſancta canibus, neque proiiciatis margari-
tas veſtras ante porcos: ne forte conculcent eas
pedibus & conuerſi diſrumpant vos. Ipſi gloria
in ſecula ſeculorum, Amen.

De veritate, Homilia 66.

MIrahere forſan pater mihi venerabilis Euſtathie túque & qni lecturi ſunt præſentis operis commentationem, cur veſtra exhortatione admonitus vt ſcriberem & à vobis cum ſim auſpicatus telam pertexere iſtius operis, mox tamen quaſi meiipſius oblitus, haſce conciones ita pertexui, vt videri poſſim diſcipulis quibuſdam loqui, quibus lacte opus ſit eruditionis & doctrinæ. Atque nemo miretur, neque vicariam hanc permutationem temerè obiiciat factam eſſe per ignorationem aut incogitantiam, magis verò gratum habeat timorem non vſquequaque aſpernabilem, quo ſubueritus detrectabam munus ſcribendi. Neque enim meiipſius oblitus ſum. Sed iam ad cauſæ redditionem venio. Occaſionem enim operoſæ iſtius lucubrationis ſic digeſtæ nouerit lector fuiſſe hanc, vt per capita tibi pater diſtinguerem & contraherem in compendium diuinam omnem ſcripturam, veteremque & nouam. Tale enim ſcribendi munus veſtra ſuſcepi exhortatione, quod momentis ſingulis loca & ciuitates permutare cogimur, per hanc Chaldaicæ gentis tempeſtatem, quæ totum propè terrarum orbem ſua premit tyrannide. Cum verò teſtimonia doctrinæ diuinitus inſpiratæ quàm veriſſime ſcripta nonnihil egeant ſermone morali, perinde atque ſi fabrica quæpiam operoſior & faſtigioſa magnifico ſumptu ingentium lapidum ac pretioſorum ſubſtructa ſit & compacta, egeat nihilominus ad abſolutam & ſolidam ſubſtructionem minutulis ſcrupis & ruduſculis perquam tenuibus: huiuſce rei gratia viſum eſt ſummariam delineationem præſentis opuſculi tali ſerie digerere & efformare, interim non auſus vel vobis peculiariter, ſed in commune omnibus qualemcunque hanc inferre doctrinam. Siquidē ingenioli mei imbecillitas mihi ſatis ſupérque perſuaſa eſt & perſpecta, nec minus exploratam habeo & compertam eximiam animi veſtri lenitatem. Nunc autem cum eò ſit prouectus liber, vt de veritate mihi ſit diſſerendum: neceſſarium duxi eū tibi dicare peculiariter quaſi diuinū quoddam & inſigne munus. Prorſum veritas Deus eſt, Neceſſe igitur ſit, vt homo omnis, (ſi modo veritatis eſt amatiſſimus) in votis habeat hoc primū & oret ſibi indulgeri germanæ veritatis cognitionem, déque ea ſermonem edisſerat prorſus amatore veritatis dignum, iuxta illius ſententiam qui dixit: Ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque. Veritas enim ad eos recipiet & illuſtrabit, qui eam opere ipſo exercent. Quemadmodum, igitur qui profert mendacium, contaminat ac defœdat cor & os. (Nihil enim ab hoſte humanæ ſalutis differt mendacium. Pater enim mendacij diabolus eſt): ita & qui veritatem loquitur, animam ſanctificat & os & reliqua corporis membra. Veritas enim Chriſtus eſt. Admonens autem propheta Zacharias populum illum malè morigerum, ait: Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, & iudicium pacificū iudicate. Alius, Labia veracia dirigūt teſtimoniū: qui autem conſeruare volunt pacem, lætabūtur. Iterum, Veritatem poſſide & ne abieceris ſapiētiam atque diſciplinam: quia os verax implebitur riſu, hoc eſt gaudio. Dauid, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in mōte ſancto tuo? Inſert, Qui ingreditur ſine macula & operatur iuſtitiam. Qui loquitur veritatem in corde ſuo, hoc eſt corde. Principium ſermonum tuorum veritas: & in omnia ſecula iudicia iuſtitiæ tuæ. Etenim opera manuum tuarum veritas & iudicium. Et, Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam. Propter hoc intende, proſperè procede, & regna propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam. In ore enim inimicorum meorum non eſt veritas, quia cor eorum vanum eſt. Sepulchrum patens, guttur eorum, linguis ſuis doloſe egerūt, propter hoc iudica illos Deus. Sed & veredicus Iob, Non enim eluſi verba Sancti Dei mei. Parœmiaſtes: Melior eſt pauper in veritate ambulans diuite mendace. Facere enim quæ iuſta ſunt, & loqui veritatem accepta ſunt Deo magis quàm ſanguis victimarum. Rurſus, Aperiens è labiis recta, quia veritatem meditabitur guttur meum: execrabilia autem in conſpectu meo labia mendacia. Item Apoſtolus, Deponentes igitur mendacium loquimini veritatem vnuſquiſque cùm proximo ſuo, quia ſumus inuicem membra. Et, In charitate non ficta, in verbo veritatis. Ioannes quoque, Scimus quia filius Dei venit & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto. Hic eſt verus Deus & vita æterna. Qui enim veritatem loquitur: in Deo manet. Neceſſe igitur ſit ex hominis ore nullum effundi ſermonem, qui non veritate omnimoda nitatur: vt Spiritus ille veritatis qui idem Deus eſt, intelligatur in hac etiamnum carne ſibi delegiſſe domicilium. Qui per hoc apud omne hominum genus comperitur veridicus, atque ita demum glorificabitur Dominus inhabitans hominem. In omni verbo verax eſt Dominus, nec vllum poſſit in ipſo deprehendi mendacij veſtigium. Quotquot igitur ſemet irretiunt mendaciorum funiculis, fruſtrantur & eludunt Dominum, fiúntque prædones Domini, dum id quod penes ſe depoſitum eſt, nō reddunt incolume & ſanum. Spiritum enim acceperunt nulla contage mendacij decolorem. Hunc ſi reddiderint Domino interſtinctum variis mendaciorum notis: vtique videri poſſunt contaminaſſe depoſitum. quo fit, vt dici debeant rei alienæ ſuppilatores. Iam veritatem quiſquis cuſtodit ac tuetur, citra difficultatem vllam poteſt ſibi emereri beatam vitam. Ab ipſa enim protegitur veritate, ne unde talem adoriatur & vrgeat quidpiam mali. Iure igitur & pro decoro tuendi hactenus cœpti ordinis ſermonem hunc (qui de veritate eſt) ſuccedaneum tibi vni ô venerabilis pater Euſtathi conſecrauimus. Semper enim Chriſtum indutus, in ipſo & viuis & moueris. vtque homo verax præcipuo & exuberanti amore ipſam deperis veritatem, Chriſtum: quem vnà cum patre & Spiritu ſancto compar addecet gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Pandectē cur librū hūc dixerit Ex vtroque ſcilicet teſtamento quatenus ad argumentū ſiſceptum ſatis erat.

A ſimili confirmatio.

μικρῶν *ψαλακίων* [sic]

Veritas Deus.

Pſ. 118.

Zac. 8.

Pro. 23.

Pſ. 14.

Pro. 19.

Pro. 12.

Eph. 4.

τῆς ἀληθείας ἐραστὴς μανικώτατος.

Neminem præter decorum & diſcretionem coargui debere. Homil. 67.

PRoximum coarguere ſecundum Deū, Deo ipſi quam ſit gratioſum & amabile, quis explicet? Aliud enim eſt nihil, quam inſigne fraternæ dilectionis argumentum ac piæ erga proximum voluntatis illuſtre ſignum alieno peri-

Appendix. Q

culo indoleſcentis,ſyncero cordis affectu & mū- A
da prorſus conſcientia. In timore autē Dei id fiat
nec ſine indiuidua eius comitę, miſericordia vnū
aliquem arguere hoc nimirum mentis ſcopo, vt
ad rectitudinis reuoces viam & conuertas pecca-
tum, Id quidem fiat, oportet: ſed & neceſſe ſit di-
ſcretionis aciem intendere vbi & quò loci ſit ne-
ceſſaria reprehenſio. Vir potens authoritatę, ſiue
diuitiis ſuffarcinatus neutiquam reprehendēdus
venit inanis gloriæ: potius enim huic impendens
periculum futuræ ignominiæ conuenit inductis
exemplis demonſtrare. Hoc enim pacto tales nō
illibenter admittent reprehenſionem. Conſimili
ratione nihil profuerit eum increpare, qui à pec- B
catis interquieuit, quémque prioris pœnitet vitę.
Quòd ſi dicis reprehendere te per charitatem er-
ga Deum & proximum: primum vide illi incla-
reſcat delictorum grauitas, nec iam mœrore aut
triſtitia contabeſcit reprehenſus, Scriptum quip-
Prou.27. pe eſt in prouerbiis, Melior eſt reprehenſio ma-
nifeſta, quàm abſcondita amicitia. Fideliora enim
ſunt vulnera amici, quàm voluntaria oſcula ini-
mici. Melior enim qui reprehendit, viro iniuſto
& ceruicis duræ. Eius enim qui repente inflam-
Prou. 28. meſcit ira, non eſt ſanitas. Rurſus, Qui oſtendit
homini vias ſuas, plus habebit gratiæ eo, qui ad
gratiam linguam ſuam componit. Iterum, Noli C
arguere malos, nequando oderint te: argue ſa-
pientem, & diliget te. Da ſapienti occaſionem,
& ſapientior erit: notifica iuſto, & addet vt acci-
piat. Iterum, Qui annuit oculo cum dolo, con-
gregat viris triſtitias: qui autem cum libertate re-
prehendit, habet pacem. Argue amicum, ne fortè
non fecit. Et ſi fecit, vt ne addat. Eadem prorſus
Eccl. 19. Lex ait, Argues proximum tuum, ne forte non
fecerit. Quod ſi fecit, ne adiiciat. Quàm bonum
eſt arguere potius quàm iraſci occulte? Inducit,
Ecc.27. In conuiuio vini ne arguas proximum, & ne ſpre-
ueris eum in lætitia eius. Item. Si argueris prudē-
tem, conſiderabit ſenſum: cor ſenſitiuum, anima D
illius triſtis eſt. Qui autem reprehendunt, ſibiipſis
videntur quàm ſint, eſſe meliores. Paulus item Ti-
1.Tim. 5. motheo ait, Peccantes coram omnibus argue, vt
& cęteri timorem habeant. Rurſus, Argue, in-
crepa, obſecra, Sed & is qui nos ad ſalutem ma-
Mat. 18. gnopere ſtudet prouehere Dominus ac ſaluator
noſter, hunc in modum nos adhortatur. Si pec-
cauerit in te frater tuus: vade, corripe eum inter
te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrē
tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum v-
num aut duos: vt in ore duorum aut trium teſtiū,
ſtet omne verbum. Quod ſi nec hos audierit, dic
Eccleſię. Si autem nec eccleſiam audierit: ſit tibi E
tanquam ethnicus & publicanus. Deo noſtro glo-
ria in ſecula, Amen.

Vt ipſe coarguaris, debes expetere, Homilia 68.

HOmo (ſiquidem de ſe quā modeſtiſſime ſen-
tit, ſéque pro abiecto habet & vili) multa cū
animi voluptate & beneuolētia eas exceptat quę
in ſe recidunt, correptiones aut quamlibet aſpe-
ram obiurgationē. Beatus igitur Monachus qui
περίψη- ſeipſum aliud eſſe cenſet nihil, quam omnium
μα πα- peripſema. Incredibili enim lætitia perfunditur

A tacitus ſuper priua deiectione & contemptu, (dū
ſeipſum deputat nec fucatè cæteris tantò eſſe mi- *mentum,*
norem) magis quàm pro exhibito honore aut pro *quiſque-*
prij celebritate nominis. Vnde & talis à Deo prę- *ſuas lima-*
dicatur beatus iuxta Eſaiæ teſtimonium dicentis, *turam.*
Sanctificate eum qui extenuat animam ſuam: qui
autem odit correptiones, imprudens eſt. Sed &
huic impendet non ſimplex perturbatio: qui au-
tem diligit eas, liquet hunc nulla iam percelli a-
nimi perturbatione, ſed ſedato eſt animo. Quàm
igitur profuerit benigne eos excipere, qui nos
ſuis exercent ſannis & ſcommatibus quamlibet
amarulentis: prę illis qui nos adornant ſuis com-
B mentitiis laudibus? qui iuxta ſcripturam nihil
ab eo differunt, qui maledicit. Idem rurſus Eſaias
Audite verbum Domini, qui intremiſcitis ad ſer-
monem eius. Dicite his qui vos oderunt & exe-
crantur, Fratres mei. Sed & Parœmiaſtes, Conte-
rit comminatio cor prudentis: imprudens autem
etiam flagellatus non ſentit. Iterum, Qui repellit
diſciplinam, odit ſeipſum: qui autem ſeruat cor-
reptiones, poſſidet prudentiam. Rurſus, Qui ha-
bet prudentiam, in bonis erit: & qui cuſtodit cor-
reptiones, ſapiens efficietur. Et, Qui ſeruat in- *Prou. 15.*
crepationes, ſuam ipſius diligit animam: qui autē
oderunt, ignominioſe moriuntur. Et, Pauperta-
C tem & ignominiam aufert diſciplina: qui autem
cuſtodit correctiones, glorificabitur. Rurſum, pla-
gæ & obiurgationes tribuunt ſapientiam: puer
autem deërrans confundit parentes ſuos. Iterum,
Qui diligit diſciplinam, diligit ſenſum: qui autem *Prou. 12.*
odit increpationes, imprudens. Dauid quoque,
Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira
tua corripias me. Non quidem quòd is depreca-
retur aut defugeret vitabundus Dominicam cor-
reptionem, Sed eam quę cum ira graui infertur,
diſciplinam à ſe precatione hac vſus amolieba- *Pſ.140.*
tur ac depellebat. Infert enim, Corripiet me iu-
ſtus in miſericordia & increpabit me. Sanequam
D eum par eſt magnum cenſeri & admirabilem qui
cum increpatur acrius & ignominia non leui a-
ſpergitur, perfert tamen, quemadmodum ho-
neſta illa Chananitis magnique meriti quæ qui-
dem ſimul atque à Domino audiſſet, Non eſt *Mat. 15.*
bonum ſumere panem filiorum & mittere ca- *κυναρίο-*
tellis: non hæc modò indignata non eſt, ſed ex *ις.*
diuerſo ſeipſam extenuans reſpondit, Imò Do-
mine. Etenim catelli edunt de bucellis quæ ca-
dunt de menſa dominorum ſuorum. Hoc reſpō-
ſo in admirationem tantæ iſtius & humilitatis &
fidei ſe ſurrigens Dominus, Dixit: O mulier, ma-
gna eſt fides tua. Fiat tibi, ſicut vis. Ipſi gloria in
E ſecula, Amen.

De pudore & verecundia. Homil. 69.

VErecundia Chariſſimi, ſiue pudor qui ſecun-
dum Deum eſt, quanto prænitet decore?
Nihil enim admittit in ſyncerum aut permiſtum,
nulla pallenti rubigine vitiatur hypocriſeos,
nihil in ſe prorſum habet quod reprehenſio-
ne dignum ſit. Nec ſolum, ſed & inter Deum
noſque ſequeſter eſt. Pudorem hunc igitur
anteuertamus aſſequi, vt in Dominico aduentu
maiore cum fiducia præſentemur. Vicinus enim
illius aduentus eſt & ecce pro foribus adſiſtit.

Quæ

Quæ enim ſecundum Deum verecundia eſt, ne annutu quidem aut vultu arrecto auſit quicquã petere, aut quiduis præſente Deo liberius depromere, præ malorum multitudine quorum ipſi nobis conſcij ſumus. Si quãdo igitur dedecore quopiam aut probro aſpergemur, mox cogitemus eã impreſſionem nobis inflictam pro cumulo gloriæ quam nobis à Deo datum iri ſperamus, cúmque actione gratiarũ nihil ægre illam toleremus. Magno enim cómodo noſtro ſinit Deus eam nobis infligi, atque ita interim dum ignominia percellimur, ſecuri erimus triſtitiæ omnis vlla nos concietmentis intemperies. Sane non parum vereri debemus Dominum qui tanta lenitate malorum omnium quæ geſſimus, obliuiſcitur, ſi quando alias, nunc maximè temporis, iuxta id quod dictũ eſt, Neque enim nũc vel oggannire licet aut aperire os. Siquidem Domine ſeruis tuis & iis qui te colunt, confuſio iniuſta eſt & illatum opprobriũ. Tibi enim Deo noſtro iuſtitia, nobis autem confuſio vultus noſtri, vt hæc probat dies, nobis, principibus noſtris & regibus noſtris, quia peccauimus, inique egimus & à rectitudine deflexímus viæ tuæ, nec mandatis tuis obediuimus. Quæ enim prophetico afflatus ſpiritu futura præcinuit

Hier. 31. Hieremias, nunc temporis contigère. Is enim ait, Confuſi ſumus, quia audiuimus opprobrium noſtrum. Operuit ignominia faciem noſtram, quia ingreſſi ſunt alienigenæ ſanctuaria noſtra, in do-

Pſ. 68. mũ Domini. Sed & Dauid, Tu ſcis improperium meũ & confuſionem meam, quia tota die confuſio mea contra me eſt. Et, Confuſio faciei meæ cooperuit me. Eiuſmodi igitur pudor ſiue vere-

Eccl. 4. cundia planè bona eſt, cum ſecundũ Deũ ſit, vt quæ hominem adducit ad pœnitentiam ac proinde non mediocrem adfert animæ fiduciam. Eſt autem & altera confuſionis ſiue verecundiæ ſpecies planè noxia ac detrimentoſa ſecundũ ſcripturam quæ dicit, Eſt confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio gloria & gratia. Plærique enim dum alios improbo timore verentur, in Dia-

μὰ hic vacat. boli retia non ſemel reuoluti ſunt. Infert, Qui nõ reuelat impietatẽ ſuam, non proſperabitur: qui

Prou. 8. autem exponit & reprehendit, diligetur. Rurſus, Iuſtus accuſator eſt ſuiipſius in principio ſermonis. Et, Quanto tempore innocentes proximè ſequuntur iuſtitiã, non confundentur. Noſſe enim legem, mentis eſt bonæ. Inducit, Beatus qui in omnibus timet propter circumſpectionem. Et, Præpara ad exitum opera tua. Et Ne confundaris confiteri peccata tua. Non mediocri opus homini eſt lumine diſcretionis, vt norit vbi debeat ſuppudeſcere & circunfundi verecundia, quę ad animæ ſuę promoueat ſalutem, vbi contra debeat eam à ſe recellere ac propellere, quòd ad peccatum ducat. Liceat enim inuenire qui polliceatur quidem ſuoipſius amico verecundi pudoris gratiam, denique eum ipſum ſortitus gratuito inimicũ. Nos igitur dilectiſſimi eam verecundiæ ſpeciem pro virili nobis adſciſcamus quæ ſecundum Deũ eſt, imitati Publicani illius examplũ, qui vel in cœlum ſuſpicere & attollere oculos verebatur, interim ſuũ tundens pectus, hiſque orans verbis, Deus propitius eſto mihi peccatori, vt illius exemplo abſolutam peccatorum remiſſionẽ mereamur aſſequi, in Chriſto Ieſu Dño noſtro,

Appendix.

cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

De modeſtia animi ſiue humilitate, Homil. 70.

Modeſtia animi ſeſe vltrò demittentis ſiue humilitas hominem altiuolum efficit & aëriuagum. Quantò enim quis ſe infra ſe deiicit: tãto hunc ſublimius ſubuehit Deus & alleuat. Sic

Exod. 18. ἰοθώρ. Ietro. Moſes, qui Deo tam familiariter congrediebatur. Hic tantus, de ſe cum modeſtiſſimè ſentiret, conſilium neutiquam auerſatus eſt ſui ſoceri Ietro, tametſi tãta prius fuiſſet nempe anguſtiſſima Dei viſione perfruitus. Verùm quæcunque ille ſuggeſſerat, hic effecit: eóque ipſum Deus prætar cęteros omnes qui in terra morabantur, euexit in ſu-

Iud. 8. blime. Haud ſecus Gedæon reſpondebat tribui Ephraim moderata vſus & eo opportuniore prudentia, dum dicit, Quid feci, nunc vt vos feciſtis? Nũquid non melior eſt racemulus Ephraim: quã vindamia Abiezer? In manibus veſtris tradidit Dominus principes Madian. Ecquid tale facere potui, quale vos? Atqui huic Deus eam contulerat victoriam in trecentis viris. Cæterum iuſtus hic modeſtia ac lenitate reſponſi excitatam iram repreſſit ac ſedauit, quin prius aliquantò, Angelo reſpondit, Quis ſum ego, aut quæ eſt Domus patris mei? Millenarius meus abiectior eſt & hu-

Ecc. 3. milior in Manaſſe. Sapiens quidam dicit, Quãto maior es, tanto humilia teipſum: & coram Domino inuenies gratiam. Nam opera omnia humiliantis ſe manifeſta ſunt & conſpicua oculis Domini. Os enim humile meditatur ſapientiam: intellectus autem bonus dat gratiam. Ait

Pſ. 70. item Pſaltes regius, Ego autem ſum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Rurſus, Tanquam prodigium factus ſum multis, & tu adiutor meus fortis. Qui de ſe moderate ſentit & opus tractat ſpirituale: interim diuinas dum legit ſcripturas, quæcunque occurrunt, vniuerſa in ſeipſum tacita cogitatione reflectit, & non in alterum. Si cupimus Deo noſtro magnopere eſſe gratioſi & amabiles, amicitiámque eius fœliciſſimam exoſculari ſuauiſſimè & amplecti: mentem illi noſtram exhibeamus nudam & ab omni concretione materiæ defecatã, quæ nihil ſeculi iſtius alicunde ad ſe adſciſcat, nullas aduocet molitiones fraudum, nihil commentitium aut ſophiſticum, non item cauſificationes ſiue diſceptationes iuris. Auerſatur enim numen illud eos, qui ſe adeunt ſupercilioſa quadam freti perſuaſione. Contra, ſi quis Deicola ac pius de ſe alioqui quàm abiectiſſime ſentiens, neutiquam turgeſcens aut valuti extuberans inani faſtu, nihil temere ſibi adſcribens meritorum tacita cogitatione, magis verò qui ſe inutilem eſſe ſeruum deputet: hunc talem clementer reſpicit Dominus, eiuſque inhabitat mẽtem gratia Dei. Veriſſimæ humilitatis inſigne hoc eſt, nullas in quempiam intorquere contumelias, ſed ab aliis in te contortas generoſe & infracto perferre animo, Siquidem nemo (modo is ſit non ſucatè humilis) qui cauſificetur aut partes vnquam ſuſtineat tuendi ſe. Vt e-

Homœoſis nim arborum ramos exuberans copia fructuum deorſum verſus inflectit: ita & acceſſio diues virtutum ſenſum hominis ſe poſſidentis demit-

Similitudo altera. tit atque humiliat. Rurſus quemadmodum ſtatu-

men aut vineę pedamentum ramum communit ac geſtitat fructuum vbertate prægnantem: ita timor Dei eum ſuffulſit, qui virtute adornat ſe. Beatus ille Paulus extenuans ac ſupprimens *Rom. 7.* noſtrum hunc faſtum per epiſtolam dicit, Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Iterum, Vt purgamenta mundi facti ſumus, omnium peripſema. *περίψημα.* Hæc porro verba in exemplum poſita ſunt inſinuãdæ humilitatis. Rurſus, *Eph. 2.* Cognoſcite gratiam Dei, quia propter nos diues cum eſſet, pauper factus eſt: vt nos illius paupertate diuites eſſemus. Inducit, Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino, *ἐκλήθημεν.* digne vt ambulemus vocatione qua vocati ſumus, cum omni humilitate & manſuetudine cum longanimitate ſupportantes inuicem in charitate. Denique infert, *1. Cor. 15.* Poſtremo omnium tanquam abortiuo viſus eſt & mihi. Ego enim ſum minimus apoſtolorũ, qui non ſum dignus vocari apoſtolus. Quiſquis igitur ſtudet indipiſci virtutem humilitatis, quæ à ſolo Deo prærogatur, ſimulque declinare parentem vanitatis ac Deo modis omnibus inuiſum tumorem ſuperbię, ceu prius dictum mihi eſt, nihil omittat eorum quæ conducunt ad parandam humilitatis legitimam functionem, ſed tali adſint habitus, pallium, inceſſus, ſedile, alimonia, ſtratus ſermo, ipſe corporis motus, aſpectus, congreſſus cum proximo ac familiare colloquium, denique quæ ab illo cum labore fiunt: ad frugalitatem & parcimoniam ſpectent omnia. In primis ſuo de ſe iudicio ne ſe totum permittat, memor ſit Domini qui nequaquam indignum duxit ſubmittere ſe lauandis diſcipulorum pedibus, qui & dixit: *Ioh. 13.* Exemplum enim dedi vobis nempe humilitatis, vt quemadmodum feci vobis & vos facite in vicem. Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De eo quod proximo condonandum ſit, Homilia 71.

VT proximo ignoſcas in plenitudine cordis, Dominicum vrget te mandatum vniuerſo hominum generi apprime ſalutiferum. Domini autẽ mandatum, æterna eſt vita. Itaque condonando proximis, veniam ipſi impetramus. Sin remittim' ex animo: noſtra ipſorum peccata per hoc quaſi quopiam ſignaculo inſignimus, ne veniam promereantur. Quis igitur (ſapiens modo ſit) qui cũ magnopere cupiat ſuorum nec vlli numerandorum delictorum perfrui abſolutione, non cum ingenti gaudio feſtinet proximo condonare minutiſſimos quoſque defectus? Iam hoc à nobis vt fiat non ore ſolum præſcripſit Dominus: ſed & opere ipſo præmonſtrauit, quo pacto expleri debeat. Patrem enim ſuum cruci confixus interpellabat, ipſis apprecatus veniam, qui ſe extreme & iniquiſſime diuexabant. Pater (ait) dimitte illis: *Luc. 9.* non enim ſciunt, quid faciunt. Quin & aliquanto prius, cum dequererentur diſcipuli aduerſus quoſdam Samaritas: vt qui hos detrectarant excipere hoſpitio, rogarent proinde ſic inclementes igne cœlitus miſſo conſumi, quid reſpondit Dominus? Vtique eos increpuit: Neſcitis, inquit, cuius patris eſtis? nimirum mãſueti clemẽtis & benigni. Hoc ipſum nos propheticis oraculis edocuit Dominus. *Zac. 7.* Ait enim Zacharias, Iudiciũ iuſtum iudicate: miſericordiam & miſerationem facite vnuſquiſque cum proximo ſuo. Sed & Paulus, A Eſtote igitur inuicem benigni, miſericordes, imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, donantes vobiſmetipſis, *Eph. 4.* ſicut & Deus donauit vobis. Abdias item propheta, Quemadmodum feciſti, fiet tibi. Retributio tua retribuetur in caput tuum. Debemus ſane alienis indoleſcere malis, nec grauatim mutuas donare offenſas: ſumus enim vnum corpus & alteri aliorum membra. Debemus inſuper idipſum inter nos atque idem ſapere. Perculſi terrore formidabilis ſententiæ Domini, ex corde in vicem remittamus offenſas. Dixit enim, quia ſic faciet vobiſcum pater meus cœleſtis, ſi non dimiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris peccata ipſorum. Serue (ait) nequam omne B illud debitum dimiſi tibi, quia rogaſti me, Nonne oportebat & te miſereri conſeruo tuo, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus tradidit eum tortoribus, quouſque redderet omne debitum. Quin Petro roganti, Quoties dimittam fratri meo, ſi peccauerit in me? Vſque ſepties? *Mat. 18.* Reſpondit Dominus, Non dico vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Eóque ſubiecit, Dimittite, & dimittetur vobis. Quod ſi peccauerit in te frater tuus, corripe eum. Si reſipuerit per pœnitentiam, dimitte ei. Si ſepties etiamnum in die ad te reuerſus fuerit, dicens: Me pœnitet, dimitte ei. Deum noſtrum addecet gloria in ſecula ſeculorum, C Amẽ.

Quod pro inuicem orandum ſit, & quamlibet inimicis, Homilia 72.

PRæclare nobiſcum agetur fratres, ſi per omnia ingrediemur ad præſcriptã nobis à Chriſto formulã mandatorũ, *Argumentum à ſimili.* quandoquidem ſic alterum alteri cohæreſcit & innectitur, quaſi annuli aureæ cuiuſpiã catenulę cõſerti inter ſe & implexi. Fidelia enim omnia mandata eius, confirmata in ſeculum ſeculi. Prorſus neceſſe ſit eum qui velit verus eſſe Chriſti diſcipulus, tanto erga Chriſtum ſuccendi charitatis ardore: vt ne vllũ quidem mandatorum ipſius prætergrediatur, tametſi id exigui momenti aut graue eſſe videatur. D Ipſe enim dixit, Si diligitis me, mandata mea ſeruate. *Mat. 5.* Rurſus, Amen dico vobis, niſi abundauerit iuſtitia veſtra, pluſquam ſcribarum & phariſæorum: nunquam intrabitis in regnum cœlorum. Et quidẽ dilectiſſimi heſterna collatione ediſſeruimus vobis, quã ſit neceſſe, vt ex animo ignoſcamus proximis: hodie verò non id ſuggerimus ſolùm charitati veſtræ, vt condonetis offenſas, quin & hortamur, vt pro illis quoque preces effundatis. Iam quando Dominus ipſe ac noſtræ aſſertor ſalutis vtraq; hęc obſeruari oportere ſanxit: nemo imposterum cenſeat grauia eſſe mandata eius. E Iugum enim meum ſuaue eſt, inquit, & onus meũ leue. *Mat. 11.* Non abludit à ſentẽtia Domini Apoſtolus, Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Ad eum modum inuenire liceat in diuinis ſcripturis mandatum hoc opere impleſſe ſanctos omnes verius multo abſoluiſſe omnia. Et quidem propheta ille Samuel populo reſpõdit, Abſit hoc à me, vt recedã à Domino, vt ceſſem clamare, vt deſinam orare pro vobis ad Dominum. Rurſus idem, *1. Reg. 7.* Abſit hoc à me, vt peccem in Domino, vt ceſſem orare pro vobis. Vt hunc admirabilem, è priſtinæ dignitatis gradu deiecerint Iudæi, imò exinaniuerint petito ſuper ſe rege: nulli arbitror non perſpicuum. Sed & Hieremias inſignis *Hier. 15.* etiam-

etiamnum propheta per Iudęorum ingratitudi- A
nem taota paſſus, pro eiſdem nullo non tempore
precabatur. Id verum eſſe liquido colligitur per
ea qoæ illi dicebat Deus: Et tu ne óres pro eis. Ne
Exod. 32. que enim exaudiam te. Ad eundem modum Mo-
ſes dicebat Deo, Si quidem dimittis eis peccatū:
dimitte. Quòd ſi noo, dele me de libro tuo. Et
hoc ſane uon illi modò faciebant, qui ſub veteris
teſtamenti viuebant iugo; ſed & qui ſub gratia
De hoc ſu- nouæ legis. Beatus Iacobus Domini frater ange-
ſeb. 2. c. licam vitam in terris cum vixiſſet, omnium ſuf-
23. Eccl. fragiis dici promeruit, Iuſtus, nimirum per con-
hiſt. sui uerſationem ſanctioris vitæ. Hic talis munimen-
conciunne tum erat populi. Feſtus igitur dies Paſchæ cum B
Hie. & illuxiſſet, inque templum multæ cōueniſſent my-
Sephron. riades Iudæorum, & hunc beatum in pinnaculū
templi extuliſſent: iuſte te obſecramus aiunt, vt
dicas populo, ne in poſterum exerret poſt eum,
qui dicitur Ieſus. Tibi enim omnes nos fidem ha-
bemus, Reſpondit beatus, Quid me interrogatis
de filio hominis? En ipſe ſedet ad dexteram Dei,
in excelſis, Exleges illi & iniqui pontifices ac
Phariſæi acclamarunt, O ô etiam Iuſtus hic in
errorem prolapſus eſt. Et dixerunt ad inuicem,
Malè fecimus, talem teſtem produximus qui ſe-
cundum ſe teſtimonium ferret pro Ieſu. Ipſo e-
nim audito non pauci ex plebe crediderunt. Cæ- C
teri qui cum eo aſcenderant, è ſublimi præcipita-
runt ſanctum, qui cum in genua recidiſſet, nec
ſtatim oppetiſſet mortem, ſed oraret pro ipſis: v-
nus filiorum Rhecam propius cum ſe illi admo-
uiſſet, audiuit orantem & dixit, Quid facitis? En
quoque pro vobis iuſtus orat. Tunc vnus quiſ-
piam arte fullo cum accuriſſet, lignum intorſit in
caluariam eius, quoquidem opifices illi ſordidas
veſtes exprimunt, vitamque illi ademit. Similem
in modum beatus Stephanus in medio conſiſtens
S. Steph. àniquorum exclamauit, Ecce video cœlos aper-
Act. 7. tos & filium Dei ſtantem à dextris ipſius. Cúmque
rapuiſſent eum, eiecerunt extra ciuitatem, & la- D
pidabant innocantem & dicentem, Domine ne
ſtattuas illis hoc peccatum. Ecce igitur ipſi per-
ſpicimus pro ſuis etiamnom inimicis oraſſe aduſ-
que mortem ſanctos. Iure quidem. Nam qui pro
ſe afficientibus iniuria quapiam effundit precem
illidit quidem & deturbat Dęmones, ſe autem
hoc ipſo opere declarat hæredem eſſe regni cœ-
1. Tim. 2. lorum. Admonet præterea Apoſtolus, vt pro om-
ni hominum oremus genere. Vtique cum ait, Pro
omnibus, per hoc indicat nos non pro amicis ſo-
lum, ſed & pro inimicis oportere orare. Itaque
ſi Domioi imitatores videri velimus, neceſſe ſit
non pro amicis ſolùm vt oremus, ſed & pro ini- E
micis, prouocati Domini exemplo. Ipſe enim o-
pere docuit facere hoc nos oportere. Siquidem
à cruce dum penderet, Patrem interpellauit pro
ſe crucifigentibus: pro amicis item antequam in
crucem ſurrigeretur, proque diſcipolis in myſti-
co illo conuiuio oraſſe legitur. Vos enim amici
Ioh. 17. mei eſtis, ait. Et, Iam non dico vos ſeruos. Ora-
bat tum dicens, Pater ſancte ſerua eos in nomine
tuo quos dediſti mihi. Rurſus oon rogo, vt tol-
las eos de muodo: ſed vt ſerues eos à malo. San-
ctifica eos in veritate tua. Sermo tuus veritas eſt.
gloria in ſecula, Amen.

Appendix.

De non quærendo quæ ſua ſunt,
Homilia 73.

QVemadmodum Dominico mandato vrge-
mur & mutuas donare offenſas & pro inuicē
orare: ita nec debemus quæ noſtra ipſorum
ſuot, quærere cupidius, ſed quæ fratrum, qui e-
iuſdem ſunt membra corporis, vt ne noſtro vitio
vllam adeant occaſionem noxæ aut detrimenti. Exo. 3.
Dixit enim Deus Moyſi, Solue calceamentum
pedum tuorum, hoc eſt, ſolue iuſtificationem tuā,
carnalem iſtam prudentiam ac faſtum propriæ
voluntatis. Locus enim in quo tu ſtas, terra ſancta
eſt, quam vtique ſortitò hæreditant manſueti.
B Nos itaque carnalis iſtius voluntatis noſtræ præ-
cidamus præputium, eam explentes quę Dei eſt:
ne ab eo excidamus, qui per Hieremiam dicit: Hier. 2.
me dereliquerunt fontem aquæ viuentis. Et, Am-
bulaueruot poſt voluntates ſuas malas. Magna
nobis cautione prouidendum, ne fratres noſtros
exatiemus poculo turbulentæ ſubuerſionis, oem- Rom. 14.
pe ſcandali. Si eoim propter cibum, ait Paulus,
frater tuus contriſtatur, aut ſcandalizatur, aut in-
firmatur, aut offendit: non iam ſecundum chari-
tatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro
quo Chriſtus mortuus eſt. Sic autem peccantes
in conſcientiam infirmam, in Chriſtum peccamus
C Ideoque ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, dica-
mus & nos qui religioſi ſumus, Non manducabo
carnes in æternum, vt ne fratrem meum ſcanda-
lizem. Hæc nihil obſcure faciebat fratres mei
beatus ille fidelis prorſus, Dei & Chriſti eius a-
mantiſſimus, idémque ſalutis proximorum cupiē
tiſſimus. Hic ne quis improbo ſuo exemplo ſcao-
dalizaretur, irreprebeoſibilem ſe per omnia ex-
hibebat, mortem deoique oppetiuit. Itaque fra-
tres in omnibus voluntati noſtrę iniiciamus frę-
num, proximi cauſa eam præcidentes; vt ne au-
thores vllius ſimus ſcandali aut ſubuerſionis au-
dientibus atque vitæ iſtius noſtrę inſtitutum ex-
D plorātibus. Ille perquam beatus qui pietatis tuē-
dæ gratia cuncta veretur ac timet. Scriptura nan-
que habet ac beatus Paulus, Nemo quęrat, quæ 1. Cor. 10.
ſua ſunt, ſed quę proximi. Irrepræhenſibiles eſto-
te, ait, & Iudæis & Græcis & Eccleſiæ Dei, quē-
admodum & ego omnibus per omnia placeo: nō
quærens quod mihi ipſi vtile eſt, ſed quæ multo-
rum, vt ſalui fiant. Et rurſus, Charitas non quę-
rit quę ſua ipſius ſunt, oon irritatur, omoia ſuſ-
fert, omnia ſuſtinet. Sed & is infert, Debemus au- 1. Cor. 13.
tem nos qui potentes ſumus, infirmitates impo-
tentium ſuſtinere, & non nobiſipſis placere. Ete- Rom. 15.
nim ipſe Chriſtus non ſibi ipſi placuit. Iterum,
E Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcan- 2. Cor. 11.
dalizatur, & ego oō vror? Sed & Dominus, Meus Ioh. 4.
cibus eſt, vt faciam volūtatem eius qui miſit me,
patris, & perficiam opus eius. Voluntas autem ip-
ſius eſt, vt ſaluem omnem hominem. Ruſus, De-
ſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam
ſed voluotatem eius qui miſit me, patris. Ipſi glo-
ria in ſecula ſeculorum, Amen.

De non concupiſcendo, Homilia 74.

SCriptum eſt quicunque ſpiritu Dei aguotur, Rom. 8.
hi filij ſunt Dei: Quod ſi filij Dei filias dili-
gunt humanum, hoc eſt, humani fauoris vel
exiſtimationis ducuntur affectibus: cui obſcu-
rum ſit talium commiſtura gigni in poſterum.

A Gigantes initio ſtatim conditi orbis celebres opinione atque famoſos? hoc eſt, è quibus germen emerſit gloriæ inanis, nempe ſuperbia, elatio, inflatio ſiue ſaltus, arrogantia ſiue immodica exiſtimatio ſui, iactãtia ſiue gloriatio. A ſeculo enim emerſit ſuperbia ac cæteri vitioſi affectus ex ipſa enati ſunt. Sed quid Deus? Non permanebit Spiritus meus in hominibus his in æternum, quia carnales ſunt per prauæ concupiſcentiæ corruptelã: quemadmodum & Paulus Galatas coarguens, dicit: quum Spiritu cœperitis, nunc carne conſummamini. egregiũ ſane fuerit, ſi quidem ab eiuſmodi quę in mundo ſunt, cũcupiſcentiis excidemur.

Gen. 6.

Gal. 3.

B Talis enim concupiſcentia omnis aduerſus ſpiritum militat, Cor enim voluptatum affectatoris carcer vtique eſt & catena animæ in ipſo exitus articulo: contrà, induſtrio & laboris patienti vt libera euolet, aperta eſt ianua. Affectus nanque concupiſcentiæ germen eſt ex otio ſuppullulans. Otium enim ſuo velut ſemine gignit concupiſcentiam, atque animi lentorem, magis verò deſperationem. Si enim recto rationis iudicio perpenderemus, quia ſuper terram inquilini ſumus, & quia celerius emigrandum hinc nobis eſt: cuncta vtique iſtæc temporaria obnoxia corruptioni & quæ nos rapidiſſimi torrentis inſtar prætereunt, neutiquã tanto expeteremus ſtudio, quip-

φιλήδονος καὶ φιλόπονος.

Otium parens concupiſcentiæ, acediæ ac deſperationis.

C pe quę noſtra non ſunt ac vix tantillo durant tẽpore. Quare ſinum noſtræ concupiſcentiæ fuſiſſime laxemus ad ea quæ verè noſtra ſunt, & quæ perennabunt nobiſcum, nimirum vt ſimus cum Chriſto, vt eius incogitabili dulcedine atque regno mereamur perfrui. Nam qui tales, præſentis iſtius ſeculi omnia, diuitias dico, gloriam, præfecturam, decoram atque amabilem corporis elegantiam vt fœdiſſima ſtercora deputant: iſtis nulla in re imponere queat princeps huius ſeculi, vt à rectitudine deflectant, aut auocare à charitate Chriſti, aſtruente hoc Salomone: Concupiſcite, ait, ſapientiam, vt in æternum regnetis. Et, Quæ-

Sap. 6.

D rite prudentiam & perficite in ſcientia intelligentiam. & alia id genus non pauca ſcripta ſunt. Ab omnibus enim ſcripturæ nobis interdicunt, quæ ſunt per ſe obſcœna & ab boneſtate aliena, ita vt veluti in vnum faſcem conſertim vbi multa contentione differentiam explicauit bonæ malæque concupiſcentiæ, ſubuectit: Aufer à teipſo omnẽ concupiſcentiam malam: induere verò eam, quæ bona eſt & pudica. Hac ſiquidem redimitus veſte concupiſcentiæ, facile illam execrabere, atque infenſe oderis, quæ improba eſt & vitioſa, proque animi tui ſententia quaſi iniecto in os freno moderabere. Eſt enim iſtæc maligna concupiſ-

E centia mirè agreſtis ac præferox, nec citra negotium cicuratur aut manſuefit. Supra modum enim formidabilis eſt, quandoquidem cũctos prope abſumit ac deuorat. Per id quod dicit, Agreſtis eſt concupiſcẽtia mala, inſinuat talem ſuopte genio emergere, ceu aſſolet emicare herba agreſtis in agro minimo proſciſſo & inarato, aut certẽ ceu animal naturæ agreſtis, quod ſe in agris exatiat paſcuo gramine citra moderationem rationis. Quę tandem maligna hæc eſt & qualis concupiſcentia? Cæterum vtriuſque indoles bonæ iuxta ac vitioſæ ſermone proximo explicatur eo exactius: vt vtriuſque diſcrimine lucidius expli-

A cato, auerſati eam omnem quę vitioſa eſt, vitam noſtram inſtituamus ad præſcriptum canonem illius quæ bona eſt & per ſe boneſta. Vnde & lignum illud ſcientiæ ad infuſionem pertinens cognitionis, capax eſt & boni & mali, & hominem indicat capacem eſſe cognitionis & boni & mali. Diſcrimen verò vtriuſque explicat preſſius, non eò vt quis malum cum bono promiſcuè operetur, quin magis, vt faciens quod bonum eſt, declinet à malo, iuxta ſententiam dicentis, Declina à malo & fac bonum. Sed & primaria illa Lex edicto cauet, nequid eorum concupiſcas quæ ſunt proximi tui. Et quidem Achas mandatum hoc

B tranſgreſſus, vineam Nabuthæ concupiuit ſed & iuſtum dedidit neci: ſibi autem ac domui ſuæ extremam inuexit eladem æternæ perditionis. Cõcupiuit proinde populus concupiſcentiam in deſerto, quapropter illic prociderunt membra illorum. Dicit & Parœmiaſtes, Otioſus omnis in cõcupiſcentia erit: manus autem fortium in diligẽtia. Rurſus, Vana occupatio mentem perſcrutatur & explorat non malam. Itémque Impius tota die concupiſcit concupiſcentias non bonas: iuſtus autem & miſericors eſt & miſerator, nec parce. Et inducit, Ne te vicerit pulchritudinis cõcupiſcentia, neque irretiaris tuis palpebris. In-

Exod. 20.
3. Reg. 21.
Ναβουθὲ pro Naboth ita Ambroſius.
Num. 11.
Pro. 21.

C culpatus quoque nec vlli ubnoxius reprehenſioni Iob, qui & pulchre affectum hunc concupiſcentiæ praetriuerat, dicit: Si oculum meum ſecutum eſt cor meum. Apoſtulus item Petrus, Chariſſimi obſecro vos tanquam aduenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſideriis quæ militant aduerſus animam. Eodem contendit Paulus, Mortificate itaque membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immundiciam, paſſionem, concupiſcentiam malam. Non enim vocauit nos Deus in immundiciam, ſed in ſanctificationem. Non igitur regnet peccatum in veſtro mortali corpore in hoc, vt obediatis concupiſcẽ-

Pro. 6. c.
Iob. 31.
1. Pet. 2.
Col. 3.

D tiis eius, ſed induimini Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et carnis curam ne feceritis in deſideriis. Rurſus, In quibus omnes nos conuerſati ſumus aliquando in concupiſcentiis cordium noſtrorum, facientes voluntates carnis & cogitationum noſtrarum. Quiſquis igitur cupit concupiſcentiam fugere totius corruptelæ artificem, quæ hominem recta tranſmittit in pœnitiſſimam abyſſum inferni, is ſibi ſtudioſe paret Dei timorem. Timor enim Domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi, ait Dauid. Rurſus idem, Confige timore tuo carnes meas. Qui enim iugiter ob oculos mentis ponit & obuerſat impendentem mor-

Eph. 2.
Pſ. 18.
ἁγνὸς pro caſtus & pro ſanctus, ἅγιος.

E tem, ignem illum æternum, inſomnem nec vnquã interquieſcentem vermem, illas exteriores tenebras, fletum ac ſtridorem dentium, dedecus quoſque illud ignominiæ perquam plenum quo aſpergendi ſunt reprobi ante formidabile Chriſti tribunal: inque conſpectu & angelorum & hominum conſtituti: nullo negotio is interpolat ac prorſus diſſuluit quantumlibet lenocinantem illecebram voluptatis, omnẽ deniq; concupiſcẽtiã qua oppugnator, in amorẽ trãſcribit Dei. Labores igitur capeſſamus & corporis & ſpiritus & in articulo ſuſcepti laboris ſecedit cõcupiſcẽtia. pigrũ em̃ ac ſocordẽ cõcupiſcẽtia occidit Nõ enim volũt manus eius quicquam operari. Dominos

Mat. 5.

ani-

animarum amātiſſimus ait, Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum & proiice abs te. Melius enim tibi eſt, vt pereat vnum membrorum tuorum & non totum corpus proiiciatur in gëennam Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

De iuſto iudicio. Homilia. 75.

QVi rectitudinem ſeruare cupiunt iudicij, primum quidem poſtulent à Deo ſibi prærogari ſapientiam atque intellectum, Salomonis exemplum ſecuti. Hanc quippe vnam & primam & ſolam poſtulationem dari ſibi obſecrauit. Neque tamen ſolam hanc accepit gratiam, ſed & Dei præconio promeruit laudari, quod recte poſtulaſſet. B Deinde vinum vitent. Ait enim ſcriptura, Aperi os tuum ſermoni Dei & recte cuncta decerne. Rurſus, Potentes facile incandeſcunt, vinum itaque ne bibant, ne obliuiſcantur ſapientiæ, nec recte iudicare poſſint in cauſa debilium. Si quādo quid perplexum & explicatu difficile occurrerit, quod cupies diſſoluere, à Deo quære primum quid illi acceptum ſit & gratioſum: mox eius ſolutionem nanciſcere accommodam ac perutilem. Et quidē primaria lex iubet dicens, Non facies, quod iniuſtum eſt in iudicio: nec adiicies, vt cum multitudine declines iudicium Et, Pauperi non miſereberis in iudicio. Et, Non peruertes iudicium pauperis. C Non accipies perſonam pauperis: neque reuereberis vultum potentis. In iuſtitia iudicabis proximum tuum: & iudices tui iudicium iuſtum iudicabunt, neque agnoſcent perſonam. Non accipient munera: etenim munera auferunt verba iuſtorum. Iuſte quod iuſtum eſt, perſequeris. Et Hieremias, Facite iudicium & iuſtitiam: eripite eum qui patitur rapinam de manu oppreſſoris. Alioqui, tam qui iuſtum decernit eſſe iniuſtum: quam qui iniuſtum iudicat eſſe iuſtum, vterque apud Dominum execrabilis. Qui quærit Dominum, inueniet ſcientiam cum iuſtitia. Rurſus, D Cor viri cogitet iuſta, vt à Deo dirigantur greſſus eius. Et Parœmiaſtes, Nouit Dominus iudicare pauperculos: impius autem non intelliget ſcientiam. Iterum, Vir prudens via recta ingreditur, & principium viæ bonæ facere quæ iuſta ſunt. Iob item, iuſtitia indutus ſum, veſtitus autem ſum iudicium, quaſi diploidem. Rurſus, Si declinauit pes meus de via, ſi cōtempſi iudicium ſamuli mei, Et hæc quidem de iudicij æquitate. Non inconcinnum alioqui fuerit meminiſſe apoſtolicæ ſententiæ quæ dicit, Audet aliquis veſtrum negotiū habens aduerſus alterum iudicari apud iniquos & non magis apud ſanctos? Inducit, Iam enim omnino delictum in vobis eſt, quia iudicium habetis inter voſmet Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis & hoc fratribus. An neſcitis, quia iniqui regnum Dei non poſſidebūt? Atqui nemo exiſtimet noſtrum de iuſto iudicio ſermonem ſolis iis competere, qui de communib⁹ negotiis lites dirempturi ſentētiam ferunt, atque hinc ſupinus obdormiſcat, deſtertens interim ac ſecurus curæ omnis. Omnibus enim ex æquo viuificator ille Spiritus hoc præſcribit mandatum. Ait enim is per os Dauid, Erudimini omnes, qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei in tremore. Apprehendite diſciplinā, A nequando iraſcatur Dominus & pereatis de via iuſta. Rurſus, Beati, qui cuſtodiunt iudicium & faciunt iuſtitiam in omni tempore. Et, Si vere vtique iuſtitiam loquimini, recte iudicate filij hominum. Si vere vtique, non commentitiè aut mēdaciter neque per hypocriſin. Dixeris, Quid igitur ad me iſtud attinet mandatum, cui nulla concredita functio iudiciariæ poteſtatis, qui nihil minus quam iudicem profiteor? Huic reſponderim. Deus qui hominem condidit, fecit eum ſuæ eſſe ſpontis ac liberi arbitrij, capacem præterea propoſiti alterutrius aut virtutis aut vitij. Cumque in faciem hominis inſpirans multiplicem ſenſum inſeuiſſet perinde atque in agello quopiam, B expleſſetque ſatellitum ordinem: in horum medio iuſſit mentem reſidere primariam atque ſenſuum moderatricem, ceu regem ſtipatum ſatellitio milite, regem plane ex conditione bonum ac iuſtū. Penes te igitur omnino eſt iudicādi libertas, quo diſcerniculo virtus à vitio diſtinguatur, puta temperantia ab effreni libidine, ingluuies ab exercitio abſtinentiæ, ira à manſuetudine, inanis gloriæ ſitis ab humilitate: virtus denique omnis vitium habet cui reluctetur, quu cum iudicium exerceat. Mēs igitur ſi malitiam condemnet, ferat autem pro virtute ſententiam: recte iudicauit, fecitque iudicium & iuſtitiam. Quod ſi per immoderatam ſum C ptionem vini ſeipſam fugerit ac neſcierit: prolapſa iam eſt à rectitudine iudicij, vt ille olim Ochozias, ac miſerè ægrotat ægrotatione ad mortem, hoc eſt deſciuit à iuſto rationis iudicio, vltroque malitiæ ceſſit palmaris victoriæ teſſeram ac ſe æternæ morti addixit. Hæc Dominus ſuo aſtruit teſtimonio, dicens. Cur autem à vobiſipſis non iudicatur, quod iuſtum eſt? Quando vadis cum aduerſario tuo ad principem, in via da operam liberari ab eo: nequando trahat te ad iudicem, & iudex tradat te tortori & tortor mittat te in carcerem. Amen dico tibi, non exibis illinc donec red D dideris nouiſſimum quadrantem. Ipſi gloria ſoli iuſto iudici Chriſto in ſecula, Amen.

De iuſta menſura. Homilia. 76.

QVæ iuſta ſunt omnia, perquam amabilia Deo ſunt & accepta. Vt enim æquitatem iudicij: ita & in metiendo ſeruatam iuſtitiam diligit De⁹. Iuſtus enim cum ſit, in id reſpicit clemēter, quod iuſtum eſt. Iure igitur iubet ſcriptura ſeruandam eſſe æquitatem & ponderis & menſuræ. Nefariū prorſus atque omnem exuperans iniquitatem eſt duplices habere menſuras, paruam & magnam. E Vnde & Propheta Amos eiuſmodi immorigeros nec dicto audientes indicans longe eſſe miſerrimos. Væ ei, ait, qui deſyderat diem Domini. Ipſa enim eſt tenebræ, vt faciat paruam menſuram & ſtatêram iniuſtam. Nec abludit Michæas, Si iuſtificabitur in ſtatêra iniquus, & in marſupio ſtatera doloſi. Concinit his regius Pſaltes, Mendaces filij hominum in ſtateris, vt iniuſte agant. Simulque inſinuans tales morbo impotentis auaritiæ ægreſcere, infert: Ipſi de vanitate in idipſum Nolite ſperare in iniquitate, & rapinam nolite concupiſcere, Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Quin lex ipſa iubet, vt in menſuris & menſuris, in ponderibus & in ſtatéris iuſta ſint vobis. Ad-

Prou. 31.

ἀοίνως σαν θυμάδις.

Exod. 23.

Hier. 22.

Prou. 21.

Iob. 29. & 31.

Nō negat iudicio exerceri debere apud fideles.

ἀτιμίαν.

Pſal. 2.

Pſal. 57.

4. Reg. 1

Matt. 5.

Luc. 19.

ὁ ἐπιθυμῶν

Amos 5.

elegitur

οἱ ἐπιθυμόντες.

qui deſiderans.

Pſal. 61.

A dit & illud, Non transferes terminos, quos poſuerunt patres tui. Sed & Sopbooias Propheta, Iudicium operemini & iuſtitiam exquirite: vt protegamini in die iræ Domini. Nec ſecus Ezechiel, Iudicium & iuſtitiam ſacite. Statéra iuſta & menſura iuſta & chœnix iuſta erit vobis. Accedit bis Parœmiaſtes, Statéræ doloſæ abominatio eſt ante Dominum: pondus autem iuſtum acceptabile eſt ei, Iterum, Pondus magnum & paruum & menſuræ duplices immunda ſunt coram Domino, & vtraque in ſtudiis ſuis irretientur, Forte hæc aliquã multis videri poterunt nullius prope momenti, & indigna, quæ depromantur in aream. At certe nihil horum temere ſiue ſruſtratorie enunciant aut B produnt ſcriprurę diuioitus inſpiratæ. Cuncta enim ad ſalutem ooſtram, æternam quoque parandam vitam ſanxit ſacer ille ac ſuppliciter adorandus Spiritus. Magno igitur ſtudio vitemus Chariſſimi vitioſam auaritiæ affectionem, quæ erudiẽte nos Apoſtolo, ſecundum idololatriam, primas tenet. Date, ait, Domious in Euangeliis, & dabitur vobis. Menſuram bonam, coagitatam dabunt in ſinum veſtrum. Eadem enim menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis. Ipſi gloria in ſecula, ſeculorum Amen.

Ezech. 45

χοῖνιξ non χόνιξ dimẽſum, diurnum, ſemodium

Prou. 11. & 20.

Luc. 6.

De pœnitentia. *Homilia* 77. C

QVantum in ſe habet dulcoris fratres mei, Pœnitentia, quam eſt ſuauis? Aliud prorſus nihil, quam ſarciendæ vitæ ſalutare pharmacum, eo maxime, quia ſuauis eſt Dominus noſter male oobis commiſſorum facile immemor, benignus, miſerator, bumani generis imo animarum noſtrarum amantiſſimus modis omnibus proſpiciens noſtræ omnium ſaluti. Hic talis nihil tam ſitit, quam vt reſipiſcamus, noſque pœniteat vitæ turpiter actæ. Super lachrymis ſe recipientium ad meliorem vitæ frugem mirè lætatur & exhilareſcit. Exultat ſuper confeſſione pœnitentium. Su- D per contrito corde & humiliato, incredibili gaudio perfuoditur. Quin nimiſquam longanimiter noſtram opperitur conuerſionem, nec interim cõquieſcit ad ſupremum vſque vitæ noſtræ halitum ſuſtioens, ac demum poſt tot alioqui inſandorum criminum myriades, poſt tot flagitia quæ incentore diabolo ipſi geſſimus inuitans & exhortans ad ipſum vt coouertamur, quemadmodum voce clamat prophetica: Et cum hæc omnia feceris, vel ſero ad me reuertere. Addo, nobis longe diſiunctis vltro obuius occurrit, circumplectitur & adſtringit, totque piaculorum notis interſtinctum tot aſperſum probris, & ad ceruicem vſque nulla E non parte ſordibus ſqualentem dignatur benigniſſimus ſuaui oſculo ac ne cum eiuſmodi quidem de eatenus commiſſis expoſtulat, magis autem fœliciſſimæ illius vitæ futura bona ſe daturum pollicetur, atque vt eſt perquam clemens indulgentiſſime non ſolum priora delicta, ſed & nobis prærogat arrham vitæ ſecuturæ, nimirum gratiam Spiritus ſancti, ſtolamque exhibet primariam illam incorruptioois, quam ipſi accepimus primum regenerati ſacri vnda baptiſmatis, ſed eadẽ per peccatum miſere eramus ſpoliati. Hanc ipſam nobis ſynceriter pœnitentibus ac toto pectore ad eum conuerſis gratuito donat pius. Ad hæc, diem indi-

φάρμακον dictio media eſt probatur de verborum ſignific. L. 236. ex 4. Odyſſea. Hic in bonam partẽ ſumitur per Antidoto ſiue remedio. Ex Dion. Areop. Epiſt ad Dorotheum.

Luc. 15.

A cit tranſegi ſeſtum, eo beatas illas ac ſibi perquam charas virtutes, oſtentans gratulabundus quam inuenit, drachmam, nimirum æterni regis imaginẽ, ouemque erraticam impoſitam humeris geſtitans ad ſui patris inducit conſpectum, vbi lætantium omnium habitatio in ipſo eſt, animam iſtius ſupra omneis locat, qui à tam clementi patre vltronei reſiliunt ac ſecedunt. Sed & nobis ſubinde ac temere dequerentibus ac ſecum expoſtulantibus, non raro ſuſtinet ac perſert longanimis. Itaque fratres talem cum habeamus & ſic miſericordem Dominum, ne cunctemur ad eum conuerti, neu intolerandorum ac innumerabilium mole exter- B riti peccatorum nos ipſos dedamus ſocordiæ aut in abyſſum pertrudamus deſperationis. Dum enim lenteſcimus & cunctamur conuerti: plenum • paramus diabolo gaudium. Deſperatio autem recta ad mortem deducit. Accedamus interim ad pœnitentiam, quæ noſtri cauſa apud Deum plena fungatur legatione ac precetur: nos quoque cum Hieremia propheta clamemus voce exerta. Quia peccata noſtra ipſa reſtiterunt nobis, & quia multæ præuaricationes noſtræ coram te Domine, ſed ſac nobiſcum pro gloria nominis tui. Et, Tu in nobis es Domine & nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos. Et cum Michæa oploremus: Iram Do- C mini portabo, quoniam peccaui ei. Cum Dauid, Delictum meum cognitum tibi ſeci & peccatum meum non abſcondi. Sed reuelabo & confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei. Tu enim dixiſti Domine, Dic tu primus iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Spe igitur fretus Domioe inexhauſtæ & abyſſalis miſericordiæ tuæ ex ore meo impuro, ex labiis inmundis hanc vnam ſupplicationem offero tibi. Memor eſto, quia nomen tuum ſanctum inuocatum eſt ſuper me, qui me redemiſti pretioſo tuo ſanguine. Signaſti enim me arrhabooe Sancti tui Spiritus, reduxiſti enim me ex altiſſima vo- D ragine iniquitatum mearum, vt ne in prædam abduceret me inimicus. Ieſuchriſte ſuffulci me atque ſuſtenta & eſto mihi auxiliaris tu io bello potens. Seruus enim ſum concupiſcentiæ, Ab hac miſere oppugnor, ſed tu Domine ne me derelinquas in terram diſiectum, quandoquidem agnoſco & damoo opera mea. Emaocipa me Domine iugo depreſſum miſerandæ ſeruitutis, qua mundi iſtius obſtringor principi. Tuæ me adſcribito clientelæ, tuus vt ſim per obſeruatiooem mandatorum tuorum, tu qui via es vitæ meæ & Chriſtus meus: ſed & facies tua lumẽ oculorũ meorũ eſt. ne*domine & domine vitæ meæ extollẽtiã oculorũ meorũ E ne dederis mihi, & concupiſcentiã prauã auerte à me Suſtenta me Domine manu tua ſancta. Appetitus ventris & concubitus non apprehendant me & animæ irreuerenti ne tradas me. Illuſtra in me lumen vultus tui Domine, vt ne comprehendant me tenebræ, ſed & qui obambulat eas, ne clancularius ſuis dolis abripiat me. Ne tradas Domine beſtiis inuiſibilibus aoimam confitentem tibi. Ne patiaris Domine ſeruum tuum immaniter torqueri à canibus iſtis, qui à te alieni ſunt & defecerunt Dignum me efficito pater ſancte hoſpitali munere Sancti tui ſpiritus, meque exædifica in domicilium Chriſti tui. Dux eorum qui exerrarunt à via, prædux mihi eſto & comitare: vt ne ad ſiniſtram

Hier. 14.

Mich. 7.

ἐξαγόρευσον, Eſai. 43.

Nã deſit κοιλίας in exemplari.

ſtram declinem. Faciem tuam mi Domine flagrãtibus votis videre concupiſco. Deus, illuſtratione vultus tui dirige me in vi. A Flumẽ lachrymarũ indulge mihi ſeruo tuo, humorem Sancti tui Spiritus huic tuo plaſmati liberaliter impartire: vt ne exareſcat exemplo ficulneæ illius, cui tu maledixiſti. Poculum mihi meæ ſint lachrymæ: vicem alimoniæ ſuppleat oratio mea. Verte planctum meum in gaudium mihi: admitte me in æterna tabernacula tua. Anticipet me miſericordia tua Domine & miſerationes tuæ apprehendant me, & remitte omnia peccata mea. Tu enim Deus verus, qui remittis iniquitates. Ne patiaris Domine opus manuum tuarũ vllo atrociore aſpargi opprobrio B ob multitudinem iniquitatum mearum, quin reuoca me per vnigenitum filium tuum noſtræ omnium ſalutis vindicem, Excita me miſere iacentẽ, vt olim illum telonem Leui: viuifica me peccatorum morte tabefactum, vt tunc filium viduæ, tu qui ſolus reſurrectio es mortuorum, Tibi gloria in ſecula.

Supplicationes S. Antiochi finis. Oportet in primis quem vere pœnitet, & ſe ob ea quæ perperam geſſit, durius coargui, & quæ ab alijs ingeruntur opprobria, generoſe ferat. Pœnitentia enim eſt ab imprudentibus ſubſannari, ac interim dum hæc toto perſert pectore, non deſinis Deo offerre confeſſionem. Eſaias Deum ſup- C pliciter obteſtans pro duri admodum cordis ho- *Eſai. 59.* minibus, proque impœnitentibus, dicit: Nunquid non poteſt Dominus vos ſaluos facere? Sed propter peccata veſtra auertit faciem ſuam à vo- *Eccl. 20. & 21.* bis, quia nemo iuſta loquitur, neque eſt iudicium verum. Sed & alter, Quam bonum eſt eum qui coarguitur, manifeſtare pœnitentiam? ſic enim effugies voluntarium peccatum. Rurſus, Peccaſti, ne addas vltra: ſed & pro peccatis tuis prioribus deprecare. Inducit item, Quaſi à facie ſerpentis *Iob. 31.* fuge à peccato. Sapiens enim timore correptus declinat à malo. Iob item, Quod ſi poſtquam peccaui, voluntarie occultaui peccatum meum. Non D enim roueritus ſic ſum copioſam multitudinem ciuitatis: quominus proderem, confiterer & euul- *Act. 3.* garem illud in conſpectu eorum. Et in actibus Petrus multitudini dixit, Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra: ſi quando venerint tempora refrigerij. Et nos chariſſimi quemadmodum ſuperius mihi dictum eſt, vnà nos pœniteat vitæ prioris corde prorſus ſyncero, à malis quæ ipſi geſſimus, conuerſos ad Deum ac dicẽtes, Peccauimus, propitius eſto: iniquè egimus, *ἐπιστάξα-τω.* condona: offendimus, conciliare tu nobis. Expurga nos, exemplo meretricis illius: vt publicanum illum, nos etiamnum iuſtifica. Veniat ſuper E me miſericordia tua: ſuper me roſcidus humor clementiæ tuæ deſtillet, neque ſinas me venundari pretio peccatorum meorum, nequando obdormiſcam & emoriar amariſſima morte peccati, quin potius redime me à præſenti ſeculo nequam. Indulge mihi pœnitentiæ tempus: locum purgandæ conſcientiæ imparti. Non enim eſt pax in oſſibus meis a facie peccatorum meorum, quia iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Etenim Domine ſi obſeruaueris iniquitates, quis ſuſtinebit? Quia apud te propitiatio eſt. Credamus igitur Deo, qui vrgentibus peccatis, propriæ vitę ſpem abiecimus

A & conuertamur ad Dominum Deum in plenitudine cordis noſtri, operantes interim iuſtitiam, quodque ſupereſt vitæ iſtius noſtræ vertamus in legitimam ipſius ſeruitutem pro bona eius voluntate, vt medelam accuret obliterandis prioris vitæ delictis, nobiſque virtutem ſuggerat: quâ aduerſus commenta diabolicæ malignitatis ipſi præualeamus. Terriculamenta minæue eius nihil omnino eſt, quod timeamus. Emarcuit enim illius impuri virtus, quaſi nerui præmortui. Quin potius omnipotentem Dominum reuereamur, illius obſeruemus mandata, atque in hoc vitam expleamus. Si ad eum modum cum gemitu ac lachrymis ipſum ſupplices obteſtati fuerimus vtique reſponde- B bit, quod per Ezechielem prophetam dixit, Viuo *Ezech. 18.* ego dicit Dominus, quia nolo mortem peccatoris, magis autem vt conuertatur & viuat. Rurſus, In quacunque die conuerſus fuerit iniquus ab omnibus iniquitatibus ſuis, & fecerit iuſtitiam: non erunt vltra in memoria peccata illius. Deſiderat *Marc. 6.* Dominus magnopere ſalutem noſtram. Dixit enim diſcipulis ſuis: Dicite eis, Pœnitentiam agi- *Luc. 15.* te, appropinquauit enim regnum cœlorum. Ob hoc enim bonus hic paſtor relictis nonaginta nouem ouibus in monte, erraticam illam vbi inuenit impoſitam humeris refert ad caulam gaudens. C Conuocat ſublimes illas virtutes, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni perditam illam ouiculam. Et inducit, Dico vobis, quia ſic erit gaudiũ in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente magis quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui nõ indigent pœnitentia. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De patientia. *Homilia* 78.

ET quidem de pœnitentia eum perpauca diſſeruerimus vobis priore ſermone: ſupereſt, Deo cooperante, nonnihil vt dicamus de patientia, quæ ſane hominem recta prouehit ad ſalutis D portum. Ea vtique dicemus, quæcunque ipſius Domini ſuggeret benignitas. Pœnitentia enim indiga admodum eſt patientiæ, citra cuius operam perfici neutiquam poſſit. Neque enim Aquila, vnialis ſi eſt & alterutrius deſtituta præſidio, queat vnquam ſubuolare & in ſublime ſuſtolli. Patientia pœnitentiam perficit & eam velut indice oſtentat præſigni corona redimitam. Nec eo ſolum conducibilis nobis cenſenda eſt patientia, quod efficaciter cooperetur perficiundæ pœnitentiæ, ſed quod nulla prorſum virtus nullumue Dei mandatum niſi hac comite, legitime perfici queat. Bonorum igitur, (ſi qua in nobis ſunt) car- E do & caput patientia eſt. Omnẽ proinde tentationem, afflictionem omnem neceſſe ſit vt ſuſcipiamus cum patientia & gratiarum actione, quo vel tandem aſſequi detur terram illam promiſſionis. Egregium plane ſit non facile plani in morem ac vagi è loco in locum diduci. Vnuſquiſque enim in quod vocatus eſt, in eo & maneat. Patientia ſolum hoc te edocet, per abſtinentiam infracto vt feras animo tentationes, quæ alicunde extrinſecus te adoriuntur. Quemadmodum enim cera vt plurimum, niſi recaleſcat, aut præmolliatur, non facile in ſe recipit ſigilli impreſſionem: ita & A ſimili. à cera. homo niſi laborũ ac multiuariæ infirmitatis pro-

betur exercitio, neutiquam ſinet inſigniri ſe ſi- A
1. Cor. 12. δύναμις μυ. gnaculo diuinæ gratiæ. Ob hoc Paulo reſpondit
Dominus, Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim
mea in infirmitate perficitur. Quando Dominum
Matth. 4. dimiſit diabolus: tunc venerunt angeli & mini-
ſtrabant ei. Quemadmodum igitur dum tentare-
tur, non legitur adfuiſſe angeli: ita nobis quo-
que in tentatione poſitis, tantillo interim ſe ſub-
mouent tempore, nec procul tamen abſiſtunt an-
geli Dei. Cæterum mox à tentatoris ſeceſſu inſtāt
nobis ſuggerentes quæ ad diuinæ bonitatis cogi-
tationem faciant, puta illuſtrationem mentis, com
punctionem, dulcedinem ſpiritus & patientiam:
atque ita deinceps animas talis amiſſas reſumit vi-
Eſai. 40. res ac reſouetur pro modulo toleratæ afflictionis. B
Propter hoc Eſaias, Suſtinentes Deum, mutabunt
fortitudinem, aſſument pennas vt aquilæ, current
& non laſſeſcent, vadent & non eſurient: & Mo-
Deut. 8. ſes ad populum, Propter hoc tentauit te & affli-
xit te, vt paſceret te manna, vt nota fierent quæ
in corde tuo verſabantur. Quaſi ſi quis erudit ho-
mo filium ſuum: ſic Dominus erudiuit te. Rurſus,
Et afflixit te Dominus, vt bene tibi faceret in po-
ſtremis tuis. Dicit autem & propheta Naum, Bo-
nus Dominus expectantibus eum in die tribula-
Prou. 20. tionis. Alius item, Ne dicas, vltionem expetam
de inimico meo, ſed ſuſtine Dominum, vt auxilie
tur tibi. Non enim fraudabit patientia pios. Ad C
eum modum nihil non ſufferebat leniſſimo & pla-
cabili animo vir. Dauid. Neque enim is cum in-
2. Reg. 16. toleranda maledicentia laceſſeretur à Semei, ſi-
mulque crebro lapidum iactu impeteretur & au-
diret, Egredere vir iniquus, vllum dedit conci
tati animi indicium. Sed & conſobrinus ipſius ta-
li indignitate permotus cùm dixiſſet, Quis hic eſt
canis, qui maledicit Domino meo regi? Profectus
hinc percutiam eum & auferam caput ipſius, hunc
γῆν ζῶν- durius coarguit dicens: Dimitte eum, vt maledi-
των. cat mihi, vt videat Dominus & pro maledictione
Pſal. 39. hac retribuat mihi bona, quocirca non ab re pſal- D
lebat, Expectans expectaui Dominum, & inten-
dit mihi, & exaudiuit deprecationem meam. Rur
ſus, Expectabo nomen tuum, quoniam bonum in
conſpectu ſanctorum tuorum. Qui & nos ad pa-
tientiam adhortatur dicens, Viriliter age, & con-
fortetur cor tuum & ſuſtine Dominum. Suſtinen-
tes enim Dominum, ipſi hæreditabunt terram vi-
uentium. Et, Non confundētur qui expectant te
Eccl. 27. Domine, Domine virtutum. Vaſa enim figuli pro-
bat fornax, & tentatio hominis in cogitationibus
eius. Væ autem iis, qui perdiderunt patientiam.
Pſal. 9. Et quid facient, cum viſitauerit Dominus? Pa-
σοφονίας tientia enim pauperum non peribit in finem. Ait
ſmo A- autem & Sophonias, Si moram fecerit, expecta eū:
bacuq 2. quia veniens veniet & non tardabit. Et, Si ſubtra
xerit ſe iuſtus, non placebit in illo anima mea. Et,
Paulus, Si ſuſtinuerimus & conregnabimus. Rur-
Heb. 10. ſus, Patientia vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem
Dei facientes reportetis promiſſiones. Iacobus
quoque, Omne gaudium exiſtimate fratres mei,
Iaco. 1. cum in tentationes varias incideritis, ſciētes quod
ἐχέτω probatio fidei veſtræ patientiam operatur. Patien
habeat, nō tia autem opus perfectum habeat. Inducit idem,
ἔχει habet Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum
probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Dominus
item, Qui ſuſtinuerit vſque in finem, hic ſaluus e-

A rit. Iterum, In patientia veſtra poſſidebitis ani-
mas veſtras. Ipſi gloria in ſecula. Amen.

De agone. Homilia 79. *Luc. 21.*

AGon commilito eſt & conſors patientiæ. Ve
rius initium eſt & finis: ac prope dixerim,
amplius quiddam. Adeo enim alterutra al-
terius ope eget ac mutua compagine, vt neutra
poſſit ad victricem pertingere coronam ſine ſua
compari. Concinno igitur ordine ac rationi con-
ſentaneo, patientiæ connexuimus agonem. Vtra-
que enim Domino noſtro Ieſu Chriſto, (qui ſpi-
ritualis paleſtræ totius agonothetes eſt,) vires ſug
B gerente ac protegente, palmarem victoriam re-
portat aduerſus omnem diabolicæ perturbationis
violentam impreſſionem. Qui in agone conten-
dit, ab omnibus ſe abſtinet, nec interquieſcit: do-
nec inimicos remoliatur & aboleat à facie ſua. Sa- *Tēperātia*
ne temperantia duplex eſt. Quædam enim ſunt à *duplex.*
quibus neceſſe ſit, tibi vt temperes: alia item ſunt
quæ opus ſit, vt exequaris. Ab improbitate, ope-
ræ ſit pretium, vt abſtineas nec expleas opere: cō-
tra, ab eo quod bonum eſt & honeſtum, manus
ne contrahito, magis autem eas fac accommodes
pio operi. Ab omni igitur malitia manus amolitor
honeſto cuipiam operi attentus. Fac, contineas *A quib⁹*
C ab adulterio, à fornicatione, ebrietate, ab iniqui- *maximo-*
tate & legis tranſgreſſione, à geniali luxu delicia- *pere ſit e-*
rum, ab eduliorum immoderata copia, ab immo- *tiam con-*
dico quæſtu diuitiarum, ab impotenti iactantia, *tinendum*
ne quid de te ſenſeris ſublimius, ne per ſuperbiam
eleuere. Abſtine à mendacio, detractione, hypo-
criſi. Acceptæ iniuriæ memor ne eſto. Proinde,
tibi vt temperes ab omni blaſphemia, à furto, à
veteratoria fraude, falſo teſtimonio, auaritia, cō-
cupiſcentia mala, impoſtura & circumuentione,
ab inanis gloriæ appetitu, & arrogantia, denique
ab iis quæcunque horum ſunt perquam ſimilia.
Ab iſtis igitur operibus quiſquis es ô ſerue Dei qui
D ſpiritualis vitæ aggrederis certamen, modis omni-
bus temperandum cenſeo. Sunt contra & bona o-
pera quæ vt opereris, neceſſe ſit, non item vt ab
eis contineas. Omnium primum, fides eſt: deinde *Hæc vide*
timor Domini, charitas, concordia animorum, ver *opera vt*
ba iuſtitiæ, veritas, patientia, ſubſeruire viduis, *expleas.*
pupillos ſolatio deſtitutos parentum interuiſere,
ſeruos Dei quauis neceſſitate oppreſſos extricare
ac redimere, hoſpitio excipere peregrinos, eſſe re-
quietum & taciturnum, poſtremo vt de omnibus
in commune bene merearis, ſenes reueretor, iu-
ſtitiam exerceto, fraternam conſeruato dilectio-
nem. Longanimem conuenit eſſe te ac tolerantē,
E nullius à quopiam acceptæ iniuriæ memineris, fac
eos conſoleris qui animo affliсtantur & laborant.
Qui etiamnum in fide hærent perplexi & ſcanda-
li quidpiam adierunt, hos ne abiicito, magis au-
tem adnitere, in viam vt redeant fidei, bonoque
ſint & alacri ad fidem animo. In errores deuios
qui exorbitant, tuo hortatu & conſilio ad recti-
tudinem reuoca. Debito quopiam obſtrictos tibi
(inopia ſi premuntur) ne affliсtes. Et ſi qua his con
finia ſunt. Iſthæc opera quiſquis rite obſeruaue-
rit, non item ab eiuſmodi manus contraxerit per
ſocordiam ac lentorem animi, vtique viuet neq.
Opus adhæc fuerit, vt qui in ſpirituali agone de-
certat

certat, ſuum maceret & tabe conficiat aduerſariũ in carne propria deliteſcentem: ne humore exuodanti periclitetur mens & concidat præceps io leuorem ac planitiem illicium voluptatũ. quo mens ipſa ſpiritualem agonem ſuſtinentium illuſtrata diuini luminis ſplendore efficacius operetur, legi Dei ſeruiat & condelectetur, iuxta Apoſtoli ſententiam. *Rom. 7.* Sed & eadem adornaoda venit: immutanda animi cogitatio, ad cœlum vſque transſcribenda eſt & attollenda, ſupraque omnem creaturam in ſublime eſt erigendus animus & flagranti deſiderio, irrequieta atque perpeti cogitatione par eſt vt adhæreſcat & adſtringatur præceptis quæ agoniſtæ illi veraces opere ipſo repræſentarunt, ſuaque ſententia ſanxerunt piis obſeruanda dum ſe agone ſpirituali exercerent. B Illi enim eminus & è longinquo proſpectu per fidem contemplati promiſſiones, nullam afflictionum acceſſionem prolixitudinem ne recuſarunt perferre. Etenim fidelem eſſe eum crediderunt, qui repromiſit, expectantes interim diem illum Dominici aduentus inſigni claritate prӕluſtrem futurum, quo ſuos ſamulos publico præconio declaraturus eſt, cum venerit in nubibus cœli, inque vnum ſuos aggregabit ſanctos, nimirum ſpirituales agoniſtas & integerrimos, Neceſſe igitur eſt vt decertemus & quidem corpus cootiouæ aſperitati obiiciendum, C aduerſus autem improbas cogitationes, omni ſecuritate & patientia præmuoiendæ ſunt animæ. Oportet inſuper, vt accuremus teſtimonium conſcientiæ propriæ habere in conſpectu Dei. Expectans enim expectaui Dominum & intendit mihi. Non enim poteſt quis indipiſci virtutem, ni prius pro illius aſſecutione cum labore & tolerantia afflictiooum, cum hoſte congrediatur. Ex aduerſo enim obluctandum peccato eſt vſque ad mortem & acri certamine atque indeſinenter in procinctu conſiſtendum, inxta Paulinam vocem. *Deut. 30.* Dicit proinde ſcriptura, Ante hominem poſita ſunt vita & mors: & quod placuerit, dabitur ei. D Sed enim pia ac prudens cogitatio domina aſtruitur eſſe affectionum. Per frugalitatem enim vitæ ſiue temperantiam, aduerſus ventris ingluuiem præualet & concupiſcentiam: iuſtitia autem comite, malitiam omnem ſubigit, vincit vero fortitudine iraeundiam: at prudenti conſideratione ſuppeditat timorem & excludit. *Nota hũc non tueri immobilitatẽ erga paſſiones.* Idque non quod afferat eas animi affectiones vi illarum virtutum prorſus exinaniri, quin potius miſtione quadam eſſe inuicem coniunctas. Neque enim conſideratio ſiue ratiocinatio quantalibet, poſſit ab radice conuellere omnem paſſionum intemperiem, ſed in hoc indulta homini eſt vt ipſis obluctetur ac E repugnet. Ob hoc ait quidam, Concupiſcentiam nemo veſtrum prorſus extirpare poteſt? Sed quid vt ne concupiſcentiæ ſeruiatur, hoc ipſa præſtare poteſt conſideratio. Sane non mediocri opus agone, vt reuera & efficaci dicere poſſimus cum Paulo. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquum repoſita eſt mihi *2. Tim. 4.* corona iuſtitiæ. Idem nos adſimilis exempli imitationem exercens dicebat. *2. Tim. 2.* Qui in agone contendit, non coronabitur, niſi legitime decertauerit. *1. Cor. 9.* Iterum, Neſcitis, quod qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnos accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis. Ego igitur ſic cur A ro, non quaſi incertum: ſic pugno, non quaſi aërem verberans: ſed caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo, ne ſorte cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. *Philip. 1.* Ad Philippenſes autẽ per epiſtolam dicit, Certamen quod vidiſtis & didiciſtis in me & nunc auditis. *Heb. 12.* Ad Hebræos quoque, Nondum vſque ad ſaoguinem reſtitiſtis aduerſus peccatum repugnantes: & obliti eſtis conſolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur: Fili, ait, ooli negligere diſciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris: Quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Alios item non mediocri lan B de commendans ait, *Nempe 2. Theſſ. 1.* Ita vt nos gloriemur pro patientia veſtra & fide in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei, pro quo & patimini. *2. Tim. 3.* Quicunque enim volunt piè viuere in Chriſto: perſecutionem patientur. *1 Ioh. 3.* Ioannes autem ait, Nolite mirari fratres, ſi odit vos muodus. Nos ſcimus, quia tranſlati ſumus de morte ad vitam. *Luc. 13.* Dominus vero Contendite intrare per anguſtam portam, quia lata eſt porta & ſpatioſa via quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui vadunt per eam. Quàm anguſta vero porta & arcta eſt via quæ ducit ad vitam? Ipſi gloria in ſecula, Ameo.

C

De concordia. *Homilia* 80.

DEo quam acceptum ſit tuendæ eccleſiaſticæ vnitatis ſtudium, quis oratione conſequatur? Hac vna nihil vſquam inter homines comperietur melius, Sed & portandi omnes ſunt, Domini exemplo qui nos patientiſſime tulit, omnes inquam in charitate tolerandi veniunt. Nec vllo prætextu, quamlibet videri poſſit rationabilis, (vt ne dicam quod id à ratione alienum ſit) conuenit ſe ab eccleſiaſtici corporis vnitate diuellere ac ſcorſim degere: ſed io vnum coadunatis v- D na ſit oratio, deprecatio voa, mens vna, vna ſpes in charitate, in gaudio (quod nulli pateat iuſtæ reprehenſioni) qui Ieſus Chriſtus eſt, quo quidem nihil poteſt animo inſidere gratius. Debemus igitur omnes nos parili & eodem animo perinde ac ad altare (ita modo loqui liceat) concurrere. Tametſi ſumus multiplici varietate membrorum diſtincti: eadem ſit & ſeotentia, par voluntas: quum vnum idemque ſimus corpus. *Homæoſis.* Quemadmodum enim examen apum fauum ſibi conficit mellis: ita fratrum congregatio regnũ repræſentat Dei. *Altera.* Sicut tubarum clangor bellantium promouet & excitat alacritatem: ita & practicæ virtutis doctrina E ſtudia diſcipulorum mire exacuit. *3. Similitudo.* Nam quiſquis ſe à cæteris ſegregat & in totum auellit, oihil differre videtur ab aui, quæ è nido proprio euolauit eoque cogitur locum è loco permutare. Auicula quæ talis eſt, nihil difficile capitur per aucupis aut venatoris inſidias. Omni enim ex parte aucupes illi & ſpirituales captatores laqneos ac ſcandala iniqnitatis præſtruunt & agglomerant illi vago coruique rapaces iſtiuſmodi excanant & exterebrant oculos. Decora prorſus & apte per omnia congruens fraternæ eſt vnionis conſenſio cum animorum concordia, id quod locum habet vel maxime vbi ſolida ac perfecta charitas radices ſuas fixius impreſſit, exemplum inuenimus in Eliſæo

4.*Reg.* 2. eum Helia. Ille enim ſemel & bis cum audiſſet, Se A
Ruth. 1. de hic, cum iuramento reſpondit, Viuit Dominus
& viuit anima tua, ſi deſeram te. Nec ſecus Ruth
illa Moabitis locrui ſuæ, Hæc ſaciat mihi Domi
nus & hæc addat, quia mors inter me & te ſola di-
ſtinguet. Iure igitur Booz benedixit ei dicens,
Reddat Dominus opus tuum & ſit merces tua ple-
na à Domino. Hæc alioqui alienæ cum eſſet gen-
tis, connubio iuocta eſt ipſi Booz, ex quo genuit
eximij Danidis auum. Ecce ſane, quid bonum aut
quid iucundum, ſi ooo babitare ſratres in vnum?
Prou. 18. Parœmiaſtes item, Frater, qui adiuuatur à fratre,
quaſi ciuitas firma & in editiore loco ſita. Et, Bo-
ni duo ſuper vnũ quibus eſt eis merces, quia ſi ce-
Προχρτα ciderint, vnus eriget conſortem ſuum Et, Væ vni, B
ἀρχῆ, Al ſi ceciderit & non ſit ſecundus qui erigat eum.
dinũ exẽ- Et ſi vnus impegerit, duo conſiſtent aduerſus eũ.
plar habet Funiculus triplex non cito rumpetur. Sed & in a-
ἐπικοι- ctibus Apoſtolorum ſcriptum eſt. Quia quotquot
νωνοῦν crediderant, erant in vnum: & habebant omnia
victus fue communia. Aliquanto poſt: Multitudinis eorum
rit eccl. 4. qui crediderant, erat cor vnum & anima vna: &
Hic mẽtẽ nemo eorum quæ poſſidebat, dicebat eſſe ſuum,
reddo au- ſed erant illis omnia communia. Beatus igitur is
thoris, non monachus qui quod ad Deum pertinet, cæteros
itẽ verba. omneis admirationi ducit & bonori, idqne poſt
Corruptus Deum. Beatus plane monacbus, qui in genere, o-
enim lo- mniom ſalutem & promorionem peræque ac prõ C
cus eſt. prium omni cum gaudio & animi iucunditate per-
Act. 4. uidet. Monachus eſt, qui vnum ſe eſſe inter cæ-
teros deputat, per hoc quod credit imprætermiſ-
Rom. 12. ſe ſeipſum contueri in vnoqnoque ſratrum. Apo-
ſtolus, Sicut in vno corpore multa membra habe-
mus, omnia autem membra non eundem actum
habent: ita & multi vnum corpus ſumus in Chri-
ſto, ſinguli antem alter alterius membra. Indueit,
Sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abun-
daotiorem tribuens honorem, vt non ſit ſchiſma
in corpore, ſed in idipſum pro inuicem ſolicita
ſint mẽbra. Ob id debemus mntuiter præſtare o-
peram in ſubleuandis aliorum oneribus, & concor D
dibus animis eadem ſentire, ac pia erga alios geſta
re viſcera, modeſte ac humiliter de nobis ſentire
nihil noo deſignantes operis in charitate: quo vel
his operibus promereamur nobis ipſis Dei gratiam
adſeiſcere & conciliare ſaootem, & in illius ocu-
lis acceptabilis fiat noſtra deprecatio. Dicit enim
Matt. 18. ipſe Dominus, Amen dico vobis, quia ſi duo ex
vobis conſenſerint ſuper terram de quacunque
re, quam poſtulauerint: fiet eis à patre meo, qui
eſt in cœlis. Vbi enim ſunt congregati duo vel
tres in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Ip-
ſi gloria in ſecula, Amen. E

De cogitationibus. *Homilia* 81.

DIcit ſcriptura, Legem in adiutorium dedit. Adiutorium ipſi videlicet bominum naturæ, quo bomo ſubnixus, perinde atqne agricola ferro aſſolet plantam perpurgare, ita agriculationem ſtrenue exerceret virtutis à carne quidem vt à te recellas ac profliges, cum perſtrepunt atque obturbant veotoſæ illæ ſaſtus ampullæ & ad obſcœnam voluptatem proliciunt irritatrices concupiſcentiæ: ab anima vero conſimiliter, quæcũque cogitationes per infirmitatem ipſi animæ turbu-

A lentam conciunt intemperiem, vt primum ſenti
obrepere, prouideto vt à te quam citiſſime ſubmo
ueas, ſiue ad ea allectent quæ ſtudium carnis per-
colendæ reſipiunt, ſiue inclinent te ad iſthæc tem
poraria ac terrena, Et quidem ad eum modum aſ-
ficimur partim conditione naturę fragilioris, par-
tim item eo nos promouet & inſtigat malignorũ
ſpirituum inſidioſa ſuggeſtio, qui naturam ipſam
ſua malignitate quaſi deſtagnanribus vndis tãtum
non obruunt, vt & doctrice experiẽtia perſpicue
nouimus. In hoc igitur data lex eſt, ne velut per
oſcitantiam agricolę planta alioqui vtilis, nullum
adferens fructum obſoleſcat ſqualore. Dicit aotẽ
& Apoſtolus, Volo viros orare in omni loco le- 1. *Tim.* 2.
B uantes ſanctas manus ſine ira & diſceptationibus
cogitationum. Iterum, Conſilia deſtruentes & o-
mnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcien- 2. *Cor.* 10.
tiam Dei. Hic itaque vnicus Apoſtolu ſuit ſco-
pus, nos vt redderet puros obſcœnarum & tur-
pium cogitationum: maxime cum ſiſtimur offerẽ-
dæ Deo orationi, Inter enim graueolentiam & ſua *Diſsimilo-*
uem fragrantiam nulla intercedit conſenſio: ne- *rum colla-*
que quicquam conuenit ori putido ac fœtulento *tio.*
eum vnguento ſoauiter ſpirante. Qui ſe ſinit co-
gitationum turbelis abſtrahi: ab eis vtique excæ-
catur. Vbi enim imagines cogitationum hærent
diutius: ibi & conſenſio gignitur. Sane primus il-
C le aſſultus profligandus venit ſemper & proſter-
nendus ac diſperdendæ cogitationes de terra, quę
radices ſunt peccatorum: è terra inquam quæ eſt
cor noſtrum, iuxta Dominicum ſermonem. Dum
que inſantiles adbuc ac tenelli filij Babylonis, im-
probæ nimirum cogitationes, offerunt ſe menti,
allidendæ ſunt ſolo. conterendæque ad petram
quæ eſt Chriſtus. Tres omnium maxime genera-
les cogitationes incentore diabolo aduerſum nos
promotæ, in veſtigio eliminaodæ ſunt cordis a-
ditu. Harum malignitate nitens, noſtræ ſalutis æ-
mulus Dæmon & bellum nobis indicit & eas clã
inſtillat ac ſuggerit. Tres dixerim, ventris inglu-
D uiem, ſtudium congerendæ pecuniæ, & ambitio-
nem gloriæ inanis. Per has & ipſum Dominum *Ambitio*
noſtrum Ieſum Chriſtum ac ſaluatorem, (cum in *ſiue bonos,*
tegro ætatis flore adoleuiſſet) aggreſſus eſt, omni *&* *opes,*
genere tentationum vt tentaret. Vnde & victus re *&* *fœda*
ſectus eſt. Hinc nos ſuo docuit Dominus exem- *voluptas:*
plo, qua arte illius impuri inſidioſæ omnes pedicæ *Hæc tria*
inefficaces reddi debeant, nempe ieiuniis & ora- *pro trino*
tionibus. Omni enim conatu Leo hic doloſus no *numine*
bis apparat ac molitur inſidias deſidens in ſpelũ *mundus*
ca ſua. Clam enim concinnat hic malorum incen *habet*
tor pedicas nobis ac retia obſcœnarum cogitatio- *Bapt.*
num & quæ nos à pietate auocent. Atqui ceu di-
E ctum iam eſt, multiuariæ eiuſmodi cogitationes
nulla mora ſed ipſo ſtatim aditu profligandæ ſunt
ac declinandæ ſtudio piæ contradictionis atque o
rationis. Hæ maxime præuertendæ veniunt, quæ
mentem deſœdant ac veluti proſtitnunt: vt ne in-
quinent ſanctitatem loci, neu hominem Dei pro-
phanent & contaminent Omni igitur diuini offi-
cij cultum debemus perſoluere Deo: nequando
deprehendamur Deum quidam compellare & al-
loqui labiis tenus, corde vero media in Babylo-
ne deſidentes, & captiui arrodere quicquid im-
purum eſt ita, vt in nos audiamus iure detorqne
ri, Populus hic labiis me honorat: cor autem eorũ *Eſay.* 29.
longe

longè eſt à me. Agone igitur nobis opus eſt dile-
ctiſſimi ac peruigili attentione, vt interim dum
Gen. 4. emodulamur pſalmos, mens vnà cũ corde conci-
Ad munera Caini reſpexit Dominus. natlabiis: vt ne per hoc quod orantes credimur
Domini gratiam emereri, & conciliare illius fauo-
rem, ipſum tantò exacerbemus atrociùs, dum ſua-
uè fragranti orationis incenſo tetrum inſpergi-
mus culinæ nidorem ac proinde orationis noſtræ
Deu. 22. hoſtia reproba comperiatur ac magnopere repre-
henſibilis, vt olim reiectitia illa Caini oblatio.
Leu. 22. Execratur enim impendiò Deus ac deuouet ſpur-
cas atque obſcœnas cogitationes, imò ipſum cor
odit tantò inſenſiùs, quod eas nititur ac parit, id
quod Lex liquidò docet: Non arabis, ait, in vi-
tulo & aſino, hoc eſt, in munda ſimul & immun-
da cogitatione non offeres orationem. Neque
adduces pro victima quem quæ præferat macu-
lam decolorem, vel quæ aurem habeat deſectam,
aut caudam detruncatam oſtentet & mutilam,
aut fœda ſcabie prurientem: ſed neque de ma-
nu tua fructum accipiet qui elutus ſit ac parum
ſyncerus. Quantò magis orationem à ſe recellet
ac repudiabit tot turbulentam intemperiis, &
Pſal. 93. per contemptum oblatam? Nouit Dominus ar-
cana cordium noſtrorum, vel teſte Dauid: Nouit
Dominus cogitationes hominum, quoniam vanæ
ſunt. Et quidem ille peruigili ſtudio adnitebatur,
quo eluctari poſſet & extricari à cogitationum
intemperie dicens: In matutino interficiebam
omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciui-
tate Domini omnes operantes iniquitatem. Ne-
que enim vllus immundus ſinebatur ingredi do-
mum Domini, iuxta legem: cuius quidem Domi-
ni domus ſumus nos, Sed & Hieruſalem intra nos
eſt. Peccatores porrò terræ, cogitationes ſunt re-
ptillum more repentes humi, quę in arcano cordis
ceu latibulis deliteſcunt. Appoſité igitur orat di-
cens, Reſtitue animam meam à malignitate eorũ.
Pſal. 68. Et, Diſperge gentes, quæ bella volunt. Et, Saluum
me fac de luto; vt non infigar, Quia tu patientia
mea Domine. Vnde & Dominus ad eos, qui qua-
piam tribulatione affligantur, Inuocaſti me & li-
beraui te. Exaudiui te in abſcondito tempeſtatis,
Manibus igitur expanſis & attenta mente, fratres,
clementiſſimus Deus nobis venit exorandus ac re-
propitiandus, vt è ſolio ſuo emittat auxiliare præ-
ſidium, quo freti, hoſtes ſuppeditemus: quem-
Exo. 17. admodum Moſes proſtrauit Amalek. Non enim
mediocris eſt periculi, imò exitiale prorſus, arca-
na quadam perſuaſione paciſci & aſſentire impu-
ris cogitationibus. Ab iſtis enim cogitationibus
pertrahitur quis ad operationem ac ſenſim deſci-
ſcit à Deo. Proinde qui ex compacto aſſenſum
præbet iſtis, damnatur: ac ſi operetur peccatum.
κακότεχνον ψυχήν. Neque enim in maleuolam animam introibit ſa-
pientia: ſed nec habitabit in corpore ſubdito pec-
catis, Peruerſæ enim cogitationes ſeparant à Deo.
Sap. 1. Sanctus enim Spiritus ſapientię effugiet fictum, &
fiue dolo- ſum dolum. ſubtrahet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intel-
lectu, iuxta ſacræ dogma ſcripturæ. Sed & Do-
minus, Ex corde exeunt cogitationes malæ, ho-
Mat. 15. micidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa te-
ſtimonia, blaſphemiæ, Eiuſmodi ſunt vitia quæ
in theſauro cordis ſui, vt reprobus quiſque eſt,
recondit. Atqui nos ipſos nullo non tempo-
re prouoluamus in conſpectum diuinæ beni-

Appendix.

A gnitatis ac proiiciamus obſecrantes Dominum,
corda noſtra vt expiet, ſic vt digni habeamur
qui illi offeramus dona in ſpiritualem illam
tranſcribenda Hieruſalem, & ab ipſo audia-
mus: Bonus homo de theſauro cordis ſui pro-
fert bonos fructus Deo. Ipſi gloria in ſecula,
Amen.

De diſciplina ſiue correptione, Homilia. 81.

Diſciplina quominùs bona videri debeat, nul-
la ſuppetit ratio: maximè ſi ſecũdum Deum
eſt. Neque enim eum, qui ab ineunte primùm
B ætate philoſophatus ſit & eruditus ad diſciplinæ
& Dominicæ admonitionis tenorem vſque in ſe-
nectam & ſenium, hunc Deus derelinquet. Non
enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur diſciplinæ &
laboris eorum: qui pro gloria nominis ipſius,
non inſtrenuè ſuſtinent. Quæ ſecundum Deum
eſt diſciplina: in extremis ſuis multa cum liber-
tate ac fiducia loquetur. A nobis vtique Deus
etiam bona auſert, quemadmodum à ſancto Iob *Iob. 1.*
diuitias. Dominus enim dedit & Dominus abſtu-
lit. Quæcunque ab initio conditi ſeculi mala in- *Eccle. 1.*
tulit, de manu eius accepimus. Bona enim & mala
à Domino, ait ſcriptura. Proinde qui mala hæc
C inuehit nobis idem quoque Deus æternam in-
ducet læticiam. Debemus itaque multa cum gra-
tiarum actione excipere in omnibus diſciplinam
& correptionem Domini. Qui enim pro veritate
quàmlibet perplexos labores non fert vltroneus:
nolit, licet, multò plectetur diſciplina atrociore.
Quiſquis autem explẽdę diuinę voluntati ſe ſpõ-
taneus accommodat: per modicos labores vltro-
neè toleratos, longè euadet acerbiores. Parœmia-
ſtes ſiquidem ait, Qui timet Dominum, excipiet *Prou. 13.*
diſciplinam. Rurſus, Qui parcit baculo, odit filiũ
ſuũ: qui autem diligit, diligenter erudit illũ. Ite-
rum, Erudi filium tuum, ſic enim bonæ ſpei erit.
D Audi fili & excipe meos ſermones & multiplica-
buntur anni vitæ tuæ. Suſcipe correptionẽ meã,
ne dimittas eam. Filius enim qui omittit cuſtodi-
re diſciplinã patris, excogitabit colloquia praua.
Iterum, Stultus ſubſannat diſciplinam patris: qui
autẽ cuſtodit correptiones, aſtutior erit. Rurſus,
Da ad diſciplinã cor tuum: aures autem tuas accõ- *Pro. 23.*
moda ſermonibus ſenſus. Iterũ, Ne omiſeris eru-
dire puerũ: quia ſi virga eum percuſſeris, non mo-
rietur, animam autẽ eius ſaluabis. Rurſus, Erudi
filium tuum, & refocillabit te & dabit ornamen-
tum animæ tuæ. Iterum, Melius eſt audire corre-
E ptionem ſapientis, quàm audire canticum ſtulto- *Prou. 4.*
rum. Inducit, Audite filij diſciplinam patris: &
attendite, vt ſciatis intelligentiam. Donum enim
bonum dabo vobis: legem meam ne derelinqua-
tis. Intelligite ſimplices aſtutiam: & ineruditi ap-
ponite cor. Accipite diſciplinam & non argen-
tum & ſcientiam magis, quàm aurum probatum. *Soph. 3.*
Per Sophoniam prophetam Deus, Timebitis
me & accipietis diſciplinam & non peribitis, vt *Mic. 7.*
ſeruiatis Domino ſub iugo vno. Michæas, Paſce *Heb. 12.*
populum tuum in virga. Paulus Hebræis dicit
per epiſtolã, Fili noli negligere diſciplinã mei, ne-
que fatigeris, dũ ab eo argueris. Quẽ enim diligit
Dominus, caſtigat: flagellat autẽ omnẽ filiũ, quẽ
recipit. Quis enim filius, quẽ non corripit pater?

R

Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, ergo adulterini & A non filij eſtis. Corinthiis item, Si enim ergo cõtriſto vos, & quis eſt qui lætificat me: niſi is, qui contriſtatur per me? Inſert, Omnis autem diſciplina in præſẽti quidẽ nõ videtur eſſe gaudij ſed mœroris: poſtea verò fructũ pacatũ per eam exercitatis reddet iuſtitiæ. Dauid, Beatus homo, quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum. Et *Pſal. 117.* Caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me. Iterum, Corripiet me iuſtus in *Pſal. 17.* miſericordia & increpabit me. Et, Diſciplina tua correxit me in finem: & diſciplina tua ipſa me docebit. Et qui Dauidis ætatem anteuertit Iob: Nũquid non locus tentationis eſt vita hominis ſuper B terram? Et quaſi mercenarij diei vitis, vita eius. Quòd ſi hominis vita ſuper terram, locus eſt tentationis, qui fieri poſſit vt non tentetur, qui in loco cõſiſtit tẽtationis? Sanè à Domino & Saluatore dictum eſt, Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Vtique hoc veluti indice docet, vt ne ſinamus nos abſorberi à tentatione ac vinci. Prorſus enim tentationem vincere, res commendatione atque inſigni præconio digna. Dominus iterũ, Quis veſtrum habens ſeruum arantem aut paſcentem, qui regreſſo de agro dicat illi, Statim vbi tranſieris recumbe, & non magis dicet ei, Para quod cœnem, & præcinctus miniſtra mihi, donec C manducem & bibam, & poſt hæc tu manducabis & bibes tu? Inducit, Nunquid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Nõ puto. Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Quia inutiles ſerui ſumus. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

ἐυχὶ πει-ρατήριον ἐστὶν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς. *Luc. 17.*

De conſultatione ſiue conſilio, Ho. 83.

IN quocunque negotio, non mediocris operæ feceris pretium, remque Deo magnopere acceptam: ſi conſilium expetes. Nemo enim enim inuenietur, qui non indigus ſit conſiliarij, niſi Deus D & ſolus, penes quẽ ſapientia eſt omnis. Nam homo omnis indigus eſt probæ conſultationis præ halitu quem ore efflat ac ſpirat, vt nos diuinæ ſcipturæ erudiunt hunc in modum, Omnia fac cum *Prou. 13.* conſilio. Cum conſilio vinum bibe, nimirum id quod cor lætificat, ſpirituale videlicet vinum. Qui talis eſt nunquàm aberrat à ſcopo: ſed liber anxiæ ſolicitudinis ſuam omnem tranquillè exigit vitam. Conſilium enim à quopiam corrogare & expetare planè argumentum eſt hominum qui ſuperbiam oderint & de ſe modeſtè ſentiant, eorum maximè qui præſenti vrgentur periculo. Nulli arbitror obſcurum, quia humilibus Deus dat gra- E tiam: ſuperbis autem reſiſtit. Quemadmodum To- *Tob, 3.* bias dicit filio, Conſilium ab omni ſapiente perquire: & ne contempſeris conſilium vtile. Qui enim particeps eſt boni conſilij, per viam ingredi- *3. Reg. 12.* tur mandatorum Domini: vir autẽ inconſultus ſibiipſi hoſtis eſt. Exemplo eſt Roboam Salomonis filius, qui derelicto ſeniorum probo conſilio, dum puerorum qui ſecum indulgentiùs fuerant educati, adhæreſcit conſilio, Iſraelitici regni ſceptra *Sceptra, intellige trib. decẽ.* decẽ perdidit. Rectè igitur ſic inconſultos deprædicat miſeros Eſaïas dicens, Væ qui initis conſiliũ, nõ per Dominũ, in occulto facientes: & erunt in tenebris opera eorũ. Cõſiliũ enĩ malignorũ iniquus conſulit: pij autem prudentia inіere conſilia. A- A lius item ſapiens dicebat, A malo conſiliario cuſtodi animam tuam. Etenim ille ſibiipſi conſulit & *Eccle. 37.* ſtabit ex oppoſito: vt videat quid euenturum ſit. Rurſus, Ne conſilieris cum eo qui te toruè intuetur: & à Zelantibus te, abſconde conſilium. Nõ igitur abs re ſed cõgruè ceu prædictum eſt, in omnibus experiendum nobis eſt conſortium ſpiritualis conſilij à ſenioribus, quos vſus rerum prolixior prudentes reddidit, carnalium verò & ineruditorum conſultationes vitandæ prorſus: vt ne pro fulcimento Scipionis è robore palmæ decerpti arundineam retineamus virgam, quæ manum *A ſimili.* B hominis fodicet ac perforet, ſuæque inſpergat veneoum naturæ, aut pro oue in lupum reuoluamur & incidamus. Qui enim graditur cum ſapientibus, ſapiens erit: ſtultis ac dementibus ſenſus eſt pro- *Prou. 13.* cliuior. Salomon verò, Qui ſeducit rectos in via mala, in corruptionem ipſe deuoluetur. Iterũ, Fili ne te apprehendat conſilium malum, quod relinquit doctrinam iuuentutis. Quibus enim nõ ſuppetit gubernatio, foliorum inſtar decidunt: ſalus autem adeſt, vbi multa conſilia. Sicut enim ciuitas nullis cincta mœnibus: ita qui quidpiam a- *Prou. 11.* git ſine conſilio. Moſes qui tam familiariter cũ Deo *Exod. 17.* loquebatur, neutiquã repudiauit conſilium Hie- *Iothor dic Ietro vide præfationem.* C thor, ſed quæcunque ipſius relatu didicit, expleuit opere, eadẽ comprobans, neque hinc in ſuperbiã extulit ſe, tanta alioqui apud Deũ & homines perfruitus gloria. Sed & Paulus apoſtolus Chriſtum in ſe loquentem qui habebat, ait Galatis: Aſcendi in Hieruſalem, & contuli cum eis euangelium *Gal. 2.* quod prædico ſeorſum autem his qui videbantur eſſe, ne fortè in vanum currerem aut curriſſem. Et is qui dicit ſe non ab hominibus didiciſſe, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti, nihil grauatim tulit cum condiſcipulis conferre, conſilij, ineundi gratia. Neque enim priuo iudicio tantum ſibi vni tribuit fiduciæ, veritus ne in vanum D curreret aut cucurriſſet. Nos autem quos latet, quæ ſit aut dextera aut ſiniſtra, quantò æquiùs eſt nihil moliri operis abſque ſpiritualium patrum arbitratu & conſilio exemplo tanti iſtius apoſtoli: ſed omni ſtudio illorũ cõſilio vſi, non itẽ in re quauis nitentes noſtra qualicunque prudẽtia aut propriis cogitationibus fidem accommodantes: magis autem ad eorum, qui noſtram hanc anteuerterunt ætatem, conſilium decretumue ceu ad ſcopum rectà collineemus: ne fortè cõtingat inſidioſa malignitate dæmonum nobis illudi. Pro ſua enim veteratoria voluntate res quaſlibet in aliam ſubinde permutant formam, in eorum E maximè proſpectu qui commentitias artes illorum non admodum ſcitè callent aut qui plus æquo nituntur fiducia ſui arcus ſiue brachij. In nos enim per humilitatem ſidit ac delabitur ſancti Spiritus gratia quemadmodum nos edocuit Dominus, Quum adduxerint vos ad ſynagogas & principatus & poteſtates, nolite cogitare quo- *Math. 10.* modo aut quid reſpondeatis, Spiritus enim Sanctus docebit vos in illa hora quid vos oporteat dicere. Ipſi gloria & imperium in ſecula, Amen.

De inſomniis, Homilia 84.

Iam

A IAm quando nonnulli ſunt qui per hoc quod fidem habuerunt inſomniis, à rectitudine viæ abducti in pudendos errores delapſi ſunt: huiuſce rei gratia ſubmonemus vos dilectiſſimi, nequando illiuſmodi aëriuagis & multiformibus inſomniis commodetis fidem. Sunt enim hæc aliud nihil quam mentis implanatæ ac deërrantis ſimulachra, imaginationes & fruſtratoriæ ludificationes reproborum dæmonum, nobis vt imponant & implanent, ſic miſere ſeductos vt ineſcent iſtis delinimentis atque oblectent, vt deinceps nullo negotio hominem pertrahant ad captanda lenocinia illecebroſæ voluptatis, iuxta verbum Iudæ Apoſtoli Iacobi fratris, de eiuſmodi quibuſdam dicentis, B Similiter & hi inſomnia ſua ſectantes, carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem vero blaſphemant. Eccleſiaſtes item præcipit dicens, In ſomnium in multitudine tentationis, & vox ſtulti in multitudine ſermonum. Inducit, Ne des os tuum, vt exerrare facias carnem tuam: vt ne iraſcatur Deus ſuper voce tua & corrumpat labores manuum tuarum, quia in multitudine ſomniorum & vanitatum & ſermonum multorum Ieſus item Sirach filius, Inſomnia extollunt imprudentes. Infert, Quemadmodum qui pugno captat vmbras & perſequitur ventos: ſic qui intendit inſomniis. A C mendace enim, quid egredietur veritatis? iterum, Diuinationes & auguria & inſomnia vana ſunt. Multos enim errare fecerunt inſomnia & exciderunt, ſpem ponentes in eis. Si cuipiam igitur veſtrum qui in hoc ſpirituali deſudat agone, ſe viſendam obtulerit aut lux aut alia quæuis figura ſimaginem repræſentans ignis: nullo pacto eiuſmodi ſpectrum ſinat animo illabi. Aliud enim id nihil eſt quam luculenta fraus ſubdola arte inimici concinnata. Hoc perſpicue docet nos Apoſtolus, dum aſtruit impurum illum ſolere ſe transfigurare in angelum lucis. Profuerit igitur priuſquam D carpendo ſopori in cubili dedas te, ad animæ ſalutare antidotum, ad amoliendam & propulſandā ab ea dæmonū impoſturam, vt ores orationē hāc.

ὀνειροπό-λος · *Eccl. 5.* · *Inabſolutus ſermo* · *Eccl. 34.* · *Attende, niſi adſit diſcretio ſpirituum.* · *2. Cor. 11.*

Omnipotens verbum patris, tuapte natura perfectus Deus Ieſu Chriſte, per viſcera tua Ieſu bone quæ ad miſericordiam propenſiſſima ſunt, qui nunquā à ſamulis tuis te diſiungis, ſed in ipſis conquieſcis: quæſo paſtor bone ouium tuarum Ieſu ne me tradas inſidioſæ malignitati ſerpentis, neu ſinas me intercipi concupiſcentia ſatanæ. Semen enim corruptelæ in ipſo progenatum eſt. Tu igitur Domine mi, rex ſanctiſſime, Deus adorande Ieſu Chriſte cuſtodi me dormientem immortali tuo conſilio, tuoque Sancto ſpiritu, quos tuos illos E ſanctificaſti diſcipulos. Exime me ſerpentis veteratorij inſidiis. Mihi quanlibet indigno impartire gaudium tui ſalutaris in cubili meo, mentemque meam illuſtra luce cognitionis Euangelij tui, animam meam in dilectione ſanctæ tuæ crucis, cor meum in ſynceritate verborum tuorum, corpus meum in paſſione tua, idque per gratiam tuæ impaſſibilitatis, cogitationes meas in pace tua cuſtodi. Opportuno tempore experge facito me ad glorificandum nomen tuum. Adorandus enim tu & glorificandus cum patre & ſancto tuo Spiritu in ſecula, Amen.

Oratio S. Antiochi.

Sunt proinde & alia inſomnia, quale illud de Appendix.

A quo Iob, Etenim ſemel loquetur Dominus, in ſecundo autem inſomnium, ſicut cum inciderit timor in nocte. Nos proinde dilectiſſimi non facile commodare fidem debemus aut aſſentiri in ſomniis, tametſi in ſpeciem videri poſſint diuinitus cœlitus demiſſa eſſe (ni adſit diſcretio ſpirituum certa nec fallax interpres rei viſæ: ne pro luce fumum inanem captemus. Num quæſo, per hoc exacerbamus aduerſum nos Dominū? Adeo nihil illum hac vna re exaſperamus, vt illi etiam futuri ſimus gratiores, quippe qui cum timore & circunſpectione nec mediocri aſſeruamus theſaurum ab ipſo nobis concreditum. Et quidem B non pauca eius generis exempla poſſimus enarrare quæ ad nos vſque peruenerunt, cum vetera, tum noua, vt quæ ætate etiam hac noſtra contigerunt, de his qui per inſomnia, ludificationes dæmonum perpeſſi ſunt & miſere conciderunt per fidem habitam inſomniis. Sane hæc præſenti ſcripto venirent inſerenda ad cautelam legentium: At ne propoſito nobis ſemel ſcopo excidamus, vnum hoc & ſolum vbi adiecero ſeu corollariū, finem imponam præſenti Homiliæ. Fuit in monte Sina monachus quidam, qui celebre adeo edidit ſuæ continentiæ ſpecimen, vt in cellula multos vixerit annos incluſus. Poſtremo multiuariis C reuelationibus diaboli & inſomniis illuſus ad Iudaiſmum delapſus eſt, & carnis circumciſionem. Quum igitur diabolus huic identidem vera quædam inſomnia demonſtraſſet, & veluti obiecta illecebra ineſcaſſet illius obſcuratam mentem: nouiſſime oculis iſtius obiicit copioſam turbam Apoſtolorum, Martyrum aliorumque omnis generis Chriſtianorum denſiſſimis tenebris & omni dedecore oppletam. Parte oppoſita, Moſen, Prophetas, populum quoque Iudæorum, Deo alioqui inuiſum, offert ſplendida admodum luce conſpicuos, inque gaudio & hilaritate vitam traducentes. Hæc cum ſpectaſſet miſer, in D veſtigio ſurrexit, derelictoque ſancto illo monte, in Paleſtinam vſque peruenit. Recta contendit in Noarā & Lybiadem, aſſila Iudæorum. Cum iſtis denarraſſet quæ ſibi viſæ fuiſſent, diabolicas apparitiones: circuncíſus eſt ac profeſſus Iudaiſmum, accepit vxorem, inque omnium proſpectu aduerſus Chriſtianos edidit dogmata propugnator factus Iudaicæ ſuperſtitionis. Hunc ego vidi ac plærique monachorum. Neque enim quatuor anni ſunt à morte illius, qua miſere perruptus eſt. Catharri enim profluuiū aliquandiu paſſus & vermiū arroſione cōtabeſcēs expirauit. Hūc E cū vidiſſem⁹, ego & alij aliquot monachi, correpti timore, ingēti cū luctu lamētati ſum⁹. Erat id ſane quā miſerabile ſpectaculū. Vir hic tot⁹ Incanuerat in monaſtica exercitatione, cōſenueratq; laborib⁹ attrit⁹, & is tādē cū mulierib⁹ iocat, immūdarū carniū nēpe Iudaicarū guſtu ſe deſœdat & inquinat, verba loquit obſcœna & impura, blaſphemat Chriſtū, Spm̄ ſanctū nō tolerādis afficit cōtumeliis. Et hūc talē illi exleges Iudæi, ſecūdū vocabāt Abrahā. Merito igitur Dominus dicebat, Vigilate quia neſcitis qua hora fur veniet. Inducit, Hoc autem ſcitote, quia ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique & non ſineret perfodi domum ſuam. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Secus habet editio noſtra & 70. inſignomnis ſpecies ſunt Auguſt. 5. Gregorio. in c. 7. Iob. 6. Quib⁹ & quatenus fides habenda ſit, lege præfationem. · *Antiſiuſque conciſum & breue.* · *Monach⁹ Sinaites illuſione Dæmonis in Iudaiſmū prolapſus.* · *πύφος lege τύφος ego.* · *Matt. 24. Luc. 21.*

De puſillanimitate & duplicitate. Homilia 85.

NE fratres, locum demus ſpiritui puſillanimitatis, nequando noſtri dominetur: vt ne ipſi damnemur, dicente ſcriptura: Virum puſillaoimem quis ſuſtineat? Quin potius omnem noſtram ſollicitudinem proiiciamus in Dominum. Ipſi enim cura futura eſt noſtri. A nobis itaque auſeramus duplicitatem ſimul & puſillanimitatem. Nulla prorſus ex parte duplices inueniamur, dum quiduis à Deo depoſcimus, in nobis ipſis inſuſurrantes: Qui poſſim à Domino & petere & accipere, qui tanta in illum admiſi? Magis autem toto corde conuertere ad Dominum & pete ab eo nihil dubius aut euarians, & ita facile intelliges quam copioſa ſint ipſius viſcera miſericordiæ: [B] Neque enim vllo pacto in diſcrimine quouis poſitum te deſeret ſed plena fide ſatisfaciet petitioni animæ tuæ, Neque eoim Deus, vt homines qui acceptæ ſemel iniuriæ tam ſolent meminiſſe pertinaciter. Ipſe enim nullius memor iniuriæ eſt magis in creaturam omnem indulgentiſſime expandit ſuæ viſcera benignitatis. Tu igitur cor tuum perpurga tantum ab omni vacillatione & hæſitatione, ac pete ab eo, eriſque tuæ petitioois compos: Nam varius & anceps ſi deprehendere, nihil accipies. Qui enim erga Deû, animo fluctuant ac veluti diuiduntur: iſti animo duplices cum ſint, ne tantillum quidem è [C] ſuis poſtulationibus aſſequuntur. Ac perfecti qui ſunt ſidei integritate, quum ſpe nitantur erga Dominum incolumi, quicquid poſtulant accipiunt: quandoquidem nihil hærendo nouerint petere. Quod ſi ſerius quam velles, continget te accipere: ne ob id vacilles animo anxius, quia non in veſtigio tuæ aoimæ poſtulationem conſequutus es. Omnino enim ob aliquam tentationem, aut certe quia intercedit delicti quidpiam (quod alioqui ipſe ignoras,) ſerius accipis. Tu igitur ne interquieſcas aut cuncteris petere à Deo quod magnopere contendit anima tua & accipies. [D] Quod ſi delaſſabere inter petendum: teipſum incuſa, non item eum qui dat. Duplicitas animi plane diaboli eſt filia quæ omnium maxime in ſeruos Dei, natiua ſua malignitate, debacchatur ac ſæuit. Tu igitur, fortem ac ſtrenuam fidem vide, indutus vt ſis. Sane perſtemus ſolidi ac ſtabiles incûdis in morem vndelibet attriti contuſionibus. Excelſi animo athletæ eſt, & vndique cædi & tamen vincere: maxime in gratiam Dei, nihil non toleremus alacres, vt & ipſe nus longanimiter toleret. Studioſi ſimus ac peruigiles. Condiſcamus ferre temporis iſtius iniquitatem, qui ſpe nihil dubia præſtolamur aduentum eius qui ſu- [E] pra tempora eſt & qui ſine tempore eſt, & inuiſibilis, noſtri cauſa, in tempore palpabilis eſſe voluit: impaſſibilis cum eſſet, dignatus eſſe paſſibilis. Et hic tantus in gratiam noſtræ ſalutis tolerantiſſime cuncta pertulit. Dicit proinde ſcriptura, Qui timetis Dominum, expectate miſericordiam eius, & ne declinetis, vt ne cadatis. Inducit, Quis confidit in eum & confuſus eſt? aut quis inuocauit eum, & deſpexit illum? aut quis permanſit in timore eius, & derelictus eſt? Ne eſto in oratione tua puſillanimis, vt ne inueniare illi aſſimilis populo in Ægypto qui abnuit

Spiritum ad iraſcêdû facilê quis poterit ſuſtinere: Pro. 18

Non hæſitãdum in Oratione.

Iac. 1.

Cur ſerius accipimus quæ petimus à Deo.

Iac. 4.

Duplicitas animi, diaboli filia eſt.

Eccl. 2.

Loquutus eſt Aarõ et fecit ſigna corã populo, & credidit populus Exo. 4

Filij Iſrael nõ audiunt me, (ait Moſes) & quomodo, audiet me Pharao Exod. 6.

Ioſue 23.

[A] audire Moyſen, vitio laborans puſillanimitatis. Audi tu Ieſum Naue dicentem: Cuſtodite vehementer animas veſtras, vt diligatis Dominum Deum veſtrum, & ipſe pugnabit pro vobis. Scriptum eſt & in iudicum libro, Ne exacerbemus Dominum, vt ne aſcendat Madian cum iumentis ſuis & corrumpat fructum noſtrum & ad extremam paupertatem deuoluamur. Quin & Eſaian audiamus dicentem: Conſolamini puſillanimes mente, Dominus enim iis qui puſillo ſunt animo, infundit conſolationem, & vitam contritis corde. Nos igitur cum Dauide, corde compuncto Deum interpellemus, dicentes: Exercitatus ſum & defecit ſpiritus meus; Cor meum [B] conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: Periit fuga à me & noo eſt qui requirat animam meam. Sed ne derelinquas me Domine Deus meus, & ne diſceſſeris à me. Flagella autem tua auerte à me quia à fortitudine manus tuæ ego defeci. Et: Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine dum expecto te Deum qui ſaluum me facis à puſillaoimitate & tempeſtate. Adhæſit enim pauimento aoima mea, ſed & viuifica me ſecundum verbum tuum. Noui enim te Domine clementiſſime, quia dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me. Et, dabis virtutem & fortitudinem diligentibus te. Sed & quid Paulus nobis præſeri- [C] bat faciendum, excipiamus auribus arrectis: Induimini armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Sed & iis qui ſpiritus alacritate præualent, edicit: Conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Verba hæc ſane afflatu numinis ſcripta, multa & alacri patientia meditemur, ne forte audire contingat ſugillationem illam: Quum deberetis eſſe magiſtri propter tempus, ruſum indigetis vos vt doceamini, & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. Profuerit igitur orationes profundere ad Dominum, ne nos ſinat induci in tentationem. Si qua ingruerit, noſque adorietur, eam cum pa- [D] tientia excipiamus & actione gratiarum, vt noſtram non vt alienam. Quod quis vitioſo cuipiã affectui aſtrictus, ſi toto corde omnique cum humilitate crediderit in Dominum, donum accipit ſerenioris conſcientiæ, teſtem habes ſcripturam: Hodie enim mecum eris in paradiſo. Et, Fides tua te ſaluum fecit, Vade in pace, quæ à paſſionum tumultu ſeiuncta eſt: & quæcunque ſunt formulæ conſimilis Et in ſemine vna matureſcit. Ne igitur expromptam alacritatem noſtram retundant inimici, & animi hebetent acrimoniam, dum nos ſcutieis colaphizant multiformium tentationum: Tolerantia enim tentationum con- [E] cinnantur ac plectuntur coronæ, & infirmitatibus virtus perficitur Chriſti, imo magis pertinaci freti conſtantia ad orationem perſiſtamus, Dominum noſtrum obſecrantes ac dicentes: Domine qui ſolus bonus, erga humanum genus clemens, ſolus ſuauis & mitis, ſolus verax & iuſtus, ſolus miſerator Deus noſter: Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti qui ſub Pontio Pilato cruci eſt appenſus & tertia die reſurrexit & ita introiuit in gloriam, ſuam pariter & tuam: adueniat quæſo ſuper me ſeruum tuum virtus tuæ maieſtatis, & confirmet me, Domine, & conſtabiliat ſalutaris doctrina Euangelij

Iſa. 35.

Pſal. 76.

Pſal. 54.

Pſal. 118.

Pſal. 60.

Eph. 6.

1. Theſſ. 5.

Hebr. 5.

Conſciẽtiæ ſerenioris donum.

Luc. 23.

[illegible] nigreſcit, exequtur, molleſcit.

2. Cor. 12.

S. Antiochi Oratio ad Deum.

gelij tui. Certe Domine, viſcera mea artuſque meos omnes fac ſplendeſcere infuſione tuæ lucis, tuaque ſolius voluntate. Expia me ab omni malitia & peccato. Conſeruato me immaculatũ & irreprehenſibilem ab omni operatione aduerſarij: tuaque benignitate imparti mihi, vt quæ tua ſunt, cogitem: quæ tua ſunt, ſapiam: in iis quæ tua ſunt, conuerſer: tuo, nempe filiali, timore te timeam ad extremum vſque halitum. Inuoco te Domine Ieſu Chriſte ego peccator, vt per inenarrabilem miſericordiã tuam conſerues corpus meum, animam ac ſpiritum, ab omni laqueo oppugnantis me. Ita, pater ſancte, tua ſolius pietate propugna me ſeruum tuum, nec in tanto diſcrimine conſtitutum deſeras me: vt ne dicant inimici mei, Deglutiuimus eum. Tu enim, Domine mi, propugnator meus es, in te laudatio mea ſemper & in ſecula, Amen.

Ad hunc modum propius adiungamus nos tam clementi Domino, nec vlla ex re ſic miſerè eliquemur aut deficiamus animo: magis vero ſtrenue contendamus illius memores ſcripturæ. *Luc. 18.* Dixit autem eis & parabolam, quia oportet ſemper orare & nõ deficere. Infert, Deus vero non faciet vindictam clamantium ad ſe die ac nocte, & patiens erit? Certe dico vobis, quia faciet velociter vindictam eorum. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

De labore, qui ſecundum Deum eſt.
Homilia 86.

QVi ſecundum Deum ſunt labores, hominem recta prouehunt ad portum ſalutis, multumque præſtant fiduciæ apud Deũ, qua fretus *Pſal. 24.* dicere ingenue auſit Vide humilitatem meã & laborem meũ, & dimitte vniuerſa peccata mea: quia laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ, & oculi mei defecerunt, dũ ſpero in Deũ meum. Corpus itaque noſtrũ, animamque chariſſimi, aſſiduis maceremus ieiuniis, manuario item operi noſipſos *Opus Manuarium.* mancipemus: vt cum dederit dilectis ſuis ſomnum hoc eſt requiem, fructum dignæ recipiamus mercedis. *Rom. 8.* Quamnam mercedem? Nimirum cum efficiemur hæredes ac filij Dei. *Pſal. 126.* Hæc plane merces fructus ventris, hoc eſt temperantiæ. Inueniuntur & tales, aſſimiles Apoſtulis maxime qui rerũ inopiã ſtudio affectantur. Quali enim ſagittę in manu potentis, ita eorũ qui ſe excuſſerunt ab omni cura concretioris materiæ ſeculi illi'. Eiuſmodi ſanequã beati prædicantur, vt qui honeſtã & cõmendabilẽ explent concupiſcẽtiam, nec cõfundentur, cũ loquentur inimicis ſuis in porta: hoc eſt, in articulo ſuæ defunctionis atque exitus è corporis domicilio, quo potiſſimũ tempora hominem maligni adoriuntur dæmones, ſtudio & conatu præoccupãdi animam. *Dæmones maxime in tẽpore exitus, hominem oppugnant.* Qui ſapit & hæc plane nouit, ad mortem vſque non cõquieſcet, donec ſuam ipſius animam faciat ſaluam. Nec animam modo faciunt ſaluã qui ſecundum Deum ſunt, labores, ſed & corporis ſanitatem ac vires conciliant. *Labore vtilitas.* Cui enim Deus robur ſuppeditat pro hominis propoſito? At otium, malitiam omnem perdocet ſpinarum iſtar aculeatam. *Otium omnẽ malitiã omnẽ perdocet.* In manibus enim otioſi ſponte ſua emicãt ſpinæ. Et: Viæ otioſorũ ſpinis inſtratæ ſunt. *Prou. 15.* Tales dũ aliud nihil cõficiũt operis, totos ſe dedũt detractio
Appendix.

A ni diſpũcto à ſe & excuſſo Dei timore. Adde his, temerarij & effrontes, verbis ſunt inconcinnis ac immoderatis quæ prætextum alioqui præ ſe ferãt alicuius doctrinæ, cum interim non intelligant, neque quę ipſi loquuntur, neque de quibus affirmãt. Hoc genus homines ſcite admodum perſtringit concentor Pſalmorum Dauid dicens: In laborib' hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. *Pſal. 72.* Qui enim peccant, nec tamẽ reſipiſcũt pœnitudine ducti, neque flagris conſcinduntur ſiue caſtigantur hic cum hominibus: illic vtique in dæmonum contuberniũ pœnas luent nullo circũſcribendas fine. In hoc perdocet nos & inſtruit B ſcriptura, laborem vt diligamus: quod is ad omnia mire conducit. Dicit enim. Ne oderis laborioſam operationem, ſed humilia valde animam tuam. *Eccl. 7.* Et: In omnibus operibus tuis eſto velox: & omnis infirmitas non occurret tibi. *Eccl. 32.* In deſiderio enim erit omnis piger, viæ autem fortium planę ſunt. Dauid item. Hoc, labor eſt ante me, donec intrem in ſanctuarium Dei. Sed & propterea laborabo, vt vniã in finem. Tu enim dixiſti Domine, Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis, luti & lateris: nempe obſcœnarum ac turpium affectionum. *Exod. 20.* Sane profuerit æmulari Apoſtolum: Ait enim is. Fratres me C mores eſtote laborum noſtrorum & afflictionum. *1. Theſſ. 2.* Nocte ac die operantes ne quem veſtrum grauaremus: Ipſi enim ſcitis, quia gratis panem non manducauimus. Sed & ad Corinthios, enumeratis agonibus ſuis quos pro tuenda pietate deſudarat, addit: In laboribus abundantius. *1. Cor. 15.* Iterum, Præ illis abundantius laboraui: Non autem ego, ſed gratia Dei mecum. Et quidem labores nobis ſubeundi ſunt, ſed cum humilitate & arbitratu diſcretiuo ſpiritualium patrum. *Labores cum humilitate ſubeundi.* Ita enim fiet, vt in nullum incidamus errorem, nec dæmonibus reddemur ridiculi: Impuris enim iſtis ſpiritibus hoc D ineſt peculiare ſtudium: feruore indiſcreto accendunt ſemper hominem, ea vt moliatur, quibus perficiundis neutiquam par ſit: *Feruor indiſcretus.* Talem poſtremo deridiculis ſannis proſcindunt. Iuxta igitur Apoſtolum, dicendum eſt & ſapiendum, quoties quidpiam operis cum laude ac legitimo geſſerimus. Non ego autem, ſed gratia Dei mecum. *1. Cor. 15.* Nec Apoſtolus modo nobis, ad omnia, formula vitæ factus eſt, ſed & ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſuomet exemplo nihil non quod confici debeat, delineauit. Is, enim in quem nulla decolor peccati eluuies cadere poterat, Deus cum eſſet, E nec vllius corporalia indigus laboris: nobis tamen erudiendis, nihil non ſuſcepit faciendum. Ieiunauit enim diebus quadraginta: *Matt. 4.* Fatigatus eſt ex itinere, nec interim habebat plus, vbi caput reclinaret: Idem pernoctabat in orationibus Dei: Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De ſtudio ſiue ſolicitudine, quæ ſecundum Deum ſit.
Homilia 87.

DIligens & ſtudioſa ſolicitudo quæ ſecundum Deum eſt: nullo non tempore, nulla non in ra, bona comprobatur. Sed & Dominicum illud

primum mandatum eſt, quod populum à ſeruitutis iugo transſcribit in libertatem ac vindicat. A Etenim populo illi mandatum fuit, cum feſtinatione vt ſe ex Ægypto reciperēt: vtque in terram bonam, è tenebricoſa ſeruitute, curſu concito properaret ad lumen genuinæ libertatis: commiſſumque illi, paſcha vt comederet cum feſtinatione.

Exod. 12. Paulus proinde per epiſtolam ſuo dicit Timotheo *2. Tim. 2.* Solicite cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem. Et inducit, Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: *Eccl. 6.* Alius: Si videris virum ſenſatum, mane ſurge ad eum. Ecquis ſapiens? adhæreſcito ei. Omnem enarrationem velis auſcultare, & prouerbia intelligentiæ non te affugiant. Iterùm, In mandatis B *Eccl. 8.* Domini meditare iugiter: Confirma cor tuum & & ne deerres à narratione ſenum: quia ab eis diſces intelligentiam. Cum prudentibus ſit ſermocinatio tua, & omnis enarratio tua in lege altiſſimi. Viri iuſti erunt conuiuæ tui. Et hæc quidem omnibus appoſitè congruunt, ſed eos alioqui peculiariter reſpiciunt qui ſe ob omni temporariæ rei extricarunt ſolicitudine, qui elegerunt abiecti eſſe in domo Dei? imò quos in ſuum famulitium aſciuit Dominus, ac propiùs adiunxit ſibi. Planè prioris vitæ peccata quæ benignitate Domini indulta ſunt redibunt de integro, ſiquidem ſupino C quodam animi deſidebimus veterno Vt enim aurum exploratum igni & per purgatum: ſi minus accuratè tractetur, ſtrigoſitatem contrahit & aſperitatem: ita & ſtudioſus virtutis ſi vel vnā horulam deſederit otioſus, mox à feruore gratiæ refrixit, & in veſtigio ſe illi inſerunt muſcæ peccati quæ exinaniunt ſpiritualis opificij ſuaucolentiam. *Gratiæ feruorem extinguit deſidia.*

Eccl. 10. Quiſquis igitur voles imbellem reddere inimicū: circumcidito peccatum, eſto alis nudus, imitatus paſſerculum, cui à puerulis illuditur. Dæmones enim nullo non genere veteratoriæ malignitatis obarmati conſueuerunt per omnem omnino vitam aduerſus monachos piæ actionis ſtudioſos & D eos qui requietam tranquillámque delegerunt viuendi formulam, ſuarum exacuere gladios tentationum Et quò quiſque ſtudet eſſe arrepti propoſiti obſeruantior, eò aduerſus talem, copias ſuæ malignitatis apparat inſanius dæmon, & promouet perplexos vixque tollerabiles conflictus, vt quoquo pacto diuellere hunc ab oratione poſſit. Opus igitur fuerit, vt virtutis ſtudioſus ad opus iturus orationis, ſuam alacritatem oſtentet exprómptam & præferuidā, vt angeli perſpecta hac prómptitudine exhilareſcant, ac proinde cum tali perſeuerent, è diuerſo dæmones tanto feruore flagellati ſe in fugam proripiant refugæ. Debet igitur E vel ob hoc cultor virtutis feruere ſemper ſpiritu. Quemadmodum enim ferrum igni candens totum à propria natura in eam quæ natiua eſt igni tranſit, fitque ſe propemodum ignis: ita & qui Deo propius adiungitur, par eſt, à ſe, vt vitę iſtius ſitu ferrugineo & tenebricoſo obductas curas excutiat & vniatur igni, (quem Dominus venit *Luc. 12.* mittere in terram,) fiatque totus ignis, ne à quoquàm aduerſariorum intercipi poſſit & expugnari. Ait item & apoſtolus. Solicitudine non pigri, *Rom. 12.* ſpiritu feruentes, Domino ſeruientes. Qui igitur ſeipſum conſecrauit Deo, neceſſe eſt vt cū cogitatione prorſus ſyncera & ornamentis bonarum A actionum conſpicuus vnà cum Dauide pſallat ac *Pſal. 26.* dicat: Vnam petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: vt videam quid iucundum ſit Domino. Et *περιττό-τητα.* illud: Ego autē ſicut oliua fructifera in dumo Dei. *Pſal. 51.* Item illud, Domine dilexi decorem domus tuæ, *Pſal. 25.* quia dilecta tabernacula tua Domine, Domine: Cōcupiſcit enim & deficit anima mea in atria tua *Luc. 10.* Domine, vt inhabitet in atriis tuis. Beata quoque Maria Lazari ſoror ad pedes ſedebat Domini multo cum deſiderio perſeuerans & perquàm ſuauiter ipſius exaudiens vocem. Sed & ipſe Dominus *Matt. 7.* *Luc. 13.* docet nos, dicens: Contendite intrare per angu- B ſtam portam: quia multi (dico vobis) quærent intrare, & non poterunt. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

De miniſterio. Homilia 88.

QVI † miniſter eſt, multa cum ſedulitate adminiſtrare debet, cum perſpicuè nouerit opus eſſe Dei. Nulla in re ſit is cunctatior aut minùs diligens, ſiue ob ingeſtam triſtitiæ nubē, aut quòd à quopiam irritatus eſt, nec tranſmittat aut ſegniter expleat miniſterium ob litē fortè à nonnullis excitatam. Quæcunque enim monaſticæ ſunt manſionis, Deo conſecrantur, tanquam ea C quæ offerūtur illi. Quàm magno in periculo verſetur is qui neglectim miniſtrat, noſſe vis? Perinde eſt, ac ſi Deum ipſum contemptim aſpernetur habeátque nihili. Quandiu enim feciſtis vni ex his minimis, mihi feciſtis. Et, Quandiu nō feciſtis, neq; mihi feciſtis Siue igitur quis adminiſtrat ſedulò, ſiue neglectim inſeruit fratrib⁹: in Deū ipſū, illi⁹ recurrit ac refert miniſteriū. Iure igitur da iſtis cūctatorib⁹ & malè ſedulis dicebat Hieremias: Maledictus homo, qui facit op⁹ Dei negligēter. Talis contemptor, arrogans eſt & ſuperbus. Nos igitur qui ab eiuſmodi maledictione ſecluſi ſumus, vtpote filij benedictionis, tanquā miniſtri Chriſti om- D ni cum ſedulitate ac ſtudio monaſterij nobis concreditam functionem plena fide exequamur, tanquam benedicti diſcipuli illius qui dixit: Vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Quid inſuper apoſtolus dicat, audiamus: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis: Nemini dantes vllā offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus commendantes noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in laboribus, in vigiliis in longanimitate, in charitate nō ficta, in verbo veritatis. Iterū, Sicut ſerui Chri- E ſti facientes voluntatem ipſius ex animo cum beneuolentia ſeruientes quaſi Domino & non hominibus. Iterum, Fratres ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino. Et ad Timotheum: Vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple. De ſeipſo quoque dicit, Nunc autem proficiſcor in Hieruſalem miniſtrare ſanctis: ſed adiuuate me in orationibus, vt obſequium meum acceptum ſit ſanctis. Nobiſcum reputemus, fratres, ipſi Apoſtoli qui & columnæ eccleſiæ, quanto agone ac deſiderio miniſtrabātur Hieroſolymitis pauperibus

Marginal notes: *ὁ διακο-νητὴς.* *Manſio Monaſtica.* *Deo neglectim ſeruire periculoſiſſimū eſt.* *Matt. 25.* *Hier. 48.* *2. Cor. 6.* *Eph. 6.* *1. Cor. 15.* *2. Tim. 4.* *Rom. 15.*

Heb. 6. pauperibus. Aliis inſuper dicit, Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis quam demonſtraſtis in nomine ipſius, dum adminiſtraſtis ſanctis & adminiſtratis. Petrus item, *1. Pet. 4.* Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes. Inducit, Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei: Si quis miniſtrat, tanquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Ioh. 12.* His concinnit Dominus, Qui mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus. *Luc. 22.* Iterum, Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat. Etenim filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

De inopia, Homilia 89.

FAcultatum omnium poſſeſſio ablegata ſemel à quopiam & excuſſa, nihil obſcurè declarat ſynceram eſſe monachi cōuerſationem. Qui nullum poſſidet peculium monachus, aquila eſt altiuola. Inops monachus liber fit pauculorum vſu, vt quàm plurimis perfruatur. Qui peculio exuit ſe, vtique nouit quia inquilinus eſt & aduena ſuper terram: Ex eo enim quòd nihil circunfert ſecum rei tēporariæ ac ſecularis, per hoc prodit ſe ſempiterna illa expetere. Qui ſe exuit poſſeſſione facultatum, Heliæ comperitur eſſe imitator, Ioannis item, & eorum qui dicunt, Ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te, Quid ergo erit nobis? Qui tales, ab ipſo ſalutis noſtræ vindice audiunt, Quia vos qui reliquiſtis omnia & ſequuti eſtis me, multiplicia accipietis in ſeculo illo, & in futuro vitam æternam. Qui inops eſt, ſuper terram quidem verſatur, conuerſationem verò iam in cœlis ſibi comparauit: Inopiæ enim meritò, cū angelis congreditur familiariter, choro accenſetur iuſtorum. Dum enim hæc auerſatur & repudiat terrena, vel ipſa imaginatione colligit iam & contemplatur cœleſtia. Non vides quanto inter ſe diſſideant diſcrimine, hæc corruptiua dimiſiſſe & poſſediſſe incorrupta, hæc qualiacunque quæ noſtra non ſunt reliquiſſe, & illis perfrui quæ parata ſunt diligentibus Deum, quæ oculus non vidit, non auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt? Quiſquis mundi iſtius oſor eſt & mammonæ, perſpicuum euadit, quia hic mundi opificem diligit. Inferioribus enim tranſmiſſis, præſtantiora nihil obſcurè expetit. Generoſæ prorſus ac Deum ſynceriter amantis animæ argumentum eſt nihil mundi poſſidere velle. Qui eiuſmodi eſt, hæres quidem Dei, cohæres autem fit Chriſti. Qui igitur indipiſci vult margaritum illud multò pretioſiſſimum, præſentium bonorū omnium poſſeſſionem à ſe cum gaudio excutiat vt agrum ſibi comparet, in quo vitæ quidem theſaurum inuenit eatenus retruſum & conditum. Tunc enim locum quis nanciſcitur, in quo gratia Dei delituit: cùm temporales haſce diuitias omnes à ſe abiecerit. Rationi prorſus conſentaneum eſt, vt nos (quibus datum eſt ſemel noſſe pietatis viam) vniuerſa quæ adſunt, diſperdamus, nimirum vt ex his quæ ſuperſunt, iuxta imperium Domini, diſpenſemus facultates: vt ne dum prætexim*us* in ſyngulos dies nos velle implere mandata deprehendamur malè fuiſſe morigeri tam ſalutari mandato. Primùm enim quod ex eiuſmodi abdicatione facultatum proficiſcitur, ingenua eſt & perquam honeſta libertas curæ omnis, & quæ hinc etiamnum reſilit, paupertas nullis patens inſidiis. Dicit itaque Apoſtolus, Non eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem. *Eph. 6.* Hoc de Athleticis legibus tranſſumptum pronuntiat. Etenim quemadmodum illi non veſte ſolum exuti, (eſt enim id velut præludium ineundi agonis, vt ſpolient ſe veſtibus) ſed & detonſi comā, inuncti oleo, vt ne capillis prehendi queant, magis autem vt læuore olei commodius elabi poſſint ac vitare colluctatoris manus: Sicque illi ad ſubeundum agonem prodeunt. Eundem in modum & nobis proſiliendum eſt ad agonem ſpiritualem, ſi tamen inſigniri olim corona percupimus. Exuti primum veterem hominem cum actibus ſuis, quin externe etiamnum detonſi, noſque ad eleemoſynas exponentes, nudi quoque cura omni ac veſte, in ſtadium aſcendamus excolendæ virtutis. Sed & Hæbræis idem ait, Vinctis compaſſi eſtis, & direptionem facultatum veſtrarum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcētes voſmetipſos habere meliorem ſubſtantiam & manētem in cœlis. *Heb. 10.* Dauid verò Pſaltes, Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. *Pſ. 61.* Vtique dixit eleganter, Si affluant: More enim aquæ, per elices, diſfluentis vniuerſa mundi iſtius nos prætereunt. Hodie ad huius pendent arbitrium, craſtino futura penes alterutrum. Nos igitur cum B. Dauid melico concentu cantillemus verbum ipſius, Ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquiſiui. *Pſ. 118.* Et, Dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion. Et, Pauper & inops laudabunt te Domine. Sed & ipſe Dominus diuiti, Si vis perfectus eſſe, vade, vende tuas facultates & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis: Et, veni, ſequere me ſublata cruce. *Mat. 19. Mar. 10. Luc. 18.* Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Synceram Monachi conuerſationem indicat voluntaria paupertas.

Monachus, Heliæ & Ioannem Baptiſtam imitatur.

Mat. 19. Luc. 18.

πιλοπλεκροια.

Voluntaria paupertatis encomia.

Agonis ineundi præludia.

Tonſura Monaſtica exterior.

σχεδὸν τρόπον παρθέ- νει ἡμᾶς ὅλα.

De luctu, Homilia 90.

LVctus, inopiæ conſors eſt, qui & omnibus nobis congruit, eſtque perquam vtilis. Neque enim virtutes modo operatur, ſed & eaſdem ſolerti tuetur cuſtodia, nobiſque hinc emigrantibus iuxta Domini ſermonem, author æterni fit gaudij & cōſolationis pararius, ſi modò ipſum penes nos retinemus vſque in finem. Pro impetrando igitur luctu, ante omnia interpellemus Deum, nobis vt eum gratuito conferat futurum indiuiduum comitem omni tempore vitæ iſtius noſtræ. *Mat. 5.* Hunc enim perpetem poſſident qui ipſius ſunt amatores, ſed & orationi inuigilant conſtanter. Qui tales ſunt, induuntur arma lucis & audiunt illud: Stola tua ſeruida eſt. Iſtorum verò inimici, quaſi diploide, confuſione circuamiciuntur. Luctus ſanè iſtius ſuccedanea hæreditas hæc, cœleſte gaudium, deliciæ interpretabiles, ineloquibilis gloria, nunquām deſitura exultatio. Hoc ipſum nos inſtruit Eccleſiaſtes, Melius eſt ire ad domum luctus, quàm pergere ad domū *Eccl. 7.*

Luctus ad finē vſque vitæ ſi retinetur, gaudium parat.

Ibid. conuiuij. Iterum, Cor ſapientum in domo luctus cor autem ſtultorum in domo lętitiæ. Inducit. Ne pigriteris cum flentibus, flere: & cum lugentibus lugeto, *Am 8.* Dicit autem & propheta Amus, Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & emittam famem ſuper terram: non famem panis, neque ſitim aquę, ſed famem audiendi verbum Domini: Et lugebit terra, & ea quæ in ipſa erunt. *†Sub. Coſdroa per ſarum tyranno.* His nunc noſtris temporibus † impletum eſt iſtius prophetæ oraculum: Omnes enim declinauimus, ſimul inutiles facti ſumus. Sed & Eſaias: *Iſ. 22.* Propter hoc dixi, Recedite à me, amarè flebo ſuper contritione gẽtis meæ: Et ne datis operam, vt conſolemini me. *Hier. 9.* Hieremias inſuper quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo die ac nocte? Dicebat idem & populo, Deducent oculi mei lachrymas die ac nocte. Atqui inter nos non eſt qui intelligat. Quę enim propheticis oraculis præſignata ſunt, occurrerunt nobis. *Dan. 9.* Daniel quoque, Dedi faciem meam ad Dominum Deum meum in ieiunio & ſacco. Dauid, *Pſ. 34.* Tanquã lugens & contriſtatus ſic humiliabar. Et, *Pſ. 37.* Miſer factus ſum, & curuatus vſque in finem. Tota die contriſtatus ingrediebar, quoniam mei impleti ſunt illuſionibus Iob item, *Iob. 6.* Sagittę tentationum eius ſuper me: Vẽter meus exęſtuauit à fletu: Super palpebras autem meas, vmbra mortis. Attenti igitur ſimus & nos, chariſsimi, & intelligamus ſanctorum virorum quis fuerit, dum viuerent, tenor ac formula: acie mentis condiſcamus, quo pacto iſti tempus ſuum exegerint in fletu, ſacco & planctu: vtque per afflictionem & luctum promeruerint effici pueri, famuli & amici, Ieſu Chriſti. *Pſ. 41.* Et hæc eò ſunt prodita memoriæ, vt nos ad ſtudium inuitent concupiſcendi luctum, vt ſint nobis lachrymæ panis die ac nocte, vt per ſingulas quaſque noctes ſtratum noſtrum rigemus lachrymarum profluuio, vt decolores notę peccatorum expientur, quibus circunfundimur toti, vt vel ſic digni habeamur, quos nuptiali ſtola conueſtiat & adornet Dominus. *Mat. 22.* Qui enim ea nuptiarum veſte deprehendetur non eſſe indutus, excludetur regni aditu. Quum igitur habeamus ſic benignũ ac clementem Dominum, omniſque immemorẽ iniuriæ: ipſum exoremus ac repropitiemus per ſuſpirioſos gemitus & lachrymas, vt in eius aduentu ſplẽdida illa amicti ſtola inueniamur. Magnopere is diligit ſalutem noſtram. In hoc enim iubet, *Mat. 5.* à ſe vt auferat Ieſus Ioſedech, veſtimenta, ſordium eluuie deſœdata, & amiciatur podere ad talos imos vſque propendente. *Zac. 3.* Dicit enim ipſi Ieſu, Ecce abſtuli iniquitates tuas. Nobis itidem, Beati, qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur: Beati qui flent nunc, quia ridebunt. Deum noſtrũ addecet gloria in ſecula, Amen.

Quòd ſemper captanda ſit temporis opportunitas
Homilia 91.

NVlla non in re ſpectanda venit tempeſtiuitas, præterquam in oratione. Nũquam enim intempeſtiua poteſt eſſe oratio. *Oratio intempeſtiua eſſe nũquam poteſt.* Ait enim Dauid, Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Et illud: Indeſinenter orate, in omnibus gratias agite. Quòd autem cæteris in rebus ſpectari debeat & obſeruari temporis com- A moditas, per Eccleſiaſtẽ erudimur. *Pſ. 33.* Ait enim, Omnibus ſuum eſt tempus, & tempus omni rei. *1. The. 5.* Tempus tacendi & tempus loquendi. *Eccl. 3.* Et, Si eſt tibi intellectus, reſponde fratri tuo: Sin autem, manum ſuperpone ori tuo. Quòd ſi tẽpus appetit loquẽdi, bonum fuerit vt in tempore dicas verbum. Ait enim, *Col. 4.* Sermo veſter ſemper ſit ſale cõditus, in hoc vt noueritis, quo pacto oporteat vnicuique reſpondere. Omnis enim ſermo interruptus. *Ad diſtinctionem ſynoχος deſit quiddam. Eſt enim interiſacer malè ſolo–tacoratio.* Et, Qui addit ſcientiam, addit & laborem ſiue dolorem: qui autem temerarius eſt labiis, incidet mala. Propter enim ineruditionem linguæ, superueniunt iræ: innocens ſeruat ſuam linguam, vt qui B diligit ſuam animam. Qui adulatione vtuntur, ſeducunt corda innocentium: & qui beatificant, in errorem mittunt. Illud, *Tempus flendi*: pro eo ſumitur quod eſt, Affligito te animas veſtras. *Ecc. 1.* Et hoc *Tempus ridendi*, pro eo, Celebrate mihi diem feſtũ. γελᾶσαι enim, tempus nimirum ridendi, lætitię & gaudij eſt index. Tempus belli, luctæ ſcilicet: quum aduerſus hominem comminus confligit & cooritur diabolus in illum, multiplicium tentationum armatus telis. Tempus pacis, vbi diſcuſſa tẽtationum nube, ſerenitas amœna diuinæ gratiæ affulget & inclareſcit incredibile gaudium inferens animæ. Tempus iudicij nouit cor ſapientis: C idque cùm à lucta ac multiiuga impreſſione paſſionum emancipatur anima & aſſeritur in libertatem. *Luc. 18.* Gaudio enim perfuſa dicit, Iudicauit me Deus de aduerſario meo. *Eccl. 3.* Cuique enim rei præſtituta ſunt & tempus & iudicium. Et Vnus idẽmque occurſus occurret omnibus his: Hoc dicit de hominis morte, propter vitæ incertitudinem. *Ecc. 9.* Inducit enim, Quia neſcit homo tempus ſuum, ſicut piſces capti verriculo. *Eccl. 1.* Rurſus, Vidi omnem occupationem, quam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea. Illud ἔδωκεν, *dedit*, venit exponendum pro συνεχώρησεν permiſit. Profuerit igitur, ſed & res commendatione cum primis di- D gna: vt quod dictum eſt, implendum curemus, nempe illud: *Eccl. 9.* Sint in omni tempore veſtimenta tua candida, & oleum in capite tuo ne deficiat, hoc eſt, Actiones quidem animæ & corporis tui puræ ſordium ſemper ſint & inculpatæ. Omni proinde ſtudio oleum eleemoſynæ tuæ per pauperum manus effunde ſuper caput tuum, Chriſtũ videlicet. Ipſe enim caput noſtrum eſt, qui dicit: Mihi feciſtis, quæcunque fratribus meis minimis feciſtis. *Mat. 15.* Et per Eſaiam, *Iſ. 49.* Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis audiui te. Sanè tempus il- *2. Cor. 6.* lud ſic acceptum vbi aduenit & dies ſalutis noſtrę nempe gratia: tunc & Apoſtolus illud velut in- E dice manifeſtius prodens, ait: *Ibid.* Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed honeſtè & ſecundum ordinem omnia fiant. Vnde & Dominus hoc ipſum tempus indicans, cùm accuſaretur à ſcribis & Phariſæis propterea quòd illius diſcipuli neutiquam ieiunarent, ora illorum temerè & impudenter oblatrantia compeſcuit dicens, Non poſſunt filij ſpõſi, quanto tempore ſponſus eſt cum eis ieiunare. Venient autem dies, quum ablatus fuerit ab eis ſponſus tunc ieiunabunt in illis diebus. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Alig-

Alienæ calamitati indoleſcendum compaſsionis affectu, Homilia 92.

OB alienam calamitatem angi enimo, incommodiſque proximorum mutuitet condoleſcere, ſuffragari item& collaborare, quàm ſitDeo gratioſum & acceptum, quis explicee ? Hoc eſenim re ipſa vt præſtemus, vel debito obſtringimur: vt qui ſerui ſumus, aſſeſſores,& ſubminiſtri Dei verbi, vt illi nos probemus; in cuius accenturiati ſumus & adſcripti militiam: à quò relaturos nos ſtipendia nauatæ inſigniter operę certò ſcimus. Animam vtique ad officia exercendę pietatis erga proximos mirè habet proeliuem, quiſquis ſic condoleſcit alienæ infœlicitati. Qui talem poſſidet animam: nihil non bonorum ex ſe, tanquam ex illimi quopiam ſonte, edet, & in cœlum tranſcribet. Quod ſi facultates habuerit & peculium, nihil dubitabit id in hunc pietatis vſum depromere atque inſumere. Si quem viderit calamitate premi, protumpet in fletum. Si quem compererit oppugnari calumnia, manum illi ex porriget auxiliarem, nec vlli alij tallem deſeret, quotquot ad ſe peruenerint. Certatim igitur contendamus, vt fides noſtra, charitas, patientia tanquam galea, & quaſi haſta, omniſque ſpecies armorum, †nos in procinctu ſpirituali conſerentes, circunſiſtant. Longanimitatem mutuam inuicem præſtemus; vitam hanc exigamus in manſuetudine & placabilitate; vt & nobiſcum Deus. Abiectū & humilem illachrymantem ne cōtemptim prętereamus: vt ne lachrymæ, tempore orationis fuſæ, à Deo deſpectim videantur. Si qua interim gratuita dona poſſidemus, nequid hinc nobis arrogemus, quin potius pio affectu compatiamur non habenti; eóque nobiſcum id doni in finem vſque permanebit. Dicit igitur qui inter primos in proximum affectu pientiſſimo legitur fuiſſe Iob, Ego autem ſuper omni impotente fleui: ingemui verò, ſi quem vidi virum afflictum neceſſitate. Quòd ſi deſpexi nudum, nec veſtiui eum. Ianua autem mea omnibus aperta fuit. Eodem reſpicit illud Tobiæ. Eleemoſynas multas faciebam: Si quando videbam mortuos in humum proiectos: colligebam & ſepeliebam eos. Propheta Ozee: Perſequamur, vt cognoſcamus Dominū Propter quod miſericordiam vult, & non ſacrificium: & ſcientiam Dei pluſquam holocauſta. Michæas, Annūciatum eſt tibi ô homo quid bonum? Aut quid Dominus quærit à te, niſi facere iudicium & diligere miſericordiam? Sed & in Sapientia habes, Erue nos qui ducuntur ad mortem & redimere occiſos ne parcas. Iacobus item, Si frater aut ſoror nudi fuerint & egeant victu quotidiano, dicat autem quis illis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini, non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori: quid proderit ? Admonet autem & paulus dicens: Induimini igitur tanquam electi Dei ſancti dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, longanimitatem, ſupportantes inuicem. Sed & de ſeipſo, Veritatem dico, non mentior, quia triſtitia mihi eſt magna & continuus dolor cordi meo: Optabam enim Ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis cognatis meis ſecundum carnem. Et, quia ſiue patitur vnum membrum, conpatiuntur omnia membra.

†πανοπλίᾳ.
Iob. 30.
Iuab ſubluta oratio.
Tob. 6.
Mat. 9.
Mich. 6.
Pro. 24.
Iac. 2.
Coloſſ. 3.
Ro. 9.

A petrus, In fine autem, omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, humiles: non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: ſed è contrario benedicētes, quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hęreditate poſſideatis. Ipſe etiamnum Dominus ineffabilis clementiæ, nos quum vellet declarare inſigni quopiam argumēto ſuiipſius patris germanos eſſe filios, ait: Eſtote miſericordes ſicut & pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Ipſi gloria, in ſecula, Amen.

1. Pet. 3.
Luc. 6.

De non habendæ perſonarum acceptione, Homilia 93.

B PErſonæ, acceptiò germana vicinitate adnectitur ambitioni, qua gratiā captas hominū & fauor. Edicto diuinę ſcripturæ comperimus nobis vtróque eſſe interdictum, vt reprehenſibili ac vitioſo. Qui enim vitio illi, accipiendæ perſonæ, obnoxij ſunt, nullo non tempore ſermones promunt aſſentatorius, ac neſciu cuius commentitiæ beatitudinis prætexunt vmbram iis qui prerogatiua quapiam eminent dignitatis & potētiæ, videlicet proferunt ligna & fœnūm, vtique materiam ſuapte natura procliuem corruptioni incēdentes igne, de quibus ait & propheta, Qui vos C beatificant, ſeducunt vos: admirantes perſonas quæſtus cauſa, Diues enim addit amicos multos: pauper verò, & ab eo qui erat amicus, diſparatur. Et, Sapientia pauperis nihili habita ac deſpecta. Atque non iuſtum ſit, talia vt operemur, debemus magis fidem nihilo diſparem complexi, mutuo nos reuereri honore, non quidem metiētes proximum germanitate carnis, ſed in Chriſto inuicem amoris indiuidui glutino confœderati, adeò vt nihil alicunde occurrat, quod nos poſſit à compagine mutuæ dilectionis dirimere, ſed è diuerſo iuxta ſententiam eius qui hymnos emodulatus eſt, Eripite pauperem, & egenum de maD nu peccatoris liberate eum. Deus enim diſſipauit oſſa eorum qui hominibus placent. Confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos, Non enim bonum reuereri perſonam in iudicio, iuxta ſcripturam. Et, Ne acceperis perſonam contra animam tuam: ne autem confundaris in caſum vnum. Iuſtus item Iob, Nunc autem inſpecta perſona veſtra nō mētiar. Iacobus quoque, Fratres nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Si enim introierit in conuentum veſtrum vir habens aureum annulum in veſte ſplēdida, introierit autem & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum qui indutus eſt veſte E præclara, & dixeritis ei, Tu ſede hic bene: pauperi autem dicatis, Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum: nónne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum? Inducit, Si tamen legem perficitis regalem ſecundum ſcripturam, (Diliges proximum tuum ſicut teipſum.) benefacitis: ſi autem perſonam accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quaſi tranſgreſſores. Nec abludit Parœmiaſtes, Admirari perſonam impij non eſt bonum: neque ſanctum, declinare iuſtum in iudicio. Alius, Vereri perſonam in iudicio, non eſt bonum. Qui dicit impio, iuſtus es, maledicetur in populis &

Iſa. 3.
πλούσιος, Al. πλοῦτος
Et pro διαχωρίζεται. habet, λείπεται relinquitur
Pſ. 81.
Pſ. 52.
Pro. 18.
24.
Deut. 16.
Iac. 2.
Pro. 18.
Pro. 24.

& odibilis erit inter gentes: qui autem reprehendunt, meliores apparebunt, Super eos autem veniet benedictio bona. Paulus, item, Non enim eſt *2. Par. 19* perſonarum acceptio apud Deum. Iterum, Ab *Rom. 2.* his qui videbantur eſſe, quales aliquando fuarint, nihil mea intereſt. Perſonam Deus non accipit. *1. Re. 16.* Deus proinde Samueli, de filiis Ieſſe, ait: Ne reſpicias in vultum & ad magnitudinem eius, quia homo in faciem videbit, Deus autem intuetur cor. Ipſe porrò Dominus cum à quodam audiuiſſet, Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant quærentes te: Reſpondit illi, Quæ eſt mater mea & qui ſunt fratres mei? Cúmque extendiſſet *Mat. 12.* manum ſuam in diſcipulos, dixit: Ecce mater mea *Mar. 3.* & fratres mei: Quicunque enim fecerit volunta- *Luc. 8.* tem patris mei qui eſt in cœlis, hic meus frater & mater eſt. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Cohabitandum paucis quidem, ſed bonis,
Homilia 94.

PRofuerit chariſſimi, cum paucis quidem habitare, ſed bonis: id quod Deo longè gratius, quàm vt multis cohabites qui ſint contem- *Cōtentionum cauſa eſt, oīa nō timere.* ptores mādatorum Domini. Vbi enim timor Domini, illic charitas & fratrum concordia: vbi nullus relinquitur timori Dei locus, ibi contentio ac zelus. Vbi reuerentia ac pietas erga Deum, & amabilis erga proximum affectus, illic intermedius horum habitat Deus: vbi autem inuidia ac malè morigera & inobſequens ſubiectio, illic è regione ambitio regnat gloriæ inanis. Commodum fuerit ac frugi, nos mordicus tueri ac retinere ſimplicitatem & innocentiam, atque ad infantilis vitæ formulam mores inſtituere, quibus incomperta eſt prorſus improba malignitas humanæ vitæ expultrix, neque limus aduerſum nos innectæ vllius iniuriæ memores, ceu per malitiam leges præuaricemur: magis autem omnem deponamus malitiam, omnem amaritudinem diuinæ legis præuaricatricem, inque vnum coaleſcamus ſpiritum, omni prorſus a nobis depulſa ſimulatione, quatinus in nobis dignetur habitare Dominus pacis, vt ſpiritus ipſe reualeſcat, priſtinæ ſanitati quam gratuitò acceperat, integrum reſtitutus. Si quiſpiam noſtrum, veſtem dederit fulloni, nouam quidem illam atque incolumem, & hāc à fullone recipere velit, fullo antem ſi fruſtillatim conciſam & diſſectam reddiderit: ita ne quæſo, accipiet eam Dominus veſtis? Nunquid nō cum illo velitaribus verbis delitigabit, vitióque illi vertet, dicens: veſtimentum dedi in manus tuas ſanum & incolume, quid ita lacerè concidiſti, vt nulli iam vſui accōmodum redderes? Quòd ſi vnus aliquis pro qualicunque veſtimento ad cūmodum mœrore conficitur pugnáque velitari contendit, quia non integrum recipit: quantùm nos adituros ſupplicij par eſt credere, vltore Domino, qui cum ſpiritum accepertimus nulla contage decolorem ſed ſanum, ipſum mœrere fecimus, quòdque vitam hanc noſtram minus compoſuimus religioſe, reddidimus inutilem, adeo vt nulli iam vſui eſſe poſſit Domino ſuo? Vſus enim ipſe ſpiritus noſtri noſtra ipſorum culpa deperiit Dum enim ſic per contentionem, zelum, & omniuariam iniquitatem, vitam traducimus: vtique nulli obſcurum eſt, quin ipſi nobiſmet apud Dominum concilicmus iram, denique & mortem. Multò igitur ſit cum paucis præſtabilius degere, qui boni ſint, quàm cum crebra multitudine inutilium, vt & diuinæ tradiderunt ſcripturæ. Ait enim Parœmiaſtes, Ne deſideres eſſe cum multitudine inutilium, niſi adſit timor Domini cum eis Melior enim eſt vnus iuſtus, quàm mille peccatores. In ſynagoga enim peccatorum exardeſcet ignis. Et ſi fuerit vnus duræ ceruicis: mirabile hoc, ſi innocens erit. Miſericordia enim & ira à Domino Alius item, Ne concupiſcas multitudinem inutilium. Si multiplicati fuerint, ne læteris B ſuper eis: niſi ſit timor Dei cum ipſis, ne te credas vitæ illorum. Ingemiſces enim luctu intempeſtiuo, Melior enim vnus faciens voluntatem Do- *Ecc. 16.* mini, iuſtus, quàm decem milia præuaricantium legem. Et, Iuſtius eſt emori ſine liberis, quàm ha- *Eccl. 16.* bere filios impios. Ab vno enim ſenſato inhabitabitur ciuitas. Apoſtolus proinde, Nouit Domi- *ἐνομάζων.* nus qui ſunt eius, & diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini. Infert, In magna au- *2. Tim. 2.* tem domo non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea *ὀστράκινα.* ſed lignea & teſtacea: Quædam quidem in honorem, quædam verò in contumeliam. Quotquot C igitur ſumus lignea vaſa & teſtacea, expurgemus noſmetipſos vt efficiamur vaſa ad vſum Domini accommoda, ad omne bonum apparata, vt ne tādem ab ipſo contingat nos audire, Diſcedite à me *Mat. 25.* maledicti. Amen dico vobis, non noui vos vnde ſitis. Idem Dominus, Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare & ex omni genere piſcium congreganti, quam cum impleta eſſet, aſcenderunt ad litus & elegerunt bonos in vaſa ſua, putidos verò foras miſerunt: Infert, Sic erit in conſummatione: Exibunt angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mitent eos in caminum ignis ardentem: Ibi erit fletus & ſtridor dentium. D Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi Lata enim eſt porta & ſpatioſa via quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui gradiuntur per eam. De *Mat. 7.* paucis proinde piis ac bonis ait, quia anguſta eſt *Luc. 13.* porta, & tribulationum ſpinis ſepta vndique via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui ingrediūtur per eam. Iterum, Noli temere puſillus grex, *Luc. 12.* quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Temperādum à ſolutiore & immoderato riſu.
Homilia 95.

Riſus ſolutus, Chriſtianis illicitus.

E RIdere ſolutius neutiquam iis permiſſum eſt, qui ſint germanè Chriſtiani: omnium mini- *Luc. 9.* me conuenit monachis, qui ſe iam crucifixerunt *Chriſti clauis nō transfigitur qui ſoluitur riſu.* mūdi iſtius vitiis. Ait enim Dominus, Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Qui quæſo probabile ſit hunc crucis Chriſti dulcibus clauis eſſe transfixum, qui ſic ſoleat profuſiore lætitia diffundi & ridere ſolutius? Neque enim ad eiuſmodi animi elationem aut riſum ſolutiorem vocati ſumus, *Væ vobis qui ridetis nunc, quia flebitis vos.* ne per hæc demum contingat nos aſſequi vna cū Ethnicis illud væ, magis verò per luctum, guſtū qualémcunque prælibemus internæ conſolationis. Pro animæ enim paranda ſalute, vniuerſus *Luc. 6.*

hic

hic nobis ſuſceptus eſt agon:cui aliàs non mediocre impendes periculum, non leue eam tormentum manet,ſed æternum. Quis enim in inferoo relinquitur cõfeſſioni locus? Nullis illic lachrymis aut ſuſpirioſis gemitibus ira flectitur iudicis æquiſſimi. Io nullius item gratiam præfinitæ legis terminus protogari illic poteſt: ſed neque pœnitentia vlla iam reſidet. Ab exitu iſtius vitæ, nulli conceditur reditus, quin ad metam vbi peruentum eſt huius peregrinationis, nihil iam occurret peccatrici animæ non plenum amaritudinis: nihil non plenum intolerabilis moleſtiæ & acerbitatis iis qui indultum ad pœnitentiam tempus, neglectim & ſine fructu tranſmiſerint.

Anima peccatricis ſtatus poſt hāc vitā.

B His enim primùm horrenda prorſus nullique non formidabilis facies peccatorum, (quæ eatenús admiſerint,) vltrò ſe ingeret viſendam, dirum planè ſpectaculum & omni ſupplicio amarius. Sed & hos conſcientia, interiore flagro conſcindens, eò adiget, vt continenter vociferentur & eiulent verbis illis comploratione omnî digniſſimis, Væ mihi. Quid ni hunc præuidi diem miſer ego? Is quaquauerſum circumaget oculos, Angelos illic circunuolitantes intuebitur, à commiſeratione vſq; adeò abhorrentes, vt vel ſola ſpecie incredibilem atque intolerandum incutiant ſpectatori terrorē.

Angeli circunuolitantes.

C Sub horam tantæ iſtius adeundæ neceſſitatis ſuſpirabunt amariùs, quum nunquam finiendis ſed æternùm duraturis tradentur tenebris illis exterioribus cum fletu & ſtridore dentium, quando nunquam intermorituro vermi arrodendi mancipabuntur, cùm in profundam Inferni voraginē agētur præcipites, nempe in Tartarum ac Gehennam omni acerbitate ſuperiorem Hæc planè ſunt ſunt inquam, loca hæc atrociſſimi examinis omni recogitanda circunſpectione, quæ peccatrices animas hiulco ore excipiunt, non item ſic animus diffundi debet riſu ſolutiore aut inſoleſcere per elationem. Præ eiuſmodi tamen par eſt, oculos mentis indiuulſe & preſſiùs defigere in propoſitum omnibus ceu ſcopum, gratiam Dei: D quemadmodum & beatus Dauid qui cum ipſius gratiam venerabundus ſuſpiceret, cum admiratione dicebat, Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorū: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum. Iterum, Neque elati ſunt oculi mei. Ad eum modum debemus & nos attenti eſſe & peruigiles, inque eam Dei gratiam oculos mentis fixiùs intendere, ne ipſi occumbamus in mortem, lætali dum abripimur morſu ſerpentium, hoc eſt, quę ipſi admiſimus, peccatorum.

Pſal. 122.

Qui enim ſe agnoſcunt ſubeſſe legi gratiæ, ſua ipſorum delicta nullo non tempore habent præ oculis cordis: E ſecúmque dum benignitatem erga ſe Dei demirantur, taciti inſuſurrant; E quantis nos malis Deus ipſe ſubmouit & eripuit? Ecquid nos indigni retribuere poſſimus? Non igitur in riſu, non in elatione mentis inſumamus noſtri iſtius incolatus dies. Nos ipſos quæſo, chariſſimi peruigili cuſtodia ſeruemus; ne hoſtis nos intercipiat irretitos intempeſtiui riſús laqueis. Quàm multas intempeſtiuus hic riſus ex ſe parit indecoras prorſus, imò diabolicas animæ perturbationes? Planè riſus talis imprudentium eſt: veriùs dixerim, ſtultorum ac mente captorum in contubernio lupanaris ſcortantium. Ob hoc ſcriptum eſt non conuenire ſtulto delicias, vt ne A hinc ſumat animos, ſeque efferat impotentius, quemadmodum ille olim populus profectus ex Ægypto. Vt enim primùm iugo Ægyptiorum emancipati ſunt, viderúntque tumulum in altam voraginem depreſſum ſibi patere: tunc ad idololatriam conuerſi ſunt. Traiecto enim mari, cùm nihil ſibi viderent impendére iam periculi: ſimul atque attigerunt terram, naufragati ſunt. Tunc impegerunt, quum priùs, lugentes, promeruiſſēt, iugo eximi amaræ ſeruitutis. Pulchrè igitur ait Parœmiaſtes, Riſus ſtultorum in deliciis peccati. Iterum, Stultus in riſu exaltat vocem ſuam, vir autem aſtutus vix tacitè ridebit. Iterum, Qui in B deliciis enutritur à pueritia ſeruus erit: in nouiſſimo autem dolebit ſuper ſe. Inducit; Quaſi vox ſpinarum ſub lebēte; ita riſus ſtultorum. Nos igitur cum B. Iob dicamus, Quòd ſi incedebam cum deriſoribus; quæ triſtia ſunt contingant mihi. Et cum Hieremia, Domine non ſedi cum concilio ludentium, ſed timui à facie manus tuæ. Seorſim ſedebam, quia amaritudine repletus ſum. Iacobus item non à riſu modò abſterret nos, ſed & vt fleamus ſedulò mandat atque eiulemus: Miſeri eſtote & plorate, ait; Riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium veſtrum in mærorem. In riſu enim ſtultus operatur mala: ſapientia autem pa C rit virilem prudentiam. Itaque, fratres ſtudioſi prudentiæ, ſtultum hunc oderimus riſum, ne nos demum tranſmittat ac præcipitet in æternum illud ſupplicium iuxta Dominicam ſententiam; Væ, inquit, qui rident nunc, quia flebunt & lugebunt: quin imò ſtrenuam demus operam, vt Dominica tandem voce laudemur atque audiamus, Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Prou. 19. *Anima periculum ex deliciis.* *Ex. 32. cū antea ſæpius murmuraſſent pro cibo & potu.* *Ex. 16.* *17.* *Eccl. 27.* *Eccl. 21.* *Prou. 28.* *Iob. 29.* *Hier. 15.* *Iac. 4.* *ἀνδρείαν Ald. habet.* *ἀνδρὶ, viro.* *Luc. 6.* *Matt. 5.*

De dilectione proximi. Homilia. 96.

PRoximum qui diligit, is ſe longius iam ab omni ſubmouit peccato. D Quin hoc vt faciam', iubet ſcriptura omnis, cum vetus, tum noua, Diliges proximum, ſicut teipſum. Ipſe ſiquidem Dominus mandatum hoc, verbis ex lege deſumptis, declarauit eſſe ſecundum à primo quod eſt de dilectione Dei. Vnde & Ionathan Saulis filius id liquidò eum noſſet, præ vxore dilexit Dauidem affectu prorſus ſyncero. Melior enim parua particula cum timore Domini, quàm theſauri magni abſque timore. Melior inuitatio ad conuiuium holerum ad amicitiam & gratiam, quàm ſerculum vitulorum cum inimicitia, iuxta ſcripturam. Iterum, Melior pauca acceptiò cum iuſtitia, E quàm multa germina cum iniquitate. Melior eſt bucella cum voluptate in pace, quàm domus plena bonis cum iurgio. Sed & Ioannes, Fratres diligamus inuicem, quia Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet. Iterum, Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum non eſt in eo. Petrus quoque; Noſmetipſos in charitate ſeruemus expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Rurſus; Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona. Iterum Petrus, † Miniſtrate in patientia, pietatem: in pietate autem, amorem fraternitatis: in amore autem fraternitatis, charitatem. Et poſt pauca; Ante omnia autem

Mar. 12. *1. Reg. 18.* *ὁ μόσχος lege ἐπιμελῶς μόσχων.* *Pro. 17.* *Ioh. 4.* *2. Pet. 3.* *Nō eſt hic Petri locus ſed Pauli. Tim. 1.* *καὶ μετὰ*

Chriſtianorum cogitationes.

ὁλίγα, mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam
dicit, cum habentes, quia charitas operit multitudinem pec A
legatur. catorum. Conſormiter & Paulus; In charitate ra-
1. Pet. 4. dicati & fundati, vt poſſitis comprehendere cum
Eph. 3. omnibus ſanctis. Iterum; Charitas patiens eſt, be-
1. Cor. 13. nigna eſt, Charitas nunquam excidit. Et inducit;
Rom. 13. Plenitudo igitur legis, eſt dilectio. Rorſus; Eſto-
te igitur inuicem benigni, miſericordes, imitato-
res Dei, ſicut filij chariſſimi. Et, Conſideremus in
Heb. 10. uicem in prouocationem charitatis & bonorum
operum. Et, Super omnia hæc charitatem habete,
quæ eſt vinculum perfectionis. Et, Vos autem Do
Col. 3. minus multiplicet, & abundare faciat charitatem
in inuicem & in omnes. Aliis idem dicit, De chari-
tate autem fraternitatis ipſi vos à Deo didiciſtis, B
vt diligatis inuicem. Et nos igitur, fratres, perfe-
cta charitate eos complectamur qui nobis vniun
tur parilitate fidei, ſicut & à nobis repetit Dei lex
pro illis quoque & animas parati exponere. ſiqui-
dem eò nos vlla occaſio inuitet. Maiorem enim
Ioh. 15. hac dilectionem nemo habet quam vt animam
Ioh. 13. ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Et, Mandatum
Ioh. 8. nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Et, In hoc
ſcient omnes, quòd mei eſtis diſcipuli, ſi dilectio-
nem habueritis adinuicem. Ipſi gloria in ſecula,
Amen.

De hoſpitalitate ſiue benignitate erga peregrinos.
Homilia 97.

HOſpitalitas ſpecioſa admodum virtus eſt ac
Deo perquam gratioſa, maximè ſi conſera-
tur in domeſticos ſidei. Huiuſce virtutis me-
rito Abraham amicus Dei vocatus eſt. Loht quo-
que per hanc, ignis cœlitus demiſſi vindicem fu-
git iram. Raab meretrix per hoſpitalitatem cum
vniuerſa domo ſeruata eſt incolumis: ſed & hæc
virtus ſanctorum omnium celebrata eſt præco-
niis. Primus Parœmiaſtes dicit, Benedictio Domi-
ni ſuper caput iuſti. Eadem ditat, & nunquam ad- D
detur ei triſtitia in corde. Iob inſuper, peregrino
rum amator præter cæteras virtutes, benignam
Prou. 10. hoſpitum acceptionem deprædicat: Eram, ait, pa-
Iob. 29. ter imbecillium: ſeruaui enim pauperem de manu
Ibid. potentum. Iterum, Benedictio pereuntis ſuper
me veniat: os autem viduæ mihi benedixit. Ocu-
lus eram cæcorum, pes autem claudorum. Ianua
mea aperta fuit omni afflicto. Eſaias item, Paupe-
πτωχοὺς res ſine tecto induc in domum tuam. Si videris
ἀστέγους. nudum, operi: & à domeſticis tuis ne auertas fa
Iſa. 58. ciem. Tunc clamabis & Deus exaudiet te, adhuc
loquente te, dicet, Ecce adſum. Iterum, Si abſtule-
ris à te verbum murmurationis, & dederis panem E
eſurienti ex anima tua, & animam exinanitam re-
pleueris: tunc orietur in tenebris lux tua, & erit
Deus tuus tecum ſemper & impleberis ſicut de-
ſiderat anima tua. Paulus item, Amor fraternitatis
Heb. 13. maneat. Hoſpitalitatis nolite obliuiſci, Per hanc
enim latuerũt quidam, Angelis hoſpitio receptis.
Ibid. Rurſus, Beneficentiæ & communionis nolite o-
εὐαρεστεῖ- bliuiſci, Talibus enim hoſtiis promeretur † Deus.
ται, Sed aliis, † Hoſpitales inuicem ſine murmuratio-
placatur. ne. Si enim voluntas prompta eſt, ſecundum id
1. Pet. 5. quod habet, accepta eſt: non ſecundum id
quod non habet. Non enim vt aliis ſit re-
miſſio, vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate

Hoſpitalitas virtus eſt Deo gratiſſima.
Abrahã hoſpitalitatis merito, amicus Dei appellatus.

in tempore præſenti. Idem ad Titum, Zenam le- Tit. 3.
A giſperitum & Apollo ſolicitè præmitte, vt nihil
illis deſit: Diſcant autem & noſtri, bonis operi-
bus præeſſe ad vſus neceſſarios, vt non ſint infru-
ctuoſi. Iterum, Salutat vos Caius hoſpes meus &
vniuerſæ eccleſiæ, pro eo quod eſt exceptor hoſ- Ro. 16.
pitum omnium. Dominus quoque vnà cum elee-
moſynas conſerentibus, peregrinos qui exci-
piunt adnumerans, dicturum ſe pronuntiat, Veni-
te benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis Mat. 25.
regnum. Hoſpes enim eram, & collegiſtis me.
Eſuriui, & dediſtis mihi bibere. Nudus eram, &
operuiſtis me. Ipſi gloria in ſecula. Amen.

De amore & pio affectu erga pauperes Homilia. 98.

B PRopenſus ille in pauperes & peregrinos amor
ramus vterque bifidus eſt pinguedinis oliuæ:
cuius vtriuſque fructus myro perquàm ſuaue μύρον,
fragrãti perſundit vniuerſos, cuius aſpergine ſiuit
Dominus ſibi inungi & caput & pedes, Sed & hũc Luc. 7.
ſuũ inunctorẽ vicaria mercede repignerat, nem-
pe regno cœlorum talẽ dignatur. Prorſus paupe-
rem amatorẽ à Domino promeretur audire, Miſe-
ricordia & fides non te deſerant. Alliga eas collo
tuo, & inuenies gratiam. Et, Prouide bona coram
Domino & hominibus. Et, Viæ iuſtorum ut lux
ſplendent, procedunt que & illuminant, donec Pro. 3.
illuceſcat dies. Mandat autem & lex dicens, 2. Cor. 8.
C Aperiens aperies manus tuas pauperi vt ne clamet Pro. 4.
cõtra te ad Dominũ. Parœmiaſtes vero, vitã paupe Deut. 15.
ris ne defraudes. Et animã eſurientis ne cõtriſtaue
ris: & ne retraxeris donum ab indigẽte. Famulũ af-
flictũ ne abiicias: & ne auertas faciẽ tuã à paupere.
Iterũ, Animæ ſuæ benefacit vir miſericors: perdit οἰκέτην,
autem ſuum corpus immiſericors. Propheta Oſee ſeruum,
Seminate in iuſticia: miſericordiam & iudicium pro quo.
cuſtodi, & appropinqua ad Deum tuum ſemper. Ald. ἱκε-
Daniel quoque, Nabuchodonoſor ait, Conſilium την ſupple
meum placeat tibi ò rex: Peccata tua eleemoſy- cem.
nis redime, & iniquitates tuas in miſericordiis Pro. 11.
D pauperũ. David, Diſperſit, dedit pauperibus iu- Oſ. 10.
ſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Et, Diligit Dan. 4.
miſericordiam & iudicium Deus. Beatus igitur
qui intelligit ſuper egenum & pauperem. In die Pſal. 111.
enim mala liberabit eum Dominus. Iob inſuper
Quòd ſi permiſi imbecillem egredi ianuam meã
ſinu vacuo. Alius, inclina aurem tuam da pau-
perem & reſponde ei pacifica in manſuetudi- Eccel. 4.
ne. Omni eleemoſynæ facito locum. Vnuſquiſ-
que enim ſecundum opera ſua inueniet. Qui mi-
ſeretur pauperis, ipſe enutrietur. Panem enim ſuũ
dedit pauperi. Qui dat pauperibus, non patietur
penuriam. Iterum, Omnia quæcũque poteſt ma-
E nus tua facere, quantacunque ſuppetit tibi fa-
cultas, facito. Animæ ſuæ benefacit vir miſericors. Pro. 10.
Et, Benedictio Domini ſuper caput diſtribuentis Pro. 15
Et. Redẽptio animæ viri, diuitię propriæ. Et, Elee Eccle 3.
moſynis & fide purgãtur peccata. Et, Qui miſere-
tur pauperis, fœneratur Deo: Secũdũ donũ eius re
tribuetur ei. Bonũ igitur fuerit, quæſita etiã pro- Idẽ Chry-
priis laboribus quæ tibi ſuppeditauit Deus, in vſus ſoſtomus.
inopum cãdido ac ſimplici animo diſpertiri neu-
tram in partem vacillando, cui dare debeas, cui Omnibus
item non. Vult enim Deus in cõmune omnibus vt det ſine heſi-
ex propriis donis. Non vult vt fluctuans diſceptes tatione
tecum cui debeas dare, cui non item. Hoc enim dãda elee-
munus obſequij in pauperem collati cum animi moſyna.
cando-

Chriſtus vicaria mercede miniſtrorũ ſuum repignerat.

candore confectum, plurimùm obtinet apud Deũ gloriæ. Nam qui nihil dubius ſed ſimplici animo ſic adminiſtrat pauperi, Deo vtique viuet. Sanè eximium quiddam eſt, homo, & pretioſus, vir miſericors. 2. Cor. 9. Apoſtolus, Qui parcè ſeminat, parcè & metet. Inducit, Macedonia autem & Achaïa probauerunt collationem aliquã facere in pauperes ſanctorũ qui ſunt in Hieruſalẽ. Dominus etiãnum ait, Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos qui non veteraſcũt, theſaurum non deficientem in cœlis. Vbi enim eſt theſaurus veſter, illic erit & cor veſtrum. Luc. 12. Sed & attendite ne eleemoſynã veſtram faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De viſitatione, Homilia 99.

Viſitatio, contubernalis & conuiua eſt propenſi in peregrinos pauperéſque amoris ac benignitatis. Eccle. 4. Sanè funiculus triplex difficile rumpitur, quin veriùs triluminare candelabrum ſuo eos circunfundens & illuſtrans ſplendore qui proximos deamant ſynceriter, quique laborum ſunt tolerantiſſimi, ac viam iiſdem præſtruens rectâue deducens ad vitam æternam. Ait enim, Matt. 25. Hoſpes eram & collegiſtis me. Eſuriui & pauiſtis me. Infirmus fui & viſitaſtis me. Qui igitur ægrotos aut carcere retentos, denique quauis neceſſitate miſerè afflictos inuiſit, eum vtique ipſomet teſte viſitat qui noſtri cauſa pauper fieri voluit, nempe Dei Verbum. Nulli proinde reor eſſe obſcurum, quàm bonum ſit pupillos ac viduas in tribulatione eorum viſitare, pauperes inſuper quos præter priuam penuriam dégrauat & premit fœcunditas filiorum: in primis tamen & omnium maximè illos ſi viſites qui domeſtici ſunt fidei, hoc eſſe virtutis opus, nemini putem controuertendum. Gal. 6. 1. Tim. 5. Rurſus quis inficietur eximiæ cuiuſdam eſſe bonitatis & alendæ fratrum dilectionis (quæ in Chriſto eſt) perquàm vtile, interuiſere eos qui infeſto Dæmone quopiam diuexantur? ſuper illos vnam aliquam quæ Deo placeat, effundere orationem fide magis quàm verborum multiplicium conſcientia nitentem, potiùs quàm exercitia illa Exorciſmorum ad oſtentationem ſtudio emerendæ hominum gratiæ, vt ipſi beneloquentes videamur ac memoriæ viuacis, dum interim apud Energumenos fiſtulæ inſtar, perſonamus meras nugas ac battologias, non item in fide veritatis, quemadmodum nobis ſua doctrina præſcripſit Dominus? Ait enim, Hoc enim genus in oratione intenta & fide cum ieiunio eiicitur. Prudenter itaque & vt exigit decorum, in ſpiritu humilitatis ſic ægrotans nobis viſitandus eſt. Bonum ſanè eſt collaborare fratribus, ceu dictum eſt, qui morbo quopiam affligantur & laborant, idque per vigilias, ieiunia & indiuulſas orationes. Dictum enim à Domino eſt, Dæmonia eiicite, cum cæteris, ſanitatis gratuitò conferẽdæ donis: Matt. 10. Nã gratis accepiſtis, gratis date. Omnia autem honeſtè & ſecundum ordinem, tranſigenda ſunt (ceu eos addecet, qui ſanctè Deum verentur) ad fratrum noſtrorum exhortationem & conſolationem qui aut ægrotant aut laborum graui faſce premuntur. Atqui ſolerter prouidandum, ne deprehendamur nihilo diſſimiles amicis Iob, cum probro obiicientes fratribus veriſimile aliquod erratũ, ſiue etiam peccatum, aut in arcano cordis noſtri receſſu illos condẽnantes, aut certè dũ inattẽti nec ſatis prouidi verbũ in illos detorquemus, quod eorũ animam vrat & pungat, qua vna re nulli dubiũ quin in Deum peccemus. Scriptum enim eſt in Prouerbiis, Qui obturat aures ſuas, ne audiat infirmũ: ipſe inuocabit Dominum, & non exaudiet eum. Prou. 21. Sicut & Iob ait, Nõ aſpexerunt me proximi mei, famulum meũ vocaui & nõ obediuit mihi: ore autem ſupplicabam vxorem meam: Alienigena eram apud eos. Domus enim omni mortali, terra. Alius item ſapiens ait, Ne pigriteris viſitare ægrotos. Iob. c. 19. Iacobus autem, Religio munda & immaculata apud Deum Patrem hæc eſt, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Iac. 1. Paulus quoque, Mementote vinctorum, tanquàm ſimul vincti: & laborantium, tanquàm & ipſi in corpore morantes. Hebr. 13. Inducit, Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. Ad Philippenſes quoque, Quòd in principio Euangelij nulla Eccleſia mihi communicauit in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli, quia & Theſſalonicam ſemel & bis miſiſtis mihi. Habeo autem omnia & abundo. Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito quæ miſiſtis in odorem ſuauitatis: hoſtiam acceptam, placentem Deo. Quid proinde per hæc inſtruimur aliud, quàm ut eos benignè viſitemus, qui quauis neceſſitate premuntur, útque noſtra copia illorum ſuppleamus inopiam? Idque vt vel tandem ipſe Dominus cum cæteris nos quoque excipiat, ac dicat: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum. Matt. 25. Infirmus enim fui, & viſitaſtis me, In carcere eram, & veniſtis ad me. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Spem in nullo hominum eſſe collocandam, Homilia 100.

Qvacunque tandem de re, in nullum prorſus hominem reclinanda ſpes noſtra eſt (maledictus enim qui cõfidit in homine) ſed in eum conucienda qui curã noſtri gerit perpetim, nẽpe in Dominũ. Hier. 17. Etenim Diuinis literis prohibemur ſpẽ proiicere in vllũ hominũ. Enimuerò qui talis eſt, maledicti cẽſura percellitur voce Hieremię dicẽtis, Maledictus, qui ſpem habet in homine, & nititur carne brachij ſui. Et, Benedictus, qui confidit in Domino: & erit Dominus ſpes eius. Hier. 17. Sed & propheta Oſee, Corruptioni tuæ Iſraël quis auxiliabitur? Vbi eſt rex tuus? Saluum te faciat. Oſe. 13. Cõſimiliter & Dauid, Nolite confidere in principibus, in filiis hominum quibus, non eſt ſalus. Pſal. 145. Bonum enim confidere in Domino, quàm confidere in homine. Bonum ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus. Infert, Da nobis auxilium de tribulatione, & vana ſalus hominis. Niſi enim Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilauerit, qui cuſtodit eam. Pſal. 126. Eſaïas inſuper de nouo populo ait, Nec erunt vltra confidentes in hominibus, ſed in illum qui fecit eos. Iſa. 31. De vetere autem illo populo, Væ qui deſcenditis in Ægyptum ad auxilium, qui in equis fiduciam habetis & in curribus: &

oon erant confidentes in ſancto Iſrael. Apoſtolus item Corinthiis, *1. Cor. 1.* Infirma mundi elegit Deus vt coofuodat fortia, vt ne glorietur omnis caro in coo ſpectu eius. Inducit, Et ego infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos, & ſermo meus & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis: vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. *Puſillanimis de Deo fiducia.* A nobis itaque, dilectiſſimi, excutiamus hãc de Deo puſillanimem fiduciam, ex qua id vobis oborium eſt mali, vt toti ex hominibus fiduciam pendeamus ac ſpe; quod genus facti bominem reddit maledicto obnoxium: *Hier. 17.* imò in illum ſolidam ſpem prouiciamus qui dixit; *Mat. 6. Luc. 12.* B Nolite ſolciti eſſe quid manducetis aut quid bibatis aut quo operiamini, Scit enim pater veſter, quibus opus ſit. Quæramus autem iuxta einſdem verbum, primùm, regnum Dei & iuſtitiam eius, vt cum iſtis terrenis, præſidiis cœleſtis quoque poſſideamus. *Mat. 2.* Imitemur illos Magos, qui adeò nihil Herodem extimuerunt, vt etiam illuſerint ei, per aliã viam regreſſi in ciuitatem ſuam. *Mat. 9. Mar. 6. Luc. 8.* Idẽ contemplemur Hęmorrhoïſſæ quę medicis neglectim habitis & tranſmiſſis, retro accedẽs Domino, oram attigit veſtis Dominicæ, & in veſtigio ſanitati eſt reſtituta. Nos igitur qui toti ex Chriſto ſpe optima pendemus, glorificemus eũ in ſecula, Amen. C

Ne qua fiducia, nitamur propriis viribus, Homilia 101.

QVemadmodũ ſermo prior expreſſè docuit nemini licere ſpem ſuã in vnũ aliquẽ proiicere mortaliũ; & qui talis ſit, maledicto reddi obnoxiũ ita & hic interminatur & percellit nõ diſpari cẽſura cum quã præſidẽter propriis nititur viribus. *Deut. 8.* Primus itaque Moſes præcipit dicẽs, Attende tibi ne dicas in corde tuo; fortitudo mea & robur fortitudinis meæ fecit mibi potentiam hanc. Sed recordare Domini Dei tui, qui ipſe dat tibi fortitudinem. D Nec aliò ſpectat illud propbetæ Amos, *Am. 2.* Pugnator non ſaluabit animam ſuam, & velox non ſaluabitur pedibus ſuis. Sed & Anna *1. Re. 2.* illa Samuelis prophetæ mater dicebat, Ne glorietur potens in potentia ſua, quia non in fortitudine potens vir. Arcum enim potentium infirmauit, infirmi accincti ſunt robore. In Prouerbiis, *Pro. 21.* Equus paratur in die belli: à Domino autem venit auxilium. Pſaltes regius, Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum eſt ei. *Pſal. 14.* Non enim ſaluatur rex per multam virtutem, & gigas non ſaluabitur in multitudine fortitudinis ſuæ. *Pſa. 31.* Sed &; Mẽdax equus ad ſalutem, in multitudine virtutis ſuæ nõ ſaluabitur. E Neque enim ego ſperabo in arcu meo. Non enim ſaluabit me gladius meus: ſed tu Domine ſaluum me fac à tribulantibus me, pudore & confuſione eos aſpergens qui oderunt me, quia tu ſolus es qui recipis pauperem & egenum à diripientibus eum. In te ſiquidem viuimus & mouemur & ſumus. Et, Fortitudo noſtra & robur abs te eſt. *De noſtris viribus nihil præſumẽdũ.* Sed & capillus de capite noſtro non cadet ſuper terram abſque tuo nutu, ò plaſmator noſter & humanæ ſalutis aſſertor. Hæc igitur cum probè oo uerimus, diuina nos erudiente ſcriptura, de noſtri corporis aut viribus aut in- A tegra valetudine nihil omnino temere ac præſidẽter ſuſtineamus præſumere, aut prægeſtienti animo inſoleſcere, vt ne illius maledictionem aduerſum nos reportemus qui confirmat carnem brachij ſui. Plærique enim ſũt qui gloriãter ſe bis venditant verbis, Manus hæ meæ, & me alunt & alios: Sed & quem tuentur manus meæ, viuere poteſt. *Inſani ſũt & blaſphemi qui manuum ſuarum laboribus gloriãtur et in eis cõfidunt.* Planè tales veriſſimè, vanæ ſunt mentis ac vaniloqui, craſſa obliuione negligentes Deũ factorem ſuum, qui ſanitatem impartit & alimoniã omni carni & confidunt in virtute ſua. Qui talis eſt, non ſimplici ſuperbiæ morbo laborat, quippe qui à Deo ſe vltroneus diremit ac deſciuit B refuga: dum primæ ſuæ virtuti aſcribit, quæ geſſit cum laude. Quemadmodum autem Aranea vbi ad telæ ſuæ faſtigium conſcendit, velut euaneſcẽt momento ruit præceps: ita & qui temere propriis nititur viribus, mox ſidit, & ad priorem habitum euanidus relabitur. Tales videri poſſint neutiquam audiſſe Iob dicentem, Si autem & manum meam imponens ori deoſculatus ſum & boc mihi vtique magna iniquitas imputetur, *Iob. 31.* quia mentitus ſum corã Domino altiſſimo. Sed neque Eccleſiaſten. Is enim ait, Verti me & vidi *Eccleſ. 9.* quia non eſt velocibus curſus, non eſt potentibus bellum, ſed nec ſapienti panis, intel- C ligentibus non adſunt diuitiæ, neque cognoſcentibus, gratia. Inducit, Bona eſt ſapientia præ ſpoliis belli: & peccans vnus perdet bonitatem multam. Dominus quoque ſuis ait diſcipulis: *Ioh. 15.* Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis, Ego ſum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo: hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere. Iure quidem, Ipſe enim hominum eſt & lux & vita, *Ioh. 1.* & omnia denique per ipſum facta ſũnt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factũ eſt. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Importunam familiaritatem eſſe vitandam, Homilia 102.

NImis quàm bonum, nec minus vtile fuerit, intempeſtiuam hominum conſuetudinem defugere & de eorum via decedere, atque auerſari illos qui nihil tam reſipiunt quàm quæ ſunt mundi, modò nulla intercedat ingens neceſſitas. Longè enim alius vrget affectus eos, qui mundo huic vale dixere ſupremum: & alius, eos quos totos mundi amor ſibi deuinxit. Quemadmodum enim bos ſi accinat bubalo, ſi onagro veterinũ quodpiã adhinniat nulla edetur vox niſi oſtrepera ac diſſona: ſic ſi familiariua cum hominibus mundi monachi congredientur, Monachus ſuiipſius poteſtatem non habet. Illius enim ſe addixit ac mancipauit ſeruituti, cuius accenſus eſt militiæ & ad ſcriptitius. *Secularea Monachis fugienda.* Ceruicem enim illius ſuſtrauit iugo, qui ipſum delegit, vt eos demetat, in conuerſimo deſecet, qui in concauis vacillibus modeſtæ humilitatis, diuino abundant frumento, riuos nempe in imum deuexos, pluuiis è cælo & viuificante ſpiritu ſidentibus inebriatos, cuius roſcidis guttulis ſtillatim cœlo labentibus anima hominis, eiuſmodi germinis in morem, de Deo cogitationes concipiens lætatur & hilareſcit. *Tέρψις.* Etenim

enim qui tranquillę quietis expetit amœnitatem, quiſquis cupit Deo colloqui familiariùs: debet is in genere omnem omniũ prorſus familiarem cõgreſſum à ſe præcidere. Et hic planè inſtituendæ vitæ modus in ſolos cadit perfectos, qui ſeipſos mundo quidem mortificarunt, Deo autẽ cohæſerunt glutino charitatis. Si qua interim ingruerit neceſſitas ſic perfecto; ſpirituales patres vt compellet aut ſecum parili concertantes agone, aut certè ex fratribus nonnullos quibus vſui eſſe poſſit: debet vtique cum eis congredi familiariter, acſi de Deo diuiniſque rebus texat ſermonem. Prorſus talis, emolumenti plurimum aut adferet cæteris, aut certè ſecum referet. Siquidem ſcriptura ait, Virum ſi inueniſti prudentem, mane euigila ad illum. Et, Si quis fuerit ſapiens, huic adiúngere. Qui enim conuiuit ſapientibus, ſapiens erit. Atqui nobis nihil minùs conducit, quàm vt cum Mundi iſtius hominibus familiariter congrediamur. De nulla enim re alia iſti texũt ſermones, quàm de Mundi negotiis, quorum relatu mens monachi deinceps remollitur laxius & flaceſcit, ab operatione interim ſpirituali délidet ceſſator, eneruis iam reſoluitur ad tuendum monaſticæ exercitationis vigorem, denique & tenor ipſe ſumendi cibi permutatur. Demonſtratione ſiquidẽ fructuum, quiſque ſuę exhibet ſpecimen agricolationis. Ob hoc dixerim, quòd eorũ vita qui cœlibes atque expertes thori maritalis degunt, nihil habeat cum Mundi hominibus cõmune, diſſentanea prorſus cum ſit. Ne quid igitur detrimenti aut noxæ adeat anima tua, necesse ſit vt expromptè & alacriter omnem abs te præcidas ſecularium cõſuetudinem: etiamſi vt primum te dederis ſeceſſui ab illis ſeiunctus, nonnihil mens diſcruciatur, quòd eatenus ab obſeruatione regulæ deſederis, genúſque vitæ cogéris permutare. In hoc, agoniſtæ illi ſpiritualis paleſtræ, magno ſtudio expetebant Deſerta, vt à ſeculi hominibus diſparati, nullo negotio cũ Deo congrederentur familiariùs. Quemadmodũ enim virgo interim dũ cuſtoditur, multis qui externi ſunt, in deſiderio eſt, mox vt prodiit in publicum, iam nõ æquè omnibus ſe probat illius decor, ſed in illa quiddã deprehenditur, quod detur vitio & notã eidem inurat: ita & Monachus tantiſper extortis dũ viuit à ciuitate & publico alienus, magno in honore habetur apud Deum & Angelos, quin & hominum ore celebratur. At ſi quando è ſublimi cardine delabetur ſuę conuerſationis & contemplationis, ſeque vitæ ſecularis negotiis implicuerit, non iã probatur Deo, ſed & hominibus in cõtemptũ venit. Multò igitur pręſtiterit, vt te quàm longiſſimè ſubducas à Mundi hominibus, inque cellula quapiã dedas te cuſtodiæ ac ſalueris, ceu Caprea vitatis laqueis aſſolet, & quaſi auis è reticulo aucupis. Laquei enim & pedicæ ſunt aſpirãtibus ad ſalutem, ſeculariũ congreſſus ac prolixæ eorum confabulationes mentẽ prorſus auocant à Dei glorificatione & ſpirituali lætitia. Eò etiam · num ipſam adigunt neceſſitatis, vt aliud nihil cõtempletur quàm illorum vaniloquia, iuxta Paroemiaſtem: Decepit autẽ eum multo ſermone, verbis autem labiorum impegit eum. Quòd ſi propiùs nos adeunt de animæ ſalutari vtilitate conſulturi; cum iſtis liceat texere ſermonem cum verborum compendio quæ alioqui diuino condita ſint ſale, illinc & nos actutùm proripiamus. Plus enim hac noſtra breuiloquentia ædificabuntur, quàm ſi lõgiſſimam orationẽ prorogemus de rebus Mundi. Quòd ſi quiſpiam obiiciat, Quid vtique Paulus ad noctem vſque intempeſtam legitur protendiſſe ſermonem? Primùm huic reſponderim, quòd ab eis eſſet mox ſoluturus, deinde quia recens erant edocti prima fidei rudimenta. Tunc enim primùm iaci cœperant fundamenta fidei per prædicationem ſerendæ. Ad hæc Paulus Spiritu ſanctu erat plenus, nam & per eũ ipſe Spiritus loquebatur. Argumentũ euidens quòd quis Spiritũ ſanctũ habeat, primùm quidẽ, ſi mãſuetus eſt, ſi requietus, & de ſe quia modeſtiſſimè ſentiat, ſi ſibi tẽperat ab omni vana cupiditate ſeculi huius, ſéque ipſum cæteris hominibus multò æſtimet inferiorẽ. Sed neque is qui afflatus Spiritu ſancto, quãdo vult loqui, loquitur ſpiritus: ſed tũc loquitur, Si quando iuſſerit illũ loqui Deus. Quum igitur nõnulli nos adierint vtilitatis captãdæ gratia, ſi iſti fidem habeant Diuini huius ſpiritus: in primis ad Deum pro omnibus fundatur interpellatrix oratio. Nam tunc Spiritus ille diuinus hominem adimplet, qui gratia impletus loquitur iam iuxta Domini voluntatem. Vult autem ipſe omnem hominem ſaluum fieri. Sanè vt bonum ſit auxilio eſſe ei verbis tuis, qui te quiddam rogat: ſed præſtiterit ei, vt cooperére per virtutem & orationem. Qui igitur volet numeroſam aſſequi virtutum copiam: neceſſe ſit, deſugiat inanis gloriæ cupiditatem, non cum aliquam multis conflictetur, ceu dictum iam eſt, ne continenti vſu conſueſcat pergere aliis obuius, nullis conuitietur, quàmlibet digni ſint quibus retalietur, qui inceſſunt priores. Nõ ita cũ multis ſermocinetur, etiãſi videri poſſint bona eſſe quæ dicere inſtituit, omnia. Immoderata enim & effrenis verborum prolatio qua periclitatur mentis tranquillitas, nõ ſolùm circa operationem ſpiritualem lenteſcere facit eam ac deſidere, ſed & moleſtiſſimo Dæmoni Acediæ mancipat illam ac dedit. Sanè quẽadmodum exæſtuantis balnei fores continenter apertæ ſi ſunt, intimum illum calorem ocyus efflant & expellunt in ea quæ ſunt extrinſecus: ita & anima ſi quando multa ſermocinari volet, tametſi nihil non dicat decorum & honeſtum, memoriam tamen ſui ipſius perdit per vocalis portæ organum. Silentium igitur per omnia bonum ac frugi eſt. Regales quidem theſauri implebuntur auro, & ſenſus eorum qui non fucatè ſunt monachi, ſaturabuntur ſcientiæ opulentia. Si qua interim docendi ingruerit neceſſitas ad animæ correctionem, doceto. In hac tamen docendi ratione volumus adeſſe doctrinæ legitimã incorruptionem, grauitatem, verbũ ſanum & irreprehenſibile, vt per nos glorificetur Deus in omnibus. Arma enim noſtra non ſunt carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes: vt anima nullis agitata intẽperiis ac miti corde, noſtra oratio ſicut incenſum ſuauè fragrãs, acceptabilis ei fiat qui corda ſerutatur & renes, nempe Deo. Sed & Dominus ſuis dixit diſcipulis, Vos non eſtis de Mundo hoc, ſed ego elegi vos de Mundo. Non iam multa loquar vobiſcum. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Silendo vtile eſt ad contẽplationẽ.

Pro. 18. / Eccl. 6.

Hic monachi proponit deſſe in exemplum.

Cœlebs vita cum mundialibus nihil commune habet.

Virgo quamdiu domi ſe continet, multus ad mirationi eſt.

Seculariũ congreſſus impedit ſalutem.

Pro. 7.

Act. 20.

Argumentum euidens quod quis habeat S. ſanctum.

Morẽ hũc nos Cartuſiani mordicus tenemus ſi quando nos adeũt exteri.

1. Ti. 2.

Mẽtis trãquillitas loquacitate periclitatur.

Silentij vtilitas.

Docendi ratio Chriſtiana.

2. Co. 10

Ioan. 15

De ſilentio, Homilia.103.

VEl hoc nomine nobis emolumento eſt ſilentiũ & adiuuat, quòd doceat à malis feriari & interquieſcere. Quòd ſi virtutes quatuor in oratione conciliarit ſibi & aſciuerit, quibus nitatur, nimirùm longanimem tolerantiam, animi modeſtiam, vigiliam, temperantiam: nibil vſpiam inuenies quod breuiore compendio animam reddat circa turbulentas paſſiones ſic ſtabilem, vt ſilentium. Quàm igitur ſpecioſa qnámque opportuna, & accõmoda eſt nobis virtus ſilentij? Aliud prorſus nihil, quàm ſapiẽtiſſimarum cogitationum mater. Benignus etenim ille Spiritus vix aliud tam auerſatur & fugit, vt multiloquij vanitatem. Quandoquidem is ab omni turbnlenta ſe ſubmouet intemperie atque ludificatoria imaginatione. Silentium igitur tanto cum ſplendeat decôre, mater iure cenſetur virtutum monachi: Eas enim progenerat per iugem & indiuulſam ad Deum interpellationem. Monacbus ſilentij & qnietis amator non poteſt non à Deo diligi. Quum enim Dei amore inardeſcat, ſoli cupit Deo colloqui per ſynceram orationem. Is & ſi in terra moretur, cœleſtia tamen tranſcendit pia imsginatione. Tota enim iſtius mens in hac vna & anxia cogitatione verlatur vt Deo ſe probet ac reddat amabilem, ſanctique Spiritns templum promereatur effici. Hic ceruícem ſnam perquam leni Chriſti iugo & ſuaui ſubſternit acclinis ſemper. Viſibilia cuncta tranſmittens, ad iouiſibilium rapitur amorem: magis verò inniſibilium (quatenus ea contemplatur) aliquouſque eompos iam eſt. Qui tales ſunt, puritate vitæ cum Angelis congrediuntur. Iſti nnllo non tempore expetunt adcúntque ſolitudines, vt taciturni ac tranquilli pnriùs diuina perſruantur allocutione, ſuámque ipſorum mentem ſpeculum efficiant nulla labe interpunctum aut aſperſum, magnum illum imitati Heliam ac precurſorem & baptiſtam Domini Ioannem. Beati planè tales, cùm ſuper terram, tum & in cœlis, qui quidem omnia ducunt quaſi ſtercora, Chriſtum vt lucrifaciant, inueniantúrque in miti ac requieto incedere ſpiritu. Idque nos omnium maximè facere addecet, qui in hæc peruenimus tempora. Sic & propheta Amos, quæ inſtanti tempore contigerunt, ſuo nos præerudiens oraculo, ait: In tempore illo intelligens ſilebit, quia tempus malum eſt. Eſaias quoque, Qui odit iniquitatem & manns excutit à muneribna. Qui claudit oculos, ne videat iniquitatẽ, hic habitabit in ſpelunca excelſa. Panis ei dabitur, & aqua eius fidelis. Regem cum gloria videbit, Et oculi veſtri videbunt terram délonge, anima veſtra meditabitur timorem. Is ex Domini perſona dicit, Ad quem reſpiciam, niſi ad hnmilem & quietum & trementen ſermones meos? Hieremias item, Quis dabit mihi in ſolitudine diuerſorium nouiſſimum, & derelinquam populum hunc? Rurſus, Non ſedi cum colludentibus eis, ſed reueritus ſum à facie manus tuæ: ſolus ſedebam, quia amaritudine repletus ſum. Dauid. Elongaui ſugiens, & manſi in ſolitudine. Et, poſni ori meo cuſtodiam, dum cõſiſteret peccator aduerſum me. Obmutui & non aperui os meum, quia tu feciſti. Et, Dominus

Silentio ſedantur Animi perturbationes.
Silentij laus.
Decet monachum taciturnitas.
Monachi, Heliæ & Iohannis Baptiſtæ imitatores.
Amos. 5.
Iſa. 33.
ἐν σπηλαίῳ ὑψηλῷ.
Iſa. 66.
Hier. 9.
Hier. 15.
Pſal. 54.
Pſal. 38.

A habitare facit vnias moris in domo: vir enim prudens quietem agit. Et, Homo ſapiens ſilebit vſque ad tempus. Et, Qui intelligeus eſt, idem & tacet, ſecundum ſcripturam. Eccleſiaſtes, Si ſpiritus poteſtatem babentis aſcenderit ſuper te, ne dimiſeris locnm. Ioannes enim in Deſertis traxit moram ad diem vſque oſtenlionis ſuæ ad populum Iſrael. Dominus quoque virtutum omnium typus nobis ſactus, in ſolitudines ſecedebat & orabat, ſuíſque dicebat diſcipulis, Venite vos in Deſertum locum, & requieſcite paululum. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Eccle. 20.
Eccle. 10.
Luc. 1.
Solitudo Ioan. & Chriſti.
Mar. 6.

B

De vigilia, Homilia. 104.

VIgilia ſane, ſcutum mire magnitudinis & eleganti decôre conſpicuum nobis indultum à Deo eſt aduerſus Diabolum eiúſque milites, nimirùm contra ſpiritus, totius artifices malignitatis. Vigilia alacrior fit, énitet ac firmatur tenui penuria rerum, ſed & peruigili ſenſu ac prudenti cum Deo congreditur ſamiliariter: contrà, ſaturitas ventris atque ſatietas illi obiacet & obluctatur, nec id ſolùm, ſed & mentem timidam efficit ac imbecillem, & quæ inter obſcœnarum paſ-
C ſionnm aſſultús deprehenſa, nullo negotio inferior fit atque expugnatur. Orandum igitur, ne ſuga noſtra hyeme fiat aut Sabbatho, boc eſt, dum illidimur importunis affectibus aut iacemus ſecuri malorum. Si Chriſti milites ſumus, ne deſugiamus [illegible]tà ingredi, quà per laborem ad tranquillitate[illegible] conſcientiæ pertingitnr, ac pro virili cum noſtro colluctatore depreliemur. In obſeruandis excubiis ſi attentè ac prudenter vigilauerimus, poterimus vtique vulnere atrociſſimo conſauciare aduerſarium. Et hę qnidem ſecũdum Deum virtutes ſunt, nimirum, vigilia, oratio, pſalmodia, modeſta humilitas, & Euchariſtia. Hæ, inquam,
D arcus ſinnt aduerſus inimicum, laqneus ac flagra quibus miſerè conſcinditur, modò ne inſolentiùs efferamur ſi quando inter orandum ſuſim nobis deſlnunt lachrymæ. Neque enim ex nobis, ſed ex illius gratia corriuantur qui nnbis eas ſuppeditat. Egregium ſanè ſit, ſi impenſiore cura par illud virtutum exercebimus, ſobrietatem & in ſumendo cibo parcimoniam, Vtriuſque ſtudium inualeſcit ac roboratur peruígillo. Vtraque nobis potiſſimùm conuenit, qui in boc ipſum militamus vt placeamus illi qui nos ſuę adſcripſit militiæ. De vigilia enim non vno loco Dominus, præcipit ſanè vigilandum & orandum vt inimici
E machinas euadere poſſimus. Cum ſobrietate ergo & alacritate ipſam expleamus vigiliam in humilitate & compunctione cordis, ne vlla in re obtineat adnersùm nos inſenſiſſimi venatoris atque inuidi Diaboli veteratoria malignitas. Qui enim ſtrenuus eſt miles, omni ſe armorum genere commũnit, nec quicquam facit teliqui ex apparatu armaturæ ſpiritualis quo non ſe circunſepiat ac obarmet. Et nos igitur induamur thorâcem, fidem videlicet Chriſti, & galeam, crucem ipſius. ſcutúmque & haſtam, ardentem erga Ipſum charitatem, & gladiũ Spiritús, ipſius Spiritús eloquia, ſicque accincti aduerſús colluctatorem conſiſtamus arrectis animis tanquam generoſi milites, idque per vigilias, orationes ac ieiunia, ſicut & in

χορτασία καὶ κόρος.
Mat. 24.
Conſcientiæ tranquillitas.
Arma Chriſtiani aduerſus Diabolum.
Lachrymis in oratione effuſis nõ gloriandum.
Mat. 26.
Mar. 14.
Armatura chriſtiani.

Prouer-

Prou. 6. Prouerbiis ſcriptum eſt, Ne dederis ſomnū ocu-
lis tuis, neque dormites palpebris tuis, vt ſalueris
tanquàm Damula ex laqueis, & tanquàm auis ex
Pſal. 131. reti. Ait item & Dauid, Si dedero ſomnum ocu-
Pſal. 10. lis meis & palpebris meis dormitationem, do-
nec inueniam locum Domino. Iterum, Vigilaui
& factus ſum ſicut paſſerculus ſolitarius in tecto.
Et, Prope eſt Dominus iis qui contrito ſunt cor-
Pſal. 118. de & humiles ſpiritu ſaluabit. Rurſus, Media no-
Pſal. 62. cte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia
Pſal. 118. iuſtitiæ tuæ. Iterum, Deus Deus meus ad te de lu-
ce vigilo. Sitiuit ad te anima mea. Et, Præueue-
runt oculi mei ad diluculum, vt meditarer elo-
Pſal. 133. quia tua. Is in communeſuis dicebat, In nocti-
1. Col. 4. bus extollite manus veſtras in ſancta, & benedici-
Eph. 6. te Dominum. Apoſtolus, Orationi inſtate, vigi-
lantes in ea in gratiarum actione. Iterum, Oran-
2. Cor. 6. tes in omni tēpore in ſpiritu, & in hoc ipſum vigi-
lātes in omni inſtātia & obſecratione. Idē de ſeip-
1. Theſ. 5. ſo, In laboribus, in vigiliis, in ieiuniis. Inducit. De
tēporibus & momentis fratres nō neceſſe habetis,
vt ſcribam vobis: Ipſi enim diligenter ſcitis, quia
dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet. Quum
enim dixerint, Pax & ſecuritas: tunc repentinus
eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero ha-
bentis & non effugient. Ne igitur dormiamus, ſi-
Mar. 3. cut & cæteri: ſed vigilemus & ſobrij ſimus. Do-
minus item, Vigilate igitur, quia neſcitis qua ho-
ra Dominus veſter veniet. Illud autem ſcitote,
quia ſi ſciret Paterfamiliās qua vigilia fur veni-
ret, vigilaret vtique & non ſineret perfodi do-
Mat. 14. mum ſuam. Iterum, Vigilate & orate, vt non in-
Mat. 24. tretis in tentationem. Rurſus, Beatus ille ſeruus
quem cum venerit Dominus eius, inuenerit ita
facientem: Vigilate ergo, quia neſcitis diem ne-
que horam. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De pſalmodia, Homilia. 105.

Quid Pſalmodia. Psalmodia eſt opus incorporearum virtutum
Deo adminiſtrantium & indiuulſè abſiſten-
Pſal. 148. tium, iuxta quòd dicitur: Laudate Dominū de
Pſal. 116. cœlis omnes Angeli eius, & omnes virtutes eius.
Iterum, Laudate Dominū omnes Angeli eius, po-
tentes virtute, facientes verbum eius. Benedicite
Dominum omnes virtutes eius, miniſtri eius qui
facitis voluntatem eius. Hoc operis, competit &
Pſal. 150. hominibus: Omnis enim ſpiritus laudet Dominū.
Monachis autem peculiari quadam prærogatiua
vel imprimis cōuenit, quòd inſtitutum vitę pror-
Monachi delegerūt ſibi vitam Angelicam inſtitutum. ſùs Angelicæ vltronei delegerunt. Beatus enim
qui meditabitur in lege Domini die ac nocte. Et,
Qui timetis Dominum, laudate eum: vniuerſum
ſemen Iacob glorificate eum. Pſalmodia ſanè iuge
eſt ſacrificium, & ſacrificium laudis. Debet mona-
Pſal. 21. chus, dum ſacris operatur, diuinas & legitima ſan-
ctione conſtitutas laudes reddere Deo iugiter &
Pſalmodia Definitio. indirupte. Benedicam, ait Dauid, Dominū in om-
ni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Audia-
mus quid nos cohortetur, vt faciamus, Pſallit: Deo
Pſal. 53. noſtro, pſallite: pſallite regi noſtro, pſallite ſapien-
Pſal. 46. pienter. Pſallite Domino in cithara & voce pſal-
Pſal. 97. mi. Sed &, Bene pſallite ei in vociferatione. Exul-
tabunt enim labia mea, dum cantauero tibi & ani-
ma mea quā redemiſti. Rurſus, Pſallite Domino
Pſal. 29. ſancti eius. Et, Seruite Domino in timore & exul-
Appendix.

tate ei in tremore. Laus enim eius in Eccleſia ſan-
ctorum. Et filij Sion exultent in rege ſuo. Ego au- *Pſal. 2.*
tem cātabo & pſallam in gloria mea, quia conca- *ἐν τρόμῳ.*
luit cor meū intra me, & in meditatione mea exar-
deſcet ignis. Et, Dulcia faucibus meis eloquia tua *υἱοὶ, filii.*
ſuper mel ori meo. Sic benedicā te in vita mea: in *Pſal. 118.*
nomine tuo leuabo manus meas, quia, Sicut ex a- *Pſal. 62.*
dipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis *Pſal. 62.*
exultationis laudabit os meum. Nam torrēte vo- *Pſal. 35.*
luptatis tuę potabis eos qui pſallūt tibi. Sed quid
neceſſe ſit in medium depromere ſingula quæ-
que ex Dauide teſtimonia nulli non veſtrum per-
ſuaſa ac perſpecta, quibus nos beatus ille horta-
tur ad pſallendum? aut certè quid opus, vt expli-
cem, quantùm gratiæ & ſpiritualis lætitiæ inſe- *Nota ò monache.*
ratur eius cordi, qui cum compunctione & per-
uigili attentione pſallit Domino? Norunt pla-
nè, qui didicerunt doctrice experientia, ne cui
fortè nugax videar & blatero. Sanè in eo tempo-
ris articulo quo memoria celebratur diuinæ lau-
dis, iuuerit multiplicare deprecationem, vt quod
per obliuionem exciderit memoria, ipſe Domi-
nus dignetur ſuggerere, atque ita, chariſſimi, in
concinendis Pſalmis attenti perſiſtamus, ore-
múſque voce exerta & conſtanti, auerſati ſtu-
diū omne moltiuariæ cogitationis & curioſæ ſo-
licitudinis. Hæc enim ſolennis conſuetudo dæ- *Dæmoni-*
monibus inoleuit, ſiquando vnum aliquem vide- *bus cura*
rint animo alacri pſallentem aut orantem: cogita- *eſt impe-*
tiones tūc ſuggerunt rerū proſpectu ipſo neceſſa- *dire Ora-*
riarum, mentem interim pſallentis per hæc aliò *tionem.*
detorquent, nempe ad rerum illarum indaginem,
vt vel ſic dum ad earum perſcrutationem anxia
diducitur, totius perdat dulcedinem Pſalmo-
diç. Cuius rei gratia, Chriſtus laudem ex ore fide-
lium ſed malitia paruulorum prodeuntem per-
ficit, aut certè per operatoriam atque efficacem
vim pſalmodiæ, inimicum & vltorem prorſus de-
ſtruet ſua aduerſum nos tyrānide ſuperbiùs inſo-
leſcentem. Inimicum dixerim uirtutum, vltorem
verò ſiue defenſorem malitiæ, Diabolum. Nos
igitur in hac noſtra ſimplicitate laudibus con-
celebrantes Dominum, veteratoris Inimici com-
mentitias omnes machinas conteramus prorſúm-
que demoliamur. Sit ſanè in ore tuo perpes ac iu-
gis Pſalmus. Deus dum nominatim aduocatur, *Inuocatio*
dæmones abs te ſummouet longiùs ac profligat. *nominis*
Sed & neceſſarium vobis vt illius renouē memo- *dei dæmo-*
riam, quod alioqui nemo veſtrum eſt, qui igno- *nes abigit.*
ret. Nam pſalmodia, Canon noſter dicitur. Sanè *Canō mo-*
quēadmodum vnus aliquis agricola niſi ſuū cāno- *naſtica*
nem plenū ac bonum reddiderit, in carcerē conii- *vita, Pſal*
citur, ſuſpenditur, conſcinditur flagris, quouſ- *modia.*
que omne reddiderit creditori debitum: ita con-
tinget monacho, cum per oſcitātiam ſibi præſcri-
ptum tranſmiſerit cānonem. Is enim gratia mox
deſtituitur, ſuis addicitur inimicis, illorum ſuccū-
bit pedibus & proculcatur, nec non afflictionum
procellæ talem adoriuntur, ita vt vociferetur,
Domine quid multiplicati ſunt, qui tribulant me?
& dicunt animæ meæ, Non eſt ſalus ipſi in Deo
eius? Cæterū, velociter exaudi me Domine, quia *Pſal. 3.*
defecit ſpiritus meus. Et, Ne auertas faciem tuam *Pſal. 142.*
à me, vt ne aſſimiler deſcendentibus in lacum,
quia repleta eſt malis anima mea, & vita mea in-
ferno appropinquauit. Et hæc quidem dum

Canon psalmorũ reddebatur Deo, contra Eraſmum & Lutherum.

affictione angitur, vociferabitur ad Dominum, qui canonem alioqui non omittendum negligit reddereDeo, & per hoc quod ab opere Dei digreditur ac ſecedit, tribulatione multiplici atritus eruditur. Incertum prorſus, ſi audire illud promerebitur: In tribulatione inuocaſti me & liberaui te. Periculum enim, ne huic reſpondeat Domin9, Non noui te. Diſcede à me operarie iniquitatis, quia non audiſti vocem meam, nec aurem commodaſti verbis meis. Si enim audiſſes me, pro nihilo inimicos tuos vtique humiliaſſem, & ſuper tribulantes te miſiſſem manum meam. Propter hoc eieci te, vt eas ſecundum adinuentiones cordis tui.

Pſal. 80.

Nos verò Paulum magis exaudiamus dicentem, B Verbum Dei habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia docentes & admonentes voſmetipſos in Pſalmis & Canticis ſpiritualibus. Rurſus, Vnuſquiſque veſtrum Pſalmum habet, doctrinam habet, Apocalypſin habet Omnia igitur ad ædificationem fiant Ob hoc ſanè Deo nullo non tempore exhibeamus ſacrificium laudis, hoc eſt, fructũ labiorum confitentium nomini ipſius Et exhibete corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, beneplacentem Deo, rationabile obſequium veſtrũ. Ait autem & Iacobus, Triſtatur quis in vobis? oret. Æquo animo eſt quis? pſallat. Verum vt diximus, quia ſicut ex debito repetimus pſalmodiã, tãquã canonẽ debitũ: ita illam debuimus irreprehẽſibilem, inculpatamque offerre, hoc eſt citra irãm cogitationeſque acceptæ vllius iniuriæ. Neque enim ſpecioſa laus eſt in ore peccatoris. Quod ſi aduerſus fratrem tuum quidpiam habueris, nec ei ex animo indulſeris: nũquam tua acceptabilis fuerit vel pſalmodia vel oratio ſiue eleemoſyna, & cætera eiuſmodi quæ te credis bona efficere. Voce enim Saluatoris audies dici tibi, Vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum Pſalmos tuos dum concinis, innocens eſto & ſimplex: vt illi Hebræorum pueri, qui quidem Domino occurrerunt cum ramis & palmis dicen- D tes, Hoſanna in altiſſimis Benedictus, qui venit in nomine Domini. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Col. 3. 1. Cor. 14. Rom. 12. Iac. 5. Pro ἀθυμεῖ alij legunt κοπιαθεῖ afflictatur. Pſalmodia ex debito. Eccl. 15. Matt. 5. Matt. 12. Mar. 11. Ioh. 12.

De oratione. Homilia 106.

Orationis neceſſitas.

VAcare orationi indiuulſè ac iugiter, cum primis neceſſarium & nobis perquam frugiferum eſt. Adeo igitur & Patre Domini noſtri Ieſu poſtulemus, nobis vt impertiat intelligentiam ſpiritualem, qua veluti conciliatrice & attenti ſimus & peruigiles, ab ipſo vt poſtulare nouerimus eius voluntatem in nobis fieri. Spiritualem lucem E quæ vera eſt lux, quæ & illuminat omnem hominem venientem in Mundum, iuſſit ipſi vt petcremus nobis indulgeri. Quando igitur ſacroſanctam & vnius eiuſdemque ſubſtantiæ inuocamus Trinitatem, caſtiſſimis quidem orationibus & quæ nihil inſynceri habeant admiſtum, mente verò minimè turbulenta atque aptiſſima vnione ad diuinam contemplationem: tunc nos beatæ Trinitati propiùs adiungimur, & pro qualicunque labore dona recipimus omnigenæ virtutis quæ nos erga illam ſolidè ac ſtabiliter confirment. Oratio cæteras virtutes facilè antegreditur, ſi modò ſua illam puritate Deo propinquat, Sanè oratio

Ioan. 1. S. Sancta & cõſubſtantialis Trinitas.

A manſuetudinis eſt & inirafcentiæ germen. Oratio eſt & gaudij gratiarum actionis tutelare propugnaculum: triſtitiæ verò & puſillanimitatis amuletum præſentaneum. Mens igitur componenda eſt orationis tempore, & confirmanda vt ne obſtrepera ſit aut ſecum tumultuetur & inſurret: tunc enim poterit quis ſynceriter orare Oratio familiare eſt mentis cum Deo colloquium: Quo igitur in ſtatu neceſſe eſt vt ſemens conſtabiliat & adornet, ſic familiariter cum proprio Domino congreſſura? Nimirum ſi nihil eam interpellarit externarum cogitationum. Oratio cum luctu coniuncta & ad Deum effuſa in B ſpiritu, alimonia mentis eſt, haud ſecus ac panis corpori. Beata ſanè mens cui tempore orationis datum eſt, nullis ſe interpellantibus remoris, Deum poſſe alloqui. Talis perinde ſe habet, vt Aquilæ pullus, dum ſeſe in ſublime attollit. Tota enim, fœlici nempe ac diuina permutatione, à ſe alienata, radioſo ſplendore intermicat. Adorationem dum conſiſtemus, ceu prædictum eſt, ne oremus propriam expleri voluntatem, magis autem eam quæ Dei eſt, iuxta doctrinam illam: Fiat voluntas tua in me & in re quali bet: ſicque ab eo depoſcamus, vt eius fiat voluntas. Iure quidem: Nihil enim tam vult, C quàm quod bonum eſt & animæ conducit. Nos autem non ita per omnem modum hoc ipſum petimus, licet noſipſos deputemus miſeros multò etiamnum cum luctu. Quã enim fronte impuri nos ſuſtineamus, adſiſtere Domino Sabaoth? Quiſquis igitur orationem puram cupit effundere, prius apprecetur ſibi indulgeri lachrymas ſarciendæ puritatis cooperatrices: vt luctu velut pario anima præferox cicuretur ac manſuefiat, atque ita demum perfruatur ſynceré ſuæ voto orationis. Etenim iugis oratio, & continens, per congreſſum cum Deo familiarem, mentem auocat ab omni prudentia faſtuque Mundi, eámque D Deo præſentem offert: quoque propius iungit Deo, hoc maiore adimplet timore ſimul & humilitate. Neque enim ſine humilitate, accepta poſſit eſſe oratio, vel teſte ſcriptura: Reſpexit in orationem humilium & non ſpreuit precem eorum. Quocirca qui cor ſuum ab omni ſorde expurgare contendit, illud perpetim accendat & inflammet memoria Domini. Hoc ſolum iugem exercitationem habet & opus nunquàm intermittendum, Neque enim aliquando orandum quidem ſit, aliquando feriandum ab oratione iis qui cariosam peccatorum putrilaginem a ſe excutere cupiunt: ſed ſemper orationi incumbendum, interna quidem mentis locutione, etiam ſi extra E oratorias ædes diuerſemur. Quemadmodum enim aurum ſi quis vult ſcoria exuere & perpurgare, ſinat autem illud ad teporem ignis qui in fornace exiguus ſit, lenteſcere ac feriari, exutam ſemel ſtrigbſitatem ac ſorditiem curſus ingignit purgatæ illi materię: ita & qui aliquando quidẽ commeminit Dei, non itẽ aliquando, etiam quod orationis merito videbatur aſſecut9, per animi remiſſioris laxitudinẽ perdit. Vtque ferrũ, continguus ignis reddit impalpabile, ita & orationes crebrius effuſæ mentẽ corroborãt, ſtabiliunt & confirmãt ad ſubeundum cum hoſte conflictum. Sicut ferrum igni candens, transformatione fit concolor

Orationis effectus. Mens orationis tempore componenda. Quid oratio. Oratio pabulum mentis. Matt. 6. Lachrimæ à Deo petendæ vt orationem comitẽtur. Oratio deprimit ſuperbiam. Pſal. 101. Nullo non tẽpore orãdum, & vbique.

igni,

igni.ita & mens illuſtrata ſplendore ignis, nimi- A
Luc.12. rum gratiæ, quem ignẽ venit ſaluator noſter mit-
tere in terram. Eiuſce rei gratia is qui nos ad ſalu-
tis portum cupit prouehere, Dominus de ora-
tione continenter verba facit. Quin idem no-
Luc.3. bis factus exemplar orandi, in oratione Dei per-
noctabat, exemplo ſuo docens nos quàm longè
optimam ex oratione præcerperemus vtilitatem,
nec mediocrem ad Deum propinquitatem, ſi mo-
dò aſſidua fuerit. Primùm igitur petẽdum nobis,
vt accipere promereamur orandi gratiam, ceu di-
ctum eſt, ab eo qui dat orationem, ſed oranti. Ait
Rom. 8. enim apoſtolus, Quid oremus ſicut oportet, neſ-
Vota red- cimus: ſed ipſe ſpiritus interpellat pro nobis. Id B
denda do- gratiæ dum accipimus, expleamus opera ab ipſo
mino. legis datore Deo imperata. Ait enim Moyſes, Si
Leuit.27. voueris votum Domino Deo tuo: non tarda-
Num.15. bis reddere illud, quia requirens requiret à te
Eccle.5. Dominus Deus tuus, & erit tibi peccatum. Quæ
ἐυχὴ pha procedunt de labiis tuis, cuſtodies. Et, Homo qui
ſis pro vouerit Domino & iurauerit iuramentũ: non ir-
oratione ritum faciet verbum ſuum. Omnia quæcunque
p..., egreſſa fuerint ex ore eius, faciet. Alter itẽ, Ne im-
nunc pro- pediaris reddere votũ in tempore, & ne expectes
miſſo, quã vſque ad mortem iuſtificari. Priuſquam voueas
ſit ſyno- ſiue ores, para teipſum ne ſis quaſi homo qui ten-
nymon. tat Dominum. Memento iræ in die conſumma- C
Num.30. tionis, & agonizare ad orationem: quia oratio-
Deut. 23. nes corrigentium ſe, acceptabiles ſunt apud Do-
Eccle. 5. minum. Et; Orationibus iuſtorum obedit Domi-
Eccle. 18. nus. Dauid, Vouete & reddite Domino Deo ve-
Pſal. 75. ſtro. Iterum. Immola Deo ſacrificium laudis &
Pſal. 49. redde altiſſimo vota tua. Et; Ego vota mea Do-
115. mino reddam in conſpectu omnis populi eius.
Rom. 12. Paulus quoque, Solicitudine non pigri, Spiritu
ferventes, Domino ſeruientes, orationi inſtantes.
2. Cor. 9. Rurſus, per omnem orationem & obſecrationem
orantes in omni tempore, in ſpiritu. Et in hoc ip-
ſum vigilantes in omni inſtantia & obſecratione.
Eph.6. Iterum, Volo viros orare in omni loco leuantes D
1. Tim. 2. ſanctas manus ſine ira & diſceptationibus. Et in
Act. 2. Actibus apoſtolorum, quia erant inſtantes doctri-
næ apoſtolorum, & cõmunioni, & fractioni panis,
Act.6. & orationibus. Iterum, Nos autem orationi & mi-
niſterio verbi inſtantes erimus. Sapientia, Sicut
Eccle. 5. vouiſti votum Domino, ne moreris reddere il-
μικρὰ δι- lud: quia quæcunque voueris, reddes. Melius
α ...β. enim non vouiſſe, quàm vouiſſe & non redde-
Iob.31. re, Sed & iniquorum olor Iob, Nihil iniuſtum
Pet. 5. erat in manibus meis, oratio autem mea pura fuit.
Mat.11. Petrus, Sobrij eſtote, & vigilate in orationibus, &
reſiſtite diabolo. Dominus item, Propterea dico
vobis: Omnia quæcũque orantes petitis, credite E
quia accipietis, & fient vobis. Is cùm eſſet in quo-
piam loco orans, vt quieuit, quidã diſci-
pulorum eius rogauit illum, Domine doce nos
Mat. 6. orare. Dixit Ieſus, Quum oraueritis, dicite, Pater
noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum,
Mat. 7. *& cætera.* Inducit, Petite, & dabitur vobis. quæ-
Luc. 11. rite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. In-
fert, Si igitur vos cùm ſitis mali, noſtis dona bona
dare filiis veſtris, quantò magis pater cœleſtis da-
πνεῦμα bit Spiritum ſanctum petentibus ſe? Nóſque cu-
ἅγιον. piens, votis omnibus expetendus & deſiderabilis
Dominus, arcana ſua operatione erudiri ad offe-
Math. 6. rẽdam Deo orationem, dicit: Quum oraueris, in-

A tra in cubiculum tuum & clauſo hoſtio tuo, ora
patrem tuum qui eſt in abſconſo: Et pater tuus *ἐν τῷ φα-*
qui videt in abſconſo, reddet tibi in manifeſto. Ip- *νερῷ.*
ſi gloria in ſecula, Amen.

De compunctione, Homilia. 107.

COmpunctio fletum parit & lachrymas. Nõ *Compun-*
mediocri negotio obuenit homini, niſi for- *ctio qui-*
ſan exercitatio prolixior anteuerterit, aut *bus ex*
commemoratio formidabilis illius iudicij, & vi- *cauſis ho-*
cariæ retributionis eorum quæ iniquè geſſimus *mini ob-*
ſermone, opere, cogitatione. Aut certè per pudo- *ueniat.*
B rem ac dedecus quod damnandos manet ante il- *Iudicij*
lud formidabile tribunal, in conſpectu Angelo- *extremi*
rum & hominũ, vniuerſarúmque cœleſtium vir- *memoria*
tutum, cùm nuda & aperta erunt omnia, quando *compun-*
vnuſquiſque noſtrum præſentabitur pro ſe reſpõ- *ctionem*
ſurus, cùm nemo alteri poterit eſſe auxilio. Quan- *parit.*
do cunctis arcana pateſcent, nulli catenus com- *Heb.4.*
perta & explorata, niſi quæ cuiuſque conſcien-
tia nouit: quin potiùs plurima quæ ne vnus qui-
dem noſtrum ſcit præter Deum qui corda ſcruta- *Iere.20.*
tur & renes. Cùm ignis in conſpectu eius proce-
det & inflammabit in circuitu inimicos eius, quã- *Pſal. 49.*
do condemnabuntur, hi quidem in tenebras ex-
C teriores ablegandi, quæ paratæ ſunt Diabolo & *Mat. 25.*
angelis eius: illi verò præcipitandi in ignem æter-
num. Et quidem alij propellẽtur addicendi nun-
quàm dormituro vermi, alij Voragini tradentur *Iſa. 66.*
tartareę. Ecquid neceſſe ſit, ſingula hæc minutim *Mar. 9.*
vt percenſeam, quorũ cenſu auditoribus tædium
ingenerem? Hæc igitur atque his perquã ſimilia,
chariſſimi, ſi expẽdarimus: ad compunctionẽ vti-
que pertingemus, noſquè quàm ocyſſimè recipie-
mus à coniunctis operibus improbis, die ac nocte
plorabimus in conſpectu Domini qui fecit nos.
Vbi enim lachrymæ, ibi exorabilis Dei clemẽtia.
Meretrix illa lachrymis vnius horæ, ſed præferui- *Luc. 4.*
D dis, multorum retulit remiſſionẽ debitorum. La-
chrymæ præſentem exhibent Deo orationem,
eámque gratioſam reddunt & acceptabilem. Pe- *Mar. 14.*
trus ipſe amarulentis lachrymis vna hora profu- *Mat. 26.*
ſis, non peccatum modò abnegationis promeruit *Luc. 22.*
ſibi condonari, ſed & in earum gratiam illi con-
creditæ ſunt claues regni cœlorum. Ezechiæ *Iſa.38.*
regi eximio quòd tantillum fudiſſet lachryma-
rum, accreuerunt ad illius vitam anni quinque
& decem. Rorulentæ aſpergines lachrymarum, vt
dulcor mellis ſunt cordi, aut ſuauè fragrans thy-
miama apud Deum. Omnimodam ante igitur pe-
titionẽ, neceſſe ſit lachrymarum vtaris præſidio,
E ad vitæ obtinendam correctionem. Ipſe enim
Dominus noſter ſummoperè gaudet, dum oratio-
nem excipit, quam lachrymæ comitantur cum
humili corde, nec vllo pacto ſe efferẽte, quaſi præ-
ter multos qui inter nos ſunt: ea enim animi exi-
gitur modeſtia, vt ne tantò ampliùs largitorem
iſtius gratiæ exacerbemus. Sunt enim plærique *Non illa-*
pro peccatis illachrymãtes, quos alioqui fugit, qui *chryman-*
ſit ſcopus lachrymarũ. Hi inſania perciti, demum *dum te-*
mente etiã moti ſunt. Si quis proinde perfectus aſ- *merè.*
ſecutus eſt cõpunctionẽ, ſenſu ipſo experietur ſe à
pane vitæ alimoniã accipere ſpiritualem: alimo-
niam dico præſtãtioris illius, nempe filialis, timo-
ris, alimoniã deſiderij cœleſtis, ſuſpirioſũ gemitũ

A internæ conſolationis & compunctionis, melleique ac ſuauis cantici, ſcientiæ profundioris & diuinorum quorundam myſteriorum. Compúctio adornat cor cócipiendis cogitationibus quæ ſint profundendis lachrymis idoneæ & perquàm ſuaues: vnde videre prorſus liceat ſemina orationis cum lachrymis inſperſa eſſe in terra cordis noſtri propter ſpem metendi olim gaudij. Meditatio quam comitantur compunctio & oratio, gignit in nobis caſtum Dei timorem. Ait enim lex, Sedés in domo tua, & ambulans in via, & dormiens ac ſurgens, fixa ſint & immobilia ante oculos tuos, vt diſcas timere Dominum Deum tuum. Dicit autem & Iob, Perueniat deprecatio mea ad Dominum: coram autem eo ſtillat oculus meus. B Anna inſuper conſternata animo in Seloin, flenſque orationem effudit ad dominum dicens, Si reſpiciens reſpexeris ad humilitatem meam, & dederis mihi ſemen viri: & hanc Dominus exaudiuit, deditque illi prophetam Samuëlem. Altera item Anna Ioacimi vxor flés in horto ſuo, cum petitionem ſuam obtuliſſet pro impetrando filio, promeruit accipere ſanctam virginem Mariam Domini ac Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem, matrem. Dauid ipſe, Exaudi orationem meam Domine & deprecationem meam: auribus percipe lachrymas meas. Ne ſilueris & exauditus ait, Miſericors Dominus & iuſtus, quia humiliatus ſum & C & ſaluauit me. Et, Eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, & pedes meos à lapſu. Et, Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Deinde & illud, Placebo Domino in regione viuorum. Illud item: Euntes ibant & flebãt. Vt puto, hæc de noſtra captiuitate reddidit oracula. Siquidem præſcripta hæc in nos incurrerunt.

Cópunctionis effect⁹. — *Leuit. 21.* — *Iob. 16.* — *1. Reg. 1.* — *σιλωὰμ Selom. nos propius accedim⁹ voci Hebraicæ. Nã Sila pax, abundãtia, hic pro ciuitate.* — *S. Anna Deiparæ mater fleuit ad Deũ pro impetrando filio.* — *Pſ. 114.* — *Pſal. 125.* — *Pſal. 114.*

Nos igitur pro nobiſipſis atque illis debemus lachrymas profundere amaritudinis plenas. Primùm quidem, quòd ciuitas ſancta Hieruſalem incendio conflagrarit, crux quoque ſancta Chriſti Dei noſtri in Perſidem tranſmigrauit: in eorum D item gratiam qui tot acciſi bellis perierunt: nobis enim erant concorporei, & eadem nobiſcum inſigniebantur fide, ad quem modum Ioël propheta clamat, Plangite ſacerdotes qui miniſtratis altari, quia miſerè afflicta eſt omnis terra. Flete ſacerdotes, qui miniſtratis Domino, & dicite, Parce Domine populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eius nationes, vt ne dicant, Vbi eſt Deus eorum? In noſtra enim ſitum eſt poteſtate exorare tam clementem Dominum & qui facilè malorum omnium obliuiſcitur, iuxta oraculum Sophoniæ prophetæ dicentis, Appoſuit tibi ignem & aquam: ad vtrumlibet E volueris, extende manum tuam. Ante homines vita & mors: & quodcunque placuerit, dabitur ei: Peccantem enim in animam ſuam quis iuſtificabit? Quis inquam, niſi præferuidæ lachrymæ quas comitetur compunctio? Sitit quidem ſemper noſtram omnium ſalutem benignus & miſericors Dominus, vel teſte Apoſtolo, Qui omnes homines vult ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. Scriptum autem eſt & in Lucæ Euangelio, Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quia accumberet Dominus in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum vnguenti. Cúmque ſtetiſſet retrò ſecus pedes eius flens cœpit rigare pedes eius lachrymis, & capillis capitis ſui detergere, & vnguento vngebat, & eò promeruit vocem ſaluatoris illud audire, Dimittuntur tibi peccata tua. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Sub Coſdroa tyrãno Perſidis. — *Ioel. 1.* — *Lapſus eſt memoriæ hic: Non enim ex Sophonia depromptus eſt hic locus, ſed ex Eccleſiaſtici, cap. 15.* — *Luc. 7.*

De honore parentum Homilia 108.

PArentes vt honore proſequamur, vtque vicem rependamus beneficiorum, vel ipſe naturæ tenor atque ordo docet nos iure obſtringi. Idipſum confirmat ſanctio Legis diuinæ. In primis, quia ſenſile hoc lumen illorum opera contuemur, deinde & ſpiritualem lucem hauſimus, nimirùm agnitionem fidei quæ nos per regeneratiui lauachri gratiam rectà ducit ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Tum propter pium erga ſuos liberos quem illorum animis natura inſeuit, affectum, ob laborem quem pro illorum educatione ſuſtinent, & anxiam ſolicitudinem qua interdiu noctuque anguntur, dum malè metuunt, ne quid filiis ſuis occurrat fortuiti & aduerſi caſus: Sedulo item dum operantur, ac perplexos adeunt labores quibus liberis ſuis indumentum parent & alimoniam, vtque poſteritati ſeponant theſaurũ, & à morte relinquant. Quam quæſo vicem vniuerſis his condignam rependere poſſimus? Quocirca adnitamur pro virili ea explere quæ ad eorum attinent honorem, ſamulatum, requiem, idque peculiariter ſenio dum grauantur: vt vel ipſo filiorum aſpectu recreentur ac propè reuiuiſcant, quemadmodum Iacob viſo mox Ioſeph. Cócertemus cum auiculis, quæ Vpupæ dicũtur, illis ne diſpares deprehendamur & diſſentanei. Si quando enim parentes ſuos viderint conſenuiſſe & per ſenium hebetiore eſſe viſu, filij alares pilos parentum conuellunt, deinde allambunt oculos illorum, mox ipſos parentes ſuiſmet alis ſubiectos excalfaciunt ac refouent. Atque ita demum eos quaſi pullos recens æditos reuocant ad florem ætatis, ſic vt iuuenes videri poſſint, quaſi ſi ſuis dicant parentibus; Quemadmodum vos pulleſcere nos feciſtis, & labores toleraſtis pro educatione noſtra: & nos ſimile quiddam vobis repenſamus. Quid ni igitur nos, parentes arctiore vinculo charitatis proſequemur, rationis compotes, vt ne aduerſum nos ingemiſcant? Planè res eiuſcemodi neutiquam futura nobis eſt vlli emolumento: magis autem detrimentoſa admodum, vt qui comperiemur & patris fuiſſe & matris cœſores. In lege ſcriptum eſt, Honora patrẽ tuum & matrem tuam vt bene tibi ſit, & ſis lõgæuus ſuper terram. Et, qui maledixerit patri aut matri morte moriatur. Nec ablûdit Eſaias, qui dicit patri, quid generas? & matri, quid parturis? Scio ego, quia durus es, & neruus ferreus ceruix tua. Alius itẽ, Qui honorat patrẽ, iocundabitur in filiis ſuis, & in die orationis ſuæ exaudietur. Iterum, Oratio patris confirmat domos filiorum, maledictio autem matris, eradicat fundamenta. Apoſtolus, Filij obedite parentibus veſtris in Domino: Hoc enim iuſtum. Honora patrem tuũ & matrem, quod eſt primum mandatum in promiſſionibus. Rurſus, Filij diſcant primum propriam domum religioſe regere & mutuam vicem reddere parentibus, Hoc enim bonum & acceptum coram Deo. Parœmiaſtes item, Filius aſtutus obedit patri,

Parentes cur honorandi. — *Gen. 30.* — *ἐφάμιλλοι ἔστω-μεν.* — *Deut. 27.* — *Eccl. 3.* — *Exod. 21.* — *Leuit.* — *Prou. 20* — *Deut. 5* — *Matt. 15.* — *Mar. 7.* — *Iſa. 45.* — *Eccl. 3.* — *Eccl. 2.* — *Eph. 6.* — *Col. 3.* — *1. Tim. 5.*

patri, filius inohediēs in perditinne erit. Iterū, ma-
Prou. 15. ledicenris patri aut matri extinguetur lucerna,
Zach. 13. IterūQuivim ſacit patri aut matri & credite ſe nō
peccare, ſocius eſt viri impij. Id ipſum & Dominus
ad Phariſæos, Quare & vos traoſgredimini legem
Mat. 7. Dei propter traditionem veſtram? Nam Deus di-
xit, Honnra patram tuum & matrem. Et, Qui
Mar. 7. maledixerit patri vel matri morte moriatur. Vos
autē dicitis, Quicuoque dixerit patri vel matri
ſuæ Corban, quod eſt, Munus qnodcunque eſt ex
me tibi proderit: & non honorificabit patrem
ſuum aut matrem. Sed hæc ſufficere putem, ad ex-
plicationem ſumpti argumenri, nempe quod pa-
Parētibus rentibus vicem debeamus reſoluere. Atqui ne il- B
ſpiritualı lud quidem ignorare conueniat, à nobis nnn id
bus am- repeti ſolum, vt parentibus ſecundum carnem
plior quā vicem redhibeàmus: verum tantò ampliorem
carnalib⁹ honorem cultùmque nos debere iis qui ſecundū
honos de- ſpiritum patres ſunt noſtri, vt per hos hæredita-
betur. te aſſequamur benedictionem Dei. Neque enim
minùs noſtri cauſa iſti afflictantur, aut minore cu
ra premuntur, quin maiore multo: ſiquidem illi
Luc. 2. carne, hi autem ſpiritu nos regenerant. Hæc por-
rò omnia nnn ſermone ſolùm, ſed & opere nos e-
Iohā. 19 docet Dominus. Ait enim ſcriptura, quia ſubdi-
tus erat patri & matri ſuæ. Sed & in cruce ad diſ-
cipulum, Ecce mater tua. Et ad matrem, Ecce fi- C
lius tuus. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Reuerentiam deberi ſenibus, Homilia. 109.

ET quidem ſenes renereri modis omnibus Dei
eſt acceptum, & hominibus commendabile.
Sed & honorem deſerre ſanè debitum, decli-
Aſſurgē
dū ſenib⁹. ui iam ac deuexa ætate viris, nihilominus Deo gra
tioſum, nobis vero nimiſquàm accommodum &
vtile. Nos etenim ſi continget ad ea vſque tem-
pora prorogare vitam eandem prorſum recipie-
mus mercedem. Si verò hinc abeundum ſit inté-
peſta ætate, nihilominus ſumus habituri Dominū D
noſtrū mercedis repignetatorē. Io vtrouis ipſe
Luc. 6. merces qui & mercedis dignæ eſt diſtributor, ſi-
Marc. 4. ue hinc ſenex migrabis, ſiue ætatis flore. Ait enim
Leuit. 19. ille, Quemadmodū feciſti, fiet tibi. Primus Moſes
Iob 32. mādat dicēs, A facie cani capitis cōſurges, & honnra
Eccl. 2 bis vultum ſeninris. Iob vero, In multò tempo-
Ti. 5. re ſapientia, & in vita prolixiore ſcientia. Alius in
Sap. 4 tem, Corona ſenum, multa peritia: & gloria in
Ti. 2. eorum, timor Domini. Apoſtolus inſuper Timo-
theo, Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt
Rom. 13 patrem. Omnino illud forſan obieceris, Oportet
ſenes ſobrios eſſe, caſtos, ſanos fide & dilectinne, E
iuxta eiuſdem Apoſtoli ſententiam. Senectus e-
nim honorabilis eſt non diuturna, neque annorū
numero computata, Cani enim ſunt ſenſus homi-
nis, & ætas ſenectutis vita immaculata, iuxta ſcri-
pturam. Noſtræ non eſt facultatis pronuntiare
de eiuſmodi, magis autem Dei qui probat: corda
noſtra. Noſtræ autem functionis vni cuilibet red-
dere ſua debita, cui timorem, timorem: cui ho-
norem, honorem: non ſolum bonis & modeſtis,
Prou. 23. ſed & dyſcolis. Sed & fraterna charitate inuicē be-
neuoli, honore inuicem preuenientes. Scriptum
quippe eſt, Fili ſi ſapiens fueris, tibi ipſi eris & pro-
1. Pet. 2. ximo: Si autem malus, interibis & ſolus exhauries

A mala. Nec diuerſus abit Petrus; Iuniores ſubiecti
eſtote ſenioribus: Omnes autem inuicem humili-
tatem inſinuate, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humi-
libus autem dat gratiam, Humiliamini ergo ſub
potenti manu Dei, vt exaltet vos in tempore. Ad-
decet igitur nos qui chriſtiani ſumus, ſingulis qui
hùſque vt reddamus debita. Nam, & hoc ab ipſo
Domino Deo & ſaluatore noſtro Ieſu chriſto inſtrui
mur, per ineffabilem enim ſuam ad nos dignationē
nihil indignū duxit, Ioannē vt adiret ab ipſo bapti
zandus. Ille porrò, prohibebat eum dicens: Ego Mat. 3.
opus habeo à te baptiſari, & tu venis ad me? Do- Luc. 1.
minus autem ſeruo, Sine nunc: Sic enim decet
B nos implere omnem iuſtitiam. Ipſi gloria in ſe-
cula, Amen.

*De longanimitate ſiue lenitate animi, & i-
racundia, Homilia. 110.*

VIrtutes quidem omnes laude & commenda-
tione cùm primis dignæ ſunt: qui autem pla
cabili animo eſt nec ad iram vllis prolicitur
quantiſlibet pulſatus iniuriis, talis vtique ſapiens
prudenſque eſt, minus præceps ſed moderatus.
Talis omni ex parte perpolitus eſt & ornatus, ac
propria longanimitate magnopere ædificat pro-
C ximos: eiuſque comperitur eſſe filius qui nullo
non tempore noſtros perfert longanimiter deſe-
ctūs, qui & ait: Eſtote perfecti, ſicut pater veſter Mat. 5.
cœleſtis. Quemadmodum enim fons ſilentibus
ſcatebris præterfluens quotquot ſe adeunt, vltro-
neus præfert ſuauem potum: ita & vir longani-
mis ac placidus. Ipſe vultus atque indoles viri ſic
cuncta longanimiter tolerantis, moderationem a-
nimi promittunt ac repræſentant, Ipſi oculi placi
dè ac leniter reſpectant. Longanimis enim vir,
multus eſt in prudentia, puſillanimis verò fortis
ſtultus. Longaminis, proximos deprehenditur
ſufferre ſemper citra omnem intemperiem ac tur
D helam. Suos ſemper, non item proximi attendit
defectus. Cogitat ſecum anxiè, qui poſſit ſe pro-
bare Deo. Quiſquis tandem ſic efficietur longa-
nimis, hunc Spiritus ſanctus ſanè purus ſordium
placidè inhabitat, nec patietur eo inferri à mali-
gno ſpiritu quiduis caliginoſum, ſed ſpatioſè ha-
bitans, cum ſuo vaſe quod inhabitare dignatur,
exhilareſcit. Quin & talis Domino miniſtrat mul
ta perſuſus hilaritate. Si qua proinde iracundia
ingruerit: mox Spiritus ille ſanctus in auguſtum
ſe contrahit, non iam locum habens ſuæ ſynceri-
tati congruentem, illinc etiamnum quærit deſci-
E ſcere, quòd locum non habeat, prout expetit, ad
ſeruiendum Domino idoneum. In longanimitate
habitat Dominus, in iracundia verò Diabolus. Spi-
ritus igitur vterque eundem ſi inhabitet locum,
minus conducit, imò in malum cedit homini, quē
vterque inhabitat ſpiritus. Siquis enim accepto Patientiā
in manus abſinthio, ex eo nonnihil infundat dolio polluit ira-
mellis, nunquid non totius mellis dulcor deper- cundia ſi
ditur & euaneſcit? Et quidem per portiunculam in eadem
abſinthij, tantæ ſuauitatis fit depulſio. Perdit enim Anima
natiuam dulcedinem & amareſcit, nec quicquā ſint.
ſeruat priſtinæ gratiæ apud Dominum ſuum, quòd
degenerarit in amaritudinem. Planè vides lon
gè eſſe etiam præ melleo dulcore dulciſſimā, quin

A & ea vtitur Dominus quam commodiſſimè cùm contra iracundiæ furor & amarulentus eſt & prorſum inutilis. Si quando illa concitati animi incandeſcentia ſimul & patientia permiſcentur, cui dubium ſit patientiam fœda cõtagione pollui & conſpurcari? ſed nec congreſſus eiuſmodi patiẽtiæ, vſui eſſe Deo poteſt. Iracundia enim maligna cum ſit, ſuaipſius improba operatione ſubuertit ſeruos Dei. Simul enim vt viderit homines requietos nec vlla ſeditione tumultuantes, ſeipſam colligit ac inſerit cordi vnius illorum qui nulla ex re amareſcit totus, & exaſperatur ob res temporarias aut certe ob edulia, aut quia colloquium incidit prolixius & idem vanum, putà de dato & accepto, déue ſimilibus negotiis.

Iracundia nulla aut leues cauſa fere ſunt.

B Hæc enim omnia aliud nihil ſeruis Dei ſunt, quàm ſtultitia & vanitas. E diuerſo longanimitas iiſdem Dei ſeruis magna prorſus ac robuſta, & quæ admirabili præpollet potentia, quod prauum eſt, ad rectitudinem reuocat, & exultans ſecura cum ſit rerum omnium, Dominum glorificat, nihil in ſe habens amaritudinis, lenis & tranquilla. Hæc animi moderatio domicilium habet commune cum illis qui incolumẽ retinent & perfectam fidem: iracundia verò ſtultorum eſt. Ex ſtultitia deinceps reſilit amaritudo, ex amaritudine furor, ex ira autem incandeſcentia perſeuerans.

Iracundia eſt ſtultorum.

C Sanctus igitur Spiritus vt qui loci temperie mirè ſe oblectat ac deliciatur, cui ne nulla intercedit conſuetudo cum implacabili acrimonia reprobi ſpiritus, ab eiuſmodi homine longiùs ſe ſubmouet, deligens ſibi domicilium in homine, patiens qui ſit & longanimis. At interim homo ille inanis fit ſpiritus iuſti, excæcatur totus dum exuitur mentis dulcedine ac benignitate. Ait autem ſcriptura, Melior vir patiens forti. Et, Sicut

Prou. 16. probatur aurum & argentum in fornace, ſic electa corda probat Deus, iuxta ſcripturam. Iterum,

Sap. 3. Vir manſuetus, cordis medicus eſt. Ruſus, Fili ſi

Eccl. 2. acceſſeris ad ſeruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem. Dirige cor tuum & ſuſtine:

D Omne quod applicitum fuerit tibi, ſuſcipe libenter, & in mutationibus humiliationis tuæ, patientiam habe. Crede ei & recuperabit te. Nos itaque fratres, longanimitatis ac patientiæ merito ſubnixi vnà cum Dauide concinamus, Proba me Domine & ſcito cor meum, interroga me, & co-

Pſal. 25. gnoſce ſemitas meas: Et vide, ſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me in via æterna. Quia ego in in-

Pſal. 40. nocentia mea ingreſſus ſum, redime me & miſerere mei. Et illud, Me autem propter innocentiã ſuſcepiſti, & confirmaſti me in conſpectu tuo in

Sap. 4. æternum. Dicit item Salomon, Vir longanimis, ſa-

Prou. 17. piens eſt. Et, Stulto interroganti ſapientiam, ſa-

E pientia illi imputabitur: mutum autem is qui ſeipſum fecerit, videbitur eſſe prudens. Iterum, Vir miſericors, longanimis eſt. Iacobus, Patientes igi-

Iac. 5. tur eſtote fratres vſque ad aduentum Domini. Ecce, agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat pluuiam temporaneam & ſerotinam. Patientes igitur eſtote & vos. Exemplum accipite laboris & patientiæ, prophetas. In Euangelio quoque ſcriptum eſt, Videntes

Luc. 9. autem diſcipuli Iacobus & Ioannes, quia noluiſſent eos recipere Samaritani, dixerunt, Domine vis dicamus, vt ignis deſcendat de cœlo & conſu-

4. Reg. 1. mat eos, quemadmodum Helias fecit? Conuerſus

A autem Ieſus increpauit eos & dixit: Neſcitis, cuius Spiritus eſtis? Filius hominis non venit perdere animas hominum, ſed ſaluas eas facere. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

De his qui præſunt. *Homilia* XII.

Ait ſcriptura, Quia cœpit Ieſus facere & docere. Primùm fecit, & ſic docuit. Nec ſecus ſancit præcepto faciendum, dicens: Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Is igitur cuius fidei tutela animarum à Deo concredita eſt, non mediocri ſtudio aduigilare debet pro ſalute ſubditorum, quippe qui cer-

Act. 1.

Matt. 5.

B tò ſciat ſe pro illis aditurum eſſe animæ propriæ periculum, at quidem pro ſe ne minimam habiturum eſſe excuſationem. Ab eo enim cui multa appoſita ſunt, abundantius repetent. Debet igitur paſtor totus eſſe mens & oculus, vt ne vna quidẽ concreditarum ſibi pecudum reiicula fiat & indigna quæ recipiatur à Domino per oſcitantiam, aut decolor ſit impetigine cogitationum, aut per ſuam paſtoris indulgentiam laboret ac pruriat pecus fœda ſcabie, ne claudicet per irreligioſum ac minùs grauem inceſſum, aut defecta ſit aure per inobedientiam, ne cæca eſſe comperiatur per vitioſum aſpectum, aut capta à beſtiis ſiue morticina

Alegoricè hæc omnia.

C per improbam operationem. Cum igitur is probè nouerit, (ceu mihi dictum eſt) ſe pro illis rationem eſſe repoſiturum, par eſt vt peruigili cura ſuo proſpiciat gregi, moramque imitatus medici longè experientiſſimi, cuique affectui vitioſo opportunum & competens adferat auxilium, nullo illorum neglectim tranſmiſſo. Peritus enim ſi eſt præſes, neutiquam ſinet diſcipulum vllius vulneris impreſſione ſauciari. Si quem norit iam ſaucium, nihil cunctatus, ſanandum ſuſcipiet. Tu igitur quiſquis præſides, diſcipulos tuos ſermonibus obarma, quibus ſe cautim obſeruent ac tueantur. Illorum præmuni pectus certa promiſſione futuro-

Ezec. 33.

Paſtor medicũ imitetur in grege curando.

D rum bonorum. Scuto veræ fidei circunſepi eos. Ad finem vſque prouehito præduce ſpe quæ in Chriſtum ceu ſcopum recta collineet. Pedes obtura ac circumtege angelicis diſciplinis. Præcinge lumbum illorum, ſpiritualis lætitiæ ſermonibus. Da illis in manum, gladium, nempe acrimoniam præcidentem vitioſos animi affectus. Si quos ſenſeris cingi ac premi improbo agmine perturbationum aut voluptatum, coordina & tu aduerſus vtrumque inſtructiſſimam aciem. Caue, moueris animum aduerſus diſcipulum peccantem. Neque enim ſancti viri eſt ea functio, tibiipſi vulnus infligere & conſauciare, dum aliis ſtudes mederi: ſed

E & quos cęteros latet, clementer emẽda. Medicus etenim medetur quidem morbis, non item aduerſus eum qui inuitus ægreſcit, indignam vllam mouet querelam. Vt igitur medicus dum carnis putrilaginem ſecat, hoc vtique facit citra iram: ita & doctor, interim dum reprehendit, non iracundiæ furorem immiſcet ſuę reprehenſioni: nec rurſus contradicentium ſuſurris deterritus, quæ addecent, frugémue afferunt ſubiectis, ſilentio premit: vt ne vnius noxa in multorum perniciem ſua contâge recurrat & dimãnet. Hic ne te præſtes longanimiter patientem: non item quæras quod tibi vtile eſt, ſed quod multis: vt incolumes ſeruentur.

Peccantes, ſine ira corripiendi.

uētur. Ruſus ſubdito vide, ne cōſenſeris dicenti tibi: Fac mecum poteſtatē temporariæ cuiuſpiam A morulæ dum interim recipiam me, vt & hoc vel illud probem, ſicque quod decorum eſt & ex officio concitus abſoluam. Qui enim ad eum loquitur modum, nimirum vndecunde venatur occaſionem perficiundæ propriæ voluntatis: eam verò cui ſe ex pacto obſtrinxit, fruſtratur & elidit obedientiam. Oportet interim vt cum patientia hoc obſerues. Qui enim alimonia verbi diuini ex promptè atque alacriter paſcit ſubiectos: præparet mentem ſuam ad excipienda flagra, ſed ſpiritualia, omnemque tentationum procellam generoſo ferat pectore: ferè enim fit, vt & doctor ad ignominiam & dedecus elocetur, tentationes dum B ſuſtinet pro bis quæ ad ſpiritualem ſuorum vtilitatem in commone contulit. Nos enim ignobiles (ait Paulos) & colaphizamur perinde ac palo quopiam cæſi: vos autem fortes & glorioſi. Neceſſe igitur ſit, vt homo Dei, in omni opere & ſermone bono inſtructus ſit ac perpolitus, nihilque nō perficiat honeſtè & ſecundum ordinem, ad eorum informationem quos babet dicto audientes. Quiſquis igitur præſidet, eò ſortitur præſidis nomenclaturam, quòd cæteros antegrediatur ſtrenuitate operis. Neque enim id nominis (nudum ſi eſt) inducit in regnum cœlorum, ſed hec ſermo ineſficax vllam adſert audienti vtilitatem: verùm operatio potens ſi eſt, paſtorem ipſum ceu certo ſpecimine declarat eſſe veridicum doctorem. Qui enim fecerit vnum de mandatis & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorū. Qui autem per inefficacem operationem ſolnerit vnum de mandatis, & docuerit ſermone quidem infrugi: minimus vocabitur. Quin potius mercenarij illinc cogetur ſubire ſententiam, qui lupo admorſu dentium gregem ſibi creditum dilacerante ac diſpergente, in fugam ſe proripuit. Oportet igitur, ad omnia vſu diſcretionis ſolers vt ſit & induſtrius: ſed & quæ iuſſerit, pro poteſtate, facienda, ex æquo & bono coordinet, non neceſſitate adigat, ſed ſpontaneos ſibi auctionetur diſcipulos: eum proinde qui minus paret dicto, longanimiter ferat, vt ne interim in ſe detorqueri illud Dauidis promereatur audire, Qui fingis laborem in præcepto. Illud item ex Salomone, Viſcera impiorum crudelia. Quin potius adnitatur vt audiat. Intelligenter agnoſces animas gregis tui, & appones cor tuum tuis armentis. Et, Paſcet iuſtus animas iumentorum ſuorum. Neceſſe rurſus, vt ne ſubditorum errata prætermittas ſilentio: Ait enim ſcriptura, Fili ſpeculatorem dedi te domui Iſraël. Si igitur viderit ſpeculator gladium venientem & tuba cecinerit, & qui audierit non obſeruauerit ſe: ſanguis ipſius ſuper caput eius erit. Et ſpeculator ſi viderit gladium, & non ſignificauerit, & vnum aliquem apprehenderit gladius: ſanguinem illius de manu ſpeculatoris requiram. E

Edocti itaque Præſides quantum impendeat periculi ex diſcipulis, peruigili oculo mentis obſeruatore ac prouidere gregi Dominico vtique rationis compoti, ad exemplum beati Iacob: A veſtris oculis recedat ſomnus, die quidem exæſtuan tibᵉ cautóne, nocte item gelu afflictis. Pro eis quæ à beſtiis captæ iā ſunt, pecudibᵉ. Videte ne quādo audire contingat vos: Ecce ego ſuper paſtores, &

... præparet mentem ad ferendas tentationes. — *1. Cor. 2.* — *1. Cor. 4.* — *Præſidis nomen nudum inane.* — *Mat. 5.* — *Ioan. 10.* — *Paſtoribus animarum ne... longanimis ... diſ...* — *Pſal. 93.* — *Prou. 12.* — *Eſa. 40.* — *Ezech. 3. 33.* — *Gen. 31.* — *Ezec. 34.*

exquiram oues meas de manu eorum. Nun enim A requiſierunt paſtores oues meas: ſed pauerunt ſcipſos, oues autem meas non pauerunt. Et per Hieremiam, O paſtores qui perditis & diſpergitis oues paſcuæ meæ, Propter hoc ecce ego vltionem expetam de vobis ſuper omni malitia ſtudiorum veſtrorum. Sanè perfecti viri ſit, ſibique proſpicientis & in ſpirituali paleſtra legitimè decertantis non perfunctoria adminiſtratio, ſcitè vt nouerit fratribus præëſſe, iuxta ſcripturam dicentem: Rectorem poſuerunt te, noli extolli, ſed curam habe illorum, & ſic ſede, & omnem vſum tui facito atque accumbe. Sed & Gedeon trecentis ſecum militantibus: A me videte, & ſic facite. Nec B ſecut Abimelech accepto lignorum faſce, inque humeros ſublato, ſequenti ſe populo dixit: Quod videtis me facere, facite & vos. Et de Ioſeph melicus pſalmorum cantor, Conſtituit eum dominum domus ſuæ & principem omnis poſſeſſionis ſuæ, vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum, & ſeniores eius ſapientiam doceret. Paulus item, Admonentes omnem hominem in omni ſapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectū in Chriſto Ieſu, in quo & laboro decertans. Timotheo quoque, Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Inſta in his. Epheſiis idem ait, Memores eſtis C quia per tres annos nocte ac die non ceſſaui cum lachrymis admonere vnumquemque veſtrum. Rurſus, Argentum aut aurum aut veſtem nullius concupiui. Ipſi enim ſcitis, quia neceſſitatibus meis & qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos. Ad hunc ſanè modum contendat præſes quiuis, vt forma ſit atque exemplar ſuo gregi in omni iuſtitia & conuerſatione ſancta, ſanctè & iuſtè conuerſatus, obſeruās quæcunque ſunt munda, quæcunque pudica. Si qua virtus eſt, ſi qua laus, ſi quis bonæ famæ, A prælato frugis bonæ atque vtilitatis gratia correctio procedat: locum ſuum vt tueatur in omni di- D ligentia ſpirituali, laudem vt procuret membrorū, qua melius nihil eſt, omnes vt oportet, ſicut & ipſum Dominus. Omnes ferat in charitate, pro omnibus iugiter oret, poſtulet intelligentiam ſpiritualem ſibi conferri, vt quæ magnopere conducunt norit diſcernere, peruigilet de ſingulis anxiè ſolicitus, omnium defectús ac morbos pro modulo rationis diſcat ferre quaſi perfectus athletes. Vbi enim fatigationis moles maior, ibi maior etiamnum quæſtus. Quòd ſi multitudinem diſcipulorum velit aggregare copioſam, nō ſtatim illi gratia eſt: ſed ſi minùs dicto audiētes atque intra- E ctabiliores ad officium & obedientiam, amabili lenitate erga illos vſus, reuocarit. Non enim vulnus omne vno & eodem curatur emplaſtro. Curandi veniunt paroxyſmi proluuione & crebra infuſione humidorum. In omnibus imitare prudentiam ſerpentis, columbinam æmulator ſimplicitatem, vt quæ ſibi quidem parent in faciem, obſeruet: quæ autem minùs in conſpicuo ſunt, poſtulet ſibi manifeſtari, ita vt nulla re deſtituatur ſed omni abundet gratia. Opportunum ſanè ſit, vt ceu nauclerus quiſpiam generoſè confirmet ſe aduerſus ventorum turbines, ingentes fluctus & naufragas procellas vndecunque aſpirātis malitiæ: vix prædux vt ſit ad portum vſque diuinæ

Hier. 23. — *Adminiſtratio per functoria.* — *Eccl. 32.* — *Iud. 6.* — *Iud. 9.* — *Actio regis, plebis inſtructio.* — *Pſal. 104.* — *Col. 1.* — *1. Tim. 4.* — *Eph. 2.* — *Act. 20.* — *Epiſcopi maxima laus, intractabiliores ad officium reuocare.* — *Prouerb. eſt apud Eraſ. eodem colyrio mederi omnibus.*

voluntatis, ne qui vndiſonæ tempeſtatis agitan- A
Mar. 10. tur fluctibus. Dicit autẽ & Dominus, Si quis vult
Mar. 10. inter vos maior eſſe, ſit minor: & qui præeſt, mini
Luc. 22. ſtret. Itaque ceu dictum mihi eſt, iis qui tuæ ſunt ditionis, modeſtę humilitatis eſto formula in omnibus. Ita enim & Dominus, Filius hominis non
Mar. 10. venit miniſtrari, ſed miniſtrare & dare animã ſuã
Ioan. 13. redemptionem pro multis. Iterum, Vos autem ne
Mat. 23. vocatis, magiſter. Vnus enim eſt magiſter veſter, qui eſt Christus. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De renuntiatione. *Homilia* 112.

Qvi ſemel Mundo ſupremum dicit vale, ab B his debet auocare mentem, quæcunque oculis patent: & eam ad inuiſibilium contemplationem attollere. Quæ enim videntur, temporaria ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Eò ſiquidem renunciatio dicitur, quòd terrenis qui re-
Cœleſtia ſperans terrena deſpicat. nuntiant, in ordinem cooptantur cœleſtium. Dũ enim patriam hanc non inuiti deſerimus, ſublimẽ illam expetimus Hieruſalem. Dum Mundi iſtius ſapientes ne ſalute quidem dignamur, magis verò auerſamur ac repudiamus: cum ſpiritualibus viris tantò propiùs congredimur. Virtutes igitur adipiſci magnopere ſi cupimus, in primis iugi ex- C
ercitio excolendæ ſunt hæ, continentia, patientia, modeſta humilitas. His omnibus continens ſuffragetur ac perpes oratio, & quod ſtudioſè efficere molimur, minore perficiemus negotio. Vt enim domum exædificare qui vult, materiam apparat prius fabricæ omnibus ſuis partibus abſoluendæ idoneam: ita & qui ſuamipſius demum, domicilium nempe ſacroſanctæ Trinitatis moliatur
Ioh. 14. extruere. Ego enim, ait, & Pater meus veniemus & manſionem apud eum faciemus. Et illud, Spiri-
Iac. 4. tus ſanctus qui habitat in vobis. Ad finem vitæ iſtius (ſi ſecundum virtutem tranſigitur) hæ adſint indiuiduæ comites, continentia, patientia, modeſta humilitas & oratio. Ineffabilem enim iuſtitiã D
nec aliquando otioſam aut deſinentem, labores progenerant ac ſpirituales conflictus. Ne tanti quidem æſtimandi veniunt labores collati ad magnitudinem feliciſſimæ illius gloriæ quam parit virtutis ſtudium, iuxta Domini doctrinam dicentis, Quia tribulationem habetis in Mundo hoc:
Matt. 14. Vitam enim præſentem liquet eſſe certaminum atque luctarum ſtadium: præmiorum autem quæ
Vita muli ſta eſt. certò manent victores, futura illa eſt vita. Dominum igitur ſyncero diligamus affectu, vt nobis ea clementer impartiat, quæ diligentibus eum daturum ſe eſſe pollicitus eſt: quę quidem non oculus E
1. Cor. 2. vidit, non audiuit auris, nec in cor hominis aſcenderunt. Magno conatu adnitamur ſtudeamuſque carnem hanc vincere & eius prudentiam, adiuuante nos Dei ſpiritu. Chriſto nobis vires ſuggerente, Satanam draconem implacabilem ſuperemus. Tollamus crucem, ſequamurque Ieſum qui
Mat. 16. præſtat victoriam. Curſu feſtino nec minore fiducia decertemus, vt brauium attingamus ſupernæ vocationis in Chriſto. Omnis enim qui currit, ſpe nihil dubia ſubnixus, non item in incertum, accipit brauium perfectæ renuntiationis. Ad hoc, opes aſſequitur ſanctimoniæ operoſas ſanè, ſed nec mediocri mercede cumulatas. Et quidẽ Petrus ſcri-
1. Pet. 2. bit, Quaſi modò geniti infantes, rationale & ſine

A dolo lac concupiſcite, vt in ipſo creſcatis, hoc eſt, impermiſtam & incorruptam fidem, vt in ea creſcatis. Creſcit enim in homine fides, quotidiana acceſſione, dum mentẽ hominis ſuo illuſtrat ſplẽdore in bonis operibus conuerſantis. Paulus, Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduer- *Eph. 6.*
ſus inſidias diaboli: quia non eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus Mundi rectores tenebrarum harum, aduerſus ſpiritualia nequitiæ. Ruſus, In omnibus ſumẽtes ſcutum fidei, *Eph. 6.*
in quo poſſitis tela nequiſſimi ignita extinguere per omnem orationem & deprecationem, orantes
B in omni tempore, in hoc ipſo inſtantes cum omni inſtantia & obſecratione. Hunc in modum pro virili ſi ſtrenuam commodaueritis operam, veriſſimam in vobiſmetipſis per omnia Chriſti imaginem exprimetis in vita, in conuerſatione, in propoſito, ſermone, opere, patientia, virili fortitudine, in prudentia, iuſtitia, longanimitate, in immemoria acceptæ iniuriæ, pietate, ſanctitate, continentia, in fide, ſpe, denique in perfectiſſima ad Deum charitate. Agoniſtæ iſti prorſus ſynceri ſi ſunt, ab omnibus abſtinent, omni virtute ſe adornantes, inque præceptis conuerſantes Dei, iuxta Apoſtoli ſententiam dicentis, Nos qui viuimus, *2. Cor. 4.*
C in mortem tradimur propter Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſtetur in mortali carne noſtra. Scimus enim, quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus domum nõ manu factam, æternam in cœlis: & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram quæ de cœlo eſt, ſuperindui cupientes: *Monachus ſui ipſius poteſtatẽ nõ habet.*
ſi tamen veſtiti & non nudi inueniemur. In nullo prorſum vel ſui ipſius habet monachus poteſtatem, atne voluntatem quidem retinet propriam. Illius eſt dicere, viuo, non iam ego: viuit vero in me Chriſtus. Iterum, Qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat *Gal. 2.*
D Deo & expleat opus eius, vt glorificetur in æternum. At carnales ſpiritualia hæc exequi *1. Cor. 7.*
non queunt: vt neque ſpirituales carnalia. Qui igitur cupiet ſolitariæ iſtius vitæ conuerſationem angelicam legitimo exercitio excurrere: operæ ſit huic pretium, ſibi vt conciliet ſerpentis prudentiam & ſimplicitatem columbæ, vt nulla non in re voluntatem Dei intelligat bonam, benè placẽtem & perfectã, atque ita glorificetur Deus *Mat. 10.*
in omnibus per noſtrã operationem diuinæ pietati conformem, pérque ſyncerum vitæ ſanctioris conuerſationem: vt qui nos preſſiùs cõminus & E
explorãt, queant intelligere, quia tamen benedictũ ac ſanctũ ſimus, filij nẽpe Dei viuentis, in omni ſermone, ingenuo ac ſpectabili pudore, manſuetudine, vitæ inſtituto, & oratione: quarũ virtutũ gratia, nulla in re, nulloue pacto Mundi iſtius hominibus deprehendimur conformes: quin potiùs vt nouerint pios nos eſſe doctores ex noſtra ad eũ modum religioſè inſtituta cõuerſatione & omni ſcientia, omni prudẽtia atque iuſtitia exornatos. Lãpadem igitur ſyncerioris ſanctimonię vitę ſerua cũ omni cautione, ſicut amicos addecet Chriſti. Illorum fac, æmuleris, vitæ rationem & inſtitutum. Fac, repræſentes Ioannem illum Chriſti præcurſorem, verè angelũ Domini puritate vitæ pręſignẽ, aut certè alterũ illũ Ioannem imitator,

Domino

Domino tàm ſamiliariter ac domeſticè ootum, A quem meritò caſtimoniæ virginalis deamabat Ieſus. Paulom item ſectare, Barnabam & Timotbeū, qui vitę curſum atque agonem in caſtitate expleuerunt, oulla aſperſi labe obſcœnæ pollutionis. Quin Heliæ etiamnum & Heliſæi atque aliorum nec paucorum vitam nihil diſſimilem comperies fuiſſe, nimirum intemeratam nec vlli peruiam reprehēſioni. Hos igitur ſi cupietis efficaciter æmulari: imitamini ſeniores, quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem. Et illud, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Chriſti enim imitatores, ipſius vitam ſtrenuè & efficaciter imitantur, atqui tales beati ſunt. Dixit proinde cui- B dam Dominus, Sequere me: Hic reſpondit Domino, Permitte mihi Domine, vt abeam priùs ad ſepeliendum patrem meum: Cui & dixit Dominus, Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Sed & alteri cuipiam dixit, Sequere me: Ille reſpōdit, Permitte mihi primùm reoonciare iis qui in domo mea ſunt: Huic talia Dominus, Nemo mitteos manū ad aratrum & coouertens ſe ad ea quæ ſunt retrò, aptus eſt regno cœlorum. Inducit, Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem & vxorem & filios & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et, Si quis vult poſt me venire, abneget ſe- C metipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Ipſi gloria io ſecula, Amen.

Paulus, Barnabas, & Timotheus, virgines. *Heb. 13.* *1 Cor. 11.* *Mat. 8.* *Mar. 2.* *Luc. 5.* *Luc. 9.* *Luc. 14.* *Mat. 16.* *Luc. 9.*

De ſubiectione, Homilia. 113.

Quiſquis propoſitum arripit religioſæ ſubiectionis, primùm omnium propria ſe exuat ac ſpoliet voluntate, & ſalutaribus documentis Salnatoris noſtri iodnatur, crucémque tollat ſuam iuxta verbum Dominicum, póſtque eum incedat ac ſequatur. Qui in ſubiectione vitam inſtituit ſuam, iam emortuas ſuas voluntates derelinquat cum præmortuis, & anteuertat ſiue occupet D viuentem cum viuentibus. Qui coouerſationem ſuam ſtudet in ſtatu ſubiectionis componere: ab iſtius temporariæ vitæ vix extricabilibus curis ſe mortificet & velut mortnus expediat, in eorum ſe referat album qui nullo digni ſunt ferēdo de aliis ſuffragio, ſicque illi ad vitam ęternam interior dabitur acceſſus. Qui libera electione deſtinat rectà percurrere viam mandatorum Domini, & ad latitudinē vſque cordis occurrere atque illuſtrari, is fit vt veſtis in fullonaria officina. Quemadmodum enim veſtis quælibet à fullone pertunditur, proteritur calcibus, eraditur & confricatur, deinde inalbeſcit & candicat niuis inſtar: ita & qui in ſubiectione cum ſit, ſi perquam multis appetatur iniuriis. Purgatur enim & fit velut argēnum quod igne exploratur, natiuo ſuo prænitens ſplendore. Qui cupit ad perfectam ſubiectionem promoueri: is vtique deſerit cuncta quæ ad eius cooſecutionem certò nouit nihil conducere, quò ea apprehendere mereatur quæ ad illam cooſerunt, & fiat veridicus Chriſti diſcipulus, vt cum Petro auſit dicere, Ecce nos dimiſimus omnia & ſecuti ſumus te, Quid ergo erit oobis? A nobis igitur, fratres, voluntates ooſtras excutiamus, quæ nihil aliud quàm repunt humi viles & abiectæ: mandatum quoque Saluatoris noſtri illud altiuolom

Religioſæ ſubiectionis initium eſt propria voluntate ſe exuere. *σπαράσσεται, lege, ἀποτρίβεται.* *Mar. 10.* *Luc. 18.*

(quippe quod in ſupernam vſque Hieruſalem A nos rectà prouehit,) obſeruemus. Dicit Dominus, Qui audit vos, me audit: qui autem me audit, audit eum qui me miſit. Neceſſe itaque ſit eos qui ſe diſciplinæ ſubſtrauerunt, tanquàm patres vt dēament ſuos (ſi modò veri ſunt) doctores: & quaſi principes timori eoſdem vt babeant ac vereantur, nou etiam per amoris mutui familiaritatem illos aſpernentur aut certè à rigore arrepto ſioant ſe reſolui & emolliri: Scriptum enim eſt in Sapientia, Qui honorat patrem, peccatis impetrat veniam. Et, Qui timet Dominum, honorabit patrem ſuum, & quaſi do- B mino ſeruiet ei. Iterum, Honora patrem tuum, vt veniat ſuper te beoedictio ab illo. Rurſus, In toto corde tuo glorifica patrem tuum. Paulus, Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete, Ipſi enim vigilant pro animabus veſtris, tanquam rationem reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: Hoc enim non expedit vobis. Iterum, Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, noo eſt enim poteſtas niſi à Deo. &c. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Rurſus, Vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem Dei ex animo: cum bona voluntate ſer- C uientes ſicut Domino, & non hominibus: ſcientes quia retributionem à Domino accipietis. Ad Titum, Admone illos principibns & poteſtatibus ſubditos eſſe & dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe & non contradicere, Petrus, Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Dominum, quia ſic eſt voluntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Dominus autem, Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me, Patris. Ipſi gloria io ſecula, Amen.

Luc. 10. *Doctores amandi vt patres, nec ſpernendi ob familiaritatem.* *Eccl. 3.* *Deut. 27.* *Heb. 13.* *Locum hunc in exēplari corruptiſſimū, reſtituimus ex c. 13. ad Ro. mutuatus.* *ἀντιτάσσονται.* *Tit. 3.* *1. Pet. 2.* *Ioan. 6.*

D *De obſeruatione mandati, Homilia.* 114.

Mandati obſeruatio, hominem rectà prouehit in illam fœliciſſimæ vitæ regionem: contrà, eiuſdem præuaricatio, letale vulnus affigit animæ: idque dicere liceat exactiùs diuina nos erudiente ſcriptura. Niſi enim initio ſtatim conditionis noſtræ in Paradiſo mandatum fuiſſemus tranſgreſſi, baud quaquàm contigiſſet audire nos illud, Terra es & in terram abibis: neutiquàm Muodnm hunc ooſter ille adoerſarius tot retrò annis ſæua tyrannide graſſabundus oppreſſiſſet. Nemo qui Dei mandatum contempſerit, io re- E ctitudine vitam inſtituit ſuam. Saul Dei mandato malè moriger, in mœrore vitam cùm egiſſet, tempore ipſi præſcripto, demum regno quoque excidit. Filij Heli Ophni & Phinees cùm illis immorigeræ aures occaluiſſent ad vocem paternæ monitionis nec paruiſſent dicto, Arcam quidem Dei in manus alienigenarum tradiderunt, ipſi autem vnà cum populo meritam mercedem retulerunt miſerrima morte perfuncti. Huiuſce enim vitandi mali gratia clamat Dominus per Ezechielem, Abiicito à vobis omnes iniquitates veſtras & facite mandata mea, dicit Dominus, & conuertimini à via veſtra quæ mala eſt. Et, Vt quid

Gen. 3. *1. Par. 10.* *2. Reg. 4.* *1. Reg. 5.* *Ezec. 18.* *Eze*

morimini domus Iſrael? Lex quoque, Cu- *Leuit.22.* ſtodiens cuſtodies mandata Domini Dei tui. Rurſus, Viri ſancti eritis mihi. Si in præceptis *Zach.3.c.* meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieri- *Leuit.26.* tis, inambulabo inter vos, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, dicit Dominus. Nos igitur ſi expleuerimus eius voluntatem · ſi ad tenorem mãdatorum ipſius progrediemur, ſi quæ illi nouimus eſſe gratioſa & amabilia, ipſi etiam dilexerimus: templum illi efficiemur. Qui enim erga Deum & proximum flagrat charitate, longè ſe ab omni proripiet peccato, iſque à Deo diligetur. Quòd ſi deprehendemur cõtempſiſſe: vtique nouit meritas exigere pœnas de his, ſanctis ſuis qui minùs obtemperant mandatis. B Nolimus, quæſo, aduerſùm nos eum exaſperare, tam benignus cum ſit Deus noſter, qui aliud nihil quàm viſcera miſericordiæ geſtitat: miſericors ſiquidẽ eſt, ſanctus, purus, impollutus, ab omni concretione materiæ alieniſſimus, ſolus, vnus, exorabilis, ſyncerus, ab omni dolo ſeiunctiſſimus, inirascibilis, omni denique nomẽclaturæ quæ à nobis vel cogitari vel dici poteſt, multò ſuperior ac ſublimior Deus noſter Ieſus Chriſtus. Lætetur potiùs nobiſcũ & hilareſcat, dum ipſi decorè vitam inſtituimus. Gaudio diffundatur, nobis ſynceriter viuentibus. Ab omni turbela interquieſcat, probè nobis ac pudi- C cè degentibus. Dapſili epulo à nobis excipiatur, qui ipſum deamamus, dum nobis pulchrè tẽperamus ab immoderatis eduliis ac ſobrij ſum⁹. Si igitur æſtuanti cum feruore mandatorum ad Dei impletionem accingemur, organa ſenſuum omnium deinceps gratia Dei illuminans in ipſo actu ſentiẽdi, noſtras quidèm veluti comburet cogitationes: noſtras autem virtus cor ipſum ita afficiet, vt ſecum ratiocinetur & expendat ſpirituales animi conceptiones non iam ſecundum carnem in paci- *Prou. 19.* fica quadam amicitia & ab omni fuco aliena. Scriptum enim eſt in Prouerbiis, Fili ne prętereffluas, cuſtodi autem conſilium meum & animi mei ſen- D tentiam, vt viuat anima tua, & ambules confidens in pace per omnes vias tuas, Dominus enim ade- *Prou. 4.* rit tibi in omnibus viis tuis. Iterum, Cuſtodi mandata, ne obliuiſcaris. Noli deſpicere os meum, & ne declines à verbis oris mei, neque derelinquas mandatum hoc, & adiuuabit te. Fili, verbis meis accommoda aurem & cuſtodi in corde tuo. Vita enim eſt inuenientibus ea, & omni cordi ſanitas. *Eccle. 8.* Et in Eccleſiaſte, Qui cuſtodit mandatũ, non cognoſcet verbum malum. Qui cuſtodit mãdatum, hic ſanus eſt. In ducit, Beatus vir, qui exaudiet me: *1.Tim. 6.* & homo, qui vias meas cuſtodiet. Paulus Timotheo, Præcipio tibi coram Domino, vt ſerues E mandatum ſine macula, irreprehenſibile. Idem *1.Cor. 11.* Corinthiis, Laudo autem quòd ſemper eſtis memores, & ſicut tradidi vobis, traditiones tenetis. Quin & hoc nos edocent diuinæ ſcripturæ omnes, *Patrum mandata obſeruanda.* non mandata Dei ſolùm nobis perpetuò obſeruari debere, ſed & patrum noſtrorum, doctorum ac præpoſitorum præcepta cũ omni cautione inuiolabiliter tenemur cuſtodire. Ait denique *Ioan.15.* Dominus, Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. Rurſus. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea: ſicut & ego præcepta Patris mei ſeruaui, & maneo in eius dile- A ctione. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De manſuetudine, Homilia. 115.

Manſuetudo obſequenti famulatu gratiam emeretur diuinam. Moſes etenim Domini *Hæc eadẽ habet, S. Dionyſ. Areop. Epiſtola. 8. ad Demophiliũ monachũ, de Benignitate.* famulus promeruit dici, quòd cęteros omnes eximia mãſuetudine antegrederetur, atque hinc Dei viſione ſupra cunctos prophetas dignus habitus eſt: Ait enim, At non talis ſicut famulus meus Moyſes, ore ad os loquor ei. Quin & quidam temerarij vehementer ac improbi, cùm aduerſùs eum atque Aaronem contentioſiùs coorirentur pro ſummo ſacerdotio & gentis Iudaicæ princi- B patu: omni prorſus ambitione aut affectu imperij *Moſes omni ambitione ſuperior.* in gentem retinendi ſe declarauit ſuperiorem, nihilque cunctatus populi præfecturam, Dei cedebat iudicio. Rurſus quando aduerſus eum congregati ſunt, quódque primas occupaſſet, cũ probro & contumelia obiicientes interminabãtur & iam *Num. 11. 12. & 16.* in eum propè inſiluerant, tanta cum vrgeretur neceſſitate, ea certa voce clamauit manſuetiſſimus ad *Num. 14.* benignum Dominum, ſibi vt eſſet ad ſalutem: ſed & Deum propitium illis reddebat dicens, Si qui- *2.Reg. 14* dem dimittis illis peccatum, dimitte: Sin autem, & me deleto de libro quem ſcripſiſti. Mãſuetiſſimus C quoque Dauid appetitus ea inſidiis à filio Abſalone, qui & propalam in patris mulieres nefarium admiſit ſcelus, dum modis omnibus patrẽ ad mortem vocatur: verè, inquam, manſuetus Dauid iu- *2.Reg. 18. 19.* ſtus, nec vllius memor acceptæ iniuriæ, pro parricida luctuoſas effundebat lachrymas. Nec ſecus *2.Reg. 16.* cum Semei maledicentia & execratione ipſum inceſſeret & appeteret crebro iactu lapidũ, adeò nihil aduerſùs illum concepit iræ, vt etiam ſeruis ſuis in illius improbi necem ſtridore quodam geſtientibus, dixerit, Sinite eum maledicere Dauid. *Pſal. 131.* Decorè igitur & commodè is dicebat, Memento Domine Dauid, & omnis mãſuetudinis eius. Abũ- D dè quidem exemplorum mihi inductum ſit in eorum gratiã qui virorum iſtorum planè admirabiliũ conſtanti prudentia permoti, imitari cupiunt *Mat. 5.* manſuetudinẽ atque clemẽtiam, vt cum illis olim audiant, Beati mites, quoniam ipſi hęreditatẽ poſ- *Iſa. 66.* ſidebunt terram manſuetis repoſitam. Sanè quæ *Vide Ariſt. 9. de hiſto. animalium. Ælianũ item & Plutarchum.* ſecundum Deum eſt mãſuetudo, Deo ipſi gratioſa eſt & perquàm amabilis. Ait enim, At quem reſpiciam niſi ad humilem & manſuetum & quietum, ac trementem ſermones meos? Iucũda ſane quàm eſt pacifici ſtatus contemplatio. Conſtratis etenim maris fluctibus, Delphines prono in æquor capite deſilientes vrinantur & adnant. Ordo tranquilla *Lib. 9. c. 8 Iac. 1.* E in pace ſi eſt, ſermones abundè effunduntur decori admodùm & modeſti. Ait autem & Iacobus, Abiicientes omnem immunditiam, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum quod poteſt ſalua- *Pſal. 146.* re animas veſtras. Hymnorum regius concentor *Pſal. 24.* Dauid, Suſcipiens manſuetos Dominus, humi- *Pſal. 17.* lians autem peccatores vſque ad terram. Et, Docebit mites vias ſuas. Alius, Populum humilem ſaluum faciet Dominus, oculos autem ſuperborum *Mat. 11.* humiliabit. Sed & benignus ipſe Dominus noſter, Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris: Iugum enim meum

meum ſuaoe eſt, & onus leue eſt. Ipſi gloria in ſe- A cula, Amen.

Iniuriam ferto patienter, nemini interim ſis iniurius.
Homilia 116.

NE quid iniuriæ cuipiam inferas, lex præſcribit vetus: & noua hortatur illata vt feras æquanimiter, nec ſolum, ſed & eam vt excipias cum gratiarum actione. Imò verùs is qui legis eſt conſummator, ad perfectionem atque adoptionē in filios prouehit hominem dicens, Eſtote miſericordes, ſicut pater veſter cœleſtis miſericors eſt. *Luc. 6.* Neceſſe igitur ſit vt qui ardentibus votis cupit obtenta victoriæ laurea palmarem ex hoſte refer- B re coronam, non ſolùm vt contumelias, iniuriaſque generoſè perferas, ſed & vt optet etiam atrociora accipere, quàm is irrogare velit, ac liberalitatis exuberantia ſupergredi limites improbandæ concupiſcentiæ raptoris illius. Qui Chriſti vult eſſe diſcipulos, ſui documenta Doctoris opere efficaci exprimet: qui cum malediceretur (teſte Petro) non remaledicebat, cùm pateretur, non cōminabatur. *1. Pet 2.* Alioqui iure is promerebitur audire: Quid me dicitis, Domine, Domine, & non facitis quæ dico? *Luc. 6.* Qui non fucatè Domini eſt diſcipulus, exerceri vult tolerantia iniuriarum, non item in alios eſſe iniurius, pérque humilitatem C vincere in ſe iniurios: Aduerſus impotentem illorum iram, manſuetudine vtetur. Aduerſus talium magniloquam oſtentationem, modeſtus erit, nihil ſibi magnificè arrogans. Contra efferatam & agreſtem ferociam, placidus ac lenis, adeò vt nulla in re iſtis aſſimilis poſſit videri. Talis pro virili contendet, irrogatas iniurias, æquo animo vt ferat potiùs, quàm vt in quempiam ſit iniurius. Itaque iuxta ſententiam ſuperiorem, præſtiterit talium violentem impreſſionem excipere patientia, proque talibus effundere preces, vt per pœnitentiam ad Dominum ſe recipiant, non item vt pereant re talatione acceptæ iniuriæ, dum cum eis expoſtu D lamus ob ea quæ per immoderatam cupiditatem extorſerunt à nobis. Planè ea eſt Dei voluntas vt lucremur ipſum rei noſtræ occupatorem, nō rem fraude occupatam. Etenim qui ſic hominum malignitate afficitur, vitat peccata: ſed & in tribulatione nihil diſparem nanciſcitur Domino ſuccurrente defenſionem. Qui particeps efficitur ſanctę cognitionis, plúſque melleam Dei guſtauit dulcedinem, non debet is aliquando de quoquā ſententiam ferre, aut actionem intendere vlli hominum, tametſi toga aut pallio ſpolietur. *Proximus non iudicandus.* Quàm enim immane eſt diſcrimen, quo inter ſeſe diſſident & Dei & ſeculi iſtius alumni? Mandat lex, Non fa- E cies iniuriam proximo tuo. *Exod. 20.* Et, Non dormiet merces mercenarij apud te. *Leuit. 19.* Non maledices ſurdo, & coram cæco non pones offendiculum. *Leuit. 13.* Parœmiaſtes, Nō facias violentiam pauperi, (Pauper enim eſt) neque inhonores infirmum in portis. *Prou. 22.* Dominus enim iudicabit iudicium eius. Et hęc quidem vetus illa lex, vt quæ imperfecta erat, cum nondum adultis & puſionibus ad eum modum texebat ſermones. Chriſti autem lex perfecta cùm ſit, perfectis iam & qui participes facti ſunt ſolidi cibi ſua præſcribit mandata. Ait enim Dominus, Orate pro calumniantibus vos & perſequentibus. *Matt. 5.*

Appendix.

A Hoc expleuerunt præceptum initio fidei coruſcantis illi germanè Chriſti diſcipuli Stephanus & Iacobus. Ille quidem creberrimo lapidum iactu adobrutus, hic verò præcipitio traditus neci, vterque pro ſuis interfectoribus preces fudit. *Act. 7.* De Iacobo enim Ioannis fratre memoriæ proditum eſt quòd is (cuius delatione fuerat denuntiatus,) cùm vidiſſet Iacobum rapi ad mortem, ductus pœnitentia, pedibus procidit beati, dicens, Indulge mihi. *Vide Euſebium. c. 9. libri. 2. Eccleſiaſt. Hiſt.* Beatus verò aliquantùm morulæ reſtitans reſpondit, Pax tibi: hoc dicto in illius amplexus ruit & oſcula. At ille voce exerta Chriſtianum ſe eſſe profeſſus eſt, eique adnumeratus eſt, quem incuſarat, & brauium cum illo aſſecutus ſupernæ B vocationis. *ποῖον κλέος, alij, χάρις gratia.* Ait autem & Petrus, Quæ enim gloria ſi peccatis & colaphizati ſuffertis? *1. Pet. 2.* Sed ſi benefacientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum, vt in eo quod detrectant de vobis táquam de malefactoribus, ſuppudeſcant qui calumniantur veſtram in Chriſto ſanctam conuerſationem. Inducit, Nouit enim Dominus pios de tentatione eripere, iniquos autem in diem iudicij cruciandos ſeruare. *2. Pet. 2.* David, Qui facit iudicium iniuriam patientibus, qui dat eſcam eſurientibus. *Pſal. 45.* Propter hoc & ego iniquitatem odio habui, legem autem dilexi. *Pſal. 118.* Iam quando mandatum tuum eſt, vt illatam iniuriam fortiter ferens, nemini ſim iniurius, C iſti reddiderunt mala pro bonis, ego autem orabam. *Pſal. 32.* Deus meus eripe me de manu contra legem agentis & iniqui. *Pſal. 70.* Paulus item, Vt quid non magis iniuriam patimini? *1. Cor. 6.* Sed vos facitis iniuriam & fraudatis, & hoc fratribus! An non ſcitis, quia iniqui regnum Dei non conſequentur? Alio item loco, Rememoramini priſtinos dies, in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum, in altero quidem opprobriis & tribulationibus ſpectaculum facti, in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti. *Heb. 10.* Dicit autē & Dominus, Si quis angariauerit te miliare vnum, vade cum eo & duo. *Matt. 5.* Et ei qui vult tecum in iudicio contendere D & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium tuum. Si quis te percuſſerit in dexteram maxillā, præbe ei & aliam. Beati enim eritis, cum oderint vos homines & ſeparauerint propter filium hominis: Gaudete, quia merces veſtra multa eſt in cœlis. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De gratiarum actione. *Homilia* 117.

SIne ipſi cōſolamur, ſiue affligat nos quæpiam tribulatio, quocunque in ſtatu cōſiſtimus, iuxta Apoſtolicam ſententiam, gratiarum actionem debemus exſoluere. Dominus enim, animarum E noſtrarum curator prouidentiſſimus, perinde atque vnus aliquis medicæ rei experientiſſimus, noſtro omnium vſui conſulens, tribulationes infligit & acrimoniam aſperitatemque vrentis cauterij aduerſus coaleſcentem morbum admouet, integer vt ſit homo & incolumis. Et tanquam Pater in liberos pientiſſimus, ſi quando perpenderit ſuum ipſius filium quippiam deſignare indecori, caſtigat illum. *Filiorum caſtigatio paterna.* Quòd ſi perſpexerit neglectim admittere correptionem aut implacidè ferre, obſecrat & hortatur: ita nobiſcum agit benignus noſter Dominus ac pater, quæ nouit noſtræ profutura ſaluti, inuehit omnia, ſiue conſolationē

opus eſt, aut certè aſperitate correptionis, vt qui tam amanter erudit filios. Tribulationibus igitur attriti tanquam genuini ac legitimi non item vt ſpurij tantò ampliorem debemus rependere gratiarum actionem. Si Chriſtus ſuapte ſubſtantia Dominus eſt noſter, ſi idem & Dominus eſt diſpenſatione aſſumptæ carnis, (Ipſe enim nos cum non eſſemus, condidit, conditos, ſed peccati tyrannide mortuos proprio redemit ſanguine) nos inutiles ſerui, quam illi reſoluere dignam poſſumus gratiarum actionem? Quòd ſi tum gratias rependimus, tantiſper dum commodè habemus fœlici rerum lætiſſimè cadentium ſucceſſu, nihilo deprehendimur ingratia illis Iudæis diſſimiles, qui cùm, Domino ſuſpicienda miracula edente, in eremò veſcerentur panibus, dicebant: Hic eſt verè propheta, eúmque propè arreptum, regem erant facturi: At vbi iſtis tam malè gratis dicebat, Operamini non cibum qui perit, ſed qui manet in vitam æternam, ſubiunxere: Quod ſignum oſtendis nobis? Patres noſtri comederunt Manna in Deſerto. Sic enim meritò in eos appoſitè detorquebitur illud, Confitebitur tibi, cum benefeceris ei, Qui planè talis comperietur, vſque in ſeculum non videbit lumen. Ne quæſo, tam auerſè gratos repræſentemus morum ſimilitudine, magis autem diſcipuli gratiæ qui ſumus, ſimus per continentem actionem gratiarum illis exemplo, vt in nobis contemplati lumen ſplendeſcere piæ gratitudinis, queant à denſiſſima caligine ingratitudinis qua obuallátur, emergere Illud enim Pauli: *In omnibus grati eſtote*, in genere vim obtinet præcepti, ſiue quis animi iucunditate perfruitur, ſiue nubilo tegitur triſtitiæ, ſiue tribulatione afflictatur anxius aut certè diffunditur gaudio, debet nihilo minùs agere gratiarum actionem, qualis nihil obſcurè fuit eximius ille Iob. Is enim perditis ſemel omnibus, domo inſuper decem contignationibus faſtigioſa adæquata ſolo, ſed & filiis (interim dū geniali epulo inuitant ſe & indulgent) ruina oppreſſis: quam Domino pro his rependit gratiarum actionem? Nimirum accepto hoc nuntio dicebat, Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita & factum eſt, Sit nomen Domini benedictum. Nec eatenus ſolùm perſpicuum ſpecimen edidit ſuæ in Deum gratitudinis, ſed & in ſterquilinio ſedens, in vermium erumpentium ſanioſa conſiſtens putredine, ſimul atque conuiuam vxorem audiuit obiicientem illud, Dic verbum aduerſus Dominum & morere, os impudenti obturauit dicens, Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es: Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quid ni ſuſtineamus? Hoc inſigni argumento internoſcitur qui nihil fucatè gratus eſt, dum inter medias deprehenſus calamitates, toto pectore gratias agit Domino. Contrà, cognobile iudicium viri malè grati: is dum angitur quapiā tribulatione, ſi eſt querulus, ſi murmure interſtrepit, ſi diſcruciatur ob hoc miſerè, ſi tuetur cauſam ſuam & excuſat innocentiam, & ſi qua his ſimilia. Dauid item ſanè quàm aduerſitatis tolerās, dumque afflictaretur in latitudine cordis permanens, vt primùm mortem intellexit pueruli, è terra erexit ſe & ſupplex adorauit Dominum. Ia non nunquam dicebat, Quis ſum ego Domine mi, mi domine qui in tantum me dilexiſti? Rurſus, hym-

Ioan. 6. *Ioh. 6.* *Pſal. 48.* *Col. 3.* *Pro* ἀνακεφαλαιῶν, *arbitror legendum*, ἀνακεφάλαιον. *Iob. 1.* *Iob. 2.* *Ingratitudinis in Deum ſigna.* *1. Reg. 1.* *2. Reg. 5.*

A nos cantu melico perſonans dicebat, Omnia oſſa mea dicent, Domine quis ſimilis tibi, Eripiens inopem de manu fortiorum eius? Iterum, Quæ feciſti mihi Deus magnalia: Quis ſimilis tibi? Quia tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me & cum gloria ſuſcepiſti me. Propter hoc, exaltabo te Deus meus rex & confitebor nomini tuo in ſeculum, quia exaudiſti me & factus es mihi in ſalutem: Ex omni enim tribulatione eripuiſti me: Memor fui tui Domine & delectatus ſum. Et, Benedictus eſt Deus qui non amouit orationem meam & miſericordiam ſuam à me: Sed & Eſayas, Benedicam te Domine, quo-
B niam iratus es mihi & miſertus es mei. Zacharias, Si quid bonum, eius; & ſi quid pulchrum ab eo. Paulus quoque ait, Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo & Patri per ipſum. Iterum, Quam enim gratiarum actionem poſſumus reddere pro vobis? Nos itaque Deo & Patri perpetem & indiuulſam gratiarum actionem rependamus, qui ne vnigenito quidem filio ſuo pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Gratias inſuper agamus Chriſto Deo, quia nos tanti æſtimauit, quos proprio ſanguine redimeret de maledicto Legis, factus ipſe noſtri cauſa Maledi-
C ctum. Ecquam laudem, quàmue gratiarum actionem ipſi poſſimus exſoluere pro omnibus bonis quæ nobis humilibus opulenter contulit? Gratias denique agamus Sancto Spiritui qui in Lege, in Prophetis, in nouo item locutus eſt Teſtamento, qui mentes noſtras priùs quidem denſa caligine ignorationis tectas illuſtrare dignatus eſt ad cognitionem operationemque ſuorum ipſius mandatorum, qui os noſtrum adaperuit ad confeſſionem & gratiarum actionem bonitatis ipſius. Ait inſuper Euangeliſta, In illo tempore reſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & pru-
D dentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita Pater quia ſic fuit placitum ante te: Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Pſal. 34. *Pſal. 70.* *Pſa. 144.* *Pſal. 05.* *Iſa. 12.* *Zach. 9.* *Eph. 5.* *1. Theſ. 3* *Rom. 8.* *Matt. 11.*

De lætitia & delectatione in Deo. *Homilia* 118.

EOrum eſt oblectatio lætitiáque illa celebris, qui erga Deum, charitatem perfectam indepti iam ſunt. Nam quotquot præſentia perfruuntur Spiritusſancti, in ipſo iucundantur & exhilareſcunt: qui nimirum Apoſtolorum ſunt aſſectatores, Prophetarum & Martyrum, qui in Mo-
E naſtica diſciplina exercent ſe, qui perſecutiones, afflictiones, tormenta, ducunt animi eſſe integram iucunditatem, & quæ Mundi ſunt omnia ad ſuaues illecebras prolicentia, loco habuerunt viliū ſtercorum, vt Chriſtum lucriſacerent. Ignis, beſtiæ, gladij, fames, præcipitia, & quæ ſuperſunt cætera, tales oblectant, dum toti in Deum flagrant charitate, conteſtante Eſaia, Erunt redempti & congregati per Dominum, lætitia ſempiterna ſuper caput eorum Omnis videns eos, cognoſcet illos quia iſti ſunt ſemen benedictum à Deo, & lætabuntur ſuper Dominum. Rurſus, Ecce qui ſeruiunt mihi, comedent, bibent, & lætabuntur, & exultabunt in lætitia. Sophonias, Inducet ſuper te lætitiam in dilectione ſua. Naum,

Signa delectationis diuinæ. *Iſa. 35.* *Iſa. 65.* *Soph. 3.* *Naum. 1.*

Celebra

Celebra Iudæa feſtiuitates tuas, redde Domino
vota tua, quia aſcendit inſufflans in faciem tuam.
Dominus item ait diſcipulis, Accipite Spiritum
Ioan. 20. ſanctum. Dauid, Lætabor & exultabo in te. Hæc
Pſal. 9. enim dies quam fecit Dominus, exultemus & læ-
Pſal. 117. temur in ea, nempe reſurrectio Chriſti. Et, Lætifi-
Pſal. 85. ca animam Domine ſerui tui, quia ad te leuaui a-
nimam meam. Et, Anima mea exultabit in Domi-
Pſal. 34. no, delectabitur ſuper ſalutari ſuo: Etenim lætatú
eſt cor meum & exultauit lingua mea, quia reple
bis me iucunditate cum vultu tuo: Iucunditate e-
nim tali adimpletur quis per charitatem erga
Lætitia iuſtorum charitas. Deum, Lætitia enim iuſtorum, ipſa eſt erga Deum
charitas. Talis denique alios etiam eo adhortatur
dicens, Venite, exultemus Domino. Et, Seruite
Pſ. 94. 99 Domino in lætitia. Et, Delectare in Domino: hoc
Pſal. 36. eſt, fruere dulcedine eius, Dicit enim ſcriptura,
Prou. 24. Comede fili fauum, vt edulcetur guttur tuum, &
Pſal. 36. dabit tibi petitiones cordis tui. Diſcipulis enim
Ioan. 14. dixit Dominus, Si diligitis me & mandata mea ſer
uaueritis, quodcunque volueritis, petetis à patre
Pſal. 104. meo & dabit vobis in nomine meo. Iterum, Læte-
Pſ. 96. 63. tur cor quærentium Dominum. Et, Lætamini iu-
Pſal. 149. ſti in Domino. Et, Lætabitur iuſtus in Domino.
ibid. Et, Lætetur Iſraël in eo qui fecit eum, & filij Sion
Pſal. 86. exultauerunt in rege ſuo. Habitatio enim in te
Iſa. 62. quaſi lætantium omnium. Alius item, His qui ſer
Pſal. 2. uiunt mihi vocabitur nomen nouum, quod bene
dictum erit ſuper terram. Quotquot enim ſeruiút
ei in timore, & exultant in tremore, hi ſunt filij
Dei viuentis. Parœmiaſtes proinde ait, In lætitiis
non admiſcetur triſtitia. A choro enim iuſtorum
Eccleſ. 7. fugit dolor & triſtitia & gemitus. Et, In die boni-
Prou. 15. tatis viue in bono. Iterum, Oculus videns bona
delectat cor. Corde autem exhilarato facies reui-
Matt. 6. reſcit. Ait enim Dominus, Si oculus tuus ſimplex
Luc. 11. fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: ſana au-
Eccle. 26. tem bona impinguat oſſa, quemadmodum & ani-
Phil. 2. ma Pauli, cum dicebat, Gaudeo & congaudeo o-
Pro. 15. 17 mnibus vobis. Et, Cor gaudens bene valere facit.
Phil. 4. Apoſtolus, Gaudete in Domino, iterum dico gau
dete. Sed & in Euangelio ait filio pater, Lætari au
Luc. 15. tem & gaudere oportebat, quia filius meus hic
mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus eſt.
Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Anxiam & intempeſtiuam ſolicitudinem eſſe vitandam. Homilia 119.

CVra illa nimiſquàm anxia de his quæ tempo rariæ iſtius vitæ cernunt vſum, hominis eſt planè infidi & puſillanimis. Neque enim ſic ſoliciti, in eum iam inclinamus in dubia ſpe, (cui de nobis prouida eſt cura) Deum nempe noſtrum:
E ſed in nos ipſos reclinamus ſpem, de nobiliſsis tan topere ſoliciti. Si enim viſibilium curam bonorũ quæ nobis benignè benignus impartit, non permittimus eius fidei, quo pacto de inuiſibilibus, (quæ alioqui ſe certò nobis promiſit daturum) fidem illi commodabimus? Non hic conſentaneus eſt ordo bona obtinendi, magis autem quæramus
Matt. 6. ipſius regnum, & hæc omnia adiicientur nobis, iuxta eiuſdem verbum. Tantò ſanè præſtiterit, inquerem noſtram cedet fœlicius, ſi his (quę noſtra neutiquam ſunt) contemptim tranſmiſſis, quę propriè noſtra ſunt, tota alacritate expetemus, nempe

Appendix.

A incorruptionem & immortalitatem. Incorrupti e-
nim vbi iam & immortales fuerimus per puriſ-
ſimam ſpeculationem, conſpicua expleti Dei
apparitione quaquauerſum illuſtrante nos & cir
cunfundente radiantiſſimis illis ſplendoribus, vt
olim diſcipulos in auguſtiſſima illa Chriſti tranſ-
figuratione, participes autem intellectilis ipſius Mat. 17.
in nos effuſæ lucis, conſortes quoque vnionis in- Mar. 9.
tellectum longè exuperantis, in illis conſtituti
nullidum cognitis ac beatis iaculationibus ſiue
vibramentis prænitentium radiorum, in diuinio-
re cœleſtium mentium fœlici imitatione. Tũc e-
nim vt diuinum aſſeruit verbum, Angelis æqua-
B les erimus & filij Dei, reſurrectionis, inquam, eri- Matt. 22.
mus filij. Eleganter ſanè concionatur Eccleſia- Luc. 20.
ſtes, Dulcis ſomnus ſerui, ſi parum & ſi multum
comedet. Inducit, Eſt infirmitas quam vidi ſub ſo Eccle. 5.
le: Diuitias conſeruantem & hoc ſuo labore in
malum ſibi, & peribunt diuitiæ illæ in occupatio-
ne mala: Et certè omnes dies eius in tenebris &
luctu & in indignatione multa & infirmitate, Et
labor eius inuentum tranſuolabit: Quemadmo-
dum enim aduenit nudus, ſic & abibit: Subinde
verò poteſtatem non dabit illi Deus vt comedat
de labore ſuo, ſed vel extraneus comedet illius
diuitias: Propter quod pauper nouit pergere ob-
C uiam vitæ. Alius item, Ne ſolicitus ſis de craſtino
Non enim ſcis quid craſtina pariet dies. Iterum, Matt 6.
Noli gloriari in craſtinum, Neque enim ſcis, quid Iac. 4.
tibi occurret, Tranſibit enim vita noſtra, tãquam Prou. 27.
veſtigia nubis. Vmbræ enim via, tempus noſtrũ, ὁδὸς, reſtius, πάροδος, tranſitus.
& non eſt reuerſio finis hominis. Dauid quo-
que, Iacta ſuper Dominum curam tuam & ip-
ſe te enutriet. Non enim vidi iuſtum derelictum,
nec ſemen eius quærens panes. Non confunden- Pſal. 54.
tur in tempore malo, ſed in diebus famis ſatura- Pſal. 36.
buntur. Venationem enim benedicẽs benedicam, θήραν, alij, θύραν vt Aldus .i. ianuã: Editio vulgata habet, χήραν, viduam.
pauperes eius ſaturabo panibus. Petrus item, Om
nem ſolicitudinem veſtram proiicite in eum, quia
D ipſi cura erit de vobis. Nec aliter Paulus, Domi-
nus propè eſt, nihil ſoliciti ſitis, ſed in omni ora-
tione & obſecratione petitiones veſtræ cum gra-
tiarum actione innoteſcant apud Deum. Rurſus,
Potens autem eſt Deus omnem gratiam ſupera-
bundare facere in vobis, vt in omnibus omnẽ ſuf-
ficientiam habentes abundetis in omne opus bo- Pſal. 131.
num. Dominus item, Nolite ſoliciti eſſe animæ 2. Cor. 9.
veſtræ quid manducetis aut quid bibatis, neque Matt. 6.
corpori veſtro, quo induamini: Scit enim Pater Luc. 12.
veſter cœleſtis, quia his omnibus indigetis. Quæ-
rite autem primùm regnum cœlorum, & hæc om
nia adiicientur vobis. Ipſi gloria in ſecula, A-
men.

De primitiis. Homilia 120.

QVantum attinet ad primitias, his exoluendis modis omnibus obſtringimur ex his etiamnum quæ ſunt proprio quæſita labore, ex
corporis viribus quas benignè ipſe ſuppedi- Primitiæ etiam ex
tat Dominus, quáſque ſua ſolius prouidentia opere ma-
ſuggerit, dum noſtri prouidam agit curam, iux- nuali per-
ta ſcripturæ tenorem dicentis: Honora Dominum ſoluendæ.
de tuis iuſtis laboribus, & primitias offer ei de
tuis fructibus iuſtitiæ, vt impleantur horrea tua Deut. 12.

non litigioſum non cupidum. Nec ſecus Titum admonet, Oportet epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, hoſpitalem, iuſtum, continentem, amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem: vt potens ſis exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, redarguere. Epheſios inſuper his verbis cohortatur, Attendite vobiſmetipſis & vniuerſo gregi, in quo poſuit vos Spiritus ſanctus Epiſcopos paſcere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſanguine. Meſſis nanque multa, operarij verò pauci, hiſce nimirum temporibus noſtris, quando fames inualuit audiendi verbum Domini: eóque oremus Dominum meſſis, vt emittat operarios in meſſem ſuam: operarios ſanè tales qui verbū veritatis diſpertiantur rectè & tractent, qui nullo deterreantur probro, irreprehenſibiles, operarios integræ & incolumis fidei, luminaria orbis terrarum, qui operentur cibum non qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Operarios planè tales, cuiuſmodi Apoſtoli fuere, illis aſſimiles, quibus dicebatur: Nunquid non vos opus meum eritis in Domino? Cooperarios Domini in Euangelium qui operentur hominum ſalutem. Non enim vult Deus mortem peccatoris, magis autem vt conuertatur & viuat, eóque dicebat Ezechieli: Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſraël, Audies ex me verbum & intermioaberis eis, dicente me, iniquo, morte morièris, ſi nō prohibueris eum, ſanguinem de manu tua requiram. Quòd ſi conteſtatus fueris eum, & non auerſus fuerit ab iniquitate ſua, in peccato ſuo morietur, & tu animam tuam liberabis. Et iuſtus ſi auerterit ſe à iuſtitia ſua & deliquerit, ipſe in peccato ſuo morietur. Non erunt in memoria iuſtitiæ eius quas fecit, & ſanguinem de manu tua requiram, quia nō prohibuiſti eū. Et tu, ſi prohibueris iuſtū, ne peccet, vita viuet & tu animam tuam liberabis. Inducit, Viuo ego, dicit Dominus: quia nolo mortem peccatoris, magis autem vt conuertatur & viuat. Ecquid ait Dominus Petro? Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis. Vis verbi iſtius quàm operatoria ſit, quàmque efficax, expende. Non dixit, Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in terra. Sed quid? Quæcūque ligaueris ſuper terram, erunt ligata in cœlis: vide inquàm ſolerter, vt dum quempiam cenſura excommunicationis cógeris ſerire, dum arces tēpli aditu, dum gradu deiicis: habeas rem hāc horrori quippe qui Deum ipſum inuoces ſententiæ tali tuæ ſuffraganeum, quaſi qui dum hæc facis, conteſtére eadem ſancita eſſe & in cœlis. At interim inhorreſcit totus qui eliminatur templi aditu, aut gradu deturbatur, vt qui intelligat excludi ſe regno cœlorum. Vide rurſus dixerim, ô ſacerdos, quid agas. Quæ enim deorſum vinculo innectis oris tui: certò tibi perſuade eadem ſanciri ſurſum & comprobari. Non enim vinculum eiuſmodi impune it: ſi qoidem iniuſtè quempiam ligaueris. In conſiſtorio enim illo angelorum exactiſſimè rationem repoſiturus es. Nequem vinculo implicueris, ira aut vitioſa vlla affectione incandeſcens. Non item quaſi teipſum vlciſcens, quin potius quaſi pro tuenda virtute decertans. Vlciſcitur enim Deus ac defendit iniuſta cenſura ligatum, ſi quidem is comperietur non contempſiſſe

Appendix.

[Left margin notes: *Tit. 1.* — *Act. 20.* — *Mat. 9.* — *Fames audiedi verbum dei.* — *Mat. 9.* — *1. Tim. 2.* — *1. Tim. 2.* — *Ezech. 33* — *Ezech. 3.* — *Ezech. 18* — *Ezech. 3.* — *Mat. 18. 16.* — *Att impie ὑπερκόπτει ...ς Luthere, cōtumax in Christi vicarium.* — *Nō temerè excommunicandum.*]

A vinculum. Qui igitur citra fucum vllum Chriſti paſcit gregem, iure vocatus legitur, Os Domini: Ait enim Hieremias, Si eduxeris pretioſum a vili, quaſi os meum eris. Hæc veri ſuoi Paſtoris inſignia, vt animam ſuam ponat pro ſubditis. Id ſi tergiuerſetur præſtare, ſibique præcipiti fuga conſulat, pœnam ſubire cogetur illius mercenarij, qui lupo ſæuiente deſertor factus eſt ac refuga gregis, audietque à Principe paſtorum in ſe detorqueri illud: Non exquiſierunt paſtores oues meas, Non pauerunt eas. Et, Exquiram oues meas de manu eorum. Tale aliquid iuueniſſe liceat apud Ireneū. *Id quidem quod ſciam apud Irenæum nuſquam extat, nec* B *mirum: (plura enim illius opera deſiderari conſtat ex Euſeb. lib. 5. Hiſt. Cap. 19 & 25: & Hieron. Scriptorum Eccleſiaſtic. Cathalogo) verum citantur ab Euſeb. Eccleſiaſt. Hiſt. 3. Cap. 17 ex Clem. Euſdem meminit Abetas lib. 5. Metaphraſtes in D. Ioannis vita & Chriſoſt. epi. 5. ad Theod. lap.* Ait enim is de Ioanne Theologo. quòd cum vidiſſet is adoleſcentem quendam natiuæ indolis dexteritate præſignē, rudimētis fidei inſtruxit, inſtructum, baptiſmo admonuit. Hunc ciuitatis Epiſcopo curandum dedit dicēs, Adoleſcentem hunc tuæ commendo fidei, & iter arripuit. Epiſcopus non inſtrenuam operam alendo puero commodauit. Non mediocriter hunc amabat, adeóque C promouebat adoleſcentem initiò. Senſim cum oſcitanter illius ageret curam pueri, à rectitudine viæ deflexit tandem, ita vt princeps efficeretur latronum. Cúmque eò loci ſe poſt liminio recepiſſet Theologus, repoſcit ab Epiſcopo ſibi repræſentari depoſitum. Is arbitratus commendatitiam pecuniam à ſe repoſci, hærebat dubius animi, quid reſponderet, quippe qui nihil ab Apoſtolo accepiſſet pecuniæ. Tunc nihil diſſimulanter aperit rem Epiſcopo: Iuuenem illum quē tuæ fidei credidi, redde. At hic colliſis manibus & cōploſis reſpondit, Ille mortuus eſt, atque ita enarrauit quæ illi contigerant. Tum Apoſtolus mā- D gno cum fletu caput percuſſit, & ait, Bonum te cuſtodem reliqui fraternæ animæ: ſimul dicto egreſſus eſt ad perſequendum iuuenem. At hic vt vidit Ioannem, fugi concitus dilabebatur. Clamabat Ioannes, Expecta fili patrem tuum. Miſerere caniciei huius meæ. Cúmque is propiùs acceſſiſſet, prócidit ſenis genibus, dextera alioqui cōtracta. Euāgeliſta proinde exoſculabatur manū illius, dicēs, Super me peccatū tuum fili: A me requiret Deus animam tuā. Is conuerſus, velut poſtliminiò factus eſt vas electionis. En iſtud eſt paſtorem probè agere, ac ſynceriter animam ponere pro ouibus. Hanc ob rem incredibili gaudio E perfundetur, mīréque oblectabitur & hilareſcet vbere fœtura ouium ſuarum. Gaudebit ſanè ſi ſingulas quaſque compererit incólumes, ſi nulla è ſeptis exerrarit. Si quam demum diſpalantem & erraticam Dominus deprehenderit, Væ erit eiuſmodi Paſtoribus. Cæterùm ipſi paſtores ſi comperientur in pudendos errores prolapſi: quid hos ſperes ſui gregis Domino reſponſuros? Nū quòd improbitate ouium diſpalantes exerrarint? Talibus vtique ne tantillum fidei commodabitur. Id enim incredibile, vt ab Oue Paſtor quicquam patiatur: vel ob hoc maximè mendacem prætextum, atrociores luent pœnas. Quum igitur perſpicuè cognorint non perfunctoriam reddituros

[Right margin notes: *Hier. 15.* — *Ioan. 10.* — *Eze. 34.* — *Bar. 6.* — *Ioā. Euāgeliſta, Theologus dict' antonomaſtic as.* — *Hipp. de Conſ. ſec.* — *Animam ponere pro ouibus.* — *Paſtorem ab Oue quidquā pati incredibile eſt.*]

ſe eſſe rationem (vt qui præſunt Eccleſiæ, primáſque obtinent cathedras) ſeipſos vnà cum grege ſibi concredito exactiore diligentia pręmuniant: vt Deo gratioſi ſpecimen aliquod edant ſuæ induſtriæ. In nomine enim Dei nihil deprehendes quod carnis reſipiat prudentiam. Fructus ſiquidem Spiritus omnes ſalutares ſunt, in quibus inhabitat Deus & inambulat, qui & conſpiciuntur tanquàm luminaria in Mundo, cùm veriſſimè ſint pietatis exultatio & gloria. Sanè auguſtior hic ſacerdotum principatus, ſacer ordo & ſciẽtia eſt. Sacri igitur principatus iſtius ſcopus hic eſt, Deo (quantùm humanæ ſinunt viriculę) vt ſe aſſimilet atque vniat, Deum habens ſacræ totius ſcientiæ B & operatoriæ virtutis præceptorem, dum aciem mentis intendit in auguſtiſſimam illius pulchritudinem nihil euarians. Pro modulo autem viriũ, Deum imitatur, ſuos etiam ſocios diuinas imagines perficit, ſpecula nitidiſſima & immaculata, capacia primariæ illius lucis, radij prorſus diuini. Hanc rurſus Hierarchicam functionem in cætera ſuo quæque ordine relucentia tranſmittit. Non enim fas ſit ſacrorum ceremoniis aut ſacrè initiatis quicquam omnino efficere præter proprias & eas ſacras conſtitutiones. Itaque Hierarchiam qui dicit, ſacram quandam in genere exprimit diſtinctionem, imaginem diuinæ illius pulchritudinis quæ natiuum ſplendorem explicat, ſéque e C xerit in ordinibus ac multiiuga cognitione Hierarchiarum, dum ſanctè perficit propriæ illuminationis arcana myſteria, dum ad propriam originem (quatenus fas), reducit. Ea enim eſt Hierarchiæ perfectio, vt ſecundùm proportionem cuique propriam, hominem promoueat ad imitationem diuinæ bonitatis ac Deo cooperetur, réque ipſa declaret diuinæ virtutis efficaciam (quatenus eſt attingibilis) in ſeipſo relucentem, dum illuminatur in primis ac proinde cæteros circunfundit lumine, dum purgatur & purgat, in diuinis dum perficitur & perficit, adeò vt quiſquis vos con- D tuetur, facilè intelligat ſemen vos eſſe benedictum à Domino: verè ſemen eſtis honorabile, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus in acquiſitionẽ Dei, hæredes immortalium & immarceſſibilium promiſsionum, quas non vidit oculus, non auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderũt, quas præparauit Deus diligentibus ſe & obſeruãtibus mandata ſua. Ait autem & Petrus, Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes nõ coactè ſed ſpontaneè ſecundum Deum: nõ turpis lucri gratia, ſed volunt arie: neque vt dominantes in cleris ſed forma facti gregis, vt cũ apparuerit princeps paſtorum, percipiatis immarceſsibilem glorię co- E ronam. Dominus item, Paſtor bonus animam ſuã ponit pro ouibus. Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, videt lupum venientẽ & dimittit oues ac fugit. Et lupus rapit oues & diſpergit, quia mercenarius eſt & non pertinet ad eum de ouibus. Inducit, Propter hoc me pater diligit, quia ego pono animam meam pro ouibus. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Hierarchica functio. *Hierarchica perfectio.* *1. Pet. 2.* *1. Cor. 2.* *1. Pet. 5.* *κλήροι pro ſorte teſte Oecumenio.* *Ioan. 10.*

De ordinatione cleri, Homilia 123.

RAtioni prorſus conſentaneum, ſuum vt ſacerdotes imitentur per omnia pontificem, quẽadmodum Chriſti imitator pontifex eſt: bonus vt A ſit, pia geſtitet viſcera, alat concordiam, nihil non ex æquo & bono faciat ac interpretetur, de ſe quàm modeſtiſsimè ſentiat, fraternæ dilectionis obſeruans ſit, ſit hoſpitalis, omnium malis indoleſcat & compatiatur, ſit miſericors. Sacerdotes quæ agnouerint à rectitudine deflexiſſe, conuertant ac reuocent in viam. Nullum non viſitent infirmum. Prouidam agant curam viduarum, pupillorum & pauperum. Prouideant bona ſemper coram Deo & hominibus. Omnem à ſe eliminent iram, perſonarum acceptionem, iudicium iniuſtum, auiditatem pecuniæ. Non facilè commodẽt fidem delationibus. In pronuntiando iudicio pręfracti ne ſint aut æquo ſeueriores: vt qui ſciãt ne- B minem non eſſe debitorem peccatorum. Nos igitur qui Dominum obſecramus, debita noſtra vt dimittat, nihil grauatim debemus & nos dimittere. In oculis enim verſamur Domini ac Dei. Hoc tenore vitæ Diaconi etiamnum conuerſentur. In conſpectu iuſtitiæ Domini ingrediãtur hoc querela tanquàm Deo & Chriſto miniſtrantes non item hominibus. Sedulò & accuratè adminiſtrẽt, illam vt defugiant propheticam imprecationem, ne illi per oſcitantiam ſe reddant obnoxios, néue priores honoris partes præcerpant & occupent prætextu tuendi cultus diuini, ſed omnia (iuxta C apoſtolum) honeſtè & ſecundùm ordinem fiant. Quid enim indecori faciebat Ozias Deo dũ adolẽret incenſum? Quid item Saul, victimas dum offert? Quid porrò tyrannici illi dæmones Dominum verè eſſe Deum dum profitentur? Sed horum theologia exploſa eſt. Vnuſquiſque autem in ordine perſtet ſuę functionis. Ait item lex, Solus põtifex in ſancta ſanctorum intrabit ſemel in anno. Idque in omni Hierarchica purificatione, & ſacerdotes cooperiant ſancta, Et, Leuitę ne tangant ſancta ipſa, vt ne moriantur. Et iratus eſt furore Domini ſuper temeritate Ozà. Sed & Maria per- D cuſſa eſt lepra, quum temere molita eſſet legem ſancire legiſlatori. In filios Sceuę inſiluit dæmoniacus. Et, Non mittebam eos, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Et, Impius qui immolat vitulum, quaſi qui occidit canem. Atque vt compendio perſtringam, exactiſsima Dei iuſtitia non ſuſtinet quicquam fieri præter ordinis decòrum. Dicentibus enim illis, In nomine tuo virtutes multas fecimus, reſpondetur: Non noui vos, Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Non itaque fas eſſe aſtruunt ſacra eloquia, vt quis quanlibet iuſta adminiſtret, niſi pro dignitate ac ſeruato decoro. Attentum ſa- E nè vnumquemque ſibi oportet eſſe, vt ne intelligere moliatur, quàm pro modulo ingenij ſublimiora & profundiora. Secum quidem taciti cogitent quæ per ordinem ſibi imperata ſunt, vt ne ſint calumniatores, non bilingues: ſed quam minimum vt ſint pecuniæ auidi, continentes, erga omnes pij, ſtrenui diligentia, ſecundum Domini veritatem incedentes, qui omnium factus eſt miniſter, cui placidè ſi obſequemur in præſenti ſeculo, illius promerebimur perfrui gloria in futuro, quemadmodum pollicitus eſt nobis, ſe nos ex mortuis excitaturum: quódque ſi ipſo dignè conuerſabimur, cum eo ſimul & regnabimus. Dixit enim, Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi

ſum

Sit imitatio Chriſti, vita ſacerdotis. *Mat. 6.* *Diaconorum conuerſatio quæ eſſe debeat.* *Ex epiſt. 8. Areo.* *2. Par. 26.* *1. Reg. 16.* *Mat. 8.* *Num. 4.* *1. Par. 13.* *Num. 12.* *Deut. 54.* *Act. 19.* *Ier. 23.* *Iſa. 66.* *Deus inordinata non patitur.* *Mat. 7.* *Pſal. 6.*

ſum 30, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

Sacerdotes venerationi atque honori habendos, Homilia 124.

Epiſt. 8. ad Polycarpum. IGnatius cognomento Theophorus per epiſtolam dicit, Epiſcopo obtemperate, vt & Deus vobis. Recreor in Epiſcopo, qui mihi ſubrogatus eſt, presbyteriſque & Diaconis, quibus cum cõtingat vtinam habere me partem in Deo. Rurſus, Teſtis mihi eſt, in quo & vinctus ſum, quia per carnem humanam non cognoui. Spiritus autem ſanctus ipſe prædixit hæc, Sine epiſcopo nihil facite. *Ex Ignat. epiſt. 7. ad Smyr.* Nihil igitur tentandum vobis eſt ſine annutu epiſcopi, vbi enim conſpicietur adeſſe epiſcopus, eò ſe conferat multitudo: quemadmodum vbi nominatus eſt Ieſus Chriſtus, eò cogitur & confluit catholica eccleſia. Non enim quolibet paſſim ſinuntur pecudum greges abire: ſed quocunque eas abducunt paſtores. Nam eas quæ ſe ſubmouent & diſparãt à grege reliquo, feræ abripiunt: & erraticas ac diſpalantes in ſuam conuertunt alimoniam. Itaque quoad eius fieri poteſt, *Epiſcopo clam aliquid agere, eſt dæmoni ſacrificare.* ſine Epiſcopo nemo baptizet, non Agape celebretur. Nam quicquid ille probauerit faciendum, hoc Deo perquàm acceptum ſcitote eſſe. Epiſcopum qui honorat, vtique honoratur à Deo. Qui clam epiſcopo quiduis operis aggreditur: diabolo exhibet culturam. *Ex Ignat. epiſt. ad Tral.* Neceſſe igitur Epiſcopo ſubiecti vt ſint etiam presbyteri vt & apoſtoli Ieſu Chriſto, qui nobis ſpes vnica eſt in quo ſi viuimus, inueniemur tandem. Sed & diaconos, oportet myſteria Ieſu Chriſti vt dum adminiſtrant, dent, interim modis omnibus operam, grati vt ſint omnibus atque amabiles. *Interp. Ig. aliter, atque reprehenſiones eorum ſicut ignis vrens cauenda ſunt.* Non enim eſculentorum ſunt aut poculentorum miniſtri, ſed eccleſiæ Dei ſubſeruiunt. Neceſſe igitur hi vt vitent crimina perinde ac ignem. Nec ſecus diaconos reuerenter obſeruent omnes atque Chriſtum Ieſum: & Epiſcopum, quaſi patrem: Presbyteros vt Dei concilium & quaſi vinculum apoſtolicæ charitatis. His ſine, neutiquàm vocatur eccleſia Dei. *Rom. 13.* Nulli igitur fas vnquam fuerit, obniti ac reclamare ſacerdotis imperio. *Exod. 22.* Qui enim reſiſtunt, damnationem ſibi acquirent. Principi enim populi tui non maledices. *Mat. 18.* Dominus item eximius ille Pontifex ait, Qui ſuſcipit vos, me ſuſcipit. & qui me ſuſcipit, ſuſcipit eum qui me miſit. *Mat. 10.* Et, Qui ſuſcipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui ſuſcipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Ipſi gloria in ſecula Amen.

De certa expectatione futurorum, Homilia 125.

Spes futurorum negligit temporaria. FVtura bona quiſquis certa ſpe opperitur, nihili iſthæc ducit temporaria: quin auiditate flagrans futurorum, cætera omnia vitæ iſtius ceu vile quodpiam ſarmentum, aut virulentam Arachnē tranſmittit propter ſpem ſibi repoſitam atque gaudium. Illò enim adproperat occurrere: vbi poſſeſſionis ſubſtantia, nempe iam deſiderium habet ſubactum. *ἐπιθυμίαν ἀναλῦσαι [illegible]* Quibus ſanè cordi eſt cœleſte illud peculium: nil iam expetunt ardenter, quàm vt ex incolatu inquilini corporis euolent. Bona A igitur nobis repoſita & quæ inſuſpicabilia ſunt prorſus, tota animi præſtolemur contemplatione, atque ea ardenti deſiderio expetamus, iſthæc aſpernati quæ ſolidi nihil habent & perdurantis ſubſtantiæ: ſpe æternorum ac permanentium exhilarati, quæ nulla queat humana cogitatio comprehendere. Omni itaque cuſtodia ſeruemus cor, *1. Cor. 2.* conſtanter expectantes Dominum familiàs, nempe Chriſtũ Deum noſtrum, qui noſtri cauſa pauper eſſe voluit, próque noſtra omnium ſalute, humanæ infirmitatis afflictiones in ſe recepit: vt nos conſortes haberet ſuæ incomprehenſibilis opu- B lentiæ, ſimúlque futura illa & ineffabili gloria perfrueremur, quem ne quæſo deſinamus ſyncera complecti charitate, vt ab ipſo redamati, vnà cum eo prouehi mereamur ad fœliciſſimam manſionem nobis à patre adornatam & inſtructam, vbi in eius lumine videbimus lumen. Formidabilis planè & horroris plena dies aduentus eius, dies magna & illuſtris valde, eóque promiſſiones has qui indubia fide tenemus, ineloquibili & glorificato gaudiō perfuſi iucundemur, iugiter abſtergentes concretam animæ eluuiem, nequa radix amaritudinis ſurſum germinans interturbet, & inquinentur multi, vt nullam denuo eandem cõ- C trahens maculam aut rugam, lympidiſſimo ac ſplendidiſſimo perluſtretur lumine. Illic enim perſpicuè contuebitur beatam prorſus illam nec vlla hominum induſtria fabrefactam naturam, vbi Pater, Filius & Spiritus ſanctus: ſicuti Romanis dicit Paulus per epiſtolam, *Rom. 12.* Obſecro vos per miſerationes Dei, vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem, ſanctam, beneplacentem Deo, rationabile obſequium veſtrum. Et nolite conformari huic ſeculo: ſed transformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis vos quæ ſit volũtas Dei bona & bene placens & perfecta. *1. Cor. 2.* Rurſum, Nobis enim reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. Spi- D ritus eñ omnia ſcrutatur etiã profunda Dei. Quis eñ nouit hominũ, quæ ſunt hominis, niſi Spiritus qui eſt in eo? Sic & quæ ſunt Dei, nemo nouit: niſi Spiritus qui eſt in Deo. Inducit, Nos autem non ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt: vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. *2. Cor. 3.* Iterum, Si enim adminiſtratio damnationis, gloria, multò magis abundat adminiſtratio iuſtitiæ in gloria. Neque enim glorificatum eſt, quod claruit in hac parte, propter excellẽtem gloriam. Si enim quod euacuatur, per gloriam eſt: multò magis quòd manet, in gloria eſt. *Sap. 3.* Alius item, Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, nec aliquando tan- E get illos tormentum, illi autem ſunt in pace: Et, Spes eorum immortalitate plena, in paucis vexati, in multis bene diſponentur, quia Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe, Et quaſi holocauſtum hoſtiæ accepit illos, & in tempore viſitationis ipſorum reſplendeſcent. Dauid quoque, *Pſal. 29.* Ad veſperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia. *Pſal. 30.* Et illud, Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos. *Col. 3.* Iterum & apoſtolus, Si igitur conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, quærite: vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Quæ ſurſum ſunt, ſapite: non quæ ſuper terram. *Rom. 6.* Rurſus, Nunc autem liberati à peccato, ſerui facti Chriſto habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æ-

A ternam, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Dominus item, *Luc. 12.* Sint lumbi veſtri præcincti & lucernæ ardẽtes. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis: vt cum venerit & pulſauerit, aperiant ei. Inducit, Beati ſerui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd circuncinget ſe & diſcumbere eos faciet & tranſiens miniſtrabit illis. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De vocatione Dei. Homilia 126.

DOminus ac Deus noſter cùm nos ad ſe inuitet per legem, per prophetas, per Apoſtolos & Euangeliſtas (obſecrat veriùs & hortatur): quàm B nefarium ac piaculare fuerit nos contemptim tranſmittere imperium Domini tam clementis, *Chriſtus Deus eſt gratia & manſuetudinis.* tam benigni craſſa quadam ſocordia, animi lentore ac mollicie? tam ſupinè & oſcitanter propriam nihili ducere ſalutem, vt ne vel tantillo tempore excludamur ſponſi aditu, ſponſi inquam deſiderabilis adeò, modiſque omnibus expetendæ fruitione ſpoliemur? Vt cum fores ictibus crebrò repetitis pulſauerimus, nullo noſtro fructu deſideamus ſuſpirioſè per hanc noſtram ignauiam ingemiſcentes? Quin potius fratres mei alacriore vtamur ſtudio & in id toti incumbamus, vt aliquando detur apprehendere ſupremam illam arcem, C imò ciuitatum omnium matrem noſtram ſublimẽ *Hieruſalem mater credentium.* illam Hieruſalem, quæ ſanè omnium noſtrûm mater eſt, ac regio feliciſſimé viuentium: in qua lux ſuos quaquauerſum euibrat & eiaculatur radios, inextinguibilis fax refulget, vbi oculus peruigil non dormitat, bonorum quoque nullo fine intercipiendorum largitor Deus. Si igitur dilectiſſimi cum timore, ardenti deſiderio ſimul & comite fiducia accedentes tam clementi Domino procideremus: illic contemplari licebit naturam omnem angelorum, archangelorum, virtutum & poteſtatum: denique bona ineffabilia quæ diligentibus D Deum initio ſtatim conditi ſeculi conſeruata ſunt. *Deus à ſeculo ſeclo ſit quadã beatus.* Quotquot enim cœleſtem illam Hieruſalem ex animo dilexerunt, ex ea ſuccum lactis exugent, oblectabuntque ſe ab vberibus conſolationis eius & abundè ſe proluent ac inuitabunt torrente voluptatis. Ipſi igitur accollemur & adhæreſcamus qui dixit: Appropinquate mihi & ap- *Iac. 4.* propinquabo vobis. Ad illum nos recipiamus *Num. 16.* qui legem ſanxit, Si audieritis vocem meam, eri- *1. Pet. 2.* tis mihi populus peculiaris, regale ſacerdotium, *Leuit. 20.* gens ſancta, & ſanctificabimini & eritis mihi ſan- *Deut. 7.* cti, quia ego ſanctus Dominus Deus veſter. Et, Te E *Eccle. 24.* prælegi mihiipſi in populum peculiarem præter *μνημόσυνόν μου.* omnes gentes. Sapientia proinde ait, Accedite ad me qui concupiſcitis me: & à generationibus meis implemini. Et, Memoria mei ſuper mel dulcis. Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui bibunt *Prouer. 9.* me, adhuc ſitient. Nam qui audit me, nunquã cõfundetur. Iterum, Venite comedite panẽ meũ, & *Pſal. 33.* bibite vinũ quod miſcui vobis. Derelinquite ſtul- *Col. 3.* titiã, vt viuatis, & quærite in cognitione intelligẽtiã. Dauid itẽ, Accedite ad eũ & illuminamini, & fa- *Eph. 2.* cies veſtræ nõ confundẽtur. Apoſtolus quoque, Si igitur conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſe- A dẽs. Inducit, Itaque non iã eſtis hoſpites & aduenæ ſed ciues ſanctorum & domeſtici Dei. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, vt accipiamus miſericordiam, & inueniamus gratiam *Hebre. 4.* in auxilio opportuno. Dominus noſter hominum amator ac ſaluans, nos vltrò ad ſe aduocat dicẽs, *Mat. 11.* Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt & onus meum leue *Mat. 4.* eſt. Sed & illud, Venite poſt me, & faciam vos piſcatores fieri hominum, Ipſi gloria in ſecula ſe- B culorum, Amen.

De timore Dei. Homilia 127.

QVisquis ſynceriter Deum timet, non multo admodum negotio ad perfectionem prouehitur diuinæ charitatis, eóque efficitur Chri- *Ioan. 16.* ſti & diſcipulus & amicus. Ait enim, Vos me amaſtis. Qui eiuſmodi eſt, vtique ineluctabili nexu is aſtringit ſibi mundiciam in caſtiſſimo timore Domini. Qui veriſſimo domini timore ceu clauis confixit effrenes carnis motus, ab illo eximitur *Ge. 1. 8. 9.* timore: creſcite & multiplicamini. Vitauit proinde & illud, Vt ne vlla ex parte debeat in hominũ C deſcendere familiaritatem. Mundi iſtius defugit iam ſolicitam anxietatem, impoſturas, voluptates, crapulæ & ebrietatis intemperiem omnem. *Timor dei prohibet mala.* Omnimodam inſuper Babylonicæ confuſionis fuga anteuertit abyſſum. Vitæ iſtius ſuauiter traducendæ renuntiauit illecebris: mundo quoque vale ſupremum dixit, cuius & retia perrupit, congreſſus mirè implexos euaſit & pedicas. In terra tametſi ambulat, re ipſa declarat ſe complexum eſſe conuerſationem quæ in cœlis eſt. Quum enim longè iſtis fœliciora expetat, nihil eſt quòd cunctetur renuntiare iſtius mundi lenociniis, nimi- D rum vitam vt viuat diuinam, cœleſtem, angelicam in obſeruatione ſynceræ prorſus religionis, intemeratæ ac ſanctæ, in ſpiritu Dei, latriam exhibens omnipotenti Deo propter cœlorum regnũ. cuius gratia ſupercilium omne poſuit mundanæ *Eccl. 12.* iſtius prudentiæ. Time enim, ille ait, Dominum, & cuſtodi mandata eius. Sanè, Dei mandata ſi cuſtodieris, eris vtique in omni operatione potens, operatióque tua incomparabiliter ſuccedet. Dominum enim ſi timueris, nihil non decorè conficies. Hic planè timor eſt, quo neceſſe ſit vt timeas & ſalutem conſequare, diabolum proinde nihil timueris. Dominum enim qui timet, aduer- E ſus diabolum præualebit. Nihil enim huic ſupereſt virium. Vim vtcunque qui habet aduerſus illum, vtique habet & Dei timorem: is enim cum nihil obtineat virium, omnium patet deſpicatui & contemnitur. Eſt tamen quod timeas, opera nempe diaboli. Maligna enim ſunt. Timore porrò Domini munitus, quid eſt quòd commenta fraudeſque veteratorias timeas diaboli? Illius opera nequaquam adeò deſignabis, vt ab eis reſilias *Timor dupplex.* quam longiſſimè. Atqui timoris ſpecies duplex eſt. Si itaque cupies nihil admittere quod malignum ſit ac reprobum, time Dominum, & ne opereris illud. Dominum itaque qui timet, fortis vti-

que

que & gloriosus. Nam quanticunque eum timue-
rint, obseruantésque fuerint mandatorum ipsius:
Deo. Etenim creatura omnis ipsius cum sit, eum
veretur ac timet: non item omnis custodit illius
mandata. Illorum sanè vita apud Deum reposita
est, quotquot eum reuerenter timent & eius mã-
data explent opere. Ipse timor Domini necessitaté
nobis imponit comiuus conserendi cum vitiis.
Nobis strenuè depreliantibus, gratia Domini ma-
litiam omnem ad internecionem vsque interci-
dit. Non autem potest quis ad Dei timorem per-
tingere, ni priùs desciscat ab omni vitæ istius tẽ-
porariæ solicitudine, iuxta superiorem senten-
tiam. Quum enim mens resederit ab omni intem-
perie, secura rei mundialis, tunc timor ille Dei sic
requieto plurimum facessit negotij, quo eundem
promouet ad exuberantem diuinæ benignitatis
amorem. Seriò decertantibus in agone spirituali
ipse timor expressam etiamnum imaginem adfert
Psal. 18. sanctimoniæ & puritatis. Timor Domini sanctus,
Siue cast°. ait Dauid, permanens in seculum seculi. Timor
ἁγνός. Domini prudentiæ est parens. Vnum aliquem si
Iob. 28. tuetur & obseruat, nihil hic quanlibet multos ti-
Eccle. 1. mebit, potius ob hunc vnum multi exterrebũtur,
1. Reg. 12. vel teste scriptura: Si timueritis Dominum Deum
vestrum & audieritis vocem eius: nemo contra
vos stabit ante faciem vestram, sed timor vester
ac tremor erit super omnes gentes. Denuo adhor-
Leuit. 19. tatur dicens, Dominũ Deum timebis & ei adhæ-
Deut. 13. rebis. Rursus, Quis dabit, vt sit sic cor populi, vt
timeant omnia mãdata mea, vt bene sit ei? Et qui-
Mal. 4. dem hæc habet lex. Sed & propheta Malachias,
Et orietur vobis timentibus Dominum sol iusti-
tiæ. Et egrediemini & salietis quasi vituli à vincu-
Prou. 1. 12. lis relaxati. Parœmiastes autem, Initium sapientiæ
Psal. 10. timor Domini & propugnaculum sancti. Timor
Eccle. 1. Domini fons vitæ, vt faciat declinare à laqueo
mortis. Iterum, Beatus, cui donatus est timor Do-
Prou. 14. mini. Timor Domini ad vitam viro. Timor Domi-
Eccle. 1. ni delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudiũ. Ti-
Prou. 19. mor Domini, donum est à Domino. Timẽti enim
Eccle. 1. Dominum bene erit in nouissimis, & in diebus de-
Eccle. 25. functionis ipsius benedicetur. Plenitudo sapien-
Eccle. 1. tiæ est timere Dominum & inebriabit eos de fru-
Ecc. 31. 34 ctibus suis. Iterum, Concupiuisti sapientiam? ser-
Psal. 36. ua mandata, & Dominus dabit eam tibi. Qui ti-
ment Dominum, nihil verebuntur aut expaue-
scent, quia ipse spes illorum est. Dauid, Os iusti
meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur
Psal. 102. iudicium. Quia secundum altitudinem cœli à ter-
ra corroborauit Dominus misericordiam suam
Psal. 144. super timentes se. Et, Voluntatem timentium se
Psal. 24. faciet, & deprecationem eorum exaudiet & sal-
nos faciet eos. Et, Firmamentum Dominus timẽ-
tium se & testamentum suum manifestabit eis.
Ecce enim oculi Domini super timentes eum.
Psal. 32. Idem de seipso. Lætetur cor meum, vt timeat no-
Psal. 85. men tuum. Afflatus quoque aura Spiritus sancti
Psal. 118. ait, Particeps ego sum omnium timentium te, &
custodientium mandata tua. Iacobus autem, Quæ
desursum est sapientia, primùm quidem pudica
Iac. 3. est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena mi-
sericordia & fructibus bonis, absque diiudicatio-
ne, sine simulatione. Fructus autẽ iustitiæ in pace
seminatur facientibus pacẽ. Petrus verò, In omni
Act. 10. gẽte qui timet Dominũ & operatur iustitiã, acce-
A ptus est ei Dominus item, Nolite timere eos, qui Matt. 10.
corpus occidunt: animam autem non possunt oc-
cidere. Timete autem magis eum qui postquàm
occiderit, habet potestatem & animam & corpus
perdendi in geennam. Certe dico vobis eum ti-
mete. Ipsi gloria in secula, Amen.

De charitate siue dilectione erga Deum.
Homilia 128.

CONsurgat noster hic sermo ac promoueatur
à timore Dei ad perfectam ipsius dilectio-
B nem. Sanè eam dixerim charitatem, quæ infra-
cta sit & inconcussa, quæ impartilis sit & indi-
uidua, quæ se auelli ac diduci nullis sinat, quamli
bet multis tundatur tentationum suppliciorum-
ue attritionibus. Eam intelligo charitaté, quæ nos
Deo proximè connectit & cõfœderat, quæ nos ef- *Charitas*
ficit Dei filios. Ad illustrandas animas, dilectio *efficit Dei*
Dei & timor cæteras virtutes facilè exupe- *filios.*
rant. Oculi enim Domini super diligentes eum. *Eccle.* 34.
Qui pleno cordis sensu Deum diligit, ab ipso talis
cognitus est. Quisquis perfectam in Deum dile-
ctionem semel possedit: in hac etiamnum sic adest
vita quasi non sit. Extorrem enim se & proinde
C computat alienum ab his, quæcunque oculis sub-
iacent, admirabili constantia ad inuisibilia suspi-
rans. Totus enim fœlici alteratione à se transiuit
in dilectionem Dei, iuxta Pauli sententiam. Siue 2. *Cor.* 5.
excedimus Deo, siue sobrij sumus, vobis. Qui sui
priua dilectione prosequitur, Deum neutiquam
potest diligere: contrà, Qui à se prorsus excussit
priuæ illius dilectionis affectum, ob superemi-
nentes diuitias dilectionis Dei, planè hic Deum *Deut.* 5.
diligit. Primaria illa lex hunc in modum edicit:
Ego Dominus faciens misericordiam his qui dili-
gunt me, & seruant mandata mea. Alius item, Se- φιλοῦσι,
men firmitatis, timentes Dominum. Et, Honora- *lege*, φι-
D bilis plantatio, qui diligunt ipsum Et, Misericor- λασοῦ-
dia hominis super proximum suum: misericordia σι.
autem Domini super omnem carnem se expaodit *Eccle.* 18.
& illuminat oculos. Dicit & Sapientia, Ego dili- *Prou.* 6.
gentes me diligo: qui autem quærunt me, inue- *Inuenient*
nient scientiam. Diuitiæ & gloria mihi supersunt. *sciẽtiã pro*
Melius nãt ex me fructus colligere præ auro & *quo Aldus*
lapide pretioso. Dauid item præferuido charita- *habet* χά-
tis in Deum affectu incalescens iugi clamore inso- ριν *gratiã.*
nabat, Deus Deus meus, ad te dn luce vigilo. Siti- *Prou.* 8.
uit anima mea quam multipliciter tibi caro mea, *Psal.* 62.
In terra deserta & inuia & inaquosa. Rursum, Di- *Psal.* 17.
ligam te Domine fortitudo mea. Dominus firma- *Psal.* 37.
E mentum meum & refugium meum & liberator τὸν ἰσχυ-
meus. Et, Domine ante te omne desiderium meum ρόν.
& gemitus meus à te non est absconditus. Iterum *Psal.* 41.
Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, Quan *Psal.* 119.
do veniam & apparebo ante faciem Dei? Et, Con ὅτι *nostra*
cupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas *editio* ὡς.
in omni tempore. Quia dulcia faucibus meis elo- *Quàm dul*
quia tua: super mel ori meo. Comede mel fili mi, *cia.*
ait ille: bonus enim fauus, vt condulcescat guttur *Prou.* 24.
tuum. Sic enim sensus & sapientia erunt animæ *Ioan.* 4.
tuæ. Ioannes, Charissimi Deus charitas est. Et qui
manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.
Infert, Non quia nos dileximus eum, sed quia ipse
dilexit nos, misit filium suum propitiationem pro
peccatis nostris. Paulus, In his omnibus superam' *Rom.* 8.

hij altiſſi ni vocabunrur. Itáque com intuebuntur *Luc. 6.* regem Deum in gloria, illic portę iſtis adaperien- *Rom. 9.* tur regni, patriſque conclauia ingredientur, qui & ſanctos ſuos, (quotquot à condito primùm orbe fuerunt) illis viſendos proponet, ſólque iuſtitiæ interclareſcet iſtis. *Ier 50.* Et exibunt & ſalient quaſi *Phil. 3.* vituli laxati à vinculis, túmque transformabit *Pſal. 102.* corpus humilitatis noſtræ, conforme vt ſit proprio corpori gloriæ ſuæ. Illic ipſorum iuuentus renouabitur, vt aquilæ, terrámque cónſpicient promiſſionis, & ſuper genua conſolabuntur. Quemadmodùm mater ſi quem filiorum conſolctur: ita illis exorietur Dominus iuſtitiæ & exultatio in omnium proſpectu qui ipſum ſyncero diligunt corde. Nos igitur dilectiſſimi eum qui nos tanto affecir honore, in ídque prouexit dignitatis faſtigium, reuereamur, obſéruemus. Illi & ſeruiamus in timore, tanquam legitimo & ſecun- *Pſal. 2.* dum naturam Domino: exultemus item ei in tremore, vt patri per gratiam, nequando iraſcatur Dominus & excidamus iure iſtius filiorum adoptionis. Quiſquis adoptione hac ſpoliatur, Iudæ proditori efficitur ſimilis, nimirum perditionis filius ac geënnæ, imò diaboli. Ne quæſo, contingat nos ab eo deſciſcere tefugas: qui noſtræ eſt vindex ſalutis & Deus noſter. Is enim hanc indul- *Mat. 16.* ſit benignus poteſtatem, nobis vt liceat calce protercre ſerpentes, ſcorpiones. omnémque inimici poteſtatem. Quotquot enim accepimus eum, dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri, quādo dixit, *Mat. 23.* Vos autem nolite vocare patrem ſuper terram. Vnus enim eſt pater veſter: qui eſt in cœlis. Ipſi gloria in ſecula, Amen.

De regno Homilia 130.

MAndata Dei ſuperiùs mihi inducta, ſi obſeruauerimus: vtique ad regnum licebit ceu poſtliminiò redire, pro quo nobis nō vnus agon indicitur, ſed & ſecutura requies multiplex promittitur. Regnum temporarium ambit quis? hic neceſſe eſt, vt exerat atque oſtentet ſtrenuitatis plurimum in bellis, periculis, excubiis, anxiis ſolicitudinibus, laboribus perplexis: nihil ducit tribulationes omnes, vndecunde contingant, ſpe dum alitur regni vel per inſomnium excogitari. Et hæc conditio eſt temporarij, nec vnquam cōſtabiliendi regni. Adde, quòd omni vix exantlato labore diem ſuum obit. Cúmque ſe exiſtimat in manibus habere, quæ ſpe præcerpſerat: vnus aliquis citra omnium ſuſpitionem pro illo plerunque diadema tulit. Quanto agone opus, quo ſtudio, quàm exprompta animi alacritate, quibus vigiliis, ſolicitudinibus, periculis, tribulationibus, tentationibus arcanis quidem & vix vlli compertis ærumnis: imò & quot mortis ſpecies adeundæ veniunt ei, qui cum Chriſto æternùm cupit regnare? *Fidelis perferenda plurima.* Ob hoc vnum ſancti omnes qui noſtram hanc anteuerterūt ætatem, viri, mulieres, imò & pueri ad mortem vſque ſtrenuè decertarunt, quo vel tandem regno perfruerentur cœlorum. *Mat. 11.* Regnū ſiquidem cœleſte vim patitur. Illud enim piè rapiunt, qui in omnibus ſuam indolem ad viria propendentem ſtudent euincere vi quadam iniecta ſuæ naturæ. Quiſquis pro cœleſtis regni conſecutione ſe prorſus caſtrauit, aut tuendę vir-

A ginitatis obſtrinxit voto, modis omnibus adniti debet, ſe vt dignum regno exhibeat. Neque enim ad cœleſte illud regnum prouehitur quis ſermone, habitu, ſplendore nominis, generis claritudine, formæ elegantia, fortitudine corporis, aut temporis prolixitudine: ſed virtute fidei opera fide digna repræſentantis. Sanè fidem eiuſmodi vim ſuam exerentem iuſtus declarabit efficaci & operatoria impletione mandatorum Chriſti. Abſtinendum proinde eſt ab omnibus quę mandatis ex contrario obluctantur, hoc eſt à carnalibus vitiis, videlicet à diabolica omni prudentia, ad quam referuntur hæc: fornicatio, immundicia, B idololatria, veneficium, inimicitiæ, contentiones, zelus, animoſitates, rixæ, detractiones, ſeditiones, inuidiæ, cædes, ebrietates, comeſſationes, ſcurrilitates, ſtultiloquia, riſus, imprudentia, dicteria ſeu cauilla, ſuſurria, amaritudo, ira, clamor, blaſphemia, nugæ, malicia, adinuentiones malorum, periuria. *Quæ cauenda ſint fil.* Per nos pérque noſtram ſalutem, quæ ex ſancta Dei genitrice ſempérque virgine Maria prodiit, vnum inquam ac ſolum filiū qui in duabus naturis inconfuſè, inuariabiliter, indiuiſè inclaruit atque innotuit orbi. Duæ enim naturæ *Vnio naturarum in chriſto hypoſtatica.* vnitate prorſus indiſſolubili inter ſeſe conuenerunt, vnitate inquam inſeparabili, inconfuſa, im- C mutabili. Caro enim caro eſt & non Deitas: tametſi facta eſt Dei caro, etiamſi diſpenſatoriè propriam ſibi fecit eam carnem. Duas itaque profitemur eſſe naturas: vnum autem aſtruimus eſſe Chriſtum, filium & Dominum, Dei verbum, qui & homo factus eſt & carnem aſſumpſit. Iam quādo differentes quidem hæ veriſſima vnione coūitæ ſunt naturæ, vnus autem ex vtraque natura Chriſtus & idem filius: non ſic alioqui aſſerta naturarum differentia propter vnionem, magis autem quia Dei hominiſque naturæ per nulli explicandum & incogitabilem prorſus concurſum ad illam vnionem nobis perficiunt vnum Dominum D & Chriſtum & filium. Sic nos ſiue Catholica Eccleſia credimus, quemadmodum & magna illa eccleſię luminaria ac doctores veritatis Athanaſius, Baſilius, Gregorius, Ioannes, Cyrillus magnæ Alexandrinorum ciuitatis epiſcopus. Quare illos qui præter horum dogmata ſenſerunt, auerſamur, repudiamus, & execramur, cum ſubſcriptis hæreſibus, quæ ſuccedaneis temporibus adnatæ ſunt poſt Domini aduentum. Eiuſmodi hæreticorum nomina ſunt hæc. 1. Simoniani. 2. Menandriani. 3. Satoriani. 4. Baſilidiani. 5. Nicolaitæ. 6. Gnoſtici. *Hæreticorum Catalogus.* 7. Carpocratiani. 8. Nazaræi. 9. Hebionæi. 10. Valentini. 11 Secundiani. 12. Polemæi. 13. Marcoſii. E 14. Colorbatij. 15. Heracleonitæ. 16. Ophitæ. 17. Caiani. 18. Sithiani. 19. Archontici. 20. Cerdoniani. 21. Marcioniſtæ. 22. Lucianiſtæ. 23. Apelliani. 24. Seueriani. 25 Tatiani. 26. Encratitæ. 27. Aduerſus Phrygaſtas & Montaniſtas. Aſcodroûgetas. 28. Peupuſiani. 29. Priſcilliani, Cacentilliani quos conſequuntur Artoritæ. 30. Teſſares Kaì decatitæ. 31. Alogi. 32. Adamiani. 33. Sampſæi qui & Celſæi. 34. Theodotiani. 35. Melchiſedechiani. 36. Bardiaſiani. 37. Noëtiani. 38 Valeſii. 39. Kathari, qui & Amanabati. 40. Angelici. 41. Apoſtolici, qui & Apotactiotæ. 42. Sabelliani. 43. Origeniani, qui & Eſchorpœi. 44. Origeniani alij qui & Adamantij. 45. Pauli Samoſatenſis. 46. Manichæi. 47. Hie-

racitæ. 48. Meliciani. 49. Ariani qui & Ariomani- A
tæ. 50. Andiani. 51. Photiniani. 52. Marcelliani. 53.
Hemiarij. 54. Pneumatomachi. 55. Æriani. 56. Æ-
tiani qui & Anomij & Ennomiani & Eudoxiani.
57. Dimœritæ qui & Apolinaridæ. 58. Antidico-
marianitæ. Iſti faciunt ad inuidiam nominis inter
placentulas quas vocant Collyridas Mariæ. 59.
Meſaliani. 60. Eucbitæ. Hucuſque Sanctus Epi-
phanius expoſuit. Poſthæc hæreſeon porteota
fuerunt hi: Euagrius & Didymus qui ſecundum
dogmata Origenis putà præexiſtentiam rerum
atque earum reſtitutionem ſenſerunt. Theodorus
Mompſuheſtius, Diodorus & Neſtorius ſuo ſen- B
ſu duos aſtruunt eſſe filios. His concinit Mares
vir Perſa & epiſtola quæ dicitur, ſua. Secundum
hos Eutyches imaginationem, opinionem &
confuſionem ſentiens, quem quidem ſequuntur
Dioſcorus, Theudoſius, Gæanus, Timotheus qui
& Hælurus. Petrus qui & illud commentus eſt,
nempe, vt triſhagio hymno accederet quartus,
σταυρωθείς. i. crucifixus. Petrus homung⁹. Seuerus
ille Acephalus. Soterrichus ex Cæſaræa Cappa-
dociæ. Philoxenus Hierapolitanus. Amphilocius
Piſidiæ, Iacobus Syrus & Iulianus: & ſi quis ſe-
cundum hos talis fuerit. Hæc quidem, in tui gra-
tiam contraxi venerabilis pater Euſtachie, vt C
declarem, quid vnaquæque harum hæreſeωn ab
vno aliquo homine nomenclaturam cognomi-
nem ſortita docet eiuſmodi virum deſerturem
eſſe ac refugam Chriſti. Neque enim iſti tolerant — *Chriſtianum nomen, hæretici deuitant.*
dici ſe Chriſtianos, magis autem aſſectatores ſe-
ctæ vel Neſtorianæ, Seuerianæ, Iacobiticæ aut
cognomine quouis præſcriptorum. Atqui tem-
peſtiuum iam eſt, vt ex ingenti tempeſtate hac
nimiſquàm procelloſa & turbulenta deinceps
enauigemus, ab impuris ſpiritibus profundæ vo-
raginis hæreſeωn nos recipiamus ad tranquillum
portum cœleſtis regni, ùtque leniter aſpirante
aura Spiritus ſancti ſermonem illinc redordiamur D
vnde eramus digreſſi. Dicebamus ſanè eſſe opus
non medioeri agone & fatigatione, vt perfrua-
mur cœleſti regno. Neque enim de conſecutione
temporarij cuiuſpiam regni & quod à gente in
gentem transfertur, nobis ſermo eſt: ſed pro vita
nullo fine intercipienda, pro regno nullum ad-
miſſuro ſuccedaneum hærédem, iſte agon propo-
nitur ſubeundus, Ait enim Daniel, Aſpiciebam, — *Dan. 7.*
& cornu illud faciebat bellum cum ſanctis & prę-
ualebat aduerſus eos; donec venit antiquus die-
rum, & iudicium dedit ſanctis altiſſimi. Et tem-
pus peruenit, & regnum obtinuerunt ſancti. Et
regnum & poteſtas & maieſtas regum qui ſubter E
omne cœlum, data ſunt ſanctis altiſſimi. Ioannes, — *Ioan. 17.*
Et hæc eſt promiſſio quam promiſit nobis, vita
æterna. Paulus, Noſtra conuerſatio in cœlis eſt, — *Phil. 3.*
vnde etiam ſaluatorem expectamus Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus
humilitatis noſtræ configuratum corpori clarita-
tis ſuæ. Iterum, Qui eripuit nos de poteſtate tene- — *δόξης, gloria.*
brarum & tranſtulit in regnum filij dilectionis
ſuæ. Propter quod regnum ſtabile & inconcuſ- — *Col. 1.*
ſum accipientes, habemus gratiam, per quam Deo
placidè obſequimur. Scimus enim quia ſi terre-
ſtris domus noſtra huius habitationis diſſolua-
tur, quòd ædificationem ex Deo habemus, do-
mum non manufactam, æternam in cœlis. Petrus

A item, Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis
introitus in æternum regnum Domini noſtri Ie- — *2. Pet. 1.*
ſu Chriſti. Dominus quoque noſter & noſtræ
omnium ſalutis vindex ait, Regnum cœlorum — *Mat. 11.*
vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et, Regnum
cœlorum intra vos eſt. Iterum, Beati pauperes — *Luc. 17.*
ſpiritu. Et, Qui perſecutionem patiuntur propter
iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlo- — *Mat. 5.*
rum. Et, Venite benedicti patris mei: polſidete
paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. — *Luc. 6.*
Mittet enim filius hominis angelos ſuos & con-
gregabit de regno ſuo omnia ſcandala & qui fa- — *Mat. 26.*
B ciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum
ignis. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno pa- — *Mat. 13.*
tris eorum. Ipſius enim eſt regnum & potentia — *πάντοτε καὶ νῦν καὶ ἀεί.*
& gloria patris, & filij, & ſpiritus ſancti, vbiuis
locorum & nunc & ſemper & in ſecula intermi-
na ſeculorum, Amen.

EXOMOLOGESIS S. PATRIS ANTIOCHI.

DOmine Deus omnipotens, magnus
tu & admirabilis, qui cuſtodis teſta-
C mentum tuum & miſericordiam
tuam his qui te diligunt & cuſto-
diunt mandata tua. Memor eſto mi- — *Pſal. 24.*
ſerationum tuarum & copioſæ miſericordiæ tuę,
quia à ſeculo ſunt: ne obliuiſcaris teſtamenti tui,
qui dixiſti, Si mandata mea non cuſtodieritis, vi- — *Pſal. 88.*
ſitabo in virga iniquitates veſtras, & in verberi-
bus iniuſtitias veſtras, miſericordiam autem meam
non diſpergam à vobis, & quæ procedunt per la-
bia mea, non faciam irrita. Confirmentur ſermo-
nes iſti tui Here benigniſſime, & auſer peccata
noſtra, quippe qui miſerator es & longanimis. Ti-
bi enim Domino Deo noſtro iuſticia: nobis au-
D tem confuſio facies noſtras adoperuit, vt hæc dies
probat: quia peccauimus coram te Domine, ne-
que exaudiuimus vocem tuam, vt ambularemus
in mandatis tuis quę dediſti in conſpectu noſtro:
ſed contempſimus te Domine Deus noſter, eó-
que cohęſerunt nobis ingentia mala hęc. Ne ſic
quidem conuerſi ſumus ad cuſtodiam mandato-
rum tuorum, ſed abiuimus vnuſquiſque in ſenſu
praui cordis noſtri, vt faceremus quæ mala ſunt
coram oculis tuis Domine. Ecce ſanctuaria no- — *Iſa. 5.*
ſtra hæc deſerta, ciuitas igni ſuccenſa eſt, populus
in captiuitatem abductus, facti ſumus in oppro-
brium his qui in circuitu noſtro ſunt. Facti ſumus
E ſubtùs & non ſupra: quia peccauimus tibi Do-
mino Deo noſtro, eò quòd non audiuimus vo-
cem tuam. Ob hoc expuliſti nos & deſtruxiſti
nos, & commouiſti terram & conturbaſti eam.
Cæterū tu longanimis cum ſis & copioſę miſeri-
cordię, ſana contritiones eius, quia commota eſt
vehementer. Populus enim tuus expertus eſt du- — *Pſal. 78.*
ra, ſuper quo fruſtrà inuocatum eſt nomen tuum.
Impleti ſunt ſermones prophetarum tuorum ſu-
per nos, quia venerunt gentes in hęreditatem
tuam, & polluerunt templum tuum, in quo my-
ſterium perfectum eſt diſpenſationis vnigeniti
tui, & ſanctuarium tuum igni ſuccenderont, quin
& Hieruſalem poluerūt in pomorum cuſtodiam.
Morticina ſeruorum tuorum in medio iuxtà ac
in cir-

in circuitu Hieruſalem paſſim diſiecta ſunt: nec
erat,qui ſepeliret. Fortitudinem noſtram, ornamentum ac decus,ſalutis inquam noſtrę ſpem,nẽ-
Antiochum viuoſe ſub Heraclio & Coſdra vel braſeceat colligere. pe crucem Chriſti tradidiſti fidei aduerſariis. Facti ſumus opprobrium tam vicinis,quàm qui longiſſimè diſiti ſunt,ſubſannatio & deriſio omnibus gẽtibus. Auertiſti enim nos retrorſum poſt inimicos noſtros: & qui oderunt nos, diripiebant ſibi. Dediſti nos tanquàm oues ad eſcam expoſitas & inter gentes diſperſiſti nos. Vendidiſti populum tuum ſine precio & non erat multitudo in com-
Pſal. 43. mutationibus noſtris. Tradidiſti nos in manus inimicorum ex legũ: ac regi iniquo, omniúmque qui
Pſal. 105. per vniuerſam terram gradiũtur, longè maligniſſimo addixiſti nos. Ne ſic quidem vniuerſis flagellis tuis attriti indoluim⁹: adeò ſenſus noſtri nimia contentione ac ſtudio in malum propẽdent abuſque pueritia. Sed & ad annos prouecti viriles in huiuſmodi vitiis ſolitò ampliùs occalleſcimus.
Pſal. 119. Prorſus Domine iuſtus tu, in omnibus quæ feciſti nobis. Nunc demum ſcimus, quia peccata noſtra ipſa reſtiterunt nobis. Peccata enim noſtra nimiſquam multa increuerunt in conſpectu tuo Domi-
Pſal. 78. ne. Sed miſericordia tua Domine anticipet nos, quia tu in nobis Domine, & nomen tuum ſanctum inuocatum eſt ſuper nos. Quieſcat (obſecro) ira furoris tui & ne confundas nos in finem: neque memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, at ne à nobis quidem recèns commiſſarum, neu indignos nos pronuncies tuis miſerationibus: quin potiùs reminiſcere, quia tanti nos æſtimauit tua benignitas, quos pretioſo tuo ſãguine redimeres. Peccauimus, placare Domine: iniquè geſſimus, tua Here condonet indulgentia: offendimus, cõcilia-
Pſal. 30. tor ſancte. Illuſtra faciem tuam Domine ſuper ſeruos tuos, qui tyrannica impreſſione præmuntur inclementer, éque ſolio ſublimi tuo emitte eis & ſuggere auxilium ô Potens. Populum tuum ab omni calamitate, cui miſerè ſuccumbit, eripe: & ab omni legis tuæ præuaricatione redimito, & è manu præuaricatorum ſubduc illos. Per tuæ viſcera pietatis excute à nobis Domine ac diſperge impẽdens omne vitæ diſcrimen: neque in finem, tuam hãc hæreditatem tradideris in internecionem, tametſi noſtræ iniquitates id promereantur. Quin potiùs tuæ nos anticipent miſerationes Domine Deus noſter. Etenim à ſeculo non deſinis copioſæ & exuberantis miſericordiæ tuę dona effunde-
Pſal. 31. re in omnem creaturam tuam. Tu quidẽ omnium
91. noſtrum refugium factus es: & in te ſperantiũ aſy-
Pſal. 60. lum ſalutare. Eſto nobis Domine turris fortitudi-
2. *Reg.* 2. nis à facie inimicorum noſtrorum: neu ſinas ad internecionem & cladem extremam tradi in eorum manus qui te non nouerunt, animas confitentium
Pſal. 85. tibi, neque patiaris Domine tam inſigni ignominia aſpergi hæreditatem tuam à gente ſic effreni & impudenti. Magis tu inclina Domine aurem tuam & exaudi ac reſpice de cœlo ſancto tuo ad hãc noſtram exinanitionem, ad demolitionem & excidium ciuitatis tuæ Hieruſalem, pro qua inuocatum eſt nomen tuum, ſuper ipſam cunctam Eccleſiam tuam, cuius ſubſtructionem ſupra ſolidam petram collocaſti dicens, Portę inferi non præualebunt aduerſus eam. Exaudi Domine orationem
Mat. 16. ſeruorum tuorum, aurẽſque tuas accommoda noſtris deprecationibus. Illuſtra faciem tuam ſuper

A ſanctuarium tuum. Neque enim fiducia ſubnixi iuſtificationum noſtrarum, noſtram hanc ſupplicationem tuæ maieſtati offerimus, (Nam qua frõte id auſint, qui te quotidiana acceſſione peccatorum exacerbãt?) magis verò ſub vmbram tuarum confugimus miſerationum, multæ enim ſunt. Domine, exaudi, eſto Domine placabilis, Domine attende, Parce mi Domine populo tuo, & ne des *Ioel* 2.
hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur ei gentes, néquando dicant: Vbi eſt Deus eorum? *Pſal.* 113.
Neque propter iniquitates noſtras vnquàm per- *Rom.* 2.
miſeris, vt nomen tuum ſanctum blaſphemetur in gentibus, quæ te nouerũt. Tibi Domino Deo no-
B ſtro iuſtitia: nobis autem confuſio vultus, vſque in præſens. Huc enim vſque neglexirmus ad te con- *Bar.* 1.
uerti: calloſæ adeò ſumus ac prædutæ ceruicis. Si *Dan.* 9.
mutabit Æthiops pellem ſuam, & nos vitę hacte- *Ier.* 13.
nus peſſime inſtitutæ propoſitum immutabimus. Planè mala hæc omnia in nos propterea reciderunt, neque ſic ad pœnitẽtiæ portum nos recepimus aut reſipuimus: magis verò prioribus peccatis peccata adiecimus. Ne ſic quidem Domine roga- *Dan.* 9.
uimus faciem tuam, vt vel ſerò auocares nos à cogitationibus cordis noſtri peſſimi. Euigilaſti tandem Domine experrectus ſuper flagitiis noſtris, & ſuper nos induxiſti virgam furoris tui, ſiquidẽ *Bar.* 2.
C iuſtus es Domine in omnibus. Non enim exaudiuimus vocem tuam, vt per viam mãdatorum tuorum ingrederemur. Sed & nunc Domine Deus *Ier.* 32.
noſter, quandoquidem in ſignis & portentis ab *Deut.* 26.
inſano errore idololatriæ ſubmouiſti nos, feciſti- 34.
que tibi ipſi nomen vſque in præſens: quieſce, obſecro Domine. Imminuti enim ſumus ſuper ter- *Dan.* 3.
ram & tanquam immũdi omnes nos effecti. Quaſi *Iſa.* 64.
enim pannus mulieris menſtruo ſanguine fluentis, iuſtitia noſtra: inque morem marceſcentium foliorum, ipſi defluximus propter iniquitates noſtras. Non enim ſupereſt, qui inuocet nomen tuũ. Sanequàm iuſtè auertiſti à nobis faciem tuam. Et *Pſal.* 29.
D nunc Domine, Pater noſter tu es: nos autem lu- *Mat.* 6.
tum, opera manuum tuarũ omnes nos. Ne iraſcaris *Ioan.* 8.
nobis valde, néue in tẽpore memineris peccatorũ *Eccl.* 23.
noſtrorum: quin potiùs vide Domine, quia popu- *Iſa.* 45.
lus tuus omnes nos. Ciuitas ſancti templi tui in *Ier.* 18.
ſolitudinem redacta eſt, & gloria Syon incendio *Rom.* 9.
conflagrauit, ſimúlque monumenta gloriæ noſtrę *Iſa.* 64.
vniuerſa conciderunt. Ad hæc etiam omnia, alliſi- *Thren.* 4.
ſti nos Domine validè & humiliaſti vehementer. Neque enim viam iniuimus vitæ melioris, magis autem per calles deuios, nempe poſt peccata noſtra. Parce Domine populo tuo & hæreditati tuæ: *Ioel.* 2.
próque gloria nominis tui erue nos de manu ini-
E micorum noſtrorum, vt nouerit terra omnis, quia tu Dominus Deus noſter in bello potens & miſerationes tuæ in generationem & generationem perſeuerãt ſuper populum tuum de ſe alioqui minús præſumentem. Cæterum ô hominum amator clementiſſime quid te oremus peccatores, aut apprecemur nobis ſecundum quod oportet, planè neſcimus, qui ſumus terra & cinis: habemus tamen apud tuam benignitatem, qui pro nobis interpellet, nempe Verbum tuum nulla prorſus aſpergine peccati decoloratum, quem per tuæ viſcera miſericordię miſiſti, ſuum vt plaſma reuocaret in viã. Caro factus noſtri cauſa paſſus eſt cruci ſe affigi. Is aboleuit quod aduerſum nos erat, chi- *Col.* 2.

rogaphum, peccatorum noſtrorum factus propi- A
tiatio. Sed & Spiritum ſanctum tuum totius ſan-
Gal. 4. ctitatis inſuſorem miſit. Et hic pro nobis quoque interpellat non quidem ſeruili more, ſed prout tantam addecet maieſtatem & conſueta in nos benignitate, cui etiam curæ eſt tuum hoc plaſma. Here mi, memor eſto tantæ iſtius tuæ erga nos clementiæ. Crucis etiamnum reminiſcere vnigeniti tui, & à magnitudine gloriæ tuæ nobis emitte miſerationes tuas, neque non gratiam ac donum ſancti tui Spiritus, qui ſuo ad nos gratioſo aduentu rectà prouehat ad ea explenda, quæ tibi cùm primis placent ac damum vitam illam aſſequi promereamur æternam. Nos igitur indigni licet, ô Domine fiducia tamen ſubnixi tuæ ſolius gratiæ petimus propter immaculatum filium ac Verbum patris, Dominum noſtrum Ieſum Chri- Mat. 7.
ſtum, qui dixit: Petite, & dabitur vobis: quærite Luc. 11.
& inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Omnis Luc. 11.
enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Iterum, Si igitur vos cum ſitis mali noſtis dona bona dare filiis veſtris: quantò magis pater veſter cœleſtis dabit Spiritum ſanctum petentibus ſe? Eóque te addecet gloria omnis, honor, ſuſpiciendus & ſupplex cultus, ô Pater, fili & Spiritus ſancte, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

B

Finis orationis exomologeticæ Sancti Patris Antiochi Tilmanno Cart. interprete.

NICEPHORI CONFESSORIS.

EX NICEPHORI CONFESSORIS CANONIBVS.

1. OPortet monachos ieiunare die Mercurii & Veneris ſeptuageſimæ: & vbicunque fuerint, caſeum comedere poſt præſanctificatorum ſolutionem. *Euertit hic canon Iacobi dogma & Tetraditarum hæreſim.*

2. Die Dominico ſine impellente neceſſitate iter facere non oportet.

3. Apocalypſin Pauli, & ea quæ dicuntur brontologia, & ſelenodromia, aut calandologia, ſuſcipere non oportet: profana enim omnia.

4. Apocalypſin Eſdræ & Zoſimæ, & duo ſancti C
Georgij matyria, & ſanctorum martyrum Cerici & Iulittæ, librúmque Marci & ſucceſſoris, ſuſcipere non oportet: Reiicienda hęc, non admittēda.

5. Monachi in pœnis exiſtētes, ad communem fratribus cibum & precationem admittendi ſunt. Participes etiam eſſe debent benedictionis, id eſt, fruſti, ſimul cum earum confeſſione.

6. Inteſtatò morientium piæ largitiones pro ipſis
Eleemo-ſina pro defunctis. factæ ſuſcipiendæ ſunt, ſi quidem viuentes eo animo fuerint vt ita præſtarentur.

Siquis infirmus ſit, & ſanctū baptiſma ſanctúm-
7. que habitum requirat, dari ei ſine mora oportet, nec gratia eſt deneganda.

8. Siquis ad annos viginti & deinceps, diſſolutè & in luxu vixerit, deinde ſtudioſus apparuerit virtutis, non eſt ordinãdus: Sacrum enim impollutum eſt.

9. Non oportet operari hebdomade diacænesimi, neque ſabbato apolyſimi canere Immaculatum, neque dies Iouis obſeruare.

Bigamus non coronatur, ſed in eo punietur vt
10. annis duobus ſacra non participet myſteria.

Trigamus annis quinque emendetur, & ſic ad- 11.
mittatur.

Qui pulſauerit patrem ſuum, & ſponte occide- 12.
rit, annis trigintaquinque deget in pœnis homicidæ.

Etiam ſimplex monachus ex cauſa baptizat, vt 13.
diaconus.

Si Antimenſium per ignorantiam impletum ſit, 14.
non polluitur: ſanctificatio enim in eo eſt: ſacrum enim, impurum non efficitur.

Qui ex concubina & ſcorto, & ex digamis & tri- 15.
gamis nati ſunt, ſi virtutibus præditi appareant, & ſint ſacerdotio digni, ordinentur.

Infantes non baptizatos, oportet, ſi quo loco 16.
reperiatur quis vbi non ſit ſacerdos, baptizari. Quòd ſi vel pater aut quilibet alius, modò ſit Chriſtianus, baptizet, peccatum non committit.

Vſuram accipientibus non ſunt elargienda ſa- 17.
cramenta: nec cum perſeuerantibus in iniquitate, communiter cibus ſumendus.

D

THEOPHILACTI.

DE RISV ET VOCIFERATIONIBVS IN FESTIS.

QVIN & hunc morem introduxit, qui hodie obtinet, quòd in ſplendidis atque ſolennibus feſtiuitatibus Deo & ſanctorum recordationi fit contumelia per fœdas cantilenas ac riſus, & inſanos clamores, quibus adhibitis ſancti hymni cantantur.

SANCTI METHODII DOMINO POL. EX SEGREGATIONIBVS σπουδαιοτῶν μοναχῶν.

CVm multis & ſanctis ſenibus qui adhortãtur, & ſupra omnes magnum Baſilium audiãt, quod cū ira, & cupiditate, & ratione ſolis vita reis agere licet, non autē de quouis eorum qui in clero conſtituti ſunt, loqui, vel audire eis omnino permittetur, ſicut canõ edixit. Sed neque vnquã mundana negocia aggredi. Quēadmodū enim ſibi imperiū, vel principatum nemo unquã accipiet, etiã ſi bellicoſus, & pugnaciſſimus eſſe videatur: & ſi velle deprehenſus fuerit, abducetur in cuſtodia, vt maximus Dionyſius literis mãdauit: ita nec ſacerdotalia quis ſibi munera permiſerit, quandoquidem E
magnus quoque dicit Apoſtolus, quod non quis honorē ſibi aſſumit, ſed qui à deo vocatur, & ſubiungit, ſicut & Aaron. Ita & Chriſtus non ſeipſum glorificauit vt fieret põtifex, ſed is qui dixit ei, Tu es ſacerdos in ęternū ſecundū ordinem Melchiſedech. Quòd autē epiſcopi, ſeu antiſtites, & hierarchæ, Apoſtolorúmque ſucceſſores patriarchæ eos iure ſegregauerint ſecundū diuinum Dionyſium, canonū quoq; inſcriptio manifeſtiſſimè declarauit. Inferiores enim ordines à ſuperioribus iure ſegregantur, ſeu excommunicantur.

LOCI COMMVNES SENTENTIARVM, QVAS S. PATER MAXIMVS EX SACRIS ET PROPHANIS LIBRIS GRÆCIS congeſſit, Ioanne Ribbito interprete.

Gratiam Chriſte laboribus impertire meis.

SANCTI EVPHRAIMI.

Quum in diuinis libris verſaris, noli tantummodo curare vt leuiter percurras, & quæ ſcripta ſunt obiter perſequaris, ſed etiam ſi opus erit, ſæpe & iterum & tertium rem eandem perlegas diligenter accuratéque ſine recuſatione. Quinetiam quum aliquid lectiturus es, aut alterum legentem auditurus, Deum prius precare in hunc modum: Aures & oculos cordis mei Domine Ieſu Chriſte aperi, vt audiam & intelligam ſermones tuos, & voluntati paream tuæ: peregrinus ego ſum in terra, mandata tua ne me celata. Patefac oculos meos, vt quæ ſunt admirabilia in lege tua intelligam.

DE VITÆ VIRTVTE ET VITIO Serm. I.

Matth. 7. ANguſta via & arcta quæ ad vitam deducit.

Rom. 12. Noli vinci malo, ſed per bonũ vince malum.

Salomonis. Virtutis quidem ſignum nullũ oſtendere poſſumus: in vitio autem conſumpti ſumus.

Eiuſdem. Vide ne te ſeducant impij, nec per viam cum illis gradiaris: ſed retrahe pedẽ tuũ à ſemitis illorum, quod pedes ipſorum ad vitia currant.

Qui rẽ aliquã contemnit, contemnetur ab ipſa.

Quẽadmodũ vua acerba nocet dẽtibus, & fum⁹ oculis: ſic iniquitas & legis violatio violatoribus.

Noli mala facere, & te mala nõ apprehendent.

Sirach. 7 Qui praua ſcelera admittit, in ipſa includetur, nec intelliget vnde ipſi accidant

Baſilij. Vt ignis ſua natura illuminat, & vnguentum odorem emittit: ſic etiã bonas actiones neceſſario ſequitur aliquod emolumentum.

Virtutis exercitatio pretioſa eſt habenti poſſeſſio, & iocũdiſſimũ congredientibus ſpectaculum.

Theolo. Non ſolum præclara actio nobiles efficit, ſed etiam vitium improborum gloriam ſuperans.

Rara eſt boni poſſeſſio atque difficilis, etiamſi in eo ſit quod multum attrahat & inuitet.

Natura vitium promptum eſt, & magnus ad id quod peſſimum eſt, concurſus fit, vt torrens per prona ruit, & ſtipulæ ad ſcintillam & ventum facile accenduntur ac inflammantur, & à ſua ipſa prole, videlicet flammis, conſumuntur.

Non eſt admodum facile virtutum victricem inuenire, atque huic dare munera honoraria & victoriæ præmia: quemadmodum nec in prato varijs florum generibus veſtito, pulcherrimum & odoratiſſimum florem reperias, cum alibi alius odoratum & aſpectum ad ſe trahat, & ad ſe decerpendum primum inuitet

Chryſoſt. Non poteſt fieri quin virtutis ſtudioſus multos habeat hoſtes.

Non locus virtutem, ſed virtus locum auguſtiorem reddere ſolet.

Si qui leges hominũ terrenorũ violat, ſupplitiũ ineuitabile ſuſtinet: quanto magis cruciatibus dedetur intolerabilibus, qui cœleſtis Domini præſcripta reiecit?

Vt in cithara non ſatis eſt in vno tantum neruo concentum efficere, ſed vniuerſi percurrendi ſunt numeroſe & decẽter: ſic & animi virtute nõ ſatis eſt nobis ad ſalutẽ lex vna, ſed vniuerſæ ſumma cum diligentia obſeruandæ ſunt.

Ne igitur dicamus hunc natura bonum & illũ

Appendix.

A natura malum. Si enim natura bonus eſt, nunquã poterit fieri malus: & ſi natura malus, nunquam fieri bonus.

Mali quies principiũ eſt motionis ad virtutem.

Nõ ſuſtinẽt tenebræ lucis præſentiã, nõ morbus valetudine recuperata cõſiſtit: nihil agũt perturbationes ſi adſit tranquillitas & perturbationum vacuitas.

Liberam eſſe conuenit ab omni metu virtutem & dominatu.

Virtus enim & voluntaria eſt & ab omni metu

B & neceſſitate libera.

Non licet aliam vitij procreationem cogitare, quàm virtutis abſentiam.

Improbi aliæ ſunt cogitationes, & alij ſermones & aliæ actiones: oĩa autẽ differentia & pugnantia. Philonis.

Vitij exitus virtutis introitum facit: vt contra, migrante bono, inſidians malum intrat.

A malis liberari, ſalutis eſt initium conſequi. Clementis.

Iuſtitia vt videtur quadrata eſt, par & ſimilis in verbo & opere, in malorum abſtinentia, in beneficẽtia, in perfectione erudita, nuſquã vila ex parte claudicãs, vt ne iniuſta & inæqualis videatur.

Gaude cum aliquid cum virtute agis, ſed ne ex- Nili.

C tollaris, ne quando naufragium in portu fiat.

Virtutẽ ſimulato, non vt fallas, ſed vt proſis. Didymi.

Regnũ cœlorũ dicere licet ſtatũ & viuẽdi rationẽ, eorũ qui ex diuinis legib⁹ moderate viuũt.

Omnis actiua virtus in hoc conſiſtit vt fiat, nõ vt facta ſit.

Virtus altera ex parte claudicare non debet, ſed verbo & rectam & integram eſſe oportet.

Rebus quatuor animus polluitur: ſi per vrbem ambules, ne oculos cuſtodieris: & ſi omnino conſuetudinẽ aliquã cũ mulieribus habeas: tertiũ eſt nobiliũ huius mũdi amicitiam colere: quartum, Ex patrib.

D congreſſionibus carnalibus & inanibus diſputationibus delectari.

Ignotæ virtutis veluti defoſſi auri ſplendor nõ apparet. Plutarchi.

Vt iis qui exercentur in gymnaſiis cibus: ſic eruditis virtus ſuauis videtur.

Etſi improbi homines probitatẽ & benignitatẽ polliceãt, tamẽ propter mores eis fides nõ habet.

Statuã quidẽ figura, virũ autẽ exornat actio.

Omnia facito quaſi nemine celaturus: nam etſi in præſens celaris, poſterius tamen cerneris.

Sic vitam inſtitue, vt neq; à potentioribus contẽnare, neque inferioribus terribilis videare.

Omnia in futurum bene ſe habebunt, ſi quod præſens eſt recte fuerit compoſitum.

V

Cum quidam iniuria illũ affeciſſet, & fugeret, obuiamq́; fieri non auderet, aliquando tandem in fugientem incidit, ac ei, Non oportet, inquit, vt tu me, ſed ego te cum ſis improbus fugiam. A

Nõ eſt cũ cane cõparãdus, imò ne cũ aſino quidẽ, timidus vir & imbellis, diuitiis & delitiis diffluens.

Iſocrat. Virtutis magis quàm corporis imagines ac monimenta relinquenda putato.

Demoſth. Quemadmodũ domus & nauigij & cæterorũ talium ba es firmiſſimas eſſe conuenit: ſic & actionũ primordia & fundamenta vera iuſtaque eſſe decet.

Cliſarchi. Nõ ſimpliciter habere virtutẽ honeſtũ exiſtimato, ſed quẽadmodum decet & pro quibus decet. B

Virtutem ſi habes, omnia habes: at ſi vitium, ne teipſum quidem.

Socrat. Socrates cum quendam ex diſcipulis ſuis animaduertiſſet agri quidem eſſe ſtudioſum, ſed actionis negligẽtẽ: Heus tu, vide (inquit) ne dum agrum cicurare vis, animũ tuum afferari ſinas.

Quum autem intellexiſſet quendam ex familiaribus ſuis ſtudioſe curantem vt imago ipſi ſimilis fieret: Tu (inquit) vt tibi ſimilis lapis fieret curaſti: at ipſe ne lapidi ſimilis fias non curas.

Demona. Tantum virtuti appones, quantum de voluptatibus detraxeris. C

Turpe eſt in aliis virtutes approbare, & in ſeipſis vitia habere.

Corporis curatores, ſui autem negligentes, probosos exiſtimabat, & ſimiles iis qui domos quidem curant, ſed domeſticos negligunt.

Demetriti †Principia certiſſima eſſe oportet, actiones autem præclariſſimas.

Biantis. Illud te Deo dignũ efficiet, ſi nihil illo indignum feceris.

χερ-μας. Lente res agendas aggredior: vbi autem aggreſſos fueris, agito conſtanter.

Sic inſtitue vitã quaſi & paulũ & diu ſis victur⁹.

Lacõ interrogatus, cur Sparta munita nõ eſſet: Noli (inquit) mentiri, munita eſt enim habitantiũ virtutibus. D

Diogenes. Quum quidã ei vt probrum obiiceret, quod in loca impura intraret: Etiã ſol (inquit) intrat, nec contaminatur.

Euripidis ex Andromache. Bonorum virorum reliquias tempus non abolet
ſed etiam defunctis eis virtutibus relucet.
Multi mali diuites ſunt, boni autem pauperes.
Sed nos cum iſtorum diuitiis virtutem
Nolimus mutare: quoniam hæc ſemper firma eſt
Pecunias autem hominum alia alius habet.

Lindi. Pietas colenda eſt, ciuibus optima conſulenda, voluptas vincenda, nihil per vim gerendum, populi inimicus pro hoſte habendus, ſerui dũ ebrij ſunt, nõ puniẽdi: ſecus eñ tu ipſe ebrius videberis. E

Lycurgus. Licurgus legiſlator †aſſiduum eſſe dignumque dei cubitum credas, in opibus: at fide dignum, in moribus ſitum eſſe dicebat.

ἀξιόχρεον Pyth.gor. Vt idem voluptatẽ, corpus, pecuniã, & Deũ amet, fieri nullo modo poteſt: nã qui voluptates amat, idẽ & corp⁹ amet neceſſe eſt: iã qui corpus amat idẽ continuo & pecuniã: qui aotẽ pecuoiã, idem neceſſario iniuſtus eſt: at iniuſtus, in Deum quidem impius, in homines iniquus eſt.

Omnia iſta contemnito, quibus à corpore ſolutus non indigebis: quibus autem egebis tũ temporis, ad ea tibi laborãti Deũ auxiliari precator. A

Diodori. Omnes homines imbecillitatis naturæ vitio, exiguum quoddã vniuerſi tẽporis momen um in vita durant, reliquum vero totum ſpacium occupati morte iacent. Et illis ſane, qui dum viuerẽt præclari nihil geſſerunt, eodem cum corpore obitu omnia peſſum eunt: Qui vero per virtutem ſibi gloriam conciliarunt, illorum actiones omnibus ſæculis diuiniſſimo Hiſtoriæ ſermone commemorabuntur.

Hyperidis. Virum bonum quæ ſentit, verbis: quæ facit, opere oſtendere decet.

Boni cum officium non faciunt, exempla præbent peccare volentibus. B

Hiſtaci philoſophi Bonos viros Dei quandam partem habere Ariſtoteles dicit: Deo enim eſt, quæ velit, agere: homiois autem, quæ opus ſunt prouidere.

Antiphã. Si quis in rerũ abũdãtia turpe aliquid admittit. Quid expectãdũ eſt vt committat in penuria?

DE PRVDENTIA ET CONſilio Serm. 2.

Math. 2. Estote prudentes veluti ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.

2. Cor. 14. Ne ſitis pueri mẽtibus, ſed malitia infantes imitamini: mente autem perfecta prȩditi eſtote.

Prou. 3. Beatus vir qui inuenit ſapientiam, & mortalis qui vidit prudentiam: melius eſt enim hanc mercari, quàm aurum aut argentum. C

Sirach. 40 Aurũ quidẽ & argentu ſtatũ cuiuſpiã conſtabilierint, ſed prudẽtia eſt vtroq; commendabilior.

Sirach. 22 Vt compages) *vel, (ſubſcudes)* & iogamenta lignea ædificio indita concuſſu nõ diſſoluũtur: ſic anim⁹ perpenſo cõſilio, nullo tempore pertimeſcet.

S. Baſilij. Duplex eſt prudẽtiæ nomẽ, altera enim eſt obſeruatrix domeſtici cõmodi cũ alterius iniuria & inſidiis, qualit eſt ſerpentis caput ſuũ obſeruãtis, quæ quidẽ eſt morũ improbitas, quæ cito vtilitatẽ ſuã reperit, & ſimpliciores expilat, qualis eſt prudentia diſpenſatoris iniqui. Vera autem prudentia eſt ſcientia rerum faciendarũ, & non faciẽdarum, quã qui ſequitur nunquam virtutis officia deſeret, nec vitij pernicie transfigetur vnquam. D

Theologi. Qui ſerpentis calliditatem columbinæ ſimplicitati miſcuerit, is neque prudentiam malignam, neque ſimplicitatem ſtolidam fieri patietur.

Dixit quidam ex auaris hæc verba:
Malim fortunæ guttam, quàm mentis dolium:
Cui reſpondit vnus ex iis qui prudẽtiam amant;
Sibi pluris eſſe mentis ſtillã quã fortunæ pelagus.

Chriſoſt. Fons & mater radixque prudentiȩ virtus eſt: quemadmodum contrà omnis improbitas ex amentia capit initium, ſicut propheta dixit: Nõ eſt ſanitas in carne mea à facie inſipiẽtiæ meæ. At virtutis ſtudioſus, & in Dei metu viuens, omnium eſt prudentiſſimus: & recte quidã dicit, metum Domini eſſe ſapientiæ primordium. E

Philonis. Prudentia virtutum principatum tenet. Solus ſapiens liber eſt, & imperat, quamuis corporis dominus habeat infinitos.

Ignatij. Qui perfecti eſtis, perfecta ſapite: volentibus enim vobis bene agere, Deus Paratus eſt præbere.

Plutarch. Prudentia non corporum, ſed negotiorum inſpectio eſt, priuſquam in ipſis verſetur homo: futura ſubiiciens oculis, vt eis occurrentibus poſtea optime vtatur.

Corpus enim ante tantum oculatum eſt, retro

autem

autem cæcum eſt:at mens etiam præterita cernere poteſt memoria.

Strab. Inſipiens eodem die iram ſuam enũciat. Omnis inſipiens paruo etiam præditus eſt animo: non enim eſt conſtans. *Hic aliquid deeſt.*

Prudentia bonam fortunam vt plurimum donat fortuna autem prudentiam non efficit.

Si quando quempiam peccantem animaduerteret, dicebat: Ne quando etiam ipſe in tale quidã (incidã.

Nil non ſeruire ſibi cogit prudentia.

Menãdri. Conſultans præterita ſibi exempla futurorum facit. Quod enim obſcurum eſt, ex manifeſto celerrime diiudicari & diſcerni poteſt.

Qui male ſuis rebus proſpicit, nunquam bene alienis conſulet.

Iſocrat. Omnia quidem ad vitam pertinentia curato, ſed maxime prudentiam tuam exerceto. Nuſquam enim maius aliquid minori includitur, quam bona mens in humano corpore.

Cliſtarchi. Robur corporis, animi ne ſit imbecillitas: vim autem animi, prudentiam putato.

Alienis te exẽplis erudito, & nihil mali patieris.

Demoſthenis. Tantũ prudentiã reliquis virtutibus præſtare Solõ dicebat, quãtũ viſus reliquos sẽſus pręcellit.

Ex ſcriptis Phauorini. Sine cõſilio ne robur quidẽ quicq̃ prodeſſe ſolet: at ſagacitas etiã ſine viribus ſæpe multa excogitat.

Cherecij. In præliis vincere etiam improbis ſæpenumero contingit: at prudentia & ſapientia ſuperare poſſe, id demum eſt eorum qui conſilio valent.

Ariſtidis. Sapiens conſilium multis manibus anteponendum, & ſapiens robuſte præſtat.

Diodori. Pythago. Neque equos ſine freno, nec diuitiæ ſine prudentia retineri poſſunt.

Gaij. Prudentius eſt, priuſquã accidere cauere ne accidat, quã poſtquã acciderit accuſare.

Democrat. Prudentię munus eſt, cauere ab iis qui iniuriã volunt inferre: allatam autem non vindicare.

Cõſule nõ quæ iocũdiſſima, ſed quę sũt optima.

Solon'. Multũ deliberato prius quã quid dicas aut a-

Epicteti. gas: nõ enim integrũ erit dicta vel facta reuocare.

Biantis. Robuſto & valenti eſſe corpore, naturæ munus eſt: at ea dicere quæ patriæ poſſint, id animi proprium eſt & prudentiæ.

Idem interrogatus quis optimus eſſet conſiliarius, Tempus, inquit.

Prudentes dicebat magis ab imprudentibus quã imprudentes à prudentibus iuuari ſolere: hos enim illorũ obſeruare errata, illos aũt horũ nõ imitari recte facta.

Vt ĩ bonũ decet pręterita meminiſſe, inſtantia agere, & futuris diligenter proſpicere.

Vnũ eſt principiũ bene cõſultãdi, noſſe de quo inſtituatur orõ: ſin ſec', oĩno aberrare neceſſe eſt.

Locorum mutationes neque prudentiam docent, neque inſipientiam depellunt.

Animi magnum frenum eſt ipſa mens.

Euripidis in Andromac. Hãc meã corporis imbecillitatẽ nõ recte accuſaſti
Si enim recte ſapere valeo,
Idipſum eſt robuſto brachio præſtantius.

Chabriæ. Prius rerum fines & exitus proſpicere debemus, deinde ad rem ipſam efficiendam aggredi.

Sophoclis in Aiace. Ex his profecto moribus, nunquam
Vllius legis conſtitutio fieret:
Si eos qui iuſte vincunt expellemus,
Eos autem qui poſteriores ſunt, in partem anteriorem adducemus.

A Sed iis cedendum eſt: non enim lati
Aut robuſtis humeris viri tutiſſimi ſunt:
Sed qui recte ſapiũt vbiq; ſuperiores euadunt.
Herodoti. Atqui bos quãuis magnis lateribus præditus,
Paruo tamen flagello regitur vt per viam recta gradiatur.
Qui enim recte ſapit omnia complexus habet.

Par atq; idẽ eſt, ô rex vt mihi quidẽ videt, vel recte ſapere, vel recta monenti velle parere.

DE CASTITATE ET TEMPERANTIA.

Serm. 3.

Matth. 5. QVi aſpexerit mulierem ad concupiſcendum eã, iã et ſtuprũ intulit in corde ſuo.

B *1. Cor. 6.* An neſcitis corpora veſtra mẽbra eſſe Chriſti? nũ igitur membra Chriſti faciam membra meretricis? iſtud auertat Deus. Aut neſcitis eum qui meretrici agglutinatur, vnũ corpus eſſe: & eum qui domino agglutinatur, vnum eſſe ſpiritum?

Iob. 31. Si cor meum alterius viri vxorem ſecutum eſt: aut ſi etiam inſidioſe pro foribus illius ſedi, alteri quoque placeat vxor mea.

Salom. Sa. 3. Beata ſterilis incontaminata, quæ cubile non cognouit per lapſum: in viſitatione animarum fructum percipiet.

S. Baſilij. Senectutis temperantia, non temperantia, ſed intemperantiæ imbecillitas eſt.

C Nõ igitur ob tẽperantiã laudari cõuenit eos qui execti ſunt: neq; enim equos ꝙ cornu nõ petunt laudamus, ſed quod calcitroſi non ſint: ac boues qui cornu nõ petunt, manſuetudinis laude afficimus: nõ enim in quo quis nihil poteſt, ſed in quo cum poſſit non ad alterius iniuriã vtitur, cum admiratione laudatur.

Theologi. Triſtes mores voluptariis anteponuntur.

Vnguentum vaſculo putido non committitur.

Chryſoſt. Ne igitur emolliamus vires noſtras, nec eneruemur nos his cõgreſſionibus: multũ eñ, & quantum vix dici poteſt vitij in animos noſtros hinc influit

D nã tametſi nõ ſentimus amore facti ebrij, id quid iuuat? hoc enim ipſũ lõge eſt grauiſſimũ malũ, ꝙ neſciamus quẽadmodum eneruemur, & interim quauis cera iam' molliores. *Simile.* Quẽadmodũ enim ſi quis leonẽ egregiũ & ferũ ceperit, deinde iuba detõſa dẽtes exemerit, & vngues circũciderit, deformẽ reddit, & ridiculũ, ac vel pueris expugnabilẽ, illũ qui tã terribibilis & intolerabilis erat qui vel ſolo rugitu omnia quatiebat: Sic & iſtæ quoſcũque ceperint, ſub poteſtatẽ reddigũt diaboli, molliores reddũt, calidiores, impudẽtes, demẽtes, extremæ bilis homines, audaces, importunos, ignauos, effrenes, ingenio ſeruili, illiberales, contuma-

E ces, loquaces, & oĩno omnes muliebres affectus corruptos afferẽtes iſtorũ animis imprimũt. Fieri enim nõ poteſt, vt qui cũ mulieribus verſatur, in tanta præſertim affectuũ ſimilitudine & morũ, quiq; illorũ cõgreſſionib' & colloquiis vtatur, nõ ſit circulator quidã, & circũforaneus, & impurus: nã ſi quid loquatur, telas & lanas meras loquitur, ꝙ linguã quaſi colore quodã muliebriũ verborũ coloratam habeat. Quod ſi quid faciat, id ſeruiliter admodũ facit, & aliena à Chriſtiana libertate ratione & modo, non ad illam magnorum munerum functionẽ vtiles.

Greg. Nyſſen. Beatos prædicat Dominus non eos qui vitam ſine vlla perturbatione degunt (fieri enim non

Appendix.

poteſt. in tam craſſa vita ſpiritalē omnino & perturbationibus vacantem tranſigere vitam) ſed eos qui ad naturales appetitiones lente & difficulter commouentur.

Omnis vitij quaſi quædam eſca voluptas, facile cupidiores animos in hamūm attrahit exitij.

Clementis. Virgines corruptæ non ſolū dicuntur propter ſcortationem, ſed etiā propter immaturam, elocationem: quū, vt ita dicam, immatura, vel à ſeipſa, vel à parentibus viro elocatur.

Ex patrib. Rebus quatuor ſcortatio excitatur: cibi & potionis expletione, ſomni ſatietate, otio & luſu, inaniq; verborū funditatione, & veſtit* exornatione

Io. Climacus. Curans ventrē, & ſpiritum fornicationis vincere volens, ſimilis eſt incendiū oleo extinguenti.

Nili. Remoue à coniuge tua eunuchū, Smaragdum: nam etſi* geminis inferioribus exectus eſſe videtur, tamen habet neſcio quomodo geminos in facie oculos, qui motus aſpiciendo concitant, atq; teſtes malos aſciſcunt & perliciunt.

Cyrilli. Fumi more, aut etiam veluti vapores quidam inſitarum voluptatum in uobis vigent appetitus. Sed temperans quidem & fortis cohibet motus, nec vlterius progredi ſinit, & infirmū adhuc affectum facile ſuperat. At iners & negligēs, admittit quidem voluptatum principia quaſi nudas adhuc cogitationes, permittens vero in latum progredi difficillime inuenit remedium: nam captus iam & præoccupatus, non eſt ſuarum voluntatū Dominus, ſed magis victrici perturbationi quaſi barbaro alicui ſubiacet.

Menādri. Virtutis conclaue temperantia eſt.

Iamblichi ex vna epiſtolarum quæ ab illo de temperantia ſcripta.

Virtus omnis quicquid mortale eſt cōtemnit immortale autem quod eſt amplectitur. Sed præter reliquias eximie tēperātia hoc ſtudio tenetur, quippe quæ voluptates animū corpori affigentes repudiet, & in caſtis ſedibus conſiſtat, vt eſt apud Platonē. Qui enim nos tēperantia perfectos non reddat, cu quicquid eſt imperfectū & perturbationibus obnoxiū à nobis depellat & exterminet Atq; hoc ita ſe habere facile intelligas, ſi conſyderaris Bellerophontē, qui moderationis auxilio ſibi cōiuncto, Chimerā certando, ferumq; & agreſte & immite genus omne ſuſtulit: prorſus enim affectionū immoderata dominatio, ne homines quidem ſinit eſſe homines, ſed eos ad naturam trahit ratione carentem, ferinam, & inordinatam.

Moſchionis. Temperans eſt non qui vetita non tangit, ſed qui à conceſſis abſtinet.

Ex Ariſt. Fac eſuriei & ſitis in mentē tibi veniat: hæc enim plurimū valēt in iis qui tēperātiē ſectantur.

Voluptatē vincit, nō qui abſtinet, ſed qui vtitur quidē, at nō effuſe: ſic & nauē & equum regit, nō qui vtitur, ſed qui quò libitū fuerit ducit.

Iſai. Maximum omniū ſacrificiū eſſe puto, quotidie

Socratis. moderationē & temperantiam exercere.

Idem interrogatus quid eſſet continentia: Corporis inquit, continere voluptatem.

Ignē vētus, amorē autē accendit conſuetudo.

Alexan. Cū Alexander captiuas haberet in ſua poteſtate Darij filias, eiq; amici ſuaderent vt cū tam formoſis congrederetur: Turpe foret, inquit, virorum victores à mulieribus vinci.

Idē cum in Illyrios perueniſſet, ac in Iouis ara A animaduertiſſet mulierem forma præſtātem, pulchritudinem admiratus diu ſpectauit: cúmque Hephæſtion diceret, æquum eſſe vt ipſe amatam caperet: An non, inquit, hoc indigniſſimū eſſet, vt qui in aliorū incontinentiā animaduertere velimus, ipſi incōtinētiæ ſeruire ab exteris deprehendamur?

Clitarchi ἄχρει. Si quæ nō decet, amas, quæ decet nō amabis: eſt enim inexplebilis cupiditas, ideóque* infinita.

Xenophontis ex epiſtola ad Lamprocleam.

Nihil mali naſcitur viro, qui pro fundamentis habet ſapientiā, tēperantiam, & caſtitatem.

Diogenes. Rem indignam eſſe dicebat citharœdos & athB letas gulā & voluptates vincere, illos quidē vocis gratia, hos autem corporis: neminem vero tēperantiæ cauſa illa contemnere.

Demoſtrat. Nonnulli ciuitatibus dominantur, & mulieribus ſeruiunt.

Patris tēperantia maximū eſt liberis præceptū.

Menſam ſumptuoſam fortuna apponit, tēperantia autem vt contentus ſis efficit.

Antiphō. Qui turpia vel mala non deſiderauit, neque tetigit, non eſt tēperans. Nihil enim eſt per cuius abſtinentiam ipſe moderatum ſe & continentem præſtiterit.

Epicteti. Liber non eſt, qui ſeipſe non continet,

C Si non vis inter ſeruos reputari, ipſe liberator ſeruitute: eris autē liber, ſi cupiditate fueris liberatus.

Pythagoræ. Vis animi perturbatione carentis tēperātia eſt hæc enim eſt lux animi vacantis perturbatione.

Seruire perturbationibus, grauius eſt quàm tyrannis: fieri omnino non poteſt vt is ſit liber, qui perturbationibus ſeruiat, & ſuperetur.

Sophoclis. *Demoſth.* Turpiter viuere turpe eſt iis qui boneſto loco nati ſunt.

Demetrij Phalerei. Decet ſapientem vt rationi obedientes appetitus efficere conetur.

Demetrius Phalareus honeſtos adoleſcentes D domi parentes reuereri debere dicebat, in via autem omnes vt quiſque ſe obtulerit in ſolitudine ſeipſos.

Menedem. Menedemus, cum adoleſcens quidam dixiſſet, magnum eſſe ſi quis quæ concupiſſet aſſequeretur: Multo, inquit, maius eſt, nihil eorum quæ nō decet, concupiſcere.

Iſoc. ad Dem. Voluptas non omnis, ſed quæ honeſta eſt, expeti debet.

Bias Bias Prieneus beatum eum eſſe dicebat, qui & diues eſſet, & cupitis potiretur. ſed eum qui nihil concupiſceret, beatiorem.

Xanthi. Xanthus ille ſapiens cum adulterum quendam E vidiſſet pro foribus formoſæ mulieris: Iſte, inquit breuem voluptatem magno emit periculo.

Charicles Amorum ſuorum aſpectus, renouat paſſionem nec minus hoc ſpectaculum animum inflammat, quàm materies igni admota incendium. Cupiditatis fomentum eſt amatorius ſermo.

DE FORTITVDINE ET ROBORE, Serm. IIII.

Mat. 16. SI quis vult me ſequi, abneget ſemetipſum, tollatque crucem ſuam, & me ſequatur.

Ephes. 6. Induite totam Dei armaturam, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, quia non eſt nobis lucta cum carne & ſanguine, ſed cū principatibus & poteſtatibus, cum dominis tenebrarum huius ſeculi.

Non

Pro.21. Non eſt homini ſapientia, non eſt fortitudo, nõ eſt conſilium aduerſus dominum. A

Equus præparatur ad belli diem, ſed à domino eſt auxilium.

Sirach.13. Cũ fortioribus te ne communicato: quid cõmunicabit olla cũ lebete? ipſa collidetur, & cõteret.

Baſilij. Ferto igitur, non quidem ſine vlla perturbatione, aut vllo ſenſu: quę enim merces eſt indolentię ſed quãuis laborioſe, ac cũ doloribus plurimis, ferto tamẽ: quẽadmodũ generoſus certator, robur & fortitudinẽ ſpectandã præbet, non ſolũ cædendo aduerſarios & colluctatores, ſed etiã fortiter ferẽdo, quas ab illis acceperit plagas: item vt gubernator doctus, & longo nauigandi vſu iam imperterritus, rectũ minimeq; aquis obruendũ, atque omni tẽpeſtate excelſiorem animum ſeruans. B

Theologi. *† θαρσος καὶ θρασος.* †Fiduciam & confidentiã (quæ etiamſi multam nominũ ſimilitudinem habeant, inter ſe tamẽ plurimũ diſiuncta ſunt ſignificatu) & fortitudinem eſſe dicimus & timiditatẽ: nam in loco confidere, fortitudinis eſt, vt contra diffidere & cedere timiditatis. In maius autẽ periculum ſe offerre, & irruere, nec ſe retrahere, timiditatis & audaciæ eſt. declinare & retrocedere, †ſecuritatis.

ἀσφάλειας. *Chryſoſto.* Neque detrectandum eſt certamẽ, neq; ad id irruendum. Sic enim & noſtra victoria futura eſt ſplendidior, & diaboli offenſio contemptior riſuque dignior. Cũ attrahũtur enim magno & excelſo animo reſiſtere, nõ prouocatos autẽ quieſcere & occaſionem expectare, bonos vt ſimul & generoſitatem, inanis gloriæ nos non eſſe appetentes oſtendamus. C

Democrati. *Socrat.* Fortis eſt, non ſolũ qui vincit hoſtes, ſed etiam qui voluptates.

Menandri. *Alexãd.* Conſpicatus Corinthiorũ portas valide clauſas: Num, inquit, habitant hic mulieres?

Robur mente carens, in quoſcunque inciderit, eos ſepulchro tradit.

Hic cum amici hortarentur, vt noctu hoſtes aggrederetur: Non eſt, inquit, regiũ victoriã furari. D

Cũ autem vidiſſet quendam idem cum ipſo nomen habentem ſed timidum: Adoleſcens, inquit, aut nomen aut mores mutato.

Idẽ, cũ eũ amici vt liberis procreandis operã daret, hortarẽtur: Nihil eſt, inquit, cur ſolliciti ſitis: relinquo enim vobis liberos certaminũ victorias.

Idẽ cũ ei ad bellũ gerendũ proficiſcenti diceret Ariſtoteles, expectandã eſſe perfectam ætatem, tũ denique bellandum: Vereor, inquit, ne dum perfectam ætatem expecto, audacẽ perdã iuuẽtutam.

Lacon cũ quidã ei vt probrũ obiiceret, ꝙ claudus cum eſſet in militiam proficiſceretur: Quid iſtud? (inquit) non eſt opus fugientibus, ſed manẽtibus & certantibus E

Iſocrat. Robur prudentiæ iunctũ prodeſt: ſed hac ſi careat, plurimum obeſt habentibus.

Leonida. Leonides Lacedæmonius cum parua manu ad pugnam contra Perſas proficiſceretur, & diceret quidam eum cum nimis paucis proficiſci: At, inquit, cum volentibus.

Lacõ ægroto corpore in aciem progrediebatur: cum autem quidam eum quorſum ita affecto corpore proficiſceretur interrogarẽt, reſpondit, Ad moriendum pro patria.

Nuſſeni. Honeſte moriendi occaſio arripienda eſt, cum licet ne paulo poſt tibi tempus moriendi, nõ auAppendix.

tem honeſte moriendi, accedat. A

Lacæna mulier, cum eius filius accepto vulnere in prælio claudus factus eſſet, iſque ſuam calamitatem ægre ferret: Noli, inquit, fili dolere: quotieſcunque enim gradum feceris, toties tuam virtutem recordaberis. *Ex Dionis Chriſ.*

Celtæ, oceani accolæ, domus aut parietis ruinã fugere turpe ducunt. Aduentanti quoque te fluẽtis maris æſtui armati occurrunt, & eò vſque expectant donec aquis obruti demergãtur, ne videlicet fuga mortis timorẽ in illis poſſit arguere. *Ex Nicolai Collectaneis.*

Coriſcus admodum ſenex cũ difficili quodam morbo liberatus eſſet: Apage, inquit quam moleſte reuerſus ſum, iam aliquantũ viæ progreſſus, quam ingredi omnino neceſſe eſt. *Coriſcus.* B

Cũ Pyrrhus in Lacedæmonios exercitum duceret, multaque minaretur, Cercyllidas, vnus de numero ſenatorũ, in cõcione ſurgẽs: Si, inquit, Deus eſt is qui minatur, nihil metuẽdũ, nihil enim iniuriæ facimus: ſin homo, ſciat ſe viris minitari. *Pyrrhus.*

Fortior eſſe mihi videtur qui cupiditates, q̃ qui hoſtes vincit, ꝙ difficillimũ ſit ſeipſum vincere. *Ariſtot.*

Darius Perſarũ rex cũ trecentis militũ milib⁹ ad Marathonẽ caſtra poſuit: Athenienſes mille aduerſ⁹ illos miſerunt quorũ duces erãt Polyzelus, Callimachus, Cynegirus, & Miltiades: cõfligẽtibus aũt exercitus vtriſq;, Polyzelus viſum admirabile ac ſupra hominẽ cũ vidiſſet cernendi ſenſum amiſit, cæcúſque factus octo & quadraginta interfecit. Callimachus multis transfoſſus haſtis etiã mortu⁹ ſtabit. Cynægiro nauem, quę Perſas vehebat, retinenti manus abſciſſa eſt. Vnde à Pantelio hæc ſcripta eſſe dicuntur: *Ex Plutã. Hiſtoriæ.* C

O inanẽ laborem & infeſtum bellum.
Regi noſtro quid dicemus ad illum reuerſi?
Cur me rex ad immortales bellatores miſiſti?
Proſternim⁹, nõ cadunt vulneramus, nõ metuũt.
Vnus vir totum ſpoliauit exercitum: & in medio.
Anhelus conſiſtit ferreis in radicibus,
Neq; vult cadere, & forſitã etiã naues ingreditur. D
Fuge gubernator, cadaueris minas effugiamus.

DE IVSTITIA. 5.

BEati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quia ipſi ſaturabuntur. *Mat.5.*

An neſcitis vos eius ſeruos eſſe, cui obeditis, & vos ad obediendum & parendũ offertis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obedientiæ ad iuſtitiam? *Rom.6.* *Prou. 26.*

Qui proximo foueã foderit, ipſe in eã incidet: qui lapidem voluit, in ſeipſum voluit.

Stateræ veſtræ menſuræque iuſtæ ſunto, & cõgius iuſtus.

Melius eſt paululum aliquid cum iuſtitia, quã multa bona cum iniuſtitia. E

Iniuſtorũ bona fluminis more exareſcent, & vt magnum tonitru in pluuia perſonare deſinent. *Sirach.*

Qui veram animi iuſtitiam non ſecum affert, pecuniis corruptus, aut amicitię gratificari ſtudẽs aut inimicitias vlciſci cupiens, aut deniq; potẽtiã metuẽs, is iudicia exercere nõ poteſt nec dirigere *S. Baſilij*

Diuinæ iræ aſperitatẽ & credimus, & audimus concitationẽ propoſiti eius, aduerſus eos qui digni ſunt & commeriti ſupplicum: quia Deus eſt vltionum Dominus. Etſi enim de ſummo iure per humanitatem inclinat ad miſericordiam & remiſſionem, non omnia tamen peccantibus ignoſcit ne clementia illius deteriores fiant. *Theologi.*

Nec de omnibus hic ſupplicium ſumit Deus, ne mortuorum excitationi diffidas, & de iudicio deſperes, tanquam omnes hic reddant rationem: nec omnes impuniti relinquuntur, ne ſine prouidentia omnia contingere credas.

Greg. Nyſſ. Æquiſſimum Dei iudicium noſtris affectibus conſimile ſit: & qualiacunque à nobis profecta fuerint, talia nobis ex ſimilibus reddūtur viciſſim.

Iniquus iudex eſt, contaminata conſcientia.

Euagrij. *Cyrilli.* Quiſquis iniuria afficitur, præ dolore tabeſcēs, cum ſe vlciſci aut par pari reddere nequeat, nimirum qui viribus inferior ſit, cœleſtis in malignos odij & vindictæ ſtimulum ad opem ſibi ferendā implorat.

Non appellamus homicidas aut ſanguinarios qui ex legib. diuinis eos interfecerint, qui mortis ſupplicio digni ſunt: ſic Samuelem & Phineen tali nomine non notamus.

Platonis. Qui iniuriam facit nemini, dignus ille quidē eſt honore: at qui non patitur, & impedit iniurioſos ne iniuriam faciant, plus quam duplici præ illo dignus honore fuerit: ille enim vni, hic autem multis dignitate comparandus eſt.

Sic enim exiſtimo, & me & te alioſque homines in ea eſſe ſententia, vt iniuriam facere quā accipere deterius eſſe ducant, & non dare pœnas quam dare.

Æquum eſt vt eos laude afficiamus, qui nullū commodum æquitati præponūt: pecuniam enim licet acquirere, ſed gloriam pecunia parare difficile eſt.

Iniuriam mihi faciat locuples, non pauper: Facilius enim eſt ſuperiorum tyrannidem ferre.

Cliturchi. Si pro eo contendas quod iniuſte feceris bis peccaueris.

Moſchion. Præſtat recte iudicando à condemnato iniuſte accuſari, quàm iniuſte iudicando apud naturam iuſte vituperari.

Ex dictis ſeptem ſapientum. Optime agendum eſt, & maxime ſeruanda democratia, vbi iniuriarum authores puniuntur, & inferiores aduerſus eos defenduntur.

Hyperidis Duabus de cauſis ab iniuriis ſolent homines abſtinere, aut metu aut pudore.

Socratis. Quæ ab altero paſſi indignanter fertis, videte ne hæc eadem aliis faciatis.

Philemon. Iuſtus eſt non qui iniuriam non facit:

Ageſilai. Sed qui cum poſſit facere iniuriam, non vult.

Epicteti. Fortitudinis nullus eſt vſus abſente iuſtitia: ſi vero iuſti forent omnes, nihil iam fortitudine foret opus.

Vt iuſta bilanx, nec à vera bilance corrigitur, nec à falſa iudicatur: ſic & iudex iuſtus, neque à iuſtis examinatur, nec ab iniuſtis arguitur.

Noli prius in altero iudicio iudicare quam apud ipſam iuſtitiam rem examinaueris.

Si vis recta exercere iudicia, neminem neque litigantium, neque patronorum agnoſcito, ſed ipſam ſolam iuſtitiam.

Pythagoræ Cum iuſtitia viuenti tutus eſt omnis locus.

Plus torquetur iniuriam faciens dum in cōſciētia cruciatur, quàm qui corpore plagas accipit & cæditur.

Zenonis. Zeno Stoicus philoſophus, cum ex eo quidam familiarium quæreret, qua poſſent ratione nihil iniuriæ facere: Si ſemper, inquit, me vobis adeſſe exiſtimabitis.

Idem interrogatus an Deum latere poſſit iniuriam faciens: imò, inquit, ne cogitans quidem. *Socratis.*

Damnatus Socrates ab Athenienſibus vt præcipitaretur, vxore eius Xanthippe clamante ac dicente: Quàm iniuſte Socrates morte afficieris: Tu igitur, inquit, velles me iuſte mori?

Ne ſuſpicator de bonis vnquam malum. *Menādri.*

Nam iuſtus haud vllum nocendi ſcit modum.

An non videtur tibi opus ipſum magis mereri fidem quàm ſermo? Maxime vero, inquit: multi enim de iure loquentes iniuſte agunt, ex his autē qui iuſta faciunt ne vnus quidem reperietur iniuſtus. *Xenophōti Socrates loquitur.*

DE AMICIS ET FRATERNA dilectione, Sermo I.

EX hoc intelligent omnes vos eſſe meos diſcipulos, ſi alij alios dilexeritis. *Ioan. 13.*

Si linguis hominum loquar & Angelorum charitate autem vacem, ſum tanquam æs ſonans aut cymbalum tinniens. *Et paulo poſt*, Ac ſi omnia bona in alimenta contulero, corpuſque meum exurendum tradidero ſine charitate, nihil efeci. *1.Cor. 13.*

Vtiliora ſunt amici vulnera, quam voluntaria inimici oſcula. *Salom. 27*

Qui in amicū rete parat, id pedibus ſui induit.

Excuſationes prætendit, qui ſe vult ab aliquorum amicitia remouere.

Melius eſt excipi oleribus cum amicitia & gratia, quàm vitulorum apparatu cum inimicitia.

Qui fratrem pauperem odit, ab amicitia longe abeſt.

Qui in volucres iacit lapidem: eas turbat, & & qui conuitiatur amico, diſſoluit amicitiam.

Amicum compendij cauſa ne mutato.

Amicus fidelis pro valida munitione eſt: talem nactus, theſaurum reperit.

Nihil eſt quo fidelis amicus permutari poſſit, nec quo pulchritudo eius rependi.

Improborum cōgreſſiones multum ſolent obeſſe, (quia hæc eſt natura amicitiæ, vt per ſimilitudinem congredientibus & coniunctis ingeneretur) qui odium alta mente retinentes dilectionis & amicitiæ præ ſe gerūt ſpeciem: Vt ſaxa ſub aquis latentia, quæ cum exigua aqua tegantur, damnum improuiſum afferunt incautis. *Gregorij.*

Boni non bonis anteponendi. *Theologi.*

Si malorū cōſuetudine vtaris omnino malus eris.

A malo viro vide ne beneficium accipias.

Quærit enim malarum actionum veniam impetrare.

Omnia feret amicitia & verba & opera.

Corpora quidam loco aptantur, animi autem ſpiritui congruunt.

Inimicitiæ terminos cognoſcito, amicitiæ vero nullos.

Diſſidium religionis gratia natum, melius eſt praua concordia.

Nemo exiſtimet me in ea eſſe ſententia, vt dicā omnem pacem amplectendam (noui enim vt ſeditionem quandam optimam, ſic concordiam quandam pernicioſiſſimam) ſed eam demum quæ honeſta eſt & ob rem honeſtam ſuſcipitur, quæque nos Deo copulat.

Qui enim cum regis hoſtibus amicitiam inſtituit, regis amicus eſſe nullo modo poteſt. *Chryſoſt.*

Vta-

Vt anima ſine corpore non vocatur homo, nec contra corpus ſine anima: ſic nec charitas quidem in Deum niſi coniunctam quoque habeat in proximum charitatem.

Non tam febris tabefacere ſolet corporis naturam, quam animum à ſuis amoribus disiunctio.

Nihil eſt concordiæ comparandum, vnus enim quodammodo multiplicatur in hunc modum. Si concordes fuerint duo aut decem, vnus non eſt vnus, ſed illorum quiſque decuplex redditur, inueniefque in decem vnum, atque in vno decem. Quod ſi hoſtes illis aliqui ſint, qui in vnum impetum fecerit, is quaſi in decem irruerit, ſic capitur. Eget vnus, at non premitur egeſtate: nam maiori parte & numero inopia obumbratur: illorum vnuſquiſque viginti habet manus, ac viginti oculos, totidemque pedes, animas item decem: nõ enim ſuis tantũ, ſed illorũ etiã mẽbris quiſque vtitur in omnibus, ac ſi centum forent, idem rurſus contingeret. Idem apud Perſas & Romæ eſſe poteſt: quodque natura nõ poteſt, id amicitia poteſt. Si igitur mille habeas amicos aut etiam duo millia amicorum, cogitare debes quo rurſus euadat numerus. Hoc enim eſt admirabile vnum millesimum fieri: optabilius enim eſſet ſolem nobis extingui, quam amicis orbari. Etenim multi ſolem videntes in tenebris ſunt, at qui multos habent amicos ne incidere quidem poſſunt in calamitatem. C Nihil enim nihil amicitia & charitate ſuauius eſſe poſſit: quid enim eſt quod non efficiat verus amicus? quam voluptatem non afferat, quam vtilitatem, quam ſecuritatem? denique infinitis theſauris amicum verum immenſis ante ferendum iudicabis. Et quemadmodum res ſplendidæ lucem quandam in circumfuſa & vicina loca diffundunt ſic amici vbicũque verſati fuerint, gratiam & ſuauitatem ſpirant & emittunt, vt ſatius ſit in tenebris verſari quam carere amicis. *Gre. Nyſſ.*

Quemadmodum odorata aromata ſuo odore circumfuſum aërem complent: ſic boni viri præſentia proximos iuuare & oblectare ſolet. D

Euagr. Amicitia inflammatas iræ partes ſanat.

Philemo. Eum amicum exiſtimare debemus, qui & auxiliari, & viciſſim prodeſſe vult, etiam ſi non poſſit.

Qui ab amico perfido conſilium accipit, idem facit, quod qui ex poculo aureo venenum bibit.

Vaſa quidem noua præſtantiora ſunt veteribus ſed amicitia quo vetuſtior, eo melior.

Terræ fruges ſingulis annis, at amicitiæ fructus omni tempore naſcuntur.

Multi amicos ſibi deligunt, non optimos, ſed abundantiſſimos.

Multi cum videantur amici, amici non ſunt: & contra, multi cum non videantur, amici tamẽ ſunt: docti igitur & ſapientis eſt vnumquẽque cognoſcere.

Eorum fugienda amicitia eſt, quorum animus ambiguus & inconſtans eſt.

Iſocratis. Amicos parato, non omnes qui amicitiam tuam appetierint, ſed eos qui tuo ingenio & natura digni ſunt.

Eiuſdem. Nullius amicitiam parato prius, quam ſuperiorem amicitiam quemadmodum coluerit inquiſieris: exiſtimato enim illum talem erga te futurum qualis erga illos fuerit.

A Lente fias amicus, factus autem permanere conator. Æque enim turpe eſt multos mutare amicos, ac nullum omnino habere amicum.

Amicus ex vitæ calamitate & periculorum participatione probato. Aurum enim igni exploramus, amicos autem in rebus aduerſis dignoſcimus.

Vera amicitia tria requirit maxime: Virtutem tanquam honeſtam, & familiaritatem vt iucundam, & vſum tanquam neceſſarium: nam vbi iudicaris, recipere debes, & congreſſu lætari, & ſi egeas vti.

Equi virtutem in prælio, amici autem fidem in calamitate exploramus & cernimus.

B Non decet fratres, vt lances in ſtatera, altero humiliato alterum extolli.

Amicorum abſentium apud præſentes mentionem facito, vt præſentes etiam ne contemnere videaris.

Comis omnibus eſto, ſed optimis vtitor. Sic enim illis grauis non eris, his autem fies amicus.

Amicos parato quibus cum non iucundiſſime, ſed quibus cum optime viuas.

Quot amicos pararis, tot oculos habes, quibus quæ velis videas: tot aures quibus quæ decet, audias: tot conſilia quibus de iis quæ conducunt, conſultare & proſpicere poſſis. Non enim aliter C ſe habet plurium amicitia, quam ſi cui deus vnum corpus habenti multas daret animas, quæ omnes illi prouiderent & conſulerent. *Ex Dionis Chronicis.*

Ariſtotelis Acquirenda magis ſunt bona propter amicos, quam amici propter bona.

Demoſthe. Aptus eſt ad amicitiam, qui plurimas iniurias pati poteſt.

Quemadmodum vinum moribus bibẽtium attemperatur: ſic amicitia vtentium affectibus.

Is cum obiiceretur ei vt probrum, quod cum improbis verſaretur: Optimus, inquit, eſt medicus qui à cæteris omnibus deſperatos recipit.

Idem omnibus placere difficillimum eſſe dicebat.

Socrat. Amicitiam qui violant, etiamſi iniuria affectorum effugerint ſupplicium, at certe Dei vltionem non euadent.

Importune amare nihil eſt aliud quam odiſſe. Verum amicum in rebus aduerſis ne timeto.

Idem Crœſum interrogans, quid eſſet maximum & pretioſiſſimum ex regno conſecutus, illeque reſpondiſſet, vt hoſtes vlciſceretur, & amicos beneficio afficeret: multo inquit, melius feciſſes, ſi & illos tibi amicos aſciuiſſes.

In rebus ſecundis vocatus venire debet amicus verus, in aduerſis autem vltro adeſſe debet.

Democrit. B Non poſſe opitulari amicis, inopiæ eſt: nolle autem, malitiæ eſt ſignum.

Veri amici iucundas amicitias, & leuiores efficiunt calamitates: illis quidem ſimul fruentes; his autem participantes.

Euripidis Omnes locupletum ſe vocari volunt.
Et eſſe amicos: vſus hoc me perdocet.

Clitarchi. Tuas calamitates, amicorum eſſe exiſtimato: tuas autem proſperitates amicis communicato: mortuos amicos lugere haud eſt generoſum, prouidere autem domeſticis diligentiæ eſt.

Catonis. Eum amicum exiſtimato, qui teipſum non tua amat.

A Melius eſt multis amiſſis pecuniis amicum vnum acquirere, quam vno amiſſo amico multas pecunias comparare.

Non diuitiæ amici, ſed amicus diuitiæ. Et diuitiæ nunquam efficient amicitiam, quemadmodum nec terra Deum: amicitia autem diuitias facile adipiſcatur & paret, quemadmodum & Deus terram.

Vt apem propter aculeum non odiſti, ſed propter fructum foues & rueris: ſic amicum propter acerbam obiurgationem ne auerſeris, ſed propter beneuolentiam ames.

Qui amicum mœrentem fugerit, dignus non eſt qui eo gaudente fruatur.

Sic decet nos amare tanquam oſuri ſimus, & odiſſe quaſi amaturi.

Vt aurum igni probatur,
Sic erga amicos beneuolentia tempore cernitur.

Qui tempore ſecundæ fortunæ amico adulatur,
Temporis eſt amicus, non amici.

Inſipientibus amicis ne vtitor: nam tu etiam inſipiens omnino vocaberis.

Verus eſt amicus qui amicorũ calamitatis quoque particeps eſt.

C Aſini vſum arguit aſperitas viæ, & amicum beneuolum calamitates oſtendunt.

Veros amicos ne prius parato, quam falſos repudiaris.

Demonac. Leuioribus afficiuntur homines incommodis ab inimicis quam ab amicis: inimicos enim dum metuunt, cauent: amicis autem dum aperti ſunt, eorum inſidiis opportuni fiunt facileque incidunt.

Nunquam appetij vulgo placere: nam quæ illis placent, nunquam didiceram: quæ autem norã longe abſunt ab illorum affectu.

Socrates. Qui fratribus præteritis alios ſibi amicos acquirunt, iis ſunt ſimiles, qui relicto ſuu agro alienum colunt. D

Critiæ. Qui cum amicis verſatur omnia ad gratiam & voluntatem illorum faciens, ex præſenti voluptate inimicitiam facit in poſterum.

Polyani. Quo pluribus beneficiis affeceris amicum, tanto tibi plura paras commoda. Viciſſim enim ad nos redit illorum beneuolentia.

Cypſeli. Amicis felicibus & infelicibus idem eſto.

Ex dictis & ſententiis Epicteti, Iſocratis Demonactis.

In rebus ſecundis nanciſci amicum quam facillimum eſt: in aduerſis autem omnium difficillimum. E

Calamitates & neceſſitates amicos probant, & inimicos arguunt.

Præſentibus amicis benefaciendum, de abſentibus bene loquendum.

Malorum amicitia, & bonorum inimicitia fugienda.

Nulli amicum à nullo amari exiſtimandum.

Et medicus & amicus non iucundior, ſed vtilior eligendus eſt.

Sexti. Arcanum in amicitia cum audieris, poſteaque inimicus factus fueris, ne enunties: non enim inimicum ſed amicitiam lædis.

Amicum ne parato, cui non credis omnia.

A Amicum vlus cauſa ne diligito: talis enim amicitia temporaria & inſtabilis eſt.

Eſto erga amicos conſtans & ſtabilis, & aduerſus inimicos munitus & cautus. *Pittaci.*

Cum quidam ad eum miſiſſet ornamenta multa, ea diſtribuit amicis: cum autem ex eo quæreretur, cur ſibi nihil reliquiſſet: Quia (inquit) corpus meum his omnibus ornari non poſſit: amicos autem his ipſis ornatos intuens, maximum mihi ipſi ornatum aptatum eſſe putabo. *Cyri.*

Timon ille qui ab odio hominum Miſanthropos Græcis vocabatur, interrogatus cur omnes odiſſet homines, Quia, inquit, merito improbos B odi: reliquos autem, quia improbos non oderũt. *Timon.*

Romulus cum ei crimini verteretur quod cum improbis verſaretur: Et medici (inquit) cum ægrotis, ſed ipſi valent. *Romulus.*

Iudicare oportet antequam ineas amicitiam, poſtea vero non iudicare ſed amare. *Nicoclis.*

Sordidus ſi ſis, nequaquam optimum habebis amicum. *Antigoni Regis.*

Hic diis ſacrificans precabatur, vt ſe à ſimulatis ſeruarẽt amicis: cumque percunctaretur quiſpiam quamobrem tale quid à diis optaret: Quia, inquit, hoſtes cum cognoſco, caueo.

Interrogatus à quopiam vbi theſauros haberet, C amicos oſtendens, in his, inquit. *Alexand.*

Congratulãdum eſt amicis cum præclare cum illis agitur: vt contra condoleſcendum ſi dolore afficiuntur. *Libanij.*

Moleſtiæ quæ ab amicis inter ſe excitãtur, ſunt curatu difficiles omnino, grauiuſque quam hoſtium contumeliæ offendunt.

Quanto fortiores amicos reddideris, tanto ipſe fortior euadis. *Piſomani*

Quæ calamitas extra amicitiam non intolerabilis? quæ proſperitas remota amicitia, non iniucunda eſt? *Dionis.*

Facilius calamitates acerbiſſimas cum amicis feras, quam ſolus proſperitates maximas. D

Eum iuſte miſerrimum iudico, qui in miſeriis & calamitatibus multos habet qui lætentur: in rebus autem ſecundis qui ſimul delectetur, neminem.

Qui gratificatur amicis, is ſimul tanquam gratificans lætatur dando, ſimul etiam tanquam ipſe acquirat.

Arcana ne prodas amico, ſed tegas.
Sic non timebis, factus hoſtis ſi fiat.

Menandri Ne propter iram amici arcana enuncies,
Sperans eum rurſus tibi amicum fore. *Philiſtion.*

DE ELEEMOSINA, SERMO VII.

E CAuete ne beneficentiam veſtram præſtetis ſpectantibus hominibus, quo ab illis ſpectemini: ſin ſecus, præmium nullum habituri eſtis. *Matt.6.*

Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci: talibus enim ſacrificiis placatur Deus. *Galat.6.*

Beneficentia & fide peccata repurgantur. *Solomonis*

Egenti benefacere ne ceſſato: quum poteſt manus tua auxiliari, ne dicas illi eſſe reuertendum, vt poſtridie accipiat, ſi potes in præſens benefacere: neſcis enim quid ſit poſtera dies paritura.

Ignem accenſum extinguit aqua: & eleemoſyna peccatis Deum propitium reddit.

Largire pio, ſcelerato autem ne ſubuenito: be- *Sirach.5.*

Sirach 12. nefacito humili, nec des impio.

Conclude beneficentiam in conclauibus tuis, & ipſa te eripiet ex omni calamitate, & aduerſus hoſtem pro te pugnabit.

Qui beneficentiam præſtat: afflictationis tempore, eſt tanquam nubes pluuioſa ſiccitatis tempore.

S. Baſily. Bona vel inuitus hic relinques, bonorum autem operum gloriam ad dominum aſportabis.

Auaritiæ genus eſt acerbiſſimum ne pereuntia quidem impertiri egentibus.

Tot iniuria afficis, quot largiri potuiſti.

Theologi. Pauper acceſſit, deinde nihil accipiens receſſit. Vereor Chriſte ne ego quoque de manu tua nihil accipiam.

Qui enim nihil dederit, nihil ſe accepturum ſperet.

Beneficio afficere quàm affici honoratius eſt: & miſericordia magis quàm lucrum expetenda eſt.

Si quid largiris, vide ne murmures, quod multi factitant, dantes quidem, ſed parum alacriter: Atqui alacritas dandi, ipſa largitione maius quid & perfectius eſt. Neque vero inquirendum de accepturo beneficentiam, dignus ne ſit an indignus. Multo enim melius eſt propter dignos indignis etiam dare, quam propter indignos fraudare dignos.

Melius eſt pro facultate aliquid afferre, quàm nihil omnino dare: non enim qui non potuerit, ſed qui noluerit, culpandus eſt.

Eſto proximo honoratior, ex eo quod videaris benignior.

Calamitoſis Deus eſto, Dei miſericordiam tibi ad imitandum proponens.

Ad rationem eius à quo petitur moderanda eſt petitio. Æque enim abſurdum eſt, à paruo magna quærere, atque à magno parua: illud enim intempeſtiuum, hoc vero ſordidum fuerit.

Age gratias Deo, quòd ex eorum ſis numero, qui beneficia in alios conferre poſſunt, nõ autem ex eis qui vt beneficiis afficiantur indigent.

Chryſoſt. Cæcus, cui miſericordiam impertieris, nouit in regnũ cœlorum manu ducere: & qui ad parietes impingit, ac in foueas cadit, hic ductor ſit aſcenſus in cœlum.

Quum pauperem paſcis, tete ali exiſtimato: talis eſt huius rei natura, vt à nobis in noſipſos tranſeant & redundent quæ ipſi largimur.

Nihil eum iudicem metuamus, qui ante iudiciũ manum porrigit: nihil iudicem metuamus, qui recipere non recuſat.

Quid ô diues fruſtra laboras, qui bona pauperum in theſauris tuis recondis? quid cum illi aliquid ex te petunt, indignaris, tanquam domeſtica conſumas? paterna requirunt, non tua: tibi in manus propter illos tradita, non tecum procreata: quæ accepiſti, donato, & vſu fructum lucrifacito: tibi ſatis eſt ea te eſſe cõditione vt dones, non vt accipias.

Illud valde eſt à ratione alienum, vt agrum emere cupiens terram feracem quærat: cum autem cœlum ſit loco terræ propoſitum, liceatque illic prædium comparare, in terra manere, ac eius labores ſuſtinere.

Gre. Nyſſ. Qui pauperi impertierit, in partem eius qui pro nobis factus eſt pauper ſe ipſe collocat.

A Vt lucis proprium eſt illuminare, ſic Dei proprium eſt miſereri ſuorum operum. *Nili.*

Sancti Irenæi ex Epiſtola ad Victorem.

Vbi aliquis poteſt benefacere proximis, nec facit, alienus à charitate domini cenſendus eſt.

Philonis. Talem te domeſticis ſeruis præſta, qualẽ Deum in te eſſe velles: vt enim audimus, ſic a Deo audiemur: atque vt intuemur alios, ſic Deus nos intuebitur: offeramus ergo miſericordiæ miſericordiã, vt ſimili ſimile conſequamur.

Demoſthe. Æquum eſt vt miſericordiam impertiamur, non iniquis & improbis, ſed iis qui iniuſtè aduerſa vtuntur fortuna.

B *Biantis.* Bias quendam capite damnaturus lacbrymabatur: rogatus autem quid ei accidiſſet, quod alium damnans ipſe fleret. Quia, inquit, naturæ quidem mutuum dolorem reddere neceſſe eſt, legi vero ſuffragium.

Phocionis Nec ex templo ara, nec ex humana natura tollẽda eſt miſericordia.

Pittaci. Pittacus à quopiam violatus cum vlciſcẽdi haberet poteſtatem, ei remiſit, inquiens: Præſtat ignoſcere, quam vlciſci: illud enim eſt manſuetæ naturæ, hoc feræ & agreſtis.

Democriti, Iſocratis & Epicteti.

Peregrinis impertite & egentibus ex iis quæ adſunt: qui enim indigenti non impertierit, ne C ipſe quidem accipiet, cum eguerit.

Cum piratæ cuidam in terram appulſo & tempeſtate afflictato veſtium quiſpiam attuliſſet, & in domũ adducto deinceps omnia neceſſaria præbuiſſet, à nonnullis vituperatus quod ſceleratos beneficiis afficeret: Non homini (inquit) ſed humanitati, hunc honorem habui.

Chariclea Peregrina in terra quod venale eſt, ignorantibus eſt rarum: quod autem rogatur, facile impertiunt miſericordes.

DE BENEFICENTIA ET GRATIA, Sermo VIII.

D *Luc. 14.* CVm prãdium aut cœnam paras, inquit dominus, noli vocare tuos amicos, nec conſanguineos, nec vicinos diuites, nec & illi te viciſſim vocent, atque ſic mutuum reddatur beneficium.

1 Ioan. 3. Qui bene facit, ex Deo eſt: qui autẽ male, Deũ non vidit

Solomonis Sirach. Prudentiæ eſt agnoſcere cui debeatur gratia.

Qui gratiam refert, futura quoque cogitat, & in poſterum proſpicit, & in tempore calamitatis inueniet ſuſtentationem.

Tanquam pupillam tuam, hominum retine gratiam.

E *Baſilij.* Quemadmodum enim oculi quæ nimium prope admota ſunt non cernunt, ſed iuſtam requirũt diſtantiam: ita & ingratorum animi præteritam gratiam ſentire videntur, quum boni ab eis alienantur.

Operum gratię bonorum, in largitores ipſos reuertuntur.

Theologi. Donec ſecundis vteris ventis, naufragium facienti porrige manum: donec felix & diues es, in miſeriis verſanti ſuccurre.

Liberalitate vtens exiſtima te Deum imitari.

Chryſoſt. Qui enim prior beneficium confert, is aperte declarat benignitatẽ: beneficio autẽ affectus, quicquid reddiderit, debitum reddit, nõ gratiã cõfert.

A

Clemenſis Romani. Haud æquum eſt vt præterito largitore & deſerto, quæ data fuerint, apud ingratos remaneant

Philonis. Nihil æque beneuolentiam conciliat, atque beneficiorum grata commemoratio.

Plus tibi diligendi ſunt, imperator, qui ſuppliciter petenres beneficia abs te ſibi præſtari cupiũt quàm qui tibi munera offerre ſtudent: his enim debes remunerationem, illi vero debitorem tibi efficiunt Deum, qui in propriis numerat quæ in ipſos contuleris, qui remuneraturus eſt optimis donis humanitatis tuæ & benignitatis inſtitutum.

Nili. Si quis beneficium ad animum pertinẽs tibi cõferat, eum tanquam Dei miniſtrum ſecundũ Deũ honorato.

B

Plutarchi. Perinde facit qui in ingratum beneficium confert, ac ſi cadauer pretioſo oblinat vnguento.

Serpentem alit, qui apud ingratum beneficium collocat: neutri enim collata gratia beneuolentiã conciliat.

Gratia tanquam luna, cum plena eſt & perſecta tum pulchra videtur.

Anacreon. Anacreon Poëta cum à Polycrate tyranno auri talentum accepiſſet, reddidit, inquiens ſe donum odiſſe, quod cogeret vigilare.

Demoſthe. Demoſthenes interrogatus quid Deo ſimile haberent homines, reſpondit: Benigne facere & veritatem amare.

C

Democrit. Parua beneficia in tempore data, magna ſunt accipientibus ea in calamitate.

Deo ſimile habet homo, bene agere, ſi modo id non cauponetur: item beneficia præſtare, & veritatem colere.

Parua des potius, quàm magna promittas: nullum enim eſt periculum in illo, & qui accipit re magis quàm verbis eget.

Cui beneficium dare vis, cito dato: tarditas enim donum ingratum efficit.

D

Idem cum animaduertiſſet quendam quibuſlibet prompte largientem & temere ſuppeditantẽ: Male, inquit, pereas, quia Gratias virgines, meretrices effeciſti.

Si potes dare, ne cunctare, ſed dato, cum ſcias res nullas eſſe diuturnas.

Moſchion. Vt in ingratum aliquid conferre damnoſum, ſic etiam in gratum nihil conferre noxium eſt.

Qui diuiti largitur & ſuppeditat aliquid, nihil ab eo differt, qui in mare effundit aquam.

Catonis. Multi mortales ad vlciſcendum promptiſſimi: ad benigne autem faciendum & amicitias conciliandas, tardiſſimi ſunt.

Beneficium apud gratum poſitum, nunquam intermoritur.

E

Alexand. Cum Xenocrati philoſopho quinquaginta talenta miſiſſet iſque repudiaſſet, quod ſibi opus eſſe negaret: percunctatus eſt an Xenocrates ne amicum quidem haberet: Mihi enim (inquit) vix Darij gaza in amicos ſatis fuiſſet.

Cum quidam ex amicis pro dote filiæ aliquid ab eo peteret, quinquaginta talenta iuſſit ei dari: illo autem dicente decem ſatis eſſe: tibi (inquit) decem accipere ſatis videtur, mihi autem decem dare non ſatis.

Idem diſcum oſſibus refertum Diogeni philoſopho Cynico miſit: quem cum accepiſſet Diogenes: Eſt quidem, inquit, cibus Cynicus, *id eſt, caninus*, ſed donum minime regium.

A

Idem dicebat in eodem ponendum vitio, dare indignis & dignis non dare.

Diogenes à quodam rogatus, quam ob cauſam homines mendicis darent, philoſophis vero nihil largirentur: Quia, inquit, ſe claudos & cæcos fore ſperare poſſunt, philoſophos autem minime.

Præſtat terræ mutuum dare, quàm hominibus: Quod non inuita cum fœnore quæ acceperit, reddat. *Philiſtion.*

Lyſander cum ei Dionyſius tyrannus ad vſum filiarum eius pretioſas veſtes miſiſſet, repudiauit: *Lyſandri.* quod diceret ſe vereri ne cum illis ornamentis turpiores viderentur.

B

Gratia, ſi quicquam aliud in vita hominum, apud multos quam citiſſime ſeneſcit.

Parua largiri nihil veretor, nam in rebus etiam *Epicuri.* magnis videbere liberalis. *Sexti.*

Amico beneficia ne exprobrato: eris enim qua *Demoſthe.* ſi non dederis.

Idem dicebat, eum qui beneficium præſtitiſſet, ſtatim obliuiſci oportere: qui autem accepiſſet, perpetuo meminiſſe.

Oportuna gratia, quaſi cibus ſami conueniens, animi indigentiam ſanat. *Heracliti*

Bonis benefacito: pulcher enim theſaurus eſt a- *phyſici* pud virum bonum gratia debita. *Socratis.*

C

Conſumi non poteſt beneficentiæ opulentia: in *Euripides.* dando enim accipitur, & in diſpergendo colligitur.

Si quis tibi de re aliqua non amplius dare volet
Accipe particulam: nam quod minus eſt accipere, *Menandri*
Multo tibi amplius erit, quàm nihil accipere omnino.

DE MAGISTRATV ET POTESTATE, Sermo IX.

D

Rogabant eũ & milites, dicentes: Et nos quid faciemus? Et dixit illis: Neminem concutiatis, nec calumniemini, & contenti ſitis ſtipendiis veſtris. *Luc. 3.*

Subiecti eſtote cuiuis humanæ creaturæ propter dominum, ſiue regi tanquam præcellenti ſiue præſidibus, tanquam ab eo miſſis ad improbos ſupplicio, bonos autem laude afficiendos. *Rom. 13.*

In numeroſo populo conſiſtit regis gloria: in paucitate autem populi abiectio & imminutio principis eſt. *Prou. 14.*

Qualis populi iudex, tales eius miniſtri: & qualis eſt ciuitatis rector, tales ſunt omnes illius ciuitatis incolæ. *Sirach 10.*

E

Vide ne tua laus in reprehenſionem incurrat, & tempore honoris ne extollaris.

Præfecturam à domino ne petas, nec à rege ſedem honorificam. *Sirach. 7.*

Populi impotentia ſæpe peſſimum magiſtratui præficere ſolet. *S. Baſilij.*

Ad præfecti mores ſe totum fingit populus, vt quales tandem fuerint, qui ducunt, tales eſſe qui ducuntur neceſſe ſit.

Decet vt ſemper deteriori præſtantior præſit.

Præfectum non debet dignitas efferre, ne amittat beatitudinem animorum humilitati promiſſam.

Confuſio reipublicæ magiſtratu carentis ſignũ eſt, ordo autem magiſtratum oſtendit. *Theologi.*

Quid iuuat optimum eſſe gubernatorem, ſi prauis vtaris remigibus?

Cum difficile ſit ſcire parere, periculum eſt ne multo ſit difficilius ſcire imperare.

Chryſoſt. Cum talis eſt magiſtratus vt reprehendi non poſſit, tum poteſt ſumma authoritate & punire & ignoſcere, quibus præſit omnibus.

Honoris magnitudo iis, qui non pro dignitate eius vitam degere inſtituunt, ſupplici acceſſio eſt.

Solonis. Deus nullius eget, rex ſolius Dei. Imitare igitur eum qui nullius eget, & petentibus miſericordiam impertire, cum ſeruis ſummo iure non agens, ſed omnibus ea quæ ad vitam pertinent petentibus præbens. Multo enim præſtat propter B dignos etiam indignos miſereri, quam dignos fraudare propter indignos.

Ariſtotelis Multis metuendus multos metuit.

Sapientes magiſtratus non propter magiſtratū, ſed propter virtutem in admiratione eſſe debent, vt mutata fortuna iiſdem laudibus digni iudicentur.

Iſocratis. Æmulare non ſummum magiſtratum adeptos, ſed optime ſuo magiſtratu fungentes,

Peſſimum eum imperatorem eſſe dicebat, qui ſibi ipſe imperare non poſſet,

Democrit. Amari potius, quam metui velis in vita. Quem enim omnes metuunt, & ipſe omnes metuit. C

Magiſtratus aduerſus tempora rationem, aduerſus reſiſtentes audaciam adhibere debet, erga ſubiectos vero beneuolentiam.

Qui aliis imperaturus eſt, debet ipſe ſibi prius imperare.

Clitarchi. Satius eſt ſtultis parere, quam imperare.

In magiſtratu fungendo vtere clementia, in parendo autem animi magnitudine.

Prudentem regem diadema non efficit: mens enim eſt quæ imperat.

Euripidis O diuitiæ, & regnum, & ars artem.
Superans, in vita hac æmulatione plena
Quanta vobiſcum inuidia latet? D

Platonis. Maximarum rerum præfectum decet, ô bone vir, maxima præditum eſſe prudentia.

Catonis. Parce vtendum eſt poteſtate, vt ſemper permaneat poteſtas vtendi.

Princeps ſeu iudex neque pro bonis orari, neq; pro malis exorari debet.

Alexāder. Cum pincerna phialam amiſiſſet auream, eamque amiſſionem ægre ferret, Id reſciſcens Alexander eum accerſiuit, ac dixit: Bono animo ſis fili, vbi vbi eſt, noſtra eſt.

Idem interrogatus, quis eſſet rex optimus: Qui inquit, amicos muneribus retinet, & inimicos beneficiis ambit & reconciliat. E

Diogenes. Rogatus quemadmodum in repub. poteſtate ſit vtendum: Sicut igne, inquit: neque nimis prope accedendum, ne exuraris: neque nimis procul abeundum, ne rigeas.

Cyri. Ei non conuenit imperium, qui non eſt excellentior ſubiectis.

Solonis. Impera ſi prius parere didiceris: qui enim parere didicerit, imperare non ignorabit.

Agathonis Principem trium meminiſſe oportet: primum ſe hominibus imperare: alterum, ex legibus imperari debere: tertium, ſe non ſemper imperaturum.

Antigoni Is cuidam vetulæ ipſum beatum prædicanti: Si A ſcires, inquit, ô mater, quàm multis malis ſit hic pannus refertus, diadema autem oſtendebat, è ſtercore nolles tollere.

Magiſtratum adeptus prauis miniſtris ne vtitor eorum enim quæ illi peccarint, culpa in te transferetur.

Epaminondas Thebanus, cum magnum & pulchrum videret exercitum, duce carentem: Quanta, inquit, belua caput nullum habet? *Epaminondas.*

Regem meminiſſe decet, ſe hominem, parem Deo poteſtatem accepiſſe: vt præclara & diuina ſibi proponat, prudentia autem vtatur humana. *Philippi.*

Vt multitudinem colere debet, qui in democratia & ſtatu populari verſatur: ſic illi qui in monarchia & ſub vnius dominatu viuit, regem mirari & venerari conuenit.

Si recte familiam tuam cupis adminiſtrare, Lycurgum Spartanum imiteris. Vt enim ille nō mœnibus ciuitatem ſepſit, ſed virtute ciues obuallauit, & perpetuo ciuitati libertatem retinuit: ſic tu non magnam aulam circundato, & turres altas excitato, ſed ciues beneuolentia, fide, amicitia firmato: atque ita nihil in eam irrumpet nociturum, ne ſi totum quidem improbitatis agmen ſe opponeret. *Epicteti.*

Nemo prudēs magiſtratum gerere à ſe alienum putet, cum ſit impium ſe ab iis ſeducere qui tuo indigent beneficio, & improbis credere minime generoſum: ſtultū eſt enim præoptare male regi, quàm bene regere.

Indignum & moleſtiſſimum eſt deteriores melioribus imperare; & ſtultiores prudentioribus præſcribere.

Fac ſis dignus magiſtratu, non aſperitate, nec ſeuerius puniendo: ſed talem te gerendo, vt conſilio tuo omnes vincantur, & cedant. *Iſocratis. ἀρχικός* *Charetmonis.*

Omnino virtus effugat ſuperbiam.

Eumenes rex fratribus ſuis perpetuo dicere ſolebat: Si vt rege me vtemini, ego vobis vt fratribus vtar: ſin autem vt fratre, ego vobis vt rege. *Eumenes.*

Cotys Thracum rex Thebanis gloriantibus quod Lacedemoniis imperarent: Ego, inquit, vidi torrentes perennib. fluuiis maiores & auctiores factos, ſed ad tempus exiguum.

Idem interrogatus, cui regiam relinqueret: Potenti, inquit.

Corporis quidem natura cuiuis homini par eſt rex: dignitatis autem poteſtate Deo, qui ſupra omnes eſt, ſimilis: nihil enim habet in terra ſe altius. Decet igitur eum vt mortalem non efferri, & vt Deum non iraſci. Tametſi enim diuina imagine honoratus eſt, tamen terreſtri etiam connexus eſt per quam erga omnes ſimplicitatem edocetur. *Agapeti.*

Princeps dare operam debet vt ſubiectis venerabilis potiùs quam terribilis eſſe videatur: illud enim grauitatis tantum eſt, huius vero comes eſt ſæuitia. *Muſonij.*

Maligna natura poteſtatem nacta publicas inuehit calamitates. *Democrit.*

Tum ciuitates pereunt, cum magiſtratus malos à bonis ſecernere non poſſunt. *Antiſthen.*

Vt furenti gladium dare periculoſum, ſic & improbo poteſtatem.

Si ſtolidis diuitiis accedat poteſtas, *Menandri*
Vel antea viſos ſapere, ſtultos faciunt.

Proſpera fortuna ſtultis deſipiendi cauſa eſt. *Demoſthe*

DE VSTVPERATIONE ET CALVMNIA, Sermo x.

Matt. 5. BEati eſtis cum probris vos affecerint homines, perſequuti fuerint, & omne maledictum in vos iecerint mentientes propter me.

Rom. 12. Cum cõuitiis afficimur, benedicimus: cum fugamur, ſuſtinemus, cum maledictis impertimur, obſecramus.

Solomonis Tegunt inimicitiam labia iuſta: qui autem conuitia iactanr, inſipientiſſimi ſunt.

Sirach 28. Vir ſceleroſus turbabit amicos, ac inter pace fruentes iaciet calumniam: vt materia ignis ſic exardeſcet.

Prius quam examinaris, ne reprebendas: nôſce prius, deinde increpato.

S. Baſilij. Non verba ipſa dolorem nobis afferunt, ſed noſtra erga nobis conuitiantem ſuperbia & contemptus, & vt cuiuſque eſt opinio.

Solẽt quodammodo magnis principibus huiuſmodi obſequiorum artifices adhærere: vt quoniam proprio bono carent quo innoteſcant, ex alienis malis ſe ipſi commendent.

Theologi. Haud magnum eſt reprehendere, imo facillimum & cuiuſuis eſt: at ſententiam ſuam in locum reprehenſæ proponere, viri eſt & pij & magna mẽte præditi.

Male audire, quam male dicere præſtat.

Tangit non ſolum multitudinem, ſed etiã principes Momus.

Chryſoſt. Vt benedicere & laudibus afficere, principium eſt amicitiæ: ſic male dicere & calumniari, inimicitiæ & odij infinitorum que malorũ origõ & materia eſt,

Fieri nõ poteſt, vt qui virtute excellunt, apud omnes bene audiant.

Si illi qui leues & inanes excipiũt narrationes, veniã nõ impetrabũt: qui criminãtur & cõuitiantur, quam habituri ſuut defenſionem?

Non dolendum ſi male audiamus, ſed ſi iure male audiamus.

Plerique vitiorum ſuorum reperiuntur patroni, alienorum accuſatores.

Plutarchi. Lingua maledica malæ mentis index eſt.

Iſocrat. Caue calumnias, etiam ſi falſæ fuerint. Vulgus enim veritatem ignorat, ad famam reſpicit.

Hic cũ quidam ad eũ obrrectatoris ſermonem referret, ac diceret: Me præſente ille hæc de te maledicta iaciebat: Niſi tu, inquit, libenter audiſſes, nunquam ille conuitiatus eſſet.

Democrit. Gladi' quidẽ ſecat, calũnia autẽ ſeparat amicos.

Socratis. Cũ quidã ei dixiſſet: quidã de te male loquitur: Verberet me, etiã (inquit) non præſentem.

Suſurronẽ & calumniatorẽ ne recipito: non eñ beneuolẽtię cauſa hoc facit: Et ſicut aliorũ ſecreta tibi enũciauit, ſic & quę à te dicũt, aliis exponet.

Moſchion. Multorũ improborũ calumniis peti, neque verũ, neque detrimentoſum eſt: at ab vno aliquo bono vituperari & verum & commodum eſt.

Demonac. Cum Sophiſta quidam eum accuſaret, diceretque, Cur de me male loqueris? quia non contemnis, inquit, male loquẽtes.

Diogenes. Cum à caluo quodam cõuitio afficeretur: Tibi contumeliã, inquit, non dico, ſed capillos tuos laudo, quod malam effugerint caluam.

Cum proditor quidam ei malediceret: Gandeo (inquir) me factum inimicum tuum: non enim inimicis, ſed amicis male facis.

Ariſtippi. Ariſtippus cum contumelia à quodam afficeretur, ſecedebat: maledico autem perſequente, ac dicente: Fugis? Etiã, inquir: nam tu male dicẽdi poteſtatẽ habes, ego vero non audiendi.

Pelopidas. Pelopidas, cum fortis quidam miles delatus eſſet ei, quod obloqueretur: Ego (inquit) facta eius video, verba non andiui.

Philemon. Nihil neque ſuaui', neq; muſicæ cõuenicti' eſt.
Quam poſſe conuitiantem ferre.
Etenim in conuitium facientem, ſi qui conuitio afficirur
Diſſimulet, ipſum conuitium redundat.

Demoſthe. Demoſthenes, cum quidam ei conuirium faceret: Non deſcendo (inquit) in certamen, in quo victus victore ſuperior eſt.

Menandri Nihil eſt moleſtius calumnia.
Peccatum enim quod alteri ineſt,
Neceſſe eſt illum met qui calumniam patitur ſeu
proprium crimen ſuſcipere,

Eiuſdem. Qui calumniis cito credit,
Aut ipſe improbis eſt moribus,
Aut omnino puerile ingenium habet.

Regini. Muſis iam maiora accidere mala à calumniatoribus, quod ab hoſtibus: multique maioribus & pluribus afficiuntur malis propter aurium infirmitatem, quod ab inimicorum inſidiis.

Cleanthis. Maleficentius calumnia nihil eſt:
Clam enim quodãmodo cũ perſuaſum deceperit,
Odium fingit aduerſus eũ, qui omnino extra culpam eſt.

Serxis. Criminans amicum non approbetur, etiã ſi vera dicat.

Chryſippi Cum quidam ei diceret: Amicus clanculum te mordet, & conuitiatur: Hominem, inquit, ne arguito, quoniam idem palam facturus eſt.

Luciani. Idem à quodam improbo multis affectus conuitiis: Optime, inquit, feciſti, quod nihil eorum quæ in te ſunt prætericris.

Idem cum quidam narraret quoſdam ipſi obloqui: Atqui ego, inquit, ſic vitam degam, vt illis nemo ſit crediturus.

Quis non fateatur in omnibus rebus æquabilitatem, & nihil nimium & redundans, iuſtitiæ opera eſſe inæqualitatem vero & nimiam habendi cupiditatem, iniuſtitiæ? Atqui calumnia in abſentes clanculum abutens aliquis, quid eſt cur auarus & cupidus non cenſeatur? Quippe qui totum auditorem ſuum reddat & occupet, eiuſque aures obturet, & poſteriori ſermoni clauſas reddat calumnia iam repletas.

DE ADVLATIONE, SERMO XI.

Matt. 5. VÆ cum de vobis bene loquentur homines.

Apoſtoli Iudæ. Iſti ſunt murmuratores, queruli, cupiditatibus ſuis ſeruientes, quorumque os ſuperba & tumida loquitur perſonas admirãtur vtilitatis cauſa

Solomonis Sermones adulatorum molles: iſti autem verberant intima viſcerum.

Reprehendens adulante melior eſt.

Eſaiæ. 3. Qui vos beatos prædicant, in errorem vos inducunt, & ſemitam veſtram turbant.

S. Baſilij. Fugiamus adulationes & blandas aſſentationes, & inſidioſæ vulpis vafriciem ac verſutiam.

Nihil eſt moleſti' viris prudẽtib', quàm ad opinionem alterius viuere, & quæ vulgo placẽt circũſpicere, nec rectã rationem vitæ ducem ſequi.

Si

Theologi. A Si me vitiis obnoxium, optimũ exiſtimares, quid me facere oporteret? deterior ne fierem, vt magis tibi placerem? non ſic mihi velint conſulere. Eadem ratione nec ſi ex virtute viuerẽ, & tu me labi & peccare putares, virtutis vitam mutarem. Non enim tibi magis, quam mihimetipſi viuo.

Eſt enim viri magnanimi amicorum magis libertatem admittere, quam inimicorum aſſentationẽ.

Lõge ſatius eſt, paruo dolore illato magnas creare vtilitates, quàm perſequendo voluptatem ſumma rerum multare.

Chryſoſt. Facta rerum in miſeriam mutatione auferuntur adulatorũ perſonæ, hiſtrionum chorus patefit, & totius rei ſimulatio. B Aperiuntur omnium ora dicentium. O impurum, ò ſceleratum, ò perquam ſceleratum. An non heri adulabaris, & manus ei⁹ exoſculabare? perſonata erant omnia: venit tempus, & abieci perſonam, & voluntatem expoſui.

Amicitiæ morbus eſt adulatio.

Clemens. Principum fortunas magis, quam ipſos principes colit vulgus.

Plutarchus. Armaturę pictæ perſimilis eſt adulatio: propterea quod voluptatẽ habet, ſed omni vtilitate caret.

Ligna dum ignem augent, ab ipſo igni conſumuntur: ſic opulentia quæ adulatores alit, ab iſtis ipſis corrumpitur.

C Vt corui inuolantes cadauerũ oculos effodiũt: ſic⁹ adulatores ſuis laudationibus rationẽ & mentem humanam corrumpunt.

Lepus canem, amic⁹ adulatorem natura hoſtem exiſtimare debet.

Nec vxori meretricem, nec amicitiæ adulationem præponere debemus.

Lætandũ magis reprehẽſoribus, quã aſſentatoribus: illi enim veluti ſtimulo animos excitant, hi vero gratificantes diſſoluunt & ſubuertunt.

Iſocratis. Arte aſſentantes ab iis qui cum beneuolentia te colunt diſcernito ne ſint apud te meliore conditione mali, quam boni.

D Eodem ſunt digni odio aſſentatores & deceptores: vtrique enim iidem ipſis habentes lædunt.

Diogenes. In aſſentatione tanquam in monumento ipſum ſolum nomen amicitiæ inſcriptum eſt.

Interrogatus quæ beſtia peſſime morderet: Ex feris, inquit, ſycophanta, ex cicuribus adulator.

Demoſth. Demoſthenes adulatorem à coruo hoc differre dicebat, quod ille viuos hic mortuos voraret.

Antiſthenes Antiſthenes dicebat, magis optandũ eſſe in coruos incidere, quam in adulatores: quod illi mortui corpus, hi animũ viuentis lanient & corrũpãt.

Crateta. Adoleſcenti opulento multos adulatores perſicienti: Adoleſcẽs, doleo (inquit) tuam ſolitudinẽ.

E Quemadmodum Actæon à canibus quos ipſe aluerat, interfectus eſt: ſic adulatores eos à quibus aluntur deuorant.

Ex Phauorini commentariis. Argue teipſum quiſquis es, nec ad gratiã audias ſed adulatoribus libertatem adimas.

Zeno.

Pythagoras Gaude magis reprehendentibus, quam aſſentantibus. Tanquam hoſtibus deteriores auerſare aſſentantes.

Socrat. Adulatorũ beneuolẽtia, tanquã tergo hoſtibus dato fugit infortunia & res aduerſas.

Epictet. Corui mortuorũ oculos corrumpunt, quũ iã eorũ nullus eſt vſus: at adulatores viuorũ animos perdunt, & animorum oculos excæcant.

Simij iræ comparantur adulatorum minæ.

Appendix.

A Approbato eos qui bene conſulere cupiunt, nõ etiam eos qui vbique adulari ſtudent: illi enim vtile inveritate cernunt, hi vero ea quæ potentibus placent, ſpectant, corporumque vmbras imitantes omnibus illorum dictis aſſentiuntur.

Caue fallaces adulatorum ſermones: hebetantes enim animi rationes & conſilia, rerum veritatem cerni non concedunt: aut enim laudant vituperatione digna, aut ſæpe vituperant quæ ſunt omni laude maiora. *Philonis.*

Delphini quouſque vndæ ſubſunt, cum natatoribus natant, ſed in ſiccum non ſe immittunt: Eodem modo adulatores in ſerenitate manent: & qui B amicos ad peregrinationem deducunt, tantiſper dum via leuis & plana eſt comitantur: at vbi in aſperam deuenerint, diſcedunt. *Sotionis ex lib. de Ira.*

Omnium vitiorum turpiſſimum adulationem inuenies licet. Primum enim laudem rem pulcherrimam & iuſtiſſimam corrumpit, vt iam ne ſi vere quidem adhibita fuerit, fidem mereatur: & quod indigniſſimum eſt omnium, virtutis præmia vitio donat, vt ſceleratius facere videantur quam qui nummos corrumpunt & adulterant. Hi enim ſuſpectos reddunt nummos, illi virtutis fidem labefactant. *Dionis Chryſoſt.*

Phocion Antipatro dicere ſolebat: Non potes C me & amico & adulatore vti: *Phocionis.*

DE DIVITIIS, PAVPERTATE, ET AVAtia, Sermo XII.

FAcilius eſt camelum per foramen acus intrare quam diuitem in regnum cœlorum. *Matt. 10. & Luc. 18.*

† Diuitibus huius ſæculi præcipe ne ſuperbe de ſe ſentiant, nec ſpem ponãt in diuitiis incertis, ſed in Deo, qui nobis omnia præbet opulente, quib⁹ fruamur. *1. Tim. 6.*

Diuitiæ iniuria coaceruatæ euomentur. *Iob. 20.*

Melior eſt pauper iuſtus, quam diues mendax. *Salom. 19*

Pecuniæ obediunt vniuerſa. *Eccleſ. 10*

Vigilia opulentiæ tabefacit carnes, & ſollicitu- D do eius ſomnum adimit.

Diuiti lapſo multi præſto ſunt adiutores. Enuntiauit arcana & abſoluerunt eum, iuſtumque pronuntiarunt.

Diues locutus eſt, & omnes conticuerunt, ſermonemque eius vſque ad nubes ſuſtulerunt. *Sirach. 13.*

Paupertas cum veritate quauis voluptate temperantibus precioſior eſt. *S. Baſily.*

Non dedecoroſum eſt pauperem eſſe, ſed non ferre æquo animo paupertatem.

Animus auaritia præoccupatus, trutina eſt ad pondus regulæ momentum deferens. *Theologi.*

Paupere nihil tutius.

E Ad Deum inclinat, & ſolum eum intuetur.

Vtinã pereãt diuitiæ, ſi nõ ſuccurrãt pauperib⁹.

Præſtat paupertas non iuſtæ poſſeſſioni: ſic etiã morbus præoptandus eſt quam mala corporis pinguitudo. *ἀνεξίας.*

Moleſtum quidem eſt pauperie premi, at deterior eſt iniqua abundantia.

O quãta dignitas paupertatis eſt. Dei fit perſona (vel Dei ſuſtinet perſonam) latet in paupertate De⁹. Et paup eſt q manũ protẽdit, ſed de⁹ eſt q recipit. *Chryſoſt.*

Vt ex edacitate naſcitur inflammatio, ex inflammatione febris, quam ſæpe mors conſequitur: Sic & à rerum & diuitiarum exuperatione amentia gignitur: vt enim in corporib⁹ inflammatio, ſic & *Φλεγμονή.*

in animo amentia, deinde ex ameotia cupiditas ea rum rerum, quæ non conueniunt, ſequi ſolet.

Gre. Nyſſ. Pauca honeſte habere pluris faciendum, quam multa inhoneſte.

Nulla eſt vnquam lucrandi ſatietas: ſed quod ſemper acquiritur & accedit, materia eſt & ſomes plus habendi cupiditatis.

Graue quiddam eſt aurum, leue autem & ſublime petens virtus. Si ergo ad ſuperna venire oportet, detrahentibus rebus & impedientibus carere debemus, vt in excelſum collocemur.

Philonis. Diuitiarum pulchritudo non eſt in crumena, ſed in egentium ſubuentione.

Pecuniarum & poſſeſſionum cupiditates tẽpus conſumunt: temporis autem parcum eſſe pulchrũ eſt.

Didymi. Maiore & diligentiore cura foueto, quos virtutis & pietatis cauſa ſcis in paupertatem incidiſſe, quam aliter paupertate preſſos: præterea magis curandi qui ex morbo aut inſortunio egẽtes ſuot facti, quam qui ex maleficio aut luxu.

Nili. Noli diteſcere propter cupiditatem benefaciẽdi pauperibus, nam ex his quæ adfuerint Deus iuſtum eſſe ſanxit miſericordiam impertiri egẽtib⁹.

Plutarchi In bello quidem ad ſe tuendum vtilius eſt ferrum, quam aurum: in vita autem ratio diuitiis præſtat.

Neque equo ſine freno, neque diuitiis ſine ratiooe & conſilio vti tuto poſſumus.

Talares togæ corpora, diuitię nimiæ animos impediunt.

Nec coouiuium ſine ſermone & colloquio, nec opulentia abſque virtute vllam habet voluptatẽ.

Auarorum vita ſimilis eſt mortui conuiuio: omnia enim cum habeat, qui delectetur neminem habet.

Neque à mortuo colloquium, neque ab auaro beneficium quærendum eſt.

Apes ad mellis, auari autem ad lucri odorem confluunt.

Auaro necis loco eſt, pecuniarum lucri cupiditas: nam pecuniæ quaſi ſanguinis ademptio mortem ipſi affert.

Parant nonnulli in vita, quæ ad vitam pertinẽt, quaſi victuri poſt vitam.

Diuites autem & inexplebiles aqua inter cutem laborantibus ſimiles eſſe dicebat: hi enim aquis pleni ſitiunt, illi pecuniis.

Neque enim equus generoſus iudicatur, quod ſit magnifico inſtructus apparatu, ſed quod egregia natura ſit præditus: neque vir bonus creditur quod multa poſſideat, ſed ꝙ generoſo ſit animo.

Contemne eos qui diuitiis ſtudent, partis autem vti non poſſunt: Similiter enim eis accidit, vt ſi quis egregiũ comparet equum, cum ſit ipſe equitandi imperitus.

Magnanimos exiſtimato, non eos qui maiora ſibi aſſumunt, quàm vt poſſint retinere & tueri: ſed eos, qui mediocritatem ſequentes, ea quæ inſtituerunt, perficere poſſunt.

Ariſtotelis Paupertas multis eget, inſatiabilis cupiditas omnibus.
Democrat

Omnibus ineſt quædam perpetua diuitiarum cupiditas: quæ ſi non acquiſitæ fuerint, vexant: ſint erunt acquiſitæ, ſollicitudine & cura torquẽt amiſſæ vero, dolores etiam afferunt maximos.

A Nemioẽ vnquã ob diuitias & gloriã beatũ exiſtimes: talia enim omnia incertiora ſunt: minorique fide deuincta, quam vt booa cenſeri debeant.

Non diues ſed diuitiis vtens beatus.

Maximum eſt in diuitiis, agnoſcere quod ſuperuacuæ ſint.

Si non multa concupiſcas, pauca etiam multa videbuntur: exigua enim appetẽtia, paupertatem opulentiæ efficit parem.

Naturalis opulentia pane & aqua, & corporis tegumeoto non exquiſito expletur contenta: ſuper uacanea autem in animo perpetuum habet cupiditatis cruciatum.

B Idẽ interrogatus quemadmodũ quis diues fieri poſſit: Si, inquit, cupiditatum pauper erit.

Quantũ eſt in natura, omnes ſumus diuites: ſed quantum eſt in nobis, omnes pauperes ſumus.

Qui naturalibus diuitiis cõtentus eſt, multo eſt ditior eo, qui cũ multa poſſideat, plura tamẽ cõcupiſcit: illi eñ nihil deeſt, huic plura quã poſſideat.

Nimia pecuniæ coaceruatio parentum propter liberos, ſpecies & prætextus eſt auaritiæ, mores innatos oſtendens.

Maxima mala effugerunt pauperes, inſidias, inuidiã, odiũ, in quibus diuites quotidie verſantur.

Diogenes. Diogenes Cynicus ab aliquo rogatus cur aurũ
C pallidum eſſet: Quia, ioquit, multos habet inſidiatores.

Idem Anaximenis ſeruos conſpicatus multa vaſa ferentes, cuius ea eſſent interrogauit Cum autem illi Anaximenis eſſe reſpondiſſent: An non pudet eũ, inquit, tã multa habere, cũ ſeipſum nõ habeat?

Socrates. Vinum cum vaſis oatura mutatur, diuitiæ cum dominorum moribus.

Vt ſudor qui ab exercitatione prolicitur, decẽtior & vtilior eſt: ſic diuitiæ noſtris partæ laboribus iucundiores ſunt.

Diuitum & prodigorum bona, fico arbori poſitæ in loco præcipiti & abrupto comparabat, do
D qua homines nihil accipiant, ſed corui & milui: quemadmodum ab illis ſcorta & adulatores.

Idem interrogatus qui ſint auari & pecuniæ ſtudioſi: Qui turpia, inquit, lucra venantur, & neceſſarios amicos contemnunt.

Auarorum diuitiæ, quemadmodum ſol poſt occaſum neminem viuentium iuuant.

Euripides in Danae. O aurum pulcherrima felicitas hominibus.
Nam neque mater huiuſmodi voluptate fruitur
Non tam liberi hominibus, neque liberis tam charus eſt pater.
Quod ſi Venus tales habet oculorum radios,
Non mirum eſt ipſam infinitos amores alere,

Moſchion. E Quemadmodum ornatus equorum, & nidus auium, vt extollantur & geſtiant noo efficiunt, ſed in illo pedum velocitas, auibus alarum: ſic homini noo ornatus, non delitiæ, ſed booitas & beneficentia gloriam pariuot.

Si in Perſia natus eſſes, non laborarẽs Græciam habitare, ſed ibidẽ fœliciter verſari ſtuderes Cur igitur in paupertate natus contendis diteſcere, oon in eadem permanens feliciter vitam degere?

Homo temperans patientia & generoſitate paupertatem honorans, diuitiis eam reddit honorificentiorem.

Dos magna liberos non efficit meliores.

Con-

[…]ardi. Contir ›ntia pietatis eſt fundamentum: cupiditas habendi, auaritiæ initium: ex auaritia autem & ſtudio pecuniæ naſcitur iniuſtitia,

Catonis. Gloriæ & diuitiarum ſine prudentia parum tuta poſſeſſio eſt.

Apolon. Naturaliter pauperem eſſe, turpe non eſt: ſed ob turpem cauſam pauperem eſſe, probroſum eſt.

Eſdiæ. Stulti mortales improbos pecunioſos colunt & admirantur: bonos autem, damnata eorum inopia contemnunt.

Menandri. Animam decet habere diuitem, pecuniæ vero iſtæ nihil ſunt aliud quam oſtentatio, & externus ornatus vitæ.

Beatus eſt ille, qui opes & mentem habet.
Is enim boneſte & vbi decet, eis vtitur.

Quiſquis auro manum ſubiicit. etſi non fateatur, propoſitum habet malum.

Nunquam eum felicem iudicaui.
Qui valde diues ſuis rebus frui non ſolet.

Cratonis. Dicis, ſed quæ dicis lucri cauſa dicis.

Nulla eſt maior in vita calamitas paupertate.
Nam licet ſis natura bonus, tamen ridiculus eris.

Præſtat boneſte pauperem eſſe, quam diuitem inboneſte: illud enim miſericordia: hoc reprehenſione dignum eſt:

Ex Phauorini commentariis. Bœntus amplius ſeptuaginta annos natus cum in theſaurum incidiſſet, ſublato crure contemplit & præterijt quaſi iam nihil ad ſe pertinentem.

Ariſtony. Quemadmodum ex his qui idem vinum biberint, alij bacchantur & furiunt, alij mitiores redduntur: ſic etiam qui pares babent diuitias, nõ pariter tamen afficiuntur.

Bion. Bion eos eſſe deridendos putabat, qui eius generis diuitiis ſtudent quas fortuna largitur, illiberalitas ſeruat, benignitas auſert.

Theognid. Non fruſtra te Plute colunt, venerantur & omnes
Nanque tibi facile eſt, non leue ferre malum.
Haod aueo diues fieri nec multa requiro.
Abſque malo paucis, viuere ſufficiet.

Lucian. Editus in lucem nudus ſum, nudus abibo.
Quid fruſtra ſudo ſunera nuda videns?

Simonidis Simonides interrogatus vtrum magis expetendum, diuitiæ an ſapientia: Neſcio, inquit, video tamen ſapientes diuitum ianuas frequentare.

Ariſtidis. Ariſtides cognomento iuſtus, cum quidam ei diues paupertatẽ exprobraret. Mihi, inquit, paupertas nihil mali videndum præbebit, tibi autem diuitiæ turbas non paucas.

H.eronis. Cum vituperaretur quod cum multos rhetoricari docuiſſet, ipſe egeret: Atqui, inquit, diteſcere non docui eos, neque pecuniæ ſtudere.

Muſonij. Crœſi quidem & Cyri theſauros tanquam extremæ paupertati obnoxios damnabimus: vnum autem ſolum diuitem credimus ſapientem, vt qui poſſit vbique tantum reperire quantum iudigentia poſtulat.

Xenophontis Philoſophi. Paupertatem per ſe doctam philoſophiam eſſe dicebat: quæ enim hæc verbo ſuadet, illa opere cogit.

Multorum malorum tegumentum eſt opulentia.

Idem diuitem & indoctum ſordes inargentatas eſſe dicebat.

Philiſtion. Etiamſi fueris terræ decem millium cubitorum
Dominus, mortuus tamẽ eris trium aut quatuor.
Appendix.

Demonac. Sunt quidam qui non in hac præſenti vita viuunt, ſed magno ſtudio præparant quaſi alteram vitam ſint acturi, non hanc præſentem.

Ex Ariſtip ſenectus. Non vt calceamentum maius inutile eſt, ſic & poſſeſſio maior: illud enim dum vtimur, impedimẽto eſt: hac autem vel tota vti licet tempeſtiue.

Demoſth. Demoſthenes cum animaduertiſſet auarum quendam efferri: Iſte, inquit, cum vitam non vitalem vixerit, aliis vitam reliquit. (*Bios, Græcis & vitam & victum ſignificat.*)

Damnum lucro turpi magis expetendum: illud enim ſemel moleſtum erit, hoc vero ſemper.

Democriti alias Theocriti. Diuitum multos dicebat eſſe procuratores, non autem pecuniarum dominos.

† Platonis. † Qui corpus curat, is non rem ſuam, ſed ſeipſum curat: qui autem pecunias, neque ſe ipſe nec ſua curat, quam longiſſime à ſuis abeſt.

Diphili. Si nemo acciperet, nullus improbus eſſet.
Auaritia hoc eſt, quando ius & æquitatem.
Spectare deſiſtens, lucri perpetuo ſeruus es.

Anacreon. Anacreon cum dono accepiſſet à Polycrate quinque talenta, ſollicitusque fuiſſet propter illa duas noctes, ea reddidit, dicens non ſe ea æſtimare pretio ſollicitudinis, qua ipſorum cauſa ſolicitaretur.

Iſocrat. Duabus de cauſis bona tua in pretio habeto: tum vt magnum damnum diſſoluere aut magnam iacturam reſarcire poſſis, tum vt amico bono in miſeriis verſanti ſubuenias: ad reliquam vero vitam incertam, non admodum, ſed mediocriter æſtimanda ſunt. Præſentibus contentus eſto, & †meliora quærito. *† alias futura.*

DE VIRTVTE QVA QVIS REBVS SVIS conten[…]tus eſt, Sermo XCII,

Matt. 6. NOlite, inquit dominus, ſoliciti eſſe animæ veſtræ, quid edatis, neque corpori quo induamini.

Philip. 4. Ego didici iis quæ mihi adſunt, contentus eſſe: noui & in humilitate viuere, noui & in rerum magna copia verſari: in omnibus rebus inſtitutus ſum, & ſaturari & eſurire, & copia vti & inopia: omnia poſſum per Chriſtum qui me corroborat.

Salom. 30 Nec diuitias, nec paupertatem mihi dederis domine: ſed mihi conſtitue quæ decet, quæque ſatis ſint, vt ne impletus mendax fiam ac dicam: Quis me videt? aut in paupertatem redactus furer, & diuinum nomen iurem.

Sirach. Vita quæ ſeipſa contenta eſt, in operario dulcis & iucunda erit.

Sirach. 31. Somnus ſanitatis in inteſtinis moderatis.

S. Baſilij. Vis illa, qua animal regitur, mediocritatem quę ſatis ſit facile concoquit, & corpori nutriendo aſſimulat. Luxu autem & eiborum varietate obrupta, vbi demum reſiſtere nequit, varia morborum genera producit.

Honeſte pauca habere maius & pretioſius eſt, quam multa inhoneſte.

Theologi. Chryſoſt. Diues eſt, non qui multa poſſidet, ſed qui non multis indiget.

Ad vſum & neceſſitatem non ad voluptatem vitæ modus datus eſt: depoſito igitur ſuperuacaneo quod neceſſarium eſt tantum amplectamur.

Euſebij. Nili. Prim am pro communi ſalute precandum eſt, deiode pro oobilipſis. A

Vt auiculæ alarũ motu in ſublime tolluntor,& aëreæ fiũt:ſic& vir piut&deum colens à terreſtrib*ad cœleſtia per precatiooẽ ſemetipſum trãsfert

Si male & inutiliter aliquid petas,quemadmodũ qui ſebricitat, ſuppliciter petit ſibi dari vinum: Deus,qui futura prouidet,tuæ non paret voluntatĩ,neque dat quæ ſioe ratione petis.

Diuitias in precatione ne petas,nec ſanitatẽ,nec inimicorũ vltionẽ, nec humanam gloriam: ſed ea tantum quæ ad animæ ſalutem pertinent.

Quemadmodum reſpirare nunquam eſt intempeſtiuũ:Sic neque poſtulare à domino petitiones myſticas vſque ad extremum ſpiritum. B

Cum pro bono aliquo obſecras Deum,nec ſtatim audiris ab illo,non tamen rẽ negligas aut deſperes,Sępe quod eo tẽpore petis,nihil tibi prodeſſet ſi concederetur.

Ariſtotelis Precãtem prudentem eſſe oportet,ne quid mali imprudens ſibimetipſi precetur.

Alexand. Alexãder rex cũ ſibi multa de matre ſcripſiſſet Antipater:Ignoras,inquit,Antipater matrisvnam lachrymã multarũ calũniarũ epiſtol.deleturã eſſe

Epicuri. Si hominũ preces Deus ſequeretur, cito homines perirent omnes. Nam ſubinde multa& acerba alij in alios præcantur. C

Ex ſententiis Epicteti & Iſocratis.

Tum meliores fiunt homines,cum ad Deum accedunt: Illa autem Deo ſimilia habent, beneficia præſtare & vere dicere.

Biantis. Is cum aliquando vna cum impiis quibuſdã nauigio veheretur, magnaque tempeſtat excitata eſſet, & illi deos inuocarent: Silete, inquit, ne ſentiant vos hic nauigare.

Eos qui à diis meliorẽ peterent mẽtẽ,nec ſe ipſi emendarent, ſtultos&hebetes eſſe dicebat: non enim pictorẽ precari à diis, vt lineã dẽt & elegãtẽ colorẽ,niſi artẽ diſcat: neq; vllã eſſe muſicã propter preces&optata,niſi quę muſices ſunt diſcantur. Eodẽ modo ne prudẽtẽ quidẽ vllũ vnquã euadere precãdo, niſi earum rerũ diſciplinã colat. D

DE DOCTRINA ET SERMONE,

Sermo XV.

Matt. 5. Vere dico vobis,quiſquis ſecerit&docuerit,is magnus vocabitur in regno cœlorum.

Iacob: 1. Sit omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad loquendum. Quod ſi quis in ſermone non labitur,hic perfectus eſt,qui poſſit etiam totum corpus frenare & regere.

In aures inſipientis nihil dicito, ne tuos irrideat ſermones prudentiæ plenos.

Sirach 21. Narratio ſtulti eſt quaſi ſaſcis in via:in labiis autem eius iouenietur gratia. E

Ne contemnas ſapientium narrationes, &in prouerbiis eorum verſeris.

S. Baſilij. Cauendũ eſt ne verborũ nimia multitudine ea reddamus inutilia,quæ magno labore à nobis collecta ſunt:mens enim ſatigata debiliorque, quam vt omnia poſſit ſimul complecti, eodẽ modo afficitur,quo venter qui propter nimiam ſaturitatem non poſſit cibos commiſſos concoquere.

Tacitum ſactum præſtat ſermoni inſecto:
Theologi. Sine vitæ actione nemo adbuc euectus eſt:
At ſine verbo inaniter ſonante multi.
Aut oõ docẽdũ,aut morũ exẽplo docẽdũ eſt:
Appendix.

A Dicere quæ decet,minoris eſtimãdũ eſt, quã audire.(*Græcum exemplar ita corruptum eſt, vt poſſis etiam contrarium interpretari.*)

Tum diſcipoli vtiliter æmulantur,cum à magiſtris præclara habent exempla. *Chryſoſt. Nili.*

Superuacanea eſt omnis oratio ad correctionẽ quom ad deterius auditorum propendens voluntas & ſtudium,conſultorum dictis aduerſatur.

Tũ aliquid perficit,&dicẽdo facit doctor,cũ ex iis quæ ipſe agit, docet : ſecũdũ hæc verba. Quem admodum cœpit Ieſus facere & docere. *Didymi. Demoſthe. alias*

Vt corpora modicis laboribus augeſcunt:ſic animus honeſtis & ſeriis ſermonib. *Democrit.*

B †Vt in ſpeculis vultus figura,ſic in colloquiis animi character cernitur.

Clitarchi. In conuentu primo loco dicere ne contendas: nam poſt alios multos facilius,quæ vtilia ſint,cernere poteris.

Triſariam nobiſcum colloquentem conſiderare debemus,aut vt præſtantiorem,aut inferiorem aut æqualem: quod ſi præſtantior fuerit, audi, & pare: ſi deterior,ne pare:ſi æqualis,aſſentire. *Moſchion.*

Oratio quaſi bonus figulus animi formam effingit & profert. *Demonac.*

Hirundines ſerenitatẽ nobis futuram preſagiũt, ſermones philoſophici indolentiam & doloris vacuitatem. C

Quantum poteſt in bello ferrum,tantum in repub.commoda valet oratio. *Solonis.*

Idem orationẽ operum ſimulachrũ eſſe dicebat.

Oratores vt bene dicerent, ſtudere dicebat: at vt bene facerent,nullo modo. *Diogenes.*

Cum Atticus quidam accuſaret eum, ac percunctaretur: Cur Lacedæmonios laudaos non magis apud illos habitas? Quia medicus,inquit, qui ſanitatis effector eſt,cum valentibus non verſatur.

Non dicentis facultatem, ſed rei naturam perpendendam eſſe dicebat. *Eteoclis.*

D Aut quam minimum cum potẽtibus, aut quam iucundiſſime colloquendum. *Socratis.*

Non ex verbis res,ſed ex rebus verba ſunt †tenenda:non enim propter verba res perficiuntur, ſed ex rebus verba.

Odi malum,cum verbum dixerit bonum. *Menandri*

Aures tuas omnibus ne pateſacito ſermonibus: malus enim ſermo malarum actionum dux eſt. *Epicharmi*

Mores dicentis perſuadeant, non oratio.

Æquale illud à me iudicatur, recte ſapere, & vtilia monenti velle parere. *Herodoti.*

Nam benedicere graue eſt, ſi aliquod afferat detrimentum.

E Potius lapidem iacere debes temere, quam verbum ocioſum. *Pythagoræ*

Antagoras Antagoras cum Thebaidos librum apud Bœotos recitaret,nec quiſquam recitanti applauderet plicato volumine: Merito, inquit, vocamini Bœoti, quia boum habetis aures.

Hic ſacta ſibi audientia, tria ſibi propoſita eſſe dicebat, intelligentes iuuare , imperitos docere, inuidos afficere dolore. *Hieronis. ἀκρόασιν ποιούμενος.*

*Qualis cuiuſque eſſet natura,talem eſſe dicebat orationem. * *Cecropi.*

Hic fictile ſono& percuſſu,hominem ſermone explorandum eſſe dicebat. † *Romuli.*

DE ADMONITSONE, SERMO XVI.

Ioan.5. DIxit domin' paralytico, Ecce ſanus ſactus es, poſt bac ne peccato, ne quid tibi deterius contingat.

1.Theſſ.5. Obſecramus vos fratres, vt admoneatis immoderate ſe gerentes, cõſolemini paruo pręditns animo, & infirmos ſuſtentetis: & ſemper quod bonũ eſt & honeſtum, perſequamini.

Solomonis Idcirco labentes & impingentes paulatim reprehendis domine, & in his quæ peccant admones & caſtigas, vt vitio liberati tibi fidant, & ſpem in te ponant.

Sirach 18. Miſericordia Domini ſuper vniuerſam carnem reprehendens, & admonens, & conuertens tanquam paſtor gregem ſuum. B

S. Baſilij. Vinlenta diſciplina non ſolet eſſe permanens: quæ autem voluptate & gratia temperata eſt, conſtantius & diutius quodammodo in animis noſtris inſidet.

Qui iacentem erigere vult, vt lapſo ſit altior, neceſſe eſt omnino: qui autem æque ac alter lapſus iacet, hic etiam erigentis eget auxilio.

Theologi. Neque triſtitia conſolationem non recipere, neq; ſecunda fortuna caſtigatione carere debet.

Chryſoſt. Ne aggrediamur aliis mederi, ipſi ſcatentes vlceribus.

Vtile eſt peccantes verborum dolore morderi, vt rerum turpitudine poſſint liberari. C

Admonitionesnon ſunt grauiter ferendæ. Si enim ægre ferre deceret, me deceret, qui ſæpe dico & non audior: non vos, qui ſemper auditis, ſed nunquam obeditis.

Ariſtotelis Admoneri tanti faciendum eſt, quanti laudari.

Diogenes. Senem monere, ac mortuo mederi, idem eſt

Demoſthe. Cum quidam interrogaret, quo tandem modo aliquis ſibi præceptor fieri poſſet:

Si, inquit, quæ in aliis reprehendit, in ſe maxime reprehendat.

Demetrij Phalerei. De quibus enim amici non audent admonere reges, ea in libris perſcripta reperiuntur. D

Quemadmodum mel exulceratas partes mordet, ſanis autem iucundum eſt: ſic accidit etiã ſermonibus philoſophorum.

Euripidis Omnes ſumus ad monendum docti,

Ipſi vero cum delinquimus non ſentimus.

Aeſopus Æſopus dicebet binas quemque noſtram geſtare manticas, vnam ante, alteram retro: atque in anteriorem aliornm deponere vitia, in poſteriorem noſtra, ideoque à nobis non videri,

Epicteti. Monitor illud in primis curare debet, vt eorum, qui monendi erunt, pudori conſulat & verecundiæ: qui enim pudore non afficiuntur, corrigi nullo modo poſſunt.

Melius eſt monere, quam conuitium facere: illud enim lenitatis & amicitiæ plenum, hoc vero acerbum & contumelioſum eſt: illud item peccãtem corrigit, hoc ſolum redarguit.

Empedoc. Interrogat' cur cũ male audiret tam indignãter ferret maledicta: Quia, inquit, ne laudationes quidẽ mihi iucũdę forẽt, niſi maledicta moleſta eſsẽt.

Iſocratis. Malis actionibus neque adeſto, neque patrocinator. Videberis enim & ipſe talia facere, ſi aliis facientibus opituleris.

DE ERVDSTSONE AT PHILOSOPHSA, Sermo XVII.

A AScendit Ieſus in templum, & docuit turbas: mirabantur autem Iudæi, dicentes: *Ioan.7.*

Quomodo hic literas nouit, cum nõ didicerit?

Apoſtoli. Si quis videtur ſapiens eſſe inter vos in hoc ſęculo, ſtultus fiat: vt ſit ſapiens. Sapientia enim huius mundi apud Deum ſtultitia eſt.

Sapientia in viis clamat, & in plateis libere agit. *Solomonis*

Nihil eſt quo permutari poſſit animus eruditus.

Fili, in iuuentute tua collige eruditionem, & tanquam qui arat & ſeminat colito eam, & fructus eius bonos expecta. *Sirach. 6.*

B Melius & vtilius eſt idiotam & imperitum. & per charitatem Deo proximum eſſe, quam cum multa ſcientia & peritia maledicum in Dominum ſuum deprehendi. *S. Baſilij.*

Similes ſunt noctuæ oculis, qui in philoſophia inani ſunt occupati: propterea quod noctu illius oculi acriter cernunt, ſole autem ſplendente per obſcure. Horum etiam mens ad rerum inanium contemplationem acutiſſima eſt: at ad veri luminit conſiderationem hebetiſſima, & caliginoſiſſima. *Einſdem.*

Iuſtitiæ arma paratæ, nec mortis inſtrumẽtum quærite. *Theologi.*

C Vt terra non rigata pluuiis, etiamſi infinita ſuſceperit ſemina, ſpicas proferre non poteſt: ſic animus diuinis ſcripturis non illuminatus, etiam ſi quis innumera verba apud eum effundat, fructum nullum proferre poteſt. *Chryſoſt.*

Verſari debemus in ſcripturis diuinis. Vt vinũ ſedat dolorem, & cor ex triſtitia transfert ad lætitiam: ſic ſpirituale vinum gaudio perfundit animum.

Scire ſe ignarum eſſe, ſapientiæ eſt: ſe iniuſte feciſſe non ignorarę, iuſtitiæ eſt. *Didymi.*

Diuitiæ cupidũm nulla afficiunt lætitia: doctrinæ cupidum, nec inopia deprimit.

D Quippe virtus & ſapientia eum extollit & ſupra diuitias collocas.

Aurigę imperitia & vitio neceſſe eſt iumenta per præceps agi & barathra: & contra, peritia eius & virtute conſeruari.

Magna prius quam parua diſci nullo modo poſſunt.

Scientiam actiones ſeqnuntur, vt corpus vmbra. *Clementis*

Somno ſimilis eſt indnctorum vita, inanes habens opiniones. *Plutarchi.*

Neque in piſcibus vox, neque in doctis virtus quærenda eſt.

B Neque aquam turbidam, neque indoctum animũ commouere debemus.

Indocti morofi cum ſint, quaſi ex ædibus, ſic de ſuis inſtitutis quotidie migrant.

Vt peregrini in viis, ſic indocti in rebus ipſis aberrant.

Scientia quæuis, iuſtitia & aliis virtutibus vacans, verſutia non ſapientia videtur. *Platonis.*

Iſocratis. Vt videmus apem omnibus floribus inſidentem à ſingulis quod vtile ſit, accipere: ſic & doctrinæ cupidos nihil non attingere, & vndique vtilia quæ ſint, colligere.

Diligentius

Dilig entius verborum quàm pecuniarum depoſita ſeruato.

Ariſtot. Beatitudo in poſſeſſione multarum rerum ponenda non eſt, ſed in animo bene conſtituto: neque enim quiſquam corpus beatum dicat, quod ſplendidis ſit ornatum veſtimentis, ſed quod ſanum ſit & optime conſtitutum, etiamſi nihil eorum quę ante dicta ſunt, adſit. Eodem modo & animus ſi fuerit bene inſtitutus: & homo beatus eſt dicendus, non ſi rebus externis ſplendidus ornatúſque fuerit, cum ipſe ſit nihil homo: non enim equum, ſi ornamenta habeat aurea & prætioſa magni æſtimamus cum ſit ignauus: ſed qui optime eſt corpore conſtituto, hunc maxime laudare ſolemus. Quemadmodum enim ſi quis ſuis vernis Dominus deterior ſit, ridiculus eſſe ſolet: ſic eos miſeros iudicamus, quibus contigit vt ſeipſis maiores haberent opes.

Demoſth. Hic ſcientiæ radices amaras eſſe dicebat, fructus vero dulces.

Democri. Scientia fortunatis quidem eſt ornamentum: infortunatis eſt perfugium.

Socrat. Vrbes † donariis, animi autẽ diſciplinis ornandi.

† ἀναθήμασι. Diuitem quendam indoctum conſpicatus: Ecce, inquit aureum mancipium.

Idem interrogatus quod eſſet animalium pulcherrimum: Homo, inquit, ornatus doctrina.

Cum quidam eum per conuitium barbarum vocaret: Ego, inquit, ſermone ſum barbarus, vos autem moribus.

Idem rogatus quænam optima eſſet diſciplina: Dediſcere mala, reſpondit.

Demonaſtes. Indocti tanquam piſces capti, dum trahuntur, ſilent.

Ariſtipp. Rogatus quod onus terra grauiſſimum ſuſtineret? Indoctum hominem, inquit.

Ariſtippus Cyrenaicus philoſophus adoleſcẽtes hortari ſolebat, vt talia ſibi viatica quærerẽt, quæ cum ipſis naufragio fracto enatare poſſent.

Cum vituperaretur aliquando, quod lite ſibi intenta oratorem adhiberet: Etenim, inquit, quũ cœnam paro, coquum conduco.

Idem. Cleanthes ſola forma indoctos à beſtiis differre dicebat.

Cleanthes.

Glycon. Glycon ſapiens doctrinam ſacrum aſylum eſſe dicebat.

Empedocl. Empedocles phyſicus cum quidam ſe neminẽ ſapientem inuenire poſſe diceret:
Merito, inquit: qui enim quærat ſapientem, eum prius oportet eſſe ſapientem.

Theocritus. Theocritus Chius cum malus quidam poeta recitatis carminibus eum rogaret, quæ ſibi viderentur bene dicta: Quæ, inquit, prætermiſiſti.

Hieron. Hieron Siculus tyrannus, cum Xenophantes Colophonius poeta Homerum vituperaret, quot famulos haberet, interrogauit: cumque is ſe duos habere reſpondiſſet, eoſque vix alere poſſe: tum tyrannus, Non te pudet, inquit, Homerum vituperare, qui defunctus etiam amplius quàm decem milia nutrit.

Philoſophus quidam cum duos haberet diſcipulos: alterum hebetem, ſed laborioſum: alterum ingenioſum, ſed deſidem & pigrum: Ambo, inquit, male pereatis: quia tu cum velis, non potes: tu vero cum poſſis, non vis.

Idem dicebat magiſtros à diſcipulis magnam mercedem exigere debere: ab ingenioſis quidem quod multa diſcant: ab hebetibus, quod multum moleſtiæ exhibeant.

Idem interrogatus, quid eſſet à philoſophia adiutus, reſpondit: Vt libenter & iniuſſus faciam, quæ cæteri legum metu faciunt.

Maiorem curam adhibe in diſciplinis, quàm in Pecuniis adipiſcendis: diſciplinæ enim pecunias ſuppeditant. *Philiſtion.*

In dolendo condoleſcere diſcito.
Nam & tibi alius condoleſcet, qui aliquando doluerit.

Seria meditator, nec pudeat, ſi quid adulta ætate diſcas.

Melius eſt enim ſero diſcere quàm nunquàm.

Agricola terram, philoſophans animũ excolit.

Ex Democrate, Iſocrate & Epicteto.

Scientiæ ſicut auri magna vbique æſtimatio eſt.

Sapientiam exercens, ſciẽtiam de rebus diuinis exercet.

Nullum eſt animal homine doctrina ornato pulchrius.

Vrbibus mœnia, animis autem mens erudita ornamentum & tutelam præbet.

Cum adoleſcens quidam in theatro gloriaretur; ac diceret ſe ſapientem eſſe, multis vſum ſapientibus. Et ego (inquit quidam) multis vſus ſum diuitibus, ſed diues non ſum.

Idem dicebat, Honeſtum non eſſe doctum cum indoctis colloqui, ſicut nec ſobrium cum ebriis.

Idem dicebat, eum qui inſtituitur & eruditur tribus his egere, natura, exercitatione, tempore.

Oenopides cum adoleſcentulum multos libros ementem videret: Non arcæ, inquit, ſed pectori. *Oenopides.*

Idem dicebat doctorum libros eſſe † commentaria, indoctorum vero * monimenta. *† ὑπομνήματα.* ** μνήματα.*

Idem dicebat, mentem eſſe * genium, eruditis bonum, ineruditis malum. *† παρέργιον.* *δαίμονα.*

Socrat. Socrates rogatus, quid iucundiſſimum foret in vita: Scientia, inquit, & virtus, & eorũ quæ ignorantur, cognitio.

†Stilpo Megaricus philoſophus patria eius à Demetrio tyranno capta & direpta, ductus ad regem interrogatúſque an quicquam ipſe etiam amiſiſſet: De meo nihil, inquit: rationem enim & eruditionem habeo: cætera cur mea magis ſint, quàm obſidentium? *† Stilponis.*

Idem cum à Demetrio direpta vrbe ſic rogaretur, Num quid tuarum rerum tibi ablatum eſt Stilpo? Nihil, inquit.
Non armenta mihi quiſquã mea abegit, equoſue.
Et alioqui nullum vidi militem qui virtutem humeris ſublatam auferret.

Protagoras. Protagoras neque artem ſine exercitatione, neq; exercitationẽ ſine arte quicquã eſſe dicebat

Laſi. Laſus Harmeneus aliquando quid eſſet ſapientiſſimum interrogatus: Experientia, inquit.

Idem cum malus quidam pictor ei dixiſſe. Tectorio domum tuam dealbato, vt eam pingam: Imo vero, inquit, prius tu pingas, vt ego poſtea eã dealbam.

Epicuri. Non eſt ſimulate philoſophandum, ſed vere: non enim opus habemus vt valere videamur, ſed vt reuera valeamus.

Idem cum rogaretur, quis eius fuiſſet præceptor, Athenienſium, inquit, tribunal: ſignificans

rerum actionem omni ſophiſtica diſciplina præſtantiorem.

DE FELICITATE ET INFELICITATE, Serm. XVIII.

Lucæ. 16. RѤcepiſti tu tua bona in vita, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc vero hic conſolationem habet, tu cruciaris.

1. Cor. 4. Ad hanc vſque horam & eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & incertis vagamur ſedibus, opus manibus facientes.

Sirach. 12 Proſperis rebus noſtri dolent inimici, at in aduerſis etiam amicus diſiungitur, & recedit.

Sirach 18. Memento famis tempore, ſaturitatis: & mendicitatis ac egeſtatis, diuitiarum tempore: mutatur tempus à matutino vſque ad veſperam.

S. Baſilij. Ne emuleris gloriam ſceleratorum.

Vt te fata volunt, ſic fertor: ſin minus, ipſe
Mœrorem quæres, fataque te rapient.

Theologi. Cum ſecunda vteris nauigatione, tum tempeſtatis maxime debes meminiſſe.

Quis ſcire poſſit an hic propter vitia puniatur, & ille quaſi extollendus tollatur in altum: aut contra, hic propter improbitatem efferatur, ille propter virtutem probetur?

Chryſoſt. Illud certo perſuaſi tenere debemus, nobis vtiliter omnia à Deo adminiſtrari, modom autem non eſſe quærendum quo id fiat: nec ſi ignoremus, ægre ferre aut triſtari debemus: nec enim fieri poteſt, vt hæc ſciamus, nec ſcire quicquam prodeſt: tum quia mortales ſumus, tum quia cito ad faſtum extollimur.

Nili. Non decet propter vllum caſum & delictum cuiuſquam animo efferri, nec lætari ſi quis alterius fraude ſit proſtratus, etiam ſi capitalis hoſtis eſſe videatur.

Lamentare improbum felicitate fruentem: gladius enim iudicij ei intentatur.

Cur iuſti infirmi ſunt & egeſtate premuntur: iniuſti autem euehuntur, & diuites ſunt? Mea ſic eſt ſententia, vt illi coronentur, hi vero perpetuo crucientur.

Omnibus tuis rebus ex ſententia tua procedētibus expecta mutationem. Et rurſus, ſi quando inexpectatis calamitatibus affectus fueris, meliora & iucundiora tibi promitte,

Philonis. Lætari alienis calamitatibus etiamſi aliquando ęquum videri poſſit, at non humanum.

Vt ægrotum nihil iuuat menſa aureis prædita pedibus: ſic nec ſtultum ſplendida fortuna.

Plutarchi. Ægrotis medicos, miſeris amicos adeſſe conuenit.

† παροινοῦσι. In ebrietatibus plurimi † baccantur, in miſeriis & calamitatibus mente mouentur.

** παραπαίουσι.* Infirmo onus imponere, & animo indocto proſperitatem, prorſus idem eſt.

Splendidæ fortunæ, quemadmodum vehementiores venti, magna efficiunt naufragia.

Vt qui cœlo nauigant ſereno, ea etiam parata habent quæ ſunt in tempeſtate neceſſaria: ſic qui ſapiunt, in felicitate miſeriæ præparant adiumenta.

Agrotantis victus ratio, & inſipientis proſperitas moroſa eſt.

Fortuna malo certaminum præfecto ſimilis eſt, qui ſæpe nihil agentem corona donat.

Fortuna ſagittarij more collimat, interdum in nos iaculans, tanquam in ſcopum quendam, interdum in ea quæ nobis adhærent.

Infortunium tuum occulta, ne tuos hoſtes afficias lætitia.

Calamitatem nemini exprobres: communis enim fortuna, & quod futurum incertum eſt. *Iſocra.*

Nihil rerum humanarum firmum putato. Sic enim nec in proſperitate nimium lætus eris, nec in calamitatibus nimium triſtis, *Democrit.*

Generum aſſecutus bonum, reperit filium: malum autem, perdidit & filiam.

Et bonus guberoator nonnunquam naufragiū facit, & vir bonus in calamitates incidit.

Pulchrum eſt in foco luculentum videre ignē, & in ſecunda fortuna mentem. *Socratis.*

Incontinentes in morbis, & inſipientes in proſperitatibus, curatu difficiles ſunt.

Idem interrogatus quid dolore afficeret bonos Proſperitas, inquit, malorum.

Solet enim vitæ iucunditas & proſperitas temere ad iniurias faciendas prouocare. *Charidea.*

Quem fortuna contumelioſum reddit, is vel apud clementes flagella reperit. *Moſchion.*

Nec muſices imperiti inſtrumentis, nec indocti fortunæ ſe accommodare poſſunt. *Demonactis.*

Fuga vere fortem oſtēdit, calamitas vero prudentem.

Si ſecunda vteris fortuna, ne ſuperbe te geras: ſin aduerſa, ne deiiciaris: fortunæ mutationes facias fortiter ferre. *Ex Phauorini commentariis.*

Alexander rex Diogenem in dolio dormientem conſpicatus: O dolium, inquit, ſapientiæ plenum. Philoſophus autem cum ſurrexiſſet: O maxime rex, inquit, *Alexand.*

Malo fortunæ ſtillam, quàm ſapientiæ dolium. Cui quidam ex ſapientiæ ſtudioſis reſpondit:

Pluris mihi eſt ſapientiæ gutta, quàm fortunæ pelagus.

Sapientia enim abſente infelix eſt animus.

Humilis & paruus animus proſperitatibus effertur, aduerſis autem rebus deprimitur. *Epicuri.*

Qui aduerſam fortunam ferre non poſſet, eum ne ſecundam quidem ferre poſſe dicebat. *Demetrij phal.*

Rebus ſecundis modeſtus, aduerſis prudēs eſto. *Cypſeli Cor.*

Docti, palæſtritarum more, etiamſi ceciderint, cito & induſtriè ſe ex miſeriis erigunt. *Ex ſententiis.*

Proſperitate tanquam fructibus autumni, dum adeſt, frui debemus. *Epicteti,*

Ad bene nauigandum gubernatore & vento opus eſt: ad felicitatem vero comparandam, ratio & fortuna requiritur. *Iſoc.*

In miſeriis & calamitatibus rationis, tanquam boni medici, opem implorare debemus.

Proſperitatis tanquā ebrietatis voluptate, quò plus inſipiens fruitur, tanto ſtultior redditur.

Fortunatis aduerſaria eſt inuidia.

Qui meminerit quid ſit homo, nullam rem, quęcunque acciderit ægre feret.

Ratione caret, qui quæ naturali neceſſitate accidunt, indignanter ferre ſolet.

Infortunatum eum eſſe dicebat, qui infortuniū non ferret. *Bias.*

Idem interrogatus quid eſſet difficile: Mutationem, inquit, ſecundæ fortunæ fortiter ferre.

Zeno

Zeno. Zeno ſacto naufragio cum omnia ſua amiſiſſet nihil male aut non generoſum locutus eſt, ſed: Euge, inquit, ó fortuna, tu nos ad hoc palliolum redegiſti.

Heronis. Idem cum rogaretur quis eſſet ſelix: Qui, inquit, corpore eſt ſano, animo autem liberali, & ingenio docili.

Thaletis. Idem cum rogaretur quemadmodum quis calamitatem optime ſerre poſſet: Si, inquit, boſtes videat in maiore verſari miſeria.

Romuli. Beatum prædicare oon debes ſacile qui propter amicos, aut liberos, aut alios quoſdam vonus diei ſalutem habentes, exultat: propterea quod talia ſunt fallacia, ſolo autem Deo fretum eſſe, ſtabile eſt.

παθήματα μαθήματα. Idem dicebat mala homioibus vitæ eſſe * documenta. Nam multi cum ratione futura prouidere non poſſint, ferendo ſentiuot præſentia.

Lætare ſi quid tibi boni acciderit: moderate dole, ſi quid mali.

Philiſtion. Calamitates noſtræ, calamitatibus ſoluuntur,
Dum aliena mala noſtris ſolatio ſuot.

Euripid. In malis, amicis beneſaciendum eſt.
Cum enim fortuna fauet, quid eſt opus amico?
Satis eſt Deus ipſe iuuare volens.

Ioſephi. Quemadmodum ineptorum eſt ſecunda fortuna nimium efferri: ſic mollium eſt aduerſa deiici & terreri: facilis enim in vtraque mutatio.

DE IRA ET FVRORE,
Serm. XIX

Matt. 19. *Epheſ. 4.* QVisquis temere fratri ſuo iraſcitur, ubnoxius tenebitur iudicio.

Sol ne occidat ſuper irritatione veſtra, neque date locum diabolo.

Ibid. Omnis amaritudo & iracundia, & ira, & clamor tollatur à vobis cum omni vitio.

Prouerb. 27. Graue eſt lapidis pondus, & arenæ tale vt portari non poſſit: at inſipientis ira vtroque eſt grauior.

Vir lenis præſtat robuſto: & qui reprimit iram, ſimilis eſt ciuitatis expugnatori.

Ira regis mortis eſt nuntia, ſed vir ſapiens placabit ipſum.

Sirach. 30 Ira & furor minuunt dies,

Baſilij. Dum te vlciſceris, & par pari refers conuitiatori, quid excuſationis habes? an qood prior ille irritarit? ſed iſtud qua venia dignum eſt? non enim ſcortator in meretricem transferens culpã quod ad peccatum ipſum innitarit, condemnationem vitat. Et neque coronæ ſine aduerſariis quæruntur, neque quiſquam cadit in lucta ſine colluctatore.

Ira qoid inſipientius? Si iram contineas, pudore affeciſti iniuriam facientem, re ipſa temperantiam oſtendens.

Theolo. Cæca eſt ira & moleſta, idque maxime cum eſt indignandi cauſa.

Chryſoſt. Si quis tibi iniuriam & conuitium facit, conſydera cruciatum quo ille cruciatur, & non ſolum non iraſceris, verum etiam lachrymabere: non enim quiſquam febricitanti iraſcitur, aut inflammationem patienti, ſed miſeretur omnino & lachrymis eum proſequitur. Qood ſi eum vlciſci vis, tace, & magnam periculoſamque dediſti plagam. Sin vero morſus referis conuitia, vt vera exiſtimari poſſint, quæ in te dicũtur, tu tibi author es. Cur enim diues qui ſit, ſi quis eum pauperem dicat, ridet? quod paupertatis ſibi oon ſit cõſcius. Si igitur contumelias rideremus & conuiria, maximam daremus ſignificationem, eorum quæ nobis obiicerentur nos oon eſſe conſcios.

Nihil æque mentis puritatem & rationis limpitudiné turbat, ac ira immoderata, quæque magno fertur impetu.

Euagrij. A cibo & potiooe abſtinens, immoderate auté ira commotus, ſimilis eſt naui per mare vaganti, cuius dæmoo ſit gubernator.

Cyrilli. Quæ beſtia tam ſæua & immanis eſt, vt iracundus, & iræ immoderatæ taoquam tyranno cuidã parens?

Ex patri. Quatuor ex rebus ira naſcitur, ex dandi ratione & accipiendi, ex eo quod quis ſuæ morem gerat voluntati, ex ſtudio litium, & prudentiæ opiniooe, *id eſt ex eo quod quis ſe prudentem eſſe iudicat.*

Dioniſij Halicarnaſſei. Iraſci apud nos hoc termino finiendum eſt, vt peccata ſedet: Iraſcimini enim, ioquit ſcriptura, & ne peccatote.

Apollonij. Iræ affectus, ſi ſermone non deliniatur & curetur, naturalis efficitur morbus.

Plutarchi. Ira canis more cæcas parit criminationes.

Ariſtot. Vt feroces equi frenis, ſic iræ affectus ratione coercentur.

Vt temperata aqua inflammatiunes, ſic lenis oratio iram ſedare ſolet.

Vt fumus oculos lædẽs impedit quo minus proſpicere poſſimus qund eſt ante pedes poſitum: Sic, ira rationem tenebris offundit, vt abſurditates mente cernere non ſinat.

An non vides eorum, qui ira perturbantur, rationem peregrinari? quippe quæ iram quaſi tyrannum quendam acetbum fugiat.

Ira eſt perturbatio quædam belluarum motui ſimilis, quæ perpetuo premit, dura & violenta quadam vi prædita, homicidiorum cauſa, calamitatum ſocia, incommodorum cõciliatrix & infamiæ, pecuniarum conſumptrix, denique corruptelæ dux & princeps.

Eueni. Prodidit ira viri mentem, quæ ſæpe lateret,
Inſano & grauior tecta furore foret.

Furimus omnes cum iraſcimur.
Nam ſe tenere in ira magni eſt laboris.

Philemon. Pudor mortalibus vtilior eſt quàm ira.

Euripidis. Quemadmodum autem corpus oostrum mortale eſt,
Sic conuenit iram non habere
Immortalem, eum qui temperantia vti nouerit.

Herodoti. Nam in auribus hominum animus reſidet: qui enim iucunda audierit, voluptate corpus explet: contraria vero cum audierit, ira tumeſcere ſolet.

Arriani. Sunt nonnulli leniter magnanimi, qui ſedate & quaſi lente & ira remota ea omnia agunt, quæ vehementer ira concitati: quorum peccatum & inconſiderantiam vt longe deteriorem quàm eorum qui ira vehementi commouentur, cauere debemus. Hi enim cito ad ſatietatem vltionis perueniunt: illi vero in longum tempus protrahunt, vt qui leuiter febricitant.

Apollinis Democra. Qui ob leuia peccata vehementiſſime ira commouetur, non ſinit diſcernere peccantem, vtrum leuiter, an grauiter deliqnerit.

Sotionis ex diſputatione de ira. Sapientibus & doctis pro ira Heraclito lachrimæ, Democrito riſus mouebatur.

Vt naues egregiæ ſunt, non quæ ſereno cœlo nauigant, ſed quæ tempeſtati reſiſtunt & ſeruantur: ſic homines iræ & motui reſiſtentes magni ſunt & fortes.

Democri. Iræ repugnare, difficile eſt: vincere autem, viri eſt ratione optima præditi

Plato. Iratus aliquando præſente Xenocrate: Cape, inquit, hunc, & flagris cædito: ego enim ſum iratus. Aiunt etiam eum, cum puero minatus eſſet, diu ſuſpenſum & perplexum ſtetiſſe: cauſamq; rogatum, reſpondiſſe, cruciare & ſe punire à ſe concitatam iram.

Naucrates Naucrates ſapiens iracundis eadem prope accidere dicebat quæ lucernis, quæ pre nimia olei copia exuruntur.

Demonactis. Caſtiga adhibito iudicio, non autem ira perturbatus.

Menandri τοῖς πλησίον.
Vir improbus clementis ſpeciem gerens,
Occultus eſt † vicinis laqueus.
Iræ nullum eſt vt apparet remedium,
Niſi bene compoſita amici oratio.
Etiamſi vehementer doleas, nihil tamen
Irritatus agas temere: nam iu perturbationibus
Iam vincere, maxime ſapientis eſt.

Theognid. Non tibi poſſum ô iracundia exhibere omnia quæ tibi conueniunt.

Ariſtipp. In rebus paruis & leuibus vide ne temetipſum iracundum præbeas.

Ariſtippus Cyrenæus philoſophus quendam iratum conſpicatus, verbiſque ſuccenſentem: Nō (inquit) iræ verba accommodemus, ſed verbis iram ſedemus.

Pithagora Ab iis qui fecerint iniuriam, ne ſumito pœnam: ſatis eſt enim ſuis eos præmi vitijs.

Prodeſt cum muliere iracunda conſuetudinem habere exercitationis cauſa: vt equites decet ferocibus aſſueſcant vti equis, quos ſi domuerint, aliis etiam facilius vtentur.

DE TACITVRNITATE ET ARCANIS, Serm. 20.

Mat. 1X. QVodcunque verbum otioſum locuti fuerint homines, eius rationē in die iudicij ſunt redditurі.

Iacob. 1. Sit omnis homo velox ad audiendum & tardus ad loquendum.

Solom. 21. Qui cuſtodit os ſuum, ſuam ipſius animam ſeruat.

Qui diligit vitam ſuam, pareit ori ſuo.

Sirach. 20. Sapientia abſcondita & theſaurus latens quid proſunt?

S. Baſilij. Dicenda tacendaque noſſe debemus: non enim diuina omnia linguæ verbis explicanda ſunt, ne mens ſicut oculus ſolem totum intueri volens, id etiam quod habet luminis, perdat.

Theologi. Si quid ſilentio melius habes, loquere: vbi autem ſilere, quàm loqui plus prodeſt, ibi ſileto.

Chryſoſt. Permulti ſunt qui cum aliquid arcani enuntiarint, hortantur auditorem, & iureiurando adigūt ne cuiquam alteri enuntiet, eo ipſo ſignificantes rem à ſe factam accuſatione eſſe dignam. Si enim illum hortaris vt nemini enunciet, multò magis te decebat illa non enunciaſſe.

Dionyſii. Aut dic quid taciturnitate melius, aut taciturnitatem colito.

Apolloni. Omnem adhibeas diligentiam, ne ea dicas quæ dicere non decet: omnino enim indocti & inculti eſt, non poſſe tacere, ſed quæ recta non ſunt effutire.

Sexti. Vir ſapiens & taciturnus Deum honorat, ſilentij cauſam non ignorans.

Plutarchi. Quod taceri vis, nemini dixeris: aut quomodo ſilentij fidem ab altero exiges, quam tibi ipſe non præſtiteris?

Taciturnitas non ſolum ſitim mitigat, vt ait Hippocrates, verumetiam dolore & moleſtia caret.

B Cum hoſpites quidam in conuiuio Zenonem humaniter inuitaſſent, ei propinantes, & tacitum permanentem interrogaſſent, quid de ſe vellet regi nunciari: Nihil aliud inquit, niſi ſenem quēdam Athenis eſſe, qui in compotatione poſſit ſilere.

Anacharſidis. Is à Solone conuiuio acceptus, cum ſe cubitum recepiſſet, ſic compoſitus erat vt ſiniſtra manus ad pudenda appoſita eſſet, dextra autem ori: continentiori enim freno linguam indigere putabat.

Ariſtotelis Qui neſcit tacere, neſcit loqui.

Idem cum ex eo quæreretur, quid eſſet in vita difficillimum: Tacere, inquit, quæ loqui non decet.

Iſocratis. Rogatus quam ob cauſam cum loqui alios doceret, ipſe taceret: Atqui cos, inquit, ipſa non ſecat, cum tamen acuat cultros.

Duo dicendi tempora ſtatue, vel de iis quæ certo noris, vel de quibus dicere eſt neceſſarium. In his enim ſolis oratio ſilentio præſtat: in aliis melius eſt ſilere, quàm loqui.

Improbi hominis quaſi taciturni canis ſilentiū magis quam vocem timere debemus.

Theophraſti. Theophraſtus Peripateticus philoſophus cum iuuenem in conuiuio tacitum animaduertiſſet, inquit: Si imperitus taces, peritus es: ſin vero peritus, imperite taces.

Charetis.
Linguam continere vbique & maxime ſtudeto
Quia cum ſeni tum iuueni laudem affert.
Lingua tempeſtiuo prædita ſilentio.

Hieronis. Arcana enunciantes iniuriam facere dicebat eis etiam, quibus enunciarent. Odimus enim non ſolum eos qui effutierint, verūetiam eos qui quæ nolumus, audierint.

Pittaci. Quod facturus es, ne cuiquam dicito: nam ſi nō perfeceris, deridebere.

Sophoclis.
Si quis in furto deprehenſus fuerit manifeſto,
Ei neceſſario ſilendum eſt, etiam ſi linguam habeat exercitatam.
Pudor enim in malis nihil prodeſt,
Quod ſilentium ſit loquenti auxilio.

Xenocrat. Xenocrates ſingulas diei partes diuidens in actiones certas, ſuam etiam ſilentio partem reddebat.

Alexand.
Qui verba quaſi depoſitum accepta.
Enunciat, iniuſtus eſt, aut valde impotens,
Ille quidem ob quæſtum iniuſtus, hic verò ſine quæſtu.
Incontinens: æque autem malus vterque eſt.

Licurgi. Hic quærenti cuidam, cur Lacedæmonij breuiloquentia vterentur: Quia, inquit, taciturnitati proxima eſt.

Me-

Philonides Melius eſt tacere, quam loqui inaniter.

Democrit. Cum animaduertiſſet quendam multa imperite diſputantem: Hic, inquit, non dicendi peritus mihi videtur, ſed omnino tacendi imperitus.

Salom. Silentio ſermones abſignato, ſilentium autem occaſione.

Simonides. Aut ſilentium tempeſtiuum tenendum, aut ſermo nes vtiles habendi.

Simonides tacuiſſe, nunquam ſe pœnituiſſe dicebat, locutum eſſe ſæpe.

Demoſthe. Cum quidam ei obiiceret, quod os male olens haberet: Multa, inquit, in eo arcana computruerunt.

DE CVRIOSITATE VEL DISTRACTIONE in mundi negotiis, & quiete vel tranquillitate. Serm. XXI.

Luca. 10. Martha Martha angeris, & in multarum rerũ perturbatione verſaris: ſed vno eſt opus. Maria bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

1. Theſ. 4. Obſecro vos igitur fratres, vt magis ac magis abundetis, & liberalitatem exerceatis, quietam vitam agatis, veſtra negotia geratis, manibus opus faciatis.

Ibi. Si conquieſcas, nemo tibi bellum inferet: qui irridet magnam ciuitatis turbam, accuſationem exactoris non audit.

Ecclesi 11. Fili, fac tuæ actiones ne ſint multorum negotiorum: Si enim multiplicaris, non eris innocens.

S. Baſily. Vt enim animantes facilius cicurantur, ſi demulceas: ſic cupiditates, iræ, metus, dolores, & reliqua animi venenata mala ſilentio conſopita, nec perpetua efferata irritatione, vi rationis facilius expugnantur.

Theologi. Quies negotiorum vacua illuſtri negotiorum ſplendori anteferenda eſt.

Obſeruamus alii aliorum vitia, non vt lamentis proſequamur, ſed vt exprobremus, nec vt curemus, ſed magis vulneremus, & noſtrorum babeamus malorum excuſationem per vicinorum vulnera.

Chryſoſt. Melior eſt panis bucella cum ſale in quiete & ſecuritate, quàm ciborum magnificus apparatus, cum animi diſtractione & ſolicitudine.

Fieri non poteſt vt qui alienam vitam curioſe intuetur, ſuam recte curet. Cum enim in alienorum curioſa contemplatione omne ſtudium conſumat, neceſſe eſt ipſius res negligi & iacere.

Themis. Sapiens tranquillitatem & negotiorum vacuitatem otiumque perſequitur, vt diuinis contemplationibus quietus fruatur.

Euagry. Præſtat in † ſtorea cum fiducia iacere, quàm in lecto aureo perturbari.

ἐκ τῆς Σικ. Quatuor ex rebus animus incultus redditur, ſi quiete caret, ſi negotia & diſtractiones amet, ſi res terrenas concupiſcat, & ſi præparcus fuerit.

Vita quieta magnis pecuniis illuſtrior eſt.

Nili. *In tumultuoſa mente & anxia neque eſt rerum honeſtarum cogitatio, neque diuina gratia ei ſe inſinuat.

† Cyrilli.

S. Atha Melius eſt vt dubitantes ſileamus, & credamus quam vt ob dubitationem diffidamus.

Socratis. Rogatus qui perturbatione vacantes vitam degerent: qui, inquit, nullius ſibi culpæ conſcij eſſent.

Qui vitandæ turbæ cauſa ſeceſſerit, lucrum putat eſſe damnum. *Moſchion.*

Quum quidam ei diceret, Propter te periit fũdus: An non, inquit, melius eſt fundum propter me periiſſe? *Ex Ariſtippi ſenten.*

Cum quidam ei obiiceretur probrum, quod agrum negligeret, ſibimetipſi inſeruiret: Eum inquit, curo propter quem etiam agrum comparaui. *Demoſthe.*

Thaletem dum cœlum ſuſpicit, in foueam delabi ancilla quædam conſpicata, merito illud ei accidiſſe dicebat, qui cum ante pedes ſita ignoraret, cœlum contemplaretur. *Serini.*

Ariſtoteles eos qui res euidentes demonſtrare conarentur, ſimiliter facere dicebat, vt qui ſolem per lucernam oſtendere conetur. *Ariſtot*

Euclides à quodam rogatus, quales ſint dij, quaque re gaudeant: Cætera quidem ignoro, inquit, at curioſos illis odio eſſe, certo ſcio. *Euclides.*

Valens ægrotat curioſus aliena curans.

Cum alij quærerent, an mundus ſit animatus: & rurſus, an globoſus: Vos inquit, de mundo ſoliciti eſtis, ſed de veſtra immunditia non laboratis *Demonax.*

DE AVARITIA SERMO. XXII.

Videte & cauete vobis ab auaritia, quia non in abundantia conſiſtit cuiuſquam vita. *Luca. 12.*

Cur non potius fraudaminiſat vos fraudatis vel fratres: an neſcitis iniquos regno Dei excluſum iri? *1. Cor. 6.*

Oculus aſpectu non ſatiatur, nec auris audiendo expletur. *Solomonis*

Manus tua ad accipiendum ne extendatur, & in largiendo ne contrahatur. *Sirach.*

Iniuſtorum diuitiæ quaſi amnis exareſcẽt, quaſique magnum tonitru cum ſonitu euaneſcent.

Inique partis ne gaudeto, quia nihil profutura ſunt tempore calamitoſo.

Auari oculus non expletur in parte,

Qui alienis pecuniis domum ſuam ædificat, ſimilis eſt ei, qui lapides in torrentem congregat.

Qui aliena deſiderat, paulò poſt lugebit ſuis priuatus. *S. Baſily.*

Præſtat paulatim conſilio inopiam ſubleuare, & conſolari, quàm repente alienis ſublatum, ad extremum omnibus ſimul priuari & nudari.

Qui accipit aliena & aliis donat, non miſericordiam tribuit, ſed iniuriam facit extremam. Si enim miſereris ex iis quæ iniurioſe fececeris, miſerere iniuria affectorum pius enim eſt, nõ qui multorum miſeretur, ſed qui neminem lædere conſueuit.

Scortationis merces non caſte diſpertitur: eſt enim ſummæ miſeriæ non in ſuis munitionibus tutum eſſe, ſed in alienorum putribus fundamentis. *Theolo.*

Qui alienis ad ſe tuendum non eget, ſed ſuis cõtentus viuit, is eſt omnium copioſiſſimus. *Chriſoſt.*

Qui ſuam ipſe cupiditatem continere non poteſt, etiam ſi omnibus copiis affluat, quĩ fieri poteſt, vt is vnquam copioſus ſit, & non magis inops

Qui ex inhoneſtis lucris ad honeſtas functiones & adminiſtrationes ſumptus faciunt, ſimiliter faciunt, vt qui de ſacrilegio Deum colere ſtudent. *Plutarchi.*

Demonact. Diuitiæ malis artibus quæſitæ, probroſiſſimæ ſunt poſſidenti.

Diuitias parare non illud quidem inutile: ſed per iniuriam quærere, hoc vero ſceleratiſſimũ eſt.

Socrat. Auari comparandi ſunt auibus, quarum aliqua ita deglutit omnia quæ inciderint, vt aliquando ſuffocetur: aliæ ſequuntur illud ipſum detrahere feſtinantes vt & ipſæ vna poſt alteram ſuffocentur.

Diogenes. Rogatus quænam animalia crederet omnium difficillima & aſperrima: In montibus, inquit, vrſos & leones: in vrbibus autem publicanos & ſycophantas.

Antipha. Mala lucra voluptates afferunt breues, dolores autem longos.

Euripidis. Qui plura ſemper appetit, ius negligit.
Nec idem amicis ſe ſociat, nec ciuibus.

Cum quidam deprehendiſſet quendam lapides ipſius ſurantem: & deprehenſus dicere ſe neſciſſe ad illum eos lapides pertinere: Atqui, inquit, ſciebas tuos non eſſe.

Menandri Auaritia malum dat ſæpe hominibus magnum.
Qui enim volunt vicinorum bona addere ſuis, victi ſæpe.
Et excidentes ſpe, ſua adiungunt alienis.

Platonis. Paupertas putanda eſt, non cum facultates imminuuntur, ſed inſatiabilis cupiditas fit maior.

Furtum quidem pecuniarum illiberale eſt, rapina autem, impudens.

Philemon. Si quæ habemus, iis ne vtimur quidem,
Et quæ non habemus, ea quærimus:
His per fortunam, illis autẽ per noſmetipſos priuabimur.

Euripid. Si quis beatus poſſidens magnas opes,
Bonis tamen non audeat frui ſuis:
Hunc iure felicem vocare non licet.
At iure cuſtodem beatum dixeris.

DE HONORE PARENTVM, ET LIBERORUM AMORE, Serm. XXIII.

Matt. 15. Coloſſ. 3. HOnora patrem & matrem, & proximum tuũ tanquam teipſum ama.

Filij obedite parentibus veſtris in rebus omnibus, quod hoc ſit domino gratum, & acceptum.

Prou. 28. Fili, ſubuenito patri in ſenectute ipſius, & ſi defecerit intelligentia, veniam dato, nec contemnito eum quoad eius potes: beneficentia enim erga patrem in obliuionẽ non veniet: & vt ſerenitas glaciem liquat, ſic diſſoluentur tua peccata.

Sirach. 3. Ex animo patrem honorato, & dolorum matris ne obliuiſcitor: recordare te ex illis natum eſſe: & quid tantum illis reddas, quantum illi donarunt?

Baſilij. Liberi grati magnas efficiunt parentum laudationes.

Theolo. Quod honeſtum eſt ſequitor: honeſtum autem eſt patri parere. Quod ſi nihil præterea accederet, hoc per ſe amplum eſt præmium patri gratificari.

Chryſoſt. Tanquam ſeruus parentibus tuis inſeruito: quid enim tantum illis reddas, quantum ab illis accepiſti? non enim licet illos viciſſim procreare.

Qui liberorum modeſtiam & temperantiam negligunt patres, liberorum ſunt interfectores: atque hoc grauiores & acerbiores, quod hæc fit animi perditio & mors.

Cyrilli. Chriſtianorum prima laudabilis pietas eſt, vt eos qui nos procrearunt, honore afficiamus, & labores eorum remuneremus, & omnibus viribus conemur illis otium dare & quietem. Etſi enim plurima illis reddiderimus, at certe viciſſim illis procreationem reddere nunquam poſſimus.

Neceſſarium eſt liberos patribus cedere, ſed vbi veritatis ratio cogit, ibi Deus honoretur, ipſiúſque amor naturalem amorem parentum vincat.

Deum nemo digne poteſt honorare, ſed iuſte tantum: quando ne parentibus quidem parẽ poſſumus referre gratiam: fieri enim non poteſt, vt illos viciſſim generemus.

Ariſtotelis Decet filium ſerui more patri inſeruire: hic enim natura ſeruus eſt, ille vero lege.

Iſocrat. Talem te præſta parentibus, quales erga te cupis eſſe tuos liberos.

Alexand. Alexander rex vtrum magis deſideraret rogatus, patrem ne Philippum aut Ariſtotelem: Præceptorem, reſpondit: illum enim ſibi vitæ, hunc autem rectæ vitæ authorem fuiſſe.

Idem cum mater Olympias ipſi graue quiddã imperare videretur: O mater, inquit, quàm grauem pro nouem menſium inhabitatione mercedem poſcis?

Socrat. Cum vxor eum reprehenderet, quod filium inutilem non admitteret diceretque ex eo eſſe cũ deſpuiſſet, Et hoc, inquit, ex me eſt, at non vtile.

Mileſij. Qualem parentibus retuleris gratiam, talem in ſenectute à liberis expectato.

Euripidis Suos colens viuus parentes, eſt Deo
Gratus: ſimul viuus ſimulque mortuus.
Nihil eſt quod magis decorum & honeſtum ſit liberis,
Quàm ſi è patre bono nati ſint.
Et genitoribus dignam referant gratiam.

Plato. Plato cum quendam animaduertiſſet cum patre confidentius agentem: Non deſines, inquit, adoleſcẽs de illo leuiter ſentire, propter quem magnifice de te ſentis?

Ex Aeliani Hiſt. Prima & octogeſima Olympiade Ætnam ferũt fluxiſſe, quo tempore Philonomus & Callias Catanæi, cæteris omnibus rebus contemptis, patres ſuos in humeros impoſitos per mediam flammam ſuſtulerunt, pro qua pietate diuinitus remunerationem acceperunt: ignis enim ruentibus illis, interruptus ſtetit ea parte qua tranſierunt.

Ex epicteti Enchiridio, & Iſocrate. Liberos doctiores, quàm ditiores relinquere ſtudeto.
Filia aliena quædam poſſeſſio eſt patri.

Idem liberis pudorem magis, quàm aurum relinquendum eſſe conſulebat.

ὕβρις. *Obiurgatio quæ fit a patre, ſuaue medicamẽtum eſt: plus enim prodeſt quàm mordet.

Solonis. Solon interrogatus, cur iis qui patres verberaſſent, nullum conſtituiſſet ſupplicium: reſpondet, Se nullos tales extituros credidiſſe.

Sirach. 3. Filio ne arrideas, nec etiam filiæ, ne in poſterũ lachrymeris.

DE METV, Serm. XXIIII.

Matt. 26. Marc. 14. SPiritus quidem promptus eſt, ſed caro infirma.

† Act. 10. Vere deprehendo Deum non eſſe perſonarum acce-

acceptatι rē:ſed in omni gente,qui metuit Deum & iuſtitiam ſequitur & colit,acceptum illi eſſe.

Prou. 14. Metus Domini ſons vitæ, efficitque vt mortis laqueos euitemus.

Finem orationis omnino audi:Deum metue & præcepta eius ſeruato:quia hoc eſt omnis homo.

. 10 Pecuniæ & vires cor extollunt, ſed vtrumque ſuperat metus Domini.

Vt enim qui infixos habet corpori clauos, ad *S. Baſilij.* nullum opus eſt aptus, quod doloribus totus occupetur:ſic qui metu Domini coërcetur, non oculo vtetur ad ea quæ non decet, non manus actionibus vetitis admouebit,nihil denique vel mi nimum vel maximum contra officium ſuſcipiet, quaſi dolore quodam propter mioarum Dei metum percitus.

Theolo. A contemplatione exordium non eſt ducendū, & in metu quaſi in extremo deſinendum: contēplatio enim freno caret,& fortaſſis præcipitem agat:ſed metu primum quaſi initiatos purgatóſq; vel vt ita dicam attenuatos, ita in ſublime erigi cooueuit.

Metuamus tantum:quid eſt metu Domini amplius?

Lepores ſoliorum crepitus tenent:

Sic viros parum viriles vmbræ negotiorum.

Chryſoſt. Non tantum efficere poteſt oratio,quantum efficit metus:nam geennæ metus nobis regni afferet corooam.

Quemadmodum in ædibus militis ſemper armati,non latro,non parietū dirutor, non alius quiſquam eorum qui huiuſmodi maleficia ſuſcipiunt audet apparere:ſic metu animos occupante nulla perturbatio illiberalis nos inuadit.

Didym. Fieri non poteſt,vt qui vere metuit dominum, io timiditate verſetur, cum ſcriptum ſit, Præter Deum neminem eſſe metuendum.

Ioan. Climac. Quemadmodum radius ſolis per foramen ingreſſus,omnia quæ ſunt domi colluſtrat, vt vel mioutiſſimus conſpiciatur puluis volitans : ſic & metus Domini cum iudicio in corde hærens,omnia ipſi peccata oſtendit.

Seuerian. Ioitium ſalutis humanæ,eſt Domini metus: & omniū bonorum quæ in nobis ſunt, radix eſt lex diuina:nec vero diuina lex caret metu,nec metus lege. Lex enim ad ea quæ præcipinntur miniſtro vtitur metu : Metus autem eorum quæ iam præcepta ſunt iudicem habet legem.

Bias interrogatus, quid eſſet in vita metus expers,Bona,inquit conſcientia.

...turi. Non eſſe ſioe metu poteſt, qui metnendus aliis videtur.

Democrit. Non autem metus cauſa,ſed quia decet, à peccatis abſtinendum eſt.

Euripid. Intelligens haud eſt,metu iam debilis :
Animo reſumpto,iam repente elatior.

Menādri. Stultitia mihi videtur eſſe manifeſta,
Intelligere quidem quæ conuenit intelligi,
cauenda autem non cauere.

DE IIS QVI FACILE MVTANtur ad vitia redeunt, item de pœnitentia, Sermo XXV.

Luce 9. NEmo miſſa manu ad aratrum & reſpiciens poſteriora,aptus eſt ad regnum cœlorum.

1. Pet. Melius eſt non agnouiſſe viam iuſtitiæ, quàm

Appendix.

A poſt agnitionem,deſerta ſancta doctrioa regredi: accidit autem iſtis quod verò prouerbio dicitur: Canis ad ſuum vomitum reuerſus : & ſus lota ad cœoi volutabrum.

Qui mutabili & inſtabili lingua eſt, incidet in calamitates. *Salom.*

Quemadmodum canis cum ad vomitum reuerſus,abominabilis fit:ſic incipiens ſuo vitio ad ſuū reuertitur peccatum. *Prou. 26*

Qui ieiunat propter peccata ſua, & rurſus eadē committit,precationem eius quis exaudiet? quid ue profecit ſeſe abiiciendo? *Sirach.34*

Qui progreſſus fecerit in bonis actionibus, ſi *S. Baſilij.* B ad priſtinam peccandi conſuetudinem reuertatur,non modo laborum ſuorum mercede priuatur,ſed etiam acerbiore damnatione dignus iudicatur.

Quibus facilis eſt ad mutationem cogitatio, nihil eſt mirum eorum vitam moderatam nō eſſe.

Nemo in vitiis viuens deſperet,ſciens vt cultura plantarum naturæ mutantur:ſic diligentia quę à virtute proficiſcitur, cuiuſuis generis morbos ſuperari poſſe.

Homines ſimiles ſunt nubibus a ventorum mutationem alias in aliam partem aeris delatis.

Non temporis ſpacio,ſed animi affectione pœ- C nitentia fit.

Tales eſſe debemus,vt ad meliora ex malis facile mutemur:nunquam autem à bono ad deterius dimoueamur. *Theol.*

Mutatio vitij turpitudinem non habet, ſed in eo permanſio exitium eſt.

Non peccare ſine vllo peccati ſenſu,ſed agnoſcere, & peccata contueri,id non eſt exiguum:ſed via quædam eſt & initium ad emendationem ferens,& in meliorem mutationem.

Leues & ſtultos eos indicamus, qui facile ad vtramque partem feruntur & confluunt ventorū more,& in Euripi morem mntantur, & recipro- D cantur,inſtabiléſque ſunt fluctuum modo marinorum.

Quem pœnituerit indigne factorum, etiā ſi peccatorum dignam non egerit pœnitentiam,at huius ipſius tamen remunerationem accipiet. *Chryſoſt.*

Planta ſi frequenter transferatur, fructum noo profert. *Euagrij.*

Vt ſtatua in ſua baſi,ſic vir boous io præclaro inſtituto conſtans & immutabilis eſſe debet. *Socrat.*

Non pœnitere,ſed prouidere ſapientem decet. *Epicharm*

DE PECCATO ET CONFESſione, Sermo XXVI.

QVisquis peccatū cōmittit, ſeruus eſt peccati. *Ioan. 8.* B Ne regnet igitur peccatum in mortali corpore veſtro, vt ipſius cupiditatibus pareatis, nec exibere veſtra membra peccato, vt ſiot iniquitatis & iniuſtiæ arma. *Rom. 6.*

Vt leo venationi inſidiatur,ſic peccatum iniuſtitiam exercentibus. *Sirac. 27.*

Peccatum tanquam aoguem fugito : oam ſi acceſſeris,mordebit te:leonmis præditum eſt dentibus, qui animos hominum occidunt.

Bona bonis ab initio rerum condita ſoot,ita & ſceleratis mala. *Sirac. 39.*

Quemadmodum inciſionis, aut cauteris, medicus non eſt cauſa, ſed morbus : ſic & ciuitatum diſſipationes ex peccantium immodeſtię *S. Baſilij.*

Peccatum donec parturitur, quendam retinet pudorem: cum autem perfectum fuerit, tum eius authores efficit impudentiores.

Vt fumus apes fugat, & colūbas abigit graueolentia: ſic & cuſtodem vitæ noſtræ angelum à nobis diſcedere cogit lachrymabile & fœtidū peccatum.

Theol. Vt corpus vmbrā, ſic animos peccata ſequuntur & actiones manifeſto effingunt.

Vitiū tacitū & occultū, morbus eſt animi latēs.

Citius exigui vitij fias particeps copioſè, quàm paulatim maximæ virtutis: nam & melli vel exiguum abſinthij citiſſime amaritudinem impertit: mel autem ne duplum quidem abſinthio dulcedinem infundit.

Chryſoſt. Ne graueris enunciare & confiteri peccatum tuum, vt illam futuram turpitudinem hac præſenti vites.

Quemadmodum enim ſcintilla, ſi quid vel exiguum apprehēderit & accenderit, omne reliquū depaſcitur: ſic peccati natura, poſtquā animi cogitationes nacta fuerit, nemóque ſit qui extinguat, grauior in reliquum & ſuperatu difficilior fit per ſecundorum acceſſionem, cum iam in maiorem contemptum peccator effertur.

Vt enim qui in peccatis eſt, dum alios accuſat, ſe prior ipſe accuſat: ſic & in miſeriis verſans, & exprobrās aliis calamitates, ſibi ipſe prior exprobrat.

Quemadmodum qui nocte illuni ambulant, tremunt, etiam ſi nihil ſit quod terreat: ſic & qui peccant, non poſſunt confidente animo eſſe, etiā ſi nemo ſit qui redarguat.

Philonis. Hic vel vno præſente nihil indecore agere ſuſtinemus, illic autē quid corā tot millibus agemus?

Ei qui per imprudētiā errarit veniā dam' qui autē de induſtria iniuriā facit, excuſatione caret.

Didymi. Timeamus, nō morbū externū, ſed peccatū ex quo morbus exiſtit, & morbū animi, nō corporis.

Theotimi. Incrementum eſt vitij, ſi non ſolum ipſe pecces, verumetiam alijs patrocineris.

Ioſeppi. Peccatum ſimile eſſe videtur obici, prohibenti beneuolentiam Dei ad nos peruenire.

Plutarchi. Ratio perturbationes non extirpat, ſed aduerſus ea luctatur.

Ariſtotelis Nec ignis veſtimento, neque turpe ſcelus tempore tegi poteſt.

Demoſth. Non procul ab eo qui nihil peccarit, ſe collocat, qui peccatum ſuum non grauate confitetur.

Pythagor. Quemadmodum corporis morbus non tectus, nec laudatus ſanatur: ſic nec animus male cuſtoditus curatur.

Moſchion Peccata tua conare non oratione tegere, ſed reprehenſione curare.

Zenonis. Melius eſt raro polliceri præclarum aliquid, ſæpe autem reipſa præſtare: quàm raro dicere ſe peccare, ſæpe autem aberrare.

Phauorini Viue homo non ſolum vt edas & bibas, ſed vt vita ad beatam vitam quærendam vtaris.

Theophra. Affectio quædam inuaſit animum meū, ſed quæ ſit neſcio: initiati dicunt amorem eſſe. Inuide dæmon & rationis expers, infirmum inuaſiſti corpus, quod te ferre non poteſt: abs te deficio dæmon, deſero tuam militiam, non ſum tuus miles.

Amor eſt alicuius rei præter rationem cupiditas nimia, celerem habens aditum & acceſſum, diſceſſum autem & finem tardum.

DE INCONTINENTIA ET gulæ ſtate. Serm. XXVII.

Luca. 6. VÆ qui expleti eſtis, quia eſurietis: væ qui ridetis, quia lugebitis, & plorabitis.

Iac. 5. Nutriiſtis corda veſtra, quaſi ad diem mactationis.

Salomonis Ne ſeducaris in ſaturitate ventris tui.

Prou. 25. Mel nactus quantum ſatis eſt, edito, ne expletus euomas.

Sirach. 40 Qui in menſam alienam intuetur, vita eius nō conſiſtit in vitæ ratione.

S. Baſilij. Venter eſt perfidus mercator, penus nihil conſeruās, multarum rerum appoſitarum incommodum retinens, res ipſas autem non conſeruans.

ϲυνα⸗ξίλης. Ex craſſo alimento & vino fuliginoſæ exhalationes elatę in morem denſæ nubis, ſpiritus ſancti illuſtrationes in ipſam mentem ſuo interuentu impediunt.

Theologi. Peruigil miniméque ſomniculoſi eſt ad plura habendi cupiditatem humana natura.

Da, inquit venter. Si cum acceperis, modeſtus fueris,
Alacriter dabimus. Sin inferioribus tranſmittis
Chriſoſt. Stercus, accipies quidem, ſed non opulente:
Sin retinebis, opulente dabimus.

Ioan Climacis. Cum ederis & biberis expletuſque fueris, caue tibi: præceps enim eſt locus deliciarum.

Obſonium ſit tibi indigentia, & non ſaturari ſaturum, nec crapula hebetare appetitum.

Radix errorum, qui in vita verſantur, eſt gulæ ſtudium.

Cum premitur ſtomachus, cor humiliatur, ſi vero cures ſtomachum, exultabit & geſtiet animus.

Philonis. Palato tenus percipitur ciborum voluptas, atque ibi terminum habet: vltra palatum non ſentitur diſcrimen eorum quæ ingeruntur, cum omnia deinde æqualiter per naturam in fœtorem reducantur.

Plutarchi. Continentiæ proprium eſt valetudo & robur: incontinentiæ autem infirmitas, & morbus morti vicinus.

Democr. Deliciæ ex animo, tanquam ex caſtris, optima quæque rapiunt.

Valetudinem à Deo precantur homines, cuius vim in ſemetipſis eſſe neſciunt: dum enim incontinenter viuūt, ſuæ ipſi valetudinis ſunt proditores.

Vt vnctio non quæ ſuauis eſt, aut longa, bona eſt, ſed quæ ſanat: ſic cibus, non qui ſuauis, aut multus, bonus eſt, ſed qui valetudinem tuetur.

Catonis. In cibo capiendo abſit celeritas, & feſtinatio: hoc enim caninum eſt, beſtiamque magis quàm hominem decet.

Hic ſumptus deliciarum reprehendens, Quàm difficile eſt, inquiebat, ad ventrem verba facere auribus carentem?

Antiſtem. Antiſthenes quid eſſet feſtum interrogatus: Gulę irritamentum, & luxuriæ occaſionem eſſe dixit.

Epict. Cura vt te cibi qui in ventrem ingeruntur, alant, ſed animi lætitia. Illi enim in excrementa vertuntur, & ſimul perit laus eorum: animus autem à corpore ſeiunctus, incorruptus perpetuo manet.

In cō-

In conuiuiis memento duas eſſe tes, quæ recipiātur, corpus & animū: ac quicquid corpori impertitus fueris, id ſtatim te effuſurum: quod antē animo donaris, id te perpetuo retenturum.

Diogenis. Quibus in ædibus magna eſſet ciborum copia, ibi multos mures & feles eſſe ſolere dicebat: ac ea corpora, quæ multum cibi caperent, multos morbos cootrahere ſolere.

Crates. Cum Crates Delphis Phrynes ſcorti imaginem vidiſſet auream: Hoc eſt, exclamat Græcutū tropheum.

Idem conſpicatus adoleſcentulum athleticum, vino carne & exercitatione corpulentiorem fieri: O miſer, inquit, deſine aduerſus temetipſum carcerem munire.

[illegible]gaid Multo plures iam viros ſatietas quā fames perdidit.

Viros, qui plus quā conueniret habere voluerūt.

Socrat. Hic homines vt ederent viuere dicebat: Ego vero (inquit) vt viuam edo.

DE DOLORE ET TRISTITIA,
Sermo 28.

Matt. 5. BEati qui lugent, quia conſolatione afficiētur.

2. Cor. 2. Quis eſt qui me lætitia afficit, niſi dolore a me affectus?

Prou. 25. Vt tinea veſtem & vermiculus lignum, ſic dolor viri cor lædit.

Sirach. 30. A dolore mors egreditur, ac cordis dolor minuet vires.

Quemadmodum vermiculi teneris lignis innaſcuntur maxime, ſic dolores in mollioribus hominum ingeniis ingenerantur.

Qui negat afflictationem iuſto eſſe decoram, nihil aliud dicit, quàm non conuenire, vt athleta habeat aduerſarium.

Theologi. Affert conſolationem triſti, dolorū communio.

Eſt interdum dolor pluris faciendus, quàm voluptas; & triſtitia ſubmiſſa pluris quàm feſtiuitas, & riſu inhoneſto lacbrymæ laudabiles.

Magnum enim confertur remedium ab his, qui eodem nobiſcum afficiuntur dolure: qui enim æqualem participant dolorem, plus afferunt patiētibus conſolationis.

Chryſoſt. Tempus eſt triſtitiæ, non cum mala nobis accidunt, ſed cum male ipſi ipſi nos gerimus.

Plutarchus Via quidem planiſſima eligenda eſt, vita autem quàm minime perturbationibus obnoxia.

Socrat. Thoraci tunicam, triſtitiæ verò mentem ſuperinducere conuenit.

Interrogatus quid maxime bonos dolore afficeret: Proſperitas, inquit, malorum.

Idem rogatus quemadmodum ſine dolore viui poſſet, negauit fieri poſſe, quin is qui domum vel ciuitatem inhabitet, vel aliter cum hominibus cō ſuetudinem babeat, dolore afficiatur.

Leucippus. Hoc eſt oculorum proprium, vt in magnis malis nullam profundant lachrymam, in mediocribus calamitatibus copioſe id faciant.

Chanclea. Mortales ſepulchra, quæque ad funus & ſepulturam pertinent, præparant, quaſi his ſint vſuri: quemadmodum autem mortis metu & dolore vacent, quorum maximus vſus eſt, nihil tale præparant.

Thepomp. Si quis plurima bona poſſidens, in mœrore vitā degat, omnium eſt & qui ſunt, & qui futuri ſunt, miſerrimus.

Appendix.

Ex ſententiis Epict. Si vis triſtitia vacare, quæ futura ſunt ſic æſtima, veluti iam accidiſſent.

Iſocrat. *Democri.* Fac dolore vaces, non vt omnino affectionibus carens, brutorum more: nec vt rationis expers velut insipiētes, ſed tanquam virtutis cultor rationem pro doloris remedio babe.

Sapit, non is qui dolet iis quæ nō habet: ſed qui iis quæ habet, gaudet.

Qui ob calamitates tum animo minime ſunt triſti, tum reipſa maxime reſiſtunt, ij & ciuitatum & priuatorum præſtantiſſimi ſunt habendi.

Interrogatus quemadmodum hoſtem dolore afficere poſſis: Si, inquit, optimam tibi vitam præparaueris.

Nullus ex hominum numero vitam ſine dolore tranſegit, nec vſque ad finem fortunatus fuit.

Euripidis Expers doloris vita nulli permanet.

DE SOMNO, SERMO xxix.

Matt. 26. CVm veniſſet Ieſus, diſcipulos ſuos dormientes reperit: erant enim oculi eorum grauati, quibus dixit: Siccine non potuiſtis vnam horam mecum vigilare? (quāuis ipſi ſpectaritis quā non dormiat Iudas.) Vigilate igitur & precamini. *Marci. 14. Luca. 22.*

(Hæc non leguntur codicibus noui teſtamenti.) †Ne dormiamus igitur quemadmodum & cæteri, ſed vigilemus & ſobrij ſimus. Qui enim dormiunt, noctu dormiunt: & qui inebriantur, nocte fiunt ebrij: nos cum diei ſimus, ſobrie vitam inſtituamus. *1. Theſſ. 5.*

Induetur laceris & pannoſis veſtibus, quiſquis ſomniculoſus eſt.

Sollicita vigilia appetit dormitationem.

Salom. 23. *Baſily.* Age gratias homo ei qui nos mirifice per ſomnum à continuitate laborum recreat, & ex parua & breui quiete rurſum ad vires vegetas reuocat.

Theologi. Somniculoſus eſt ſomniorum repertor.

Somnus enim myſtes eſt ſpectrorum, non rerum

Chryſoſt. Somnus nihil eſt aliud, niſi mors quædam temporaria & quotidianus vitæ finis.

Gre. Nyſſ. Vt in terra humida radiis ſolis calidioribus calefacta, vapores quidam nebuloſi ex alto excitantur: ſic fit prope ad eundem modum in noſtra terra, cum cibus naturali calore ferueſactus fuerit: nam cum vapores ſecūdum naturam ſint aërei, & ſublime ferantur, ad ſuperiorem locum aſpirantes in capite conſident.

Philonis. Mortis meditationem, & futuræ vitæ vmbram, & delineationem quandam ſomnum eſſe meritò definierunt veritatis ſtudioſi indagatores. Vtrumque enim euidentes habet imagines, quippe totū hominem & ſibi aufert, & reſtituit.

Clementis Quæcunque de ſomno dicuntur, eadem etiam de morte intelligi debent: vtrumque enim animi defectionem declarat, hæc magis, ille minus.

Omnibus nobis cum ſomno, vt ſic dicam, digladiandum eſt, vt plus vitæ temporis per vigiliam conſequamur.

Somnus enim quaſi publicanus quidam, dimidium nobis vitæ tempus aufert.

Tantum abeſt vt interdiu dormiant, vt etiam noctis maximam partem vigiliæ impartiantur.

Democri. Sõmni diurni corporis petturbationẽ, aut animi anxietatem, aut ignauiã, aut inſcitiã ſignificant.

Mente vigili eſto: huius enim ſomnus veræ mortis cognatus & germanus eſt.

Tẽpetantes & ſtudioſi nunquã dormitant, etiã ſi ſua ſtudia in multã noctẽ producant: non enim ſomnus tanquam dominus quidã eos impellit cer uicem vino ſubactam & in ſeruitutem redactam quaſi cum contumelia deprimens: ſed liberi & recti permanent: cum autẽ ſomnum petunt, eum pura mente recipiunt, neque proſpetitatibus elati, neque vllis rebus aduerſis deiecti: æqualiter enim vtraque bæc fert animus ſobrius, neutróque horum ſe vinci patitur: itaque & ſuauiſſime dormit omni dolore vacuus, & ſomno non intercepto.

DE EBRIETATE SERM. xxx.

Lucæ.21. CAuete ne quando corda veſtra crapula & ebrietate grauentur, & victus curis: & repente dies ille vobis ingruat.

Rom. 13. Tanquam in die, decenter ambulemus: non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis.

Eccle.7. Melius eſt ire in domũ luctus, quã cõpotationis. Noli eſſe vini potor: ebrioſus enim omnis mendicabit.

Qui libenter in vini compotationibus verſatur, in ſuis munitionibus relinquet ignominiam.

Sirach.31 In conuiuio ne proximum arguas, nec eum in lætitia ipſius contemnas.

S. Baſilij. Vt enim aqua aduerſatur igni, ſic immoderatus vini potus rationem extinguit temperantem.

Optimus vini bibendi modus eſt, corporis neceſſitas.

Ebrietas dominum non recipit, ſpiritum ſanctũ repellit: vt fumus abigit apes, ſic dona ſpiritualia repudiat crapula.

Theolo. Et panperes quidẽ boc modo viuunt: nos autẽ *ἀφαύσαι ſplendidi ſplendidè accubabimus, in lectis mollibus & ſublimibus, & excellentibus, & †pretioſis ſtragulis. Illis aquæ potus eſt ſatis: nobis autẽ ad ebrietatẽ vſq; vini crateres, imò & ſupra ebrietatẽ intẽperantioribus dantur. Vina alia in vini nume*ἀνθοσμίαι ro non habemus, alia †florum inſtat odorata iudicamus: & de his ipſis philoſophamur: damnũ autẽ putamus, niſi vernaculo externum aliquod vinũ quaſi tyrannus addatur: decet nos molliores aliquid babere redũdans & excellens: & baberi quaſi ignominioſos, niſi mali exiſtimemur & ventris, & eorum quæ ſunt infra ventrem ſerui.

Chryſoſt. In ebrietate & intemperantia viuentibus dies in tenebras noctis mutatur, non ſolis luce, ſed illorũ mente per ebrietatem obtenebrata.

Euagrij. Vinum corpus roborat, animum ſermo diuinus.

Plutarchi. Mundus aqua & igne corrũpitur, luxurioſorũ autẽ opes amore & ebrietate.

Diogenis. In conuiuio quodam cum ei vini multum datum eſſet, id effudit: cúmque quidam eum reprehenderent: Si, inquit, ebibero, nõ ſolum ipſum perit, ſed me quoque perdit.

Menãdri. Contumelia & vinum amicorum mores amicis detegere ſolent.

Multum meri parum ſapere cogit.

Non vini copia, ſi conſiderare velimus,
Eum qui biberit baccbari facit, ſed bibentis ingenium.

A Indignum eſt, ſi quis plura loquatur, quã bibat. Nihil interim ſciens, ſed omnia ſimulate. *Pythagor.*

Interrogatus à quodam ebrioſo, quo tandẽ modo ab ebrietate deſiſteret, Si ſubinde, inquit, quæ ipſe faceret contemplaretur. *Cleoſtrat.*

Is ebrietatẽ inſaniæ exercitationẽ eſſe dicebat.

Cleoſtratus cuidam ſibi dicenti, Non te pudet ebriũ fieri? dixit: Te verò nõ pudet ebriũ monere? *Epicteti.*

Cicadæ canoræ, cochleæ autem mutæ, gaudent tamen hæ bumectatione, illę vero calore: hæ prouocantur rore, & in eum exeunt: illas contrà excitat ſol ardens, & in eo canunt: itaque ſi vis & muſicus, & ex omni parte aptus vir exiſtere, cum
B in compotationibus vino animus irrigatus fuerit, tum eum progredi & contaminari ne ſinito: at cũ in conceſſibus à ratione animus incenſus fuerit, tũ & diuinare & iuſtitiæ oracula canere, iubeto. *Aeſchin.*

Speculum formæ æs eſt, vinum autem animi. *Anacharſis.*

Vini crater miſcetur & bibitur, primus quidem valetudinis, ſecundus voluptatis, tertius contumeliæ, poſtremus inſaniæ.

Ebrius gubernator & quiuis præfectus omnia euertit, ſiue nauim, ſiue currum, ſiue exercitũ, ſiue quodcunq; tandẽ ſit, quod ab illo gubernetur. *Plato.*

Sophocles Æſchylum, quòd ebrius ſcriberet, reprehendebat: propterea quod & ſi quæ recta
C ſunt faceret, tamen id neſciens faceret. *Sophoclis.*

Vitis tres producit vuas, primam voluptatis, alteram ebrietatis, tertiam contumeliæ. *Epicteti.*

Inter pocula noli multum verborum fundere, eruditionis oſtentandæ cauſa: bilis enim hunc babet loquendi locum.

Ebrius eſt, qui plus quãm tria ebibit pocula, etſi non ebrius fiat, modum tamen tranſit.

DE LIBERTATE LOQVENDI,

& redargutione Sermo xxxi.

QVi in occulto aliquid agit, non vult in publico & in luce libere verſari. *Ioan.7.*

D Si cor noſtrum nos non condẽnat, liberum habemus ad Deum aditum, & quicquid petimus ab illo accipimus: quia præcepta eius ſeruamos, & quæ illi ſunr grata, facimus. *1.Ioan. 3.*

Authoritatem dat orationi initium iuſtitiæ. *Salom.15*

Ne accẽdas carbones reprehẽdens improbos, ne exuraris flamma ignis peccatorum ipſorum. *Sirach. 8.*

Reprehẽſio correctionẽ peccantis propoſitum habet: at conuitium ad lapſi & errantis fit iniuriã. *Baſilij.*

Qui quieſcit nec fratris arguit peccatum, immiſericors eſt, quaſi qui venenum immittit in eũ qui ſit à venenata beſtia morſus.

Multo ſatius eſt breuem dolorem excitãdo ma-*Theol.*
E ximam afferre vtilitatem, quàm voluptati indulgendo totius ſummæ damnum dare.

Melius eſſe credo arguere, quã argui: quãto potius eſt te à malo liberũ fieri, quã alterũ liberare. *Chryſoſt.*

Libere loqui ſimpliciter quidem aliquoties etiã vulgares ſolent: at decenter & tempeſtiue cum modo & prudentia licentia vti, hoc demum eſt magni & admirabilis animi.

Cum aliquando Phocion Athenienſis Athenis non ad gratiam, ſed ad vtilitatem concionaretur, ei Demades orator dixiſſe dicitur: Si populus inſanierit, te occidet: cui Phocion, Te vero, ſi ſapiet. *Phocionis.*

Nec è mundo ſol tollendus, nec loquendi libertas ex hominum congreſſu remouenda.

Xeno-

Xenochares de obſcœnis quibuſdam aliquando rogatus, cum nihil reſponderet, & qui interrogarat, Quid taces, diceret: De talibus te rogare decet, inquit me autem non reſpondere. A

Iſocrat. Dicendi liberam facito poteſtatem ſapientibus vt de quibus ambigis, habeas qui tecum conſultēt

Democritus Cum Democritus pro Athenienſibus, apud Philippum legatione fungeretur, liberéque loqueretur, Philippus, Metuis ne, inquit, ne tibi caput iubeam amputari? Non, inquit: nam hoc ſi mihi abſtuleris, patria ipſa mihi ímortale pro hoc reponet

Pythagoras Cum quidam dixiſſet, Nimium me irrides: Atqui, inquit, lineoſis acria & acerba proſunt, dulcia vero nocent.

Ex epiſt. & Iſocr. Nec gladio obtuſo, nec libertate immoderata vti decet. B

Ex Ariſtonymi ſcriptis. Quemadmodum mel exulcerata mordet, ſecūdum vero naturam conſtitutis ſuaue eſt, ita habet & oratio philoſophorum.

Hermes et Iſidori. Perinde facit, qui ex oratione libertatem tollit, ac ſi ex abſynthio tollat acorem.

Reprehenſio ſi ignoſcatur (ó maxime imperator) ad cupiditatem eorum quæ prius non norat, reprehenſum ducit.

Socrat. Libertatis ſicut cuiuſlibet anni partis ſuo tempore iucunda eſt gratia.

Euſebij. Hoſtis vera dicens amico ad gratiam ſimulanti omnino præponendus eſt. C

DE LABORE ET INDVSTRIA, Sermo xxxii.

Ioan. 5. 2. Theſ. 3. PAter meus adhuc operatur, & ego operor. Ipſi noſtis meis neceſſitatibus & eorū qui mecum ſunt, has manus ſuppeditaſſe: de omnibus vos commoneſeci, ſic laborandum, & infirmos ſubleuandos eſſe.

Bonorum laborum fructus glorioſus.

Salomonis Sirach 51 Opus veſtrum facite ante tempus, & mercedē vobis reddet in tempore ſuo.

S. Baſilij. Nam quod labore partum eſt, alacriter ſuſcipitur, & induſtrie conſeruatur: at quorum facilis & prompta eſt comparatio, eorum poſſeſſio contēni ſolet. D

Theologi. Nobilior eſt in patiendo philoſophia, quæ, vt aqua frigida ferrum, periculis acuitur.

Chryſoſt. Vbique per difficultates & labores vtilia hominibus obuenire ſolent.

Philonis. Laborē fugiens, bona fugit: at qui toleranter & fortiter ſuſtinet difficilia, is ad beatitudinē feſtinat

Euagrij. Abſurdum eſt ſequentem honores fugere labores, ex quibus naſcuntur honores.

Plutarchi. Quemadmodum organū intentionē & remiſſionem ſuſcipiens ſuaue fit, ſic etiam vita.

Iſocrat. Voluntarijs laboribus teipſe exerceto, vt etiam non voluntarios ſuſtinere poſſe videaris. E

Nullus laudem voluptate comparauit:
Nullus deſidioſus, nobilis euaſit.
Sed labores pariunt nobilem fortitudinem.
Non licet, ô ſtulte, cum deſidia
Philiſci. Non laborantem labore partorum participē eſſe.

Nicias. Hic adeò fuit laborioſus, vt ſæpe rogaret ſeruos, an lotus eſſet & pranſus.

Archimed. Archimedē tabulæ incūbentē, famuli per vim extractum vngebant: at ille etiam in corpore vncto deſcribebat figuras.

Demoſth. Rogatus à quodam, quo tandem modo artem dicendi eſſet conſecutus: Plus, inquit, olei quàm vini conſumendo.

Appendix.

Ex ſententiis Democ. Enchiridij, Iſocrat. Corpus quidem laboribus, animum autem fortiter tolerando pericula exerceto.

Idē rogatus, qua re induſtrij ab inertibꝰ differrēt: reſpondit, Quo impij à piis, ſpe nimirum bona.

Idem adoleſcentem conſpicatus induſtrium: Optimum (inquit) ſenectuti condis obſonium.

Democr. Voluntarij labores non voluntariorum tolerantiam efficiunt leuiorem.

DE IVREIVRANDO, SERM. xxxiii.

Mat. 5. DIco vobis non eſſe omnino iurandum, neque per cœlum, quia thronus eſt Dei: neque per terram, quia ſubſellium pedum eius eſt.

Iacob. 5. Ante omnia fratres mei, nolite iurare, neq; per cœlū, neq; per terrā, neq; vllo alio iurandi modo: ſed veſtrum ſit etiam etiam, & non non.

Sirach. 23. Inique iurarunt cum dolo, ſanctitate contempta: non enim iuratarum rerum potentia, ſed peccantium iudicium perſequitur ſemper iniuſtorū trāſgreſſionem.

Ibid. Qui multum iurat replebitur iniquitate, nec diſcedet ab illius domo flagellum.

Qui falſum iureiurando confirmat, malam inhumanitatis mercem periurium comparat.

S. Baſilij. Turpe eſt oīno & ſtultū accuſare ſeipſum, quaſi fide indignū, & iuſiurandi firmitatem adiicere.

Qui em ſancte iurat, caſu aliquo fit aliquando, vt fallatur: at qui nō iurat, periurij periculū effugit.

Theol. Lex inquit, Non peierabis: tu verò ne iurato quidem omnino, neque parum neque multum, quod iuſiurandum periurium pariat.

Chryſoſt. Quēadmodū ſeruus qui cōtinenter torquetur flagello, nihil imminuitur aut immutatur ſic homo qui iurat & Deum nominat perpetuò, à peccato non repurgabitur.

Sycophantæ mendacium vendunt, alios alij fallentes iuramenta conſumunt, & ſolum inter iurādum Dei meminerunt.

Viros decet, vt eis moribus ſint præditi, qui iureiurando firmiores eſſe videantur.

Iuſiurandum oblatum accipito duabus de cauſis, aut vt te criminatione liberes, aut vt amicos ex magnis eripias periculis.

Pecuniæ cauſa Deum nunquam iurato, nec etiam ſi ſanctè iuraturus ſis: aliis enim peieraſſe, aliis cupidus eſſe pecuniarum videbere,

Amphid. Qui iuranti nihil credit, Is peierare facile nouit.

Euſebij. Multi ſolēt hortari cæteros vt ſanctè iurent: ego vero ne ab initio quidem temere iurare ſanctum eſſe affirmo.

Solon. Morū probitatē iureiurādo firmiorē habere decet

DE INANI GLORIA, SERM. xxxiiii

Ioan. 5. GLoriam inuicem accipientes, gloriam à ſolo Deo non quæritis.

Galat. 6. Ne ſimus inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

Salom. 12 Præſtantior eſt qui in ignominia ſibi ſeruit, quā qui ſibi honorem aſſumens eget pane.

Sirach. 10. Noli te efferre, ne cadas, & animam tuam afficias ignominia.

Ibid. Odioſa eſt in conſpectu Domini inanis gloria hominum.

Sūt qui ſe diuites prædicent, cū nihil habeant.

S. Baſilij. Vanæ gloriæ appetens eſt, qui quæ eius quæ in mundo eſt gloriæ cauſa facit aliquid, aut dicit.

calumn æ cauſa: & conſolare teipſum, & abducitor à do.ore: ſcito enim nullum illis eſſe reditum: nec quicquam hac ratione profeceris, & teipſum afflixeris: à dolore enim proficiſcitur mors.

S. Baſilij. Quemadmodum qui in nanigiis dormiunt, à ventis vltro aguntur, etiam ſi nihil ſentiant, ſed curſus eos ad exitum & portum defert: ſic & nos, tempore noſtræ vitæ præterfluente, quaſi motu quodam perpetuo & indefeſſo, ad ſuum quiſque finem occulto curſu vitæ noſtræ feſtinamus.

Qni adhne in vita manet, nondum propter incertum exitum beatus eſt: qui autem ſibi præſcripta & conceſſa compleuit tempora, & fine irreuocabili vitam concluſit, is iam tnto beatus iudicari poteſt.

Nemo dimiſſis conuentibus & mercatibns finitis negotiatur, aut poſt certamina coronatur, aut poſt prælia fortem ſe oſtendit.

Theologi. Cuiuis mortali mortuo terra tumulus eſt:
Quicquid enim è terra profectum eſt, & terra eſt & in terram redit.

Chryſoſt. Cum ex vrbe in vrbem migramus manu ducente egemus: quanto magis animus è carne migrans & ad futuram tranſiens vitam ductoribus egebit?

Vt corpus exhalandæ animæ & morti vicinum, infinitas contrahit ægritudines, & ruinam minante domo multa prius delabi ſolent, tum de tecto, tum de parietibus: ſic & orbe terrarum breui interituro, infinita vbique iam mala diſperſa.

Ariſtoteles Optimum eſt è vita, vt ex conuiuio, neqne ſitientem neque ebrium excedere.

Iſocratis. *Moſchion.* Si quis in morbo teſtamentum ſcribat, ſimiliter facit, vt qui in tempeſtate maris inſtrumenta nauis incipiunt præparare.

Fac velis potius honeſte mori, quam turpiter viuere.

Præſtat mori quam per intemperãtiam animum obtundere & hebetare.

Morbis aliis atque aliis inuadentibus, ne mors qnidem ipſa diutins aberit.

Ex Phauorino. Ariſtides cognomento Atticus, rogatus quandiu liceat homini honeſte viuere:
Quoad, inquit, mori exiſtimabit melins eſſe quã viuere.

Amaſis Ægyptiorum rex, ad amicum qni filiũ amiſerat, ſcribens vt conſolaretur: Si, inquit, cum nondum eſſet, non dolebas, ne nunc quidem cum iam non eſt, dolere debes.

Diogenes. Diogenes Cynicus cum quidam lamentaretur quod ſibi peregre moriendum eſſet: Quid ſtulte, inquit, lamentaris? vndique enim ad inferos tãtundem eſt viæ.

Lugere natos conuenit tot in mala
Euripidis Veniſſe: mortuus laborem deſinens.
Cum gaudio efferendus eſt ex ædibus.

Epicuri. Contra cætera omnia aliqnid tutum inueniri poteſt, at contra mortem omnes vrbem habitamus immunitam.

Muſonij. Non poteſt is honeſte præſentem diem tranſigere, qui non eum diem vitæ ſibi propoſuerit extremum.

Polyani. Propter mortuos ne doleto, quia neceſſarium mori, ſed propter eos qui turpiter moriuntur.

Democrit. Hic cum ægrotaret & in lethargum incidiſſet, poſtea leuatus: Nihil me (inquit) fallet vitæ cupiditas, & vita ſe priuauit.

Menandri Ter miſera & erumnoſa vitæ natura eſt,
Et plurimis referta curis vndique.

Magis eſt neceſſarium animum quam corpus ſanare. Præſtat enim mori, quam male viuere.

Sophoclis. Vidiſti tibi tumule quis ex mortalibus?
Heu mortuis, quam cito fluit breuiſſima.
Et priſtina omnes deſerit inita gratia.

Biantis. Hic gladium proiectum conſpicatus. Quis te, inquit, perdidit, aut qnem tu?

Idem cum mortem quidam aduocaret in liberorum amiſſione. Cur homo, inquit, ipſam vocas? an non, etiam ſi non vocaris, veniet?

Idem rogatus, qnod genus mortis malum eſſet: Quod, inquit, legibus, conſtitutum eſt.

Idem damnatus ab Athenienſibus præcipitij, vxore eius Xanthippe flente, & dicente: Quam iniuſque, ô Socrates, occideris: Velles igitur, inquit, me iuſte occidi?

Socrates. Idem cum quidam ei dixiſſet, Athenienſes te morte afficiendum decreuerunt: Et ante eos, inquit, natura.

Idem interrogatus, quænam apnd inferos eſſẽt, Nec ego, inquit, vnqnam iui, nec cum quoquam illinc reuerſo ſum collocutus.

Animum mors non perdit, ſed mala vita.

Si nullus occideretur, impunita eſſent vitia.

Sexti. *Philiſtion.* Amicorum & familiarium, dum viuunt curam gerito: defunctorum autem corpora terræ commiſcenda ſunt, quod hoc ſit pium: non enim vna cum corpora ſepelitur animus. Fruſtra igitur nimius ille ſepulturarum labor ſuſcipitur.

Anaxago. Duo eſſe mortis documenta puto, tẽpus qnod fuit ante ortum, & ſomnum.

Ex Nicolai Collectan. Cauſiani natos lugent, mortuos beatos prædicant.

DE PACE ET BELLO, SERMO XXXVII.

Luc. 10. IN quamcunque domum ingreſſi fueritis, primum dicite, Pax huic domui: & ſi fuerit illic filins pacis, requieſcet ſuper eum pax veſtra.

1. Cor. 13. Pacate viuite, fratres & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum.

Prou. 15. Melius eſt fruſtum panis in voluptate & pace, qnam domus bonis referta cum pugna & contentione.

Sirach. 25 Tribus ſum delectatus, ſnntque hæc grata Deo & hominibus: fratrum concordia, proximorum pax, vir & vxor inter quos bene conuenit.

S. Baſilij. Quantum ſit pacis bonum, quid neceſſe eſt apud pacis filios commemorare? nihil enim tam proprium Chriſtiani, quam pacifice viuere: quare etiam huius rei mercedem dominus eſt nobis pollicitus.

Theologi. *Chryſoſt.* Præſtat laudabile bellum, quam pax à Deo ſeparans.

Qni omnibus pacem imprecatur, bellnm affectuum profligauit, & animum portu tranquilliorem reddidit.

Gre. Nyſſ. Quemadmodũ bona valetudine reuerſa, morbus euaneſcit, & lumine apparente non relinquuntur tenebræ: ſic & pace præſente & ſe prodente, omnes aduerſarij perturbationes diſſoluuntur.

Demoſth. Qui bello recte vti volunt, illos non res ſequi, ſed eas anteuertere oportet.

A Honeſtum bellum turpi paci præponendum.

Herodoti. Nullus enim eſt tam ſtultus, qui paci bellũ præponat.

Menandri Pax agricolam vel in petris alit bene:
Bellum autem vel in campo malum eſt.

Ariſtopha. O pax profundæ diuitiæ, & iugum boum. Vtinam enim mihi pacem habenti liceat fodere incuruato, & loto trabere vinum, panem & pinguem & raphanum ferenti.

Euripidis Prudentia quam plurimas vinces manus.
At imperita multitudo auget malum.

DE SPE, SERMO XXXVIII.

Matt.6, Rom.8. B Intuemini in volucres cœli, quia non ſeminant, neque metunt: non colligunt in horrea ſua, & pater veſter cœleſtis alit illas.

Spes quæ cernitur, non eſt ſpes: quod enim cernit quis, id non ſperat: Quod ſi id quod nõ cernimus, ſperamus, per patientiam expectamus.

Solom.10 Ingrati ſpes quaſi hyberna pruina liqueſiet, & quaſi aqua inutilis deſſluet.

Spes impij qualis puluis qui à vento agitatur, & fumus qui à vento diſſoluitur, & vt recordatio hoſpitis vnius diei præterit.

Sirach. Spectate antiquas ætates, & videte num qui ſperauit in domino ſit ignominia affectus, & qui in illius metu permanſit, ſit contemptus. C

S. Baſilij. Qui in homine ſpem ponit ſuam, aut alia aliqua re earum quæ in hac vita ſunt, hic ſe effert, nec poteſt illa verba dicere: In te domine ſperaui. Præceptum eſt enim ne in principibus ſperemus.

Eum dignum laude iudico, qui ſpes vigilãtium ſomnia eſſe dicebat.

Theologi. Cum magna ſperauerimus, ſimul ſperatis potimur, minore opinione.

Neque nimis confidere, neque nimis deſperare debemus: illud enim animum diſſoluit, hoc vero euertit.

Quæ quis tanquam paſſurus metuit, hæc conſecutus eſt etiam ſi non recuperarit. D

In ipſo portu multis proſpera nauigatio verſa eſt in naufragium:
Multi ex maximis tempeſtatibus ad portum appulerunt,

Nec in triſtitia de felicitate deſperes, nec in felicitate calamitatem nullam expectes.

In rebus vnum eſt permanens, ſpes quæ in Deo habetur: cætera omnia natura non ſunt, ſed eſſe putantur.

Fieri non poteſt vt is à propoſito fine excidat, qui tota mente in Deo ſpem habet, & omnia ſua illi offert.

Eorum quæ expectantur bonorum afflictatio E

Gre.Nyſſ. flos eſt: ergo propter fructum, florẽ etiam decerpamus:

Nili. Inexpectatum malum omnino tumultum ciet cum incidit: expectatum vero, quia præparatum ad ſuſcipiendum inuenit animum, calamitatem efficit leuiorem.

Procopij Sophiſtæ. Speratum bonum, ſi in contrarium cadat, intolerabile affert malum.

Plutarchi †Nec nauis vna ancora, nec vita vna ſpe firmãda eſt.

Stabiles eruditorum ſunt ſpes, vt quæ in rationis portu conquieſcant.

A Virtutis ſpes propriæ ſunt animi, vitij autem nothæ.

Idem præſtat ſcaphæ impulſæ infirma ancora, quod ſpes innitens malo conſilio.

Improbæ ſpes quemadmodum mali vitæ duces in errorem inducunt. *Socrat.*

Nec mulier ſine viro, nec ſpes bona ſine labore quicquam parit vtile.

Iucunda etiam ſi præſto non adſint, ſpe tamen delectant. *Leucippi.*

Quod enim ſemel ſperatum eſt, ex animo detrahitur: & quod nuſquam amplius expectatur, metu liberat ægros.

Feſtinatio orationis ad id quod nondum eſt di- B
ctum, integritatem iam dictorum detrahit. *Caricles.*

Periculi metus, ſpes animi turbabat: ſpes autem adipiſcendi, metum voluptate occultabat. Sic & *Leucippes.* qui ſperabat, metuebat: & quod dolebat, gaudebat.

DE MVLIERIBVS, SERMO XXXIX.

Dicit ei Ieſus, Ego ſum qui tecum loquor: & *Ioan.4.* interea venerunt diſcipuli eius, qui mirati ſunt, quod cum muliere loqueretur.

Mulier in quiete diſcat, cum omni ſubmiſſione & obedientia: nec mulieri docere permitto, *1.Tim.2.* C aut in virum authoritate vti.

Improbæ mulieri ne te adiungito: mel enim ex meretricis labris deſtillat, quæ ad tempus guttur *Solomo.5.* tuum vngit, ad poſtremum felle acerbius reperies.

Vt vermis in ligno, ſic virum perdit improba mulier.

Præſtat in ſolitudine degere, quam cum muliere pugnace, & linguace & iracunda.

Cum leone & dracone habitare malis, quam cum malicioſa muliere.

Mala mulierum ſtudia & affectus, infirmos cohabitantium animus ſubmergunt. *Sirach.25*

D Inſipientiſſimæ mulieres naturali pulchritudine *S. Baſilij Theologi.* carentes, ad colores confugiunt, & ſunt, vt ſic dicam, ornatæ ad ſpectaculum, per ornatum inornatæ, & per dedecus & turpitudinem turpiores.

Qui malam habet vxorem, is ſciat ſe ſuarum iniquitatum mercedem iam recepiſſe.

Graue eſt pauperẽ ducere vxorem, graue quo- *Chryſoſt.* que diuitem: illud enim viri bonis nocet, hoc vero authoritati & libertati. *ὀυσίαν.*

Mulier tollit omnem ſuſpicandi occaſionem, ſi ſe non comat, nec ſupra decorum ſe ornet. *Clementis*

Mulierem malam decet ſigillum,
Parere mulieri contumelia eſt extrema. *Sexti.*

E Solon à quodam rogatus, an vxorem duceret, *Democrit.* reſpondit: Si turpem duxeris, habebis pœnam: ſin *Solonis.* pulchram, habebis communem. *Grata alluſio verborum eſt ποινὴ & κοινή.*

Colloquentes mulieres conſpicatus. Aſpis (inquit) à vipera venenum mutuatur.

Hæc in conuentu plurimarum mulierum inter *Diogenis.* rogata, cur ſola ex omnibus mulieribus ornatum *Philonis.* non ferret aureum: Vxori, inquit, ſatis magnus eſt *Vxor.* ornatus viri virtus.

In ignem & in mulierem incidere æquale eſſe *Pithagoræ* dicebat.

Secundus ille ſapiens quid eſſet mulier interro- *Secundus* gatus, reſpondit: Viri naufragium, domus tempeſtas,

ſtas, quietis impedimentum, vitæ captiuitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, ſumptuoſum bellum, bellua conuiua, ſolicitudo concidens, leæna complectens, exornata Scylla, animal malicioſum, malum neceſſarium.

Idem tria mala ſe adeptum eſſe dicebat, Grammaticam, paupertatem, & pernicioſam vxorem: duo ſe effugiſſe, malam autem mulierem effugere non potuiſſe.

Philoxen. Philoxenus poëta cum quinam percuncta retur cur bonas Sophocles introduceret fœminas, ipſe autem malas: Quia (inqoit) quales oporteat eſſe mulieres, Sophocles dicit, ego vero quales ſiot.

DE CONTRADICTIONE, ET *audacia, & contentione, Sermo* XL.

Matt. 5. AVdiſtis dictum eſſe: Oculum pro oculo, & dentem pro dente: ego vero dico vobis, oon eſſe malo reſiſtendum: ſed quicunque tandem tibi in dextram malam incuſſerit alapam, ei & alteram obuertito.

Rom. 9. O homo tu quis es, qui ex aduerſo reſpondeas Deo? num dicet figmentum fictori ſuo, cur me ſic feciſti? An non habet figulus poteſtatem ex eadem maſſa luti aliud vas honeſto vſui deſtinare, alterum turpi & ignominioſo?

Salomonis Ferrum ferro acuitur, vir vultum alterius irritat.

Ventus Boreas excitat oubes, vultus impudens linguam irritat.

Sirach. 4. Ne ſis audaci lingua, nec ſegnis & remiſſus in operibus tois.

Ante ignem vapor camini & fumus, ſic ante ſanguinem conuitia.

Qui conuitiis facieodis aſſuefactus eſt, omnibus vitæ diebus oon emendabitur.

Contentio feſtinans ignem effundet, & pugna feſtinas cruorem dabit.

Cootradictio animum imperandi cupidum & inobedientem arguit, etiam ſi in habitu demiſſo ſiat.

Theologi. Solent enim generoſi ſpiritus aduerſus violentos refractarij eſſe, vt flamma à vento incitata tanto magis accenditur, quanto vehementius aſpiratur.

Hortantibus te ad ſilendum ne aduerſeris, dicens: Non feram, vt ille me deridens abeat: noo enim tum deridet, ſed ſi rem perſequaris. Quod ſi etiam tum riſerit, vt ſtulto id illi accidet: tuvero ne quæras obtinere de ſtultis teſtimonium, ſed id ſatis eſſe exiſtimato quod prudentes dederint: vel potius io Deum ſpectato, qui tibi laudem tribuet. Illum vero, quem Deus laudauerit, omnino non decet ab hominibus honorem quærere.

Gre. Nyſſ. Cætera quidem peccata, & re, & tempore, & extrinſecus adhibita actione vt fiant egent: at orationis natura per ſe peccandi libertatem obtinet.

Philonis. Improbi propria eſt impudentia, pudor aotem probi: at neque pudentem, neque impudentem eſſe, ad Academicos pertinet & nunquam aſſentientes.

Impudens aſpectus & elata ceruix, & cõtinuus ſuperciliorum motus, & inceſſus inſolens, & ob rem turpem oon erubeſcere, animi ſunt ſigna turpiſſimi, obſcuras ſuorum dedecorum notas in conſpicuo corpore inſcribentis.

Philiſtion. Qui oon ſeipſum veretur
Cum ſit malefactorum ſibi cooſcius.
Qui poteſt alium neſcientem vereri?

Ariſtoteles Si quem improbum cum ſit, nihil pudet, in eo eſt vitiorum cumulus.

Socrates. Lingua temere ne vtitor, nam temeritas ſæpe etiam caput ipſum perdidit.

Euripidis Temeritate nullus adhuc virtutem comparauit ſed labore, & generoſitate, & clementia.

Menandri Nihil eſt ſtultitia, vt mihi videtur, audacius.

Muſonij. Reuerentia apud omnes dignus eris, ſi primum teipſum vereri cœperis.

Theophra. Verere temetipſum, & apud alium non erubeſces.

Catonis. Maxime ſe quemque reuereri oportere putato: oeminem enim vnquam à ſeſe diſiunctum eſſe.

Idem adoleſcentulum erubeſceotem cooſpicatus. Confide, inquit: talem enim virtus habet colorem.

DE SENECTVTE ET IVVENTVte. *Sermo* XLI.

Ioan. 21. CVm iunior eras, te ipſe cingebas, & vbi volebas deambulabas: cum autem ſenueris, extẽdes manus tuas, & alius te cinget, & quo nolis te ducet.

Hebr. 12. Itaque remiſſas manus & diſſoluta genua erigite, & ſemitas rectas pedibus veſtris facite.

Salom. 20 Loogitudo vitæ, viæ iuſtitiæ.

Cum multitudine ſeniorum verſator: & ſi quis eſt ſapiens, huic te adiungito.

Sirach 8. Ne repudiato virum in ſenectute ſua: etenim etiam ex nobis aliqui ſeneſcent.

Quam pulchrum eſt canitiei indicium, & ſenioribus dominum agnoſcere.

Quam pulcha eſt ſenum ſapientia. & honoratorum conſilij perſpicentia.

Mœchum ſenem ex aoimo odi, intelligentia diminutum.

S. Baſilij. Plus reuera valet ad ſenioris commendationem ſenilis prudentia, quam caniciei color.

Nihil differt à vero puero qui mente puerаſcit.

Theologi. Turpe eſt ætatem defloruiſſe, & libidinem non deferbuiſſe.

Chryſoſt. Canicies aliquid etiam diſcit, nec omni ex parte ſenectutem omnia intelligere credeodum eſt.

Canicies non in capillis canis, ſed animi virtutibus ſita eſt.

Nec iuuenem vituperato, oec ſenem laudato: non enim in ætatis, ſed cooſilij differentia virtus & vitium eſt.

Gre. Nyſſ. Io omni negotio ferè iuuenes conſiliarij fallũt: nec à iuuentute facile corrigitur aliquid eorum quæ ſtudio ſunt digna.

Philonis. Vere ſenior noo ex temporis diuturnitate, ſed ex laudabili & perfecta vita ſpectatur.

Euagrij. In ſenectute honoratum eſſe, argumentum eſt eundem ante ſenectutem induſtriom fuiſſe: ſtudium & diligentia in iuuene certa eſt honoratæ ſenectutis futuræ ſponſio.

Tum floret animus ad ſcientiam, cum corporis vigor temporis diuturnitate marceſcit.

Nili. Cani animum hinc migraturum clamant, &

proſternantur.

Plutarchi. alias Hyems tegumentum,ſenectus doloris vacuitatem requirit.

Socrat. Iucundum eſt vt cum amico bono,ſic cum bona ratione ſeneſcere.

Hortabatur iuueoes vt hæc tria haberent: in animo prudentiam, in lingua ſilentium, in vultu verecuodiam.

Ex Phauorini commentariis. Eratoſthenes, ætatis partem vigentem ver eſſe dicebat: eam autem partem quæ vigori & flori ſuccedit,æſtatem & autumnum:& byemem,ſenectutem.

Diogenis. *Solon.* Senectutem dicebat malum eſſe portum: quippe omnia ad eam confugiant.

Cum quidam ex co quæreret quid ſenectutem eſſe putaret,reſpondit,vitæ hyemem.

Cum vidiſſet anum comptam. Si (inquit)ad viuos erras:ſin ad mortuos, oe cuncteris:

Alexander cum ſenem quendam capillos inficientem vidiſſet,inquit:Non capillos, ſed genua tingas.

Forte Gorgias. †Orgias cum ex eo quæſitum eſſet, qua victus ratione vſus in longam ſenectutem perueniſſet: Nihil (inquit) vnquam ad voluptatem edens,neque faciens.

Vitæ longitudo expectando quidem prolixa videtur: iam autem præterita, ſomno & vmbra magis euanida eſſe ſolet.

Philemon. Syra, Syra,quid eſt? vt vales?
Nunquam de boc rogato, ſi ſenem videris.
Aut vetulam aliquam, ſed ſtatim ſciro eos male babere.

Herodis. Vbi ſexageſimum ſolem flexeris
O Grylle,Grylle morere & cinis fias.
Nam cæcus ſoret omnis deinceps vitæ flexus.

Eſt cum iuuenum prudentia reperitur, & ſedum ſtultitia: tempus enim prudentiam non docet,ſed natura recta & viuendi ratio.

Democrit. Paupertas ſeniumque, duo ſuot vulnera curæ.
Difficilis nimium.

Vetus boc dictum eſt,facieodo iuuenes.
Conſultando autem ſeniores præſtare.

Senectus leonum præſtantior eſt bionulorum iuuenta.

Robur & pulchritudo iuuentutis bonum eſt, ſenectus autem prudentiæ flos.

DE PATIENTIA ET LENITATE
Sermo XLII.

μακροθυμία.

Mat. 10. *Luc. 22.* *Iacobi 5.* IN patientia veſtra poſſidete animas veſtras. Fratres exemplum ſumite patientiæ & lenitatis ex prophetis, qui nomine domini ſunt locuti. Ecce beatos dicimus ſuſtinentes patienter. Patientiam Iobi audiſtis, & exitum domini vidiſtis.

Solom. 26 *Sirach. 2.* Lenis vir extinguet lites, impius autem magis excitat.

Quicquid tibi illatum fuerit, ſuſcipe: & in viciſſitudine humiliationis tuæ leniter ſuſtineto: quia vt in igoi probatur aurum,ſic bomines accepti in ſornace abiectionis.

Sirach. 22. Patere tempore afflictionis, & perſeuera cum proximo tuo, vt in hæreditate eius ſis cohæres.

S. Baſilij. Sit tibi præceptum dei domeſticum,quaſi lumẽ quoddam & illuſtratio ad negotiorum diſcretio-

A nem nunquam non ſeſe proſerens: quod eminus animi tui meditationem præoccupans veras de quaque re opiniones & ſententias tibi præparat, nec ſinat te in vllo caſu alienari:ſed efficiat vt præparata mente tanquam ſcopulus quidam mari vicinus tuto & conſtanter violentorum ventorum & fluctuum impetus ſuſtineas.

Theologi. Ne ſimus ſerui mali, benefacienti domino gratias agentes,caſtiganti autem non aſſentientes. Atqui nonnunquam valetudioe vtilior eſt morbus, & patientia remiſſione præſtantior, & cura quam ſecuritas.

Chryſoſt. Nihil æque venerabiles reddit, ac iniuriam pa-
B tientes ferre toleranter.

Quemadmodum pœnitentibus dei lenitas vtilis eſt:ſic obſtinatis & duris. ſupplicij eſt occaſio maioris.

Cum quis tibi maledicit, noli in eum ſpectare, ſed in dæmonem impellentem, & omnem iram contra bunc effundito:illius autem miſeretor,qui à dæmone, impulſus ſit

Gre. Nyſſ. Conuitiorum & contumeliarum progreſſus lenitate ſerendo ſiſtitur. Nam ſi quis cootumelia contumeliam & conuitium vlciſcatur, hæc ipſa vitia augebit, dum quod abſurdum eſt ſimilibus alit.

C Firma & indubitata gratiæ ſpes, ſruitio eſt iis qui per patientiam expectant.

Nili. Contemnere & nolle calamitates ferre, magnæ & variæ ſtultitiæ proprium eſt.

Democriti Si quæ ſunt perpetienda diſcere liceret & non perpeti, bonum eſſet diſcere, ſed ſi perpetienda ſunt omnino, quid diſcere iuuat? perpeti enim neceſſe eſt.

Solonis. Solon in ſe deſpuentem quendam ferebat:cum autem alter quidam eum propterea accuſaret: Atqui,inquit,piſcatores vt globium vnum capiãt, patiuntur ſe aqua marina conſpergi:ego idem ferre oon ſuſtineam, vt bominem capiam?

Glyconis. Cognitio Dei per lenitatem & clementiam in
D bomine agnoſcitur.

Metrodori Noli petere,vt quæ fiunt fiant vt vis: ſed ea ita fieri velis vtcunque fiant.

DE LAVDE, SERMO XLIII.

Mat. 5. VÆ vobis cum benedixerint vobis homines: idem enim fecerunt pſeudoprophetis patres veſtri.

Iacobi 3. Ex eodem ore exit benedictum & maledictum non oportet fratres mei iſta ſic fieri:num fons ex eadem ſcaturigine fundit dulcem & amaram a-
B quam?

Solom. 17. Aurum & argentum igni exploratur,vir autem probatur ore laudantium eum.

Sirach. 27 *Baſilij.* Inconſulte vide ne quenquam laudes: hæc enim eſt hominum tentatio.

Ne laudibus efferamur,quæ ſupra verum nobis tribuuntur.

Nimia honorum excellentia ita quoſdam afficit, vt deeorum etiam deſerant & contemnant. Quorum enim laudes noui, corum etiam inerementa certo ſcio.

Nibil alienum quod non ſit iuſtum, laudetur: nec noſtrum vel domeſticum reiiciatur, ſi eſt honeſtum: vt illi alienum eſſe lucro non ſit,ſed huic domeſti-

domeſti- am eſſe damnoſum: vtroque enim modo æquitatis violaretur ratio, ſi vel illi laudarentur: vel hi ſilerentur.

Chryſoſt. Qui improbitatem laudat, eam pœnitentiæ remedio fraudat.

Non ſolum qui improbe agunt, ſed etiam qui eos laudant, eodem vel etiam grauiori afficientur ſupplicio.

S. Ignatij Vt ſanus ſim in his quæ ad Deum pertinent, vehementius tamen verendum mihi eſt, & cauẽdum ab iis qui me temere inflant: laudãtes enim me flagellant.

Plutarchi. Venatores canibus lepores venantur, & laudibus ſtulti capiuntur.

Diis thura, bonis autem laus tribuenda eſt.

Socrates. Fidos eos exiſtimato, non qui dicta & facta tua omnia laudant, ſed qui quæ peccaris reprehendunt.

Moſchion. Si vis bene audire, diſcito bene dicere: conare bene agere, & ſic bene audiendi fructum percipies.

Polyani. Præſentem nec vituperato, nec laudato: illud enim inimicitiam gerit, hoc aſſentationem:

Cypſel. *Antagor.* Viuus laudator, mortuus beator.

Idem dicebat: Cum me multi laudant, tum nullius me pretij eſſe arbitror: cum vero pauci, bonum virum.

DE PVLCHRITVDINE,

Sermo XLIIII.

Matt.6. Conſiderate lilia agri, vt creſcant: non laborant, neque nent. Ego illud affirmo ne Solomonem quidem in omni ſua magnificentia, ſic veſtitum fuiſſe, vt vnum ex iſtis.

1. Tim. 2. Volo mulieres in habitu modeſte cum verecundia & temperantia ſeipſas ornare, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veſtitu ſumptuoſo.

Salomonis *Sirach.26* Fac ne te vincat formæ cupiditas, nec tuis oculis capiaris.

S. Baſilij. Nequenquam laudes ob pulchritudinem: pulchritudo vultus in ætate ſtabili.

Qui eſt hodie corpore florenti, corpulentus prædelitus, florentem habens formam, propter ætatis vigorem turgidus & toroſus, & viribus intolerabilis: cras idem iſte miſerabilis erit, vel tempore marcidus factus, vel morbo diſſolutus.

Theologi. Aurum, & lapides pretioſi, & cætera artificio & manu hominum compoſita ornamenta, deformitatem mulierum collatione facta produnt: formoſæ vero nihil egent ornatu fictitio.

Pulchritudinem exiſtimato mentis ornatum.

Neque flamma manet conſumpta materia, ſed ſimul cum ſuo fomento perit: neque cogitatio affectibus obnoxia perſiſtit, ſi fomes eorum marceſcat.

παράγγελμα. Ne te ſuperet pulchritudinis cupiditas, neque corripiaris palpebris tuis, vel vſque ad contemptum, ſi fieri poteſt.

Quid eſt oculi virtus? num vt ſint molles, & ſaginati, & rotundi & cærulei? an vt ad perſpiciẽdum ſint acres. Et quæ lucernæ virtus eſt? vtrum clare lucere & totã domum illuſtrare? an pulchre formatam eſſe & rotundam? non enim ab ipſa figura ſed à moribus & moderatione pulchritudo efficitur.

In ſpeculo temetipſum contemplare: & ſi pulcher videbere, te digna gerito: ſin turpis, quod aſpectui deeſt, probitate exornato. *Plutarchi*

Oculus eſt amicitiæ conciliator, & familiaritas conuerſationis ad gratiam conferendam venerabilior eſt. *Leucippes*

Oculorum motus inuicem reciproci quaſi in ſpeculo corporum ſpecies concipiunt.

Formoſos & eoſdem imperitos alabaſtris acetum continentibus ſimiles eſſe dicebat. *Diogenis.* *Eteoclis.*

Cuidam ob formam glorianti, inquit: Non pudet te ſuperbire ob ſpeciem pulchram, quam depoſitam habes ad exiguum tempus?

Æſopus ei qui forma male vtebatur: O quali veſte (inquit) indutus male eam exuis. *Aeſopus.*

Idem cum ei obiiceretur quod deformem haberet aſpectum: Ne (inquit) in vultum, ſed in animũ ſpectato.

Conſpicatus adoleſcentulum ſe comentem: Si (inquit) ad viros, infelix es: ſi ad mulieres, iniurioſus.

Idem cum adoleſcentem animaduertiſſet formoſum, atque ob eam cauſam à multis amatum: O adoleſcens, inquit, da operam vt corporis amatores ad animum traducas.

Cum formam naturalem boni mores. *Menandri*
Exornant, dupliciter ſpectator capitur.

Bona & vtilia (inquam ego) non propter aſpectus formam elegantem, ſed propter vitæ virtutes hominibus euaniunt & augeſcunt. *Socrat.*

Formoſorum oſcula vitanda ſunt, quaſi animalium morſus venenatorum.

DE FVTVRO IVDICIO,

Sermo. XLV.

Futurum eſt vt filius hominis veniat in gloria patris ſui cum Angelis ſuis, & pro factis ſuis cuique reddet. *Lucæ.21.*

Opus cuiuſque perſpicuum erit: dies enim Indicabit, quia per ignem patefiet: & opus cuiuſque quale ſit, ignis probabit. *1.Cor.3.*

Vniuerſa opera adducet Deus in iudicium, in omni dilecto, ſiue bona ſiue ſint mala. *Eccleſ.12.*

Exurget Dominus & reddet omnibus, & retributionem eorum in capita authorum conuertet. *Sirach.17*

Ne me putes tanquam matrem quandam nutricem falſa tibi irritamenta incutere, quod illæ facere ſolent in pueris infantibus, quum plorant immoderate nullum finem facientes, & per fictas narrationes vt ſileant efficiunt: Hæc enim non fabula, ſed ſermo verax multo ante prædicatus docet: Itaque certo ſcito eorum omnium quæ in vita geſta ſunt ſeueram factum iri inquiſitionem & examinationem. *S. Baſilij.*

Melius æſtimo nunc caſtigari & purgari, quam in illud examen mitti, cum iudicij tempus erit nõ purgationis. *Theologi.*

Quemadmodum à vernis noſtris non exitus ſolum, ſed etiam introitus rationem exigimus, exquirentes vnde hæc aut illa acceperint, à quibus & quando, & qualia, & quanta: ſic & Deus non ſumptus modo, ſed etiam poſſeſſionis rationem repoſcit. *Chryſoſt.*

Nihil omnino bonorum ne exiguum quidem

prætermittet ille iudex. Quod ſi peccatorum, & verborum, & cogitationum pœnas luituri ſumus: multo magis præclara facta, ſiue parua ſiue magna fuerint, ad rationem vocabuntur.

Qui ſæpe labuntur paccantes, nec puniuntur, terreri metuereque debent: illis enim ſupplicia augentur per Dei lenitatem & ſuam impunitatem.

Si enim qui ſolis lucem non intuentur, agunt vitam quauis morte acerbiorem, quid par eſt eis euenturum qui illo priuabuntur lumine?

Gre. Nyſſ. Meſſem habebis ſemente dignam. Acerbitatem ſeminaſti, collige manipulos: immiſericordiam honoraſti, habe quod amaſti: fugiſti miſericordiã, te ſogiet miſericordia: deteſtatus es pauperem, deteſtabitur te qui propter nos factus eſt pauper.

Philonis. Apud Deũ nec improbus poteſt amittere mercedem vnius boni cum multis malis peracti: nec contra probus poteſt ſupplicium euadere, ſi quid ab eo cum multis bonis factum fuerit improbe: neceſſe eſt enim Deum libra & pondere omnia reddere.

Non hic cruciari malum eſt, ſed futuro illo cruciatu dignum fieri.

Zaleuci. Sic nobis præceptum eſto omnibus, tum ciuibus, ſiue viris ſiue mulieribus, & inquilinis, vt meminerimus Deum eſſe, & ſupplicius iniquos afficere, vtque ob oculos ponamus nobis tempus illud quo erit ſingulorum finis cum ex hac vita excedent: omnibus enim morituris venit in mentem pœnitentia: meminerunt enim quos læſerint, & ita afficiuntur, vt velint omnia à ſe iuſte facta fuiſſe.

Apollonij. Quod ſi eſt aliquis ſenſus apud inferos, & Deus defunctos curat, vt nos opinamur, credendum eſt eos qui honoribus diuinis labentibus ſuccurrerunt, plurimam à Deo mercedem conſecuturos eſſe.

DE GLORIA, SERMO XLVI.

Matt. 6. QVærite regnum Dei & gloriam eius, & hæc omnia vobis accedent.

Rom. 8. Non ſunt huius temporis afflictationes dignæ futura gloria, quæ nobis patefacienda eſt.

Solomonis Sirach. 7. Gloriam ſapientes tanquam hæreditatem aſſequentur.

Noli à domino principatum quærere, nec à rege ſedem glorioſam: ſed omnibus viribus tuis gloria affice eum qui te creauit.

Nihil fecit imperfectum. Vnum vnius bona confirmauit: & quis expleatur contemplans gloriam eius?

S. Baſilij. Si gloriam appetis, viſque multitudinem excellere, & negotiis mundanis primus & præſtantiſſimus eſſe: iuſtus eſto, temperans, prudens, fortis, patiens in his quæ ſereoda ſunt pietatis cauſa: ſic enim & temetipſum ſeruabis, & propter maiora bona maiorem conſequere laudem ac ſplendorem.

Theologi. Gloriam ſemper curato ſempiternam:
Quæ enim præſens eſt, fallax eſt quotidie.

Chryſoſt. Si pro gloria & dignitate huius vitæ inuenitur, qui vel totum profundat patrimonium, quid poteſt eſſe nobis miſerius, qui pro permanente gloria & quæ eripi non poteſt, ne tantillum quidem expendimus?

Plutarchi. Plantæ capiunt à radice incrementum, gloria vero † à prima ſumptione augetur. ἀπὸ τῆς πρώτης ἐλπίδος, πλεονεξίας

Nemo bonæ exiſtimationis ſtudioſus, improbus eſt futurus: pulchrum eſt autem pro breui voluptate ſempiternam accipere gloriam.

Ariſtotelis Iſocrat. Maxima eſt dignitas non quidem vti honoribus ſed efficere vt dignus illis exiſtimére.

Quorum laudes magni æſtimas, illorum etiam virtutes æmuleris.

Indus ſagittarius. Indum celeberrimum ſagittarium, quique diceretur per aonulum ſagittam tranſmittere, ſuæ artis ſpecimen dare iuſſit: & recuſantem iratus interfici imperauit. is cum ad ſupplicium duceretur, lictoribus cœpit dicere, multum temporis eſſe, quod arcum in manus non ſumpſiſſet, & ne aberraret pertimuiſſe: quibus auditis Alexander miratus, tum abſolui iuſſit, & cum muneribus dimiſit, quod mori, quam gloria indignus videri mallet.

Theophra. Non ex familiaritate & gratia, ſed ex actionibus honores adipiſcendi ſunt.

Heraclit. Viam ad gloriam maxime compendiariam eſſe dicebat, ſi quis bonus eſſe ſtuderet.

DE LOQVACITATE, Sermo. XLVII.

Mat. 12. DIco autem vobis, quodcunque tandem verbum otioſum locuti fuerint homines, eius rationem reddituros eſſe: nam ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex eiſdem condemnaberis.

Iacob. 1. Sit vnuſquiſque velox ad audiendum, & tardus ad loquendum.

Sirach 8. Cum linguace ne contendito, nec in ignem ei⁹ ligna aggerito.

Qui cuſtodit os ſuum, conſeruat animam ſuam
Firmus laqueus ſua cuique labia: ſuique oris verbis quiſque capitur.

Qui labiis eſt detectis, & oblique agit, ſubuertetur.

Fouea profunda os exlegis: quem Deus odit, is in eam incidet.

In multis lignis viget ignis: os autem detectum † ſeditionem concitat. *ἀχαλίνωτον στόμα.*

Sirach. 22. *Quis dabit ori meo cuſtodiam, & labiis meis ſigillum? vt ne excidam inde, & lingua mea pereat.

Bona diffuſa ſunt in ore clauſo.

S. Baſilij. Noli lingua omnia audere, ne quid tibi accidat intempeſtiue: quemadmodum oculus totum volens intueri ſolem, etiam quod habet lumen, perdit.

Theologi. Labendi cauſa eſt lingua, quæ non ratione gubernatur.

Chryſoſt. Oratio ſimpliciter prolata totas euertit domos & animas ſubuertit ac demergit: ac pecuniarum quidem damnum reſarcire licet, ſemel autem emiſſum verbum reuocare non licet.

Cyrilli. Hirundines tecto ne accipito: hoc eſt homines loquaces, & linguæ incontinentis contubernales tibi ne aſciſcito.

Euagrij. Quæ decet, & quando decet, loquitor, & de quibus decet: nec quæ non decet, audito.

Nili. Si imperas ventri, impera & linguæ: vt ne huius ſis

ſis ſeruus, ab illo autem ſtultè liber.

Iſocr. Quicquid dicturus ſis, prius id in animo conſiderato: multis enim lingua mentem præcurrit.

Iſocrates rhetor à Carzone loquace in ſchola eius verſari cupiente, duplicem petebat mercedem: cumque cauſam Carzon percunctaretur: Vnam peto (reſpondit) vt loqui, alteram vt ſilere diſcas.

Charibi. Quod nolis audire, id etiã ne dixeris: quod nolis dicere, id quoque ne audieris.

Aurium & linguæ magnum periculum.

Socrat. Melius eſt pede labi, quam lingua.

Demonaſt. Auribus plus, quam lingua vtitor.

Demoſth. In conuiuio cuidã multa loquenti. Si tam multa inquit, ſapuiſſes, nunquam tã multa locutus eſſes.

Rogatus, cur vnã habeamus linguam, aures vero duas: Quia, inquit, duplo duplus audiendum, quam loquendum.

Plato. Plato cum Antiſthenes aliquando in diſputationibus longa ageret oratione: Ignoras (inquit) orationis modum eſſe non in dicente, ſed in auditore ſitum.

Nicoſtrati Si continenter & multa & celeriter loqui, ſapiendi ſignum eſſet, hirundines dicerentur nobis ſapientiores.

Auaritia eſt omnia dicere, & nihil audire velle.

Democriti Multiloquium errata multa habet, ſed ſilere tu- C tum eſt.

Apollonii. Ex Epiſt. & Iſocr. Linguam vnam hominibus natura dedit, & aures duas, vt duplum eorum quæ dicimus, ab aliis audiamus.

Gladij plaga leuior quàm linguæ: ille enim corpus, hæc animum vulnerat.

Aeſopus. Hic quid eſſet in hominibus bonum & malum interrogatus, Linguam eſſe dixit.

Lycaus. Hic oratores ranis ſimiles eſſe dicebat: has enim in aqua clamare, illos vero ad clepſydram.

Quemadmodum hirundines perpetuo garritu voluptatem familiaritatis perdunt: ſic loquaces perpetuo obtundentes moleſti ſunt auditoribus. D

Iuriſconſulto loquaci quidam dixit, non oportere multis verbis pauca dicere, ſed paucis multa.

Theophyl. Simocatt. Quæ verbis peccarimus, eorum re ipſa pœnam luemus.

DE PROVIDENTIA, SER. XLVIII

Mat. 10. Nonne duo paſſerculi minuto eſſe vẽduntur? & vnus ex illis in terram non cadet ſine patre veſtro. Veſtri vero etiam capilli capitis omnes numerati ſunt.

Rom. 11. O profunda opulentia, & ſapientia & notio Dei: quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & non B veſtigabiles viæ eius?

Solom. Tu fortitudinis dominator clementer iudicas, & multum parcens nos gubernas.

Sirach. 16 Ne dicas, Abſcondar: & ex alto quis mei meminerit? Ecce cœlum, & cœlum cœli, abyſſus, & terra, & quæ in eis continentur in viſitatione illius commouebuntur. Vias eius quis cogitabit? procella quam non videbit homo, & plurima operum eius ſunt in abſcondito.

S. Baſilij. Nihil non prouiſum, nihil eſt neglectum apud Deum: omnia videt peruigil oculus, omnibus adeſt, ſalutem cuique dans.

Quicquid boni ex diuina potentia ad nos per-

Appendix.

A uenit, id gratiæ omnia agentis effectum eſſe dicimus.

Sæpe Deus nouas ſalutis rationes, eaſque admirandas profert, ad † humanitatẽ ſua ſe prouidentia accommodans. *Theologi.*

Nemo tam ſibi parcit, quam Deus nobis omnibus: multo enim magis ille vult nobis nihil mali accidere, quam noſipſi. *Φιλάμ-ϑρωπον.*

Non noſti, ô homo, quæ tibi vtilia ſint: ſæpe petis nocentia & fallacia. At ille qui magis eſt ſollicitus de tua ſalute, non audit petitionem tuam, ſed ante petitionem tuam quod tibi eſt vtile modis omnibus prouidet. Si enim patres carnales non om- B nia petentibus liberis, donant, non quia contemnant petentes, ſed quia illis melius conſulere volunt: quanto magis Deus qui & magis amat, & plus omnibus noſcit, quod nobis vtile eſt, dabit? *Chryſoſt.*

Omnium cogitationum abſcondita cognoſcens opifex, omnibus prouidet, non ſolum ex his quæ cogitantur & aguntur, ſed etiam ex iis quæ ipſe prænoſcit, & meliora quæuis & auctiora reddens. *Didymi.*

Mundum Deus tolleranter & patienter inſpicit, futura obſcure ſignificans, & præſens malum terminis concludens, & improbitatem præceptis ſuis refrenans, per conſcientiam vero ſceleratas & ma- C litioſas cogitationes puniens. *Beati Ephr. ἀντιτίμαιος.*

Gratias agatur beatæ naturæ, quod neceſſaria fecit parabilia, & difficilia paratu non neceſſaria. *Epicuri.*

Neque authorem malorum Deum credito, neque nos ſine eo verſari in miſeriis exiſtimato. *Theopom.*

Si quid cura poteſt, cures: at ſi Deus ipſe iubebo *Socrat.*

Te curat, cur tu ſolicitus tibi ſis?

Cum vult Deus beatam eſſe ciuitatem, bonos efficit viros: cum autem miſera eſt futura ciuitas, ex eã bonos eximit viros. *Platonis.*

Ita fit vt virtus nec ſub doctrinam cadat, nec D ſit naturalis, ſed diuino fato ineſt iis qui eam habent. *Eiuſdem.*

Deus omnia, & ſecundum Deum, fortuna & occaſio humana gubernant vniuerſa. *Eiuſdem.*

Quanto numen iuſtus adiuuat, tantum iniuſtis aduerſatur. *Demadis.*

DE ANIMI ABIECTIONE, AVT *humilitate*, Sermo. XLIX.

Quiſquis ſe extulerit, deiicietur: & qui ſe demiſerit, extolletur. *Luca 14*

Non ſuperbe de vobis ſentientes, ſed humilibus vos accommodantes. *Apoſtol.*

Modeſte & humiliter de ſe ſentientes ad gloriam euehet dominus. *Solom. 25. Sirach.*

Quanto maior es, tanto te ſummiſſius geras, & in conſpectu Domini inuenies gratiam. *S. Baſilij.*

Per difficile eſt vt poſſis aliquando vel conuitiis audiendis iræ imperare: vel preſſus, lenitate, tentationes vincere, niſi humilitatem vel infimam erga omnes exercueris.

Gymnaſium humilitatis eſt in vilioribus negotiis exercitatio, affectus ambitionis gloriæ ſanãs.

Præſtat vt ſapiens & doctus te demittas, & per modeſtiam cedas, quam vt indoctus per audaciam nimium efferaris. *Theologi.*

Chryſoſt. Nihil æque Deo gratum, atque ſe cum infimis A annumerare.

Clementis *Nili.* Tanto quis de ſe magis debes humiliter ſentire, quanto excellentior videtur eſſe.

Iſocrat. *Socrates.* Beatus cuius vita excelſa eſt, & ſpiritus humilis.

Legi, & principi, & ſapiẽtiori cedere, modeſtũ.

In nauigando gubernatori, in viuendi ratione melius ratiocinanti parendum eſt.

DE MEDICIS, SERMO L.

Luca 5. Matt. 9. NOn egent medico valẽtes, ſed male habẽtes.

†Apoſtoli. †Semitas rectas facite pedibus veſtris, vt ne B quod claudũ eſt, à via aberret, ſed magis ſanetur.

Solomonis Lenibus præditus moribus cordis eſt medicus.

Sirach. 38 Scientia medici caput ſui cultoris extollet, & apud proceres eris in admiratione.

S. Baſilij. Neque omnino hæc ars fugiẽda eſt, nec omnino omnis ſpes in ea ponenda eſt. Sed vt vtimur agricultura, & petimus à Deo fructus: & gubernatori clauum permittimus, ſed à Deo precamur vt ex alto in portum ſeruemur: ſic & medicum adhibentes, ſpe quæ in Deo habenda eſt, non excidimus.

Indoctus medicus ad ægrotos admiſſus, cum ſanitatem illis reſtituere deberet, id etiam exiguum quod habebant reliquum, virium auſert?

Theologi. Noſtram medicinam ea quæ circa corpus verſatur, longe difficiliorem puto, atque idcirco honoratiorem: quod illa pauca quędam in profundo latentia conſiderans, plurimum circa ea quæ ſub oculos cadunt, verſetur: nos autem in occulto hominis corde ſanando om̃ne ſtudium & curam ponamus.

Indigus atque mali inſatiabilis hulcera celans.

Infelix ſemper putria membra geret.

Chryſoſt. Non ſine ratione veteres medicos inſtituiſſe arbitror, vt publice varietatem inſtrumentorum oſtentarent, vt valentes & ſanos redderent cautiores, præmonſtrantes eis quàm multis egerent, ſi ſe intemperanter gererent.

Gre. Nyſſ. Quanto eſt anima corpore præſtabilior, tanto eſt maiore dignus honore, qui animas ſanat, quam qui corpora.

Didymi. Perfectum vocamus medicum, non qui ſanat omnes, ſed qui nihil eorum quæ ad vtilitatem & curationem pertinent, prætermiſit.

Trophilus Trophilus medicus à quodam rogatus, quis perfectus eſſet medicus: Qui quæ fieri poſſunt, inquit, ab iis quæ fieri nõ poſſunt diſcernere poteſt.

Hieronis. Amicum & medicum exiſtimato, qui cum neceſſitas poſtulat ſedulo tibi adfuerint.

Nicocles. Nicocles cum malus quidam medicus diceret, ſe magnam habere poteſtatem. Quid ni (inquit) iſta dicere liceat, qui tam multos impune ſuſtuleris.

Idem medicos fortunatos eſſe dicebat: quod eorum felicitatem ſol videret, infelicitatem terra tegeret.

Stratonici Idem adulans medico, dicebat: Laudo tuam peritiam, quod non ſinis ægrotos computreſcere, citiſſime eos ex hac vita liberans.

Demadis. Aſclepiadeis (*id eſt medicis*) maior debetur gratia, qui imminentem morbum repellunt, quam iis qui iam occupantem ſanant.

DE FIDE SERMO LI.

AMen dico vobis, ſi habueritis tantum fidei, quantum eſt granum ſinapis, dicetis monti huic: Demigra hinc illuc, & demigrabit: nec quicquam erit, quod à vobis fieri non poſſit. *Matt. 4. Luca 17.*

Gratia ſeruati eſtis per fidem, idque non ex vobis, Dei donum eſt: non ex operibus, ne quis glorietur. *Epheſ. 2.*

Probatam fidem annunciabit iuſtus, *Solomonis*

Crede domino, & in labore tuo perſeuera, quia facile eſt in oculis Domini repente pauperem ditare. *Sirac. 11.*

Largitio Domini apud pios permanet: crede illi & auxiliabitur tibi.

Fides eorum quæ de Deo dicuntur dux eſto, fides & non demonſtratio. *S. Baſilij.*

Fides, quæ ſupra logicas† captiones animum ad conſenſum trahit, fides eſt non ex geometrica neceſſitate, ſed efficacia ſpiritus ingenita. *†μεθοδείας.*

Quod enim aſſequi non poteſt aliquis, id ẽ nullo modo credit propter inuidiam: animis enim profanis nihil eorum quæ præclara ſunt, fide dignum eſt. *Theologi.*

Quemadmodum enim radice non plantata, fructus non enaſcitur & germinat: ſic fidei nullis C poſitis fundamentis nunquam doctrinæ progredietur oratio. *Chryſoſt.*

DE MEMORIA ET RECORDAtione, Sermo LII.

HOc eſt corpus meum quod pro vobis traditũ eſt: hoc facite in mei recordationem. *Matt. 26.*

Memento Ieſum Chriſtum à mortuis excitatum. *2. Tim. 2.*

Recordatio Iuſti cum laude coniuncta eſt, impiorum autem nomen extinguitur. *Solomonis* *Sirach. 7.*

In omnibus operibus tuis fac poſtremorum memineris & in ſempiternum non peccabis. D *S. Baſilij.*

Fieri non poteſt, vt de recta via deflectant, qui obliuioni Dei, morbo animi, non laborant. *Theologi.*

Magis Dei meminiſſe debemus, quàm reſpirare.

Deum operibus venerare, verbis lauda, mente cole & honora.

Pietatis ſignum eſt rerum diuinarum perpetuò meminiſſe, & crebris interpellationibus Deum placare. *Chryſoſt.*

Quod ſi quis ſtatua inanimata filij vel amici vel cognati poſita, eum putat adeſſe cum deceſſerit, & per imaginem vitæ expertum viuum illum E imaginatur: quanto magis nos per diuinas ſcripturas, ſanctorum præſentia fruimur? non corporum quidem ipſorum, ſed animorum imagines habentes. Quæ enim ab illis dicta ſunt, animorum illorum ſunt imagines.

Admodum iuuenes & ſenes obliuioſos eſſe dicebat: diffluere enim memoriam illorum, quia creſcant: horum, quia decreſcant, ſimiliterque nimium celeres ingenio, aut tardos: illos enim eſſe plus æquo molles, hos vero duriores: ac illos quidem non diu retinere in animo rerum imagines, hos vero ne attingere quidem omnino. *Plato.*

Memoriæ ipſum vocabulum indicat in animo manere eam non moueri. Μνήμη παρὰ τὸ μένειν. *Idem in Cratylo.*

Rece-

Receptaculum phantaſmatum memoriam vocari, eorumque agitationem recordationem: & tardos ſere meliore præditos eſſe memoria: celeres autem & dociles, in reminiſcendo feliciores.

Cheril. Multum prodeſt ad malorum obliuionem, ſi oculorum monitio quæ animum mouet obſcuretur.

Ex eaten. & apulle. Magis eſt de Deo ſermo renouandus quotidie, quam ipſi cibi.

Crebrius Deum cogitato, quam reſpirato.

Si perpetuo memineris deum ſpectatorem tibi adeſſe, quicquid agat, ſiue id ad animum ſiue ad corpus pertineat, in omnibus tuis precationibus & actionibus non peccabis & Deum contubernalem habebis.

Vt iucundum eſt è terra mare ſpectare, ſic à periculis liberato meminiſſe laborum.

DE ANIMA, SERMO LIII.

Mat. 20. QVi inuenerit animam ſuam, perdet eam: & qui perdiderit eam mea cauſa, inueniet eam,

2. Cor. 4. Solom. 28. Etſi externus homo noſter corrumpitur, tamen internus quotidie renouatur.

Animus beatus omnis, qui ſimplex eſt.

Conuerſatio ex legum mala, impietate enim ſuam ipſorum auferunt animam.

Sirach. 10. Fili per manſuetudinem gloria affice animam tuam, & vide quid in ea ſit mali, nec ei indulgeas non enim omnia omnibus conducunt, nec omnis anima omnibus delectatur.

S. Baſilij. Animi theſaurus corporis indigentia: hoc enim diteſcente, ille pauper eſt

Natura honeſtum exiſtimare debemus animi bonum.

Nullus negligit ſi filium cadentem in ſoueam viderit, aut lapſum in illa ruina deſerit: quanto grauius eſt animam in profunditatem malorum cadentem in exitio relinquere?

Theologi. Quid tibi vis fieri? animum meum interrogo: quid tibi magnum aut quid paruum ex rebus pretioſis poſtulas? Tu modo aliquid eximium quære & prompte ſuppeditabitur.

Chryſoſt. Animum Deo potius quam precationis formulam offer.

Omnia natura gemina dedit nobis Deus, geminos oculos, geminas aures, geminas manus, geminos pedes, ſi alterutrum læſum fuerit, altero vti licet ad vſum neceſſarium: vnam autem animam nobis dedit, hanc ſi perdiderimus, quid erit quo cum viuamus amplius?

Clementis. Omnium ſpirantes animæ vitam habent, etiamſi ſeparatæ fuerint à corpore, & idem corporis deſiderium retinere deprehendantur, in ſinum Dei tolluntur immortales. Quemadmodum hyeme vapores terræ à ſolaribus radiis attracti verſus ipſum feruntur ſolem.

Immortales omnes animæ ſunt, etiam impiorum, quibus melius eſſet animas non habere tales quæ nunquam corrumpi poſſint. Dum enim ignis, qui nunquam extingui poteſt, cruciatu perpetuo cruciantur, nunquamque moriuntur, ſuo ipſarum malo nullum ſui reperiunt finem.

Cleanthi. Animi tanquam ducis curam gerito, corpori autem tanquam militi conſulito.

Iſocrat. Omnibus mortalibus & terreſtribus amiſſis, vnum aliquid immortale & cœleſte cōparare præoptato.

Sapientis animus vt ad Deum migret, ſe cōponit. ἀναπόλογον.

Animam mors non perdit, ſed mala vita. Philiſtion.

Zaleuci. Vnumquenque igitur decet ita affectum eſſe, vt animum ſuum ab omnibus vitiis purum præparet, quia Deus ab homine improbo non colitur, neq; ſumptibus placatur, aut tragœdiis agētis capitur ſed ſtudio honeſtarum & bonarum actionum.

Democriti. Hominem decet animi potius quam corporis rationem habere: quippe animus abſolutiſſimus corporis vitium corrigit, corporis autem vis ſine ratione, animum nihilo meliorem reddit.

Epicteti. Animum ſanare magis eſt neceſſarium, quam corpus: mori enim præſtat, quam male viuere.

DE INVIDIA, SERMO LIIII.

Mat. 20. CVmque veniſſent primi arbitrati ſunt ſe plura accepturos: & acceperunt & ipſi ſinguli denarium: quo accepto murmurauerunt contra patremfamilias, dicentes: Iſti poſtremi vnam horam opus fecerunt, & pares nobis eos feciſti, qui portauimus pondus diei, & æſtum. at ille reſpondens vni ex illis, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam: nonne denario mecum pepigiſti? tolle quod tuum eſt, & abi. Volo enim huic poſtremo tantū dare, quantū tibi: an non licet mihi de meo quod velim facere? an oculus tuus malus eſt, quod ego bonus ſim?

Iacobi 3. Vbi æmulatio & contentio, ibi inconſtantia & omne opus malum eſt.

Solom. 23. Noli conuiuari cum inuido, nec illius cibos appete.

Sirach. 8. Noli conſultare cum eo qui te torue intuetur, æmulatores cela tuum conſilium.

S. Baſilij. Quemadmodum rubigo proprius eſt frumenti morbus: ſic inuidia amicitiæ eſt vitium.

Quid quæris inuide, tuum malum, an alterius bonum?

Quemadmodum bonus omni caret inuidentia ſic contrà calumniator eam perpetuum habet comitem.

Vultures ad maleolentia cadauera præteritis pratis & locis aliis multis amœnis & odoriferis, feruntur: itemque muſcæ quæ ſana ſunt prætervolantes ad vlcera feſtinant: Sic inuidi ſplendida & magna & præclare facta ne intuentur quidem, ſed putria inuadunt.

Vt ærugo ferrum, ſic inuidia animum conſumit

Nun vides quantum malum ſit ſimulatio, quæ & ipſa eſt inuidiæ fructus: nam duplices illi mores maxime ex inuidia naſcuntur.

Theologi. Ne inuideas corrigenti tu qui te inuidioſum eſſe putas, ob eamque cauſam iratus es.

Chryſoſt. O inuidia mortis radix, multiplex morbe, cordis acutiſſime claue: quis enim clauus acutiſſimus tam pungit, quam inuidia cor occupatum vulnerat?

Gre. Nyſſ. Inuidiæ infortunium quod non proprio malo, ſed alieno bono efficitur: & contra, eius felicitas non ſit per domeſticum & proprium bonum, ſed vicini malum: narrant vultures cadaueribus delectari, vnguento necari: ad maleolentia corrupta aduolare, vt eorum naturæ proprium & accommodatum eſt. Ita qui hoc morbo tenetur amicorū proſperitate quaſi vnguēto admoto emoritur.

ſin autem in calamitatem incidiſſe animaduerterit, aduolat, & os infigit aduncum, occultam miſeriam extrahens:

Philonis. Honeſta, etiam ſi per innidiam ad tempus aliquod obſcurentur, tamen ſuo tempore ſoluta iterum reſplendent.

Ariſtoteles Ariſtoteles inuidiam ſortunatorum aduerſariam eſſe dicebat.

Plutarchi. In ſole ambulantes neceſſario vmbra ſequitur, in honore & dignitate viuentes inuidia comitatur.

Gloriæ pulchritudo ab inuidia quaſi à morbo quodam cito immutatur.

Anachar. Anacharſis Scytha cum ex eo quæſitum eſſet, cur ſemper homines doleant:. Quia, inquit, non ſolum mala ſua dolent, ſed etiam aliena bona.

Democrit. Bonorum contentio iuuat æmulantem, non nocet ei cui æmuleris.

Nunquam leges ſuo quemque more viuere vetuiſſent, niſi alter alterum læſiſſet: ſeditionis enim exordium inuidia induxit.

Idem inuidiam veritatis vlcus eſſe dicebat.

Cliarchi. Vt ferrugine ferrum, ſic inuidos ſuis ipſorú moribus conſumi.

Socrates. Multi mortuos ſepulchris remunerantur, quos viuos antea per inuidiam dolore affecerant.

Idem dicebat, innidiam animi eſſe ſerram.

Leucippes. Zelotipia enim, cum ſemel in animum inciderit ægre illinc reuelli poteſt.

Cleobulus. Cleobulus Lindius cum ex eo quæreretur, quæ maxime vitanda eſſe putaret: Amicorum, inquit, innidiam, & hoſtium inſidias.

Bion. Bion Sophiſta cum inuidum quendam admodum triſtem animaduertiſſet: Aut huic (inquit) magnum malum accidit, aut alteri magnum bonum.

Agathonis Non eſſet innidia in vita mortalium,
Si omnes inter ſe pares & ſimiles forent.

Theophra. Theophraſtus dicebat malos non tam delectari ſuis bonis, quam alienis malis.

Platonis. Bonus erat: bonus autem nulli vnquá ob vllam rem inuidet.

Ariſtony. *Thucydid.* Inuidia, ſicut malus demagogus, honeſtis ſe opponit actionibus.

Inuidiam mortales exercent in aduerſaria ſibi: ea vero quibus nihil impediuntur libera beneuolentia colunt.

Anaxime. Quicunque enim bene dicta aut facta per innidiam non laudant, quo tandem modo ij reipſa iuuerint quenquam.

Nemini innidendum: boni enim proſpero ſucceſſu digni ſunt: mali vero ſi fortuna vtantur ſecunda male viuunt.

DE VOLVNTARIO ET NON voluntario, Sermo L V.

Matt. 12. ILle ſeruus qui cognita Domini voluntate non eam ſequitur, multis plagis cædetur: qui autem non norit, paucis.

1. Cor. 9. O me infelicem ſi non euangelium promulgaro: ſi enim volens hoc ſecero, præmium accipiam ſin inuitus, hęc diſpenſatio mihi eſt credita.

Voluntarium exiit à facie poteſtatem habentis.

Salomonis. *Prou. 30.* Emulge lac, & erit butyrum: at ſi compreſſeris nares, ſanguis prodibit.

A *S. Arab.* Tuas cupiditates ne ſequitor, & ab appetitu tuo temetipſum prohibeto. Si enim ſuppeditaueris animæ, quæ appetit & probat, inimicos afficies lætitia.

S. Baſilij. Eorum quæ apud inferos ſunt malorum, non Deus, ſed nos ipſi authores ſumus: quod initium & radix peccati, libera noſtra ſit voluntas & poteſtas.

Eos laudamus qui ex animi iudicio & inſtituto boni ſunt, non eos qui ex neceſſitate iſtuc peruenirũt: vbi enim ſtudium promptum eſt, ibi nullum ſolet retardare impedimentum.

Vis enim aut formido non poteſt eſſe virtutis B effectrix. Nam ex voluntate, non ex neceſſitate, honeſta proficiſcuntur.

Theologi. Nam voluntarium permanentius eſt & tutius inuoluntario: hoc à vim faciente naſcitur, illud vero noſtrum eſt: vnum eſt clementiæ diuinæ, alterum tyrannicæ poteſtatis.

Chryſoſt. Vt paſſeri nihil proſunt alæ, ſi laqueo irretitus teneatur, fruſtraque & temere agitat alas: ſic & tibi tuæ rationes nulli ſunt vſui, ſi malis cupiditatibus vi conſtrictus teneare.

Clementis Maxime omnium Chriſtianis permiſſum non eſt, vt peccata violenter corrigant: Deus enim non eos qui ex neceſſitate, ſed qui animi iudicio C à peccatis abſtinent, coronat.

Dioniſij. Non coactam vitam habemus nos homines: neque propter libertatem eorum quibus prouidetur diuina diuinæ illuſtrationis lumina obſcurantur.

Didymi. Non voluntaria peccata & lex condonat, & deus impune prætermittit, vtpote benignus erga homines, & etiam in voluntaria peccata non ſæuus iudex.

Philonis. Non vt voluntarie peccare iniuſtum eſt, ſic nõ voluntarie & per imprudentiam continuo iuſtũ erit. Sed fortaſſis eſt iuſti & iniuſti, cõfiniũ quoddam, quod à quibuſdam vocatur indifferens, nul D lum enim peccatum opus iuſtitiæ fuerit.

Clementis Fieri non poteſt vt quiſquam ſit conſtanter bonus, niſi ex animi ſui propoſito proprio. Qui enim ab altero ex neceſſitate factus eſt bonus, bonus non eſt: quia non ex inſtituto ſit, quod eſt. Libera enim cuiuſque voluntas, quod reuera bonum eſt, efficit, & reuera malum oſtendit: vnde Deus per iſtas occaſiones voluit cuiuſque affectionem pateſacere.

Socratis. *ἐγκράτεια.* Qui ſponte in miſeriis verſatur, bona quadã ſpe laboribus lætatur: At † negligentia & momentaneæ voluptates, neque corporis bonam conſtitutionem efficere poſſunt, neque animi vllam me- E moratu dignam ſcientiam ingenerant.

Cerici. Naturale bonum nullã laudem meretur: quod autem proficiſcitur ex animi iudicio & inſtituto, id demum laudabile eſt.

Theagis. *Pythagor.* *Epictetus.* Quod voluntarium non eſt, dolore & metu non caret: quod autem voluntarium, voluptatum & hilaritatem comites habet.

Si vis ſine vlla perturbatione placideque viuere, da operam vt contubernales tuos omnes bonos habeas: bonos autem habiturus es, ſi volentes erudias, inuitos autem dimittas: vna enim cum illis abibit vitium & ſeruitus, & cum remanentibus remanebunt bonitas & libertas.

Thymi

Ex Nicolai collectan. Thymi naufragos humaniter accipiunt, & amicitia ſibi conciliant. Ex peregrinis autem eos, qui volentes accedunt, honoribus multis afficiunt, & inuitos ſuppliciis.

DE COGNITIONE SVI,

Sermo. LVI.

Mat. 7. Luc 6. Rom. 14. CVr intueris feſtucam quæ eſt in oculo fratris tui, trabem autem quæ eſt in oculo tuo, non animaduertis?

Quis tu es, qui alienum ſeruum iudicas? ſuo domino ſtat aut cadit, ſed ſtabit. Nam poteſt Deus illum ſtatuere.

Eccleſ. 11. Ambula in viis cordis tui ſine reprehenſione, & noſce teipſum: quia in omnibus his adducet te Deus in iudicium.

Sirach. 13. Obſerua & diligenter attende, quia cum periculo tuo ambulas.

S. Baſilij. Accurata ſui conſideratio, ſatis te ad Dei cogitationem ducet.

Memor naturæ, nunquam te efferes: memineris autem tui, ſi teipſe attenderis.

Accidit tibi, quod in alio criminaris: & in alienum malum diligenter ſpectas, tuum autem dedecus nihili pendis.

Noſſe ſeipſum omnium difficillimum eſſe videtur: non enim ſolus oculus, alia intuens ſeipſum non cernit, ſed etiam mens noſtra acute aliena peccata videns, ad ſuorum cognitionem tarda eſt.

Theologi. Scrutare ſeipſum magis quam proximos. Illud enim tuum eſt lucrum, hoc vero proximorum.

Fac quæſo noſcas te, qui ſis, vnde profectus
Inuenies formæ ſic tua principia. φύσε κἂν καλῆς
Τύχης κάλλους ἀρχέτυπον.

Chryſoſt. Is maxime ſe nouit, qui ſe nihil eſſe putat.

Clemenæs Si vis Deum noſſe, prius teipſum noſce.

Didymi. Philemon. Noſce ignarum ſe eſſe, ſapientiæ eſt: & ſcire ſe iniuriam feciſſe, iuſtitiæ.

Amphan. Cum ſis homo, ſcito hoc, & ſemper eris homo.

Demoſth. Mortalis es, mortalia igitur cogita.

Futura nemini nota eſſe arbitror, & paruæ occaſiones res magnas efficiunt: quare moderatione vtendum eſt in proſperis rebus, & de futuris prouidendum.

Socratis. Et ſi rex natus es, tanquam mortalis audito.
Si procul expuis, pituita redundas.
Si bene veſtitus es, ea priuſquam tu, habuit ouicula.
Si aurea geſtas, hæc fortunæ eſt elatio.
Si diues, hoc robur tempore euaneſcit,
Arrogans es, hæc ſtultitiæ eſt iactantia.
Si moderatus es, hoc Dei donum eſt.
Temperantia autem aderit, ſi tuo te modulo metiris.

Thales. Difficile eſt ſe noſſe, ſed beatum, quod hæc ſit ſecundum naturam vita.

Platonis. Qui nihil propemodum ſcimus, arbitramur nos omnia ſcire: non permittentes autem alios, quæ ipſi neſcimus agere, peccare cogimur ipſi cum agimus.

Menandri Multis illud dictum, Noſce teipſum, non conuenit.
Quod eis vtilius foret illud, Alios noſce,

Heraclitus iuuenis omnibus ſapientior fuit, quod ſciret ſe nihil ſcire.

Appendix.

Xenophon. Qui ſeipſi noſcunt, neceſſaria ſibi norunt & diſcernunt, & quæ poſſunt, & quæ non poſſint: tum que quæ ſciunt agentes ea quibus opus eſt ſibi parant, & beati ſunt: ab iis quæ non norunt, abſtinentes nihil peccant, & infelicitatem effugiunt.

Chilo. Chilo interrogatus quid eſſet difficillimum omnium. Seipſum noſſe, inquit: vtile enim hoc dictum eſt ad obiurgationem arrogantium, qui ſupra ſuas vires inaniter ſe iactant.

Xenophon Is mihi non videtur, qui ſuam facultatem non norit, ſeipſum noſſe: illud vero an non perſpicuum eſt, homines propter ſui cognitionem plurima bona habere, & propter ignorationem multa mala?

Aliena virtute nunquam te efferto. Si equus ſe efferens diceret, ſe pulchrum eſſe, tolerabile id eſſet: tu vero cum dicis te pulchrum habere equum ſcito te ex bonitate equi gloriari. Quid igitur tuum eſt? opinionum vſus, quem cum ſecundum naturam habes, tum effertor: tum enim ob rem tuam elatus eſſe videberis.

DE BENIGNITATE, SER. LVII.

Luc. 6. BEnefacite & mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra ampla, eritiſque filij altiſſimi, quia ipſe eſt benignus in ingratos & improbos.

Ephes. 4. Eſtote inuicem manſueti, miſericordes, condonantes mutuo, quemadmodum & Deus vobis condonauit.

Solom. 28 Sirach. Manſueti erunt terræ habitatores, & ſimplices in ea relinquentur.

Chriſtus manſuetus cum eſſet, & quæ formarat videret, neq; remiſit eis, neq; deſeruit parētes illis.

S. Baſilij. Repugnantes vincere & ſubiicere, fortis eſt, & vere principis: ſubiectis autem manſuetum & clementem ſe præbere, magnanimi & manſuetudine excellentis.

Cum Dei imaginem habeam, quia rationis ſum particeps: ſimilitudinem aſſequor, dum benignus fio.

Vtile eſt benignitate audaciam vincere, melioréſque efficere iniuriam facientes perpetiendo toleranter.

Cùm erga omnes cæteros, tum maxime erga proximos manſuetus eſto.
Clementiam quæras Dei, clementia.
Quid eſt clementia compendiarium magis?
Talem te præſta amicis & proximis,
Quales in te vis illos eſſe.

Chryſoſt. Deus non ſolū cum beneficiis nos afficit, ſed etiam cū ſuppliciis, bonus eſt & humanus. Nam illius etiā animaduerſiones & cruciatus magna pars beneficij ſunt, quando & medicus eſt non modo cum in hortos & prata educit ægrotum, aut in balnea & piſcina: verūetiam cum inedia curat, cū ſecat, cum amara adhibet pharmaca, tum quoque medicus eſt æque, magiſque ſuam beneuolentiam declarat.

Greg. Nyſſ. Natura bonus, bona omnino libenter largitur.

Dionyſii Areopagi. Proprium eſt bonorum, iuuare.

Menandri Nihil vſquam omnibus modis bonitatis expers aut fuit aut futurum eſt, aut denique eſſe poteſt.

A Non me mones quæ te decent, nec me impulit ad officium ſermo tuus, aut mores mei.

Non improbam rem fecit vnquam vir probus.

Nihil improbis permittendum omnino,
Sed reſiſtendum: ſin ſecus, vita noſtra nobis impudentibus
Surſum ac deorſum verſata euertetur.

Leucippi. Manſuetudo gratiam ſi adipiſcatur, multo etiam magis augetur: contumelia autem affecta, ad iram commouetur.

Multis opibus benignitas vtilior eſt.

Non tantum perſuadere poteſt oratio, quantum boni mores.

Boni enim mores firmiores ſunt lege.
Illos enim nullus vnquam orator
Euertere poteſt. Hanc autem verbis
Surſum ac deorſum perturbans ſæpe corrumpit.

Quorum mores ſunt bene compoſiti, eorum vita quoque ſimul moderata eſt.

Poſidippi. Arte quidem familiares mihi multos
Paraui, ſed propter mores plurimos amicos.

Themiſto. Themiſtocles prædium cum venderet præconem iuſſit dicere, bonum etiam habere vicinum.

Demoſth. Non tam oratio quam boni mores perſuadere poſſunt.

DE LEGE, SERMO LVIII.

Ioan. 8. IVdicium meum verum eſt, quia ſolus nõ ſum, ſed ego & is qui me miſit: & in lege veſtra ſcriptum eſt, duorum hominum teſtimonium verum eſſe.

Rom. 2. Quicunque ſine lege peccarunt, ſine lege etiam peribunt: & quicunque in lege peccarunt, per legem iudicabuntur.

Legem noſſe bonæ mentis eſt.

Salom. 29 Qui ſeruat legem Domini, cogitationem ſuam continet.

Sirach. 32 *S. Baſilij.* Si rationis expertes animantes ſuæ conſulunt ſaluti, & tuentur, & piſcis quid fugiendum & ſequendũ ſit, nouit: quid dicemus nos qui rationis & orationis munere decorati ſumus, & legibus inſtituti, promiſſionibus inuitati, ſpiritu docti, alienius
D tamen à ratione quod noſtram ſalutem attinet, quam piſces rationis expertes affecti ſumus, legi parere recuſantes?

Fieri non poteſt, vt is ſalutem conſequatur, qui non ea executus fuerit, quæ præcepta ſunt: neque periculo vacat aliquid eorũ quæ præſcripta ſunt, contemnere. Indigna eſt elatio, nos ſedere iudices legiſlatoris & alias ex legibus approbare, alias vero improbare.

E Si enim hominem Dei oportet eſſe perfectum, omnino neceſſe eſt per omnia præcepta abſolutũ eſſe, ad modum ætatis perfectæ Chriſti: quando ex lege diuina, etiã ſi purum fuerit quod offertur, ad ſacrificandum Deo ingratum eſt.

Theologi. Si manſiſſemus quod eramus, & præcepto paruiſſemus, fuiſſemus quod non eramus.

Leges ſeruans, metum eiicies.
Extra metum enim eſt quicunque leges obſeruat.

Suauius eſt aliquid de Deo diſcere quã docere.

Verbis quidem parce, operibus autem abunde pietatem proferentes, & legum obſeruatione magis, quam quod legiſlatorem admirentur, amoris affectionem in eum oſtendentes.

Legibus ſubiectus es, & canonibus dominicis, quibus vita dirigenda eſt. Atque hoc primum ex te ipſe cognoſcito, quod animus tuus vndique virtutis præceptis inſtructus eſt. Corpus etiam accepiſti a creature quinque ſenſibus ad vitæ functiones communitum, qui nec ipſi ſunt liberi aut ſui arbitrij, ſed ſinguli ſerui ſunt legum. Et oculus primus illud audit præceptũ, Vide & ſpecta quæ ſunt honeſta viſu. Et melius eſt eruere eum, ſi inhoneſta viderit, & damnoſa. Habet & auditus præceptum, habet etiam lingua, & reliqui item ſenſus

B Neque nauigantibus tutum eſt extra portum appellere, neque viuentibus vitam ſine legibus degere.

Demoſthenes orator, ciuitatis animam leges eſſe dicebat: vt enim corpus anima carens cadit, ſic ciuitas nullis adminiſtrata legibus euertitur. *Demoſth.*

Is interrogatus quoſnam putaret iniuſtos, Legẽ inquit, non vtentes. *Cyrilli.* *Theophra.*

Boni non multis egent legibus: non enim res ipſe legum cauſa, ſed leges rerum cauſa ponuntur *Zaleuci.*

Locrorum legiſlator leges telis aranearum ſimiles eſſe dicebat: nam ſi in illas incidat muſca aut culex, retinetur: ſin autem veſpa aut apis, perrumpens auolat: ſic etiam ſit in legibus, ſi pauper
C incidat, conſtrictus tenetur: ſin diues aut potens dicendo, perruptis legibus euadit.

Optimam eſſe democratiam, in qua omnes legem tanquam tyrannum metuunt.

Solon legiſlator cum ex eo quidam quæſiiſſet, quemadmodum reſpub. optime adminiſtraretur: Si, inquit, ciues magiſtratibus, & magiſtratus legibus pareant. *Solon.*

Arceſilaus dicebat: Quemadmodum vbi medicamenta multa & medici multi, ibi plurimos eſſe morbos contingit: ſic vbi plurimæ leges, illic etiã ſummam eſſe iniquitatem. *Arceſilaus*

D Seruis neceſſitas lex eſt, liberis lex neceſſitas eſt. *Didymi.* *Periſth.*

Probi mores lege ſunt tutiores.
Quod illos nullus vnquam orator poſſit euertere.
Hanc autem verbis in omnem partem factis ſæpe peruertat.

Lex quidem vult hominum vitam beneficiis afficere, ſed non poteſt, cum ipſi nolunt: in iis enim ſuam exerit virtutem, qui parent. *Ex epiſt. & Iſocr*

Vt medici ſunt ægrotantibus ſeruatores, ſic & reges iis qui iniuriam patiuntur.

E DE RATIONALE ET RATIOCINatione, Sermo LIX.

Matt. 12. *Luc. 6.* BOnus homo de bono theſauro promit bona, & malus homo de malo promit mala.

2. Cor. 10 Arma enim militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed per Deum potentia ad demolitionem munitionum: quibus conſilia demolimur, & omne exceſſum quod ſe extollit contra cognitionem Dei, & captiuam abducimus omnem cogitationem, vt Chriſto obediatur.

Salomonis Viæ ſunt vitæ cogitationes ſagacis. Cogitationibus ſuis replebitur vir bonus,

In

Sirach.17 In concuſſione cribri remanent ſordes: ſic ſpurcitiæ h minis in ratiocinatione ipſius.

(*Sordes inhærent, vel diſcernuntur ab ea*)

Baſilij. Ex duabus partibus, qoarum altera rationis eſt particeps, altera expers, veluti centaurum quendam (vt fixio Græcorum ad phyſiologiam refertur) Deus totum hominem conſtituens: humanæ formæ, id eſt à capite vſque ad pectus, ſuperiori parti eam quæ eſt ab vmbilico vſque ad lumbos quaſi equi naturam (ad ventris voluptates belluino more prooam, & ad coitum propenſam temere) Inferius ſuppoſuit: cum nollet rationis participem à rationis parte vacua abripi: imò rationem parti brutæ imperantem, gubernatricem & moderatricem eſſe volens ad naturæ neceſſitates, ſapientiſſime eam impoſuit.

Theologi. Præſtat ratio & coníyderatio agendorum quā pecuniæ:

Quod hæ corrumpantor, illa perſtet.

Chryſoſt. Ob hanc cauſam paſſeribus datæ ſunt alæ, vt laqueum effugiant: & ratio hominibus, vt euitent peccata.

Qui diuinam pertorbatioorum vacuitatem ſibi aſciſcere ſtudet, ita vt nulli ſeruiat affectui, debet ſuam ipſe cuſtodire rationem.

Nunquam deſiſtit mens cogitatiooes parere: tu malas euelle, & bonas excolle.

Clementis. Non actionum modus iuſtificat fidelem, ſed cogitationum puritas & ſynceritas.

Plutarchi. Sæpe ſolem nubes obſcurant, & rationem perturbationes.

Ex pede ſpinam extrahere decet, & ex anima irrationali ignorantiam.

Vt ex bene morata ciuitate expellendus eſt ſeditioſus: ſic ex anima mens ad praua inclinans.

Philiſtion. Qui ratione omnia ſua ſpectat & circumſpicit,
Is malum reiicit, & bonum deligit.

Charulca. Quæ tibi ratiocinanti optima videotur, ea opere exequitor.

Corporis affectioni, etiam animi intelligētia conſentire ſuſtinet.

Epicteti. Quæ facere non decet, ea ne cogitato qoidem facere.

Pythagor. Turpe eſt apom munere porionem dulcem reddere, & Dei doouin ſermouem malitia exacerbare.

Theages. Laboribus reſiſtere non poſſe, & voluptate vinci proprium eſt irrationalis animæ facultatis. Propoſitum autem tum rationali, tum rationis experti facultati commuoe eſt.

DE INSIPIENTIA, SERM. LX.

Matt.7. QVicuoque audit hos meos ſermones, nec eos exequitur, ſimilis exiſtimabitur ſtulto.

1.Co.14. Ne ſitis pueri mente, ſed malitia repueraſcite: perfecta vero mente eſtote.

Salom.27 Cor inſipientis, dolori eſt poſſeſſori ſuo.

Eccl.10. Labia inſipientis ſubmergunt ipſum: initiū verborum oris eius inſipientia, & finis ſermoois eius error pernicioſus.

Cum inſipiente ne multiplices verba: & ad inſipientem ne accedas.

Inutilis eſt ſapientia ei, qui mente caret, cum ipſe inſipientia ducatur.

Sirach.22 Mortuum plora, caret enim luce: & ſtultū quoque plora, quia caret prudentia.

A Arenam, ſalem, & glebam ferreā facilius eſt ſoſferre, quàm hominem inſipientem. *S.Baſilij*

Quemadmodum infirmi egent medicina, ſic ſapientia inſipientes.

Turpe eſt iuuenem ſene infirmiorem.
Eſſe, & ſenem ſtolidiorem iuuene,

Tanquam ſonitus fluctuum ſunt inſipientis viri ſermones,

Qui littora feriunt, ſed non ſaginant herbas.

Nihil ſic ſtultum reddit, vt improbitas: cum enim aliquis fraudulentus eſt, cum ingratus, cum nulla affectus iniuria moleſtus eſt, quomodo is non extremæ præbet exemplum dementiæ? *Chryſoſt.*

B Inſipiens nulla in re ſolet cōſiſtere, aut acquieſcere: eſtque tota eorum vita ſuſpenſa, quippe quæ firmo careat fundamento. *Philonis.*

Nullum maius malum accidere homini poteſt, quàm inſipientia, qui mentem, hominibus propriam, perdiderit.

Aduerſus rectam ratiooem iens, tranquillitatē & qoietem ſolet odiſſe inſipiens.

Qui vix ducem cæcum adhibet, & qui ſtultū conſiliarium, idem faciunt. *Plutarchi.*

Neque ægroti ictus, oeque ſtulti minas metuere debemus.

C Non tam pupilli, quàm viri ſtulti tutoribus egent.

Leues homines, tanquam inania vaſa, auribus geſtatu ſunt faciles.

Faſtidioſus eſt ad vtilem orationem ſtultorum animus, qui non recipit ſalutiferam intelligentiā, quaſi medicamentum.

Crates ſtultos terebris ſimiles eſſe dicebat, quod nihil eorum quæ recta ſunt ſine vinculo & neceſſitate facere velint. *Crates.*

Quidam eorum qui in academia verſabantur adoleſcentulorum de ſtolidis ſtudiis loquebatur: cui Zeno, Niſi lingua in mentem intincta loquaris, inquit, multo etiam plura in ſermone peccabis. *Zeno.*

D Demades tibiis Athenienſes comparare ſolebat ex quibus ſi linguam detrahas, reliquum inutile erit.

DE LVXVRIA, SERMO LXI.

ET poſt paucos dies collectis omnibus iunior regis filius peregre profectus eſt in longinquam regionem, & bona ſua luxurioſe diſſipauit. *Lucæ 15.*

Nolite ebrij fieri vino, in quo eſt luxuria. *Eph.5.*

E Qui deliciatur à puero luxurioſe, ſeruus erit, & ad extremum in mœrore verſabitur. *Prou. 29.*

Folia tua deuorabis luxurioſe, & fructus perdes tuos, & tibi relinques aridum folium.

Neque enim parcentes ſemel diuitiis, humi abiectos præterimus fratres, neque liberis aut aliis domeſticis rerum copiam ſeruantes egentibus aures claudimus: ſed in rebus deterioribus ſumptus facimus, & noſtram liberalitatem cotem malitiæ facimus iis qui in malitia verſantur. Quàm multi enim, aut quàm multæ nonnullorum circunſtant menſas? qui turpibus & obſcœnis verbis conuiuatorem delectant: alij aſpectu laſciuo & geſtu incontioentiæ accenduot ignem: alij mutuis di- *S.Baſilij.*

ſteriis riſum mouere inuitatori ſtudent: atqoe ij noo ſulum ſomptuoſas epulas lucrantur, verumetiam manus magnificis muneribus refertas refetuot.

Theologi. Eiuſdem eſt difficultatis boni aliquid quod nō habeas, parare, & paratum conſeruare & tueri.

Plærique ad ſumptum alacrius faciendum celebritatis ambitione inuitantur: vbi vero non cōſpicua videtur largitio ſutura, ibi liberalitas reprimitur.

Chriſoſt. Si pueri tutor eſſes, & bonis eius receptis eum extreme laborantem contemneres, innumerabiles haberes accuſatores, ſupplicioque legibus coſtitutu afficerere: nunc vero cum Chriſti bona acceperis, an non rationem tibi reddendam putas quod ſic temere profundas?

Plutarchi. Luxurioſorum vita quaſi quotidie moriens eſſertur.

Menandri Collaudatio eorum qui ſine ratione ſua
Dilapidant, nimirum omnibus moleſta eſt.

Diuitem prodigum contemplatus oliuas edentem & aquam bibentem: Si ſic, inquit, prandiſſes, non ſic cœnares.

Cipſelli. Parcum Præſtat mori, quàm vt egens viuat.

Platonis. Plato ille ſapiens generoſum conſpicatus adoleſcentulum, patrimooio conſumpto ad fores pādocbij panem edentem & aquā bibentē: Si, inquit, ſic moderate prandiſſes, nunquā ſic cœnares.

Diogenis. Idem cum ad quendam acceſſiſſet adoleſcentulum, qui patrimonium deuorarat, ab eo decem dragmas petiit: cúmque is cauſam percunctaretur: cur cum ab aliis obolum acciperet, ab ipſo drachmas decem peteret: Quia, inquit, ab aliis ſæpe me accepturum ſpero, à te autem poſthac nūquam

Xenop. Non enim bona non accipere ſic moleſtū eſt, vt poſtquam acceperis, priuari.

Chilo. Si ſumptus magnos vbi non decet feceris: vbi decet, exiguos facies.

Diphili. Difficile accumulaueris longo tempore tantū,
Quantum vno die facile prodegeris.

Zenonis. Zeno excuſantibus ſuam luxuriam, ac dicentibus, ſumptus à ſe factos ex magna redundantium copia: Num (inquit) coquis ignoſcendum putaretis ſi diceret ſe nimis ſalita opſonia feciſſe, quod magnam ſalis haberent copiam.

DE CONSVETVDINE, SER. LXII.

Deeſt hic ſententia quædam ex Euangelio.

Roma. 7. DElector lege Dei ratione interioris hominis. Sed video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me abducentem per legem peccati quæ ineſt in membris meis.

Tempore roborata impia conſuetudo pro lege ſeruatur.

Aſſuefactus conuitiis faciendis, nunquam caſtigabitur.

S. Baſilij. Nihil eſt deſiderabile, quod perpetua perceptione & vſu contemnendum non reddatur: vt contrà rarior vſus conquirendi & fruendi efficit maiorem.

Inueteratum enim vuulnus animi, & rei malæ exercitatio tempore infixa, curatu difficilis eſt, vel omnino incurabilis, quia vt plurimum habitus in naturam mutatur.

A Fieri oou poteſt vt in cera ſcribas non deletis prioribus notis impreſſis: ſic nec animo diuina decreta committas, niſi conſuetudinis opiniones priſtinas euulleris.

Theol. Facilius eſt enim à principio vitiis non ſe dedere, & prodeuntia effugere, quàm progredientia reſecare, & iis ſuperiorem videri

Chryſoſt. Animus ſemel vitiis conciliatus, & ita affectus vt ſenſum doloris inde non capiat. magnum morbo additamentum adiungit.

Qui flammam ab initio non extinguunt, ij ſæpe in magnum incidunt incendium:

B Nam ſi peccatum nemo vltra progredi prohibeat equo ſimile eſt, qui freno abiecto feſſorem præcipitat.

Philonis. Diuturna cooſuetudo natura robuſtior eſt, & parua peccata, ſi non prohibita fuerint, enaſcuntur, & aucta magnum capiunt incrementum.

Clem. Ro. a post. Quod quis odit propter conſequutam ætatis prudentiam, id propter diuturnam malorum cōſuetudinem facere cogitur, peccatum grauem nactus contubernalem.

Naturam ne accuſemus, quia omne genus vitæ iucundum aut iniucundum efficit cooſuetudo.

Caricles. Omne enim vitium ſi cito cognoſcatur, facile C curari poteſt: quod autem tempore roboratur, propè inſanabile eſt.

Ex Epiſt. & Iſocr. Choricij. Natura nihil iucundum aut iniucundum eſt, ſed talia fiunt omnia conſuetudine.

Optimum vitæ genus ſequitor: hoc enim iucundum efficiet conſuetudo.

Natura ſemel voluptatem nacta, vix ad labores ſolet redire.

Menandri Diuturnam conſuetudinem breui tempore expugnare difficile: quibus eoim aſſueueris, ea non facile cootemnas.

Sunt ex Bœotis nonnulli, qui debitores debita non ſoluentes in forum adductos ſedere iubēt: D deinde cophino ſedenti iniiciunt. Qui autem cophino iniectus fuerit, apud illos infamis eſt: quod etiam patri Euripidis genere Bœoto, accidiſſe putatur.

Perſæ qood facere non licet, ne dicendum quidem putant: quod ſi patrem occiderit aliquis, ſimplicem eum iudicant: ſi quem rex flagris cædi iuſſerit, gratias agit quaſi aliquod bonum ſit nactus quod ſui rex meminerit: præmia pro liberorum multitudine accipiunt à rege. Liberi apud illos verum dicere, tanquam diſciplinas diſcūt. *Xiton.*

Theocriti. Inſidioſos mores & aliquid ſemper mali contra omoes machinari, nooſolertiæ, vt nonnulli E exiſtimant, ſed peſſimæ parti attribuo:

Facile eſt & laudare & vituperare quæ non decet: ſed vtrumque eſt improborum morum.

Ex Sereni ſcriptis. Perſarum reges antequam ſacrificent, de pietate diſputant: antequam bibant, de temperantia: antequam bellum ineant, de fortitudine.

Herodoti. Agathyrſi molliſſimi ſunt, & plurimum aurea geſtant ornamenta: communiter vxoribus vtuntur, vt fratres ſint mutuo, & cognati omnes cum ſint inuidiam & odium mutuum vitent.

Polyæni. Conſuetudo à paruis quidem ducit exordium, ſed ſi negligatur robur maius capit.

DE NOBILITATE ET IGNOBILITATE, Sermo LXIII.

Quod

Ioan. 3. QVod natum eſt ex carne, caro eſt, & natum ex ſpiritu, ſpiritus eſt.

Rom. 9. Non liberi carnis, ij ſunt liberi Dei, ſed liberi promiſſionis pro ſemine reputantur.

Sirac. 44. Generationis iniuſtæ acerbi ſunt exitus.

Liberi optima ratione educati ſuorum genitorum ignobilitatem tegent.

Liberi inſipientia & imperitia exultãtes, cognationis ſuæ generoſitatem contaminãt.

S. Baſilij. Non poſſumus patres & maiores nobiles dicere: nam veritatis lex proprias cuiuſque requirit laudes: non enim idcirco equus eſt celer, ſi ex celerrimis natus ſit, ſed quemadmodum cæterorum animalium in ſe quodque ſpectatur, ſic viri laudes teſtatæ ſunt ex ſuis cuiuſque præclaris factis.

Theol. Famæ malæ pudeat: malum non te genus
Moueat: genus pridem tuum computruit.
Genus vel incipias, vel ad finem trahas,
Vt vel bonus, vel ex bonis ſis editus.

Chryſoſt. Non maiorum nobilitas, ſed animi virtus nobilem & ſplendidum efficere ſolet.

Gre. Nyſſ. Generoſitas & grauitas ſuperbiæ cũ latere cognationem babet.

Demoſth. Optimum frumentum non ex pulchritudine agri æſtimamus, ſed ex eo quod cibum optimum præbeat: nec virum bonum aut amicum beneuolum qui ex nobili ſit propagatus genere, ſed qui ſit optimis præditus moribus.

Nobiles & pulchros maxime decet, in aſpectu quidem pulchritudo, in animo autem temperantia & in horum vtroque fortitudo & virilitas, & in oratione venuſtas.

Diogenis. Quum quidam ex eo percunctaretur, qui eſſent hominum generoſiſſimi: Qui, inquit, diuitias, gloriam, & voluptatem contemnunt: & quæ iſti aduerſantur vincunt, ſcilicet paupertatem, ignobilitatem, dolorem, mortem.

Euripid. Nihil eſt generoſitas, ſi opulentiam ſpectes:
Vel peſſimum enim opulentia primum facit.
Primordium generis malum ſi ſit, miſer
Futurus eſt nepos in æuum poſterum.
O quam vere dicta eſt vetus hæc ſententia,
Nunquam bonus quiſquam ex malo fiet patre.

Theopom. Generoſos eſſe putato, non qui à bonis & probis procreati ſunt, ſed qui bonitatem & probitatem profitentur.

Zeno. Is dicebat, quærendum non eſſe ſint ne homines ex magnis ciuitatibus, ſed an magna digni ſint ciuitate.

Teſpides. Ob maiorum nobilitatem nemo glorietur: lutum enim omnes habemus generis principium, & qui in purpura & byſſo ſunt educati, & qui in paupertatis abyſſo conſumpti,

Simon. Complurium vultus generoſus ſit licet,
Mens attamen non nobilis deprenditur.

Epicharm. Ægerrime fero, cum aliquis obſcurus de nobilitate
Loquitur, ipſe vero moribus ignobilis eſt.
Quid enim rei eſt cæco cum ſpeculo.

Chærilea. †Nobilitatis enim ſplendor, & formæ pulchritudo, & ingenium inſidioſum, vel robuſtiſſima quæque ſuperauerit.

†Græca nõ integra videntur.

Socrat. †Socrates philoſophus cum ex diſcipulis quẽdam animaduertiſſet agrum diligenter curare, & in moribus negligentem eſſe: Heus tu, inquit, vide ne dum vis agrum colere, teipſum efferes.

A Socrates tibicen cum ei quidam obiectaret & probrum quod obſcuris natus eſſet parentibus: Atqui (inquit) ob id ipſum magis laudari deberem quòd à me genus initiũ capit.

Phalari. Claritate generis ſicut aliis honeſtis & bonis rebus gloriari non dedecet: ſed ego vnam virtutem noui, cætera omnia fortuita: fieríque poteſt, vt quis ex malis exiſtat & regum & omnium nobiliſſimus: & contra ex bonis malus prodeat abiectiſſimorum ignobiliſſimus. Quare animi laudem iactato, non maiorum emortuam gloriam.

Plutarchi. Quid enim aliud exiſtimamus eſſe nobilitatem niſi veteres diuitias aut veterem laudem? cũ neutrum horum ſit in nobis, B ſed alia in incertæ arbitrio fortunæ: alia ſint ex intemperantia hominum itaque ex duobus alienis pendet nomen hoc inflatum generoſitas. Atqui opulentia non ſimiles ſibi procreat liberos: ſed qui ex virtute procreatus fuerit, generoſus, veluti ad archetypũ factus, redditur.

DE RISV, SERMO LXIIII.

Luca. 6. VÆ vobis qui ridetis: quia lugebitis & plorabitis.

Epheſ. 5. Obſcœnitas & ſtultiloquium & vrbanitas, & C quæ non conueniunt, ne nominentur quidem inter vos, ſed potius gratiarum actio.

Prou. 21. Stultus in riſu tollit vocem ſuam, vir autem ſapiens vix paululum ridere ſolet.

qualis eſt ſonitus ſpinarum ſub lebete, talis eſt riſus inſipientium.

Narratio ſtultorum deteſtatio eſt, & riſus eorũ in deliciis peccati.

S. Baſilij. Vſque ad hilarem riſum lætitiam animi ſubindicare non eſt indecorum, vt ſolum demonſtretur quod ſcriptum eſt: Corde lætante vultus floreſcit: cachinnari autem voce, & corpore concuti, nec animi compoſiti, nec ſui compotis hominis D eſt: confirmat enim hanc ſententiam ſapientiſſimus Solomon, cum inquit, Stultum in riſu tollere vocem ſuam, & ſapientem virum vix vt percipi poſſit, ridere ſolere.

Theolo. Riſus ſapientibus bonis eſt riſui.
Riſus quidem omnis, maxime meretricius,
Et immodeſtus & lachrymarum cauſa ſit.

Chryſoſt. Si vis aperte demonſtrare te non delectari obſcœnitate verborum, ne audire quidem ſuſtineto. Nunc quando tandem poteris temperantiæ ſudores ſufferre, qui ſubinde riſu diffluis, & iſtorum obſcœnitate verborum? Atqui bene agitur, ſi animus etiam ab omnibus iſtis liber, honeſtus & E temperans fieri poſſit.

Non decet riſus eſſe ſtudioſum: ferè enim qui riſu vehementiore delectatur, vehementẽ ſui ſtatus multationem quærit.

Moſchion. Qui cum adoleſcentulo ridere ſolet, contumelias turpes lucrifacit, & reprehenſionem.

Ex epict. ſententiis. Nimium fuge riſum, & riſum mouere caueto: eſt enim locus hic lubricus, †ad vulgi ineptias.

†εἰς ἰδιωτισμόν. Riſus profuſus ne ſit: quare in cœnis multis & externis & plebeiis ne verſator frequenter: ſi tamen occaſio fert, caue tibi. Scito enim, quod ſi alter fuerit pollutus, alterum quoque impleri neceſſe eſt.

Catonis. Studioſos rerum ridicularum dicebat in feriis

eſſe ridiculos.

Stratonicus citharœdus cum quendam imperite iaculantem vidiſſet, ad ſcopum aſtitit: & cum ex eo quidam cur id faceret percunctaretur, Ne, inquit, feriar.

DE SOMNIIS, SERM. LXV.

Matt. 27. Nihil tibi ſit negotij cum iuſto illo: quia multa hodie in ſomnis propter eum ſum paſſa.

Act. 9. Erat autem quidam diſcipulus Damaſci nomine Ananias, cui Dominus per viſionem dixit: Anania: cui ille, Ecce ego domine: & Dominus illi, Surge, inquit, itóque ad vicum qui vocatur
B Rectus, & ibi in domo Iudæ quærito Saulum cognomento Tarſenſem.

Ecce enim dum precatur, vidit per viſum virum nomine Ananiam ingredientem, & ſibi manus imponentem, vt viſum recuperaret.

Eccle. 5. Venit inſomnium in multitudine tentationis.

Sirach. Idem facit vmbram manu præhendens ventoſque perſequens, quod qui ſomnio animum applicat.

S. Baſily. Vt plurimum quæ apparent in ſomniis viſa, ſunt diurnarum cogitationum repræſentationes.

Qualia ſunt cuiuſque noſtrum vitæ ſtudia, talia neceſſe eſt eſſe & ſomnia.

C Secundum quietem videre cupita, affert amātibus conſolationem.

Theologi. Non ſomniorum ludicris adhæreas.
Nec facile conſterneris animo ad omnia.
Nec viſa te tollant quæ bene ominata ſunt.
Quod hæc mali inſidiæ ferè ſint dæmonis.
Stulti in ſomniis ditiores ſunt.
Quàm qui abyſſum poſſident diuitiarum.

Chryſoſt. Nam qui ebrietati & edacitati ſeruiunt, neque ſomnum adipiſcuntur verum & purum, neque horrendis deſtituuntur ſomniis.

Ioan. Climacis. Somniis credens, ad omnia † ineptus eſt.
D Qui ſomnia ſequitur, vmbram perſequenti perſimilis eſt.

ἀδωνίμος. Cum in ſomniis dæmonibus parere cœperimus tum in poſterum etiam vigilantes ludificantur.

Solet enim Deus hominibus futura noctu exponere, non vt quæ euentura ſunt, vitent (non enim fatum ſuperare poſſunt) ſed vt leuius quæ paſſuri ſunt, ferant.

Aeſchin. Plus quam decet dormire, mortuis conuenit magis quàm viuentibus.

DE SIMPLICITATE VEL INnocentia, & iniuriarum recordatione, Serm. LXVI.

Mat. 18. Luca 9. Amen dico vobis, niſi conuertamini, & fiatis tanquam pueri, non ingrediemini in regnum cœlorum.

1. The. 5. Videte ne cuiquam quis malum pro malo reddat: ſed ſemper quod bonum eſt, perſequimini.

Solom. 24 Si ceciderit inimicus tuus, ne inſultes illi: in caſu illius ne te efferas: quia Dominus intuebitur, & non erit ei gratum, & auertet iram ſuam ab illo.

Prou. 14. Simplex credit omni dicto: quandiu ſimplices iuſtitiæ adhęrebunt, non afficientur pudore.

Sirach. 28 Condona iniuriam proximo tuo, & tum pecca-
A ta tua te precante diſſoluentur.

Simplicitas minime omnium ſuſpicax eſt malorum. *S. Baſily*

Malus enim quam citiſſime condemnat bonum: bonus autem ne malum quidem facile: nam qui ad mala non eſt promptus, ne ad ſuſpicionem quidem eſt facilis. *Theologi.*

Ingenium expers malitiæ, tardius quoque ſuſpicatur mala. *Chryſoſt.*

Si videris inimicum in manus tuas incidiſſe, noli putare tempus eſſe vindictæ, ſed ſalutis: itaque tum maxime parcendum eſt inimicis, cum in noſtra fuerint poteſtate.

B Si tibi quis moleſtus fuit, tu viciſſim ne ſis moleſtus, alioqui illi ſimilis fueris: nemo enim malū malo ſanat, ſed bono malum.

Qui mala pro bonis rependit, ex eius domo nō eiicientur mala. *Nili.*

Cum veniam peccatorum petis, fac etiam ipſe iis ignoſcas, qui in te peccarint: quia remiſſione compenſatur remiſſio: & conſeruorum noſtrorum conciliatio diuinæ iræ eſt liberatio. *Philonis.*

In quibus alios percutere vis, in iis detrimentū maius expectato. *Moſchio.*

Inimicum petentem ne auerſator: ſed interim temetipſum munito, quod à cane nihil differat. *Epicuri.*

C Inimicitias breues, amicitias autem diuturnas parare ſtudeto. *Theopom.*

Æſchines orator ab Athenienſibus condemnatus, cum Demoſthenes ei decem millia drachmarum Atticarum miſiſſet, & vt fortiter exilium ferret, hortaretur: Qui poſſum, inquit, non mœrere, ex ea eiectus patria, in qua etiam qui iniuriam acceperint, iniuriarum authoribus bene faciunt? *Aeſchin.*

DE VITÆ INÆQVALITATE, Serm. LXVII.

Ioan. 16.
D Amen dico vobis, plorabitis vos & lamentabimini, mundus autem gaudebit, ſed dolor veſter in gaudium mutabitur. Mulier cum parit, dolore afficitur, quod venerit eius hora: enixa vero infantem, iā non meminit doloris, præ gaudio, quod homo natus ſit in mundum.

1. Tim. 6. Diuitibus præſentis ſæculi præcipe, ne ſuperbe de ſe ſentiant, néue in incertis diuitiis ſpem ſuam ponant.

Sa. Solom. 2. Fumus eſt ſpiritus qui efflatur è naribus noſtris & præteribit vita noſtra quaſi nebulæ veſtigia. Nam veluti præteriens vmbra vita noſtra eſt.

Sap. Sal. 5. Quid profuit nobis ſuperbia noſtra? quid diui-
E tiæ cum arrogantia contulerunt nobis? illa omnia tanquam vmbra & nuncius currens pręterierunt: & tanquam nauis quę per aquas fluctuantes fertur, quæ cum præterierit, nullum licet reperire veſtigium in vndis aut ſemitæ ſignum, vt auis per aerem tranſuolans, nullum ſui volatus relinquit ſignum.

Sirach. 11 Multi tyranni humi ſederunt, & inexpectatus aliquis geſtauit diadema.

Baſilij. Sic vt fieri non poteſt vt mare diu in eodē permaneat ſtatu, propterea quod modo æquum & ſtabile, paulò poſt videas aſperatum ventorum vi: & contra, furens & fluctibus æſtuans, maxima paulò poſt ſedatur tranquillitate: ſic & res huma-

næ facile in vtranque partem mutationes accipiunt.

Theolog. In rebus humanis nihil firmum, nihil æquabile, nihil quod ſibi ſatis ſit: ſed circulus quidam noſtrorum circumuerſatur negotiorum, varias in vno die ſæpe, & interdum in vna hora, accipiens mutationes: vt fidendum ſit magis auris non durantibus, & pontiuagæ nauis veſtigiis, & nocturnis ſomniis fallacibus, quorum breuis eſt gratia, & ludicris puerorum in arena figmentis, quàm humanæ felicitati.

Vt enim aquarum fluxus copinſarum, incidentem recipiēs pluuiam, bullas excitat: quarum aliæ ſimul ac natæ ſunt, rumpuntur, aliæ diutius inflatæ, poſtea & ipſæ rumpi ſolent. Sic ad eundē modum huius vitæ mare, alios cum paulisper conſpecti fuerint, occultat: alios diutius permanentes, ipſos quoque ſubmergit.

Cadaueribus inutiliora ſunt, quæ in præſenti vita ſunt ſplendida.

Studioſum eſſe earum rerum quæ apparent, eorum eſt proprium qui futuri ſæculi nullaſpe ducuntur.

Ne vos fallant quæ in hoc mūdo illuſtria & ſplēdida demonſtrantur, quia prætereunt omnia, nihilque eorum quæ apparent, ſtabile eſt.

Rebus tuis omnibus proſpere procedentibus expecta mutationem: & rurſus inexpectatis circunfuſus calamitatibus, commoda ſperato & meliora.

Socrat. Similiter facit qui ob proſperitatem ſuperbit, vt qui per lubricam viam currit.

Ariſtip. Vita ſimilis eſt theatro: nam peſſimi plærumque optimum in ea obtinent locum.

Nemo ex omni parte beatus eſt.

Æſtimare autem debes te quinque eſſe vnum ex multis.

Democrit. Temporum mutationibus, etiam qui plurimum poſſunt, infirmiorum egent auxilio.

Diogenis. O mortale & miſerum genus hominum, Quàm nihil ſumus, ſed ſimiles vmbris.

Terræ pondus inutile circumimus.

Apelles. Apelles pictor interrogatus cur ſedentem pinxiſſet fortunam: Quia, inquit, non ſtat.

Hippoth. Cum ſis homo, communem memento fortunam.

Iſidori Mortalis natus, quæ ſequantur te inſpice.

Euripidis Mortalium generi nihil conſtans ineſt.

Nec viuit vllus ſic, vt ipſe elegerit.

Bias. Is dicebat ſic metiendā eſſe vitam, quaſi & multum & parum temporis victurus ſis.

Sophoc. Dies abit redditque, ſic mortalium

In Aiace. Quæcunque res contrarias vices habent.

DE HONORANDA VIRTVTE

& puniendo vitio, Sermo LXVIII.

Iſaiæ. 5. Prodibunt qui bona fecerint ad vitæ excitationem: & qui mala, ad condemnationem.

2. Pet. 2. Nouit Dominus pios de tentatione eripere: iniuſtos autem ad diem iudicij cruciandos reſeruare.

Salomonis Cum prodigus & intemperās multatur, ſimplex prudentior redditur.

Sirac. 10. Æquum non eſt pauperem prudentem contemni, nec decet ſceleratum gloria affici.

A Si temperantes viderint improbos ignominia notatos, multo promptius virtuti adhæreſcent. *S. Baſilij.*

Alius quiſpiam, aut forte nullus, ad pronuntiandum hac in re audax & promptus fuerit: ego vero dubito malitiæ omnino in præſenti vita punitionem, & pietati recreationem aſſignare. Quis enim aliquando vtile ſit malos infeliciter agere, ad impedienda vitia: & bonos feliciter, ad promouendam virtutem: non ſemper tamen, nec omnino. Sed hoc futuro ſæculo proprium videtur, quando probi virtutis præmia, & improbi ſcelerum pœnas recipient.

Da egenti, non ſaltanti, ne præter pecuniam tuā animam quoque eius perdas: tu enim author es exitij eius per intépeſtiuam liberalitatem. Si enim ij qui in orcheſtra ſaltant, ſcirent ſuam ſibi artem nihil lucri & quæſtus allaturam, eam exercere deſiſterent. *Chryſoſt.*

B

Si vis duplici nomine præclarus eſſe, & optime viuentes honorato, & malos increpato. *Philemo.*

Interrogatus quæ ciuitas optime adminiſtraretur: Quæ, inquit, ex lege viuit, & iniuſtos punit. *Socrat.*

Iniuriam facit bonis qui parcit malis. *Eſaiæ.*

Qui animaduertunt in iniurioſos, ij ab iniuria inferenda alios prohibent.

C Virtutem colens, primam veritatem colit, idque maxime, cum ea ſit omnis boni præſes.

Solon eam dicebat optime adminiſtrari rempublicam, in qua boni eſſent honorati: peſſime autē in qua mali. *Solon.*

Duæ ſunt cauſæ quæ ad diuinarum rerum cultum hominem impellunt: impietatis ſupplicia: & pietatis præmia. *Democr.*

Intolerabile fit vitium ſi laudetur. *Sexti.*

Vbi virtus honorata non eſt, ibi vitium confidens eſt. *Procopij ſoph.*

FACILE ESSE VITIVM ET DIfficilem virtutem. Serm. LXIX.

D

Intrate per anguſtam portam: quia lata & ſpatioſa eſt via, quæ ad interitum ducit, multique eam ingrediuntur. *Matt. 7.*

Omnis caſtigatio in præſens gaudio carere videtur, dolorem afferens: ſed poſtea per eam exercitatis fructum reddit pacificum. *Heb. 12.*

Eſt via quæ videtur hominibus recta, ſed extrema illius pertingunt ad inferorum fundum. *Prou. 14.*

Via ſceleroſorum lapidibus complanata eſt, ſed in extrema ea infernorum eſt foſſa. *Sirach. 21.*

E Neque enim fieri poteſt vt ignis, ſi aridam nactus fuerit materiam, non totam abſumat, præſertim ſi ventus accedat ſecundus, qui flammam excitet ac deducat: ſic peccatum cum vnum quemlibet inuaſerit, omnes peruadit vicinos ſpiritibus malignis ipſum accedentibus. *S. Baſilij.*

In promptu eſt vitium, neque quicquam tam facile eſt, quàm fieri malum. *Theol.*

Æque difficile eſt & quæ non habeas bona parare, & parta conſeruare & tueri. Sæpe enim quod diligentia acquiſierat, negligentia perdidit, quodque deſidia amiſerat, cura recuperauit.

Facilius eſt vitij participem fieri, quàm virtute impertiri.

Vt materia humida difficulter ignem concipit,

ſic humana natura bonum non facile comprehē-dit. Plurimi vero ad mali perpetrationem prompti & commodi ſunt.

Facilius malus malitiam ſequitur, quàm bonus eam abrumpit.

Chriſoſt. Vitium multas habet voluptates, virtuti multi coniuncti ſunt labores & ſudores.

Et quæ tibi deberetur gratia, aut quod præmium acciperes, niſi laborioſum eſſet negotium? Etenim multos poſſum oſtendere, qui natura mulierum congreſſus oderint: an igitur hos caſtos vocabimus, aut corona inſigniemus? minime vero: nam caſtitas fit per continentiam & pugnam aduerſus voluptates.

Ioan. Climacis. Labore multo & ſudore mores boni & recte cō politi in nobis efficiuntur: fierique poteſt, vt quę multo labore præclare facta ſunt, vno temporis momento perdantur.

Diogenis. Lucerna interdiu accenſa oberrabat, & quibuſdam quærentibus quid ageret, reſpondit, ſe quærere hominem.

DE AMORE SVI, SERM. LXX.

Ioan. 12 QVi amat animam ſuam, perdet eam, & qui odit eam in hoc mundo, in vitam ſeruabit ſempiternam.

Luca 9. Non qui ſeipſe commendat, probatus eſt, ſed quem dominus commendat.

2. Co. 10. Omnes ſibi videntur iuſti, ſed dominus iudicabit corda.

Solom. 20. Laudet te vicinus, & non os tuum, alienus & non labia tua.

Prou. 27. Sirac. 37. Fili in vita tua explora animum tuum, & vide quid ſit illi pernitioſum, nec id ei conceſſeris: nō enim †omnia omnibus conferunt.

id eſt, omnino enim non conferi. *S. Baſilij.* *Magnū certe dedecus eſt illi qui vere ſit nomine viri dignus, comptum & corporis ſtudioſum eſſe, aut alio aliquo vitio non generoſe affectum: nam omnem adhibere diligentiam & ſtudium, vt quam pulcherrimum ſit corpus, eius eſt qui ſeipſe non agnoſcit, nec præceptum ſapientiæ plenum intelligit.

Theolo. Omnes in hoc vno pij ſumus, quod alij aliorum impietatem condemnamus: noſtrorum vitiorum clementes iudices, alienorum ſeueri examinatores.

Spiritualiter alij aliis inclāmemus hæc verba: fratrum magisquàm noſtri ſimus amantes.

Chryſoſt. Qui non recipit adhibendam ſibi medelam, is ſecum ipſe non conſentit.

Non eſt quiſquam amicus, non eſt frater: noſtra ſinguli ſpectamus, atque ita noſtra imminuimus, infirmique & expugnatu faciles ſumus tum hominibus tum diabolo, propterea quod non inuicem nos defendimus. Nam in bello & in acie miles qui ſibi tantum vnum hoc proponit, vt fuga ſibi ſalutem quærat, alios quoque ſecum perdit vt contra, magnanimus & pro aliis etiam ſumens arma, vnà cum aliis & ſeipſe conſeruat & tuetur.

Philonis. Qui omnia propter ſe tantum agunt, amoris ſui ipſorum maximum exercet vitium.

Platonis. A ſeipſo falli omnium eſt peſſimum: cum enim ne minimum quidem diſtet, ſed ſemper adſit qui ſit ad fallendum paratus, an non hoc malum eſt?

Cum deridemus quempiam, in ipſos oculos conuertere & ſpectare debemus, num & ipſi iiſdem teneamur vitiis: multa enim amor noſtri in nobis occultat & tegit quæ riſu digna ſunt maiore.

Socrat. Moleſta res eſt, ſi non ſapiens ſapere putat.

Acuti ad aliorum vitia cernenda ſumus.
At cum ipſi deliquimus, non cernimus.

Menādri. Nullum in ſe vitium Pamphile aperte cernit,
Sed alterū aliquid indecore agente, cernet.

Chilo. Is interrogatus quid eſſet difficillimū: Seipſum noſſe, inquit: multa enim ſibi quenque aſſumere ex amore ſui.

Diog. Nonnullos eſſe dicebat homines, qui loquerē-tur quidem egregie, ſed ſeipſi non audirent: coſque lyris ſimiles eſſe, quæ cum bene ſonent, nihil tamen ſentiunt.

MAIOREM PARTEM NON ſemper eſſe meliorem, Sermo LXXI.

Luce. 21 Mar. 12. SVblatis autem oculis vidit diuites qui munera ſua in gazophilacium mittebant: vidit etiā viduam pauperem duo minuta illuc iacientem, & dixit: Vere dico vobis, vidua hæc pauper plus omnibus immiſit.

1. cor. 14. In Eccleſia malo quinque verba ex mente mea loqui, quàm decem milia in lingua mea.

Solo. 15. Melior eſt manipulus vnus in quiete, quàm duo in labore & ærumna.

Sirach. 16. Melior eſt iuſtus vnus, quàm decem milia exlegum: & mori præſtat orbum, quàm liberos relinquere impios

Per vnum prudentem fiet celebris ciuitas: per multitudinem vero impiorum & exlegum breui deſerta reddetur.

S. Baſilij. Sæpe enim qui in mediocritate aliquid vel exiguum præclarè fecerit, præſtantior eſt eo qui in abundantia nihil non feliciter geſſerit.

In malis certaminibus miſerior eſt victor, quā victus: nam plus inde peccati reportat.

Si enim panis cor ſuſtētat, non plus opſonij quā cibi præter neceſſitatem temere ingerēdum eſt.

Theol. Melius eſt regnum breue, quàm diuturna tyrānis: & exigua portio pretioſa, quam poſſeſſio magna, ſed vilis & inſtabilis: & multis tenebris, vel exiguum lumen præſtat.

Chryſoſt. Non ex copia datorum, ſed ex animi liberalitate eleemoſyna æſtimatur.

Platon. Copioſiori vitę & viliori, minor & melior omnibus omnino pręponenda eſt.

Iſocr. Mediocris rerum copia cum iuſtitia, magnis diuitiis cum iniuſtitia coniunctis præoptanda eſt.

Demoſth. Is conſpicatus tribunum plebis hebetem magna voce clamantem: At, inquit, non quod magnum eſt, bene eſt: ſed quod bene eſt, id magnum.

Epicli. Rariſſimæ voluptates maxime delectant.

Alexan. Cum audiſſet Darium trecenta milia in aciem educere: Vnus lanius (inquit) non metuit multas oues.

Idem cum explorator renunciaſſet, plures eſſe Darij milites: Et oues, inquit, numeroſiores ab vno aut altero lupo vincuntur.

MA-

MAXIMI AD ELPIDIVM PRÆFATIO.

Ecce ad eum ſermonem quem de vita exercitio conſcripſi, & hunc de charitate compoſitum, tuæ Sanctitati miſi pater Elpidi, æquali capitulorum numero, quatuor Euangeliis, totidem Centuriis reſpondentem, fortaſſe non admodum dignum tua expectatione, noſtra tamen ingenij facultate non minorem. Verum tamen legat tua Sanctitas, quoniam neque hæc noſtra commentationis [illegible] eſt, ſed perluſtratis atque excuſſis Sanctorum patrum ſcriptis atque ſermonibus, & inde mente ad argumentum intenta, paucis verbis multa ſtrictim & breuiter admodum collecta, vt & facilius legentium paterent oculis, & promptius memoriæ occurrerent, tuæ Sanctitati miſi, orans atque obſecrans, vt hæc qualiacunque ſint, benigne & gratanter legas, ac ſolam in illis vtilitatem venari digneris, cæterum verborum ornatum & compoſitionis elegantiam contemnas, proque noſtra mediocritate preceris, quæ omni ſpirituali vtilitate vacua eſt. Quinetiam hoc à te contendo precibus, ne iſta in lectorum defatigationem ſcripta putes: nos enim imperata fecimus. Hoc ideo dico, quod [illegible] qui orationibus ſuis alios defatigant, hodie non parum multi ſint: cæterum qui re ipſa docent aut docentur, perpauci admodum. Sed petimus ſingulis capitibus legendis, attentum fac adhibeas animum. Neque enim omnia vt opinor omnibus, intellectu & comprehenſu ſunt facilia, ſed multa multam apud multos perſcrutationem requirunt, tametſi ſimpliciter dicta videantur. Fortaſſe enim vtilitas quædam ex illis reuelata apparebit. Apparebit autem omnino Chriſto volente, hæc ingenioſa mente & cum timore Dei ac charitate legentibus. Porro autem qui in huius opuſculi, aut alterius cuiuſcunque lectionem [illegible], non hoc animo, vt ex eo ſpiritualem aliquem fructum conſequatur, ſed vt dictiones venetur ad probroſe & malitioſe flagellandum authorem, vt ſeipſe hoc longe prudentiorem oſtentet, huic nihil vtilitatis ex nulla re vnquam apparebit.

PRIMA CENTVRIA CAPITVLORVM DE CHARITATE MAXIMI Confeſſoris.

CHaritas bona animi adſectus & propoſitum eſt, cuius impulſu nihil in rebus humanis Dei cognitioni anteponit. Impoſſibile autem eſt, vt aliquis charitatis habitũ conſequatur, qui rerum humanarum adſectibus adhuc detinetur.

[illegible] 2. Charitatem parit adſectuum carentia, adſectuum carentiam, ſpes quæ in Deum eſt: cæterũ ſpem, perſeuerantia & longanimitas: hanc autem adquiſita temperantia: porrò temperantiam timor Dei, timorem vero fides quæ in Chriſtum eſt.

3. Qui credit in Chriſtum, pœnam pertimeſcit & ſupplicium. Qui autem metuit ſupplicium, ab adſectibus temperat. Cæterum qui ab adſectibus temperat, patienter ſuffert adflictiones. Porrò autem adflictiones ſufferens, ſpem in Deum habebit. Spes verò in Deum fixa, mentem ab omnibus terrenis adſectionibus ſegregat. At mens ab his ſegregata, charitatem erga Deum obtinebit.

4. Qui Deum diligit, omnibus ab eo factis & creatis, eiuſdem cognitionem anteponit, cui etiã indeſinenter, propter deſyderium, adhæret.

5. Quod ſi omnia quæcunque exiſtunt per Deũ & propter Deũ facta ſunt, Deus autem rebus per ipſum factis & conditis longe exiſtit præſtantior: qui relinquit Deum, ac vilioribus & deterioribus vacauerit, ſatis declarat ſeipſum Deo anteponere ea quæ per ipſum facta ſunt.

6. Qui charitati erga Deum cor affixum habuerit, omnia viſibilia atque adeo ipſum corpus tãquam alienum contemnit.

7. Quod ſi anima corpore eſt melior, & Deus qui mundum fabricatus eſt, eo ſupra omnem cõparationem eſt præſtantior: fit vt ille, qui animæ corpus, & Deo mundum ab ipſo creatum antepoſuerit, nihil ab idololatris diſcrepat.

8. Qui mentem à charitate erga Deum habenda, & aſſidua eius contemplatione ſegregauerit, & alicui rerum viſibilium alligatam habuerit, ille eſt qui animæ corpus, & Deo conditori res ab ipſo conditas anteponit.

9. Si vita mentis, illuminatio eſt cognitionis, hanc autem erga Deum charitas parere ſolet, diuina charitate nihil eſſe maius, præclare dictum eſt.

10. Quando præ amore & deſiderio charitatis, erga Deum mens peregrinatur, tunc neque ſeipſum, nec aliam rem vllam earum quæ ſunt, omnino ſentit. Siquidem dum diuino & immenſo lumine illuſtratur, extra ſenſum agit omnium earum rerum quæ à Deo creatæ ſunt. Quemadmodum illuſtratus oculus ſe habet erga ſydera ſole exoriente.

11. Omnes quidem virtutes animo cooperantur ad amorem diuinum, omnium autem maxime pura precatio. Huius enim adminiculo ad Deum, quaſi alis ſubleuatur, atque ita extra omnes res humanas conſtituitur.

12. Quando propter charitatem à diuina cognitione mens rapta fuerit, atque extra res humanas conſtituta, diuinam & incomprehenſibilem magnitudinem perſenſerit, tunc ſecundum diuinum Eſaiam præ ſtupore in ſuę ipſius humilitatis cognitionem delata, cum adſectu prophetæ verba effatur: O miſer ego, quàm obſtupeo, quod homo exiſtens, & immunda labia habens, in medio populi immunda labia habentis ego habitẽ, & regem Dominũ ſabaoth oculis meis viderim. Eſai. 6.

13. Qui Deum diligit, non poteſt non etiam omnem hominem vt ſeipſum diligere: & ſi moleſte ferat adſectus & vitia illorum, qui

nondum purgati ſunt: quare eorundem conuerſionem & emendationem videns, immenſo & inexplicabili gaudet gaudio.

14. Immunda eſt anima, quæcunque cogitationum concupiſcentiis & odio impleta eſt.

15. Odij aut ſimultatis veſtigiũ cernens in corde ſuo, propter quodcunque peccatum aduerſus quencunque hominem, omnibus modis alienus eſt à charitate Dei, propterea quod nullo modo charitas qua Deus complectendus eſt, cum odio aut ſimultate aduerſus hominem ſuſcepta cohærere poſſit.

16. Qui diligit me, inquit Dominus, præcepta mea ſeruabit. Hoc autem præceptum meum eſt, vt diligatis vos mutuo. Itaque qui non amat proximum ſuum præceptum Domini non ſeruat. Cæterum præceptum non ſeruans, neque dominum poteſt diligere.

17 Beatus eſt homo ille, qui omnem hominem ex æquo poteſt diligere.

18. Beatus eſt homo ille, qui nulli rei, aut negotio temporario & tranſitorio ſemet implicat.

19. Beatus eſt ille animus, qui omnibus rebus poſthabitis, in ſola diuina venuſtate & elegantia indeſinenter deliciatur.

20. Qui carnis prouidentiam vertit in concupiſcentiam, & propter res temporaneas iniuriarum memor infenſus eſt proximo, hic præ creatore creaturam colit.

21. Qui nullis voluptatibus aut morbis obnoxium corpus ſeruauerit, conſeruum illud habet ad rerum longe præſtantiorum ſeruitium.

22. Qui fugit omnes mundanas concupiſcentias, omni mundana materia ſe ſuperiorem collocat.

23. Qui Deum diligit, omnibus modis proximum quoque diligit. Atqui eiuſmodi pecuniæ ſeruandæ rationem habere non poteſt, ſed planè Deo dignum diſpenſatorem agit, vnicuique egẽtium benigne ſuppeditans.

24. Qui Deum æmulando eleemoſynam facit, non nouit diſcrimen mali & boni, iuſti & iniuſti in his quæ neceſſaria ſunt corpori, ſed omnibus ex æquo prout exigit neceſſitas, largitur: tametſi improbo virtute præditum, propter bonũ propoſitum, antepouere ſoleat.

25. Quemadmodum Deus natura bonus exiſtẽs & omnibus carens adfectibus, omnes quidem pariter & ex æquo diligit, veluti ſuas creaturas, attamen virtute præditum glorificat, vt eum qui ſui cognitionẽ recte obſeruat. Improbi vero propter ſuam bonitatem miſeretur, eundémque in hoc ſæculo caſtigans atque inſtituens conuertit. Non ſecus facit qui animo bono & adfectibus vacuo præditus fuerit, omnes enim homines ex æquo amat: virtute præditum, propter naturam & bonum propoſitum: improbum vero, propter naturam & adfectum miſericordiæ, vt amentem & væcordem, & in tenebris ambulantem miſertus.

26. Non ſolum pecuniarum diſtributione & largitione charitatis adfectus cognoſcitur, ſed multò impenſius & certius diuini verbi diſtributione ac corporalibus obſequiis.

A 27. Qui mundanis rebus atque negotiis vere atque ex animo renunciat, ac proximo charitatis obſequiis nulla hypocrytica ſimulatione inſeruit ab omnibus adfectibus quam primum liberatur, diuinęque charitatis & cognitionis particeps efficitur.

28 Qui Dei charitatem in ſe ipſo poſſidet, non fatigatur ſequendo dominum Deum ſuum, iuxta † Eſaiam prophetam: verum omnem laborem, opprobrium, contumeliam, & iniuriam magno animo generoſe tolerat, nemini mortalium in vniuerſum malum cogitans. †Græcum exemplar habet, Hieremiæ

B 29. Quando ab aliquo contumelia iniurioſe adfectus, aut aliqua in re contemptus fueris, tunc caue ab iracundiæ cogitationibus, ne per illas propter animi perturbationem atque triſtitiã à charitate excluſus, in locum odij conſtituaris.

30. Quoties ob acceptam iniuriam aut ignominiam, perturbatus fueris, tunc ſcias teipſum magno affectum eſſe commodo, inani ambitione & gloria per contemptum & ignominiam à te reiecta.

31. Quemadmodum ignis recordatio corpus non calefacit, ſic fides ſine charitate non operatur in anima cognitionis illuminatio-

C nem.

32. Quemadmodum Solis lumen ſanum oculum ad ſeipſum pertrahit, ſic Dei cognitio puram mentem per charitatem naturaliter ad ſeipſam allicit.

33. Mens pura eſt, quæ ab ignorantia ſegregata, & à diuino lumine illuſtrata fuerit.

34. Anima pura eſt, quæ adfectibus liberata, Dei charitate indeſinenter exhilaratur.

35. Adfectus eſt vituperabilis, motus animi prę ter naturam.

36. Afectuum carentia pacatus eſt ſtatus animæ, ſecundum quem difficulter mouetur anima,

D erga malitiam.

37. Qui charitatis fructus ſommo ſtudio cõſecutus fuerit, nunquam illam deſerturus eſt, & ſi infinita mala illi ſufferenda ſint. Ad hoc perſuadeat te Stephanus Chriſti diſcipulus, qui pro ſuis occiſoribus precatus eſt, ac veniam ab illo tãquam ignorantibus poſtulauit: & alij eius exemplum ſecuti.

38. Si charitatis eſt eſſe longanimum & benignum, conſentaneum eſt iracunde ſæuientem aut impotenter indignantem, & malitioſe agentem, alienum videlicet à charitate fieri. Cæterum qui à charitate alienus factus eſt, à Deo alienatus

E eſt. Siquidem Deus eſt ipſa charitas.

39. Ne dixeritis, inquit diuinus Hieremias, quod templum Domini ſitis: & tu ne dixeris, quod nuda fides in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum te ſeruare poſſit, id enim impoſſibile eſt, niſi charitatem quoque in illum per opera poſſederis. Siquidem nude credere nouerunt etiam dæmones, & contremiſcunt. Hierem.7.

40. Charitatis opus eſt, operoſa & benigna in proximum, ex intimo adfectu animi beneficentia, & longanimitas & perſeuerantia: item recta cum ratione rerum vſus.

Qui

41. Qui Deum diligit, nulla triſtitia quenquam afficit, neque à quoquam afficitur, propter res temporaneas. Vna autem ſed ſalutari triſtitia afficit & afficitur, qua beatus Paulus contriſtatus eſt, & contriſtauit Corinthios.

42. Qui Deum diligit, angelicam vitam in terra traducit, ieiunans & vigilans, pſallens & orans, ac de omni homine bona quæque ſemper cogitans.

43. Si quod aliquis vehementer concupiſciũt, illud quoque omni conatu ſtudet conſequi: omnibus autem bonis & rebus deſiderabilibus diuinum numen ſupra omnem comparationem deſyderabilius eſt atque præſtantius: omne profecto ſtudium nobis impẽdendum eſt, vt id quod natura bonum eſt & deſyderabile conſequamur.

44. Ne contamines carnem tuam turpibus operibus, neque animam tuam coinquines prauis cogitationibus; & pax Dei veniet ſuper te, charitatem adducens.

45. Adflige & compeſce carnem tuam ieiunio & vigiliis, & ſtrenue pſalmodiis ac orationibus incumbito, ſanctificatio temperantiæ ad te veniet, charitatem adferens.

46. Qui diuina cognitione dignatus eſt, & eius illuminationem per charitatem poſſidet, ille nunquam ambitionis & vanæ gloriæ ſpiritu commouebitur. Porrò qui hac nunquam dignatus eſt, haud difficulter ab illo hinc inde rapitur. Itaque ſi talis homo in omnibus quæ ab ipſo fiunt rebus ad Deum reſpexerit, veluti per ipſum omnia faciens, facile cum Deo illum effugiet.

47. Qui diuinam cognitionem nondum cõſecutus eſt, quæ per charitatem efficitur, ſuperbum ſe gerit, in his quæ ab ipſo per Dei auxilium facta ſunt. Atqui hanc conſequi dignatus eſt, cum adfectu Abraham patriarchæ verba profert, quæ ipſe cum diuina apparitione dignatus eſſet, protulit, Ego ſum terra & cinis.

48. Qui timet dominum, ſemper coniunctam habet humilitatem comitem, pérque huius cogitationes ad diuinam charitatem & gratiarum actionem peruenit. Etenim prioris ſuæ conuerſationis ſubinde recordatur, atque etiam diuerſorum erratorum tenaciter memor eſt, neque non tentationum quæ illi à puero contigerunt. Tum quomodo ex his omnibus liberauerit eum Dominus, & tranſtulerit à vita multis adfectibus obnoxia, in eam quæ ſecundum Deum & vitam. Quinetiam cum timore charitatem accipit, gratias agens ſemper cum humilitate multa beneſactori & gubernatori vitę noſtræ.

49. Ne ſordibus contamines mentem tuam cõcupiſcentię & iracundiæ cogitationes ſuſtinens, ne pura precatione elapſus in (pigritiæ & vecordiæ) ſpiritum incidas. ἀκηδίας πορνείας.

50. Tunc mens omni erga Deum † libertate excidit, quando prauis & ſordidis cogitationibus vacauerit.

51. Vęcors homo & nullius iudicij, qui ducitur adfectibus, quando iracundia commotus conturbatur, citra omne rationis iudicium fratrum conſortium fugere feſtinat. Porrò vbi iterum per pœnitudinem incenſus deſyderio incaluerit, vltro ſemet offerens occurrit. Cæterum homo cordatus & prudens in vtriſque diuerſum facit. Siquidem inflammatus iracundia, omnibus indignationis cauſis abſciſis, ſeipſum ab omni erga fratres concepta triſtitia atque moleſtia ſegregat. In concupiſcentia autem, à ſtolido impetu & cõuerſationis deſiderio ſe continet.

52. In tempore tentationum, ne deſeras monaſterium tuum, verum generoſo animo cogitationum fluctus tolerato, maxime vero eos quibus te impugnat & obruit triſtitia & ignauia. Ita enim † militariter ac vere probatus tribulationibus firmam atque conſtantem in Deum ſpem habebis. Sin autem deſerueris, non probatus parũque virilis & inſtabilis inueneris. οἰκονομικῶς.

53. Quod ſi nolueris à charitate erga Deum obtinenda excidere, neque fratrem tuum à te cõturbatum ad ſomnum capiendum dimiſeris, neque tu ab illo conturbatus ſecedas cubitum: ſed vade, reconciliare fratri tuo, & veniẽs, offer Chriſto pura conſcientia & deuotis precibus donum charitatis.

54 Si omnes donationes ſpiritus habeos, charitatem autem non habens, nihil vtilitatis accipit, ſecundum diuinum Apoſtolum, quanto conatu in hoc nobis incumbendum eſt, vt illam conſequamur.

55. Si charitas proximo malum non operatur, qui inuidet fratri, aut ob eius celebritatem & nominis ſplendorem dolore afficitur, probroſiſque dicteriis eius exiſtimationẽ immaculat, aut quadam malitia & improbitate illi tendit, inſidias, quomodo ille ſe ab omni charitate alienum eſſe non oſtendit; & æterni iudicij reum comprobat?

56. Si plenitudo legis eſt dilectio, præteritarum iniuriarum memor erga fratrem, aut dolos etiam & inſidias illi fabricans, aut malę imprecans, eiuſdémque lapſu & infelicitate gaudens, quomodo ille iniquus, nõ fit, & æterno ſupplicio digniſſim*

57. Qui detrahit fratri ſuo, eundémque iudicat, detrahit legi, & legẽ iudicat: at lex Chriſti eſt charitas: quomodo e lege Chriſti detractor non excidet, ſuáq; culpa author ſibi fiet æterni ſupplicij

58. Ne accommodes aurium tuarum operã linguę detractoris, neque linguã tuam impertias reprehendendi ſtudioſo, iucunde libenterque loquẽs & audiẽs aduerſus proximũ, ne à diuina charitate excidas, alienuſq; inueniaris à vita æterna.

59. Ne ſuſcipias aduerſus patrem tuum contumeliã, neque vlla animi promptitudine aut benignitate ſuſcipias eundem probroſe dehoneſtantem, ne iraſcatur Dominus propter opera tua, tùque extermineris è terra viuentium.

60 Obtura os detractori audiendo illum, ne duplici delicto cũ eo fias obnoxius, & te ipſe pernicioſo adfęctui aſſueſaciẽdo, & illũ aduerſus proximũ nugaciter & improbè garrientem nõ compeſcendo.

61. Ego autẽ dico vobis, inquit Dominus, diligite inimicos veſtros, benefacite iis, qui odio vos proſequũtur, orate pro cõtumelioſis in vos. Quãobrẽ vero hæc nobis facienda pręcepit? nempe vt te ab odio, triſtitia, iracũdia, & præteritarũ iniuriarum reminiſcentia liberaret, téque re omnium precioſiſſima, nimirum perfecta charitate, † dignum faceret: quam fieri non poteſt vt aliquis habeat, qui non omnes homines Mat. 5. καταξιώσῃ.

ex æquo diligit, iuxta Dei imitationem, omnes homines ex æquo diligentis, & volentis ſaluos fieri, & ad veritatis cognitionem peruenire.

62. Ego autem dico vobis, ne reſiſtatis malo, ſed quiſquis impegerit alapam in dextram tuam maxillam, obuerte illi & alteram: & ei qui velit te in ius trahere, ac tunicam tuam tollere, permitte illi in palium. Et qui te adegerit ad milliarium vnum, abito cum illo duo. Quorſum hæc præcepit nobis? vt te ab omni iracundia & perturbatione vacuum conſeruaret, alienúmque à triſtitia, & illum per tuam malorum tolerantiam erudiret, & ſic vtroſque veluti bonus pater, ſub charitatis iugum adduceret.

63. Quas res quondam dolenter pertulimus, earum etiam imaginationes non ſine graui adfectu apud nos circunſerimus. Itaque qui imaginationes dolore nos afficientes vincit, ille quoque res ipſas vnde tales imaginationes obueniunt omnibus modis contemnit. Quoniam bello quod aduerſus res ſuſcipimus, tanto grauior pugna eſt quam aduerſus malorum recordationẽ gerimus, quantò facilius eſt cogitatione quàm reipſa delinquere.

64. Adfectuum quidam ſunt corporales, quidã animales. Iam corporales ex ipſo corporales ex ipſo corpore ſuas habent occaſiones. Porrò animales, è rebus externis proueniunt. Vtroſque vero reſecat charitas & temperantia, hæc quidem animales, illa vero corporales.

65. Adſectuum partim ſunt in animæ parte iraſcibili, iracundia, partim concupiſcentiæ obnoxia vtrique mouentur ſenſibus. Cæterum tunc mouentur, quando extra charitatem & temperãtiam anima conſtituta inuenitur.

66. Adſectus, quos excitat iracundia, difficiliores ſunt expugnatu, quàm quos excitat concupiſcentia. Quare etiam maius pharmacũ contra illos, nempe charitatis præceptum, à domino datum eſt.

ἀκηδία. 67. Omnes alij adfectus, aut iracundiam in anima attingunt, aut concupiſcentiam, aut partem animæ rationalem, cuius generis eſt obliuio, aut ignorantia. † Acedia vero omnes animæ vires inuadens, omnes ferè vnanimiter adfectus commouet. Quapropter ex omnibus aliis quoque adfectibus eſt grauiſſima. Probe itaque Chriſtus aduerſus hanc nobis præſtitit pharmacum: In patiẽtia veſtra, inquit, poſſidete animas veſtras.

68. Ne concutias vnquam ex fratribus tuis πλήξῃς. quempiam, maxime verò temere, ne quando tribulationis impatiens cedas, neque tamen effugias eius qui tibi conſcius eſt redargutionem, quæ tempore orationis triſtitiam tibi conciliet, & à libera in Deum fiducia mentem deturbet.

69. Ne ſuſtineas in animo ſiue ſuſpiciones ſiue homines offendicula tibi aduerſus quoſpiam adferentes. Etenim qui offendicula ſuſcipiunt, quocunque modo, ſiue ſecundum animi voluntatem ſiue præter eiuſdem propoſitum contingat, illi viam pacis nequaquam compertam habent, ferentem charitate duce in Dei cognitionem illius amatores.

70. Nondum perfectam charitatem ille affectus eſt, qui pro variis hominum ingeniis diuerſe adfectus, hunc quidem diligit, illum vero odio proſequitur, propter hanc aut aliam cauſam. Aut etiam eundem aliquando diligit, aliquando vero habet odio, propter eaſdem cauſas.

71. Perfecta charitas non diuidit vnam illam & eandem hominum naturam propter diuerſas illorum ſententias. Sed in illam ſemper intentos habens oculos, omnes homines ex æquo diligit. Bonos quidem vt amicos, malos vero vt inimicos adamat, multis officiis & longanimitate cunctos complectens, ſufferens quoque ea, quæ ab illis inferuntur mala, iniurias illatas omnino non reputando. Sed exigentibus occaſione & tempore pro illis quoque patitur, vt & eos, ſi fieri poſſit, ex hoſtibus amicos faciat. Sin illud non contigerit, proprio tamen inſtituto non excidit, charitatis fructus ſemper ex æquo omnibus hominibus oſtendens. Quapropter etiam Dominus noſter & Deus Ieſus Chriſtus, eadem charitate nobis oſtenſa pro vniuerſo genere humano paſſus eſt, & omnibus ex æquo ſpem reſurrectionis gratuito largitus eſt, & ſi quiſque ſeipſum aut gloria, aut ſupplicio dignum conſtituat.

72. Qui non contemnit gloriam & ignominiam, diuitias & inopiam, voluptatem & triſtitiam, perfectam charitatem nondum conſequutus eſt. Siquidem perfecta charitas non iſta ſolum habet contemptui, verumetiam hanc vitã temporaneam & mortem.

73. Audit eos qui perfectam charitatem adepti ſunt, cuiuſmodi de ea pronuntiant: Quis nos ſeparabit à dilectione Dei? num adflictio? num anguſtia? num perſequutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius? Quemadmodum ſcriptum eſt: Propter te morti tradimur toto die, habiti ſumus veluti oues deſtinatæ mactationi. Verum in his omnibus ſuperamus per eum qui dilexit nos. Nam mihi perſuaſum habeo, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neque vlla creatura alia poterit nos ſeparare à dilectione Dei, quę eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Et hæc quidem de charitate erga Deum habenda, & dicẽtes & facientes ſunt omnes ſancti. Rom. 8.

74. Cæterum de charitate erga proximum obtinenda, audi rurſum, qualia pronuntiare ſoleant. Veritatem dico in Chriſto, non mentior, atteſtante mihi ſimul conſcientia per ſpiritum ſanctum, quod dolor mihi ſit magnus, & aſſiduus cruciatus cordi meo. Optarim enim ego ipſe anathema fieri à Chriſto pro fratribus meis, cognatis meis ſecundum carnem qui ſunt Iſraelitæ. Et reliqua. Similiter & Moyſes, & alij ſancti teſtificantur. Rom. 9.

75. Qui non contemnit gloriam & voluptatem, & has ſubinde augentem, pérque illas conſiſtentem auaritiam iracundi animi occaſiones reſecare non poteſt. Porrò qui has non reſecat, perfectam charitatem conſequi non poteſt.

Ego

76. Humilitas & malorum tolerantia, ab omni delicto liberant hominem. Illa quidem animæ, hæc vero corporis adfectus reſecans. Hoc feciſſe beatus quoqua Dauid videtur, in his quibus ad Deum precatur dicens: Vide humilitatem meam & laborem, & remitte vniuerſa delicta mea.

77. Per præcepta Dominus adſectuum expertes reddit illos, qui ea ſeruauerint. Porrò per diuina dogmata cognitionis illuminationem eiſdẽ largitur.

78. Omnia dogmata, aut de Deo, aut de viſibilibus & inuiſibilibus, aut de ea quæ in illis eſt prouidentia & iudicio conſtituta ſunt.

79. Eleemoſyna quidem rationalẽ animæ partem ſanat, at ieiunium ſedat concupiſcentiam: & oratio, purgat animum, & ad rerum contemplationem eum adornat.
Siquidem pro diuerſis animæ facultatibus, præcepta quoque Dominus nobis accommodauit.

80. Diſcite à me, inquit Chriſtus, quoniam mitis ſum & humilis corde: & reliqua.
Siquidem manſuetudo animum nullis perturbationibus conſeruat obnoxium: verum humilitas ab inſolenti faſtu & inani ambitione mentem liberat.

81. Duplex eſt timor Dei, quorum alter ex minis ſuplicij nobis ingeneratur, per quem temperantia & perſeuerantia, & in Deum ſpes & indolentia deinceps quoque charitas ſecundum ordinem nobis innaſcuntur: alter vero ipſa cum charitate coniungitur, cautionem quendam & metũ cum pietate coninnctum in anima conſtituens, ne per charitatis fiduciam, [a]in contemptum Dei rumpat.

πάθεια

Prou. 16. Pro. 1. Sirac. 1. Pſal. 18.

82. Iam priorem metum eiicit ex anima perfecta charitas hanc poſſidente, ne poſthac ſupplicium pertimeſcat. Verum alterum ſemper habet, vt dictum eſt, ſibi coniunctum. Ac priuri quidem metui conuenit illud nimirum: Timore Domini declinat omnis à malo: &, Principium ſapientiæ timor Domini. Alteri vero illud quadrat: Timor Domini, purus permanens in ſæculum ſæculi: & illud, Non eſt † penuria timentibus eum.

ὑστέρημα Pſal. 23 Coloſſ. 3.

83. *Mortificate igitur membra veſtra terreſtria, ſcortationem, immunditiem, mollitiem, cõcupiſcentiam malam, & auaritiam: & reliqua.
Terram quidem nominauit, ſapientiam carnis. At ſcortationem peccatum opere completum dixit. Cæterum immunditiem conſenſum vocauit. Porrò, mollitiem rationem adſectibus inquinatam nominauit. Verum prauam concupiſcentiam, quæ nuda cogitatione fit cupiditatis admiſſio. Auaritiam denique materiam adſectus augẽtem & generantem nominauit. Itaque hæc omnia velut carnalis meditatio membra, mortificare niſuſſit diuinũ Apoſtolus.

84. Primum quidem memoria nudam cogitationem ad mentem refert, & cogitatione aliquandiu in animo perdurante mouetur adſectus Hic ſi non actutum ſublatus fuerit, flectit mentem ad conſenſum. Quo facto etiam ad peccatum ipſo opere complendum pertranſit animus. Itaque ſapientiſſimus Apoſtolus, ad eos qui ex gentibus conuerſi fuerant ſcribens, primum peccati effectum iuſſit tollere, deinde ſecundum ordinem retrogredientes, in cauſſa deſinere. Cæterum ipſa cauſa eſt, quæ adfectus, vt prædictum eſt, & auget & generat, à Paulo auaritia dicta. Opinor autem hoc loco ſignificari guloſitatem, velut matrem & nutricem ſcortationis. Siquidem auaritia non tantum in opibus & diuitiis, ſed ciborum inſatiabilitate quoque mala eſt. Quemadmodum continentia non ſolum de eduliis, verumetiam de pecuniis accipiẽda & intelligenda eſt.

Appendix.

A

85. Quemadmodum paſſerculus pede alligatus, volare incipiens in terram funiculo detrahitur: ſic quoque mens nondum adſectibus liberata, & ad rerum cœleſtium cognitionem volare contendens ab adſectibus ducitur, & in terram detrahitur.

B

86. Quando mens in totum ab adſectibus liberata fuerit, tunc etiam ad rerum contemplationem irreuerſim contendit, ad cognitionem ſanctæ Trinitatis iter faciens.

ἀμεταστρεπτί. νοήματα.

87. Mens pura exiſtens, rerum intellectum ſuſcipiens, per illas ad ſpiritualem contemplationem commouetur: cæterum impura per ſocordiam facta, reliquarum quidem rerum intellectus nudos imaginatur, humana vero complectens, in turpes & prauas cogitationes conuertitur.

C

88. Cum inter orandum nulla rerum mundanarum cogitatio animum conturbat, tunc demum ſcias te non extra adſectuum carentiæ terminos eſſe conſtitutum.

89. Cum anima propriam ſanitatem inceperit perſentuſcere, tunc imaginationes quoque in ſomniis nudas & perturbationis expertes incipit videre.

90. Quemadmodum rerum viſibilium pulchritudo, ſenſibilem oculum: ſic mentẽ quoque puram rerum inuiſibilium cognitio ad ſe pertrahit. Inuiſibilia vero dico ea, quæ ſunt incorporea.

D

91. Magnum quiddam eſt, erga res nihil pati aut affici, multo autem maius hoc æſtimandum eſt, illarum imaginationibus non commoueri. Quapropter bellum quo impugnant nos dæmones cogitationibus, ea pugna qua per res infeſtamur, eſt difficilius.

92. Virtutibus recte & egregie exornatus, & cognitione opulenter præditus, vtpote iam naturali quodam ingenij ductu res perſpiciens, omnia recto quodam iudicio & facit & loquitur, omnino non aberrans. Ex eo enim quod rebus recte vel ſecus vtimur, aut boni aut mali fieri ſolemus.

E

93 Signum eſt certiſſimum, omnes adſectus eſſe extinctos, quoties nudæ rerum cogitationes aut ſenſus ſubinde in cor aſcendunt, tum vigilãte corpore, tum ſopore proſtrato.

94. Mandatorum operatione animus omnes adſectus exuit. Verum per rerum viſibilium ſpiritualem contemplationem, rerum cogitationes nos adficientes: rerum autem inuiſibilium cognitione, viſibilium contemplationem abiicit: hanc denique per ſanctæ Trinitatis cognitionem.

95. Quemadmodum ſol exoriens, & mundum illuminans, cum ſeipſum, tum res à ſe illuminatas demonſtrat: ita quoque ſol iuſtitiæ purgato animo exoriens, & ſeipſum videndum exhibet, & rerum quæ à ſe factæ ſunt, & deinceps fiēt, rationes demonſtrat.

96. Deum non in eſſentia ſua cognoſcimus, ſed potius rerum ab illo ſactarum magnitudine, & eorum quæ ſunt prouidentia. Per hæc enim tanquam ſpeculum immenſam eius bonitatem & ſapientiam & potentiam cognoſcimus.

97. Pura meos aut nudis bumanarum rerū cogitationibus inuenitur, ant in oaturali rerum viſibilium contemplatione, aut inuiſibilium, aut in lumine ſanctæ trinitatis.

98. Iam in rerum viſibilium contemplatione mens conſtituta, aut naturales illarum rationes rimatur & explorat, aut ea quæ per illas ſignificantur, aut ipſam cauſam quæritat.

99. Cæterum in rerum inuiſibilium contēplatione immorans, naturales illarum rationes quærit, & generationis earum cauſam indagatur, & ea quæ illis ſunt conſentanea. Adhæc etiam quænam ſit de iiſdem prouidentia & iudicium.

100. Sed enim in contemplando Deo mens occupata, de eius eſſentia primum rationes inquirit flagrans deſiderio: nihil tamen inde ſolatij inuenit, Nec enim vlla vſqnam eſſentia genita tantum aſſequi poteſt. Verum ex illis qnæ Deum ſequūtur, ſolatium percipit, qualia ſunt: æternitas, immenſitas, infinitudo, bonitas, ſapientia, vis rerum opifex & prouida & iudex: hæc omnino ſolum de ipſo cognoſci qneunt. Nam vel ipſa immenſitas quodammodo percipitur animo inſcitiæ circa tantam rem ſibi conſcio, & longe ſupra ſe poſitā agnoſcente, vt Gregorius & Dionyſius Theologi docuerunt.

Similis eſt aphoriſmus 27. centuria 2.

EIVSDEM DE CHARITATE centuria ſecunda.

ἀπερισπάστως.

QVi vere atque adeo germane Deum diligit, ille omnino († indeſinenter atque indiuulſe) orat, & qui indiuulſe orat, ille germane quoque Deum diligit. Cęterum ille nequaqnam indiuulſe orat, qui rei alicuius mundanæ amori animum habet affixum. Itaque ille Deum non amat, qui alicui rerum terrenarum mentem habet alligatam.

2. Animus rei alicui ſenſibili cunctanter inhęrens, omnino erga illam adfectus eſt aliquo modo, veluti per concupiſcētiam, aut triſtitiam, aut iracundiam, aut præteritarum iniuriarum reminiſcentiam. Et niſi rem illam contempſerit, ab illo adfectu nunqnam liberari poterit.

3. Quicunque adfectus mentem vincunt, eadem rebus materialibus alligant, & à Deo ſegregatam, bis ipſis vacare faciunt. Verum ſi Dei charitas præualuerit, ſoluit illam à vinculis, perſuadens non tantum res ſenſibiles, verum etiam hanc vitam temporaneam contemnere.

4. Præceptorum opus eſt, rerum cogitationes nudas facere: cognitionis autem & contemplationis, nulli materiæ & formę mentem obnoxiam adornare. Ex hoc deinde pronenit, († indefeſſa & indeſinens) orandi ſedulitas.

5. Non ſufficit (*efficax aliqua ratio aut diſciplina) ad mētem perfecte liberandam ab adfectibus, vt poſſit ſine vlla diſtractione vacare precationibus, niſi etiam diuerſæ ei accedant ſpirituales cootemplationes, Externa enim diſciplioa ab intemperantia ſaltem & odio mentem liberat. Hæ verò & ab obliuione & ignorantia ipſam ſegregāt: atque ita poterit, vt par eſt, vacare precationibus.

ἀπερισπάστως. πρακτικὴ μέθοδος id eſt externa aliqua ratio.

6. Puræ precationis duę ſunt ſummæ conditiones, quarum altera actiooibus, altera ſpeculationi intentis ſolet contingere. Et illa quidem ex timore Dei & ſpe bona animæ innaſcitur: hęc vero ex diuino amore & ſumma puritate. Prioris autem B modi ſignum boc eſt, videlicet mentem ab omnibus mundanis cogitationibus abductam colligendo, & non ſecus ac ſi ipſi Dena præſto eſſet, vt ſanè eſt, orationes ſacere ſine vlla diſtractione & interturbatione. Alterius verò, vt in ipſo orationis impetu, ipſa mens à diuino & immenſo lumine rapiatur, adeo, vt neque ſe ipſa, neque aliud omnino quippiam ſentiat, niſi ſolum illum, qui in ipſa per ſanctam charitatem eam illuminationem operatur. Et tunc ſi circa rationes Deo peculiares moueatur, puras & perfectas ab ipſo illuſtrationes accipit.

C 7. Quam rem aliquis amat, eandem etiam omnibus modis amplectitur, & omnia quæ illi erga illam impedimento ſunt, aut obſtaculo, contemnit, ne adamata priuetur. Ita qui Deum diligit, puræ precationis curam babet, & omnem adfectum illi erga hoc obſtantem ex ſeipſo eiectum abiicit.

8. Qui omnium adſectuum matrem Philautiā, hoc eſt amorem ſui, abiicit, aut difficulter & reliquos Deo adiuuante deponit, nempe iracundiā dolorem, præteritarum iniuriarum reminiſcentiam, & id genus reliquos. Porrò, qui à primo vincitur, à ſecundo etiam nolens vulneratur. Eſt D autem Philautia adſectus, quo aliquis erga proprium corpus adficitur.

9. Propter haſce quinque cauſas, bomines mutuo amore ſe proſequuntur, aut landabiliter, aut illaudabiliter. Videlicet aut propter Deum, ſicut virtute præditus omnes, & virtute præditum is qui nondum virtuoſus eſt diligit. Aut ductu naturæ, veluti parentes amare ſolent ſuos liberos & contra. Aut propter inanem gloriam, vt ille qui gloria adficitur, glorificantem. Ant propter auaritiam & habendi cupiditatem, ſicut ille qui † proximum amare conſueuit propter munera. Aut propter voluptates, velut ille qui ventrem E colit, & ea quæ ſub ventre ſunt. Iam prima cauſa landabilis eſt, ſecunda media, reliquæ omnes adfectibus vitiatæ ſunt.

† diuitem.

10. Si quoſpiam diligis, qnoſpiam vero neque odio proſequeris, rurſus alios diligis, ſed mediocriter, alios autem vehementer diligis, ex ipſa charitatis inæqualitate, ſcias te longe lateque abeſſe à perfecta charitate, iubente omnes bomines ex æquo amare.

11. Declina à malo, & ſac bonum, hoc eſt, expugna inimicos, vt adfectus imminuas. Deinde vero ſobrius eſto, ne augeantur. Et iterum pugna, vt pares tibi virtutes, ac deinde ſobrie agas, vt eaſdem conſerues, & bæc eſt ratio parandi &

di & conſeruandi.

12. Qui Dei permiſſu nos tentant, illi aut animæ concupiſcentiam accendunt, aut iracundiam conturbant, aut rationem obtenebrant, aut corpus doloribus obruunt, aut res corporales diſcerpunt.

13. Aut dæmones per ſe & ſua ſponte tentationibus nos adoriuntur, aut homines Deum nõ metuentes aduerſus nos armant. Per ſeipſos quidem, quando ab hominum conuerſatione ſeiuncti ſolitariam vitam agimus, quemadmodum dominum in deſerto: per homines autem, quando cum hominibus conuerſamur, quemadmodum dominum per phariſæos. At nos ad† figuram noſtram reſpicientes, ex vtraque parte illos depellemus.

id eſt, Chriſtum.

14. Quando mens in charitate Dei proficere incipit, tunc quoque dæmon blaſphemiæ illam tentare incipit, eaſque illi cogitationes ſuggerit quales nullus hominum vnquam ſed ſolus illarum artifex diabolus inuenit. Huc autem facit, homini pio & Deum amanti inuidens, vt in deſperationem prolapſus, veluti qui talia cogitauerit, non amplius conſueta precatione audeat ad Deum ſubuolare. Nihil vero inde dæmon ſceleratiſſimus vtilitatis capit ad ſcopum proprium, ſed nos longe firmiores hac ratione reddit. Oppugnantibus enim dæmonibus repugnantes, probatiores, & in charitate obtinenda velut germani Chriſtiani vehementiores inuenimur. Gladius vero eius, in cor eius intret, & arcus eius conterantur.

15. Animus ſemet rebus viſibilibus applicans, iuxta naturam res humanas ſenſuum ductu & adminiculo intelligit. Iam neque animus malus eſt neque iuxta naturam res intelligere, neque res ipſæ, neque ſenſus. Hęc omnia Dei ſunt opera. Quid igitur malum eſt? nimirum adfectus intelligentiæ quæ eſt ſecundum naturam, qui nequaquam poteſt eſſe in vſu intelligentiæ, ſi mens attente vigilauerit.

16. Adfectus eſt motus animi præter naturam, aut ad amorem ſine ratione, aut ad odium ſine iudicio, ſiue alicuius rei, ſiue propter rem aliquam ſenſibilem, verbi gratia ad amorem, aut ciborum temere appetitorum, aut mulieris, aut opum, aut gloriæ fluxæ, aut alterius cuiuſpiam rerum ſenſibilium, aut propter hæc. Ad odium vero, videlicet, aut cuiuſpiam rei prædictarum, vt dictum eſt ſine iudicio, aut erga aliquem propter hæc.

17. Ruſus malitia, iudicium falſum eſt ſenſuũ, quam rerum abuſus ſequitur. Videlicet ſuper mulieris concubitu rectum iudicium eſt, procreandorum liberorum ſcopus. Itaque qui oculos ad voluptatem deflexerit, in iudicando errat & deceptus eſt, quod non bonum fuit, vt bonum exiſtimans. Quare talis rem cum muliere habens, ea abutitur. Ad hunc modum de aliis quoque rebus & ſenſibus iudicandum eſt.

18. Quando mentem tuam dæmones à temperantia deiectam, ſcortationis & immunditiæ cogitationibus circumdederint, tunc lachrymabũdus dic ad Dominum: Eiectum me circundederunt, † exultatio mea libera me à circundantibus me, & ſaluaberis.

Pſal. 31.

19. Grauis ſcortationis dæmon eſt, & vehementer eos infeſtat, qui contra adfectus nauiter pugnant, maxime vero in victus rationis negligentia & mulierum conuerſationibus. Etenim fraudulẽter irrepens voluptatis illecebris decipit animum ac deinceps memoriæ ſecuri & incauti ſe inſinuat & corpus cupiditate inflammans, & varias formas animo exhibens, ad peccãdi propoſitum eundem pelliciendo irritat. Has ſi nolueris in animo tuo multum morari, ad ieiunium, laborem, & vigilias te conferas neceſſe eſt, neque non honeſtam mentis tranquillitatem ſecteris oportet, indeſinenter precando.

ἐκτικῶς

20. Animam noſtram quærentes, cogitationibus adfectum ſuggerentibus eandem quærunt; vt ipſam aut in peccati cogitationem, aut in actum iniiciant. Itaque quando mentem inuenerint ſuggeſtas cogitationes non ſuſcipientem aut reſpuentem, tunc pudore afficientur, & confundentur. Cæterum, quando eandem ſpirituali contemplationi intentam & vacantem offenderint, tunc illico pudore ſuffuſi, auertunt ſeſe, in fugam proripientes.

21. Diaconi ſeu miniſtri rationem ſuſtinet, qui ad ſacra certamina mentem perungens, cogitationes quoque adfectibus plenas ab illa abigit: Senioris autem, qui rerum exiſtentium cognitionem illuſtrans, falſam cognitionem abolet. Porro Epiſcopi qui ſancto vnguento, id eſt cognitione adorandæ & ſanctæ Trinitatis, alios perficit.

22. Infirmi redduntur dæmones, quando præceptorum obſeruatione adfectus qui in nobis ſunt imminuuntur, Pereunt vero, quando prorſus per adfectuum carentiam obſcurantur, amplius haudquaquam inuenientes ea per quæ in anima inueniebantur, quorumque ſubſidio eandem oppugnabant. Et hoc eſſe poſſit, quod dictum eſt: Infirmabuntur & peribunt à facie tua.

23. Nonnulli homines propter humanum metũ ab affectibus temperant: alij vero propter vanam gloriam, alij propter continentiam, alij denique diuino iudicio liberantur ab affectibus.

24. Omnes ſermones Domini hæc quatuor complectuntur, præcepta, doctrinas, minas, & promiſſiones. Et omnem duram diſciplinam propter hæc ſufferimus, cuiuſmodi eſt ieiunium, vigiliæ, humi ſomnum capere, labores, dolores in monaſteriis, contumelias, ignominias, duras tractationes, mortem & ſimilia. Etenim propter ſermones labiorum tuorum, inquit ille, ego conſeruaui vias duras.

25. Temperantiæ merces eſt adfectuum carentia fidei vero cognitio. Et adfectuum carentia diſcretionem procreat, at cognitio charitatem erga Deum.

26 Practicam mens recte exercens in prudentia proficit, ac Theoricam in cognitione Illius enim partes ſunt, in virtutis & vitiorum diſcretionem hominem certantem perducere: huius vero in rationes de rebus incorporeis & corporeis participem deducere. Verum Theologicæ gratiæ munus tum demum aſſequitur aliquis, quando per hæc omnia prędicta charitatis alis penetrauerit, atque in Deo exiſtens rationem de Deo, ſpiritus ſancti adminiculo, quantum humanę menti poſſibile eſt contemplatus fuerit.

Similis eſt aphoriſmus vltimus centuria prima.

27. Theologiæ operam daturus, ne diuinitatis rationes exquiras, neque enim humanæ menti ſunt peruestigabiles, ſed neque alterius cuiuſpiam rei poſt Deum. Sed potius cauſas & rationes illi

adhæreſcentes, quoad fieri poterit, conſidera, nẽpe ipſius æternitatis, immenſitatis, infinitatis, bonitatiſque & ſapientiæ, & potentiæ procreandi, prouidendi, & iudicandi res creatas. Siquidem hic magnus inter homines eſt theologus, qui harum rerum rationes, vel aliquouſque exquiſitas inuenerit.

28. Potens ille vir eſt, qui operibus cognitionem copulat, illis enim tollit concupiſcentiam, & iracundiam cicurat, hac vero mentem (à terrenis rebus eleuat) & ad Deum peregrinatur.

29. Quando dicit Dominus: Ego & pater vnum ſumus, vnitatem eſſentiæ ſignificat. Quando vero rurſum dicit: Ego in patre ſum, & pater in me eſt, indiuiſibilem perſonarum communionem indicat. Itaque Tritheitæ qui filium à patre ſegregant, in anceps labuntur præcipitium. Aut enim coæternum patri filium affirmantes, ſegregantes vero illum ab eodem, coguntur dicere è patre non eſſe natum, atque adeo eo adiguntur, vt dicant tres eſſe Deos, & tria principia. Aut ſi dixerint è patre eſſe natum, cæterum ſegregantes illum, coguntur dicere filium patri non eſſe coæternum, atque ita omnium temporum Dominum faciunt temporaneum. Nam vnus Deus nobis colendus & ſeruandus eſt, & tres perſonæ confitendæ, iuxta doctrinam magni illius Gregorij, & vnamquanque peculiari proprietate. Etenim diuiditur, ſed indiuiſibiliter, vt idem inquit: copulatur quoque, verum diuiſibiliter. Atque ob hoc ipſum valde mira & inuſitata eſt tum diuiſio tum vnitas. Quid enim eſſet admiratione dignũ, ſi quemadmodum homo homini vnitur & ſegregatur, ſic etiam patri filius, & nihil amplius?

30. Qui ſummum charitatis gradum perfecte conſequutus eſt, ac iam ab omnibus adfectibus viuit libere, ille nullum diſcrimen nouit hominis alieni aut proprij, aut alienæ & propriæ, fidi atque infidi, aut ſerui aut liberi, aut omnino maris & fœminæ. Sed iam adfectuum tyrannide multo factus ſuperior, ac in vnicam hominum naturam intentis oculis reſpiciens, omnes æqualiter contẽplatur & erga omnes ex æquo adfectus eſt. Neque enim in ipſo eſt, aut Græcus aut Iudæus, aut mas aut fœmina, neque ſeruus neque liber, ſed omnia & in omnibus Chriſtus.

31. Ex adfectibus animæ †(ſubiectis, aut innatis) occaſiones accipiunt dæmones excites, illam adigunt, vt perueniat ad peccandi conſenſum. Eandem ſic ſuperatam perducunt in peccatum animi & hoc perfecto, illam deinde captiuam in opus quoque rapiũt. Quo perpetrato, anima deinceps †cogitationibus deſolata, vna cum ipſis diſcedũt. Manet vero ſolum in animo idolum peccati, de quo inquit Dominus: Quando videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat quod locus ſanctus, & templum Dei mens hominis exiſtit, in qua dæmones per cogitationes adfectibus plenas anima deſolata, peccati idolum erigunt. Quod autem hæc quoque certa hiſtoria contigerunt, nemo certe ex his quibus Ioſephi ſcripta lecta ſunt, vt opinor, dubitabit verum aliqui dicunt, hæc quoque Antichriſti tẽporibus futura eſſe.

32. Tria ſunt, per quæ ad res honeſtas excitamur naturalia ſemina, ſanctæ virtutes, & bonum propoſitum. Naturalibus quidem ſeminibus, vt, vt quæcunque voluerimus, vt faciant nobis homines pariter & nos illis faciamus: vel, quando viderimus aliquem in neceſſitate aut anguſtia conſtitutum, naturaliter eius miſereamur. Sanctis autem virtutibus, videlicet quando ad honeſtam rẽ & actionem mouemur, & ſtatim ad id efficiẽdum ſubſidium quoddam nobis cooperans inuenimus, atque ita ea in ſe proſperum ſucceſſum accipimus. Porro bono propoſito ita mouemur, quando bonum à malo diſcernentes, id quod bonum eſt eligimus.

33. Rurſus tria ſunt, quibus ad mala facienda mouemur & impellimur, nimirum adſectus, dæmones, & malum propoſitum. Adſectibus hoc pacto ad mala rapimur, nempe quando præter rationem rei alicuius deſiderio tenemur, videlicet aut cibi vltra quam tempus aut neceſſitas exigit, aut mulieris præter ſcopum procreandi liberos, aut etiam illegitime: & rurſus, iraſcentes aut triſtantes præter modum, ſcilicet aduerſus eum, à quo aut contumelia aut iniuria adfecti ſumus. At dæmones quoties noſtri curam non habemus, ipſi obſeruata opportunitate ex improuiſo in nos magna cum vehementiâ irruunt, excitantes in nobis prædictos iam adſectus, & ſimiles. Porro malum propoſitum, videlicet, cum quod bonum eſt cognoſcentes, malum tamen eligimus.

34 Præmia laborum virtutis ſunt, adſectuum carentia & cognitio. Hæ enim cauſæ ſunt, quibus nobis conciliatur regnum cœlorum. Quemadmodum adſectus & ignorãtia perpetui ſupplicij ſuſferendi cauſæ ſunt. Labores igitur quærens propter gloriam hominum, & non propter ipſius honeſti & boni amorem, audit à ſcriptura: Petitis: & non accipitis, propterea quod male petitis.

35. Sunt nonnulla quæ fiunt ab hominibus natura quidem bona, ſed rurſus non bona, propter certam cauſam. Ex quo genere eſt ieiunium & vigiliæ, oratio & pſalmodia, eleemoſina & hoſpitalitas: quæ quidem natura ſunt bona opera, cæterũ cum illa fiunt vanæ gloriæ aucupandæ gratia, non amplius bona ſunt.

36. Omnium quæ à nobis fieri ſolent operum, ſcopum adeo ſolum Deus quærit, num iſta ſcilicet propter ſe an aliam cauſam aliquam fieri ſoleant.

37. Cum audieris ſcripturam dicentem: Tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua, non ita accipe, quod pro iis quæ præter rectum ſcopum fiũt, tametſi bona eſſe videantur, Deus bonum retribuat: ſed pro iis ſolum quæ ſecundum rectum ſcopum fiunt. Neque enim ad opera, ſed ad ſcopum operum diuinum iudicium intentos habet oculos.

38 Superbiæ dæmon duplici malitia inſectus eſt. Aut enim perſuadet Monacho, vt ſibi ipſe egregias virtutis actiones adſcribat, & non Deo virtutum largitori, & in omni præclara actione opitulatori. Aut in hac re non obtemperantem, inferiorum fratrum Monachorum contemptu impugnat. Sed & ſic ille qui dæmonis vaſricie agitatur ignorat ſe perſuaſum Dei auxilium abnegare. Etenim ſi illos, quaſi nequeant aliquid præclare, quod cum virtute coniunctum eſt facere, contempſerit, ſeipſum videlicet tanquam propria potentia

tia omnia recte faciẽtem inducit: quod equidem impoſſibile eſſe conſtat, dicente Domino: Sine me nihil poteſtis facere. Quoniam noſtra imbecillitas, quæ ad boneſta facienda mouetur, ſine virtutum largitore ad finẽ peruenire haud poteſt, aut aliquid finem conſecuta effectum reddere.

39. Qui perſpectam habet bumanæ naturæ imbecillitatem, ille diuinæ virtutis cepit experientiam. Et idem eius adminiculo quædam emendauit, quædam vero emendare feſtinans, nunquam vllum contemnit hominem. Nouit enim quod quemadmodum illi auxiliatus eſt, & à multis ac duris & grauibus adfectibus illum liberauit, ſic potens ſit etiam omnibus ferre ſuppetias, quando voluerit, maxime vero iis, qui ipſius ope anniſi aduerſus carnem, mundum & dæmones aſſidue belligerantur. Tametſi certo quodam iudicio ſimul omnes ab adfectibus non liberat, ſed ſuis temporibus vt bonus medicus & † perhumanus vnumquenque è feſtinantibus ſanitati reſtituit.

40. Otioſæ adfectuum tranquillitati ferè ſemper accedere ſolet ſuperbia, aut dum cauſæ & occaſiones affectuum latitant, dum dæmones fraudulenter ad tempus diſcedunt.

41. Omne fermè peccatum propter voluptatẽ conficitur: deponitur vero & tollitur, aut per laborem & dolorem, aut voluntariam pœnitentiã, aut per condemnationem propriam, quę per prouidentiam inducitur. Si enim ipſos nos iudicaremus, non iudicaremur, cum iudicamar autem, à Domino caſtigamur, ne cum mundo condemnemur.

42. Superueniente tibi de improuiſo tentatione ne illum per quem venerit culpandum cenſeas, ſed cauſam propter quam venerit, inueſtigandam cures, & emendandi rationem inuenies. Quoniam ſiue per illum, ſiue per alium, dininorum iudiciorum ebibere, te oportebat abſinthium.

43 Tanquam improbus, ne mala ſufferre recuſes, vt per hoc humiliatus, animi faſtum & inſolentiam expuas.

44. Tentationum, aliæ voluptates, aliæ triſtitiã aliæ dolores corporales inducunt hominibus. Siquidem ſecundum inhærentem animę cauſam adfectuum, etiam pharmacum medicus animarum, per ſua iudicia adhibere conſueuit.

45. Tentationum impreſſiones, aliis quidem ad iam admiſſorum delictorum, aliis vero ad eorum, qnæ in præſentia admittuntur, ſublationem: nonnullis, ad eorum quæ poſt committentnr impedimentum introducuntur: abſque his caſibus, qui probandi gratia alicui accidunt, veluti ipſi Hiob accidiſſe videmus.

46. Cordatus homo: diuinorum iudiciorum medicinam reputans, animo æquo & gratanti ſuffert calamitates illi per hæc accidentes, nullam aliam harum cauſam, quam ſua peccata eſſe exiſtimans. Cæterum homo ſtolidus Dei ſapientiſſimam ignorans prouidentiam, dum peccans corripitur, aut Deum, aut bomines ſuorum malorum authores exiſtimat.

47. Quædam adfectus excitatos, ne angeantur ſiſtunt: alia eoſdem imminuentia, & ad decrementum ducentia, videlicet ieiunium, labor, & vigilię non ſinunt augeri concupiſcentiam: ſolitudo, contemplatio, oratio, & in Deum amor illam obſcurant & imminuunt. Idem de iracundia ſentiẽdum eſt: hanc enim longanimitas & præteritarum iniuriarum obliuio, præterea manſuetudo, ſedant: nec ſinunt in augmentum progredi: porro charitas & eleemoſina & benignitas & humanitas, in decrementum eandem perducunt.

48. Cuius mens ſubinde apud Deum eſt, illius etiam concupiſcentia in Dei amore aucta & cumulata eſt, & animus (non iniquus) in diuinam charitatem conuertitur. Diurna enim diuinæ illuminationis communione totus illuſtratus, ac ſuam ipſius partem adfectibus obnoxiam ſibi valide coniunctam in diuinum amorem, vt dictum eſt, & indeſinentem & nunquam finiendam charitatem conuertit, omnino à rebus terrenis ad Deum ſubducens.

49. Non omnino qui inuidia non laborat, neque iracundia inflammatur, neque acceptarum iniuriarum memor eſt erga eum, à quo per iniuriam dolore adſectus eſt, iam charitatem quoque habet erga illum. Poteſt enim nõdum planè amãs malum pro malo non reddere, propter præceptũ. Neque tamen prorſus, bonum pro malo reddere animo non coacto, poteſt. Siquidem liberali animo beneſacere odio proſequentibus, ſolius ſpiritualis & perſectæ charitatis opus eſt.

50. Nequaquam qui non diligit quempiam, iam omnino etiam odit illum: neque rurſus qui non odit, ſtatim quoque prorſus illum diligit Sed medio quodammodo eſſe poteſt erga illum adfectus hoc eſt, neque amare, neque odiſſe. Nam amoris adſectum, quinque tantum rationes, quas in nono huius Centuriæ capitulo enumerauimus, in nobis ingenerant, quarum vna laudabilis eſt, altera media, reliquæ omnes vitioſæ & vituperabiles.

51. Quando conſpexeris mentem tuam rebus terrenis iucunde & cum voluptate vacantem, & harum cogitationibus pertinaciter incumbentem cognoſcas planè teipſum has magis quam Deum diligere. Vbicunque enim eſt theſaurus tuus (inquit Dominus) ibi & cor tuum eſt.

52 Animus qui Deo copulatur, inque eo per precationem & charitatem perdurat, ſapiens fit, & bonus redditur & potens, & humanus, & miſereſcens, & longanimis: & vt ſimpliciter dicam, omnes fermè diuinas proprietates in ſe circunferre ſolet. Cæterum diſcedens à Deo, aut belluinus ſit, voluptatis ſtudioſus factus: aut ferinus, rerum mundanarum gratia cum hominibus boſtiliter decertans.

53. Mundum ſcriptura vocat res terrenas, mũdani vero ſunt hiſce rebus animo adhærentes & vacantes: ad quos etiam dicit ore obiurgatorio. Ne diligatis mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & vitæ arrogantia, ex Deo non ſunt, ſed ex mundo: & reliqua.

54. Monachus eſt, qui mentem ſuam à rerum terrenarom amore ſegregatam habet, atque per continentiam & charitatem & pſalmodiam & precandi aſſiduitatem in Deo amando & colendo perdurat.

55. Iumentorum paſtor intelligibilis eſt practitus, iumentorum enim rationem morales virtutes ſine officia obtinent. Quamobrem etiam Iacob

inquit: Iumentorum paſtores ſunt ſerui tui. Paſtor A autem ouium eſt cognitione prææditus, etenim ouium rationem obtinent cogitatiooes quę in mõtibus contemplationum à mente paſcuntur. Quare abominatio Ægyptiis eſt, omnis paſtor ouium†.

Additur quædã in Græco, ſed corrupta.

56 Animus malitia & improbitate contaminatus, quando corpus mouetur ſenſibus ad concupiſcentias proprias & voluptates conſectandas, ſtatim ſequitur, & conſentit illius imagioationibus & appetitui: At animus virtute exornatus, temperantiæ frenis ſemet coërcet ac detinet à vitioſis imaginationibus & impetibus, ac potius omni ſtudio meditatur vt eiuſmodi motus meliores efficiat.

B

37 Virtutum quædam ſunt corporales, quædã animales. Corporales ſunt, ieiunium, vigiliæ, humi quæſita quies, miniſterium, manuum operatio, in hoc ne aliis onernſi ſimus, aut vt aliis inopia laborantibus impertire poſſimus, & ſimilia. Virtutes vero animales illę ſunt, charitas, longanimitas, manſuetudo, continentia, precatio, & eius generis ſimilia. Iam itaque ſi aut neceſſitate præpeditis, aut corporali caſu ſiue adflictione obrutis, videlicet morbo, aut alia aliqua re conſimili, nobis contingeret, vt hiſce corporalibus virtutibus minus ſatisfacere poſſimus, veniam habemus propoſitam à Domino eius rei cauſæ non ignaro. Cæterum animi virtutibus non ſatisfacientes, nullam excuſandæ culpæ defenſionem habebimus: neque enim hæ perinde vt corporales neceſſitati ſubiectę ſunt.

C

58 Charitas quæ erga Deum eſt, ſuadet ei qui ſui particeps eſt, vt omnem voluptatem, omnem laborem iuxta ac dolorem & triſtitiam habeat contemptui. Id tibi quoque perſuadeant omnes ſancti, qui tanta propter Chriſtum diris ſuppliciis perpeſſi ſunt.

59 Attende tibiipſi omnibus modis cauens Philautiam omnium malorum matrem, quæ eſt immoderatus quidam & cæcus amor corporis. Ex hac enim aperte progenerantur illæ præcipuæ & adfectibus pleniſſimæ & † generoſiſſimæ tres furibundæ cogitatiooes, nempe crapulæ, & auaritiæ, & vanæ gloriæ, occaſiones ex neceſſitate corporis fermè ſumentes. Ex illis deinde naſcitur omnium malorum ac vitiorum catalogus. Eſt itaque operæpretium (veluti prædictum eſt) diligenter animum attendere, & aduerſus hanc nauiter depugnare cum multa ſobrietate. Hac enim ſublata, tolluntur omnia vitia quæ ex illa progenerantur.

D

γενικώτατοι. i. lati ſsime patentes.

60 Philautiæ adfectus, Monacho ferè ingerit, vt miſereſceos ſuo parcat corpori, vtque præterquam ęquum & bonum eſt cibis indulgeat, & hæc ferè corporis curandi & gubernandi prætextu: vt cum adhunc modum pellicitur, & ſenſim pertrahitur, tandem in voluptatis & intemperantiæ foueam prolabatur. Mundano autem & ſæculari ſtatim ab initio deſiderium ſuggerit, vt corpus ſuũ curet, eique proſpiciat.

E

61. Summum orandi modum & perfectiſſimum hunc eſſe dicunt, quando mens extra carnem & mundum poſita, ac ab omni materia formaque rerum naturæ libera orat. Itaque qui hunc illæſum orandi modum obſeruat, ille reuera indeſineoter precatur.

62 Quemadmodum corpus moriens ab omnibus mundanis rebus ſeparatur, ita quoque aoimus perfectam illam precandi rationem ſequendo moriens, ab omnibus mundanis cogitationibus ſeiungitur. Niſi enim hanc mortem moriatur, cũ Deo ſoueniri & viuere oon poteſt.

63 Nemo te decipiat Monache, quod liceat te ſeruari, voluptatibus aut inani gloriæ ſeruientem.

64 Quemadmodum corpus propter res peccat, habetque ad diſciplinam virtutes corporales, quarum adminiculo reſipiſcit: non ſecus quoque aoimus per cogitationem adfectus in corde generantes peccat, & pari ratioue ad diſciplinam virtutes habet animales, vt pure, & ſioe adfectibus res contuens ad meliorem mentem redeat.

65 Quemadmodum diebus ſuccedunt noctes, & æſtates ſuſcipiunt hyemes: ſic inanem gloriæ cupidinem & voluptatem ſuſcipiunt dolores & triſtitia, aut in præſenti, aut in futuro ſæculo.

66 Non licet ei qui deliquit futurum effugere iudicium, ſine voluntariis in hac vita laboribus, aut †neceſſario illatis afflictionibus.

ἀκουσίων.

67 Quinque cauſas eſſe affirmant, quamobrem Deus concedat nos à dęmooibus oppugnari. Quarum primam hãc eſſe aiunt, vt dum oppugnamur militariter repugnantes in vitiorum & virtutis diſcretionem veniamus. Secundam vero, vt & bello & labore virtutem nobis parantes, eãdem firmam & immotam habeamus. Tertiam, vt proficientes in virtute, non alta ſapiamus ſuperbientes, ſed diſcamus humilia ſapere. Quartam, vt à vitiis tẽtati perfecto odio vitia odiſſe incipiamus. Quintam vero poſt reliquas omnes hanc adferunt, vt purgati adfectibus oon vnquam propriæ infirmitatis, & virtutis oobis ex alto auxiliantis obliuiſcamur.

ἐπιφορῶν.

68 Quemadmodum famelici animus panem imaginatur, & ſitientis aquam: ſic hominis crapuloſi & ventri ſeruientis ciborũ varias cupedias & lautitias, & voluptatum amantis mulierum formas, & vanæ gloriæ cupidi honores qui ſibi habeantur ab hominibus, & auari lucrum, & iniuriarum memoris vindictam eius à quo læſus eſt, & inuidi adflictionem eius cui inuidet. Atque ita de aliis adfectibus ſimiliter iudicandum eſt. Dum enim animus ab adfectibus perturbatur, ſtatim arripit cogitationes malis adfectibus plenas, & vigilaote, & dormiente corpore.

69 Creſcente concupiſcentia, animus in ſomnis effectrices voluptatum materias imaginatur: cum autem creſcit iracundia, res terribiles imaginatiooi ſe offerunt. Hos affectus immundi dæmones augere properant, oegligentiam & ſecuritatem noſtram cooperatricem adſumentes, & hoſce prouocantes. Imminuunt autem eoſdem ſancti Angeli ad virtuoſas operationes oos ſubinde excitantes.

70 Animæ pars concupiſcentiæ obnoxia frequenter irritata, habitum quendam amoris erga voluptatem difficulter mobilem imponit animæ. At† animus dum continua impugnatione perturbatur, meticuloſus & imbellis efficitur. Sanaotur autem, illa quidem ieiunij, vigiliarum & precationis ſedulo exercitio. Hic vero benignitate, humanitate

θυμὸς.

manitate, charitate, & miſericordia.

A 71. Aut rebus, & negotiis ipſis dæmones nos impugnant, aut rerum & negotiorum vitioſis cogitationibus. Et rebus quidem eos qui verſantur in negotiis, cogitationibus vero, qui à rebus ipſis ſunt vacui.

72 Quanto facilius eſt cogitatione peccare, quã facto ipſo: tanto grauior quoque pugna eſt, quæ cogitationibus committitur, quam ea quæ rebus ipſis depugnanda eſt.

73 Res ipſæ extra mentem ſunt: cæterum rerum cogitationes intra mentis penetralia conſiſtunt. Eſt itaque in ea ſitum, vt recte ſiue ſecus hiſce vtatur. Siquidem hallucinantem cogitationum vſum, rerum abuſus conſequitur.

B 74 Per hæc tria incidunt animo cogitationes adſectus inducentes, per ſenſum, per corporis têperiem, per memoriam, & per ſenſum quidem quoties res erga quas adſecti ſum illi incidêtes, eũdem mouent ad eiuſmodi cogitationes. Per temperamentum vero corporis, quando ex intemperanti victus ratione, aut operatione dæmonum, aut morbo aliquo immutata corporis temperies, rurſus illum mouet ad cogitationes adſectus inductrices.† Porro per memoriam, cum rerum, quarũ affectiones pertulimus, cogitationem reducit aut refricat memoria, monetque eundem ſimiliter ad prauas cogitationes.

In Græco additur, ἀγαθὰ τῆς προνοίας

C 75 Rerum nobis à Deo in vſum datarum, quædam ſunt in anima, quædam in corpore, quædam corporis ſuſtinendi gratia datæ reperiuntur. Videlicet in anima ſunt eius facultates & vires: in corpore, ſenſoria & reliqua membra. Propter autem, aut circa corpus ſunt omnia ciborum genera, opes, poſſeſſiones: & id genus reliqua. Itaque his omnibus recte aut male vti, aut his etiam quæ circa hæc accidunt, aut bonos aut malos nos eſſe oſtendit.

D 76 Ea quæ nobis in rebus ſolent accidere, partim ſunt in anima, partim in corpore, partim vero in iis, quæ circa corpus eſſe comperiuntur. In anima ſunt, cognitio & ignorantia, obliuio & memoria, charitas & odium, triſtitia & gaudium: & reliqua. In corpore vero voluptas & labor, ſenſus & orbitas, ſanitas & ægritudo, vita & mors, & ſimilia. Res autem quæ circa corpus eſſe comperiuntur, ſunt prolis procreatio, ſobolis inopia, diuitiæ & paupertas, gloria & ignominia. Harum rerum quædam bona quædam mala videntur eſſe hominibus. Eſt vero horum nihil in ſe propria ratione neque bonum neque malum: verum in ipſo demũ vſu eorum, vel recto, vel prauo, bona aut mala eſſe comperiuntur.

E 77 Bona eſt cognitio natura ſua, pari modo quoque ſanitas. Atqui his contraria pluribus profuerunt: Improbis enim haudquaquam conducit cognitio, tametſi natura, vt dictum eſt, bona ſit. Similiter neque ſanitas, neque diuitiæ, neque gaudium: neque enim vtiliter his vtuntur. Num igitur contraria his conducunt? Atqui nec illa propria ratione mala exiſtunt, quanquam mala eſſe videantur.

78 Ne abutaris cogitationibus, ne ipſis quoque rebus neceſſario abutaris. Etenim ſi primum cogitatione non peccaueris, neque deinceps operatione & facto facile peccabis.

79 Imago terreni exiſtunt generalia vitia, videlicet ſtultitia, puſillanimitas, intemperantia, iniuſtitia. Porro imago cœleſtis, virtutes generales, nempe ſapientia, fortitudo, temperantia, iuſtitia. Sed quemadmodum portauimus imaginem terreni, portemus etiam imaginem cœleſtis.

80 Quod ſi animum induxeris inuenire viam ducentem ad vitam, eandem in via quæras neceſſe eſt, & ibi inuenies, in ea ſcilicet quæ dixit: Ego ſum via & ianua, & veritas & vita. Veruntamen valde laborioſe hæc tibi inquirenda & indaganda eſt. Pauci enim ſunt, qui illam inueniunt. Eſt itaque omnibus modis tibi cauendum, ne à paucis illis deſtitutis, cum multis viatoribus inueniaris.

81 Quinque ſunt per quæ anima à peccando deterretur atque retrahitur, aut per timorem hominum, aut timore iudicij, aut propter futuram mercedis retributionem, aut per Dei charitatem, aut poſtremo propter flagellum conſcientiæ.

82 Quidam affirmant nullum malum eſſe in rebus exiſtentibus, niſi fortaſſe alia quæpiam vis ſit qua ad malum pertrahimur. Sed hæc nõ eſt quicquam aliud, quam negligentia naturalium actionum mentis. Quapropter qui harum curam habent, ſemper quæ bona ſunt, faciunt, nunquam vero mala. Proinde ſi & tibi proponas abiicere negligentiam, abiicies quoque malitiam, quæ hallucinans vſus eſt cogitationum, quem rerum abuſus ſtatim ſolet conſequi.

83 Secundum naturam eſt, vt rationalis pars in nobis & diuinæ rationi ſubiiciatur ac obtemperet & irrationalem partem in nobis regat & gubernet. Eiuſmodi itaque ordo in omnibus conſeruetur, atque ita neque malum erit vllum in rebus quæ ſunt, neque quod ad malum pertrahat inuenietur.

84 Cogitationum quædam ſunt ſimplices, quædam compoſitæ. Et ſimplices quidem carent adſectibus: compoſitæ vero iiſdem ſubiectæ ſunt, nempe ex adſectibus & intellectu compoſitæ. Hæc cũ ita ſint, complures ex ſimplicibus cernere licet ſequentes compoſita, quando ſcilicet ad peccandum ſecundum cogitationem moueri inceperũt. Exempli gratia, vt circa aurum aſcendit cogitatio quædam in alicuius mentem adſectum de auro inducens, mox deinde cogitatione properat ad furtum faciendum, iamque in animo peccatum furti planè admiſit & perfecit. Cæterum auri memoriã vna ſequebatur etiam memoria crumenæ & ſcebrij & cubuclei, & reliquorum. Et memoria quidem auri erat compoſita, habebat enim adiunctum affectum. At crumenæ & ſcebrij & reliquorum, ſimplex: neque enim mens vllo eorum affectu mouebatur. Et ſic quidem de omni cogitatione ſimiliter iudicandum eſt, cum ambitionis, tum mulierum, tum etiam cæterorum. Neque enim omnes cogitationes, quæ ſequuntur cogitationem affectum cientem, ſtatim affectibus plenæ ſunt: vt iam demonſtratum eſt. Ex his itaque ſcire poſſumus, cuiuſmodi cogitationes affectibus viciatæ & quæ ſimplices ſint.

Scebrium, cubucleũ.

85 Quidam aiunt dæmones in ſomnis pudenda humani corporis contingere, ac deinde ſcortationis affectum excitare, poſtea, ab effectu iam excitato, mulieris formam in mentem inferri per me-

moriam. Alij vero eoſdem affirmant animo mulieris habitu apparere, & corporis pudenda contrectantes libidinem commouere, ac ſi deinceps in animo phantaſias & imaginationes ſubſurgere. Rurſus alij ſentiunt, affectum, qui in ipſo appropinquante dæmone fortis eſt & vehemens, noſtrum affectum mouere, atque ita animam cogitationious incendi, formarum imaginationes per memoriam inducendo. Non ſecus etiam reliquas vitioſas imaginationes, alias quidem ſic, has verò ſic affirmant contingere. Veruntamen in nullo prædictorum modorum dæmones vllum affectum mouere valent, præſente animæ charitate & continentia, ſiue corpus agat excubias, ſiue ſomno ſopitum quieſcat.

86 Præceptorum legis quædam & corporaliter & ſpiritualiter conſeruanda ſunt, quædam vero tantum ſpiritualiter. Exempli gratia, Non mœchaberis, non occides, non furtum facies, & id genus ſimilia, & corporaliter & ſpiritualiter neceſſario conſeruanda ſunt. At circuncidere præputium, ſeruare ſabbatum, mactare agnum, edere azymos panes (cum ſalſamentis) & ſimilia, tantum ſpiritualiter.

87 Tres ſunt in Monachis morales ſtatus generaliores. Primus quidem, nullum delictum facto admittere. Secundus, non permittere vt aliquãtiſper perſeuerent in animo cogitationes, affectus inducentes. Tertius, mulierum formas & vultum eorum, à quibus iniuria & dolore laceſſiti ſunt, citra affectum in animo contemplari.

88 Omni poſſeſſione caret, qui omnibus ſuis poſſeſſionibus renunciauit, neque omnino quicquã ſuper terram præter corpus poſſidet: erga quod omni quoque affectu poſito, ſoli Deo & piis hominibus ſuarum rerum diſpenſationem credidit.

89 Sunt qui res ſuas citra omnem opum affectionem poſſident: quapropter etiam, cum illis priuantur, nequaquam triſtes cadunt animis: veluti, qui bonorum ſuorum direptionem cum gaudio ſuſcipiunt. Sunt rurſus qui ſummo affectu bonorum quicquid habent, poſſident. Quamobrem, quando his priuandi ſunt, conſternantur triſtitia: veluti diues ille in Euangelio à Chriſto triſti vultu & conturbato animo diſcedebat. Si vero priuãtur, vſque ad mortem triſtantur. Itaque hominis cum affectu vel citra affectũ, ſua poſſidentis, propoſitum, ſola arguit priuatio.

90 Homines, crebras & maxime deuotas precationes ad Deum fundentes, impugnant dæmones, ne cogitationes rerum ſenſibilium nudas ſuſcipiant: at cognitiune præditos, vt perſeuerent in illis cogitationes affectibus plenæ: eos vero, qui rerum operarionibus vacant, vt perſuadeãt illos, ipſo facto peccatum perpetrare. Omnibus vero modis aduerſus omnes depugnant, vt à Deo ſcelerati illi ſpiritus homines diſiungant.

91 Qui in hac vita diuina prouidentia ad pietatem exercentur, ille tribus hiſce tentationibus prohanturi videlicet, aut rerum iucundarum donatione, vt pote ſanitatis, pulchritudinis, † pulchrorum liberorum, & opum, & gloriæ, & ſimilium. Aut per rerum dolentium & conturbantium calamitatem, cuiuſmodi ſunt liberorum orbitas, atque etiam opum & gloriæ amiſſio. Aut per ea quę corpori dolores inducunt, vt ſunt, morbi, cruciatus, tormenta & eiuſmodi. Et ad priores quidem ita Chriſtus loquitur. Qui non renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Cæterum ad ſecundos vna cum tertiis. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

92 Hæc quatuor corporis temperiem permutare perhibent, & animo cogitationes inducere, aut affectus generantes, aut affectibus vacuas, nempe angelos, dæmonas, aërem, & victus rationem. Ac angelos quidem verbo immutare corpus perhibens, dæmones vero contactu: cæterum aërem mutationibus: denique victus rationem, ciborum & potuum qualitate, abundantia & imminutione: Præter eas quæ † illi per memoriam, auditum & viſum contingunt mutationes. Patiente primum anima ex iis quæ illi contingunt, aut moleſtiis aut gaudiis: ex illis, inquam, patiens anima, corporis temperamentum immutat. Ex his autem iam prædictis mutata corporis temperies, menti varias cogitationes exhibet.

93 Mors animæ credenda eſt Dei diſceſſio, at ſtimulus mortis peccatum eſt. Quem poſteaquam ſuſcepiſſet Adam, à ligno vitæ ſimul & paradiſo, & Deo ſeiunctus excidit: & hunc deinceps neceſſario mors quoque corporis conſequuta eſt. Vita autem proprie eſt qui dixit. Ego ſum vita. Ille in mortis poſitus anguſtiis, morte affectum & peremptum iterum in vitam fecit reducem.

94 Oratio quæ conſcribitur, aut ſui admonendi gratia vt ſit commentarius, conſcribitur: aut in hoc vt proſit, authorum vtrorumque gratia: aut in aliquorum dedecus & contumeliam, aut ad oſtentationem, aut neceſſario.

95 Locus fœni eſt virtus practica: aqua autem quietis, cognitio (rerum quæ contigerunt.)

96 Vmbra mortis, eſt humana vita. Si quis igitur cum Deo eſt, & Deus cum illo, hic commode & liquide dicere poteſt. Tametſi ambulem in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

97 Animus purus, res ipſas recte intuetur. At ratio exercitata, res viſas ſub viſum ducit. Cæterum auditus ſplendidus, eaſdem ſuſcipit. Porro, qui his tribus priuatus eſt, eundem res iam prædictæ mulctant damno & infortunio.

98 Ille cum Deo eſt, qui ſanctam Trinitatem eiuſque operationem, & prouidentiam perſpectam habet: partem vero animæ affectibus obnoxiam, ſine affectibus poſſidet.

99 Virgam ſignificare perhibent diuinum iudicium, baculum vero prouidentiæ typum obtinere. Iam itaque harum rerum cognitionem aſſequuti, eſt dicere, Virga tua & baculus tuus ipſa me cõſolata ſunt.

100 Animus, ſi quando affectibus denudatur, ac rerum in humanis exiſtentium, contemplatione illuſtratur, tunc etiam in iiſdem verſari poteſt, ac plane, quemadmodum par eſt, vacare precationibus.

EIVSDEM DE CHARITATE
Centuria tertia.

Rerum ac cogitationum vſus rectus, & rationi conſentaneus, temperantiæ charitatis & cogni-

cognitionis parens eſt. Porrò non rectus & peruerſus, intemperantiæ odij & ignorantiæ.

Pſal. 22. 2 Paraſti in conſpectu meo menſam: *& reliqua.* Menſa hoc loco virtutem operantem ſignificat. Illa enim ex oppoſito, tribulantium nos, à Chriſto parata eſt. Oleum verò impinguans animum, rerum factarum contemplationem. Cæterum, calix domini, Dei cognitionem. At eius miſericordia, eius rationem atque adeò ipſum deum. Ille enim per incarnationem ſuam per ſingulos dies nos inſectatur, donec omnes qui ſaluandi ſunt, comprehendat. Quemadmodum Paulum inſequendo tandem comprehendit. At domus, hoc in loco, regni cœleſtis gerit imaginem, in qua omnes ſancti conquieſcent. Poſtremo longitudo dierum, vitæ æternæ typum exprimit.

3 Secundum abuſum earum facultatũ quæ ſunt in anima, vitia nobis contingunt, videlicet concupiſcentiæ, iracundiæ, & rationis. Siquidem rationalis potentiæ abuſus eſt, imperitia & inſipiẽtia. At iracundiæ & concupiſcentiæ, odium & intemperantia. At horum vſus, cognitio & ſapientia; charitas & temperatia. Quod ſi hoc ita ſe habet, conſentaneum eſt nihil à Deo creatorum aut factorum malum eſſe.

4 Cibi nõ ſunt mali, ſed crapula: neque liberorũ procreatio, ſed ſcortatio: neque opes, ſed immodica habendi cupiditas: neque gloria, ſed eiuſdẽ immoderatus ambitus & affectatio. Quod ſi ita ſe habet, pro certo conſtat, in rebus nihil mali eſſe, niſi abuſum, qui ſemper ſolet accidere ex mentis negligentia circa naturalem agriculturam.

ὑγιὰν. 5 Malitiam dæmonum hanc eſſe affirmat beatus Dionyſius, †animum à ratione alienum, amentem & veſanam concupiſcentiam, imaginationem temerariam. Cæterum rationis inopia, amentia & temeritas, de rationalibus auferunt & rationẽ & mentem & prouidentiam. At habitum priuationes poſteriores ſunt. Itaque olim dæmonibus ſuppetebat ratio, mens & cauta prouidentia, vnde neque dæmones natura malos eſſe, ſed ex abuſu virtutum naturalium malos factos eſſe.

6 Affectuum alij intemperantiã, alij odium, nonnulli verò intemperatiam & odium ſimul progenerant.

7 Immodica edacitas & voluptuoſa manducatio intemperãtiæ cauſa exiſtit. At habendi cupido & inanis gloriæ ſtudium, odij erga proximum parẽtes ſunt: horum autem vitiorum mater Philautia, amborum cauſa eſt.

8 Philautia amor erga corpus proprium affectus & irrationalis eſt, cui opponitur charitas & continentia. Qui philautia tenetur, certum eſt hunc omnibus affectibus eſſe pleniſſimum.

Epheſ. 5. 9 Nemo, inquit, Apoſtolus, ſuam ipſius carnem odit, ſed ſuggillat eam, & in ſeruitutem redigit, nihil amplius illi exhibens, præterquam victum & amictum: atque hæc ſola quantum ad vitam ſuſtentandam exigit neceſſitas. Ad hunc itaque modum aliquis citra affectum carnem ſuam amare poteſt. Et ſicut famulam diuinarum rerum, alit & fouet illam, his ſolum adhibitis quibus eius neceſſitatem complere ſolet.

10 Quem amat aliquis, hunc omnibus modis ſtudet & adproperat etiam reuerenter habere & colere. Itaque, ſi quis Deum amat, omnino etiam ea quæ ſibi maximè placitura ſunt, feſtinat facere. Cæterum, ſi quis carnem amat, ea quæ carni voluptati ſunt, facit.

11 Deo ſummè placent charitas & temperantia, & contemplatio & oratio. At carni crapula & intemperantia, & ea quæ his dant incrementa. Quapropter qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Cæterum, qui Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerunt cum affectibus & concupiſcentijs ſuis.

12 Animus, ſi quando ad Deum inclinauerit, habet corpus ſibi ſubiectum mancipio, neque plus illi exhibet quàm vitæ alendæ fuerit neceſſarium. Verùm enimuerò eodem ad carnem declinante, affectibus in ſeruitutem redigitur, ſubinde proſpiciens concupiſcentijs carnis.

13 Decreuiſti apud te cogitationes vincere, vide vt curam habeas affectuũ, atque ita haud difficulter eijcies illas ex animo. Exempli gratia, Inflammatus ſcortatione, ieiunijs ac vigilijs temet macera, opus facito, priuatim in ſolo loco agito. At prouocatus iracundia & dolore ſiue triſtitia conturbatus, contemne gloriam & ignominiam ac res terrenas omnes flocciſacias. Verùm præteritarum iniuriarum recurrente memoria, orandum eſſe cogites pro eo qui te affecit aut laceſſiuit iniuria, & diſcedent à te hæc omnia.

14 Ne temet hominibus infirmioribus admetiendum ſeu comparandum ſtudeas, ſed præcepto charitatis potius temet adcommodes. Etenim illis te comparans, in ſuperbæ opinionis foueam incides: at huic te accommodans, in humilitatis altitudinem ſubinde proficiendo exaltaberis.

15 Quod ſi prorſus charitatis erga proximum obtinendæ præceptum ſeruaueris, conturbatus ab illo iniurioſè, nullam oſtendes amarulentiam. Aut perſpicuum erit te charitati anteponere temporanea, atque horum gratia te inſectari fratrem.

16 Non tam propter neceſſitatem in tantam exiſtimationem & precium aurum peruenit hominibus, quàm quia per illud multi voluptates ſolent ſectari & colere.

17 Tres cauſæ ſunt, quamobrem in tantum amantur diuitiæ, amor voluptatis, inanis gloriæ affectatio, & diffidentia. Ex his tribus deterior eſt diffidentia.

18 Voluptatis ſtudioſus amat argentum, vt eius adminiculo indulgeat delitijs: At ambitioſus, ſiue gloriæ cupidus, vt per illud glorificetur: Cæterum homo diffidens, vt illud conditum & cælatum conſeruet, aut famem, aut ſenectutem, aut morbum, aut exilium pertimeſcens: ſinque eo plus ſpei habet repoſitum, quàm in Deo omniũ rerum conditore & prouiſore, extremorum etiam & minutiſſimorum animantium.

19 Quatuor ſunt conſectantes ſtudioſè pecuniam atque diuitias, tres iam prædicti, & familiæ curam obiens. Solus verò poſterior recto indicio parandis diuitijs intentus eſt, vt vnicuique neceſſarium ſuppeditans, nunquam illi deficiant pecuniæ.

20 Omnes cogitationes quibus affectus ſunt co-

mites, aut animi concupiſcentiam prouocant, aut iracundiam conturbant, aur rationem confundunt. Atque ex hoc poſtea prouenit mentem excutire ad ſpiritalem contemplationem, & ad orationis peregrinationem hallucinari. Huius rei gratia conuenit Monacho, maxime verò quieſcẽti, dare operam, vt ſummo ſtudio irruentibus cogitationibus intentus ſit, earundémque cauſas perſpectas habeat, & ſedulo reſecet. Cognoſcat autem ad hunc modum: exempli gratia, Mulierum recordationes affectum inducentes, prouocant concupiſcentiam. Harum autem cauſa eſt aut ciborum & potuum intemperantia, aut ipſarum etiam mulierum crebri & intempeſtiui occurſus exiſtunt. Præcides autem eas, fame, & ſiti, & vigilijs, & ſeceſſu. Rurſus conturbant iracundiam, eorum qui te iniuria affecerunt recordationes afficientes animum tuum, huius autem cauſa eſt haud dubie voluptatis ſectandæ ſtudium, aut gloriæ cupiditas, & amor rerum terreſtrium. Propter hæc enim homo plenus affectibus, ab alijs dolore affectus conturbatur, dum aut his priuatur, aut ea non conſequitur. Has, inquam, cauſas omnes reſecat, harum ipſarum rerum neglectus, & contemptus propter charitatem quæ erga Deum eſt.

21 Cognoſcit Deus ſeipſe, cognoſcit etiam ea quæ ab ipſo facta ſunt. Cognoſcunt etiam ſanctæ virtutes Deum, & res ab ipſo factas. Sed non ſicut Deus cognoſcit ſeipſe, & res ſe authore factas: ſic etiam ſanctæ virtutes Deum, & res ab ipſo cõditas cognoſcunt.

22 Etenim Deus cognoſcit ſe, ex beata ſua eſſentia, res autem ſe authore conditas, ex ſapientia ſua per quam & in qua fecit & condidit omnia. At ſanctæ virtutes Deum participatione cognoſcunt, ſupra omnem participationem exiſtentem: res autem ab illo factas, ſuſceptione contemplationum quæ in illis ſunt.

23 Extra mentem ſunt res conditæ, intra ſe vero earundem contemplationem concipit. Verum non eadem eſt ratio de Deo æterno & immenſo & infinito, qui largitus eſt rebus quæ ſunt vt eſſent, & bene eſſent, & ſemper eſſent.

24 Dei ſancti particeps eſt rationalis & intelligens eſſentia in hoc qood eſt, atque etiam ipſa aptitudine ad hoc quod benẽ ſit, bonitatis, inquam, & ſapientię: præterea ipſa gratia ad hoc vt ſemper ſit, hac itaque Deum cognoſcit. Cæterum quæ ab ipſa facta ſunt ea cognoſcit, ſuſceptione (vt dictum eſt) artificioſæ ſapientiæ, quæ in rebus à Deo conditis ſpectatur, quæ quidem nuda & citra vllam ſubſtantiam in mente contemplantis conſiſtit.

25 Quatuor diuinas proprietates, quibus res exiſtentes continuat, cuſtodit, & conſeruat, pro ſua ſumma bonitate Deus communicauit rebus, perducta in vim & conditionem eſſendi rationali & intelligibili eſſentia: nimirum id quod eſt, quod ſemper eſt, inſuper bonitatem, & ſapientiam. Harum duas eſſentiæ tribuit: reliquas duas rationali aptitudini, nempe bonitatem & ſapientiam, vt quæ ipſe eſt per eſſentiam, etiam creaturæ fierent per participationem. Propter hanc etiam ſecundum imaginem & ſimilitudinem Dei factæ perhibentur. Et quidem ſecundum imaginem, vt exiſtens exiſtentis, & vt ſemper exiſtens ſemper exiſtentis, licet non ſine principio, ſine fine tamen. Secundum ſimilitudinem vero, vt bonus boni, & vt ſapiens ſapientis, illius qui eſt ſecundum naturam, hic qui eſt ex gratia. Et ſecundum imaginem quidem Dei eſt omnis natura rationalis: ſecundum ſimilitudinem vero, tantũ boni & ſapientes.

26 Omnis rationalis & intellectus capax eſſentia, in duo diuiſa eſt, hoc eſt, in naturam humanam & angelicam. Et omnis angelica natura rurſum in genere in duos diuiſa eſt animos, ſanctos & ſceleſtos, hoc eſt, in ſanctas poteſtates & immundos dæmonas. Et omnis humana natura ſaltẽ in duas voluntates in vniuerſum ſecta eſt, pias dico & impias.

27 Deus quidem, tanquam per ſeipſa exiſtens eſſentia, & ipſa per ſe bonitas, & ipſa per ſe ſapẽtia: aut etiam, vt multo verius dicam, etiam ſuper hæc omnia, nullum habet in vniuerſum contrarium. Cæterum creaturę, vt harum omniũ participes, & ex gratia ſubſtantiam habẽtes, rationales & intelligentes, & bonitatis ac ſapientiæ promptitudinẽ: habent contrarium ſubſtantiæ, non ſubſiſtere, bonitatis vero & ſapientiæ promptitudini, malitiam & ignorantiam. Et vt hæc ſemper ſint, aut nõ ſint, in opificis poteſtate ſitum eſt. Porrò, participare bonitatem eius & ſapientiam, aut non participare, hoc in arbitrio creaturarum rationabilium ſitum eſt.

28 Græci affirmantes ab æterno rerum eſſentiã ſimul cum Deo extitiſſe, ſolum autẽ qualitates eſſentiæ adhærentes ex illo habere, eſſentiæ nullum dicunt eſſe cõtrarium, in ſolis autem qualitatibus eſſe contrarietatem. Nos autem ſolam dicimus diuinam eſſentiam non habere contrarium, vt æternam & immenſam & fine carentem, & quæ æternitatem etiam alijs largiatur. Rerum vero conditarum eſſentiæ eſſe, quod nõ ſit, contrarium, ac in poteſtate verè exiſtentis poſitum eſſe, vt ipſa ſemper ſit, aut non ſit: Nũquam autem pœnitere Deũ ſuorum donorũ: & propter hoc ipſum etiã eſſentia condita ſemper eſt, & erit dum omnipotenti virtute gubernatur, tametſi non exiſtẽs habeat cõtrarium, vt dictum eſt, tanquam ex non exiſtentibus in vim eſſendi perducta, & in arbitrio Dei habens eſſe ipſam aut non eſſe.

29 Quemadmodum malum eſt boni priuatio, & ignorantia eſt priuatio cognitionis: ſic etiam non exiſtens priuatio eſt exiſtentis: non autem proprie & vere exiſtentis, neque enim habet contrarium, ſed eius quod ſecundum participationem eſt. Et priorum quidem priuationes, rerum conditarum voluntatem ſequuntur: ſecundi autem, in conditoris ſita eſt arbitrio, qui creaturas propter bonitatem ſuam ſemper vult eſſe, & à ſe indeſinenter iuuari.

30 Omnes creaturæ partim ſunt rationales & intelligentes, & contrariorum capaces, veluti virtutis & vitiorum, cognitionis & ignorantiæ. Partim corpora diuerſa ex contrarijs compoſita, hoc eſt, terra, aëre, igne, aqua. Et nonnullæ omnino ſunt incorporeæ & materiæ carentes, tametſi harum aliquæ corporibus coniunctæ ſunt. Non nullæ ex materia & forma ſolum coitionem habent.

31 Omnia corpora ſecundum naturam, motu carent, mouentur autem animæ virtutibus, partim rationalis, partim irratinnalis, partim inſenſibilis.

32 Animalium virtutum alia eſt nutritiua & auctiua, alia phantaſtica & appetitiua alia ratiocinatiua & intellectiua. Et prioris quidem ſolins plantæ ſunt participes. Secundæ cum prima, animalia rationis expertia. Tertiæ, cum duabus prioribus, homines. Et duæ quidem priores virtutes corruptioni ſunt obnoxiæ, ſola tertia incorrupta & immortalis eſſe oſtenditur.

33 Sanctæ virtutes illuminationem ſibi inter ſe hominibus diſtribuentes, aut ſuam ipſarum virtutem, aut eam, quæ in ipſis eſt, cognitionem diſtribuunt. Et virtutem quidem, veluti Dei imitatricem bonitatem, ſecundum quam & ſeipſas & inter ſe, & alias inferiores beneficio afficiunt, deiformes efficientes. Cognitionem vero; aut de diuinitate aliquid ſublimius. Tu enim, inquit, altiſſimus in ſæcula domine: aut de corporibus profundius, aut de incorporeis aliquid certius & enucleatius, aut de prouidentia aliquid planius, aut de iudicio manifeſtius.

34 Mentis impuritas eſt, primum cognitionem habere falſam & erroneam. Deinde ignorare quiddam rerum vniuerſalium, tanquam ad humanam mentem dico. Siquidem angeli eſt nihil prorſus particularium etiam ignorare. Tertio cogitationes habere affectibus plenas. Quarto aſſentiri peccato.

35 Animæ impuritas eſt, nõ operari ſecũdũ naturam. Ex hoc enim naſcũtur in animo cogitationes affectus inducẽtes. Tunc enim ſecũdũ naturã operatur, cũ ipſius virtutes affectibus obnoxiæ, irã dico & concupiſcentiam, in appulſu rerũ & cogitationum quas agitant, ſine affectu permanſerint.

36 Corporis impuritas, eſt peccatum quod opere completur & perficitur.

37 Amat quietem, qui nullis humanis rebus mouet aut adficitur: & amat omnes homines, qui nihil humanum amore complectitur: & cognitionem Dei habet ac rerũ diuinarũ, qui in nullo offenditur, ſiue propter vitæ lapſus, ſiue propter cogitationes è ſuſpicionibus orientes.

38 Magnum quiddam eſt erga res animo non aſfici, ſed multo maius eſt erga harum cogitationes nulla adfectiona conturbatũ & quietũ perdurare.

39 Charitas & temperantia mentem ab affectionibus vacuam conſeruant, cum erga res, tum erga harum cogitationes.

40 Haudquaquam aduerſus res pij & Dei amãtis hominis animus belligeratur, neque aduerſus harum cogitationes, ſed contra adfectus qui cogitationibus copulati ſunt. Videlicet, non aduerſus mulierem belligeratur, neque aduerſus eum, à quo dolore & iniuria laceſſitus eſt, neque aduerſus horũ imaginationes, ſed aduerſus adfectiones quæ imaginationibus coniunctæ ſunt.

41 In hoc vno Monachus depugnat aduerſus dæmonas, vt adfectiones à cogitationibus ſeparet, nam alioqui ſine adfectibus res intueri non poteſt.

Aliud eſt res, & aliud cogitatio, & aliud adfect⁹.
Appendix.

Et res quidem eſt, cuiuſmodi vir, mulier, aurum, & ſimilia. Cogitatio autem, nuda recordatio alicuius prædictorum. Adſectus vero, ſtultus aut rationi non conſentancus amor aut odium temerarium alicuius prędictorum. Itaque aduerſus adfectum ſolum Monacho pugna eſt propoſita.

43 Cogitatio adfectionibus obnoxia, eſt cogitatio compoſita ex adſectu & cogitatione. Segregemus adfectum à cogitatione, & remanet cogitatio nuda. Segregabimus autem per charitatem ſpiritualem & temperantiam, ſi voluerimus.

44 Virtutes mentem ab adfectibus ſeiungunt. Spirituales antem contemplationes, à nudis cogitationibus: at pura precatio eandem ipſi Deo exhibet.

45 Virtutes per rerum factarum cognitionem, conliſtunt: cognitio per cognoſcentem: cognoſcens per illum qui incognoſcibiliter cognoſcitur quique ſupra cognitionem cognoſcit.

46 Non quaſi indigens cuiuſpiam Deus per omnia plenus in vitam induxit creaturas, ſed vt ipſæ ipſius pro ſua quæque portione participes conditoris bonitate fruerentur: ipſe vero in ſuis operibus lætaretur, videns eaſdem lætari, & rebus nõ ſatiantibus inſatiabiliter ſemper ſaturari.

47 Multos habet mundus pauperes ſpiritu, ſed præterquam conſentaneum eſt: Et multos lugentes, ſed propter rerum iacturam, aut liberorum amiſſionem: Et multos mites, ſed erga impuras adfectiones: Et multos eſurientes & ſitientes, ſed alienorum bonorum direptionem, & lucrum ex iniuſtitia proueniens: Et multos miſericordes, ſed erga corpus & ea quæ ſunt corporis: Et puros corde, ſed propter inanem gloriam: Et pacificos, ſed animam corpori ſubiicientes: Et multos qui inſectationem patiuntur, ſed rebelles & inordinatos: Et multos qui probris petuntur, ſed propter turpia flagitia. Verumenimuero illi ſoli beati ſunt qui propter Chriſtum, & ſecundum Chriſtũ hæc faciunt & patiuntur. Quamobrem? quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et ipſi Deum videbunt, & reliqua, Itaque non quod hæc faciunt & patiuntur, beati ſunt. Etenim iam ſupra memorati idem faciunt: ſed quod propter Chriſtum, & ſecundum Chriſtum hæc faciunt & patiuntur.

48 In omnibus quæ à nobis fiunt actionibus, ſcopus apud Deum quæritur (vt iam ſæpe dictum eſt) num propter illum, aut aliud quiddam quod agimus, faciamus. Cum ergo aliquid bonæ rei facere voluerimus, ne ſtudeamus placere hominibus, ſed ipſum Deum nobis ſcopum præfigamus, vt in illum ſemper intuentes propter illum omnia faciamus: ne & laborem ſuſtineamus, & mercedem amittamus.

49 Etiam nudas rerum humanarum cogitationes, & omnium creaturarum contemplationes ex animo abiiciendas cura in tempore precationis, ne quando deteriora imaginando omnium rerum ſupra omnem comparatiunem præſtantiſſima excidas.

50 Si Deũ recte & ex animo dilexerim⁹, ipſi⁹ charitatis adminiculo adſectiones abiiciem⁹. Cæterũ charitas qua Deũ cõplectimur eſt, vt ipſum mundo anteponamus, & animam corpori, res humanas contemnentes, ipſi autem ſoli vacantes ſem-

per, tum per vitæ continentiam, tum charitatem & precationem, & pſalmodiam, & id genus alia.

5s Si multo tempore Deo vacantes, partis animę adfectionibus obnoxiæ curam egerimus, haud amplius ad cogitationem appulſus prolabimur: ſed multo compertius harum cauſas intelligentes, & reſcindentes, perſpicatiores euadimus: ita vt impleator in nobis, quod ſcriptum eſt. Et vidit oculus meus inter inimicos meos, & inter inſurgentes aduerſum me facientes mala, audiet auris mea.

52 Cum videris animum tuum pie & iuſte in mundi cogitationibus verſantem, ſcias etiam corpus tuum purum, & à peccato alienum permanere. Cum autem mentem videris cogitatione peccatis vacantem, neque coërcueris, ſcias etiam corpus tuum non diu duraturum, quo minus in peccata cogitationibus agitata incidat.

53 Quemadmodum corpus habet mundum res ipſas, ſic etiam animus habet mundum ipſas cogitationes. Et ſicut corpus ſcortatur cum corpore mulieris, ſic etiam animus ſcortatur cum cogitatione mulieris, per proprij corporis imaginationem. Sui corporis enim formam videt miſceri cú forma mulieris per intellectum in animo. Similiter formam etiam eius à quo dolore adſectus eſt, vlciſcitur intellectu & animo, per formam proprij corporis. Non aliter quoque ſolet in aliis peccatis vſu venire. Quæcunque enim corpus facit ſecundum operationem in mundom ipſarum rerum, eadem facit etiam animus in mundum cogitationum.

54 Non eſt horreſcendum aut obſtupeſcēdum, nec decet attonitum fieri animo, quod Deus & pater neminem iudicat, omne autem iueicium tradidit filio. Cæterum filius clamat: Nolite iudicare, vt non iudicemini: nolite condemnare, ne condemnemini. Similiter Apoſtolus, Ne ante tempus iudicetis donec venerit Dominus Et quo iudicio iudicas alium, teipſum condemnas. At homioes poſthabitis ſuis ipſorum peccatis indefletis, ſuſtulerunt iudicinm à filio. Et ipſi tanquam integri vitæ ſceleriſque puri, iudicant & condemnant ſe mutuo. Ob quæ ſanè cœlum obſtupuit, & terra Inhorruit. Ipſi autem ſenſu priuati non erubeſcunt.

55 Qui aliorum peccata curioſe inquirit, aut ſuſpicione adductus fratrem iudicat, nondum reſipiſcentiæ fecit initium: neque ſcrutationis, qua cognoſcat ſua ipſius flagitia in veritate lōge grauiora, quam plumbum multi ponderis. Neque cognouit vnde homo conſequatur cordis duritiem, amans vanitatem, & quærens mendacium. Propter hoc tanquam inſipiens & in tenebris ambulans, ſuis peccatis neglectis, aliorum errata imaginatur, aut ea quæ ſunt, aut quæ falſa ſuſpicione eſſe putantur.

56 Philautia, vt ſæpe iā dictū eſt, omniū cogitationum adfectus inducentiū cauſa conſtituitur. Ex hac enim generātur tres in concupiſcētia, quæ latiſſime patēt, cogitationes: nēpe, crapulæ, auaritiæ, & inanis gloriæ. Cæterū ex crapula, naſcitur ſcortationis cogitatio: ex inani gloria, ſuperbię. At reliquæ omnes vnāquanque ex tribus conſequūtur, nimirū cogitatio iracundiæ, triſtitiæ, acceptarum iniuriarū recordationis, ſocordiæ, inuidētiæ, obloquutionis, & reliquæ. Illi ergo adfectus rebus A materialibus conſtriogūt animū, eundēque in terrā detrahūt inſtar grauiſſimi lapidis illi incūbētes cum natura ſua igne ſit leuior & celerior.

57 Omniū adfectuū principiū eſt philautia, finis autē ſuperbia. Porro philautia amor eſt quo corpus cōplectimur, rationi nō conſentaneus. Hanc qui amputauerit, eadem opera omnes adfectus ex ea orientes abſcidit.

58 Quemadmodum parentes corporum compatiuntur natis ex ſe liberis, ſic etiam animus oatura liter ſuis indulget rationibus & cogitationibus. Et ſicut parentibus illis, qui magis dediti fuerint affectibꝰ, liberi ſui quanquā omniū & per omnia fuerint ridiculoſiſſimi & turpiſſimi, omniū tamē vi-
B dentur optimi & formoſiſſimi: ſic etiā amēti animo ſuæ cogitationes & rationes, tametſi ex omnibus fuerint peſſimæ, ſapientiſſimæ tamē eſſe videntur. At ſapiēs animus non idē de ſuis ſentit rationibus: verū cū maxime ſibi certus videtur, quod & veræ ſint & pulchræ, tunc maxime ſuo ipſius iudicio fidē denegat, & alios ſapientiores ſuarum rationum & cogitationū indices adbibet, ne in vanum currat aut cucurrerit, & per illos demum confirmationem ac certitudinem accipit.

59 Cum viceris vnam ex turpioribus adfectionibus, puta aut guloſitatem, aut ſcortationem, aut
C iracundiam, aut auaritiam, ſtatim ad te aduolabit vanæ gloriæ cogitatio: qua ſimiliter ſuperata ſuperbiæ cogitatio te excipiet.

60 Omnes ignominioſi & turpes adfectus ſuperantes animum inanis gloriæ vitium ex eo abigunt: iiſdem vero prædictis omnibus ſuperatis, ad inaoem gloriam animus adigitur.

61 Vanæ gloriæ cupido, aut cum vincitur, aut cum remanet, parit ſuperbiam. Et cum vincitur, opinionem in animo generat, manens vero inſolētiam. Inanem gloriam tollit occulta operatio: ſuperbiam vero, Deo autbori præclaras virtutum actiones adſcribere.

D 62 Cognitione Dei donatus voluptate quoque ex hac proueniente peculiariter fruens, omnes voluptates ex concupiſcentia procreatas habet contemptui.

63 Qui res terrenas deſiderat, is aut epularum lautitias cnncupiſeit, aut quæ ſub ventre ſunt colit, aut humanam gloriam, aut opes & diuitias, aut aliquid aliud quod hæc ſequitur Et oiſi humanus animus bis aliquid præſtantius inuenerit, quo ſuā concupiſcentiam transferat, nunquam vt iſta contemoat, perſuaderi poteſt. Præſtantiorem autem bis omnibus, vel ſupra omnem comparationem Dei & rerum diuinarum cognitio eſt.

E 64 Qui volnptatum vſum contemnunt, aut metu contemnunt, aut ſpe, aut cognitione, aut etiam charitate quæ in Deum eſt.

65 Rerum diuinarum cognitio ab adſectibus aliena, non perſuadet animum res materiales prorſus habere deſpicatni: ſed ſimilis eſt nudæ cogitationi rei ſenſibilis. Quapropter multos homines inuenire licet magna cognitione præditos, & in carnis adſectionibus perinde vt immundos porcos in cœno volutari. Modice enim adhibita diligentia purgati, cognitionem aſſequuti, poſtea ſupina quadam negligentia abrepti, regi Saul aſſimilati ſunt, qui dignatus regno, eoque indigne adminiſtrato, terribili iracundia

Dei

Dei ex illo deiectut & profligatus eſt.

66 Quemadmodum rerum humanarum nuda cogitatio, non cogit animum res diuinas contemnere: ſic neque nuda cognitio rerum diuinarum eundem adigit, vt res humanas prorſus reſpuat. Quoniam in vmbra nunc verſatur, & ſolis coniecturis veritas. Eamque ob cauſam diuino adfectu nempe ſanctæ charitatis, opus habet, animum ſpiritualibus contemplationibus conſtringentis & perſuadentis, vt materialibus immaterialia anteponat, & ſenſibilibus ſolo intellectu comprehenſibilia diuinaque præferat.

67 Qui adfectus abſcidit, & nudas cogitationes effecit, non protinus illos animo ad diuina conuertit, ſed poteſt neque humanis rebus moueri, neq; diuinis. Quod accidere ſolet in üs, qui operibus tantum & non cognitione dignati ſunt, qui metu pœnæ & ſupplicij, aut ſpe regni ab adfectionibus temperant.

68 Per fidem ambulamus, & non per ſpeciem, & in ſpeculis virtutem habemus & ænigmatibus. Et ob hoc ipſum multo ſtudio & exercitatione in illis nobis opus eſt, vt horum diuturna meditatione & aſſiduitate habitum, qui nulla facultate nobis detrahi poteſt, contemplationum nobis paremus.

69 Si ad tempus ſaltem adfectionum cauſis præciſis, ſpiritualibus contemplationibus vacauerim' neque in illis exercẽdis ſemper verſabimur, ipſum illud opus habentes, haud difficulter iterum ad carnis adfectiones prolabentes declinabimus: nihil aliud fructus inde ferentes, quam nudam cum opinione cognitionem: cuius finis eſt tum ipſius paulatim cognitionis obtenebratio, & perfecta mentis ad res mundanas declinatio.

70 Adfectus charitatis laudabilis, etiam cum diuinis illum colligat. Nam conſueuit animus, in quibus rebus aliquandiu moram traxerit, in iiſdem etiam dilatari. Porro in quibus dilatatur, in illis ipſis concupiſcentiam quoque & charitatem alere, ſiue in diuinis & propriis & intellectu comprehenſibilibus, ſiue in carnis negotiis & adfectibus.

71 Deus inuiſibilem mundum, & hunc viſibilem condidit, & animam & corpus videlicet ipſe quoque fecit.' Et ſi hic mundus qui coram oculis cernitur, adeo pulcher eſt, cuiuſmodi ille inuiſibilis putandus eſt? Porro, ſi hoc viſibili longe inuiſibilis eſt præſtãtior, quanto præſtabilior his duobus qui hos creauit, Deus eſt? Si igitur omnibus creaturis lõge melior eſt omnium pulchrarum rerum opifex, qua ratione animus eo relicto quod omnium eſt optimum rebus multo deterrimis, carnis inquam adfectionibus, vacare & adhærere ſolet? An ideo quod ab ineunte ætate hiſce conuerſatus & aſſuetus, rei omnium pretioſiſſimæ & excellentiſſimæ nondum plenam experientiam ſum pſerit? Itaque, ſi illum diuturna exercitatione temperantiæ voluptatum, & rerum diuinarum meditatione paulatim ab eiuſmodi habitu abſtraxerimus, dilatatur in rebus diuinis ſenſim proficiens, ſuamque dignitatem agnoſcit: ac poſtremo omne deſiderium ſuum ad diuina transfert.

72 Qui ſine adfectu fratris delictum memorat, duabus de cauſis memorat: aut enim, vt peccãtem

Appendix.

emendet, aut vt alium iuuet. Quod ſi extra naſce memorat, ſiue ipſi, ſiue alteri, probris afficiendi & carpendi illius gratia dicit. Ac nequaquam diuinam retributionem effugiet: verum aut in eundẽ aut alium turpiorem lapſum incidet, & ab aliis redargut⁹ & ignominia adfect⁹ pudore ſuffundetur. ἐγκατα-λείπον.

73 Non vna ratio eſt idẽ peccatũ opere cõmittentiũ, ſed diuerſæ. Videlicet alia eſt eius, qui habitu peccati inductus peccat & alia eius, qui ad id ſubito impetu rapitur, qui neque ante peccati factum eam cogitationem habuit, neque poſt peccatum, ſed vehementi etiam dolore ob admiſſi delicti facinus adficitur. At qui habitu peccat, plane cõtrario modo agit. Nam primũ ipſa mentis agitatione peccandi finem non facit, & poſt factum eiuſdem eſt animi atque propoſiti.

74 Qui inanis gloriæ cupiditate inductus, ſtudet virtutibus, certum eſt eundem cognitionem quoque ob vanam gloriam exercere. At qui hoc eſt animo præditus, ille alterius ædificandi gratia nihil quicquam aut facit, aut diſſerit, ſed in omnibus & dictis & factis à videntibus & audientibus vnicam gloriam venari ſtudet. Hic autem adfect⁹ redarguitur, cum quidam iam ex ſupradictis, aut opera, aut dicta eius paulo obliquius carpſerint & reprehenderint: quo facto, vehementer conturbatur, non quod illos nõ ædificauerit, neq; enim hũc ſcopũ præfixũ habuit, ſed quod ipſe contemptus ſit.

75 Adfectus auaritiæ hoc pacto deprehenditur. Si quis accipiendo gaudet, & aliis impertiendo triſtatur: non poteſt vero talis œconomicũ agere.

76 Propter haſce cauſas aliquis aduerſa patiens perſeuerat, aut propter amorem Dei. aut propter ſpem mercedis retribuendæ, aut propter metum ſupplicij, aut propter timorem hominum, aut propter naturæ tolerantiam, aut propter lucrum, aut propter inanem gloriã aut propter neceſſitatem.

77 Aliud eſt à cogitationibus ſolui, & aliud ab adfectibus liberari. Et ſæpe fit, vt aliquis à cogitationibus liberetur, rebus illis non præſentibus, erga quas adfectibus perducitur. Abſconduntur autem adfectus in animo, & rebus apparentibus deprehenduntur. Itaque animus in rebus obſeruandus eſt, & cognoſcendum quale id ſit, ad quod adfectibus trahitur.

Ille germanus eſt amicus, qui ingruente infortunio tribulationes, & difficultates, & calamitates in tempore tentationis vna cum proximo perinde vt ſuas. ſine animi conſternatione & perturbatione, tolerat.

79 Ne ſpernas, aut contumelioſe repudies cõſcientiam, optima quæque ſemper tibi conſulẽtem. Nam conſilium diuinum & Angelicum tibi ſuggerit, & ab occultis contaminationibus cor tuum liberat, ac libertatem erga Deum in exitu tibi largitur.

80 Si cupis ſapiens & modeſtus euadere, & falſæ ſcientiæ perſuaſioni nolle ſeruire, quære ſemper in rebus humanis, quæ tuæ cognitioni occulta ſunt, ac res quam plurimas & diuerſas inueniẽs te fugientes, cum ob tuam ignorantiam miraberis, tum inſoleſcentem animum compeſces. Et te ipſo cognito, multas & magnas res & admiratione dignas cognoſces. Quoniam vana ſciẽtiæ

quantum eius inter homines fieri poteſt.

99. *Hoc caput in Græco exemplari non reperi.*

100. Tempus tripliciter diuiditur. Et fides ad tres temporis ſectiooes exteoditur. Spes ad vnam charitas autem ad duas. At fides & ſpes ſaltem ad tempus durant: cæterum charitas in infinita ſęcula, ſuperimmenſo ſuperunitą tamen * augeſcens & creſcens permanet. Et hoc nomine maior omnium eſt charitas.

EIVSDEM DE CHARITATE
quarta capitulorum Centuria.

PRimum miratur animus diuinam infinitatem præ omnibus cogitans, & illud imperuium & multis modis deſyderandom pelagus. Secundum pelagus. Secundo obſtupeſcit cogitatione, quo nam pacto ex nihilo omnium rerum ſubſtãtiam in eſſentiam perduxerit. Sed quemadmodũ magnificentię eius non eſt finis: ſic neque eius ſapientiæ vlla eſt inuentio aut indagatiu.

2. Quomodo enim non demiraretur immenſum illud cootemplans & omoem ſtuporem excedens bonitatis pelagus? Aut qui non obſtupeſceret apud ſe cogitans, quo modo & vnde rationalis & intelligens eſſentia facta ſit: & quatuor illa elementa, ex quibus corpora ſunt compoſita, cum oulla horum generatiunis ante materia extiterit? Tum quæ virtus illa in topus mota, hæc omnia perduxerit in eſſentiam? Atqui hoc Græcorum filij non ſuſcipiunt, ignorantes omnipotentem bonitatem, & operatricem illius ſuper omnem humanum animum, ſapientiam & cognitionem.

3. Ab æterno Deus rerum opifex exiſtens, quãdo vult verbo conſubſtantiali & ſpiritu ſancto opertur per immenſam bonitatem. Et ne dicas, Qua ratione nunc demum res cõdidit, cùm ſemper bonus fuerit? Quoniã & ego tibi dico, quod infinitæ eius eſſentiæ inſcrutabilis & impetu veſtigabilis eſt ſapientia, quæ in humanam cognitionem non cadit.

4. Rerum opiſex creaturarum cognitionem, quæ in ipſo ab æterno fuit, quando voluit perteaxit in eſſentiam, & in rerum naturam produxit. Abſurdum enim eſt de Deo omnipotente hæſitare, num poſſit aliquid in eſſentiam perducere, quando illi viſum eſt.

5. Quam ob cauſam Deus res condiderit, quære, eſt enim cognitio. Quomodo autem & cur ipſa recenter, ne quæras: neque enim hoc animo tuo eſt comprehenſibile. Nam rerum diuinarum, quædam hominibus ſunt comprehenſibiles, quædam iocomprehenſibiles. Siquidem contemplatio effreois, aliquem fortè per præcipitium ageret, vt quidam è ſanctis patribus affirmare nõ dubitauit.

6. Quidam affirmant res cõditas vnà cum Deo ab æterno extitiſſe, quod nullo pacto fieri poteſt. Quomodo enim res quæ omnibus modis finitæ ſunt, cum eo qui in vniuerſum infinitus eſt, ſimul ab æterno eſſe potuerunt? Aut quomodo vere dicerentur opificia, ſi opifici eſſent coæterna? Atqui hic ſermo Græcorum eſt, qui eſſentiæ nequaquam, ſed ſolarum qualitatum opificem Deum introducunt. Nos autem qui Deũ

A omnipotentem nouimus, non qualitatum, ſed eſſentiarum qualitatibus prędítarum, authorem & opificem Deum affirmamus. Quod ſi hoc verum eſt, conſtat ab æterno nequaquam vnà cum Deo res conditas extitiſſe.

7. Diuinitas & res diuinæ partim noſci poſſunt partim non noſci poſſunt. Et noſci poſſunt contemplationibus quæ circa eas ſunt: incognoſcibiles verò ſunt, iis quæ ſecundum eas ſunt.

8. Ne habitus & promptitudines quæras ſuper ſimplici & infinita ſanctæ trinitatis eſſentia, ne illam facias veluti creaturas compoſitã. Quod perabſurdum & neſandum eſſet de Deo cogi-
B tare.

9. Sola ſimplex, & vniformis, & † ſequalis, & pacata, & aliena à ſeditiune eſt, immenſa eſſentia & omnipotens & omnium rerum creatrix. Omnis autem creatura compoſita eſt ex ſubſtantia & accidente, éſtque indiga diuinæ prouidentiæ, vtpote non immunis mutationum. † ἄστοιος.

10. Omnis intelligens & ſenſitiua ſubſtantia, à Deo, in eſſentiam perducta, vires ad res cognoſcendas accepit: intelligens, intellectiones: ſenſitiua, ſenſiones.

11. Deus quidem nullius rei particeps, nihil quàm impertit: at creatura & particeps eſt & im-
C pertit, particeps in hoc, vt ſit, & bene ſit, impertit autem ſolum bene eſſe. Atqui aliter corporea, aliter incorporea eſſentia.

12. Siquidem incorporea eſſentia & faciens & dicens & * contemplans bene eſſe impertit: at corporalis ſolum* contemplando. * θεωρουμένη.

13. Semper eſſe aut non eſſe rationalem & iotellectus capacem eſſentiam, ſitum eſt in arbitrio eius qui omnia bona creauit. At illa ipſa bona eſſe iuxta propoſitum, aut mala, poſitum eſt io voluntate rerum cooditarum.

14 Non circa eſſentiam creaturarum malum conſideratur: ſed circa erraotem motum, & ra-
D tioni noo conſentaneum.

15. Recta ratione mouetur anima, cum eiuſdẽ pars concupiſcibilis temperantiæ formam recipit traſcibilis charitatem complectitur, & auerſator odium. rationalis vero ad Deum penetrat precatione & ſpirituali contemplatione.

16. Nondum perfectam charitatem conſequutus eſt, neque diuinę prouidẽtiæ ſecuodum profunditatem cognitionem, qui in tempore tentationis in doloribus & moleſtiis ſibi accidentibus longanimitate non perdurat, ſed ſeipſum à ſpiritualium fratrum charitate abſcindit.

17. Diuinæ prouidentię ſcopos eſt, eos qui vi-
E tiis diuerſimode diuulſi ſunt per rectam fidem & ſpiritualem charitatem adunare. Siquidẽ ob hoc ipſum ſaluator paſſus eſt, vt filios Dei diſperſos in vnum congregaret. Quocirca quicunque turbulenta non tolerat, neque moleſta patitur, neq; dura & laborioſa ſuſtinet, extra diuinam charitatem & ſcopum prouidentię ambulat.

18 Si charitatis opus eſt, eſſe longaoimum & beoignum, qui paruo ac deiecto animo in malis accidentibus eſſe ſolet, & ob id ipſum praue agit contra eos à quibus dolore afficitur & moleſtia, atque ſemetipſum à charitate erga illos habenda diuellet, quomodo ille diuinæ prouidentię ſcopo non excideret?

19. Attende tibi ipſi cauens, ne improbitas à fratre te ſegregans, non in fratre, ſed in teipſo inueniatur. Ac propera vt cum ipſo quàm primum reconciliatus in gratiam redeas, ne præcepto charitatis excidas.

20. Caue ne charitatis præceptum deſpicatui habeas, quoniam per illud filius Dei efficieris, tranſgrediens autem filius gehennæ inuenieris.

21. Ea quæ ab amicorum charitate nos ſegregant, iſta ferè ſunt, inuidere, aut ferre inuidiam, damno afficere aut affici, ignominia notare aut notari. Præterea cogitationes quæ è ſuſpicionibus natæ ſunt. Caue ergo vnquam tale aliquid facias aut patiaris, ne quando ab amicorum charitate ſegregeris.

22 Accidit tibi è fratre aliqua teotatio, & dolor te ad odium eius pertrahit, ne vincaris ab odio, ſed vince charitate odium. Hoc autem modo vinces, ſi pro illo oraueris Deum vere & ex animo, eius excuſationem benigne accipiens, aut etiam ipſe illum excuſans, teipſum tẽtationis cauſam & authorem reputando, ac longanimitatem obtinendo, donec iſta nubes pertranſierit.

23. Longanimis eſt, qui tentationis finem expectat, & tolerantiæ gloriam acquirens.

24. Vir longanimis, multa eſt prudentia præditus, quoniam omnia quæcunque illi accidunt ad finem refert: & hunc expectans omnia quæ ipſi moleſta ſunt æquo ſuffert animo. At finis eſt vita æterna, ſecundum Apoſtolum. Hæc autem eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum,

25. Ne facilis eſto in abiicienda ſpirituali charitate, quoniam nulla alia coſequẽda ſalutis via relicta eſt hominibus.

26. Caue ne fratrem heſterno die ſpiritualem & virtute præditum, propter odium hodie tibi innatum ex calumnia qua te ſathanas impertiuit, malum & improbum iudices. Sed potius charitatis longanimitate heſterna eius bona animo reputans, hodiernum odium ex anima eiicias.

27. Caue, ne quem heri vt hominem bonum & virtute præditum laudare & magnifice prædicare ſolebas, hodie vt malum & improbum vituperes, propterea quod charitatem tuam in odium conuerteris, fratris reprehenſionem, improbi odij tui excuſationem faciens. Sed in iiſdem laudationibus perſeuera, tametſi dolore adhuc tenearis. Ita fiet, vt facilis tibi ad ſalutarem charitatem regreſſus pateat.

28. Caue ne laudem qua fratrem celebrare cõſueuiſti, propter dolorem adhuc in te cælatum, quo illi clanculum infenſus es, in reliquorum fratrum conuerſatione atque colloquio, obliquis & malignis verbis adulteres, admiſcens ſermonibus occultam vituperationem. Sed potius pura laudatione in colloquiis vtere, atque ex animo pro illo, perinde vt pro te ipſo precare. Atque ita exitioſo odio ſtatim liberaberis,

29. Ne dicas, Nequaquam odio habeo fratrem meum, memoriam aut mentionem eius auerſans. Sed Moyſen audi dicentem, Ne odio habeas fratrem tuum animo tuo, ſed reprehenſione obiurgabis fratrem tuum, & non ſuſcipies propter ipſum peccatum.

30. Si forte frater qui tentatur, tibi maledicere perſeuerat, caue ne tu propterea è charitatis propoſito transferaris, eundem improbum dæmonem conturbantem te in animo ſuſtinens. Sic autem à charitate non excides, ſi conuitiis laceſſitus, benedixeris: ſi inſidiis impetitus, beneuolẽtiam obtinueris. Et hæc ipſa Chriſti philoſophiæ via eſt, quam ſi quis non ambulat, nec cum eo olim habiturus eſt.

31. Ne tanquam beneuolos eos exiſtimes, qui tibi ſermones ad aurem apportant, dolorem & odium erga fratrem in te operantes, tametſi vera narrare videantur. Sed tanquam peſtiferos ſerpentes eius generis homines auerſare, vt & illos à maledicentię & calumniæ vitio compeſcas, & tuam ipſius animam ab improbitate liberes.

32. Ne obſcuris & ænigmaticis ſermonibus fratrem tuum odioſe pungas, ne ſimilia ab ipſo viciſſim excipiens, charitatis propoſitum ex vtroque eiicias. Verum enimuero cum amabili verborum libertate vade & ipſum redargue, vt ſublatis cauſis doloris ac triſtitiæ, conturbatione vtroſque ſubleues.

33. Omni diligentia conſcientiam tuam ſcrutare, ne quando tua culpa frater tuus irreconciliatus maneat. Et ne contemnas illam cordis tui arcana cognoſcentem, & accuſantem te in occulto exitus vitæ tuæ, & in tempore precationis obſtaculo tibi exiſtentem.

34. Ne velis eſſe memor tempore pacis eorum quæ tempore triſtitiæ à fratre tuo dicta ſunt, ſiue in faciem moleſta auditu tibi dicta ſint, ſiue ad alium de te ea dicta tu poſtea inaudieris: ne cogitationes iniuriarum acceptarum memoria complectens, ad exitioſum odium fratris tui regrediaris.

35. Non poteſt rationalis anima erga hominẽ alens odium, erga Deum pacate agere, præceptorum datorem. Si enim, inquit, non remiſeritis hominibus errata ſua, neque pater veſter cœleſtis remittet vobis errata veſtra. Si autem ille pacem agere nolit, tu tamẽ temetipſum ab odij malignitate purum conſerua, pro illo pure precando, neque eidem apud vllum maledicendo,

36. Ineffabilis ſanctorum angelorum pax his duobus affectibus firmata eſt, nempe charitate, quam erga Deum, & quam inter ſe habent mutuam. Similiter quoque omnium ſanctorum qui vnquam à ſæculo fuerunt. Omnibus ergo modis recte à Saluatore noſtro dictum eſt, quod ab his duobus mandatis tota lex & prophetæ pendere ſoleant.

37. Ne tibi placeas, & non odio habebis fratrem tuum: neque teipſum adames, & Deum amabis.

38. Cum ſpiritualibus fratribus conuerſationẽ habere & viuere deliberatum habens, omnibus voluntatibus tuis longum valere ſtatim præ foribus renuncia. Neque enim alio pacto pacem agere poteris, neque erga Deum, neque cum iis quibus cum vixeris.

39. Qui perfectam charitatem conſequi potuit, & omnem ſuam vitam ad eius regulam compoſuit, ille dicit Dominum Ieſum in ſpiritu ſancto: & è contrario contraria videlicet.

40. Charitas quæ erga Deum eſt, ad diuinam conuerſationem animum ſolet extollere: quæ autem erga proximum eſt, ſemper optima quæque

de il-

de illo cogitare eundem facit.

41. Inanem gloriam adhuc amantis, aut alicui rerum materialium incumbentis eſt, dolore affici erga homines propter temporalia: aut ob acceptarum iniuriarum memoriam male de illis cogitare, aut eoſdem odio proſequi, aut fœdis cogitationibus eſſe deditum. Cæterum ab anima Dei amante hæc omnia aliena ſunt.

42. Cum nihil in animo turpe dixeris aut feceris, cúmque de eo à quo damnum datum aut iniuria tibi obiecta eſt, aut factum conuitium, nihil mali cogitaueris, iniuriarum illatarum inimemor, cúmque tempore precationis animum ab omnibus terrenis, rerumque formis alienum obtinueris, tunc compertum habeas, quod ad modum indolentiæ, perfectæque charitatis perueneris.

43. Haud mediocre certamen eſt ab inanis glorię cupiditate liberari. Liberatur autem quiſpiam per occultam virtutum operationem, & crebriorem precandi ſedulitatem. Cæterum ſignum animi ab ea liberati, eſt non male cogitare, iniuriarum memoriá aduerſus eum, à quo quis probroſe affectus eſt, & maledicis verbis impetitus.

44. Si iuſtus eſſe volueris, vnicuique earum quæ in te ſunt partium, ea quæ ſua ſunt pro dignitate diſtribue, animæ dico & corpori. Et parti quidem rationali animæ, lectiones & contemplationes ſpirituales, & precandi officium: parti iraſcibili, charitatem ſpiritualem quæ opponatur odio: concupiſcibili vero, modeſtiam & temperantiam: corpori autem alimentum & indumenta, eáque ſola quæ erunt neceſſaria.

45. Secundum naturam operatur animus, cum affectiones ſibi ſubiectas habuerit, & rerum cauſas ac rationes contemplatus fuerit, & cum Deo conuerſationem habuerit.

46 Quemadmodum ſanitas & morbus in animantis corpore conſyderantur, ac lumen & tenebræ in oculo: ſic virtus & vitium in anima, ſic cognitio & ignorantia in mente.

47. In his tribus Chriſtianus philoſophatur: in præceptis, in dogmatibus, & in fide: præcepta mentem ab affectibus ſegregant: dogmata eandẽ in rerum cognitionem perducunt: fides vero in contemplationem ſanctæ trinitatis.

48. Quidam certantium ſolum cogitationes affectibus obnoxias expellunt atque reiiciunt, nõnulli ipſos quoque affectus amputant. Et reiicit quidem eos aliquis, aut Pſalmorum cantilenis, aut precatione, aut rerum ſublimium contemplatione, aut alia quapiam † locali diſtractione. Ipſos autem affectus abſcindit, rebus illis contemnendis, quarum affectus ducitur.

τοπικῷ περισπασμῷ.

49. Res, per quas affectus conſequimur, ferè illæ ſunt, nimirum mulier, opes, munera, & id genus alia. Ac mulierem tunc aliquis poterit contemnere, cum poſt ſeceſſum corpus etiam, vt par eſt, temperantiæ frenis macerauerit. Opes autem cum rationẽ ac cogitationẽ perſuaſerit, vt in omnibus rerum † ſufficientia contenta ſit. Gloriam, cum occultam virtutum operationem amare incœperit, & Deo ſoli apparentem. Et ſic de aliis ſimiliter iudicandum eſt. Porrò, iſta omnia contemnens, neque in odium cuiuſquam vnquam incidet.

αὐτάρκεια.

50. Quicunque rebus valedixit, videlicet mu-A lieri, & diuitiis, & id genus aliis, externum hominem fecit monachum, non vero itidem etiam internum: at qui affectuoſis horum cogitationibus, internum hominem, qui eſt animus. Et externum quidem hominem haud difficulter aliquis facit monachum, modo adſit voluntas & animus: cæterum haud mediocre certamen eſt, internum hominem facere monachum.

51. Quis ergo in hoc genere eſſe poſſit? qui affectuoſis cogitationibus per omnia liberatus ſit, ac pura omnique materia libera precatione dignatus. Quod interni monachi argumentum eſt.

52. Multi affectus in animo noſtro occultati B ſunt, qui tum deprehenduntur, cum res ipſæ apparuerint.

53 Poteſt aliquis nequaquam conturbari affectibus, rebus non præſentibus, particularem aliquam conſequutus affectionum carentiam. Rebus autem apparentibus ſtatim affectiones mentem diſtrahunt.

54. Ne exiſtimes abſolutam affectionum carentiam te habere, re non præſenti: qua apparente, ſi immobilis ad ipſam, eiuſque poſtea rei recordationem, poſtquam animum ſubierit, permanſeris, tum ſcias teipſum eius fines ingreſſum eſſe. Verũ tamen, ne hic quidem contemnas, quoniam virtus C certa mora perdurans, affectiones interimit: at cum eius nulla habetur ratio, eoſdem iterum excitat.

55. Qui Chriſtum diligit, eundem quoque pro virili imitari ſtudet: nempe Chriſtus hominibus benefacere non ceſſauit: idemque multipliciter offenſus ingratitudine & blaphemiis lõganimitatem obtinuit: cúmque verberaretur ab illis & occideretur, patienter & omnia ſuſtinuit, nemini prorſus male cogitans. Hæc autem tria charitatis erga proximum colendæ ſunt opera, ſine quibus qui dixerit ſe amare Chriſtum, aut regnum cœlorum conſequuturum, ſeipſum decipit. Neque D enim qui dicit mihi, inquit, Domine Domine, ille intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei. Et iterum, Qui diligit me, præcepta mea ſeruabit: & reliqua.

56. Vniuerſus ſcopus preceptorum ſeruatoris noſtri eſt, vt ab intemperantia & odio mentem liberet, & in ipſius charitatem & proximi nos inducat. Ex quibus naſcitur lumen ſanctæ cognitionis, quæ otioſa non eſt.

57. Particulari aliqua cognitione à Deo dignatus, caue charitatem & continentiam neglectui habeas. Ille enim concupiſcibilem partem expurgantes, viam ad cognitionem ſubinde tibi pla-E niorem faciunt.

Via ad cognitionem perducens, eſt affectuum carentia & humilitas, citra quas nemo Deum videbit.

59. Quoniam ita comparatum eſt, vt cognitio inflatos reddat, charitas autem ędificet, coniunge cognitioni charitatem, & carebis omni ſuperba inflatione, eriſque ſpiritualis ædificator, cum temetipſum, tum omnes tibi appropinquantes ędificans.

60. Ex hoc fieri ſolet vt charitas ædificet, cum neque inuidiæ morbo corripitur, neque erga inuidentes exacerbatur animo, neque quod inuidiæ obnoxium eſt per oſtentationem publicat,

neque reputat ſeipſum iam conſequutum eſſe, & earum rerum quas neſcit, imperitiam ingenue confitetur. Sic fiet vt omnem faſtum & inſolentiam à mente abigat, ac ſemper in vberiori cognitione proficiat.

61. Cognitionem quodam ductu naturæ opinio conſequitur, & inuidia io proœmus maxuoe. Opinio quidem interne ſolum, inuidia vero & interne & externe. Interne, aduerſus cognitionē habentes: externe, ab habentibus. Charitas ergo tria ſubuertit, opinionem, quoniam noo inflatur: inuidiam interoam, quoniam non eſt æmula, externam quoque, quoniam longanimis eſt & benigna. Itaque neceſſe eſt eum qui cognitione eſt præditus, vt charitatem quoque ſuſcipiat, quo mentem ab omni vulnere inuiolabilem per omnia conſeruet.

62. Cognitionis dono dignatus, & dolorem aut ob iniuriarum memoriam vlceratum erga aliquem animum obtinens, ſimilis eſt ſpinis & tribulis animum compungenti. Quapropter cognitio neceſſario charitati coniungenda eſt.

63. Ne omne ſtudium tuum impendas carni, ſed definitio illi quam potes exercitationem, & totam mentem tuam ad interna conuerte. Siquidem corporalis exercitatio parum prodeſt, at pietas ad omnia eſt vtilis: & reliqua.

64. Qui indelinenter in rebus internis perueſtigandis & contemplandis verſatur, modeſtus eſt, lóganimis eſt, benignus eſt, humilis eſt: quinetiam ſeruit contemplatinnibus, & Theologiæ ſtudio incumbit & precatur. Et hoc eſt, quod inquit Apoſtolus, Spiritu ambulate, &c.

65. Spiritualem viam ingredi neſcius, cogitationes adfectus generantes nulla cura conſyderat, verum totam vacationem curaoeæ carni impendit, aut guloſitati & crapulæ indulgens, aut luxuriæ: triſtatur quoque & iraſcitur, & iniuriarum memor eſt, & inde animum obnubilat: aut immoderata exercitatiooe vtitur, ac mentem cóturbat.

66. Nihil rerum à Deo nobis io vſum datarum ſcriptura tollit, ſed immoderatum vſum caſtigat, & rationi non conſentaneum emendat. Nimirum noo prohibet edere, neque procreare liberos, neque opes poſſidere, rem domeſticam recte adminiſtrare: verum crapulari prohibet, tum ſcortari, & reliqua. Quinetiam neque illa cogitare prohibet, nam in hoc ipſum res ſunt conditæ, ſed cum adſectu cogitare.

67. Quę à nobis ſecundum Deum fiunt, partim ex præcepto fiunt, partim non ex pręcepto ſed quaſi aliquis diceret voluntaria oblatione iſta fieri Nimirum ex præcepto fit, vt Deum & proximum diligamus, vt inimicos amemus, ne adulterium committamus, ne quem occidamus, & id genus alia, quæ tranſgredientes condemnamur. Cæterum non ex præcepto eſt, virginitas, cœlibatus, †paupertas, vita eremitica, & id genus plura alia. Hæc donorum rationem habent, vt ſi qua præcepta ex infirmitate implere nequiuerimus, per dooa optimum illum dominum placare ſtudeamus.

ἀκτημοσύνη.

68. Qui cœlibatum aut virginitatem honorat, ei neceſſe eſt, vt habeat lumbos præcinctos, & lucernam ardentem, per precationem & contemplationem, & ſpiritualem charitatem.

69. Quidam è fratribus exiſtimant ſeipſos à ſpiritus ſancti donis alienos & immunes eſſe. Neque enim nouerunt per negligentiam operationis præceptorum Dei, quod qui legitimā in Chriſtum fidem habuerit, ille omnia diuina dona vno ſimul faſce comprehenſa in ſeipſo poſſideat Quoniam enim per ſocordiam longe abſumus ab efficaci in Deum charitate, quæ nobis diuinos theſauros in nobis oſtendit abſconditos: inde fit vt oon iniuria noſmetipſos extra omnia diuina dona eſſe exiſtimemus

70. Si Chriſtus in cordibus noſtris per fidem habitat, ſecundum diuinum Apoſtolum, Omnes autem theſauri ſapientiæ & cognitionis in ipſo ſunt abſconditi. Omnes igitur theſauri ſapientiæ & cognitionis etiam in cordibus noſtris ſunt abſconditi. Manifeſtantur autem cordi ſecundum proportionem vniuſcuiuſque mundationis per præcepta.

71. Hic eſt theſaurus in agro cordis tui abſcōditus, quem nondum obſtante pigritia inueniſti. Nam ſi inueniſſes, haud dubie vendidiſſes omnia, & poſſediſſes agrum illum. Nunc autem relicto agro, quæ circa agrum ſunt, conſectaris, in quibus nihil aliud inuenitur, niſi meræ ſpinæ & tribuli.

72. Eam ob cauſam dicit Seruator noſter: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Tunc autem videbunt eum, atque etiam in eo ipſo theſauros, cum per charitate & continentiam ſemetipſos mundauerunt: atque hoc impenſius, quanto ipſi ſe diligentius mundaoeriot.

73. Propterea iterum dicit. Vendite omoem ſubſtantiam veſtram, & datæ eleemoſynam, & ecce omnia vobis munda erunt, taoquam non amplius rebus quæ ad corpus pertinent vacantibus ſed ad mundanum ab odio & intemperantia animum (quem Dominus cor appellat) properantibus. Hæc enim aoimum ſordibus contaminatum, oon permittunt, vt Chriſtum videant in ipſis habitantem propter gratiam ſancti baptiſmatis.

74. Vias ſcriptura virtutes nominat, omnium autem virtutū maxima eſt charitas. Inde eſt quod dixit Apoſtolus, Adhuc & excellentiorem viam vobis oſtendam, quę faciet, vt omnes res humanas cōtemnatis, ac temporaneis æterna bona pręponatis.

75. Charitas erga Deum, reſiſtit concupiſcentię voluptatum. Perſuadet enim animo voluptatum temperantiam. At ea quæ eſt erga proximū, repugnat iracundiæ, inducit enim gloriæ & opum contemptum. Et hæc ſunt illi duo denarij, quos ſeruator noſter dedit hoſpiti, vt tui curam haberet, ſed ne appareas ingratus coniungens te latronibus, ne quando rurſus percutiaris, & non amplius ſemimortuus, ſed prorſus extinctus inueniaris.

76. Purga mentem tuam ab ira & iniuriarum reminiſcentia, & fœdis cogitationib', & tunc poteris cognoſcere inhabitantem in te Chriſtum.

77. Quis te illuminauit in fide ſanctæ & conſubſtantialis & adorandæ trinitatis? Aut quis te io cognitionem perduxit vnius in ſancta trinitate incarnati? Quis docuit te rerum incorporearum rationes? aut ratiooes de generatione, & cōſumma-

ſummatione futura viſibilis mundi? aut de reſurrectione ex mortuis, & vita æterna? aut de gloria regni cœlorum, & terribili iudicio? Nónne gratia Chriſti quæ in te habitat, quæ eſt arrabo ſancti ſpiritus? Quid maius hac gratia? aut quid hac ſapientia & cognitione præſtantius? aut quid promiſſis ſublimius? Porrò ſi nos pigri & negligentes ſumus, neque nos ipſos purgamus ab adfectibus, qui partim nobis obſtant, partim animũ noſtrũ excæcant, vt ſole clarius rationes harum rerum intueri queamus, nos ipſi accuſemus, & gratiam in nobis habitantem non negemus.

78 Deus qui æterna bona tibi pollicitus eſt, & ſpiritus arrabonem in cor tuum dedit, præcepit B tibi, vt vitæ rationem habeas, vt internus homo ab adfectionibus liberatus, in hoc ſæculo bonis frui incipiat.

79 Diuinis & ſublimibus contemplationibus dignatus, magnam rationem charitatis & continentiæ habendam puta, vt partem animæ adfectibus obnoxiam inconturbatam conſeruans, indeficientem animæ lucem habeas.

80 Animæ partem iracundiæ obnoxiam charitate frenare velis, & eiuſdem cuncupiſcibilẽ cõtinentia macerare, & eius rationalem precatione in ſublime tollas: ita futurum eſt, vt mentis tuę lumen nunquam obſcuretur.

81 Charitatem ſoluentia hæc ferè ſunt, nempe C ignominia, contemptus, illati damni iniuria: ſycophantia, quæ fit, aut in fidem, aut in vitam: verbera & vulnera, & alia. Et hæc, ſi aut ipſi accidunt, aut alicui cognatorum eius, aut amicorum. Cæterum, qui horum gratia charitatem ſoluit, nondum cognouit, qui nam ſcopus ſit Chriſti præceptorum.

82 Stude, quoad eius fieri poteſt, omnem hominem diligere. Si autem hoc nondum poteris, cura ſaltem vt neminem odio habeas. Atqui ne hoc quidem poteris, niſi res humanas omnes ex æquo contempſeris.

83 Grauiter aliquis & enormiter blaſphemauit, D ne blaſphemantem odio habeas, ſed ipſam blaſphemiam, & dæmonem illi authorem blaſphemiæ. At ſi blaſphemantem odio proſequutus fueris, hominem odio proſequutus es, & præceptum tranſgreſſus, & quod ille verbo fecit, hoc tu facis opere. Si vero pręceptum ſeruas, quæ charitatis ſunt facito. Et ſi quid potes, fer illi ſuppetias, vt à malo liberetur.

84 Non vult Chriſtus, vt vllum hominem odio habeas, aut aliquem iracundia, aut dolore, aut iniuriarum memoria proſequaris, male eidem cogitando quacunque de cauſa, aut ob qualemcun- E que rem tẽporalem: & hoc paſſim ad omnes quatuor clamant Euangelia.

85 Multi ſumus qui dicimus, pauci qui facimus. Atqui ſermonem Dei nemo debebat adulterare propter ſuam negligentiam, ſed ſuam ipſius imbecillitatem confiteri, nequaquam vero Dei veritatem abſcondere, ne vnà pręcepta Dei tranſgredientes, etiam verbi diuini falſę interpretationis rei fiamus.

86 Charitas & temperantia animum ab adfectionibus liberant. Lectio & contemplatio, mentem ab ignorãtia alienant: at precationis ſedulitas, ipſi Deo eandem commendant.

A 87 Cum viderint dęmones res mundanas nos habere contemptui, vt harum gratia homines odio non habeamus, atque à charitate non excidamus: tunc calumnias & obtrectationes aduerſus nos excitant, quo doloris impatientes, eos à quibus calumnia adfecti ſumus, odio auerſemur.

88 Non eſt labor animæ grauior, quàm ſycophantia, ſiue quis ob fidem, ſiue ob vitam ſycophantias perpeſſus fuerit. Et nemo hanc poteſt contemnere, niſi ille ſolus, qui in Deum intentos habet oculos, (veluti Soſanna:) qui ſolus poteſt fidentes in ſe è periculis liberare, ſicut & illam: B nec non homines certos facere, veluti etiam de illa innocenter condemnata, & animam bona ſpe conſolari atque erigere.

89 Quo vehementius pro ſycophantis & delatoribus precatus fueris, tanto magis etiam Deus calumnię ſcandalo offenſos innocentię tuæ certiores faciet.

90 Natura ſolus Deus bonus eſt, animo autem ſolus Dei imitator. Siquidem eius ſcopus eſt, illi qui natura bonus eſt, improbos coniungere, vt etiam ipſi boni fiant. Quapropter ab illis probroſe impetitus, benedicit: inſectationem patiens, tolerat: blaſphemias audiens, conſolatur: ſi perimitur, orat pro occiſoribus. Omnia facit, quo minus C à ſcopo charitatis excidat.

91 Præcepta domini, docent nos rebus medijs rectè vti. At rerum mediarum vſus rectus & rationi conſentaneus, animæ conditionem purgat, & diſcretionem procreat. Diſcretio autem adfectuum parit carentiam, ex qua deinceps perfecta charitas naſcitur.

92 Ille non caret adfectibus, qui propter incidentem tentationem amici defectum (ſiue is reuera ſit, ſiue eſſe videatur) diſſimulare non poteſt. Nam adfectus animæ inſiti, ſi conturbentur, intellectum excæcant, & non ſinunt veritatis radios perſpici, neque à deteriore quod melius eſt diſ- D cerni. Proinde neque talis perfectam charitatem conſecutus eſt, omnem metum iudicij excludentem.

93 Amicus fidus res eſt incomparabilis, quoniam amici calamitates ſuas eſſe exiſtimat, amicóque compatiens, vſque in mortem, duram eius vicem & ſortem vnà tolerat.

94 Multi ſunt amici, ſed rebus ſecundis ac proſperis: cæterum tentationis tempore, vix vnum inuenies.

95 Omnis homo ex animo amandus eſt, in Deum autem ſolum omnis ſpes & fidocia noſtra E collocanda, & ille tota virtute & omni robore colendus. Quandiu enim ille nos tuetur, & amicis omnibus curæ ſumus, & inimici omnes ad inferendam nobis iniuriam ſunt debiles. At vbi ille nos reliquerit, & amici omnes nos auerſantur, & inimici omnes aduerſus nos inualeſcunt.

96 Quatuor ſunt in genere rationes quibus deſerimur, vna eſt œconomica, veluti in domino Chriſto, vt ob deſertionẽ q̃ videtur, derelicti ſeruẽtur. Altera ꝓbationis eſt, veluti in Hiobo & Ioſepho accidit, vt alter fortitudinis, alter tẽperãtiæ columna declararetur. Tertia diſciplinæ † paternæ, quæ declarata eſt in Apoſtolo, vt per humilitatem animi excellentiam gratiæ conſeruaret.

† ſpiritualis.

A Quarta eſt auerſionis ſeu odij, quæ Iudæis accidit, vt adfecti ſupplicio ad reſipiſcentiam reflecterentur. Omnes autem hæ rationes ſalutares ſunt, & diuinæ bonitatis ac † humanitatis plenæ.

† φιλανθρωπίας.

97 Soli diligentes præceptorum cuſtodes, & germani diuinorum iudiciorum myſtę, amicos qui diuina permiſſione tentantur, non deſerunt. Porrò pręceptorum contemptores, & qui diuinis iudicijs non ſunt initiati, quandiu amicus agit proſpere, eius felicitate fruuntur: vbi autem tentatus mala patitur, deſerunt ipſum: aliquando etiã ad hoſtium & aduerſariorum partes accedunt.

98 Chriſti amici, omnes amant ex animo, ſed non perinde amantur ab omnibus. At amici huius mundi, nec omnes amant, nec amantur ab omnibus. Et Chriſti quidem amici, vſque in finem amoris ſtudium atque ſedulitatem conſtanter tuentur. At mundi amicitia, cum offen- B ſio aliqua propter mundi negotia interuenerit, dirimitur.

99 Fidus amicus, firma eſt protectio. Nam & amico proſpere agenti, bonus eſt monitor & conſiliarius, & cooperator ex animo ſeruiens: & mala toleranti, adiutor deditiſſimus, & propugnator deuotiſſimus.

100 Multi quidem multa de charitate dixerunt. In ſolis autem Chriſti diſcipulis illam quæſitam inuenies. Quoniam illi etiam ſoli veram charitatem, nempe charitatis magiſtrum, habuerunt. De qua Paulus dixit: Si habuero prophetiam, & ſciuero omnia myſteria, & omnem cognitionem, charitatem autem non habeo, nihil vtilitatis capio. Charitatem ergo conſequutus, ipſum Deum conſequutus es. Quoniam Deus eſt charitas. Ipſi gloria in ſæcula, Amen.

1. Cor. 13.

SANCTISSIMI PATRIS MAGISTRIQVE, MAXIMI, CONFESSORIS, ATQVE MARTYRIS, VARIA CAPITVLA

TVM THEOLOGICA TVM OECONOMICA, de Virtute & Vitio, Centurijs quinque diſtincta.

Oeconomica intelligo, qua pertinet ad diuinam diſpenſationem, quia hic nihil de re familiari.

Interprete Ioanne Pico, Claſſium Inquiſitoriarum in Senatu Præſide.

Ex eiuſdem Epiſtola Dedicatoria, ad Epiſcopum, Clerúmque Pariſienſem.

HORVM Lectionem libellorum (de S. Maximi libris quidem omnibus, ſed maxime de iis quæ ſequuntur, Oeconomicis de Virtute & Vitio quingentis Capitibus, loquutur) quicunque amplectetur: in primis hunc fructum referet, vt inter animum & corpus limites ponat, & quæ cuiuſque ſeorſim propria ſint, clarè diſcernere poſſit: omnes item animi cogitationes, & miniſtros illius ſenſus humanos, impuris expurget affectibus, qui intellectum & cognoſcendi vim obcæcant, & ne ſincerè Deum ſpeculemur & amemus, impediunt. Tandem etiam illam tantopere deſideratam ἀπάθειαν multò facilius aſſequetur, quàm ſi vniuerſos Stoicorum libros perlegerit. Has quinque de Virtute & Vitio centurias, è Bibliotheca Regia vt offerrem tibi, Præſul optime, tuum erga probos & eruditos paternum officium ſuadet: ac rerum honeſtarum ſtudium, quo vehementer teneris, exigit. Vale, Pariſijs, Calendis Auguſti, Anno Domini M. D. LX.

INTERPRES, LECTORI.

NE Tuum animum reuocent à lectione, perpauca quędam ſubobſcura Capitula, initio primę Centurię poſita, quę ad Optimam Maximam Trinitatem pertinent. His enim traiectis ſubſequuntur ea quę tibi legenti futura ſunt longè gratiſſima.

CENTVRIA PRIMA.

VNICVM eſt bonum, quod principium atque ſubſtantiam facilè vincit, ſancta ter ſubſiſtens Vnitas, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus triũ fine carentium infinita cognatio: quam, vt ſit, & quemadmodum ſe babeat, quid & qualis ſit, nulla planè ratione conſequi poſſunt creaturæ. Cum enim è recondita interiorique natura nequaquam exeat, omnem mente præditorum fugit intellectum, ac omnem omnium notitiarum infinitè excedit notiam.

Nulla Creatura S.S. Trinitatis cognitionem ratione aſſequi poteſt.

CAP. 2.

QVOD propriè ſecundum ſubſtantiam eſt, C bonum eſt: quod quidem originis ac finis eſt expers, nec habet cauſam vt ſit: neque quatenus eſt ad vllam prorſus cauſam refertur. Quod autem ad hunc modum ſe non habet, non eſt propriè: nempe initium & finem habens, ac etiam cauſam vt ſit, atque ad cauſam aliquam refertur. Porrò quod non propriè eſt: etſi dicitur eſſe, voluntate tamen eius quod eſt propriè, per participationem eſt ac dicitur.

CAP. 3.

SI verbum præcedit rerum omnium procreationem, non erat, non eſt, nec erit verbum anterius verbo. Verbum autem mente non caret aut vita, ſed intelligit ac viuit, vt mentem gignentem habens Patrem ſubſtantialiter ſubſiſtentem, & Spiritum ſanctum, vitam ſubſtantialiter ſubſiſtentem.

CAP. 4.

VNVS Deus, vnius filij genitor Pater, & foos vnius Spiritus ſancti: vnitas minimè confuſa, & indiuidua Trinitas, mens ſine principio: ſolus ſolius origine carentis verbi ſecundum ſubſtantiam genitor, ſoliuſque ſempiternæ vitæ fons, nempe Spiritus ſancti.

CAP. 5.

VNVS Deus: nam vna deitas, vnitas carens origine, ſimplex & ſuperſubſtantialis, parnum expers & indiuidua, eadem vnitas ac Trinitas. Et reliqua.

CAP. 6.

CVM omnis communio antè concipiatur animo, quàm ea quæ communicant, omnes proculdubio manifeſtè creaturas antecedit diſcreta B prorſus illarum cauſa: vt quæ natúra priùs exiſtit & intelligitur, quàm creaturæ: non quemadmodom ſubſtantia præcedit accidentia (nam ita diuioum numen declararetur compoſitum, opus habens hypoſtaſi creaturarum ad complemeotum ſuæ ſubſiſtantiæ) ſed eo modo quo ſuperſubſtantiale ſubſtantiam anteeedit. Si enim artes adinuenêre figuras eorum quæ ab ipſis prodeunt, & vniuerſi natura ſpecies eorum quæ ſub ipſa ſunt: quantò magis Deus, vti ſuperſubſtantialis, rerum ſubſtantias ex nihilo ſubſiſtere fecit? Imò potius à theſi ſubſtantiam excedente diſtat C infinitè, qui ſcientias coniuogit artibus ad inueniendas figuras, & naturæ tribuit vim ſpeciei cuiuſuis effectricem, atque ipſis ſuſtantiis idipſum quod ſunt conſtituit.

CAP. 7.

QVI communicabilis eſt creaturis, non ſecundum ſubſtantiam, alio verò modo deſiderat illis quæ poſſunt, communicari, ab arcano ſubſtantiæ ſuæ planè non degenerat: cùm vel ipſe modus ſecundum quem communicari cupit, perpetuò maneat omnibus indicibilis. Quemadmodum ergo Deus ea quam ipſe nouit ratione ſpoutè ſe communicat: ita etiam voleus modo ſibi cognito excitauit ea quibus communicatur, beneficio D bonitatis potentiam ſuperantis. Quare quod voluntate Cooditoris creatum eſt, ounquam ei coæternũ eſſe poterit, quod voluit ipſum procreari.

CAP. 8.

VERBVM Dei ſemel duntaxat ſecúndum carnem genitum, beneuolentia, qua complectitur genus hmanum, bis qui volunt, lubens ſemper naſcitur ſecundum ſpiritum, ac fit iufans per virtutes ſeipſum formans iu illis: tantúmque ſe manifeſtat, quantum ſuſcipieos capere nouit: nou inuidia minueus ſuæ celſitudinis explicationem, ſed modo trutinans videre cupientium ſacultatem. Ita Dei Verbum, quod pro viribus participantium ſemper apparet, ſecundum excelleotiam myſterij perpetuò manet omnibus inuiſibile. Vnde ſapienter huius vim myſterij perpendens diuinus Apoſtolus, ait: Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe: in ſecula. Sciens hoc myſteriũ ſemper nouom, & animi comprehenſioni nunquam antiquandum

Chriſtus quomodo naſcatur in animis fidelium.

Heb. 13. b.

CAP. 9.

CHRISTVS Deus naſcitur aſſumpta carne animam intellectuam habente. Qui cùm rebus ex nihilo creationem conceſſerit, factus eſt homo. Quem dum ſupernaturali modo Virgo pepe-

Appendix.

A rit, nullum diſſoluit virginitatis argumentum. Qua enim ratione factus eſt homo ſioe vlla naturæ alteranone, aut commutatione potentiæ: ſic eam quæ peperit tum matrem effecit, tum virginem cooſeruauit miraculo miraculum circa idem declarans, itidem altero occultans alterum. Deus enim à ſeipſo ſecundum ſubſtantiam ſemper eſt myſterium: qui tantò magis ex adytis ſubſtantiæ ſuæ ſeipſum exerit quantò conuenientius eſt illa explicando ſecretiora fieri. Rurſumque tantò plus Matrem quæ peperit, virginem reddit, quantò præſtat dicere fœtúra virginitatis indiſſolubile vinculum effici.

Chriſti Mater Virgo.

CAP. 10.

B INNOVANTVR naturæ, fitque Deus homo, noo diuina ſolùm conſtans & immobilis natura mouetur ad eam quæ mobilis eſt & inconſtans, vt gradum ſiſtat: nec humana duntaxat natura ſine ſemine ſupra naturam excolit carnem Verbo congruentem, vt pergere deſinat: ſed ſtella quoque interdiu apparet in Oriente, qua ducit Magos ad locum incarnanonis Verbi: vt indicet Sermonem qui apud legem habetur & prophetas, mouentem myſticè ſenſum, ac deducentem gentes ad ſummam cognitionis lucem. Planè ſiquidem ſermo legalis atque propheticus piè in- C tellectus, inſtar ſtellę deducit ex decreto virtute gratię vocatos ad notitiam incarnati Verbi.

Matt. 2.

CAP. 11.

QVONIAM ego homo ſpontè tranſgreſſus ſum mandatum diuinum: ſoliditatémque naturę meę, ſpe diuinitatis me demulcens diabolus, detorſit ad voluptatem, per quam ſubminiſtrata morte inſultabat, triumphum agens ob naturam corruptam: propterea Deus factus eſt homo perfectus, natúra nullatenus immutáta dompto peccato (ſiquidem de natura non erat) vt obiecto carnis alliciens prouocaret Draconem illum inſatiabilem, inhiantem ad deuorandum carnem, quę quidem illi toxicum erat futura, & vir- D tute deitatis in ipſa latentis prorſus illum deletura: humanę verò naturę remedium, ad recuperandam vi diuinitatis in illa reconditę priſtinam gratiam. Vt enim ille effuſo malitię ſuę veneno in Lignum ſcientię; naturam quę guſtauit, corrupit: ita etiam ipſe volens deuorare carnem Domini, potẽtia deitatis in ea latentis deletus eſt.

Peccatum nõ aſſumptũ à Chriſto, et cur.

CAP. 12.

INGENS Incarnationis diuinę myſterium perpetuò manet myſterium, non ob id ſolum quòd pro modo & facultate eorum qui per illud ſaluantur, explicatum, habet quippiam nondum conſpectum, maius eo quod enarratum eſt: ſed E ob id quoque quòd vel illud ipſum quod videri putatur, manet adhuc prorſus abſtruſum: vtpote quod nullo ſermone, ſicuti eſt, cognoſci queat, Neque cuiquam, quod dicitur, videatur paradoxum. Nam Deus, cùm ſit ſuperſubſtantialis, & omnem ſuperſubſtantialitatem tranſcendens, quando voluit ad ſubſtantiam deuenire, modo ſuperſubſtantiali ſubſtantiam induit. Et hanc ob cauſam pro hominibus, vt amans hominum, ex humana ſubſtantia verè factus eſt homo. Porrò modum quo factus eſt homo, ſemper habet inexplicabilem; pro hominibus enim factus eſt homo.

Deus eſt ſuper-ſubſtantialis.

CAP. 13.

Perpendamvs fideliter incarnationis diuinę myſterium, ac ſine vlla curioſitate glorificemus dũtaxat eum cui noſtra gratia complacuit illud fieri. Nam quis dicendi demonſtrandive facultate conſequi poteſt, qua ratione Dei conceptio fiat? quo pacto gignantur caro ſine ſemine? qui generatio fit abſque corruptione? quomodo Mater, quæ vel poſt partum virgo permãſit? quo pacto qui pluſquam perfectus erat, ætate ſuccedente proficiebat? quo pacto baptizabatur, qui mundus erat? quomodo nutriebat, qui eſuriit? quo pacto robur conferebat, qui fatigatur? quomodo ægrotans, ſanitatem donabat? quomodo moriens, viuificabat? & vt primum poſtremo loco dicam, quî Deus homo factus eſt? Ac ſanè maius myſterium eſt, quo pacto ſubſtantialiter & ſecundum hypoſtaſin Verbum erat in carne qui ſecundum ſubſtantiam & hypoſtaſin totus eſt apud Patrem: quo pacto idem natura totus eſt Deus, & ſecundum naturam totus factus eſt homo, neutra protſus abnegata natura: diuina minimè, ſecundum quam eſt Deus: ucque noſtra, ſecundum quam factus eſt homo. Huiuſmodi myſteria ſola capit fides, quæ eſt hypoſtaſis eorum quæ mentem ſuperant & rationem.

Chriſti incarnationem nulla dicēdi demonſtrandive facultas poteſt aſſequi.

Fidei deſinitio.

CAP. 14.

Adam poſt inobedientiam didicit, generationem naturalem à voluptate [illegible] ſumere: quam Dominus expellens à natura, conceptionem quæ fit ex ſemine, non admiſit. Mulier vbi tranſgreſſa eſt mandatum, à dolore generationem naturalem incipere d[illegible] ſtrauit: hanc a natura Dominus excuſſit, naturque non permiſit eã quæ pepererat, corruptionem pati: vt vnà tam ſpõtaneam voluptatem, quàm propter eam coactè ſuſceptum dolorem à natura depelleret; quorum non erat auctor, vt qui profligator extitit: ac doceret myſticè & ſecundum intellectum incipere ab alia vita, quæ forſan à dolore & laboribus initium ducit, ſed planè deſinit in delicias diuinas & lætitiam infinitam. Idcirco qui creauit hominem, fit homo, & naſcitur vt homo, vt ſaluet hominem, ac paſſiones paſſionibus curet: qui ipſe declaratus eſt eſſe paſſio paſſionum noſtrarum, modo naturam vincente, ſuis in carne penuriis beneuolè renouans noſtros ſpiritales habitus.

CAP. 15.

Qvi diuino deſiderio ductus vicit affectionem animæ erga corpus, incircumſcriptus euaſit, licet agat in corpore. Deus enim qui deſiderantis trahit affectum, inconfuſè ſublimior eſt omnibus, nec ſinit eum qui ipſius deſiderio tenetur, cuipiam eorum quæ ſunt inferiora Deo, deſiderium affigere. Quocirca deſiderio feramur in Deũ totis naturæ viribus, & ab omnibus rebus corporeis inuictum reddamus animum, & affectione tranſcendamus ea omnia quæ tum ſenſu tum intellectu percipiuntur: & quoad animum nihil planè damni patiemur à circunſcriptione naturali, præterquàm quòd ſimul erimus cum Deo natura incircunſcripto.

CAP. 16.

Repvgnantia affectuum quæ eſt in Sanctis, eſt certamẽ inuidiæ atque virtutis: illius quidẽ & contendentem ſuperet; huius verò, vt omnia tolerando permaneat inuicta. Ac illa quidem certat, vt affligendis præclarè agentibus nequitiã proſperare faciat: hæc autẽ, vt bonos & locupletiores in calamitatibus contineat.

CAP. 17

V[illegible]
qu[illegible]
ſtinent, vacuitatẽ affectionum in ao[illegible]ia, qua Deo per dilectionẽ vnita affectu ſeparatur à corpore & mũdo. Nã flagellatio corporis, his qui perferunt, robur eſt animæ.

Animæ impaſſibilitas, eſt premium virtutis.

CAP. 18.

Circvnventione voloptatis ab initio decepti, veræ vitæ mortẽ antepoſuimus; Ideo grato animo feramus laborẽ corporis, voluptatis huius interfectorem, vt cum eius interitus ſeçũ deleuerit mortem ex ea naſcentem; redeuntem ad nos vitã pro voluptate venditam recipiamus, modicis corporis laboribus redemptam.

Corporis flagellatio eſt robur Animæ.

Corporis labores cur patienter ferẽdi.

CAP. 19.

Si bene habente carne creſcere conſueuit vis peccati, ea grauiter affecta profectò repubeſcete merito ſolet acies virtutis. Quapropter fortiter feramus afflictionem carnis, inquinamentorum aduerſus animam pugnantiũ expultricem, ac procuratricẽ gloriæ futuræ. Non enim ſunt cõdignæ paſſiones huius temporis, ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis.

Rom. 8.d.

CAP. 20.

Neqve m[illegible] cuando corpo[illegible] vnum & [illegible] D[illegible] morbos animæ curat, nuim vincam duntaxat curandi rationem cunctis congruentẽ: ſed cùm cuiq; conuenientem diſtribuerit, ſanat. Dum ergo curamur, gratias agamus, licet acerbitatis aliquid habeat quod geritur: quia finis eſt fauſtus.

Animæ morbos omnes non eodem remedio curat Deus.

CAP. 21.

Nihil eſt, quod affectum animæ ſic indicet, vt carnis tribulationem patiẽtis eruptiones: quibus ſi ſe ſubdat, carnẽ plus diligere quàm Deum videbitur: ſin huius concuſſionibus immota permaneat, pluris facere virtutẽ perſpicietur, quàm carnem cuius virtutis beneficio Deum hoſpitem ſuſcipiet, illius ergò paſſum apud nos inclamantẽ vt olim diſcipulis: Confidite, ego vici mundum.

Carnis tribulatio, Animæ affectum indicat.

Ioan. 16.d

CAP. 22.

Cvm omnes Sancti caſtigationis fuerint participes, nos quoque qui cũllis caſtigamur, gratias agere debemus, vt illorũ gloriæ ſocij eſſe dignemur. Quẽ enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit.

Heb. 12.b.

CAP. 23.

Cvm Adam ſuſcepiſſet coſtam voluptatis procuratricem, extra Paradiſum opus humanũ exercuit: at Dominus cũ labore hac parte lancea reciſſus, latronem in Paradiſo conſtituit. Amemus igitur laborem carnis, illius autem voluptatem odio habeamus. Nam ille introducit & cõſtituit in bonis, hæc autem abigit & deſtruit bonis.

Gene. 4. a.

Luc. 23. f.

Iob. 19. g.

CAP. 24.

Si Deus homo factus pariter carne, quis non geſtiat, dum patitur, habẽs Deum paſſionis ſociũ? Cui ipſa cõpaſſio procurat regnum? Verax enim eſt qui dixit: Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.

Rom. 8. d.

CAP. 25.

Plane ſi laborandum eſt propter immixtam naturæ per proauũm voluptatem, ſtrenuè occurrentes labores perferre debemus: vt qui voluptatis aculeum nobis retundant, & à ſupplicis æternis per illam imminentibus nos libere nt.

CAP. 26.

CAP. 26.

BONORVM omnium finis eſt charitas: quippe quæ tanquam fida, non lubrica, ſed conſtans, ambulantes in ca ducit, adducit, & conducit ad Deum bonorum & vniuerſi boni ſupremum auctorem. Nam fides eſt fundamentum eorum qu e ipſam ſequuntur, ſpei inquam & charitatis, firmiter ipſam veritatem ſuſtinens. Spes autem eſt extremorum robur, charitatis inquam & fidei, ambo per ſeipſam ſubindicans, tum quid credẽdum, tum quid amandum, per ſeipſam curſuin ad illa diligendum eſſe inſtruens. At verò charitas borũ eſt complementum, quæ poſt omnia prorſus expetenda eſt & tota induẽda: quæ illis ſtatum præ- B bet motionis ad illam ducentis; ac pro eo quod credimus eſſe, & futurum ſperamus, fruitionem præſentis introducit.

CAP. 27.

Charitatis finis. CHARSTATIS opus perfectiſſimum, & eius quæ ſecundũ ipſam eſt operationis, finis, eſt quando mutua penſitatione copularos per charitatem tenente, illis mutuò competunt proprietates & denominationes quadrant, verbi gratia; Deum quidem hominem facere, hominem autem Deũ appellari & videri propter vnitatẽ & immutabilem amborum in intentione voluntatem atque motionem. CAP. 28.

SI ſanè ad imaginem Dei facti ſumus, ſimus noſtri ipſorum & Dei, imò verò toti ſolius & totius Dei, nihil terrenum geſtantes apud noſipſos: vt proximè ad Deum accedamus, ac Dij fiamus, à Deo accipientes, vt Dij ſimus. Hoc enim pacto ornantur dona diuina, & aduentus pacis diuinæ benignè excipitur. CAP. 29.

Charitas eſt omniũ bonorum primum. CHARITAS eſt bonum ingens, & è numero bonorum primum & egregium bonum: eò quòd per ſeipſam Deum & homines coniungat cum eo qui præditus eſt charitate, & factorem hominum vt hominem apparere faciat, propter illam deificati (quoad bonum, quantum conceditur ho- D mini) à Deo impoſſibilem ſeparationẽ: quam inde oriri exiſtimo, quòd quis Dominum Deum diligit ex toto corde, anima, & viribus, proximúmque tanquam ſeipſum. CAP. 30.

SCIENDVM eſt, Diabolum, cùm dolo aſturè *Geneſ. 3.* compoſito nos per philautiam propoſita voluptate decepiſſet, voluntate nos à Deo & ab inuicem ſeparaſſe, rectúmque peruertiſſe, & hoc modo naturam diuiſiſſe atq; diſſipaſſe in multas opiniones & imaginationes.

CAP. 31.

TRIA ſunt maxima præcipuáque mala, & vt ſemel dicam, vniuerſæ malitiæ efficientia: ignora- E tionem dico, amorem ſui, & tyrannidem; quæ inuicem dependent, & ſe mutuò ſtabiliunt. Siquidẽ ex ignoratione Dei naſcitur amor ſui, inde verò nullo contradicente, quaſi cognata tyrannis: non quod abutendo proprijs facultatibus, ratione, appetitione, ira, Nequam ille in nobis hæc non ſuſcitet. CAP. 32.

IGNORATIONIS loco, opus eſt ratione per cognitionem ſingulari, petitione erga Deum moueri: appetitione ab affectu proprij amoris libera, deſiderio ad ſolum Deum impelli: iraſcendi facultate à tyrannide ſeparata, certandum eſt, vt ſolum Deum conſequamur: & quæ ex his, &

Appendix.

A propter quam hæc diuinam beatámque charitatem producere, quæ Deo coniungit, atque Deum declarat illum qui Deum diligit.

CAP. 33.

EVVLSA philautia principe ac matre, vt dixi, vitiorum, omnia quæ ex ipſa & poſt ipſam ſequũtur, extirpari ſolent, quia ſi hæc non ſubſit, nulla omnino vitij ſpecies aut veſtigium ſubſiſtere poteſt. CAP. 34. *Philautia, omniũ vitiorũ mater.*

TANTOPERE nos mutuò complecti debemus, quantum ipſe per ſe Chriſtus præueniens demonſtrauit, qui pati pro nobis non renuit.

CAP. 35.

B CHARITATIS cauſa ſancti omnes reſtiterunt aduerſus peccatum, nulla præſentis vitæ facta mẽtione: variôſque mortis modos pertulerunt, vt ab hoc mundo ad ſeipſos & ad Deum colligerentur, & naturæ fracturas in ſeipſis vnirent. Hæc eſt enim vera & reprehenſione carens fidelium diuina ſapientia, cuius finis eſt ipſum bonum ac veritas, ſi modò bonum eſt, quod hominem diligit: & verum, quod ſecundum fidem amans eſt Dei: ac (quæ ſunt charitatis indicia) homines Deo & inter ſe conciliat: ideóque habet perſeuerantiam in bonis minimè labentem. CAP. 36.

EFFECTVS ac demonſtratio perſectæ dilectio- C nis erga Deum, eſt germana per beneuolentiam ſpontaneam erga proximum affectio. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, inquit diuus Ioannes, Deum, quem non videt, non poteſt diligere. CAP. 37. *1. Ioã. 4. d*

VIA veritatis charitas eſt, cuius nomine ſe appellans Verbum Dei, ambulantes in ea purificatos ab omnibus Deo & Patri præſentat.

CAP. 38.

HÆC eſt porta, per quam ingreditur quis in Sancta Sanctorũ, & inacceſſæ pulchritudinis ſanctæ, & regiæ Trinitatis ſpectator dignus conſtituitur. CAP. 39.

D METVENDVM revera, & omnem condemnationem ſuperat, cùm amore corruptibilium donatam nobis à Deo vitam beneficio ſancti Spiritus, ſpõte interficimus. Quem metum probè norunt, quibus curæ eſt, vt philautiæ veritatem anteponant. CAP. 40.

VTAMVR pace pro neceſſitate, & abiecta infeliciter adhærente nobis amicitia tam erga Mũdum quàm Mundi principem, bellum quod affectionum miniſterio geritur aduerſus Deum, aliquando vel ſerò diſſoluamus: & initis cum eo pacis fœderibus indiſſolubilibus, euacuatione corporis inimicitias aduerſus illum contractas ſopiamus. CAP. 41.

FIARI non poteſt, vt Deo reconciliemur, qui per affectiones ab eo diſſidemus, & improbo tyranno animarum interfectori diabolo tributa pendere non erubeſcimus, nec antea prorſus illi bellum mouimus. Si quidem hactenus inimici & hoſtes Dei fuimus, licet ipſi nobis fidelium nomẽ affinxerimus, vſque ad quod tempus affectionibus obſcœnis inſeruire libuit, atqui parta cum Mundo pace, nulla nobis inde ſubſequetur vtilitas, cùm anima malè habeat, & aduerſus propriũ Conditorem diſſideat, quæ regno eius ſubijci nõ ferat: infinitis inſuper crudelibus illam agitantibus dominis, ad vitium illam impellentibus, qui

A aſtutè molliuntur, vt ea viam ad interitum duceotem potius eligat, quàm ſalutarem.

CAP. 42.

DEVS nos ad hoc creauit, vt ſimos diuinæ cõſortes naturæ & æternitatis ſuæ participes: eique ſimiles appareamur, ſecundum deificationem, gratia nobis conceſſam: per quàm res omnes ſubſiſtunt ac permanent: & quę non erant, excitantur & procreantur.

CAP. 43.

Nomine & re pertinere ad Deum. Chriſtum negare & prodere, quid ſit.

SI ad Deum nomine & re pertinere optamos, contendere debemus, ne more Iudæ, Verbum affectionibus prodamus, néve, quemadmodum Petros, abnegemus. Eſt enim Verbi abnegatio, quãdo metu recuſamus agere quod bonum eſt. B Proditio verò, eſt peccatum ex propoſito perpetratum, ſiue impetus ad peccatum.

CAP. 44.

Afflictionis finis eſt gaudium.

FINIS omnis afflictionis, eſt gaudium; vniuerſi laboris, requies: omnis ignominiæ, gloria: & vt in ſumma dicam, omnium aduerſorum quæ virtutis gratia perferuntur, finis eſt, agere cum Deo & eſſe perpemò, & æterna infinitáque requie frui.

CAP. 45.

Miſericordia finis eſt legis.

DEVS, cum præter naturam atque opinionem vellet vnire nos inuicem, & ad id totum re vera genus homanũ impelleret, ſalotaria præcepta nobis perhumaniter deſcripſit. C Et hac de cauſa lege planè ſanciuit, vt & miſereamur & miſericordiam conſequamur.

CAP. 46.

Philautia.

HOMINVM philautia & ſapientia quæ illos mutuò legemque repulit aut calumniata eſt, natu tam voicam in plures partes diſſecuit: & introducta, quæ nunc ei dominatur, inſenſilitate. ipſam in ſeſe naturam ingenij ſolertia armauit. Quucirca quicunque prudenti cõſilio & excellentia ſapientiæ, hanc naturæ diſſonantiam diſſoluere potuit, ille ſui ipſius prius quàm aliorum miſertus eſt, formans animum ſecuodum naturam, & accedés animo per naturam ad Deum, declarans in ſeipſo D quis ſit modus huius verbi, AD IMAGINEM:

Gene. 1.

& quo pacto cum Deus ab initio decenter naturam noſtram eius ipſius ſimilem, ac ſuæ bonitatis inſignem adumbrationem condidiſſet, conſtituit illam cum ſeipſa per omnia eãdem, pugna vacuã, pacificam, & ſecum minimè diſſidentem, erga Deum & ſeipſam charitate coarctatã: qua Deum quidem deſiderio, nos autem mutuò compaſſione complectimur.

CAP. 47.

PERHVMANVS Deus idcirco factus eſt homo, vt naturam humanam ad ſeipſum cogeret, & prauæ motionis gradũ ſiſteret: vt quæ ad ſeipſam E imò adoerſus ſeipſam diſſidebat & erat diuiſa, ſtatum nullom habens, propter inconſtantem animi motum erga vnuioquodque.

CAP. 48.

Dilectionis proprium.

APVD eos qui mente pollent, inter ea quæ ſecundom Deum ſunt, nihil eſt precioſius, imò potius Deo nihil gratius perfecta dilectione, quæ diuiſos in vnom conciliat, vnámque in multis, vel etiam omnibus identitatem efficere poteſt, animo non diſſidentem. Proprium enim dilectionis eſt, vnicum efficere animum quæ tentium quæ pertineot ad illam.

A

CAP. 49.

SI bonum natúra vnire & in ſtatu ſuo conſeruare ſoleat ea quæ diuiſa ſunt, malum profectò diuidit & corrompit quæ vnita ſunt. Quod enim natúra malum eſt, diſſipationum, inconſtans, multiforme, & diuiduum eſt.

CAP. 50.

Philautia alia bona alia peruerſa.

LIBERATIO ab omnibus malis & compendioſa ad ſalutem via eſt, vera Dei per cognitionẽ dilectio & amoris vniuerſi quem habet anima erga corpus & Mundum iſtum, abnegatio; per quã, voluptatis appetitionem & doloris cruciatum cõtemnentes liberamur à peruerſa philautia, ad cognitionem Creatoris promoti: ac viciſſim probã B animi philautiam adepti, ſegregatam à prauo corporis amore, non deſinimus ſeruire Deo, per hanc præclaram philautiam aſſiduè poſtulantes à Deo promotionem animæ. Iſtud enim profectò eſt verum ac Deo gratum obſequium, exactum in virtutes animæ ſtudium.

CAP. 51.

QVI corporis voluptatem reſpuit, & dolorem omnino non extimeſcit, affectionibus vacuus effectus eſt: quia cum illis philautiam illorum matrem, & affectiones vniuerſas, quæ propter illa & ex illis oriuntur, vnà cum maxima principe malorum ignoratione, vnanimiter interemit, ac totus à C partibus eſſe cœpit firmi, manentis, & eodem modo natúra ſe ſemper habentis boni: vt qui ſecum prorſus maneat immotus, reuelata facie ſpectans gloriam Dei, & beneficio lucidi, qui in ipſo eſt, ſplendoris gloriam diuinam & inacceſſam ſpeculetur.

CAP. 52.

Fugienda eſt voluptas et dolor præſentis vitæ.

PRÆSENTIS vitæ voluptatem atque dolorem pro viribus abnegemus, & ab omni affectionum opinione & dæmoniaca vafritia prorſus liberabimur. Siquidem voluptatis gratia colimus affectiones, & propter dolorem virtutem fugimus.

CAP. 53.

CVM omne vitium natúra intereat vnà cum D promouentibus illud modis, homo verò experientia ipſa didiciſſet, cuicunque voluptati ſine dubio ſuccedere triſtitiam ad voluptatẽ toto impetu ſe contulit, triſtitiam autem prorſus vitauit, decertans pro illa totis viribus; hanc autem omni ſtudio expugnans: vt qui arbitraretur (quod fieri non poterat) hac ratione ſe poſſe illas inuicem ſegregare, & philautiam ſoli voluptati incumbentem, triſtitiæ prorſus expertem adipiſci: ignorans pręaffectione, vt videtur cõtingere ounquam poſſe, voloptas vt ſit citra triſtitiam. Impetu ſe contulit, triſtitiam autem prorſus vitauit, mixtum enim eſt voluptati triſtitiæ tormentum, quàmuis ob dominantem oblectationis affectum E latere videatur eos qui fruuntur. Quãdoquidem natúra ſemper eminere ſolet, quod vincit; occultás, ne ſentiatur, quod præterit. Quapropter dum ob philautiam voluptatem capeſſimus, rurſumq; triſtitiam eadem de cauſa vitare nitimur, innumerabiles affectionum enecantium procreationes excogitamus.

Philautia innumeras affectiones procreat.

CAP. 54.

Voluptatis ac triſtitiæ huius vitæ ſenſus nullus Animæ Deum diligentis.

NON experitur quis ſenſum voluptatis ac triſtitiæ, cùm Deo verè dilecto, amabili & deſiderando tradiderit, imò agglutinauerit animum ab affectione corporea liberum.

CAP. 55.

QVEMADMODVM non poteſt quis aliter purè

purè Deo ſeruite, niſi penitus animam expurgauerit: ita creaturæ inſeruire nequit, niſi præparato prius corpore. Homo qui corpore tenus exhibet obſequium corruptibile, & in eo ſibi placet, afficitur voluptate continenter, & triſtitia ſemper edens lignum inobedientiæ: quod quidem experientia ipſa ſenſus apud eundem permixtam habet ſciétiam boni ac mali. Nec fortaſſe quis aberrauerit à vero, ſi dixerit, lignum quod habebat notitiam boni malique, eſſe conſpicuam illam creaturam. Habebat enim naturam viciſſim effectricem voluptatis atque triſtitiæ.

Lignũ ſciẽtiæ boni & mali. Geneſ. 2. b.

C A P. 56.

VBI ratio non obtinet, ſenſus natúra dominari conſueuit, in quo peccati vis quodam modo permixta per voluptatem ſubagitat animam ad commiſerationé cognatæ carnis, quatenús ſimul ſubſiſtunt, miniſterio voluptatis opus in ea naturale cum exercuerit, ſtudium carnis affectione ac delectatione captum abducit à vita naturali, ſuadétq; vt vitium quod euaneſcit, committere velit.

C A P. 57.

VITIVM eſt obliuio bonorum naturalium ad animam intellectiuam pertinentium: quę quidem naſcitur ex habitudine, tam erga carnem, quàm erga mundum affecta. Hanc ſpirituali ſcientia delet imperans ratio, quæ Mundi carniſque ſcrutatur originem & naturam, & ad propriam ſibi cũ ſpiritibus intellectiuis regionem impellit animã: quò nullo modo conſcendit lex peccati, quia ſenſum vltrà non habet, qui vice pontis traiiciat ipſam ad animum. Iam enim diſſolutus eſt ſenſus ſecundum habitudinem quam habet erga animam, & in hęc ſenſilia ſpectacula deiectus: quorum habitudinem ac naturam cum tranſcédent animus, omnino non ſentit.

Vitij definitio.

C A P. 58.

QVEMADMODVM ratio quę dominatur affectibus, ſenſus ipſos efficit organum virtutis: ita quando rationi imperant affectus, formant ſenſos ad peccatum. Itaque attentè perpendere ac meditari oportet, qua ratione quis bonam commodè facere poterit conuerſationé, vtendo iis ad procreandas & excitandas virtutes, quorum miniſterio anteà peccabat.

Studium virtutis.

C A P. 59.

SANCTVM Euangelium abnegationem vitæ carnalis ſuadet, ſpiritalis verò profeſſionem. De his loquor, qui ſecundum hominem; ſecundum humanam, inquam, in carne viuendi rationem, quam ducunt in hoc Mundo, ſemper moriuntur: at ſecundum Deum ſoli viuunt ſpiritui ex ſententia diuini Apoſtoli: & ex eius præcepto nequaquam ſibi propriè viuunt, ſed quoad animam ſolam Chriſtum in ſeipſis viuentem habẽt. Ad hũc modum qui propter Deum in hoc ſeculo mortui iudicantur carne, afflictionibus, tormentis multis & anguſtiis affecti, perſecutiones & infinitas tentationum ſpecies cum gaudio perferunt.

C A P. 60.

OMNIS affectus haud dubiè ex complexu ſenſibilis cuiuſdam ac ſenſus ſiue naturalis facultatis, iræ inquam, aut cupiditatis, aut rationis à natura deflectentis conſiſtit. Si ergo intellectus perſpectum habens finem in cõpoſitione mutuum, tam ipſius ſenſibilis quàm ſenſus ſiue facultatis

Appeudix.

naturalis per eum operãtis, horum vnumquodq; diſcernens, ad inditam ſibi rationé adducere poſſit, & conſiderare ipſum ſenſibile per ſe ſine affectione ſenſus ad ipſum, atque ipſum ſenſum abſq; proprietate ſenſibilis erga illum: eundem cupiditatem, verbi gratia, aut aliam facultatem naturalem citra diſpoſitionem affectam ex ſenſu & ſenſibili, (vt motus quidam affectionis ad ſpeculationem perducere ſolet) ortũ cuiuſcunque affectionis occurrentis diſcerſit atque cómminuit, inſtar vituli antiqui Iſraëlitici: & ſub aqua cognitionis ſeminauit, vel ipſa nuda affectionum imaginatiune prorſús deleta, per euerſionem rerum quæ in ſe natúra producere ſolent affectionem.

Exo. 25. b.

C A P. 61.

VITA pluribus maculata delictis, quæ contraxit ex affectionibus carnis, eſt veſtis inquinata. Quiſque enim hominum ex conuerſatione vitæ, velut ex indumento, declarari ſolet iuſtus vel iniuſtus: vt ille quidem veſtem mundam habeat, qui vitam agit virtutibus deditam: qui verò ducit vitã malis operibus inquinatam, veſtem habeat immundam. Vel potiús, veſtimentum à carne maculatum, eſt habitus atque diſpoſitio quæ ex memoria prauarum motionum ac operationum à carne prodeuntium ſecundùm cóſcientiam format animam, quæ videns habitum illum, tanquam veſté, perpetuò ſibi circumpoſitum, graui repletur affectionum odore. Nam ſicut à ſpiritu per virtutes inuicem proportione quadã contextas, animę naſcitur incorruptionis amictus; quem induta, formoſa fit & illuſtris: haud ſecus à carne ſecundum proportionem ſubſtructis inuicem affectionibus, oritur impurum quoddam & maculatum veſtimentum quod ex ſeipſo declarat præclaram quidem eſſe animam, ſed alia forma atque imagine illam induiſſe quàm diuina.

Veſtis mũda, & immũda myſtice, quæ ſit.

C A P. 62.

FIRMAM fiduciam ſperandi deificationem dat humanæ naturæ ipſa per Deum humanitatis aſſumptio, quæ tanta virtute hominẽ facit eſſe Deũ, quanta Deus factus eſt homo. Nam qui ſine peccato factus eſt homo, citra mutationẽ in diuinitatem naturam deificabit: tantúmque per ſeipſum illam extollet, quantum ipſe hominis cauſa ſeipſum demiſit. Quod myſticè docés magnus Apoſtolus, ait; In ſeculis ſuperuenientibus, in uos ſupereminentes diuitias bonitatis Dei eſſe demonſtrandas.

Chriſti incarnatio dat homini fiduciã Deificationis.

Epheſ. 2. b.

C A P. 63.

RATIO quæ regit iram & cupiditatem, parit virtutes: animus autem doctrinæ deditus, rerum creaturarum immaculatam carpit notitiam. Cum ergo ratio contrariis abiectis nacta fuerit quod ſecundum naturã amari debet, & animus vbi tranſcenderit ea quæ ſub notitiam cadunt, & cauſam excedentẽ rerum ſubſtãtiam ac notioné aſſecutus fuerit, ſtatim adnaſcitur per gratiam affectus deificationis: qui quidẽ rationé à naturali diſcretione abducit eo vbi non eſt quod diſcernatur: intellectum autem ceſſare facit à cognitione naturali, cũ non extet, quod notioni ſit obnoxium: ac ſtatus identitate Deum facit illum qui diuino dignus eſt conſortio.

C A P. 64.

TRIBVLATIO expurgat animam, quæ rubiginem contraxit è ſordibus voluptatis, & ſegregat prorſus à rebus craſſis habitudinem eius,

Tribulatio expurgat Animã.

Cur Deus permittit hominem vexari à Dæmone.

poſtquam cognouerit damnum ex earum complexu proueniens. Hanc ob cauſam iuſto iudicio diabolo permittit Deus tormentis homines opprimere.

CAP. 65.

4. Animæ perturbationes non ſunt creatæ ab initio in homine.

VOLVPTAS & triſtitia, cupiditas & metus, & quæ ex ijs ſequuntur, non ſunt ab initio creata ſimul cum natura humana, etenim ad finem quoque naturæ contuliſſent: ſed aio, quod à magno Gregorio Nyſſeno didici, nempe hæc inuecta eſſe ob caſum integritatis, & adhærere parti naturali minus rationali: per quæ, vnà cum tranſgreſſione loco beatæ diuinæque imaginis perſpicua & clara ſimilitudo animalium irrationalium apparuit in homine. Abſcondita enim dignitate rationis per inſignia partis irrationalis, à quibus abſtrahebatur, iuſtè natura hominum veniebat punienda, ſapienter diſpenſante Deo, vt homo ſimul perciperet ſenſum partis rationalis.

CAP. 66.

4. Animi perturbationes ad cœleſtium adeptionẽ conuerſis ſtudioſus virtutis.

ETIAM proſunt affectiones apud ſtudioſos, quando ſapienter illas à rebus corporeis auocantes, ad cœleſtium adeptionem conuertimus: veluti quando ex cupiditatis affectu, efficimus motũ animi diuina expetentis: ex voluptate, lætitiã incolumẽ efficaciæ vireſcentis propter diuina chariſmata animi: è metu, ſolicitudinem procul obſeruantem ſupplicium ob delicta inferendum: è triſtitia; præſentis mali correctiuam pœnitentiam: atque, vt paucis dicam, more ſapientum medicorum, qui depellere volentes præſentem aut imminentem gibberem, vtuntur venenoſo viperæ corpore: ſic vtamur affectionibus huiuſmodi ad expellendum præſens aut impendens vitium, & ad comparandam ac conſeruandam virtutem & cognitionem.

CAP. 67.

Veteris & noui Teſtamẽti finis.

LEX prioris Teſtamenti per philoſophiã actiuam ab omni inquinamento naturam emundat: noui verò Teſtamenti lex ſpeculatiua initiatione per cognitionem mentem eleuat à corporeis, ad contemplanda ſibi cognata intellectualia.

CAP. 68.

Eorũ qui virtutis ſtudioſi ſunt ſtatus triplex.

SCRIPTVRA ſacra hos qui introducuntur & ad veſtibula diuinæ virtutum aulæ proſtant, vocat Metuentes: eos autem qui comparauerunt habitũ vethorum & morum virtuti cõgruentium, nouit appellare Proficientes: at qui per cognitionẽ iam peruenerunt ad faſtigiũ virtutes exprimentis veritatis, illos nuncupat Perfectos. Quare qui conuerſationem priſtinam, quam ſecundùm affectiones agebat, auerſatus eſt, omnémque ſuum ipſius affectum timore ductus diuinis tradidit mandatis, nullo genere boni priuatur, quod initiatos deceat, quàmuis habitum virtutum nondum ſit adeptus, nec particeps effectus ſit ſapientiæ, quæ apud perfectos eſſe dicitur. Neque item is qui proficit, vllo bonorum caret, quæ in gradu aliquo eſſe dicuntur, licet nondum eandem ſupereminentem diuinorum notitiam, quam habent perfecti, conſecutus ſit. Quandoquidem perfecti, contemplatiua theologia myſticè iam dignati ſunt, animúmque expurgatũ ab omni imaginatione materiali ac dilectionem diuinam quæ totam aſſiduè præ ſe fert imitationem imaginis diuinæ pulchritudinis, apud ſeipſos in pectore impreſſam geſtare videntur.

Theologia cõtemplatiua.

CAP. 69.

Timor duplex.

DVPLEX eſt timor: alter purus, alter non purus. Nam metus ille qui naſcitur ex ſuſcepto propter peccata ſupplicio, habens pro cauſa ſuæ originis peccatum, non eſt purus, nec vnquam delebitur cum peccato per pœnitentiam: qui verò citra triſtitiam ob delicta conceptam ſemper adeſt, ille purus eſt, & nunquam extinguetur: propterea quòd ſubſtantialiter quodam modo ineſt Deo erga creaturam, efficiens, vt declaretur omnibus reuerentia naturalis excellentiæ eius, ſuperantis omne regnum atque poteſtatem.

CAP. 70.

Dei timor in æternũ permanẽs.

QVI non timet Deum vt iudicem, ſed reueretur eum propter ingentem infinitæ potentiæ excellentiam, meritò nulla laborat inopia, cum ſit perfectus in dilectione, cum pudore ac decẽti pietate diligẽs Deum: & ille præditus eſt timore permanente in ſeculum ſeculi, neque illi quicquam vnquam deeſt.

CAP. 71.

Dei cognitio ex creaturis.

E CREATVRIS, auctorem illarum cognoſcimos: & ex varietate rerum creatarum, ſubſiſtentẽ ſapientiam eius qui eſt, diſcimus: atque ex motu naturali eorum quæ ſunt, ſubſiſtẽtem eius qui eſt, vitam cognoſcimus; quæ eſt viuificans, ea quæ ſunt, potentia; nempe Spiritus ſanctus.

CAP. 72.

SS. adeſt creaturis omnibus.

SPIRITVS SANCTVS à nulla abeſt creatura, potiſſimum ſi quoquo modo ſit particeps rationis. Conſeruat enim cuiuſque notionem; quia Deus eſt, & Dei ſpiritus, ſua virtute prouidè percurrens omnia, & rationem naturalẽ, quæ in vnoquoque eſt, excitans; per quam adducit, eum qui ſentit, ad ſentienda quæ præter legem naturæ perperam geſta ſunt; & eum qui morigero eſt animo, ad cogitationes natura bonas ſuſcipiendas: Quocirca pleroſque reperimus, etiam valde barbaros & in paſcuis inter armenta degentes, probitati dare operam, &, quæ ab initio vigebant apud illos, belluinas leges auerſari.

CAP. 73.

Quatenus SS. in omnibus ſit.

EST quidẽ in omnibus ſimpliciter Spiritus ſanctus, quatenus omnia continet, ac omnibus prouidet, atque naturalia ſemina excitat, præſcripto tamen modo. Nam apud omnes qui ſunt ſub lege, tranſgreſſionem mandatorum demonſtrat, & quæ ſit ſecundùm Chriſtum edicta promiſſio, docet. Sed præter ea quæ dicta ſunt, omnes qui Chriſtum ſequuntur, Dei filios efficit. Apud nullum tamen eorum quos nominauimus, eſt planè vt effector ſapientiæ, præterquã apud eos qui pollent intellectu, & per conuerſationẽ Deo gratam ſeipſos fecerunt dignos, in quibus Deus inhabitaret. Nam quicunque non implet mandata diuina, licet ſit fidelis, habet cor carens intellectu tanquam prauarum cogitationum officinam, corpúſque ſubdit peccatis, inquinamentis affectionum quaſi perpetuò deuinctum.

CAP. 74.

DEVS, qui ſalutem omnium hominum deſiderat, & deificationem illorum eſurit, cogitationem eorum velut ſterilẽ ficũ maledictione deſiccat: vt cũ maluerint eſſe iuſti quàm videri, depoſita veſte ſimulata oſtentationis moralis, ad vitam ſtudioſam, vt diuinus iubet ſermo, non fictè tranſlati, vitæ pietate excellant, Deo potiùs exhibentes intentionem animæ, quàm hominibus exteriorẽ morum ſimulationem.

CAP. 75.

ALIA eſt agendi ratio, alia patiandi. Siquidem

ratio

Agēdi & patiēdi ratio.

ratio quæ ducit ad agendum, eſt facultas naturalis operandi ſecundum virtutem. Patiendi verò ratio, vel eſt gratia circa ea quæ naturam ſuperant, vel euentus eorum quæ ſunt præter naturam. Vt enim eius quod creaturam ſuperat, nullam habemus facultatem naturalem, ita nec eius quod non eſt, vlla nobis eſt poteſtas à natura. Deificationem ergo quaſi ſupra naturam, & ex gratia nobis obuenientem patimur, non autem efficimus: quia natura non habemus facultatem deificationis ſuſcep[...]am. Rurſumque veluti præter naturá animi patimur vitium per accidens: cùm nō adſit nobis facultas naturalis pariendi vitium. Quamobrem dum hîc ſumus, gignimus natúra virtutes, qui ad eas producēdas naturali facultate præditi ſumus. At in futurum deificationem patimur, dono gratiæ ad id patiendum ſuſcepto.

Naturalis facultas ad virtutum procreationem.

CAP. 76.

NOS agimus, quatenus naturam rationalē habemus virtutum procreatricem, nempe vim intellectus actiuam, & omnis notionis capacem, incóprehenſa potentia omnem eorum quæ ſunt & ſub notitiam cadunt naturam, penetrantem, cunctáque ſecula à tergo relinquentem. Patimur autem cùm ſermones de iis quæ non ſunt, haberi ſolent, plenè trāſgreſſi, ad cauſam rerum creatarum modo nobis incognito peruenerimus, & cū his quæ natúra terminata ſunt, vires noſtras ſteterimus, hoc præclarum facultatis naturalis factous aſſecuti, quod nuſquam ſubſiſtit. Natura enim, quod ſupra naturam eſt, capere non poteſt. Quia nihil eſt natúra genitum, quod deitatem producat, ob id quòd Deum non comprehendit. Etenim ſolius diuinæ gratiæ proprium hoc eſſe ſolet, ex proportione diuinitatem creaturis elargiri, quæ quidem gratia ſupernaturali lumine naturam illuſtrat, & per excellentiam gloriæ ſupra proprios terminos illam conſtituit.

Diuinitatem Creaturis elargiri, diuinæ gratiæ proprium eſt.

CAP. 77.

VIRTVTES modò exercemus; at poſt hāc vitam ceſſamus: quanquam pro virtutibus gratiam, nempe deificationē, pati non deſinimus. Illa enim paſſio ſupernaturalis, eſt infinita, quoniam etiam agendi facultate prædita eſt: quod autem præter naturam eſt, non ſubſiſtit; vnde ad agendum imbecille eſt & imperfectum.

CAP. 78.

MORES ſecundum virtutem formati, & ſermones qui de rebus creatis habētur, ſunt diuinorum bonorum typi, quibus continenter Deus ſit homo, habēs pro corpore, ſtudioſos illos mores: loco verò animæ, ſcientiæ verba in ſpiritu, quibus Deos facit, qui digni ſunt, donátque virtutis characterem verum, & ſolidam cognitionis minimè fallentis largitur ſubſtantiam.

Actiones & ſermones ſecundum virtute, ſunt myſtice, corpus Chriſti.

CAP. 79.

Act. 12. b

MENS fidelis & operationi dedita cum in morem ſancti Petri tenetur ab Herode; hoc eſt à lege pellicea (Herodes enim interpretatur pelliceus) quæ eſt prudentia carnis; ſub duabus coercetur cuſtodiis, & vna porta ferrea: dum oppugnatur ab affectionum vi, & aſſenſione animi illi præſtita. Quas qui tanquam velut cuſtodias ſine carcerem, duce philoſophiæ actiuæ ratione, velut Angelo, cū præterierit, accedit ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatem, firmam videlicet, duram, & non facilè

Appendix.

expugnabilem erga ſenſibilia ſenſuum habitudinem, quam ratio ſpeculationis naturalis in ſpiritu ſua ſpōte reddit appertam, dimittens animum poſthac ſine metu ab inſania Herodis ad cognata ſibi intellectualia liberum.

CAP. 80.

DIABOLVS eſt Dei tum hoſtis, tum vltor. Hoſtis quidem, cum tanquam oderit eum, videtur erga nos homines (qui tamen eſt interitus) habere dilectionem, certis ſpontanearum affectionum modis per voluptatem ſuadens voluntati noſtræ bonis æternis præferre momentanea: quibus dū ſurripit totum animæ deſiderium, ſubmouet nos penitus à dilectione diuina, & conſtituit nos ſpontaneos hoſtes conditoris. Vltor autem eſt, quādo patefacto in nos odio de nobis ſupplicium expoſcit, quaſi propter peccatum eius mancipia facti ſimus. Nihil enim diabolo tam gratum, quàm homo qui cruciatur. Cùm autem ſit hoc illi permiſſum, excogitat affectiones inuehere, quibus vel inuiti nos mutuò torqueamus: & ira turbinis inſtar, crudeliter fertur in illos, contra quos Deo permittente poteſtatem acceperit: non quò præceptum diuinum implere cupiat, ſed quia peculiarem in nos affectum odij fouere deſiderat: vt cùm moleſtarum calamitatum graui pōdere propter infirmitatem procubuerit anima, diuinę ſpei vim à ſeipſa amputet, & acerbitatum illarum euētum, correptionis loco cauſam impietatis in Deū faciat.

Dæmō eſt Dei, & hoſtis & carnifex.

CAP. 81.

QVI habitum actiuum & ſcientiam ſpeculatiuam acceperant, quando ad gloriam humanam illa transferunt, modo quidem apparenti, mores qui ſunt ſecundùm virtutem adumbrant: ſapientiæ verù & cognitionis verba duntaxat ſine iuſtitiæ operibus emitunt, quaſi ob virtutem & ſcientiam aliis oſtentantes ſuperbiam. Hi meritò congruis traduntur cruciatibus, vt per tormenta diſcāt humilitatem, quam per ſtolidam opinionem ignorauerunt.

Hypocriſis

CAP. 82.

QVISQVE dæmonum pro indita ſibi aptitudine ad hanc vel illam tentationem ſuggerendam accedit. Alius enim aliud parit vitium; & alius alio manifeſtè impurior, & ad hoc vitij genus magis idoneus.

Dæmon alius, aliud vitiū parit.

CAP. 83.

SINE permiſſu diuino ne ipſi quidem dæmones vlla in re poſſunt inſeruire diabolo. Scit enim ipſe Deus qua ratione cum decenti, humana, & bona prouidentia, diabolo permittere ſoleat, per ſuos miniſtros de peccatis noſtris varia ſumere ſupplicia. Quod ſatis clarum eſt, ex ſcripta de Iob hiſtoria, quæ deſcribit, citra voluntatem diuinam diabolum nunquam ad Iob accedere potuiſſe.

Iob. 1.

CAP. 84.

FIDES illa quæ eſt efficax & operationi dedita, ſubſiſtit; qua verbum Dei, dum res geruntur, patefit, incorporatum præceptis, per quæ tanquam verbum operantes ad Patrem, apud quem natura eſt, adducit.

Fides efficax.

CAP. 85.

NOVI Teſtamenti myſterium denonciat conuerſionem vitæ, cultum religionis Angelicū, ac ſpontaneā animę alienationem à corpore, necnon diuinæ tranſmutationis procreationem in ſpiritu. Spiritalē autē circuncisionē vocat ſermo diuinus,

Noui Teſtamenti doctrina.

Circūciſio ſpiritualis.

amputationem habitudinis animæ affectiotium plenæ erga corpus.

CAP. 86.

Cur Deus ſinat homi nem affli gi Dæmo- ne. Vide huius cēt. cap. 64.

DEVS, cùm ſit Bonus, velítque prorſu. à nobis euellere vitiorum ſeminarium voluptatem, quæ ſubducit animum à dilectione diuina, permittit diabolo tormenta & ſupplicia nobis inſligere: itidem præoccupantis voluptatis abradens venenũ per tribulationes animæ, vt qui nobis inducere cupiat, rerum præſentium & ſenſum dũtaxat itirātium, odiũ & perſectam abdicationem, quæ ipſo vſu nihil habent in lucro præter vindictam: illiúſque vim vltricem atque inhumanam, efficere circutiſtantem cauſam redeundi ad virtutem iis qui ab ea ſponte delapſi ſunt.

CAP. 87.

CONVENIT & iuſtum eſt, eos à diabolo plecti, qui prauas illius ſuggeſtiones ſpontaneorum peccatorũ libenter amplectuntur. Diabolus enim per affectiones ſponte ſuſceptas ſeminat voluptatem, inſértque dolorem per eas quas inuiti toleramus.

CAP. 88.

Cur Dæmoni traduntur à Deo, etiam perfecti.

SPECVLANDI cognoſcendíque peritus animus frequẽter ad luendas pœnas traditur diabolo, qui tormentis & calamitatibus illum meritò affligit: vt patiendo, circa conſtantiam & afflictionum tolerantiam philoſophari diſcat potius, quã per inanem ob ea quæ non ſunt, arrogantiam ineptire.

CAP. 89.

Quiſnam ex diuina caſtigatione emēdetur; & quis, non.

QVI propter læſam Dei gratiã patitur, ſi agnoſcat rationem ſanantis ipſum prouidentiæ diuinę, tum aduerſitatem cum gratiarum actione lubens ſuſcipit; tum etiam delictum, cuius nomine caſtigatur, emendat. Qui verò hanc curandi rationem minimè ſentit, & iuſtè ſummouetur à donata ſibi gratia, & affectionum confuſioni traditur derelictus: vt ad ea peragẽda veniat, quorum affectato ducebatur deſiderio.

CAP. 90.

QVICVNQVE rerum à ſe geſtarum conſcientia ductus poteſt libenter cum decenti gratiarum actione recipere difficiles tentationes illatas ſibi, non ſpontè inuectas, non priuatur habitu virtutis aut gratia, vt qui volens iugum Babylonici regis ſubiit, aut qui tanquam debitum ſoluẽs, inflictos cruciatus ſuſcipit: ſed in ipſis perdurat, offerens quidem regi Babylonis, naturæ patibilis violẽtos labores, & conſentientem illis animum: quaſi ob præcedentia delicta ſit illorum debitor. Deo autem ex vero cultu, humili inquam affectione, delictorum emendationem.

CAP. 91.

Hier. 27. b 38. e

QVI permiſſu Dei correctionis gratia aduerſitatem per tentationes non ſpontaneas ſibi inuectam grato animo non ſuſcipit, & opinionem qua videri vult eſſe iuſtus, per pœnitentiam non abijcit, velut reluctans diuinis iuſtorum iudiciorum oraculis, nec ſpōtè fert ex mandato diuino ſubire iugum regis: traditur in captiuitatem, in equuleũ, in vincula, in peſtem, in mortem, in gladiũ, atque propria terra prorſus exterminatur. Nã hæc vniuerſa & longè plura patitur, habitu virtutis & cognitionis, velut propria terra, orbatus: eò quòd arrogantia & ſtolida opinione ductus, iuſtas delictorum ſuorum exoluens pœnas ex ſententia diuini Apoſtoli, gratas habere nolit tribulationes, penurias, & anguſtias. Nouerat enim ſummus Apoſtolus, humiliationem, quæ naſcitur ex afflictionibus corpori extrinſecus allatis, eſſe diuinorum animę theſaurorum conſeruatricem. Propterea lubens perferebat, tum propter ſeipſum, tum propter eos quibus virtutis & fidei typus propoſitus erat: vt etiam ſi tanquam rei patiantur, more caſtigati illius Corinthij, ad conſolationem & patientiæ imitationem habeant eum qui vel innocens patitur.

Humilitas ex afflictionibus, theſaurum Animæ conſeruat. 1. Cor. 5 b 2. Cor. 2. b.

CAP. 92.

QVI ſenſu non immoritur figuris rerum viſibilium, ſed quæ de his dicuntur, vt intellectualium typis, mente perquirit, aut de ſenſilibus creaturis dicta ſpeculatur, nihil eorum quæ ſub oculos cadunt, immundum eſſe diſcit. Cuncta enim natura ſua valde bona condita ſunt.

Gen. 1.

CAP. 93.

QVI vnà cum motu rerum ſenſilium non mutatur, puram ſecundum virtutes ſectatur actionẽ. Qui verò figuras earum non format in animo, verum eorum quæ ſunt concipit iudicium. At qui ipſam etiam ſubſtantiam rerum mente percurrit, vt optimus theologus, poſtea modo quodã ignoto irrumpit ad vnitatem.

CAP. 94.

MENS omni contemplationi dedita, quæ gladium habet ſpiritus, quod eſt verbum Dei, eo motum viſibilis creaturæ cum amputarit, proficit in virtute: & vbi à formis ſenſilibus ſuam ipſius imaginationem ſegregarit, veritatem eorum quæ de rebus dicuntur, inuenit: vnde ſpeculatio naturalis oritur: at eorum quæ ſunt tranſcendens ſubſtantiam, diuinæ inuictæque vnitatis recipit illuminationem, per quam veræ theologiæ ſubſiſtit myſterium.

CAP. 95.

Deus vnicuique apparet ſecũdum eam quã de illo cõcepit opinionem.

VNICVIQVE Deus apparet ſecundum eam quam de Deo concepit opinionem his quidẽ qui affectu tranſcenderũt materialem compoſitionẽ, & vires animę æquales inuicẽ obtinuerunt, quoad vnicum eundémque circa Deum perpetuum motum, apparet vt Vnitas & Trinitas: quò & propriam ſubſiſtentiam demonſtret, & eius modum myſticè declaret. Illis verò quorum affectus circa craſſa & materialia duntaxat compoſita verſatur, nec habent animæ facultates mutuò cõnexas, apparet non vti eſt, ſed quemadmodum ipſi ſe habent: oſtendens eos ambabus manibus amplecti dualitatem materialem, per quam corporeus iſte Mundus conſtat ex materia & forma.

CAP. 96.

1. Cor. 12. a

DIVVS Apoſtolus diuerſas operationes vnius ſancti Spiritus, appellat diuerſa chariſmata, ab vno videlicet & eodem effecta ſpiritu. Si ergo iuxta menſurã eius, quæ in vnoquoque eſt, fidei donatur manifeſtatio ſpiritus, quatenus particeps eſt eiuſmodi chariſmatis, quiſque profectò fidelium iuxta proportionem fidei & affectionis animæ illi ſubditæ, moderatam recipit ſpiritus efficaciam, quæ largitur ei habitum idoneum ad hoc vel illud mandatum exequendum.

CAP. 97.

D. Paulus ſummus Apoſtolus 1. Cor. 12. a

QVEMADMODVM hic quidem accipit verbum ſapientiæ, ille verò ſciẽtiæ, alter autem fidei, & alius aliud è numero chariſmatũ ſpiritus, quæ recenſentur à ſummo Apoſtolo: ita hic quidem per ſpiritũ conſequitur donũ perfectæ, immediatæ, & materiæ nihil habẽtis, erga Deũ dilectionis

iuxta

iuxta proportionem fidei; alter verò per eundem ſpiritum, donum perfectæ dilectionis erga proximum, alius autem aliud quoddam (vt dixi) ſecundùm eundem ſpiritum, ita vt quiſque gratiæ peculiare donum habeat efficax. Omnem enim habitum promptum ad peragendum mandatum, ait eſſe donum Spiritus.

CAP. 98.

Calix, & baptiſma Chriſti quæ ſit.

BAPTISMA Domini, eſt integra mortificatio voluntatis noſtræ erga Mundum ſenſilem. Calix verò, eſt etiam huiuſce noſtræ vitæ præſentis abnegatio pro veritate.

CAP. 99.

Mar. .f. Luc. 12.e

BAPTISMA Domini, eſt figura tribulationum noſtrarum, quas virtutis ergo deliberatò & lubenter ſuſcipimus: per quas abiectis conſcientiæ ſordibus, interitum voluntatis erga ea quæ ſubiacēt oculis, ſpontè toleramus. Calix autem, eſt figura tentationum quæ ratione circunſtantiarum præter voluntatem pro veritate inſurgunt in nos inuitos: quarum ope diuinum deſiderium anteponimus ipſi naturæ, atque circunſtantem naturæ mortem ſpontè ſubimus.

CAP. 100.

Baptiſmi & Calicis differētia.

EA eſt differentia inter baptiſma & calicē, quia baptiſma virtutis cauſa mortuam reddit voluntatem erga ea quę ſunt in vita ſuauia. Calix verò ſuadet pijs, vel ipſi naturæ anteponere veritatem.

CENTVRIA SECVNDA.

CAP. I.

Mar. 10 f

PRIVS POSITVS eſt calix quàm baptiſma, quia virtus eſt propter veritatem, at non propter virtutem veritas. Vnde qui veritatis gratia agit ea quæ pertinent ad virtutem, non læditur vanæ gloriæ iaculis: qui autem ſectatur veritatem propter virtutem, opinionem habet cum vana gloria coniunctam.

CAP. 2.

VERITATEM quidem ait eſſe, ſcientiam diuinam: virtutem verò, eſſe certamina quæ pro veritate ſuſcipiuntur ab ijs qui expetunt illam. Quapropter qui labores virtutis ſuſtinet ſcientiæ cauſa, non ducitur vana gloria, ſciens laboribus naturæ veritatem comprehendi non poſſe. Quod enim prius eſt, natura non circunſcribitur à poſterioribus. Porrò qui ſectatur ſcientiam ob labores qui illius cauſa ſuſcipiuntur, planè deditus eſt vanæ gloriæ: nempe qui putet, ſe coronam adeptum eſſe ante ſudores, ignorās propter coronas certamina ſuſcipi, non autem ob certamina coronas. Ceſſat enim natura methodus omnis, ſi perfectum ſit aut putetur illud, cuius gratia apta nata eſt.

CAP. 3.

Rom. 2.c.

QVI ſolam ſcientiæ formam ſectatur, qui eſt nudus ſermo, & imaginem virtutis, qui ſunt mores nudi, Iudæus eſt, & intumeſcit ipſe figuris veritatis.

CAP. 4.

QVI vniuerſum legis cultum exteriorem non ſenſu tenus aſpicit, ſed facultatibus intellectus vnumquodque ſignum viſibile perpendit, latens in vnoquoque Verbum Deum perfectum ediſcēs, in lege Deum reperit, probè palpans viribus intellectus, tanquam in ſilua fertili ſtatutorum legalium, ſicubi nanciſci queat in carne legis abſconditum, qui ſenſum prorſus fugit, vnionem, hic eſt Verbum.

CAP. 5.

QVI naturam rerum oculis ſubiectarum non ſolo ſenſu deſcribit, ſed rationem quæ in vnaquaque eſt creatura, ſapienter animo ſcrutatur; Deum inuenit, ex magnificentia quæ produxit res exiſtentes ipſarum cauſam edoctus.

CAP. 6.

CVM igitur palpantis proprium ſit, diſcernere; qui ſymbola legis doctè percurrit, & conſpicuam rerum naturam ſcitè contemplatur, diſtinguens ſcripturā, creaturam, & ſeipſum: ſcripturam quidem, in literam & ſpiritum: creaturam, in rationē & ſuperficiem, ſeipſum autem, in mentem & ſenſum: & ſcripturæ quidem ſpiritum, creaturæ verò rationem, ſui autem ipſius mentem accipiens, vnierit inuicem vinculo indiſſolubili, nactus eſt Deum: vt qui quemadmodum oportet, & quoad fieri poteſt, cognoſcat Deum, qui comprehendi ſolet mente, ratione, ac ſpiritu: atque liberatus eſt ab omnibus quæ ſeducunt, & in ſententias infinitas diſtrahūt: dico autem à litera, ſuperficie, & ſenſu, in quibus varia eſt quantitas & vnitati contraria. Si quis verò literam legis, rerum viſibilium ſuperficiem, ac proprium ſenſum implicans, inuicem permiſcere velit, cæcus eſt, viam manu tentans, & ignorans rerum cauſam, delirat.

CAP. 7.

D. Paulus ſummus Apoſtolus. Heb. 11. a. Fidei definitio.

DIVINVS & ſummus Apoſtolus definiēs quid ſit fides, ait; Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. Si quis etiam definiat illam eſſe bonū internum, aut ſciētiam veram, arcanorum bonorum demonſtratiuam, non aberrauerit à veritate.

CAP. 8.

FIDES eſt facultas coniunctiua, ſiue habitudo effectrix ſupernaturalis immediatæ perfectæque vnionis ipſius credentis erga Deum cui creditur.

CAP. 9.

Lex Carnis, & Spiritus, Rom. 7.c.

QVANDO igitur homo conſtat ex anima & corpore, duabus agitur legibus, carnis, inquam, & ſpiritus. Ac lex quidem carnis, in ſenſu: lex autem ſpiritus, in animo ſitam vim habet. Itaque lex carnis per ſenſum operans, materiæ conſentire nata eſt: lex autem ſpiritus, quæ peragit in animo ſuam operationem, immediatam cum Deo vnionem efficit: iuſta de cauſa qui non eſt diſcretus in corde ſuo; hoc eſt, qui animo non diſcreuit ſiue diuiſit immediatam quæ per fidem erga Deum nata eſt vnionē, quaſi vacuus affectionibus, imò verò per vnionem fidei Deus iam effectus, dicet huic monti; Tranſi, & tranſibit: euidenter hoc dictu declarans, prudentiam & legem carnis eſſe re vera grauē nec facilè mobilē, & quoad facultatem naturalem, prorſus immobilem & inconcuſſam.

Matt. 17.c.

CAP. 10.

TAM altè facultas irrationalis per ſenſum radices in natura fixit humana, vt plerique hominē nihil aliud eſſe arbitrentur, quàm carnem prędità ſenſu ſeu potentia fruendi præſenti vita.

CAP. 11.

Mar. 9.d.

OMNIA (inquit) ſunt poſſibilia credenti, & nō diſcreto: hoc eſt; non ſeparato ab vnione animi quam habet per fidem erga Deū, propter habitudinē animę ſecundū ſenſum erga corpus. Quæcūque alienant animum à Mundo & carne, illa Deo

proximum reddunt, nempe in tectis ſtudiis conſummatum. Hoc enim ſubaudiendum eſt in illo, Omnia ſunt poſſibilia credenti.

CAP. 12.

Fidei definitio.

FINES eſt ſcientia quæ demonſtrari nequit. Quod ſi eſt ſcientia demonſtrationis expers, proculdubio fides eſt habitus ſupra naturã: per quã modo incognito & non demonſtrabili vnimur Deo, vnione intellectum ſuperante.

CAP. 13.

MENS immediatam erga Deum vnionem adepta, totis viribus in id incumbit, vt intelligat & intelligatur. Itaque cùm illa vnione ſoluta quippiam inferius Deo intelligere cœperit, diſcreta eſt: vt quæ diuiſit vnionem ſuperantem intellectum, qua, quandiu cohæret Deo, vincit quodam modo naturã, & participatione Deus effecta, ſuæ ipſius naturæ legem veluti montem immobilem transfert.

Mar. 17. c. 21. b

CAP. 14.

QVI introducitur ad pietatem, & in operibus iuſtitiæ inſtruitur, operationem duntaxat cũ omni obedientia & fide perficit, virtutum ſuperficiẽ comedens vt carnes, nempe moralem inſtitutionem: cauſas autem præceptorum, in quibus ſita eſt perfectorum ſcientia, per fidem Deo concedit, vt qui modò prouehi nequeat ad tantam ſcientiæ profunditatem.

CAP. 15.

PERFECTVS, qui non eorum modò qui introducuntur, ſed etiam proficientium ordinem decucurrit, non ignorat rationes eorum quæ iuxta pręcepta peragit: ſed cum eas in primis ſpiritu deuorauerit, omnem virtutum carnem operibus exedit, extollens motum eorum quæ ſenſu perficiuntur, ad ſcientiam intellectus.

CAP. 16.

DOMINVS inquit; Quærite primùm regnum Dei & iuſtitiam eius: hoc eſt; ante omnia cognitionem veritatis, deinde conuenientium morum exercitium: apertè docuit, credentes de ſola cognitione diuina ſolicitos eſſe debere; & quæ illã exornat, per opera, virtute.

Matth. 6. d

CAP. 17.

CVM ſint multa quæ credentes ad cognitionẽ Dei & virtutis inquirunt, ab affectionibus liberatio, tolerantia tentationum, ſermones qui de virtutibus habentur, mores in operando, affectionis animæ erga carnem exemptio, habitudinis ipſius ſenſus erga ſenſilia abalienatio, integra mentis ab omnibus creaturis ſeparatio, & vt ſimpliciter dicam, infinita alia ſint quæ faciunt ad abdicationẽ vitij & ignorantiæ: ad promotionem autem ſcientiæ & virtutis, meritò Dominus inquit; Quæcunque credentes petieritis, accipietis: quæcumque; ſimpliciter, aſſerens pios ea ſola quæ faciũt ad cognitionem Dei & virtutem cum ſcientia & fide, quærere & expoſtulare debere. Cuncta enim hæc proſunt, & planè largitur ea Dominus petẽtibus.

Mat. 21. b

CAP. 18.

Cur Orantes nõ exoramus.

IGITVR qui propter ſolam fidem, hoc eſt, ob immediatam erga Deum vnionem, omnia quęrit quę ad vnionem pertinent, proculdubio aſſequetur: qui verò citra hanc cauſam, etiam ſi alia petat, vel ea ipſa quę antè dicta ſunt, non eſt accepturus: quia non credit, ſed velut infidelis ex diuinis procurat gloriam propriam.

CAP. 19.

QVI animo per peccatum corrupto Mundus eſto, corruptionem eorum quę natúra corrúpere ſolent, corrumpit. Quia voluntas incorrupta, prouidentia quadam, per gratiam Spiritus exiſtẽtem in ea, illęſam conſeruare ſolet naturę corruptionem, nec permittit eam qualitatibus contrarijs corrumpi.

CAP. 20.

Natura gratia non eadem ratio.

CVM naturę & gratię non ſit vna eadémque ratio, non eſt ambigendum, quo pacto quidam ſanctorum affectiones aliquando ſuperabant; quandoque verò ſuccumbebant potius affectionibus: cum ſciamus, miraculum ad gratiam pertinere, affectionem autem ad naturam.

CAP. 21.

QVI per imitationem, tenet memorià ſanctorum conuerſationem, affectionum quidem mortalitatem deponit, virtutum autem vitam ſuſcipit.

CAP. 22.

Dei Prouidentia.

DEVS, qui cuiuſque vitam ante ſecula definiuit; quo pacto libuerit, ad proprium vitę finem vnumquenque deducit, ſiue iuſtum ſiue iniuſtum.

CAP. 23.

Act. 27. & 28.

TENEBROSAM illam tempeſtatem, quę beato Paulo obtigit, conijcio grauitatem eſſe violentarum tentationum. Inſulam autem, firmum & inconcuſſum habitum ſpei diuinę. Pyram verò, habitum ſcientię. Sarmenta autem, rerum viſibilium naturam, quam volutabat manu, nempe facultate animi per contemplationem cõtrectante, fouens meditationibus inde naſcentibus ſcientię habitum, qui curabat impreſſam animo triſtitiam, è tentationibus tempeſtatis contractam. Viperam autem, per recõditam in natura rerum ſenſilium prauam ac pernicioſam facultatem: Quę mordebat quidem manum, hoc eſt ſpeculationis vim intellectu palpatricem; at non lęſit perſpicacem animum, qui lumine ſcientiæ velut igne mox interemit vim illam exitialem adhærentem actiuo motui animi ex inſpectione rerum ſenſiliũ.

CAP. 24.

2. Cor. 3. d

APOSTOLVS erat odor vitæ in vitam, quia ſuo ipſius exemplo componebat fideles, vt per operationem ad bonum virtutis odorem mouerentur: aut veluti præco verbo gratiæ obtemperantes à vita ſenſibili traducebat ad vitam ſpiritalem. Odor autem mortis in mortẽ, ijs qui à morte ignorantiæ impellebantur ad mortem incredulitatis: quibus inurebat ſenſum manentis illos cõdemnationis. Vel rurſum; odor vitæ in vitam, his qui ab operatione deducuntur ad contemplationem: Odor verò mortis in mortem, illis qui ab interfectione membrorum terrenorum, per peccati ſocordiam orta, tranſeunt ad eum quem tantopere probarunt, cognitionum affectibus deditarum & imaginationum interitum.

CAP. 25.

Tres ſunt Animæ facultates.

TRES ſunt animæ facultates, ratio, ira, & cupiditas. Ratione quidem, inquirimus: cupiditate, appetimus, quod quæſitum eſt, bonum: ira verò, pro eo decertamus. Qui ergo quantum ad haſce facultates, Deum diligentes perſeuerant in verbo diuino virtutis & ſcientiæ, illa quidem facultate, quærentes: altera, expetentes: alia verò, decertan-

tes:

tes: eſcam incorruptibilem accipiunt & cognitionem rerum, obeſum reddentes animum.

CAP. 26.

NATVRAM donata ſibi ſcientia vacuam, Verbum Dei factum homo, denuò ſcientia repleuit, eámque firmam & immutabilem effectam non natura, ſed qualitate deificauit, perpetuò ſignans illam charactere ſui Spiritus: quemadmodũ aqua cum vini qualitati permiſcetur, vt ſolidior euadat. Hanc enim ob cauſam re vera factus eſt homo, vt nos per gratiam Deos conſtitueret.

CAP. 27.

Arbitrij libertas.

DEVS cum naturam humanam conderet, cum voluntate dedit illi vt eſſet; cui etiam largitus eſt facultatem eorum quæ decebant effectricem, facultatem dico, motum ad exequendas virtutes, in naturam ſubſtantialiter reſpertum: quoad intellectum autem, pro viſu relucentem ad voluntatem poſſidentis. B

CAP. 28.

NATVRALE iudicium habemus, legem naturæ, quæ docet nos ante omnia [illegible], debere noſtrum moueri deſiderium, ad placandum Deum conditorem omnium.

CAP. 29.

Ioh. 4. a.

PVTEVS Iacob, eſt ſcriptura: aqua verò, eſt ſcientia ſcripturæ: profunditas autem, obſcurè dictorum ſcripturæ, interpretatu difficilis poſitio. C At ſitula, eſt quæ per literas diuini verbi habetur diſciplina. Quam Dominus non habebat, cùm ſit per ſe Verbum, qui præbet credentibus, non eam quæ diſcendo & exercitatione comparatur, ſcientiam: ſed confert dignis e ſpiritali gratia perpetuò fluentem & quæ nunquam deſinit ſapientiam. Nam ſitula; hoc eſt, diſciplina; cùm partem aliquantulam ſcientiæ fuerit adepta reliquũ omne prætermittit, vtpote quod nullo ſermone comprehendatur. Scientia verò quæ datur per gratiam, vniuerſam continet (ac citra exercitationem) quæ hominibus obuenire poſſit, ſapientiá, pro neceſſitatibus variè ſcaturientem. D

CAP. 30.

Lignum vitæ & lignum ſcientiæ differunt. Gen. 2. b.

LIGNVM vitæ, & illud quod non eſt eiuſmodi magnam & indicibilem habent differentiam, vel ex eo ſolo, quod illud quidem lignum vitæ appellatum eſt: hoc autem, non vitæ, ſed duntaxat ſcientiæ boni & mali. Nam lignum vitæ, eſt omnino vitæ productiuum: lignum autem quod non eſt vitæ, proculdubio eſt efficiens mortis. Quod enim non eſt effectiuum vitæ, eo quod non eſt vocatum lignum vitæ, manifeſtè gignit mortem. quia nihil aliud vitæ per contrarietatem ex diuiſione correſpondet.

CAP. 31. E

LIGNVM vitę, quod etiam eſt vt ſapiẽtia, plurimũ diſcrepat à ligno ſciẽtię boni & mali; quod non eſt, nec appellatum eſt ſapientia. Siquidem ſapientię proprium eſt mens atque ratio. Proprium autem illius habitus qui contrariè opponitur ſapientię, eſt irrationalitas & ſenſus.

CAP. 32.

CVM homo [illegible] ſit, conſtans ex anima intellectiua & corpore [illegible], eſto ſecundum vnam notionem lignum vitę, mens ipſius animę, in qua ſita eſt vis ſapientię: lignum verò ſcientię boni & mali, ipſius corporis ſenſus, cui manife- A ſtè motus ineſt irrationalis, à cuius contactu ipſa experientia atque effectu homo, cum accepiſſet mandatum diuinum, non ſibi temperauit.

CAP. 33.

VTRVMQVE lignum, nempe mens & ſenſus, ex ſcriptura quędam poſſunt diſcernere: verbi gratia, mens quidem vim habet actiuam in ea quę ſub intellectum cadunt & ſenſum, ſiue momentanea ſint ſiue externa: imò, cum ipſa ſit facultas animę diſcretiua, ſuadet ei hęc eſſe amplectenda, illa verò repudianda. Senſus autem habet vim diſcernendi voluptatem corporum ac dolorem: aut potius, cum ipſe ſit vis animatorum & ſenſilium corporum, ſuadet oblectationem amplecti, B dolorem autem expellere.

CAP. 34.

Edere lignum ſcientiæ, quid ſit.

SI homo tranſgrediens mandatum diuinum circa ſolam ſenſitiuam corporum diſcretionem verſetur, quę conſiſtit in voluptate & dolore, edit lignum ſcientię boni & mali; hoc eſt; ſolo ſenſu irrationali pręditus eſt, vtpote promouente corpora diſcretione, qua voluptatem vt bonum cõplectitur dolorem vt malum fugit. Sin in ſola diſcretione intellectiua, quę temporanea diſcernit ab ęternis, omnem operam collocet, obſeruans mandatum Dei, edit lignum vitę, mentem dico, quę eſt ſubſiſtens ſapientia, ſolam habens C diſcretionem ędificatiuam animę: cuius beneficio ęternorum gloriam amplectitur, vt bonum: A falſe verò momentaneorum abſtinet, tanquam à malo.

Eſus ligni vitæ.

CAP. 35.

ANIMI quidem bonum, eſt erga ſpiritum affectionibus vacua diſpoſitio: malum autem, habitudo erga ſenſum affecta. Senſus verò bonum, eſt motus voluptate affectus erga corpus: malum autem, eſt affectio quę ex illius priuatione oritur.

CAP. 36.

QVI ſuadet conſcientię, quod peſſimum eſt, dum agitur, perinde ſe habere vt id quod natúra bonum eſt; ille manús inſtar extendens quod ſub D actionem cadit, cum vituperio de ligno vitę ſumpſit: qui exiſtimauit eſſe immortale, quod natúra peſſimum eſt. Quapropter cum Deus humanę conſcientię natúra indidiſſet vituperationem eius quod malum eſt, hominem volũtate factum malum, à vita ſegregauit: ne committens malum, ſuę conſciẽtię perſuadere poſſit, quod peſſimum eſt, eſſe natúra bonum.

CAP. 37.

Vitis comparatio ad verbum Dei.

VITIS gignit vinum, vinum ebrietatem, ebrietas [illegible] alienationem. Sermo igitur efficax, qui eſt vitis, virtutibus excultus, producit cognitionem: cognitio verò parit honeſtam mentis alie- E nationem, quę ab habitudine erga ſenſum abalienat animum.

CAP. 38.

COGITATIONIBVS rerum ſenſilium conſueuit ille nequam verſutè immittere formas illarum & figuras: vnde ſolet affectiones fabricare circa ſuperficiem eorum quę ſubiacent oculis, vi noſtra rationali quieſcente, ob intermedium ſenſum tranſitus eorum quę cadunt ſub intellectum. Propterea nititur etiam animam obſidere & in confuſionem affectionum detrudere.

CAP. 39.

VERBVM Dei eſt lucerna pariter & lumen, ac velut illuminans cogitationes fidelium naturę

conſentaneas;& adurens eas quę ſunt pręter naturam, diſſoluit quodam modo ſenſibilis vitę tenebras ijs qui per mandata ad ſpetatam vitam excitantur: & plectit incendio iudicij illos qui carnis amore caliginoſam hanc vitę noctem amplectuntur ex animo.

CAP. 40.

NISI quis antea fuerit ad ſeipſum redactus, inquit, abiectis affectionibus quę ſunt pręter naturam, non reducetur ad ſui cauſam propriam, videlicet ad Deum, per incrementum ex gratia bonorum ſupernaturalium. Nam animo ſegregari oportet eum à rebus creatis, qui verè conducitur ad Deum. CAP. 41.

Triplicis legis perfectio. SCRIPTÆ quidem legis opus, eſt affectionibus liberatum eſſe. Legis autem naturalis, eſt omnibus hominibus ex ęquabilitate legis parem exhibere honorem. At legis ſpiritalis perfectio, eſt quantum homini datur, Deo quamſimillimum fieri. CAP. 42.

FACVLTAS legis, eſt natura capax cognitionis tam corporum quàm incorporeorum; ſanctę verò Trinitatis ex ſola gratia recipit indicia quędam: quia credit duntaxat, verùm nullatenus ſecundum ſubſtantiam eſt contumax, veluti infelix animus. Qui enim cognitionis expers eſt, proſſus ignorat modum per virtutem abſtergendi vitium. CAP. 43.

QVI diligit mendacium, traditur illi ad interitum, vt patiendo cognoſcat, in quo volens lapſus eſt verbo, & experientia diſcat, inſcium ſe pro vita fouiſſe mortem.

CAP. 44.

DEVS ſolam boni cognitionem habet: vt pote cum ſit ſecundum ſubſtantiam ipſius boni natura & ſcientia. Malum autem ignorat, quia nulla ſit apud eum illius facultas. Nam eorum ſubſtantialem habet notitiam, quorum naturalem habet facultatem. CAP. 45.

PECTVSCVLVM in Leuitico pręſtantiorem *Leuit.7.d.* & ſublimem ſpeculationem ſignificat: armus verò, actionem, ſeu habitum & operationem intellectualis partis, ſeu ſcientiam ac virtutem: quaſi ſcientia nullo medio adducat animum ad Deum, virtus autem per operationem auocet eũ ab omni creaturarum notitia. Hęc ſermo diuinus ſenſum addixit ſacerdotibus, quorum tota hęreditas eſt apud Deum, ita vt terrenum nihil omnino poſſideant. CAP. 46.

CVM hi qui ſpiritu planè conſummati ſunt in cognitione & virtute, & per verbum diſciplinæ reddant aliorum corda pietatis & fidei ſuſceptiua, eorúmque habitum & facultatem actiuam à ſtudiis corruptæ naturæ deditis abſtractam, ad incorruptibilia bona, quæ naturam ſuperant, exercenda transferant: meritò eorum quæ adducuntur ad ſacrificium diuinum, pectuſculum operiẽs, hoc eſt, cor: & armum, eorundem videlicet operationem ſermo diuinus præcepit dedicari ſacerdotibus. CAP. 47.

Videmus nunc per ſpeculum & in ænigmate. 1. Cor.13.d. VNIVERSA quæ hîc habetur iuſtitia, ſi cum futura conferatur, ſpeculi rationem obtinet, primitiuarum rerum imaginem, non autem ipſas res in ſpecie ſubſiſtentes continens. Omnis etiam cognitio rerum ſublimium quæ hîc haberi poteſt, collata cum futura, ænigma eſt, ſuperficiem ha-

A beus veritatis; at non ipſam ſubſiſtentem veritatem, quæ apparebit. CAP. 48.

QVONIAM res diuinæ virtute comprehenduntur & cognitione, ſpeculum demonſtrare ſolet exemplaria virtutum: ænigma quoque primitiua cognitionis exemplaria enarrat.

CAP. 49.

QVI per operationem gratus eſt Deo, profectò per ſpeculationem traducit animum in regionem eorum quæ mente cernuntur: ne per alicuius imaginationem ſenſu percipiat mortem in affectionibus latentem, incidens in illud, cuiuſmodi nullum planè ſibi occurrere cupiat.

B CAP. 50.

QVI puro fidei oculo futurorum bonorum intuetur elegantiam, libenter egredi paratus eſt è terra, cognitione, & domo paterna, relicta habitudine & affectione quam habet in carnem, ſenſum, & ſenſilia: naturámque tempore tentationis & certaminum ſuperans, cauſam naturæ præponit, vt magnus Abraham, ipſi Iſaac, Deum. *Gen.12.a. Gen.22.c.*

CAP. 51.

QVI ſtudet conſectari virtutem aut diuinorum eloquiorum meditationem, non gloriæ cauſa, nec occaſione auaritiæ, neque adulandi gratia, vt placeat & ſeſe oſtentet hominibus, ſed omnia
C propter Deum agit, dicit, & cogitat; hic ambulat in via veritatis & cognitione. Si quidem in ſemitis non rectis ſermo diuinus libenter inhabitare non conſueuit, etiamſi viam apud quoſdam præparatam reperiat.

CAP. 52.

IEIVNAT quiſpiam & abſtinet à victus ratione affectiones incendente, aliáque agit quæcunque conferre poſſunt ad fugandum vitium: ille viam, quæ dicitur, præparauit. Qui verò talibus dat operam moribus, vanæ glorię aut auaritiæ aut adulationis gratiæ, vel vt complaceat hominibus, aut alterius cuiuſdam cauſa, præterquàm vt Deo *Iſa.40.a.*
D gratus ſit, is non fecit ſemitas Dei rectas: & præparandæ viæ laborem pertulit; ſed in ſemitis ſuis Deum inamlubantem non habuit. *Mat.3. Mar.1. Luc.3.a.*

CAP. 53.

OMNIS vallis implebitur. Non ſimpliciter omnis, nec quorumcunque. Non enim eorum, qui non præparauerunt viam Domini, nec rectas fecerunt ſemitas eius. Quando igitur vallis; caro nempe vel anima eorum qui præparauerunt, vt dixi, viam Domini & rectas fecerunt ſemitas eius, impleta fuerit ſcientia & virtute, Deo in illis permandata obambulante, cuncti falſi nominis ſciẽtiæ, & vitioſi ſpiritus humiliantur, calcante illos & ſubiugante verbo Dei: quo deſtruitur imperiũ
E malignum, extollent ſe contra naturam humanã, ac velut magnitudo & ſublimitas montium collíumque effoditur, & ad implementum vallium reducitur. Quoniam abiectio affectionum quæ ſunt præter naturam, & virtutum naturæ conſentanearum comparatio, replet animam inſtar vallis humiliatam, & montis in morem eleuatam ſpirituum malignorum potentiam humiliat. *Eſa.40.a. Luc.3.b.*

CAP. 54.

ASPERA, hoc eſt violentarum tentationum illationes, erunt in vias planas, cum maximè gaudens & lætabundus animus ſibi placuerit in infirmitatibus, afflictionibus, & anguſtiis, laboribus vi ſu-

vi ſuſceptis,ampntans omnem ſpontanearum affectionum potentiam. Aſpera enim appellauit, coactarum tentationum incurſiones,quæ per patientiam grato animo ſuſceptam recidunt in vias planas. A

Iſa. 40.a

CAP. 55.

Qvi veram expetit vitam,ſciens laborem omnem,ſiue ſpontaneus ſit ſiue præter voluntatem, fieri mortē voluptaris,quæ mortis mater eſt, vtiles omnes violentarum tentationum illationes gaudens grato animo excipiet:tribulationes per patientiam efficiens vias faciles & planas,ipſum, in illis curſum diuinum piè peragentem, ad brauium ſupernæ vocationis nullo errore deducentes.Etenim mortis quidē mater eſt voluptas, voluptatis autem mors, eſt labor tum ſpontaneus, B tum præter voluntatem ſoſceptus.

Omnis labor, mors eſt voluptatis.

Voluptas eſt mortis mater.

CAP. 56.

Qvicvnqve igitur per temperantiam diſſoluerit volubilem illam ac perplexam voluptatē ſimul omnibus ſenſibilibus variè cōplicatam, fecit praua in directa. Et qui non peruium & aſperum afflictionum impetum patientia calcauerit, aſpera fecit in vias planas. Vnde videbit, vt ſcriptum eſt,ſalutare Dei, tanquam præmium virtututis, & laborum pro ea ſuſceptorum: nimirum qui bene & legitimè certauerit,voluptatem deſiderio virtutis deuicerit, amore ſcientiæ dolorem C calcauerit, & vtraque via ingenuè diuinis certaminibus excelluerit.

Iſa. 40.a

Iſa. 52.c
Luc. 3.b

CAP. 57.

Qvi amat virtutem, libenter fornacem voluptatum labefactat. Qui autem ſcientiæ veritatis conformem reddidit animum,amplectitur præter voluntatem obuenientes labores perpetuæ motionis,affectione tendentis,ad Deum.

CAP. 58.

Qvi difficultates ſpontanearum affectionum, mortis videlicet voluptaris, continentia caſtigat, & aſperas calamitates tentationum præter voluntatem euenientium,nempe doloris modos patiētia adæquat,& in vias planas conuertit, talis merito videbit ſalutare Dei, corde mundus effectus: D quo per virtutes & pias contemplationes Deum videt in fine certaminum,iuxta illud, Beati mūdo corde: quoniam ipſi Deum videbunt: pro laboribus virtutis nomine ſuſceptis, recipiens gratiam vacuitatis affectionum:qua nihil magis Deū aperit iis qui illam adepti ſunt.

Matt. 5.a

Affectionum vacuitas.

CAP. 59.

Pvteos appellat ſcriptura,corda ſuſceptiua cæleſtium chariſmatum ſcientiæ ſanctæ, ſolido verbo mandatorum exciſa: quæ delectabilem affectionum amorem & habitudinem naturalē erga ſenſilia auerſantur, tanquam occæcatione cordis: & plena ſunt ſpiritali ſurſum tendente ſcientia,quę & affectiones abſtergit ac viuificat,ēſtque E veluti virtutum alumna.

Putei, quid in ſcripturis myſtice ſignificet.

CAP. 60.

Dominvs fodit puteos in deſerto, dico autē in Mundo & natūra hominum, effodit corda eorum qui merentur,& expurgat à mole & prudentia materiali, dilatans ea ad ſuſcipiendas diuinas ſapientiæ & ſcientiæ pluuias:vnde potent iumenta Chriſti,eos dico, qui ob puſillitatē animi opus habent morali diſciplina.

Gen. 26.c

CAP. 61.

Loca montana vocat ſcriptura, ſublimem in ſpiritu contemplationem naturæ: quam excolūt, qui ab imaginationibus rerum ſenſilium deflectentes,ad intellectuales de iis ſermones per medias virtutes tranſeunt.

Loca montana quid myſtice ſignificēt in ſcripturis.

CAP. 62.

Qvandiv animus habuerit in ſeipſo Dei viuam memoriam, per contemplationem exquirit Dominum:ac non ſimpliciter, ſed in timore Domini,hoc eſt operando ſecundum præcepta. Qui enim citra operationem Dominum inquirit per contemplationem,non inuenit eū:quia non quæſiuit Dominum in timore Domini, nec dirèxit eū in via Dominus.Nam dirigit Dominus quemcūque cum ſcientia operantem, ac rationes mandatorum edocet, veróſque de rebus quæ extant, reuelat ſermones.

CAP. 63.

Svblimis de diuinitate ſermo, turris eſt quoad animam mādatorum obſeruatione munita.Et hoc eſt quod dicit, Quia ædificauit Ozias turres in Ieruſalem. Nam qui rectè dirigitur ad inquirendum per contemplationem Dominum, cū iniecto timore,hoc eſt cum operatione iuxta mādata,ædificat turres in Ieruſalem, per ſimplicem ſcilicet ac tranquillum animæ ſtatum extollēs de diuinitate ſermones.

2. Par. 26.b

CAP. 64.

Particvlares ſermones ſi ad vniuerſales accedunt, eorum quæ diuiſa erant, vniones efficiunt. Quamobrem qui ſunt vniuerſaliores, vniendo complectuntur eos qui ſunt magis particulares:vt quæ particularia ſunt, ad vniuerſalia naturalem habeant relationem. Quinetiam habita relatione mentis ad ſenſum,cæli ad terram, ſenſiliū ad intellectualia,naturæ ad rationem,quędam eſt in ſpiritu ratio,quæ iſta cōtinet, donans illis mutuam vnionem.

CAP. 65.

Qvi potuit ſubmouere ſenſus ab affectibus, & ſeparauit animam ab habitudine ſenſuum, potuit vtique demoliri aditum diaboli per medios ſenſus in animum. Et ob id in deſerto, dico verò in ſpeculatione naturali,pias de creaturis opiniones,quaſi turres munitas ædificauit: ad quas qui confugit, non extimeſcit dæmones in hac ſolitudine,hoc eſt rerum viſibilium natura, latrocinia exercentes:qui per ſenſum ſeducunt animum, & ad ignorantiæ tenebras detrudunt. Qui enim religioſam circa vnumquodque obtinet opinionē, non metuit dæmones, qui per ea quæ ſubiacent oculis, fallunt homines.

2. Par. 26.d

CAP. 66.

Omnis ſpeculatione pollēs animus, eſt verus agricola,conſeruans ſtudio & diligentia ſua diuina bonorum ſemina à zizaniis pura, quandiu ſui conſeruatricem habet Dei memoriam. Inquit enim; Et erat inquirens Dominum in diebus Zachariæ,in timore Domini. Porrò ſermo diuinus ſcit,Zachariam,ſi transferatur in vocem Græcam, eſſe memoriam Dei.Quare deprecemur Dominū ſemper,vt conſeruetur nobis ſalutaris eius memoria:ne vel hoc ipſum quod proſperè ſuccedit, elatam in ſublime,& quæ ſupra naturam ſunt, audētem,more Oziæ,corrumpat animam.

2. Paral. 26.a

CAP. 67.

Firma rerum contemplatio liberatam affectionibus requirit animā,quæ Ieruſalem dicitur, tum propter integram virtutē, tum ob expertem materiæ ſcientiā:quæ non ſolùm per abdicationē

Hieruſalē quid myſtice ſignificet.

Appendix.

affectionum, ſed imaginationum etiam ſenſibiliũ exoritur.

CAP. 68.

Fidei, Spei, & Charitatis eſt effectus in amante Deum Anima.

SINE fide, ſpe, & charitate nec quod vitioſum eſt prorſus euacuatur, nec quod bonum eſt, feliciter omnino ſuccedit. Nam fides ſuadet animo qui oppugnatur, ad Deum confugere; affertque illi ſolatium totius apparatus armorum corporeorũ, vt confidenter agat. Spes autem conſtituitur apud illum, auxilij diuini minimè fallens expromiſſor: quæ pollicetur poteſtatum aduerſariarum internecionem. At verò charitas reddit illum, etiamſi oppugnetur, nõ facilè mobilem, imò prorſus immobilem à dilectione diuina, affigens deſiderio diuino vim omnem affectus illius.

CAP. 69.

FIDES ſolatur animum qui oppugnatur, auxilij ſpe roboratum. Spes autem in conſpectũ producit opem, de qua concepta erat fiducia, & repellit aduerſariorum incurſionem. Charitas verò amanti Deum animo extinguit hoſtium impetũ, deſiderio diuino penitus exterminatum.

CAP. 70.

Fides eſt prima Dei reſurrectio in nobis.

PRIMVS & vnicus diuinæ, re vera, participationis, nempe ſcientiæ veræ, filius; eſt ſermo diuinæ quæ in nobis eſt reſurrectionis, per fidem, cũ decenti diſpenſatione intellectus, videlicet diſcretione, ſtrenuè ſuperans inſultus tam ſpontaneatũ quàm violentarum tentationum. Etenim prima in nobis reſurrectio Dei, per ignorantiam à nobis enecati, eſt fides per opera mandatorum rectè gubernata.

CAP. 71.

† λόγον, Mentem.

CONVERSIO ad Deum, per ſeipſam indicat apertè † animum ſpe diuina pleniſſimũ: ſine quo nullatenus quiſquam inclinare ſolet in Deum. Siquidem proprium eſt ſpei, futura ſubijcere oculis tanquam præſentia, ac perſuadere, nuſquam abeſſe ab ijs qui oppugnantur ab aduerſaria poteſtate, Deum propugnatorẽ; pro quo & propter quem ſancti bello petuntur: quia nunquam euenire ſolet, vt citra facilem aut difficilem expectationem quiſpiam conuertatur ad Deum.

CAP. 72.

RE vera nihil perinde conciliat inter ſe diſſidẽtes, vnúmque gignit illis animum cõſpirante beneuolẽtia deuinctum, vt charitas: cuius character eſt æqualis dignitatis decus. Igitur cauſa efficiens vt facultates animales, hoc eſt rationalis, iraſcendi, & concupiſcendi conueniant & vniantur ſimul circa res diuinas, eſt dilectio: qua hi qui parem à Deo tam per gratiam adepti ſunt honorem, deſcribentes in memoria diuinæ pulchritudinis ornamentum conſeruant indelebile, anima vice monimenti deſcribente & inſculpente in præcipua ſui parte intemeratum illum decorem, diuinæ dilectionis affectum.

CAP. 73.

Trium diuinæ facultatum concurſus ad virtutis cõſtitutionẽ.

MENS omnis diuino robore accincta, veluti ſeniores quoſdam ac duces habet, facultatem rationalem, ex qua ſolet oriri fides cognoſcendi perita, per quam ſecreta ratione docetur Deum ſemper eſſe præſentem, & per ſpem adhæret futuris vt præſentibus. Item appetendi facultatem, ex qua diuina conſtat dilectio, per quam affixum ſpontè deſiderio intemeratæ deitatis habet affectum indiſſolubilem ab eo quod expetit. Inſuper & iraſcendi facultatem, qua mordicùs amplectitur pacem diuinam, aſtringẽs cupiditatis motũ in amorem diuinum. Has autem ipſas facultates habet mens omnis ſibi cooperantes tum ad auferendũ vitium, tum ad ſtatuendam virtutem atque cõſeruandam.

CAP. 74.

Pacis definitio.

SINE vi rationali nõ eſt docta cognitio, & abſque cognitione non conſiſtit fides, vnde germen pulchrum ſpes emanat, per quam fidelis adhæret futuris perinde ac præſentibus. At citra facultatẽ appetendi non ſubſiſtit deſiderium, cuius finis eſt dilectio. Siquidem amare, cuiuſdam cupiditatis eſt proprium. Indem abſque iraſcendi potẽtia appetitum confirmante, vt cum eo quod delectat, vniatur, nequaquam pax oriri ſolet: ſi re vera pax eſt, imperturbata & plena eius quod gratiſſimum eſt poſſeſſio.

CAP. 75.

Animus qui ſenſibilibus immoratur, ſit affectionũ immundarum opifex.

QVI non antea fuerit expurgatus ab affectionibus, ſpeculationem naturalẽ minimè debet attingere, propter imagines rerum ſenſiliũ, quæ formare poſſunt affectionem in animo non plenè affectionibus liberato. Animus enim qui per imaginationem ſenſu immoratur in ſuperficiebus rerũ ſenſilium, affectionum immũdarum fit opifex, qui per contemplationem ad germana ſibi intellectualia tranſire nequit.

CAP. 76.

QVI dum inſurgerẽt affectiones, fortiter clauſit ſenſus, & imaginationem ac memoriam ſenſilium prorſus expulit, motúſque naturales animi circa rerum externarum indagationem verſantes, planè coërcuit, auxilio diuino victoria potitus, pudore ſuffudit malignam & tyrannicam, quæ inſurrexit in illum, poteſtatem.

CAP. 77.

Habitus vitioſus vnde in Animo naſcatur.

CVM ratio amens euaſerit, ira effrenata, appetitus irrationalis, & ignoratio, tyrannis, laſciuia animam occupauerint; tunc habitus vitioſus efficax, variis ſenſuum voluptatibus implicitus, naſci ſolet.

CAP. 78.

Quid agẽdum in tẽtationibus.

QVANDO malignæ poteſtates irrumpũt, non debet animus, qui ſcitè nouit euitare inuolucra inuiſibilia, naturalem exercere ſpeculationẽ, nec aliud quippiam agere, niſi duntaxat precari, & laboribus corpus domare, ac omni ſtudio terrenam prudentiam ſubuertere, muróſque ciuitatis cuſtodire: dico autem virtutes protectrices animæ, ſiue ſemitas virtutum conſeruatrices, cõtinentiam inquam & patientiam: ne quo modo is qui ſolet animam abſorbere turbulenta ſubuerſione, cum deceperit per dextera, ſubreptum animum auocet à Deo, & per ea quæ exiſtimantur bona, ad deteriora ſubducat intellectum, alioqui quæ tentem quæ recta ſunt.

CAP. 79.

Via Dæmonis in Animam irrumpentis.

QVI conſiderata & coërcente continentia & patientia ſtrenuè ſenſus ſubduxerit, ac viribus animæ ſenſibilium imaginum aditum ad animũ circumuallauerit, nullo negocio malignas diaboli machinas delet, ſubuertens eum cum pudore à via qua venit. Porrò via qua ſolet accedere diabolus, ſunt res materiales, quæ facere videntur ad coagmentationem corporis.

CAP. 80.

INTELLECTVS qui ſecundum naturam ratione media ſibiipſi ſenſum accommodat, veram quæ naſcitur ex naturali ſpeculatione, carpit ſcientiam.

CAP. 81.

FONTES ſunt extra vrbē, quos obſtruxit Ezechias; hoc eſt, vniuerſa ſenſilia animæ. Horum autem fontium aquæ, ſunt ipſorum ſenſilium notitiæ. Porrò fluuius per medium diſtinguens ciuitatem, eſt cognitio quæ per naturalem ſpeculationē ex notionibus ſenſilium colligitur, tranſiens per mediam animam, velut confinis inter ſenſum & intellectum. Cognitio enim ſenſilium à facultate intellectiua non eſt omnino aliena, neque in ſolidum tribuitur ſenſitiuæ facultati: ſed veluti mediatrix quædam connexionis ipſius intellectus cum ſenſu, & ſenſus cum intellectu, per ſeipſam efficit illorum mutuam propinquitatem: in ſenſu quidem ſecūdum ſpeciem formata figuris rerum ſenſilium, in intellectu autem figurarū typos trāsferens ad cogitationes. Quamobrem fluuius mediam diuidens ciuitatem, appellatus eſt meritò, cognitio eorum quæ ſubiacent oculis quaſi inter extrema confinis; dico autem inter ſenſum & intellectum.

2. Par. 32. a — *Ibid.* — *Abyous.*

CAP. 82.

QVI, dum inſurgunt tentationes, abſtinet à ſpeculatione naturali, & collecto ab omnibus rebus animo tam in ſeipſum quàm erga Deum preces amplectitur, habitum auctorē vitij interimit, & auertit cum pudore diabolum, prædictum habitum ſuggerentem: quo fretus cum arrogantia ille acceſſit ad animam, ſuperbis cogitationibus elatus, aduerſus veritatem. Quod quidē cùm foriè cognouiſſet, pertuliſſet, ac feciſſet magnus ille Dauid, qui ex omnibus maximè bellorum intellectualium aciem expertus erat: Dum cōſiſteret, inquit, peccator aduerſum me, obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Et poſt hunc diuinus Ieremias præcipiens populo, ne egrederetur ciuitatem propter circùm imminentem gladium hoſtium.

Orationis in tentationibus

CAP. 83.

IGITVR & beatus Abel ſi obſeruaſſet quidem, & cum Cain non exiſſet in cāpum; hoc eſt, in latitudinem ſpeculationis naturalis, ante exutas affectiones, nunquam inſurgens illum dolo interfeciſſet lex carnis, quæ & eſt & vocatur Cain, & ante perfectum habitum comparatum, propoſitis lepidis per rerum ſpeculationem clàm irrepſit.

Gen. 4. a

CAP. 84.

ITIDEM etiam Dina ſummi Iacob filia, ſi non exiſſet cum filiabus indigenarum, hoc eſt imaginationibus ſenſitiuis, nequaquam Sichem filius Emor inſurgens humiliaſſet illam.

Gen. 34. a

CAP. 85.

BONVM eſt, nos antè quam perfectum habitū adepti ſimus, nō attingere ſpeculationem naturalem: ne dum indagamus rationes ſpiritales ex viſibilibus creaturis, affectiones inſcij colligamus. Plus enim apud imperfectos figuræ eminentes rerum oculis ſubiectarum poſſunt in ſenſum, quàm rationes ſub figuris rerum creatarum latentes, in animam. Cæterùm qui literæ ſoli alligant intellectum, more Iudaico, in hoc ſeculo ſuſcipiunt promiſſiones intemeratorum bonorum, ignari quæ ſecundum naturam ſint animæ bona.

CAP. 86.

QVI geſtat imaginem cæleſtis hominis, feſtinat vt per omnia ſpiritu ſequatur ſanctam ſcripturam: in quo per virtutem & cognitionem conſiſtit animæ conſeruatio. Qui verò portat imaginē terreni, nudam literam ſectatur: vnde naſcitur cultus per ſenſum inſeruiens corpori, qui producit affectiones.

1. Cor. 15. f

CAP. 87.

POTENTIA Dei, eſt virtus illa quæ tollit affectiones, & pias cogitationes conſeruat: quam gignit executio mandatorum, per quā malignas poteſtates bono aduerſantes, cooperante Deo, imò verò potius ſola Dei virtute fundimus. At celſitudo Dei, eſt cognitio veritatis: quam parat labor in contemplandis creaturis adhibitus, ac ſudores in exercendis virtutibus prouenientes, qui ſunt patres laboris. Vnde vim mendacij repugnantem veritati funditus delemus, omnem ſublimitatem malignorum ſpirituum extollentiū ſe aduerſus ſcientiam Dei humiliantes ac deſtruentes. Qua enim ratione operatio procreat virtutem, ita ſpeculatio ſcientiam.

CAP. 88.

SCIENTIA indelebilis habens in definitū animę motum ſuperantem intelligentiam circa diuinum numen infinitum, ex illa incertitudine ſuperinfinitam effingit opinionem veritatis. At ſapiētis ex prouidentia bonitatis vltronea imitatio, adfert honorem, qui eſt, quantum homini conceditur, valde clara diſpoſitæ mentis aſſimilatio cū Deo.

CAP. 89.

LINGVA indicium eſt facultatis animę cognitiuæ: guttur autem naturalis erga corpus amoris eſt argumentum. Qui ergo hæc inuicem ignominioſè copulat, nequit meminiſſe tranquilli ſecundum virtutem & ſcientiam habitus: cum delectetur confuſione, ſtudio in affectionibus corporeis collocatio.

CAP. 90.

NATVRALES appetitiones ac voluptates, quę dominis ignominiam nō adferunt, veluti neceſſariam conſecutionem naturalis deſiderij faciūt. Siquidem quilibet etiam cibus nos vel inuitos natura delectat, vtpote qui præcedentem ſolatur penuriam: & potus, tollens ſitis perturbationem: ſomnus, qui vigilijs exhauſtas vires recreat: & alia quæcunque naturaliter nobis adhærentia, quæ neceſſaria quidem ſunt ad tuendam naturam; ad cōparandam autem virtutē, ſtudioſis hominibus vtilia. Quæ quidem ſimul obueniūt omni animo fugienti confuſionē peccati, ne per ea maneat redactus in ſeruitutem obſcœnarum & quæ præter naturam nobis inſunt affectionum, non habentium in nobis aliam originem, quàm ex motione affectionum naturalium, quæ nobiſcum vnà cōmeare non ſolent ad immortalem & diuturnā vitam.

CAP. 91.

VERBA Dei nudè ſola pronunciatione emiſſa, non exaudiuntur, cum vocem proferentiū illa nō habeant, vtpote operationem. Sin per executionē mandatorum proferantur, tum dæmones habent huiuſmodi voci inſeruientes, tum homines promotione operum iuſtitiæ nullo negocio diuinum cordis templum ædificantes.

CAP. 92.

QVEMADMODVM Deus ſecundum ſubſtantiam non cadit ſub notitiam: ita nec verbum Dei notione noſtra comprehenditur. Nam ſermo ſcripturæ ſanctæ licet ratione literarum recipiat circunſcriptionem, ſimul deſinens cum temporibus textus quæ enarrantur: at ſpiritu quoad ſpeculationes rerum quæ pertractantur intellectu, penitus manet incircunſcriptus.

Deus ſecundum ſubſtantiā cognoſci non poteſt.

CAP. 93.

Nominū interpretatio ad ſcripturam intelligēdum neceſſaria.

Q V I ſcitè quoad animam, ſcripturam ſanctam A ſecundùm Chriſtum excipit, debet exerceri diligenter, & circa nominum interpretationem: vnde poteſt plenum aperire ſenſum eorum quæ ſcripta ſunt, ſiquidem ſolicitus eſt de exacto ſcripturæ intellectu: ac non ad corpus & terram referre celſitudinem ſpiritus, Iudæorum more, diuináſque & intemeratas bonorum animi promiſſiones ex corruptione prætereuntium circunſcribere.

CAP. 94.

Voti definitio.

S I C V T I votum eſt ſponſio proborum virorū, qui iuxta promiſſionem offeruntur Deo: ita probabili ratione perſpicuum eſt, deprecationem eſſe poſtulationem bonorum quæ hominibus ſuppe- B ditantur à Deo ad ſalutem, rependentem vicē bonæ primogeniorum affectionis. Clamor verò eſt acceſſio & incrementum morum operationi ſtudioſæ conſentaneorum, & doctorum ſpeculationi theorematum, tempore quo inſultant maligni dæmones: quem non minimè omnium Deus natúra exaudit, pro grandi voce acceptans eorū deſiderium, quibus eſt curæ virtus ac ſcientia.

CAP. 95.

Regnū Aſſyriorū figura tyrannidis diaboli.

P E R V E R S V M & exitiale diaboli regnum, per regnum Aſſyriorum figuratum, parato aduerſus virtutem & ſcientiam bello, innatis ſibi viribus C nititur animam interimere, irritans in primis cupiditatem ad appetenda quæ ſunt præter naturam, ſuadénſque anteferre ſenſibilia his quæ pertinent ad animum. Iram porrò excitat ad dimicandum pro re ſenſibili, quā elegit ſibi cupiditas. Partem verò rationalē docet excogitare modos voluptatum ſenſum oblectātium.

CAP. 96.

S V M M Æ bonitatis proprium eſt, non ſolùm diuinas & incorporeas intelligibilium ſubſtantias, arcanæ diuinæque gloriæ ſimulachra conſtituere, integram, quantum fas eſt, illarum habita ratione, ſuſcipientes incomprehenſam animo pulchritudinem inacceſſæ dignitatis: verùm etiam ipſis ſen- D ſilibus & ab intellectualibus ſubſtantiis longè diſtantibus, magnificētiæ ſuæ ſummitates immiſcere: quæ poſſunt humanum illis inſidentem animū ad Deum rectà traucere, ſupra viſibilia omnia collocatum: vt qui tendat ad ſummā beatitudinem.

CAP. 97.

A N I M V S omnis virtute ac ſcientia inſtructus, tanquam videlicet magnus Ezechias, ſortitus imperium Ieruſalem; hoc eſt, habitum nihil niſi pacem videntem, nempe ſtatum affectionibus quibuſcunque priuatum (ſiquidem Ieruſalem interpretatur, viſio pacis) omnem creaturam ſibi ſubditam habet: quæ plena formis, Deo quidem of- E fert per ipſam ſpiritales, quas habet, ſcientiæ notiones, velut donaria: ipſi verò muneris loco præbet inditos ſibi per legem naturæ mores ad virtutem idoneos, & vtroque modo benignè tractat eū qui poteſt vtrinque percelebris eſſe: dico autem animum ratione & vita, tam in agendo quàm in ſpeculando perfectum philoſophum.

CAP. 98.

Q V I operatione & ſpeculatione feliciter peruenit ad ſummam virtutem & ſcientiam, meritò extollitur ſupra omnes carnales & ignominioſas affectiones: per operationem ſitus ſupra ea quæ vocantur corpora naturalia, ea profectò dico quæ A generationi & corruptioni ſunt obnoxia: ac vt paucis dicā, ſupra omnes planè ſenſibiles ſpecies: per contemplationem, ſcientia penetrans cunctas illorum rationes: talis ad cognata ſibi diuina traduxit animum.

CAP. 99.

Q V I laboribus operationi deditis adeptus eſt, vt in affectionum vacuitate, tanquam in Ieruſalē habitet, & ab omni perturbatione peccati liberatus nihil aliud agit, loquitur, audit, aut cogitat, quàm pacem: cum per naturalem ſpeculationem rerum viſibilium aſſecutus fuerit naturam, efferentem Domino per ipſum, † notiones quas ha- †λόγους. B bet diuiniores tanquam donaria: ipſique velut regi leges ſuas vt munera exhibentem: ante oculos omnium gentium extollitur, collocatus videlicet per operationem ſupra omnes affectiones carnales: & per ſpeculationē, ſupra omnia corpora naturalia, & omnes ſpecies ſenſibiles: ſpiritales illorum rationes & modos penetrans.

CAP. 100.

Philoſophia actiua, & contemplatiua.

P H I L O S O P H I A actiua eum qui incumbit operationi, ſuperiorem reddit affectionibus. Contemplatio verò hominem pollentem ſcientia conſtituit ſupra ea quæ ſub aſpectum cadunt, tradu- C citque animum ad germana ſibi intelligibilia.

CENTVRIA TERTIA.

CAP. 1.

Cōtemplatio & Actio, ſunt Dei Thronus & ſcabellum.

Q V I C V M operatione cognoſcit, & cum cognitione operatur, thronus eſt ſcabellum Dei. Thronus quidem, ob cognoſcendi peritiam; ſcabellum autem, propter operationem. Porrò ſi quis humanum animum dicat eſſe cælū, ab omni quidem imaginatione materiali expurgatum, ac ſermonibus diuinis & ad intellectum pertinentibus incūbentem, aut potius exornatum, non mihi videtur D egreſſus limites veritatis.

Animus dici poteſt cælum intellectuale.

CAP. 2.

O M N I S philoſophus, videlicet etiam pius, virtute & cognitione, aut operatione ac ſpeculatione munitus, vbi viderit malignam poteſtatem per affectiones inſurgentem ſibi, ſicut Aſſyriorum rex inſurrexit in Ezechiam: vnicum habet auxilium ad mala diſſoluenda, Deum, quem ſibi propitium reddit clamore, non linguæ, ſed intenſione maiore virtutis & cognitionis: & ad ſocietatē pugnæ, imò potius ad ſalutem, ſuſcipit angelum, nempe † Verbū ſapiētia & cognitione præſtantius, quod †λόγο. quemcunque fortem, bellatorem, principem ac 4. Re. 19. f E imperatorem contetit in acie. Iſa. 37. f

CAP. 3.

I N N A T V M ſenſibile cunctis dominari ſolet affectionibus. Nam abſque vllo obiecto ad ſeipſum incitante facultates animæ per medium ſenſum, nunquam ſubſiſteret affectio, quia ſine re ſenſibili affectio non conſiſtit. Itaque ſine muliere non cōmittitur ſtuprum: & ſi non adſint cibi, non eſt vētris ingluuies: & ſi non extaret aurum, non eſſet auaritia. Quamobrem motum omnem virium noſtratum naturalium ad affectionem, ipſum ſenſibile moderatur: nempe dæmon, qui per ipſum irritat animam ad peccatum.

CAP. 4.

CAP. 4.

Τρίψις & τρῖψις. Tritionis, & contritionis diſcrimen.

† TRITIO delet effectum vitij: † contritio verò vel ipſam vitij cogitationem tollit. Tritio enim eſt ſolius operationis, quæ affectionum vi producitur, euacuatio. At contritio eſt etiam malignorum animi motuum plena deletio.

CAP. 5.

SENSIBILIA & intelligibilia, media ſunt inter Deum & hominem: quibus ſuperior euadit humanus animus, qui pergit ad Deum: ſenſibilibus quidem ipſo facto non inſeruiens, nec per ſpeculationé intelligibilibus vllo modo deuinctus.

CAP. 6.

CREATVRA homines impios accuſat; ſermonibus quidem quibus eſt prædita, ſuum ipſius Conditorem prædicans: per leges autem naturales, quas habet ſingulis in ſpeciebus, inſtruens hominem ad virtutem. Sermones igitur perſpiciuntur, ex ſolida cuiuſcunque ſpeciei cohærentia: leges autem declarantur, ex eadem per ſingulas ſpecies efficacia naturali. Quibus non adhærentes pro noſtra animi facultate, tum exiſtentium rerũ cauſam ignorauimus, tum omnibus quæ præter naturam ſunt affectionibus addicti fuimus.

CAP. 7.

Cur Deo donaria offerri præcipiat creatura, Ex. & a . . . requẽ . . .

A NOBIS offerri Deo donaria ſermo diuinus pręcipit, vt infinitam diuinæ bonitatis copiam repreſentet: dum ſuſcipit à nobis munera tanquam dona gratuita, noſtram prorſus reputans oblationem, quaſi nobis antea nihil contulerit: copioſam oſtendens & indicibilem eſſe Dei erga nos bonitatem, qui ſua à nobis ipſi oblata, tanquam noſtra ſint, excipit, & eorũ velut alienorum nomine debitum fatetur.

CAP. 8.

Creatura demõſtrat Conditorẽ ſuum, at non qualis ſit.

HOMO qui intelligit ſpiritales eorum quæ ſubiacent oculis rationes; inſtruitur, quendam eſſe eorum quæ videmus Conditorem: indiſcuſſam relinquens notitiam, qualis ſit, tanquam ad eam perueniri non poſſit. Conſpicua nanque creatura claram præbet notitiam, quòd ſit Conditor, at non qualis ſit.

CAP. 9.

Ira Dei definitio & causa.

IRA Dei, eſt eorum qui inſtruuntur, ſenſus moleſtus. Senſus autem moleſtus, eſt tribulationum violentarum illatio: qua ſæpenumero Deus animum ob virtutem & cognitionem intumeſcentẽ, adducit ad correctionem & humilitatem: donans, vt ipſe ſui explorator euadat, & infirmitatis propriæ teſtis: quam vt ſentit, ſtolidam cordis inflationem deponit.

CAP. 10.

IRA Domini eſt, quando chariſmata diuina ſuppeditari deſinunt. Quod quidem perutile eſt ad omnia, etiam ad animum ſublimen, ſuſpẽſum, & de bonis diuinitus ipſi collatis, vt de rebus à ſe præclarè geſtis gloriantem.

CAP. 11.

Philoſophia duplex.

OMNIS ſcientia pollens ac philoſophus animus, & Iudam habet & Ieruſalem: Iudam quidem veluti philoſophiam actiuam: Ieruſalem vero, vt ſpeculatiuam ſacrorum diſciplinam. Quando igitur amans Deum animus, beneficio gratiæ diuinę, necnon actiuæ ſpeculatiuæque philoſophiæ, repulſa omni poteſtate virtuti & ſcientiæ aduerſaria, planè ſe geſſerit impudenter erga potentiam qua vſus eſt contra ſpiritus malignos, & auctori victoriæ Deo cõgruam gratiarum actionẽ nõ re-

Appendix.

A tulerit, ſed elatus corde ſeipſum totius præclari facinoris cauſam exiſtimauerit: tũc, vt qui vices non rependerit Deo iuxta beneficiũ quo remunerauit eum, ille non ſuſtinet obuenientem ſibi excipit irã, qua deſeritur à Deo: ſed Iudas & Ieruſalẽ ingruũt; hoc eſt, actionis & contemplationis habitus, affectionibus obſcœnis, permittente Deo, confeſtim inſurgentibus aduerſus actionem, conſcientiam modo puram inquinantibus: falſis notionibus ſpeculationi rerum inuolutis, & cognitionis ſententiam, quæ tum recta erat, euertentibus. Siquidem ei qui propter actionem extollitur, affectionum ignominia imminet: illum autem qui de ſciẽtia ſuperbit, iuſtum iudicium circa contemplatio- B nem veritatis impingere permittit.

CAP. 12.

EX prouidentia proculdubiò definitio atque lex diuina ineſt rebus, quæ adhortatur eos qui rebus proſperis videntur immoderatiores, ad cõponendum animum erudiri debere per cõtraria, & vt cogitatio diuinæ potentiæ promouentis bona, ſit oppoſitorum experientia: ne ſi per prouidẽtiam concedatur, nos rebus ſecundis opinionem habere prorſus indelebilem, in affectum arrogantiæ Deo repugnantẽ delibamur, exiſtimantes poſſeſſionem virtutis ac ſcientiæ ex natura noſtram eſſe, & non comparari per gratiam: & ſic reperia- C mur vti bono ad procreationem mali: & quibus actionem apud nos & inconcuſſam eſſe diuinam cognitionem oportebat, per ea (quaſi non iuuẽt) illius ignoratione laborare.

CAP. 13.

Prouidentia definitio.

SCIMVS prouidentiam ea quæ ſunt continentem, eſſe definitionem ac legem diuina rebus inſitam: quæ iuſto iudicio per inopiam bonorum inſtruit eos ad gratitudinem animi, qui ob bonorũ copiam erga largitorem illius videbantur ingrati, deducens eos per contraria ad ſentiendũ & agnoſcendum qui ſuppeditat bona. Nam de virtute cõcepta opinio, niſi regatur, producere ſolet arrogã- D tiæ morbum, afferentem Deo repugnantem affectum.

CAP. 14.

QVI ſe putat aſſecutum eſſe virtutis finem, nequaquam poſthac quæret primitiuam bonorum cauſam, ſibiipſi ſoli adſcribens deſiderij facultatẽ, ipſum ſalutis terminum, dico autem Deum, à ſeipſo afficiens iniuria. Qui verò ſuam bonorum naturalem ſentit inopiam, non ceſſat cõuerſim ad eum currere, qui facultatem habet ſupplendi penuriam.

CAP. 15.

QVI modum virtutis infinitum cognoſcit, nũquam ſecundùm illam currere deſinit: ne ipſum E virtutis principium ac finem, Deum inquam, contumelia afficiat, in ſeipſo conſtituens deſiderij motum, & ignarus arbitretur ſe adeptum eſſe perfectionem, incurrens in illud vt excidat ab eo quod verè eſt, ad quod omnis ſtudioſi viri motus impellitur.

CAP. 16.

Deus ſuperbis iuſte naſcitur.

IRA iuſtè exercetur in animum alta de ſe ſapientem; hoc eſt derelictio, ſicuti dictũ eſt, vtpote permiſſio vt ipſe tam in operatione quàm in ſpeculatione perturbetur à dæmonibus: vt ſuæ naturalis imbecillitatis percipiat, ſenſum & agnitionem potentiæ gratiæque diuinæ protegentis illum, & ad omnia bona dirigentis: atque humilietur, omnino procul à ſeipſo abacta aliena &

prædter naturalem eueniente celſitudine, ne alia ita, videlicet ereptionis collatorem chariſmatum ingruat illi deiecto & largitorem bonorum ſentienti.

CAP. 17.

Ira diuina duplex ſpecies.

QVI per primam iræ ſpeciem, derelictionis videlicet, non eruditur vt deſcendat ad humilitatẽ, exiſtimans eam eſſe explorationis probæ magiſtram, aliam apertè recipit iram in ſe venientem, quæ chariſmatum efficaciam eripit illi, & vacuũ reddit illum potentia quæ illum modò protegebat. Auferam enim ſepem eius (inquit Deus loquens de Iſraële ingrato) & erit in direptionem. Diruam maceriam eius, & erit in conculcationẽ: deſeram vineam meam, & non putabitur neque fodietur. Aſcendent ſuper eam, vt ſuper terram incultam, ſpinæ: & nubibus mandabo, ne pluant ſuper eam.

Eſai. 5. b

CAP. 18.

Impietatis initiũ eſt, iram Dei nõ agnoſcere.

Carnis voluptas quã plena ſit periculi.

QVIA non ſentire pœnam quæ ob neglectas virtutes infligitur, via prona eſt ad impietatem. Nam qui propter voluptates carnis ſeipſum alluefacit non obtemperare Deo; occaſione dictante, ipſum quoque Deum negabit, præferens Deo vitam carnalem: cuius ſolius voluptates pluris fecit, quàm voluntatem diuinam.

CAP. 19.

CVM putauerimus, animum quocũque modo quippiam eſſe paſſum, planè exiſtimare debemus, vnà cum eiuſmodi animo facultatem actiuam & contemplatiuam ſecundùm naturales ipſarum rationes paſſas eſſe. Non poteſt enim fieri, vt ſubiectum patiatur, niſi patiantur ea quæ ſunt in ſubiecto. Subiectum autẽ appello, animũ, veluti ſuſceptiuum virtutis & cognitionis: in ſubiecto verò, actionem & contemplationem: quæ quidem erga animum accidentium rationem obtinent. Idcirco per omnem modum cum illo patiente patiuntur, qualemcunque motum illius habentes pro principio alterationis ſuæ.

CAP. 20.

4. Re. 19. f
Iſa. 37. f

VIR omnis Dei amans & virtuti deditus, ex Ezechiæ ſententia, ſcitè cõtra dæmones accinctus robore, ſi quapiam illi ingruente malignorum ſpirituum irruptione, inuiſibili modo aduerſus eum in mente bellum implicantium, oratione interueniente diuinitus ipſi miſſum ſuſceperit angelum, dico autem Verbum ſapientia præſtantius, & vniuerſam phalangem diaboli cõtritam diſſipauerit, taliſque victoriæ & ſalutis Deum auctorem non inſcripſerit, ſed ſibi totam ipſe attribuerit victoriam: is non rependit Deo iuxta beneficium ab eo collatum, non parem excellentiæ victoriæ, ſalutis donatæ referens gratiarum actionis copiam, nec dimetiens ſuum affectum cum beneficio Saluatoris.

CAP. 21.

NOTIONIBVS diuinis illuſtremus animum: corpus autem, diuinorum conceptarum rationũ moribus exornemus, conſtituẽtes ipſum affectionum abdicatione rationalem virtutis officinam. Nam innatæ corporis affectiones ſi ratione regãtur, probro carent: citra hanc verò motæ, ignominiam afferunt. Has igitur abiiciẽdas eſſe dicit, quarum inſitus eſt a natura motus, ſed præter naturã frequens eſt vſus ratione non moderatus.

CAP. 22.

Ira diuina in ſuperbientes de donis diuinis.

QVICVNQVE ſuum ipſius cor extulerit, ſuperbiens de chariſmatibus quæ accepit, quaſi non acceperit, venientem in ſe meritò ſuſcipit irã Dei, permittentis diabolo, vt illius inuoluatur animo: & dum operatur, virtutis mores exagitet: ac dum contemplatur, ſplendentes perturbet cognitionis rationes, vt cum propriam infirmitatem didicerit, cognoſcat vnicam eſſe potentiam, quę noſtras expugnat affectiones, & pœnitentia ductus humilietur, faſtu ſuæ opinionis abiecto. Deoque ſibi facto propitio, auertat iram non reſipiſcentibus obuenientem: quæ tutricẽ animæ aufert gratiam, & ingratum animum relinquit deſertum.

CAP. 23.

Salutaris ira Dei.

IRA ſalutaris eſt diuina permiſſio, qua ſuperbus animus affectionibus oppugnatur à dæmonibus: vt dum ignominioſè patitur, qui gloriabatur de virtutibus, diſcat, quis earum ſit largitor: alioqui ſpolietur alienis, quæ quidem ſe putabat habere, quaſi non accepiſſet.

CAP. 24.

Mors animi laudabilis.

RE vera beatus eſt animus ille qui rebus omnibus præclarè mortuus eſt: ſenſibilibus quidem, viſeulus abdicata: intelligibilibus autem, intellectiuo motu quieſcente. Atqui notandum eſt, mortẽ animi laudabilem dici, ſpontaneam omnium quæ ſunt priuationem: poſt quam diuina gratia vitam recipere ſolet, dum pro rebus extantibus, ipſarum auctorem, modo non intellecto, nanciſcitur.

CAP. 25.

BEATVS, qui facultatem operatricem ad id quod natúra bonum eſt, appulit: ſpeculatricẽ autem, ad veritatem naturalem. Omnis enim operatio boni cauſa fieri ſolet, omniſque ſpeculatio ſolam ob veritatem quærit ſcientiam: quibus peractis, nihil erit prorſus quod animæ vim actiuam feriat, aut ſpeculandi facultatem eius commentationibus peregrinis exaſperet: cùm ipſa tranſcenderit omne illud quod eſt, quodq́ue intelligitur, & ad ipſum ſolum bonum & verum Deum introierit, qui ſubſtantiam omnem ſuperat & intellectionem.

CAP. 26.

Actiuæ, & contẽplatiuæ Philoſophiæ finis.

Veritatis definitio.

VIRIS [illegible] finem a[illegible] eſſe bon[illegible] hoc a[illegible] eſt [illegible] diuinæ complementum, quò pars animæ rationalis ducit, vtens ira & cupiditate, prout natura poſtulat: in qua pro ſimilitudine relucere ſolet quoddam ornamentum. Contemplatiuę autem philoſophiæ finem eſſe dicunt veritatem: quæ quidem eſt omnium quę circa Deum ſunt, ſine partibus, vniformis cognitio: ad quam pura mens fertur, ſuo prorſus extincto ſecundum ſenſum iudicio: in qua videlicet cognitione, genuina declaratur imaginis diuinæ dignitas.

CAP. 27.

NEMO poteſt Deum verè benedicere, niſi ſanctificauerit corpus virtutibus, & notionibus illuſtrauerit animam. Nam affectus virtute præditus, facies eſt animi contemplatiui, in ſublimitatem veræ cognitionis elata, velut in cælum.

CAP. 28.

BEATVS, qui cognouit verè, Deum in nobis tanquam in organis omnem peragere operationem, & ſpeculationem, virtutem, cognitionem, victoriam, ſapientiam, bonitatem ac veritatem: nobis nihil omnino conferentibus, præter ſolum affectum volentem quæ bona ſunt, quo præditus magnus Zorobabel, præter cætera ab eo dicta, inquit, Benedictus es (Deum alloquẽs) qui

3. Eſd. 4. g.

qui dediſti mihi ſapientiam. Et tibi confiteor Domine patrum, abs te victoria, & à te ſapientia, tibi gloria: & ego ſeruus tuus. Re vera gratus ſeruus omnia Deo referebat; vtpote qui dederat omnia, à quo ſapientiam acceperat: prædicans illum, vt patrum Dominum, habere poteſtatem bonorum gratuito collatorum: quæ ſunt vnio victoriȩ, quemadmodum dictum eſt, ac ſapientiæ virtutis & cognitionis, operationis & ſpeculationis, bonitatis ac veritatis. Hæ ſiquidem inuicem vnitæ, vnicam effulgurant gloriam & ſplendorem Dei.

CAP. 29.

Dei dona, iuxta proportionem animi recipientis donantur à Deo.

CVNCTA ſanctorum præclara facinora, erant proculdubio Dei dona gratuita: nemóque quicquam prorſus habebat, præter bonũ, velut à Domino Deo donatum, dimẽſum iuxta proportionẽ grati animi ac beneuolẽtiæ ſuſcipientis: qui poſſidebat ea ſola, quæ donanti Domino adludebant.

CAP. 30.

3. Eſdr. 3.4.

ANIMVS qui prætulit virtutem & cognitionem, maluítque animam affectionum praua ſeruitute priuatam eſſe, ait, „Præpotentes ſunt mulieres, „& ſuper omnia vincit veritas. Muliere quidem appellans, virtutes deificas: ex quibus conſtat hominibus erga Deum & in ſeſe vnifica dilectio quæ rapit omnium animam, tam eorum quæ generationi & corruptioni ſunt obnoxia, quàm ſuperiorum ſubſtantiarum intelligibiliũ, & quadam amoris plena perm xtione implicat ipſi Deo, quantùm humanæ naturæ conceditur, atque impollutam diuinámque parit myſticè conuerſationem. Veritatem autem dixit, ſolam & vnicam eorum quȩ ſunt, cauſam & principium, regnum, potentiam & gloriam: ex qua & per quam omnia facta ſunt & fiunt: ac vt ſint, ab ea & per eam tenentur; illiúſque nomine qui Deum diligunt, nullum ſtudium ac motum prætermittunt.

Veritas.

CAP. 31.

PER mulieres quidem demonſtrauit finem virtutum, dilectionem: qui profectò eſt in affectu delectatio non excidua, & indiuidua vnio eorum qui naturalis boni ſunt participes. At verò per veritatem, omnium notionum & omnium eorum quæ cognoſcuntur, finem indicauit: ad quem velut ad principium & finem omnium rerum generali quodam ſermone motus naturales coarctantur: veritáſque natúra vincit omnia, tanquam ipſa ſit principium & cauſa rerum, & ad ſeipſam adtrahat motum creaturarum.

CAP. 32.

VERITAS apparere ſolet velut id quod vnicum & ſolum eſt per excellentiam ex priuatione plurium: quæ omnium facultates cognoſcendi, tã eorum qui intelligunt, quàm eorum quæ intelliguntur, contegit, vt modo quodam ſuperſubſtantiali ſupra intelligentia & intellecta ſubſiſtens: & infinita potentia circumſcribens ad principium & finem rerum pertinentes extremitates, omnem omnium motum in ſeipſam conuocat, dum præbet his conſpicuam notitiam gratiæ qua priuati ſunt: illis autem largitur arcanam ſenſu, ſed participatione manifeſtam recognitionem bonitatis, cuius tenebantur deſiderio.

CAP. 33.

Singula diuina dona innatũ

MENS, inquit, eſt organum ſapientiæ: ratio, cognitionis: vtriuſque certitudo naturalis, vtroque

Appendix.

A conſtantis fidei: chariſmatis ſanitatum, beneuolentia naturalis. Nam omne chariſma diuinum habet in nobis idoneum & innatum capax organum, velut potentiam, habitum vel affectum. Exempli gratia, qui purum reddidit animum ab omni ſenſilium imaginatione, ſuſcipit ſapiẽtiam. Qui rationem conſtituit dominam affectionum innatarum, iræ inquam & cupiditatis, recipit cognitionem. Qui verò mentis & rationis circa diuina præditus eſt inconcuſſa certitudine, recipit eam quȩ poteſt omnia, fidem. At qui ſublata penitus philautia naturalem humanitatem rectè promouet, conſequitur chariſmata ſanitatum.

in nobis habent eorum capax organum.

CAP. 34.

Diuinorũ donorum ſuſceptiua diſpoſitio in nobis ſita eſt.

B QVISQVE noſtrum iuxta proportionem fidei ſuæ manifeſtam obtinet ſpiritus efficaciam. Itaque ſuæ quiſque gratiæ quæſtor eſt, nullúſque cordatus inuidere debet alij, qui gratiis fulgeat, cum in ipſo ſita ſit diſpoſitio ſuſceptiua diuinorum bonorum.

CAP. 35.

FIDEI cuiuſque menſuram ait eſſe cauſam diſtributionis diuinorum bonorum. Prout enim credimus, acceſſionem etiam promptitudinis ad agẽdum obtinemus. Quamobrem qui operatur, iuxta proportionem actionis declarat fidei modũ ſuſcipiens menſuram gratiæ, quatenús credidit.
C Qui verò non operatur, pro modo deſidiæ, menſuram incredulitatis demonſtrat, tantam recipiẽs gratiæ priuationem, quantum habuit incredulitatis. Quare malè agit inuidus, dum indignatur feliciter agentibus, cùm habeat in ſe & non in alio, manifeſtam electionem credendi, agẽdi, gratiámque iuxta menſuram fidei venientem ſuſcipiendi.

Deſidia incredulitatẽ demonſtrat.

Bene agẽdi manifeſtã electionẽ in nobis habemus.

CAP. 36.

QVI diligit honeſta, ex prouidentia ſponte deducitur ſapiẽtiæ ſermonibus ad deificationis gratiam: qui autem auerſatur ea, iuſto iudicio caſtigationis modos expertus, inuitus abſtrahitur à vitio: dum ille, tanquam amans Deum, per prouidẽtiam deificatur: hic autem, vt rebus terrenis de-
D ditus, per iudicium non ſinitur incurrere condẽnationem. Deus enim, cum ſit bonus, ſapiẽtiæ verbis curat volentes: tardiores autem ad virtutem, caſtigationis generibus ſanat.

Caſtigat Deus tardiores ad virtutem.

CAP. 37.

Fides vera conſciẽtia.

VERA fides, eſt veritas carens mendacio, quæ retinet ac conciliat. Bona verò conſcientia ſupra vires dilectionis extollitur: vtpote, quæ nulla teneatur tranſgreſſione mandati.

CAP. 38.

Eſa. 11.

„ET requieſcent, inquit, ſuper eum ſeptem ſpiri„tus: ſpiritus ſapientiæ, ſpiritus intellectus, ſpiritus „cognitionis, ſpiritus ſcientiæ, ſpiritus conſilij, ſpi-
E ritus fortitudinis, ſpiritus timoris Dei. Horum autem ſpiritalium chariſmatum proprium eſt: timoris quidem, vt abſtineamus à malis: fortitudinis, vt quæ bona ſunt operemur: conſilij, vt diſcernamus contraria: ſcientiæ, vt probè teneamus quæ ſunt officij noſtri: cognitionis, vt vim diuinorum de virtutibus ſermonum comprehendamus: intellectus, vt animo per omnia conſentiamus iis quæ nouerimus: ſapientiæ verò, latens cum Deo vnio: qua, iis qui digni ſunt, deſiderium euadit in fruitionem, quæ participatione facit eum qui particeps eſt, Deũ: & ex perenni minimẽque faſtuoſo acceſſu & emiſſione diuinorum myſteriorum ad

eos qui opus habent, conſtituit illum enarratorẽ diuinæ beatitudinis.

CAP. 39.

SPIRITVS timoris Dei, eſt abſtinere ab his quæ ipſo facto mala ſunt. Spiritus fortitudinis, eſt alacer animi impetus ac motus ad peragenda & exequenda mandata. Spiritus conſilij, eſt habitus diſcernendi peritus, quo ratione accedente diuina mandata peragimus, & à melioribus deteriora diſtinguimus. Spiritus ſcientiæ, eſt ſtudioſè agendi rationes firma renere memoria: quam dum ſectamnr, à recto rationis iudicio nũquam excidimus Spiritus cognitionis, eſt præcepta eorúmque rationes, quibus conſtant modi virtutum complecti Spiritus intellectus, eſt modis virtutum ac de iis habitis ſermonibus conſentanea diſpoſitio: vel, vt magis propriè loquar, commutatio, qua facultates naturales cum præceprorum modis ac ſermonibus permiſcentur. Spiritus ſapientiæ, eſt excitatio & vnio cum cauſa ſermonum qui præceptis inſunt, magis ſpiritualium: qua incognito modo ſermones qui de rebus apud Deum ſunt, quantũ fas eſt hominibus, ſimpliciter intus recondentes, velut, velut ex quodam fonte cordis ſcaturiente, veritatem omnium aliis hominibus variis modis exhibemus.

CAP. 40.

Ordo cognitionis rerum diuinarum.

AB his quæ poſtrema ſunt apud Deum, nobis autem contigua, via & ordine aſcendimus ad prima: quæ quidem procul à nobis ſunt ſemota, ſed Deo proxima. Nam ab eo quòd metu abſtinemus à malis, per fortitudinem ad exercendas virtutes accedimus: porrò ab operatione ſtudioſa, ad diſcretionem conſilij: à diſcretione, ad habitum virtutum, vtpote ſcientiam: ab habitu virtutum, ad cognitionem quæ ipſis virtutibus inſunt, rationum: ab hac, ad habitum quo conuertimur ad cognitas virtutum rationes, intellectum dico: ab hoc, ad ſimplicem & exactam veritatis ſingularum rerum ſpeculationem: è qua erumpentes, ex docta rerum ſenſilium ac ſubſtantiarum intelligibilium contemplatione, plures variáſque de veritate rationes pietati conſentaneas reddemus.

CAP. 41.

Iſa. 11.

BONVM quod apud nos in operatione primũ eſt, nempe timor, poſtremo loco ſcripturæ ſermo numerauit, velut initium ſapientiæ: quo impulſi, ad finem ſapientiæ conſcendimus, intellectum: poſt quem euadimus proximi Deo, vnionis cum eo mediatricem ſolam habentes ſapientiam. Siquidem fieri non poteſt, vt quis adipiſcatur ſapiẽtiam, niſi priùs per timorem & reliquorum chariſmatum media, lippitudinem ignorantiæ vitiorúmque puluerem à ſe planè excuſſerit. Propterea Deo quidem proximam ſapientiam, nobis autem timorem, ordo ſcripturæ collocauit: vt nos ordinis benè compoſiti definitionem ac legem ediſcamus.

Timor initiũ eſt ſapientiæ. Prouerb. 1. & 9. c.

CAP. 42.

HIS igitur gradientes oculis fidei; hoc eſt, illuminationibus, in diuinam ſapientiæ cogimur vnitatem, quæ noſtra gratia paſſa eſt chariſmatum diuiſionem, particolarihus virtutum progreſſibus ad vnam procedentes caoſam chariſmatum, nullo prædictorum (cooperante Deo) prætermiſſo: ne paulatim negligẽtes, fidem noſtram reddamus cæcam & orbatam oculis, nulliſque ſpiritalibus operibus illuſtratam: ac meritò per infinita ſecula pœnas luamus, tanquam in nobis ipſis diuinos fidei oculos (quod in nobis eſt) excæcauerimus.

Fides cæca.

CAP. 43.

Fidei oculi ſunt operationes ſpirituales.

QVICVNQVE neglectu mandatorum in ſeipſo tales effoderit oculos fidei, planè damnatus eſt, non habens vltra Deum intuentem in eum. Si enim ſermo diuinus operationes ſpiritales appellat oculos domini, qui mandatorum executione non aperit illos, inſpectorem ſui Deum non habet, quia Deus non ſolet, vt veriſſimile eſt, aliis oculis intueri illos qui verſantur in terra, ſi modò illuminatio noſtri ſecundum virtutem, eſt inſpectionis diuinæ radius.

CAP. 44.

Sapientia quid ſit.

SAPIENTIA eſt vnitas, quæ ex variis virtutibus ab ipſa prodeuntibus indiuiſim perſpicitur, & vniformiter ex illarum effectibus intelligitur. Rurſus etiam, declaratur ſimplex vnitas, dum virtutes ab ea manentes reſtituuntur in ipſam: quando nos, quorum opera per cuiuſque virtutis procreationem progreſſum facit, extenſim per vnamquanque virtutem ad ipſam redigimur.

CAP. 45.

Fides cæca.

CÆCA præditus eſt fide, qui non peragit mandata diuina per fidem. Cum enim diuina mandata ſint lux, proculdubio caret lumine diuino, qui mandata diuina non exequitur: & nudã, at non veram, præ ſe fert denominationem diuinam.

CAP. 46.

Carnis infirmitatẽ nemo habere poteſt pro peccati patrono.

NEMO dum peccat, infirmitatem carnis habere poteſt pro patrono peccati, quoniam vnio cũ Deo Verbo naturam integram ſoluta maledictione reſtituit, reddiditque nobis affectionem animi adhærentem paſſionibus inexcuſabilem. Si quidẽ diuinitas Verbi, quæ per gratiam ſemper adeſt credentibus in ipſum, legem peccati verſantem in carne, labefactat.

CAP. 47.

QVI fide ac dilectione in Deum fallaces cupiditates ſiue motus affectionum præter naturam accidentium ſuperauit, is & ex ipſa lege naturali excedit, totúſque transfertur in regionem intelligibilium: & quod arridet naturæ, vnà cum accedentibus ei, velut aliena à ſeipſo ſeruitute ſummouet.

CAP. 48.

Superbia ex eruditione.

COGNITIO quæ diuino timore per operationem non coërcetur, excitat ſuperbiam: ſuadens ei qui de illa gloriatur, vt quod accepit mutuò, oſtentet velut proprium, & emendicatam rationem ad gloriam ſuam referat. At operatio quæ cũ diuino deſiderio creſcit, & vltra ea quæ agenda ſunt noſſe non tendit, humilem reddit actorem, à ſermonibus vires ſuas ſuperantibus in ſeipſum collectum.

CAP. 49.

HABITVS virtutis vacuus affectionibus, & cognitio nullo erroneo cõceptu infeſtante ſe imbuta, eſt domicilium cœleſte.

CAP. 50.

Fides eſt principiũ virtutũ.

QVEMAOMODVM vnitatis motæ finis eſt myrias, & myriadis non motę principium eſt vnitas, liquidò cuiuſcunque finis initium, eſt quies illi cõſentanea: finíſque cuiuſuis principij, eſt cõſentanei motus complementum: ita fides, cum ſit natura principium virtutum, finem habet, boni proficiſcentis ab illis complementum: & quod natura bonum eſt, vt virtutum finis, habens fidem

pro

pro principio, ad ipſam intrinſecus recipitur, quia A fides, eſt bonum internum, & bonum, eſt fides operibus explicata. Deus portò natura fidelis eſt & boous: illo quidem modo, vt primum bonum: hoc autem, vt poſtremò expetendum. Hæc autem ſunt idem, ac motuò prorſus inſunt, nulla omnino ratione inuicem diſtincta, præterquàm intellectu, propter motum incipiennum ab illo, & in illum deſinentium. Certè myrias gerens figuram extremè appetendi boni, plenum deſcribit deſiderium eorum qui tendunt ad illud: vnitáſque pre ſe ferẽs imaginem primi boni, perfectum declarat fundamentum eorum qui mouentur ab illo.

CAP. 51.

Affectionum vacuitas quadrup. ex.

PRIMA quidem affectionum vacuitas, eſt cũ B prorſus abſtinem⁹ ab his quæ re ipſa vitioſa ſunt: quæ conſpicitur in iis qui inſtituuntur. Secuoda, cum plenè abigimus ex animo cogitatione, vitiis conſentientes: quę comparatur ab his qui cum ratione ſunt virtutis participes. Tertia, quando nullo modo mouetur affectionibus appetendi facultas, in iis qui per figuras intuentur animo rerum viſibilium rationes. Quarta verò vacuitas affectionum, eſt vel ipſius nudæ imaginationis integra purgatio, quæ partem animi præcipuam confirmat, his qui per cognitionem & ſpeculationem ſpeculum Dei purum ac nitidum efficiont. Igitur C qui ſeipſum expurgauerit ab affectionibus exercendis, à conſenſione animi illis fauente liberatus fuerit, ſtatum circa illas ſe moͦentis cupiditatis fuerit adeptus mentémque ab earum imaginatione nuda reddiderit impollutam; quatuor generales affectionum vacuitates conſecutus, à materia rebúſque materialibus decedit; & ad intellectualẽ diuinam, & tranquillam intelligibilium ſortẽ promoouetur.

CAP. 52.

PRIMAM affectionum vacuitatem dicit, corporis motum operando liberum à peccato. Secundam, plenam cogitationum animæ affectioonibus adhærentium abdicationem; qua labefacta- D tur affectionum motus ſecundùm primam affectionum vacuitatem, eò quòd careat cogitationibus affectiones ſectantibus, quæ accendant illum ad operandum. Tertiam, circa affectiones perfectam cupiditatis cooſtantiam, ex qua naſcitur etiã ſecunda, quæ conſiſtit in puritate cogitationum. Quartam verò vacuitatem affectionum appellat, integram ex animo ſenſilium omniom imaginationum abiectiooem, vnde tertia trahit originem, cum nõ habeat rerum ſenſibilium imaginationes, quæ formeot illi affectiooum imagines.

CAP. 53.

RATIO & intellect⁹ perinde ac puer aut puella, cuiuis homini operationi dedito negotium E faceſſunt, dum intelligere intuntur & formare modos operandi ſecuodum virtutem: ac velut ex aduerſo ſtructam omnem vim ſuam habent contra ſpiritus nequitiæ, philoſophiæ actiuæ aduerſantes. Vbi verò philoſophiam actiuam cópleuerint, quam declarauit ſenarius virtutum nomerus (dictum eſt enim, numero ſenario philoſophiã actiuam ſignificari) liberi dimittuntur, ratio videlicet ac intellectus, vt ad ſpiritalem redeant cótemplatiooem rationum rebus cognatarum.

Philoſophia Actiua.

CAP. 54.

PVERVM ac puellã alienigenas, ira cupiditáſque repræſentant: quas contemplatiuus animus beneficio fortitudinis ac temperantiæ per omnia ſubiugat rationis dominio, vt virtutibus inſeruiant: nulla prorſus illis cóceſſa ad libertatem remiſſione, donec lex naturæ plenè fuerit abſorpta à lege ſpiritus, velut miſeræ carnis mors ab infinita vita: totáque purè appareat regni principio carentis imago, integram habens per imitatiooem archetypi formam: qua mens effecta contemplatiua, libertate dooat iraſcendi appetẽdíque facultatem: hac quidem transformata in intemeratam amoris diuini oblectationem & deſiderium impollotom: illa verò ad feruorem ſpiritalẽ ignotúmque nobis perpetuum motum ſobriúmque furorem traducta.

Ira & Cupiditas ſi domita fuerint à ratione, ſeruiunt virtutibus.

CAP. 55.

ANIMVS circa veram cognitionem immutabilis, ſenſúſque circa virtutem incorrupta eſt imago regni carentis initio: dum corpus & anima ſola diuina lege ſpiritali inuicẽ colligata ſunt, animo per ſpiritum ſibi ſenſum vendicaote: quo fit, vt vim rationis habeant ſemper mobilem, ſemper viuam, ac penetrantem, in qua omnis prorſus abeſt obſcuritas erga rem diuinam.

CAP. 56.

CVPIDITATEM executioni traditam aiunt eſſe voluptatem, ſiquidem ſecundùm eius definitionem bonum præſens eſt: voluptatem verò quæ noodum ſortita eſt effectum, cupiditatem, ſi quidem pro eius definitione futurum eſt bonum. Iram autem aiunt eſſe furoris motum nondum in opus deductum: furorémque eſſe iram, quæ prodit io opus. Itaque qui haſce facultates rationi ſubiecerit, reperiet cupiditatem quidem ſibi cedere oblectationi ex impolluto per gratiam, animæ complexu cum numine diuino: iram verò, intemeratum fieri feruorem oblectatioois erga numen diuinum cuſtodem, temperatum furorem penitus alienantem à rebus creatis deſiderio facultatis animam demulcentis. Idcirco quandiu vixerit in oobis Moodus, & erga res materiales animæ ſpontanea fuerit habitudo, huiuſmodi facultatibus non eſt danda libertas: ne permixtæ cum ſenſilibus velut indigenis impugoent animam, illámque affectionum mancipium effectam capiant, vt olim Babylonij Ieruſalem. Eo enim ſeculo quo lex pueros alienigenas ſeruire iubebat, ſermo diuinus oſtendens quæ debeant intelligi per ea quæ narrabantur, ſignificabat ſpontaneam habitudinem animæ huic mundo, hoc eſt præſenti vitæ deditam.

Cupiditatis, Voluptatis, Iræ & Furoris definitio: quodque rationi ſubiecta, virtutibus ſeruiant.

4. Reg. 25. 4.

CAP. 57.

MALVM dicit eſſe coarctatum, quia principium habet, motum noſtrum præter naturam: bonum verò noo arctatũ, vtpote natura præcedens omne tempus ac ſeculum. Bonũ ait eſſe intelligibile quod ſolũ intelligi debeat: malũ autẽ non intelligibile, quod quidem ſolum non ſit intelligendum. Bonum aſſerit effabile, quoniam illud duntaxat enuntiari oporteat. Bonum etiam inquit eſſe, quod fit. Nam cum per naturam ſit ingenium, per gratiam beneuolentia morum erga homines pro nobis pertulit vt gigneretur: vt nos, qui facimus & loquimur, deificaret: quod quidem maximè ſolum fieri debeat. At malum, non factum:

quippe quod ſolum fieri non opporteat. Malum dicit corruptibile, quia natura mali corruptio eſt, quæ nuſquam vllo modo ſubſiſtere poteſt: bonum autem incorruptibile, vtpote quod ſemper eſt, & nũquam eſſe deſinit, ac omnia quibus ineſt, conſeruare ſolet. Quapropter hoc ipſum rationali facultate quærimus, appetitiua deſideramus, iraſcendi verò potentia tutum conſeruamus: at ſenſitiua parte ipſum impermixtum à contrariis ſcitè diſcernimus, voce illud exprimentes ignorãtibus declaramus, genitiua facultate multiplicamus illud: quinimò, vt verum dicam, per illud multiplicamur.

A

CAP. 58.

OPORTET animum contemplationi deditũ rerum notitias, ſpeculationes ac motiones proprias moderantem, habitum gerere vitiorum infœcundum, hoc eſt nulla prorſus concipientem aut parientem vitia. In quo verſari debet, qui dat operam contemplationi, ne quomodo, dum rerum ſpiritualem agit ſpeculationem, neſcius incidat in quempiam ex malignis ſpiritibus, qui ſenſibili quodam puram obſeruationem cordis ſolent corrumpere.

B

CAP. 59.

2. Reg. 18. c.

QVI virtutis aut ſcientiæ nomine vana quadam gloria vulneratus, Abſalonis more cœnam opinionis ſtolidè nutriens, arte compoſitam mixtamque velut mulam ad decipiendos ſpectatores morum oſtentat conuerſationem, ob quam elatus exiſtimat ſe poſſe ſubiugare patrem, qui doctrina verbi genuit, volens ſibi ipſi tyrannicè arrogare omnem virtutis ac ſcientiæ gloriam, quæ diuinitus adhæret patri: talis, inquam, egreſſus in latitudinem naturalis in ſpiritu contemplationis, ad bellum rationale pro veritate gerendum, ductus vigore ſenſus præ denſitate quercus ſyluoſarum ſpeculationum tenetur coma, habens ipſam vanam exiſtimationem alligantem ipſum morti, quæ medium ſuſpendit eum inter cælum & terrã. Nam vanæ gloriæ cupidus, deprimente illum opinione, non habet ſcientiam, quæ inſtar cæli extollat eum: neque item terram, hoc eſt fundamẽtum operandi in humilitate, demittens eum, attollente illum inflatione, quem vel mortuum luget præceptor qui genuit, humanitate motus & amore diuino, nolẽs imitatione Dei, mortem peccatoris, vt ipſe conuertatur & viuat.

C

Vana gloria cupidus medius pendet inter cælum & terrã.

D

CAP. 60.

Sapientia eſt ſalutis finis & principiũ.

PRINCIPIVM ac finis ſalutis vniuſcuiuſque eſt ſapientia: quæ timorem quidem in primis gignit, & in perfecto deſiderio poſtea ſubſiſtit: imò verò ipſa noſtra cauſa diſpẽſatiuè fit timor ab initio, vt amatorem vitij comprimat: poſteriúsq; circa finem naturaliter à ſeipſa reperitur eſſe deſiderium, [illegible] mentis repleat eos qui conſuetudine ipſius permutarunt omnia.

E

CAP. 61.

SAPIENTIA & timor, eſt priuatio quæ ex fuga naſcitur apud eos qui non expetunt illam. Deſiderium porrò eſt habitus voluptariam vim habens, qui reperitur ab his qui diligunt illum. Ipſe enim expectatione ſupplicij liberãs affectionibus, tum gignit timorem, tum deſiderium parit, acceſſione virtutum aſſuefaciens animum intueri futura.

CAP. 62.

Confeſſio omnis humiliat animam.

OMNIS confeſſio humiliat animam: vna quidem, gratia Dei iuſtificatam: altera verò, quę accuſationibus erudit illam ignauia proprij animi detineri.

CAP. 63.

Confeſſionis duplex ratio.

DVPLEX eſt confeſſionis ratio. Prior quidem conſiſtit in agendis gratiis ob pręſtita bona: poſterior autem fieri dicitur, ad arguenda & examinãda quæ perperam geſta ſunt. Nam confeſſio dicitur & beneficiorum diuinorum, quibus affecti ſumus, cum actione gratiarum enumeratio, & malè geſtorum ab reis emiſſa relatio. Vtraque verò humilitatem parit. Etenim tam is qui de bonis acceptis gratias agit, quàm ille qui ob cõmiſſa crimina caſtigatur, humiliatur: ille quidem, ſeipſum iudicans & vocitans indignum donatis: hic verò, dum precatur, vt remiſſionem delictorum accipiat.

CAP. 64.

Superbiæ coniuncta eſt duplex ignorãtia.

AFFECTIO ſuperbiæ duplici conſtat ignoratione. Duæ porrò ignorationes in vnum concurrentes, reddunt vnum intellectum confuſum. Ille ſiquidem ſolus eſt ſuperbus, qui tum auxilium diuinum ignorat, tum infirmitatem humanam. Superbia igitur eſt, diuinæ humanæque cognitionis priuatio. Extremorum enim verorum inficiatione, vnica & mendax efficitur affirmatio.

CAP. 65.

Vana gloria definitio.

VANA GLORIA, eſt receſſus à ſcopo diuino, & ad alium ſcopum quam diuinũ tranſitus. Quocirca vanæ gloriæ deditus eſt ille, qui ſuæ, [illegible] non diuinæ gloriæ cauſa virtutem exercet, propriiſque laboribus, non ſubſiſtentes laudes, ab hominibus redimit.

CAP. 66.

Virtutem nudo ſenſu metiri. Complacentia humana.

QVI placet hominibus, apparentes duntaxat mores curat, & adulatorium ſermonem: vt illis quidem videntes: hoc autem, ſibi conciliet audiẽtes: qui eorum modò quæ videntur & audiuntur voluptate & ſtupore capti, nudo ſenſu metiuntur virtutem. Dicimus ergo humanam cõplacentiam eſſe, morum verborúmque oſtentationem comparatam hominum cauſa, velut ob virtutem

CAP. 67.

Hypocriſis multiplex.

HYPOCRISIS, eſt amicitiæ fucus, vel odium habitu amicitiæ velatum, aut inimicitiæ quæ ſub beneuolentia exercẽtur, aut inuidia quæ dilectionis ſtilum imitatur, aut vita ſplendens non re ipſa ſed fictione virtutis, aut iuſtitiæ ſimulatio quæ ſola apparentia conſeruatur, aut deceptio veritatis habens formam: cuius ſtudioſi ſunt hi qui prauitate morum ſerpentes imitantur.

CAP. 68.

Arrogantia.

DEVS eſt cauſa rerum, ac bonorum quæ rebus inſunt. Quare qui de virtute vel cognitione gloriatur, & pro modo virtutis aut promotionis per gratiam collatæ non auget vnà ſuæ infirmitatis cognitionem, arrogantiæ vitium non effugit. At qui propriæ gloriæ cauſa ſectatur quod honeſtum eſt, Deo ſeipſum anteponit, vanæ gloriæ clauo traiectus.

Hypocrita.

Qui virtutem exercet aut ſimulat vt videatur ab hominibus, commendationem humanam longè præfert diuinæ, & affectione complacentiæ humanæ laborat. Qui ſplẽdore [illegible], ad decipiendum duntaxat, aſtutè mores colorat; prauam affectionem animi tegit apparenti pietatis habitu hypocriticos dolo virtutẽ redimit. Quamobrem talis ad alia quam ad cauſam cuiuſque eorum ſcopum abducit.

CAP. 69.

NVLLVS vnquam dæmon malignus alacritatem

tem ſtudioſi viri prohibet, ſed potiùs doloſè amputatis virtutum defectibus, certantibus imperat, vt vehementius contendant, addens illis animum, vt totum ſibiipſi vendicet eius qui ſe exercer intellectum, qui perdito mediocritatis æquilibrio pergit inſcius ad aliud, quàm ad id quod apparet, diuerticulum.

CAP. 70.

Dæmon non odit virtutem cuius cauſa vel ſcopus ad eũ inclinat.

DÆMONES non oderunt temperantiam, nec execrantur ieiunia, non largitionem pecuniarum, non hoſpitalitatem, non pſalmorum decantationem, non legendi ſtudium, non tranquillitatem, nõ ſcientias maximè ſublimes: neq; ſi quis humani dormiat non vigilias, nõ reliqua omnia quibus inſignita eſt vita Deo grata, quandiu inclinat in eos ſcopus & cauſa eorum quæ geruntur.

CAP. 71.

Dæmones virtutis cooperatores, omnium maximè metuendi. 3. Eſdr. 5. g Hebr. 4. c

ILLE qui ſe exercet, cum alios dæmonas citiús fortè cognoſcat, facilè vitat damnum quod ab illis infertur. At eos dæmonas qui cooperari videntur ad curſum virtutis, & quaſi coædificare inimici Iudę & Benjamin, accedentes ad Zorobabel dixerunt: ædificemus vobiſcum, &c. volunt templũ Domino; quænam mens hominum, etiam valde ſublimium, complecti poſſit, abſque viuo & efficaci verbo quod omnia penetrat, ac pertingit vſq; ad diuiſionem animę & ſpiritus: hoc eſt, dignoſcit quænam operationes & cõceptiones prodeant ab anima; nempe ſpecies & motus naturales virtutis: & quę ſpiritales ſunt; id eſt, ſupra naturam, & Deũ referentes, naturæ verò per gratiam collatæ: ſcit etiam planè compagum ac medullarum inclinationem congruam aut non idoneam ſpiritalibus ſermonibus de modis virtutum: & diſcernit cogitationes & intentiones cordium; hoc eſt, in his quæ diximus inuiſibiles ob profunditatem habitudines & earum cauſas in anima latentes: cui nulla eſt creatura inuiſibilis in nobis qui latere videmur, ſed omnia nuda & aperta ſunt, non modò quæ facta ſunt & intellecta, ſed etiam quæ facienda ſunt à nobis ac intelligenda.

CAP. 72.

Hebr. 4.

DIVISIONEM animæ & ſpiritus dicit, differentiam virtutum à natura manantium, quarum cauſas habemus natura: & earum quæ proficiſcũtur à ſpiritu, quarum gratiam pro munere ſuſcipimus. Harum enim ſumma cum diſcretione diſtinctionem facit ſermo diſcernens.

CAP. 73.

COGITATIONES & intẽtiones, quarum diſcretor eſt ſermo, ait eſſe habitudines, animæ, tam erga verba diuina, quàm erga cogitationes, & earum videlicet habitudinum cauſas. Siquidem cogitatio mouet memoriam, cuius proprium eſt habitudo: intentio verò conſiderat finem, quiquidem denotat cauſam.

CAP. 74.

SI Deus eſt ſubſtãtialis cognitio, omnem porrò cognitionem liquidò præcedit intellectus, ſub quem etiam cadere ſolet: igitur illa ſuperior eſt Deus, quia omnem quoque pluſquàm infinitè ſuperat intellectum, ſub quem cuiuſcunque rei cognitio cadere nata eſt.

CAP. 75.

QVIS non habens in profundo cordis verbum diuinum, poterit, inuiſibilibus aſtutiis aduerſariæ

A nobis hypocriſeos dæmonum declinatis, per ſeipſum ſubſiſtere purus putus abſque vlla mixtione, & ædificare templum Domini, imitatus Zorobabelem magnum, Ioſue, ducéſque familiarum (qui diſerta grandíque voce impoſtoribus ſpiritibus ſuperbiæ, vanæ gloriæ, humanæ complacentię, & hypocriſeos dicunt; Non eſt veſtrum ædificare nobiſcum templum Domino Deo noſtro nos enim ſoli ędificabimus Domino Iſraël) cognoſcẽs, horum permixtionem, totius ædificij parare ruinam & euerſionem, ac diuinorum donariorũ gratiam dignitatémque ſurripere? *3. Eſdr. 5. g*

CAP. 76.

Nemo poteſt cum Dæmone, virtutem ædificare Deo.

NVLLVS habens aliquem è dictis dæmonibus ſecum exercentem virtutem, poterit hanc B ædificare Domino: quia non habet Deum vt finem eorum quæ aguntur, quem intuens percurrat illã: ſed affectionem, quæ quidem per hanc ſubſiſtit.

CAP. 77.

Tentationum duo genera.

DÆMONES qui ob defectum virtutis nos impugnant; hi ſtuprum, ebrietatem, auaritiam & inuidiam docent: qui verò ob, excellentiam inſeſtant; hi, exiſtimationem, vanam gloriam & ſuperbiam docent, ac ſub prætextu ſecundorum, aduerſis nos clam transfigunt.

CAP. 78.

VTINAM eueniat, vt ſpiritibus malignis, inuiſibili modo, ſub fictione ſpiritalis amicitiæ irrumpentibus, & qui ſub occaſione boni latenter moliri volunt mortem peccati, aiúntque; Vnà vobiſcũ ædificabimus templum Domino veſtro, ſemper dicamus; Non pertinet ad vos nobiſcum ædificare domum Domino Deo noſtro: nos enim ſoli ædificabimus Domino Iſraëlis: Soli quidem, quia liberati à ſpiritibus qui nos impugnabant defectu virtutis, è quorum manibus elapſi ſumus, noluC mus excellentius opera veſtra elati, denuò transfigi ac ſubire caſum tantò priore grauiorem, quantò ab illo quidem redeundi ſpes erat facilior, vt quibus eſſet cõdonatum ob infirmitatem: ab hoc D verò aut non eſt, aut difficilis erit, nempe odioſis ſuperbiæ nomine, & ſecundò quippiam aliud ſecundius facientibus. At rurſum non ſoli, quia ſanctos Angelos habemus ad bona coadiutores: imò verò Deum ipſum, per opera iuſtitiæ ſeipſum nobis declarantem, ac nos ſibiipſi templum ſanctum & ab omni affectione liberum, conſtruentem. *3. Eſdr. 5*

Angelos habemus ad bona coadiutores.

CAP. 79.

TERMINVS virtutis eſt, infirmitatis humanæ, per cognitionem, cum diuina potentia vnio. Qui igitur ſeipſum circunſcribit infirmitate naturæ, non peruenit ad terminum virtutis, & ideo E delinquit, nõdum aſſecutus potentiam, quæ quod infirmum eſt, corroborat. At qui diuinæ potentiæ ſuam imbecillitatem velut robur arroganter opponit, egreſſus eſt terminum virtutis, & propterea peccans, vt ſeipſum præcellentem faciens ei quod eſt à tergo, non agnoſcit, virtutem putans eſſe delictum. Quare venia dignior eſt, qui infirmitate naturali ſe coarctat, cui per ignauiam potius accidit vt excideret à virtute, quàm is qui ad ea peragenda quæ decent, imbecillitatem propriam vt robur opponit potentiæ diuinæ: vt per ſuperbiam magis labatur à virtute.

CAP. 80.

QVONIAM dictum eſt; Multum valet depre- *a Iac. 5. d*

Iac. 5. d.

çatio iuſti efficax; ſcio duobus modis hanc efficacem eſſe: vno quidem, quando precator cum operibus mandatorum orationem præſentat Deo, & nõ in nudo duntaxat ſermone & inani vocis ſono linguæ ſitam precationem, quę vacua excidit, & non ſubſiſtit: ſed efficacem & viuam, operibus mandatorum animatam. Orationis enim & precationis fundamentum eſt profectò per virtutes pręceptorum implementum, quo validam, & quæ poteſt omnia, iuſtus obtinet orationem mandatis incumbẽtem. Altero autem modo, cùm is qui opus habet oratione iuſti, peragit orationis opera, tum emendatione priſtinæ vitæ, tum valida precatione iuſti per honeſtam eius cõuerſationem potentiore facta.

Orationis fundamẽtum.

CAP. 81.

NIHIL confert precatio iuſti, cùm is cui neceſſaria eſt, magis delectatur peccatis quàm virtutibus. Nam magnus quoque Samuel lugebat quondam delinquentem Saulem: at Deum placare non potuit, eo quòd non haberet luctus adiutricem delinquentis emendationem congruam. Quocirca iubens Deus ab inutili lamentatione ceſſare ſeruum ſuum, ait illi; Quandiu lugebis Saulem, cum ego ſpreuerim illum, ne regnet ſuper Iſraëlem?

1. Reg. 16. a

CAP. 82.

ET rurſum Ieremias maxima compaſſione ductus pro populo Iudæorum inſaniente circa dæmoniorum errorem, non exauditur orans, quoniam ad vim precationis augendam non habebat Iudæorum Deo carentium, ab errore conuerſionem: vnde reuocans illum Deus à luctu inutili, inquit; Tu ne oneraueris pro populo iſto, & ne roges vt illorum miſerear. Ne precare, néve accedas ad me pro illis vltrà, quia non exaudiam.

Ierem. 7.

CAP. 83.

SVMMÆ re vera ſtoliditatis eſt, ne dicam dementiæ, iuſtorum precibus ſalutem quærere eum qui affectione delectatur pernicioſis: & eorum poſtulare veniam, in quibus exultat: cùm re ipſa ſit inquinato propoſito, & conueniat non incaſſum fieri orationem iuſti; & qui opus habet illa, permanere immobilem (ſi modò verè infenſus eſt rebus prauis) ſed operibus locupletatum & validum propriis virtutibus euolantem, ac præuenientem eum qui poteſt concedere delictorum abolitionem.

Stolidus eſt qui in peccatis, perſeuerans, oratione iuſti, ſalutem quærit.

CAP. 84.

Iacob. 5. d.

MVLTVM valet iuſti deprecatio, operibus ornata, tum ex parte eius qui emittit illam, tum ex parte illius qui eam fieri poſtulat. Nam à iuſto operibus dotata, pręſtat illi fiduciam erga eum qui donare poteſt iuſtis poſtulata: ab eo verò qui petit illam à iuſto, ſummouet eum à priſtina nequitia, illiúſque affectionem traducit ad virtutem.

CAP. 85.

1. Pet. 1. b.

CVM dicat Apoſtolus, in quo exultatis, modicum nunc ſi oportet contriſtari vos, in variis tentationibus quo pacto quis afflictus tentationibus exultare poteſt in eo in quo angitur?

Triſtitia duplex in ſcripturis.

CAP. 86.

SERMO veritatis duplicem nouit triſtitiam: vnam, quæ in anima: alteram, quæ in ſenſu palam conſiſtit: & illam quidem, complecti totum illud animæ profundum, quod flagello conſcientię cæditur: hanc autem, moleſtiarum grauitate vniuerſum ſepire ſenſum ab effuſione naturali contractum: illámque ſenſilis voluptatis, hanc autem lætitiæ animæ finem eſſe: imò potius, illam ſpontanearum ſenſus affectionum [illegible] concluſionem, hanc verò earum quæ præter opinionem eueniunt animæ.

CAP. 87.

Triſtitiæ & laboris definitio.

TRISTITIA (vt dicam quod mihi videtur) eſt affectus priuatus voluptatibus. Priuatio autem voluptatum, eſt laborum inuectio. Labor autem proculdubio eſt defectus & ſubductio naturalis habitus. Defectus autem naturalis habitus, eſt affectio facultatis quæ natura ſubiecta eſt habitui. Affectio verò facultatis habitui natura ſubiectę, eſt naturalis abuſiuè tamen, actionis modus. Abuſus autem in agendo modi, eſt facultatis motus ſecundum naturam ac ſoliditatem ad id quod non eſt natiuitati obnoxium.

CAP. 88.

Triſtitia finis eſt voluptatis.

TRISTITIAM animæ ait eſſe finem voluptatis in ſenſu poſitæ: hac enim conſtat animæ triſtitia. Sicut etiam voluptatis animæ finis, eſt triſtitia ſecundum carnem. Siquidem animæ lætitia carnis eſt caſtigatio.

CAP. 89.

Triſtitia duplex.

DVPLICEM eſſe dicit triſtitiam: vnam circa ſenſum, quæ conſtat corporearum voluptatum priuatione: alterá in animo, quæ naſcitur ex priuatione bonorum animæ. Duplices quoque ait eſſe tentationes: quaſdam, ſpontaneas; alteras autem, coacta. Ac ſpontaneas quidem, ſenſilis voluptatis eſſe parentes, triſtitiæ verò quæ eſt in anima genitrices: (ſolum enim peccatum admiſſum humiliat animam) coactas autem, quæ quidem in laboribus præter voluntatem ſuſceptis perſpiciuntur, voluptatis ad animam ſpectantis eſſe parentes, ac triſtitiæ corporeæ ſenſum affligẽtis procreatrices.

Tẽtationũ duo genera.

Solum peccatum humiliat Animam.

CAP. 90.

Tẽtationũ duplex ratio.

QVEMADMODVM duplicem, vt dixi, triſtitiam agnoſcit ſermo diuinus, ita ſcit etiam duplicem tentationum rationem: vnam voluntariam, alteram præter voluntatem: & illam quidem ſpõtanearum voluptatum opificem, hanc verò coactos dolores inuehentem. Nam ſpontanea tentatio vltroneas apertè pro arbitrio gignit voluptates: ea verò quæ eſt præter voluntatem, liquidò coactos; præter animum ſuggerit labores: item illa quidem, animæ: hæc verò, ſenſilis triſtitiæ auctor eſt.

CAP. 91.

Tentatio vltronea.

VLTRONEA quidem tentatio triſtitiam animæ procreat, ſenſúſque voluptatem manifeſtè parit: coacta verò, oblectationem animę, & carnis angorem inducit.

CAP. 92.

EXISTIMO Dominum noſtrum ac Deũ, docentem diſcipulos ſuos quo modo ſit orandum, vt abſtinerent ab vltronea tentationum ſpecie, dicere; Et ne nos inducas in tentationem: præcarentur videlicet, ne deferentur ad experiẽdas, oblectantes, animo gratas, & ſpontaneas tentationes: magnum autem Iacobum, qui dicitur frater Domini, ad ſpeciem tentationum coactarum ſe retuliſſe, dum docet certantes pro veritate non debere terreri, inquiens: Omne gaudium exiſtimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis; nempe coactas, præter voluntatem, & tribulationum procreatrices. Quod manifeſtè declarant, tũ Dominus ſubiiciẽs illic: Sed libera nos à malo: tũ hic magnus Iacobus: Sciẽtes, quòd probatio fidei

Mat. 6. b.

Magnus Iacobus frater Domini.

Iac. 1. a. d.

veſtræ

veſtræ patientiam operatur: Patiētia autem opus perfectum habeat, vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes.

CAP. 93.

DOMINVS certè docet nos deprecari ſpontaneas tentationes; vt carnis quidē voluptatem, animæ verò dolorem patientes. Magnus autem Iacobus ſuadet nobis, vt gaudeamus ob tentationes præter voluntatem accidentes, tanquam carnis oblectationem, animæ verò dolorem auferant.

CAP. 94.

Remediū contra vtrumque genus tentationum.

PERFECTVS eſt, qui per continētiam pugnat aduerſus ſpontaneas tentationes; & in coactis, per patientiam perdurat. Integer verò eſt, qui & operationem cum cognitione, & ſpeculationem non ſine operatione peragit.

CAP. 95.

Voluptas et triſtitia ſenſus & Animæ.

DIVISA triſtitia & voluptate in animam & ſenſum, qui ſibi vendicat animæ voluptatem, ac triſtitiam ſenſus cum patientia ſuſcipit, probatus eſt, perfectus, & integer: probatus quidē, propter experientiam contrariorum circa ſenſum: perfectus autem, quia per continentiam & patientiam ſenſili voluptati triſtitiæque obnixè repugnat: integer verò, eo quòd in eadem rationis conſtantia ſeruet illæſos habitus aduerſantes affectionibus circa ſenſum inter ſe contrariis. Dico autem actionem & contemplationem inter ſe cohærentes, & neutram ab altera diſiunctam: ſed actionem, ſpeculationis notitiam moribus eminentem: ſpeculationem autem, virtutem operatione non minus loricatam quàm ratione.

CAP. 96.

QVI fecit periculum triſtitiæ voluptatiſque carnalis, dicitur probatus, vt facilitatem ac difficultatem rerum ad carnem pertinētium expertus: perfectus autem, qui carnis oblectationem dolorémque vi rationis expugnauit: integer verò, qui agendi & ſpeculandi habitus ſummo diuini deſiderij ſtudio ſeruat immutabiles.

CAP. 97.

Doloris Animæ duplex ratio.

DOLORIS animæ duplex eſt ratio: prior, quæ ob propria: altera, quæ propter aliena concipitur delicta. Cauſa verò huiuſmodi triſtitiæ, ſine dubio, eſt ſenſilis voluptas eius qui angitur, aut eorum quorum gratia torquetur. Siquidem vt accuratè dicatur, nullum propemodùm in hominibus eſt omninò peccatum, quod pro principio ſuæ procreationis non habeat voluptatis cauſa inconſideratam animæ erga ſenſum habitudinem. At oblectationis animæ cauſa, ſanè quàm eſt triſtitia circa ſenſum eius qui ob ſua vel aliena lætatur & gaudet. Nam, vt exquiſitè dicatur, nulla ferè virtus eſt apud homines, quæ non habeat pro ſuæ natiuitatis initio meditatā animæ à ſenſu ab alienationem.

Voluptas eſt principiū omnis peccati.

Animæ alienatio à ſenſu, eſt principiū omnium virtutum.

CAP. 98.

CITRA habitudinem erga ſenſum affectę, non eſt prorſus in hominibus peccatum. Omnem porrò mœrorem in anima conſiſtētem, voluptas carnis præcedit.

Animæ triſtitiam præcedit carnis voluptas.

CAP. 99.

VERA procreatio virtutis, eſt animæ ſpontanea abalienatio à carne. Animam autem ſpiritaliter recreat, qui carnem domat vltroneis laboribus.

CAP. 100.

CVM virtutis cauſa habuerit anima affectum à ſenſu ſemotum, neceſſariò ſenſus affligetur, cùm careat habitudine ſibi per voluntatem cohærente quæ ſuauia excogitare ſolet, nempè facultate animæ: contrà verò illa naturales ſenſus voluptates emergentes per continentiam viriliter retundat, & in coactis laboribus & præter naturā inuectis, per patientiam implacabilis omninò permaneat, caducæ voluptatis gratia non deſtituatur Deo conueniente per virtutem dignitate & gloria, nec quantùm ad remunerationem laborum, ob afflictum abſtinentiā carnis ſenſum, à celſitudine virtutum excidat. Senſilis autem angoris cauſa, eſt quando tota occupatur anima circa ea quæ ſibi ſunt naturalia. Senſus verò voluptatem clariſſimè inducit operatio animę præter ſuam naturam: nec poteſt illa aliud habere ſuæ natiuitatis initium, quàm cùm abiicit anima, quæ ſunt naturalia.

Appendix.

CENTVRIA QVARTA.

NOVIT ſermo diuinus animæ vim intellectiuam excogitandi facultate pollere: quæ quidem ſi ſegregetur ab habitudine quam habet erga ſenſum, relinquit carnem vacuam, prouidentia voluptatem procurante, quantùm ad voluntatis habitum attinet: nec ob vniuerſum animi tenorem circa diuina occupatum, carnis moleſtiam ſolari poteſt.

CAP. 2.

Senſus & Mentis cōtrarij ſunt effectus, vt et ſubiecta.

MENS ac ſenſus oppoſitum habent inter ſe naturalem effectum, propter eorum, quæ ſubiecta ſunt ipſis, ſummam differentiam ac diuerſitatem. Illa enim intelligibiles & incorporeas ſubſtantias habet ſubiectas, quibus capeſſendis ratione incorporea dare ſolet operam: hic autem ſenſiles & corporeas naturas, quas etiam ipſe naturaliter ſectatur.

CAP. 3.

Spiritualiū neglectus, ferè eſt initium corporeæ voluptatis.

DEPOSITIO rerum animæ naturalium, initium ſolet eſſe voluptatis ſenſum afficiētis. Quia dum anima verſatur circa ea quæ ſibi naturalia ſunt, nulla eſt facultas, quæ genus aliquod ſenſilis voluptatis comminiſcatur.

CAP. 4.

Ratione imperāte, caro neceſſario torquetur.

QVANDO in rebus viſibilibus contemplandis ratio ſenſui ducatum præbet, omni voluptate naturali caro priuata eſt, non habens ſenſum liberum, & vinculis rationis ſolutum, ad ſuppeditandas ſibi gratas voluptates. Quocirca dum in nobis dominatur ratio, caro ad virtutem illi mancipata neceſſariò torquetur.

CAP. 5.

ANIMVS ſuperficiebus rerum ſenſilium inuolutus, ſtatim vt in ſenſu natura ſitam arbitratus fuerit ſuam eſſe facultatem, carnales excogitat voluptates: vt qui habitudine erga ſenſum affecta detentus, viſibilium naturam trāſcendere nequeat.

CAP. 6.

CVM fieri nequeat, vt animus pertingat ad familiaria ſibi intelligibilia citra ſpeculationem obiectorum in medio ſenſibilium, hæc autem fieri prorſus non poſſit abſque ſenſu, conſpirante quidem cum animo, ſenſibilibus autē natura cognato: meritò ſanè, ſi ſuperficiebus rerum ſenſibilium illaqueatus, exiſtimet adhærentem ſenſum eſſe

vim naturalem, ab his quidem excidit quæ natura ſunt intelligibilia, præter naturam autem ambabus (quod aiunt) manibus complexus eſt corpora: quibus præter rationem agitatus, eo quòd ſuperetur à ſenſu, mœroris animę genitor conſtituitur, crebris conſcientiæ flagellis percuſſus: ſenſilis autem voluptatis fit auctor inſignis, excogitandis rationibus carnem fouentibus impinguatus. Sin autem viſibilium, ſimul vt obiecta fuerint ſenſui, ſeparata ſuperficie, ſpiritale. rerum exiſtentium * rationes, & à figuris inde naſcentibus puras contempletur, oblectationem produxit animæ nullius rei ſenſilis inſpectione captæ: ſenſus autẽ triſtitiã peperit, omnibus ſenſilibus illi natura gratis priuati.

** λόγους.*

CAP. 7.

Voluptatis & triſtitiæ origo in Anima & ſenſu.

QVIA triſtitiam animæ, videlicet afflictionem (ambo enim inter ſe ſunt idem) procreat voluptas ſenſus: triſtitiam autem ſenſus, hoc eſt afflictionem, voluptas animæ gignere ſolet, iuſta de cauſa qui deſiderat eam quæ ſecundùm ſpem eſt, vitam Dei ac ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, per reſurrectionem mortuorum in hæreditatem incorruptibilem, immaculatam & immarceſſibilem conſeruatam in cælis, animo quidem concipit exultationem & gaudium indicibile, continenti perfuſus lætitia ob ſpem futurorum bonorum, carne verò & ſenſu afficitur triſtitia, nempe tribulationibus ex variis tentationibus ei obuenientibus, & inſitis doloribus. Omnem ſiquidem virtutem ſubſequuntur voluptas & tribulatio: tribulatio quidem carnis, blãdo & ſuaui ſenſu priuatę: voluptas autem animæ, quæ deliciis affluit in ſpiritalibus ſermonibus ab omni ſenſili expurgatis.

Virtutem omnem ſequitur & voluptas et triſtitia.

CAP. 8.

CONVENIT mentem in hac vita (ſic enim intelligo ipſum NVNC) carne quidem mœrentem ob multas afflictiones tentationum, quæ virtutis cauſa ipſi inuehuntur, ſemper in anima gaudere & lætari de ſpe æternorum bonorum, quàmuis ſenſu vexetur. „ Quia non ſunt condignæ paſ- „ ſiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ „ reuelabitur in nobis, ait diuinus Apoſtolus.

Rom. 8.d

CAP. 9.

CARO, eſt animæ: & non carnis, anima. Quia præſtantioris eſt inferius, non inferioris præſtantius. Quapropter cùm propter tranſgreſſionem immixta ſit carni lex peccati, quę eſt voluptas ſenſus, propter quam perferendis laboribus condemnata eſt mors carnis, in interitum legis carnis excogitata: qui perſpicit, propter peccatum & illius delendi cauſa, introiiſſe mortem, læto ſemper eſſe debet animo, qui cernit per varias tribulationes exulantem à ſua carne legem peccati, ad ſuſcipiendam in ſpiritu beatam vitam futuram; quam aliter conſequi non datur, niſi prius lex peccati, velut ex vaſe quodam, carne fuerit euacuata, propter habitudinem quam habet animus erga illam in hac vita.

Lex peccati eſt voluptas ſenſus.

CAP. 10.

QVI propter labores de virtute triſtatur ſecundùm carnem, animo lætatur in ipſa virtute, quaſi præſentem videat futurorum dignitatem: cuius gratia, magni Dauidis ſententia, animo procul à carne recedente, quotidie moritur, qui per animę generationem in ſpiritu ſemper renouatur, ſalutari potiſſimùm voluptate fretus doloréque perutili. Dolorem ſiquidem dicimus, non inopinatum & qui multorum torquet animum, ob priuationem affectionum ac rerum materialium: vt qui præter naturam toto impetu ferantur ad ea quæ non cõueniunt, & fugiũt ea quæ non oportet: ſed conſultũ, qui diuina ſapiẽtibus inſerit, & præſens ſubindicat malum. Malum autem præſens aiunt eſſe triſtitiam: quæ quidem conſiſtit in anima, quando voluptas ſenſus rationalem diſcernendi vim occupat: in ſenſu verò ſita eſt, cum ſine vllo impedimento perficitur animæ curſus ſecundùm virtutem, qui tantùm affligit ſenſum, quãtũm oblectationis & gaudij parit animæ, quæ cognato virtutis & cognitionis ſplendore adducitur ad Deum.

CAP. 11.

SALVTAREM voluptatem dicit, animæ gaudium ob virtutem: fructuoſum autem dolorem, moleſtiam carnis, quæ virtutis cauſa ſuſcipitur. Quocirca qui affectionibus ac rebus addictus eſt, eo fertur quò non oportet: & qui priuationis affectionum & rerum effectrices occaſiones non amplectitur, fugit ea quæ vitare non decet.

Salutaris voluptas & dolor.

CAP. 12.

NEC diuina gratia parit cognitionis illuminationem, ſi abſit quod naturali potentia capax eſt illuminationis: neque item ipſum quod eſt capax, ſine gratia illuſtrationem ſuppeditante.

CAP. 13.

NEQVE gratia ſanctiſſimi Spiritus in ſanctis producit ſapientiam abſque mente quæ ſuſcipiat illam: neque cognitionem, citra facultatem rationis capacem: neque fidem, ſine certitudine animi rationlique de futuris & iis quæ omnibus modò ſunt ignota: neque dona ſanitatum gratuita, citra naturalem humanitatẽ: neque aliud quoddam è reliquis chariſmatibus, ſi deſit habitus & facultas cuiuſque ſuſceptiua. Neque item è diuerſo vnum ex his quæ enumerata ſunt, conſequetur homo naturali potentia, niſi diuina virtus ſuppeditet iſta. Quod apertè declarant omnes ſancti, qui poſt acceptas reuelationes diuinarum rerum, inquirunt, eorum quæ reuelata ſunt, rationes.

Homo aſſequitur dona S. ſancti pro ea qua illis ineſt ſuſceptiua facultate. Idem aut. 2. cap. 16. 20. & 9. & alias frequenter

CAP. 14.

QVI nulla ductus affectione petit, accipit gratiam qua poſſit operari ſecundùm virtutes. Et qui citra affectionem quærit, inuenit rerum veritatem naturali ſpeculationi conformem. Qui carens affectione pulſat cognitionis ianuam, nullo prohibente peruenſet ad ſecretam Theologiæ myſticæ gratiam.

Secreta myſtica Theologia gratia.

CAP. 15.

QVI vacuus affectionibus diuina quærit, accipiet omnino quod quæritur. Inquit enim; „ Petitis, „ & non accipitis, eò quòd malè petatis: quia Deus omnem notionem tranſcendit. At nobis qui cognitione egemus, certè vel ipſa ratio quod ammodo fit caro, non in ſeipſa, ſed in nobis per carnem peragens myſterium.

Iacob. 4.d

CAP. 16.

QVÆRIT in nobis Spiritus ſanctus rerum extantium cognitionem & ſcrutatur: at non ſibiipſi quærit, quod quęritur. Quemadmodum enim caro niſi fuerit intellectualiter animata, non peragit ea dignè Deo quæ ſunt naturalia: ita Spiritus ſanctus nõ exercet in ſanctis notiones myſteriorum, abſq; facultate naturaliter inquirente & ſcrutante cognoſcendi rationem.

CAP. 17.

QVA ratione non poteſt oculus abſque lumine Solis

ne Solis comprehendere ſenſibilia : ſic mens humana citra lucem ſpiritalem, nunquam conſequetur ſpiritalem cõtemplationem. Quia lumen ſenſibile natura ſenſum illuminat, ad comprehẽdenda corporea : ſpiritale verò, mentem illuſtrat ad ſpeculationẽ, vt intelligere poſſit quæ ſupra ſenſum ſunt poſita.

CAP. 18.

NATVRA quidem humana facultates indagandi ſcrutandique diuina, ſubſtantialiter à Deo creatore in ipſo exiſtendi aditu ſibi conditas habet : ſed rerum diuinarum reuelationes ſanctiſſimi Spiritus accedens potentia per gratiam parit. Quoniam autem ab initio nequam ille, per peccatum, haſce facultates naturæ viſibilium affixit; nec erat qui intelligeret aut exquireret Deum, omnéſque naturæ participes haberent vim intellectiuam & rationalem rerum ſenſiliũ ſuperficie circumſeptam, nullam verò eorum quæ ſunt ſupra ſenſum notitiam, meritò ſanctiſſimi Spiritus gratia eorum qui non conſultò & ex animo tenebantur deceptione rerum materialem addictam refixit ac ſeparauit facultatem : quam adepti puram, per gratiam in primis quæſierant & ſcrutati fuerant, deinde per eandem videlicet gratiam Spiritus perquiſierant ac fuerant perſcrutati.

CAP. 19.

VERA ſalus animarum, eſt finis fidei. Finis fidei, eſt eius quod creditum eſt vera reuelatio. Eius quod eſt creditum reuelatio vera, eſt eius de quo fides eſt habita, iuxta proportionẽ fidei cuiuſque arcana proceſſio. Crediti proceſſio, eſt credẽtium regreſſus ad principium fini congruum. Credentium reditus ad proprium principium conueniẽs fini, eſt implementum deſiderij eorum qui feruntur in Deum. Implementum deſiderij, eſt expetentium conditio perpetuò ſe mouens erga id quod expetitur. Conditio ſemper mouens, eſt optati cõtinua & nullo modo interpolata fruitio. Continua & non intermiſſa fruitio, eſt diuinorum, quæ naturam excedunt, participatio. Participatio eorum quæ ſunt ſupra naturam, eſt participantium cum eo quo participatur aſſimilatio. Participum ſimilitudo cum participato, eſt identitas obueniens vi ſimilitudinis participum cum eo quo participatur. Identitas verò participantium quæ ſuſcipitur ob ſimilitudinem cum eo quo participatur, eſt deificatio eorum qui digni ſunt vt Dij fiant.

Fidei finis et vt dy fiant qui digni sunt

CAP. 20.

NATVRA non habet ſermones de ijs quæ ſunt ſupra naturam : vti nec leges de iis quæ ſunt præter naturam. Supra naturam dico, diuinas & animo non comprẹhenſas delicias, quas Deus per gratiam naturæ parere ſolet, vnitus ijs qui digni ſunt. Præter naturam autem, conſiſtentem in harum priuatione dolorem inexplicabilem quem Deus conſueuit adferre naturæ, præter gratiam vnitus indignis. Nam iuxta ſubiectã cuique qualitatem affectionis, Deus (qui omnibus vnitur, vt ipſe nouit) vnicuique prẹbet ſenſum, prout à ſeipſo quiſque formatus eſt ad ſuſcipiẽdum eum qui cunctis prorſus vniẽdus eſt ſub finem ſeculorum.

CAP. 21.

EOS qui exquirunt in ſpiritu ſalutem animarum, huiúſque ſalutis ſermones ac modos ſpiritales perſcrutantur, dirigit Spiritus ſanctus vt aſſequãtur : nec immotam ipſis & inefficacem mane-

Appendix

A re ſinit facultatem, qua diuina ſolent exquirere.

CAP. 22.

IN primis quis quærit libera voluntate mortificare peccatum, & voluntatem peccato, & ita ſcrutatur, quî, quáue ratione mutuis vulneribus hæc interimi debeant : ruríũmque poſt plenam horum mortificationem, quærit vitam voluntatis ſecundum virtutem, ac virtutis ſecundum voluntatem : túmque ſcrutatur quo pacto procreanda ſit illorum mutua vita. Eſt igitur (vt ſub definitione cõplectamur) inquiſitio, rei cuiuſdam gratiſſimę appetitus. Scrutatio verò, eſt modus appetitionem promouens ad id quod eſt gratiſſimum.

Inquiſitionis et Scrutationis diſcrimen.

CAP. 23.

B RE vera conuenit eum qui ſaluandus eſt, non modò libera voluntate extinguere peccatum, ſed ipſam quoque voluntatem peccato : & non tantum virtute excitare voluntatẽ, ſed etiam voluntate virtutem : vt mortua mortuũ, totum tota peccatum ſeparata non ſentiat : & viua viuam, tota totam virtutem perſentiat, vnione nullo interuallo diſiuncta, voluntas. Nam qui peccato voluntatem interemit, cõplantatus factus eſt ſimilitudini mortis Chriſti : & qui iuſtitia excitat illam, fit etiam complantatus reſurrectioni eius.

Rom. 6. a

CAP. 24.

C PECCATVM & voluntas mutuò enecata, duplicem habent inuicem ſenſus priuationem. Itidem iuſtitia & voluntas à ſeſe mutuam habentes vitam, duplici vita potiuntur.

CAP. 25.

CHRISTVS cum ſit natura Deus & homo; à nobis, gratia naturam ſuperante, hęreditario iure poſſidetur vt Deus, arcana participatione : ac propter nos in forma noſtra tanquam homo nos appropians, incomprehenſa demiſſionis ratione nobiſcum ſeipſum poſſidet. Quem cum in ſpiritu, myſticè, ſancti prẹuidiſſent, edocti ſunt, paſſiones quæ virtutis gratia Chriſto in præſenti ſeculo euenire debebant, præceſſuras reuelandam in fu-

D turo propter virtutem in eo gloriam.

CAP. 26.

ANIMVS qui ſolo affectu citra vllam cognitionem mouetur in cauſam rerum, quærit duntaxat : facultas autem rationalis variè perluſtrans veras rerum ſcrutatur rationes.

CAP. 27.

QVÆSTIO, eſt primus & ſimplex animi motus erga ſuam cauſam cum deſiderio. Scrutatio verò, eſt prima ſimpléxque rationis diſcretio circa ſuam cauſam cum quadam notione. Perquiſitio item, eſt motus animi, qui ſcientia & cognitione cum quodam feruenti deſiderio ducitur in ſuam

E cauſam. At verò perſcrutatio, eſt diſcretio rationis quæ ex virtutum exercitio cum ſagaci quadam & docta notitia circa propriam cauſam verſatur.

Quæſitionis, Scrutationis & Perquiſitionis definitio.

CAP. 28.

SANCTI diuiníque Prophetæ cùm de ſalute animarum inquirerent & perſcrutarentur, cum ſcientia & cognitione ignitum & feruẽtem animi motum habebãt, & deſideriũ erga Deum, necnon ſagacem ac doctam in exercendis diuinis rationis diſcretionem. Illos qui imitantur, cum notione & ſcientia ſalutem animarũ perquirunt : & prudẽter ſcitéque perſcrutantes, diſcretionem quæ verſatur circa diuina opera, penetrant.

CAP. 29.

Rerum diuinarum duplex cognitio.

SERMO diuinus duplicem nouit rerum diuinarum cognitionem: vnam quidem reconditam, vt quæ ſita ſit in ſolo verbo & intelligentia, nullúmque exequendo eo quod cognitum eſt, experientiæ ſenſum habeat: qua gubernamur in hac vita. Alteram germanam ac veram, quæ in ſola experientia cóſiſtit & opere, citra verba notináſque, plenum eius quod eſt cognitum per gratiam participatione ſenſum præbet: per quam iuxta ſortem futuram ſuſcipimus deificationem, quæ ſuperat naturam, & ſine intermiſſione operatur. Itaque reconditam cognitionem, quę in verbo & intelligentia conſiſtit, aiunt excitare deſiderium ad cognitionem quæ particeps eſt operationis: actiuam autem, quæ per experientiam participatione deſiderium præbet eius quod notum eſt, delere notionem in verbo & intelligentia poſitam.

CAP. 30.

REFERT, duplicem eſſe cognitionis rationem: vnam, quæ in verbo & notitiis diuinis ſita, nullum hîc in ſpecie ſenſum exhibet eorum quæ ſunt intellecta: alteram, quæ per ſolam operationem, citra ſermonem aut notitiam, ſpecificè fruitur veris. Ex eo enim quòd vis rationalis per notionem ſubindicare ſolet quod cognitum eſt, excitat deſiderium eorum qui ratione mouentur, ad fruendum eo quod indicatum eſt.

CAP. 31.

AIVNT ſapientes, fieri non poſſe, vt ſimul quis experientiam Dei habeat, ac de eo loquatur: aut Deum ſentiat, & eum mente concipiat. Sermonem autem de Deo, inquio, proportionem ſpeculationis ex creaturis Dei cognitionem præbentis: ſenſum, ipſam quæ participatione fit experientiam bonorum ſupernaturalium: intelligentiam ex iis quæ ſunt, ſimplicem quandam de eo notionem. At forſitan hoc etiam in alio quouis perſpicuum eſt. Siquidem illius ipſius rei experientia, ſermonem de ea ſiſtit: & eius ipſius rei ſenſus, de ea conceptam intelligentiam quieſcere facit. Experientiam verò dico, ipſam operis faciundi cognitionem quæ ſuborimr poſt omnem ſermocinationem: & ſenſum, ipſam rei cognitæ participationem, quæ poſt omnem intellectionem emergit. Quod fortè myſticè docens magnus Apoſtolus, inquit; Siue Prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur: loquens videlicet de cognitione, quæ ſita eſt in ſermone & conceptione.

1. Cor. 13.c

CAP. 32.

DICEBAT profectò naturalem ſubſtantiæ rerum opificem, ipſummet eſſe per gratiam deificationis creaturarum auctorem: vt qui conceſſerat eſſe, etiam ſemper bene eſſe largiri declararetur. Cum igitur eorum quæ ſunt, nullum omnino ſeipſum aut aliud cognoſcat, quidnam ſit ſecundum ſubſtantiam, iuſta de cauſa nihil extat quod futura ſecundum naturam prænoſcat, præter eum qui eſt ſupra omnia, Deum: qui tum ſeipſum nouit, quid ſit ſecundum ſubſtantiam; tum ſubſiſtendi prænouit rationem eorum quæ facta ſunt ab ipſo, ante quàm fierent: qui etiam per gratiam apud eos qui viuunt, tam ſupplius quàm aliorum quidnam ſint ſecundùm ſubſtantiam, exornaturus eſt cognitionem: ac vniformes in ſeipſo ſermones eorum creationem præcedentes eſt explicaturus.

Solus Deus nouit futura.

CAP. 33.

VERBVM, quod naturam hominum creauit, non vnà condidit illi in ſenſu voluptatem ac dolorem, ſed vim quandam animi fabricatus eſt ei ad voluptatem, per quam indicibili modo poſſet eo frui. Hanc porrò facultatem (dico naturalem affectum animi erga Deum) cum primus homo, ſimul vt factus eſt, ſenſui tradidiſſet, iuxta ipſum primum motum beneficio ſenſus intermedij voluptatem affectam habuit præter naturam erga ſenſibilia. Cui quidem is qui curat noſtram ſalutem prouidè, velut vltricem quandam vim, affixit dolorem: per quem lex mortis ſapienter inſita eſt naturæ corporis, definiens furioſam animi cupiditatem, quæ prętet naturam fertur in ſenſibilia.

CAP. 34.

Voluptas & dolor ſimul cum natura carnis creata non ſunt.

VOLVPTAS & dolor non ſimul cum natúra carnis creata ſunt, ſed illam quidem excogitauit tranſgreſſio ad corrumpendam liberam voluntatem: hanc autem, ad diſſoluendam naturam adiudicauit: vt illa ſpontaneam animæ mortem pariat, peccatum: dolor autem per diſſolutionem, in quauis animantium ſpecie, carnis necem efficiat. Nam ad puniendam vltroneam voluptatem, prouidentia quadam Deus dedit naturæ inuitæ dolorem, & inde mortem naſcentem.

Voluptas libera.

CAP. 35.

Voluptas irrationalis.

OB irrationalem voluptatem quæ naturæ obuenit, iuſta ratione proceſſit dolor, qui multis tormentis, in quibus & ex quibus mors oritur, voluptatem quæ pręter naturam eſt, aufert, non tamen penitus extinguit. In quo diuinarum animi deliciarum gratia demonſtrari ſolet.

CAP. 36.

Labor tollit voluptatem.

SPONTANEORVM laborum excogitatio, ac præter voluntatem euenientium inuectio tollunt quidem voluptatem, ipſius vi naſcentem motum ſiſtentes: ſed vim non perimunt, quæ velut lex inſita eſt ipſi naturæ ſtatim à natiuitate. Nam philoſophia quæ virtutem ſectatur, efficit vt voluntas affectionibus vacet, non tamen vt illis natura careat. Ex quo videlicet, dum affectionibus eſt vacua voluntas, oblectationis diuinę gratia ſuboritur in animo.

CAP. 37.

LABOR omnis, quaſi ſuæ natiuitatis originem habeat pręmeditatam actu voluptatem, eſt debitum: quod videlicet iuſta de cauſa naturaliter perſoluitur ab omnibus qui ſunt participes naturæ. Voluptatem enim quę præter naturam eſt, planè ſequitur natúra labor apud omnes, quorum natiuitatem antecedit ſine culpa lex voluptatis. Culpa verò dico vacare voluptatem à tranſgreſſione ortam: vt quæ pręoccupanti labori non ſuccedat.

CAP. 38.

NON poterat omnino fieri, vt natura tum ſpontaneę voluptati tum coacto dolori ſubiugata, rurſus ad priſtinam vitam reuocaretur, niſi opifex factus eſſet homo, vltrò ſuſcepto in ſupplicium ſpontaneæ naturę excogitato dolore, non habente pręcedentem ſe natiuitatem à voluptate: vt ſubiens generationem initium à voluptate non ducentem, generationis naturam à damnatione liberaret.

CAP. 39.

CVM

A Cvm homines cuncti poſt tranſgreſſionem, haberent natúra ducé ſuæ natiuitatis voluptatem, nulliuſque natúra prorſus immunis eſſet ab addicta voluptati generatione: ſed omnes velut naturale debitum exoluentes, labores, iiſque mortem adiunctam perferebant, ambigebatúrque planè qua ratione liberari poſſent, qui ab iniuſta voluptate tyrannide opprimebantur, & iuſtis laboribus & inde ſequenti iuſtiſſimę morti naturaliter erant illigati: decebat porrò ad tollendam iniquiſſimam voluptatem & illius cauſa iuſtiſſimos inuectos labores: quibus afflictus miſerè diſtrahebatur homo, habens natiuitatis initium à voluptatis filia corruptione, ac per mortem deſinens in corruptionem vitæ terminum: decebat, inquam, ad B hæc reſtituanda, excogitare naturæ affectionibus carentis tribulationem ac mortem iniuſtam ſimul & culpa vacantem: culpa quidem vacantem, vt quæ nulla voluptate præoccupatam haberet natiuitatem: iniuſtam verò, vtpote vitæ affectionibus deditæ nullo modo capacem: vt tribulatio mórſque iniuſtiſſima mediatrix aſſumpta, voluptatis iniuſtę iuſtiſſimique laboris & interitus deleret funditùs iniuſtiſſimum à voluptate tractum initium, ac per mortem iuſtiſſimum propter illam naturæ terminum, denuóque genus humanum à voluptate doloréque redderetur immune, recipiente natura priſtinam felicitatem, nul- C lis indicus quæ creaturis generationi corruptionique obnoxijs innata ſunt, inquinatam. Hac de cauſa Verbum Dei, quòd natura Deus perfectus eſt, factum eſt integer homo, anima intellectiua & corpore natúra patibili conſtans, ſicut & nos, dempto ſolo peccato, nullatenus habens contractam ex inobedientia voluptatem, quæ temporaneam eius ex muliere natiuitatem antecedat: ſed dolorem propter voluptatem introductum (qui finis eſt naturæ) humanitatis gratia ſponte ſibi adaptauit: quo patiens iniuſtè, perimeret contractam ab iniuſta voluptate natiuitatis originem opprimentem tyrannicè naturam: D quæ non aliorum hominum more mortem Domini geſtabat vice debiti qood pro ipſa ſolueretur, ſed potius ex aduerſo illi oppoſitam: ac illegitima carens voluptate, cuius cauſa mors introiit; & de qua velut auctore mortis ſopplicium ſumpſit, morte iuſtum naturę finem deleret.

Verbū Dei factum integer homo.

CAP. 40.

Oportebat re vera, oportebat Dominum eſſe natura ſapientem, iuſtum, ac potentem: qui vt ſapiens, non ignoraret ſanandi rationem: vt iuſtus, non tyrannicam exerceret ſaluationem hominis à peccato ſpontè comprehenſi: vt omnipotens, non eſſet in complenda ſanitate debilis. E

Dei iuſtitia in hominibus ſanandis.

CAP. 41.

Sapientia quidem Dei declaratur in eo quòd in rei veritate natúra factus eſt homo: iuſtitia verò, dum in natiuitate patibilem naturę rationem, quemadmodum & nos aſſumpſit: potentia autem, quando per paſſiones & mortem parauit naturæ vitam perpetuam, ac paſſionum vacuitatem immutabilem.

Dei ſapiētia, iuſtitia & potentia.

CAP. 42.

Dominvs citra cooocrſionem aut quamlibet alterationem factus homo, ſapientiæ rationem in ſanandi modo perſpicuam reddidit. Æqualitatem iuſtitiæ multom ſe demittendo demonſtrauit, dum ſponte condemnationoe naturæ ſubijt, quę patibili competebat, illamque vertit in arma, ad internecionem peccati, mortiſque propter illud introductę; hoc eſt, voloptatis & inde naſcentis doloris, in quo peccati mortiſque vis conſiſtebat, & in volopeate ſita tyrannis peccati, & ex ea dolore medio, potentatus mortis, quia in parte naturę patibili certò voluptatis vis ſita eſt atque doloris. Etenim naturalem doloris pœnam vehementius intenſam voluptate cooſolari quodammodo nitimur. Nam dum moleſti doloris ſenſum vitare volumus, confugimus ad voluptatem, naturam flagello doloris afflictam ſolari co- B nantes. Sed dum aculeos doloris voluptate retundere feſtinamus, chirographum eius contra noſipſos magis confirmamus, cùm à dolore & tribulationibus libera nequeamus frui volnpate.

Voluptas magis ac magis auctus dolorem.

CAP. 43.

Sane robur excellentis potentię ſtabiliuit, dum immutabilem originem contrariorum, iis quæ ipſe paſſus eſt naturę latenter indidit. Siquidem paſſione, vacuitatem paſſionum: laboribus, remiſſionem: morte, ſempiternam vitam donans oaturę, denuò ſuis ipſius penuriis recreauit, habitu renouato naturę, eique collata per ſuam incarnationem, ſupernaturali gratia, dei- C ficatione.

CAP. 44.

Devs verè factus eſt homo, & aliud naturæ dedit ſecundæ natiuitatis initium, per afflictionem in delicias futurę vitę deſinens. Quemadmodum enim primus pater Adam diuinum tranſgreſſus mandatum, naturę pręter primum inuexit aliud natiuitatis principium, quod quidem volnptate conſtat, ſed per afflictionem deſinit in mortem, atque ex conſilio Serpentis commentus eſt voluptatem quę precedenti labori non ſuccedit, ſed in ipſo labore terminatur, cunctoſque ſecundùm carnem ex ipſo natos more ſuo D propter iniuſtum voluptatis principium, iuſtè ſecum adducebat ad finem, per afflictionem ſubſequente morte: in hunc quoque modum Dominus homo factus aliud ex Spiritu ſancto ſecundę natiuitatis principium fabrefecit naturę, ſuſceptáque per tribulationes, Adami morte iuſtiſſima quæ tamen in illo iniuſtiſſima fuit, eo qoòd careret principio illo ſuę natiuitatis ex inobedientia per primom parentem contracto, nempe iniqoiſſima voluptate) ambo extrema principium & finem generationis humanę quę ſecundùm Adamum eſt, ſuſtulit, ob id potiſſimum, quòd non eſſent ex Deo: & omnes poſt illam myſticè E tenatos, ab eius obligatione diſſoluit.

Chriſtus & Adam alium atque alium vitæ finē & initiū nobis inuexerunt.

CAP. 45.

Vbi dominus extinxit voluptatem ex lege peccati contractam, vt abrogaret natiuitatem carnalem eorum qui in ipſo per gratiam & ſpiritum naſcuntur, eos qui condemnationi in naturam latę prius erant obnoxij, ad damnandum peccatum ſubire mortem ſinit: qui quidem ex Adamo nati, iam non habent voluptatem ab Adamo profectam, ſed dolurem duntaxat Adami cauſa in ipſis agentem, non ſub forma debiti pro peccato ſoluendi, ſed per modum diſpenſationis, ob circumſtantiam naturalem, prout exigit mors

peccati: quæ cum non habet matrem producentem ſe, voluptatem, de qua vlciſci ſolet, æternæ vitæ proculdubio parens efficitur. Sicut enim Adami vita, quæ ſecundùm voluptatem agitur, mortis corruptioniſque mater eſt: ita mors Domini, quæ Adami cauſa ſuſcipitur, immunis à voluptate Adami, ſempiternæ vitæ parens euadit.

CAP. 46.

NATVRA humana poſt trangreſſionem habuit pro principio ſuæ generationis, conceptionem ex ſemine cum voluptate, & ab influxione procreationem, & pro fine mortem, quæ ex dolore per corruptionem oritur. Dominus autem cùm ſuæ ſecundum carnem generationis huiuſmodi principium nõ habuerit, neque fine, hoc eſt, morte, corripi potuit.

CAP. 47.

PECCATVM cum ab initio ineſcaſſet Adamum, perſuaſit, vt ad tranſgreſſionem diuini mandati procederet: per quam vbi voluptatem ſuppoſuit, ac ſeipſum per voluptatem clauis affixit ipſi fundo naturę, vniuerſam naturam morte damnauit, impellens naturam creaturarum per mortem hominis miniſterio introductam ad deliquium. Nam hoc ipſum etiam ſtruxit ſatori peccati malignoque patri nequitiæ diabolo: qui per arrogantiam quidem ſeipſum exulem reddidit à gloria diuina, per inuidiam autẽ tum in nos, tum in Deum conceptam expulit Adamum è paradiſo: quo deleret opera Dei, ac diſſolueret ea quæ componunt generationem.

CAP. 48.

Dæmon inuidus, perſuaſit Adamo Deum illi inuidere. Geneſ. 3. a

DIABOLVS inuidens Deo nobiſque, cùm dolo perſuaſiſſet homini, inuideri illi à Deo, molitus eſt vt tranſgrederetur mandatum. Deo quidem inuidẽs, ne re ipſa perſpicua fiat eius omnino prædicanda potentia, quæ hominem, Deum efficit: homini verò manifeſtè, ne re ipſa per virtutem diuinæ gloriæ particeps fiat. Non enim nobis duntaxat inuidet impuriſſimus ille gloriam quam virtutis cauſa conſequimur apud Deum, verùm ipſi quoque Deo prorſus laudandam eius quam exercet in nobis, ſaluandi potentiam.

CAP. 49.

Mors Adami & Chriſti.

SICVTI mors in Adamo, erat condemnatio naturæ habentis voluptatem pro ſuæ generationis principio: ita mors in Chriſto fuit condemnatio peccati, denuò per Chriſtum recipiente natúra generationem à voluptate liberam.

CAP. 50.

SI nos qui gratiâ per Spiritum facti ſumus digni, qui Dei domus eſſemus, tantam debemus iuſtitiæ gratia demõſtrare tolerantiam afflictionum in condemnationem peccati; ac velut ſcelerati, licet probi ſimus, contumelioſam mortem perferre: quis finis eorum, qui non credunt Euangelio Dei? Qui non ſolùm viuam, efficacem in anima, corpore voluntate, natúra, voluptariam Adami natiuitatem imperantem naturę ſtudioſe vſque in finem ſectati ſunt; verùm ne Deum quidẽ Patrem admonẽtem per Filium incarnatum ſuſceperunt, neque ipſum item Filium mediatorem Patris nomine legatione fungentem, ac vt nos recõciliaret Patri, voluntate paterna pro nobis morti ſponte ſeipſum obucientem, vt nos decore ſuæ deitatis exornatos, ſua ipſius gratia tantopere glorificaret, quantùm ipſe noſtra cauſa noſtrorum ignominia cruciatuum affici pertuliſſet.

CAP. 51.

Deus, omnium Beatorum locus incircũſcriptus.

CVM Deus futurus ſit omnium qui ſaluantur locus incirconſcriptus, nullo interuallo diſcontinuus ac infinitus, vt qui fiet omnia in omnibus iuxta proportionem iuſtitiæ; imò verò iuxta modum tribulationum hîc ſcite pro iuſtitia ſuſceptarum, ſeipſum vnicuique donans non aliter quàm anima membris corporis, quæ pro ſubiecta cuique membro facultate ſeipſam efficacem exhibet, & per ſeipſam membra continet, vt ſint, & ad viuendi facultatem conualeſcant: impius & peccator vbi parebit hac priuatus gratia? Nam qui non poteſt capere præſentiam efficientem vt bene ſit, vbi parebit, cùm à vita diuina excedente ſeculum, tempus, & locum exciderit?

Deus donabit ecuique pro ratione tribulationũ hîc ſuſceptarum, et quo modo.

CAP. 52.

1 Petr. 4. d

SI quis non habeat Deum, qui continet vitam ad beatitudinem, qui dignis omnibus futurus eſt locus; quo pacto ſe habebit in beata manſione & ſede apud Deum, cùm careat ipſo loco, qui Deus eſt? Et ſi cum ſumma difficultate ſaluatur iuſtus; quid erit, quidue patietur is qui nullum in hac vita verbum pietatis aut virtutis edidit?

1. Petr. 4. d

CAP. 53.

Matth. 25

DEVS quidem vna infinitè potenti bonitatis voluntate congregabit omnes angelos & homines, bonos ac malos: at hi cuncti non æqualiter participes erunt liberè penetrantis omnia Dei, verùm pro ſua ipſorum facultate.

CAP. 54.

QVI naturæ quidem æquabilem per omnia ſeruauerunt animum, & agendo ſermonum naturæ capacem ipſum reddiderunt, iuxta plenam rationem qua ſemper bene eſſent, propter bonam animi affectionem erga diuinam voluntatem totius bonitatis participes erunt, iuxta ſplendentem in illis vt in Angelis aut in hominibus vitam diuinam. Qui verò inæqualem per omnia naturæ præſtiterunt animum, cúmque perpanſa quauis beatitudinis ratione diſſipãtem ipſo facto naturæ ſermones exhibuerunt, propter affectum animi repugnantem diuinæ voluntati, prorſus à bonitate dilabentur, iuxta eminentem, in ipſis cum miſeria familiaritatem animi, qua tales ſeparabuntur à Deo, vtpote qui non habeant in intentione animi, beatitudinis ſermonem bonis operationibus viuum effectum: vnde relucere ſolet vita diuina.

CAP. 55.

Iudicium extremum

STATERA voluntatis cuiuſque in Iudicio, erit, naturæ ſermo, qui motum ipſius ad miſeriam aut beatitudinem vergere arguit: ſecũdùm quem vitæ diuinæ participes aut expertes eſſe ſolemus. Siquidem quatenus ſint, ac ſemper ſint, Deus præſens complectetur omnes: quantùm verò ad perpetuam beatitudinem, ſingulari quodammodo ſolos Angelos ſanctos & homines, relinquens iis qui non ſunt eiuſmodi, pro confuſo animi fructu miſeriam ſempiternam.

CAP. 56.

MYSTERIVM incarnationis diuinæ præternaturalem diuerſitatem eorum è quibus conſtat, non ſimul etiam introducit in hypoſtaſi varietatem: tũ ne quid acceſſionis capiat Trinitatis myſterium, tum vt cum deitate nihil ſit einſdem natúra generis atque ſubſtantiæ. Nam ad componẽdam hypoſtaſin, fit cõcurſus duarum naturarum,

non autem ad componendam vnam naturam: vt & quod vnum eſt ſecundum hypoſtaſin, concurrentium inuicem naturarum vnione cunſummatum declaretur, & diuerſitas concurrentium ad inſeparabilem vnionem, citra vllam cóuerſionem & confuſionem, in ſua naturali proprietate manere credatur.

CAP. 57.

Vna hypoſtaſis in Chriſto etiam poſt incarnationem.

NEGAMVS in Chriſto eſſe diuerſitatem hypoſtaſeon: quia Trinitas manet Trinitas, etiam poſt incarnatum verbum: cum propter incarnationem nulla ſanctæ Trinitati fiat adiectio perſonæ. Naturarum autem diuerſitatem aſſerimus: ne carnem Verbo natúra conſubſtantialem eſſe cenſeamus.

CAP. 58.

B QVI negat diuerſitatem naturarum, non poteſt credere quod cóſitemur, nempe Verbum factum eſſe carnem abſque conuerſione: cùm non agnoſcat, tam id quod aſſumit, quàm quod aſſumitur, in vna vnius Chriſti ac Dei ſaluatoris hypoſtaſi poſt vnionem in ſua conſeruari natura.

CAP. 59.

SI carnis & deitatis in Chriſto poſt vnionem eſt diuerſitas naturalis (nequaquam enim Deitas & caro ſecundum ſubſtantiam idem ſunt) ad procreationem vnius naturæ minimè fit vnio conuenientium, ſed ad vnam hypoſtaſin conſtruendam, per quam nullam quouis modo reperimus in C Chriſto diuerſitatem. quia Verbum ſecúdùm hypoſtaſin idem eſt cum propria carne. Quatenus enim Chriſtus habuerit diuerſitatem, nullo modò poteſt vnum eſſe: quatenus autem nullam quæcunque ſit omnino diuerſitatem recipit, quáuis proculdubio ratione piè ſub ſe haber vnum, quod eſt & dicitur.

CAP. 60.

Bona conſcientia.

FIDES per ſpem in Deum firmat charitatem. Bona conſcientia per obſeruationem mandatorum ſtabilit dilectionem in proximum, quia bona conſcientia non habet mandatum à quo propter tranſgreſſionem accuſetur. His autem ſola mens eorum credere ſolet, qui veram ſalutem deſiderát.

CAP. 61.

D NIHIL celerius, quàm credere: nec quicquam facilius, quàm ore confiteri gratiam eius cui crediderıs. Illud enim declarat animatam eius qui credidit, charitatem erga Creatorem: hoc autem, Dei amantem erga proximum affectionem. Porrò charitas & germanus affectus, nempe fides & bona conſcientia eſt opus perſpicuè prodiens à latente motu cordis, quod ad procreationem ſui externa materia prorſus non indiget.

CAP. 62.

Ignauus circa honeſta, facilè mouetur ad malum. Lapis ſocordiam: Lignum, promptitudinem ad mala, ſignificat in ſcripturis.

E QVI omnimoda laborat ignauia circa id quod honeſtum eſt, planè facilè mouetur ad malum. Nam vt quis ſit immotus ad vtrumque, fieri non poteſt. Vnde ſocordiam animæ erga res honeſtas, ſcriptura nouit appellare lapides, quaſi virtutes non ſentiat: ligna verò promptitudinem ad mala. Cæterùm motus ſenſilis vigore mentis accenſus, parit virtutem cognitione præditam.

CAP. 63.

Eph. 2. c

CORPORIS legem naturalem vocauit ſcriptura, vt opinor, medium parietem: maceriam verò, ſitam in lege carnis habitudinem erga affectionem; hoc eſt, peccatum. Sola enim habitudo legis naturalis, hoc eſt paribilis naturæ portionis erga affectiones obſcœnas, fit maceries animę, quę corpus muris obſtruit, nec ſermonem virtutum per mediam animam operando tranſire ſinit ad carnem: atqui verbum accedens, lege, hoc eſt paribili parte naturæ expugnata, habitudinem affectionum præter naturam venientium in ipſa collocatam euacuauit.

Appendix.

CAP. 64.

Dæmõ fur eſt & mendax.

QVANDO iniquus doloſa circumuentione inſitam naturę de Deo cognitionem ſurripiens, eam ſibi ipſi vendicat, fur eſt qui adorationem à Deo in ſeipſum transferre nititur; abducens videlicet à ſpiritalibus creaturarum ſermonibus intellectualem ſpeculationem animæ, & ſola inſpectione rerum ſenſibilium ſuperficie circunſcribens facultatem intellectus. Quando verò à motionibus naturalibus initium ſumens, ad ea quæ ſunt præter naturam, facultatem actiuam captioſè detorquet, & per ea quæ putantur honeſta, doloſa perſuaſione deſiderium eius deterioribus affigit, mẽdosè iurat in nomine Domini, dum ad alia quàm quæ promiſerat, credulam traducit animam. Ac fur quidem eſt, eò quòd naturæ cognitionem furto ſibi arrogat: periurus autem, vt qui perſuaſerit operatrici facultati animæ, circa ea quæ ſunt præter naturam fruſtra laborare.

CHAP. 65.

Fur ſpiritalis eſt qui vitam verbis nõ conuenientem viuit.

AVT denuò fur eſt, qui ad circumueniendos auditores diuinis vtitur ſermonibus, quorum vim per opera non nouit, ex nuda prolatione faciens mercaturam gloriæ, ac ſermone lingua prolato venatur laudem, vt iuſtus habeatur ab audientibus. Et, vt paucis dicam, qui vitam non cógruam verbis gerit, & affectum animæ notioni contrarium, fur eſt, de bonis alienis perperam ſe oſtentans. In quem meritò ſermo dicet: Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?

Pſal. 49.

CAP. 66.

Hypocrita eſt fur ſpiritualis.

ITIDEM fur eſt, qui apparentibus modis ac moribus ſecretam occultat animi nequitiam, æquitatis fictione interiorem tegens & occultans affectum. Ac velut ille, pronunciatione verborum ad ſcientiam pertinentium fallit auditorum animum: ſic iſte, ſimulatis arte moribus ſenſum ſpectantium. In quem ſimiliter dictum eſt, Erubeſcite, qui induimini veſtibus alienis. Et illud; Reuelabit Dominus habitum ipſorum in die illa. Singulis enim diebus audire videor Deum hæc dicentem mihi in ſecreta cordis officina, quaſi ſim vtroque nomine dilertè condemnatus.

Sopho. 1. b

CAP. 67.

Periurus ſpiritaliter.

PERIVRVS eſt, qui mendaciter iurat in nomine Domini: qui promittens Deo ſe ſtudioſam vitam acturum, à promiſſione ſua aliena ſectatur, pactúmque profeſſionis rectè viuendi, neglectu mandatorum tranſgreditur. Ac vt in ſumma dicam, qui cùm ſtatuerit viuere ſecundùm Deum, non eſt huic vitæ plenè mortificatus, mendax eſt & periurus: vtpote qui Deo quidem iurauit; hoc eſt, promiſit ſe diuinorum certaminum curſum irreprehenſibilem peracturum, & non præſtitit: ob ídque minimè laudatur. Laudabitur enim omnis qui iurat in eo; hoc eſt, omnis, qui cum pollicitus ſit ſe victurum vitam Deo gratam, complet etiam in veritate per opera iuſtitiæ, ſacramenta pollicitationis honeſtę.

Pſal. 62. c

CAP. 68.

Hypocrita

A Q VI ſola verborum prolatione ſcientiam ſimulat, ad gloriam ſuam ſurripit auditorum intellectum. Et qui motibus ſimulat virtutem, ad gloriam ſuam ſpectantium viſum ſuffuratur; ambóque doloſè ſurripientes, ſeducunt: ille quidem, intellectum animæ audientium; hic verò ſenſum corporis videntium. CAP. 69.

Infamis eſt, qui quod iurauit non implet.

S I planè laudem conſequitur, qui a ſe promiſſa præſtat, eo quòd iuret in Deo, & verax ſit: proculdubio vituperandus erit & infamis, qui pacta propria tranſgreditur, quaſi qui iurauerit in Deo, & mentiatur. CAP. 70.

C ERTE non omnis homo qui venit in hunc Mundum, illuminatur à verbo, plures enim manent non illuminati, & lumine cognitionis carentes: ſed omnis proculdubiò homo, qui propria voluntate motus pergit in verum mundum virtutum. Omnis enim qui à natiuitate ſpontanea pulſus in veritate venit in huius generis Múdum, à Verbo ſanè illuminatur, accipiens habitum virtutis immotum, & cognitionis veræ ſcientiam peccato immunem. CAP. 71.

Scriptura verba ſecundùm rē ſubiectam intelligenda.

N ON ſemper neque omnia quæ voce exprimuntur, vno & eodem prorſus modo intelligenda ſunt: ſed vnumquodque eorum quę dicuntur, intelligi debet ſecundùm vim ſubiectam; videlicet modo ſanctæ ſcripturę, ſi rectè velimus ſcopum eorum quæ ſcripta ſunt conijcere.

CAP. 72.

E X perſonis, locis, temporibus, aut aliis rebus animatis, anima carentibus, ſenſilibus & intelligibilibus in ſcriptura deſcriptis, nulla eſt quæ occurrentem omninò narrationem, aut ſpeculationem eidem intelligendi modo ſemper obnoxiam habeat. Quare neceſſe eſt, eum qui diuinam ſcripturæ intelligentiam inoffensè tractare velit, vnũquodque eorum quæ enumerata ſunt, pro varietate eorum quæ fiunt aut dicuntur, variè excipere, & pro loco vel tempore conuenientem ei contemplationem decenter diſtribuere.

CAP. 73.

Q VICVNQVE ſunt in vniuerſo Mundo, docendi ſunt vitam & conuerſationem agere ſoli rationi congruam: corporúmque tantam gerere curam, quantùm ſumma ſollicitudine amputanda eſt erga illa habitudo animi, nulláque prorſus animæ danda imaginatio, materiæ opus & intentionem, peragẽdi: cum iam extinctus ſit ratione ſenſus, qui ab initio quidem rationem expulerat, vim autem voluptatis irrationalem, velut reptilem ſerpentem, ſuſceperat: vndę iuſta de cauſa mors exulauit, vt diabolo aditum in animam præbere deſinat. CAP. 74.

Sapiens, carnem morte antè mortem cōdemnat.

C VM ſenſus genere ſit vnicus, quintuplex eſt ſpecie, apprehẽſiua cuiuſque ſpeciei facultate ſuadẽs animæ ſeductæ, vt innatum ſenſibile pro Deo amplectatur. Quapropter qui rationem prudenter ſequitur, antè quàm violẽta & inopinata mors accedat, morte carnem vltrò condemnat, animo prorſus à ſenſu ſeparato.

Senſus rationis imperãs plures Deos veneratur.

CAP. 75.

S ENSVS qui ſubiugauit animum, docet plures eſſe Deos, dum per ſingulos ſenſus affectionibus inſeruiẽs innatũ ſenſibile colit vt numẽ diuinum.

CAP. 76.

Q VI in ſola Scripturæ litera immoratur, ſenſum duntaxat habet dominantem naturæ, vnde ſolus affectus animæ erga carnem emergere ſolet. Litera ſiquidem non intellecta ſpiritaliter, ſolum habet ſenſum, qui enunciationem eius circunſcribit, & non ſinit eorum vim quæ ſcripta ſunt, ad intellectum peruenire. Atqui ſi litera cum ſolo ſenſu familiaritatem habeat, quicũque iuxta ſimplicem narrationem, Iudaicè literam ſuſcipit, viuit ſecundùm carnem: qui quotidie, voluntate, mortem peccati vigente ſenſu perimit, ſed ſpiritu corporis opera mortificare non poteſt, vt viuat in ſpiritu vitam beatam. Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini; inquit diuinus Apoſtolus: Si autẽ ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. *Rom. 8.*

B CAP. 77.

Q VAMOBREM lucernam diuinam, hoc eſt ſermonem cognitionis illuſtratorem, ſpeculatione & operatione accendentes, ne ponamus ſub modio, vt non condemnemur, quaſi ſapientiæ vim in comprehenſam litera concludamus: ſed ſuper candelabrum; dico ſanctam Eccleſiam, in ſublimitate contemplationis veræ lucem dogmatum diuinorum, tanquam facem, omnibus proferentem. CAP. 78. *Matth. 5. b. Mar. 4. c. Luc. 11. e.*

Lucerna ſpiritualis

Q VI violentarum tentationum incurſiones, more beati Iob ſtrenuorúmque martyrum inconcuſſo perfert animo, eſt lucerna præpotens: qui C inextinctum etiam ſeruat lumẽ ſalutis (quod alioqui in modo potentiæ, quæ pollet fortitudine, conſeruatur) habens inter præcipua robur & laudum decantationem. Qui verò machinas illius maligni perſpicit, & inuolutiones bellorum inuiſibilium non ignorat, hic quoque ſplendens luce cognitionis, commodè viſus eſt ſummo Apoſtolo dici, alia lucerna: Non enim ignoramus cogitationes eius. CAP. 79. *2. Cor. 2.*

S PIRITVS ſanctus timore, pietate & cognitione purificat eos qui digni ſunt puritate virtutis. Illuſtrationem porrò cognitionis eorum quæ ſunt, qua ratione ſubſiſtant, donat his qui fortitu- D dinis, conſilij, & intellectus nomine digni ſunt lumine. Perfectionem autem per illuſtratem omnia, ſimplicem & integram ſapientiam, largitur iis qui diuinitate digni ſunt, deducens eos immediatè prorſus (quantum homini datur) ad cauſam rerum, ſolis diuinis proprietatibus bonitatis percelebres: vnde ex Deo quidem ſeipſos, & Deum ex ſeipſis cognoſcentes, nullo obſtituente medio (nullum ſiquidem eſt medium inter ſapientiam & Deum) ſtatum obtinebunt omninò inalterabilem: cum ab ipſis vniuerſim traiecta ſint media, in quibus aberrandi circa cognitionem interdum E inerat periculum. Media verò appellat, intelligibilium ac ſenſibilium ſubſtantiam; per quæ humana mens ad Deum, velut cauſam rerum; deduci ſolet. CAP. 80.

Philoſophia cognitio.

T IMOR, pietas, & cognitio Philoſophiã quidem actiuam pariunt: naturalem autem in ſpiritu contemplationem, fortitudo, conſilium, & intellectus promouent: ac myſticam theologiam, largitur ſola diuina ſapientia.

CAP. 81.

Q VA ratione citra oleum inextincta ſeruari nequit lucerna: ita ſine habitu, qui aptis ſermonibus, modis ac moribus, conceptionis item & cogitationibus idoneis foueat quæ honeſta ſunt,

chariſ-

charismatum lumen adſeruari non poteſt, quin extinguatur. Siquidem quodcunque chariſma ſpiritale innato eget habitu, qui materiam intellectualem illi, tanquam oleum, continenter infundat: vt iuxta ſuſcipientis habitum permaneat quod accipitur.

CAP. 82.

Scripturis ſanctis nulla vis eſt conceptionum Deo digna

QVEMADMODVM ſi deſit oliua, nuſquam poteſt verè germanum ac naturale inuenire oleū, nec abſque vaſe capiente poteſt oleum teneri: lumen porrò lucernæ planè extinguitur, niſi nutriatur oleo: hunc in modum ſine ſcripturis ſanctis nulla verè eſt conceptionum vis Deo digna: citra habitum autem, vt vas conceptionum ſuſceptiuū, nulla poteſt ſubſiſtere conceptio diuina: at lumen cognitionis chariſmatum, ſi non alatur diuinis conceptionibus, non ſeruatur apud eos qui habent, inextinctum.

CAP. 83.

Zach. 4. d

Veteris et noui Teſtamenti figuræ & doctrina.

ARBITROR, oliuam ſitam à ſiniſtris, ſignificare Teſtamentum vetus, quòd philoſophiam actiuam magis curet: illam verò quæ à dextris eſt, Teſtamentum nouum, quaſi noui myſterij magiſtrum, & habitus contemplatiui, qui apud quemcunque fidelem eſt, procuratorem. Nam illud, virtutis modos, hoc, ſcientiæ ſermones præbet his qui philoſophantur circa diuina. Item illud à rerum viſibilium caligine ſubtrahens animum, reducit ad id quod cognatum eſt ei, quauis imaginatione materiali repurgatum: hoc ab adhærente materiali affectione ipſum purificat, fortitudinis acumine excutiens, tanquam malleo quodam, clauos animum corpori illigatum tenentes.

CAP. 84.

VETVS quidem Teſtamentum, corpus rationale factum virtutibus medijs effert ad animum, prohibens ne mens deprimatur ad corpus: nouū autem, animum igne dilectionis volantem extollit ad Deum. Atque illud, corpus facit idem cum animo in peragendo motu: hoc, per habitum gratiæ, eundem cum Deo reddit animum, qui tātam cum Deo habet ſimilitudinem, vt Deus, qui ſuapte natura à nullo vnquam prorſus cognoſci poteſt, innoteſcat per eum, velut archetypus ex imagine quadam.

CAP. 85.

TESTAMENTVM vetus, cum ſit operationis ac virtutis ſymbolum, efficit vt in motu concordet corpus cum animo: Nouum autem, quod ſpeculationem & cognitionem parere ſolet, mentem myſticè capientem illud, diuinis conceptibus & notis exornat. Vetus, ſpecies virtutum ſuppeditat cognitione prædito: Nouum, operam nauanti rationes cognitionis veræ largitur.

CAP. 86.

Deus eſt Pater eorū qui aliis ſunt exemplar virtutis.

DEVS per gratiam dicitur & fit pater illorum qui ſolam habent animi natiuitatem per ſpiritum virtuti conſentaneam: qua præ ſe ferentes in conuerſatione vitæ cōſpicuum in virtutibus Dei producentis characterem, velut effigiem animæ, conuerſione modum ad glorificādum Deum prouocant ſpectantes, pro exemplari virtutis eximio præbentes eis ſuæ vitæ modum ad imitandum. Non enim verbo nudo cōſueuit glorificari Deus, ſed operibus iuſtitiæ, multò ampliorem Dei magnificentiam reſonantibus quàm verba.

CAP. 87.

Lex naturalis & ſpiritualis.

VTIQVE ſiniſtra eſt lex naturalis, propter ſenſum, rationi tamen adducit virtutum ſpecies, redditque cognitionem operandi ſtudioſam. At lex ſpiritalis propter animum dextra eſt, quę ſenſui permiſcet ſpiritales rerum ſermones, & meditatam efficit operationem.

CAP. 88.

Cognitio cum operatione perfecta eſt, alioqui nō.

QVI cognitionem demonſtrat operatione, velut corpore, veſtitam; & operationem cognitione animatam; exactam nactus eſt verę & Deo gratæ operationis rationem. Qui verò vtramuis ab altera ſeiunxerit, aut cognitionem non ſubſiſtentem parit, nempe imaginationē aut operationem conſtruit expertem animę, videlicet idolum. Cognitio nanque non incumbens operi, nihil differt ab imaginatione, carens actione quæ conſolidet eam. Operatio item nō munita ratione, idem cum idolo molitur, cùm ipſam vegetante careat cognitione.

CAP. 89.

Vtrinſque Teſtamēti vnum eſt myſteriū.

MYSTERIVM noſtrę ſalutis hoc efficit, vt vita ſit ſermonis demonſtratio, ſermo verò ſit opinio vitæ: & operatio ſit contemplatio incumbens operi, contemplatio ſit actio ſacris initiata: ac vt paucis dicam, virtutem facit cognitionis explicationem, cognitionem autem virtutis vim conſeruatricem: & ex ambabus, virtute inquam & cognitione, vnam ſapientiam conſtare demonſtrat: vt cognoſcamus, duo Teſtamenta per gratiam plus inter ſe per omnia conuenire ad vnius myſterij complementum, quàm anima & corpus, dum ad procreationem vnius hominis inter ſe concurrunt in compoſitione.

CAP. 90.

Operatio & cōtemplatio vnā perficiunt ſapientiā.

SICVT anima & corpus inter ſe compoſita, faciunt hominem: eadem ratione operatio & contemplatio vnam concurſu perficiunt ſapientiam cognitiuam: antiquum nouúmque Teſtamentum, vnum peragunt myſterium. Porrò bonum natúra ſolius Dei eſt, vnde per cōmunicationem illuſtrantur & beantur omnia quę lucis ac bonitatis natúra ſunt capacia.

CAP. 91.

Mundus intelligibilis & ſenſibilis.

QVI Mundum viſibilem intelligit, videt intelligibilem. Nam per imaginationem ſenſu format intelligibilia, animóque figurat conſpectos ſermones: & variis rationibus intelligibilis Mundi conſtructionem transfert ad ſenſum, ad animum autem ſenſibilis Mundi compoſitionem multa cum inuolutione: necnon ex intelligibili ſenſibilem capit, ſenſu tranſlato * verbis ad animum: & ex ſenſili, intelligibilem, animo typis ad ſenſum ſcitè deuoluto.

** τοῖς λόγοις.*

CAP. 92.

† Vulgata editio legit; Ad extrema montium deſcendi, &c.

Ioan 2. 4

Abyſſus, quid myſticè ſignificet in ſcripturis.

PRIMVM de vnitate ſermonem, Propheta appellauit caput, quaſi virtutis omnis principium: vt illud, Subijt caput meum ſciſſuras montium †: Cogitationes autem malignorum ſpirituum, ſciſſuras montium, quibus abſorpta eſt mens noſtra per tranſgreſſionem: Terram infimam, habitum qui nullo pacto ſentit cognitionem diuinam, aut ſtudioſæ vitę qualemcúque motum habet. Abyſſum, habitus malitiæ inſidētem ignorationem, ſuper quem, vt ſuper terram, ambulāt profunda nequitiæ. Vel terram dixit, firmum habitum malitię: vectes autem ęternos, affectatas rebus materialibus affectiones, habitum peſſimum continentes.

CAP. 93.

A Patientia ſanctorum poteſtatem malignam irruẽtem abſumit, cùm ſuis miniſtris ſuadeat, de laboribus veritatis gratia ſubeundis eſſe gloriandum: magiſque oſtentari docet ob tribulationes, quàm qui carnalem vitam curant, ob remiſſiones: efficiens, vt naturalis in patiendo carnis infirmitas, ſit illis occaſio præſtantis in ſpiritu potentiæ. Vide enim quo pacto excellentis potentiæ diuinæ occaſio ſit, ipſa naturalis ſanctorum imbecillitas: qua ſuperbum diabolum inferiorem eſſe, Dominus demonſtrauit.

Carnis infirmitas, occaſio ſpiritualis potentia.

CAP. 94.

Sermo gratiæ cùm per multas tentationes, ad naturam hominum, hoc eſt, Gentium Eccleſiã, B tanquam Ionas per multas afflictiones ad Niniuẽ ingentem ciuitatem pertranſiſſet: ſuaſit regi, nempe legi naturæ, vt è throno exurgeret; è priſtino videlicet ad vitium ſenſilis habitu: & ſtolam eius amplecteretur; vt deponeret, inquam, gloriæ mũdanæ ſuperbiam moribus inſitam: & ſaccum indueret, luctum ſcilicet, ac difficilem & aſperam tribulationis & vitæ Deo gratæ conuenientem rationem: ſedetétque in cinere. Cinis autem eſt paupertas ſpiritus, in qua ſedet quicunque pie viuere diſcit, & flagello conſcientiæ propter delicta torquetur.

Ion.3.a.

Cinis paupertatem ſpiritus ſignificat.

CAP. 95.

Vide, vt legem naturalem, vocitat regem: habitum ſenſus addictum affectionibus, thronum: C amictum vanæ gloriæ, ſtolam naſcentem à pœnitentia luctum, ſaccum: humilitatem, cinerem: eos qui ratione vtuntur, homines: qui ſectantur cupiditatem, iumenta: qui ſolent iraſci, boues: qui labuntur in contemplatione rerum viſibilium, pecudes.

Ion.3.b.

CAP. 96.

Qvi legitimæ virtutis gratia obliuiſcitur affectionum carnis, vt ſiniſtræ; & immaculata cognitione pollẽs ob felicem rerum ſucceſſum, morbo inflantis exiſtimationis, vt dextræ, nõ tenetur; euaſit homo non agnoſcens dextram ſuam, cum gloriam diſſolutam non amet: neque ſiniſtram, nempe D qui carnis affectionibus non irritatur. Vanam igitur gloriam, quæ ex rebus præclarè geſtis concipitur, ſermo (vt videtur) dextram appellauit: ſiniſtrá verò, ſitam in obſcœnis affectionibus intẽperantiam. Quia ſermo virtutis neſcit peccatum carnis, velut ſiniſtræ: cognitionis autem ſermo, vitium animæ, tanquam dextræ, non nouit.

Matt.6.

CAP. 97.

Notio virtutum ratione dotata, hoc eſt vera & cum effectu cognitio cauſæ virtutum, plenam parit ignorationem dextræ ſiniſtræque, exceſſus ſcilicet atque defectus vtrinque mediocritati virtutum adiacentis. Si enim in ratione E planè nihil abſurdum ineſſe ſolet, proculdubio qui deductus fuerit ad rationem virtutum, poſitionem abſurdorum minimè agnoſcet, quoniam ambo, cum ſint oppoſita, ſimul in eodem coaceruari nequeunt: & alterum per alterum declaratum, vnà cognoſci.

CAP. 98.

Si in fide nulla ratio eſt infidelitatis, nec ſecundum naturam lumen eſt cauſa tenebrarum, neq; cum Chriſto ſimul oſtendi ſolet diabolus, perſpicuum eſt temerarium & abſurdum planè cum ratione ſimul eſſe non poſſe. Sin abſurdum ſimul A cum ratione prorſus conſiſtere nequit, qui ratione virtutum fuerit imbutus, nullius abſurdi poſitionem amplectetur omninò, ſolam cognoſcens virtutem vti eſt, non vt putatur, & ob id non dextram per exceſſum, neque per defectum ſiniſtram agnoſcens: quoniam in vtroque manifeſtè perſpicitur quod eſt abſurdum.

CAP. 99.

Infidelitatem dicit, mandatorum abnegationem: fidem autem, cum quis aſſentitur illis: tenebras ignorationem boni: lumen, cognitionem illius. At ſubſtantiam & hypoſtaſin boni & honeſti, appellauit Chriſtum: habitum verò peſſimum omnium malorum & vitiorum auB ctorem, diabolum.

CAP. 100.

Si ratio terminus eſt ac menſura rerum, pariter aliena ſunt à ratione, & ob id abſurda, moueri præter terminum ac modum, aut rurſum ſupra terminum ac menſuram moueri: cùm vtrunque æquale excidium ab eo, quod verè eſt, adferat his qui ita mouentur: hoc quidem, dum ſuadet illis incertum & indefinitum agere curſus motum, qui pro ſcopo Deum non habet, eo quòd mens careat menſura, beato beatiorem finem præmeditatum ſibi fingentibus: illud verò præter ſcopum ſuadet illis, vt ad ſolum ſenſum curſus moC tum dirigant, exiſtimantibus præ mentis hebetudine, eſſe conſultiſſimum finem, qui ſenſu eorum definitur. Quæ quidem non expertus, ignorat, nempe is qui nudo de virtute ſermoni inhæret, ac per eam ſuæ facultatis animi omnem motum circunſcribit, & propterea nihil ſupra rationem aut præter rationem comminiſci poteſt.

CENTVRIA QVINTA.

CAP. 1.

Ratio naturalis per medias virtutes ad mentem reducere ſolet eum qui ſtudet operationi. Mens D verò per contemplationem, eum qui noſſe deſiderat, introducit ad ſapientiam. At temeraria affectio ſuadet ei qui mandata negligit, vt præcipitetur in ſenſum: cuius finis eſt, vt voluptati confixus ſit animus.

CAP. 2.

Virtvtem appellat, affectionibus vacuum & firmum erga id quod honeſtum eſt, habitum: à cuius vtraq; parte nihil ſubſiſtit, cùm geſtet imaginem Dei, cui nulla res ex aduerſo reluctatur. Cauſa verò virtutum Deus eſt: cuius efficax coE gnitio, eſt eius qui verè Deum nouit, in ſpiritum, ſecundùm habitum mutatio.

Virtutis definitio.

CAP. 3.

Si ratio definiuit cuiuſq; procreationem, vt ſolet, nulla res ſurſum deorſumue ſeipſam naturaliter egreditur. Quocirca rerum exiſtentium terminus eſt, noſſe quid cauſa expetat. Menſura verò, eſt efficax expreſſio cauſæ, ad quã pertingere poſſunt creaturæ. Iam verò ſi eorum qui mouentur, appetitus feratur ſupra terminum ac modum, reddit curſum inutilem, cum nõ perueniat ad Deum, in quo omnium motus, qui ſecundùm appetitum eſt, conquieſcit, ſuſcipiens finem per ſe ſubſiſtentem

Rerũ exiſtentium quis ſit terminus, & quæ menſura.

tem fruitionem Dei. Sin præter terminum ac mẽſuram feratur appetitus ſe mouentium, inutilem efficit curſum eorum, qui loco Dei incidũt in ſenſum, in quo voluptariè graditur labis affectionum fruitio.

CAP. 4.

LIBERE protenſus animus in cauſam rerum, omnimoda tenebitur ignoratione, nullum videns *ſermonem apud eum, qui per omnẽ cauſæ modum quemcunque *ſermonem ſubſtantialiter excedit, Deum, ad quẽ correptus ab omnibus creaturis, nullũ ſcit ex his à quibus receſſit *ſermonibus, indicibili modo cõtemplans eum ſolum, cum quo per gratiam verſatur. Etenim mens, quæ per ecſtaſin ſurſum cucurrit ad Deum, rerum incorporearum & corporum dimittit ſermones: quia nulla res quæ poſt Deum ſit, cum Deo ſimul aſpectari ſolet.

CAP. 5.

Superbia cõponitur ex Arrogantia & vana gloria.

RE vera deteſtanda eſt affectio, ſuperbia: quæ ex duobus vitiis componitur; arrogantia, inquam, & vana gloria: è quibus arrogantia quidem negat cauſam virtutis & naturæ: vana autem gloria & naturam & virtutem ipſam adulterinam ſtatuit. Nam ſuperbus nihil Deo gratum peragit: vanæ verò gloriæ ſtudioſus, ſecundùm naturam nihil oriri putat.

CAP. 6.

ARROGANTIÆ proprium eſt, negare Deum eſſe virtutis auctorem & naturæ. At vanæ gloriæ proprium eſt, in partes diuidere naturam, eius imminuendæ cauſa: è quibus oriri ſolet ſuperbia, qui habitus eſt vitij compoſitus, continens ſpontaneam abnegationem Dei, & naturalis in diſtribuendis honoribus æqualitatis inſcitiam.

Superbia definitio.

CAP. 7.

SVPERBIA, eſt arrogantiæ vanæque gloriæ permixtio, quæ quoad Deum contemptu pollet, quo prouidentiam cõtumelioſè calumniari conſueuit: quantum ad naturam, dedita eſt inuerſioni, qua res omnes naturales tractat præter naturam, abuſu corrumpens decorum naturæ.

CAP. 8.

SPIRITVS æſtiuus non tentationes modò ſignificat, ſed etiam derelictionem Dei, quæ Iudæis eripuit diuinorum chariſmatum largitionem. Affinitas autem quam cum ſpiritu ſibi conciliat anima, voluntatis habitudinem ſoluit à carne, & affixam Deo per deſiderium colligat.

CAP. 9.

Lex naturalis.

LEX naturalis cum non habuerit à ſenſu occupatam rationem, nulla docendi arte ſuadet omnibus natura præditis, magiſtra ſupplẽdi quæ neceſſaria ſunt, vt amplectantur quod eſt cognatum ac familiare: cũctique velint illud omne, quod quiſque, ſi ab alijs ſibipſi fiat, gratũ eſſe putat. Quod etiam docens Dominus, inquit, "Quæcũque velitis vt faciant vobis homines, ſimiliter & vos facite illis.

Matth. 7.b.

CAP. 10.

OPVS legis naturalis eſſe dicit, vnanimẽ omnium erga omnes voluntatis habitudinem. Nam apud quos ratione natura vincit, horum vnus eſſe ſolet affectus: in quibus autem idem eſt affectus, ſtatus morum ac vitæ curſus vnus proculdubio eſſe cõſueuit: quorum autem eſt idem morum ſtatus & curſus vitæ, vnum & idem in animo mutuæ habitudinis extat vinculum, per vnam voluntatẽ deducens omnes ad vnicam rationem naturæ, in qua nulla prorſus eſt, quæ nũc per philautiam occupat naturam, diuiſio. Cæterùm lex ſcripta, quæ mulctarum metu continet incompoſitos imprudentiũ impetus, aſſuefacit, docens illos ſpectare ſolam æqui diſtributionem: per quam iuſtitiæ vis tempore firmata tranſit in naturam, quiete efficiens, vt metus in diſpoſitionem mutetur, animo erga honeſtum paulatim confirmato: & habitus in conſuetudinem quæ præcedẽtium obliuione expurgetur, mutuámque dilectionem ſibiipſi comparet.

Lex Scripta.

CAP. 11.

LEX ſcripta, inquit, quę metu cohibet iniquitatem, aſſuefacit ad id quod iuſtum eſt: ſucceſſu verò temporis mutat conſuetudinem in affectum ſtudioſum iuſtitiæ, vnde firmus erga honeſtum ſuboritur habitus, nequitiæ prioris inducẽs obliuionem.

CAP. 12.

Lex Gratia.

LEX autem gratiæ immediatè docet illos qui adducuntur, ipſum Deum mutari: qui tantopere nos dilexit, & pluſquam ſeipſum (ſi fas eſt dicere) maximè cum inimici eſſemus propter peccatum, vt ſupra ſubſtantiam & naturam exiſtens, in noſtram ſubſtantiam, ſine vlla conuerſione, venerit, eámque modo ſuperſubſtantiali ſuſceperit; & homo factus, vnus ex hominibus appellari voluerit; nec noſtram condemnationem, facere ſuam recuſauerit; ac nos per gratiam in diuinitatem tantùm euexerit, quantùm per diſpenſationem ipſe factus eſt homo: vt diſcamus non modò naturaliter inuicem excipere, & ſpiritaliter velit noſipſos mutuò diligere, ſed etiam diuinè pluſquàm noſtri mutuam gerere ſolicitudinẽ: vt hanc mutuę charitatis exhibeamus demõſtrationem, virtute ſcilicet duce, alterum alterius cauſa ſpõtaneam mortẽ alacriter oppetere velle. Non enim, inquit, eſt alia "maior hac dilectio, quam vt ponat quis animam "ſuam pro amico ſuo.

Ioan. 15.b

CAP. 13.

Legis Naturæ definitio.

LEX quidem naturæ, eſt (vt in ſumma dicam) ratio naturalis, quę captiuum tenet ſenſum ad deſcendam vim irrationalem: vnde naturaliter copulatorum ſequitur diuiſio. Scripta verò lex, eſt ratio naturalis, quæ deleta vi ſenſûs irrationali aſſumit etiam ſpiritale deſiderium, mutuam retinens affectionem erga id quod cognatum eſt. Cæterùm lex gratiæ, eſt ſupernaturalis ratio quæ abſque vlla conuerſione transformat naturam in diuinitatem, & modo naturæ humanę incomprehenſo oſtendit, velut in imagine, primarium exemplar quod ſubſtantiam ſuperat & naturam, pręſtans vt in æterna beatitudine permanere poſſimus.

CAP. 14.

HABERE proximum ſicut ſeipſum, eſt de ſola vita, & vt ſupereſſe queat, curare: quod ad legem naturalem pertinet. Diligere verò proximũ ſicut ſeipſum, eſt conſulere proximo, vt per virtutem feliciter etiam agere poſſit; quod quidem lex ſcripta concedit. At verò diligere proximũ ſupra ſeipſum, maximè proprium eſt legi gratiæ.

Leuit. 19.d Matt. 5.g Iac. 2.b

CAP. 15.

QVI ſe cohibet ab occaſionibus voluptatem corporis procurantibus, diſcit ſermones prouidẽtiæ cohibentis materiam affectiones incendẽtem. Qui verò corporis affligendi cauſa flagella ſuſcipit, eruditur in ſermonibus iudicij, quod violentis laboribus emundat illum à priſtinis inquinamentis.

CAP. 16.

Ion. 4. a

CVM ſermo ſcripturæ Prophetam introducat tentorij & cucurbitæ (carnis, dico, & voluptatis carnalis) cauſa mœrentem; Deum autem ex aduerſo ſuſcipientem Niniuen: perſpicuum eſt, longè melius ac precioſius eſſe quod Deo gratum eſt, iis omnibus quæ magni fiunt & adamãtur ab hominibus, multò magis iis quæ non ſunt eiuſmodi, ſed præoccupatione ſola & fallaci iudicio putantur eſſe: quorum nulla eſt omninò ſubſiſtendi ratio, ſeu ſola imaginatio illudens animo, quæ figuram præbet inanem iis quæ non ſunt, non tamen hypoſtaſin affectioni præſtat.

CAP. 17.

ELOQVIORVM Spiritús exacta cognitio ſolis reuelari ſolet dignis Spiritu, qui ſummo ſtudio virtutum, expurgata mente ab affectionum fuligine, inſtar mundi lucidíque ſpeculi recipientis effigiem ſtatim vt obiecta eſt, rerum diuinarum obuenientem & impreſſam illis cognitionem ſuſcipiunt. Illi verò quorum vita maculis affectionum diſtincta eſt, vix poſſunt, vel ex quibuſdam veriſimilibus argumentis, diuinorum notitiam conijcere: tantùm abeſt, vt accuratè ſe illam tenere & eloqui poſſe ſibi arrogent.

CAP. 18.

ET qui mentis formam, nempè Orientem è virtutibus notionem per Spiritum diuinum ſuſcepit, diuina quædam accidiſſe dicuntur, quia non natúra ſecundum ſubſtantiam, ſed gratia per participationem adeptus eſt illam. At qui non ex gratia cognitionẽ conſequitur, quámuis loquatur quippiam cognitu dignum, vim tamẽ eius quod enunciat, per experiẽtiam non nouit. Quoniam inſtructio nuda, cognitionis non impartitur habitum.

CAP. 19.

Animus ex ſeipſo vacuus eſt

ANIMVS qui per virtutes ſummè purgatur, meritò aptus eſt vt ſermones virtutum edoceatur, ex illorum notitia diuinitus impreſſa propriam ſibi conſtituens effigiem. Nam quiuis animus ex ſeipſo vacuus eſt ſpecie & charactere, acquiſititiam habẽs formam, vel ipſam ex virtutibus conſtantem per Spiritum notionem, vel prouenientem ab affectionibus ignorationem.

CAP. 20.

Rom. 7. d

QVICVNQVE excidit à dilectione diuina, legem carnis habet regnantem per voluptatem, quæ nullum poteſt aut vult obſeruare mandatum diuinum. Cùm enim vitæ regnóque quod per Spiritum Dei ſecundùm virtutem regitur, vitam antepoſuerit voluptati deditam, pro ſciẽtia ignorationem ipſe ſibi conſtruit.

CAP. 21.

QVI non penetrat animo interiorem in Spiritu literæ legalis dignitatem diuinam, ex eruditione quæ in ſola prolatione verborum legis conſiſtit, voluptatis amantem habitudinem animi producere ſolet; hoc eſt, mũdanam mundíque ſtudioſam affectionem.

CAP. 22.

DICTV pudenda eſt Mundi corporíſque ſtudioſa meditatio cogitationum animi. Apud quem enim ex forma corporea in litera legis eminenti, per voluntatis habitudinem Mundus gigni ſolet, apud eundem ſanè & affectus diligens Mundum, & dedita voluptati exercitatio cogitationum animi: quoniam erga illud mentis meditationem obtinemus, in quod fixè ſumus affecti.

CAP. 23.

ITEM infamis eſt dictu motus animi, qui ſpeciem inducit affectionibus, & in ſenſu format oblectantem pulchritudinem. Nam abſque vi mentis intellectiua, ad fingendam formam minimè fertur affectio, vel craſſus, deformis, ac rudis affectionũ motus, qui format affectionem in ſenſu animi, & cogitationibus ſuppeditat conueniẽtem affectioni materiam.

CAP. 24.

Feſta & ſacrificia Iudæis imperata non ad delicias aut quietẽ.

QVI credit, Deum in lege ſtatuiſſe ſacrificia, feſta, ſabbata, neomenias, ad delicias & quietem corporis; per omnia prorſùs obnoxius fiet affectionum viribus, & infami ſpurcitiæ cogitationum obſcœnarum ab illis prodeuntium: ſeruiétque Mundo corruptibili, corporis amanti cogitationum meditationi, materiæ denique affectionum & formæ: qui nihil aliud habere poterit in pretio, quàm ea quæ corrumpuntur.

CAP. 25.

QVI perſuaſum habet, corpoream ex lege capere voluptatem, diuinam eſſe viuendi rationem; ventris ingluuiem vt Dei donum aſſumit ad hilarem vitæ conſuetudinem: vnde producit mores abuſu facultatem ſenſuum inquinantes.

CAP. 26.

CVM facultas animæ contemplatiua ad conſuetudinem vitæ fuerit amplexa delicias ex litera legis velut diuinas propter mandatum, ſenſuum vſum tranſgreditur præter naturam, nulli concedens vſum naturalis actionis edere. Parit enim habitum affectionum & effectum, & ventris ingluuiem vt diuinam introducit, ad procreandos mores, qui per abuſum ſenſus ipſos inficiant, in perniciem cauſarum ac ſeminum naturalium in rebus exiſtentium.

CAP. 27.

NVLLVS intendens in ſolum exteriorem legis cultum, naturalem omninò rationem aut cogitationem accipere poterit: quia ſymbola non idem eſſe conſueuerunt, quod natura. Nam qui in ſignis duntaxat legis immoratur, rerum naturam ratione luſtrare non poteſt, nec cauſas in ſubſtantia rerum inſitas ab opifice, ſibi vẽdicare, propter diſcrimen quod eſt inter ſymbola & rerum naturam.

CAP. 28.

Phil. 3. d

QVI ventrem putat eſſe Deum, & de re turpi perinde gloriatur ac de honeſta, ratione ſtudij ſolas nouit amplecti affectiones obſcœnas tanquam diuinas: & ideo temporanea duntaxat ſectatur; hoc eſt, materiá & ſpeciem, & quintuplicem abuſu ſenſuum effectum. Nam ſenſus per mixtionem inuolutus materiæ ac formæ, perficit quidem affectionem, cauſas verò naturales interimere ſolet ac tollere. Quoniam affectio & natura ſubſiſtendi ratione nequaquam vna cum altera ſimul ſunt: cùm ratio naturæ ſimul apparere nequeat cum affectione, vti nec quantùm ad procreationem, affectio gignitur vnà cum natura.

CAP. 29.

Fames ſpiritualis.

QVI non credit ſpiritalem eſſe ſcripturã, ſuam cognitionis inopiã non ſentit, ſed fame conficitur: quia fames eſt haud dubiè, defectus cognitorum ipſa experientia bonorum, & eſcarum ſpiritalium animam corroborantium penuria & raritas omnimoda. Quo enim pacto quiſpiam ablationem eorum quæ ſibi nullo modo nota ſunt, famem eſſe vel damnum exiſtimauerit?

CAP. 30.

CAP. 30.

RE vera laborat fame populus fidelium & eorum qui nouerũt veritatem: item cuiuſuis anima, quæ deſerens ſpiritalem contemplationem in gratia poſitam, & literæ typis inſeruiens, non paſcit animum magnificis conceptibus, ſed ſenſum, imaginationis affectiones ſectantis, replet craſſis ſcripturæ ſignorum informationibus.

CAP. 31.

QVICVNQVE ſpiritalem ſanctæ ſcripturæ ſpeculationem non amplectitur, Iudæorum more: tum naturalem, tum ſcriptam legem vnà cum illa explodit, & gratiæ legem ignorat per quam diuinitas illis donatur qui ductu eius vitam degunt. Quiſquis igitur legem corporaliter accipit, non alit virtutibus animam. Et qui cauſis rerum non incumbit, varia Dei ſapientia honorificè non paſcit animum. Item qui ſummum nouæ gratiæ myſterium non cognoſcit, ob ſpem deificationis futuræ non exultat. Quamobrem defectus ſpeculationis circa legem ſcriptam, habet inſequentem ſe penuriam multiplicis ſapientiæ Dei, quæ ex lege naturali perſpicitur, & ſubſequentem diuinitatis per gratiam, iuxta nouum myſterium, donandæ plenam ignorationem.

Lex non intelligenda corporaliter.

CAP. 32.

MENS omnis ſecundum Chriſtum perſpicax & viſione pollens, ſemper deſiderat & quærit faciem Domini. Facies porro Domini, eſt vera rerum diuinarum ſecundum virtutem ſpeculatio ac cognitio, quam qui inueſtigat, docetur quæ ſit cauſa inopiæ & penuriæ ſuæ. Nam qua ratione vultus index eſt animi cuiuſque, eadem quoque ſpiritalis cognitio numen diuinum expreſsè deſignat; quod quidem qui inquirit, quærere faciem Domini dicitur. Qui verò iuxta literam legis, ruentis ſacrificiis incarnatus eſt, optata fruitur inſcitia, mandatum accipiens ad ſolam carnis voluptatem, & materiam duntaxat literæ corporaliter ad ſenſum amplexus.

Facies Domini quid ſit in ſcripturis.

Faciẽ Domini quærere.

Pſal. 23.b 26.a. 104.a.

CAP. 33.

QVI iuxta legem, corporalem quidem cultum exhibet, ipſo effectu peccatum gignit velut materiam, & aptis ſenſuum voluptatibus conſenſionem animi tanquam ſpeciem in ipſa materialiter format. Qui verò ſcripturam ſpiritaliter excipit, per naturales cogitationes excelſæ vacuitatis affectionum, ipſum effectum vt materiam, peccati verò conſenſum velut ſpeciem mortificat, vnà cum modis ſenſus oblectationem abuſum promonentibus.

1. Par. 16.c Dan. 3.d Oſee. 5.d

CAP. 34.

TRANSACTO iuxta literã Legis cultu corporeo, tranſmiſſáque ignorantia, lex vel animus ſpiritalis materiam & formam, necnon quinque modos quinque ſenſuum circa materiam & ſpeciem abuſiuè verſantes (dico autem alienum à natúra deditúmque affectionibus ſenſuum complexum erga ſenſilia hoc eſt temporanea & caduca) tradit mortificanda ſublimioribus in contemplatione naturali * rationibus & cogitationibus: ad delendam & enecandam maximè vniuerſalem temporaneorum habitudinem ſitam in ſymbolis ſenſum & corpus afficientibus, per ea quæ pro celſitudine pertinent ad legem ſpiritalis ſpeculationis.

** λόγοις.*

CAP. 35.

CITRA ſpeculationem naturalem nemo diſcernit quantùm diſcrepent à diuinis legalia ſymbola. Niſi enim quiſpiam antea naturaliter expenderit rerum diuinarum & intelligibilium diſſimilitudinem à ſymbolis deſiderans animo peruenire ad intelligibilium dignitatem, cum prorſus extra adyta diuina ſenſum collocet, à varietate corporea, quæ typis inſidet, non poteſt per omnia liberari: in qua quamdiu incedit, complectens literam, meritò non ſolatur inopiam ex fame cognoſcendi contractam, ſeipſum condemnans, doloſi ſerpentis more, ad edendam terram ſcripturæ; hoc eſt, corpus, non autem cœlum, iuxta Chriſti ſententiam; nempe ſcripturæ ſpiritum & animam; hoc eſt, cœleſtem & angelicum panem, veſcens inquam in Chriſto ſpiritali ſcripturarũ contemplatione & cognitione: quam opiparè largitur & ſuppeditat Deus diligentibus eum, prout ſcriptum eſt, Panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo.

Geneſ. 3.c

Pſal. 77.c

CAP. 36.

SI tandem impleri diuina gratia deſideramus, acceptionem ſcripturæ in ſenſu & corpore poſitam, velut affectionum planè & vehementer adhærentis temporaneis & fluxis affectús genitricem, nempe facultatis ſenſuum erga ſenſilia affectæ, non aliter quàm Saulis filios & nepotes in monte, delere conuenit, per naturalem eloquiorum diuinorum ductu contemplationem.

2. Reg. 21.b

CAP. 37.

LEDIT veritatem, tum lex cum iuxta literam ſolam intelligitur, tum populus Iudaicus & quiſquis illorum imitatur ingenium, definiens ſola litera vim legis, & ad declarationem myſticæ latentis in litera ſcientiæ, non admittẽs ſpeculationem naturalem quę media eſt inter typos & veritatem, ab illis quidem abducens eos qui introducuntur, & ad hanc reducens: ſed illam omninò propè repudiat, & à ſacra diuinorum imitatione repellit. Perimenda igitur eſt hæc externa & temporanea legis exceptio, vt ſeruiens tempori & caduca, per naturalem contemplationem, perinde ac in monte, ſublimitate ſcientiæ, ab iis qui diuinarum ſtudioſi ſunt contemplationum.

Scriptura ſpeculatio naturalis.

CAP. 38.

CORPOREVM ſenſum ſcripturæ penitus delet, qui operando per naturalem ſpeculationem interimit voluptatis & corporis amantem, è lege ſcripta natam habitudinem ad materiam minimè ſtabilem & influentem animæ: &, tanquam filios ac nepotes Saulis, in celſitudine cognitionis, velut in monte, per contemplationem naturalem enecat abiectum legis intellectum: & declarat in cõſpectu Domini, per confeſſionem ſcilicet, priorem legis interpretationem corporalem. Ita enim hoc ipſum, CRVCIFIGERE, poteſt ab his intelligi, qui diſcere cupiunt coram Domino. Et ipſos, ait, crucifixerunt in monte coram Domino. Adducẽtes ad lucem, per cognitionem videlicet, priorem iuxta literam legis acceptionem erroneam: quod quidem eſt declarare literam per ſublimitatem ſpeculationis, beneficio cognitionis ſpiritualis, mortuam eſſe.

2. Reg. 21.b

CAP. 39.

LITERA (inquit) occidit, ſpiritus autem viuificat. Idcirco quod occidere ſolet, ſpiritu viuifico interficiendum eſt. Quia prorſus fieri non po-

2. Cor. 3.b

teſt,vt quod in lege corporeum eſt, & quod diuinum , nempe litera & ſpiritus , ſimul ſint inter ſe circa idem cum effectu. Nam cum eo quod natúra vitam confert, conſonare non ſolet id quod ipſam adimit.

CAP. 40.

VITAM præbere ſolet ſpiritus,litera vitam auferre , quamobrem circa idem agere nequeunt litera & ſpiritus:quemadmodum nec id quod viuificat, ſimul eſſe poteſt cum eo quod corruptionem adfert.

CAP. 41.

Circũciſio myſtica.

MYSTICA circuncíſio,eſt habitudinis animi affectionibus obnoxiæ circa natiuitatem integra amputatio.Natura enim nouimus, qui rebus incumbimus,detruncationem integritatis naturalis prouenientis à Deo,non eſſe perfectionem.Siquidem natura per artem decurtata , & ſolertia quadam deponens id quod ratione creationis ſibi diuinitus ineſt,non inducit perfectionem : ne ad firmandam iuſtitiam introducámus artem Deo potentiorem , atque efficiamus , vt excogitata ratio imminuendæ naturæ ſuppleat defectum in procreandi iuſtitia : ſed ex poſitione locali particulæ quæ abſcinditur, diſcamus * ſcitè facere circuncíſionem capacis affectionum diſpoſitionis animæ: qua redditur aptior animus,vt concurrat cum natura, corrigens natiuitatis aduentitiæ legem affectionibus deditam.

** γνωμικῶς, vltrò ex ſententia.*

CAP. 42.

PRÆPVTIVM,eſt quippiam naturale. Quicquid porrò naturale eſt, diuinæ creationis eſt opus,ídque valde bonum,iuxta ſcriptûram quæ dicit; » Et vidit Deus quęcunque fecit, & ecce valde » bona. Atque lex dum iubet per Circuncíſionem » amputari præputium,velut immundum;introducit Deum artificiosè corrigẽtem opus proprium: quod quidem vel cogitatu impijſſimum eſt.Quocirca qui ſymbola legis naturaliter capeſſit,nouit, quòd Deus non corrigat arte naturam : ſed patibilem animæ facultatem parẽdi rationi,iubet circuncidi (quæ typicè ſignificatur per corpoream particulam) quam quidem cognitio ab animo deponere conſueuit operationis vigore. Siquidem ſacerdos circuncidens , ſignificat notionem : quæ velut ferrum , aduerſos affectionem , habet rationalem operandi fortitudinem. Aboletur enim traditio legis,cum ſpiritus potior ſit litera.

Geneſ. 1.d

CAP. 43.

Sabbatum ſpirituale.

SABBATVM,eſt affectionum & motionis animi circa rerum naturam ceſſatio,vel perfectum affectionum otium,ac finis motus animi in vniuerſum erga creaturas, & plenus ad numen diuinum trãſitus.In quo,qui per virtutem & cognitionem, quantum fas eſt homini , peruenerit eò,non debet qualemcumque prorſus materiam, affectiones, vt ligna incendentem animo concipere , neque vllo modo colligere naturæ rationes : ne,more Græcorum, præſcribamus Deum oblectari affectionibus , aut intra naturæ limites contineri: quem quidem ſolum inclamat omninò ſilẽtium, amplèque ſubijcit oculis ſumma ignoratio.

CAP. 44.

Corona probitatis.

CORONA probitatis, eſt fides pura,ſublimibus dogmatum elocutionibus , ac ſpiritalibus verbis & conceptionibus , vt precíoſis lapidibus, diſtincta:quæ Dei ſtudioſum animum , tanquam caput conſtringit. Vel potiùs , corona probitatis, eſt ipſum Dei verbum quod varijs tam prouidẽdi quàm iudicandi modis ; hoc eſt à ſpontaneis affectionibus continentia,& violentarum tolerantia, capitis inſtar cingit animum, & communicatione diuinitatẽ conferentis gratiæ,mẽtem ipſam reddit ipſamet formoſiorem.

CAP. 45.

HOC loco dicit continentiam eſſe prouidentiæ opus, eò quòd purget affectiones vltroneas. Patientiam verò ait eſſe iudicij ſpecimen,vt quę violentis reluctetur tentationibus : & cum ſit actiuæ philoſophiæ ſymbolum,à peccato detentos , tanquam ab Ægypto,deducit ad virtutem.

CAP. 46.

MANDAVIT Deus in honore haberi Sabbatum,neomenias , & feſta;non quòd vellet honorari dies ab hominibus : nam hac ratione contra legem mãdati , colere creaturam pluſquàm Creatorem præſcriberet iis qui natúra venerandos eſſe putãt dies,& idcirco adorandos : verùm,per dies, figuratiuè ſeipſum honorandum eſſe declarauit. Ipſe enim eſt ſabbatum, tanquam animæ requies, ab ærumnis carnem crucianti bus, & laborum iuſtè innectorum finis : Paſcha verò , quia liberator detentorum à dura ſeruitute peccati : Pentecoſte autem , vt rerum principium ac finis : Verbum quoque , per quod omnia natúra ſubſiſtunt. Perpende porrò quo pacto lex perdit eos qui illam corporaliter intelligunt , dum ſuadet colere creaturam ſupra Creatorem: & eos qui ignorant eum cuius gratia conditi ſunt , putare natúra veneranda eſſe,quæ propter ipſos creata ſunt.

Exod.16.f Sabbati religio.

CAP. 47.

MVNDVS quidem eſt terminatus locus,& ſtatus circunſcriptus. Tempus verò eſt motus definitus : vnde etiam alterabilis eſt eorum quæ in ipſo ſunt vitæ motus. At vbi tam re ipſa quàm cogitatione locus & tempus decurſa fuerint à natúra, nempe illa ſine quibus eſſe non poteſt , definitus ſcilicet motus ac ſtatus , fueritque natura immediatè copulata prouidẽtiæ : rationem reperit prouidentiam natúra ſimplicem , ſtatam , nullatenus circunſcriptam , & ob id motu prorſus omni carentem.

CAP. 48.

CREATVRA quæ temporaliter eſt in Mundo,motum habet alterabilem, tum ob ſtatum mũdi definitum , tum quòd pro varietate temporis agitur. Quæ verò eſt apud Deum,propter naturalem eius apud quem degit vnitatem , ſtatum eſt habitura ſemper mobilem eãdémque motionem ſtabilem,quę circa idem vnum ac ſolum perpetuò verſatur : quam nouit * ſermo ſcripturæ contiguã eſſe circa primam cauſam eorum qui ab ipſa conditi ſunt manſionem firmam.

** λόγος.*

CAP. 49.

PENTECOSTES myſteriũ eſt,immediata corũ quibus prouidetur cum ipſa prouidentia vnio, naturæ videlicet cum ratione , prout prouidentia excogitauit,vnio: in qua nullum eſt omninò temporis aut generationis indicium. Myſterium autem ſcenopegiæ eſt conſtantiæ noſtræ operatio ſecundum imitatorem Dei habitum erga honeſtum , & vinculum mutationem ad immortalitatem retinens.

Pentecoſtes & Scenopegiæ myſterium.

CAP. 50.

QVI nudis gaudet cruentis ſacrificiis,tãquam affectionibus deditus, ſacrificantes inſtruit ad ſectandas affectiones.Nam qui colit ingenuè, libẽter delectatur iis quibus & ipſum quod adoratur.

Vnde

Sacrificiorum Iudaicorũ myſteria. Vnde per ſacrificia, magis intellexit ſermo mactationem affectionum, & oblationem facultatum naturalium: è quorum numero rationis quidem typus eſt hœdus, ſignum iræ geſtat taurus, cupiditatem verò capra ſignificat.

CAP. 51.

Eph. 9.a NON ſolùm mortificationem affectionnm quę iugulantur gladio ſpiritus, quoſt eſt verbum Dei, totiúſque vitæ carnalis, velut commotionem ſanguinis intentioni conſentaneam, nooimus eſſe ſpiritalia ſacrificia, ſed etiam morum à philoſophia traditorum, & præſentationem facultatum omnium naturalium quæ dedicantur Deo, & igne ſpititalis gratiæ totæ concremantur, ad dininam ſortem conſeqnendam. CAP. 52.

Scriptura interpretatio terrena TERRANA ſcripturæ interpretatio occupans animnm naturales abiicit rationes, quas delet abuſu facultatum naturalium. Nam qui bunc in modum vitiit, legem ſola carne dimetiens, verè conſumit, perſequitur, ac perdit naturales rationes & cogitationes, obſcœnas affectiones honore proſequens vt diuinas: quas quidem accepta ſecuritate à lege ſpiritali, cogitationes naturales occidunt ſimul & morti tradunt.

CAP. 53.

SIMVL atque ratione percurrerit quiſpiam philoſophiam virtutum, vnà quoque ſcripturarũ exceptionem natúra trãſfert ad ſpiritum, operando inſeruiens Deo per excelſas ſpeculationes in nouitate ſpiritus, nó in vetuſtatæ literæ, abiectius accepta lege ad ſenſum & corpus, Iudæorum more, fautor affectionum & peccati cultor effectus.

CAP. 54.

SIMVL vt qnis ſcripturam ſeoſilitet ad corpus referre deſierit, quamprimùm etiã animo, media, natúra recurrit ad ſpiritum, ſpiritaliter agens ea, quæ dum Iudæus peragit corporaliter, Deum habet iratum. CAP. 55.

OMNIS ſecundùm Deum ſublimis & ſuſpenſus animus, eodem momento & vim affectionum & deſormem cogitationum motum interimit, adhæc etiam mores abuſu ſenſilium actionum intemperatos. Excelſis enim naturæ ratiocinationibus, tolluntur affectiones, de quibus alta triumphat ſpeculatio. CAP. 56.

PECCATI vim, vtpote prudentiam carnis, delere ſolet gratia ſancti Baptiſmatis, & obſeruatio mandatorum diuinorum interficere gladio ſpiritús; hoc eſt, verbo diuinæ per ſpiritum cognitionis, myſticè vociſerans in affectionem peccati, ſicut aduerſus Agag magnus Samuel; *1. Reg. 15 g* " Pro eo quòd " mulieres priuauit liberis gladius tuus, inter mu" lieres, inter mulieres hodie priuabitur liberis mater tua. CAP. 57.

Gula gladius multas virtutes occidit. APPECTIO gulæ, conſummata voluptatis cogitatione, veluti gladio, liberis cõplures priuauit virtutes. Temperantiæ ſiquidem ſemina per intemperantiam enecat: equalitatem iuſtitiæ, corrumpit auaritia: naturalem humanitatis connexionem, amore ſui diuidit: & vt paucis dicam, omnes virturis fructus perimit affectio gulæ.

CAP. 58.

AFFACTIO gulæ cunctos virtutum trucidat fœtus diuinos: ipſa verò per gratiam fidei, & obſequendo mandatis diuinis, per cognitionem verbi occiditur. CAP. 59.

Appendix.

VERA lumen gentium eſt Dominus noſter, *Luc. 2.e* qui per veram cognitioné reuelat eis uculos intellectús, ignorationis caligini conniuctantes, & ad vitam diuinè tranſigendam ſeipſum præparat bonum virtutis exemplar fidelibus populis, forma factus ipſis & typus effigiei virtutis: in quem velut noſtræ ſalutis ducem intuentes; quantùm imitatione poſſumus, operando virtutes exequimur.

CAP. 60.

QVICVNQVA motus inuidia odit, & perperam calumnioſéque diffamat præſtãtiorem incertaminibus virtutum & copia ſermonis ad cognitionem ſpiritalem pertinentis, Saul eſt qui à ſpiritu nequam ſuffocatur, non ferés gloriam eius qui felicitate virturis & cognitionis eſt illuſtrior. & ideo grauiùs inſanit, quod violentis manibus benefactorem interficere nequeat. Sæpè verò aſperè repellit ipſum etiam amiciſſimum Ionathani, ratiocinationem dico inſitam in conſcieotia; quæ redarguit odinm iniquum, & veritatis amica, ſtudia virtutis eius qui odio habetur, enarrat. *Saul, inuidorum typus.* *1. Reg. 18.e* *1. Reg. 22.e*

CAP. 61.

NOS quoque Dauidem intelligibilem inuocemus, vt cithara ſpeculationis & cognitionis ſpiritalis inſonet animo noſtro, rebus materialibus quaſi morbo caduco laboranti; malignúmque ſpiritum temeritatis materialis procul abigat: quò poſſimus legem ſpiritaliter intelligere, & reconditam in ea myſticam rationem inoenire, atque ſufficientes conficere facultates ad commeatum æternæ vitæ. CAP. 62. *1. Reg. 16.d*

QVISQVIS eſt ſtudioſus ſaluris, aut actioni aut ſpeculationi obnixe intendit animum. Nam abſque virtute & cognitione nemo potuit vnquã ſalutem cõſequi. Siquidem ad virtutem pertinet, corporis motum componere: vt quæ recta conſideratione quaſi fræno quodam peritè cohibeat, ne ad abſnrditatẽ dilabatur: ſpecnlationis antem ſit, quæ rectè ſunt intellecta prudẽtérque iudicata, vt eligantur decernere. CAP. 63. *Actio & Contemplatio neceſſaria ad ſalutem.*

QVONIAM intellectiuum eſt, quod intelligit: intelligibile verò, quod intelligitur: intelligentis autem alimentum & velnt ſubſtantia, eſt id qnod intelligitur: meritò Deus, qui intelligitur & fit intelligibilis mentibus., maximè cum ſint incorporeæ, quantum attingere poſſunt, interiùs illuſtrat eas, interim dum intelligit & alitur animus.

CAP. 64.

ALIVD eſt intelligibile, & aliud intellectiuum. Quoniam intelligibile, vt diximus, eſt intellectiui velut quoddam alimentum: ſi modò quod intelligitur, ipſum ſcilicet intelligibile, excellentius eſt & antè excogitatum quam ipſum intelligẽs, quod eſt iotellectinum. Intellectiua enim dicuntur quęcunque, propterea quod mentes ſunt, intelligibilia, excellentia inquam intelligibilia feruntur. Eſt enim intelligibile qnod intelligitur: qood quidem intellectiui ſiue intelligentis eſt pabulum.

CAP. 65.

SCIANOVM eſt, effecta, cauſarum habere contingentes imagines. Sunt enim effecta, cuncta quę producuntur in creaturam; cauſæ verò, quæ producunt. Nulla porrò cognatio eſt; cauſarum, inquam, & effectorum.

CAP. 66.

HAVD explorata eſt effectus cónexio cum cau-

ſis: habent tamen effecta cauſarum occurrentes A imagines: ipſę verò cauſæ ſupra effecta ſunt eleuatæ, ſedémque ſuperiorem habent pro ſui principatús, ratione. Effecta nanque cauſis eximiè & ſubſtantialiter inſunt.

Effecta inſunt cauſis ſubſtantialiter.

CAP. 67.

EFFECTA ſunt omnia quæ producta ſunt in creaturam, ſiue in cœlo, ſiue in terra: cauſæ verò, quæ produxerunt, hoc eſt tres hypoſtaſes ſanctæ Trinitatis. Perſpicuum eſt igitur, horum inter ſe, cauſarum inquam & effectorum, nullam eſſe cognationem.

3. Hypoſtaſes S. Trinitatis.

CAP. 68.

SCIENDVM eſt, mentem noſtram vt intelligat habere facultatem, per quam intelligibilia B cernit: vnionem autem habere, quæ naturam animi ſuperextollit, qua copulatur his quæ ſunt vltra ſeipſam. Per hanc ergo ſunt intelligenda diuina, non more noſtro: ſed cum toti nosipſi à nobis prorſus ipſis abalienati, toti fuerimus effecti Dei. Melius eſt enim illius eſſe, quàm noſtri. Hoc nanque pacto dedita erunt diuina his qui verſantur cum Deo.

CAP. 69.

ANIMVS intelligere volens, infra ſe eſt, deſcendens ad intellectiones. Intellectiones enim intelligente ſunt inferiores; vt quæ intelligantur & comprehendantur, ac meritò vnionis ipſius C mentis eſt diſſipatio & diuiſio. Quia mẽs quidem ſimplex & carens partibus, intellectiones autem multiplices & diuiſibiles, & quaſi ſpecies animi. Quapropter intellectiua; hoc eſt, intelligentia, pauciora ſunt intelligibilibus, nempe his quæ intelliguntur. Cæterùm vnio mẽtis ait, vt in ſequentibus clariùs dicit, per quam ad ea quæ vltra ſeipſam ſunt extenditur; id eſt, ſpeculationi de Deo intendit, eſt ab omnibus ſenſilibus & intelligibilibus, adhuc etiam à proprio motu alienatam eſſe, tum ſic diuinæ cognitionis radium ſuſcepiſſe.

CAP. 70.

INTELLECTIVVM quod iuxta proportionem ſui mouetur intellectiuè, vtique etiam intelligit: Si intelligit, amat quoque ſine dubio quod intellectum eſt: ſi verò amat, abalienationem omninò patitur amatoriam erga illud: ſi patitur, certum eſt quòd & vrgetur: ſi vrgetur, planè ſui motus robur intendit: ſi valdè ſuum intendit motum, non quieſcit, donec totum ſit in toto quod amatur, & à toto comprehendatur, ſpontè ſe totum donans ex propoſito ſalutari circunſcriptioni, vt totum à toto circunſcribente tale vel tale reddatur: quaſi de cætero nolit omninò totum illud ipſum quod circunſcribitur, ex ſeipſo cognoſci poſſe, ſed ex circunſcribente: perinde vt aer lumine penitus illuſtratus, & ferrum igne totum toto ignitum, aut ſiquid aliud eſt eius generis.

CAP. 71.

NON parua eſt intelligentium erga ea quæ intelligũtur, & erga ſenſilia ſenſitiuorum habitudo. Homo porrò conſtans ex anima & corpore ſenſitiuo, ex habitudine & proprietate naturali quam habet per alternationem erga vtrãque portionem creaturæ, tum circunſcribit tum circunſcribitur; hoc quidem, ſubſtantia; illud, facultate. Nam quatenus eſt anima & corpus, ab intelligibilibus & ſenſilibus circunſcribi ſolet: potentia verò, quatenus intelligit & ſentit, circunſcribit ea. Deus autem ſimpliciter & indefinitè excedit vniuerſa, tam A quæ continent, quàm quæ continentur, liber prorſus ab omnibus.

CAP. 72.

QVÆVIS interdicta voluptas ſolet prorſus naſci ex affectione, per mediũ ſenſum, erga quoddam ſenſibile. Quia nihil aliud eſt voluptas, quàm ſpecies ſenſus, quæ à quodam ſenſili formatur in ſenſitiuo: aut ſenſitiuæ facultatis modus, quem cupiditas irrationalis producit. Cupiditas enim adhærens ſenſui, eique ſpeciem inurens, tranſit in voluptatem: & ſenſus cupiditate motus, aſſumpto ſenſibili parit voluptatem. Ideirco ſancti, cum noſſent animam, quæ per mediam carnem præter B naturam mouetur in materiam, induere formam terrenam, media potiùs anima naturaliter ſe mouentes in Deum, vel ipſam carnem Deo decenter accommodare decreuerunt, virtutum exercitio, quoad fieri poteſt, diuinis eam notis adornantes.

Voluptatis interdictæ origo & definitio.

CAP. 73.

SANCTI iuxta veram & immaculatam naturalis motus rationem, præſens* ſcenæ ſeculum magno animo tranſierunt, cum ſenſum ratione media vniuiſſent cum animo ſimplices rerum habentes rationes: animum verò motu circa res quaſcunque ſolutum, &, quoad ipſam naturalem facultatem in eo ſitam, tranquillum Deo obtuliſ- C ſent. Vnde in vniuerſum cum Deo collecti, toti in toto Deo firmari per Spiritum ſanctum meruerunt, geſtantes pro viribus humanis integram cæleſtis imaginem: tantúmque attrahentes repræſentationis diuinæ (ſi fas eſt hoc dicere) quantum ipſi attracti Deo ſunt inſiti.

** τῆς σκηνῆς μάταιον.*

CAP. 74.

FERVNT, Deum & hominem ſe mutuò demonſtrare: tantúmque humanitate dictum Deum homini ſe ſimilem hominis exhibere, quantum homo charitate pollens Deo ſe diuinum præſtitit: & tantum animo hominem ad id quod cognitu dignum eſt à Deo rapi, quantum homo Deum na- D tura inuiſibilem per virtutes patefecerit.

Deus & homo mutuò ſe demõſtrant.

CAP. 75.

QVICVNQVE mortificauerit membra quæ ſunt ſuper terram, integram ſuę ipſius carnis prudentiam extinxerit, omnem erga illam excuſſerit habitudinem, per quam dilectio quæ ſoli Deo debetur, à nobis diuiditur: vniuerſa quoque carnis & mundi inſignia, diuinæ gratiæ cauſa abnegauerit, ita vt dicere poſſit cum beato Paulo Apoſtolo, " Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? & quæ ſe- " quuntur: talis, more ſummi Melchiſedech, factus " eſt ſine patre, ſine matre, & ſine genealogia: non " habẽ, quo pacto teneri poſſit à carne & à natura, E propter comparatam affinitatem cum ſpiritu.

Rom. 8. d
Heb. 7. a

CAP. 76.

NON puto iuſtum eſſe, finem huius vitæ mortem appellare: ſed receſſum à morte, ſeparationem à corruptione, liberationem à ſeruitute, à turbatione quietem, bellorum oblationem, tenebrarum ſubductionem, remiſſionem laborum, feruoris trãquillitatem, velamentum pudoris, affectionum fugam, & vt in ſumma dicam, omnium conſumptionem malorum. In quibus quidem dum per ſpontaneam mortificationem præclarè ſe gererent ſancti, ſeipſos in hac vita peregrinos & aduenas præſtiterunt, ſtrenuè dimicantes

Vita finis iniuſtè appellatur mors.

cum

cum Mundo, cum corpore, & cum prodeuntibus ab ipſis inſultationibus, & vtrinque prouenientẽ è commercio ſenſuum cum ſenſilibus deceptionem ſuffocantes, immunem à ſeruitute ipſi ſibi conſeruarunt animæ dignitatem.

CAP. 77.

Diuinam prouidentiam natura duce cognoſcit.

NATVRA nobis inſitam eſſe prouidentiæ notitiam, ipſa natura non paruum dat argumentũm: quando nullo docente velut impellens nos ad Deum per preces, tempore repentinarum afflictionum, inde quærere ſalutem inſtruit. Nam neceſſitate ſubitanea correpti, nulla cum deliberatione, priuſquàm quicquam penſitauerimus, Deũ ipſum inuocamus: tanquam ipſa Prouidentia nos ſine vllis ratiocinationibus ad ſeipſam trahat: & celeritatem vincentis in nobis intellectiuæ facultatis præmonſtret, præſtantioremque omnibus opem diuinam: nunquam verò inconſultò natura nos adduceret ad id quod natura fieri non poſſet. At quicquid, aliud quiduis naturaliter ſequitur, vt omnibus eſt notum, validam & inexpugnabilẽ vim habet in demonſtranda veritate.

CAP. 78.

QVONIAM eorum quę ſunt, alia quidem bona ſunt, alia mala; eáque præſentia vel futura; bonum quod ſperatur, cupiditatem vocat: præſens verò, voluptatem. Ruſumque quod expectatur malum, appellat metum; præſens verò, triſtitiam: ita vt voluptas & cupiditas ſint & perſpiciantur circa bona, ſiue re vera talia ſint, ſiue putentur: metus autem & triſtitia, circa mala. Etenim cupiditas quæ conſequitur optatum, voluptatem parit: quæ verò non conſequitur, dolorem.

CAP. 79.

DOLOREM omnem aiunt eſſe ſuapte natura malum. Licet enim ſtudioſus alienas lugeat calamitates, quaſi miſereatur, at non præcipuè ex animi propoſito, ſed ex conſequenti per circonſtantiam. At contemplationi deditus, etiam his non afficitur, ſeipſum copulans Deo, & ab hiſce vniuerſis reddens alienum.

CAP. 80.

SANCTI omnes, diuino & firmo verbo, germinè apprehenſo, ſeculum hoc traiecerunt, nulli voluptati ſeculari impreſſum animæ veſtigium relinquentes. Nam ad ſummos (ex ijs quos aſſequi poſſunt homines) de Deo ſermones; bonitas, inquam, & charitatis, meritò quidem extendentes animum, didicerunt, quibus motus Deus, creaturis, vt eſſent, dederit & vt bene eſſent, per gratiam largitus ſit: ſi fas eſt dicere, motum in Deo, qui ſolus eſt immobilis, at non potiùs voluntatem, quæ mouet vniuerſa, vtque ſint adducit & continet, nullo verò modo vnquam mouetur.

CAP. 81.

ANIMA, quæ intellectiua & rationalis eſt ſubſtantia, tum intelligit, tum ratiocinatur; habens pro facultate, mentem; pro motu, intellectionem; pro effectu, conceptum. Hic enim intellectionis tam intelligentis quàm eius quod intelligitur, eſt finis, tãquam extremorum mutuam terminet habitudinem. Siquidem anima intelligens deſinit illud intelligere quod intellectum eſt, poſt eius intellectionem; quia propriè ſemel intellectum, non vltra vim prouocat animæ, vt intelligatur; & ſingulis in conceptibus animi talem finem accipit intellectionis, qualis fuerit in ipſo conceptu.

CAP. 82.

QVEMADMODVM ignoratio diuidit ſeductos; ſic luminis intelligibilis præſentia, congregat, vnit, & perficit eos qui illuminantur, & præterea conuertit ad id quod verè eſt, reuocans à multis opinionibus: variáſque viſiones, aut potiùs imaginationes, ad vnam, verã, puram & vniformem cognitionem reducit, & vno vnientéque replet lumine.

CAP. 83.

Idẽ eſt Bonum & Honeſtũ.

IDEM eſt bonũ & honeſtum. Et quidem honeſtum & bonum omni ratione expetunt omnia; nec quicquam extat, quod honeſti boníque non ſit particeps. Nam honeſtum & bonum apud omnes habetur, vt verè delectabile, expetẽdum, amabile, gratum, electum, & charum. Nota porrò, quo pacto diuinus amor priùs exiſtens in bono, in nobis bonum peperit amorem quo honeſtum bonúmque expetimus more illius qui dicit: Amator factus ſum pulchritudinis illius: Et; Adama illam, & ſeruabit te: Obſide eam, & exaltabit te.

Sapien. 8.a.
Pro. 4.b

CAP. 84.

QVOD diuinum eſt, theologi nonnunquam amorem, interdum charitatem appellant: quandoque amabile & charum. Vnde quatenus eſt amor & charitas, mouetur: quatenus amabile & charum, in ſeipſum cuncta mouet, amoris & charitatis capacia. Ac vt rurſum & planiùs dicam; mouetur, eò quòd affectum internum amoris & charitatis horum capacibus indit: mouet autem, quia naturaliter attrahit eorum deſiderium qui mouentur in illud. Item mouet quoque & mouetur, vt qui ſitit, ſitiri; qui amat, amari; & qui diligit, diligi.

CAP. 85.

Amor diuinus ab alienandi animi vim habet.

AMOR quoque diuinus ab alienãdi animi vim habet, vt qui non ſinit amatores eſſe ſui iuris, ſed earũ quæ amantur. Idq́ue ſatis dclarant ſuperiora, quæ tota ſunt in eo, vt inferioribus prouideant: paria tota in mutua coniunctione: & quæ bonitate inferiora ſunt, tota diuiniùs conuertuntur ad prima. Hácque de cauſa magnus ille Paulus, cùm amore diuino teneretur, & vim illius rapientem in ecſtaſin guſtaſſet, ore ſpiritu Dei afflato dixit; Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus: vt genuinus amator, & (vt ipſe ait) extra ſe raptus ad Deum, ac non ſuam ipſius, ſed amici viuẽs vitam, longè chariſſimam.

Galat. 2.d.

CAP. 86.

Deus amore creaturarum extra ſe fit.

IVSTO quoque pro veritate dicendum eſt audacter, ipſum videlicet auctorem omnium, honeſto bonoque cunctorum amore permotum, propter excellentiam amantiſſimæ bonitatis, extra ſe effici, creaturis omnibus prouidendo, ac bonitate, dilectione, & amore quaſi demulceri: necnó vi ſuperſubſtantiali illum extra ſe rapiente & nunquã deſerente, ab eo quod ab omnibus & ſupra omnia eleuatum erat, in id deprimi, vt in cunctis eſſet. Quocirca diuinarum rerum periti, Zelotem ipſum denominant, tanquam ſummum erga creaturas bonum amorem, & deſiderium illius amore captum excitantem ad zelum, & qui zelotem eum demonſtret: quaſi quæ expetuntur, zelo ſint obnoxia, & ea quibus prouidetur, ſub zelum cadant.

Deus zelotes.
Exod. 20. a.34.b.

CAP. 87.

CHARITATIS & amoris ipſum videlicet Deum eſſe ferunt productorem & genitorem. Nã iſthæc quæ apud illum ipſum erant, ille exterius produxit; hoc eſt, in rerum creatura. Vnde dictum eſt; Deus charitas eſt. Et iterum, Dulcedo & deſiderium, quod eſt amor. Ipſum etiam charum & verè amabile, eſt ipſe. Quatenus ergo plenus dilectionis amor effunditur ex illo, ipſe genitor eius moueri dicitur: quatenus autem eſt verum amabile, charum, experendum, & eligendum, mouet ea quæ in illud conuertũt oculos, & quibus ineſt expetendi vis, pro ſuã facultate.

1. Ioã. 4. c

CAP. 88.

B ANIMADVARTE, Deum eſſe pellectiuum ac motiuum ad amatoriam in ſpiritu copulam; hoc eſt, mediatorem illius, & ad ipſam concinnatoré: vt à ſuis ipſe adametur & diligatur creaturis. Motiuum autem dicit, quòd ſingula moueat, vt ſuo modo conuertantur ad illum. Pellectionis verò nomen, etſi apud extraneos rem impuram ſignificat, hîc tamen vnionis in Deo conciliatricem dicit interceſſionem.

CAP. 89.

MOTVS qui eſt in primis amans boni, ſimplex & immotus permanet in bono, à bono proueniẽs in idem reuertitur, cùm fine careat & principio, C declarat quodammodo noſtrum perpetuò mobile deſiderium erga numen diuinum, & vnionem. Siquidem plena dilectionis vnio cum Deo, ſupra omnem extollitur & collocatur vnionem.

CAP. 90.

Amoris diuini definitio.

AMOREM ſiue diuinum ſiue Angelicum, ſiue intellectiuum, ſiue animæ, ſiue naturalem dixerimus, intelligamus vim quandam vniendi & permiſcendi, quæ ſuperiora quidem mouet, vt conſulant pauperioribus: paria, ad communicationẽ habitudinis mutuæ: bonitate inferiora, vt ad meliora & ſuperiora conuertantur.

CAP. 91.

SI cognitio ſolet vnire eos qui cognouerunt, cũ D cognitis: ignoratio verò ſemper cauſa eſt ignoranti mutationis & naſcentis ab eo diuiſionis: eũ qui verè crediderit, iuxta ſacrum ſermonem, nihil dimouebit à ſede per veram fidem adepta: in qua ſe eodem, ſtabili, immobili, atque immutabili ſemper habiturus eſt modo. Nouit enim qui adhæret veritati, rectè ſe habere, multi licet increpẽt illum velut animo abalienatum. Siquidem latet eos per errorem (vt veriſimile eſt) quòd re ipſa ad fidei veritatem extra ſe raptus ſit, nihilominus ipſe verè ſeipſum agnoſcit; non furentem, vt aiunt illi; ſed per ſimplicem & circa eadem eodémque modo E ſemper habentem veritatem, liberatum eſſe ab inconſtanti & mutabili circa omnimodam erroris varietatem agitatione.

CAP. 92.

SANCTI bonitate, humanitate, intima affectione & miſeratione prediti fuerunt, vnicum erga genus omne dilectionis affectum habere ſe demonſtrantes: ſub quo bonorum omnium eximiã ſpeciem, humilitatem dico, conſeruatricem bonorũ & contrariorum expugnatricem, per omnem vitæ ſnę curſum firmum tenentes, nulla prorſus tentationum perturbatione comprehendi potuerũt: ſiue ſpontaneæ fuerint illæ, quæ pendent à noſtra

Humilitas conſeruatrix bonorum.

A ratione: ſiue violentæ, quæ non ſunt in noſtra poteſtate: eò quòd eo continentia labefactarunt illarum inſultus, patientia verò incurſiones harum repulerunt.

CAP. 93.

PERFECTAM virtutis operationem gignit recta fides & timor Dei non fictus: naturalem ſpeculationem ad ſublimia ſine offenſione tendentẽ, ſpes firma & illęſus intellectus: deificationem autem quæ fit per aſſumptionem, perfecta charitas, & quoad creaturas inſigniter vltrò prorſus excæcatus animus.

Fidei, Spei, & charitatis effectus.

CAP. 94.

B ACTIVÆ philoſophiæ opus eſſe referunt, animum omni affectionum imaginatione liberum conſumere: naturalis verò cõtemplationis, ipſum cognitionis veræ, qua ratione ſubſiſtant ea quæ ſunt, per tum omnibus exhibere: ſacrorum autem initiationis theologicæ, eſt, eum habitu Dei ſimilem ac parem, quoad fieri poteſt, per gratiam efficere, qui poſt Deum præterea nihil omnino propter excellentiam intelligat.

Practicis Philoſophiæ ſeu Theologia opus.

CAP. 95.

QVOD eſt æther, igneum videlicet elementũ in mundo ſenſili; illud in Mundo intellectus, eſt prudentia, velut habitus illuſtrandi facultate pollens, ſpiritales complectens ſermones, qui ſingu- C lis in creaturis peculiariter inſunt: quibus cunctorum cauſam certò exprimit, & animæ deſiderium erga numen diuinum alliciendi vim habet. Item quod in Mundo ſenſibili eſt aër, hoc in Mũdo intellectus, eſt fortitudo, tanquam habitus mouendi vim habens, qui vitam per ſpiritum inſitam parit & retinet, perpetuúmque animæ motum circa numen diuinum vehementer intendit. Quòd in ſenſili Mundo eſt aqua, ipſum in Mundo intellectus, eſt temperantia, habitus qui fertilitatem per ſpiritum viuacem producit, & allectionem amatoriam deſiderij erga Deum perpetuò ſcaturientem gignit. Itidem quod eſt terra in D Mundo ſenſili, hoc in Mundo intellectus, eſt iuſtitia; habitus videlicet qui re ipſa rerum omnium † ſermones parit, viuificam ſpiritús diſtributionem cuiq; ex æquo diſpenſat, ſedémq; proprij fundamenti tranſlatam in honeſto collocat.

Mundi ſenſilis ad intellectualẽ comparatio.
Prudentia
Fortitudo.
Temperantia.
Iuſtitia.
† λόγων.

CAP. 96.

QVA ratione dum bene habet & impinguatur caro, torquetur affectionibus & obſcuratur, anima, virtutum habitu & illuſtratione cognitionis clàm decedentibus: ita etiam dum diuina virtutum pulchritudine & cognitionis lumine munita eſt & corruſcat anima, corrumpitur externus homo, propter incolatum rationis, carne bonam E habitudinem naturalem reſpuente

Caro impinguata corrumpit Animã.

CAP. 97.

NON poterat aliter demonſtrari, hominem ad Deum pertinere, ipſúmque gratuita deificatione Deum eſſe factum, niſi priùs vltrò naſceretur ex ſpiritu, propter vim illi naturaliter inſitam ſuaptè natura ſe mouentem, nullius dominio mancipatam. Quam quidem natiuitatem deificam, diuinã & expertem materiæ deferens primus homo, eò quòd oblectationem ſenſilem & manifeſtam antepoſuiſſet obſcuris & quæ duntaxat animo capiútur bonis, meritò ex corporib⁹ innitã, craſſam, & caducam damnatur habere generationem.

CAP. 98

1350

CAP. 98.

MOVETVR nunc homo vel circa irrationales affectionum imaginationes, voluptatis amore deluſus: aut circa rationes artium, ex circunſtantia neceſſarias ad vſum: vel circa naturales rationes legis naturalis, diſcendi gratia: è quibus ab initio nullum neceſſariò trahebat hominem bono iure cunctis excellentem. Sic enim habere decebat eum, qui à principio nullo prorſus agitabatur eorũ quæ poſt ipſum, circa ipſum, aut apud ipſum erant, & ad perfectionem vno ſolo indigebat, ex totis dilectionis viribus ad eum liberè moueri, qui ſupra ipſum eſt, nempe Deum.

CAP. 99.

Status primi hominis ante peccatum.

PRIMVS homo inter Deum & ſe, nihil habebat quod intercederet cognitioni, & obturam è ſpontaneo motu dilectionis erga Deum cognitionem impediret. Cùm enim affectionibus per gratiam vacaret, imaginatione delectantium affe- A ctionum ſeduci non patiebatur: & cum egeret, à neceſſitate tamen artium propter vſum circunſtante liber erat: ſapiénſque, cognitione naturalem ſpeculationem ſuperabat.

CAP. 100.

DEVS, qui ſapienter vniuerſam naturam procreauerat, ac facultate cuiuſcunque ſubſtantię rationalis ſecretò ſui cognitionem indiderat, nobis etiam hominibus naturale ſui deſideriũ & amorem, vt magnificus Dominus contulit, ſibi vim rationis naturaliter implicans, qua facile poſſumus aſſequi, quibus rationibus deſiderium impleatur, & aberrantes non excidamus ab eo quod conſe- B qui nitimur. Quamobrem hoc permoti deſiderio, ad ea exquirenda impellimur, quæ pertinét ad ipſam veritatem & compoſitè relucentem in omnibus ſapientiam atque diſpenſationem: horum beneficio cupientes illud adipiſci, cuius gratia deſiderium accepimus.

S. P. NOSTRI, MAXIMI, MONACHI ET CONFESSORIS, DE INCARNATIONE VERBI, TVM ALIIS ALIQVOT AD PIETATEM CONDVCENTIBVS QVÆSTIONIBVS, DIALOGVS.

INTERPRETE BILIBALDO BIRKHEIMERO.

Sancti & Deo accepti Patris noſtri Maximi, Confeſſoris, & Monachi, ſermo exercitatiuus.

FRATER quidam interrogauit ſenem, dicens: obteſtor te, pater, dic mihi quiſnam ſcopus fuerit incarnationis diuinæ? At ſenex reſpondens, ait: admiror, frater, quum fere in ſingulis fidei articulis de hac re audias, me tamen interroges: Verumtamen dico tibi, quod ſcopus incarnationis diuinæ, fuit noſtra ſalus; & frater inquit: quomodo dicis Pater? reſponditque Senex: Poſtquam homo in principio à Deo factus, ac in Paradiſum collocatus, mandatum tranſgreſſus eſt, & ita corruptioni & morti ſuccubuit, ac inde varia Dei prouidentia per omnem ætatem gubernatus, in deterius vergens permanſit, variis inobedientiæ paſſionibus ſubiectus, ob deſperationem vitæ: huius rei gratia, vnigenitus Dei filius, & Verbum, Deus ex Deo, fons vitæ & immortalitatis apparuit nobis, in tenebroſa mortis vmbra ſedentibus, caro factus, ex Spiritu ſancto ac Virgine ſancta, politiãque diuinæ vitæ nobis oſtendit, ac leges ſanctas dedit, nec non regnum cœlorum annunciauit iis qui ſecundum illas viuerent: qui verò eas tranſgrederétur, pœnam comminatus eſt æternam. Patiens autem paſſionem ſalutis, ex mortuiſque reſurgens, ſpem reſurrectionis ac vitæ eternæ nobis donauit, damnationem propter inobedientiam ſoluens, peccati primitiui; & potentiam mortis, morte deuincens; vt quemadmodum in Adam omnes moriuntur, ita in ipſo omnes viuificarentur, in cœlúmque aſcendens, & ad dexteram Dei patris ſedés, Spiritum ſanctum in arrabonem miſit vitæ, nec non ad illuminationem & ſanctificationem animarum noſtrarum, ac in adiutorium C eorum, qui pro ſalute ſua decertant, in conſeruandis præceptis eius: & hic eſt ſcopus, vt breuiter dicam, incarnationis Dominicæ.

Scopus incarnationis Christi fuit noſtra ſalus.

1. Cor. 15. c

F. Succincte audire vellem pater, quas leges neceſſarias ducis, vt per illas ſaluari poſſem.

S. Dominus ipſe poſt reſurrectionem ſuam Apoſtolis dixit: Ite & erudite omnes gentes, baptiſantes ipſas in nomine Patris, & Filij, ac Spiritusſancti, docentes ipſas ſeruare omnia quæcunque præcepi vobis: Ac ideò neceſſe eſt, vt omnis homo cuncta quæ nobis Dominus præcepit, obſeruet baptiſatus in nomine Patris, & Filij, ac Spi- D ritusſancti. Huius rei gratia omnium mandatorum obſeruationem Dominus rectè adiunxit fidei, tanquam ſciens impoſſibile eſſe, ſi vnum ab alio ſegregatum fuerit, vt homo ſaluari poſſit. Ac ideo Dauid cùm rectam fidem erga Deum haberet, dicebat; ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui. Nam contra omnem viam iniquam, omnia nobis mandata à Domino tradita ſunt, & cùm vnum omittitur, oppoſita malitiæ via confeſtim initur. F. Et quis, pater, omnia mandata cùm tam multa ſint, ſeruare poſſet? S. Qui Dominum imitatur, & qui per veſtigia eius Deum ſequitur. F. Et quis, pater, E Dominum imitari poſſet? Dominus enim Deus erat, & ſi homo ſit factus: ego autem homo ſum peccator, & infinitis ſeruiés paſſionibus, quo pacto igitur Dominum imitari poſſem? S. Nemo qui ſeruit mundi materiæ, Dominum imitari poteſt: qui verò dicere poſſunt; ecce reliquimus omnia & te ſequuti ſumus; illi poteſtatem accipiunt vt eum poſſint imitari, & omnia mandata eius rectè adimplere, qualis auté ſit poteſtas illa, ipſum dicẽtem audi. Ecce dedi vobis poteſtatem angues & ſcorpiones conculcare, ac omnem vim inimici; & nemo vobis in re vlla iniuriam adferet. Hanc virtutem & poteſtatem Paulus accipiens dicebat, imitatores mei eſtote, fratres, quemadmodum &

Matt. 28. d

Quæ ſint neceſſaria ad ſalutẽ.

Pſal. 118. a

Quinam Christum imitari poſſint.

Matt. 19. d

Luc. 10 c

1. Cor. 4. d
11. a
Phil. 3 d

mãdatum ſeruans, veterem Adami execrationem, A
diſſolueret. Videns igitur Dominus quod tota lex
& Prophetæ à duobus dependerent mandatis;
nempe in amando Dominum Deum ſuum, &
Matt.7.b 22.d proximum ſicut ſeipſum: hæc ab initio vſque ad
finem vt hominem decebat, ſeruare feſtinauit.
Diabolus autem qui ſub exordium hominem decepit,
ac ideo mortis nactus eſt potentiam; Quam
Matth. 3.c vidiſſet ipſum in baptiſmate teſtimonium à Patre
Matt. 4.a accepiſſe, & ſanctum Spiritum ſibi cognatum tã-
quam hominem è cœlo ſuſcepiſſe; illum in deſertum,
vt ab eo tentaretur, duxit, ac totam vim belli
contra illum effudit. ſi quomodo ei perſuadere
poſſet vt Mundi materiam dilectioni Dei præferret. B
Cernens autem Diabolus tua eſſe quibus cuncta
mouentur humana, cibum dico, opes, & gloriam,
quibus ſemper hominem trahit in Barathrũ
perditionis; his tribus eum in Deſerto tentauit.
Verùm in his Dominus melior nobis apparuit,
ac Diabolum retro abire præcepit. Hoc igitur erat
ſpecimen dilectionis in Deum, cuius mandatum
cum ei perſuadere nequiret, vt ob ea quæ illi promittebat,
transgrederetur; Reliquum erat mandatum
dilectionis in proximum, ac ideo venientem
illum in Mundum, per iniquos Iudæos operans
contendebat, vt per ea quæ machinabatur,
transgrederetur huius rei gratia quum videret ipſum C
vias docentem vitæ, ac celeſtem politiam operæ
oſtendentem, reſurrectionemque mortuorum
annunciantem, nec non vitam æternam ac regnum
cœlorum credentibus pollicentem, incredulis
autem penam æternam comminantem; & ad
confirmationem eorum quę dicebantur, ſigna admiranda
oſtendentem, ac turbam ad fidem vocantem;
Impios Iudæos cõmonit, Phariſeos & Scribas,
vt varias illi ſtruerent inſidias; vt ſi tentationes
quemadmodum arbitrabatur, perferre nequiret,
contra inſidiantes tamen illas conuerteret, &
ſic peſſimis ſcopum tetigit, transgreſſorem mandati,
dilectionis erga proximum, proximum ipſum
eſſe demõſtrans, at Dominus tanquam Deus, D
quum illius videret aſtutias, ita ab ipſo concinnatas,
non Phariſeos odio habebat, (quo pacto eum
inuideret bonus?) verùm ob dilectionem erga eos
operantem, vlciſcebatur; ſi quidem operãtes, tanquam
operari haud volentes, lubens autem operantis
inſidias per ſegnitiem tolerantes admonebat;
improperandoque eorum eſt miſertus, nec illis
bene facere ceſſauit; blaſphemantes longanimiter
ferebat, patiẽs ſuſtinebat, ac omnia dilectionis
opera illis oſtendebat: operantem autem Diabolum,
humanitate in operantes, vlciſcebatur.
Chriſti Charitas in inimicos. O admirandum bellum! pro odio dilectionem
oſtendit, ac bonitate malitię perculit Patrem. Hu- E
ius rei gratia tot mala ab illis pertulit, ſeu vt verius
dicatur, propter ipſos ad mortem vſque pro
mandato dilectionis longanimiter decertauit, ac
perfectam victoriam contra Diabolum aſſequutus,
reſurrectionis coronam pro nobis fundauit,
& ſic nouus Adam veteram ſaluauit; & hoc eſt
Phil.2.a quod diuinus Apoſtolus dicit: hoc ſapite in vobis,
quod & in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei
eſſet non rapinam arbitratus eſt, vt æqualis eſſet
Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui ſuſcipiens
in ſimilitudinem hominis factus, & figura
vt homo inuentus: humiliauit ſemetipſum, fa-

A ctus obediens vſque ad mortem, mortem autem
crucis, quapropter Deus illum exaltauit, & donauit
illi nomen ſuper cuncta nomina, vt in nomine
Ieſu Chriſti omne genu flectatur, celeſtium, terreſtrium,
& ſubterraneorum, ac omnis lingua confiteatur,
quod Dominus Ieſus Chriſtus in gloria
eſt Dei Patris. Is erat ſcopus Domini vt pro nobis
Patri obediret vſque ad mortem, tanquam homo
ſeruans mandatum dilectionis; Diabolum autem
vlciſceretur, quum ab illo pateretur per Scribas
& Pharisæos qui ab eo impellebantur; ac ita vicit
id, quod vincebat, nempe eum qui certam victoriam
ſperabat, Mundumque ab illius redemit po-
B teſtate, & hoc modo Chriſtus ex infirmitate crucifixus
eſt; per quam infirmitatem, mortem mortificauit,
& illum qui imperium habebat mortis
deſtruxit. Hoc modo Paulus infirmus erat, & in *2. Cor.11.g*
infirmitate gloriabatur, quò in eo habitaret potẽtia
Chriſti, huius victoriæ modum docens Ephe- *Ephes.6.b*
ſijs ſcribebat: non eſt nobis decertatio contra ſanguiné
& carnem, ſed aduerſus principatus, aduerſus
poteſtates, aduerſus dominationes tenebrarum
huius ſeculi, contra ſpirituales nequitias in
ſuper celeſtibus, ac ideo aſſumite armaturam Dei,
thoracem iuſtitiæ, ac ſpei galeam, ſcutumque fidei
quo omnia inimici tela ignita extinguere valeatis,
C quicunque contra hoſtes inuiſibiles bellum habetis.
operibus autem modum luctæ oſtendens,
dicebat. Ego igitur ita curro non vt incertus, ita *1. Cor 9.d*
depugno, non vt aërem verberãs, ſed ſubijcio corpus
meum ſeruituti ne forte aliis predicans ego
reprobus cenſear. Et iterum, vſque ad præſentem *1. Cor. 4.c*
horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, &
colaphis cædimur. Et iterum, in labore & opere, in *2. Cor.11.f*
vigilijs ſæpius, in fame & ſiti, in ieiunio ſepius, in
frigore & nuditate; *præter reliqua*. Et hanc quidem
luctam contra voluptates in corpore operantes,
rurſus luctæ modum contra eos, qui odio decertant,
ac ideo negligentiores ex hominibus contra
pios commonent, quo per ipſos tentati odio eos
D habeant, & mandatum dilectionis transgrediantur, *1. Cor. 4.*
operibus ipſis, nobis oſtendens dixit: conuicijs
affecti benedicimus, perſequutionibus agitati
ſuſtinemus, blaſphemiis impetiti cõſolationem
accipimus, tanquam piacula mundi facti ſumus,
quiſquiliæ omnium huc vſque. Dæmones enim *Dæmon cur excitet iurgia.*
propterea homines ad conuiciandum & blaſphemandum
nec non perſequendum irritant, quò illos
conuiciantes necnon blaſphemantes ac perſequentes
ad odium concitent, rectum ſcopum ad
tranſgreſſionem mandati dilectionis habentes.
Verùm Apoſtolus non ignorans conſilia eorum,
de conuiciantibus bene loquitur & perſequentes
E ſuffert, & blaſphemantes conſolatur, quò Dæmones
qui talia operantur repellat; bonos verò,
domeſticos reddat Dei: ac ideo tali luctæ modo
Dæmones qui hæc operantur, vlciſcitur, ſemper
in bono vincens malum, ſecundùm imitationem
Saluatoris: ac ita Mundum vniuerſum à Dæmo- *Rom.12.d*
nibus deficientem Deo reddit domeſticum, tam
ipſe quam Apoſtoli reliqui, per imbecillitatem
vincentes vincere volentes. Proinde, Frater, ſi ſcopum
hunc tetigeris, poteris & tu eos qui te oderunt
amare; ſin minus, fruſtra laboribus. F. Vere,
pater, hic eſt ſcopus, & non alius; & ideo Dominus
blaſphemiis affectus, & colaphis cęſus, nec

A non alia patiens quæ à Iudæis eſt perpeſſus, inſtituit, illis tanquam ignorantibus & errantibus compatiens; ac ideo in cruce dixit: Pater dimitte eis, quia neſciunt quid faciunt, ſicque de Diaboli & principium eius malitia & deceptione triumphum in cruce egit, quum pro mãdato dilectionis (vt dicebas) ad mortem vſque aduerſus eos decertaret, nobis victoriã contra ipſos conferens, mortiſque potentiam diſſoluens, ac reſurrectionem eius vniuerſo Mundo ad vitam concedens. Sed ora pro me, pater, vt ſcopum Domini necnõ Apoſtolorum perfectè cognoſcere, queam ac vigilare in tempore tentationis, & Diaboli necnon Dęmoniorum machinamenta non ignorare.

Remediũ cõtra odiũ inimici.

B S. Si in prædictis meditatione ſemper verſaberis haud poteris illũ ignorare: quin & ſi intellexeris, quod quemadmodum tu tentaris, ita & frater tuus tentatur, & tentato ignoſces, & tẽtanti qui te in odiũ tẽtati inducere quærit reſiſtes, cùm machinamenta eius non audieris: & hoc eſt quod in Catholicis Iacobus dixit; ſubdimini Deo, reſiſtite Diabolo & à vobis fugiet, ſi igitur meditationem (vt dictum eſt) aſſiduè & vigilanter prædictis adhibueris, ſcopum Domini & Apoſtolorum eius cognoſcere, ac homines diligere, & quum peccant illis compati poteris; & cum malignis Dæmonibus aſſiduè per dilectionem pugnare.

Iacobi Catholica. Iac. 4. b

C Si vero molles erimus negligentes ac ſocordes, cogitationeſque carnalibus immiſceamus voluptatibus, nequaquam Dęmones ſed fratres ipſos impugnabimus: Dæmones verò potius per voluptates colemus, quum pro ipſis bellum hominibus inſeremus. F. Ita res ſe habet, pater, etenim ex negligentia mea ſemper Dæmones cõtra me occaſionem ſumunt. Sed dic mihi obſecro, pater, quo pacto ſobrietatem poſſem aſſequi.

Quo pacto quis ſobrietatem poſſit aſſequi.

S. Omnimoda ſecuritas à terreſtribus necnon meditatio aſſidua ſcripturæ diuinæ, animam in timorem Dei perducit, timor verò Dei ſobrietatem confert; & tum Anima videre incipit Dæmones qui eam per cogitationes oppugnant, & ſic illos vlciſcitur, quemadmodum D Dauid inquit; Et videbit oculus meus inimicos meos, & inſtantes mihi malignantes audiet auris mea.

Pſal. 91. c

Ad hanc luctam ſummus quoque Apoſtolorum Petrus diſcipulos excitatus, inquit; Sobrij eſtote, vigilate, nam aduerſarius veſter Diabolus tanquam Leo rugiens obambulabat, quærens quem deuoret, cui reſiſtite ſolidi fide. Et Dominus, vigilate, inquit, & orate, ne intretis in tentationem. Et Eccleſiaſtes ait; Quum Spiritus poteſtatem habentis ſuper te aſcendent, locum tuum ne deſeras: locus verò mentis eſt virtus & cognitio, nec non timor Domini.

Petrus, ſũmus Apoſtolorum. 1. Pet. 5. c Matt. 26. d Mar. 14. d Luc. 22. d Eccl. 10. a

E Admirandus verò Apoſtolus admodum ſobriè & generoſè decertans dicebat, in carne obambulantes non ſecundùm carnem militamus, nam arma militiæ noſtræ nequaquam ſunt carnalia ſed potentiæ Dei, ad purgationem munitionum, purgantes cogitationes, & omnem altitudinem eleuatam iuxta cognitionem Dei & captiuantes omnem intellectum in obedientiam Chriſti, & in promptu habẽtes vlciſci omnem inobediẽtiam. Proinde ſi & te ſanctos imitaberis, & ſedulò Deo vocabis, ſobrius eris.

D. Paulus admirandus Apoſtolus. 2. Corinth. 10. a

F. Et quid, pater, facere debeo vt mens indeſinenter Deo vacare poſſit? S. Impoſſibile eſt vt mẽs Deo vacet, ſi virtutes has tres non poſſidet; Dilectionem, inquam, continentiam, & orationem: ſi quidem dilectio manſuefacit iram, continentia verò extinguit concupiſcentiam, at oratio mentem ab omnibus ſegregat cogitationibus ac illam Deo ipſi nudum ſtatuit. Hæ igitur tres, omnes virtutes reliquas, in ſe comprehendunt, & ſine illis impoſſibile eſt, vt mens Deo vacare poſſit.

Virtutes ad pietatẽ neceſſariæ.

F. Diſcere cupio, pater, quo pacto dilectio iram manſuefacit? S. Poſtquàm dilectio in ſe continet vt proximi miſereri poſſit, & illi benefacere, necnõ longanimis erga illum eſſe & ſuſtinere, quæ contra eum (quemadmodum ſæpius dictum eſt) perpetrantur; iram ita manſuefacit, ſi quis illam poſſederit.

Charitas iram manſuefacit.

B F. Non ſunt parua opera eius, ſed beatus eſt qui illam poſſidere poteſt; à qua re me longè abeſſe ſcio: attamen te, pater, hortor vt mihi dicas quid ſit longanimem eſſe. S. Tolerare grauia, & ſuſtinere triſtia, & expectare finem tentationis; nec iræ frena permittere, neque ſermonem loqui in inſipientia, neque ſcrutari aliquid quod pium cognoſcere non decet, quemadmodum inquit ſcriptura; Vſque ad tempus ſuſtinebit longanimis, & poſtea reddet illi lætitiam: vſque ad tempus abſcondet ſermones, & labia multorum prudentiam eius enarrabunt.

Quis longanimis ſit. Eccl. 1. e

Hæc igitur ſunt per quæ lõganimitas cognoſcitur: nec ſolùm hoc, ſed & vt homo ſecum conſideret, num cauſam dederit tentationi, longanimitatis proprium eſt; C & forte ſic ſe res habet, quoniam multa quæ nobis accidunt, ad inſtructionem noſtram accidunt, aut ob præteritorum peccatorum retributionem, vel preſentis negligentiæ emendationem, ſeu futurorum delictorum abſciſionem.

Patientiæ proprium.

Quicunque igitur conſiderat quod propter vnum horum accidit tentatio, & non illum per quem fit tẽtatio, ſiue fiat per illũ, ſeu per alium; plane diuinorum iudiciorum poculum bibere habet, verum in Deum reſpicit, & gratias agit parcenti, ac ſeipſum accuſat, ac promptè diſciplinam ſuſcipit, quemadmodum Dauid à Semei, vel ſicut Iob à muliere.

Diuini iudicij poculum bibere. 2. Reg. 16. a. c

At inſipiens rogat D Deum ſæpius, vt eius miſereatur, & à difficilibus paſſionibus liberetur, quum verò miſericordia aduenit, nequaquam illam ſuſcipit, cum non venit, vt ille vellet, ſed quemadmodũ medicus animæ illam conferre cenſet; & ideo parui pendit & perturbatur, & nonnumquam contra homines pugnat, nõnumquam verò erga numen ipſum eſt blaſphemus; quin & ingratitudinem oſtendit, nec conſolationem accipit.

Iob 2. c Inſipientũ impatiẽtia.

F. Rectè dixiſti, pater, ſed obſecro refer mihi & hoc quo pacto continentia extinguat concupiſcentiam? S. Quoniam abſtinere facit ab omnibus quæ non explent indigen- E tiam ſed implent voluptatibus, nec aliquid vſurpat præterquam quod ad vitæ ſuſtentationem eſt neceſſarium, neque delectabilia ſequitur ſed vtilia, cibumque & potum neceſſitati commenſurat nec ſunt corpori incidere ſuperfluitatem, ſed ſolùm vitam in illo conſeruat, & aſſiduè ab impetu commixtionis cuſtodit, ac ita continẽtia extinguit concupiſcentiam.

Continentia modus et effectus.

Voluptas autem necnon cibi & potus ſatietas ventrem inflammat, deſideriumque ad turpes incendit concupiſcentias, ac totum animal ad irrationabilem mixtionem impellit: tunc oculi impudici, manus effrẽnis, lingua blanda, auris verò vana auditu ſuſcipiens, mens Deum contemnens, & anima mente adulterium perpetrans, corpus

Gula inflãmat vẽtrem.

A corpus autem ad illicitam operationem prouocans. F. Verè, parer, ita ſe res habet; ſed precor edoce de Oratione quomodo illa menté ab omnibus ſegreget cogitatiouibus. S. Cogitationes, rerum cogitatiunes ſunt: ex tebus auté qoædam ſunt ſenſitiuæ, quædam verò intellectiuæ. In ipſis igitur mens cóuerſans, cogitationes ſuas circumfert: orationis verò gratia mentem Deo conglutinans, ab omnibus ſegregat cogitationibus, & tunc mens nuda cum Deo conuerſans, Deo ſimilis efficirut, boc quum fit, ab eo decentia petit nec vnquam preces illæ fiunt inanes. quapropter Apoſtolus indeſinenter orare iuber, quò aſſiduè mentem ad Deum eleuantes; paulatim rerum materialium abiiciamus affectus.

Vtea Oratio mētem ſegregat ab omnibus, & ſic exorat.

1. Theſſ. 5. c

B F. Er quomodo mens indeſinentet orat? Nam quum & canimus & legimus ac vnà congregati ſumus ſeu miniſtramus; in multas incidimus cogitatioues & ſpeculationes. S. Nihil impoſſibiſe diuina præſcribit ſcriptura, nam & Apoſtolus ipſe canebat, legebat, docebat, miniſtrabat; nihilominus tamen indeſinenter orabat: ſiquidem aſſidua eſt oratio quum meus in cautione multa continetur, deſiderióque applicatur Deo & ſempet à ſpe eius dependet, in omnibuſque tam operibus quàm accidentibus in ipſum confidit. Ita Apoſtolus affectus dicebat;

Oratio aſſidua quæ ſit.

Rom. 8. g

C Quis ſeparabit nos à dilectione Chriſti? tribulatio an anguſtia, ſeu perſecutio, vel fames, ſiue nuditas, aur periculum, ſeu enſis? Er paulò poſt; Mibi enim perſuadeo quod nec pteſentia, nec futura, nec altitudo, nec profunditas aut conditura quædam alia nos ſeparare poſſit à dilectione Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Er iterum; in omnibus premimur, ſed non anguſtiamur; indigemus, ſed nó deſtiruimur; perſequutionem ſemper ſuſtinemus, ſed non derelinquimur; deſtruimur, ſed non perimus; ſemper mortificatiouem Domini Ieſu in corpore circunſerentes, quo & vita Ieſu manifeſtatur in earne noſtra mortali. Ita igitur Apoſtolus affectus aſſiduè orat; Nam in

2. Cor. 4. b

D omnibus (vt dictum eſt) & operibus, & ei accidentibus, à ſpe Dei dependet. Ac ideo omnes ſancti in perſecutionibus gaudebát, quò in habitum diuinæ peruenirent ſpei. quapropter diuinus inquit Apoſtolus, iucundiſſimè gloriabor in infirmitatibus meis, quò me obumbret potétia Chriſti; ac ideo excello in infirmitatibus meis in iniuriis, in neceſſaribus, in perſequutionibus in anguſtiis pro Chriſto, quum enim lāgueo, tum potens exiſto. Sed væ nobis miſeris, quum viam ſanctorū relinquimus; propterea enim in omni opere bono & ſpiritali ſumus inanes. F. Cur, pater, compunctionem non habeo? S. Quoniam non eſt timor

2. Cor. 12. g

E Domini coram oculis noſtris, quoniam omnium malorum facti ſumus habitaculū, ac ideo propter imbecillem intellectum noſtrum, contemnimus timendum Dei iudicium. Verùm quis non cótremiſceret, qoum Moſem ex perſona Dei de peccatoribus dicentem audit; Quoniam accenderur ignis in furore meo, & ad Inferni profūndum vſque combureť; deuorabit terram & germina eius, fundamentáque montium incendentur, adducam ſuper ipſos mala, & ſagittæ meæ conſumentur in ipſis. Et iterum; corruſcabo fulguris inſtar gladiū meum, & introducet iudicium manus mea, & retribuam pœnam inimicis meis. Sed & Iſaiam clamantem: Quis annunciabit vobis quod ignis combureť? quis annunciabit vobis locum eleuatum ad facieudam viam lumini ignis veſtri & flammæ quæ comburet? Er turſus; Egredientur & videbunt cadauera hominum qui deſecerunt à me; Nam vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguerur, & erunt in aſpectum cunctæ carni. Quin & Ieremiam dicentem: Date gloriam Domino veſtro, ne obſcurentur, & offendantur pedes veſtri in monte tenebroſo, & expectate in lucem & ibi vmbra mortis, & impingét iu caliginem. Et iterum: Audite populus ſtultus & excors; oculi ipſis, & nou vident; aures ipſis, & nó audiunt; numquid me timebitis dicit Dominus?

Vnde ſit vt quis nō habeat cōpunctionē.

Deut. 32. d

Iſa. 66. g

Ierem. 13. c

Ierem. 5. e

B Nnmquid à facie mea cauebiris? quum fecerim terminum arenæ maris & mandatum ęternum, tranſgredi nolite. Et rurſus: Erudiet te defectio tua & malitia tua corripiet te, & cognoſces & videbis quam amarum ſit tibi relinquere me, dicit Dominus, Ego plantaui vineam fructiferam omnino veram, quomodo conuerſa es retrorſum, & in ſarmenta vitis alienæ? Et iterum; Nou ſedi cum conſenſu ludentium, ſed caui à facie manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam repletus eram amaritudine. Quis etiam non terreretur quum Ezechielem dicentem audiret? Effundam iram meam ſuper te,

Ierem. 2. d

Iere. 15. d

Ezech. 7. b

C & perficiam furorem meum ſuper te, & iudicabo te in vusruis & dabo ſuper te cunctam abominationem, & non parcetur oculo tuo, & tūc cognoſces quod ego ſum Dominus: Quis autem danielem audiens non compungeretur, manifeſtè, tremēdi iudicij diem, deſcribentem dum dicit; Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & Antiquus dierum conſedit, & indumentum eius candidum vt nix, & capilli capitis tanquam lana pura, & thronus eius flamma ignis; rotę eius, ignis combureus. Fluminis iguis flués ante ipſum egrediebatur, milia milium miniſtrabant ei, & decies centena milia ante ipſum ſtabāt: iudicium deſedit, & libri aperti ſuut, nempe qui facta vniuſcuiuſque teprehen-

Dan. 7. a

D debant. Er rurſus: Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce cum nubibus quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad Antiquum dierum peruenir, & coram eo oblatus eſt ei, & traditus principatus, bonot & regnum; & omnes populi, tribus, & linguæ ſetuiét ei; & poteſtas eius, poteſtas ſempiterna, & regnum eius non corrumpetur; & horruit ſpiritus meus: Ego Daniel in habitu meo, & viſiones capitis mei conturbauerunt me. Proinde quis uon timeret quum Dauidem audiret loquétē. Semel loquutus eſt Deus, bis hæc audiui quoniam potétia Dei, & tua Domine eſt miſericotdia, quoniam tu retribues vnicuique ſecundùm ope-

Dan. 7. d

Pſal. 61. a

E ra ſua. Et iterum Eccleſiaſticus; † totum ſermonis finem audi: Deum time & mandata eius ſerua, quoniam omnem hominem & omue opus Deus in iudicium deducet, ob cuncta perpetrata ſiue bona fuerint ſiue mala. Quin & quis non tremeſceret Apoſtolū audiens dicentem? Oportet enim nos omnes cōſtitui ante tribunal Chriſti, vt vnuſquiſque è nobis reporter, quæ per corpus operatus eſt, ſiue bonum ſit illud ſiue malum. Quis igitur non deploraret incredulitatem noſtram, nec non cæcitatem animæ noſtræ? quia quum hæc cuncta videamus non tamen pœnitemus, neque tantam ſocordiam & negligentiam noſtram ama-

† Textus hic habetur apud Eccleſiaſten, cap. 12. d

Rom. 14. b

2. Cor. 5. b

rulenter deploramus, quam prœuidens Hieremias A
Hier. 48. b dicebat. Maledictus qui facit opera Domini negligẽter. Si enim ſalutis animarum noſtrarum curam gereremus, ob ſermonem Dei tremeremus, feſtinaremuſque mandata eius, perque ſaluamur, ſeruare. Nos verò quamuis Dominum audiamus
Matt. 7. b *Luc. 13. e* dicentem; introite per anguſtam portam quæ perducit ad vitam: latam tamen præ eligimus & patentem quæ ducit ad perditionem, ac ideo illud audiemus, quum è cœlis veniet iudicare viuos &
Matt. 5. mortuos: Diſcedite à me maledicti in ignem eternum qui præparatus eſt Diabolo & Angelis eius. Et hæc audiemus non tanquam mala facientes ſed bona negligentes, ac proximum haud quaquam amantes. ſi autem male egerimus, quomodo diem illum ſuſtinebimus, tam miſere affecti? B
Præterea illud; mœchari noli, nec occidere, & reliqua; antiquis dicta ſunt per Moſem, Dominus verò ſciens quod Chriſtiano non ſatis ſit ad perfectionẽ, ſi hæc ſola ſeruata fuerint, dicebat: Amen
Matt. 5. c Amen dico vobis, niſi iuſtitia veſtra plus abundauerit quam Scribarum & Phariſęorum, nõ intrabitis in regnum cœlorum. propterea vbique ſupra & infra ſanctificationem animæ per quam & corpus ſanctificatur, nec nõ amorem erga omnes homines ſincerum habere ſtatuit, per quem & dilectionem erga eum cõſequi valemus, ac typum eundem vſque ad mortem, ſimul & diſcipulos eius (quemadmodum ſæpius dictum eſt) præ C
nobis ferre. Quid igitur reſpondebimus in die illa, quum tale habeamus exemplum, ac ita negli-
Hier. 9. a gentes exiſtamus? Quapropter Hieremias deplorat nos, quum talem gratiã aſſequi valeamus, tam negligenter tamen nos habeamus ſeu potius omnes repleti ſimus malitia: Ait enim; Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrimarum, & deplorabo populum hunc die ac no-
Deut. 32. cte? Audio & Moſem de nobis loquentem: Et comedit Iacob & repletus eſt, & deſceſſit dilectus, pinguis factus eſt craſſus & dilatatus, & Deum reliquit qui eũ fecit, deſcecitque à Deo Salutare ſuo. D
Mich. 7. a Sed & Michæam dicẽtem; Heu mihi anima quoniam periit religioſus à terra, Et recte agens in hominibus non eſt: vnuſquiſque proximum ſuum oppreſſionibus opprimit; ad malum manus ſuas
Pſal. 11. a præparant. Audio & Pſalmiſtam pariter de nobis dicentem; Salua me Domine quoniam defecit ſanctus, quoniam diminuerunt veritatem à filijs hominum; vana loquebatur vnuſquiſque ad proximum ſuum, labia doloſa in corde, & in corde loquebantur mala; diſperde Domine cuncta labia
Rom. 3. a doloſa, & linguã magniloquam. Sed & Apoſtolus
Pſ. 5. & 13. a Propheticè nos lugẽs dicebat; Non eſt qui faciat E
bonum non eſt vſque ad vnum; ſepulchrum patens guttur eorũ, linguis ſuis doloſe agebãt, venenũ aſpidis ſub labiis eorũ; quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, cõtritio & miſeria in viis eorum, & viam pacis ignorauerũt, non eſt timor Dei ante oculos eorũ. Ac ideò Paulus quũ præuideret futura & præſenti noſtra vita mala, ad
2. Tim. 3. a Timotheum ſcribit: Hoc autem ſcias quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora difficilia; erunt enim homines ſui amãtes, auari, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus inobedientes, ingrati, impij, implacidi, ſine fœdere, cõuiciatores, intemperan- A
tes, immites, boni oſores, proditores, præcipites inflati, voluptatum amatores potius quam Dei, habentes formam pietatis ſed qui vim eius abnegarunt; quapropter væ nobis, quoniam in nouiſſima malorum incidimus: quis enim è nobis, dic *Hominum*
mihi, à prædictis malis immunis eſt? nonne in no- *improbitas.*
bis impleta eſt prophetia prædictorum? Nonne omnes ſumus guloſi, Nonne omnes voluptatum cupidi, inſani, & materiæ amatores iracundi, ſuccenſentes, iniuriarum memores, omnis virtutis proditores, conuiciatores, mordaces, proterui, fratrum oſores, ſuperbi, inſolentes, elati, vane glorioſi, hypocritæ, doloſi, inuidentes, inobedientes, pigri, inſtabiles, ſocordes? Nonne omnes mandata B
ſalutis negligimus? Nõne omni malitia repliti ſumus? Nonne pro templo Dei, facti ſumus templum idolorum? Nonne pro Spiritu ſancto, repleti ſumus ſpiritibus malignis? Nõne pro filijs Dei, filij gehennæ facti ſumus? Proinde nemo è nobis indignetur quum veritatẽ audit. Illi verò qui tunc leges tranſgrediebantur, dicebant; Vnum patrem habemus Abrahã, ſed audiebant à Saluatore; Vos *Ioh. 8. e*
ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri facere vultis. quomodo igitur, quum & nos tranſgreſſores mandatorum eius exiſtamus, ſimilia ab ipſo non audiemus? Quoniam & Apoſtolus, eos C
qui ſpiritu ducuntur Filios Dei nominauit; Ait enim: Quicunque ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt *Rom. 8. c*
filij Dei, quo pacto igitur quum nos ſpiritu mortis ducamur, audire poterimus, vt filij Dei nominemur? Prudentia enim carnis mors eſt, qui verò *Rom. 8. b*
ſpiritu ducuntur, ex fructibus ſpiritus manifeſti ſunt. Videmus igitur, num fructus ſpiritus habeamus; Nam fructus, inquit, ſpiritus eſt dilectio, *Gal. 5. d*
gaudium, pax, longanimitas, probitas, bonitas, *Epheſ. 5. b*
fides, manſuetudo, temperantia: nunquid igitur habemus hæc in nobis? Sed vtinam non haberemus penitus contraria: quo pacto igitur audire poterimus: vt filij Dei nominemur, & non potius quod diuerſum eſt? Siquidem quod ex aliquo factum eſt, ſimile eſt facienti; quod & Dominus D
oſtendit dum ait. Quod factum eſt ex ſpiritu, *Ioh. 3. a*
ſpiritus eſt: nos autem facti ſumus, ex carne, contra ſpiritum deſiderantes; Et ideò iuſtè ab ipſo audimus: Nequaquam manebit ſpiritus meus in *Geneſ. 6. a*
hominibus his in æternum, quoniam caro ſunt. Quomodo igitur audire poterimus quod planè Chriſtiani ſumus; qui fortan nihil in nobis Chriſto dignum habemus? Cæterum dicetur fortaſſis; *Fides non*
ſed fidem habeo, & ſatis eſt mihi fides quæ in ip- *eſt ſatis ad*
ſum eſt ad ſalutem. Verùm hinc Iacobus contra- *ſalutem.*
dicit, inquiens quod & Dæmones credunt, & tre- *Iac. 2. c*
miſcunt. Et rurſus; Fides ſine operibus mortua E
eſt per ſe, quemadmodum & opera ſine fide. Quomodo autem de futuris ei crederemus, qui nec in preſentibus, ac temporalibus ei credamus materialibus impliciti ac carni viuentes, *Deo non*
& contra ſpiritum militantes? *credimus.*
Qui autem Chriſto in veritate credunt, & ipſum totum per mandata ſibi domeſticum reddidere, ita dicere poſſent: Viuo autem ego non amplius, *Galat. 2. d*
ſed viuit in me Chriſtus qui autem nunc in carne viuo, fidei viuo quæ eſt in filio Dei qui me diligit & ſeipſum mihi tradidit: propter hoc patientes ab ipſo propter ſalutem omnium tan-
quam

quam ſeduli eius imitatores necnon mandato-
rum eius legitimi cuſtodes dicere poſſemus:con-
2.Cor.4.c. uicius affecti, benedicimus; perſequutionem ſu-
ſtinentes, toleramus; blaſphemus impetiti, con-
ſolationem accipimus. Poſtquam ipſum dicen-
Matth 5. tem audiuimus: Diligite inimicos veſtros, bene-
facite iis qui vos oderunt, bene loquimini de iis
qui vos execrantur, orate pro iis qui vos calum-
niantur, *&c.* Et tam ex ſermonibus quàm operi-
bus in quibus operatur in eis Christus manife-
ſtabitur Verùm quam nos contra cuncta manda-
ta eius agamus, propterea omni impuritate &
prauitate impleti ſumus ac ideo facti ſumus pro
templo Dei, domus negotiationis: & pro domo
Matt.21.b. orationis, ſpelunca latronum; & pro populo
Marc.11.c. ſancto, populus delinquens; & pro populo Dei,
Luc 19.g. populus plenus peccatorum, ſemen malum pro
Ioh.2.c. filiis Dei, filij iniuſti quoniam relinquimus man-
data Dei, & ſeruiuimus malis dæmonibus, per
affectus impuros: & ad iram concitauimus ſan-
ctum Iſraël. Propter illud, & magnus nos de-
plorans Eſaias clamat, ſimul & caſui noſtro
Iſa.1.b. ſubuenire volens dicit: Super quo percutiam
vos vltra addentes præuaricationē? Omne caput
languidum & omne cor merens, à planta pe-
dis vſque ad caput, non eſt in eo integrum: Vul-
nus & tumor & plaga putrida non ſeparaue-
runt & alligauerunt, & oleo non linuerunt, pro-
pter quod derelicta eſt filia Sion, tanquam ta-
bernaculum in vinea, & tanquam tugurium in
cucumerario, tanquam ciuitas obſeſſa. Hanc
nobis animæ deſolationem Apoſtolus oſtendens
Rom 1.c. dicebat: Et quemadmodum flocci penderunt
Deum habere in cognitione, ita & tradidit illos
Deus in vilem mentem, vt facerent indecentia,
impleti omni iniuſtitia, ſcortatione, improbi-
tate, auaritia malitia, pleni inuidia, cæde, rixa,
dolo, malis motibus; ſuſurrones, obtrectatores,
Dei oſores iniuriam inferentes, elati, glorioſi,
excogitatores malorum, parentibus inobedien-
tes, inſenſati, hominum commerciis indigni, abſ-
que affectu, abſque fœdere, immiſericordes: qui
quum Dei iuſtitiam ſciant, quod ij qui talia fa-
ciunt digni ſunt morte, non ſolum ea faciunt ſed
aſſentiuntur & iis qui faciunt: quapropter tradi-
dit eos Deus in affectus ignominiæ, vt corpora
propria afficerent ignominia, & quid inde ſe-
quutum eſt? Reuelata eſt, inquit, ira Dei è cœ-
lo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam ho-
minum, *&c.* De hac etiam animæ deſolatione,
Matt.23.d. Dominus annuncians dicebat: Hieruſalem, Hie-
Luc.13 g. ruſalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos
qui ad te ſunt miſſi; quoties volui congregare
filios tuos tanquam gallina pullos ſuos ſub alas,
& noluiſti? Ecce relinquetur domus tua deſer-
Iſa.1.c. ta. Proinde Eſaias videns nos, Monachos vi-
delicet, corporalia tantummodo miniſteria per-
ficere, ſpiritualia autem contemnere accenſus
dicebat: Audite ſermonem Domini, principes So-
domorum; percipite legem Dei veſtri popule
Gomorræ; ad quid mihi multitudo hoſtiarum
veſtrarum? Dicit Dominus: Plenus ſum holocau-
ſtorum arietum, & adipe pinguium; & ſangui-
nem boum & agnorum, & hircorum non con-
cupiui: Quis enim hæc è manibus veſtris quæ-
ſiuit? quum veneritis ad videndum faciem meam,

Appendix

A & ad calcandum atria mea, non audeatis offer-
re oblationem fruſtra: Incenſum eſt mihi abomi-
natio. Nouilunij & ſabathi conuocationem non
feram, iniquitatem *melius*, vt rem iniquam, ſicut
nec cœtus retentionem & cœtum, Nouilunia &
ocia, ac feſtiuitates veſtras odiuit anima mea; fa-
cta ſunt mihi in ſatietatem fatigatus ſum ſuſti-
nens; & quum extendentis manus veſtras, occul-
tabo oculos meos à vobis; & quum multiplica-
ueritis orationem, non exaudiam. Manus enim
veſtræ, inquit, ſanguine ſunt plenæ, quandoqui-
dem qui fratrem ſuum odit, homicida eſt; ac ideo
omne exercitium quod dilectionem non habet,
longè à Deo remotum eſt. Quapropter hypo- Iſa.29.e.
B criſim reprehendens, vltra ait: Populus hic la- Matt.15.a.
biis me honorat, cor autem eorum longe eſt à Mar.7.
me: Fruſtra me venerantur, *&c.* Siquidem ea quæ
Dominus miſericordia motus Phariſæis obiicie-
bat, nūc de nobis audio, tanta gratia præditis, pe-
ius tamen quàm illis affectis. Nonne & nos ligan-
tes onera grauia & portatu difficilia ſuper hume-
ros hominum ponimus, quæ tamen nec digito
mouere volumus? Nonne nos omnia opera faci-
mus, vt ab hominibus videamur? Nonne & nos
primam vocationem in cœnis diligimus, & pri-
mos aſſeſſus in congregationibus, & ſalutationes
in foro, & vocari ab hominibus magiſtri? quin &
C eos qui nobis hæc vel non precipuè tribuunt ad
mortem vſque odio habemus? Nonne & nos tol-
limus clauem ſcientiæ, & coram hominibus re-
gnū claudimus cœlorum, quum nec ipſi ingredia-
mur, nec illos ingredi faciamus? Nōne & nos ma-
re & terram circuimus, quo vnum faciamus pro-
ſelytum; & quum ille efficitur, facimus eum fi-
lium gehennæ in duplo plus quàm nos ſumus?
Nonne nos duces ſumus cæci? Nonne & nos cu-
licem excolamus; camelum verò deglutimus?
Nonne nos pocula & paropſides purgamus ex-
terius, at quod intus eſt, plenum eſt rapinæ & in-
iuſtitiæ? Nonne nos mentem decimamus & om-
D ne olus, & omittimus iudicium ad dilectionem
Dei? Nonne nos ædificamus ſepulchra mar-
tyrum, & ornamus memoriam Apoſtolorum,
& ſimiles ſumus iis, qui illos occiderunt?
Nonne nos ſicut monumenta clauſa quum ex-
terius appareamus hominibus iuſti, internis
ſumus pleni hypocriſi & iniuſtitia? Quis igitur
nos non deploret, quum ita ſimus affecti? Quis
non lugeat talem noſtram captiuitatem? Propter
hæc enim filij Sion honorandi, reputati ſumus tā-
quam vaſa figulnea, propterea aurum amiſit ful-
gorem. Propter hæc Nazaræi Sion qui ſuper ni-
uem ſplendebamus, facti ſumus Æthiopes, qui
E lac candore ſuperabamus ſuper fuliginem obſcu-
rati ſumus; propter hoc ſpecies noſtra nigredi-
nem exuperat, qui educati eramus in purpura,
circumamicti ſumus ſtercore, & amplificata eſt
iniquitas noſtra ſuper iniquitatem Sodomæ, pro-
pter hæc filij diei & lucis, facti ſumus filij no-
ctis & tenebrarum; propter hæc filij regni, facti
ſumus filij gehēnæ; propterea filij altiſſimi, tanquā
homines morimur, & tāquā vnus ex principibus
cadimus; propter hæc traditi ſumus in manu ini-
micorū iniuſtorū, in manū dico dæmonū, & Re-
gi iniuſto & iniquiſſimo, per omnē terrā; nempe
principi illorum, quoniā peccauimus, inique egi-

desuperabundanti bonitate Dei ita dicitur quum
audiret Iſaias:Legendum eſt,Helias. Achab eſſe in
vinea Naboth, quam poſſederat per occiſionem
illius propter ſermones Iezabel, venit & dixit;
Occidiſti & poſſediſti,& in loco in quo linxerunt
canes ſanguinem Naboth,ibi & canes ſanguinem
tuum lingent, & Iezabel deuorabunt canes in ſu-
perbio Iezabel. Quumque Achab audiſſet ſermo-
nes hos ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio
carnem ſuam & ieiunauit,& dormiuit in ſacco,&
ambulauit demiſſo capite:Et factus eſt ſermo Do-
mini ad Heliam dicens: Vidiſti quod humiliatus
eſt Achab corā facie mea?non inducam malum in
Pſal.31.b. diebus eius. Quin & Dauid inquit,iniquitaté meā
ego cognoui, & peccatum meum non abſcondi,
Dixi confitebor aduerſum me iniquitatem meam
Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei,
propterea orabit ad te omnis ſanctus in tempore
letitiæ, & in diluuio aquarū multarum ad eū non
Mat.18.b. adproximabunt. Sed & in Euāgelio ait Dominus.
Luc.17.a. Reſipiſcite appropinquat regnū cœlorū,quumq;
19.a. Petrus interrogaſſet quoties in die quū in me fra-
ter meus peccauerit, dimittā ei?num vſq; ſepties?
Reſpōdit ille natura optimus & bonitaté inſupe-
rabilis:Non dico tibi vſq; ſepties,ſed vſque ad ſe-
ptuageſies ſepties. quid bonitati huic equale?quid
humanitati tali ſimile eſſe poſſet? Quum igitur ti-
moré domini,nec nō bonitaté & humanitaté eius
tam ex veteri quā nouo Teſtamēto cognoſcamus,
ex toto noſtro corde cōuertamur, quur enim,fra-
ter peribimus? purgemus manus peccatores ſan-
ctificemus corda noſtra,peruerſi,humiliemus,lu-
geamus,& propter peccata noſtra ploremus:De-
ſinamus ab improbitate noſtra credamus promi-
Exhortatio ad bene inſtituēdā vitam. ſſionibus Saluatoris noſtri,timeamus minas eius,
cuſtodiamus mandata eius, inuicem ex toto cor-
de noſtro diligamus eos qui nos odio habent ac
abominantur:fratres appellemus, quò nomé Dei
glorificetur,& videatur in lætitia eius. Demus in-
uicé veniā,inuicē tētati, tāquam omnes à cōmuni
hoſte impetiti, reſiſtamus cogitationibus noſtris.
Deū in auxiliū aduocātes, fugemus à nobis mali-
gnos & impuros ſpiritus,ſubiiciamus carnem ſpi
ritui,ſupprimamus & penitus in ſeruitutem redi-
gamus affectus malos: Purgemus nos ipſos ab o-
mni defedatione carnis & ſpiritus: excitemus nos
inuicem,ac irritemus ad dilectioné,& opera bona
ne inuideamus inuicem, neque inuidia appetiti
ferociamus;ſed potius inter nos compatiamur &
propter imbecillitatem intellectus noſtri alterna-
tim remedia afferamus. Ne inter nos obloqua-
mur,ne inuicem mordeamus; quoniam inter nos
mēbra ſumus, abiiciamus à nobis negligentiā &
deſidiam,& in hoc viriliter contra ſpiritus nequi-
tiæ decertemus. Et habebimus Chriſtum Ieſum
aduocatum iuſtum apud patré, ipſe enim pecca-
torum noſtrorum eſt placatio, illum ex puro cor-
de,& tota anima noſtra rogemus: & dimittet no-
bis peccata, quoniam prope eſt Dominus omni-
bus qui illum inuocant in veritate,& implet vo-
luntatem timentium eum exauditque preces illo-
rum,ac eos ſaluat,& ideo dicit, Sacrificia Deo ſa-
crificium laudis, & reddas altiſſimo preces tuas
Pſa.58.b. & inuoca me in die afflictionis,traham te,& glo-
rificabis me. Et iterum Iſaias: Solue nexus omnes
iniquitatis, dirumpe faſciculos iugi, emitte con-
Appendix

A fractos liberos,& omne iugum dirūpe:frange eſu-
rienti panem tuum,& pauperes vagos introducas
in domum tuam,quum videris nudum,tege eum,
& à carne tua non abſcondaris: tunc erumpet ſi-
cut diluculi lux tua,& reparatio tua velociter ger-
minabit, & ibit ante te iuſtitia tua, & gloria Do-
mini congregabit te:& quid poſt hæc? Tunc cla-
mabis,& Deus exaudiet te:Adhuc te loquente di-
cet,Ecce adſum; & tūc orietur in tenebris lux tua
& caligo tua erit ſicut meridies, & erit dominus
tecum ſemper,& implebitur iuxta deſiderium ani-
mæ tuæ. Cernis ne quod ſi ſoluerimus omnes col-
ligationes iniquitatis ex corde noſtro, & dirūpa-
mus omnes faſciculos inimicitiarum, feſtinemuſ-
B que benefacere proximo noſtro ex tota anima:
quod lumine cognitionis vndique fulgebimus,
& à paſſionum ignominia liberabimur & omni
ſalute implebimur,& gloria Dei illuſtrabimur,&
à cuncta ignorantia ſalui erimus, & cum orauerí-
mus cito exaudiemur. Deum nobiſcū ſemper ha-
bebimus,& deſiderio erga Deū implebimur? Di-
ligamus ergo inuicem,& à Deo amabimur; lon-
ganimes inter nos ſimus, & longanimitatem ob
peccata noſtra conſequemur, nequaquam redda-
mus malum pro malo, & non recipiemus ſecun-
dùm peccata noſtra;ſiquidem indulgentiam deli-
ctorum noſtrum, in fratrum indulgentia inuenie-
C mus,& miſericordiā Domini in miſericordia pro-
ximi reconditā:ac ideo Dominus dicebat;dimitite *Matt.6.b.*
& dimittetur vobis, & ſi remiſeritis hominibus
delicta eorum,pater etiam cœleſtis dimittet vobis
delicta veſtra. Et iterum:Beati miſericordes quo- *Matt.5.a.*
niam miſericordiam conſequentur:& qua menſu- *Matt.7.a.*
ra metiti fueritis,remetietur & vobis,Ecce dona- *Luc.6.b.*
uit nobis Dominus modum ſalutis, deditque no-
bis poteſtatem filios Dei fieri:& in voluntate no-
ſtra,relicta eſt ſalus noſtra,tradamus noſipſos do- *Salutē noſtram reliquit Deus in voluntate noſtra.*
mino perfectos vt perfectionem eius recipiamus,
fiamus dij per ipſum, nam propter hoc ipſe homo
factus eſt, quum natura Deus eſſet & Dominus.
D Obediamus ei,& ipſe inimicos noſtros aſſiduè vl-
ciſcetur. Si populus meus (inquit) me audiet &
Iſrael in viis meis ambulabit, in omnibus inimi-
cos eorum humiliabo,& in perſequētes eos manū *Pſal.80.c.*
meam iniiciam; Ac ideo omnem ſpem noſtram in
illo ſolo ponamus & omnem curam ſuper ipſum
proiiciamus, & ipſe nos ab omni preſſura eripiet,
ac per totā vitam noſtrā enutriet. Omné igitur ho-
miné diligamus, attamen in nullo homine ſpé no-
ſtrā ponamus: quantū enim Dominus nos cuſto-
dit,tantū & amici omnes nobis fauebunt, inimici
verò cuncti fruſtra nos oppugnabūt. Qui verò in
E ſeipſo confidit,caſu cōcidet indecenti;in Dominū
auté cōfidens exaltabitur; ac ideo Dauid dicebat:
Non in arcu meo ſperabo, neque me framea mea
ſaluabit, Saluaſti eum nos ex perſequentibus nos *Pſal.43.b.*
& odio nos habētes cōfudiſti. Proinde nequaquā
mēté adbibeamus iis qui nobis extenuāt peccatū,
& veniā nobis vaticinātur; nā de iis nos Dominus
admonuit dicēs: Cauete à falſis Prophetis qui ve- *Matt.7.b.*
niūt ad vos in veſtimētis ouium, intus autem ſunt
lupi rapaces. In quantū enim mens noſtra ob pec-
cata vexatur, intantùm & veniam aſſequemur,
nondum enim veniæ fructus Dignos fecimus,
ſi quidem fructus pœnitentiæ eſt animæ in affe-
ctibus immobilitas, quæ & peccata extinguit,

Perfecta in affectibus humilitas. Verum nondum perfectam habemus conſtantiá A
& affectuum immobilitatem; ſi quidem nónunquam perturhamur, quandoque verò non turbamur, peccatorum autem remiſſionem nondum perfectè ſumus aſſequuti, nam licet per ſanctum Baptiſma ab originali peccato liberati ſimus ab iis tamen quæ poſt Baptiſma perpetrauimus, per penitentiã liberabimur. Peniteamus igitur ſedulo quo ab animi paſſioib⁹ liberari peccatorũ remiſſionem aſſequamur, contemnamus temporalia nec propter illa cum hominibos pugnantes dilectionis mandatum trãſgrediamur, & à dilectione Dei excidamus: ſpiritu obamhulemus; & deſide- B
ria carnis nequaquam perficiamus, vigilemus ſohrij ſimus abiiciamus reliquum ſocordie ſomnũ. Sanctos Saluatoris imitemur athletas illorũ ſequamur certamina; eorum quæ perpetrauimus, obliuiſcamur; ad futura adcingamur per curſum iodeſinenté, per promptitudiné feruenté, Continentiam induamus, conſtantiam, modeſtiã, dile-

A ctioné, patientiã, generoſitatem, longanimitaté, tolerantiã, cópaſſionem, miſericordiã, manſuetudinis impertertitũ zelũ, feruoré, amoris ſimplicitaté non fictã, humilitatis ſublimitaté, inopiæ indigentiã virilitatem, probitatem, manſuetudiné. Non memores ſimus voluptatum, nó cogitationibus freoas laxemus, oon degrauemus cóſcientiã. Pacé ſecte mor eum omnibus & ſanctificationé; ſiue qua nemo Dominũ videbit. Præter hæc, fratres, Mundũ fugiamus, & dominatoré illius; relinquamus carné & carnalia, in cœlũ curramus, ibi politiã noſtrã aſſequemur. Diuinũ imitemur
B Apoſtolũ, authoré vitæ apprehendamus, fonte vitæ fruamur, cũ Angelis chorũ ducamus, eum Archangelis hymnos cantemus, laudemus Dominũ noſtrũ, & Deũ Ieſum Chriſtum, cui ſit gloria & fortitudo in ſecula ſeculorum. Amen.

S. P. Maximi, Confeſſoris & Monachi, Opuſculorum.

FINIS.

ANASTASII SINAITÆ MONACHI ET PRESBYTERI, IN SPIRITVALEM ANAGOGEN SEX DIERVM CREATIONIS, GENTIANO HERVETO, RHEMENSI CANONICÆ, INTERPRETE.

Eſa.12. SAcra Dei vox, per Prophetam Eſaiam iuber vniuerſæ humanæ naturæ, vt viuam aquã hauriat ex patriis fontibus, eſt enim fons perennis diuinæ ſapientiæ,
Iac.1. & minimè iniuſtus. Omne datum bonum & omne danum perfectum eſt deſcendens à liberali ac muoifico patre luminum atque minimè pater adirus, qui dicit. Si cui deeſt ſapientia, petat à Deo qui
Paria ſunt amare ſapientiam, & ſapientẽ eius datorem. abſolutè dat omnibus & nemini exprobrat. Paria enim ſunt, & eã quæ eſt reuera amare ſapientiã, & ſapienté eius datoré. Te ergo, ô valde deſiderabilis fili mi, & caput omnium mihi amabiliſſimum, laudans oh eoocinnum & propenſum in res diuinas ſtudium, & mentem philoſophiæ verbi deditam, tanquam animatam tui corporis figurã, excepi inanimam chartam tuæ ſcripturæ, quæ petit vt detur ſolutio eorum de quibus dubitatur à multis in hexamero, id eſt in creatione ſex dierum.

Matth.7. Luc.11. Io.16. Quamobrem eo fretus qui dicit; Petite & accipietis, quoniam omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit vt oportet, & pulſanti aperietur, in eo ſpem eorum quæ dicturus es colloeans, poſt illos qoi antea laborarunt, veſtigiis eorũ inſiſtens qui circa horam vndecimam æquè celeriter munus peragunt & in metendo & turſus in vindemiando, demiſſo oculo & humili diligentia & imperitia, tanquam ſpicas legens & culmos colligens, inſtar formicæ, relicta grana relego: & tanquam canis micas colligens lauti & opipari patrum epuli ac conuiuij, aufero quæ excidunt & tanquam apis quæ mel conficit, ex illorum pratis ſi quid eſt odoriferum ſurripio, & in hoc vale re-
Myſteria ὄργια. ponens iis quibus fas eſt bona appetere & eorum eſſe participes, propter re fruenda offeto. Nam ſi porticè poſtulante tempore licet dicere.

C Canto iis qui ſapiunt, & Aures obſtruite & vos veſtras citè profani. In meis enim aurib⁹ valde reſo-
nat is à cœtu amãdat furfuraceas orationes & terreſtres, & quæ ſenſus afferunt humi ſerpentes. Nã & qui veneranda animæque ſordes abſtergentia peragunt myſteria, quãdo ex arcanis velut thalamis in publicum omnium conſpectum ſunt ea palam & inter ſe eoherenter expoſituri, congruéter diuinis conſecrationibus arcanorum Dei ſacramentorum, vniuerſo ſimul miſto populo núquam eam faciunt oſtenſionem, priuſquam qui Liturgię, id eſt qui publico præeſt ſacrarum mu- *Myſteria non celebrantur niſi ſecernãtur iis indigni.*
D neri, poſt ſuperiorem, & quæ eſt citra vllum medium Dei chori ordinationem, tãquam voce præſtans quidam præco, ſtaos extra ſacratiſſimas portas iuſſiõne maxima ſecreuerit ab adytis atque nó licet accedere, eos quibus nó licet iis frui ac percipere, timens illũ ſordidis, veſtibus indutum in Euangelio, qui longiſſimè fuit expulſus à ooptiali conuiuio, quoniã oon præparauerat veſté conue- *Matth.22.*
nientem diuino illi epulo. Ad hoc auté opus nos cóponendum venimus, non ſpem ponentes in facundia, ſuauibúſque fabulis & nugis artéque dicédi Græcorũ, nec armati iambis trucibus & inu-
dlibus. Chriſtum enim habemus viæ ducem, qui *1.Cor.5.*
Græcam ſapientiam dicit eſſe ſtultitiam & crucis
E exinanitionem: loquimor enim de diuina ſcriptura, quæ expoſita quidem fuit per quandam vocis tenuitatem & linguæ tarditatem, à paucis autem eſt confirmata & ornata, itaque agreſtibus, aratoribuſq; & piſcatoribus, & ſutoribus & illiteratis, pudoréque affecit ſapientes, eóſque oſtédit ſtultos & inutiles.

Quamohré in præſentia à nobis nó dicetur de figoris & interuallis, nec de circũactionibus & motibus & regreſſibus in ſuos locos nec de poſituris & alterationibus, nec de motibus in orbé, nec de Antipodibus & de partibus cœli & Saturni motibus, nec de cœli motu & gradibus, nec de Lunæ

orta

& defectu, neque rurſus de aſtris & ſingularibus quę in eis cōſiderantur ſtellis. Non de ortu aquarū & inūdationibus. Ex quib⁹ eos quoq; quibus locis fiunt terrę motus viſione apprehenderunt qui ſe in mathematica & hac cōiecturali arte exercuerūt. Aqua tanquā ab exitioſa lue liberauit Eccleſiā verū quod in terris verſatu eſt verbum. Nā quid lucri cęperit Eccleſia ſi didicerit vniuerſam motionē Solis & Lunæ & cœli & terræ & ventorum & ſtellarum, præterquā ſolam pereuntē & falſam opinionem. Diſcens autē & audiens quòd ab ipſo Deo vniuerſorū effectore effecta ſunt duo opificia. Vnū quidē quo produceretur homo, & vt ſemel dicam, res omnis creata. B Alterum autem quo bene eſſet & homo & vniuerſa res creata, cū ipſe carnem ſuſcepit, liberatis omnibus ab interitu, cùm vt bene eſſent acceperūt: & quod tanquā propheta diuinus Moſes, pręuidit etiā productionē & opificiū creaturæ ad hoc vt bene ſit & ſcribens quēadmodum ad hoc vt eſſet deducta extiterit, in ipſa etiā ſcriptura inſeruit ei⁹ reformationē per Chriſtū ad hoc vt bene ſit, ſed ſtylo quodā pphetico, obſcuroq; & allegorico. Omnia enim quæ ſunt in cœlis & in terra, Deus prius conſtruxit in ſapientia ad eius figuram & priorem deſcriptionem. Et quod ſtatim à prima voce & effectione, eius fundamenta & ſtructurā & apparitionem C & illuminationē præmeditabatur & prius deſcribebat, & per primum cœlum & ſecundū, & quæ ſunt in ipſis luminaria, nec hoc ſolum, ſed etiam per ipſum Solē & Lunā, & Terram & Aquas, & plātas, & pecora, & volucres, & piſces, & vt ſemel dicam, per omnē creaturā cœli & terræ, Chriſtum qui in ipſis & per ipſam loquitur prædicat & magnificè commendat. Hæc diſcens Eccleſia exultat & lęgatur, geſtit & illuminatur, & aduerſus infideles valens ac robuſta redditur, vel potius armatur, eos conuincens, dedecore afficiens, vincens, exiliens & tripudians, ſiquidem vniuerſa quę cernitur & intelligentia percipitur creatura, ad eius imaginem & ſponſi ſui Chriſti prius conſtructa D fuit & præfigurata. Hoc eſt enim myſteriū, quod ante ſecula & à generationibus prius definiit De⁹ & prædeſtinauit. Vnde etiam dicitur Deus omnia in caput redegiſſe & inſtauraſſe in Chriſto. Quid eſt in caput redegiſſe & inſtauraſſe, quam ea quæ rationibus in ipſo prius erāt figurata & adūbrata re ipſa factis in ipſo eſſe impleta? Omnia enim, inquit, per ipſum, & in ipſo Chriſto facta ſunt tam quæ in cœlis quā quæ in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatū, & poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Dei loquens autem Apoſtolus dicens E omnia & viſibilia & inuiſibilia in Chriſto eſſe creata, apertè oſtendit & docet quod ipſa etiam inuiſibilis creatura prius figurata & facta fuit in Chriſto & Eccleſia. Sed de cœleſtibus quidem, quemadmodum & Chriſtum & Eccleſiam deſcribunt ac præfigurant non poſſumus apertè dicere, quemadmodum intelligatur quidem Angelus is qui eſt magni conſilij Angelus, & rurſus quemadmodum Archangelus, qui eſt princeps Angelorum ipſos etiam mittit tanquam adminiſtratorios ſpiritus qui & adſiſtunt: & quamadmodum nominatur principium qui eſt in principio Deus. Verbum, princeps pacis & pater futuri ſeculi.

Appendix

Ῥ πρόγ-
γυσίς forte
ἱστορά-
ται.

A mathematica nos liberauit Verbum Dei.

Aſtronomia nullius vſus duo. Dei opificia vnum quo res ſit alterū quo bene ſit.

Omnis creatura tam intelligibilis quā viſibilis fuit conſtructa & præfigurata ad imaginem Eccleſiæ & Dei ſponſi. Ephe ſ. 1.

Magni cōſilij Angelus. Coloſſ. 1.

A Magn⁹ eſt enim eius principatus, & pacis eius nō eſt terminus: aut quemadmodum intelligemus ipſam poteſtatē qui Deus eſt habens poteſtatem, fortis & potens. Eſt enim eius poteſtas, vt dicit Daniel: Et poteſtas ęterna quæ non pręſcribit. Data eſt enim ei poteſtas in cœlo & in terra. Porrò antè homonymū quoque ipſum intelliges thronum vtpote quod pater ſuper ipſum quieſcat tāquam vnigenitum & germanum filium, & ſimul etiam nos faciat quieſcere, congruentes ei quod ſcriptum eſt: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & faciam vos quieſcere. Quod ſi etiā vis noſſe eum habere ſex alas, audi eum qui ipſi dicit, In tegmine alarum tuarum proteges me, exB tendens alas ſuas eos ſuſcepit: Quemadmodum autem lux vera illuminans omnem hominem venientē in mundum. Meritò omnia aſpiciens, vocatus eſt πολυόμματος, id eſt multos habens oculos. Per homonymiam autem appellatus eſt etiam Dominus, qui in dominantes obtinet principatū. Dominus enim eſt fortis & potens, Dominus potens in bello, & Dominus virtutum & Dominus altiſſimus. Quoniam autem interpretatur Cherubim multitudo cognitionis: Deus autē eſt Dominus cognitionum: ipſe enim cognoſcit omnia antequam fiant: & Nemo cognoſcit patrem niſi filius, meritò vocatur etiam Cherubim qui ipſa C condidit Cherubim. Sicut etiam rurſus Seraphim, quod interpretatur ignis ardens & comburens. Deus enim noſter ignis comburens eſt Chriſtus, & ideo, veni, inquit, ignem mittere in terram. Sed hoc quidem tanquam per epitomen nunc dictum ſit quemadmodum referuntur in Chriſtum, & facta ſunt eū prius deſcribentia ac præfigurantia. Quòd autem ea quoque ſint Eccleſiæ exemplaria, & ipſam prius ſignificent & figurent, ab hac dubitatione te rurſus liberat ipſe diuinus Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos, dicēs de tabernaculo teſtimonij, & de omnibus in eo cōſtructis, quòd ea facta ſint in figuram Eccleſiæ, D dicens: Non in manu facta ingreſſus eſt Chriſtus verorum exemplaria, ſed in ipſum cœlum. Dicens autem exemplaria, oſtendit citra vllam dubitationem, quæcunque ſunt in Eccleſia, eſſe imitamenta ordinum cœleſtium. Si ergo inuiſibilia, & quæ ſunt præſtantiſſima, ſunt comparata ad imaginem & figuram Eccleſiæ, ne de cętero amplius dubitaueris, & ne fidem nō habueris, quòd & vniuerſa terreſtria, quę ſcripta ſunt in lege Moſaica vmbram habuerunt & figuram futurorum in nobis bonorum, vt docet Paulus. Sic eſt enim intelligendum quod dicit Chriſtus, quòd tota vnum & apex vnus, per qui ſignificatur ſignū cruE cis, non præteribit à lege donec omnia fiant, de ipſo ſcilicet dictum eſt & Eccleſia. Cuius enim quęſo eſſet imago tabernaculum teſtimonij, & agn⁹ paſchalis, & ſanguis, & aſperſio, & ſacrificia, & ignis, & quęcunque fiunt per legalem Dei cultū, niſi Chriſti & Eccleſię. Vnde etiam qui diuinis ſenſibus ornauit Eccleſiam celeberrimus Cyrilus in commentariis hexameri in Geneſin, dixit per hanc Moſaicam ſcripturam annunciari myſterium Chriſti & Eccleſię. A quo deductus, & à quo accepta occaſione, Ammonius probatiſſimus interpres eccleſiæ Alexādrinę, in opere quod cōpoſuit paternarum ſententiarum Hexa-

Mar. 28.

Thron⁹ eſt homonymus.

Matth. 11.

Pſalm. 35.
Io. 1.

Dominus dictus eſt Deus per homonymiam.

Pſalm. 13.
Pſalm. 45.
Pſalm. 46.

Deus vocatur Cherubim & Seraphim.
Luc. 12.

Hebr. 9.

Quæ ſunt in Eccleſia, ſunt imitamenta ordinum cœleſtium.

Heb. 10.
Matth. 5.

Cyrilli laus

Chriſti & Eccleſiæ myſterium annunciatur per ſcripturā Moſaicam.

Ammonius in ſententiis hexaemeri.

meri, dixit plurimos vim attuliſſe ſenſui ſcripturæ A à Deo inſpiratæ, qui cõtenderunt eam nõ eſſe factam à Deo in figuram Eccleſiæ, ſed ſoli literæ ſeruierunt. Hãc enim eſſe cauſam nõnullorum expoſitorũ ab aliis diſcenſionis, idem dixit Ammonius. Si enim omnis creatura facta eſt propter hominẽ Adam autem & Euam Paulus ad Eccleſiam refert, dicens, ſacramentum hoc magoum eſt, ego autem dico in Chriſto & eccleſia ſine dubio omnis quæ propter hominem & propter eius coniugen facta eſt creatura, refertur ad Chriſtum & Eccleſiã. Atq; quod hoc quidem argumentum noſtras vires ſuperet, neque nos negamus, neque vllus qui ſapit. Sed quoniam hinc magna eſt in eccleſia gloriatio, B & quauis ſcriptura maiora huic accipit arma aduerſus pietatis inimicos qui eam circundederunt, ea de cauſa inuocato Chriſto datore luminis per ſuam coniugem Eccleſiam, qui Balaamicæ aſinæ poſtulante tempore os apperuit, & qui multis indignis, ne dicam omnibus, præclara ſoa dona largitur, auſus ſum immenſum hoc ingredi pelagus, poſt Chriſtum vtens adiutoribus ſanctis qui ante nos expoſuerunt patribus. Nam & ſi Moſaicam poſuimus ante ſcripturam Euangelicam ad expoſitionem, non tamen figuram veritati, neque vmbram rebus, neque præteritum præpoſuimus præſenti ad doctrinam: ſed vt apertè oſtendamus quòd hæc priſca & antiquiora præfigu- C rant noſtra myſtica & recens exorta, & adumbrant veritatem donec ipſa venit, & totum corpus ſanctæ ſcripturæ reddidit expers vmbræ. Quod ſi etiam aliquid nouum & minus conſuetum noſtra dicat oratio, rogamus & obſecramus tam præſentes quam futuros filios ſanctæ Eccleſiæ, ne inimico & inuido malignóque animo, ſed fraterno audiant quæ dicuntur. Nunquam enim aberrans & perfecta rerum cognitio, eſt ſolius Dei, ſiquidem etiam ſpiritualis ex parte cognoſcit & ex parte loquitur, & qui eſt ſecundum cor Dei Dauid precatur, dicens. Aperi oculos meos vt intelligam mirabilia legis tuæ. D

Ephes. 5.
Omnis creatura facta propter hominẽ refertur ad Chriſtum & Eccleſiam.
Euãgelica ſcriptura præfertur Moſaicæ etſi Moſaica ſit antiquior.
Scietia perfecta eſt ſolius Dei.
Pſal. 118.

» *In principio fecit Deus cælum & terram. Terra autem*
» *erat inuiſibilis & incõpoſita & tenebræ ſuper abyſ-*
» *ſum & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquam.*

LIBER PRIMVS.

QVOT & quales fuerint ſententiæ eorum qui multis ante ſeculis ea quę ſunt hic ſubiecta expoſuerunt, neque nobis facile eſt dicere nec auditori expeditum audire. Nam E de illo: In principio fecit dubitarunt nonnulli, vtrũ ipſum principium habeat aliquod antiquius principium ex quo dependet, an ſit ſine principio. Et ſi habet quidem, non poteſt vocari principium. Sin autem non habet; principio ſcilicet caret & tẽpore. Quodnam enim iam poteſt eſſe tempus & principium ei quod caret principio. Nam principium quidem non habet aliquid ſe prius, vt ſit in materia & forma. Materia enim eſt prior forma Similiter & elementum cùm ſit compoſitum &

De principio magna eſt dubitatio.
ἀρχή τινος.

A cõſtet ex materia & forma, habet principium materiam & formam. Eſt autẽ, inquiunt, materia omniũ principiũ cũ ſit res incorporea, expers qualitatis, & quæ ſola explicatur ratione, non cadit autẽ ſub ſenſum. Ipſa ergo, inquit, à figura qualem impreſſa, quæ forma eſt, corporatur. Et primum quidem fit elementum, aut æther, aut ignis, aut aer, aut terra Deinde complexis his elementis fit cõpoſitum aut animatum, aut inanimum. Et materia quidem & forma inquiunt, aut principij formam magis accedunt quàm elementa. Elementa autem ad principij formam magis accedunt quam alia corpora. Nos autem dicimus. Principium omnia principia ſuperans, primũ quidem eſt Deus. B Poſt Deum autem, naturalium corporum principia ſunt elementa. Sed externorum philoſophorũ quidam ſunt diuiſi: Et aliis quidem viſum eſt ignẽ eſſe principium, propter vim per ſe & facile mobilem, & quod conſumat omnia quæ apprehenderit. Aliis autẽ aerem, propterea quòd vitæ cauſa ſit ex reſpiratione. Aliis autem aqua, propter genitalẽ naturã. Aliquibus autem ex iis terram, propterea quod plurima animantia gignantur ex terra, & in eam reſoluantur. Plato autem Deum & materiam dixit eſſe principia, illum quidem, vt Deum & patrem: hanc autem, vt quæ ſuſcipiat opificium, & vanam, vt dixit, id eam; declinans à veritate, & to- C tum Deo minimè tribuens. Alij rurſus magis logicè conſiderantes quam naturaliter, dixerunt terrã eſſe principium vniuerſitatis, vt quæ ſit centrum orbis cœleſtis. Nam centrum eſt orbe ſeu circulo antiquius. Alij autem apertè pronunciarunt mundum non eſſe ortum: & conſequenter dixerunt ſimul eſſe vniuerſum. Sunt autem etiam qui dixerunt ipſum eſſe ſorte & caſu, & vt accidit partem eius primam ortam eſſe. Alij autem in quatuor elementa, & quintum corpus æthereum vniuerſum mundum diuidentes, & quatuor elementa ab æthere adminiſtrari exiſtimantes (ætheris autẽ res pulcherrima eſt cœlum, id primum ortum eſſe D dicunt. Nos autem diuini Moſis leges & decreta ſequentes, in principio cœlum & terram ſimul facta eſſe dicimus. Et ſi quis vult videre principium omnium mundanorum, hæc exiſtimet. Sed & omnium quæ percipiuntur intelligentia, principiũ eſt omnia principia ſuperans Deus qui fecit omnia, & non ex ea quæ prius fuit materia, ſed ex nihilo produxit & ea quæ cadunt ſub intelligentiã & elementa. Diuinus autem & ſublimis Baſilius ſoluens quæ de principio infertur obiectionem, dixit ſenſili mundo eſſe vetuſtiorem intelligentiũ virtutum conſtitutionem. Rurſus autem ad id quod ſubiungitur: Fecit Dens cœlum & terram, E dubitarunt nonnulli qui ſunt diuerſæ à nobis ſententiæ: Cur non coniunxit ſcriptor, aquarum & tenebrarum creationem. Præterea de ſpiritu quoque qui ſuper ferebatur cum aquæ quidem videantur eſſe ante cœlum & terram, eſſent autem tenebræ abyſſi ſuperficie, maximè cum eſſent etiã tenebræ hîc aquis circunſcriptæ, quomodo dicitur ſuper eas ferri Spiritus ſanctus illuminans, & quomodo ſimul erat cum tenebris Dei ſpiritus qui eſt autor dandi luminis.

Ad hanc ergo obiectionem reſponderunt quidã expoſitores, quod cũ dixiſſet ſcriptor cœli & terræ creationem, per extrema ſimul comprehendit cunctas

Materia eſt prior forma.
Elementũ habet principiũ materiam & formam.
Materia & forma ſunt magis elemẽtaria quàm elementa.
Deus eſt principiũ ſuperans omnia principia.
De principiis magna controuerſia inter philoſophos.
Terra principiũ vniuerſitatis, ſiquidẽ ea eſt centrũ.
Deus eſt principiũ omnia principia ſuperans, qui omnia fecit ex nihilo.
Angeli ſunt cõditi ante mundũ ſenſilẽ.

Per cœli & terræ creationẽ comprehẽduntur cæteraque in tercedunt creatura.

Sitne Lux natura, ignis.

cunctas quæ intercedebant creatnras. Sed & hinc alia quoq; proceſſit dubitatio. Quomodo enim, inquit, poſt cœlũ & terrã videtur Deus feciſſe lucẽ? Quomodo autem ne nominat quidẽ omnino ignis creationũ? Quo in loco cũ dixiſſet ſapiẽtiſſimus Gregorius lucem eſſe naturam ignis, alius contra dubitauit. Et quam ob cauſam non appellauit ipſa ignem ſcriptura? Qui fit autem quòd neque erit, neque calefacit, ſi ſit ignis natura? Si enim per duas voces, cœlum, inquam, & terram, comprehẽdit terra quatuor, inuenietur lux quintum elementum. Sin autem non cõiunxit, propter quénam cauſam in cœlo quidem & terra comprehendit Deus ignem, tanquam in luce: in tenebris autem nõ dicta eſt creatio, neque in abyſſo, neque in aqua, neque in ſpiritu? In quibus cum armaretur magnus Baſilius aduerſus Manichæos, & diceret illa, tenebras eſſe increatas & non conſiſtere, nec ſub menſuram, inquit, cadunt, neque definiuntur, ſed cum feciſſet Deus terræ latitudinem, & ſuper eam inclinaſſet & extendiſſet cœlum tanquam tabernaculum, ſeceſſit lux, terreno mũdo à cœlo adumbrato. Tenebræ ergo nihil ſunt aliud niſi vmbra corporis. Præterea quæſierunt nonnulli, vtrum lucem illam quæ ſeceſſit & oſtenſa eſt ab vmbra cœli, dicere oportet eſſe in tempore an abſque tempore. Et ſi in tempore: cuiuſmodi eſt hoc tempus quod fuit ante ſex dies. Sin autem ſine tempore: eſt perſpicuum quòd eſt etiam ſine principio. Si eſt autem ſine principio, eſt etiã omnino eiuſmodi vt non poſſit circunſcribi. Si autẽ non poteſt circunſcribi, quomodo circunſcribitur pulſa ab vmbra cœleſti. Coniungunt autem etiam præcedentibus aliam quoque quæſtionem interpretes. Si enim, inquiunt, profundum aquarum abyſſi erat ſuper faciem vniuerſæ terræ, non oportebat eam omnino appellari terram, ſed mare, & cur humectum terræ terminum ſuper quam locatum eſt & ſitum, terrã nominamus, non mare, non habita ratione ſubiecti quomodo & fluuios, & lacus, & fontes, ex ſuperficie earum quę in ipſis ſunt aquarum, conuenientibus etiam earũ appellationibus ex diuina ſcriptura didicimus. Oportebat enim illam à Deo factam ſtatim ab initio tãquam condemnatam, & abyſſo tanquam inferis traditam, tertio die exurgere, dicendo. Congregetur aqua tanquam in congregationem vnam, & cernatur arida. Deficiet me tẽpus, ſi velim in medium proferre ſacrorum omnium aſſeclarũ dubitationes & quæſtiones de ſex diebus. Etenim de abyſſo quæ dicitur, & de aqua quæ nominatur, alij quidem intellexerunt vtraque aquas vnã eſſe & ſimilem naturam. Alij autem dixerunt hæc non vnum ſignificare. Differentia enim, inquit, eorum quę vehuntur ſignificat diſcrimen vehiculorum. Nam ſcriptum quidem eſt tenebras impẽdere, ſpiritum autẽ ſuprà ferri. Et tenebræ, inquit, ſuper abyſſum & deinde, Spiritus Dei ferebatur ſuper aquãm. maximè cùm poſt hæc Propheta ſæpe feciſſet mentionem aquarum, ipſas quidẽ nominat aquas & Maria, & congregationes, & fontes, & fluuios, abyſſi autem nequaquam meminit. Non prætermiſit autem in profunda & diuinitus data ſua ſapientia interrogare, quomodo ſcriptus eſt ſpiritus Dei ſolum in reliqua creatione, & curnam dicitur is quidem ſuperferri, non inſidere.

Tenebræ ſunt increatæ nec conſiſtunt nec ſunt aliud niſi vmbra corporis.

Sitne lux oſtenſa ab vmbra cœli in tempore, an abſque tẽpore.

Eſſet ne dicenda terra, cum ſuper eius faciem eſſet terra.

Abyſſi & aquæ ſitne eadem natur.

Appendix.

A Aduerſus eos etiam qui dixerũt ſanctum illũ eſſe ſpiritum qui ferebatur ſupra aquas, à nõnullis eſt dubitatum. Vbinam eſt creatio aëris qui eſt vnus ex quatuor elemẽtis. Si enim dederimus, inquiũt, eum quidem eſſe ſanctiſſimum illum & increatũ Dei ſpiritum, ignis autem omnino non profertur nec appellatio nec creatio, quomodo nec abyſſi: inuenietur diuina ſcriptura vnius ſoli elementi, nempe terræ, nos docere creationem, non autem quatuor. Lux enim cum ijs non connumeratur, vt dicunt ij qui ſunt earum rerum periti. Oportebat autem, rurſus, inquiunt ipſi, ſi creaturæ quæ cadit ſub aſpectum Deus inducit opificium, eum ſimul cum terra conſtituere cœlum quod videtur, non
B autem id quod non videtur. Sed vtranque primogenitum gemellamque natam creaturã & ne ſub aſpectum quidem caderet, occuluit, & ſuperna & inferna quodã veluti cryſtallino & celeriter fluente aquarum amiciens veſtimento. Quod quidem rurſus nobis aliam nõ leuem parit dubitationem, nempe quòd ante alia contecta ſint ſuperna, arcẽte intermedio veluti operculo, ne & inferna intueri poſſint ſuperna: neque rurſus ſuperna aſpiciant inferna. Adhuc enim primo & ſplendidiſſimo cœlo, tanquam quodam diuino propoſito & reſplendente ſpeculo, & eius quod ſuperuehitur diuinos fulgores aduerſo ſplendore repellente, ad
C hoc vt ea quæ ſunt infrà illuminet, obruta & demerſa terra nõ poterat vtique intelligentibus oculis aſpicere ad diuinũ supernè radiũ qui ad ipſam vſque permeabat. Sed quoniam earum quas ſubiecimus dubitationum exitum non inuenimus, & in ijs planè perplexi ſumus & omnino hæſitamus: freti ore ſancti ſpiritus, Pauli, inquã, lingua, quæ dicit, quod quæcunque ſunt in lege, prius ſcripta ſunt in figuram Chriſti & ipſius eccleſiæ, accepta, ſi verè dicere oportet, occaſione ex Papia viro clariſſimo Hierapolitano qui dixit in Epiſtethio, Clemente, & Panteno Alexandrino Sacerdote, & Ammonio ſapientiſſimo, interpretibus
D veterum & primorum conuentione, qui totam hexameron intellexerunt de Chriſto & eccleſia, poſt verè ſenſilem ſecundum literam creationem, citra vllam dubitationem ſenſum ſpeculantes eccleſię, pro qua vniuerſus eſt noſtri certaminis ſcopus, ad hoc opus deſcendimus. Cæterum literam quidem minimè diſſoluentes verum ab optimo & benigniſſimo ſancto ſpiritu ſenſum myſticè abſconſum intra literam inquirentes, primũ hoc conſideramus corporibus. Quãobrẽ linguas hinc nõ mittant Philoſophorum Phyſici, audientes Verbum, Fecit Deus cœlum & terram: neque dicant
E Deum feciſſe cœli ortum à terra, tanquam ab aliquo centro: quoniam centrum, inquiunt, eſt principium vniuerſæ ſphetæ, Non enim vt contingit in hominibus qui nõ poſſunt neque circulũ dirigere, neque torquẽ circumagere, neque punctos circuli ex æquo componere, neque lineam inflectere & rotę ſimilẽ efficere, niſi centrum medium prius fuerit infixum, ita etiam deuenit. Hic enim, vt diſcas quod Deus non ſequitur naturæ conſequentiam, ſed fabricatur ſupernaturaliter, & non artificioſè, dicit Moſes, Fecit Deus Sphærã, deinde terram centrum. Oporteret enim reuera contra dicere, Fecit Deus terram & cœlum, ſeu centrum, & tunc ſphæram. Nam ſi coniunctionem

Spiritus qui ferebatur ſuper aquas ſitne ſpiritus ſanctus, an aër.

Terra tantum creationis, non etiam cæterorum elementorum ſit mentio in Geneſi.

Cryſtallino aquarũ veſtimento contecta ſunt & ſuperna & inferna.

1. Cor. 10.

ἐπιςήθιος quaſi dicas pectorale videtur fuiſſe titulus libri.

Sex dierũ creationem quinã antiqui & ſancti doctores intellexerint de Chriſto & eccleſia.

Deus non fecit generationem cœli à terra, tanquã à centro.

Deus non ſequitur naturæ cõſequentiã, ſed fabricatur ſupernaturaliter.

copulatiuam accipiunt illudet, & ambo dicunt ſimul facta eſſe, oportebat certè vt ipſorũ eſt ſententia, prius ſignificari principium & cauſam circuli, nempe centrum ſeu terram, & magis quàm contrà. Si autem ij confiteantur omne centrum figi ſuper aliquod ſtabile & ſolidum, & ſic circumſcribi circunferentiam, non autem alter: Deum autem agnoſcant, ſuper aquas quæ nulli reſiſtũt cõcuſſioni, ſed ſtatim fuoduntur & circunfluunt, noo ſolum iniecisſe id quod eſt denſum ac graue, ſed etiam in his humidis ſolidare multitudinem quemadmodum non conceſſerint eũ excitare cœlum tanquam fornicem etiam abſque centro? Nã quæ apud homines ſunt eiuſmodi vt fieri nõ poſſint, apud Deum poſſunt fieri. Sed ad aliam eundũ eſt ſeriem, & poſtulandum eſt à ſuperna ſapientia, quæ dat omnibus prout rectè petunt, vt nobis reuelet myſticum ſenſum qui eſt intra literam, nempe quomodo per vniuerſum ſex dierum creationem, prius conſtituit & præfigurauit figuram & imaginem eccleſiæ Chriſti. Sic enim dicit, in principio fecit Deus cœlum & terram. Cœlum quidem, ſimul comprehendẽdo nominat omnes cœleſtes & intelligentes, ſanctarum virtutum, & intelligentis mundi conſtitutiones, vt intelligas ſupernum mundũ prius fuiſſe fabricatum, cõgruentem voci Theologi quæ dicit. Primum quidem mente cogitauit angelicas virtutes & cœleſtes: & cogitatio opus fuit. Nunc autem rurſus hunc mũdum ſenſilem & qui cernitur, ſimul complexus, cum ipſo cœlo eo placitur etiam omnia quæ ſuper terram cum homine, facta ſunt & ſunt, res, inquam, animatas & inanimas. Nam cum dixit, in principio fecit Deus cœlum, ſuſtulit mentem tuã ad creationem superni ordinis. Deinde cùm ſubiunxit, Et terram, demiſit mẽtem tuam ad poſituram inferni adimplemanti, cuius vniuerſam exhibuit comprehenſionem à parte, nempe à terra dicens te non ſolum noſſe terram, ſed etiam cœlum quod eam ambit ac continet, ſynecdochicè veluti quodam termino complexus, per duas dictiones, opificium & creationẽm mundi qui aſpicitur, & mundi qui intelligitur, quam io principio fecit Deus, in principio inquam paterno, nẽpe ratione ſeu Verbo. In ipſo enim & per ipſum omnia facta ſunt. Cum huc vſque conſtituiſſet cœleſtium & terreſtrium omnium creationem, qui cum Moſe loquebatur Dei Angelus, tranſit ad myſticum eccleſiæ rationem. Quam quidem rurſus aliam appellat terram, & dicit de eius ignoratione & errore quì erat in initio, TERRA autem erat inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ ſuper abyſſum: & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquam. Quærendum eſt autem, Nunquid cùm cœlum & terra ſint ordinata, & ſint in ſuo loco, & præterea habeãt medium ſuum interuallum ab abyſſo repletũ, poſtquam ea quoque fuit in ſuo ordine collocata & incluſa in vna congregatione, an non aër repleuit vniuerſitatem, vt nuſquam in vniuerſitate relinqueretur locus vacuus, hoc enim fatentur omnes, nuſquam eſſe locum vacuum: & eſt conſentiens omnium opinio, quod aër protinus circuiuit vniuerſitatem, quando ſimul coacta fuit aqua abyſſi, ex aqua enim vt ſemel dicam, exhalatur aër. Eſt autem is quoque typus ac figura diuinitatis quæ non poteſt exinaniri. Quomodo enim aër eſt vbique & implet omnia, ita etiam diuina natura præſens in vniuerſitate, eam ita implet vt exinaniri nequeat. Quomodo enim aër non huoc implens locum ex illo eſt exinanitus. Ita etiam diuinitas omnia ita implet vt oon exinaniatur. Et quomodo aër eſt & tenebricoſus & lucidus, primum autem eſt id quod eſt tenebricoſum: ita etiã diuinitas eſt tenebræ nolentibus. Lux autem volentibus. Primum autem eſt id quod eſt tenebricoſum, quoniam primũ ignoratur, & tunc agnoſcitur. Et quomodo aër veluti intractabiliter & inſenſiliter eſt etiam perfectior dum ſcinditur, ad hoc vt permoueat ſecans corpora? Ita etiam Deus ijs qui ipſum volunt medium peruadere, & tanquam per penetrationem; quoad eius fieri poteſt ab homine, ei vniuntur inſenſiliter, ipſe etiam aperitur cum perfectione, & qui nouit ipſe ſcit, vt qui ſit Deificatus. Et quomodo aër, & quod eſt extrinſecus continet, & refrigerat quod eſt intra animal: eſt autem magis neceſſarius vſus qui eſt intrinſecus: ita etiã Deus, id quidem quod eſt extrinſecus continet caſtris Angelorum, vt qui ſint ſalutares ſpiritus: ſed & per ſe in ipſos operatur viuificationem aut reuiuificationem: ſi autem ſoli diuino illo priuantur aëre, qui elegerunt natationem ſuper pectus & ventrem per humorem peccati. Sunt enim voluptates ex humoribus. Pectus autem & venter aëris propẽſio ad ea quæ ſunt ſub ventrem. Sed denſum quendam & ad veſperam omnino vergentem, profundúmque & triſtem, atrúmque & omnino tenebricoſum, per ea quę dicta ſunt deſcripſit Moſes mundum terreſtrem, opertum diuerſis quibuſdam veluti integumentis & velis, tanquam coacta & compreſſa terra, vt quæ ſimul ſit in tenebricoſis & in vmbra mortis, in terreſtribus herebi, partim quidem ſuffocata aquis quæ ei ſunt impoſitæ, partim autem offuſa tenebris abyſſi: deinde ſpiritu venti qui vehemẽter fertur ſuper aquam, ab vndis iactata & agitata. Ferri enim ſignificat vehementiam motus & impetus aëris. Atque hæc quidem eſt congruenter literæ Moſaicæ de terra craſſior ac corporalior, quod ad ipſam attinet hiſtoriam, narratio, mare quoddam horridũ ac tenebroſum, multisque vndis iactatum, & totam quandam atram noctem apertè deſcribens totum orbem terræ: quod quidem apertè & citra vllam dubitationem erat præfiguratio & imago prioris ſtatus, vel potius tranſgreſſionis, erroris, & tempeſtatis & ignorationis terræ, nempe ratione præditæ eccleſiæ. Hæc terra erat inuiſibilis, quæ non ſolum non videbatur, ſed nec videbat, hoc eſt, ſtatim ab hortu erat ſine oculis & cæca, quam excęcauit princeps tenebræ ſeculi huius impoſitus ſupra abyſſum ratione præditam. Aquæ quoque peccatorum eam obruerunt & demerſerunt, & ſpiritalia nequitiæ quæ ſufflarunt per os ſerpẽtis, ei grauiſſimam attulerunt tempeſtatem, & tentationum mille fluctus excitarunt. Vnde eam terram non ſolum dicit, ἀόρατον, id eſt, ἀόμματον, nempe carentem oculis, ſed etiam inuiſibilem, vt quæ non videntur omnino. Auertam, inquit Deus, oculos meos à vobis. Sed & per Oſęe dicit, non ſolum Iudæis, verum etiam toti generi, Claudam oculos meos à vobis, quoniam odi opera veſtra. Sed eam quoque dicit incompoſitam. Nam cùm in eam mali irrum-

Cœlũ comprehendit omnes cœleſtes virtutũ ſanctarum & intelligentis mundi conſtitutiones. Greg. Nazianzenũ intelligit.

Cœlum & terra comprehendit mũdu tam intelligibilem quam ſenſilem.

Principiũ paternum eſt Verbũ ſeu ratio.

Aër ita repleuit vniuerſitatẽ, vt nuſquam ſit vacuum.

Diuinitas, ſicut aër, ita implet omnia, vt exinaniri nequeunt.

Aër eſt & tenebricoſus & lucidus, ſed primũ tenebricoſus.

Diuinitas eſt tenebræ nolentibus lux volentibus.

Aër eſt perfectior dum ſcinditur, & Deus aperitur eb inquirẽtibus cum perfectione.

Dei & aëris aſſimulatio.

Aëre quinam priuentur.

Supra pectus et vẽtrẽ natura qui nã dicantur.

Ferri quid ſignificet.

Tenebræ mũdi erãt imago prioris ſtatus trãſgreſſæ eccleſiæ.

Eccleſia in priori erroris ſtatu nec videbat nec videbatur.

Eſai. 1.

Eccleſia erat in cõpoſita, vt quæ nõ eſſet edificata ſupra petrã fidei.

irrumpiſſent flunij, & iniqui ſpiraſſent venti, cecidit fuitque incompoſita & non conſtructa, & fuit magna eius ruina, vt quę non eſſet ædificata ſupra vxorem & ſponſam Chriſti, nempe ſuper petram fidei petri. In tot ergo & tantis malis iacebat è terra gemita hominum natura, quando venit plenitudo temporis, vt aſcéderet ex terreno profundo voluptatum, & liberaretur ab aquis eam ſuffocantibus, & eſſet tranquillitas vndarum quæ in eam inſurgebant, vt mali ſilerent venti, & recederent tenebræ ignorantiæ, & illuceſceret ſplendor Dei cognitionis. Et ideo cecinit, ET DIXIT DEVS. Fiat lux, hoc eſt, Chriſtus vera lux quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum. Fiat, ſcilicet veniat ad generationem, effingatur & corporetur. Vt autem tibi oſtenderet magis quam omnia eſſe neceſſariam Verbi incarnationem, & propter eam facta eſſe omnia, ſine qua vana ſunt & inania, peccato effecta inutilia & ad nihilum redeútia, ſtatim ab initio ſcripturæ & ab ipſis proœmijs illam tibi tradit, dicens, In principio fecit Deus cœlum & terram, ſeu fecit in principio temporali: ſeu ei placuit vt fieret cœlum tanquam Deus, & terra, propter Ieſum hominem. Quando autem ei placuit hæc creatio? Quando cœpit producere ſenſilia, non autem ea quæ cadunt ſub intelligentiam. Sciebat enim fore vt hæc illa paterentur, & malè afficerentur & corrumperentur à peccato Adæ, & ſua benignitate & clementia pręuenit mali quod erat paſſurus incurſionem, ante affectionem & vitium parans medicum. Propterea etiam dicitur vitulus ſaginatus apud diuinum Lucam. Vitulus, tanquam caro, vel vt qui crucis iugum erat tracturus. Saginatus autem, vt qui iá olim & ab ipſo initio eſſet definitus & prædeſtinatus vt noſtram ſubiret naturam. Quando ergo cœlum conſtituit & terram & quæ ſunt cum eis, tunc etiam contexit myſterium incarnationis. Ad Angelos enim Adæ acerbitas non fuit omiſſa. Vnde etiam eius ſecundum carnem generationem in Euangelio deſcribens Matthæus, dicit. LIBER generationis Ieſu Chriſti filij Abraham, dicente Chriſto, Ego lux veni in mundum, & Ego ſum lux, & vita, & reſurrectio, lux quæ verè erat orta ad reuelationem gentium quæ prius erant obtenebratæ, ea quibus populus qui erat in tenebris vidit lucem magnam cognitionis quando viſitauit nos oriens ex alto: vt illuſceret ijs qui ſedere in tenebris & in vmbra mortis. Quòd enim terra erat in initio in inferis obruta, id prius deſcripſit terra genitam noſtram naturam ſedentem in tenebris & in vmbra mortis: cuius in extremis temporibus per Chriſtum illuminationem prius deſcribens dixit Deus, FIAT lux, & facta eſt lux, quæ præcurrebat & præfigurabat veram lucem, nempe Ieſum. Hoc autem hic accuratè & exactè examina, quemadmodum cum ſuperius dixiſſet, IN principio fecit Deus cœlum & terram, hic non dixit, Et fecit Deus lucem, ſed, Et dixit Deus, Fiat lux, vt diſcas differentiam creationis & generationis, & vt Hæticorum voces comprimas, qui dicũt Deum Verbum nolentem & inuitum ſuſcepiſſe incarnationem: & quòd propterea quod iuſſum paternum non poſſet recuſare, vt qui patrẽ amaret, inuitus tamen, & vt qui nollet repugnare humanam ſubijt naturam. Propter hoc ergo & propter eiuſmodi vitia, non dixit, Et fecit lucem, ſed fiat lux. Id enim quod fit non habet fortaſſe conuenientiam cum effectu ad quem traducitur, vt quod cum efficiente minimè conueniat. Non ſic autem ſe habet generatio. Nam quæ generantur, collętantur cum generatione, alterúmque eſt alteri gratum & acceptum, ſimulque exultãt & petunt perfectionem quomodo etiam videmus fetus exilientes in maternis vteris & feſtinare vt eximantur & in plantis ramos, folia, flores, fructus lubenter creſcere. Dixit ergo, Facta eſt lux, non autem. Fecit lucẽ, vt per illud Facta eſt, vt intelligas voluntarium, propriúmque & lætabundum Verbi cum patre beneplacitum in incarnatione: non autem Verbum eum ſubijſſe coactum & neceſſitate adductũ, inductus à Verbo Facta eſt. Quã etiam videns Pater ſic carnem geſtantem, lætatus eſt. Et ideo dicitur, ET VIDIT quòd eſt bona. Si omnia quę fecit Deus ſunt valde bona, quomodo non dicit ſcriptura illas tenebras quæ erant ante lucem eſſe bonas: neque aquas illas bonas: neque abyſſum quæ obſcurabatur, bonam. Dicens ergo ſcriptor, ET VIDIT Deus lucem quod eſſet bona, oſtendit quod omnia illa quæ venerunt ante veram lucem, quæ illuminauit omnem hominẽ venientem in hunc mundum, & terram obſcurarunt, obruerunt, demerſerant & ſuffocarunt, non eſſe bona: adeò vt ipſa carens lumine, inuiſibilis & incompoſita & infrugifera ſuſtineret cõtrarios ſpiritus, qui ante lucem Chriſti, in terra obtinuerunt dominatum. In his autem terram intellige hominem. Vnde etiam hanc bonam lucem audimus dicentem, OMNES qui ante me venerunt, ſunt fures & latrones. Quid dicis Domine? Omnes qui ante te venerunt ſunt fures & latrones. Nam fures ſunt & latrones, Abel quem dixiſti iuſtum: & Seth, & Enoch, & Noë? Nunquid latro eſt Abraham, & Iſaac, & Iacob, & Moſes, & Aaron? Nunquid latro eſt Dauid, qui erat ſecundum cor tuum qui Deus es? Nunquid fur eſt Elias, qui cum tanta gloria eſt aſſumptus? Nunquid ſunt latrones Eſaias, & Daniel, & omnes Prophetæ, qui in viſione tuam prævidérunt præſentiam & eam ante annunciarunt? Nam ij omnes ante te in carne venerunt, quos ſæpe eſſe iuſtos in tuis ſermonibus es teſtatus. Nunquid fur & latro eſt Ioannes præcurſor, qui cum veniſſet dicebat. VANIT qui eſt ante me. Et ſi eſt fur, quomodo de eo teſtaris, dicens, NON Surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta? Subſiſte, inquit, qui hæc dicis. Non loquor de ijs qui ante me nati ſunt in carne. Sed quoniam veni è cœlo miſſus à patre meo, Omnes qui ex eodem cœlo cum eodem ſcopo venerunt ante me, ſunt fures & latrones, nempe aduerſariæ poteſtates. Et ſubiungit dicens, Nõ audierunt oues. Quaſnam oues dicis Domine, non audiſſe vocem & doctrinam malorum ſpirituum. Nam ſi de Iudæis dicis: obedierunt & ſacrificarunt Dæmonijs. Sin autem de gentibus, nos omnes ſubiecti fuimus & ſeruiuimus Diabolo ante tuum aduentum Principi latronum, & Angelis eius malis furibus noſtrarum animarũ. Sed non dico, inquit, de hominibus, ſed de illis nonaginta nouem ouibus, de Angelicis, inquam, poteſtatibus ſupernis. Illæ enim oues non audierunt vocem furum & latronum. Quid eſt autem, Non

Chriſtus eſt vera lux.

Propter incarnationẽ Verbi facta ſunt omnia.

Senſilia male ſunt affecta & corrupta à peccato Adæ.

Luc. 15.

Chriſtus vitulus ſaginatus, ab initio prædeſtinatus vt incarnaretur.

Io. 12.

Io. 17.

Luc. 2.

Eſ. 9.

Luc. 2.

Terra tenebris & aquis obruta ſignificabat noſtrã naturam ſedẽtem in tenebris.

Chriſtus volẽs fuit incarnatus.

Id quod fit et quod generatur in quo differant.

Quæ venerunt ante veram lucem, nẽpe Chriſtum, non erant bona.

Terra dicitur homo.

Omnes qui ante Chriſtũ venerant fuiſſe fures & latrones, quẽ intelligatur.

Io. 1.

Matth. 11.

audierunt, niſi quòd per hoc verbum dicit non A
lapſos eſſe Angelos, nec vlli probro fuiſſe obno-
xios. Aut rurſus nos docens tacitè ſignificat, quòd
in tempore eorum defectionis cùm eis à Deo eſ-
ſet excidendum, conſilium dederunt & ſuggeſſe-
runt omnibus Angelicis virtutibus vt à Deo defi-
cerent: ſed omnes eos non audierunt, niſi ſolum è
terra genita ouis hominis quæ perijt & ab ipſis
fuit decepta quam occiderunt, & poſuerunt mor-
tuam, in loco tenebroſo, in inferis & vmbra mor-
tis. Et hac de cauſa dicit hiſtoriam. TERRA au-
tem erat inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ ſu-

Tenebræ in multis locis ponuntur præcedere deinde lux ſequi.

per abyſſum malæ ante generationem bonæ lucis
ſuper eam, nempe ignorantia & error. Deinde
B eodem modo, Iſraeli prius ponuntur illæ trium
dierum tenebræ: & deinde rurſus dies. Et rurſus
nocturnum Paſchæ ſacrificium, & dies qui Iſraë-
lem plus illuminauit quam qui tunc præceſſerat.
Et rurſus in rubro mari primas dicit tenebras

Exod. 10.
Ex. 12.
Ex. 14.
Ex. 19.

quartæ vigiliæ noctis, deinde ſplendorem matuti-
num, & ſalutem populi ex profundo. Eodem mo-
do etiam in monte Sina ponit tenebras caliginem
& procellam: & poſtea Dei præcepta lucem affe-
rentia. Sic hic quoque prius ponit tenebras ſupra
abyſſum: & deinde lucem à Deo genitā. Quòd ſi,
vt eſt conſentaneum, ea quæ dicuntur mirens, dic
tu quænam lux, cum eſſet Deus, ſtatim obſcurum
C & tenebroſum primum ſuum fecit opus, mundū
inquam Quomodo enim artificio ſe operans ope
ratur in luce? Cur autem lucem poſuit tenebras?
Deinde cùm prius poſuiſſet, quomodo non dicit
quemadmodum illę conſtiterint tenebræ, eſt per-
ſpicuum quòd tenebræ ſunt ſignum ſeu ſymbolū

Tenebræ ſunt ſymbolum peccati.

peccati: increatum autem eſt peccatum & mini-
mè conſiſtens. Quomodo enim aquæ caliginem
habent ex propria eſſentia: ita etiam homo pro-
prio & non coacto propoſito ſua ſponte facit &

Homo ſua ſponte facit peccatum.

procreat peccatum. Tu autem antequam venias
ad exquirendam rationē diei ac noctis, prius cō-
ſidera quod tenebræ erant increatæ: Deinde lux,

Tenebræ ſunt increatæ.

D & poſtea factæ ſunt tenebræ, idque diem nomi-
nat Moſes. Sed diem non ſic metiuntur omnes.
Nam Babylonij quidem ab ortu ſolis ad occaſum
diem accipiunt, nullam noctis facientes mentio-
nem, vt quę minimè conſiſtat, ſed fiat per accidēs.

Dies diuerſe diuerſi metiuntur.

Ægyptij autem à veſpera aduenientem numerant
diem, vſque rurſus ad veſperam, propterea quòd
ante huius vniuerſitatis exornationem & diſtri-
butionem, tenebras ponant mundi deſcriptores.
Cuiuſmodi autem ſunt tenebræ, ſenſiléſne an nō

Nox diei mater.

huiuſmodi, illud quoque eſt noſtro captu ſupe-
rius vt intelligamus, & propterea noctem nomi-
E nat diei matrem. Vnde etiam qui fabulas ſcripſe-
runt primum Latona natum fuiſſe dicunt Dianā,
deinde Apollinā hoc eſt, è nocte. Ipſa autē eſt La-

Latonam noctē ſignificat Dianam Lunam.

tona. In ipſa enim nata eſt obliuio & ſomnus. Pri-
mam ergo tanquam ἄρτεμιν, ſeu ἀεροτόμιν,
nempe aëra ſecantem, natam eſſe lunam. Poſt-
quam natus eſt etiam Apollo, id eſt, ὁ ἀπὸ ὅλων
ἥλιος, Sol ex vniuerſis, ob vniuerſitatem exure-

Apollo Solem & diem.

ret & in fumum redigeret. Vmbri autem gens
Italica à meridie in meridiem dicunt eſſe diem.

Apollinis etymologia

Neque enim omnibus regionibus parem curſum
ſeruat dies. Certè circa maria borealia & Thulem
nox eſt breuiſſima. Cum enim Sol iam fuerit in

Circa Thulē

occaſu, minuitur parum ſplendoris, & ſtatim rur-
ſus apparet in Oriente. Athenienſes autem & Ro-

inſulā dies breuiſſimus.

A mani ab ortu vſque ad occaſum diem definiunt,
vt dicit Cato & Labeo. Sed neque hoc prætercur-
ras in principio mundi creationis, nempe quem-

Cur Deus terrā prius creauit quàm cœlum.

admodum cùm Deus feciſſet firmamentum cœli,
vel potius cœlum & terram, prætermittens orna-
re cœlum, quod erat ipſum quoque inornatum
& incompoſitum, ſtatim ante illud per ſcriptorē,
aggreditur dicere de terra, dicens, TERRA autē
erat inuiſibilis & incompoſita. Vnde cùm ad hoc
quidem dixiſſet interpres, quòd Iſraëlem, qui in
Ægypto terreſtres creaturas adoraſſet tanquam
Deos, volens Deus abducere à tali idololatria, do-
cet eum illas eſſe in terra creaturas, alias contrà
B obiecit, dicens, ſed nihilominus & exercitum cœ-

Hier. 19.
Soph. 1.

li & ſolem & aſtra adorauit Iſraël, vt dicunt Pro-
phetæ. Et deinceps oſtendit cœlum fuiſſe exorna-
tum, ne ipſum Iſraël adoraret. Nondum enim ce-

Eſ. 14.

ciderat qui aliquādo fuit Lucifer, qui manè orie-
batur. Illa autem terra, homo inquam, qui audiit.
Terra es, & in terram reuerteris, attracta in pro-
fundum cecidit tartarum, ſpinas & tribulos ger-
minans in peccatis. Ea de cauſa de hac re ſcriptor
inducit orationem. Propterea ante cœlum terra à
Deo ornatur, quoniam ante Angelos terra &

Homines è terra geniti Deum per carnem viderunt antè Angelos.

terra geniti homines Deum per carnem vidimus:
& ante ſuperna inferna exornans, ea lætificanit &
C illuminauit. Ante Cherubin & Seraphin, magi, &
publicani, & latrones, & meretrices, & peccato-
res facit ad faciem Deum viderūt, eóque ſe oble-
ctarunt & fruiti ſunt: deinde eum ſic tranſmiſerūt
videndum ſuperius virtutibus. Quod autem quē
nec ipſi beati viderunt Angeli in eſſentia & natu-
ra, ſed quem ſolus ſcit pater, & qui ſolus ſcit patrē,
eum ipſum ante Angelos viderunt carnaliter ho-
mines, teſtatur Dauid dicens. Cœlum cœli Domi-

Pſal. 113.

no, terram autem dedit filijs hominum, hoc aper-
tè oſtendens, quòd ſecundum naturam omnia ſu-
perant cœlum, & Verbum cœleſtē filius patris
cœleſtis & ex cœlo, ab alio cognoſci non poteſt,
D quod attinet ad eſſentiam, niſi à Domino, omniū,
inquam, Domino Deo, & gratia terrenorum pa-
tre. Terram autem dedit filijs hominum, qui ſunt
infernè naturaliter patres. Terram autem dedit,
ſeu terrenam propoſuit Verbi generationem, ad
cognoſcendum quodnam ſit eius myſterium: ſed
nec id totum. De ſuperna autem generatione nec
ipſi norunt Angeli: perſpicuum eſt autem quòd

Cur Angeli faciē tegūt duabus alis, et pedes duobus.

faciem duabus tegunt alis, pedes autem duobus,
hoc apertè oſtendētes, ex eo quòd typicè & ſym-
bolicè faciem tegāt cum capite, aperuerunt enim
tanquam in ſymbolo ſuam intelligentiam dicen-
E tes. Nos etiam ſi mentes ſimus, neque aliquid a-
pertè ſcimus de duabus generationibus, quas

Ezech. 1.
De duabus generationibus nihil apertè ſciūt Angeli.

oſtendimus per alas quæ circuntegunt: neque ho-
minibus de ijs effati poſſumus. Pedes autem fue-
runt, tranſitus intelligentiarum quæ ſunt à nobis
per impertitionē, ad vos qui eſtis extremi & poſt
nos collocati. Sed volamus duabus alis ſolis, per
volatum oſtendentes auiditatem & propenſionē
& perpetuam contentionem & inquiſitionem ad
diſcēdum aliquid de his duabus generationibus.

Solutio eius quod quæritur & quies mentis.

Quarum inquiſitionibus tanquam alatis ſemper
ferimur, & volatus requiem hue vſque non inue-
nimus. Solutio enim eius quod quæritur, eſt ve-
luti quædam pulchra quies volatus mentis mul-
tum

A tum errantis circa id quod quæritur. Habemus enim cognitionem duarum Verbi generationum: earum autem nequaquam babemus agnitionem, & propterea ſemper volamus. Tametſi omnium animantium nouimus eſſentiam, nempe aeriorũ & etiam terreſtrium, quod ſit aquila & leo & bos, cognitionem in nobis effingentem.

Deum eſſen nulla poteſt creatura.

Neque hoc ſolum, ſed & quod eſt omnium animantium præſtantiſſimum, ſcimus hominem, & ideo eius quoque vultus figuram in ipſis circunſerimus.

Incarnationis myſteriũ prime nouerunt homines, deinde Angeli per eccleſiam.

Deum autem noſſe & eloqui neque vlla genita natura, nec ipſa noſtra ſufficit: quando quidem & quæ inſernè per carnem facta eſt generationem, à nobis quidem abſcondit Deus & pater: hoc enim B quod à ſeculo in omnibus abſconſum fuerat myſterium, vobis filijs hominum dedit primus diſcẽdum: & per veſtram eccleſiam hoc nos poſtea agnouimus. Quod ſi propter ea quæ dicuntur extimeſcis, O auditor, ab hoc metu te liberat Paulus dicens.

Epheſ. 3.

Nunc enim, inquit, aſcendit vt appareat principatibus & poteſtatibus per eccleſiam. Vnde etiam aſcendeos ſtupore affecit ſupernas poteſtates in cœlis, quæ dubitabant, rogãtes eas quæ ſimul cum Domino aſcendebant altera, & dicebant, Quis eſt iſte rex gloriæ.

Pſ. 23.

Papè quam admirabilia ſunt miracula & dona, quę Deus donauit humanæ naturæ in ea habitans. C Homines Angelis Deum oſtenderunt quem prius non videbant. Miracula incomprehenſibilia. Deum ſuum hymnis celebrabant, & non videbant quem celebrabant.

Angeli nõ videbant Deum quẽ celebrabãt.

Ferebãt eum qui vehebatur Throni, & non videbant quem ferebant. Adorabant & glorificabant aſſidue & citra ſilentium ſex alas & multos oculos habentia, & non animaduertebant quem ornabant laudibus. Flexis itaque genibus cupiebant, ſitiebant, orabant, ſupplices poſtulabant videre eum qui non videtur, aſpicere eum qui non cadit ſub aſpectum, aut etiam ſolum tanquam in ſpeculo & ænigmate in eum oculos defigere & non poterant, propterea quòd ad diuinam eſſen- D tiam appropinquari non poteſt, neque ea poteſt comprehendi. Quod ſi ei quod dicitur non credis ô homo, audi Petrum dicentem,

1. Pet. 1.

DATA ſunt dona hominibus, in quæ deſiderant Angeli proſpicere, & non potuerunt, quandoquidem humana terra tanceat inuiſibilis, infrà in profundo tenebrarum peccati, vt quæ eſſet incompoſita. Quamobrem & ignotum erat cœlum, & non ornatum firmamentum in primo die. Et ſecundo die cùm ſuſpexiſſet, & veluti ex mortuis reſpiraſſet, & lucẽ aſpexiſſet, & ſpiritus facta eſſet particeps, & à malis aquis liberata eſſet & tenebris, & fructum germinaſſet quæ prius erat infrugifera, tunc de cætero poſt eam & exornatum fuit cœlom, exhilara- E túmque Sole, Luna, & ſtellis ornatum, inquam fuit Chriſto eccleſia & ſanctis, vtpote quòd illum quidem ſemper fulgentẽ exceperunt mentes cœleſtes cum carne aſcendentem, leguntur autem ſimul cum eccleſia, & cum ſanctis reſplendeant.

Angeli intercedũt pro genere humano.

Quamobrem ſupernæ poteſtates valde & vehementer defendunt, diligunt, & protegunt humanum genus, & pro eo orant & intercedunt, quoniam per nos dignati ſunt videre quod per ſe non potuerunt. Et hæc quidem ad oſtendendum propter quamnam cauſam terra fuit ornata ante cœlum in mundi creatione. Quoniam autem non

A ſolum aduerſarias poteſtates, ſed ipſas etiã aquarũ congregationes, ſæpe vocat ſcriptura aquas & abyſſos, ſuper quas ſitæ ſunt malæ tenebræ, neceſſe eſt vt de his adducamus Propbetica teſtimonia.

Aquę accipiuntur nonnũquã pro aduerſariis poteſtatibus.

Dicit itaque Dauid, ABYSSVS, abyſſum inuocat, & ad Dei cognitionem nunc adhortatur Iudæũ abyſſus, id eſt multitudo gentium quæ prius erant offuſæ tenebris.

Pſ. 41.

Nonnulli enim duas aquarum appellationes intellexerunt de duobus populis.

Aqua accipiuntur pro populis abyſſus pro populo gentium aqua pro populo Iudaeorum.

Abyſſum quidem, populum gentium ſuper quem ſunt tenebræ, aquam autem Iudæorum, ſuper quẽ ferebatur ſpiritus diuinæ ſcripturę, ſed non quieſcebat. De his autem aquis dictum eſt. EGREDIETVR aqua viua ex Hieruſalem, dimidium B eius in mare primum: dimidium autem eius in mare vltimum.

Zachar. 14.

Sicut etiam clamat Abacuc Propheta: Et induxiſti in mare equos tuos turbantes aquas multas, equos Chriſti dicens ſanctos Angelos & Apoſtolos. Vnde etiam in aſcenſu horum eqoorum turbatæ ſunt abyſſi, multitudo ſonitus aquarum.

Abac. 2.
Pſ. 148.

Et illud, LAVDATE Dominum ex terra Dracones & omnes abyſſi, cantatur de gentibus. Dracones autem dicit eorum principes, qui prius erant feri & inhumani.

Ante veræ lucis, id eſt Chriſti aduentũ, erãt tenebræ peccati.

Iam cùm tot ſint teſtimonia, ne mireris quod dicat de congregatione gentium quæ prius erant offuſæ tenebris, C TENEBRÆ erant ſuper abyſſum. Ante lucem erant tenebræ impietatis, tenebræ libidinis & intemperantiæ: tenebræ idololatriæ, & omnium aliorum peccatorum, ante præſentiam, inquam, & aduẽtum veræ lucis, nempe Chriſti. Propterea enim ſcriptura tenebras ſolum ponit ante lucem, quoniam prius eramus in errore, deinde tranſimus ad lucem. Propterea prior eſt lex tenebricoſa & deinde Euangelium.

Veſpera eſt prior, deinde dies. Dominica incipit à Veſpera.

Propterea prior eſt veſpera, deinde dies. Hinc lege eſt conſtitutum vt inciperetur à Veſpera Dominica, quoniam à morte obſcura proceſſimus ad lucem reſurrectionis. Si hæc autem non ita haberent, valde eſſet indecorũ & Deo non conueniens, nominare tenebras ante D lucem, & ſtatim ab initio conſtituere creaturam obſcuram ac tenebroſam.

Manichęus nominat duos Deos tenebras & lucem.

Vnde cùm non potuiſſet Manichæus hæc ſic intelligere, duos nominat Deos, tenebras & lucem, & ante Chriſtum lucẽ ponit aduerſarium qui eſt obſcurus ac tenebroſus. Nos autem eas quas diximus anagogicas facientes cõtemplationes, literam non diſſoluimus, abſit imo verò apertè cognoſcimus, quòd tenebrę ſenſiles erant ſuper abyſſum ſenſilem, & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquam ſenſilem, ſiue ſpiritus aëris, quem nominare ventum ſcit cõſuetudo hominum: ſiue ſpiritus ſanctus, prius ſignificans & deſcribẽs gratiam ſancti ſpiritus.

Spiritu vtroque in baptiſmo opus eſt, nempe & aerio, & ſancto ſpiritu.

Ambobus enim E eſt opus, nempe & aerio ſpiritu, vt inſtar crucis inſpiret in aquam batiſmatis: & ſancto ſpiritu vt ſanctificet. Propterea enim fortaſſe hic rurſus poſt tenebras examinat aquam & ſpiritum, hoc eſt poſt peccatum baptiſmi illuminationem. Nã ſicut tanquam ſuper piſcinam aliquam conſtituit Deus ſpiritum ſuper aquam, ita ſtatim poſt præcipit poſt hæc dicens, Fiat lux illuminationum, & facta eſt lux illuminationum.

Myſteriũ trinitatis in baptiſmate diſcitur ex his

Vnde etiam hîc in primis diſcimus myſteriũ Trinitatis in baptiſmate, quando dicit, & dixit Deus, planè pater, & fiat lux, hoc eſt, Chriſtus appareat in terra & ſpiritus Dei ſanctus qui ferebatur ſuper aquam. Cum hoc

Verbis Dixit, Deus Fiat lux, et ſi ferebatur ſuper aquas.

A myſterio vitam quoque Deo gratam diſcimus. Poſtquam autem datum eſt, inquit, baptiſma, & quæ eſt in eo fides tãquam aliquod ſignaculum, Fiat, inquit, lux, id eſt exerceatur operibus vita Deo grata, ſicut lux lucens coram hominibus, cõgruenter Chriſto qui ſic dixit. Quam etiam cum vidiſſet, laudat. Vidit enim, inquit, Deus vitæ lucem, & dixit, Bona eſt. Laudat autem quoniam delectatur huiuſmodi luce. Eſt enim gaudium propter vnum peccatorem quem pœnitet. Quamobrem tanquam iam & à fide & à bona vita illuminata creatura, & ab ea in baptiſmo ſeparatis quæ in ea erant peccati tenebris & incredulitatis, ſtatim ſubiunxit ſcriptor dicens. ET SEPARAVIT B Deus inter lucem & inter tenebras quæ erant ſuper aquam abyſſi. Quod præſignificarunt etiam illæ duæ volucres quæ emiſſæ ſunt ex arca Noë. Vnde licet videre illic quoque priores eſſe tenebras. Prior enim coruus euolauit ſuper aquas. Et cùm vel ſuffocatus eſſet & perijſſet tenebroſus coruus Satan, aut etiam ad craſſitudinem & carnalitatẽ peccati adhæſiſſet, non enim poſſunt omnes ſermonem capere, tunc ſpiritus Dei columba ſuperferebatur, volans ſuper aquã, non inueniens requiem pedibus ſuis, vt tabernaculum figeret in homine, aut inhabitaret & inambularet, etiam ſi omnia montium cacumina eſſent detecta. Quæ C quidem ſignificabant peccati infirmorum euidẽtiam & impudentiam, & vitij nimiam elationem, eiúſque induratam & calloſam vecordiã. Et ideo columba, nempe ſpiritus Dei, ferebatur ſuper aquam. Hanc aquam & ſpiritum ſanctum veluti quandam inter ſe habentia cognationem & naturæ coniunctionem in diuerſis locis ſimul ponit ſcriptura. Et ideo dicit Dominus Nicodemo.

Fides eſt tanquam ſignaculũ baptiſmi.

In baptiſmo ſeparãtur a creatura tenebræ peccati & impietatis.

Gen. 8.

Coruus & columba in diluuio allegoricus ſenſus.

Io. 3. AMEN amen dico tibi, niſi quis genitus fuerit per aquam & ſpiritum, non intrabit in regnum cœlorum.

Io. 7. Et rurſus, QVI credit in me ſicut dixit ſcriptura, flumina ex eius ventre fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum. Pſalmographus quoque his D

Pſ. 150. conuenienter dicit. LAVDATE eum cœli cœlorum, & aquæ quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomẽ Domini, quoniam eſt exaltatum. Ea de cauſa terreſtres & cœleſtes aquas magis obtenebratas nominatim nobis ſcriptura peccato defluentibus, tenebras peccati oſtendens inſidere. Separauit tamen Deus inter lucem & tenebras, expulſis à nobis poteſtatibus tenebrarum, ponens noſtrũ medium parietem angularem lapidem Chriſtum.

» De quo etiam ſubiungit, dicens, VOCAVIT lu-
» cem, diem, & tenebras vocauit noctem. Lux eſt,
» inquit, quam etiam diem voco. Quæ autem ei
» aduerſantur tenebras, noctem appello, &, Ambu-
» late donec lucem habetis: venit nox quando nemo poteſt operari.

Io. 12. *1. Theſſal. 5* Nos enim non ſumus filij noctis, ſed diei Chriſti. Qui enim dormiunt ſomnũ peccati, in noctis tenebris dormiunt: & qui inebriantur, rurſus in ipſa nocte inebriantur, ex peccatis, ſicut docet Paulus. ET FACTVM eſt veſper, & factum eſt mane dies vnus. Non dixit, Dies primus, ſed dies vnus, non duo. Hoc myſterium magnum eſt, Veſper & mane. Ego autem dico in Chriſto & eccleſia, quæ aliquando erat veſper obſcurum, ei autem vnita vera luce, fuerũt duo in carnem vnam, vnum lucis diem qui illuminat

Cur non dixit dies primus, ſed vnus.

A omnem hominem venientem in mundum fidei Chriſti. Quem deinde initiauit baptiſmo, cum diceret, Et ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas, per ſpiritum & aquam ipſum oſtendens: per quem & ipſum purgauit ab antiquis ſordibus, & docuit myſterium regenerationis, quia dixit, Fiat lux, per quod verbum, & bonam vitam ab eo exegit, quæ tanquam lux luceat ante faciem eius: ne contingat eum eſſe pigrum ad intenſos & vehementes ſudores virtutis, vt qui non ſit habiturus coronas tantorum ſudorum quorum ſunt participes futuri qui laborãt. Eum docet etiam myſterium reſurrectionis, & dicit, Ne putes ad nullam luctũ tibi eſſe reditura certamina. Non ita erit. Sed erit tibi B veſpera, per mortem ſcilicet contracta, & vacabis ab omni operatione, & te apprehendent tenebræ caliginis & cæcitatis. Deinde poſtea fiet tibi manè, nempe illuc eſt & dies reſurrectionis: ex exoriens Sol qui cadit ſub intelligentiam, ſoluet mortalem noctem: & te vocabit vt expergiſcaris, & ſic videbis diuinum illud manè, quod quidem Moſes nominauit diem. Neque dixit diem primum, quod magis oportebat, & diem extremum recenſere oratione. Sed quoniam typicè prænarrabat illum futurum, quem non metiuntur horæ & puncti, & qui nocte non interrumpitur, ſed eſt perpetuus & continuus, cum nominauit vnum, C vt qui ſe ſemper ſimiliter & eodem modo ſe habeat: & non primum, propterea quòd nec omnino circunſcribatur vltimo. Primum enim & vltimum ſunt eiuſmodi vt afferantur ad aliquid. Illic autem nihil tale quale oritur Chriſtus. Inuenies autem eos etiam qui ſunt extra gratiam eadem fere dicere. Pythagorei enim primum diem menſis, non primum, ſed ſimilem nominarunt, non, vt opinor, viſione apprehendentes vitam illam indiſſolubilem: ſed interim eam ſic nominauerũt. Ægyptij quoque ſacra ratione Draconem qui vorat caudam inſculpunt in pyramidibus, æternam & indiuiduam circumactionem diuinarum rerum D ſignificantes, Draconem enim in Deos referebãt Ægiptij. Orpheus autem Deum vocabat μονάδα, vnitatem, id eſt, indiuiduum. Neque enim ſeſqui altera, aut ſeſquitertia, aut aliqua alia pars numeri eſt in ipſo. Differt autem vnitas ab vno, quatenus archetypum differt ab imagine. Exemplar quidem eſt vnitas, vnitatis autem imitamentum eſt vnum. Quomodo Sol eſt imitamentum vnius vnitatis, Ieſu, inquam. Ipſi ſit gloria & potentia in ſecula ſeculorum. Amen.

Per baptiſmum, quo oſtenditur per ſpiritũ & aquã purgatur homo ab antiquis ſordibus.

Bona vita exigitur à baptizato.

Reſurrectio ſignificatur per veſperam & mane.

Pythagorei diẽ primũ menſis nominarũt ſimilẽ.

Ægyptij Draconem inſculpũt in pyramidibus, & quamobrẽ.

Orpheus Deum vocabat μονάδα.

Vnitas quẽ differt ab vno.

Sol eſt imitamentum vnius vnitatis nempe Ieſu.

LIBER SECVNDVS.

E PRIMO die factum eſt velum ſuperioris cœli, quod appropinquat ſanctis ſanctorum, quo introijt præcurſor pro nobis Chriſtus. Ea de cauſa de cætero ſecundo die fit ſecundum & exterius velum, quod dicitur firmamentum in medio aquæ, quod quidem eſt firmamentum fidei in Chriſtũ. Non fuiſſet autem hoc factum niſi prius nata eſſet lux. Nempe datum fuit baptiſma, fides ſequitur. Non fit autem extra aquam hoc firmamentum, ſed in medio aquæ omnium gentium ex ea concretum. Quoniam fecit Deus ſalutem in medio terræ, vtpote qui habitauerit in medio terreni

Firmamentum in medio aquæ, eſt fides in Chriſtum.

Baptiſmo dato ſequitur fides.

vteri

vteri virginis, & ſalutem mundi fecerit, compacto firmameoto ſancti ſui corporis in medio incorruptæ matricis foons vitæ puellæ Dei matris, & poſito ſub aqua firmamenti, ſub ſole, inquam, eius diuinitatis. Io hoc firmamento, fide, inquam, ædificauit Lunam eccleſiam, diceos fore vt portæ inferoi noo præualerent aduerſus eam. Vnde etiam firmata fuit in medio aquarum, inconcuſſa in medijs, fluctibus, ventis, procellis, & inuumerabilibus tempeſtatibus paſſionum & hæreſum. Sic etiam eos qui eam ædificarunt miſit tanquam oues in medio luporum, virorum, inquam, qui cæde ac ſanguine delectantur, dicens. IN MEDIO aquarum fiat firmamentum, oempe fide, firma prædicetur, ne amplius diſcindantur agitenturque & diffundantur aquæ gentiles, alijs quidem dicentibus ſe eſſe Petri, alijs vero Pauli, alijs vero Cephæ, ſed firmetur eorum mare, vt ego ambulem ſuper eius aquas, & inhabitem & inambulem in cordibus eorum. In medio aquæ viuæ fide, & aquæ mortuæ incredulitate. Nam ſi eſt infidelis, ſeparetur Zizaniam à tritico, palea à pane. Non enim veni vt mitterem pacem lucis ad tenebras, ſed vt facerem ſeparatiooem in medio ſerpentis. Si antem, vt eſt conſentaneum, non veriſimilis videatur oratio, oſtendo tibi in ſingulis ſex dictum Deum feciſſe aliquam huiuſmodi ſeparationem, exemplorum multitudine ſorte te liberaturus ab incredulitate. Primo ergo die facta eſt ſeparatio lucis à tenebris. Hoc die facta eſt ſeparatio aquæ & aquæ. Tertio, liberatio terræ ab aquis. Quarto, ſeparatio luminarium inter diem & noctem. Sexto die, diſtinctio & diuiſio hominum & volucrum. Quod ſi non facile admittas per omnia ſignificari diuiſionem eccleſiæ ab errore & incredulitate, dic mihi quanam de cauſa, aut quid opus erat Deo res coniungere, & deinde eas à ſe inter ſe ſeparare ſecundo ordine. Hoc enim eſt ſignum artificis minimè ingenioſi. Dicit enim, ET FECIT Deus firmamentum. Qui firmauit terram hominis ſuper piſcinam, & ſeparauit Deus in medio aquæ, quæ erat ſuper firmamentum, & factum eſt ſic: & vocauit Deus firmamentum cœlum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Quid neceſſe erat, dic quæſu, facere hoc ſecundum velum cœlum, inquam, quod dicitur firmamentum, ſufficiebat enim primum cœlum ad ſitum Solis & Lunæ & ſtellarum ad illuminandam terram. Si autem hoc omnino neceſſe eſt fieri, cur non ſecundum quoque cœlum ſicut primum fuit indigena, ſed tanquam ex aliqua externa regione, ipſum extulit ex terra & ex eius guttis? Superioris ergo cœli natura incomprehenſibilis, mihi videre habere typum ac figuram diuinitatis inaſpectabilis & incomprehenſibilis. Firmamentum autem quod ab imo aſcendit, habet figuram Chriſti humanitatis ſeo carnis. Aqua autem quę cum eo ab imo aſcendit, & intercepta fuit in medio primi & quod propriè eſt cœli, & huius firmamenti quod aſcendit ab imo, deſcribit imaginem impollutæ eius animæ, quæ eſt media inter diuinitatem & carnis craſſitudinem, vt pote quod ſint hi duo cœli, ex quibus alterum quidem eſt aſpectabile, alterum verò non cadit ſub aſpectū. Eius quod dictum eſt teſtis eſt Gregorius in rebus

Luna eſt ... Eccleſia ... Matth. 10.

Seperatio lucis à tenebris, & aquæ ab aqua & terræ ab aqua quid ſignificet.

Separatio & diuiſio eccleſiæ ab errore.

Cœlum ſuperius eſt figura diuinitatis Chriſti.

Firmamentum habet figuram humanitatis Chriſti.

Aqua quæ eſt inter cœlum & ...

Appendix.

diuinis præclaras, dicens Domini animam eſſe intermediam inter diuinitatem & carnis craſſitudinem Anima enim & aqua dicuntur ſigna, vitæ in diuina ſcriptura. Vide enim quod cœlum quidem ſuperius, & quod non cadit ſub aſpectum, natura ab initio vocatum eſt cœlum. Firmamentum autē materiale quod ab imo aſcendit, nō natura ab initio factum eſt cœlum: ſed poſt vnionem quam habuit cum cœlo natura inaſpectabili, tunc ipſum quoque cœlum eſt appellatum. Sed quoniam ſanctum quoq; Chriſti corpus deificatione & vnione dicitur Deus, non autem natura, neceſſe eſt ob typicas, ſed non naturales, quæ dictę ſunt rerū traditiones, id dicere firmamentum quod factum eſt ex aquis. Erat abyſſus tenebrarū ſedes, homo. Quę autem per Chriſtū exaltata, eſt ſuprà Dei lucis ſedes, cōſidet etiā cum eo indiuiduè. De his in Chriſto vnitis cœlis ſeu naturis dictum eſt illud, Cœli enarrant gloriam Dei, hoc eſt naturæ Chriſti, prędicānt & gloriam ipſius Dei vnigeniti qui ex ipſis & in ipſis conſideratur & paternam, eum quidem & vt Deum declarantes, & vt hominem qui eſt ſimul in ipſo Deus. Manuum autem eius facturam, cùm oporteret eum tangentem per ſe operari, in miraculis annunciat firmamentum, hoc eſt, qui in eo cernitur homo. Per eum enim operabatur miracula diuinitatis, quem è terra ſuſtulerunt dicentem, Manus tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me, firmamentum à corruptione ad incorruptionem. Vnde cœlum quidē carnis eius quod videtur, ex humore terræ, nempe ex ſanguine terreſtris virginis ſibi editum, firmauit, ſeu compegit ad incorruptionem, quoniam eſt Dei caro. Non enim corrupta eſt aut interijt, etiam ſi ea quæ ſunt naturæ ſecuta eſt etiam in cruce. Nam & ſi Dei caro, erat tamen etiam noſtra. Alteram autem, nempe quæ intercepta eſt, vt dictum eſt, media inter duos cœlos, dico autem animam, vt dictum eſt ſunt in ſua eſſentia, vt quæ non opus haberet vt firmaretur, eo quòd eius natura minimè corrumpatur, nec in eam cadat interitus. Si autem voles, non accipies de ſola carne Domini ſecundum firmamentum, nempe aërem, ſed etiam de eius diuinitate. Quomodo enim aër implet omnia, & nullus eſt locus eo vacuus: Dicitur autem & ab exterois locus capax omnium & qui poteſt omnia ſuſcipere.. Eſt autem etiam perſpicuus, nullus capax figuræ, & inaſpectabilis, ſed faciens quidem vt res videantur cum ipſe omnino non videatur: ita etiam vniuerſorum Deus implet omnia: & nullus eſt locus eo vacuus. Noo eſt enim creatura quæ ex ipſo non ſit conſpicua, eſt autem capax. Omnium qui quærunt comprendere eam quæ ex ipſo exiſtit deificationem, congruenter ei quod à Moſe dictum eſt, Eſt locus apud me, nempe facultas ſuſcipiendi te & tua. Quidnam autem eſt aliud eo magis perſpicuum, qui propemodum occæcabat oculos Diſcipulorum in Thabor? Eſt autem nullius capax figuræ, adeò vt nullam aliam ſuſcipiat formam, tanquam formam in materia. Ad hæc autem accedit quod eſt inaſpectabilis. Qui enim ſupra eius pectus recubuit, dixit. Deum nemo vidit vnquam & facit quidem vt alia videantur ab ijs qui habent validā mētis perſpicacitatem, vtpote Angeli, cœlū, & vniuerſa creatura, vndenam & quemadmodum facta

Firmamentum eſt figura animæ Chriſti.

Anima Chriſti eſt inter media inter diuinitatē & carnē.

Corpus Chriſti deificatione & vnione eſt Deus, non natura.

Pſ. 118.

Caro Chriſti eſt cœlum.

Caro Chriſti, eſt caro Dei, & caro noſtra.

Firmamentum accipi poteſt etiā de diuinitate.

Locus capax omnium.

Deus implet omnia & eſt capax omnium.

Exodi 33.

Deus eſt perſpicuus

Deus eſt nullius figuræ capax. Deus eſt inuiſibilis.

1. Io. 4.

Deus facit vt alia cōprehendātur ipſe autem non comprehēditur.

ſit. Ipſe autem non ſubijcitur comprehenſioni: neque cernitur modus eius eſſentiæ. Hoc quoque non te prætereat, quòd ſicut aër eſt viuificator hominum & eorum quæ ſunt in terra: ita etiã Deus accedens eos viuificat qui viuunt ex ratione, Angelos, inquam, & homines: ſed & eos & qui ſunt bellini, in ſola eos conſeruans eſſentia, non vtique ad eos accedens, & cum eis tranſiens. Quod ſic etiam intelligas de Angelis & Dæmonibus illud, ET SEPARAVIT Deus in medio aquæ quæ eſt ſub firmamento, & aquæ quæ eſt ſupra firmamentum, nihil intelligis quod diſcrepet à pietate. Nonnulli autem hoc etiam referunt ad duos populos, nempe & ad nos quidem ſtãtes quæ firmi ſumus ac ſtabiles ſuper Petri fundamẽtum, & illius fidei inmobilem conſtantiam: & ad Iudæos qui ceciderunt, & ſubiecti ſunt inferiori firmamẽto. Poteſt autem hoc quoque dici de nobis & de aduerſarijs poteſtatibus. Magnam enim Dæmonum multitudinem ſeparauit Deus veniẽs ſuper terram, & eos miſit in Abyſſum nempe ſub terræ firmamentum quo miſſi ſunt illi qui ſunt ingreſſi in gregem porcorũ: vt cùm pauciores eſſent inimici, nos rectè & ex virtute vitam ageremus. Aliquando ſeparauit etiam Angelus Dei in mari, ſtans in medio Iſraëlis & Ægypnorum, vt ſeruaretur populus Dei, præſignificans magni conſilij Angelũ, qui nos erat liberaturus à manu Diaboli. Suauiſſimus autem Nyſſæorum Gregorius intelligentiũ intellexit poteſtatum eſſe aquarum diſiũctionem. Nam alias quidẽ conſtituit Deus in cœlis ad diuinam glorificationem: aliquas autem ad miniſterium in terra, conueniẽter ei qui dicit eos adminiſtratorios ſpiritus, qui mittuntur ad noſtrã miniſteriũ & ſalutem. Videte enim, inquit, Chriſtus, ne cõtemnatis vnum, ex ijs puſillis qui in me credunt. Dico enim vobis quòd Angeli eorũ perpetuò vident faciem patris mei qui eſt in cœlis. Si autẽ interrogas, & quomodo Deum nemo vidit vnquam? ſcias quòd in filio tãquam in aliquo diuino ſpeculo videmus gloriam patris, congruẽter ei quod ſcriptum eſt, qui me vidit, vidit & patrem, quod ego ſim in patre, & pater in me. Intelliges autem duarum aquarum diuiſionem, iuſtos qui ſeparantur à peccatoribus, illos quidem qui rapiuntur in nubibus ſupra fundamentũ, hos verò qui infra tranſmittũtur ad inferos. Neſcio enim quid ſit opus vt aquæ ferrentur ſupra cœlum. Nũ volebat Deus vt Angelicæ poteſtates veſcerentur piſcibus? Qui enim ex aquis firmauit cœlum, & ſuper aquas ſuſpendit terram, poterat etiam ſine aqua indiſſolubile cuſtodire firmamentum etiam ex igne ſolis. Duorum ergo cœlorum tantum fabricationem didicimus ex ſacra ſcriptura, in typũ ac figuram duorum velorum templi, quæ ſignificant duas naturas Ieſu, & duorum populorum, & duarum eccleſiarum, ſupernæ, inquam, Hieruſalẽ, & noſtræ fideliũ. Quod enim ſuperiori cœlo Deus eſt ad lumen, hoc cœlo inferiori eſt Sol, & firmamento eccleſiæ Euangelium. Et quod ſunt ſancti Angeli in cœlo quod non cadit ſub aſpectũ, hoc ſunt & in firmamento ſtellæ, & in eccleſia ſancti. Si autem in hymnis Dauidicis audias etiã cœlos cœlorũ, hæc eſt proprietas linguæ Hebraicæ, quæ ſingulare ſæpe nominat in plurali. Quando autẽ audis Paulum raptum ad tertium cœlum, primũ cœlum exiſtima eſſe aërem, congruenter ei quod dicitur, Noui omnes volucres cœli, hoc eſt, aëris. Deinde ſecundum cœlum, ſtellarum: & tertiũ, ſupremum cœlum Angelorum. Etenim in exteriori parte templi ſtabat magna multitudo Iſraëlis: in interiorem autem ſolum ingrediuntur Sacerdotes, in eam autem quæ eſt intra ſecundum velum, ſolus Põtifex. Quomodo etiam in cœlis inuenies, in exteriori quidem cœlo & quod eſt apud nos, in firmamento, inquam, aërio volucrum genera ſimul verſari, quæ ſignificãt gregalem Iſraëlis multitudinem, intra firmamentum autem quòd apparet, & ingredi, & degere, & ſeruire ac colere intelligentes poteſtates, & ſorte etiam iuſtorum animas. Supra ſecũdum cœlum, (quodnam ſit autem non intelligo,) hoc eſt ſecundum velum, nemo eſt ingreſſus niſi ſolus verus Pontifex Chriſtus qui eſt Pontifex ſecundum ordinem Melchiſedec. Superius autem cœlum exiſtimo eſſe ſinus paternos. Tu autem quando audieris Deum eſſe & habitare in cœlis ex diuina ſcriptura, aut eſſe intra velum ſecundum, ne intellexeris aliquas circunſcriptiones, & locales habitationes, & tranſmigrationes, & aſcenſus, & egreſſus. Nam cùm ſit humilis & abiecta noſtra natura, cum ea, prout eſt capax audiendi, loquitur ſpiritus ſanctus. Eius autem quod dicimus teſtis eſt nobis propoſita ſcriptura Moſaica, quæ continet quædam craſſa verba & indigna Deo qui non poteſt circunſcribi: quæ quidem Moſes non à domo ſua protulit, ſed Deus, cùm ipſe per ſanctos Angelos in monte Sinai, hæc locutus eſſet in tabernaculo. Sed nec nomen ſuum omnino poſuit Moſes in eius inſcriptione, vt fecerunt cæteri Prophetæ in libris ſuarum prophetiarum. Quòd autem Angeli hæc narrarunt Moſi, audi Paulum dicentem in epiſtola ad Hebræos de ſcriptura legis Moſaicæ. Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo fuit firmus & ſtabilis. Similiter & beatus Stephanus in Actis Apoſtolorum ad Iudæos verba faciens, dicebat de Moſe. Hic eſt qui fuit in eccleſia in ſolitudine cum Angelo, qui loquebatur & in monte Sina, & cum patribus noſtris: qui accepit verba vitæ vt daret nobis. Ecce apertè audiui à Paulo & Stephano Apoſtolis, eſſe Angelos qui enuntiarunt librum Geneſis Moſi, & ea de cauſa non inſcripſit eum ſuo nomine. Præterea non eſt hoc quoque prætermittendum, quemadmodum hunc diem appellarit ſecundum. Exiſtimo autem id eſſe factum aptè ſimul & verè. Si enim Deus non ideo formauit hominem, vt propter ipſum ſubiens crucis patibulum afficeretur iniuria: & ſic per ſe & ſuos diſcipulos ad ſe traheret hunc autem genus: ſed vt ipſe qui fuerat formatus, firmus maneret ac ſtabilis in ijs quæ ei fuerãt tributa in Edem, minimè ab eis abſtractus: ille verò cùm non permanſiſſet, victus eſt & eiectus ex Edem, damnatúſque ad corruptionem & interitum, oportebat venire aliqua prioribus bonis longe meliora, ea autem erant eius qui nos eſt fabricatus humanæ naturæ ſuſceptio. Et nunc ab imo aſcendens aërium firmamentum ex aquis terræ, quoniam humanitas per Chriſtum eſt aſſumpta, eſt ſimul cum magno & primo cœlo, cum Verbi, inquam, diuinitate aſſiduè. Et hæc facta ſunt ſecunda, vt prima medicamento adhibito

Aër viuificat ea quæ ſunt in terra.

Deus viuificat eos qui viuũt ex ratione.

Separatio aquarum figura ſeparationis fidelium à Iudæis, vel malignarũ poteſtatũ à bonis.

Heb. 1.

Matth. 18.

In filio, tãquam in diuino ſpeculo videtur gloria patris.

Io. 14.

Duo cœli ſunt figuræ duorum velorum tẽpli, quæ ſignificant duas naturas Ieſu, duos populos, et duas eccleſias.

Quod eſt in ſuperiori cœlo, hoc Sol in inferiori cœlo. &c.

Paulus raptus ad tertium cœlũ quomodo dicatur.

Templi in tres partes diuiſio quid ſignificet.

Deus non eſt in cœlis, aut in velo ſecũdo circumſcriptiuè aut localiter.

Moſes ſuo libro non inſcripſit, & quãobrem.

Heb. 2.

Act. 7.

Dies quomodo dicatur ſecũdus, humana natura à Chriſto ſuſceptio.

biro curarentur. Propterea dies ſecundus & A actio ſecunda dicitur, Seruatoris humanę naturę ſuſceptio. Quam qui hinc & illinc diſcreuit fidelium & infideliũ aquas per firmamentum fidei Chriſtianorum dies ſignificauit. Apparet autem hoc quoque pulchrè dicendum, quòd non ſit excuſanda memorabilium interpretũ diuerſa in diuinis ſcripturis acceptio. Ex ipſo enim diuinitus inſpirato fundaméto hoc facere didicimus. Vnde etiã æquum eſt audire Moſaicos & Propheticos & Dauidicos ſermones aliquãdo quidem accipere aquas pro gentibus, aliquando autem pro tentationibus, aliquando verò pro diuinis diſciplinis, & pro ſancto ſpiritu, & pro gratia baptiſmatis, B Quomodo etiam cœlum aliquãdo quidem ſignificat ipſum firmamentum: aliquãdo autem etiam cœleſtes poteſtates, aut etiã cor omne ſuper quod Deus requieſcit? Montes quoque multis modis intelliguntur. Accipiuntur enim pro cœlis & pro eccleſia, & pro Angelis & pro altari, & pro aduerſarijs poteſtatibus, & pro ſancta Virgine & Deigenitrice. Similiter etiam fluuij & fontes, & plantæ, & terra, & tenebræ, & nubes, & venti, & vt ſemel dicã, omnis aſpectabilis, & quæ ſub aſpectũ non cadit creatura multifariam multiſque modis intelligitur à diuinis patribus: ne inopia cognitionis laboret ſpiritus ſanctus, non valens ſicut pluuia plantis donare diuerſam gratiam in eſculentis C eorũ fructibus, eſt enim facie multiplex, multámque & eandem habens lucẽ aqua diuinæ ſcripturæ, quæ ſcaturit ex vno fonte ſancti ſpiritus. Et gloria & potentia in ſecula ſeculorum. Amen.

Interpretes in ſcripturis multa diuerſè accipiunt.

Aqua quid ſignificet in ſcriptura.

Montes multimode intelliguntur in ſcritura.

LIBER TERTIVS.

PRIMVM quidem librum feci ô Theophile, de ijs quæ primo die à Deo facta ſunt, qui dicitur Dominicus, ex quo cũ omnia ex nihilo ad hoc vt ſint deduxiſſet Deus, de cætero tanquam maſſa aliqua in fruſta diſſecta mundum conſtituit. Poſt diem domi- D nicum, tanquam ad ſecundum factum ſcalarum gradum, ad firmaméti altitudinem promouimus. Nunc autem in illo ad aquarum latitudinem & profunditatem & longitudinem audebimus accedere, Chriſtum habentes gubernatorem apud Patrem, tanquam opificem & in operatione parem, germanumque, & verè eiuſdem eſſentiæ. ET DIXIT DEVS, Congregetur aqua quæ eſt ſub cœlo in congregationem vnam, & appareat arida. Meméto ô Lector me dixiſſe, quod non diſſoluétes literam tranſimus ad non ſcriptos ſenſus anagogicos, ſed à Paulo eruditi qui dicit, Litera occi- E dit, ſicut etiam occidit Iudæos. Ea de cauſa poſt literam quærimus etiam ſpiritum, qui per literam adumbratur, in Chriſto autẽ impletur. Ecce enim cùm aqua eſſet congregata, eſſétque indiuidua, & quodammodo tanquam mare vnum conſiſteret, ex quo aerium factum diuiſit firmamentum, alterum quidem ſuprà, alterum verò infrà, quomodo dicit Deus, Cógregetur aqua quæ eſt ſub cœlo in congregationem vnam. Vna ergo cógregatio tota aqua, vnum mare tota facies terræ, vnum, littus, vnum pelagus congregatum. Et quomodo dicit, Congregetur? Congregetur enim dicitur & fit in diſperſis. Si ergo conuenienter literæ Iudaicè intelligemus propoſita, nec in his factum eſt Dei mandatum. Atqui teſtificatur ſcriptura diuina dicens, Et factum eſt ita, etiam ſi in vltimis temporibus ita factum eſt. Nam in initio in aqua ſenſili factum eſt contrà quam Deus mandaret, ſi literã ſequaris. Ipſe enim dixit, Congregetur aqua quæ eſt ſub cœlo in congregationem vnam, tanquam de vna mandans aqua & vna congregatione: congregatæ autem ſunt aquæ in multas congregationes, non autem in vnam congregationem. Neque ob id quod dicimus eò turbetur auditor, ipſa enim diuina ſcriptura hoc teſtatur. Subiunxit enim ſcriptor dicens, ET CONGREGATA eſt terra quę eſt ſub cœlo in congregationes ſuas. Ecce non di- B cit, in congregationem ſuam cógregata eſt aqua, ſed in congregationes ſuas multas, multæ aquæ, affectæ multæ congregationes. Ex illa enim vna prima congregatione & mari vnius aquæ, multæ aquæ, multa maria facta ſunt: multi lacus ſunt diuiſi, multi fontes diuiſi ſunt in multos fluuios. Aqua illa quæ prius erat congregata ſub cœlo, diuiſa eſt in multa loca, & multis modis. Aqua in abyſſo, ecce vna congregatio. Aqua Oceani, ecce rurſus etiam alia congregatio. Mare ipſum, & rubrum, & quod eſt nobis propinquum, ecce quarta aquæ congregatio. Fluuij ex Edem, ecce magna C aquæ congregatio, Phyſon, Geon, Tigris, & Euphrates, ecce quatuor congregationes aquarum. Fons qui aſcendebat ex terra & irrigabat totam faciem terræ. Ecce etiam alia fons aquarum congregatio, mater multarum aquarum, congregatio maris, mare mortuum, typus Iudaicæ & infertilis & mortuæ congregationis. Aquæ infertiles, vt olim Hierichuntinæ, & quæ nunc ſunt fertiles, nos figurantes qui nos inuicem parimus in viuo ſpiritu & aqua baptiſmatis. Aqua genitalis, vt Ægyptia aqua multus generans. Aquæ potabiles, & eæ quæ ſunt in vſu. Aqua, quæ adiri non poteſt vt Ammonica, ecce etiam aliena aquæ congregatio. Aquæ in inſulis diuiſis; & per D ſe congregationes. Fluuij in continenti. Lacus in locis. Aquæ quæ in locis alias aliam habent operationem & qualitatem, aqua ſalſa, aqua amara, aqua accidens ad ſaporem bituminis, aqua perimens, vt quę eſt in deſertis Æthiopię, aqua calida & ſalubris. Innumerabiles congregationes aquarum diuerſarum & multarum. Atqui non ſic iuſſit Deus vt aqua eſſet diuidua, ſed vnita in vnam congregationem. Quid autem erat omnino neceſſe opifici aquam extendere ſuper omnem ſuperficiem terrę, & deinde eam rurſus congregare, & non potius vnamquanque rem creatam in proprio loco ſtatuere & compin- E gere? Ergo ne nos quoque incidamus in laqueos Manichęorum. Illi enim conuenienter literę intelligentes iuſſum Dei de his aquis, exiſtimarunt Deum eſſe mentitum, propterea quòd aqua non fuerit congregata in vnam congregationem, ſed potius contra factum ſit, Hic ergo adſis, ô harum diuiniſſimarum eccleſię aquarum congregator, & deducas ad profundum harum aquarum. Dicit Deus, CONGREGETVR aqua quæ eſt ſub cœlo, hoc eſt, vniuerſa multitudo gentium quæ ſunt ſub cœlo, congregetur in congregationem vnam meæ fidei & eccleſiæ, quomodo eſt congregata aqua quæ eſt ſub

1. Cor. 3.

Poſt literã quærendus eſt ſpiritus, qui in Chriſto adimpletur.

Si ſtetur literæ, non eſt factum quod Deus fieri iuſſerat.

Aquarũ congregatio ſignificat multitudinem gẽtium in vnam cõgregationẽ fidei & eccleſiæ.

A cœlis,multitudo,inquam,poteſtatum angelicarũ, in vnam Dei congregatiooem, in concordiam,in vnam gratam animorum conſenſionem , in hymnodiam vnam,in Hieruſalem cœleſtem vnam , in vnam lucis conuerſionem. Vbi nulla eſt hæreſis nec diuiſio: vbi non eſt Iudæus nec Græcus. Vbi non eſt Scytha nec Barbarus : neque iniquus oec infidelis:neque ſerpens neque ſcorpius,neque reptiles beſtiæ:neque peccatũ nec nigror. Sed aqua vna,& fluentum vnum,& fons vnus & ſimilis:& puteus aquæ viuæ vnus cui adſidet Chriſtus , & congregatio ſancta & pretioſa vna. Fiat ergo voluntas Dei ſicut in cœlo & in terra. Coogregetur
B geous humanum,nẽpe aqoa cui prius inſidebant tenebræ. Veniat & congregetur ad lucem hoc eſt ad Chriſtum,qui ſuis mandat Diſcipulis & dicit. Ite & congregate omnes gentes & aquas in vnam congregationem baptiſmatis, baptizantes eos in
Matth.28. nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti:illius,in quã,ſpiritus qui prius ferebatur ſuper hanc aquã, nunc autem in ea cohabitat , & coniungit omnes aquas gentium quę prius erãt remotæ ac diſtãtes, in vnam eccleſiæ congregationem,& fient omnes vna aqua vitæ,vnus ſons,vnus ortus deliciarum: vnus grex,vnus paſtor, vnus Dominus,vna fides, vnum baptiſma,vnum corpus Chriſti,vous ſpiritus,vnum cor,vna caro ſpõſa eccleſia & eius ſpõ-
C ſus Chriſtus,vnom firmameotum, vnum cœlum Chriſtus& populus fidelium,tanquam ſtellarum quæ in ipſo deficiunt & illominantur.Ita eſt intelligenda & accipienda vox Dei & iuſſus de his aquis,ſic & non aliter ſentimus ſpiritu , omnia , & corpore : & ſic prædicamus, de nobis quæ prius eramus gẽtes diſperſę,& in Deos innumerabiles, qui Dij non erant & multi erant Dij, errabamus, dicere vocem diuinam, & iubendo dicere , "Congregetvr aqua quæ eſt ſub cœlo in cõgregationem vnam." Super terram congregat Deus Verbũ in vnam congregationem. Per aerium autem firmamentum diuidens , cùm io cœlos ſuſtuliſſet a-
D quam,eam dilatauit & valde extẽdit à finibus vſque ad fines vniuerſæ creaturæ,abyſſorúmque & æquorum,& cum ſupra firmameotum inſtar veli expãdiſſet,ipſum extendit,vt nos diſcamus, quod quæ prius creaot gentes tenebris offuſæ ſuper terram, in vnam congregatæ congregationẽm conſenſionis Chriſti eccleſiæ, rapientur aliquando in nubibus in occurſum Domini in cœlis, extẽſæ & dilatatæ, aliæ quidẽ io regione viuentium:aliç autem in paradiſo:& aliç in externis tabernaculis:& aliç in luce viuentium,& aliç in regno Dei:& aliç in ciuitate Domini virtutum,coogruẽter ei quod
Io.14. " dictum eſt àChriſto. Multæ ſunt manſiones apud
E patrem. De congregatione harum ratione præditarum aquarum dicebar Chriſtus , ſe eſſe miſſum
Io. 11. non ſolum propter oues Iſraëlis, ſed etiam vt di-
Pſ.32. ſperſos Dei filios congregaret. De his aquis maris
" Deo dicit Dauid, Congregans tanquam vtrem a-
" quas maris,pooens in theſauris abyſſos. Theſau-
" ros Dei diceos eccleſias, vbi aurum & argentum Verbi ſcripturę reponitur abſconſum & ſpirituale,vbi cuſtodiuotur Margaritæ diuinorum ſacramentorũ,quas iubemur abſcondere porcis. Nam illi ſicut & Iudas eas non capiunt. Chriſti igitur theſauri ſunt eccleſiæ,in quibus alij quidem ex fidelibus dantur quinque talenta : alij autem decẽ:

A alij verò duo:alij autem vnum. Io his theſauris recondidit gentium abyſſos quæ prius erant offuſæ tenebris. Quoniam tenebræ erant ſuper abyſſum. De hac abyſſo gentium dicebat etiam Propheta
Abacuc. "Dedit abyſſus vocem ſuam,glorificans eum qui ipſam illuminauit,& diſſoluit altitudinẽ phantaſiæ ipſius gẽtilis idololatriæ. De hac abyſſo aquarum ratione præditarum Deus gloriæ tonauit per Euangeliũ, Deus Dominus ſuper aquas multas,& gẽtes inenarrabiles. Quamobtem rurſus Dominus inhabitabit diluuium,in vna cõgregatione:& ſedebit Dominus ſuper ipſum tanquã ſuper ſedem requieſcens,regnans ſuper ipſum, in *Abac.3.* *Pſ.28.*
B ſeculum. Die ergo tertio fecit Deus aquas in congregationem vnam. Quamobtem? Quoniam poſt primum diem Moſaicum, & ſecũdum cultũ propheticum,tertio die nos gẽtes congregatæ ſumus in vnam fidei congregationem per ſagenam Euãgelij. Quamobrẽ dicebat etiam Chriſtus qui tertio die ſurrexit à mortuis , Hodie & cras facio ſigna. Ecce duo dies. Signa autẽ dicit,quæ facta ſunt in Ægypto , quæ in deſerto , & quæ per Moſem. Sunt hæc,vt ſemel dicã,primi diei. Secundi autẽ, quę per Eliã,& Heliſęũ,& qui deinceps ſecuti ſũt Prophetas. Tertio autẽ die eius aduentus dies lucidus perficitur,qui oſtẽdit per Euangelium per- *Tertio die nempe poſt diẽ Moiſis & diem Prophetarum, congregata ſunt gẽtes, in vnam fidem.* *Luc.13.* *Signa à Chriſto tribus diebus facta.*
C fectum & omnibus numeris abſolutum eius ſtudium. Eſt enim Chriſtus plenitudo ac cõplementum legis & Prophetarũ. Et Paulus dicit , "Lex eſt omni ex parte perfecta, nẽpe lex Chriſti, ego autẽ per legẽ,videlicet Moſaicam ,ſeruio legi peccati. Vnde etiam quæ in Cana factæ ſunt ouptiæ,factæ ſunt tertio die. Cana autẽ interpretatur creatura. In qua creatura eo deſcẽdente factæ ſunt incorruptæ nuptię vnionis Verbi et noſtræ naturæ. In his nuptijs tertio die primũ miraculũ Chriſtus fecit in aqua: quoniã tertio die aquã gẽtiũ congregauit in vnã cõgregationem,cùm eã tranſmutaſſet vera vitis ab aqua in vinũ lætitię,in congregationib' ſuis, *Ro. 7.* *In Cana facta nuptia quid ſignificent.*
D nẽpe in lapideis petræ eccleſiarũ hydrijs, quæ capiuot circa duas metretas veteris & noui teſtamenti,aut tres myſterij trinitatis nei qui tertio reſurrexit, qui die tertio dicit, Cõgregetur aqua quę eſt ſub cœlo in vnã cõgregationẽ. Nam multę nuper erãt aquę,multęque & execrandę ſenagogę ac cõgregationes extenſę ſuper totam faciem terrę. Aquas nũc dico, dogmata & diſciplinas alienas à pietate. Aquã quæ interimit gentilem doctrinam, aſtrologiã,diuinationẽ. Aqua fuſioois ſanguinis, aqua amara hereticę linguę pruriginis , aqua obſcura &difficilis ad interpretãdum. Superſtitionis Græcæ multæ ſunt aquæ , multi fluuij, multi ſubmerſores. Iſte docebat nõ eſſe deũ,hic nõ eſſe pro-
E uidẽtiã. Iſte prędicabat Solis adorationẽ : hic adorãda ligna,& iſte docebat ligneas fabricari ſtatuas, & hic ignẽ adorare,alius initiabat in myſterijs libidinis & intẽperantiæ. Hæ ſuot primę & ſteriles & non potabiles & morti ferę aquę orbis terrarum, ſtantes in multis receptaculis, alueis , canalibus & congregationibus , & quę ſuot ſynagoga ſeu congregatio Apollinis. Synagoga Saturni. Synagoga Ammonis. & alia Serapidis. Synagoga Iouis: Synagoga Mercurij. Synagoga Pythiæ & Dianę. Nec hoc ſolum , ſed etiam improba Iudaica Chriſti inimica & Dei aduerſaria. Propter has ergo impias ſynagogas & congregationes ,

& quæ

A & quæ in eis ſunt populórum & gentium execrãdas diſciplinas & doctrinas. Deus iubet magna voce dicẽs, Cõgregetur aqua quæ eſt ſub cœlo in vnam fidei congregationem. Quam quidem vocẽ Chriſti Dei cum audiſſent & aquæ, & fines, & genera barbarica, quomodo tunc in creatione mũdi aquæ fluxæ metu ac tremore magna impetu fluẽtes feſtinabant, currebant, accelerabant, non expectabant, vt quæ in vnam congregarẽtur & moueretur congregationẽ, boreales, auſtrales, occidentales, orientales, Orbis terrarum vndæ & fluenta, ſe inuicem prævenientes & in fluctus aſſurgentes, tanquam ab aliquo violento & diuino ſpiritu, & qui ſuper ipſas ferebatur, actæ & impulſæ, & vna congregatio & mare eſſent omnes aquæ terræ. B Ita licet videre omnes gentes, & maximè illu die pẽtecoſtes, ab illa voce violenta quæ facta eſt ſpiritus, qui nunc etiam fertur ſupra gentilem fidelem aquam, quæ congregata eſt in vnam fidei congregationem & vnita, in vnam eccleſię compaginem concurrentes. Vide enim non ſolum rebus, ſed etiam ipſis verbis conſonantem & conuenientem vnionem illarum aquarum, & harum gentilium aquarum. Spiritus qui ferebatur ſuper aquam tũc ipſe ſpirans eas coëgit & vniit in vnam congregationem, & hic ipſe ſpiritus adueniens & ſpirãs fecit gentium vnionem. Illic ſcriptum eſt, Spiritus C inſedit: & hic ſcriptum eſt, Sedit ſuper vnumquẽque ipſorum ſpiritus. In illo primo die ignẽ Deus fecit: & in eodem primo die dominico in linguis igneis aduenit lumen ſpiritus ſancti. Illic ſcriptũ eſt, Tertio die congregata eſt aqua, hic, Congregatis ex omni gente quæ eſt ſub cœlo vnanimiter. Omnes aquæ gentiles, Parthi, Medi, & Elamitæ, & qui habitabant in Meſopotamia, Iudæáque & Cappadocia, Ponto, & Aſia, Phrygia, & Pãphilia, Ægyptóque, & partibus Lybiæ quæ eſt circa Cyrenem, Romani, & Iudæi, & Proſolyti Cretes & Arabes. Qui quidem omnes cum audiſſent vocẽ quæ facta eſt ex cœlo, tanquam aquarũ tota multitudo, ſimul fuerunt congregati in domo vbi erãt D Apoſtoli. Papè quam ſunt hæres nouæ. Nihil refert an dicatur quòd congregata & confuſa fuit tota illa multitudo in domo Apoſtolorum. Illud enim, Confuſa fuit, valde conuenit vt apte & decenter dicatur de aquis. Ratione enim præditis tunc aquis & Chriſti piſcatoribus propter vnam prędicationem communis vita. Chriſto ergo Domino valde conuenit dicere, Congregetur aqua quæ eſt ſub cœlo in vnam congregationem. Cõgregetur aqua Piſcatores enim parauit. Congregetur aqua. Petrus enim iam crucem tanquam remũ intingit in mari mundano. Congregetur aqua, parata eſt enim ſagena Verbi. E Accumuletur aqua, non poteſt enim frangi rete. Acceleret aqua, adſunt enim ſcaphæ. Conuenit aqua, feſtinant enim qui baptizant. Aqua ſanctificetur præuenit enim præcurſor, ad quem currebant etiam aquæ populorum, & circumcurrebant, quòd ab eo congregarentur & accumularẽtũr. Ille præcurſor veterum aquarum fuit etiam pręcurſor & programma huius præcurſoris, figuráque & indicium aquarum credentium & ratione præditarum ad Chriſtum accurrẽtium. Per illum antiquum aquarum præcurſorem conſtituti ſunt fontes aquarum, & reuelata ſunt fundamenta orbis terræ. Per hunc præ-

Die pentecoſtes à ſpiritu facta eſt aquarum, nempe populi Chriſtiani congregatio.

Act. 2.

A curſorem aquarum gẽtilium firmata ſunt & creata fundamenta eccleſiæ orbis terrarum. Illæ aquæ currentes reuelarunt per vehementẽ curſum omnes montes qui prius tecti fuerunt, præ ſignificãtes præcurſorem gentium, reuelantes & oſtendẽtes montes Chriſti eccleſiarum, quæ prius tegebantur & ſuffocabantur à tenebris. Ante illum præcurſorẽ aquarum, petra ſuper terram non cognoſcebatur, & ante præcurſorem aquarum gentilium, Chriſtum Petram non cognouimus. Illæ aquæ congregatæ terræ lucem oſtenderunt, & in concurſu aquarum gentilium ortus eſt Sol iuſtitiæ. Ante illum præcurſorẽ aquarum volucris in terra non habitauit & ante congregationem curB ſus gentium, ſpiritus ſancti columba non habitauit in nobis. Ante illam aquæ congregationẽ terra nullo modo fructum oſtendit: quomodo nec ante congregationem Chriſti eccleſiæ fructum poſſedit humana natura, nempe virtutes. Per congregationem primæ aquę panem homo comedit, & in congregatione noſtra, nempe gẽtium, cœleſtis cibus in cibum apparuit, cœleſtia hæc omnia bona naſcuntur terræ hominis. Propheticæ dixit Deus, Congregetur terra quæ eſt ſub cœlo in congregationem vnam: & appareat arida. Tertio autẽ die ex profundo profert terram Deus, prius aperC tè deſcribens Chriſti trium dierum ab inferis reſurrectionem è terra genitę noſtrę naturæ, ne amplius maneat arida. Appareat & reueletur quæ erat arida & infrugifera gẽtilis eccleſia, quæ à Deo aliquando fuerat abſconſa, vt quæ facta eſſet nuda ab inſidiis Diaboli. Appareat quæ erat arida & deſerta & ſitiens, quoniam in deſerto erupit aqua, ne amplius maneat arida. Appareat & veniat ad fontẽ vitæ. Veniat quæ fuit olim gentilis Samaritana, ferẽs hydriam animæ ad puteũ viuentẽ. Sedet enim Chriſtus eam expectans. Appareat arida & quæ pro fluuio male laborabat ſanguinis idololatrię, vt exſiccetur fluxus ſanguinis qui currebat, & ſcaturiet ſcatutigo baptiſmatis. Appareat aD rida, auferte malum operculum pudoris animæ. Soluite intermediam peccati maceriem, quę Deũ ab ipſa ſeparat. Appareat quæ tecta erat non amplius cæcutiens, ſed videatur, quoniam viſus eſt Deus Deorum in Sion. Reſpiret de cætero & aſcẽdat ex profundo ignorantiæ quæ fuit aliquãdo arida eccleſia, & accipiat radios cœleſtis Solis, vt dicitur pluuia. Reueletur arida, quoniam lumen ad reuelationem gentium aduenit, & tempus eſt de cætero vt ipſa exuatur & deponit tenebras quæ ſunt illi impoſitæ vt eas ſibi habeat ſubiectas & conculcas, & ſub ſe tranſmiſſas ad abyſſum, & audiat, Ecce dedi tibi poteſtatem calcandi ſuper teE nebras quæ aliquãdo erant ſupra te poſitę & tibi aduerſę, nunc autẽ ſunt ſubiectę. Nam vim paſſæ eccleſiæ & quæ ſubmerſæ erãt & ſub pedib⁹, ſubiiciam & omnes aquas terreſtres & cœleſtes, exiccatam naturã & carnẽ hominis in exterminatione & priuatione fontis vitę paradiſi, eã efferẽs, ſuper omnẽ principatum & omnẽ poteſtatẽ, in throno Cherubino ei oſtẽdẽs oẽi faciẽ, qui propter ipſam aduenit Chriſtus Deus, qui addicit, CONGREGETVR terra quę eſt ſub cœlo in congregationẽ vnã: appareat arida, vt ante cœlum oriretur arida. Propter eã enim exiit is qui ſeminat, ad ſeminandum, & irrigandum, & ornandum aridam. Seminator

Reſurrectio Chriſti ſignificata per terram quæ apparuit tertio die aquis in vnum congregatis.

Eccleſia gentilis ſignificatur per aridã.

De ſeminante parabola explicatur.

enim eſt paratus, nempe Euangeliũ. Promptus & alacris eſt ſeminator, nempe Chriſtus. Operarij ſunt parati, nempe Apoſtoli. Meſſores probi ſunt Doctores. Boues impigri, ij qui crucẽ ferunt. Iugũ aptum, nõ enim terit collare. Bene germinarũt naturalia aſpiciũt enim bene comatã virtutũ altitudinem. Regiones gentium ſunt albæ & puræ animæ. Ad meſsẽ importandã lata eſt & ampla eccleſiæ area. Bene laborati ſunt ſalci Baptiſta enim eos prius ſcindit agri ſunt frugiferi. Facite enim, inquit, ipſe fructus dignos pœnitentia. De cætero aperiatur & appareat arida: vt ponãtur eius fundamenta in mõtibus ſanctis fidei, quæ putruerant à circumfluis aquis ea alluentibus. Vt eã confirmẽt ac ſtabiliãt ſuper aquas piſcinę, vt in guttis baptiſmatis ea lætetur exoriẽs, quę olim erat arida & expers humoris diuini influxus, vt in ea conſtructa exultent quidẽ montes regionũ: multitudinis autẽ colles exiliant: lætentur autẽ greges populorũ. Fugiat autẽ mare aduerſariorum, nẽpe improba & ſalſa incredulitas. Iordanis autẽ baptiſmatis gẽtium conuertat retrorſum eos qui ipſum fugiunt & baptiſmum non ſuſcipiunt. Vnde de Deo dicit Propheta, Balena maris quæ conturbat ſonos fluctuũ eius, quis ſuſtinebit? Sed tu dominaris poteſtati maris. Sonos fluctuum eius quis ſuſtinebit? Salũ autẽ fluctuum eius tu mitiges. Te enim præfigurans Ionas Propheta, quãdo proiectus fuit in mare, effecit tranquillitatem vnde quę mortẽ attulerat, quomodo tu idololatriæ totius mundi marini interitus. Tuã enim mortẽ effingens & reſurrectionem, dormijt in naui, ſicut tu in ligno crucis: & poſt ſomnũ proiectus fuit in profundũ, tanquã in lacũ profundiſſimi inferni & ſepulchri Balenæ. Et ſalutẽ præfigurãs ijs qui ſimul nauigabãt in naui eccleſiæ, donauit naui vt ceſſarent fluctus. Tu enim es qui iubes & dicis, CONGREGETVR aqua quæ eſt ſub cœlo in congregationẽ vnam, & factũ eſt ita: & cõgregata eſt aqua quæ erat ſub cœlo in congregationes ſuas. Ecce non factum eſt conuenienter literæ: neq; congregata eſt aqua quę eſt ſub cœlo in cõgregationẽ vnam, ſed multę aquę ſunt congregatę in ſuas congregationes. ET VOCAVIT Deus aridam terram & congregationes aquarum vocauit maria. Quid mihi ad hæc dicis O Hebręe? Nam quod attinet ad hiſtoriam, cõtra factũ eſt quam iuſſit Deus. Primum quidem erat vna congregatio, vnum mare, vnum pelagus, vnũ profundum, vna aqua, ſimul tota aqua quæ erat ſub cœlis, indiuidua, vnita, inſecabilis. Quãdo autẽ dixit Deus, Cõgregetur aqua in congregationem vnã, diuiſa magis fuit aqua quæ erat ſub cœlo, in multas aquas, tanquã ſi iam dixiſſet, multæ ſint congeries, multæ congregationes, multa maria, ſicut teſtatur ipſa dictio ſcripturæ, quæ ſic habet, Congregata fuit aqua quæ eſt ſub cœlo in ſuas congregationes. Dicit itaque, ET VOCAVIT Deus terrã aridam, & congregationes aquarum vocauit maria. Age ergo turſus literæ velum & operculum aperientes, ſpiritualia ſpiritualibus intelligamus eloquia ſpiritus, dicẽtes. Vna & indiuidua aquæ congregatio recta, & in quã non cadit reprehenſio, & eccleſiæ catholicæ in Deũ pietas ac religio. Aquæ autem congregationes, ſunt eccleſiæ quæ ſunt in loco regionum gẽtium, quomodo docet Paulus dicens, Dei eccleſijs. Eccleſiæ Corinthi. Ecce alia congregatio. Eccleſiæ Theſſalonicenſium. Ecce alia congregatio gentium. Quomodo enim vnum eſt regnum cœlorum, habet autem multas manſiones, vt dicit Chriſtus: ita etiam eſt vna communis Chriſti eccleſia. Sunt etiam ſingulares eccleſię mundi rectę fidei. Oportet autem hoc quoque in loco adnotare, quod quãdo cum cœlo Deus fecit terram, non appellabatur arida, Frugiferum enim ac fertilem Deus fecit hominem & non aridum. Quãdo autem fuit ſuffocata à tenebris quæ ſupra eam erant & aquis, tunc facta eſt arida & mortua. Deinde eam Deus rurſum vocans ad antiquam illuminationem, eam tranſnominat & ei reddit primum nomẽ, & quando à tenebris Deo apparuit, ſtatim eam vocauit terram, quomodo dicit hiſtoria quod Deus aridã vocauit terram: vtpote quod ab infertilitate ad fertilitatem per Chriſtũ de cætero vocetur & renouetur homo. Ei autem quod dico fert teſtimonium propheta quoque in Pſalmo nonageſimoquarto, aridam nominans hominem, dicẽs de Deo, ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam finxerũt eius manus, hoc eſt, hominẽ qui dicit. Manus tuæ Domine fecerunt me & finxerunt me. Nullam creaturam ex ijs quæ ſunt in cœlo aut in terra finxit Deus ſuis manibus, niſi hominem qui ad eius factus eſt imaginẽ, de quo dicit Moſes, VOCAVIT Deus aridam terram. Vide myſteria admirabilia. Terrã in profundo ab alijs aquis ſuffocatam, nominat aridam. Cùm aquę autẽ ab ea receſſerunt & ſunt diuiſæ, & ea fuit exiccata, non eam amplius nominat aridam, ſed terrã, quomodo etiam conſtat citra controuerſiã, quòd imagines & figuras nouæ in Chriſto creaturæ prius deſcribebat & præfigurabat Chriſtus in vniuerſa ſex dierum creatione. Quoniam autem mũdanæ Ægypto in primis hæc dicimus, non fuerit abſurdum ſi per res tanquam per Verba & oſtendamus figuras detectionis & liberationis malarũ & tenebroſarum aquarum erroris quæ prius erãt ſuper eam. Soli enim Ægypto ex omnibus mundi regionibus Deus ad pietatis admonitionẽ donauit exemplum & monumentum indelebile. Nam inſtar vniuſcuiuſque ex illis aquis, quæ aliquãdo tegebant vniuerſam faciẽ terræ, per fluuium Geõ terra Ægypti tegitur. Quamobrem de regione Ægypti dici poteſt in tẽpore aſcẽſus aquarum quòd terra Ægypti eſt inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ caliginis & tẽpeſtatis ſupra abyſſum huiuſmodi aquarum, & ſpiritus Dei, hoc eſt vẽti renouatio, fertur ſupra aquam. Sic enim interpretati ſunt multi interpretes, Et tenebræ erant ſupra aquas, & ſpiritus ferebatur ſupra eas. Non enim dixit, inquiunt, ſcriptura, τὸ πνεῦμα θεοῦ cum articulo, id eſt, Spiritus ille, ſed πνεῦμα θεοῦ, abſque articulo, id eſt ſpiritus Dei, hoc eſt, vnus ex quatuor ſpiritibus ventorum ferebatur ſuper aquam.

Illud autem ferri ſupra, non eſt proprium, naturæ diuinitatis quæ non poteſt circunſcribi. Illud autem eſt admirabile in aſcenſu aquarum in Ægypto quibus fuit operta, obſcurationéque & caligine, & infertilitate, & ſuffocatione ipſius terræ, quòd non poſt mẽſem aut dies ortus in carne in Bethleẽ & apparitionis Chriſti, ſed in diebus natalis & apparitionis ac illuminationis operitur & obtenebratur aquis & caligine terra Ægypti. Quando autem Chriſtus Deus lux

Matth. 3.

Ionas figura Chriſti.

Aquæ cõgregatio eſt eccleſia catholica. Aquę congregationes ſunt eccleſię gẽtilium quæ ſunt in multis locis.

Cur Deus terrã quã condiderat non vocarit aridam priuſquam ſuffocaretur ab aquis.

Solus homo factus eſt Dei manibus.

Ægyptus quomodo inundetur & exſiccetur, & quid ſignificet.

Venti, ἀνέμων, forte leg. ἀνθρώπου, id eſt hominis.

Chriſto veniente

in Ægyptum, Ægyptus detegitur.

A lux mundi natus eſt, & ex præſepi Bethleem, in Ægypto cum ſua matre fugiēte ab Herode verſatus eſt, ſtatim terra Ægypti detegitur, deponit tenebras, exuit caliginem erroris, ſolis iuſtitiæ lumē induit. Verſatus enim eſt cum proprio orbe, nempe matre, & ſoluit tenebras, & veluti quoddam velum abiecit à ſuo vultu, nempe aquæ operculū, & in Chriſtum fixit oculos, & eum agnouit adorans, & procumbens, quem prius non cognoſcebat, propter erroris tenebras quæ ei impendebāt, operta ab aquis ignorantiæ. Recedit autem & recurrit Nilus ex Ægypto in diebus menſium Decembris & Ianuarij. Incipit enim fluere menſe Iunio: & per eum totū & poſt ipſum creſcit, nēpe Iulio. B In Auguſto autē & toto Septēbri inſtar maris innūdas Ægyptum, & facit nauigabilē quæ prius erat arabilis. Incipit autem, vt dictum eſt, decreſcere in Octobri & Nouembri. In menſe autem Decembri & toto Ianuario, redditur priori alueo. Quando ergo ante Chriſti ortum eam viderimus triſtem & caliginoſam, & infertilem, & in profundo ſubmerſam & inornatam: Deinde poſt Chriſti ortum & eius præſentium, in omni loco Ægypti ſtatim fieri receſſum: & terram ornari & irrigari, geſtire regiones denſari paludes, agros germinare: & vicos tanquam ex profundo aquarum detectos & in altum elatos, & aquas congregatas in C ſuis cōgregationibus, earúmque foſſas & fluuios, planè intelligamus, qoandò hęc fieri viderimus in Ægypto, quòd verbum Dei incarnatum ipſum erat, quod in principio eſt architectatum creaturam cœli & terræ, ipſumque in Ægypto verſatum eſt in carne, & cùm eam vidiſſet tenebroſam & à maligno ſuffocatam, clamauit ex poteſtate tanquam Deus, ſicut aquis mundanis, ita etiam Ægyptiacis, dicens quot annis & vſque ad conſummationem. Poſt Nili aſcenſum cōgregetur aqua quæ eſt ſupra faciem vniuerſæ terræ Ægypti in cōgregationes ſuas. Rurſus, Appareat terra vt qui iam olim quidē ſpiritus erroris increparit, & eos Æ- D gypto expulerit, nunc autē in tempore eius aquas fecerit reſtagnare, vt & ei & nobis reuocet in memoriam, quod ipſe eſt mundi conditor qui eam à tenebris & errore liberauit. Nā ſi in ſapientia fecit Verbū Dei, nihil fecit intempeſtiuè & nō niſi certo ſcopo ſibi propoſito. Et ſi omnia poteſt, nō erat Deus Omnipotens impotens, ſicut vniuerſam terram, ita etiam Ægyptum cœleſtibus imbribus irrigare, quam etiam fecit magis concauam quàm totum terram quæ eſt ſub cœlo, vt docent qui deſcripſerunt terrarum mundi deſcriptiones. Sed ne rideant quæ dicuntur inſipientiſſimus auditor.

Nilus quādo fluat et refluat.

Ægyptus magis concaua quam tota terra.

E Credat autem ei qui dicit quòd Deus omnia fecit in ſapientia. Omnino enim nobiſcum fateberis, quòd ad admonitionem pietatis & ad fidem faciendam mundi creationis, Deus in Ægypto ſtatuit hoc miraculum aſcenſus aquarum & earum in ſuum locum reuerſionis. Quomodo rurſus in finitimis iis quæ in Pentapoli Barbarica dicuntur adyta ſuper aquas fertur terra, conuincens incredulos, quòd ſuper aquas ſupra naturam Deus grauem ſuſpendit terram: quòd lapis à monte abſciſſus ipſe angularis Chriſtus, terra genitam noſtrā eſſentiam admirabiliter extollet ſuper aquas, videlicet ſupra cœlos. Similiter etiam in montibus Liciæ qui dicuntur, aqua & ignis ſimul coeūt nos

In pentapolis barbaricis adytis ſup aquas fertur terra.

Aqua & ignis ſimul coeūt in montibus Lyciæ.

Appendix.

docentes indiuiduam Chriſti diuinitatis & humanitatis vnionem. Nam ſi eſt natura ſapientia & dator ſapientię, & in ſapiētia omnia fecit Deus filius dei, ſicut prius dixi; per omnia quę ſunt ſupra terrā eius ineffabilē diſcimus ſapientiam. Vnde ſtans in præſentia in aquarū tractatione, & obſtupeſcens, nec malas quidem ac metallicas, amaráſque & abhorrendas aquas quę vel ad ſaporem accedunt bituminis, vel æris, vel alicuius metalli ad quod non eſt ſenſui acceſſus, credo factas eſſe extra Dei myſterium: ſed credo eas ſpectare ad profundum aliquod exemplum, & nos docere, quod totam quidem aquam, nēpe genus humanum, Deus in principio vnam bonā aquam fecit, vnius naturę, vnius operationis, vnius poteſtatis, ſimilem & indiuiduam: ſed quæ eſt in aëre operatio, terræque diuerſa temperatura & qualitas, vel ſalſuginem redolens vel æruginem, vel aliquem alium inſuauem ex metallis odorem, aquam mutat ad ſuam proprietatem: Ita morum quæ eſt in locis diuerſitas, genus humanum quod eſt vnum in multas ſecuit diuiſiones. Mihi autē intellige aquam à Deo creatam, catholicam fidem veritatis, quam Deus fecit ab initio. Malæ autem rurſus ſunt aquæ, impurarū hæreſum diſciplinæ, quas aër, hoc eſt malus princeps aëris Diabolus, & amaricans, ſeu ad bituminis odorem accedēs cor terrigenarum hominum, quod ſapit terreſtria, genuit, & conuertit, & ex bona malam fecit fidē, alterauit. Quod quidem factum eſt etiam in aquis maris. Deus enim ab initio ipſum fecit aquam dulcem; mutatam eſt autem tempore, ab aëre & elementis effectum ſalſum diuina permiſſione, præfigurans ac prius deſcribens humani maris mutationem, quod ex virtute eſt conuerſum in ſalſum vitium, quod Chriſtus mutauit in melius per mare baptiſmatis.

Omnia quæ ſunt ſupra terrā docent Chriſti ſapientiam.

Terra diuerſa operationes et qualitates vnde exiſtant.

Morū diuerſitas generu humani multas fecit diuiſiones.

Aqua à Deo creata eſt fides Catholica.

Malæ aquæ ſunt hæreſe.

ET DIXIT DEVS, GERMINET terra herbā fœni ſeminans ſemen ſecundum genus & ſimilitudinem.

In his quoque rurſus minimè cōſequens & ſibi D non conſentiens, ſi literam ſpectes videtur dictio ſcripturæ. Nam loquens in fœminino genere ex regula Grammaticorum, deſijt in neutrum, GERMINET enim, inquit, terra herbam fœni ſeminās. Si ergo ad herbam deducatur ſeminantem ſemen, rectè habet. Si autem ad fœni dicas conuenire, ſeminans ſemen, ſcriptura relinquens hanc conſequentiam, dicit, SEMINANS ſemen ſecundum genus. Videtur autem mihi eſſe harum rerum eiuſmodi conſequentia, vt illud Germinet quidē terra herbam fœni, dicatur à Deo ad animas infertiles. Illud autem, ſeminans ſemen ſecundum genus, vi- E detur mihi quòd Deus iubet choro Apoſtolorum vnde poſt eius exitū qui eſt à patre inſeparabilis, dicebat de ſeipſo. Exiit qui ſeminat ad ſeminandū ſemen Verbi, ſecundum genus, & ſecundum gentem, & ſecundum regionem in vniuerſa terra, quæ prius vocabatur arida, ſuper quam deſcendit, tanquā pluuia ſuper vellus, Verbū Dei eam ſeminans & dicens, Germinet terra humani cordis, vt quæ non eſſet prius arida in priori infertilitate: ſed germinet deinceps & floreat tanquam lilium. Non ſuffocet ſemen multitudo ſpinarum.

Apoſtolis iubet Deus germinare ſemen ſeminans.

Matt.13.

Luc.8.

Receſſerunt tenebræ quæ prius erāt ſuper eam. Aquæ ſunt congregatæ in ſuas congregationes. Fluuius Dei Verbi impletus eſt aquis irrigans

Pſal.45. A hnnc paradiſum Eccleſiæ: Fluminis impetus læri-ficant ciuitatem Dei ſupernam Hieruſalem. *Pſal.87.* Fluuiū volontariam ſegregauit Deus hæreditatis ſuæ, nēpe gentium, præſentiam ſpiritus, quæ ſulcos ſuos inebriat, & multiplicat fructus ſuos in triginta, & *Pſal.35.* ſexaginta, & centum. Et torrente voluptatis pota-bis eos. Quoniam apud ipſum eſt ſons vitæ de cæ-tero ſic nunc irrigata, quæ prius erat arida, germi-net vt terra Dei herbam ſœni gentibus quæ prius erant expertes rationis. Quoniam bos arator, po-pulus qui prius erat aſſuetus ſacrificus, cognouit eum qui poſſedit ipſum populum peculiarē. Deū enim elegit eū ſibi in hęreditatē. Et aſinus agreſtis populus idololatra cognouit præſepe Domini ſui Bethleem Iudęe. Illic enim eum adorauit per ma-gicas primitias. Quamobtem germinet terra her-bam fœni. In Edem enim loco paſcuę paradiſi ibi nos collocauit. Et ſuper aquam quietis educauit & conuertit, amotis ab aqua veteribus tenebris, & quietis aqua facta baptiſmatis, in qno depoſitum eſt onus peccatotum præſentibus & redundanti-bus, & fluuium manu vnanimiter tenentibus gen-tibns, & dicentibus. Exultemus propter ſalutare noſtrum: nos enim induit veſtimento ſalutaris ba-ptiſmatis, & ornauit tanquam veſtimento ſalutis & incorruptionis, & fontibus ſcripturarum ſcatu-rientibus, & in Eccleſia Deum benedicentibus & Dominum Ieſum Chriſtum, hoc eſt gentibus ex fontibus Apoſtolicis Iſraël. Illinc enim eſt genus ipſius Et ſuper montes Eccleſiarū ſtantibus aquis populorum baptizatorū germinet terra gentium, quam procul annunciat dicens: Veritas de terra orta eſt: & terra noſtra dabit fructum ſuum. Quo-niam bene complacuit Domine terra tua, quæ au-dit & obedit ei qui ipſam conuertit & dixit: Ger-minet Eccleſia, nempe bona terra, primum quidē herbam fœni, nempe ſimpliciorem & delicatum Verbi fructum, qui conuenit Iudaicis & rationis minus participibus Chriſti gregis animis ad cibū infantioribus, & lactis egentibus. eſt enim perfe-ctorum, nempe, noſter qui ſumus fideles, cibns ſolidus, quem ferunt perfecti, de quibus dictum eſt, Germinet terra herbam fœni, & lignum fructi-ferum faciens fructum. Cuius ſemen eius in ipſo. Nam ſemper germinans, & qui minimè interit ac corrumpitur & fructus Euangelij. Lignum fructi-ferum, quoniam omnis arbor quæ non facit fru-ctum bonum excinditur & in ignem mittitur. Li-gnum fructiferum habens fructus ſpiritus, vt eo-rum qui nunc dicunt. Ego autem tanquam oliua fructifera in domo Dei. Vnde qui ſunt illuminati, ſunt in domo Dei in atriis Dei noſtri florētes, quo-niam inſtus tanquam palma florebit, alios quoq; fructibus ſeminis impertiens, vt mundus corde, & tanquam cedrus quę eſt in libano, multiplicans & lætificans: quoniam lætabuntur eiuſmodi ligna Domini cum Cedris alti Libani, nempe cœleſti-bus poteſtatibus, quas Dominns plantauit & non homo. Tu autem quando audis quòd poſt ſim-plicius & delicatum contrimentum herbę Verbi, quam vt conuenit iuſſus eſt colere. Deinde etiam iubetur colere lignum fructiferum faciens fructū, cuius ſemen in torta iuſſa germinat, nihil aliud in-telliges, quam paſſionem crucis Moſaicam pro-phetiam nobis proponere ad imitandum. Et ideo dicit Eccleſiæ vt germinet lignū crucis, ſed nobis

Eſa.1.

Boum cognouiſſe poſſeſſorē ſuum & aſinū præſepe Domini ſui quē intelligitur.

Pſal.22.

In Baptiſmo deponitur onus peccatorū.

Pſal.84.

Herba fœni eſt ſimplex verbi fructus cōueniēs ſimplicioribus.

Matt.3.

Pſal.51.

Pſal.91.

Lignū fructiferū faciens fructum eſt

A ſolis fertile, Iudæis autem ſcandalum, & incredu-lis ſtultitiam, faciens autem fructum & aſpectu pulchrum & bonum ad veſcendum, nempe Chri-ſtum crucifixum, quem colligimus accipientes ex parte iuſti latronis, blaſphemiam autem deiicien-tes, & ipſi crucem aſcendentes: vt vtrinque Chri-ſti eandem prædicemus Theologiam in tempore effecti immortales. Cuius fructus ſemen eſt Euan-gelica prædicatio facta ex ipſo fructu, & procedēs in terram dilatata & diſperſa, quando mandauit Diſcipulis: Ite & prædicate Euangeliū omni crea-turæ. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

paſſio crucis, quod lignum ſolis Chriſtianis eſt fertile. Chriſtus crucifixus eſt fructus bonus ad veſcendū. Mar.16.

B

LIBER QVARTVS DE QVARto die Creationis.

ET DIXIT Deus, fiant luminaria in firmamento cœli ad illuminatio-nem ſuper terram, ad ſeparandum inter diem & inter noctem. Æquum eſſe exiſtimo, valdéque amplecten-dum & vtile per vniuerſam noſtram ſex dierum expoſitionem admonere auditores, quod non diſ-ſoluentes Dei operum quæ eſt ex litera biſtoriam, ſpiritualiter corporales creaturas exponimus per allegoriam: neque euertentes Patrū expoſitiones, ſed audientes oibis terræ luminare & clariſſimam C Eccleſiæ lucernā Paulū dicentē, qnod vetus ſcri-ptura & lex eſt vmbra veritatis retū Chriſti Eccle-ſiæ: & quòd omnia propter Chriſtū & in Chriſtū tendentia facta ſunt, tam quæ ſunt in cœlis quàm quę in terra. Et ideo executiones ſpicam ſcripturæ ab extrinſecus impoſito operculo literæ Moſaicę, primam rationem granum inquam, quod eſt ab-ſconſum intra frumentum, nempe Chriſtum in-quirimus. Res omnes præſignrabant Chriſtum & eius Eccleſiam? Moſes, inquam, & tabulæ priores & ſecundę, & tabernaculum, & mons, & rubus, & ignis, & manna, & vrna, & arca, & agnus, & columbę, & turtures, & ſacrificia, & ſanguis, & aſ-D perſio, & ſacerdotes, & propitiatorium, & duo vela, & petra, & virga, & hyſſopum, & coccinum, & vt ſemel dicam, res omnes legitimę Iſraëlis. Sic etiam omnia legitima quę à Moſe ſunt dicta, dicta ſunt de Chriſto & propter Chriſtum, conuenien-ter ipſius Ieſu voci qui dicit. Iota vnum aut apex vnus non pręteribit ex lege donec omnia de eo fiant & impleantur. Si enim quę eſt omnium Dei creaturarum miſerrima & viliſſima, vermis, inquā, qui ſine ſemine natus eſt ex pinguedine terrę, iam olim præfigurauit ac deſcripſit vterum glorioſiſſi-mę Deiparę, vt teſtatur Dauid dicens ex perſona Chriſti: Ego ſum vermis & non homo, boc eſt, ſine E ſemine generatus ſicut vermis, & non more hu-mano ex cauſa ſeminis, opprobrium bominum Iu-dæorum, & abiectio populi gentilis, ne de cætero mibi dubitaueris neque fueris incredulus de pręſtantiſſimis creaturis, quòd fuerint omnes figurę Chriſti, ex quibus ſunt etiam luminaria quę facta ſunt quarto die. Ante dictionem autem illud eſt quęrēdum: Cur tres fuerunt dies manci & imper-fecti, lucem quidem habētes, Solem autem & Lu-nam & ſtellarum non habētes multitudinem, imò verò videbantur eſſe quodammodo profundi & non illuminati. Non habebant enim Solem cœli & terrę luminare, & vniuerſa quę refulſerunt.

dies

Anagogicus ſenſus nō diſſoluit biſtoriam.

Legis omnes res præfigurabant Chriſtū & Eccleſiam. Moſis omnia dicta ſūt de Chriſto & propter Chriſtum. Matt.5.

Vermis præfigurauit Chriſtum ſine ſemine natum ex virgine. Pſal.21.

Cur tres dies fuerūt ſine lumine quartus antē fuit illuminatus.

A Quid ergo in his diſcim⁹? & curnam quartus dies fuit primus & non mancus? Audiamus quæſo quænam inter homines ante Chriſti aduentum & illuminationem fuerunt leges & modi pietatis & diuinæ religionis. Nam in principio quidem in prima creatione Deus dedit Adamo exilẽ & quandam lucem cognitionis, nempe legem mandati. Deinde ſecundo loco poſt diluuium, creaturam recreans & terram rurſus ex aquis aperiens Deus dat ſecundam legem de quibuſdam mandatis & præceptis datis Noe. Quamobrem nominat etiam teſtamentum eam quæ ipſi data eſt legem. Tertius deinde fuit dies, lex quæ data eſt in monte Sinai.

Tribus legibus inſtructus fuit populus Iudæorum antequam veniret Chriſtus.

B Tribus itaque diebus prius inſtructus & ſanctificatus fuit Iſraël quando accepit legem. Quoniam ergo illa tria hominum inſtituta vitæque agendæ rationes, quæ fuit, inquam, in Adam ante legem, & quæ in lege datæ Noe, & quæ in lege Moſaica, fuerunt imperfectæ, & in profundis nocturnæ & caliginoſæ impietatis tenebris vita adhuc agebatur, priuſquam illuſceret multitudo Apoſtolorũ & Doctorum, lucidæ, inquam, quæ ſunt in terris ſtellæ, & priuſquam oreretur Chriſtus Sol iuſtitiæ, cum eius coniuge Luna, nempe Eccleſię, ea de cauſa tres dies ante quartum, imperfectos & opacos Soléque & Luna carentes fecit Deus. Quartus autem dies fuit ipſe mundo perfectus.

Marc. 6.

Cur venerit ad Diſcipulos Chriſtus in quarta vigilia.

C Et propter eum quarta noctis vigilia venit Chriſtus tũc ſuper mare ambulans & ſuper aquas, ad ſuos Diſcipulos qui agitabantur tempeſtate & erant perituri in mari huius mundi, & ad nos itidem Diſcipulos qui in periculum adducebamur à ſpiritibus tenebrarum & fluctuum impietatis. Vnde etiam Deus Iſraëlem in mari ſeruauit in quarta vigilia matutina ad nos figurãdos. Nos enim ſumus eius populus, quem liberauit à manu maligni Diaboli Pharaonis quarto & primo perfecto die poſtquã tertio die ſurrexit, à mortuis ortus Sol iuſtitiæ, quem prius ſignificauit iſte Sol qui quarto die fuit à Deo conditus, quoddam nouum & dignum

Sol quarto die creatus ſignificabat Chriſtum iuſtitiæ.

D quod ſcrutemur nobis oſtendens myſterium, propterea quod quarto die factus eſt. Nam lux quidem trium dierum præcedentium expanſa, ac diſperſa per totam vniuerſitatem, oſtendit lucem increatę Trinitatis quocũque peruenire, & nullum relinquere locũ ea vacuum. Quando autem quarto die fabricatur orbis ſolis, & lux illa quę eſt vbique preſens in eo ponitur, hoc ſignificat quod diuina illa lux in orbe quodam primum quidem ponitur, obſcura ob peccatum Adami, poſtea autem lucida propter vnionem in Deo per hypoſtaſim, in abiecto ſcilicet & contempto homine quem filius hominis ſibi aſſumet ex tota obſcura & tenebricoſa humanitate, ſed ita quoque vt non coerceatur in arctum neque circunſcribatur.

Lux trium dierũ vbique expanſa eſt lux Trinitatis.

Lux diuinitatis poſt incarnationem non eſt circumſcripta.

Quomodo enim lux rurſus poſt eius in Sole poſituram quarto die adeſt vbique & per totam terram expenditur: ita etiam lux diuinitatis poſt incarnationem non eſt circumſcripta nec contracta: ſed rurſus ſic etiam Deus Chriſtus omnia intuetur, illuſtratque & viuificat. Illa enim Dei Verbi hypoſtaſis etiam in carne eſt operta. Illa etiam ex carne mũdum illuſtrat. Quartus autem dies in quo perfectus fuit Sol, qui ſignificat Chriſti incarnationẽ, ſignificat quòd bonorum omnium perfectio tunc apparebit an ex lucida ſtella, nempe virgine, ortum fuerit aſtrum lucidiſſimum ex Iacob, habens luciferum ſtellam præcurrentem Magos offuſos tenebris, quę hoc indicat.

Quartus dies ſignificat Chriſti incarnationem.

Num. 24.

Denarium implet quaternarius: Vnitas enim cum binario implet ternarium & tria cum eo efficiunt ſenarium, & quaternarius cum eo implet denarium, & ideo quaternarium appellant ἀποτελεσματικὸν, hoc eſt perficientem quoniam ex eius partibus, ſi reducantur ad vnitatẽ, conſtituitur denarius: Dicit ergo quartus dies. Quoniam decem indico, apertè oſtendo, quòd bonorum omnium perfectio tunc apparebit & illuceſcet humano generi, quando Chriſtus vnius fuerit naturę cum obſcuratę, quomodo in me obſcurato orbe lux eſt vnita.

Quaternarius numerus eſt ἀποτελεσματικὸς id eſt perficiens.

Omnium bonorum perfectio illuceſcẽte Chriſto ſignificatur per ſolis ortũ quarto die.

B Multa habeo quę in iudicio dicam de quarto die. Et quòd per hunc numerum, nempe quaternarium, adminiſtratur & conſtat omnis cœleſtis creatura quę facta fuit ſed diebus, eo numero nos docente per exemplũ, quòd ſancta quidem Trinitas eſt increata. Qui autem poſt Trinitatem eſt Chriſti incarnationis, qui eſt vnus ex ſancta Trinitate, modus & ratio, is eſt fons & principium & radix & fundamentum & ſecuritas omniũ bonorum quę à Deo facta ſunt in creatione ſex dierũ in cœlo & in terra, congruenter voci Pauli quæ dicit: Omnia in Chriſti typum ac figuram prius creata ſunt, prius indicantia rationem & modum eius incarnationis qui

1. Cor. 10.

C poſt tria dicam rationem, per quatuor Euangelia tanquam quartus dies in quatuor partibus Orbis terræ, in quo exortus eſt mundo Sol cœleſtis. Propter eiuſmodi ortus myſterium fecit etiam quarto die Solem. Propter hoc ex quatuor elemẽtis fecit, omnia nempe igne, terra, & aqua, & aëre, propterea & ipſa quatuor in ſingulis eorum in quatuor cõſiderantur, ignis quidem in luce, & ſtellis, & Luna, & Sole. Aqua autem in firmamento, & alia aqua ſupra firmamentum, & terreſtri & abyſſina. Aërem in quatuor ventis, & quatuor anni tẽpora diuiſit. Terram partibus eſt in quatuor fines, quomodo etiam in quatuor generationes, herbæ

Quaternario numero plurima continentur.

D inquam, & fructuum, & animantium, & hominũ. Similiter etiam animantia in quatuor genera diuidens ea nominauit, ea vocans pecora, animalia, feras, & reptilia. Volucres autem vna vocat appellatione. Sunt enim typus ac figura cœli volucrum, nempe poteſtatum intelligentium, quarũ ſententiæ aut vitę agendæ. Nulla eſt diuiſio. Similiter etiam quatuor ſemina in creatura ſuper terram agnoſcuntur nempe germinantium, & volucrum, & animalium, & hominum. Ea enim in ſola in terra, & è terra naſcuntur, quę ſunt typus quatuor ſeminum doctrinæ Verbi, hoc eſt Dei.

Volucres ſunt figurę poteſtatũ intelligentium.

E Quomodo enim ſemen ſua ſponte naſcitur ex terra: Ita etiam ratio doctrinæ naturaliter, ex Chriſto & Angelis, quos figurabunt volucres & ex animalibus & hominibus. Scripturæ enim ſunt ab hominibus. Per hos enim quatuor modos ſeminatur terra Eccleſię. Piſces autem ſemen deiiciunt in terram niſi quod citra ſemen naſcuntur ex aquis. Quare autem, dicemus in quinto die.

Quadruplex ratio Verbi doctrina.

Et tamen nec piſces ſunt priuati figura quaternarij, cùm habeant figuram crucis, ſicut etiam volucres, cùm quibus facti ſunt. Ipſi enim duabus alis, & capite & cauda feruntur in aere & aquis. Pecora quoque cùm ſint quadrupedia quartum deſcribunt numerum. Similiter etiam homo ad

Crucis figuram habent volucres & piſces.

formam crucis figuratam habéſimaginem, vt qui ſit ad imaginē Chriſti crucifixi, præfigurauit quatuor cornua crucis, quæ etiam dicitur lignum vitæ. Crux enim erat Chriſti. Propter ipſum enim exſculpta eſt ſcalpello ligni verè plantari ſecus decurſus aquarum quatuor, inqoam, Euangeliorū. Non erit autem abſurdum, ſi illius quoque quarti, qui in fornace puerorum viſus eſt in ſimilitudine filij Dei, viſionem intelligamus tāquam quarti diei figuram, & Chriſti qui in eo oſtēſus eſt, nempe Solis. Eſt enim ille ignis cognatus huius ſolis. Siquidem ille corporalis vim habens & vrendi, & pueros cuſtodiendi, Solis qui eſt in nobis, nempe Chriſti, præfigurabat imaginem ſicut etiā fornax virginis. Dum hæc autem terreſtria perſequor in quarto die, de quarto numero diuinus Ezechiel Propheta veluti adſiſtens ſuam prophetiam & ecſtaſim reuocauit in memoriam, nobis oſtendens quadriformia illa animantia ſummarum intelligentium poteſtatum. Quæ vidit myſterium Chriſti, præſignificare & deſcribere, in iis in quibus cōtemplatus eſt Propheta faciem hominis, & bouis, & leonis, & aquilæ, nos docentia, quòd magni cōſilij Angelus, cum ſit incorporeus, & humanam formam ſubiit, tanquam homo quidem videbitur in terra. Vt Leo autem, cùm ceciderit quidem, dormiet in monimento: cæterum diuinitatis habebit apertos oculos: non enim ſomni affectione, aut alicuius alterius capitur diuinitas. Reſiliens autē reſurget à mortuis, & tanquam aquila Rex aſſumetur in cœlum. Quamobrem diuinè vociferatur Paulus, quòd in Chriſti figuram ac typum creata ſunt terreſtria ac cœleſtia ex quibus ſunt maximè etiam quæ dicuntur in quarto & primo die perfecto, de quibus dixit, FIANT luminaria in firmamento cœli ad illuminationem ſuper terram. Pulchram commutationem accepit à Deo firmamentum aquarum Eccleſiæ. Cogita enim quòd priuſquam fieret firmamentum, aqua erat non firmata ac ſolidata, quæ vocabatur abyſſus, propter malas erroris tenebras quæ ſupra eam iacebant, quas cùm Deus ab ipſa exterminaſſet eis aduerſariam, donauit lucem, dicens. FIANT luminaria in firmamento cœli ad illuminationem ſuper terram. Beati enim Angeli non ab vlla re creata illuminantur, ſed ab ipſo Deo de quo dicit ſcriptura: LVX iuſtis eſt perpetuò. Ad terrę ergo illuminationem facta ſunt luminaria, nō etiam ad illuminationem eorum quæ ſunt in mari, quoniam in abyſſum à Chriſto miſſi dæmones, quorum typus ſunt ſtrepentes piſces, ſunt expertes cœleſtis luminis illuminationis & ab eo alieni. Quod ſi de aſtris ſenſilibus dixit Deus ſolum, FIANT luminaria, an non dixiſſet, Ad illuminationem terræ & maris? Plus enim quàm iis qui verſantur in terra, aſtra ſunt [illegible] nauigat in mari. Ergo corporaliter quidem dicit ſcriptura de iis quæ à Deo verè conuenienter literę factę ſunt creaturis, per ipſas autem citra vllum mendacium præſignificans totum myſterium Chriſti & Eccleſiæ. Si autem ad hæc contradicit carnalis Iudæus aut auditor, dic mihi tu, cur cùm feciſſet Deus firmamentum, non ſtatim cum eo fecit & ſtellas & Solem & Lunā: quomodo quando aperuit terram, protinus eam ornauit herbis & fructibus, & arboribus lignorū: Cur autem fecit minima ante duo perfecta luminaria? Et quomodo rurſus in duobus perfectis non minus prius eſt fabricatus, ſed magnum? Perterribile autem omnino vt opinor, & occultum myſterium, ſtellas quidem ſupra per iuſſum creauit in firmamento: Solem autem & Lunam cùm per ſe ſuper terram tanquam Adam & Euam eſſet fabricatus, poſtea eos in altum ſublatos poſuit in firmamento. Propterea cùm hæc audis qui vim habes cognoſcendi ô auditor, noli differre, ſed tranſi, & rurſus ingrediamur in interiora veli ſcripturę in ſancta adyta ſanctarum cogitationū. Hoc enim nos docet ſcriptura etiam de Moſe dicens, eum eſſe ingreſſum intra ipſam caliginē vbi erat Deus, dicens, FIANT luminaria in firmamento cœli ad illuminationem terræ. Hęc dicens fecit & fixit tertiam illuminationem in firmamento Eccleſiæ per ſtellas, & per Solem, & per Lunam. Per ſtellas, quoniam ſancti Prophetæ primi & iuſti prius annunciarunt & præcurrerunt mundo annunciantes aduentum Solis Chriſti Dei, & eius coniugis Eccleſiæ. Deinde poſt earū exortum illuxit Sol, nempe Chriſtus, & coniux eius Luna, nempe Eccleſia. Propterea illa quoque cùm ſit pleniſſima, apparet in die, & ipſa quoque accurrit ſuppetias latura ſtellæ Solis ſuis radiis Solem illuminantis. Niſi enim ſubindicarent Chriſti & Eccleſiæ illuminationē, non ipſa quoque in die ſimul ferretur cum Sole, quando eſt plena Luna. Nam quandiu quidem eſt imperfecta Eccleſia, vt tēpore ſynagogæ Iudęorum, ea noctu ſolum lucet, in eorum, inquam vita. Cùm autem fuerit perfecta à Deo qui omnia perficit, tūc ſimul apparet cum Sole, nempe Chriſto, in illuceſcente die Euangelicę noſtræ fidelium vitæ. Accipe etiam aliam de his contemplationem. Primo die Deus creaturam prius illuminauit per vnam quandam ſingularem & indiuiduam lucem, antequam adeſſent Sol & Luna & ſtellæ, reuelans ſcilicet & oſtēdens illuminationem & oſtendiſſet diuinitatis in mundo. In hoc autem perfecto primo quarto die, in quo præſentia Solis ſuper terram è cœlo apparuit, cognouit mundus trinam illuminationem & trinam lucem eiuſdem ſimul eſſentiæ, in typum ſanctæ Trinitatis. Nam in illa quidem prima luce, docemur vnitatem diuinitatis. In hac autem trina luce præſignificatur vnitas earum quæ ſimul ſunt eiuſdem eſſentiæ. Quod ſi id quod dictum eſt tibi videtur aſperum & coactum, de eo ipſo dicemus etiam alio modo. Forte enim quòd ab initio in cœli firmamento ſtellę factę ſint, indigenę, id figuram habet ſanctorū Angelorum qui creati ſunt in cœlis, & ideo eas poſuit antequam illuceſceret Sol & Luna ſuper terram. Nam ante Solem Chriſtum, & Lunam Eccleſiam, diuiniſſimę quoque mentes ſeu intelligentię, lucem pręebebant iis qui erant ſuper terram, variis modis eis adſiſtētes. Nam quòd duo hęc magna luminaria ſuper terram Deus conſtruxerit, & deinde in firmamento cœli ea poſuerit, ex ipſis ſcripturę verbis diſcimus. Dicit enim legiſlator Moſes, ET DIXIT Deus, fiant luminaria in firmamento cœli, vt qui ſuo iuſſu fecerit, hęc ſenſilia, ſed & ea quę cadunt ſub intelligentiam ſanctorum Angelorum luminaria. Ipſe enim dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. Duo ante luminaria non dixit, ſed, FECIT Deus luminaria magna, & poſuit ea in firmamento cœli. Primum fecit, & tunc ea ſupra poſuit. Vbinam autem ea ab ipſo

Homo prę figurauit quatuor cornua crucis.

Quartus qui erat in fornace Chriſtum figurabat.

Quatuor Ezechielis Prophetiæ animalia quid ſignificent.

Angeli ab ipſo Deo illuminātur.

Luminaria facta ſunt ad terræ nō ad maris illuminationem.

Dæmones carent Dei illuminatione.

Creaturæ à Deo factæ in geneſi præſignificant myſteriū Chriſti et Eccleſiæ.

Stellas Deus iuſſu creauit: Solem autem & Lunam in terra fabricatos in altum ſuſtulit.

Interiora veli ſcripturæ ingredientē.

Eccleſia illuminatur per ſtellas, id eſt, Prophetas per Solem Chriſtum per Lunā, nēpe Chriſti ſpōſum Eccleſiam.

Luna plena & creſcentis ac ſemiplena pulchra cōtemplatio.

In prima luce docetur vnitas diuinitatis in trina luce vnitas hypoſtaſeō.

Ante Solē exortū nēpe Chriſtiā & Lunā, nempe Eccleſiā Angeli illuminabant eos qui erāt in terris.

Pſal. 32.

ipſo erant facienda niſi ſupra terram? Non erat enim alius locus extra cœlum niſi terra, vbi facta ſunt ab ipſo Deo, & deinde ſublata ſunt ſurſum.

Terra ante cœlum à Sole illuminatur nempe à Chriſto, et Chriſtū ad cœlum remittit.

Vide mihi rurſus hic quoque terram ante cœlum à ſole illuminari, & ſic ad cœlum, Chriſtum, qui eſt Sol, remittere, poſt eius compoſitionem & conſtructionem quæ facta eſt ſupra terram. Ne nos enim lateat quòd ex omnibus luminaribus ſol cōpoſitus, vt qui conſtet ex duobus generibus in typum Chriſti, nempe ex illa prima cœleſti & antiqua luce, & igne qui poſtea factus eſt, & in æthere eſt interceptus, & de induſtria in terram proiect⁹.

Sol cōpoſitus ex omnibus luminarib⁹.

Et intellige hæc nobis ſubminiſtrare lucem, nempe Verbi diuinitatem. Erat enim & pridē in principio lux vera quæ illuminat omnem hominem. Rurſus autem ſanguinolentem & candentem noſtram carnē. Lux enim in Sole ignem accepit: hoc eſt, Verbum illuminans factum eſt caro. Adam enim induit Dominus & accinxit.

Adam interpretatur candēs & ſanguinolentus.

Adam enim interpretatur candens & ſanguinolentus: quandoquidem pueri cōmunicarunt carni & ſanguini: ex quibus etiam ſuper terram Chriſt⁹ nempe Sol compoſitus apparuit. Et ideo etiā ſoror eius Luna, nempe Eccleſia, dicit in canticis. PATRVELIS

Cant. 5.

mēs albus & flauus nempe Deus & Adam. Albus propter diuinitatem, Flauus propter humanitatē. Qualem etiam videmus etiam compoſitum Solē, album & flauum, ad imaginem Chriſti qui eſt Sol iuſtitiæ. De quo dicit Deus per Malachiam Prophetam.

Malac. 4.

ORIETVR iis qui Deum timent Sol iuſtitiæ, vt appareat iis qui ſedent in tenebris & in vmbra mortis. Hic eſt enim Sol qui dicit: EGO lux

Io. 12.

veni in mundum, hoc eſt: Cum eſſet ſubtilis vt lux propter diuinitatem, pudore eſt affect⁹ propterea quòd venerit in mūdum. Hic eſt Sol de quo etiam dicit Propheticè Salomon, ORITVR Sol, hoc eſt, tendit ad inferos, & rurſus venit in ſuum locū.

Eccle. 1.

Sol reuertens ad locum ſuum, ſignificat Chriſtum. ſurrexiſſe. & rediſſe ad patrem.

Chriſtus enim cū inferos ſubiiſſet & reſurrexiſſet, rediit ad Patrē: quomodo etiam dicebat, Ego exii ex patre tanquam Deus, & vado ad patrem meum tanquam Deus & Adam. Porro autē ipſum quoq; nomen Solis, quod Græcè eſt ἥλιος, cùm ſit dictio Hebraica, interpretatur Deus: Quamobrem Chriſtus ex cruce exclamauit Heli Heli, quod interpretatus Euangeliſta dicit, hoc eſt, Deus meus Deus meus, erat enim Sol typus Chriſti.

Io. 16.

ἥλιος dictio Hebraica.

Sol typus Chriſti.

Vnde ſi ex homine recedat caloris operatio, ſtatim etiam vita ab eo ſeparatur & ad mortē tranſmittitur, nos docente exemplo, quòd ipſa Chriſti virtus omnia viuificat, & qui ab ea ſeparatur, non habet vitam æternam, ſed eſt mortuus peccato.

Caloris operatio recedens vitā adimit. Chriſti ſeparatio adimit vitā æternam.

Qui itaq; ſunt ſcrutati rationes naturæ creaturarum, dixerūt eſſe ineffabilem & incomprehenſibilem contemperationem & compoſitionem naturæ Solis, vtque ſit typus ac figura ineffabilis vnionis ſingularis Chriſti hypoſtaſis, ex quibus eſt etiam diuinus Baſilius. Nam ſi Sol eſt lumen ſimplex, quomodo admirabiliter & ſupernaturaliter calefacit terram? Sed ſi eſt ignis incontēperatus & incōmiſtus; quomodo arbores non comburit & herbam?

Solis natura eſt incōprehenſibilis.

Multa Chriſti exēpla & præcedētes figuras habet Sol. Ignis enim ne ſcimus quēadmodū ex ipſo exeat accendaturq; & extinct⁹ vadat: aut quomodo abſq; vllo ligno, aut cera, aut aliquo alio huiuſmodi craſſo corpore nemo poteſt ignem per ſe mundum aſpicere, aut tenere ſuper terram, nos docente exemplo, quod nemo vidit nudam Chriſti diuinitatem aut cōtrectauit donec carnem acceperit.

Sol habet multa exēpla & figuras Chriſti.

Rurſus ignis eſt intra omnem creaturam, & in lignis, & in lapidibus, & in aquis: & nemo videt nec comprehendit quēadmodū in ipſis habitet: quomodo quod eſt vbiq; & omnia implet Verbū Dei, de quo dicit ſcriptura. Deus noſter ignis cōſumens eſt.

Deut. 4.

Rurſus autem inuenim⁹ Lunæ & ſtellis lumē ſuppeditari à Sole, vt docent qui maximè ſunt in externa verſati philoſophia, te nobis ſignificāte, quòd à Chriſto qui cadit ſub intelligentiam, illuſtrantur Eccleſia & ſanctorū luminaria. Ipſe enim eſt lux, de qua dicūt Eccleſia & iuſti. EX EIVS ignis plenitudine nos omnes accepimus.

Eccleſia illuſtratur à Chriſto. ſicut Luna à Sole.

Io. 1.

Quibus etiam dicit ex aduerſo, Vos eſtis lux mūdi. De quibus rurſus dixit typicè: FIANT luminaria in firmamento cœli, quod aſcēdit à terra vt appareret ſupra terram.

Matt. 5.

Terra ante cœlum ditata fuit Chriſti myſterio.

Vnde etiam diſcimus admirabiliter & præter omniū opinionē quòd hæc omnia prius in terra facta ſunt, deinde cœlo ſunt tradita, tanquam ſi terra ante cœlum ditata ſit Chriſti myſterio & aduentu, & deinde poſt compoſitionem & conſtructionem, ad cœlum & ad intelligentia quæ ſunt in cœlo luminaria tranſmittat in eius aſſumptione. Ego quidem certè audio Paulum dicentem, vel potius in eo habitantē ſanctum Spiritum proclamantem, OMNIA in Chriſti typum facta ſunt, tam quæ ſunt in cœlis, quàm quæ ſunt ſuper terram.

Coloſ. 1.

Sol in terra creatus & in cœlum ſublatus, ſignificat Dei filium cū carne in cœlos aſſūptum.

Vidi Solem ſuper terram conſtructū & ex duabus rebus compoſitū, nempe qui prius conſtat ex luce & ex igne poſtea: Deinde poſt eiuſmodi compoſitionem & in hypoſtaſi vnionem in cœlum è terra ſublatum & reſtitutum, nihil aliud aſpicio quam Chriſtum Dei filium cum carne in cœlos aſſumptum. Hic enim eſt Sol de quo ſcriptum eſt: IN COELO poſuit tabernaculum ſuum, hoc eſt Verbi diuinitati vniit ſuam carnem. ET IPSE tanquam ſpōſus. Datus eſt enim ad nuptias humanæ naturæ à patre qui eum genuit. Cum incorrupta autem eius ſponſa, nempe carne, procedens ex thalamo ſuo, matre ſcilicet, exultabit tanquam Gigas ad currendam viam in cœlos. A ſummo cœlo facta eſt egreſſio ei⁹ qui ad nos erat egreſſus. Et nūc occurſus eius vſq; ad ſummum cœlum recurrentis ad patrem.

Pſal. 18.

Elias currens per æthera ſignificat Chriſtū in cœlū redeuntem.

Per hoc ergo exemplum diſcamus Prophetice Solem, nempe Chriſtum, in cœlo currētem: Quem etiam præſignificauit Helias currens per æthera: ſtellas autem deſuper ex firmamento, dico ſanctos Angelos in eum intuētes, ſurſum ad ipſum recurrentes, & omnes cito ad eum occurrentes & adorantes, chorōſque ducentes, & dicentes ſupremis eorum principibus. ATTOLLITE portas principes veſtras, & viā munite ei qui aſcendit ſuper occaſum nunc in cœlum cœli ad ortum Solis.

Pſal. 23.

Pſal. 17.

Nunc enim aſcendit à terra ſuper Cherubin, & extenſus eſt ad cœlos. Extenſus eſt autem habens duas alas, vt qui ſit ſimul Deus & homo, ſuper pennas ventorum ſpirituum incorporeorum qui ſex habent alas. Et poſuit tenebras latibulum ſuum, vt qui ſit ineffabilis, inenarrabilis, & qui intelligentia non poteſt comprehendi, geminæ ſcilicet naturæ. Hoc enim ſignificant tenebræ, vt qui quomodo neminem docuerit. etiamſi in hac ſpecie obſcurè & ineffabilis ineffabilitatis ingrediatur & ſubeat ſinus patris circum ſe habens, vt qui ſit Deus & Verbum, tabernaculum ſui corporis, in quo habitauit citra

A vllam circunſcriptionem, eo non depoſito & ſi à nobis abſceſſerit, vt nonnulli de eo malè diſceptarunt. Sed tanquã in tabernaculo lucidiſſimo, libero à naturalibus obſcuritatibus & affectionibus in eo habitat etiam poſt ſuũ à nobis diſceſſum. Et eſt aqua obſcura, ſed in nubibus aëris. Aquam autẽ hic dicit humanã naturã, cõuenienter ei quod ſcriptum, MARE magnũ & ſpacioſum nẽpe humana natura, quæ eſt & lata & abũdans multitudine. De qua dictum eſt, Creſcite & multiplicamini, & implete terrã in qua ſunt reptilia quorũ nõ eſt numerus, nẽpe gentes quę ambulant ſuper pectus & ventrẽ, vt quæ iræ ſeruiant & voluptati, propterea quòd ſanguine delectẽtur & ingluuie. Et rurſus vt

Aqua humana natura dicitur.
Pſal. 103.
Gen. 1.
Zach. 14.

B dicit alius Propheta. Egredietur aqua ex Sion, & dimidiũ eius in mare primũ: & dimidiũ eius in mare vltimũ, nempe Iudæos qui prius ſunt vocati, & gentiles qui poſtea. Nũ enim, inquit Apoſtolus Iudęorum ſolũ eſt Deus. Certè & gentium. Eſt enim, inquit, aqua obſcura, nempe nõ illuminata ad cognoſcendũ, & nõ didicit quomodo ſit Deus, & nũc eſt cum corpore, de eo autẽ planè eſt ſecura. Quomodo etiã ſe habent nubes aeriæ, nempe ſublime volantes & cœleſtes Angeli. Neq; enim illis ex myſterio reuelatũ eſt quomodo, propterea quod ab eius ſplendore nubes ipſe tranſierũt, ſed etiã præterierunt & fugerunt, & retroceſſerũt: eſt enim eis

Roma. 3.
Ne Angeli quidẽ qui nubes diuinitate aeria quẽadmodum ſint in vnum duæ naturæ.

C celatũ nec poſſunt ſcire quemadmodũ ſint in vnũ duæ naturæ. Deinde ſubiungit etiã cauſam ignorationis. QVONIAM eſt, inquit, mare & carbones ignis, nempe Chriſti humanitas: eſt enim caro & non caro: ne intelligas hoc corpus eſſe aliquid alterum. Grãde enim eſt aqua & nõ aqua. Aqua vtq; facta ſit ex illa. Non aqua, vt quę cõcreuerit. Vt autẽ diſcas carnis verbi diuerſitatem & non diuerſitatẽ: Eſt, inquit, carbo ignis, exẽpta ſcilicet ex diuinitate tanquã ex cõprehẽſione. Carbo enim lignũ, & non lignũ, eſt exẽptus ab igne qui eſt in eo concrẽtus. Ignitũ enim dicit carbonẽ, hoc quod carbonem efficit quod ſurſum fertur & eſt ſubtile: id autẽ quod fit carbo, id quod eſt infrà & eſt craſſum.

Chriſti humanitas eſt caro et nõ caro, vt grando eſt aqua & non aqua.
Carbo eſt lignũ & nõ lignum.

D Diuinitas enim eſt ex iis quę ſunt ſuprà: humanitas autẽ ex iis quæ ſunt infrà, etiãſi ſe attingãt. Et ideo Gregorius in Theologia celeberrimus nõ veretur dicere carnẽ Domini ὁμόθεον, id eſt ſimul Deum. Si quid autẽ myſterij cognouimus, id nõ eſt ex domo noſtra nec ex nobis, ſed ex cœlis nobis eſt reuelatũ? Subiungit enim ET TONAVIT è cœlo Dominus: & altiſſimus dedit vocẽ ſuã. Quando autẽ Quando linguas igneas cũ tonitru emiſit. Quarũ linguarũ fulgorẽ Sol quoq; qui quarto die factus eſt præſignificauit. De hoc autẽ die quarto, inquã, & primo perfecto in quo ortus eſt Sol iuſtitiæ, &

Caro Chriſti eſt ὁμόθεος, id eſt ſimul Deꝰ.
Iob. 38.

E ſtellæ & Luna, videtur Deus dicere fortiſſimo viro Iobo. QVANDO facta ſunt aſtra, laudarunt me voce magna omnes Angeli mei & hymnis celebrarunt. Et quamobrem? quoniam facta ſunt aſtra? Nõ certè propterea. Sed cùm vidiſſent Solem è terra recurrentem, in myſterio didicerunt quæ extremis temporibus futura erat Chriſti incarnationem, & è terra aſſumptionem. Et ideo cum vidiſſent eum ex ſancta virgine tanquam ex abyſſo exortum, ſtatim exclamarunt dicentes, GLORIA in excelſis Deo, & in terra pax. Cum quibus ſtella quæ deduxit Magos eis perſuaſit vt clamarent, IN hominibus bona voluntas. Sic à me intelligitur Solis ſu-

Angeli quorũ typus ſunt aſtra ex Sole reuertente didicerunt in myſterio futuram Chriſti incarnationẽ et aſſumptionem.
Luc. 2.

A per terram compoſitio, & à terra ad cœlos adſumptio. Mihi autem venit in mentem vt cogitẽ, quid erat quod prohiberet quo minus opifex vbi deſuper fixit firmamentum, in ipſo & cum ipſo faceret Solem & Lunam? Quanam autem de cauſa non fecit hæc duo luminaria vnius etiã operationis formæque & ſpeciei: ſed Solẽ quidẽ fecit vrentem & illuminantem: Lunam autem & ipſam etiam illuminantem & humectantem? Num omnino in typum Chriſti & Eccleſiæ? Nam iuſtos quidem hic Sol illuminat: eos autẽ qui vſtulatione opus habent & peccatorum purgatione vrit. Dicebat itaq; IGNEM veni mittere in terram. Luna

Chriſtus, cuius typꝰ eſt Sol, illuminat & vrit.
Luc. 12.

B autem, nempe Eccleſia, illuminat prædicãs Trinitatem: humectat autem præbens Baptiſmũ. Nonnulli dicunt Lunam eſſe figuram ſcripturæ legis & cultus qui eſt in ſynagoga, quę quotidie multos ſuſcipit diuini luminis defectus & diminutiones. Nos autem audientes quòd Sol conſtructus ſit primus, & poſtea Luna, nos eam exiſtimamus magis eſſe typũ Chriſti Ecclesiæ, vt coniugẽ Chriſti: hoc enim docemur per res ipſas. Die enim in quo fuit quartadecima Luna in principio, eo die iuſſus eſt Iſraël in primis ſacrificare paſcha in typũ Chriſti. Vnde etiam huc vſque eundem quartumdecimũ diem ſeruant Iudæi, neſcientes quid ſeruent. Si er-

Eccleſia, cuius typꝰ eſt Luna illuminat prædicãs, & humectat baptizans.
Paſcha ſacrificabatur in figurã Chriſti.
Agnꝰ paſchalis figura Chriſti.

C go agnus Chriſtum præfigurabat, eſt perſpicuum quòd Lunæ quoq; dies qui eſt plenæ Lunæ, ſignificat plenitudinem Eccleſiæ propter quam Chriſtus eſt ſacrificatus. Etenim ipſum eius nomen ſignificat gratiam, nempe baptiſmatis regenerationem. σελήνη enim, id eſt Luna, interpretatur σέλας νηπίων, id eſt fulgor infantium, & omnium qui generantur, vtpote quòd ab vtero alia ſit piſcina. σέλας enim eſt lux. Aut rurſus Lunæ fulgor eſt pueraſcens, propterea quòd perpetuò generetur & regeneretur. Quæ quidẽ eſt perpetua regeneratio lucis baptiſmatis. Et ideo triginta dies cõſiſtit Luna conſtans ex tribus perfectis numeris nẽpe denariis, in typum ac figuram trium perfectarum, &

Plena luna ſignificat plenitudinem Eccleſiæ.
Luna nomẽ Græcè ſignificat baptiſmatis regenerationem.
Luna conſiſtit triginta dies, conſtãs ex tribus numeris perfectis in typũ triũ hypoſtaſeõ s einitatis.

D quibus nihil deficit, hypoſtaſeon ſanctæ & eiuſdẽ ſimul eſſentiæ Trinitatis, in quam credimus in baptiſmate. Propterea omnium quoq; creator Ieſus qui eſt vnus ex Trinitate, baptiſmo tinctus eſt triginta annos natus: quoniam illic erat mundo manifeſtandum myſterium Trinitatis. Dauid quoq; qui ſecundum carnem erat figura & pater Chriſti, triginta annos natus factus eſt Rex, & tanquã baptiſmo aliquo, typico myſterio prius eſt vnctus. Quomodo etiam Ioſeph alius Chriſti typus, triginta annos natus in Ægypto eſt dominatus. Nã Chriſtus quoque triginta argenteis venditus agrũ totius mundi figuli, nempe Dei creatoris, redemit

Chriſtus 30. annos natus eſt baptizatꝰ.
Dauid 30. annos Rex factꝰ quid ſignificet.
Ioſeph typꝰ Chriſti.

E & liberauit, per fidem in Trinitate ſuæ coniugis Lunæ, nempe Eccleſiæ. Quam olim quoque apertè præfigurabat & citra vllam dubitationem arca Noë, quæ conſtructa erat trecentorum cubitorũ longitudine, & triginta cubitorum altitudine, in typum excelſæ Trinitatis, quam Chriſtus nobis reuelauit qui eſt vnus ex Trinitate, Sol iuſtitię, qui in ſe oſtẽdit tres exaltationes. Primũ quidẽ exaltatus fuit in cruce. Vnde tũc Sol tãquã vetus Chriſti typus ſimul cũ Chriſto eius miſerẽs eſt paſſus, & cũ defeciſſet impolluta eius anima ex proprio corpore, ſimul etiã defecit Sol ex cœleſti ſuo corpore firmamẽti & cũ Chriſtus ſubiiſſet inferos, ſimul etiã

Eccleſiam præfigurabat arca Noë.
Chriſtus Sol iuſtitię oſtendit tres exaltationes.
Chriſti prima exaltatio in cruce.

eum

Chriſti d..., qua ad ...ros Chriſti ſecũda exaltatio: in reſurrectiõe. Chriſti tertia exaltatio in aſcẽſione.

cum eo Sol ſubiit nocte aduentante. Vnde etiam Chriſto exoriente & ſurgente à mortuis mane vna ſabbatorum, vnà cum eo oritur etiam Sol à terra, faciens diem. Hæc enim ſecunda Chriſti exaltatio. Quam apertè præſignificabat Sol hoc quarto die creationis à terra aſcendens in altum. Animaduerte etiam quòd Chriſtus quoque quarta decade, hoc eſt quadrageſimo die, fecit in cœlum aſſumptionem, aſcendens in ſupernam Hieruſalem. Cuius ingreſſus vera & certa erat figura, etiam eius in Bethleem, poſtquam natus eſſet quadrageſimo die ingreſſus & aduentus in terrenam Hieruſalem. Aduerte autem prudentiſſime te rogo, num hoc quoque iam olim typicè prius deſcripſit lex Dei, dicens quadrageſimo die expurgari mulierem à ſordibus immunditiæ ſuæ, & templum Domini ingredi, quoniam qui quarto numero quartæ legis, vt ſuperius dictum eſt, quarti diei numeri quadrageſimi, expurgauit à fluxu immunditiæ ſanguinum idolicorum humanam naturam, quæ aliquando malè laborabat profluuio ſanguinis: eum cum mundaſſet & incorruptioni & interitus non obnoxiam reddidiſſet, in baptiſmo prius ablutam ſurſum in ſancta ſanctorum, tanquam magnus Pontifex ingreſſus Chriſtus, patri pro noſtra ſalute obtulit. Vnde etiam die quadrageſimo cum ieiunaſſet, poſt ſui baptiſmi pro nobis regenerationem, tentatus in aliquando deſerta gentium Eccleſia Diabolum aboleuit & ocioſum reddidit. Si ergo in generatione ex virgine & in baptiſmi regeneratione, & rurſus in eius incorruptionis formatione à mortuis, Chriſtus ſeruauit numerum dierum quadraginta, exactè diſcamus & perſuaſum habeamus, quòd omnis quadrageſimus numerus in ſcriptura præfigurabat Chriſti myſterium, nempe incarnatum eius diſpenſationem quæ poſt rationem ternariam, tanquam dies aliquis quartę illuminationis mundo apparuit. Itaque propterea ira Dei die quadrageſimo compeſcuit minas ex alto aqua obruẽdi in diluuio, mundo annuncians beneficium ſuæ in homines benignitatis. Similiter Moſes quoque Chriſtum prius deſcribens, cum tempore quadrageſimo ſceleratum illum occidiſſet in typum Diaboli, qui bellum gerebat cũ homine Iſraëlita, eum infodit in arena abyſſi. Deinde ipſe ad quadraginta annos primum gregem rationis expertem Iethro pauit in typum Iſraëlis ratione carentis: & ſpatio quadraginta annorum, populum Dei qui dicitur nempe nos conſeruauit in deſerta Eccleſia. Quadraginta dies in monte Sinai in Chriſti typum ieiunauit. Quadraginta annos Samuel filius mulieris quæ aliquando fuit ſterilis Prophetauit. Solomon, qui Dei templum cõdidit in præfigurationem Chriſti Eccleſiæ, quadraginta annos regnauit ſuper Iſraël.

Leuit. 12. Mulier quę purgabatur quadrageſimo die quid ſignificet.

Quadrageſima dierum omnis numerꝰ præfigurabat in ſcriptura Chriſti myſteriũ.

Hæc autem omnia nobis conferunt ad numerum quarti diei, in quo natus eſt & illuxit Chriſtus qui fuit ante Solem, cum eius coniuge Luna, nempe Eccleſia, quando dixit Deus: FIANT luminaria in firmamento cœli, ad illuminationem ſuper terram. Conuenit autem eum qui deſiderio & amore diuino in Verbis Dei dulcedine perfunditur, congruenter ei qui dicit. Quam dulcia gutturi meo eloquia tua: ſupra mel ori meo, quærere quamobrem cùm Deus primo die feciſſet lucem, non dixit: FIAT lux, vt luceat ſuper terram, maximè cùm illa lux ſit mater & genitrix vniuerſorum quæ ex ipſa illuxerunt eiuſdem eſſentiæ in cœlo luminarium. Et dicamus quod illa lux ſingularis & ſimplex erat typus monarchiæ & Iudaicæ fidei, eiúſque quæ fiunt ante legem & eius quæ poſt legem, quæ quidem non potuit illuminare vniuerſam terram, propterea quòd ea adhuc operta eſſet, quando Deus illam oſtendit lucem, aqua & tenebris erroris, quæ ſunt terreſtriæ operculum ſuper cor hominum: Donec Deus fecit duo luminaria quæ ſunt magna, illuceſcens ſuper terram. Dico autem aduentum increati Verbi Dei & Lunam, nempe Eccleſiam ei deſponſam. Et luminare magnum, nempe Chriſtum Solem in principatus diei: hoc eſt qui eſt exortus in principio prædicationis Et Lunam in principatus nocti: hoc eſt, quando naſcentium infantium acceptura erat principatum quæ erat in ipſis incredulitas, pronnus oriri facit ſuam illuminationẽ, quæ apud nos Luna eſt Eccleſia. Attende autem quemadmodum non dixerit, in principatum, ſed, in principatus. Multos enim habet principatus Sol iuſtitię, multas poteſtates. Eſt enim Princeps pacis: eſt princeps aut Dominus poteſtatum: eſt rex regum: eſt princeps & dominus dominantium. Eſt rex gloriæ. Vnum habuit principatum: lumen quod illuminat omnem hominem ante aduentum ſuper terram. Ante ſecula, hoc eſt cum eo eſt ſine principio: ita enim intelligimus illud: IN principio erat Verbum in patre. Non enim in principio ſeculi, ſed in principio genitore erat Verbum & Verbum erat apud Deum. Quando autem apparuit & exortus eſt in principatus diei ſui aduentus, multos habuit principatus. Nam poſtquam imperauit cœleſtibus, imperauit etiam terreſtribus, accipiẽs infirma in ſuam hæreditatem & poſſeſſionem ſuam fines terræ: & Dominas à mari ad mare: & fuit dux ſalutis noſtræ, & fuit principium baptiſmatis, & principium incorruptionis ex mortuis, & principium vt Deus habitet in hominem. Sic enim intelleximus Chriſtum primogenitum in multis fratribus noſtris, in quibus Deus per ipſum inhabitauit. Habet alium quoque principatum ſeu principium hic cœleſtis Sol Chriſtus. Ipſe enim primus incepit, & viam nobis ad patrem muniit ac parauit ſublato ſurſum homine. Per hos ergo & eiuſmodi principatus ſeu principia intellige magnum eſſe luminare in principatus ſeu principia diei, qui illuminatur à Sole qui cadit ſub intelligentiam, per duodecim horas, nempe Diſcipulos & Apoſtolos. Luminare autem minus in principatus ſeu principia noctis. Mihi videtur, quòd & verbis & rebus & figuris, aptum & accommodatum eſt exemplum Solis & Lunæ ad Chriſtũ & Eccleſiã. Nã cũ feciſſet Deꝰ hęc duo luminaria, magnũ, nempe Solẽ, ſtatim fixit ad ortũ firmamẽti, Lunã autẽ ad occaſum, nos docente hoc exẽplo, quòd in principio aduentus Chriſti, ipſo Chriſto ſplẽdẽte in carne ſuper terra, Chriſti nõ ſplẽdebit Eccleſia adhuc enim ſtabat in occaſu peccati. Cũ autẽ Chriſtus occidens in cœleſtis acceſſiſſet ad patrẽ, tunc orta eſt Luna, tunc ſuã oſtendit operationẽ, tũc dominata eſt tenebris noctis, tunc illuminauit eos qui erant in tenebris, tũc principatus & poteſtates, & principes tenebrarum huius ſeculi conculcauit, imperans &

Pſalm. 118. Cur lucem cũ primo die feciſſet Deus, non dixit, Fiat lux.

Lux prima & ſingularis erat typus Iudaicę fidei.

Sol & Luna ſunt figura Chriſti & Eccleſiæ.

Chriſtus Sol iuſtitię multos habet principatus.

In principio Deus erat Verbũ nõ in principio ſeculi ſed in principio genitore.

ἀρχὴ & principatũ & principium ſignificat.

Chriſtus primo genitꝰ in fratribus

Vt Luna poſt ſolis occaſum, ita poſt Chriſti receſſum orta eſt & refulſit eccleſia.

duminans, & ſubiicieus umnem obſcuram ac tenebroſam Diabolicæ uperationis fraudem & puteſtatem.

Et ideo dicitur facta eſſe à Deo in principams ſeu principia nuctis: Vt quæ poſt uccaſum Solis, nempe Chriſti, ab ipſo illuminetur inaſpectabiliter: quomodu etiam Luna à Sole. Vnde tanquam Luna quædam per auerſionem & priuationem, ſeo lucis defectum, obſcutos hæreſum defectus & afflictiunes inimicorum ſubit Eccleſia animi deliquium ſerè patiens, & tanquam deficiens, cito autem iterum refulgens, aut lucem propriam recipiens. Hæc nus apertè docet Abacuc Propheta, dicens de Sole & Luna. IN altum elatus eſt Sol, hoc eſt Chriſtus aſcẽdit in cœlos, & tunc Luna ſtetit in ordine ſuo nempe Eccleſia in validoſuo ſtatu, in pulchritudine ſua, in decore ſoo, in illuminatiune ſua, in curſu ſuu. Rectè autem dixit, in urdine ſuo. Prius enim etat inordinata & incompuſita, vt quæ eſſet dedita idololatriæ. Eſt autem etiam quædam alia admirabilis oratio de Sole & Luna, oſtendens myſterium Chriſti & Eccleſiæ. Dicunt eoim qui tes Solis & Lunæ diligenter inuenerunt, quod ab his duubus luminaribus adminiſtratut & gubernatur ac depender vniuerſa quæ eſt ſub cœlis creatura, tam animatotum quam inanimotum corporum, Sole quidem dominante eſtari, vt qui ſit elementum ſiccum, in typum Chriſti qui in fine meſſis conſummatiunis eſt exiccaturus eos qui ſunt ſub peccatu, fluuiu igneo qui trahitur ex eutum bapriſmate. Vnde etiam Sol exſiccat & calefacit creatutas. Luna verò habente gubernatiunem & adminiſtrationem auctoritatis Spiritus ſancti, & aquæ qui à Chriſtu Eccleſiæ tanquam Lunæ donantus eſt & creditus quæ Lunæ data eſt tanquam Chriſtus, & credita ad poteſtatem & gubernatiunem, vt nos per ipſam generemur & tegeneremur, dooec promuta ſit & præterierit nox huius ſeculi, & rurſus exurtus fuerit Chriſtus Sol iuſtitiæ. Quod autem Luna à Deo acceperit aquæ poteſtatem & gubernatiunem, ſpiritúſque in voiuerſa aqua & mari & multis curpuribus, & ipſi quidem huius rei plurimam habemus experientiam, & teſtantur omnes qui in mare deſcendunt in nauibus, quòd creſcente corpore Lunæ, ſimul etiam creſcunt & multiplicantut aquæ: ea autem decreſcente rurſus cum ea deſinunt & decreſcunt. Dicunt autem Ibim quuque quæ eſt animal ſimile Lunæ ætheteæ, vt quæ in extremis quidem albeſcat, in mediu autem ſit atra & caliginoſa, ue ipſam quidem videre quandu cœlum fuerit ſioe Luna eam autem eo tempore clauſis eſſe uculis, & manere cibi expertem. Simia autem manifeſtiores habet uperatiunes. Nam quando creſcit Luna, ei dilatatur orbis oculotum: quando autem decreſcit, ei cunttahitur oculurum citcumferentia. Dicunt autem in flumine Hyſtaſpe naſci lapidem qui dicitur Lychnis, qui quidem cum creſcit Luna, ſonum reddit modulatum. In fluuio quoque Galliæ dicunt degere Piſcem, qoi ab incolis dicitur Clopias, qui quidem Luna creſcente albeſcit, decreſcente autem nigteſcit. Cùm ergu & curpora mutentur, & aqoæ creſcant & decreſcant in Lunæ mutationibus, hæc mihi transferas ad ſenem allegutiæ: & videbis onima omni ex parte congruere. Nam cum creſcit & prumuuetur Eccleſia, ſimul etiam creſcunt cœtus populutunt fidelium: Decreſcente autem & perſecutionibus apperito curpore & lumine fidei Eccleſiaſticæ ab infidelibus, decreſcunt & diminuuntur etiam conuentus populorum ſimilorum. Similiter ſpiritus quoque cui eſt innatum vt ſit ſuper aquâ in curſu ortúque & uccaſu Lunæ eiúſque inctemento & defectu procedit & tecedit, & mulo plicatut ac dectеſcit. Itaque qui nauigant diligentiſſimè ubſeruaot & cunſiderant aſpectum Lunæ, & figuram, ac lucem, & quatuut eius cunuerſiones, ortum, inquam, & ſeptimum, & decimumquintum, & viceſimumprimum. In iis enim efficit ventotum mutationes. Etenim ſunt & quatuor fines quatuur ventorum eccleſiæ dominantis & ttaoſeuntis. Ideu quatuor ſubit mutatiunes quæ à Deo eſt Luna typicè. Nam quaodo venit ad ortum, Spiritus ſanctos eam ſtatim ioſpitat, no ſttum mare fluctibus non agitans & excitans, ſed tranquillum porius reddens, & vt ſecundo ventu nauigemus nus prooocás. In ſeptimu autẽ die naſcentum infantiũ, ioſpitat vẽtum qui perſequitor ſpiritus nequitiæ, eoſque in veſtibulis catecheſi initiat: & inſufflat ventum qui expellat Dęmones qui inhabitant in generatiune peccati. Quando autem cteuit, ſpitant iu medium eius, & eius alũnorum qui abtupti ſunt à ſua integritate, & dilexerunt decrementum eius luminum, ſpiritus hæreſum, quu tempore incipit etiam decreſcete. In perfecta autem eius cuntractiune & defectu, quãdo eſt vniuetſitas ventura in iudicium, tuuc ſpirabit exitialis ſpiritus, noo ab ipſa autem, aut per ipſam, labefactans ſi fieri poſſit etiam ipſos electus. Sic Luna figurat eccleſiam. Vnde etiam lux uoua dicitur ortus lunæ, ptupter tegeneratiooem eurum qui recens illuminantur, quæ perpetuò generatut & tegenetatut ſicut luna, vſque ad conſummatiunem ſeculi. Sitit autem omninu & auet prudẽs auditor rurſus diſcere de duabus ſolis poteſtatibus, nempe de calido & ſiccu, & quemadmodum ea referantut ad Chriſtum.

Calidum aotem & ſiccum elementum eſt ignis, ſi terra eſt etiam ſicca & frigida. Nam ea quoque eſt inicięnda ptupter id quod eſt dicendum. Quicuuque ergu perfectum Deum & perfectum hominem Chriſtom eſſe credimus, ignem quidem eſſe intelligimus eius diuinitatem. Deus enim noſter eſt ignis conſumens. Terram autem rurſus terra genitam carnis eius humanitatem. Quatum quidem duarom eſſentiarum elementurum typus erat verus & accuratus, primi Adæ conſtructio.

Ex his enim duobus factus eſt Adam, nempe ex diuini ignis inſpiratiune, & ex ſicca & è terra genita limi concretiune. Si ergo tem ſubtiliter oſtendit oratio, in duubus luminaribus ſunt, cognoſcuntúrque & adminiſtrantur quatoor elementa, ex quibus conſtat mundus.

Duu autem luminaria, Sul & Luna, citra vllam cuntrouetſiam prius deſcrihunt Chriſtum & Eccleſiam. Diſcat ergo umnis homu, quud in his aquis & per hæc duo cœleſtia luminaria, dico autem Chriſtum & Eccleſiam conſiſtunt, adminiſtrantur, & cunſeruantur tam quæ ſuut in cœlis quamquæ ſunt in terra, & tam ea quæ

Abac. 3.

Sol exiccãs eſt typus Chriſti exiccantis peccatores in fine meſſis cõſummationis.

Eccleſia habet adminiſtratione auctoritatis Spiritus ſancti & aqua.

Luna à Deo habet poteſtatem gubernationis aquæ & ſpirit' in aqua et mari.

Æſtus maris.

Ibis nõ videt quãdo cœlum eſt ſine Luna nec eo tempore comedit.

Simię crẽſcente & decreſciẽte Luna, dilatatur & minuitur

orbis oculorum.

Lychnis Lapillus creſcente Luna edit ſonum modulatũ.

Clopias piſcis in Gallia Luna creſcẽte albeſcit, decreſcente nigreſcit.

Eccleſia creſcente aut decreſcẽte creſcit & minuitur cœtus populi.

In Lunæ ortu & occaſu & in incremento & defectu multiplicatur & decreſcit ſpiritus.

Eccleſiæ quatuor mutationes congruenter mutationibus Lunæ.

Deut. 4. Heb. 12.

Adam typ' Chriſti.

ea quæ ſub aſpectum cadunt, quam quæ non cadunt, & tam animata quam inanima, & tam immobilia quam immobilia ex quatuor elementis compoſitæ ſex dierum creaturæ.

Et quomodo per virum & mulierē naſcitur vnū corp᷒, ita indiſcriminatim per hæc duo luminaria, natum eſt corpus populi fidelis Eccleſiæ: & ita apertè impletur illud: Erūt duo in carnē vnā: & ꝙ omnis caro conſtat ex quatuor elementis Solis & Lunæ. Quamobrē ei qui prudenter attendit, illius figuræ quæ primariè refertur ad Chriſtum & Eccleſiā, Adami, inquā, & Euæ Sol & Luna, ſunt præcedentia ænigmata: qui duo cōſtituunt & producunt ex duobus & duobus elementis vnam indiuiduam hominis carnem, tanquam ſemen hominis, Sole præbente ſuam lucem in vtero picturæ, ſuæ coniugi, nēpe Lunæ quæ eſt Eccleſia. Omnes quidem certè res oſtendunt magnam æqualitatē & ſimilitudinem Solis & Lunæ, ad Adamū & Euam. Ignē autem & terrā, hoc eſt Dei & hominē, paulo antè dicebamus Chriſtū, quē Sol deſcribit, vt qui ignis calidum & terræ ſiccum habeat elementum. Similiter etiam Eua interpretatur vita. Vita autē eſt etiam Eccleſia, exhibens perpetuā baptiſmatis regenerationē, & vitā quæ eſt per aquā & ſpiritū: cuius Luna eſt cauſa deſcribēs gratiā baptiſmatis. Eius autem quod dico de ea vita & generatione & regeneratione per aquā & ſpiritū, ipſe Deus Verbum fidem facit dicens: Niſi quis fuerit regeneratus per aquam & ſpiritū, non intrabit in regnum cœlorū. Eclipſis certè ſeu defectus Lunæ eſt quando Luna eſt plena. Quando enim plenitudo gentiū ingreſſa fuerit Eccleſiam, tunc ſubit cœlum terrā, de cætero relinquens. Propterea ſimplicem quoq; lucem habet Luna, non autem duplicem ſicut Sol. Nam & Eua eſt genita ex vna coſta hominis. Adā autem ſicut Sol figura Chriſti, eſt duplex & cōpoſitus, nempe ex terra & diuina inſufflatione, quam Deus in Euam non inſufflauit: quandoquidem nō ex duabus eſſentiis, ex diuinitate, inquam, & humanitate, conſiſtit plenitudo Eccleſiæ, ſicut Chriſtus, ſed ex ſola humanitate. Diuina enim illa & eſſentialis Dei inſufflatio quę terrā eſt ingreſſā, fuit ver᷒ Dei Verbi typus, qui ex patre proceſſit, & terra natum hominem indiuiduè ſibi coniunxit per hypoſtaſim. Exiſtimo autem, quòd etiam extra paradiſum fabricatum eſſe primū parentem Adamum, & deinde poſitum fuiſſe in paradiſo, appoſitè admodum cōuenit dici de Sole ſenſili: quoniā ipſe quoque ſimiliter factus eſt ſuper terram, vbi ipſe quoque Adam, ſicut dicit ſcriptura, & ſic poſitus eſt in cœlo. Vnde etiam in luminaribus ſcriptū eſt: Poſuit, quomodo etiā in homine. Et accepit, inquit, Deus hominem quem finxit, & poſuit eum in Paradiſo, principem eū conſtituens & Euam, omniū animantium, ſicut etiam duo luminaria vt imperarent diei & nocti, & vt dominatum haberent in omnia animantia, per quatuor elementa quæ ſunt in ipſa, ex quibus & per quæ conſiſtit omnis natura corporū tam brutorū quam volucrum. Quod ſi lucis defectum & diminutionem, & rurſus renouationem, ſicut in Luna, vis etiam videre in Eua, cogita Prophetam qui dicit Deo: LVMEN ſunt præcepta tua ſuper terram. Quorum etiam defectum ſuſtinuit Eua per inobedientiam. ADAM enim non fuit deceptus, ſicut dicit Apoſtulus: Eua

Ex Chriſto et Eccleſia natum eſt corpus populi fidelis ſicut nati ſunt omnes homines ex Adam & Eua.
Gene. 2.
Solis & Lunæ ſimilitudo ad Adamū & Euā.
Eccleſia eſt Eua, id eſt vita, quæ vitā exhibet per aquā & ſpiritū in baptiſmi regeneratione.
Io. 3.
In pleni Lunio Lunæ defect᷒ ſignificatur defectură Eccleſiæ in plenitudine gentium.
Adam eſt figura Chriſti.
Eua eſt figura Eccleſiæ.
Cur in Euā Deus non inſufflarit.
Dei inſufflatio in Adam eſt typus Dei Verbi, qui ex patre proceſſit.
Sol factus eſt ſuper terrā, ſicut Adam.
Gene. 2.
1. Timot. 2.

Appendix.

A autem fuit decepta, cum à tenebricoſi & obſcuri ſerpentis dominatu oppreſſum eſſet & defeciſſet eius lumen. Eius tamen luminis defectum reſtituit lux vera quæ ex ipſa proceſſit, ex ſecunda, inquam, Eua Chriſtus, tanquam ex quapiam plena Luna Maria, quæ nunquam minuta fuit aut defecit, aut priuata fuit eſſentiali lumine, nempe ſua virginitate, quando ei acclamauit Angelus. AVE gratia repleta, propter Euā, quæ eſt Luna, quę fuit malè habita & vexata, & quæ ex per ſuo defectu inobediētiam fugerat, & ſe abſconderat & timuerat à ligno inobedientię & tranſgreſſionis: Gratia, inquam, repleta à Sole iuſtitiæ, nempe à Deo. Hæc breuiter à nobis dicta ſufficiāt de Sole & Luna in quarto die,

B quando dixit Deus: FIANT luminaria in firmamento cœli ad illuminationem terræ, vt ſeparet in medio diei & medio noctis, & in medio lucis, & in medio tenebrarum. Hoc quoque conſidera, quòd conuenienter naturali creaturarum conſequentię, magna luminaria ea nominat Moſes. Solem quidem proprio nominat magnum, vt qui à ſe lumen non aliunde habeat. Lunam autem non ſic, vt quæ lucē habeat per participationem, nō per eſſentiā, & illuminetur à Sole, eam cuius eſt particeps impertiēs. Vt autem paulo Craſſius rē dicam. Dicitur eſſe duplex quæ propriè eſt in nobis vis rationes,

C nempe & à qua ornamur, & homines eſſe cognoſcimur, diſcreti ab animantibus reliquis quæ viuūt citra rationem, quæ quidem diſtant ex diametro à ratione cuius ſumus participes. Et id quod eſt in nobis expers rationis, vt quod aliquando pareat rationi, & eſt eius particeps, & ab eius vi illuminatur. Vt licet videre ex incontinenti cōtinentem, & ex intemperanti temperantem, & ex audaci & timido eum qui magni animi armatur virtute. Quomodo ergo hic in nobis dicitur particeps rationis, & quod eſt propriè rationis particeps, & quod caret ratione parens rationi: ita propriè magna ſunt luminaria, & Sol qui illuminat per eſſentiam, & Luna quę dat lumen per illuminationem.

D Sed redeundum eſt ad ſeriem ab initio propoſitam, & dicendum, quòd cum Deus iam à primo die feciſſet lucem per ſe, ſeparauit inter medium lucis, & intermedium noctis, & intermedium lucis & intermedium tenebrarum. Quomodo enim potuiſſent ſub menſuram cadere præcedentes tres dies: aut quomodo potuiſſet fieri veſpera, & fieri mane, niſi per ſeparationem lucis & tenebrarum? Quamobrem per hæc luminaria, quædam alia ſpiritualia myſteria docet nos ſcriptura, rerum corporalium. Etenim illud, SINT in ſigna & in tempora & in dies, & in annos, non ea dicit Deus, volens Aſtrologos ducere homines: neque in Sole &

E Luna & aſtris habere ſpem gubernationis, vt deſipientium Aſtrologorum videtur vanitati: ſed per hæc quæ apparent luminaria & ſtella, docemur ſigna ſpiritualia, & tempora, & annos, & ordines, & gubernationem, & myſteria admirabilia.

De illis autem dico ſtellis quæ illuminarunt & in viam deduxerunt ſuper terram ſanctorum Apoſtolorum & Prophetarum & Doctorum qui illuminantur à Sole iuſtitiæ, & dicunt: Et plenitudine eius nos omnes accepimus. Quid enim erat omnino opus ſtellis? Cur autem nō facta eſt Luna perpetuo plena, & noctem illuminabat? Quid autem etiam iuuatur creatura, quod attinet

Maria ſecūda Eua.
Sol propriè eſt luminare maius, non autem Luna.
Rationis vis duplex eſt in nobis.
Sol illuminat per eſſentiam.
Luna per illuminationem.
Aſtrologos non vult Deus docere homines.
Io. 1.

ad literam, ex ortu & iuſtauratione & defectu Lunæ: Quid autem lucri facit Eccleſia videns quæ dicitur vrſam, quę nunquam occidit: Quid etiā pliadem vnanimiter ducentem chorum ſex ſtellarum? Aliæ quoque ſunt innumerabiles figurę & nomina in aſtris firmamenti. Ex quibus Eccleſia nihil docetur ſpirituale ex corporali eorum poſitura & motu. Si quis autem vim habet rectè cognoſcēdi ac diiudicādi, eſtq; legis diuinę cognitor & lector, legat intrinſecus & extrinſecus diuinas tabulas à Deo ſcriptas, vt quæ extrinſecus quidem intelligantur ſecundum literam, intrinſecus autem ſecūdum ſpiritum. Sunt autem duæ quoq; tabulæ cœlorum, quæ intrinſecus quidem ferūt ratione prędítas ſtellas & Angelorum & Angelicorum myſteriorum ac rationum, extrinſecus autem ſtellas quę cadunt ſub aſpectū, & earū deſcribentes enigmata per eas quæ ſunt in ipſis figuras, locáq; & curſus differentias, nos docentes differētias, & tempora, & loca, & mutes, & curſus, & apparitioues ſanctorum qui illuxerunt in firmamento fidei, qui ex alto nos illuminarunt. Propterea aliæ quidē ex ſtellis, nocte adhuc creſente, errore, inquam, exoriuntur, cuiuſmodi fuerunt Abel, & Enoch, & Noë, & Abraham. Aliæ autem rurſus in medio lucis & tenebrarum, quales nouimus eos qui fuerunt in lege. Aliæ autem rurſus procedente nocte & die appropinquante, qui ſunt beati Prophetæ, & Baptiſta, & maximè qui ęrant propinqui ſplēdori ortus Domini. Quorum quidem Prophetarum vltimus & omniū clatiſſimus, tanquam lucifer matutinus, Solis uēpe Chriſti præcurſor Ioannes, dicens: Ecce poſt me oritur mundo Sol iuſtitiæ. Qui cùm eſſet exortus & egreſſus ex aquis Iordanis, diluculo oſtendit duodecim domos diſcipulorum, qui ſunt ſtellę quę continent & dominantur omnibus ſtellis firmamenti, nēpe Eccleſiæ. Quòd ſi vis melius diſcere aliqua etiā nomina huius qui erat aliquando Zodiacus circulus Eccleſiæ nempe duodecim ſtellarum Apoſtolicarum, conſidera firmamenti duodecim appellationes. Hæ autem ſunt. Virgo. Heſperus. Lyra. Gemini. Leo. Taurus. Aries. Sagitarius. Aquarius. Piſces. Scorpius. Cancer. & alia plurima. Sed ea quidem fabuloſè & falſò ſunt appellata, in firmamento autem Eccleſiæ ſpiritualiter & ſemper lucent. Habet enim virginem ſtellā Eccleſia luminate, nēpe ſanctam virginem, & eos qui ſeipſos caſtrarunt propter regnum cœlorum. Ex quibus fuerunt etiam quinq; illę virgines, quę media nocte tanquam ſtellæ lumen lampadum accenderunt. Habet etiam Eccleſia Geminos ſtellā, Thomam, qui dicitur geminus. Habet Leonem, nempe Lucam. Nam & Leo conſpectus eſt in Seraphim, quandoquidem ad virum optimum ſcripſit Euangelium. Porro autem alios quoq; habet Leones quos peperit Chriſtus. Sicut catulus Leonis Iuda. qui quidem imperarunt & regnum obtinuerunt in feras aliquando beluas, nempe gentes. Congregatio enim horum taurorum in iuuencis Eccleſiarum. Sed & Marcum habet qui tanquam bos apparuit in animali ſex pennarum, quoniam à ſacrificiis incepit Euāgelium, Habet & arietes qui ſemen Verbi gregi iaciunt. De quibus dictum eſt. Afferte Domino filios arietum. Habet ſagittarios, eos qui pręſunt populo, & clamant ad Dominum. Qui doces manus meas ad bellum, & poſuiſti vt

Eccleſia nihil diſcit ſpirituale ex corporali poſitura ſtellarum.

Tabulæ à Deo ſcriptę extrinſecus ſecundum literā intelliguntur intrinſecus ſpiritum.

Patriarchæ et Prophetæ aſſimilantur ſtellis.

Aſtris Zodiaci aſſimilantur Virg. & Apoſt. & Martyres.

Pſalm. 67.

Pſalm. 28.

Pſalm. 17.

arcum æneum brachia mea. Habet etiam ſtellas piſces hoc firmamentum, quos piſcati ſunt Petrus & Iacobus & Ioānes Piſcatores. Habet etiam lyrā ſapientiſſimū Paulum. Habet & Cancrum rurſus Petrum: duplici enim greſſu in eo ambulauit Sol qui cadit ſub intelligentiam, nempe antè & retro. Per ipſum enim fulgurauit, & in iis qui erant antè, qui quidem erant ex Iudæis: & in iis qui erāt antè, qui ſumus nos. Ambos enim traxit Petrus: his quidem ſignis, illos verò doctrinis. Habet etiam ſeptē planetas, nempe ſeptem Diaconos, qui contrario ingreſſu ingrediūtur aliorum reuolutioni. Ij enim in cibando ad multitudiné quę ab aliis docebatur, ne caderet propter neceſſitatem corporis ſuffulciebant verbum quod dabatur ab aliis. Habet & Perſeum ſtellam, quem voles ex Magis venientibus ex Perſide in Bethleem per ſtellam, ad Solem qui cadit ſub intelligentiam & abſconditur. Habet & Aquarios ad quos dictum eſt. Fluuij ex ventre eius fluent aquæ viuæ. Habet etiā Heſperos qui exorti ſunt circa horam vndecimam. Non ſolum autem appellationes, ſed etiam ipſæ figuræ & ſpecies ſtellarum nos reducunt ad ſpirituales notiones & contēplationes. Propterea ex iis aliæ quidem lętę ſunt tanquam ſubridentes, vt is qui dicit: SEMPER gaudete in Domino, ſine intermiſſione orate. Alię verò mœſtæ & triſtes, vt ij qui audierunt eum qui dixit: Beati qui lugent. Aliæ rurſus diem feſtum celebrantes, vt ij qui pro Chriſto ſunt accenſi, & dicunt: Tranſiuimus per ignem & aquam. Et aliæ acres, curſu contendentes. Vt ille qui ab Hieruſalem tranſiit vſque ad Illyricum, & cum illic cum ſuo coniuge Petro occidiſſet, in occaſu ambo Occidentem illuminant. Vnde videmus alias quidem ex ſtellis lucere ad Boream, alias verò ad Auſtrum. Alias autē ad vrſam. Et alias in locis diuerſis oriri, quæ illuxerunt in toto orbe terrarum, ſignificantes luminaria Eccleſię. Nā cur non in omni tēpore lucent omnes ſtellę ſed aliæ quidem oriuntur verno tempore ſtatim poſt Chriſti reſurrectionē: quæ quidem ſunt beati Apoſtoli, & qui ſimul orti ſunt cum ipſis Diſcipulis. Alię autem rurſus ex ſtellis ſunt ęſtiuę: quę quidem ſunt ij qui recte portarunt pondus & æſtum afflictionum, & carnis ardorem fortiter ſuſtinuerunt, & mercedem expectarunt, vt operarij meſſis Domini. Sunt etiam quędam ſtellę hyemales, quæ quidem ſunt Martyres qui illuxerunt in media hyeme idololatriæ. Quod ſi etiam dicendum eſt de earum poſitura: ne ea quidem eſt impropria & ſine myſterio. Nam aliæ quidē ex iis ingrediuntur tanquā ſolitarij Monachi, vt qui ex numero duodenario proficiſcūtur ad prædicationem, conuenienter ei qui dicit: Singulariter ego donec tranſeam, & vt ij qui ſoli vitam exercent monaſticam in rupibus in quibus non ſunt fontes, dicentes: Singulariter in ſpe conſtituiſti me. Alij autem ſimul bini aut terni, vt qui ex ſeptuaginta duo proficiſcebantur, aut etiā qui duo ſimul exercebantur ad certamina, aſcetica ſeu monaſtica, cùm audiuiſſet eū qui dicebat: Vbi ſunt duo aut tres cōgregati in nomine meo, illic ſum in medio eorū. Alię ingrediūtur inſtar chori aut coronę, cuiuſmodi ſunt qui dicūt: Ecce quā bonū & quam iucūdū habitare fratres in vnū. Et aliæ quidē perfectæ, quæ quidem ſunt valde lucidæ, tenentes locum Doctorum & Pontificum, qui dicunt.

Io. 7.

1. Theſſa. 5.

Matt. 5.

Pſal. 65.

Paulus cū coniuge Petro Romę mortuus occidētem illuminant.

Pſal. 140.

Pſalm. 4.

Matt. 18.

Pſal. 132.

Ecce

Eſa. 8. Hebr. 2. ECCE ego & pueri quos dedit mihi Dominus, cuiuſmodi fuit Paulus, qui cùm ſupra omnes eſſet prima & maxima ſtella, habebat conſequentes veluti quaſdam breues, Timotheū & Silam & Barnabam & Lucam, qui nō multò poſt ex diſcipulo, Magiſtro factus eſt conſeſſor, & ſi nō falſum dixit qui dicit, ſufficit Diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter, nō fuit minor Paulo. *Matth. 10.* Simul enim conſidet cum Paulo. Aliæ autem rurſus tenent figuram crucis, ex quibus erat qui dicebat. *Gala. 5.* Qui ſuam carnem crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Aliæ quinq; geminæ incedunt & coniugatæ ipſum tanquam Chriſti iugum ferētes, & anima & corpore ipſum trahentes: tanquam duo oculi lucentes. Vnde & mouentur & currunt ſtellę tanquam quędam animatæ imagines inanimorum luminarium magiſtrorum. Deducunt itaque non tantum eas ſtellas quæ ſunt ſuper terram, quantum eas quæ ſunt in mari: imo magis quandoquidem & ſtellæ ratione præditæ multò magis illuminant & conſeruant in naui Eccleſiæ eos qui iactantur fluctibus maris affectuum & animi perturbationum, donec tranſeat nox vitæ: & oriatur rurſus è cœlo Sol iuſtitiæ. Sic ſpiritualiter hoc modo aſtra conſideret Eccleſia ea quæ dicuntur de Sole, Luna, & ſtellis: Quomodo etiam ille diuinus qui ad tertium vſque cœlum & ortus eſt & raptus, & didicit ferri vſque ad ſanctos, tanquam ſapiens contemplator ſtellarum, harum ſtellarum ſoliſque & Lunæ rationem eſt interpretatus, dicens de iis qui ſuis temporibus illuxerunt?

1. Co. 15. "ÆLIA eſt gloria Solis, nempe Chriſti: & alia gloria Lunæ, hoc eſt Eccleſiæ, & alia gloria ſtellarum, ſanctorum, inquam. Stella enim à ſtella in his differt in gloria. Nam Petrus primam tenens ſedem; & ego, inquit Paulus, omnibus antecellimus maximo honore. *Petrus tenens primā ſedem.* De his enim ſtellis intelligamus, poſt ſenſiles, id quod à Deo dictum eſt: "ET SINT in ſigna & tempora & dies & annos. Ita eſt enim & facta eſt Eccleſia. Aliud enim fuit tempus Apoſtolorum: & aliud tempus Sanctorum qui aſſerebant, & aliud ſanctorum Martyrum, & aliud tempus Doctorum. De his ſtellis Deo dicit etiam Dauid: *Pſal. 146.* "QVI numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. Hoc eſt, ex iis alios quidem vocat ſeruos: alios autem mercenarios: alios verò operarios: alios autem amicos: alios autem patres. Nam ſi de corporeis ſtellis hoc intellexeris, non inuenies qui eas fecit Deum vnicuiq; proprium impoſuiſſe nomē præter commune. Poſtea enim hominum ſapientia aliam quidem vocarit ſagittarium: aliam verò Dociam, aliam autem Preſtera, aliam Typhonem, aliam Lampadiam, aliam Pogoniam, & aliam aliter appellauit. De his ſtellis Eccleſiæ intelliges & quod in octauo Pſalmo dictum eſt ad Chriſtum: *Pſal. 8.* "LVNAM & ſtellas quas tu fundaſti. Cur autem nō dixit. Et Solem? Quoniam ſicut prius dixi, vera & certa Chriſti figura eſt Sol. *Chriſt⁹ eſt ſupra cœlos in throno Cherubinico.* Chriſtus autem non fuit fundatus nec ſtetit in firmamento cœli, ſed ſupra cœlos in throno Cherubico. Nam de ipſo dictus eſt totus Pſalmus: QVONIAM eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos qui ex ore infantiū & lactātium perfeciſti laudem, & qui magnus Pontifex pertranſiſti cœlos. *Cœlū & ſtella non corporaliter ſed ſpiritualiter ſunt intelligenda.* Eum autem qui ad hanc vſque literam corporaliter intelligit rationem de cœlo & Sole & Luna & ſtellis, arguit ipſa ſcriptura diuina cum non pie ſactis incumbere literis. Dictū eſt enim in hymnis Dauid, Laudate Dominum Sol & Luna: Laudate eum omnes ſtellæ & lumen. Laudate eum omnes cœli cœlorum. *Pſ. 150.* "Quoniam ipſe dixit & facta ſunt, ſtatuit ea in ſeculum & in ſeculum ſeculi. Preceptum poſuit, & non præteribit. Si ergo ſtatuit Deus in ſeculum ſeculi vt eſſent cœli & Sol & Luna & ſtellę, quomodo rurſus dicit Deus per eundem Prophetam? *Pſ. 101.* "Cœli peribunt, & tanquam veſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium circumuoluentur. Et rurſus dicit per alium Prophetam. *Eſa. 34.* Circumuoluetur cœlum tanquam liber in cōſummatione ſeculorum, & ſtellæ cœli tanquam folia cadent. Quamobrem ipſe quoque earum creator Deus Verbum Ieſus quid dicit. Cœlum & terra tranſibunt, tāquam figurę: firmum autem cœlum fidei non tranſibit, & cœlum qui cernitur, extinguetur tanquam figura. Sol autem, nempe Chriſtus, quem Sol præfigurauit, is manet in ſeculum ſeculi. Similiter etiam typica Luna peribit. Vera autem Luna Eccleſiæ quā prius prædicauit & annunciauit nocturnā non veteraſcet. Et ſanctæ ſtellæ, nempe ratione præditi chori ſanctorum, æterni permanent: earum autem figuræ, nempe ſtellæ tēporales, cadent tanquam folia, quando iuſti fulgebunt vt Sol, hoc eſt Chriſtus. Ipſum enim, vt ſæpi⁹ oſtendit oratio, præfigurat hic Sol. Luna autem Eccleſiam. Quomodo enim ex duabus corporeis facultatibus conſtat externus homo noſter, nempe ex Sole illuminānte & ſicco, & ex humido & illuminante, nempe Luna, ita etiam ex iiſdem duabus rebus ſpiritualibus regeneratur & formatur homo noſter internus, qui ex Luna quidem nempe Eccleſia, naſcitur per aquam & ſpiritum. *Regeneratio hominis ex Sole & Luna.* Audi & lauda quæ ſunt in his ineffabilia & admirabilia.

Quomodo Solis & Lunę vnum quidem eſt inſpectabile, alterum autem eſt eiuſmodi vt cadat ſub aſpectum, apertè nobis clamantia myſteriū Chriſti & Eccleſiæ iis qui id volunt intelligere ſpiritualiter. Nam alterum quidem eſt ſubtile in typum diuinitatis: alterum autem Craſſum ad imaginem humanitatis. Nam ſpiritus quidem latet in aqua. Sanguis autē in aſpectabilis latet in corpore. Hæc & quæ ſunt eiuſmodi ne legeris conuenienter ſcientiæ medicinę, ſed conuenienter ſpirituali, ſiquidem credis quòd Deus omnia fecit in ſapientia. Cogitationum in hoc quarto die, & in myſteriis quę in ipſo facta ſunt, de Sole, de Luna, & ſtellis, & Chriſti Eccleſia, & baptiſmate, & de omnibus cæteris ſex dierum: quòd in quarto die ſeculi, hoc eſt in quarto millenario, à Deo per Moſem in Iſraël ſcripta ſunt & prefigurata, & nobis reuelata & predicta: quando maximè & typus baptiſmatis fuit in Iordane à Ieſu Naue, eo illic baptizante abſque madefactione arcam, nempe Chriſti Eccleſiā, adhuc ſpirituali & diurno, & ſuaue fluenti baptiſmo, vbi Ieſus quoque Naue baptizatus fuit nocturno, marino, & ſalſo Moſaico typico baptiſmate, quod poſtea fuit redditum ſpirituale diurnum & ſalutare, quando ſpiritus deſcendit in aquam, poſtquam Dominus ex ea aſcendit. *Quartus dies præfigurat quartum millenariū in quo fuit inſtitutus baptiſmus. Baptiſma in typ⁹ in Ieſu Naue. Ieſus cur fuerit baptizatus.* Neque enim purgatione opus habebat ſanctiſſimus Dominus, vt prius deſcendente ſpiritu qui aquam ſanctificarat ipſe baptiſmū ſuſciperet, vt fit in nobis. Sed vt amborum baptiſmatum Ieſus ſtās medius, aliquid quidem depreſſit, aliquid verò tradidit,

primo protinus exterminato cum primo populo. A
Hic eſt Ieſus Naue, primari⁹ Chriſti typ⁹, qui ſtare
fecit Solē in Gabaa, & Lunam in Pharanga, alterū
ex aduerſo alterius, quomodo fuit à principio. In
quibus per duorū luminariū ſtationē & fixionem
quæ erant in figuram, perierūt etiā hoſtes Eccleſiæ
Quomodo autē quartū millenariū quarti diei ſecu
li oſtēdimus cōuenire quarto diei ſex dierom crea-
tionis: ita etiā oſtēdemus reliquos congruere eorū
paris numeri millenarus ſuo tēpore, Deo dāte no-
bis ſermonem in apertione oris noſtri. Quomodo
autē etiā ex ipſis locis in quib⁹ Ieſus ſtare fecit So-
lē & Lunā, fidē habeat auditor deſcribi & præfigu-
rari ſtatū & in altū ſublationē Chriſti & Eccleſiæ,
aodi quæſo. Gabaō eſt ſenſim. Rama autem lingua B
Hebraica exponitur altitudo. Pharaga autē ſubli-
mis, ſeu in altū elata, in altū elationē Chriſti & Ec-
cleſię, duorū, inquam, luminariū, per duas appella-
tiones loco ſignificante in qnarto millenario, qui
eſt medi⁹ dies ſeculi, quomodo etiā in initio crea-
tionis quartus dies fuit medios ſeptem dierū. Pro-
pterea in eo fuit præfigurat⁹ Sol iuſtitiæ, mediator
Dei & homioū, & medius vt Dominus tam eorum
quæ cadūnt ſub aſpectū qnā eorū quæ non cadūt,
& medius patris & Spiritus ſancti, & inter medius
lapis angularis duorū populorū. Qui etiā in cruce
fuit in altum ſublatus in medio duorū latronū: &
fecit ſalutem in medio terræ cùm eſſet medi⁹ dies. C
Et ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Sol quem ſtare fecit Ioſue quid ſignificet.

LIBER QVINTVS DE QVINTO die Creationis ſex dierum.

VIX tandē poſt ioultos verborū circui-
tus, quartus dies nos ad qnintū trāſmi-
ſit, in qoo à Deo, tanquā à petra aliqua
quatriduanæ mortis, ad vitam procedit
creatura: & vitę in ipſa in primis oſtēdirur, ex aqua
& ſpiritu principiū habēs in Eccleſia, quā vniuer-
ſorum opifex præſignificauit in quinto die diceos;
EOVCANT AQVÆ reptilia animarū viuentiū, D
& volucres volantes ſuper terrā ſecundū firmamē-
tū cœli, & factū eſt ſic. Si ex naturali rerū cōſequē-
tia, terra ante aquas debet à Deo accipere procrea-
tionē pecorū, & quadrupedū, & reptiliū quę ex ea
proceſſerūt, vt quę protinus facta ſit ſecunda poſt
cœlū, & in ſcriptura nominetur & collocetur ante
aquas: qoomodo nūç aqoæ primo loco ornantur?
Videm⁹ enim quòd in poſitura dnorū luminariū,
id quod in firmamēto cœli eſt primū, à Deo eſt or-
dinatū, nēpe Sol, qui eſt ſicci elemēti, & terrā quæ
eſt coelementaris cōſtituit, eiuſq; eſt familiaris: &
quomodo nūc rapuerūt aquę primas partes & tā- E
quā primo genituram vitę? Id ipſum dico de Luna,
quæ per aquā & ſpiritū, eorū quæ ab ipſa admini-
ſtrantūr & conſiſtunt, aliā oſtēdit gratiā, cū primo
genitā vitā & ſpiritū ſitæ peperiſſet & oſtendiſſet,
diuinè & ſapienter omnia diſpēſauit & cōſtituit in
ſapiētia. Nā in cœlis quidē primas partes & primū
locū Sol accepit, quoniā ſuper omnē principarum
& poteſtatem, Chriſtus qui eſt Sol qui percipitur
intelligētiā eſt in cœlis vt qui ſit oſtiū & introdu-
cens ad patrē. In terra autē vbi humiliauit ſeipſum
ſerui formā accipiēs, volūtariè dedit primas partes
tanquā proprio ſuo corpori, Eccleſiæ. Dico autem
myſterio baptiſmatis. Quomodo enim in cœlis o-

Cur Sol primum partes acceperit de terra. Chriſt⁹ eſt oſtium introducens ad patrē.

A ſtium noſtrum & via ad patrē eſt Chriſtus: ita etiā
in terra oſtiū noſtrū & via ad patrem eſt baptiſma
ad Chriſtum per Eccleſiam, & ea de cauſa ante o-
mnia vita & viuens anima oſtenditur ex aqua &
ſpiritu, & ſuper terrā manifeſtatur, dicente Deo,
EDVCANT aquæ reptilia animarum viuentiū, &
volocres volantes ſuper terram, ſecundū firmamē-
tū cœli. Dicant mihi qui attendunt ſolā literā ſcri-
pturæ, quam ob cauſam in aqois quidem dictū eſt
pluraliter, EOVCANT reptilia animarū viuentiū:
in omnibus autē quæ ex terra proceſſerunt ſexto
die feris, reptilibus, iumentis, quadrupedibus, non
pluraliter ſed ſingulariter imperat Deus Verbum
dicens: ENVCAT terra animam viuenrem. Nec
B hoc ſolnm, ſed illud quoq; diligenter quærere eſt
neceſſarium. Quamobrem quæ ex aquis quidem
genita ſunt omnia Deus benedixit: è terra autem
genitus animantes, & quadrupedes, & pecora pri-
uauit benedictiooe. Vnde aquæ quidem, vt quæ
fuerint benedictæ, hucvſqoe & perpetuò pariunt
ſua ſponte abſque ſemine & coniunctione volu-
cres, ex quarum numero ſunt coturnices & Orty-
gometræ. Terra autem non vtique ſine ſemine pa-
rit feram, aut pecudem, aut quadrupedem. Et rur-
ſus quæ ortum habent ex terra, verſantur etiā per-
petuo ſuper terram: quæ autem nata ſunt ex aquis
alia quidem dicuntur marina: alia autē cùm receſ-
C ſerint, in altum ſublata appellantur cœleſtia. Hoc
eſt volucres cœli: quas etiam De⁹ cognoſcit, ſicut,
dicit per Prophetā: Cognoui omoes volucres cœ-
li. Sed ne per frequentes & ſibi inuicem ſucceden-
tes dubitationes, in hæſatationem, animique per-
plexitatem ac confuſionem inducamus auditorē,
iam de his à nobis tractabitur, quod breuiter ag-
grediot, rerum hiſtoriam quæ eſt ſecundum literā
minimè euertēs. Pauca autem de quinto numero,
ſicut & de quarto, ex diuina ſcriptura neceſſe eſt
prius dicere. Inuenimus ergo in quioto cētenario
oempe quingenteſimo anno Noë arcæ iaci funda-
mēta: quæ quidem eſt verus ac certus typus Chri-
D ſti, in qua feræ omiom geotium ſimul coactę, à
malo diluuio conſeruati ſumus per colombam,
nempe per ſpiritum. Vnde etiam confecta eſt arcę
latitudo quinquaginta cubitorum, vt qooniam à
Mathematicis numerus quinarius & quinquage-
narius iuſtus dicitur. Auferens enim quinarius
quatuor quę ſunt apud oouem, & cooiungens
cum vnitate ea deducit ad quinarium: & tria quę
ſunt in octonario, & componens cum duobus, ea
facit quinque, & duo quę ſunt in ſeptenario, & ea
coniungens cum ternario, facit 5. Et vnum à ſena-
rio, & coniugens cum quatuor, facit quinqoe. Si-
militer etiam quinquaginta facit aduerſus eos qui
E ipſum pręcedunt, & eos qui ipſum ſequuntur.
Eadem ratione Eccleſia quoque prędicat cum
peccato diluuium quod Deum iuſtificat, & eius
iuſtitiā quę tollit è medio quę cōtra nos ſūt inimi-
citias. Noë quoq; quingentis annis ędificat arcā,
quoniam cum in quinquies milleſimo anno ve-
niſſet Doous Noë, incępit conſtruere arcam Eccle-
ſię. Non eſt autem alienum, cęterarum quoq; arcę
menſurarū meminiſſe. Triginta quidem cubitorū
orat arcę altitudo, & deinde redacta erat ad vnum
cubitum, quoniam Eccleſia quoque prędicat
tres hypoſtaſes & naturam vnam vnius ſolius Dei.
Latitudo autem quinquaginta cubitorum, quo-
oiam

Chriſtus in cælo eſt oſtium & via ad patrem. Baptiſma in terra eſt oſtiū & via ad patrem.

Arca Noë verus & certus typus Eccleſię Chriſti. Numerus quinarius & quinquagenarius dicitur iuſtus.

Eccleſia prædicat Dei iuſtitiam, quæ tollit è medio quæ ſunt cōtra nos inimicitias.

Chriſtus, cuius typū geſtat Noë, quinquies milleſimo anno venit, ac per conſtruere arcam eccleſiæ.

niam illos valde permiſtos ferarum animantium & imperitarum gentium greges, ternariè multiplicibus centenarijs legem docuit eccleſia, & conſeruauit, naturali multifariam multiſque modis attrahente ſcripta & myſtica. Multa autem quinquagenarij numeri inuenimus ſymbola eccleſię in diuinis ſcripturis. Nā in quinquageſimo anno Deus præcepit Iſraeli in genere perfectam & abſolutam debitorum remiſſionem & condonationem, ac liberationem eorum qui erant ſuper terram. Hæc enim dicit Deus in Leuitico.

Quinquagenarij numeri inuenimus multa eccleſiæ ſymbola in ſcripturis.

Leuit. 25.

Iubileum quid ſignificet.

Sanctificate annum quinquaginta annorum: & proclamate remiſſionem ſuper terrā omnibus qui eam habitant, annum remiſſionis, ea eſt eius ſignificatio. Hebræi itaque numerū quinquageſimum vocant Iobelæum, quod quidem interpretatur miſericordia aut condonatio. Hoc enim modo pſalmus quoque condonationis & remiſſionis peccati Dauid dicitur quinquageſimus. Eſt enim veriſimile ante hunc numerum aut etiam poſt, ſcriptum eſſe hunc pſalmum remiſſionis. Hæc autem omnia ſunt vera & certa præfiguratio illius quinti diei hebdomadis, in quo aſcendit in cœlos & in altū eſt elatus Sol iuſtitiæ Chriſtus. Et quinquageſimo die miſit ſpiritum, per aquam, inquam, & ſpiritum ſuum largitus remiſſionem peccatorum. Et quinto die cænam dedit myſticam, quæ ſoluit omnia peccata. Habes ergo apertam oſtenſionem cur quinto ex ſex diebus, aquæ in quibus ſuperferebatur ſpiritus, viuas genuerunt animas, nobis præſignificantes regenerationem quæ fit per aquam & ſpiritum. In altum enim in cœlis elatus Sol qui cadit ſub intelligentiam, ſicut Sol ſenſilis in firmamento, deſuper demiſſo in aquas ſuo radio, ſtatim fecit regenerationē quę eſt per aquam & ſpiritum, congruenter ei quod dictum eſt. Emittes Spiritū tuū & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Per hūc ergo, & non per aliquem alium modum, ex aquis quidem genitas animas, nempe per baptiſmum regeneratas, benedixit Deus dicens. Creſcite & multiplicamini, & replete aquas. Animantibus autem & iumentis & feris quæ veri ſunt, ſerpentibúſque & venenatis hominibus, qui ſunt peregrini & alieni à regeneratione baptiſmi, nequaquam eam impertijt benedictionem, ſed eos reliquit abſque benedictione, tunc tanquam medius ſtans Chriſtus inter terreſtria & marina animantia, & ad ea quæ ſunt è terra genita oculos defigens, & dicens. Niſi quis fuerit generatus ex aqua & ſpiritu, qui fertur ſuper aquam, non intrabit in regnum cœlorum: neque fiet per columbam, nempe per ſpiritum, volucris cœli, neque rapietur in nobibus obuiam mihi in aëra. Si hæc autem non ita facta ſunt & præfigurata, dic ô Moyſes cauſam, & ob quod peccatū in Deum admiſſum, manſerunt pecora & terræ animantia abſque benedictione. Quomodo autem & reptilia quæ ſunt rationis experti & mente carentia, & piſces, & volucres potuerunt audire Dei vocem & benedictionē quę dabatur? An non eſt manifeſtū quòd hæc prophetice prædicebātur de hominibus qui baptizantur in Chriſtum? Ipſa autē ſeries ſcripturæ ſecundum literam, oſtendit quòd de hominibus ratione præditis & animis immortalibus hęc à Deo iubebantur? Non enim dixit Deus, produ-

Quinquageſimus pſalmus eſt pſalmus remiſſionis.

Chriſtus quinto die dedit cænam.

Baptiſmum ſignificatur per aquas quas quinto die Deus generauit animas.

Pſ. 103.

Aquatilibus ſolis data eſt à Deo benedictio, vt ſignificaretur benedictio baptiſmi.

Io 3.

Appendix.

cant aquæ reptilia corporum animatorum. Nam animal & corpus ſignificant ipſam ſe mouentē & vitalem animam, ſed, animarum viuentium, id eſt, non morientium. Atqui piſcium & volucrū animæ non ſunt viuētes, ſed moriētes. Sanguis enim, inquit, eſt, anima eius. Anima autem viuens Sola eſt noſtra quæ eſt ratione prædita. Factus eſt enim, inquit, homo in animam viuentem: quoniā futurum erat vt reminiſceremus per aquam & ſpiritum. Omnem itaque orationem conuertit ad animas, & dicit, Poſt baptiſmum, & quæ ex ipſo exiſtit, gratiam & illuminationem, eos qui ſunt baptizati effici animantia, non viuentia. Vt etiam, inquit, corpus cum omnia reuiuiſcat. Sed animalia ſola ſunt animarum viuētium. De anima enim ſola ab eo tempore poſt baptiſmum loquitur. Eā enim oportet viuere, & non corpus cum ea. Corpori enim ſunt inimicitiæ aduerſus Deum Reptilia ergo ſint ij qui baptizantur ad Dei obſonium, tanquam electi piſces qui adducuntur ab ijs qui prius erant piſcatores, nunc autem Apoſtoli. Sed ſint etiam volucres, ij qui ſurſum feruntur vt fiant obuiam Chriſto in aëre. Hæc autem erunt ſi ab aqua baptiſmatis educti fuerimus reptilia, ſed animarū viuentiū, ſola anima poſt baptiſma ſuſcipiēre ſtudiū ad meliora, & tali conſtituta qualis exierit ex aqua, & non exeant reptilia animarum viuētium, ne habeatur vlla cura corporis. Nam ſi dicatur animal, intelligitur quòd ſimul ſint corpus & anima. Ea de cauſa ab initio ſpiritus ferebatur tāquam anima viuens ſuper aquā, aquam viuificans & mouens. Propterea diuina quoque ſcriptura hæc duo ponit ſimul coogenita, tanquam anima & corpus, aliquando quidem dicens, Apud te, nempe ſpiritum, tanquā Deum eſt fons vitæ. Aliquando autem, Flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Dominus quoque dicit. Qui credit in me, nempe totum ſpiritum, ſi fuerit incraſſatus, ſicut dicit ſcriptura, fluuij ex ventre eius fluent aquæ viuæ. Similiter etiā dicit Samaritanæ: Aquam ego ei dabo, qui ſum ſpiritus tanquam Deus, & Eos qui me adorant, in ſpiritu & veritate oportet adorare, & Fiet ei fons vitæ ſalientis in vitam ęternam. Prima ergo vita viuentium ex aquis. Ex eis eſt cognitus primus aduentus ſpiritus: nam ſuper eas ferebatur. Prima reſurrectio ex eis facta eſt per Ionam. Io eis eſt abſconſa margarita paterni fulgoris. Per Iordanem facta eſt purgatio creaturæ, ex aquis facta eſt fructuum germinatio. Ex aquis fuit paradiſi irrigatio. Ante omnia aquæ in principio acceperunt lucis illuminationem, vt quæ ferrentur ſuper terram, & eam allueretur ac tingerent, & propemodū præditerē omnē humanam naturā quę erat baptizanda. Quamobrē tertio die aqua aſcēdit ex baptiſmo eiuſmodi aquarū, vt quæ in trinitatē patris & filij & ſpiritus ſancti baptizata ſit & crediderit. Quam quidē cùm Deus tanquam ex aliqua aquarum piſcina ēdoxiſſet, ſtatim iubet ferre fructus, conuenienter Baptiſtæ Ioanni, qui ijs qui baptizabantur præcipiebat & dicebat, Facite fructus dignos pœnitentia, ipſe quoque dicens, Germinet terra herbam fœni, & lignum fructiferum faciens fructum. Exiſtimo herbam eſſe peccatores; ligna fructifera, iuſtos. Dei voce nobis ſignificante, quod poſt baptiſmum generabuntur quædam eſcæ peccatorum & Dæmonum,

Gen. 9.

Gen. 2.

Pſ. 35.

Pſ. 147.

Io. 7.

Io. 4.

Prima vita ex aquis.

Prima reſurrectio ex aquis.

Matth. 3.

A & ignis materia ex ſocordia ac negligentia tanquam frenum, non hoc Deo iubente, ſed quod futurum erat præſignificante. Nonnulli autem tanquam, in memoribus & ortis fructum ferentes, velut in ttium arborum ligno ſub inclinatam habebunt crucem quam complectantur, quæ germinauit ex tribus lignis, bene colôratum producentes fructum animæ ſanctificationem, Chriſtum inuocantem, qui in crucis ex tribus arboribus confecte ligno recubuerat & obdormierat. Forte enim ſicut tertio die herbæ & arbores frugiferæ ſunt typus peccatorum & iuſtorum: ita etiam in quinto die propoſito, piſces quidem qui in aqua tinguntur, non ſuſcipiunt autem nec ſpirant ſpiritum qui fertur ſuper aquam ſunt peccatores, qui etiam poſt baptiſmum in voluptatum profundo & fluctibus permanent, & peccati vitus non depoſuerunt, neque Solem iuſtitiæ aſpexerunt, neque alas columbæ, nempe ſpiritus, acceperunt, & ideo non poſſunt euolare in cœlum, ſed remanſerunt reptilia, & non ſunt effecti volucres ſicut iuſti. Quorum quidem virulentorum & fœtidorum piſcium rex eſt magnum illud & malignum Cœtus, de quo Deus dicit Iobo. Hic eſt rex omnium qui ſunt in aquis.

Iob. 41.

Exiſtimo ergo quòd hac de cauſa in generatione quidem animantium ex terra, Deus dixit, Producat terra animam viuentem. Vna eſt enim & ſimilis omnibus hominibus è terra genita & carnalis generatio ex muliere. In aquis autem propter ſpiritualem ex ipſis baptiſmatis diuerſam regenerationem, dicit, PRODVCANT, inquit, aquæ reptilia animarum viuentium.

Generatio ex aquæ eſt diuerſa à generatione ex terra.

Alia enim egreditur anima ex piſcina, qui ſincerè & ex animo corde eſt baptizatus, & alia anima is qui cum dubitatione acceſſit ad gratiam, & alia anima is qui tentando acceſſit ad ſacramentum, vt Simon Magus, de quo dictum eſt, Baptizatus eſt etiam Simon Magus, & aſcendit qualis deſcendit, hoc eſt, non illuminatus.

Baptizatorum diuerſa omnia.

Aliter enim afficitur, in ijs dico qui baptizantur, cor gentilis & barbari, qui eſt omnino ignarus Chriſtianiſmi & ſcripturarum Dei & alio animo accedit is qui eſt inſtitutus & initiatus in cognitione & intelligétia, & tanquã prius illuminatus in Chriſti ſacraméto. Vnde rurſus cũ baptiſmate, propheticis chariſmatibus, & linguis, & ignis, & prænotionibus digni habiti ſunt nonnulli ex ijs qui cognitione illuminati accedebant ad baptiſmum, ſtatim effecti ab alijs diuerſi & mutati. Nam autem hanc baptizatorum ad ea quæ ſunt meliora mutationem ſignificans Sol iuſtitiæ, mutauit aquam maris, eam intus & extrà ſalſam reddens: quandoquidem ſal eſt Verbum Dei, tollens omne virus & omnem factorem expurgans & putrefactionem: corpora cuſtodiens, cibis benefaciens, & panem cœleſtem vniens.

Verbum Dei eſt ſal.

Vnde & Chriſtus iis exprobrat qui ſal eiuſmodi in ſe non habent & cuſtodiunt. Eſt quidam admirabilis ratio in natura aquarum, valde appoſita & conueniens regenerationi baptiſmatis, quæ fit ſine ſemine, & corruptione. Nam vt dicunt qui norunt piſcandi artem habet quidem piſcium natura maſculinum & fœmininum ſexum natantia: & inter ſe non coëunt: ſed ſine ſemine ex aqua & ſpiritu venti pariunt, propriè & ſine dubitatione eo exemplo ſignificante ſpiritualem & ſine ſemine noſtram ex aqua & ſpiritu generationem, de qua dictum eſt. Non ex ſanguinibus, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

Aquarũ natura apta regenerationi baptiſmatis.

Piſces ſine ſemine ex aqua & ſpiritu generantes, ſignificant noſtrã ex aqua & ſpiritu regenerationem.

Ioã.

B Dicunt autem & teſtudinem quæ dicitur, & murenam coire. Sed quod rarum eſt non eſt lex eccleſiæ. Sed quoniam vtraque hæc animalia marina & coëuntia, in terram ex aquis egrediuntur, vitam degunt ancipitem, & non viuunt more natatilium animantium. Vnde ea quidem quæ dicitur murena, è mari egrediens coit, vt aiunt, cum ſerpente marino. Etenim quicunque nolunt patrem habere Dominum, & matrem piſcinam, ſed fictè & ſimulatè, vt Simon, accedunt ad baptiſmum, ij ſibi rurſus patrem adſcribunt Diabolum, antiquum ſerpentem, & audiunt, Vos ex parte veſtro Diabolo eſtis, & abnegant aquam piſcinæ. Non enim naſcuntur in ea & accedentes in terram, ſuſcipiunt generationem, quæ eſt conuerſatio & vita minimè illuminata. Nam ſupra aquam, non ſupra terram ſuperferebatur Spiritus.

Teſtudo & murena coeunt, vt quæ ſint amphibia.

Baptizati fictè non verè renaſcuntur.

C Teſtudo autem, tanquam auerſantibus & abhorrentibus aquis eius iniquam ex ſemine & fluxu conceptionem, in hanc terram amandatur, & illic oua pariens ea occultat, in typum eorum qui reuera ex aqua baptiſmatis enatant per ipſum, intrinſecus autem adhuc celant improbam ſeminis generationem, & propter humanum fortè pudorem eam foras non emittunt. Nemo autem irrideat exempla de teſtudine & piſcibus, audiens diuinam ſcripturam, & vermem, & ſerpentem æneũ, & Leonem, & virginem nominare Chriſtum, qui omnia tam abiecta & miſerabilia quam maxima fecit in ſapientia. Sed redeamus ad propoſitum, rurſus ſumentis dictum Moſaicum Dicit enim, ET DIXIT Deus; producant aquæ reptilia animarum viuentium ſecundum firmamentum cœli, & factum eſt ſic. Collocat piſces ante volucres, dicens nos Deus, quòd reptilibus, & quæ

D humi & in terra verſantur animis, fiunt volucres cœli volantes ſuper terram ſecundum firmamentum cœli, & ad imitationem omnium ſpiritualem Angelorum oſtendunt vitam. Cuiuſmodi eſt illa volucris quæ volauit vſque ad tertium cœlum & dixit. Noſtra autem conuerſatio eſt in cœlis, & imitatores mei de cætero eſtote, ſicut & ego Chriſti.

Phil. 3. 1. Cor. 4.

Quomodo autem reptilia vocat piſces qui cadunt ſub intelligentiam? Repere enim propriæ dicitur de ijs quæ trahuntur & ſerpunt per terram vt ſerpens. Quo fit vt hinc ſit perſpicuum quod ænigmata loquitur de animalibus quæ referuntur ad homines.

E Vnde etiam in libera poteſtate quam Deus dedit Adamo, ante cætera animantia & pecora poſuit piſces, dicens, ET IMPERATE piſcibus maris. Deinde dicit, ET VOLVCRIBVS cœli, & omnibus pecoribus, & vniuerſæ terræ, & eorum quæ reptant ſuper ipſam. Illis enim eſt dominatus & imperauit ſecundus Adam, per ſuos piſcatores, Chriſtus, nempe illis qui ſedebant in profundo ignorantiæ, in tenebris & in vmbra mortis gentium, in quos omnes regnauit, & quorum rex fuit in aquis baptiſmatis. ET FECIT Deus cete magna, & omnem animam animalium reptilium, Quæ produxerunt aquæ ſecundum ſua genera,

Piſcibus, id eſt ijs qui diuerſ erant in ignorãtia dominati ſunt piſcatores Apoſtoli.

A » nera, & omnem volucrem alatam ſecundum » genus ſuum. Et vidit Deus quòd pulchra, & be- » nedixit ea Deus dicens, Creſcite & multiplica- » mini & replete aquas in mari, & volucres mul- » tiplicentur ſupra terram. Iubet fieri magna cete,

Cete ſunt prædicatores Apoſtoli.

Abac. 3.

nempe Dei prædicatores Apoſtolos, qui conturbauerunt quidem aquam maris, vt in Ioon factum eſt per cetus. Quos etiam equos myſticè dixit Abacuc, qui mare mundi perturbarunt, & qui etiam tanquam, ſi cete eſſent Verbum deuorarunt propheticum, nempe peccantium pœnitentiam, & ipſorum protinus commiſerationem. Non excipit enim eum qui ſimul & mutantur, & cui ſimul condonatur, niſi etiam conijciat in grauiſſimos compedes eos qui ipſum rurſus euo- B munt. Sed non eum qui prius inflexibilis, didicit magis eſſe benignus clemens & miſericors poſt crucem quam figurabat, & trium dierum ſepulturam, ſignificans eum qui hæc erat paſſurus, pro ijs intercedere qui eum crucifigunt & malis » afficiunt. Puerorum quoque canticum inducit ipſa cete Deum honorantia, cùm dicit, Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis, videntia eos qui peccabant ſuſcipere prædicationem, & ſtatim mutari. Sed cum ad hunc dictionis contextum veniſſet quiſpiam ex antiquis expoſitoribus, quærit quamobrem imperat Deus C tanquam aliquibus aliis, eis iubens & dicens, Multiplicentur volucres. Non enim ad volucrum perſonam dirigit ſermonem, ſicut ad piſces. Is autem cùm hæc dubitaſſet & dixiſſet, exponit quòd nos hinc oporteat diſcere, quòd ijs qui baptizantur, & iis maximè qui in virtutibus effecti ſunt volucres, à Deo dantur ſancti Angeli, qui eorum curam gerant & prouideant ad illuminationem. A deos enim iuſſum dirigit Deus, iubens & dicens vt multiplicentur volucres, hoc eſt, qui cœleſtia ſapiunt & obeunt. Ipſe quoque Dominus nobis fidem facit, & docet Angelos eſſe cuſtodes eorum qui credunt in ipſum.

Ionas typus Chriſti.

Pſ. 102.

Angeli ſunt cuſtodes baptizatorum & eorum qui credũt in ipſum.

D Dicit enim quibuſdam infidelibus. Videte ne » deſpiciatis vnum ex puſillis iſtis qui credunt in » me. Dico enim vobis, quòd Angeli eorum per- » petuò aſpiciunt faciem patris mei qui eſt in cœlis. Atque ſciendum eſt quidem, quòd nihil ex ijs quæ ſunt creata ſex diebus, Deum inueniemus benedixiſſe, niſi hominem, & quæ nata ſunt ex aquis. Quamobrem ab initio quando fuerunt genita, implebatur propheticum eloquium quod dicit. Vox Domini ſuper aquas, quæ ab ipſo ante omnia fuerunt benedictæ, & ea de cauſa vſque in hodiernum diem, & vſque ad conſummationem ſeculi, abſque ſemine animas generant, E multorum quidem piſcium, paucarum autem volucrum, nempe Ortygometrarum & aliarum, ex quibus olim nutritus fuit Iſrael. Et fortè quoniam valde exiguus futurus erat numerus earum volucrum, iuſtorum, inquam, ea de cauſa earum curam magis gerẽs Deus, iubet Deus ſanctis Angelis qui curam gerunt terreſtris creaturæ, Volucres multiplicentur ſuper terram, quæ ex agnis ſunt generatæ, vel potius regeneratæ, & peccati virus ac fœtorem illic depoſuere, & ad cœlũ euolant à fluxis & tenebricoſis & moltis tempeſtatibus agitatis aquis huius mundi, ad aquas quæ ſunt firmæ ac ſtabiles & tranquillæ & nullis con-

Matth. 18.

Sola animalia ex aquis nata & homo à Deo fuerunt benedicta.

Pſ. 28.

Piſces ſine ſemine generant.

Ortygometra ſine ſemine generat.

A cuſſe fluctibus, in excelſis per aërem ingredientes vbi eſt ſitus Sol iuſtitiæ, & eius coniux Luna ſemper illuminata requieſcit, & ratione præditæ ſtellæ cœleſti lumine orbem terræ deducunt & illuſtrant, & aqua ſpiritualis quæ eſt ſupra cœlos abſque ſilentio laudat nomen Domini. Multa & profunda de aquis oratio annnunciatur in diuina ſcriptura creationis, quæ aliquot ſeculis, & cœleſtibus naturis ac mentibus opus habet ad apertam eorum quæ ſignificantur comprehenſionem & declarationem, vt conſideratè & citra vllum errorem dicamus, conuenienter ipſi eorum quæ ſunt veritati, per quàm à Deo vt eſſent facta B ſunt? Quanam ergo de cauſa in ſex dierum creatione relicta eſt tacita & arcana aquarum ratio: & de ſpiritu & igne ratio non eſt enuntiata neque publicata, quomodo cœli creatio & terræ, & plãtarum, & luminarium, & hominum? Quid enim erat difficile quod prohiberet creatorem dicere, fiat aqua, & fiat ignis, ſicut iuſſit in reliqua vniuerſa creatura. Sed fortaſſe nos erudiens diuina ſcriptura ſanctam trinitatem eſſe increatam, ineffabilem, & incomprehenſibilem, de his tribus creaturis tacitam & arcanam reliquit rationem, in libro, inquam, Moſaico. Quamobrem & ignem & aquam & ſpiritum fingentes diuinæ ſcripturæ, C ſymbolicè Deum eſſe prædicant. Ergo & quod ſit ſub omni creatura in abyſſis, ſimiliter etiam ſuper terram, & in cœlis, & ſupra cœlos, docemur typicè diuinam eſſentiam eſſe incircunſcriptam, & omnem continere creaturam. Quod quidem rurſus ſignificatur ex eo quòd ventus & ignis ſit inaſpectabilis & incontrectabilis, ſubtiliſque & expers materiæ, & omni ratione viuificus. Nonnulli autem quadruplicem aquarum diuiſionem, eam, inquam, quæ eſt ſupra cœlos, & firmamentum quod eſt ex aqua, aquámque, & terreſtrem, & ſubterraneam, quæ eſt tenebroſa & vltima, dicunt eſſe typum quatuor ordinũ naturarũ ratione præditarum. Aquam quidem quæ eſt ſupra firma- D mentum, eſſe imaginem poteſtatum ſuper cœleſtium. Firmamentum autem, rurſus eſſe ſymbolum ſanctorum luminarium ordinis hominũ. Diuerſæ autem aquę terreſtres, ſunt typi diuerſarum gentium terrenarum, & non conuenientium, fidéque diuiſarum. Aqua autem ſubterranea eſt ſymbolum aduerſarum poteſtatum, quæ ſunt omnino ſeparatæ à diuino igne, lucéque & ſpiritu, nẽpe penitus diuiſæ à ſancta Trinitate. Fortaſſe enim ij ſunt vulnerati immedicabiles, qui in inferis dormiunt ſomnum peccati, quorum Deus non amplius meminerit. Quoniam nec omnino volunt, & ipſi repulſi ſunt à manu eius, nec poſſunt E ſtare. Piſces autem, qui quidem ſunt peccatores, ſunt quidem lucis ex parte aliqua participes, vt qui ſint in mari, & non in locis ſubterraneis. Et ideo etiã conãtur parua ex parte imitari volucres, vt qui pennas habeant, hoc eſt, ex parte pietatem. Vnde etiam volant in aquis tanquã volucres. Ex iis autẽ aliqui vecti ſuper aquas & natãtes, Solem fixis aſpiciunt oculis. Qui ſunt autẽ ex iis nequiores, & plus habent materiæ, cùm nõ ſint ſquãmati, inferne habẽt ortũ ex cœnoſa materia, qui quidem nihil penitus habẽt bonorum operum, pigri & deſides & difficiliter ſe mouentes, & facile capiuntur ad mortem, & ſunt ad eſum noxij. A qui-

Aquarũ cur nulla ſit facta mentio in ſex dierũ creatione, neq; ignis, nec ſpiritus.

Ignis, aqua & ſpiritus ſymbolicè Deũ prædicant in ſcripturis.

Aquarũ cur ſit quadruplex diuiſio.

Cur eſus non ſquãmatorum piſcium ſit prohibitus

bus & abſtinere & non abſtinere, verus Iſraelita, A qui ſumus nos, iuſſus eſt. Hæc nos quintus dies docet de Chriſto & eccleſia ſymbola & ænigmata, antè nobis ſignificans principium baptiſmatis, in quo creati ſunt quinque ſenſus humanæ naturæ, viſus, auditus, guſtus, olfactus, & tactus. In hoc, quinto, inquam, die ſeculi, in quinquies milleſimo anno factum eſt etiam lauacrum à Salomone filio Dauid, in templo Dei Hieroſolymis, in typum baptiſmatis eccleſiæ Chriſti Dei filij Dauid. Quomodo etiam rurſus illa peluis in magno cænaculo, quinto die, exemplum habens piſcinæ, pedes Diſcipulorum primum baptizauit à Chriſto, & deinde eis dedit corpus & ſanguinẽ in par- B ticipationem, quando etiã facto teſtamento Chriſtus poſtridie ſexto die fuit in Golgotha, & paradiſum latroni aperuit. Ad quem nos quoque ſex dierum ſexto, Chriſto deducente & Verbum nobis dante in apertione oris noſtri veniemus. Cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Lauacrũ factum à Salomone Hieroſolymis, in typum baptiſmatis. Pedes Diſcipulorũ à Chriſto lauati in typum baptiſmatis. Chriſtus dedit corpus & ſanguinem in participationem. Teſtamentum nouũ factum in cæna.

DE SEX DIERVM ORATIONIS ſexto liber ſextus.

QVI ex tranquillis portibus ad æquoreos curſus ſcaphis vias marinas conficiunt, cum aliquẽ dexterum ac ſecundum ventum fuerint adepti, & ad quintum & ſextum diem gratos hilaréſque & aptos fluctus habentes in prora, terribilique ac vehementi aquarum impetu greſſus celeres & curſus nauis peragunt, quibuſdam plumbeis & grauiſſimis bolidibus probãt & exquirunt aquarum profunda, de die in diem ex incomprehenſibilibus & ineffabilibus profundis ad leuiora & in ſuperficie magis poſita profunda, & de cætero ad littora ſperantes peruenire. Cùm autem huius libri ſcapha iam quinque dierum curſum celeriter peregerit, peruenit ad maiores aquas, D & profundiores maris gurgites, qui ſunt reuera obſcuri & incomprehenſibiles. Quamobrem feruentius & frequentius eſt precibus excitandus inſomnis ſuper ſcapham & in ceruicali mentis principalis requieſcens Deus Verbum, qui apprehenſis clauis mentis & linguæ, tanquam duobus temonibus animalis noſtræ ſcaphæ, contrarios quidem ſpiritus & intelligentias increpet, ſuo autem lumine, profundum, nempe ignorantiam, propoſitarum aquarum illuminet, ad hoc vt à Deo inſpirati aſpiciamos & dicamus, cur nã Deus qui ſapientiſſime & ſupra ſapientiam fecit omnia, in primo die lucem fabricatus, non ſtatim E etiam cum eo eſt fabricatus omnia quæ ſunt ex luce, nempe luminaria, ſed ijs relictis quæ ſunt ex luce procreata, tranſijt ad aquas, facto ex eis firmamento. Deinde cum fixiſſet firmamentum, ne ſic quidem adimplet ornatum eorum quæ ſunt in ipſo luminarium. Sed eo quoque relicto imperfecto, tranſit rurſus tertio die ad aqoas, eas congregans à terra. Et rurſus cum non ad plenum perfeciſſet ea quæ ſunt genita ex aquis & in aquis, nempe piſces & cete, ijs quoque relictis ſemiperfectis & noo genitalibus, tranſijt ad terram, dicens, GERMINET terra herbam & lignum frugiferum. Eo autem facto cur noo

Cur Deus in primo die non eſt omnia fabricatus.

A ſtatim facit etiam animantia exire è terra, & feras, & reptilia: Sed ſinens imperfectam quæ fit ex terra fabricam, rurſus redit ad firmamentum, & facit quarto die ſtellas & duo luminaria, & illinc rurſus reuertitur ad aquas die quinto, ex eis perfecta piſcium & volucrum generatione. Deinde ſic ſexto die reuerſus eſt ad terram, ijs impletis quæ ſunt ex ipſa, nempe animantibus, & iumentis, & reptilibus, & feris, & homine. Quo fit vt hinc oſtendatur primos quidem tres dies eſſe imperfectarum creaturarum ſuſceptores: tres autem vltimos, nempe quartum & quintum & ſextum, exornaſſe & adimpleſſe vniuerſam mun- B di creaturam, per trium dierum Chriſtum, qui dicit, Hodie & cras facio ſigna, tertio autem die perficior, dominans cœleſtibus ratione præditis ſtellis, & terreſtribus & ſubterraneis. Plenum enim fuit cœlum & terra & mare gloria eius. Quando enim illuxit Sol & Luna, ſtatim exornata eſt & terra & mare. Nam & ante vniuerſam creaturam mente concipit & creat cœleſtes & angelicas poteſtates quæ nos illuminant. Secundas autem procreat ac generat aquarum congregationes, nempe gentium aquas, quæ prius erant fluxæ & inſtabiles, & multis agitatæ fluctibus, & celeri curſu ferebantur ad idolatriam. Ter- C tium autem rurſus viſitauit & diem ſpiritus, quãdo ingreſſa fuerit plenitudo gentium. Reſpexit enim Deus creaturę mũdi ad aquas Gręcas, nempe gentiles, oſtendens eis lucem diuinæ cognitioni, io primo die ſeculi. Sed cùm Deum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificarunt, vt teſtatur Paulus dicens, quod ad argumentum Dei cognitionis dedit Deus ſapientiam in initiis, & cognitionem de ſitu cœli, & ſtellarum, & Solis, & Lunæ, & plantis, & animalibus, & corporibos, & figuris. Quoniam ergo aqua gentium non cognouit ſapientiæ effectorem, Deus eam relinquens imperfectam & non genitalem, acceſſit ad terram, D dans per Abraham ſignum circuncißionis. Et ideo huius ſigni terrenam promiſit mercedẽ, & Abrahæ & Iſraëli, dicens ſe eis dare in poſſeſſionem terram terreſtris Paleſtinæ promiſſionis. Similiter etiã populo Iſraëlitico qui exijt ex Ægypto Deus lege ſtatuens illa multa craſſa, & ad exequendum & portandum difficilia pręcepta cum acribus minis & execrationibus, pro eis cœleſtium nullam promiſit remunerationem, ſed munera terrena, fertilitates, & corporales felicitates, & latæ terræ poſſeſſionem, & quæ intererent bonorum, fructuum perceptionem. Hinc & propter hæc terram iure intelligimus populum Iudęorum, vt qui terrena ſapiat, & non habeat conuerſationem in E cœlis. Propterea hæc nos docens Deos in ſex dierũ mundi creatione, non ſimul perfecit aquas, & quæ orta ſunt ex aquis. Neque rurſus in vno die terram exornauit, & quæ ex ea proceſſerunt animantia & ligna fructifera. Quamobrem mihi quidem videtur, quòd cœleſtia diuina luce antea erant illuminata cùm ſuper terram autem fuiſſet compoſitus Sol qui intelligentia percipitur, nempe Chriſtus, & ſurſum aſſumptus, ſupernus quoque mundus amplius fuit illuminatus & illuſtratus. Congruenter ergo ijs quæ iuſſu fiunt exornationibus, & ſpiritualibus profectibus cœleſtis & terreſtris & marinæ creaturæ, intelli-

Tres primi dies imperfectarum creaturarum ſunt ſuſceptores, tres vltimi omnia per Chriſtum ornarunt & adimplerunt.

Luc. 13.

Angeli fuerunt mente concepti & creati ante vniuerſam creaturam.

intelligendum eſt opificem in ea quæ tunc fuit ſex dierum creatione, nunc ex parte in aquis operari, deinde ab ijs tranſire ad firmamentum. Et rurſus perfectè exornato firmamento tranſire ad terram, & cum ea eſſet ſemiperfecta, procedere ad aquas. Deinde perfectè abſoluentem firmamentum, & eccleſiarum gentium cœtus benedicentem, & poſtremo terram quoque Iſraël conuertentem in conſummatione ſeculorum, in plenitudine ſex dierum creationis. Si autem auditori, vt qui non ſit myſteriis initiatus, non placeat quod dicitur, dic mihi tu quam ob cauſam, cùm Deus non ſimul ſingulas abſoluiſſet creaturas, tunc tranſit ad aliam: ſed priorem relinquens imperfectam, rurſus redit ad priorem. Sin autem tibi fideli fide digna & credibilia videntur quæ dicuntur, huc inclina aurem tuam, & mihi animum aduerte, & videbis in carnis ſuſceptæ diſpenſatione Deum Verbum eodem modo nouam quoque ſuam creaturam conſtruxiſſe & perfeciſſe. Is enim qui in ſe habent lucem cognitionis, eſt vtique perſpicuum, quòd antiqua mundi creatio erat adumbratio, typum habens eccleſiæ, quam, ſicut quendam orbem terræ, creans & conſtruens Deus Verbum homo factus, incipit ex aquis gentilibus, vt qui in regione gentium verſatus ſit in Nazaret. De quibus dicit Propheta Eſaias. TERRA Zabulon, & terra Nephtalim via maris, Galilæa gentium. Populus qui viuebat in tenebris vidit lucem magnam. Sic enim Symeon quoque gentes priori loco poſuit, & deinde Iſraelem, dicens de Chriſto, LVMEN ad reuelationem gentium. Deinde, & gloriam plebis tuæ Iſraël. Tranſijt enim à Nazaret gentium maris, & venit Hieroſolyma in Bethleem, & ibi natus eſt, & relicta imperfecta & infrugifera terra Iſrael, venit rurſus ad aquas gentiles, vocatis ante omnes Magis, & profectus in Ægyptum ad barbaricas Nili aquas. Sed cùm eas nondum congregaſſet in vnam congregationem, redit in terram Iſraël vnde exierat, exiguam quandam herbam, & arbores aliguas frugiferas, nempe ſuos diſcipulos, & Ioannem Baptiſtam, & Ioſeph, & Nicodemum, & paucos huiuſmodi oſtendens, & ſtatim relicto cultu Iudaico accedit rurſus ad fluenta Iordanis Sol iuſtitiæ, creans lunam baptiſmatis. Deinde ita benedicit & producere fecit aquas, & deinceps venit etiam ad terram, hoc eſt, curam gerens Iſraëlis, & morbos eorum curans. Et rurſus à terra profectus eſt ad abyſſum, nempe à cruce, vt prædicaret ſpiritibus qui erant in carceribus inferorum, remiſſionem. Deinde cùm reſurrexiſſet, è terra reuerſus eſt ad firmamentum ad Deum: & illinc rurſus effecit vt aquæ gentium animalia producerent, ex alto ſuper eas emiſſo tanquam viuifico ſancto ſpiritu: quæ quidem non ceſſabunt ſuper ſeipſas generare & regenerare ipſas gentes quæ prius erant reptiles, & nunc factæ ſunt alatæ volucres, donec plenitudo gentium ingreſſa ſit omnino in paradiſum: & tunc de cætero perficitur Verbum Dei, quod dicit de animalibus Iſraëlis, Producat terra animam viuentem. Rectè dixit animam viuentem. Eſt enim vnus Iſrael. In gentilibus autem innumeralibus gentibus quæ ex noſtris aquis proceſſerunt, non dicit animam viuentem, ſed animas innumerabiles. Dicit enim, PRODVCANT aquæ reptilia animarum viuentium, nec ea ſolùm, ſed etiam volucres volantes ſuper terram ſecundum firmamentum cœli. Ex his volucribus erat Paulus ille baptizatus, & qui ex aqua valuit volare ad tertium cœlum, & rurſus illinc tranſire in paradiſum. Eiuſmodi volucris erat Philippus, qui volans per aërem, & veniens ad Candacem Æthiopem, ipſum baptizauit ſuper aquam; & per columbam, nempe ſpiritum, ſeipſum effecit volucrem. Eiuſmodi volucris deſiderabat fieri ille qui dicebat, QVIS dabit mihi pennas ſicut columbæ quæ deſcendit in Iordanem, & volabo, & requieſcam, in illa requie cœleſtium volucrum ſex alas habentium. Ad has volucres euolauit ex viuifica aqua quæ fluxit ex latere Domini in loco caluariæ prima omnium volucris ſanctus latro, cum Rege volucrum Chriſto magna aquila, per aërem volans in paradiſum. De Chriſti volucribus dicit etiam Pſalmographus. PASSER, nempe latro, ſeu aliquis alius, inuenit ſibi proprium nidum ligni paradiſi, turtur, nempe eccleſia, quæ ſola vnum nouit coniugem Chriſtum, quæ vitam magis amat ſolitariam, quam delicatam mollem & effœminatam. SIBI nidum, nempe regnum cœlorum, vbi reponat pullos ſuos. Quas quidem exeuntes de aquis volucres ſtupens quoque Eſaias, clamabat. QVINAM ſunt hi qui ſicut nubes volant, & tanquam columbæ cum pullis ſuis? Hæ ſunt volucres, quæ rapiuntur in nubibus obuiam Domino in aërem. De quibus etiam dicebat, Vbi eſt corpus, inquit, ſeu cadauer, latro, inquam, nempe in paradiſo, illic congregabuntur etiam aquilæ, quæ ſupplantatorem noſtrum ſerpentem ſub pedibus ſuffocarunt. Aut rurſus, vbi mortuum eſt ſanctum eius corpus, illic nos congregauit vt ſimus eius participes. In altum enim in cruce ſublatus congregauit gentiles & ex aqua genitas gentium volucres, vt eius paſſionem imitentur & crucem. Sed cùm aquas abyſſi ſubiſſet, ſecum fecit euolare ex aquis ſubterraneis volucria illa corpora ſanctorum qui dormierant, & ſurrexerunt. Sed reſtat vt deinceps ipſum dictionis ſcripturæ contextum aperiamus. ET DIXIT DEVS, Producat terra animam viuentem ſecundum genus, quadrupedes & reptilia & beſtias terræ ſecundum genus, & factum eſt ita. In duos partus & generationes diuiſit Deus omnem viuentem animantium animam, ex terra, inquam, & ex mari, qui ex duabus mulieribus, nempe Lia & Rachele, aut ex Sarra & Agar duos conſtituit filios, nempe duos populos, videlicet alterum ex Iudæis, alterum ex gentibus. Quæ fit vt quod à Deo tunc dictum eſt Rebeccæ, conueniat etiam dicere creaturæ quæ cernitur, DVÆ gentes, & duo populi ex te egredientur: & populus populum ſuperabit & maior ſeruiet minori. Sunt autem ſcilicet maiora & inſigniter fortiora quæ ex terra nata ſunt animalia & iumenta & beſtiæ, quam piſces marini, & ſuper omnia volucres. Quod ſi ea quæ dicuntur reijcis ô auditor, vt quæ non ſint probabilia, quid facies aut dices cum videas quæ ex aquis orta ſunt animalia præripuiſſe eam quæ à Deo datur benedictionem?

Mundi creatio erat adumbratio typum habẽs eccleſiæ. — *Eſa. 9.* — *Luc. 2.* — *Chriſti deſcenſus ad inferos.* — *In Iſraële eſt anima viuens: in gentibus animæ innumerabiles.* — *Act. 8.* — *Pſ. 54.* — *Pſ. 83.* — *Eſa. 60.* — *1. Theſſal. 4.* — *Matth. 24* — *Luc. 17.* — *Vbi eſt Chriſti corpus, illic congregamur vt ſimus eius participes* — *Chriſti deſcenſus ad inferos* — *Animalium è terra & ex mari ortorum ſenſus anagogicus.* — *Gen. 25.* — *Iacob & Eſau hiſtoriæ ſenſus anagogicus.*

Nam quomodo Iacob præripoit benedictionem Eſau, quoniam alter quidem erat venator, & tanquam è terra ortam habet generationem, & vitam quam degebat ſimul cũ feris in agro & cum reptilibus? Vnde etiã, Edẽ, hoc eſt ruffus fuit Eſau cognominatus. Iacob autem qui ſimul cum benedictione eius quoque rapuit primogenituram, cùm euolaſſet in aquarum Meſopotamiã, illic in aquis peperit in domo Dei. Bethuel enim interpretatur ſpiritus Dei, vnde etiam accepit Rachel. Rachel autem etiam dicitur domus Dei. Ipſa enim erat typus eccleſiæ quæ exiſtit ex gentibus, in qua Dei ſpiritus amanter veluti requieſcens, propterea quòd eam peperit, fertur ſuper aquam Meſopotomiæ omnium gentium. Aduertite autem quod Rachel quoque, typus & figura, ſicut & Rebecca, eius quæ aliquando fuit ſterilis, gentium eccleſiæ, cum eſſet ſuper terram aquarum Meſopotamiæ, illic deſponſa fuit Iſaac: & ſtatim tanquam pulchra & alacris aquam effundens piſcina, potauit infideles camelos patris gẽtium. Abraham enim interpretatur pater gentium, in figuram Dei & patris gentium. Multifariam ergo & multis modis oſtendimus, quæ ex aquis qoidem enata ſunt animalia, eſſe figuram gentium quæ fuerunt aliquando in profundo ignorantiæ. Quamobrem & eorum piſcatores effecit Chriſtus ſuos diſcipulos. Habemus autem aliam quoque firmiſſimam & valde admirabilem probationem, quæ etiam valde incredulo & contentioſo perſuadeat, quòd quæ ſunt è terra orta animalia, ferunt certum & euidentem typum populi Iodæorum. Quænam autem eſt ea probatio? Dico quòd è terra genitus Adam, eſt, quod ad carnem attinet, cognatus illarum è terra ortarum beſtiarum & reptilium. Sexto enim die & ipſe & ille ſunt creati: non autem marinorum piſcium qui facti ſunt die quinto. Quomodo etiam Chriſtus ſecundus Adam, cognatus Iudæorum, quod ad carnem attinet, eſt ex manſuetis illis beſtiis & reptilibus non venenatis, non autem ex nobis, nempe gentibus. Quòd autem è terra ſit genitum genus Iudæorum, ex his oſtẽditur? Didiceris autem etiam ex ipſis verbis. Producat terra quadrupedes. Quoniam in terram deſpiciunt, & terrena appetunt, eos ad terræ fingit imaginem, vt qui reſipiant impietatem, & hæreditatem acceperint terræ latitudinem. Propheticè autem prædicit quoque Moſes de eorum furioſo & lætali veneno, eos alta voce vocans reptilia & beſtias. Præterea recenſet etiam illorum eius quod eſt melius ignoratione, dicens ea iumenta. Sed quod ab Abacuc Propheta dicitur de Chriſto, In medio duorum animaliom cognoſceris, id ſapientes patres accipiunt de duobus populis. Duorum animalium, quaſi dicas, vnius populi terreſtris, alterius marini. Et planè hoc modo Euam quæ eſt figura Chriſti eccleſiæ ex gentibus, Deus non fecit ex terra, vnde finxit Adam, quoniam eccleſia non eſt cognata, ſed diuerſi generis, hoſpeſque & aliena à Iudæis, qui non ſunt benedicta animalia, vt quæ ſit ex reptilibus & volucribus maris, quæ acceperunt Dei benedictionem. Quòd ſi alacri & patienti animo iis quę dicuntur aures prębeas ô auditor, quę de his duobus populis dicuntur, de terreſtri, inquam, & marino, tibi probabo & ex graphicis & diuerſis tam veteris quam nooi teſtamenti demonſtrationibus. Etenim ſuffitus ſeu incenſum, quod iuſſit Deus Moſem conficere, ſignificans vnionem gentium & Iudæorum credentium, quas Deus eſt odoratus, & fuerunt ei in odorem ſuaueolentem, lege conſtituit vt eius compoſitio fieret ex terra & mari. Stacte enim ortum habet ex terra. Onyx autem cooſtat ex mari. Similiter etiã Moſis vnguentum, quod ipſum quoque duos ſignificabat popolos, ex dilecto filio omnino effuſum, conuenienter ei qui dicit, Vnguentum effuſum dilecti mei, ex ipſo enim & per ipſum eſt plenitudo fidelium, quod vnguentum à Deo iuſſus conficere, calamum quidem accepit è terra: myrrham autem è mari. Et fortaſſe propterea Chriſtus quoque per calamum è terra genitum & ſpõgiam marinam aceto potatur in cruce, hoc eſt mortis guſtat acerbitatem. Nam duæ quoque gentes, Romanorum, inquam, & Hebræorum, eum morte condemnarunt: quorum typos fuit etiam par latronum, nempe & eius qui eſt ſaluus per fidem, & Iudæi qui perit per incredulitatem. Rurſus autem audimus Deum Moſi iubentem Pootificis quoque Aaronis tunicam contexere ex purpura retorta. Purpura autem conſtat ex duobus animalibus, ex verme, inquam, è terra genito & oſtreo marino. Propterea ergo rurſus duo populi in paſſione Chriſtum induerunt chlamyde porpurea, ante ſignificantes quod regnaret ſuper duos populos carni vnitus cœleſtis Deus Verbum. Quod apertè prius deſcribebant cæteri quoque colores aliarum veſtium, qui cum purpura in Aaronis tunica nunc contexuntur. Nam byſſus quidem quæ plus quam nix refulget, oſtendit ſymbolũ lucis quæ procedit ex luce Dei Verbi. Retortum autem coccinũ fert imaginem carnis. Cum pueris enim communicarint carni & ſanguini. Hyacinthus autem quæ dicitur, eſt ſimiliter coloris cœleſtis. Quamobrem cum quoque colorem aërium nominant qui ſericeos colores perſequuntur, inuenimus autem Magos quoque cum auro è terra nato myrrham etiam marinam obtuliſſe Chriſto. Quomodo olim quoque duo illi duorum populorum typi, Ioſeph & Nicodemus, duobus aromatibus, terreſtri, inquam, aloe & marina myrrha Ieſum ſepeliendum inuoluerunt. Cùm ex multis ergo probatiooibus periphraſticè didicerimus, marina & è terra nata animantia eſſe euidẽtem typum duorum populorũ, neceſſe eſt etiam dicere propter quas cauſas grex terra genitus animantium, populi, inquam, Iſraël, non fuit particeps paris benedictionis, cuius piſces gentiles, & quæ ſunt ex eis volucres. Et primũ quidem, propterea quòd non ſunt baptizati, & non fueruot congenerati cum aqua & ſpiritu qui ferebatur ſuper aquam. Secunda autem cauſa, propter quam priuati ſunt benedictione, quoniam in eis erat ſerpens, Euæ, vel potius ſanctæ eccleſiæ hoſtis & inſidiator, & futurus erat obnoxius illi terribili Chriſti execrationi. Inuenimus autem Deum in vniuerſa ſcriptura legis, cùm ore proprio aliquem benedixiſſet, & cum poſtea eſſet execratus, neſcio an non cum aliqua diſtinctiooe dederit benedictionem. Qnomodo in Iſraële dicit & Solomone, Si cuſtodieritis præcepta mea & iu

ſtiſi-

Rachel eſt typus eccleſiæ.

Rebecca typus eccleſiæ.

Animalia orta è terra ſunt typus populi Iudæorum.

Abac. 2. noſtra verſio habet annorum.

Eua quæ eſt figura eccleſiæ nõ fuit facta ex terra.

Iuſſum cur Deus iuſſerit fieri ex ſtacte & onyche.

Oleũ vnctionis, cur Deus iuſſerit fieri ex calamo & myrrha.

Chriſtus cur in calamo & ſpongia potatur aceto.

Duo latrones typi Iudæorum & gentium.

Pontificis tunica cur fieret ex purpura retorta.

Chriſt° cur chlamide purpurea indutus à duobus populis.

Aaronis veſtiũ colores quid pra ſignificarent.

Magi cur aurum cũ myrrha Chriſto obtulerint.

Ioſeph & Nicodem° cur cũ aloe et myrrha Chriſtũ ſepelierunt.

Animalia è terra genita cur nõ ſint affecta à Deo benedictionem.

Deus dat benedictionem cũ aliqua diſtinctione ei quem eſt execratus.

ſtificationes meas. Præſciebat enim futurum, vt ambo,& maximè Iſraël, diuinas leges eſſet abolíturus & tranſgreſſurus,& futurus eſſet obnoxius illis innumerabilibus quæ ſunt in lege execrationibus: maximè autem omnium propter futuram eorum in Chriſtum impietatem, ex ore illius eſſe ſuſcepturos væ illa innumerabilia, & ſententias deſolationis & eiectionis. Qui autem non ſic accipiens diuinas ſcripturas explicat, quodnam peccatum in Deum potuerunt peccare terræ animantia, quod non eis parem impertierit benedictionem quam piſcibus? Nam quod ad corporis conſtitutionem attinet & naturam, eam longè habent excellentiorem & planè incomparabilem è terra genita animantia & iumēta, quam piſces. Hoc tibi perſuadeat & canis qui fideliter gregem ſeruat, domum cuſtodit, & eſt vineæ præſidio,& bos & aſinus qui norunt ſuos benefactores.& equus & mulus & camelus, qui ſupra humanam rationem ſæpe ſciunt vias quas ſemel ingreſſi ſunt,& noctu ſæpe ſunt certi duces ſuorum Dominorum. Vnde etiā ſæpe in bello poſt Deum, equorum & mulorum, & camelorum miniſterium eſt ſaluti. Quibus ſi careret humanum genus periret, vt quod adminiſtrandum ſibi non ſufficeret. Vnde etiam ea habere ſapientiam teſtatus eſt Deus, iam olim loquens miſericordiſſimo & patientiſſimo Iobo. Nunquid præbebis equo fortitudinem aut circundabis collo eius hinnitum. Exultat audacter, in occurſum pergit armatis. Contemnit pauorem, nec cedit gladio, &c. In marinis autem reptilibus, piſcium neque vox eſt, neque cognitio, neque ſapientia, neque ſcientia, neque memoria, neque ſenſus qui cognoſcat: neque aduerſus Dominum ſeruitus aliqua aut beneuolentia aut amor. Quæ quidem omnes piſcium proprietates rationis & ſenſus expertes, populo gentium valdè conueniunt vt de eo intelligantur & dicantur. Prius enim erat ſurdus ſicut & piſces, non audiens vocem Domini. Erat autem & mutus ſicut ipſi. Non habebat enim in ſe Deum Verbum, aures eius & os obturantibus Dæmoniacis aquis, oculiſque tenebras effundentibus, ne agnoſcerent & oculos intenderent in Solem Dominum Chriſtum Deum. Propterea enim in typum gentium Deus appellauit reptilia piſces ac animalia, quoniam reptile eſt ſimile Diabolico Serpenti anima & corde & ratione. Pectore in terram totum trahitur, ex cœleſtibus nihil conſiderat: nihil ſublime cogitat: nihil excelſum contemplatur: ſed tota corporis ſtatura adhæret terræ à capite vſque ad caudā, hoc eſt ab initio ad finem, tractus in puluerem & fimum, aluo, idolorum, ventre, vmbilici luxuriæ & libidinis. Vnde propter hæc reptilia ex piſcibus gentilibus ante omnes Chriſtus vocauit piſcatores. Porrò autem primū natus filius, nempe Cain, in figurā primogeniti Iſraël, fuit agricola, vt qui eſſet cognatus animantium è terra genitarum & non benedictarum: Occiſor boni paſtoris Abel, nempe Chriſti de quibus ipſe dicebat: Vos ex patre Diabolo eſtis. Hoc eſt, ex Cain, qui Diaboli opera eſt imitatus. Ille erat homicida ab initio, hoc eſt, ſtatim ab initio productionis mundi, vt qui proprium fratrem interfecerit. Ergo vos quoque eritis homicidæ ad imitationem, morte

Animalium terreſtrium excellentior forma & maior vſus quàm aquatilium.

Iob. 39.

Piſcium nulla eſt vox, neque ſapientia, nec ſenſus.

Piſcium proprietates conueniunt propriè gentium.

Piſces cur tum appellauit reptilia in typū gentium.

Propter piſces, nēpe gētes, Chriſtus vocauit piſcatores Apoſtolos.

Ioan. 6.

Cain Diaboli opera eſt imitatus.

Appendix.

A enim afficietis meam Ieſu humanitatem, nullam tanquam Deo mihi damnum illaturi, propterea quòd non poſſitis in eo me aggredi. Hæc autem omnia teſtimonia adduximus ad gloriationem & exultationem Chriſti Eccleſiæ. Maximam enim vtilitatem & cōfirmationem accipimus nos fideles, cùm diſcimus quòd cùm primum cœlum & terra creabantur, ex eo tempore admirabilium aquarum populus reptilium piſcium benedictionem accepit à Domino. Frater autem prodigi huius filij gētilis, qui erat in agro vineæ Iſraëlis agricola, manſit ſine benedictione, vt qui huc vſque non inducat in animum ingredi & eſſe particeps corporis & ſanguinis vituli ſaginati. Saginatus au-B tem vitulus nominatur Chriſtus, quoniam multis temporibus ante nuptias & eius vnionem cum Eccleſia, parabatur à ſuo patre in eſum gentium, & quodammodo ſaginabatur ſacramentum. Deus enim ante ſecula antiquum verum reuelauit conſilium ad gloriam noſtram gentium, ſicut clamat Eſaias & Paulus. Et dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Cōuenienter rationi anagoges, Chriſtum hic intelliges, in quo dicitur illud: Faciamus hominem, quādo ſuſcepit hominem. Illud autem, Faciamus, non ſolus dicit Pater & Spiritus, hic quidem vt approbans & ratum habens, ille autem vt præpa-C rans, ſed etiam filius vt Deus conſentit de eo quod eſt faciendum, vt ipſe quoque cernatur amplecti humanæ naturæ ſuſceptionem. Sed primū eſt aliter examinandum Verbum. Et iam quidem à nobi, de eo, quantum potuimus aſſequi, ſunt libri elaborati,& eo tranſmittimus vos qui voluerint. In ſumma autem, ne inſtar mutilati membri aut corporis ſit in illis opus mancum ac mutilū, hoc eſt implendum. Sunt autem hæc, cur non diſtinxit Deus inter creationem animalium ex terra & creationem hominis, ſicut diuiſit inter piſces & animantia è terra genita: ſed tanquam eſſet quædam eorum cognatio, eodem die & hominem & D ea eſt fabricatus. Quod quidem ſoluens quidam ex expoſitoribus, propter eam quæ cum Iudæis ei fuit ſecundum carnem cognationem, dixit eam eſſe ſimul creationem. Vnde, ait idem, licet contemplari & admirari, quòd ijs relictis quæ erant ei propinqua & cognata, iſte homo à Deo eſt introductus & datus in Paradiſum, ad eum operandum & cuſtodiendum. Quædam autem alia & ſecunda animantia, vel potius beſtias diuerſi ab eo generis,& quæ procul aberant, adduxit non priora, ſed ſecūda. Quæ quidem ſunt greges beſtiarum, nempe gētium. Poſt hæc autem cognoſcendum eſt & conſiderandum, quòd hæc E prima vox in diuina ſcriptura dicta eſt pluraliter, diuinam, inquam, ſignificans Trinitatem, dicens in ſola hominis creatione: FACIAMVS hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, perinde ac tribus diuerſis perſonis hominum, ſi ita liceat dicere, ex communi conſilio & conſenſu conſtruentibus aliquam imaginem & ſimulachrum, & vnaquaque faciente in ſimulachro aliquam propriam ſimilitudinem effigiem & figuram: vt ſit in ea id quod videtur, corporalius & craſſius. Erat, inquam, alterius quidem ex diuinis artificibus, altitudo: alterius autem, latitudo: & alterius profunditas.

Prodigi frater, id eſt Iudæus, noluit eſſe particeps corporis et ſanguinis vituli ſaginati, nēpe Chriſti.

Chriſtus cur vocetur vitulus ſaginatus.

Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinē noſtrā, dicitur de Chriſto.

Cur Deus hominē et animalia eodem die eſt fabricatus.

Homo creatus ad imaginem Dei, anima ad imaginem patris, ratio, verbi, mens, ſancti Spiritus.

Sic enim eſt propriè imago & ſimulachrum ad A imitationem, figuram, & imaginem diuerſorum artificum ipſius vnius & indiuiduæ vnius & ſolius Dei eſſentiæ & naturæ. Animæ quidem, ad imaginem Dei & Patris, quomodo etiam prius nominauimus in duobus libris quos edidimus de conſtructione hominis. Rationis autem ſeu verbi interni, quod deſcribit ac effingit Deum Verbum à Deo genitum. Mentis autem, quæ fert imaginem ſancti Spiritus. Cùm nos autem aliquando hanc vocem proferremus apud quendam ex Hebræis, multæ enim & ſæpenumero cum eorum genere ortæ nobis ſunt controuerſiæ ac contradictiones planè ex temporales) contrà dixit improbus, Re- B gem aliquem, & ſi ſit ſolus, poſſe dicere illud: Faciamus, & illud, Iuſſimus. Cùm nos autem occurriſſemus & dixiſſemus, Et cur ante creationem hominis, non cernitur Deus in aliqua alia quæcunque ea ſit, creatura vſus eſſe hoc verbo: Faciamus, & dixiſſe, niſi in ſolo homine, & rurſus in muliere quæ poſtea fuit facta, quando dixit: Faciamus in adiutorium, ad hæc nulla erat vox Iudæi, neque rurſus contradictio. Fieri enim non poteſt vt ſit homo ad imaginem eorum qui dicunt: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, niſi ferat in ſe aliquam aliam propriam figuram aut effigiem vniuſcuiuſque horum artificum. Vnde id quidem, quod eſt ad C imaginem Trinitatis in eſſentiæ incorporeę & intelligentis & materiæ expertis & incomprehenſibilis animæ noſtræ, omnes homines habemus ſimiliter, Id autem quod eſt ad ſimilitudinem, ij ſoli habent qui ſe ipſos recrearunt ea vitæ inſtitutione quæ eſt ex virtute, qui Deum habent in ſe inhabitantem, & gratia quodammodo ſunt veluti Chriſti, in diuinitate ſimul & humanitate. Propterea & bis & ſemel exponens diuina ſcriptura, & dicens: Et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum, non addit: Ad ſimilitudinem: vtpote quod illud quidem, Ad imaginem, ſit à Deo creatum & in nobis naturale: illud autem, Ad ſi- D militudinem, eſt vitæ inſtitutionis quæ libera electione ſuſcipitur, & per vitam quæ ex virtute agitur, inducitur, & aſſumitur. Propterea hoc nos docens qui cum verbo idem habet nomen Theologus Ioânes, dicit, ſcribês ad aliquos: FILIOLI » nunc filij Dei ſumus per hoc baptiſma: & nondũ » manifeſtatum eſt quid erimus: quoniam videbi- » mu, eum ſicut eſt. Vides quòd poſt ſanctum baptiſma, dicit vitam quæ ex virtute agitur generare id quod eſt ad ſimilitudinem. Quod quidem ſi fuerit manifeſtatum in corde, illum videbitis in ipſo ei conformato & aſſimilato, quantum capit & poteſt homo. Vnde etiam hoc accepit quidam ex E externis inſipientibus Philoſophis ex noſtra diuina ſcriptura, dicens Philoſophiam eſſe Deo aſſimilationem quo ad eius fieri poteſt ab homine, cum hanc ſacram Moſaicam aſpexiſſet ſcripturam quæ dicit: FACIAMVS hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & imperent piſcibus maris & volucribus cœli, & omnibus re- » ptilibus quæ repunt ſuper terram. Cùm ad hunc locum peruenerimus, opportunè nobis ſunt laudãda ac celebranda ſapientiſſima & illuſtriſſima à Deo data ſanctiſſimi Spiritus eloquia, & dicendum: LVCERNA PEDIBVS Eccleſiæ re vera

Deus ante creationẽ hominis nunquam vſus eſt verbo, Faciamus.

Ad ſimilitudinem Dei factũ eſſe aliud eſt quam ad imaginem.

θεόλογος, Deus verbum.

1. Io. 3.

Vita ex virtute poſt baptiſma generat Dei ſimilitudinem.

Philoſophia eſt Deo aſſimilatio.

Pſal. 118.

eſt lex, & lumen ſemitis noſtris. Audiamus enim » quam magna & quam inexpugnabilia Deus hinc nobis confecerit arma aduerſus Iudæos & Barbaros, & Samaritanos, qui diſcerpunt & illudunt fidem Chriſtianorum, vt quæ tres Deos colat, ſanctam & quæ & ſimul eiuſdem eſſentiæ Trinitatem. Nam cum dicat ſcriptura duas perſonas, Adami, inquam, & Euæ, eſſe vnum ſolum hominem & non duos, conuincimus aduerſarios veritatis, qui in tribus Perſonis hymnis & laudibus celebratur Deus, vnus eſt Deus, & non tres, propter eiuſdem ſimul eſſentiæ naturam, quomodo etiam in Adamo & Eua. Nam propter cognationem & eandem ſimul eſſentiam, audi quemadmodum & ipſos, & vniuerſam mundi humanitatem vnum hominem Deus nominet dicens, FA- » CIAMVS hominem ad imaginem & ſimilitudi- » nem noſtram, & imperent, duos vnum dicens » hominem. Et rurſus dicit: ET FECIT DEVS » hominem, ad imaginem Dei fecit illum, maſcu- » lum & hominem fecit eos. Ecce hîc quoque » duos vnum nominauit hominem: vt tibi quoque arma præbeat ad oſtendendum, quòd pater & filius, cum duæ ſint hypoſtaſes ſeu perſonæ, ſint vnus Deus. Vnde etiam cùm eſſet Deus inducturus diluuium, dicit ad Noë: FINIS omnis hominis venit coram me. Ecce ſignificat hominum » multitudinem. Audi ergo, totam hanc multitudinem vocat vnum hominem, rurſus dicens eidem Noë: DELIBO hominem quem feci. Si ergo innumerabilia hominum perſonarum millia vnum dicit hominem propter naturæ ſimilitudinem: quanto magis tres diuinitatis eiuſdem ſimul eſſentiæ perſonæ dici poſſunt vnus Deus? Et in alijs locis innumerabilibus inuenies diuinam ſcripturam vnum nominare hominem totum genus humanum? Vt quando rurſus dicit Deus poſt diluuium de vniuerſo genere humano: PROPENSA eſt cogitatio hominis ad mala à iuuente ſua. » Et rurſus: HOMO vanitati ſimilis factus eſt, &c, » HOMO, ſicut fœnum dies eius, &c, Quid eſt » homo quòd reputas eum? &c, Minuiſti eum » paulominus ab Angelis, & gloria & honore co- » ronaſti eum. Audis inſipiens Iudæe, & tu Barbare, & Samaritane, quemadmodum vniuerſa humanitas vocatur homo? Eadem ergo regula diuinitas quoque vnus Deus eſt & appellatur: & Iſraël, cùm ſint ſexcentæ hominum myriades, vnus Iſrael dicitur, & Aſſyrius tota gens in vna perſona dicitur, quomodo & Perſa & Hyperboreus & reliquæ gentes, cùm ſint in perſonis innumerabilibus, in vna perſona appellantur, cùm Deus de nobis Chriſtianis aliquid melius proſpexerit, vel potius vt prætermittam multas probationes quæ fiunt per teſtimonia, ex hoc ipſo verbo quod probro afficiunt Iudęi probabimus id quod tradimus. Dicit enim ET DIXIT Deus, vide ſingula. FACIAMVS. Vide etiam plurale, & illud quidem attribue omnino naturę, hoc autem perſonis, & non contrà. Si enim naturę, abſurdum. Sin autem perſonis, nihil eſt graue. Vide enim in innumerabili hominum multitudine eſſe vnam naturam. Hęc cum iam dixerimus ſenſus in ſecundo libro aduerſus Iudęos, ea non propter aliquã hic quoq; poſuimus obliuionẽ. Gratum enim eſſet, ſi fieri poſſet,

Adam et Eua vnus homo.

Deus vnus eſt in trib. perſonis.

Geneſ. 6.

Homo vocatur vniuerſa hominum multitudo.

Tres perſonę conſubſtantiales vn. Deus.

Gen. 8.

Pſ. 143.

Pſ. 102.

Pſal. 8.

Anaſtaſius ſcripſit librum aduerſus Iudæos.

poſſet, hæc poni in foris & in compitis ac triuiis ad fidelium cognitionem & intelligentiam, Iudæorum autem pudorem & confutationem, linguas ſuas, vt prius dixi, mouentium aduerſus Chriſtum & ſuam Eccleſiam. FACIAMVS Hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & imperet piſcibus maris, & volucribus cœli, & iumentis, & vniuerſæ terræ, & omnibus reptilibus repentibus ſupra terram. Nos quidem facit pigriores ad eadem rurſus dicenda, quòd ea alibi expoſuerimus. Miror autem in præſentia eos, qui in ſola manſerunt litera, & dixerunt corporalem piſcium & volucrum, & beſtiarum omnium authoritatem & dominatum, eſſe illud, ad imaginem & ſimilitudinem Dei in homine. Neque enim inuenimus quod ipſe Protoplaſtus dominatus ſit piſcibus maris. Sed nec vllus alius ex iuſtis qui fuerunt à ſeculo. Dominatum dico, non eum qui conſiſtit per artificioſam aliquam excogitationem, inſtrumentáque & ſtudia venatoria, vt quibuſdam viſum eſt dicere, ex quibus eſt Gabaleotes. Illa enim eſt non dominatus, ſed calliditas & dolus. Non enim qui dominatur alicui, & maxime iuſſu Dei, dominatur cum ſubtili mentis excogitatione, ſed apertè dominatur cum poteſtate & authoritate. Quod ſi, vt eſt veriſimile, aliqui adhuc inuidi contradicunt, ex duobus ſanctis Eccleſiæ ſummis, eius quod dico fidem faciam. Velim autem, tibi rurſus, ô Iudæe, dico, velim, inquam, te dicere, An fuerit aliquis inter homines ad Dei imaginem & ſimilitudinem. Is ne eſt ſacer ille præcurſor Ioannes, qui eſt maior omnibus inter natos mulierum? an ſimiliter Petrus ille ſummus & antiquiſſimus vertex ſanctorum Apoſtolorum? Ne hi quidem ſunt omnibus dominati. Et quòd Petrus quidem non ſit dominatus omnibus piſcibus maris, audi eum dicentem ei qui eſt verè dominatus & piſcibus, & mari, & volucribus cœli ac ratione præditis, & vniuerſæ terræ, nempe Ieſu. Per totã noctem (per Iudaicum fortè cultum laborantes nihil cepimus: Propter verbum autem tuum, nempe fidem in te, Laxabo rete Euangelij in mare mundi Gentium. De Ioãne autem, is qui eſt einſdem cuius ipſe nominis dicit in Euangelio ſecundum Ioannem. IOANNES quidem nullum ſignum fecit. Quomodo ergo qui ſignum non fecit, & Petrus qui non eſt dominatus piſcibus, diſci poteſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei! Nam qui dominatur animalibus & piſcibus & volucribus iuſſu Dei, dicit Leoni, Veni, & venit: & Aquilæ, ingredere & ingreditur: & Piſci, appropinqua, & obedit: & Draconi, pereas, & ſtatim expirat. Aduerte autem quòd non ſolum piſcium, & beſtiarum, & reptilium, dominium dedit Deus homini qui factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei, ſed vniuerſæ terræ. Vnde etiam ſcriptum eſt, eos imperare piſcibus maris, & volucribus cœli ſecundo ordine: & deinde ſic, Beſtijs, & iumentis, & vniuerſæ terræ: hoc eſt, omnibus quæ ſunt & habitant ſuper terram, nempe hominibus & gentibus. Si ergo omnia ſubiecit ſub pedibus eius qui eſt verè ad imaginem Dei, eſt perſpicuum quod is homo eſt Dominus omnium quę ſunt in mundo, vt qui habeat ſub pedibus homines tanquam mãpia & ſecuros. Dic mihi ergo quomodo Moſes,

Dominari animalib⁹ non eſt imago & ſimilitudo Dei.

Nec Protoplaſtus, nec vllus præter Chriſtũ dominatus eſt piſcibus maris.

Calliditas & dolus non eſt dominatus.

Luc. 5.

Appendix.

qui erat talis & tantus, non erat ad imaginem Dei? fugiebat enim à facie Pharaonis. Quomodo Helias qui aſſumptus fuit in curru igneo, procul fuit abſconſus à facie Iezabel? Quomodo omnes ferè Prophetæ, iuſti, & Apoſtoli ab impiorum manibus ſunt interempti, non hoc paſſuri, ſi dominati eſſent vniuerſæ terræ, & ſi ſubieciſſet omnia ſub pedibus eius? Cùm de hoc dicto tanta eſſet & tam perplexa dubitatio, ſuam ad Hebræos epiſtolam ferens illico adſtitit Paulus myſta arcanorum ineffabilium: in quam nos intuentes, liberauit ab obſcura & admodum profunda dubitatione, dicens Chriſtum eſſe imaginem Dei inuiſibilis, & ipſum imperare & dominari omnibus tanquam hæredem omnium, & ei ſubiecta eſſe omnia, prę ter Deum, inquam, & Patrem, & ei genu flectere cœleſtia & terreſtria & ſubterranea. Hoc eſt enim imperare ipſis ratione præditis piſcibus maris, & intelligẽtibus cœli volucribus, & hominibus qui ſunt inſtar pecorũ & iumentorũ, & vniuerſę terrę. Ponit autem piſcium ſubiectionẽ, quoniam ante omnes eſt iis dominat⁹ qui per aquã & ſpiritũ generantur, & regenerãtur nẽpe nobis gentibus, & animis qui ſunt in abyſſo inferorũ in obſcuris & in vmbra mortis. Deinde ſecundas dicit volucres cœli, intelligentes poteſtates, de quibus dicit: Cognoui omnes volucres cœli. A terra enim cũ carne aſcendens, fuit cognitus & conſpectus à principatibus & poteſtatibus per Eccleſiam. Quando autem intrarit plenitudo gentium, ſubiicientur omnino Chriſti dominio & iumenta illa & beſtię è terra genitæ & eius cognatæ, nempe Iſraël. De quo dicebat: Alias oues habeo quę non ſunt de hoc ouili, & illas me oportet adducere, & vocem meam audient, & fiet vnus Grex, vnus Paſtor. Et ſic in Chriſto eueniet, & intelligetur de ipſo & de eius coniuge Eccleſia, id quod à Deo dicebatur de duobus: IMPERENT piſcibus maris, & volucribus cœli, & iumentis, & vniuerſę terrę, à mari vſque ad mare, & à fluuijs vſque ad fines orbis terræ. Carnales autem qui corporalem hominis poteſtatem intelligunt de carnalibus piſcibus & volucribus, & omnibus iumentis, & beſtijs, & reptilibus, & omnibus quæ ſunt ſupra terram, non poterunt nobis oſtẽdere vllum hominem præter Chriſtum, qui ſit ad imaginem Dei. Nullus enim ex ijs qui à ſeculo nati ſunt, non dico ex Regibus, ſed nec ex iuſtis, eſt dominatus poteſtate imperiũ habente omnibus quæ ſunt ſuper terram, & mari, etiamſi faciendi miracula, perſpiciendique ac prędicendi Prophetica omnino eſſet prędítus gratia. Cæterum non in eijciendis Dæmonijs, nec in ſignis faciendis Dominus definit perfectionem hominis qui eſt ad Dei imaginem & ſimilitudinem, vt quando dicit, Dicent mihi in illa die, Domine, An non in tuo nomine multas virtutes fecimus? & dictum eis: Amen dico vobis, Non noui vos. Sed diligite, inquit, inimicos veſtros, & benedicite ijs qui vos execrantur. Benefacite ijs qui oderunt vos, & orate pro iis qui vobis inſultant, vt ſitis ſimiles Patris veſtri qui eſt in cœlis, in virtute charitatis definiens eſſe ad Dei ſimilitudinem. Quomodo etiam ipſe Chriſtus loquens per Paulũ, eadem vſus eſt regula & definitione, quando dicit: Etiamſi linguis hominũ loquar, & ſciam myſteria omnia, & omnem cognitionẽ, & omnem

Chriſtus ſolus eſt imago Dei inuiſibilis.

Soli Chriſto ſubiecta ſunt omnia.

Baptiſatis præcipuè Chriſtus eſt Dominatus.

Ioan. 10.

Matt. 7.

Matt. 5.

Luc. 6

In Charitate eſſe, eſt eſſe ad Dei ſimilitudinem.

1 Cor. 12.

A habeam fidem ita vt montes transferam, nihil mihi prodeſt. Sed de his quidem hactenus. Videamus autem etiam quid ea ſignificent quæ dicit de benedictione. ET FECIT DEVS hominem: ad Dei imaginem ſecit illum. Hoc æſt, Chriſti imaginem & præfigurarionem. Compoſitum fecit hominem, mortalem & immortalem à ſpectabilem & non aſpectabilem, interitui obnoxium & in quem non cadit interitus. MASCVLVM & Fœminam fecit eos. Hoc quidem, propterea quòd ſit laxus & mollis, & ad interitum facilè diſſolubilis. ET BENEDIXIT eos Deus, dicens: CRESCITE, & multiplicamini, & replete terram. Videlicet per filiorum B procreationem Maſculi & Fœminæ. ET DOMINEMINI ei, & imperate piſcibus maris, & volucribus Cœli, & omnibus iumentis & vniuerſæ terræ, & omnibus reptilibus renpentibus ſuper terram. Paulo antè quidem Ioannem & Petrum in medium adduxit oratio, ad perſuadendum auditori vt ſcriptnram diuinam intelligeret ſpiritualiter, poſt contemplationem quæ literæ conuenit. Quod ſi ad literam progreſſi illic maneamus, quomodo poteris oſtendere gloriosiſſimam illam Dei matrem eſſe ad Dei imaginem & ſimilitudinem. Vbi enim imperauit illa aut eſt dominata beſtijs ſenſilibus, C aut piſcibus, aut volucribus, aut vniuerſæ terræ, quæ à facie Herodis migrauit in Ægyptum? Et quis mihi, dic quæſo, aut ex hominibus, aut ex Dæmonibus, audebit dicere, quòd ea quę eſt eiuſdem ſimul cum Deo eſſentiæ, quod ad carnem attinet, non ſit ad imaginem & ſimilitudinem eius qui eſt ipſa natus? Quomodo eſt enim mater eiuſmodi filij, nnn ferens in ſe integram & illæſam fœtus ſui imaginem? Quamobrem oſtenſum eſt ei qui eſt filius pacis, non autem effector pugnarum & offenſionum, quòd & imperium piſcium qui dicuntur, & volucrum, & iumentorum ſolus ille poſſidet dicens: Omnia mihi tradita ſuot à patre meo, &, Data eſt mihi omnis poteſtas in D cœlo & in terra, &, Pater diligit filium, & omnia ei tradidit in manus. Dicitur autem accipere à Patre, vt qui factus ſit homo, ruſus autem honoratur, quatenus apparet ſicut patet, vt qui ſit eius filius eiuſdem ſimul cuius ipſe eſt eſſentiæ. ET DIXIT DEVS, Ecce dedi vobis omnem herbam ſeminabilem, ſeminantem ſemen, quod eſt ſuper omnem terram, Et omne lignum quod habet in ſe fructum ſeminis, erit vobis in cibum, & omnibus beſtiis terræ, & omnibus volucribus cœli, & omni reptili repenti ſuper terram, quod habet in ſe animam vitæ, & omnis E herba viridis erit vobis in cibum. Et factum eſt ita. Et vidit Deus omnia quæcunque fecit, & ecce valde pulchra. Et factum eſt veſper, & factum eſt mane dies ſextus. Hucvſque dicit magnus inter Philoſophos & Doctores. Olympindorus eſſe finem ſenſilis Creationis. Quado autem dicit, inquit ille, ſcriptura in figura epilogi ſeu repetitionis: HIC EST LIBER generationis cœli & terræ, & cætera quæ ſequuntur, de noua in Chriſto creatura, deſcribit ac præſignificat ea qoæ poſteriotibns temporibos in Eccleſia finem acceperunt. Quam etiam ſecundum orbem terræ nominat ſanctiſſimus Apoſtolus dicens: Non enim

Virgo Maria non eſt ad Dei imaginem & ſimilitudinem, ſi maneamus in litera.

Luc. 4. Matth. 28. Io. 3.

Epilogus creationis ea præſignificat, quæ erant futura poſterioribus temporibus.

Hebr. 2.

A Angelis ſubiecit Deus orbem terræ futurum de quo loquimur, orbem terræ nominans Eccleſiam, propterea qnòd à Petro qnidem eſſet fundanda, ab ipſo autem excitanda, ſicut etiam nominabat nouam qoæ tunc inceperat produci. Si enim per res omnes quas & contemplatus eſt & conſtruxit Moſes in monte Sinai, Eccleſiæ typum prius deſcribebat, nempe & per ſanctum tabernaculum, & omnia quę erant in ipſo, & omnem cultum legalem, ne mireris, inquit, ipſe in rebus diuinis præclarus Olympiodorus, ſi rerum nominatarum quas antea conſtruebat & deſcribebat, à Deo accepit rationes, ænigmaticè, obſcurè, & arcanè. Hoc enim ſignificabat quæ erat in monte B caligo & procella, nempe non eſſe manifeſta myſteria quæ dicebantur & figurabantur, ne ſi reſciuiſſent Iudæi noſtri, nempe Gentium, viſitationem, ſui autem deſertionem, librum legis comburerent, & maximè propoſitæ Geneſis, & hinc maximum damnum & detrimentum acciperet Eccleſia. Contemplando autem ſæpe eo redit prædictus Philoſophus, qui Alexandriam ſnis illuſtrauit libris, vt qui eſſet eius Diaconus, vt dicat in perfecta & abſoluta immortalitate & ab interitu remotione creatum eſſe hominem benedictionem, & Maſculum & Feminam, & beſtiarum generationem earúmque eſum, proferens ad C oſtendédum interitum. Etenim lauacrum, inqnit, eorum qui baptiſantur in Chriſto, haber veram & perfectam ablutionem primi parentis Adam qnæ ad nos peruenit abnegationis & peccati. Propter quam certe cauſam infantes quidam illuminati, cum ſint ab omni, cuiuſmodicunqne ea ſit, iniquitate & peccato mundi, & ſpiritum acceperint, & Chriſtum ſint induo, ſæpe in ipſa hora, aut poſt baptiſmnm decedunt nulla culpæ aut vitio affines, & ſancti, vt teſtatur Paulns. Neceſſe eſt enim in his alterum dicere ex duobns: aut quod non ſunt liberati per baptiſmum & ſpiritum à primi parentis Adæ peccato & abnega- D tione, quod nulli vnquam venerit in mentem: aut quòd liberati, iniuſtè in mortem reciderunt: aut quòd fuerunt quidem liberati, ſed ad ſimilitudinem primi ſui parentis Adami & Euæ, induti corpore mortali, cùm per mortem ad vitam meliorem acceſſerint, interitui non obnoxia & immortalia tunc in reſurrectione ſna recipient corpora, nunc mortui, ne immortale & æternum ſit & malum, vt dicit dininus Gregorius: hoc eſt ne perpetuò ſimus in interitu: ſed in Chriſto induamur incorruptionem. Cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum. Amen.

Quæ Moſes vidit in mõte, erãt typus Eccleſiæ.

Caligo & Procella in mõte quid ſignificet.

Olympiodorus Philoſophus Alexandrinus.

Baptiſmus habet perfectã ablutionem peccati.

E

DE IIS QVÆ FVERVNT POST ſextum diem. Liber ſeptimus.

ET PERFECTVM fuit cœlum & terra, & vninerſus ornatus eorum. & perfecit Deos in die ſexto opera quæ fecit, & quieuit die ſeptimo ab omnibus operibus quæ fecit. Per hæc enim oſtédit & nos docet ſcriptura, quòd quędam alia poſthęc & fecit & facit, ſicut teſtatur dicens: PATER meus modo operatur, & ego operor. Hinc moti quidam ex antiqnis expoſitoribus, népe ex eo quod dixerint Deum ceſſaſſe

die

die ſeptimo, præoccuparunt dicere, quod oſtendet fore vt in ſeptimo ſæculo, hoc eſt in ſeptimo annorum millenario, fiat mundi conſummatio. In ſingulis, inquit, diebus creationi. fecit opera dierum numero paria. Nempe in primo quidem die, poſt ſimplicia elementa, opus vnum, quod eſt lux. In ſecundo autem, duo, nempe firmamentum, & diuiſionem aquarum, tam quæ ſuot ſuprà quàm quæ infrà. Tertio die, tria, congregationem aquæ, & terræ detectionem, & fructuum ex ea germinationem. Quarto quatuor, Stellas, & Solem, & Lunam, & eorum poſituram. Quinto rurſus quinque opera, nempe quinque ſenius, & piſces, & iumenta volucres, & quę 1o eis facta eſt benedictiooem. Sexto die ſex, quæ ſunt, ex terra animantia, & hominem & fœminam, & quæ eſt eis exhibita benedictionem, & quæ fuit eis data poteſtatem, & cibum. In his enim, inquiunt expoſitores, ſex diebus, licet videre in eorum ſingulis ſymbolicum aliquot euidens indicium rerum quæ à Deo factæ ſunt. Nam in primo die ſeparatio lucis & tenebrarum ſignificat illam ſeparationem eorum qui erunt à dextris & à ſiniſtris Chriſti, nempe peccatorum & iuſtorum. Vnde etiam 1o tenebras exteriores iubet abire eos qui erant à ſiniſtris. Similiter & ſecundo die aquam quidem partim in cœlos eſſe ſublatam, partim autem rurſus amandaram in tenebras abyſſi, docet nos quæ futura ſint de iuſtis & peccatoribus ex nobis 1o conſummatione. Manifeſtius autem nos docet dies tertius rationem reſurrectionis, per hoc quod dixit is qui tunc erat creator, poſtea autem futurus eſt iudex. Congregetur aqua quæ eſt ſub cœlo, in congregationem vnam, io iudicio. Et ſexto die, quæ eſt ex terra herbæ & arborum germinatio ac productio, oſtendit reſurrectionem. Quomodo etiam clamat Paulus. Tunc enim fructus operum & factorum vniuſcuiuſque cum eis ſurgit è terra. Quod autem dicit Chriſtus, quod in reſurrectione fulgebunt iuſti tanquam ſol aſcendentes in nube ad cœlos, apertè oſtendit etiam quartus die, per eam quam Deus in ipſa fecit diei à oocte ſeparationẽ. Sed & quod „ à Deo dictũ eſt in quinto die: Producant aquæ re„ ptilia animarum viuentium, & volucres volaotes „ ſoper terram, admodum appoſitè id magis videmus fieri in reſurrectione mortuorum, quando ij qui aliquando in mari fuerant ſuffocati & deuorati à piſcibus reſurgunt, habentes animas viuentes & immortalia corpora. Ex quibus alij quidem fiunt volucres in cœlum volantes. Io die autem ſexto, alij quidem dixerũt hominis è terra formationem, eſſe ſymbolum reſurrectionis mortuorum corporum: Alij autem procreationem diuerſarum beſtiarum, & volucrum, & quadrupedum, & iumentorum reptilia & beſtias dicentes impios Gentiles. Quadrupedes autem & iumeota, quæ ſunt quidem immunda, & ad eſum non apta, eorum qui fide viuunt cum peccato, munda autem habere figuram iuſtorum. His, inquiunt interpretes, ſic ſe habentibus, reſtat omnino dicendum de die ſeptimo, quòd is latenter & occulti faciat futurum regnum. Nam quomodo in ſingulis diebus hebdomadis ſex dierum, fuit aliquod ſignum reſurrectionis, & mundi & hominum generationis: ita etiam in vnoquoque millenario ſex mil-

Conſummatio mũdi in ſeptimo annorum millenario.

Diebus ſingulis opus fecit Deus opera numero dierũ paria.

In ſingulis dieb' creationis eſt aliquod ſymbolum rerum factarum à Deo.

Matt. 13.

Dies ſeptimus ſignificat futurũ regnũ.

lium annorum præteritorum fuit aliquod ſymbolum & typus reſurrectionis & tranſitus creaturæ ad id quod eſt melius, oempe ad incorruptionem & interitus emotionem. Ducenteſimo quidem & triceſſimo anno primi diei genitus Seth, qui interpretans Poſitus, habens imaginem & ſimilitudinem, quam ab initio à Deo acceptam Adam obſcurauit per tranſgreſſionem, vt ſumus fuſius oſtenſuri cum fuerimus in locis qui conſequuntur. Milleſimo autem quingenteſimo anoo ad veſperam tendente Meridie ſeculi, tranſlatus eſt Enoch, qui fuit primitiæ & figura hominum ad melius tranſlationis & reformationis. Nam Enoch interpretatur innouatio. Vnde ſeptimo die ſignificante tranſlationem, qui fuit ſeptimus ab Adamo fuit tranſlatus. Bis milleſimo autem quingenteſimo anno, quod eſt dimidium tertij diei ſeculi, facta eſt Mundi reformatio poſt diluuium per Noë. Nam Noë quoque interpretatur reformatio. Similiter & ter milleſimo quingenteſimo anno, quod quidem eſt dimidium quarti diei, generati ſunt duo populi Iſrael & frater eius. Quòd ſi hoc non admittis in ſignum reſurrectionis, ſcias quòd eodem quarto die egreſſus eſt Iſrael ex Ægypto, & ingreſſus eſt in terram promiſſionis. Hunc autem exitum ex Ægypto interpretantur interpretes, non ſolum de vocatione Gentium, ſed etiam de exitu è mundo, & ingreſſu ad veram terram promiſſionis, nempe ingreſſu ſupernæ Hieruſalem: quoniam rubrum & igneſcens mare ignis fluuiatilis omnes tranſimus veri ſpiritales Iſraelitæ. qui verò factis imitantur Ægyptos, igne ſubmerguntur. Habes etiam dimidium quinti diei. Res enim quæ ſuot in ſæculo, ſunt exemplaria conſtitutionis ſupernæ Hieruſalem, vbi in ſancta ſanctorum introit Præcurſor Chriſtus quem prius deſcripſit ac præfigurauit arca templum ingreſſa, quando chorum duxit & ſaltauit in typum Chriſti Dauid exultans. Quoniam quæ perierat ratione prædita hominis arca, in qua in primis repoſitum fuerat Dei Teſtamentum, eſt inuenta & liberata à malignis alienigenis qui eam redegerant in captiuitatem. Hæc autem omnia quæ dicta ſunt quinque indicia in quinque meridiebus quinque dierum ſeu mille annorum ſeculi, non ſolum ſunt ſymbola mundi tranſlationis ad melius, & in corruptionem interitúſque remotionem, ſed etiam ipſius Chriſti apparitionis hominiſque ſuſceptionis & Eccleſiæ. Meridie enim & veſpere ſexti diei, ſeu quinquies milleſimo & quingenteſimo aono incarnatus apparuit: quandoquidem ad veſperam ſexti diei in ſui typum formauit Adam. Et ideò nonnulli coniectantes dixerunt, quod veſpere & dimidio ſexti diei fit reſurrectio, quam ſignificant ſex veſpertina crepuſcula, vt qui digni ſunt, ſint hæredes regni cœlorum. Quod quidem, inquit, ſeptimo die, extremum omnium quæ creauit, ineffabiliter & myſticè conſtruxit Deus Verbum, ſicut nos docet ipſe Deus Verbum, dicens: „ VENITE BENEDICTI Patris mei, eſſe hæredes pa„ rati vobis regni à conſtitutione mundi. Nam quomodo creaturam condidit, tunc etiam parauit regnũ. Huc eſt enim viceſimũ ſecũdum Dei opus. Vigiuti enim duo opera feciſſe Deum dicunt & Iudæorum & Chriſtianorum interpretes. Ex qui-

In vno quoq; die & vnoquoq; annorũ millenario eſt ſymbolum & typus reſurrectionis.

Seth, quid ſignificet.

Enoch trãſlatus quid ſignificet.

Per Noë facta mũdi reformatio.

Exitus ex Ægypto, ſignificat exitum è mundum & ingreſſum in ſupernam Hieruſalẽ.

Heb. 6.

Arca templum Dei ingreſſa quid ſignificet.

Chriſtus quinquies milleſimo & quingenteſimo anno incarnatus apparuit.

Reſurrectio quando ſit futura.

Matt. 25.

Viginti duo opera fecit Deus.

Viceſimū ſecundum rei opus eſt futuri paratum regnum.

Viceſimi ſecūdi numeri myſterium.

bus quidem viginti & vnum iam paulo antè enumerauimus facta in ſex diebus. Viceſimum autem ſecundum eſt futuri ſeculi paratum regnum, & ſpiritualis contemplatio. Propterea viginti duo ſola literarum elementa habet Iudæus. Cui rei cóuenienter viginti quoque duos libros enumerat, omne vetus ſuum teſtamentum. Sed neque nouit quamobrem, neque ſcit myſterium viceſimi ſecundi numeri. Neque cogitat quod viceſimus quidem numerus conſtat ex duobus perfectis numeris ſeu denariis, ſignificans Chriſtum ex duobus perfectis compoſitum, ex diuinitate, inquam, & humanitate, duo teſtamenta ſcripſiſſe, Moſaicum, inquam Decalogum, & Euangelium. Sic enim impletur viceſimus ſecūdus numerus ex duobus decalogis & duabus eſſentiis, nempe diuinitate & humanitate. Quoniam autem peremit oratio ad ea quę ſunt dicēda de quiete & conſummatione ſeptimi diei, non erit alienum, ſi aliquas Chriſti voces, quas dixit de conſummatione, in medium adducamus.

Matth. 25.

Nam in pārabola quidem decem Virginum duxit media nocte ſeipſum tanquam ſponſum è cœlo venire. Media nox autem cenſetur quarta pars noctis & diei. ET FACTVM eſt, inquit, veſper, & factum eſt mane dies vnus.

Dies Chriſti eſt mille annorū.

Dies autem Chriſti habet tempus mille annorum, vt iam ſit media nox pręſentis diei ſeptimi ducenteſimus quinquageſimus annus. Quod quidem Dominus rurſus tacitè ſignificat, dicens: » Quis eſt ergo fidelis & prudens ille » ſeruus, quem cùm venerit Dominus eius, inuene- » rit vigilantem? Amen dico vobis, quòd ſuper om- » nia bona ſua cōſtituet eum. Et ſi in ſecunda & ter- » tia vigilia venerit & ſic inuenerit, beatus eſt ille » ſeruus.

Matt. 24. Luc. 12.

Noctis ſūt quatuor vigiliæ.

Cùm ſint ergo quatuor noctis vigiliæ, cur non dicit Dominus, quod etiam in prima vigilia: ſed cùm nominaſſet ſecūdam & tertiam, præterit primam & quartam. Quamobrem mediæ nocti rurſus conuenit ſecunda & tertia vigilia. Perfecta enim & plena nox eſt quingenteſimus annus diei. Nox autem dimidia eſt annus ducenteſimus. Similiter etiam complementum ſecundæ vigiliæ, & principium tertiæ vigiliæ, eſt idem ducenteſimus & quinquageſimus annus.

De mundi fine quæ dicuntur, dicuntur per coniecturam.

Matt. 24.

Hæc autem interpretes dixerunt per coniecturam ad animi recreationem, non autem definiendo. Neque enim ignorarunt eum qui dicit: De die illo & hora nemo nouit, nec Angeli Dei. Cæterum Deus, inquiunt, abſcondit ipſum diem & horam, poſſunt autem tempora cōiicere ij qui habent ſanctum ſpiritum, qui cognoſcit etiam profunda Dei. Coniicimus ergo, inquiunt, ex rebus & verbis Dei & ſcripturæ, quæ de cōſummationę dicta ſunt ænigmaticè & occultè. Sed verum exitum & finem ſeculi ſolus ſcit creator temporum & vniuerſorum.

Maledicere eſt iucūdu hominibus.

Quoniam autem nihil eſt adeò iucundum hominibus, & maximè in quibus habitat faſcinu inuidiæ atque maledicere & aliena euertere, in perniciem & euerſionem auditorum, & ſunt, vt eſt veriſimile, nonnulli reprehēſuri calculum & numerū annorum quos diximus in ſex veſpertinis crepuſculis & meridiebus annorum millenariorum, paucis fortaſſe annis deficientibus aut etiam redundantibus, ad eos quidem qui ſunt digni vt reddantur certiores, illud reſpondemus, quòd huius rei cauſa orta eſt ex ijs qui certis temporibus fuere Chronographi,

Chronographi in numerãdo non cōſenſerunt.

qui in numerando non cōſenſerunt. Secundo autem eſt ſciendum, quod aliter computant Hebræi annum, & aliter Romana Eccleſiæ traditio. Nam illi quidem trecentorum quinquaginta quatuor ſolum dierum annum numerant ſolum. Cæterum quòd Eccleſia non exactè aliquādo inuenerit numerum in quadringentis annis, quibus dixit Deus Abrahæ in ſeruitutem eſſe redigēdum & affligendum Iſraëlem ab Ægyptiis: quoniam non ſeruijt Ægyptus quadringentos annos: & de viginti annis quos dixit Deus Noé, cum ij non ſint finiti, & de plurimis alijs ſimiliter, & quòd in ſeptimo die nōæque atque in aliis diebus ſitum ſit, Et factum eſt veſper & mane dies vnus, eſſe euidens ſignum eius quæ in ipſo facta eſt cōſummationis & complementi, dicunt ſancti Patres, & maximè ſanctus Clemens & Irenæus, & Iuſtinus Martyr & Philoſophus, qui doctiſſimè ſcribens commentarium ſextum ſexti diei, dicit ſextum numerum eſſe intelligentem hominis animam, & quinque eius ſentientes ſenſus.

Locus hic eſt corruptus.

Vnde etiam cum multa diſſeruiſſet de ſexto numero, dicit omnia quæ à Deo ſunt fabricata ſeſcupliciter diuidi, in res intelligentes & immortales, cuiuſmodi ſunt Angeli: & in res ratione præditas mortales, cuiuſmodi ſunt homines. Et in res ſentientes rationis expertes, cuiuſmodi ſunt iumenta & volucres & piſces. Et in res prodeuntes, mouentes, & inſenſiles, cuiuſmodi ſunt venti, & nebulæ, & aquæ, & ſtellæ: & in res quæ angetur, quæ etiam mouentur, cuiuſmodi ſunt arbores. Et in res inſenſiles quę non mouentur. Vt ſunt montes & terra, & quæ ſunt huiuſmodi. Omnes enim res à Deo creatæ in cœlo & in terra, tangunt vnam aliquam ex his diſtinctionibus, & ſunt eis definitę ac circūſcriptæ.

Res omnes à Deo facta ſeſcupla.

Chriſtus cōſtat quodammodo ex ſenario.

Coloſ. 1.

Sexies millenarius numerus eſt vnitas omnis calculi et numeri qui dicitur in literis.

Aduerte autem tu qui Dei pulchra facientis res pulchras conſideras vt cognoſcas, quòd ipſe quoque ſex dierum creaturæ opifex Chriſtus, conſtat quodammodo ex numero ſenario, nempe ex carne quæ conſtat ex quatuor elementis, & ex intelligēte anima, & ex diuinitate. Ergo ſi omnia per ipſum & in ipſum tendentia creata ſunt tam quæ ſunt in cœlis quàm quę in terra, vt clamat Paulus, omnino ſignificāt qui eſt in ipſo ſenarium, & cum ſignificat omnis numerus ſenarius qui eſt in veteri & nouo Teſtamento. Quamobrem vt quod Chriſtus omnia cōtineat & omnibus dominetur, propterea ſexies millenarius numerus eſt vnitas omnis calculi & numeri qui dicitur in literis, vnitatúmque & binariorum & ternariorum: & in creaturis terreſtribus & ſublimibus continet omnem numerandi ſcientiam & quantitatem, cùm ſit ſignificans.

Adam cur ſexto die factus ſit.

De veſpertinis ſextis horis multa hic ſunt præclara.

Et hac de cāuſa ſexto die factus eſt primus Adam, vt qui præfiguraret imaginum indiuiduarum partium Chriſti qui eſt ſex dierum, qui eſt ſecundus Adam, qui quidem ſexto die ſeculi ſuper terram fuit & apparuit, nempe anno quinquies milleſimo quingenteſimo, qui eſt meridies & veſpera, & ſextæ horæ medius, videlicet ſextæ quantitati ſeculi.

Chriſtus viſus fuit Abrahæ ad quercū Mambre, et pulchra eius contēplatio.

Quamobrem ea de cauſa veſpere ſexti diei in orto & paradiſo factus, eſt Adam ex terra & ex diuina inſufflatione, ex natura, inquā, aſpectabili & quæ non cadit ſub aſpectum, præfigurans, ac prius deſcribēs Chriſtū aſpectabilē, & nō aſpectabilē, qui hora ſexta in ſua imagine & Eccleſiæ viſus eſt Abrahæ in quercu Mambre, & illic fecit ſacrificium

A erificium vituli, qui ſuam mortem præfigurabat, & cibi humani fuit particeps, cur non ſuam præfigurans, & Sarrę ſoluit ſterilitatem, nempe Eccleſiæ. Parit enim non vnum, ſed multos Iſaacos: & in tabernaculo fuit typicè. Illic enim etiam ambulat in Eccleſia Dei. Meridies antè rurſus & veſpera erat & hora ſexta, quádo Ioſeph in Chriſti imaginem pranſus eſt ſimul cum fratribus, & Chriſti Paſcha admirabiliter præfigurauit ac deſcripſit, & tunc ciſternam habitauit, antè indicans ac ſignificans Chriſtum qui poſt illam cœnam iaciendus erat in ciſternam ſepulchri. Hora ſexta erat etiam illa, quando Ruth admiranda, tanquam formoſa Eccleſia, cum ad ipſum Boos in agro, tanquam ad Chriſtum appropinquaſſet, eſuriens ab eo eſt nutrita, & eius facta eſt coniux. Quam pulchrè imitata gentilis illa Eccleſia ſapiētiſſima Samaritana, quæ quærens quemadmodum Deus ſit adorādus, ſexta hora ad Chriſtum acceſſit iampridem ſedentem ſuper puteum piſcinæ & lauacri, quādo eam liberauit à ſeruitute & ab aqua ferenda alienigenis ſimulachris, ſeu à ſudendo in laborando in iis quæ ad eos pertineot: ſicut illa aquam ferebat Samaritanis. Has antem omnes veſperas ſextæ horæ facit Chriſtus, propter illum hominem qui in paradiſo euerſus fuerat in illa veſpera in illo paradiſo. Nam propter Protoplaſtum Adam, in ortum C Golgotha ſeu Caluariæ, veſpere & ſexta hora in crucem aſcēdit ſexto die ſeculi, in ſexta hora eiuſdem millenarij, & ſexta hora hebdomadis, & ſexta hora ſexti diei, quam apertè præfigurauit & deſcripſit nobis ad enarrandum propoſitus ſextus dies creationis ſex dierum. Nam ſi quis velit tanquam in medio horum duorum dierum conſiderare, illius, inquam, ſexti diei, & illius in quo ſecundus Adam Chriſtu, voluntariè paſſus eſt paſſionem, inueniet eos eſſe veluti quaſdam ſine diſcrimine ſibi reſpondentes & eiuſdem naturæ duas imagines, ſe inter ſe imitātes, & per res inter ſe aſſimilatas, Et iam quidem fuſè de his à nobis D dictum eſt in myſtica contemplatione ſalutarium Chriſti Dei noſtri paſſionum in Euangelio, & illuc tranſmittimus diſcendi ſtudioſum auditorem. Similiter quoniam totus ſcopus & inſtitutum huius operis eſt vt oſtendamus, quòd vniuerſa ſex dierum tam in cœlis quam in terris creatio, præfigurat ac deſcribit Dei verbi incarnationem & Eccleſiam, neceſſe eſt de cætero vt ex multis pauca adducamus antiqui illius diei, quemadmodum præfigurant ac deſcribūt ſalutares Chriſti paſſiones quas paſſus eſt ſexto die, & quomodo Adam à Deo factus liberi arbitrij, voluntariè & non ex aliqua neceſſitate paſſus eſt, ita liberè & voluntariè E Dominus ſubit paſſionem. Attende etiam ea quæ ſunt dicenda, & videbis ſexti typos præfigurantes ac deſcribentes veritatem. Ab eſu Adam paſſus eſt mortem. Quamobrem Chriſtus quoque cùm ſurrexiſſet ab eſu cœnæ, venit ad paſſionem & mortem. Per Euam paſſus eſt Adam, Similiter etiam Chriſtus paſſus eſt propter Eccleſiam. Et vt paucis dicā, comedit Adam, fugit, latuit in orto: quęſitus, inuentus, condemnatus fuit. Similiter etiam Chriſtus comedit cœnam, voluntariè fugit in mōtem oliuarum oraturus. Latuit in orto torrentis Cedron. Quæſitus eſt à Iudæis, & inuentus eſt à Iuda ſignum dante oſculum eiectus eſt illinc vin-

Ioſeph proiectus in ciſternā ſignificat Chriſtum iaciendum in ſepulchrum.

Ruth ad Boos accedēs eſt typus Eccleſiæ.

Samaritana mulier typus Eccleſiæ.

Chriſtus hora ſexta paſſus pulcherrimè deſcribitur

Anaſtaſius ſcripſit librū de myſtica cōtemplatione paſſionum Chriſti.

Chriſti & Adami pulcherrima aſſimilatio.

A ctus in orto, ſicut Adam ex Paradiſo. Probróque & ignominia eſt affectus lignum portans humeris, & factus execratio ac maledictum condemnatus eſt propter eum qui fuerat condemnatus, dicentibus iis qui conuenerant, dignus eſt morte. Et egreſſus extra Hieruſalem, mortuus eſt propter Protoplaſtum qui mortē ſubierat. Ex orto egreſſus eſt proditus, & in ortum eſt ingreſſus, in ligno eſt crucifixus, propter hominem qui proditus fuerat in orto, & ingreſſus erat in ortum mūdi, vt veſceretur omnibus tanquam oleribus fœni. Fuit enim inſtar beſtiæ & expers rationis poſt peccatū. Vnde ortus fuit in Caluaria, vbi Adā iacebat mortuus. Illuc cum veniſſet Chriſtus pēdens in ligno B Latroni aperuit Paradiſum. Noctu Chriſtus comedit Paſcha ante paſſionem, quoniam ſicut noctu comedit Adam & eſt proditus, priuſquam aperti eſſent eius oculi. Tria ligna erant in Paradiſo: Vnum quidem, vt veſceretur homo: Alia autem duo, alterum quidem lignum vitæ, alterum autem, lignum cognoſcendi bonum & malum. Propterea tria quoque ligna confixa ſunt in orto Golgotha ſeu Caluariæ. Vnum quidem lignum, Latronis qui fuit ſeruatus, vt per ipſum percipiamus non diffluentem fructum Theologiæ, ſicut ille Paradiſum, & eo veſcētes lętemur, non ſemel, C ſemper eum comedentes. Crux Chriſti eſt lignum vitę, in quo in altum ſublatus fuit botrus maturus & vita noſtra ante nos viſa eſt ſuſpenſa, cuius virtute multi etiam ex monimentis viuificati ſunt excitati. Lignum autem cognoſcendi bonum & malum, fuit crux blaſphemantis, quæ in bonum quidem illi fixa fuerat, ſi voluiſſet, in malum autem illi ceſſit, cùm temerè ac ingrato animo linguam extendiſſet, & pro Dei laudatione Deum blaſphemaſſet, & comediſſet mortem ad interitum. Tres rei peccarunt in Paradiſo, Adam, & Eua, & Serpens, ex quibus duo quidem ſunt ſeruati, vnus autem periit. Cùm ita propterea tres rei penderent in Caluaria (nominabatur enim etiam Domi- D nus peccatum, etiamſi propter ipſum non eſſet reus ac condemnatus, & cùm non eſſet, ſolum haberet quod diceretur) vnus latro ingratus, cùm eſſet typus Diaboli, & Serpentis & Iudæ qui ſe in ligno ſuffocauit, periit. Nam quomodo ſcriptum eſt quòd dolo deceptus eſt Adam, ita etiam Iudas oſculo & dolo fecit proditionem & quomodo dictum eſt quod Diabolus ingreſſus eſt ſerpentem, ita etiam ſcriptum eſt quòd ipſe Satanas intrauit in cor Iudæ Diſcipuli Chriſti. Fuit autem aliquando quoque Satanas in cœlis Diſcipulus Chriſti, cum cæteris ſanctis Diſcipulis, cum Angelicis, inquam, virtutibus: ſed erat vnus ex principibus. E De eo enim dictum eſt: Vos autem ſicut homines moriemini, & tanquam vnus de principibus cadetis. Quamobrem Iudas quoque erat vnus ex ſummis diſcipulis, inter quos ei quoque creditum & in manus datum fuerat marſupium. Et ne eadem dicamus, quæ, vt dictum eſt, diximus in myſtica paſſionum Chriſti contemplatione, qui ſtudioſè audiūt eum qui iubet & dicit, Scrutamini ſcripturas, accipiant in manus libros cœli & terræ, & aliū qui dicit: LIBER generationis Ieſu Chriſti creatoris cœli & terræ, & illic diligenter reputantes quę in hodie facta ſunt in Paradiſo tempore primi Adami, & quę facta ſunt in illo ſexto die in paſ-

Adam iacebat mortuus in mōte Caluarię.

Tria ligna in Paradiſo.

Tria ligna in mōte Caluariæ.

Crux Chriſti lignum vitæ.

Tres peccarunt in Paradiſo.

Tres peccatores in Caluaria.

2. Cor. 5.

Satanas fuit aliquando Diſcipulus Chriſti.

Pſal. 81.

Io. 5.

ſione ſecundi Adami, inuenient ſigillatim & citra defectum omnia ſimili modo eſſe in vtriſque Adam primum, & Adam ſecundum. Ortum Paradiſi, & ortum in quo verſatus eſt Chriſtus. Illic inobedientiam, & hic auris amputationem: illam quidem per Protoplaſtum: hanc autem per eum qui tenet primam ſedem. Ligna quæ ſunt in Paradiſo: & ligna quę in Golgotha, ſeu Caluaria. Eſum in Paradiſo, & eſum in cœna myſtica. Adami ſoporem adducentem in ecſtaſin & mentis exceſſum: Chriſti ſoporem in cruce, latus nudatum ad vulnerationem Nudationem poſt eſum Adami, & nudationem poſt Cœnam Chriſti. Veſtes enim exuit. Proditionem per Serpẽtem, & proditionem per filium viperæ diſcipulum. Veſperam in qua ſe abſcondunt à Deo Protoplaſti, & veſperam in qua Deus Adami caput Caluariæ ſubiectum execratus vt ferat ſpinas cum tribulis, & ſpinas in capite Chriſti. Triſtitiam in pariendis filiis, & triſtitiam conturbantem Chriſti animam vſque ad mortem. Sudorem pani immiſtum cum labore, ſudorem tanquam grumos aut guttas ſanguinis. Rhomphæam obſtruentem ingreſſum edem, & romphæam aperientem latus Chriſti. Nec hęc ſolum, ſed etiam duorum quaſdam ſimilitudines Illic Diabolum & Serpentem, hic Pilatum & Caipham. Hinc & hinc Adamum & Euam, & mediũ lignum, & hic blaſphemantem hinc latronem, & illinc alium Deum laudãtem & medium lignum, ſed crucis & indumentum illic ex ficu, & hic indumentum ex linteo. Et tunc quietem & ſabbatiſmum hic perfectum. Duas enim quietes docemur ex libro propoſito, qui dicitur Moſaicus. Et perficit Deus in hoc die opera ſua quę fecit. Quędam autem exemplaria habent, quæ fecit Deus ſuper terram. Hæc eſt quies, audi etiam ſecundam. Statim enim dicit: Et quieuit Deus in die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis quæ fecit, & benedixit Deus diem ſeptimum, & ſanctificauit eum, quoniam in eo quieuit ab omnibus operibus ſuis quę cœperat Deus. Si ergo Deus quieuit in die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis quæ fecit, quomodo dicit poſtea, quòd Deus oriri fecit adhuc ex terra omne lignum pulchrum ad videndum, & bonum ad comedendum, & plãtauit Paradiſum, & finxit Deus ex terra omnes beſtias agri, & omnes volucres cœli. De Chriſto ergo rurſus eſt intelligendum. Etenim in ſexto die quieuit ab omnibus operibus ſuis quæ fecit ſuper terram, carne pro nobis mortuus. Cùm autem eſſet profectus ad ſpiritus qui erant in carcere inferni, illic fecit omnia opera ſui aduentus quæ cœperat facere. Hoc eſt quies ſecunda. Quem quidem diem ſeptimum, vt qui ſit creaturæ ſalutaris & ſanctus, benedixit, quoniam in eo quieuit ab omnibus operibus ſuis. In eo facta eſt ſalus iis qui erant ſub terra, ſicut iis qui erant ſuper terram. In eo ſpoliati ſunt inferi. In eo liberatus eſt Adamus ex mœroribus. In eo dominatus eſt Chriſtus mortuis ſicut, & viuis. Tunc à cruce ambulauit in veſtigiis abyſſi. Cùm illuc deſcendiſſet, tunc ei metu apertæ ſunt portæ mortis, tunc mortem eſt ſcrutatus tũc alligauit Tyrannum, tunc perfecit opera ſua propter quæ aduenerat. In hoc die ſeptimo requieuit ab omnibus operibus ſuis, cùm reſurrexiſſet vno Sabbatorum, & eum benedixiſſet, quoniam ſexto

Quòd De' die ſeptimo quieuerit, de Chriſto eſt intelligendũ.

Chriſti deſcenſus ad inferos.

quidem die perfecit omnia opera ſua quæ erant creationis: quieſcit autem in ſeptimo die ſeculi, ab omnibus operibus ſuis, nempe prædicationis, quę cœpit Deus facere in ſexto die ſeculi, qui quidem eſt & finis & principium vtriuſque creationis. De cætero ne ſe iacent & magnos ſpiritus cõcipiant adoratores Sabbati, & Sabbati voratores Iudęi. Non enim illud Sabbatum benedixit Deus quod erat in principio creationis. Non enim in eo quieuit ab omnibus operibus ſuis. Si autem in eo non quieuit, eſt perſpicuum quod ei non benedixit, etiamſi ob ea quæ dicuntur iraſcatur Iudæus, dicens quòd in illo die ſeptimo Deus quieuit ab omnibus operibus ſuis. Eum autem refellit & ei os obſtruit diuina ſcriptura, dicens quod poſt ſeptimum diem Deus oriri fecit è terra omne lignũ pulchrum, & plantauit Paradiſum, & finxit è terra beſtias & iumenta & volucres: & dedit Adamo mandatum, & fecit ei tunicas pelliceas: & ſtatuit Cherubim ad cuſtodiendum paradiſum, & fecit arcum ſuum in nubibus. Alia quoque plurima opera cernitur feciſſe Deus poſt ſeptimum, ſicut dixi paulò antè. Et quoniam Iudæorum magni ſunt ſpiritus & magna arrogantia aduerſum nos de vulgo iactato & helluone eorum Sabbato, diſcant imperiti, quod non inuenimus Deum cuius rei benedixiſſe, & rurſus poſtea cõuerſum cũ odio habuiſſe & execratum eſſe, ſicut & dixi alibi, & ſicut etiam ſumus dicturi in pœna Adami. Si autem ſenſili hinc diei veſtri ſublati benedixit & eum ſanctificauit, quomodo veſtrum diei Sabbati cultum diſſoluit & exterminauit? Quomodo veſtrũ Sabbatum eſt execratus & odio habuit, dicens vobis per Prophetam: Neomenias veſtras & Sabbata odit anima mea! Res Deo exoſa quomodo poteſt eſſe ſancta! Dies Deo exoſus quamnam Dei accipit benedictionẽ? Pulchrè autem & Deo conuenienter dixit, Sabbata veſtra odit Deus vt profana & iniqua. Sed non Sabbata noſtra ſpiritualia reiecit Deus aut eſt execratus. Nam tibi quidem Iudęo legem tulit Deus de ocio ac ceſſatione diei Sabbati, ad cõuincendam tuam ab eo defectionem & iniquitatem, vt qui præſciret fore vt eius præcepta non obſeruares & idola coleres, vt cùm videret Deus colentem idola, & deinde ocium agentem Sabbato & nihil operantem, ex te ſciſcitaretur, propter quã cauſam quieſcis Sabbato nihil operans. Cui neceſſe habebis dicere, quòd ſex diebus creauit Deus cœlum & terram, & omnia quę in eis ſunt: ſeptimo autem die Sabbati quieuit ab omnibus operibus ſuis. Ad quæ omnino reſpondebit filius tuus dicens: Et ſi eſt Deus Creator cœli & terræ & omnium quę in eis ſunt, oporteret te magis eum adorare & colere vt Creatorem, & non creaturas Hæc eſt cauſa & occaſio, vt dicunt interpretes, propter quam Deus legem tulit Iudæis acriter & cum minis vt ceſſarent & otium agerent die Sabbati, vt de eo narrãtes, & rogantibus interpretantes, inuenirentur ore proprio ſuam accuſare impietatem. Nam ſi corporaliter intelligamus Dei præcepta quæ mandauit non facere in Sabbato, quid confert ad hoc vt Deo placeat, ignem omnino non accẽdere in Sabbato, ſed egere in tenebris? Quid autem prodeſt ocioſum eſſe Camelum & Aſinum, & Bouem veſtrum in Sabbato? Quid autem Deum iuuat ſi Iudæus

Sabbatum quod benedixit Deus, quod non ſit.

Deus rem quam benedixit nunquam eſt execratus.

Eſa. 1.

Cur Sabbato quieſcere Deus inſſerit Iudaos.

dæus iter non ingrediatur die Sabbati? Sed hæc omnia intelliguntur ſpiritualiter & adimplentur. Nam ſi dies ſeptimus eſſet omnibus diebus præſtantior ac honorabilior, cur iuſſit Deus circuncidi die octauo & non ſeptimo? Non habet enim lex Iudaica quidquam circunciſione magis neceſſarium. Si onus corporale iuſſit Deus non tollere in Sabbato: quomodo in Hierico ſeptem deinceps dies totus populus Iſraël, portans currus ſuos & vaſa ſua circuiuit ciuitatem? Si corporalem & ſenſilem ignem iuſſit Deus non accēdere in Sabbato: quomodo poſt legem cum veniſſet Moſes ad faciendam ſcenopegiam, ſeu feſtum tabernaculorum, ad duodecim deinceps dies accipiens oblationes & ſacrificia Tribunorum duodecim tribuum, ſingulis diebus ignem accendit & obtulit ſacrificia? Non ergo ô Iudæe, non, ſicut tu exiſtimas, benedixit Deus corporali Sabbato quod præterit & perit & non amplius apparet. Neque camelos & aſinos & multos iuſſit Sabbatum agere. Alioqui nec circuncidere iuſſiſſet octauo die. Neq; tibi legem ſtatuit de onere corporali. Nam & Sabbato puerpera tollit infantem quem lauet, & tu portas filium tuum & filiam tuam in humeris tuis. quod quidem eſt onus carnale, & non ſpirituale. Iuſſus es autem non facere omne opus ſeruile. ſed quæcunque ſunt animæ & pertinentia ad animam. Adeſdum ergo & à me diſce, quemadmodum recte & Deo conuenienter oporteat te Sabbatum agere: & ſeptimum tuum diem, hoc eſt quietem, facere quietem ab omnibus operibus tuis & à rebus ad victum pertinentibus. Sex dies per quinque ſenſus & in mortalem animam rectè operare. Credo Chriſto qui ſexto die ſeculi homo factus eſt, qui ſeptimum Sabbati legalem cultum aboleuit ocioſumque reddidit & inefficacem, & extinxit ignem ipſius ſacrificij, & iuſſit nō amplius eiuſmodi ignem accendere die Sabbati, ſed deinceps ocioſum eſſe tuum bouem, & iumēta tua, hoc eſt, non amplius ſacrificare Deo beluinum ſacrificium: ſed Deo ſacrificare rationale ſacrificium laudis, & pro igne ſenſili Deo diuinam ſuccendere illuminationem: neque portare onus carnale, neque animam ſubiicere ſuis appetitionibus? neque ingredi in hac via aſpera, quam prohibuit qui dixit: Ego ſum Via. De cætero recede à tuo die ſeptimo, & perueni ad octauum & primum Chriſti, vt ſpiritualem accipias circunciſionem, in ſenſibus tuis ſanctam accipiens Trinitatem, & effectus pulcher octouarios. Sed hæc quidem ad Iudæum propter eius iactantiam & gloriationē de Sabbato corporali, qui huc vſque pulchrum non nouit Sabbatiſmum. Sabbatum enim & Sabbatiſmus & requies, eſt vera peccati depoſitio, quam ego fidelis iubeor agere, & feſtum celebrare in requie & adimpletione vitæ meæ. In quo Sabbato me iubet Deus non tollere onus peccati, & ſarcinam huius ſeculi. De quibus dicebat quiſpiam: Peccata mea ſupergreſſa ſunt caput meum: Tanquam onus graue grauata ſunt ſuper me. Quamobrem iubemur neque accendere ignē in eo Sabbato mortis, hoc eſt, extinguere omnem ardorem cupiditatis, & tela maligni ignita, quæ compellunt ad flammam æternam. Porrò autem Deus nos prohibet iter ingredi in Sabbato, congruenter ei qui dicit, Ab omni via mala prohibui pedes meos. Iubet autem Sabbatum agere, ligatéque & in otio continere aſinum & bouem, hoc eſt, voluptatem & iram, & cæteras rationis expertes animi perturbationes. Sed & terræ iubet eſſe Sabbatiſmum & requiem ac ocium, & neque ſeminare nec ſemen ſuſcipere eos eáſque qui & quę poſſunt exercere virginitatem ipſius carnis. Quoniam qui ſeminat in terram carnis, ex carne metet corruptionem ac interitum. Maximè autem omnium iubet nobis vt quieſcere faciamus ancillam noſtram & ſeruum noſtrum die Sabbati. Hoc eſt animam noſtram & corpus noſtrum non ſeruire principi huius ſeculi: ſed eſſe in libertate & remotum ab animi motibus ac perturbationibus. Nam ſeptem dies ſignificant ſeptem noſtras ætates, per quas vitæ præſentis iter ingredimur, vt perueniamus ad octauum diem, in quo non eſt ſeruitus aut cultus, vitam nempe futuram: Quoniam ſacrificium aut latria, nempe Dei ſeruitus non amplius offertur Deo pro peccatis. Nam primus dies eſt infantis, vt baptiſmate ſtatim illuminemur. Lux enim facta eſt primo die. Secundus, ætas pueri, vt verbis conformemur cœleſtibus. Secundo enim factum eſt Firmamentum. Tertius, adoleſcentis, vt caſtitate exſiccemus qui tunc exiſtit humorem animi motuum & affectuum qui mouentur. Tertio enim die Deus diſcreuit aridam ab humida. Quarta, eſt iuuenis, vt virtutes quatuor tanquam aſtra feras, & apparens in mundo tanquam luminare. Sol enim factus eſt quarto die. Quintus eſt ſtatus mediæ ſeu cōſiſtentis ætatis, vt frenes quinque tua ſenſuum animalia, ne ad peccatum exiliāt. Quinto enim die facta ſunt animalia. Sextus, eſt honorabilis ſenectus: vt tanquam verus homo ratione firmam ac ſtabilem reddas imaginem quę erat ab initio, & corporis lutum effingas & componas virtutibus. Sexto enim factus eſt homo. Septimus eſt decrepitæ ætatis, nempe cana cōſcientia, grauiſque honeſta ac pia vitæ agendæ ratio, vt terræ per mortem prouocetur requies, quando tanquam albeſcens ſpica, & tanquam maturum frumētum, recedes in tempore portatus in ſepulchrum, vadens ad Patres tuos nutritus in ſenectute bona. Septimo enim die Dominus ab operibus ſuis Euangelicis quieuit in ſepulchro, & deinceps conſtanter expectes octauum, à ſepulchro, inquā, reſurrectionem. Die enim octauo Dominus ſurrexit à mortuis. His & huiuſmodi rebus Dei celebrabis Sabbatum. Hunc verè Sabbato benedixit, & id ſanctificauit Deus. Atque tibi quidem qui es Iudæus carnaliter, vt videtur, eſt neceſſaria Sabbati obſeruatio, vt quæ ſit poſita ad conuincendam tuam iniquitatem, vt dixi paulo antè. Mihi autem qui ſum fidelis & qui perfectè receſſi à cultu idolorum, minimè opus eſt hoc multorū cequorum Sabbatiſmo, in quo aſinus tuus & camelus, & canis tecum agunt Sabbatum vt qui ſis expers rationis. Exiſtimas enim quòd Deus, vt qui laborauerit in operibus ſex dierum, factæ ab eo creaturæ, & veluti imbecillus feſſúſque ſit redditus, ea de cauſa benedixit diei ſeptimo, vt qui in eo acceperit requiem & remiſſionem ex labore. Sed non ita habet. Audi enim Prophetam dicentem: DEVS Magnus & fortis, non eſuriet neque erit defeſſus. Die ergo ſeptimo quieſcere facit ac implet creaturam opifex, vt oſtendat increatam Trinitatem. Se-

Opus ſeruile quod ſit.

Sabbatum quomodo agendum.

Ioan.14.

Sabbatum verū quid ſit.

Pſ.37.

Pſal.118.

Gal.6.

Septē dies ſeptem noſtræ ætates

Denarius implet & cõtinet omnes numeros.

ptem enim & tres fiunt decem. Denarius autem numerus eſt qui continet & implet omnes numeros, vt dixerunt qui ſunt exculti diſciplinis Arithmeticis. Porro autem quartus quoque rurſus numerus, qui eſt quarti ſeu primi perfecti diei, quando ſol factus eſt, eſt perfectus & minimè defectus. Decimum enim numerum continet & implet.

Quartus numerus eſt perfect⁹

Quatuor enim & tres qui ipſos præcedunt, & duo qui ſunt ante ipſos, & vnitas quæ eos præcedit, inuenitur perfectus denarius. Iam verò ab vnitate quoque virtutes vſque ad quaternarium, efficiunt quantitatem denarij. Vnus enim & duo & tres ſunt ſex, & quatuor efficiunt decem. Quomodo enim omnis creatura, ita

B etiam omnes numeri, deſcribunt id quod eſt in Chriſto myſterium. Eſt enim vnitas, vt qui vnicam habeat perſonam. Eſt binarius, vt qui ſit perfectus in diuinitate & humanitate. Trinitas, vt qui ſit in anima, corpore, & diuinitate. Quaternarius, vt qui ex quatuor Elementis hominem renouauerit. Quinarius, vt qui cum corpore quod conſtat ex quatuor Elementis renouauerit etiam animam quæ eſt ad imaginem. Senarius autem, vt qui ſexto die mundo apparuerit. Septenarius, vt qui nos fecerit requieſcere à Sabbato legis. Octonarius, propter baptiſmi circuncisionem. Nouenarius autem, vt qui in tribus ſimilibus prædicarit myſterium Trinitatis, nempe naturali, ſcripto, & myſtico, ter autem tres ſunt nouem. Denarius autem, vt perfectus & plenitudo legis decalogi, qui eſt ante ſecula Verbum & Filius Dei. Ipſi gloria & potentia in ſecula ſeculorum. Amen.

Omnes numeri deſcribunt quod eſt in Chriſto myſterium.

EIVSDEM LIBER SEPTIMVS.

HIC EST LIBER generationis cœli & terræ, quando factus eſt dies in quo fecit Deus cœlum & terram. Aures attente aperiat Eccleſia, cor dilatet, & mentis oculos euidenter

D " intendat, & pulſet oſtium apud eos qui tenent " claues cognitionis, dicens: Aperite mihi portas iuſtitiæ diuinorum & arcanorum myſteriorum, & eas ingreſſus Dei populus poſſit aliquo modo intelligere, quamobrem ante à Deo factam è terra hominis conſtructionem ſimplici quodam nomine diuina ſcriptura vocat & appellat opificem, nempe Deum, ei nomini nullam addens compoſitionem aut additionem, vt quando dicit: In principio fecit Deus cœlum & terram. Et rurſus deinceps, Et dixit Deus: Et ſeparauit Deus intermedium lucis: facto autem homine duplici, qui eſt,

Cur Deus tantũ vocatur ante hominis creationẽ, poſt creationem autem Dominus Deus.

E " inquam, compoſitus ex terra & diuina inſufflatione, ſtatim ſcriptura compoſitum quoque & duplex fecit nomen opificis, eum appellans Dominum & Deum, idque non ſemel, nec bis, nec ſepties, ſed in ſeptẽdecim capitibus ordine & deinceps ipſum nominauit Deum & Dominum, tanquam continuatione duplicationis & compoſiti nominis ſpiritu ſancto nos docens, & dicens: Cognoſcite quòd qui olim ante ſecula ſimplex erat & incompoſitus, ſibi conſtructo humano tabernaculo, ei vnietur in hypoſtaſi in poſterioribus temporibus, & fiet compoſitus qui erat ante ſimplex & incompoſitus, compoſitam portãs appellationẽ per incarnationẽ, vt qui appelletur Chri-

A ſtus Dominus & Deus, hoc eſt Deus & homo. Quem pulchrè cùm palpaſſet & vidiſſet Thomas, & in eo perſpexiſſet duarum naturarum coniugationem, exclamauit dicens: Dominus meus & " Deus meus. Quod ſi aduerſus ea quæ dicta ſunt " contradicit Iudæus, admitto contradictionem, ſed ad eam contrariam moneo dubitationem, nempe vt ipſe mihi dicat, quam ob cauſam opificis ſeu creatoris nomen non duplicauit diuina ſcriptura, donec creatus fuit homo duplex à Deo effectus, nempe & materialis & expers materiæ, mortalis & immortalis, terreſtris & cœleſtis, vt dicit diuinus in Theologia Gregorius: Vt & rebus & ver-

Ioan. 20.

B bis, Dei Verbi qui aliquando fuit ſimplex compoſitionem & incarnationem, in homine prius deſcribat ſcriptura. Quamobrem ipſum quoq; potius quam Angelos fecit Deus ad ſuam imaginem & ſimilitudinem, dicens: Omnia enim per ipſum & in ipſo facta ſunt, prius diſcutientem eius incarnationem, compoſitionémque, & combinationẽ, duas, inquam, indiuiduas Chriſti eſſentias, nempe & inaſpectabilẽ eius diuinitatis, & aſpectabilem ab eo indiuiduæ eius humanitatis, vniuerſa tam aſpectabili quam non aſpectabili creatura aperte eum effingente & eius exprimẽte imaginem. Propterea ergo duos fecit cœlos, alterum quidem ſu-

Cur hominẽ potius quã Angelos Deus fecerit ad ſuam imaginem & ſimilitudinem.

C periorem, qui habet eſſentiam apud homines non aſpectabilem, planéque inenarrabilem & inexplicabilem, in typum & imaginem inaſpectabilis & inexplicabilis eſſentiæ eius diuinitatis. Secundum autem cœlũ è terra ſuſtulit, & ipſum poſuit aſpectabile, & ipſum appellauit firmamẽtum, in figuram ac typum carnis eius immaculatę, quam quidem à terra acceptam ſurſum ſuſtulit. Eſt autem horum quoque duorum cœlorũ intermedia aqua viua, ad imaginem & typum ſanctæ & viuificæ Chriſti animę, quę eſt media, vt rurſus dicit Theologus Gregorius, inter diuinitatem & carnis craſſitudinem. Quamobrem ſuperiori quidem cœlo

Duo cæli, nempe ſuperius, & inferius ſeu firmamentum quod ſignificent.

Aqua, quæ eſt in medio cæli et firmamenti, eſt typus animæ Chriſti.

D inferior eſt hæc aqua, hoc eſt, minorem Dei Verbi eſſentiam fert intelligens anima & ratione prædita: craſſo autem & quod ſpectatur firmamento eſt ſuperior & præſtantior, ſicut etiam aliâs hæc dixi. Sciendum eſt enim quòd cœlum quod videtur, & cœlum quod eſt ſupra aquam quod non videtur, habẽt inſeparabilem & indiuiduam eſſentiam, quomodo vna Chriſti quæ eſt compoſita hypoſtaſis, vt quæ ſit ex duobus quæ non cadunt ſub aſpectũ, & ex vno quod cadit, nempe corpore. Inaſpectabilis enim eſt Deus Verbũ & anima, corpus autem eſt aſpectabile, vt verum dicat Paulus dicens: Omnia in Chriſto ſunt condita, & quę " ſunt ſuper terram & quæ in cœlis, & viſibilia & "

E inuiſibilia. Quo fit vt propterea ſint quoque duæ " terræ, ea quæ cadit ſub aſpectum, & ea quæ non cadit, quæ eſt apud nos ſcilicet, & quæ eſt inhabitabilis, aut Paradiſus, & duo animalia, Angelus & homo, aſpectabile & non aſpectabile, duæ aquæ, manifeſta & nõ manifeſta. Duo ſpiritus, nẽpe ſpiritualis & diuinus, & ventus. Duplex ignis, nempe materialis, & nõ materialis, Duplex lux, ea quæ cadit ſub aſpectũ, & ea quæ non cadit. Duo genera animationum, & mobiliũ poteſtatum. Mortale. Dicatur enim & qui eſt in rationis expertibus animantibus ſpiritus, anima per abuſum, & qui eſt in nobis immortalis. Duplicia animantia, terreſtria, &

Coloſſ. 1.

Duæ ſunt terræ, duo animalia, duæ, & plurima alia duplicia.

& marina. Duplex eſt vita, temporalis & æterna. Duplex genetatio, ex fœmina, & ex mortuis. Duplex baptiſma, per aquam & ſpiritum. Duplex cognitio, præſens & futura. Duplicia bona, temporalia & æterna. Duę leges, ſcripta & ſpiritualis. Duo Teſtamenta, Duo populi, Duæ narrationes conſtructionis Adami. Vna ſimplex. Secunda craſſa & terrena veloti dupla. Poſtquam ſtatim duplicat res Propheta Moſes, vel potius qui loquitur in ipſo Angelus, vt quæ ſint ſymbola duarũ Chriſti proprietatem. Vnde etiam ipſum oſtendit duplicem plantatorem. Duplex lignum, ſenſile, & id quod cadit ſub intelligentiã. Duos narrans aquarum fluuios, duas quaſdam plantationes, duos eſus fructuum, Duas animaliũ formationes. Duas volucrum generationes. Duplicem poſitutam hominis in Paradiſo. Duo cum Adamo colloquia. Vnum animalium, & vnum vitæ, hoc eſt Euæ, & duos narrans in eo amictus. Vnũ ex folijs, ſignificantẽ ſubtilẽ, quæ ex radice paterna procedit, verbi diuinitatẽ: alterum ex pellicea tunica eius quæ peperit, Duas mulieris narrationes, Duas viri appellationes. Prius enim formatus nominatur homo, poſtea nominatus eſt Adam, hoc eſt, terra ſanguinolenta. Similiter etiam duas mulieris appellationes. Primũ enim appellata eſt mulier. Deinde poſtea Eua, hoc eſt vita. Non ſolùm autem Chriſto, ſed etiam duabus Eccleſijs conueniunt duplices res ſcripturæ, quas nũc adduxi propter duplicationem nominis Domini, qui prius nominabatur Deus: quando autem factus fuit homo, ſtatim appellatus fuit & Dominus & Deus, carnis ſuſceptæ Dei Verbi diſpenſationem ſcriptura perſpicuè nobis pręſignificante. Nam quòd de humanæ naturæ ab eo ſuſceptione accipiatur hoc nomen, Dominus, audi Dauid dicentem: Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & apparuit nobis. Et rurſus, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, nempe poſt ſuſceptam carnem. Sedere enim eſt proprium corporũ. Vnde etiam Gabriel è cœlo hãc deduxit appellationem, dicens glorioſiſſimæ Deiparæ: Aue gratia plena, Dominus tecum. Et Gabrielis Coangeli dicunt Paſtoribus qui erant in Bethleem. Natus eſt nobis Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid. Cum quibus Elizabet, vt præclara par Angelis: Angeli mater, dixit pari Angelis, & quæ erat vel Angelus vel Archangelus, & etiam ſupra Angelos, Dei matri. Et vnde mihi hoc, vt veniat mater Domini mei ad me! Paulus autem id quod Chriſti Domini erat corporeum nominat Dominum. Non, inquit, Dominum gloriæ crucifixiſſent. Et in deſcenſu ad inferos & in aſſumptione ad cœlos, Dominum fortem & potentem, & Dominum exercituum Chriſtum Angeli appellarunt. Quòd ſi vis etiam cauſam propter quam Deus nominatus eſt Dominus poſt carnis ſuſceptionem, ego id tibi confidenter interpretabor, diuinarum ſcripturarum, & ſactorum eorum interpretum habens ſuffragium. Celeberrimus ergo & rerum diuinarum myſta Apoſtolicus Dionyſius dicit in ſapiẽtiſſima ſua Theologia, quod Deus Græcè dicitur θεός, ex eo quòd omnia θεωρεῖ, id eſt cõtemplatur & aſpicit, Dominos autem, nempe κύριος, ex eo quod κυριεύει, id eſt ditionẽ habeat ac dominetur. κῦρος enim dicitur potẽtia ac dominatio, vt ἄκυρον dicitur, quod eſt otioſum & non habet robur ac poteſtatem, ſed vacuum & inane redditur. Recte ergo aptéque & conuenienter, in ſuo aduentu ad hominis quando carnẽ ſuſcepit, & in terra viſus eſt Deus Verbum, tunc etiam appellatus eſt Dominus. Nam antea quidem nominabatur θεός, vt qui eſſet mundi θεωρητής, id eſt, contemplator & inſpector. Quando autem, cum per carnem aduenuiſſet, tyrannum inimicum noſtrum percuſſit: quando mortem morte affecit: quando nos à Dæmonum manu auulſit: quando docuit impios Dei cognitionem: quando gentes à patre accepit in hæreditatem: quando poſſedit fines terræ: quando dominatus eſt à mari vſque ad mare: & à fluuijs vſque ad fines orbis terræ, tunc Dominus eſt appellatus, vt qui noſtri dominaretur, in quos antea dominatum obtinebat Diabolus. Idque Dauid apertè prophetans ei dixit: Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra? Quoniam ab ortu vſque ad occaſum laudabile nomen Domini, & excelſus ſuper omnes gẽtes Dominus Ieſus, & Dominus regnauit, decorem indutus eſt carnis. Induit Dominus hominem, crucis fortitudinẽ, propter ipſum qui erat infirmos, & præcinxit ſe. Et ea de cauſa Dominum Deum appellauit ſcriptura, quando duplex ille homo compoſitus eſt ex luto & diuina inſufflatione. Finxit enim, inquit, Deus hominem, puluerem accipiens è terra, & inſufflauit in faciem eius ſpiritum vitæ: & factus eſt homo in animam viuentem. Vellem nunc carne mihi adeſſe ipſum Moſem huius libri ſcriptorem, & ipſum interrogare cauſam duplicationis nominis Dei, ſi non ſtatim expuiſſet in faciem impudentis ſynagogæ Iudæorum. Quis enim, quæſo, non obſtupuerit, quòd poſt complementum vniuerſę ſex dierum creationis, cum veniſſet Moſes ad ſummatim faciendam repetitionem, ſtatim induxit duplicationem & compoſitionem nominis Dei, ſignificãs Chriſti ſuſceptæ carnis diſpẽſationem, nempe quod venturus eſſet ad omnia in ſummam & caput inſtauranda, renouandáque, & nouã faciendam creaturam, & nouum hominem, & nouum cœlum, & nouam terram, & noua animalia, & nouas volucres, & nouos fructus, & nouos Paradiſos, & nouos fluuios, & nouũ orbem terræ. Quod quidem apertè ſciens Paulus dicebat. Si qua eſt in Chriſto noua creatura, vetera præterierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Quod autem omni ſtupore & admiratione dignum eſt, eſt illud, quod per vniuerſam ſex dierum creationem ſimplici & incompoſito nomine nominans ſcriptura diuina creatorem, ſimplicem quoque & incompoſitam creaturarum faciebat narrationem: poſtquam autem nomen duplicauit Opificis, ſtatim in repetitione conduplicauit etiam facta opera, in eis non pauca faciens additamenta, nos apertè docẽs myſterium nouæ in Chriſto creaturæ & Eccleſiæ. Non ſolùm enim ſuper priores res ſecundas multiplicat, ſed etiam magnam & incomparabilem in ſecunda creatione nobis oſtendit differentiam. Nam in priori quidem narratione creationis, dicit herbam & lignum frugiferum è terra germinaſſe. In ſecunda autem breui repetitione dicit Paradiſum deliciarum, & omne lignum pulchrum ad videndum & bonum ad veſcẽdum, lignúmque vitę, & plantam immortalitatis. Rurſus primus terræ

Duæ viri appellationes.

Duæ mulieris appellationes.

Pſal. 117.

Dominus accipitur de humana natura ſuſceptione

Pſal. 109.

Luc. 1.

Luc. 2.

Luc. 1.

1 Cor. 2.

Cur Deus nominatus eſt Dominus.

Deus cur dicatur θεός.

Pſal. 8.

Pſal. 112.

Pſal. 92.

Duplicatio nominis Dei, vt intelligatur Chriſtus omnia noua facere.

2. Cor. 5.

In ſecunda hominis creatione magna differentia à prima.

fluuius ex vniformi fonte irrigabat totam faciem A
terræ. Secunda antem irrigatio ex quatuor fluuijs
orbem terræ irrigauit ad fructus ferēdos. In prio-
ribus animalibus terra non produxit volocres. In
ſecundis autem animātibus animalia & volucres
exortæ ſunt è terra. In priori narratione creationis
hominis, non meminir illius diuinæ ſalutaris &
viuificæ inſufflationis, meminit aurem in ſecun-
da. In prima creatione dicit, quòd maſculum &
fœminam fecit eos. In ſecunda autem formatiooe
hominis quæ tendit ad Chriſtum, non dicit ma-
Gal. 3. ſculum & fœminam. Nam in Chriſto Ieſu noo
eſt maſculus & fœmina, eſt enim vnus Chriſtus,
& eſt eius vna ſingularis & indiuidua perſona B
Primum cibum communem iumentis & beſtijs
Deus dedit Adamo. Secundum autem rationalem
& alienum ab omni natura experte rationis. Pri-
ma animantia & iumenta Deus non vocauit: ſed
ſecunda adduxit ad hominem, & eis nomina im-
poſnit. Conſidera quæſo ea etiam quæ deinceps
conſequuntur. Antequam poneretur bomo in
Paradiſo, non fuit ei imperatum vt operaretur, &
cuſtodiret ligna priora cibi pereuntis: ſed impe-
ratum eſt vt ſecunda Paradiſi, cibi manentis in vi-
tam æternam. Prius homo erat ſolus & ſine adio-
torio. In ſecunda autem creatione & narratione
erat quidem ſimplex & incompoſitus. In totius
autem creationis breui repetitione, tunc facta eſt C
mulier & audijt. Os ex oſſibus ſpiritualis Adami,
& caro ex carne eius. Tunc etiam fuit ædificata
quæ prius erat diſſoluta. Tnnc etiam ædificata eſt
mulier coniux viri ſui qui priùs erat ſeparatus.
Tunc etiam vocata eſt vita quæ prins erat morte
effecta. Tunc etiam adduxit eam Deus ad Adamū
quæ prius longè erat. Tunc etiam fuerunt dno in
carne vna, qui prius erant duæ carnes. Nudi erant,
dnnec in ſecnoda creatione tecti ſunt à Deo. Qui
in principio cæci erant, viſum poſtea receperunt.
Quod ſi inobedientiam & ſerpentem & cibum &
mortem & exitum è Paradiſo mihi effers ô audi-
tor, ſiſte gradum, & ne feſtines: & videbis ea quæ D
in his ſunt dicenda, permultum in ſe habere gra-
tiæ & elegantiæ. Adhuc enim ſtamus in medio
certamioe. Qui autem breuem ſcripturæ repeti-
tionem quæ eſt poſt ſex dies, non accipiunt in ty-
pum Eccleſiæ, conuincuntur ab ijs quæ in ea ſunt
additamentis, nihil omnino ſcire ex iis quæ po-
ſtea fuſius oſtendemus. Hæc autem nunc paucis
dixi de nomine Dei duplicato in breui repetitio-
ne de bomine facta à Moſe, vt qui appellatus ſit
Dominus Deus, quando factus eſt homo & Para-
diſos typus Eccleſiæ. Neque ex inſipientibus au-
deat aliquis dicere, quòd ex quadam ſimplicitate,
aut intempeſtiuè, aut ex quadam ſtultitia facta eſt E
Matt. 5. hæc additio in nomine diuino. An ignorat quod
iota vnum, aut apex vnus ſacræ ſcripturæ & legis
non perihit? Quæ quidem lex & ſcriptura inter-
pretatæ ſcriptæ ſunt in Spiritu & ore ſancto, in
igne & caligine, & tenebris, & procella, & con-
cuſſione, & in ſono tubæ decies mille Angelo-
rum. Lex enim eſt ſancta, & eloqoia Domini
Pſal. 17. valdè ignita, nempe accenſa igne qui erat in mon-
te Sinai, & ſic tradita. Concuſſio enim, & non
3. Reg. 19. in concuſſione Dominus: caligo, & non in ca-
ligine Dominos. Ignis, & illic Dominus qui
loquitur ignita eloquia Moſi, animas inflam-

A mantia, & comburentia quæ ſunt in ijs craſſa
ac terrena. Hinc autem apparet quòd hypoſta- *Sapientia*
ſio habeat & ſit Dei ſapientia. Quomodo enim *habet hy-*
aliud eſt quod igneſcit, & aliud quod eſt corpo- *poſtaſim*
te ignitum: ita etiam ex analogia ac conuenien- *et ſubſiſt.*
tia intellige verè eſſe Dei eloquia, & non diffun-
di in aërem. Non enim dixit igneſcentia, ſed igni-
ta, ſeu revera prælucentia. Et propterea dixerat *Pſal. 18.*
David: MANDATUM DOMINI, lucidum il-
luminans oculos. Vtrinqne aurem lucidum, nem-
pe quod & ab igne egreditur, à diuina, inquam,
natura, eſt enim Deus igois conſumens, & per
Sinæum ignem rurſus accenſum: & ignco digi-
to ſcriptum, & igneis tabulis impreſſum ac figu-
B ratum. Sed & datum erat indicans igni ſimilem
& lucidam Moſis faciem. In quo nihil eſt in-
tempeſtiuum, nihil quod ſuum non habeat ſco-
pum, nihil ſine myſterio. Eſt aotem dignum *Duplici*
admiratione, quòd quando duplex factus eſt A- *facto A-*
dam, ſtatim Deus eſt nominatus Dominus & *damo, ſta-*
Deus per totam Paradiſi hiſtoriam duplici no- *tim Deus*
mine appellante ſcriptura opificem. Et de bis *eſt nomina-*
prompto & alacri animo tibi philoſophari ſtu- *tus Domi-*
dioſè, minimè cunctabor, & conſequenter ad- *nus Deus.*
dere initia capitum. Dicit enim: ET PLAN- *Gen. 3.*
TAVIT DOMINVS Deus Paradiſum in Eden
ad Orientem, & , Fecit Dominus Deus oriri ex
C terra, &, Accepit Dominus Deus hominem quem
finxit, &, Mandauit Dominus Deus Adamo, &,
Dixit Dominns Deus mulieri, cur hoc feciſti? &, *Gen. 4*
Dixit Dominus Deus ſerpenti, quia hoc feciſti.
Et, Fecit Dominus Deus Adamo & vxori eius.
&, Dixit Dominus Deus, Ecce factus eſt ſicut
vnus ex nobis. &, Accepit eum Deus ex Paradi-
ſo deliciarum, ad operandum terram ex qua ſum-
ptus eſt. Audis quòd ex quo ingreſſa eſt, tanquam
diuina quædam natura, diuina inſufflatio in terra
natum corpus Adami, ſtatim ſcriptura non ſim-
plici nomine appellauit, ſed, vtpote quòd Chri-
ſtus eſſet compoſitus, Deum & Dominum eum
D compoſitè nominauit, quomodo in ſinceris ac
non adulteratis antiquiſque exemplaribus dili-
gentiſſimè ſeruatis inuenimus, ijs, inquam, quæ
notata fuerant à Clemente, & Irenæo, & Philone
Philoſopho, & ab eo qui hexapla compoſuit. *Sex dierū*
Quamobrem ſex quidem dierū creaturam Deus, *creaturam*
cùm eſſet ſimplex, fabricatur. Nouam autem quæ *fabricatus*
poſtea fuit creaturam, vt qui factus eſſet compo- *eſt Deus*
ſitus, Dominus & Deus, boc eſt Deus & homo *ſimplex.*
Chriſtus Ieſus. Audi attento animo myſteria Dei *Nouam*
viuentis, & admirare. Quando enim exijt Adam *Chriſtus*
ex Paradiſo, protinus ſcriptura, non compoſito *Deus &*
non appellauit Dominum, ſed ſimplici. Nobis *Homo.*
E enim narrans diuinitus inſpirata hiſtoria partum *Cur Deus*
Euæ, dicit ſtatim poſt exitum è Paradiſo. Cogno- *non dici-*
uit autem Adam vxorem ſuam: & cum concepiſ- *tur Domi-*
ſet peperit Cain, & dixit, Poſſedi hominem per *nus Deus*
Deum. Quamobrem autem, ô Iudæe, diuina *quando e-*
ſcriptura, quæ in ſeptemdecim capitibus con- *xijt Adā*
ſequenter in Paradiſo Deum duplici nomine no- *ex Para-*
minauerat, & eum Dominum & Deum appel- *diſo.*
lauerat, ſtatim poſt hominis è Paradiſo egreſ- *Geneſ. 4.*
ſum, ipſum Deum appellauit, ſed non Domi- *Eccleſia eſt*
num & Deum? Vt tu diſcas quòd Eccleſiæ eſt *proprius*
proprius Dominus & Deus, & non ſimiliter *Dominus*
eorum qui ſunt extra Eccleſiam. Nam homi- *Deus.*
num

num quidem qui ſunt extrà, Deus eſt, nempe θεός, hoc eſt θεατής, id eſt ſpectator. Eccleſiæ autẽ Deus eſt & ſpectator & Dominus, ei dominus, eiuſque curam gerens, eámque ſuſcipiens, tenẽs ac ſendens. Quod ſi etiam poſt expulſionem ex paradiſo nominatur in diuina ſcriptura Dominus, Dominus Deus, ne miteris, erit enim tempus quando etiam ijs qui ſunt extra eccleſiam dominabitur per Euangelium, & erit, vt ipſe dixit, vnum ouile, vnus paſtor. *Io. 10.* Neque à mea quàm prius dixi recedo ſententia, ſimul à Iudæo & ab inuido fideli, qui aduerſus hanc meam contradicit intelligentiam, exigens, vt in chamo & freno nobis dicat, quamobrem ante aduentum diuinæ inſufflationis ad Adamum, Deus non fuit nominatus Dominus & Deus, ſed ſolum Deus. Sed reuertamur ad propoſitum. Hic eſt liber generationis cœli & terræ, quando fuit Dies in quo fecit Deus cœlum & terram. Expecta parum, & audies eundem ſcriptorem Moſem dicentem, vel potius per eum loquentem ſanctum ſpiritum. Hic eſt liber generationis hominis, quo die fecit Deus Adam, ad imaginem Dei fecit eum, maſculum & fœminam fecit eos: & benedixit eis. Quæ nam ſit differentia duarum appellationum, nempe libri cœli & terræ, & libri hominis, alterius ab altera, dicemus diſcrimen in iis quæ conſequuntur, nempe quòd omnino neceſſe eſt, nos omnia quæ ſunt in hoc libro intelligere de his duobus, nempe cœlum quidem eſſe typum Chriſti: terram autem typum eccleſiæ: *Cœlum eſt typus Chriſti: terra verò eccleſia.* & ſic deinceps vniuerſam ſex dierum creaturam ad eos referre, nempe aquas, abyſſum, & lucem, & herbam, & arbores, & firmamentum, & luminaria, & animalia, & volucres, & irrigationes, & cætera omnia, & ſic impletur eloquium, quod dicit omnia per Chriſtum & in Chriſto eſſe condita. *Coloſſ. 1.* Eſt autem attente animaduertendum, quòd à quo die ad imaginem factus eſt homo, nempe prototypus Chriſti typus Adam, non eſt amplius Deus aliquid fabricatus per iuſſum: neque de cætero dixit, Fiat hoc & illud, ſed ſuo per ſe, & diuino opere operando ſecundum fecit creationem propriè & verè & citra vllam dubitationem diuina prædicẽte ſcriptura Dei Verbi aduentum & præſentiam, quæ fuit à cœlo in terram, & in ea quæ eſt in ſecundo ordine creaturarum breui repetitione nos docente, quod videbitur Deus Deorũ apud nos ſuper terram, & per ſe ſuo opere & ſuis manibus fabricabitur nouam creaturam, nouum cœlum & nouam terram, & nouum ex non ſeminata terra non ſeminatum hominẽ. Quem quidem nobis prius ſignificans diuina ſcriptura, & duplicat creaturæ & hominis conſtructionem & narrationem, hinc ponens principium, & fundamenta iacens Chriſti eccleſiæ, & dicens propheticè.

» Hic eſt liber
» generationis cœli & terræ, quando fuit dies quæ
» fecit cœlum & terram, & omne viride agri priuſ-
» quam oreretur. Non enim pluit Dominus Deus
» ſuper terram: & non erat operari terram. Fons
» autem aſcendebat è terra. Et finxit Deus homi-
» nem, accipiens humum è terra: & inſufflauit in
» faciem eius ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in
animam viuentem.

Magna eſt in verbis propoſitis obſcuritas, & totus hic locus eſt valde obſcurus, non ſolum quod ad ſpiritualem attinet eius anagogen, ſed etiam quod ad corporalem eius hiſtoriam, eſt cognitu difficilis. Ergo ſi videtur, eum primum dirigamus ad maiorem in litera claritatem, & deinde ſcrutemur occultum & ſpiritualem eius ſenſum. Hoc eſt ergo quod nos hic docet Prophetam Moſes congruenter literæ. Hic eſt liber generationis cœli & terræ, quando fuit dies quo fecit Deus cœlum & terram, hoc eſt, primo die, priuſquam natum eſſet quoduis viride ſuper terram, & priuſquam nata eſſet quæuis herba agri. Nondum enim pluerat Dominus Deus ſuper terram. Quoniam homo nondum factus erat, nec operabatur ſuper terram. Fons autem aſcendebat ſuper terram. Qui literam, eámque ſolam hic ſequuntur, hic falſam adducunt diuinam ſcripturam. *Si ſolũ ſequamur literam, falſa eſt diuina ſcriptura.* Neque enim omnino inuenimus in primo die ante olera & herbas in ſex diebus nominari fontem, neque irrigationem, ſed neque aquam ſub terra: ſed omnem aquarum naturam eſſe ſupra terram. Vbi autem erat aqua, non erat irrigatio, nec hauſtus. Ex quanam autem terra aſcendebat & irrigabat ſuperiorem terram? Duas enim terras ſignificat, dicens, quod fons aſcendebat infernè ex terra, & irrigabunt vniuerſum faciem terræ. Cum autem nondum eſſent fructus, neque plantæ, neque animalia, neque volucres, neque agricolæ, neque omnino homines, quidnam irrigabat fons ille infernè ex ſubterraneis locis fons aſcendens? Si enim irrigabat totam faciem terræ, quis erat vſus illius fluuij qui egrediebatur ex Edem ad irrigandum paradiſum, ſiquidem in terra eſt etiam paradiſus! Audi enim ſcripturæ conſequentiam. In principio cum feciſſet Deus cœlum & terram, terra erat inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum. Si autem tenebræ erant ſuper creaturam, cur irrigabat in tenebris? Et ſi ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquam, hoc eſt, vehemẽs ventus eam agitabat & commouebat fluctibus: (ferri enim eſt vehementer moueri) quomodo quæſo in caligine & tenebris & tempeſtate operta fluctibus infernè obruta vniuerſa terra, ab aliquo fonte aſcẽdente è terra irragabatur? Nũquid ergo literę hiſtoriã non omnino concludẽtes in diuina ſcriptura, poſſumus etiã per anagogen intelligere hunc fontem, qui inferne aſcẽdit à terra, & quę in caligine ac tenebris & tempeſtate irrigat totã faciem terræ humanam, inquam, aquam quæ eſt contraria pluuię que deſuper deſcendit in vellus. *Litera hiſtoria reducenda eſt ad anagogen.* Quamobrem cùm ſit ſterilis & infertilis aqua illa ſubterranea, & mala & tenebricoſa irrigatio, nõ poterat terra particeps rationis producere omne genus viride, nempe aut fructum aut herbã: Deus enim voluntariam pluuiam deſuper non pluerat ex perenni fonte vitę. Non erat ros ex Hermon, *Pſ. 132.* Chriſtus qui ex patre deſcendit. Neque qui ſeminat ad ſeminandũ Euangelium, *Matth. 13. Luc. 8.* & homo non erat Apoſtolicus ad operãdam terrã quę eſt in anima. Intellige preterea quęſo. Non dixit diuina ſcriptura quòd nõ erat homo, in illo enim die homo factus fuerat. Sed non erat eiuſmodi homo qui poſſet operari & colere terram animæ. Nondum enim exierat homo qui è cœlo deſcendit, ad operandam & colendam animæ terram: & ad euel-

lendus ſpinas & tribulos, ad faciendum ipſum fructum in ttiginta, & ſexaginta, & centum.

Fons ſubterraneus maligna poteſtas.

Quoniam ergo nondum apparuetat huiuſmodi Deus homo ad operandam terram: fons autem ille ſubterraneus, nempe maligna poteſtas, inundabat & irrigabat totam faciem tettæ, proptetea diuina ſctiptura ſtatim inducit hominem, figuram hominis cœleſtis, dicẽs, Et finxit Deus hominem humo accepta è terra, & inſufflauit in faciem eius ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem, veluti hoc dicens, quòd gratiam habens comprimendæ aquæ aduerſariæ poteſtatis, Deus Verbum homo terra genitus fiet Chriſtus, à Deo fictum ſimul & à Deo plantatum germen: vt cum ſit genere coniunctus, rectè irriget ea quæ ſunt è terra genita, & vt decet, ratione rationalia germina, ſimili ſimilia expurget, & fructum ferat. Quòd ſi non ctedas verbis tanquam non probabilibus, quid dices ſtatim audiens Deum plantantem cum opere, plantas quoque, propter quas vel ſolas, ad earum operationem Agricolam ptotinus prius finxit è tetra? Poſtquam enim dixit ſcriptura, Et factus eſt homo in animam viuentem, ſtatim ſubiunxit illud, ET PLANTAVIT Dominus Deus paradiſum in Edem ad Orientem: & poſuit illic hominem quẽ fecit, tanquam in iis quæ erant colenda collocãs Agricolam. Et ideo iuxta illa, cùm tanquam ad opus proceſſiſſet eiuſmodi boni Agricolæ agricultura, & redditæ eſſent frugiferæ quæ ab illo irrigatæ erant plantæ, ſtatim infert ſcriptura dicens, conſequenter. ET ORIRI fecit Dominus Deus adhuc è terra omne lignum pulchrum ad videndum, & bonum ad comedẽdum, & lignum vitæ in medio paradiſi, & lignum ſciendi id quod cognoſci poteſt boni & mali. Qui ergo de Chriſto & eccleſia, Adam, & omnes quæ prius dictæ ſunt plantas, & arbores, & fructus, & paradiſum rectè intellexerunt & interpretati ſunt expoſitores, dixerunt hæc prophetice eſſe ſcripta à Moſe de nobis & Chriſto. Dico autem quæ de paradiſo dicta ſunt, & plantas, & animalia, volucres, beſtias, & quæ deinceps ſequuntur. Si autem contendunt, quòd hæ arbores, & plantæ, & fructus, è terra producti ſunt die tertio, & ſemina quę germinarunt: neceſſario dicent quod communis cibus hominis, & brutorum, & volucrum, & reptilium, erat fructus ligni vitæ, & fructus ligni cognoſcendi bonum & malum. Sic enim dixit Deus ſexto die homini. ECCE ego dedi vobis omne lignum, quod habet in ſe fructum ſeminis ſeminabilis. Vobis erit in cibum & omnibus beſtiis terræ, & omnibus volucribus cœli. Si ergo Verbum & ſermo Domini eſt in ęternum, omnino ſi homo per inobedientiam, eſt priuatus fructu ligni vitæ, & beſtiæ & reptilia ex eo comederunt. Si autem comederunt: quomodo non viuunt in æternum: ſed plus quàm homo accipiunt perfectum & omni ex parte abſolutum interitum, & mortem ineuitabilem? Sed & ſi poſuerimus eas non fuiſſe participes ligni vitæ: tamen vt quæ iuſſæ ſint cibi cum hominibus habere ſocietatem, omnino ipſæ quoque fuerint participes ligni cognoſcendi bonum & malum: & quomodo iam neſciunt æque vt homo bonum & malum, reptilia & beſtiæ & volucres? Ab hoc ergo ſenſu receſſerunt plurimi interpretes, & maximè veteres, dicendi ſenſilem eſſe paradiſum, & quæ ſunt in eius medio duo ligna vitæ & cognitionis, ne neceſſario faciant beſtias & iumenta ſocietatem habere & participationem ligni vitæ & ligni cognitionis. Non enim diſtinxit Deus inter cibum Adami & cibum brutorum: ſed dedit eis communiter omne lignum frugiferum & ſatiuum in cibum. Si ergo eſſent ſenſilia, dicit Clemens, & veteres qui eum ſecuti ſunt interpretes, paradiſi, & quæ ſunt eorum intermedia, duo ligna; inuenientur, aiunt, beſtiæ & reptilia homine præſtantiora, vt quæ non ſint prohibita ab eſu cuiuſuis ligni & fructus. Quamobrem ex ipſo Dei mandato de communi cibo, quem dedit vnanimiter homini & omnibus beſtiis, licet cognoſcere, quòd non ſunt eadem ligna quę facta ſunt tertio die, & quæ in paradiſo. Dicere enim quod Dominus Deus adhuc oriri fecit è terra omne lignum pulchrum ad videndum, & bonum ad comedendum, per hoc adhuc nobis oſtendit ſcriptura, ſecundum quandam creationem præſtantiorum lignorum: aut ea verba eſſe prophetiam de ratione prędit is lignis, quę extremis temporibus orta ſunt in paradiſo eccleſię. Et quoniam eſt frequens & interpretatu difficilis tractatio de paradiſo, & ſemper dubia apud interpretes, videamus rurſus quemadmodum factum ſit Dei mandatum de communi eſu. Deinde diſceptabimus de paradiſo. Dicit ergo Deus Adamo quando eum fecit.

Arbores & plãtæ paradiſi non fuerunt ſenſibiles.

Quæ tertio die facta ſunt, non ſunt ligna paradiſi.

ECCE dedimus vobis omnem herbam ſeminabilem ſeminantem ſemen, quę eſt ſupra omnem terram: & omne lignum quod habet in ſeipſo fructum ſeminis ſeminabilis, vobis erit in cibum, & omnibus volucribus cœli, & omnibus beſtiis terrę, quæ habent in ſe ſpiritum vitæ, & omnem herbam viridem in cibum: & factum eſt ita. Si ergo in his lignis ſunt etiam ligna paradiſi, nempe & lignum imortalitatis & vitę æternæ cognitionis, miſerabilis & miſer ſolus eſt homo qui eſt ad Dei imaginem & ſimilitudinem, vt qui ſolus ſit priuatus paradiſo, & cognitione, & cibo vitæ ęternæ. Serpens enim aſpis & ſcorpius & canis in hodiernum vſque diem fruuntur omni fructu & omni ligno ſuper vniuerſam terram & paradiſum. Non enim exierunt ex quo ingreſſæ ſunt beſtiæ ad Adamum in paradiſo, ſed intus manſerunt illo egreſſo, vt quæ non fuerint expulſæ propter delictum. Intellige ergo legem Dei ſpiritualiter: quoniam lex eſt ſpiritualis, vt clamat Paulus. Litera enim occidit.

Si paradiſi ligna ſunt ſenſilia, meliores ſunt conditione bruta quã homo.

Rom. 7. 2. Cor. 3.

Reſtat ergo, vt, ne morte afficiamur à litera, diſcamus vbi oportet ſpiritualibus ſpiritualia comparare, nempe literas aquas loquitur ſpiritus ſanctus, ex quibus eſt magnum & præcipuum & maximè arcanum de paradiſo myſterium. Qui autem carnaliter & ſecundum carnem intelligit præſentem locum de lignis & fructibus, dic mihi rurſus, quomodo cùm Deus vnum & parem omnibus hominibus & beſtiis & volucribus cibum iuſſerit, eum, inquam, qui eſt ex herbis virgultis, & arboribus: quî fit quòd multa animantia non veſcuntur herbis ſed carnibus, vt quæ ſint magis carniuora?

Quo-

Quomodo rurſus Deus qui omnis herbæ & arboris quæ eſt ſupra terram, nobis fructum permittens comedere, efficit vt multæ herbæ & arbores plurimæ nō ſint hominibus & brutis eſculentæ, ſintque venenoſæ & mortiferæ. Quas non ſolum nos, ſed ipſa etiam rationis expers natura reiicit ac recuſat, & alia eiuſmodi innumerabilia ſunt & nobis & brutis, natura minimè eſculenta & letifera. Veteres ergo eccleſiarum interpretes, Philo, inquam, Philoſophus, & tempore æqualis Apoſtolis, & celebris Papias, & Ioannes Euangeliſtæ diſcipulus Hierapolitanus, & Irenæus Lugdunenſis, & Iuſtinus Martyr & Philoſophus, & Pontanus Alexandrinus, & Clemē Stromateus, & eorum aſſeclæ, ſpiritualiter ſunt contemplati de Chriſti eccleſia ea quæ ſcripta ſunt de paradiſo. Ex quibus ſunt duo in rebus omnibus doctiſſimi Cappadoces Gregorij. Ij omnes quibuſdam de cauſis dicebant eſſe etiam aliquem paradiſum ſpiritualem. Primum, quòd ſi Adam non erat interitui obnoxius quando fuit factus, eſt perſpicuum quòd non fuit particeps alimenti terreſtris & in quod cadit interitus. Quòd ſi poterat eſſe particeps ciborum ſenſilium, eſt etiā perſpicuū quòd in eum cadat interitus. Quidquid enim intrat per os, rurſus excernitur. Si autem in eum cadebat interitus, omnino erat etiam mortalis. Si autē creatus eſt mortalis, non vtique facta eſt mors per inobedientiam. Atque hæc quidem eſt prima cauſa interpretum. Secunda autem eſt mulieris abſque exitu permanſio. Tertia, animantium quæ cum ea māſerat in paradiſo. Tertia, prior communis eſus ciborum hominum & brutorum. Quinta, quòd fieri non poterat vt vnus homo coleret tā immenſam paradiſi magnitudinem, vbi quidem certè abundantia eius irrigationis diuiditur in quatuor initia. Quid autem opus erat operari, cùm ſæpe vna arbor & altera ei ſufficeret ad alimentum? Quid autem opus erat etiam cuſtodire, cùm non amplius adeſſent homines, nedum fures, & omnes beſtiæ & volucres ei eſſent ſubiectæ, & eius Verbo parerent? Nec hoc ſolum, ſed etiàm quæ à Deo dicta & facta ſunt in paradiſo, ſi ad literam, inquiunt, intelligamus, incidemus in innumerabiles ſcyllas & charybdes & labyrinthorum præcipitia. Cùm Deus cœlum & terram impleat citra vllam circunſcriptionem, & adſit vbique, & ſit ſupra vniuerſitatem, & neque moueatur, neque cōtineatur, neque tranſmeet, neque deſcendat nec aſcendat, quomodo audiit Adam eius vocem ingreſſi & ambulantis veſpere in paradiſo? Quomodo vidit ipſum facie ad faciem, idque, inquiūt, cùm dicat ſcriptura, Nemo Deum vidit vnquam, neque Dei vocem audiit. Porro autem ipſe quoque Moſes qui ea nobis narrat de paradiſo, teſtatur Deum ipſi dixiſſe, Non videbit homo faciem meam & viuet. Iam verò diuinus quoque Paulus raptus in tertium cœlum & paradiſum, vt rectè inſpiceret paradiſi Verba ineffabilia, cum illic Deum quæſijſſet videre, & non eſſet contemplatus, reuerſus eſt dicens de Deo, QVEM nullus hominum vidit, neque poteſt videre. Et ſi hæc ita ſe habent, vt certè habent, quid deinceps ages ô Iſrael, qui corporali ſenſu intelligis ea quæ dicuntur de paradiſo, cum audias, Deus incorporeus, & carnis expers materiæque & figuræ, & ſonitū pe-

Quòd paradiſus ſit ſpiritualis, multi ſunt autores nobiles & validis adducti rationibus

Io. 1. — *Ex. 32.* — *2. Cor. 12.* — *1. Timot. 2.*

Appendix.

A dum fecit in paradiſo: Quomodo qui caret manibus dicitur propriis manibus humum prehendiſſe & finxiſſe hominem? Quomodo lateris Adami fecit exciſionem, & mulieris ædificium fabricatus eſt incorporeus? Nec hoc ſolum, ſed etiam fuit ortulanus, & ſuæ creaturæ adminiſter, boues & oues beſtias & iumenta ad Adamum adducens, vt ea ſigillatim vocaret, qui omnia cognoſcebat ante eorum ortum? Quonam autē ore & labris, qui ea non ferebat vt qui ſit incorporeus, inſufflauit in faciem hominis ſpiritum vitæ? Nam ſi tunc incorporatus & humana forma præditus fuiſſet Deus Verbum, nequaquam in extremis temporiB bus ex ſancta virgine carnem ſuſcepiſſet homo factus. Vnde propter has cauſas incomprehenſibiles, omnia quæ de paradiſo ſpiritualiter dicta ſunt intelligentes interpretes quorum meminimus, dixerunt quod diuerſæ natæ ſunt hęreſes à quibuſdam hominibus, qui carnaliter audierunt quæ de Deo & paradiſo dicuntur in Geneſi. Alij quidem ſtatuentes Deum habere formam corporis. Alij autem ſerpenti magnas offerentes gratiarū actiones, vtpote quòd per eius conſilium & factā prævaricationem, ex muliere ſit generatum totum genus humanum, qui quidem meritò etiam appellantur Ophitę, id eſt ſerpentini, Manichæi autem C ſimul & viri & mulieres nudi congregantur in ſuis eccleſiis ad imitationem Adami & Euæ. Alij autem increatam ignis adorarunt naturam, propterea quòd nulla inferatur ignis mentio in vniuerſa ſex dierum creatione. Alij aquam coluerunt tanquam increatam, quoniam non ſcriptum eſt, Et dixit Deus, Fiat aqua. Alij, ex quibus ſunt Perſæ, cum ſororibus & matribus contraxerunt matrimonium, propterea quod noſtri primi parente coniungerentur cum ſuis matribus & ſororibus. Sunt etiam quædam hæreſes quæ Deum accuſant, quod non prohibuerit ne malignus Euam ſeduceret per ſerpentem. Alia auD tem rurſus hæreſis decreuit beſtiarum quoque animas eſſe ratione præditas, quæ poſſint orationem audire & excolere, cùm audiſſet Deum benedicentem volucribus & piſcibus, & execrantem ſerpentem, & adducentem ad Adamum beſtias & volucres & iumenta, vt ſciat quidnam ea nominet. Has itaque & alias plurimas hæreſes, quę ſumpſerunt occaſionem ex ſcripturę verbis de paradiſo, admirabiles quos prius diximus interpretes volentes euertere, & in ſacram ſcripturam de cætero oculos ſpiritualiter intendentes, ſicut iubet Paulus, decreuerunt duos quoſdam eſſe paradiſos, ſicut & Dionyſius, ſpiritualem & ſenſilem, terreſtrem & cœleſtem, qui E cernitur & qui intelligitur, ſicut etiam eſt Chriſtus cœleſtis ſimul & terreſtris, congruenter typo duarum eccleſiarum, terrenæ, inquam, & cœleſtis ciuitatis Domini virtutum, vbi eſt etiam ſecunda & verior terra promiſſionis, regio viuentium, & manſiones & tabernacula æterna, & quę nullam habent ſucceſſionem, & terra mitium ſecunda, & in quam non cadit interitus, quæ habet arbores & aquas interitui non obnoxias, & plantas quę non marceſcunt, & fructus ſemper germinantes, qui à perenni fonte vitæ perenniter irrigantur, & in ſecula ſeculorum quotidiè floreſcunt, & ſemper creſcunt in melius,

Diuerſæ hæreſes eo quòd paradiſus intelligeretur carnaliter.

Ophitę hæretici.

Manichæi hæretici.

Perſæ cum ſororibus & matribus matrimonium contrahūt.

Hæreſis quæ exiſtimat beſtiarum animas ratione præditas.

Duo paradiſi ſpiritualis & ſenſilis, cœleſtis & terreſtris.

Eccleſiæ duæ terreſtris & cœleſtis.

A & nunquam ceſſant proficere & augeri & formari in id quod eſt melius & ſuperius, & qui ſunt plantati & collocati in Domo Dei, & florẽt in ſupernis eius atriis, cuiuſmodi ſunt cedri cœleſtis Libani, qnas plantauit, nempe intelligentes naturas, vnigenitus, cum quibus illic nidificant paſſeres ſanctarum animarum, & Erodij, nempe Chriſti, domus dux eſt eorum, propter quos ſolos pratum illud non corrumpitur nec ſeneſcit, intelligens & expers materiæ, plantauit & conſtituit. De quo dictum eſt. ET PLANTAVIT Dominus Deus paradiſum in Edem ad Orientem, & poſuit illic hominem quem fecit. Et interpretatur quidẽ Edem, ignoſcentes aut ſanguinolentæ delitiæ. Vt autem dicit priſcus Iudæus, Edem interpretatur, inflammatio carbonum. Quod quidem admodũ aptè dici conuenit de paradiſo ſpirituali, & materiæ experti, & angelico, & intelligenti. QVI facit, enim inquit, Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros eius flammam ignis. Ad ſpiritualis autem paradiſi rationem ſe maximè confirmarunt interpretes, adducentes teſtem Ezechielem, & Deum qui in ipſo loquebatur, vbi videtur Deus nobis ænigmaticè reuelare, apud ipſum Prophetã, Diaboli è cœlo caſum, ſic dicens. ET tu fili hominis accipe lamentationẽ ſuper principem Tyri, & dic ei. Hæc dicit Dominus. Tu ſignaculum ſimilitudinis & corona pulchritudinis in delicijs paradiſi Dei generatus es. Erat enim impius princeps Tyri & idolatria in diebus Ezechielis Prophetæ. Dicit enim ipſum principem indutum duodecim in ſignibus præcioſis lapidibus, poteſtatem forte ſupernarum virtutum. Et ſtatim poſt indumentum lapidum, ſubiungit, dicens. A QVO die creatus es cum Cherubin, dedi te in monte ſancto Dei, hoc eſt, in cœlo. Sic enim dicit conſequenter. FVISTI in medio lapidum igneorum, nempe flammantiũ eius intelligentium virtutum, conueniẽter ei qui dicit. QVI facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammã ignis. Audiamus & quæ deinceps ſequuntur. A QVO die creatus es, quo vſque inuentæ ſunt iniquitates in te. Hæc propriæ in Diabolum dicta ſunt à Deo. Nũquam enim ita vixit Princeps Tyri vt in eum non caderet vitij labes & iuſta reprehenſio. Ille enim erat impius & filius impiorum eſt mortuus. Sed nec fuit in medio carbonum & lapidum igneorum, ſicut audimus de principe huius ſeculi. Et ſubiungit Deus de eo dicens. A multitudine mercaturæ. Intellige multitudinem cognitionis & ſapientiæ, quam antea tanquam ſummus princeps & dux exercitus poſſidebat Diabolus. Per quam cognitionem lapſus in ſuperbiam, ſic cogitauit dicens. PONAM thronum meum ſuper nubes, & erò ſimilis altiſſimo. Quamobrem rurſus in eum vociferatur per verba quæ conſequuntur Ezechiel & Deus dicens. ET peccaſti, & ſauciatus es à monte Dei, hoc eſt, deiectus es ab altitudine Dei cœli, hoc enim ſtatim innuit ſubiungens. Et adduxit te ad Cherubim ex lapidibus igneis. Mihi videtur quòd Deus juſſerit alicui præſtantiſſimo & magnificẽtiſſimo ex Cherubim, vt reum accipiens Diabolum de eo pœnas ſumeret: qui eum eduxit è medio intelligentium exercituum, & eum deiecit è cœlo. Quãobrem dicebat Chriſtus. Vidi Satanam cadentem tanquam fulgur è cœlo. Audiamus etiam quæ ſequuntur. Dicit enim deinceps & conſequenter. Sublatum eſt cor tuum propter pulchritudinem tuam. Corrupta eſt ſcientia tua cum pulchritudine tua. Pulchritudinem enim, formæ dicit excellentiam, qua prius tanquam igneus & Lucifer fruebatur Diabolus. Scientiam autem magnẽ cognitionem myſteriorum & ſapientiæ. Hic itaque diſcimus, quòd elegantiæ & decoris ſplendorem, quem prius habebat Dæmones & eorum princeps, nequaquam habent hodie. Et neque priorem habent ſapientiam & cognitionem. Audi iam eius præclarum deſuper caſum ex illo Dei paradiſo delitiarum, & monte cœleſti. Sic enim dicit in iis quæ conſequuntur. PROPTER multitudinem peccatorum tuorum proieci te in terram. Ecce apertè audiuimus qnòd ex quodam excelſo paradiſo delitiarum & igneorum carbonum Cherubicorũ in terram eſt proiectus iſte qui dicitur Princeps Tyri. Tyrus autem Græce dicitur χρατος και ορος, id eſt potentia & mons. Quo fit vt hinc ex iis quæ dicta ſunt Ezechieli, apertè liceat cognoſcere, quod omnes Patres qui dixerunt cum ſenſili eſſe aliquem paradiſum ſpiritualem & ligna ſpiritualia, id dixerunt ſequentes diuina eius Prophetæ Verba, ex quibus ſunt etiam ſapiẽtiſſimi Gregorij, qui dicunt plantas eſſe quaſdam contemplationes, vt ponit eorum contemplatio. Quænam autem erat Gregorij ſpiritualis contemplatio, niſi illa ſpiritus ſancti illuminatio? De qua contẽplatione dicit Dominus. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbũt. Vide enim quòd nõ abſolutè dicitur Paradiſus is qui eſt apud Prophetam, ſed Paradiſus Dei. Moſaicus autem paradiſus non eſt ſcriptus ex Dei nomine, ſed abſolute paradiſus. Vnde etiã diuinus in omnibus Ambroſius, & Iuſtinus Martyr à Deo inſpiratus, in ſuis in hexameron commentariis, ea perſequentes quæ dicta ſunt de paradiſo, poſtquam dixerunt de ſenſilibus arboribus & aquis & fructibus, & paradiſo è terra genito, in medium adduxerunt propoſita diuini Ezechielis verba de paradiſo cœleſti, eãque perſecuti, magnam & ſubtilem de iis examinationem & contemplationem ſubiunxerunt, dicentes, quòd ſit turpiſſimum & Deo inuiſum, dicere aut omnino cogitare, beatam & adorandam Dei Verbi diuinitatem cum iuſto latrone ingredi in fluxum & materialem paradiſum, & quæ nã eſt digna merces illius venerãdę & quę deũ decet cõfeſſionis, malorũ punicorũ, pyrorũ, vuarũ & ficuũ corruptarum eſum, tanquã mercedem reddere latroni? Quis autem rurſus, inquiũt, mentem habẽs diuina ſapientẽ, dixerit in cucumerarij legione ac ſecuti quæ conueniunt olitoribus, in cœlus curſum dirigentem ad volatum traductum eſſe Paulum? & quæ neque in ſecundo, neque in tertio cœlo verba inuenit ineffabilia, ea in terreno agro aquis irrigato myſticè eſſe enũtiata à puro & diuino ore Chriſti: & nũc ſuper terrã in ortis cuſtodire ea quę ſunt excelſiora omnib⁹ ſupernis virtutibus, & Deo propinquiora quã pręſtẽtiſſima Cherubim? Sed de his quidẽ ſatis, redundũ eſt autẽ ad Moſaicã hiſtoriã: & cõſiderandũ eſt de propoſitis. Nã illic quoq;, vt arbitror, licet videre iis q habent lucẽ diuinæ cognitionis, ea quę dicũtur de vtriſq; his paradiſis nẽpe quanã vtens cõſequẽtia, primũ nobis tanquam primum narrat ſpiritualem, ſicut etiam

Marginal notes: *Pſ. 103.* — *Edẽ quid ſignificet.* — *Pſ. 103.* — *Diaboli caſus è cœlo.* — *Ezech. 28.* — *Luc. 10.* — *Plãta paradiſi ſunt quædam contẽplationes.* — *Matth. 5.* — *Paradiſus Dei diuerſus à Moſaico.* — *Iuſtinus Martyr in hexameron.* — *Paulus nõ fuit raptus in paradiſum terreſtrem.*

etiam iam prius dixi, vt quando dicit, Et plantauit Dominus Deus paradiſum in Edem ad Orientem: non inuenimus autẽ in terra locum qui nominatur Edem: & non ſignificet ad orientem ſeu terræ ſeu cœli, dat nobis aliquam ſignificationem de ſuperno Oriente, vbi eſt pater luminum, & lux viuentium, & quòd ſit illic eiuſmodi paradiſus, adeò vt de ſpirituali loquens paradiſo, neque de lignis, neque de aquis, neque de lapidibus, neque de terra, neque de auro, neque de cibo, neque de regionibus, neque de finibus, neque de vlla re alia quæ ſit in eo meminerit. Illud autem, Et poſuit illic hominem quem finxit, nẽpe in paradiſo cœleſti, dixit prophetiam de facta in extremis tẽporibus in Christo aſſumptione in cœlos humanæ naturæ. Quod ſi tanquam, iam præteritum id quod futurum eſt dicit Propheta, habes, inquit, magnus Ambroſius, de eo plurimas in ſcriptura probationes, vt quando dicit, PVER natus eſt nobis, & Foderunt manus meas & pedes meos, &, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, &, Dederunt in eſcam meam fel, & quæ ſunt huiuſmodi. Rectè autem dictum eſt, Et poſuit illic hominem quem finxit, quem poſuit hæredem vniuerſorum, Chriſtum. Vnde Hebræi ex libro qui non eſt redactus in canonem, qui quidem dicitur Teſtamentum Protoplaſtorum, dicunt quadrageſimo die ingreſſum eſſe Adam in paradiſum, ſicut etiam videtur cuidam hiſtorico Chronographo pyrrhoni, & quibuſdã expoſitoribus. Quod quidem aptè admodum cõuenit in Chriſti in cœlum aſſumptione. Nam in terrenam quoque Hieruſalem, poſtquam natus fuit in Bethleem, ingreſſus eſt die quadrageſimo. Nobis autem hæc dicentibus de paradiſi ſpirituali, ne glorietur ineptus Origenes tanquam rectè ſentiens. Ipſe enim anagogis & ſpiritualibus contemplationibus vſus inexplebiliter, omnes quæ in ſex diebus factę ſunt creaturas deduxit per allegoriam ad fabuloſas tragœdias, neque cœlum ſenſile, neque terram, neque aquas, neque plãtas verè plantas, neque ſtellas verè ſtellas, neque aliquid aliud conuenienter literæ intelligens, non tenebras, non lucem, non abyſſum, non ſpiritum, non firmamentum. Quo fit vt de cætero neceſſe habeat eccleſia, quod attinet ad nugas & doctrinam Origenis, credere Dei eſſe creaturas mundum qui cernitur. Quamobrẽ iure quoque Origenem ſynodica deponens ſententia reiecit. Oportebat enim primum admittere hiſtoriã quę conuenit literæ: Deinde vbi oportet, procedere ad anagogas. Propter hanc cauſam, dico autem propter inanem laborẽ Origenis, qui vniuerſam ſex dierum creaturã ad fabuloſam deduxit allegoriam, & corpus ſacræ ſcripturę immutauit & alterauit, recẽtiores patres, diuinus, inquã, Baſilius, & Chriſti fluuius Ioãnes Chryſoſtomus, & Theodorus verè miſerabilis Anthiochenus, & Seuerus Gabaleotes, & Euſebi⁹ Emiſenus, & verbis & factis beatiſſimus Epiphanius, & Dei interpres Cyrillus & Theophilus, ij omnes ſua ſcripta de ſex diebus expoſuerunt congruenter literæ, miſſis allegorijs & anagogis, propter inanem, vt prius dixi, Origenis laborem, ipſi quoque afferẽtes fide digniſſimas probationes & demonſtrationes de ſenſili paradiſo, qui ſtatim ſequitur poſt eũ quem diximus ſpiritualem. Nam legiſlator Moſes ſtatim ſubiecit, dicens. ET ORIRI fecit Dominus Deus adhuc è terra omne lignum pulchrũ ad videndum, & bonum ad comedendum & lignum vitæ in medio paradiſi, & lignum ſciendi id quod cognoſci poteſt boni & mali. Fluuius autẽ egreditur ex Edem ad irrigãdum paradiſum. Illinc ſecernitur in quatuor initia. Nomen vni Phyſon. Iſte eſt qui circuit omnem terram Euilat. Illic ergo eſt aurum: aurum autem illius terræ bonum. Illic eſt carbunculus & lapis praſinus, & nomen ſecundo Geon. Iſte eſt qui circuit vniuerſam Æthiopiam. Et fluuius tertius Tygris. Iſte eſt qui fluit ex aduerſo Aſſyriorum. Fluuius autem quartus Euphrates. Ex his è terra genitis locis & gentibus, appellationibúſque & terminis, & prętereà ex auro & lapide praſino & Æthiopia & Aſſyris, & Euphrate plures ex patribus affirmarunt hæc maximè intelligi de paradiſo è terra genito, & maximè ex folijs ficus quæ ſibi conſuerunt primi parentes ad perizomata. Vnde etiam conuenienter literæ intelligentes, aquas dixerunt ſenſiles: & ligna ligna verè eſculenta, & fructus fructus hortẽſes & in quos cadit interitus: & aurum eſſe materiale. Similiter & carbunculum, & praſium ſmaragdinum lapidem, & ficum veram ficum eſſe dixerũt & maximè diuinus Epiphanius, ex eo quòd audierit ſcripturam dicentem eſſe terram Iordanis quæ prius irrigabatur ſicut paradiſus, & ſicut terra Ægypti. Quam quidem paternam ſententiã & de paradiſo ſenſili traditionem recipimus, ſuſcipimus, & amplectimur. In hoc enim opere nos præmuniẽtes ſępe diximus, quòd diuinæ ſcripturæ hiſtoriã quæ literæ cõueuit non diſſoluimus, neque ſanctorum patrum noſtrorum ſententias euertimus. Et tamen quoniam audimus Diuum Paulum omnia quæ ſunt in lege myſticè ad Chriſtum referentem nempe tabernaculũ, arcam, vrnam, templum, agnum, cibos, potiones, ligna, animalia, volucres, aurum, ſmaragdos, carbunculos, aquas, & reliqua omnia, quæ tunc quidem facta ſunt myſticè conuenienter literæ, nunc autem in eccleſia verè cernuntur ſpiritualiter: conſiderandum eſt nam hæc quoque quæ nunc de ſenſili paradiſo à Moſe corporaliter ſcripta ſunt, ad Chriſtum & eccleſiam relata typicè prius deſcripta ſunt, ſiquidem omnino per Chriſtum & ad Chriſtũ facta ſunt, præſignificantia eius carnis ſuſceptionem. Sequentes ergo Theologiæ oratorem Gregoriũ, qui dixit Adam eſſe Agricolam plãtarum immortaliũ & diuinarũ notionum in paradiſo, aſcendamus à litera quæ occidit ad ſpiritum qui viuificat. Semper enim ſacra litera ſimul aſcendit cũ aſcẽdentibus. Et ex oriri fecit Dominus Deus adhuc ex terra omne lignũ pulchrũ ad vidẽdum, & bonũ ad comedendũ. Hic conuenit diligẽter quærere quid ſit ortus, qui Gręcè eſt ἀνατολὴ, & quid exortus, qui eſt ἐξανατολή. In iis quæ è terra fiũt & naſcuntur, dicitur quidẽ oriẽs, nẽpe ἀνατέλλον, quod ſtatim primo apparet. Exortum autem, nẽpe ἀναθάλλον, quod cũ emarcuerit & exſiccatum fuerit rurſus exoritur ſecundo ordine per aquam & agriculturæ diligentiam & induſtriam. Quamobrem delucidè admodũ & appoſitè dictum eſt Propheticè de eccleſia, EXORIRI fecit adhuc Dominus Deus è terra omne lignum pulchrum ad videndũ, & bonum ad comedendũ.

Edem eſt in Oriente ſuperno vbi eſt pater luminum.

Homo poſitus in paradiſo, eſt Chriſtus aſſumptus in cœlum.

Pſ. 9. Pſ. 21. Pſ. 109. Pſ. 21. Heb. 1.

Liber Apocryphus, Hebræorum, qui dicitur teſtamẽtum Protoplaſtorum.

Adam ingreſſus paradiſum die quadrageſimo.

Origenes reijciendus qui ſcripturã relinquit ſolũ ſenſum anagogicũ.

Litera primum eſt admittenda, deinde veniẽdum ad anagogem.

Qui doctores de paradiſo ſcripſerint ſecundum literam.

Paulus omnia quę ſunt in lege myſticè refert ad Chriſtum.

Adam agricola plantarum immortalium.

Ortus & exortus differunt.

Appendix.

A Nam orta quidem eſt in initio eccleſia, quando
facta fuit viridis & bene germinans, denſáſque
habens ſuas arbores, ex ſiccata autem fuit ab. eſtu
maligni Solis, qui transfiguratur in Angelum lu-
cis, cùm in eam per os ſibilaſſet ſerpens, & eam
exſiccaſſet per idololatriam. Cùm ergo veniſſet
cœleſtis fluuius Deus Verbum, & eam irrigaſſet
per aquam & fluuium, exorta eſt & rurſum ger-
minauit, & iterum viuificauit ratione prædita e-
ius ligna, de quibus dictum eſt, ET EXORIRI
fecit adhuc Dominus Deus è terra, hoc eſt, poſt-
quam mortua & exſiccata eſſet, adhuc ſecūdo or-
dine rurſus germinauit ratione prædita Chriſti
terra omne lignum pulchrum ad videndum, &
B bonum ad comedendum. In quibus lignis non
dicit ſcriptura frenum, non paleam, non virgul-
tam, non herbam, non lignum pulchrum ad vi-
dendum, & bonum ad comedendum. Et lignum
infertile, & frenum, & ſtipula, & palea, excinditur
& in ignem mittitur. Sed nihil eſt eiuſmodi in his
Quænam ligna ſunt in eccleſia pulchra ad vidēdum, & bona ad comedendum. lignis, ſed dicit in iis omnia pulchra ad videdum,
omnia bona ad comedendum, omnia bene germi
nantia, omnia à Deo pullulantia. Non enim iuſſu
exorta ſunt è terra, ſed ipſe Deus ipſemet opifex,
complantatus & concorporalis, & eorum cogna-
tus, factus è terra genitus, tanquam propria mem-
C bra ea fecit germinare è terra, vt quæ ſint corpus
Chriſti, & mēbra ex membro, tota formoſa, quo-
niam ipſe dicitur ſpecioſus præter filios hominū.
Pſ. 44. Vnde etiam poſt tranſitum diei ſexti narrat diui-
na ſcriptura horum lignorum germinationem,
hoc eſt, poſt diem ſabbati & cultus legiumi, dictū
Pſ. 148. eſt de his eccleſiaſticis pulchris lignis, LAVDATE
Pſ. 103. Dominum ligna fructifera & omnes cedri. Et rur-
Io. 15. ſus dicit, Saturabuntur ligna campi, qui dicit, Ego
ſum vitis, vos palmites, & Pater meus & agrico-
la. In hoc enim glorificatus eſt pater meus vt fru-
ctum feratis: & eritis mihi diſcipuli. De his lignis
Matth. 21. clamabat Iudæis Seruator dicens, Tolletur à vo-
bis vinea, & dabitur alij facienti fructum eius. Ex
D his pulchris lignis, vt quæ eſſent vtilia ad ædifica-
tionem ſcaphæ eccleſiæ, cùm quidam accepiſſet,
1. Cor. 3. dicebat, SECVNDVM gratiam Dei quæ data eſt
mihi, tanquam ſapiens Architectus fundamētum
poſui. Ex his pulchris lignis illi ſunt prius radica-
ti & prius plantati, ſpecioſi pedes euangelizan-
Pſ. 1. tium pacem. In his pulchris lignis ſunt ligna iu-
ſtorum plantatorum iuxta decurſus aquarū, qui
fructum ſuum dant in tempore ſuo, ille quidem
Pſ. 51. dicens, Ego autem tanquam oliua fructifera in
Domo Dei, & alius pſallens. Dominus paſcit me,
Pſ. 22. & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collo-
Pſ. 91. cauit. Super aquā refectionis educauit me, Alius,
E iuſtus ſicut palma florebit. Et alius, Sicut iunipe-
rus denſa. Et alius, Sicut Salix ad aquam præter
fluentem, & Sicut pomum in lignis ſyluæ, & ſicut
Coriat. 2. Cypreſſus, & picea & cedrus, odore perfundentia
& ornantia pratum eccleſiæ, in quo exoriri fecit
Dominus Deus adhuc & adhuc & in ſeculum ſe-
culi omne lignum pulchrum ad videndum, & bo
num ad comedendum. Pulchra ligna ſunt illa de
Io. 2. quibus dixit Deus, IVVENES veſtri viſiones vi-
debunt: & ſeniores diuina ſomnia ſomniabunt.
Pſ. 24. Pulchrum lignum ad videndum erat illud quod
dicit, Oculi mei ſemper ad Dominum. Pulchra
ligna ad vidēdum ſunt qui habent viſionem qua-

A lem habuit videns Dei viſionem Daniel, qui di- *Daniel. 7.*
cebat, Contēplabar in viſione noctis, donec thro-
ni poſiti fuerunt. Talem habuit viſionem, Eſaias,
quoque qui dicebat: Vidi Dominum ſedētem ſu- *Eſa. 6.*
per thronum excelſum & elatum. Eiuſmodi pul-
chrum viſionē ſignificat is quoque qui dicit, Ego *Cant. 5.*
dormio, & cor meū vigilat. Talis erat Paulus qui
ſpirituali viſione aſpiciebat Dominum. Et vt ſe-
mel dicam, mens omnis perſpicax & apta ad diui-
nam viſionem, dicitur eſſe arbor pulchra ad vidē-
dum. Bonum autem lignum ad comedendum in
paradiſo eccleſiæ eſt omnis Doctor Orthodoxus,
alens dogmatibus oues gregis Chriſti, & nullam
mortiferam aut noxiam eis apponens diſciplinā,
B ſed in ſe habens fructus ſancti ſpiritus, quos &
germinauit Apoſtolus & enumerauit, charitatē, *Gal. 5.*
gaudium, pacem benignitatem, longanimitatem,
bonitatem, fidem, manſuetudinem, continētiam,
& quæ ſunt his ſimilia. Sic mihi videtur in eccle-
ſia eſſe intelligenda ligna pulchra ad viſum, & bo-
na ad comedendum, & appoſite facientia fructū,
qualem dixit lignum vitæ, dicens. Meus eſt cibus
vt faciam voluntatem patris mei. Ei gloria & po- *Io. 4.*
tentia in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS LIBRI SEPTIMI ET CORPO-
C *ralis ſex dierum creationis, poſtquam de cætero eſt principium noua in Chriſto creatura, præſtantiorem ijs quæ dicta ſunt habens intelligentiam.*

ET EXORIRI fecit adhuc Domi-
nus Deus ex terra omne lignū pul-
chrum ad videndūm, & bonum ad
comedendum, & lignum vitæ in
medio paradiſi, & lignum ſciendi
id quod cognoſci poteſt boni & mali. Magna no-
bis opus eſt inſpiratione & illuminatione, ad aper-
tè aſpiciendum & dicendum, quæ nam horum
duorum lignorum vera ſit eſſentia & ſubſtantia.
Et quòd quæ ſilentio præterit ſcriptura diuina
D non ſint ſcrutanda, eſt perſpicuum. Omnia enim
quæ faciunt ad noſtram vtilitatem diſpenſauit &
adminiſtrauit ſpiritus ſanctus. Vnde etiam à ſa-
pientibus Commentatoribus nulla de ijs lignis
data eſt ſententia & coniectura ac opinio. Nam
ſuperiores quidē interpretes, accipiendo pro cō-
templatione duas has plātas celebrarunt. Alij au-
tem quòd non ſint ſenſiles & cibi. Theodoretus
autem Cyrenſis dixit ficum eſſe lignū fructus quē
comedit Adam. Similiter etiā Theodorus Antio-
chenus. Similiter etiam infelix Origines, infelicē *De duabus arboribus paradiſi diuerſæ fuerūt ſententiæ. Origines hic appellatur infelix, & cauſa traditur.*
eum voco, quoniam cū multos & vtiles ſudores
emiſerit in eccleſia, & omne veterē & nouā ſcri-
E pturam ad Verbum ſit interpretatus, poſtea, ſicut
etiam Euſebius Paleſtinæus, à veritate excidit. Cū
ergo ſpiritus ſanctus horum duorum lignorū ap-
pellationem & naturā nobis ſilnerit & occultarit,
eſt perſpicuū quòd non eſt eccleſiæ neceſſaria, ne-
que vtilis eorū quæ à Deo ſunt abſconſa ſcrutatio
& manifeſtatio Hinc enim ſanctis quoque patri-
bus minimè fuit conſentiens de ijs comprehēſio.
Ne inquirat ergo eccleſia naturam horum duorū
lignorū: ſed potius cuiuſnā typi ac figuræ ſunt hæc
duo ligna: & quiſnā viuificus fructus ac cibus, ex
quo cū quiſpiā comederit in eccleſiis, viuet, & nō
morietur in æternū. Quis autem rurſus alius fru-

ctus,

ctus, ex quo cùm quiſpiam guſtarit, ſuam videbit nuditatẽ & pudorem, & morietur morte æterna. Eſt enim adnotandum, quod ex his lignis alterum quidem nobis præbet vitam: alterum autem eſt efficiens mortis. Quiquidem duo cibi, fuerunt fortè ſymbola virtutis & vitij. Et virtutis quidem

Lignum vitæ eſt Chriſtus.

frugifer dator eſt Chriſtus, quem prius deſcribebat illud lignum vitæ. Et ideo tanquam vita & viuificus clamabat: Ego ſum vita. In ipſo enim vita erat, & vita erat lux hominum. Vita enim noſtra abſconſa eſt in Chriſto. Et quando manifeſtatus fuerit Chriſtus vita noſtra, viuificabit mortua corpora noſtra, qui dicit: Vt ſicut ego viuo & vos viuatis. Viuens enim Verbum Dei eſt & vita & reſurrectio, quomodo rurſus mors eſt malignus Diabolus, quem ſignificabat alterum lignũ quòd dicitur: Quod cognoſci poteſt boni & mali. Is prius quidem erat pulcher quando fuit factus, & ideo fuit appellatus, primum quidem, lignũ quòd cognoſci poteſt boni, deinde etiam mali, lætiferum lignum Diabolus. De quo dicit Iudæis Chriſtus vita. Vos ex patre veſtro Diabolo eſtis. Ille ab initio eſt homicida. Et qui comedit ex hoc fructu morte morietur. Si autem quæris qua de cauſa abſcōdit diuina ſcriptura appellationes horum duorum lignorum, viuentis, inquam, filij Dei, & qui ei aduerſatur inimici, ſcias, quòd ſceleratæ & immundæ & voluptariæ genti hæc reuelans, noluit omnino reuelare Iudæis filium Dei, ne intelligerent filij Deificationem, & Dei nuptias, & Deorũ multitudinem, qui bouem & muſcam in Deos retulerunt. Hoc ergo modo ne diabolum quidem eis apertè reuelauit: ſed aliquando quidem ipſum ſerpentem, aliquando autem arborem mortiferum fructum ferentem appellauit, eos omnino celans mundi non aſpectabilis intelligentium virtutum creationem, propter eorũ inexplebilem idolorum cultus inſaniam, ne ſi didiciſſent eſſe aliquas naturas materiæ expertes & intelligentes, eas in Deos referrent. Et autem quod dico teſtimonium fert ipſe Deus, ſic dicens per Oſee Prophetam Iſraeli. Ego Dominus Deus tuus, firmans cœlum, & creans terram, cuius manus crearunt omnem militiam cœli, & non reuelaui ea tibi, vt poſtea ambulares. Hinc apertè diſcimus quamobrem in ſcriptura Moſaica ſilentio fuit prætermiſſa de Angelis mentio. Quomodo etiam de his duobus lignis de quibus dicit: Et lignum vitæ in medio paradiſi, & lignum ſciendi id quod cognoſci poteſt boni & mali, hic diligenter & accuratè tractarunt dictionis contextum de his duobus lignis, quidam ex iis qui diuina pulchrè ſciunt ſcrutari, dicentes: Cur non dicit ſcriptura in caſu gignandi, ἐνέπε in medio paradiſi, ſed in caſu offerendi, dicẽs ea eſſe in medio Paradiſo? Vt diſcamus ex dictione, quòd eæ non ſint ſimul plantatæ cum aliis arboribus, neque earum ſint cognatæ, ſed exercitatione virtutis & vitij ſint procreatæ, ad probandum noſtrum liberum arbitrium. Inuenimus quidem certè in nonnullis non adulterantis exemplaribus, quòd poſtquam dixit: Et exoriri fecit adhuc Dominus Deus è terra omne lignum pulchrũ, & bonum ad comedendum, ſcriptor faciens punctum perfectum, tanquam capite de lignis completo, tunc verſum incepit, dicens: Et lignum vitæ in medio, paradiſi, & lignum ſciendi id quod

Io. 11. Io. 1. Col. 3. Io. 1 D.

Lignum ſcientiæ boni et mali eſt Diabolus.

Io. 5.

Cur Deus filij ſui & inimici Diaboli Iudæis nõ reuelauit nomina. Diabolum quibus nominibus vocet ſcriptura.

Oſee. 30. Exod. 70.

Cur in medio Paradiſo dictũ eſt, non in medio Paradiſi.

Appendix.

cognoſci poteſt boni & mali, vt diceret tranſeundo & inducendo: Cum iſti veniſſent in Paradiſum. Quod autem maior ſit & viuificus Chriſtus, paulo antè à nobis dictum eſt. Quod autem ſeipſum nominat lignum, audi eum ipſum dicentem Iudæis: Avt facite arborem bonam, & fructum eius bonum. Aut facite arborem marcidam, & fructum eius marcidum. A fructu enim arbor cognoſcitur. Hæc autem eis dicebat, quoniam dicebant quòd in Beelzebub principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia. Similiter etiam ad paſſionem in ortum Golgotha ad Adamum egrediens, & lignũ crucis portans, lignum vitę ſeipſum vocauit, dicẽs mulieribus lamentantibus & plangentibus. Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, ſed flete ſuper vos & filios veſtros. Si enim in humido ligno hæc faciunt, in ſicco quid fiet? humidum, hoc eſt vitæ lignum, ſeipſum vocauit Dominus. Sicca autem ligna & infrugifera & materiam ignis, Iudæos. Quòd ſi velis etiam ſcire eum eſſe in medio paradiſi Eccleſiæ, audi eum dicẽtem Diſcipulis, Ego ſum in medio veſtrum tanquam qui miniſtrat. Vnde etiam Ioannes dicebat turbis. Medius veſtrum ſtat quem vos neſcitis. Qui ſtetit in medio Diſcipulorum & inſufflauit, dicens. Accipite Spiritum ſanctum, congruenter ei quod dictum eſt? Devs ſtetit in ſynagoga Deorũ, in medio autem Deos diiudicat. Qui eſt mediator Dei & hominum, & fecit ſalutem in medio terræ. Qui eſt lignum vitæ. Vnde, vt quòd ſit increata eius diuinitas, ideo non dicit eum cum lignis complantatum, ſed eſſe in medio paradiſi. Similiter & malum. Dico autem boni medium lignum mortiferum, cognoſcendi bonum & malum, propterea quod ipſe ſit diuerſæ eſſentiæ ab humana natura illorum lignorum quæ dicuntur Pulchra. Ea de cauſa in ſexto caſu ea dicit ſcriptura eſſe in medio paradiſo. Vnde etiam mulier cum ſerpente diſſerens in medio paradiſi dixit ipſum lignum. Media autem dicuntur duo ligna, nempe lignum diuinæ, & lignum aduerſariæ poteſtatis: quandoquidem ex æquo cuiuis volenti concupiſcenda inuenitur virtus & vitium propter liberum noſtrum arbitrium. Et propterea, vt opinor, Deus legem ferens Iſraeli, dicit de quibuſdam duobus lignis. Ecce pono in medio tui vitam & mortem. Vitæ enim & mortis erant duo ligna ſignificantia & efficientia. Fluuius autem egreditur ex Edem, & irrigat paradiſum. Alter autem & ſecundus & irrigationi priori diſſimilis eſt hic fluuius. Nam ille quidem è terra aſcendens inundabat totam faciem terræ, ipſam faciens mortuam & infrugiferam. Et ideo ad Deum votum faciebat quidam ex Prophetis, dicens, Dominvs diluuium inhabitabit, hoc eſt, exorietur & ſedebit rex in æternũ. Hic autem Dei fluuius egreditur ex Edem, paradiſum, tanquam agrum proprium & Dei poſſeſſionem ſua virtute irrigans. Oportet enim adnotare quòd cùm iam ceſſaſſet prior illa irrigatio, eam præteritam nominauit ſcriptura dicens: Fons autem aſcendebat & irrigabat. Hunc autem vt qui perenniter in ſecula irriget Eccleſiam, dicit præſentem. Fluuius enim inquit, egreditur ex Edem, hoc eſt, ex deliciis ad irrigandum paradiſum. Cùm ergo nos præmunierimus ad non diſſoluẽdum corporalem rerum hiſtoriam quæ eſt conuenienter literæ, alacriter

Matt. 12.

Luc. 23. Chriſtus lignũ viride, Iudæi ligna ſicca.

Luc. 22. Ioan. 1.

Matt. 20. Pſalm. 81. 1. Tim. 2.

Virtus & vitiũ ſunt duo ligna media propter noſtrũ liberũ arbitriũ.

Eccle. 14.

Pſal. 28.

Gene. 2.

quòd omnis caro eſt fœnum, omne autem fœnū vireſcens in colore cernitur viridi, aut tanquam porraceo, propterea id quoque quod Chriſti eſt carnale, vt quod è terra germinauerit, aſſimilatum eſt ei colori. Vnde etiam diuinus Daniel carnis ſuſceptę diſpenſationem lapidem appellauit, dicens: LAPIS eſt exciſus ex monte virginali abſque manibus ſeminationis & corruptionis. Lapidem quē reprobarunt execrandi ędificatores qui ad carnem offenderunt, qui populum ſe ædificare exiſtimabant, Scribæ & Phariſæi. De quo lapide dicit etiā Deus per vocem alterius prophetæ. ECCE pono in Sion lapidem, vt omnis qui credit in eum pudore non afficiatur. Hæc, vt ego quidem arbitror, nos ænigmatice docet dogmata diuina ſcriptura per hos fluuios & aurum & carbunculum & ſmaragdum. Non enim nos aurifices & gemmarios, gemmarúmque auro conglutinatorum fuſores, efficere volens & docens hæc dicit ſcriptura. Videamus autem etiam ea quę ſequuntur in ſcriptura. Nam cum dixiſſet priorem fluuium Phyſon, ſubiunxit dicens. ET nomen ſecundo fluuio Geō, Iſte eſt qui circuit omnem terram Æthiopiæ. Traxit nos procedens oratio ad Nili fluentorum in Ægypto latitudinē, vt quæ nos deduxerit ad Geō, ad quem maximè deriuamus fluuium huius orationis, & nos oportet omnino in Ægyptum orationem elegantiùs conuertere. Nam ſuper omnes fluuios qui violento impetu fluunt ſuper terram, videmus hunc fluuium qui dicitur Geon, habere cum Chriſto magnam proprietatem & conueniētiam. Nam vt dicunt qui pulchrè & accuratè linguam Hebraicam tranſtulerunt in Græcam, Geon interpretatur effuſor aut exinanitor, quod quidem re vera eſt Chriſtus. Tanquam effuſor quidem ſeipſum exinanijt ſerui formam accipiens, renouato veteri homine, & renouata facie terræ, & ſpiritu recto innouato in viſceribus noſtris. Vnde etiam Paradiſi ſecundo genitus ſtatim poſt Phyſon ponitur Geon, ſignificans Chriſtum ſecundo genitum ſuper terram ſecūda per carnem generatione, poſt eiuſdem ſimul eſſentiæ generationem ex patre quę eſt ante ſecula. Et fortaſſe ea de cauſa Dei fluuius Ieſus ſtatim è terra generatus ſuper terram ex virgine & Bethleemitico antri fonte, ad Geon fluuiū in Ægypto proficiſcitur: quoniam ſecundus ex Paradiſo Geon, & ſecundus hypoſtaſi ex patre filius. Vnde etiam ex Cataractarum altitudine egreditur & deſcendit Geon, quoniam Chriſtus quoque ex cœleſtium cataractarum altitudine deſcēdit ſuper terram. Superiorem Æthiopiæ & inferiorem Ægypti regionem irrigat & ditat Geon: quomodo Chriſtus quoque cœleſtia & terreſtria ditat & illuminat. Ex ignotis & inaſpectabilib⁹ inacceſſiſq; & inſcrutabilibus locis ambo procedentes deſcēdunt in loca habitata. Atque adeò in rebus omnibus figuris & exemplis Geon prædicat & aperiſſimè clamat Chriſti myſteria. Quamobrem Nilus qui aliquando ab initio ſcaturiit ſanguine & aqua, per exemplum nobis ante prædicauit ſanguinem & aquam emanaturam ex latere fluuij Dei Ieſu in Golgotha. Et totam terram hic Geon ſimul irrigās, & rurſus ad proprium ſuum priorem locum reuertens cernitur Chriſtum præfigurare, qui mundum irrigauit & illuminauit ſimul dicens. Ego à patre meo exiui, & rurſus ad patrem meum vado reuerſus ſum in priora mea quæ non circumſcripta ſunt loca. Iſte amœniſſimus & frugifer Nilus occidit olim ſceleratos fœnis primogenita Pharaonitica, legiſlatoris iuſſu morte affecta, prius indicans & ſignificans Chriſtum qui occidit primogenita Pharaonis Diaboli, impietatem, inquam, & idololatriam, in profundo aquæ baptiſmatis. Iſte Geon primus nobis deſcripſit grauiſſima Ægyptiorum ſupplicia, quæ Dominus Ieſus pro nobis intulit populis Dæmonum. Solus Geon nobis coronauit Ioſeph Regem, qui nobis de Chriſto omnia præfigurabat & loquebatur. Prima omnium regionum gentilium, terra Nili, vidit Deum in carne apud ſe verſantem, & nulla regio barbarorum alienigenarū in carne Chriſti faciem vidit in mundo, niſi ſola Ægyptus. In ea paſcha fuit typus Chriſti paſſionis. Agnus primus eſt occiſus. In ea redemptio gētium prius fuit deſcripta ex manu Tyrāni mundi. Ægyptus prima vidit agni ſanguinem ad veſperam in domibus ſignatum ad ſalutem, & oſtendit agni Chriſti ſanguinem fuſum ad veſperam temporum, donec domum Eccleſiæ colorauit. Poſt hyemis tempeſtatem cùm ſuum aſcēſum in ver conuertiſſet Dominus, illinc ex latere vitæ nobis aquam ſcatere fecit Dominus in orto Golgotha. Propterea Geon quoque ſalutem populi faciens aſcenſum, ante omnes irrigat Æthiopes, nobis prædicans quod primos gentium tenebris offuſos populos ſeruat & illuminat & irrigat Chriſtus. De quibus Dauid dicit Eccleſiæ. GLORIFICATA ſunt de te, ciuitas Dei. ECCE enim alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum, hi fuerunt illic, Æthiopia enim pręuenit manus ſuas Deo, ante omnes cum Chriſto pacta conuenta dās & faciens, per illum Eunuchum qui erat Candaces Reginæ Æthiopum Eccleſię, quæ quidē Chriſto vnita clamat. Nigra ſum & formoſa filiæ Hieruſalem, nigra priùs incredulitate, quæ nunc ſum obſcura humilitate, formoſa autem nunc ſum Dei cognitione. Ego enim ſum Regina auſtri, quæ ſurgo ex finibus terræ gentium: & veniens vidi ſapientiam Solomonis, qui verè ad me clamauit: Veni formoſa propinqua mea ad me. Ego enim ſum reſurrectio, & ego ſum fluuius Dei, qui propter te factus ſum terra genitus Geon, & qui circumeo & comprehendo omnem terram gentium Æthiopię & Ægypti prius incredulæ, nunc autem fidei inceptrix, quoniam Ægyptij primum viderunt Dominum, & cognitus fuit Dominus Ægyptiis, & erectum eſt altare Domino in Ægypto fixum in petra Petri, & columna ſedit Domino ad fines Ægypti. Dominus in Bethleem ſuper nubem leuem, tanquam pluuia cœleſtis in gremio nebulæ Marię ſuę matris, & curſu venit in Ægyptum fugiens voluntariè ſceleratas manus iniquorum, & cōcuſſit manu facta Ægypti, & confregit ſculptilia Ægypti, & eam excitauit iacentem. Quoniam Ægyptus ſuis manibus excepit Deum ad ipſum venientem & curſu contendentem: & occultauit à feris agreſtibus Iudæorum eum qui ipſum eripuit à manibus Dæmonū: & ſeruauit vlnis amplexa eum qui ipſum & mundum ſeruauit: & texit eum qui ipſam & omnia manu tegit, & hoſpitio excepit Ægyptus eum qui carne voluntariè in ea fuit hoſpes, & nos qui in ipſa eramus hoſpites in cœlos ſuſtulit & nutriit Ægyptus panem cœleſtem qui

Chriſt⁹ dicitur lapis. *Dan. 2.* *Pſal. 117.* *Eſa. 28.* *Geon qui eſt Nilus magnam habet cum Chriſto proprietatē et conuenientiā.* *Io. 3. c.* *Primogeniti in Ægypto occiſi quid ſignificent. Ægypti encomiū.* *Sola Ægyptus ex gentibus vidit Chriſtum in carne.* *Paſcha typus Chriſti paſſionis.* *Pſal. 82.* *Pſal. 67.* *Æthiopia prima per Cādacem Eunuchū Deo fuit conciliata.* *Cant. 1.*

omnes aluit, & potauit Geon aqua Ægypti fontem vitæ, & aperuit Ægyptus oſtium ei qui dicit: *Ioan. 10.* Ego ſum oſtiũ, & dedit initiũ ingreſſus Deo Verbo, quod ex principio carente pricipio ſimul erat ſiue principio in principio, & inuenit Chriſtus in Ægypto vbi caput inclinet fide, quoniã in propria nõ erat ei locus fidei in diuerſorio derelictæ ſynagogæ Iudæorum, & Deus Deorum Dominus locutus eſt, ex Ægypto filium ſuum ad nos mittens ante Apoſtolos Apoſtolum Deum, & fuit Geon ſanctus per ſanctum ſanctorum ſanctificatus, & ad illuminationem & ſanctificationem præuenit anti ſinus amnis Iordanem, qui excepit Chriſtum in ſuis fluentis, & excepit tutius ſecundò etiam ſanctus ſanctius Ægyptus, pro Maria Moſaica Mariã dominam, & dirar ſecundò Geon Ioſeph, qui vir quidem dicebatur, ſed non erat vir matris quę erat omni ex parte incorrupta quãdoquidem ipſe fuit gratus & acceptus coram eo qui ſeipſum exinaniuit. Sed hæc quidem ſunt encomia Ægypti, qui in alio libro proprio fuſius celebrantes compoſuimus. *Anaſtaſi° ſcripſit encomium de laudibus Ægypti.* Nunc autem de cætero nos tempus vocat vt alios quoque fluuios paucis tranſnauigemus, conſiderantes quemadmodũ illi quoque ad Chriſtum habeant relationem & ad Paradiſum Eccleſiæ gentium. Sic enim dicit ſcripturæ conſequentia: ET FLVVIVS tertius tygris. Ipſe vadit contra Aſſyrios. Cur autem duos quidem fluuios, Phyſon, inquam, & Geon nominat circum euntes, & tanquam cuſtodientes ac circummunientes Paradiſum Chriſti. *Euphratis fluuij & Aſſyriorũ allegoria.* Tertium autem fluuium, non circumeuntem, ſed tanquam cum pugna & bello occurrentem ex aduerſo Aſſyriorum. Aſſyrij quidem interpretantur, non dirigentes. Tygris autẽ voce Græca dicitur latus & auſterus. *Aſſyrius quid ſit.* Ergo Aſſyriis quidem dirigentibus ſuam viram in viam pacis, reſiſtit aduerſus eos bellum gerẽs Euangelica prædicatio. *Tygris quid ſignificet.* Scimus enim Aſſyrios eſſe hoſtes & inimicos Dei ciuitatis Hieruſalẽ, qui & eam, quæ eſt domus Dei, variè diripuerunt & exuſſerunt.

Aduerſus quos tertius fluuius plenitudinis Trinitatis, Spiritus, inquam, ſanctus vadit ei hoſtes & infeſtus. Fluuius autem quartus, iſte eſt Euphrates. In multis autem & diuerſis locis, ſacri Theologi documentorum Moſaicorum ſolent appellare magnum ex his quatuor fluuiis ſolum Euphratem: vt quãdo Deus dicit Iſraëli. *Gene. 5.* PONAM terminos tuos à fluuio Ægypti, vſque ad fluuium magnum Euphratem. Atque Euphrates quidem Græca lingua interpretatur χαρποφορία αὐτῶν, hoc eſt, eorum fructificatio. Euphratæi autem rurſus dicuntur fructificantes. Nonnulli autem ex interpretibus interpretantur Euphratem vitij diſperſionem, Euphrata autem terram fructum ferentem. *Euphrates quid ſignificet.* Propterea ergo magnus fluuius Dei Euphrates, nempe Chriſtus, qui eſt fructificatio Euphratorum, id eſt gentium ferentium fructum, natus eſt in Euphrata, id eſt Bethleem, vt diſpergat vitium gentium, & reddat terram fructum ferentem Eccleſiam quæ prius erat in frugifera. Vt terra det nobis fructum ſuum, cùm in ea ſit inſeparabilis fructuum dator Euphrates. Cõuenit enim magis prudenter animaduertere, quemadmodum Phyſon quidem dicitur circuire totam ipſam terram Euilat, ſeu parturientem. Geon autem ſimiliter continet cuſtodiẽs qui in ea ſunt populos eorum qui prius erant Æthiopum. Tigris autẽ eam protegit & defendit aduerſus improbos Aſſyrios. Non ſcriptum eſt autem magnum Euphratem, neque tranſire, neque vadere, neque circuire, ſed eſſe ſtabilem & immobilem, vt qui ſemper dicat, Ecce vobiſcũ ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi, & nõ relinquam vos Orphanos. *Matth. 28. Ioan. 14.* Propterea ergo neque vllum regionem dicitur hic magnus fluuius irrigare, neque locum. Non enim locum ſed mundum totum quartus hic irriget fluuius.

Quartus autem fluuium intellige Euangelicam & totius orbis prædicationem poſt naturalem & Moſaicam legem Propheticam. Quoniam autem dura & coacta videntur ea quæ nunc dicuntur de his fluuiis, non ſolũ Iudæis, ſed etiam multis ex Eccleſia qui ſunt carnales, & non ſunt capaces vt cum Diuo Paulo intelligant & dicant, quòd litera occidit, lex enim eſt ſpiritualis, age oſtendamus ex ipſa diuina ſcriptura ſpiritualem Euphratem qui prius nominatur Chriſtum. *Legis præcepta ſiem nõ poſſunt ad literã.* Cernitur ergo Deus in lege iubere Iſraëli, vt tribus temporibus veniat ſingulis annis & adoret Hieroſolymis omnis vir maſculus ex vniuerſa terra vbicunque habitet, horrendum imponẽs vinculum, & decretum pronuncians: *Deute. 27.* Execrabilis eſt omnis homo Hieroſolymis, qui non facit omnia quæ ſcripta ſunt in huius libri. Si ergo poſuit terminos tuos à fluuio Ægypti vſque ad fluuium magnũ, quem tu exiſtimas, Euphratem Babylonium: quomodo fieri poteſt vt ter in animo venias ex Meſopotamia, Et dicendum eſt, vel quod totus Dei ſceptus hic lege ligare & oſtendere eſſe execrandum Iſraëlem, qui nõ valet nec poteſt facere præcepta quæ iuſſit Deus. Vel quòd Chriſtum ſpiritualiter nominat Euphratem ſcriptura dicens Iſraëli. *Euphrates eſt Chriſt° ſpiritualiter.* Ponam terminos tuos, hoc eſt, terminum temporis cultus legitimi vſq; ad fluuium Ægypti, vſque ad aduentum Chriſti, qui eſt magnus frugifer Eufrates, & ſtatim auferetur ſacrificium & libamen, vt dicit Daniel: *Dan 7.* Ducis & delebitur vnctio & iudicium. Finis enim legis eſt Chriſtus. Lex enim & Prophetæ vſq; ad Ioannem Baptiſtam. Exacerbatur ſcio & ſuccenſet hæc audiens Iudæ°, falſas nugas appellans ea quæ dicta ſunt. Ei ergo occurramus, per aliud principium, nempe Geon. PONAM, inquit terminos tuos à fluuio magno Euphratæ. Hæc eſt Dei oratio & terminos ad Iſraëlem. Non eſt autem De° verus mentiens. Dei enim Verbũ manet in æternum, ſicut Dauid quoque dicit: *Pſal. 118.* In æternum Domine Verbum tuum permãnet in cœlo.

In generationem & generationem veritas tua. Cũ ergo Deus promiſerit & non mentiatur, & dixerit ſe ponere fines Ægypty vſq; ad Euphratem: quomodo neq; fluuij Geon, nec eorum qui ſunt prope Geon neq; rurſus Euphratis, nec vlli° cõſilij quod ſit prope Euphratem, dominatum obtinuit Iſraël. *Iudæi nunquam poſſederunt terminos terræ à Deo præfinito.* Reuerſus autem in Chananæorum Paleſtinam quamobrem non poſſedit vſque ad Euphratem? Ego verò ei dicam, & quomodo in deſerto irritaſti Deum, & poſſediſti & tenuiſti à Dan vſque ad Berſabee Amorrheos & Chetthæos, & reliquas gentes terræ Chanaan. Diſcat ergo Eccleſia, & Iudæus, quòd ab exitu Ægypti vſq; ad fluuium magnum Euphratem, nempe Chriſtum, Deus cõſtituit vt tenerent terminos cultus legitimi. Iſte enim ſpiritualis Euphrates, qui peremit eum qui

per

per ſanguinem fit cultum & libationem. Hunc autem Euphratem Deus præſignificans, dicit Hieremiæ, qui ante captiuitatem Iſraël erat in Hieruſalem. Vade, prouce ſubligaculum tuum in Euphratem. Euphratem autem dicit Deus, locum aqua circunfluum prope Hieruſalem, qui appellatur Phara ſeu frugifer. Cúmq; illic poſuiſſet Propheta linteum lumbi ſui, miſit eum aliquot poſt diebus ad videndum ipſum & adducendũ, & profectus inuenit ipſum corruptum. Et factum eſt Verbum Domini ad Hieremiam dicens. Sic corrumpetur hic populus quomodo ſubligaculum lintei, ſubligaculum lintei nominans Deus Iſraëlem. Quem corrupit ac perdidit magnus flu[illegible] Euphrates in Hieruſalem, cum enim funditu diruit per Romanos, Titum & Veſpaſianum. Eſt enim ſubligaculum non ſolum naturæ, ſitum in lũbis ventris & partibus genitalibus. Propterea Chriſtus cùm veniſſet ad cœnam noui teſtamenti ad gentes ſibi coniungendas cognatione, accepto linteo ſe ſuccinxit. Reſtat ergo nobis vt oſtendamus ipſi Iudæo & Eccleſiæ eſſe Geon ſpiritualẽ, vt vtriſq; perſuademus vt intelligant ſcripturas non ſolũ conuenienter literæ, litera enim occidit. Vide enim quòd ſi intelligamus corporaliter pręſentẽ literæ contemplationem, quę dicit: Ponã terminos Iſraëlis à finibus Ægypti vſque ad fluuium magnũ Euphratẽ, inuenimus Deum eſſe mentitum, vt viſum eſt ſceleratis Manichæis, mendacem eſſe Deũ qui locutus eſt vetus teſtamentum. Ergo ne nos quoq; in eos incidamus laqueos, credamus Chriſto qui dixit, quòd vnum Iota aut vnus apex non tranſibit ex lege donec omnia fiant de ipſo. De ipſo enim omnia ſcripta ſunt in veteri. Inuenimus enim in principio tertij Regum Dauid moriturũ poſtquam regnaſſet triginta tres annos in Sion, in typum ætatis Chriſti ſecundum carnem, dicentem. VOCATE mihi Sadoch Sacerdotem & Natham Prophetam, & Banaam filium Ioadaë, & ingreſſus eſt corã rege, & dixit Rex. Accipite ſeruos Domini noſtri vobiſcum imponite filium meum Solomon ſuper mulam meam, & adducite eum ad Geon, & vngite eum regem in Hieruſalem. Et fecerunt ſicut eis iuſſit Rex, & reduit Solomon ex Geon ad patrem ſuum Dauid regnans. Quamobrẽ nihil tunc defuit Dauidi quominus diceret, quando aſcendit filius eius ex Geon ad ipſum: EX ÆGYPTO vocaui filium meum. Geon enim ſignificat Ægyptum, eſt enim iſte quoque fluuius Hieroſolymis, qui dicitur Siloë. Qui ergo aduerſus ea quæ dicuntur reluctatur Hebræus, refellitur ad rerum conſequentiã. Non inuenimus enim alterum Regem vnctum in Geon, niſi ſolum Solomonem filium Dauid. Propterea Dei quoque templum non ædificat Dauid, quod quidem docebat, erat enim iuſtiſſimus: Sed filius Dauid ſcilicet, qui adminiſtrauit ratione præditum templum hominis diſſolutum, per eum qui etiam Solomon pacificauit circuncirca omnes gentes. Propterea Regina quoque Auſtri, nempe Eccleſia poſteriorũ annorum ſeculi eorum ſcilicet qui prius erãt Æthiopes, ſurrexit ex finibus, ſed non ex loco aliquo, & venit vt videret ſapientiam filij Dauid, nẽpe Ieſu, ſpiritualis Solomonis, quoniã à templo Solomonis vncti in Geon, vſq; ad filiũ magnũ Euphratem, dominati ſunt termini legitimi cult⁹ tẽpli Dei, qui diſſoluit templũ Iſraeli & ſacrificij ratione præditi, quod brutorum extinxit ſacrificium, per Chriſtum qui eſt carbo quiſepiri nõ poteſt & extingui. Nam & Eſaiam accendit, & ad ſe inflammauit propoſito regali ſacrificio ſymbolicè tunc quoque ei apparens. Sic comedite carnes corporis ſacræ ſcripturę ô fratres, eas eſurientes: & abſconſum in carne ſcripturæ ſpirituali myſteriorum ſanguinẽ ſic bibite. qui eſt enim ſic eius particeps, habet vitam æternam, quoniam autẽ procedentem proprietatẽ in ſancto Spiritu didicimus ex Euãgelicis eſſe traditionibus, dicente Domino: Spiritus ſanctus qui ex patre procedit, fortaſſe ſpiritum ſignificat ſcriptor dicens, Fluuius egreditur ex Edem ad irrigandum paradiſum Eccleſiæ. Nam illud Egreditur, ſignificat perennitatem & nullam eſſe quietem. Quod quidem nobis rurſus ipſe Dominus Chriſtus promiſit dicens. Si abiero ad patrem, rogabo eum, & alium paracletum mittam vobis ſpiritum veritatis, vt maneat vobiſcum in æternum. Quòd ſi etiam quæris quatuor initia illuminationis ſancti Spiritus, ſcias eum eſſe qui eſt locutus in iuſtis qui fuerunt ante legem, ex quibus erat ille quoque qui dicebat: Spiritus diuinus qui abũdat nobis in naribus, flatus autem omnipotentis qui me docet. Similiter ſecundum quoque in lege. Tertium autem in Prophetis. Deinde etiam quarto ordine in quatuor fluuiis Euangeliſtarum. Nã Matthæus quidem interpretatur mandatum altiſſimi. Quod quidem dici conuenit de Euangelica prædicatione. Marcus autem dictus eſt donum vitæ. Lucas autem, ipſe faciẽs ſurgere. Ioannes autem obediens Domino. Porrò autem ipſa quoque quatuor fluuiorum conſequenter poſitura, quatuor ſanctorum Euangeliſtarum immutabilem ſignificat ordinem & poſituram. Primus ergo Matthæus qui dicitur Phyſon, quod quidem interpretatur oris alteratio. Nam cùm Matthæus ſcripſerit Euangelium ſermone Hebraico, fuit alteratus & interpretando tranſmutatus ſermo oris eius à Luca & Paulo in vocem Græcam. Secundus conducibilis Marcus, fluuius qui dicitur Geon, quando quidem Marcus quoque cùm Euangelium annũciaſſet Ægyptiis, illic per ſpiritum fluuium ex ventre eius ſcatere fecit aquæ viuæ prædicationis. Tertius Lucas, qui vocatur Tygris, qui quidem interpretatur Latus. Quid enim in Euangeliis latius aut ditius Euangelio ſecundum Lucam. Nam cùm Pauli Dogmatum fontis fuiſſet Diſcipulus, ſuper fluuialia fluenta, ex Pauli riuis ſcaturiit. Quartus Ioannes dilectus, ſupra pectus recumbẽs, qui cùm ſupra lucis pectus recubuerit, nobis annunciauit à ſuperis factam ab ipſo patre luminum generationem, qui eſt ipſe lux vera illuminans omnem hominem, & lux in tenebris lucens, & lux mundi, ſicut dixit. Ipſi ſit gloria & potentia in ſecula ſeculorum. Amen.

Hiere. 13. Lumbaris in Euphratẽ ab Hieremia propoſiti expoſitio.

Matt. 5.

3. Reg. 1.

Oſee. 11.

Siloe dicitur etiam Geon.

Salomon tur ædificauerit tẽplum.

Saba Regina Auſtri ſignificat Eccleſiam.

Carnes ſcripturæ, quomodo ſint comedendæ & ſanguis Chriſti quomodo bibendus.

Ioan. 15. Fluuius eſt Spiritus ſanctus.

Ioan. 15.

Sancti Spiritus illuminationis quatuor initia ante legẽ in lege Prophetis & Euangelio.

Euangeliſtarum nomina quid ſignificent.

Matthæus ſcripſit Hebraice.

EIVSDEM LIBER NONVS.

ET ACCEPIT Deus hominem quẽ fecit, & poſuit eum in Paradiſo. Ante omnem examinationem conſiderandum eſt in loco propoſito, Cur non indigenam è Paradiſo genitum & è Paradiſo effictum intus in Paradiſo

Cur hominum alibi creatũ De⁹ introduxerit in Paradiſum mulierẽ autẽ cõdidit in Paradiſo.

Deus fecit hominem, ſed ipſum extrinſecus nudū & incompoſitum aliunde inducit in Paradiſum: intus autem è Paradiſo fabricatur mulierem ex Adamo. Rurſus autem cùm beſtias foris conſtruxiſſet, poſtea introducit hominem in Paradiſum.

Cur ad hominē non etiam ad mulierem De⁹ introduxerit beſtias

Oportebat enim vel & mulierem cum homine foris fingere: vel etiam intus conſtruere virum vbi mulier fuit conſtructa. Quomodo autem Deus quoque ferens beſtias & animalia, non ea adduxit ad vtroſque cum eſſent ſimul, ſed ad ſolum hominem. Hæc Iudæus legens ſingulis diebus, non cognoſcit, quoniam adhuc habet impoſitum velum animalis ignorationis. Si hæc enim intelligantur ſecundum literam, ea inducunt B omnem abſurditatem & blaſphemiam. Nam ſi Deus implet cœlum & terram, vt qui nec poſſit circunſcribi, nec capi, nec mutari, nec moueri, nec migrare, quomodo non perimus audientes quòd Deus ſumpſit hominem, & à loco in locum eum traduxit Deus, & eum poſuit. Si autem dicis quòd extra Paradiſum mulier facta eſt ex latere, quomodo eam ſimul infert cum homine in Paradiſo? Sed ne dubitationem operiamus dubitatione, qui volumus dilucidè & citra errorem diſcere quemadmodum accepit Deus hominem

Phili. 2. " quem finxit, audiamus Paulum dicentem de " Chriſto, quòd cùm in forma Dei eſſet, hominem C quem fecit poſuit in Paradiſo Eccleſię, ad operandum ipſum, hoc eſt hominem, & cuſtodiendū. Si quis autem hoc verbo conturbatur, dicat mihi, cū latitudo Paradiſi ſit magnitudinis incomprehenſibilis, adeò vt abundantia eius irrigationis efficiat quatuor fluuios vniuerſam propè terram irrigantes, quomodo ille cum ſit ſolus ligone tetro & aratro exercuerit terræ operationem? quomodo autem cuſtodiebat, cum neque eſſent fures, neque viri, & beſtiæ omnes & reptilia iuſſa eſſent ſimul cum eo veſti & omnibus fructibus qui naſcuntur è terra, vt quæ à Deo factæ ſint cum homine participes & cohæredes fructuum, ſicut à nobis breuiter iam antea dictum eſt. D Sed & omnes beſtiæ & volucres ſubiiciebantur Adamo.

Per hominem in Paradiſum introductum intelligitur De⁹ Verbū qui hominem ſuſcepiū introduxit in Eccleſiam.

Quando ergo audieris quòd Deus infert Adam ex quodam loco ignoto, & qui nec poteſt explicari nec comprehendi, ſolum nudum & incompoſitum in Paradiſum, & induit eum intus pellicia tunica carnali: & ad eum adducit beſtias intrà, quæ ante eius ingreſſum erant foris, per hæc omnia nihil eſt aliud prædictum, niſi quòd Deus Verbum, qui prius erat nudus & incompoſitus, patris voluntate & cooperatione, ex loco ignoto & qui explicari non poteſt, nempe Cherubico throno, ingreſſus eſt in Paradiſum E Eccleſiæ, ad operandum ipſum & cuſtodiendum: & carne ſuſcepta accepit tunicam noſtræ eſſentiæ, nempe hominem quem finxit, & vni-

Heb. 2. " tus in hypoſtaſi. Non enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit, quando accepto carnis luteo ſeipſum accinxit, non ab alio ei impoſito. Seipſum enim carne induit abſque ſemine humano. De quo in vitam ingreſſu teſtatur Paulus curſor Paradiſi, dicens de Deo & patre & filio qui eſt introductus per

Heb. 1. " patrem. Quando autem introduxerit primoge- " nitum in orbem terræ, & poſuerit eum in Ec- " cleſia, quem fecit hæredem omnium, dicit. Et

A adorabunt eum omnes tribus gentium: & omnes Leones, nempe Reges terræ beatum eum dicent, vt qui acceperit à patre beſtias, nempe hæreditatem gentium, & poſſeſſionem ſuam fines terræ. Ita intelligat Eccleſia illud, Accepit Deus hominem, & poſuit eum tanquam proprium corpus in vnam ſanctam hypoſtaſim, vt fidelis populi operaretur plenitudinem, & cuſtodiret Paradiſum arborum, nempe gentium anima præditorum. Vnde etiam tanquam ad hoc ipſum poſitus à patre dicebat. Pater meus vſque modo operatur, & ego operor, & cuſtodienti mihi paternum mandatum, dedit mihi agrum & ortum, in quem egreſſus à patre, in- B greſſus eſt ſtatim qui ſeminat ad ſeminandum: & ſtatim mane conduxi duodecim operarios diſcipulos, eis mandans, ac dicens. Nemo ex vobis mittens manum ad aratrum, & conuerſus retro, aptus eſt regno cœlorum. De cætero tollite iugum meum ſuper vos. Iugum enim meum eſt ſuaue, nempe crux: & qui ſeminat, mercedem accipit, & colligit fructum, vt lætetur qui ſeminat ſimul & qui metit. Hos duodecim conduxi mihi ſummo mane. Sed poſtquam vidi Paradiſum magnum, & regiones multas & albas & puras corde, & propoſito paratus ad meſſem fidei, & ad inſitionem ex C infidelitate ad Dei cognitionem: Neque hoc ſolum, ſed etiam arbores pulchras ad videndum & bonas ad comedendum, & habentes fructus maturos, dixi. Meſſis quidem multa operarij verò pauci. Quamobrem cum etiam populum oſtendiſſem, conduxi alios ſeptuaginta operarios ad operandum & cuſtodiendum hunc Paradiſum, ad bene operandum, & ſeminandum, & plantandum, & purgandum, & irrigandum, eis mandans, & dicens: Omnis planta quam non plantauit pater meus cœleſtis, eam eradicate: & verbum noſtrum & dogma plantate. Nec hoc ſolum, ſed etiam per ipſum licet vi- D dere hunc ſecundum Adam, nempe Chriſtum, apertè operantem arbores ratione præditas: & eas quidem quæ ſunt immundæ mundantem. Quibus etiam dicebat: Volo, mundare, ſiccas autem humectantem. Ex quibus erat etiam illa arbor, quæ aridam ſuam habebat manum tanquam ramum. Ad quam exclamauit bonus Ortulanus: Extende manum tuam ad Dei operationem. Sic etiam tanquam vita etiam morte affectos viros mortificauit. Ex quibus erat mortua & arida arbor Lazarus, lachrymæ aqua irrigata, & quæ ſtatim germinauit ex terra. E Supernaturaliter autem ſcit quoque hic Agricola lœtus inoculare, vt qui inſtar Ortulani Luto & aqua inoculans eum qui erat cæcus ab ortu, vt qui eſſet lux de lumine, cæci oculis viſum reddiderit. Quòd ſi etiam ipſum velis videre irrigantorem: audi eum dicentem. Si quis ſitit, veniat ad me, bibat. Sic enim ſedens ad puteum, pulchra illa vitæ, nempe Samaritana, irrigata, eam reddidit fertilem. Vnde etiam tanquam fructum amans Agricola & Deus reprehendit eum qui triennio ficum illam irrigauit, de cætero eam iubens exſcindere. Quomodo etiam cum per ſe increpaſſet ficum quæ folia ferebat, non autem fructum ipſam exſiccauit.

Sed

Quòd Chriſtus homo operatur in Paradiſo Eccleſię.
Ioan. 5.
Luc. 9.
Mat. 11.
Io. 4.
Operatores duodecim conducti.
Mat. 9.
Septuaginta operarij miſſi ad operādum.
Mat. 15.
Chriſt⁹ alter Adā.
Matth. 8.
Luc. 5.
Luc. 6.
Arbores ſunt homines quos viuificat Chriſtus.
ὀφθαλμίζειν.
Cæcus illuminatus.
Ioan. 7.
Samaritana à Chriſto irrigata.
Ficus iuſſa exſcindi quòd eſſet infertilis.

Chriſt' quomodo cuſtodiat paradiſum.

Sed hæc quidem dicta ſint de eo quòd Chriſtus operatur Paradiſum. De eo autem quòd cuſtodiat hunc ipſum otium ratione præditum audi eum dicentem: Non relinquam vos orphanos, & portæ inferi non præualebunt aduerſus hunc Paradiſum. Ego ſum oſtium caulę ouium: & animam meam pono pro ipſis: &, Nemo poteſt eas accipere manu mea. Quoniam quos dedit mihi pater cuſtodiui eos: & nemo ex iis periit niſi filius perditionis. Hæc eſt enim voluntas patris qui me miſit vt quidquid dedit mihi pater, non perdam ex ipſo. Ad hoc enim me collocauit ac conſtituit vt operer & cuſtodiam eius Paradiſum à Deo Plantatum. ET PRÆCEPIT Dominus Deus Adamo dicens: Ex omni ligno quod eſt in Paradiſo veſcendo veſcimini: à ligno autem cognoſcendi bonum & malum, ne ex eo veſcamini. Quo autem die veſcemini, ex eo morte moriemini. Non obuius, nec conſpicuus, ſed nec ad conſequendum facilis fuit ſenſus interpretibus iis qui ad hoc opus aggreſſi ſunt. Quamobrem fuit etiam omni ex parte diſcrepan. in dictis propoſitis. Alij enim viſione apprehenderunt plantam tunc eſculentam, cuius generis, inquit, ficum exſiccauit Chriſtus. Alij autem pronunciarunt eſſe quidem eiuſmodi vt percipiatur intelligentia, ſed tamen plantam cognitionis. Alij autem dixerunt hanc plantam eſſe informem contemplationem. Alij rurſus figuratiuam ſeu typicam narrationem quæ non poteſt conſiſtere. Nefandorum autem effector ſicut abſurdorum perpetrator Origenes, exiſtimauit eam eſſe mulierem. Sed de ligno quidem dicemus poſtea. Conſiderandæ ſunt autem quæ nobis emergunt quæſtiones in iis quæ ſunt propoſita. Ex quibus vna eſt & prima, quomodo Adamo & vxori non dat Deus hoc præceptum, ſed ſoli Adamo. Deinde Adamus ea impertit vxorem. Deinde cur non magis ex ligno vitæ, tanquam pretioſiori, iubeat non comedere, ſed ex eo quod eſt minus. Eſt enim ille cibus longe præſtantior, quam cibus cognoſcendi bonum & malum, vt qui eum reddit immortalem, & ab interitu ac exitio alienum efficit ac parum Angelis. Oſtenditque Deus ineffabilem differentiam ligni cognitionis, prohibens poſtea ne Adam eius eſſet particeps per cuſtodiam Cherubinorum. Tertia cur cùm Deus nihil iuſſiſſet Adamo de ligno vitæ, ſerpens non potius conſuluerit vt eſſet eius particeps. Deinde cur non eſt aggreſſus virum ſed mulierem, & vbi etiam eam inuenit priuatim agentem. Quinta, vndenam cognouit, cùm ignoraret præceptum eis datum. Sexta rurſus, cur ſoli iuſſit homini vt eſſet particeps omnium lignorum. Vtriſque autem dicit vt abſtineant à ligno cognitionis, & mortem ambobus denunciat. Sexta ſi formatus eſt totus interitui non obnoxius, quomodo ſenſit fructum ligni tendere ad corruptionem. Octaua, cur non etiam communem hominibus & beſtiis poſuit hunc quoque cibum pulchrorum lignorum, ſicut etiam priorem intus in Paradiſo, cùm eas adduxiſſet ad Adamum. Nona quomodo non eſt mortuus ipſo die quo comedit, conuenienter ſententiæ quam ei pronunciauit Deus. Decima, quanam de cauſa eum nominauit Adam. Atque hæc quidem omnia ij qui volunt, ſcrutentur vt volunt & poſſunt, diſertiſque verbis ſuauitque dicendi ratione & Rhetoricis ſtrophis dicant & intelligāt. Ego autem quando Deum myſticè videro & audiero ſoli Adamo dare mandatū & præcepta nullo præſente aut intercedente: Deinde poſtea Adamum eis mulierem impertire, protinus intelligo præceptum illius Adami incorruptam ſuam vxorem, nempe Eccleſiam, vocantis & dicentis. Verba quæ loquor: non à me ipſo loquor: ſed mandatum accepi à patre meo quid dicam & quid loquor. Hac ratione, dicitur etiam Chriſtus magni conſilij Angelus, quoniam antiquum verum conſilium ſimul cum patre prius conſultauit, quod prædeſtinauit Deus ante ſecula vt ad noſtram veniret gloriam, & annunciaret gregi ſuo tanquam vxori, & verbi ſemen ab eo accipienti, & filium parienti. Vnde non iubet ei vt non ſit particeps ligni vitæ. Ipſe enim eſt. Et propterea ſerpens nequaquam conſulit Eccleſiæ vt eius ſit particeps. Audiuit enim eum dicentem: QVI comedit hunc meum panem, viuet in æternum. Sed quæ ſunt quidem ſerpentis, & quæ ad ſerpentem, dicēdum eſt in iis quæ ſequuntur: reuertamur autem ad diuinum mandatum. Vt implentes mandatum eius qui nobis mandauit vt ſpecularemur ea quæ ſpectant ad creationem ſex dierum, labori finem imponamus. Nam pulchrè admodum quando introduxit hominem primogenitum in Paradiſum ratione præditum, eum & fecit Reges, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, dat ei Deus legem mandati, tanquam hæc apud Adamum diſſerens, & dicens: Audi, inquit, ô primum opus & primum formata creatura mearum manuum impollutarum, & ſimilitudo meæ incorruptæ imaginis vnigenita & pulcherrima, ſcias quòd ego te ſolum ex vniuerſa quæ ſub aſpectum cadit & non cadit creatura te formaui ad meam imaginem. Dominor cœleſtibus: ſed ego te quoque conſtitui dominum terreſtrium. Ego te fabricatus ſum hominem ex terra. Tu quoque fabricare hominem ex matrice. Habeo ſedem cœlum quòd eſt ſuper aquas. Tibi autē dedi ſedem, terrā quę eſt ſuper aquas. Impero Angelis, tu imperas hominibus. Aſſiſtunt mihi omnia Cherubim, & tibi aſſiſtunt omnia agri animāria. Subiicio ea quę ſenas habent alas. Subiicies volucres quæ multas habent pennas. Impero iis quæ multos habēt oculos. Imperabis Dęmonibus multa vidētibus Dominor ſubterraneis: Tu quoq; dominare piſcibus qui ſunt ſubterraneis locis maris, & timor & tremor veſter ſit ſuper omnia cete, & reptilia, & beſtias terrę. Omnia tibi tanquam in mea imagine ſubieci. Omnia tibi dedi ſub manus animata, inanima, arbores, germinantia, naturalia, volucres, & quę ſeminātur: omnib' dominare: omnibus fruere, & me maximè qui ſum lignum vitę Deus tuus, toto animo promptéque & alacriter iis te exple deliciis. Nec his ſolis ſed etiam iis quæ ſunt ex omni ligno & fructu qui eſt in Paradiſo, videlicet omnibus deliciis, quę vobis proponuntur ex virtute Angelica, comede. Solummodo illud lignum cognoſcendi bonum & malum, & quod eſt prope plan-

Ioan 14. *Matt. 16.* *Ioan. 10.* *Ioan. 17.* *Ioan. 6.*

De ligno ſcientiæ boni & mali ſunt variæ interpretum ſententiæ.

Origenes Nefandorū effectorum turpiū perpetrator.

De ligno ſcientiæ boni & mali deī deciduntur quæſtiones.

Deus dans mandatum ſoli Adamo. Adamus autem vxorem illi impertiens quid ſignificet.

Ioan 6.

Chriſt' magni conſilij Angelus.

Cur Deus non iubet Adamo ne veſcatur ligno vitæ.

Cur ſerpens nō conſulit Eccleſiæ vt veſcatur ligno vitæ.

Ioan. 6.

Deus Adamum fecit Regem.

Pulchra paraphraſis eorum quæ Deus dixit.

A tatum vitia enim adhærent virtutibus, ne contigeris ne attrectaueris, ne appropinquaueris, ne in manus ſumpſeris, ne geſtaueris. Quocunque autem die ex eo comederitis, morte morieminı. Si tentaueritis fieri mei ſimiles cognoſcentes bonum & malum, & tam ea quæ ſunt occulta quam quæ manifeſta, ſtatim morte moriemini. Hoc eſt quod Deus præcepit homini non comedere, hoc eſt, ne mente quidem concipere. Hoc eſt quod dicitur lignum cognitionis boni & mali. Hic eſt qui dicitur fructus lætifer, ſuperbia efferri & exiſtimare ſeipſum Deum, cognoſcentem bonum & malum: cùm neque Angelus neque Dæmon, ſed ſolus Deus ſcit mentem hominum, vt dicit Iob. B Ipſe enim cognoſcit occulta cordis, qui corda examinat & renes Deus. Hoc ergo præmunit hominem, perinde ac ſi ei diceret. Attende tibi & caue, ne poteſtas & magna auctoritas quam ego tibi dedi cùm te Regem conſtitui, & Dominum totius mundi qui cernitur, te extollat in ſuperbiam, & experiaris eſſe rapinam exiſtimare te eſſe mihi qui ſum Deus æqualem, cognoſcentem bonum & malum. Animaduerte quòd ante te feci quendam alium, & conſtitui principem plantarum ratione præditarum & paradiſi intelligentis Angelici, qui cùm non tuliſſet eum molem poteſtatis, aggreſſus eſt ille C quoque comedere, & comedit lignum mortiferæ voluntatis, volens eſſe Deus, boni & mali cognoſcens ſcientiam, & dicens: Super nubes ponam ſedem meam, & ero ſimilis altiſſimo & cognoſcens bonum & malum vt ipſe, nempe præſciens quis hoc vel illud ſit facturus, & ſciens ea quæ ſunt occulta & manifeſta hominum, & mortuus eſt mortem æternam & nôn deſinentem, & eiectus eſt extra ſuam poteſtatem, & ne auctoritatem quidem habet in porcos, & nunc eſt ſimul malus & inuidus, & tuæ gloriæ inuiſurus eſt ô Adam, & tuæ poteſtati, D & tui pulchritudini quæ eſt ad imaginem Dei, eſt ad vos venturus, eſt in vos irrepturus, deinde vos decepturus vt per illam viam à qua ipſe cecidit, vos errare faciat, & priuet gloria & honor & poteſtate, quam vobis dedi, ne veniatis in locum ex quo ille cecidit. Et vt ſemel dicam, omne præceptum & lex quam dedit Deus Protoplaſtis, nihil erat aliud niſi proteſtatio cuſtodiendi pietatem aduerſus ipſum, & ne ſeipſos in Deos referrent: & ne exiſtimarent ſe eſſe Deo ſimiles, cognoſcentes bonum & malum, & occultum & manifeſtum. Hoc autem in iis quæ deinceps conſequuntur oſtendemus manifeſtius, E etiam ex ipſis Dei Verbis ad Adamum. Neque tibi videatur non probabile aut violentum, quòd ſcriptura dicat lignum idololatriam & defectionem, ex qua ſtatim ab initio guſtauit & comedit & nudata eſt, & eiecta Dei vxor, nempe Eccleſia, propterea quòd hoc proximum & maximum in Deum admiſit peccatum, quòd exſculpſerit ligna hominibus ſimilia in idola, & ea adorauerit. In multis autem & diuerſis locis ſcripturæ inuenies, à Deo defectionem appellari fructum ligni. Quamobrem in parabola quoque Prodigi, qui eſt populus ex gentibus,

Vitia adhærent virtutibus.

Lignũ ſcientiæ boni & mali, eſt ſuperbire & ſe exiſtimare Deum cognoſcẽtem bonum & malum.

Iob. 23.

Eſa. 14.

Præceptum quod Deus dedit protoplaſtis, erat quadã proteſtatio cuſtodiendi pietatẽ, etc.

Lignũ idololatria & apoſtaſia.

Ligni fructus appellatur quandoq; à Deo apoſtaſia.

A qui procul à Deo receſſit, nominauit Deus peccatum ſiliquas, qui quidem eſt cibus porcorum, nempe immundorum Dæmonum. Quem quidem cibum aliquando comedens populus prodigus, deſiderabat ſaturari, hoc eſt ceſſare.

Nam qui ſatiatur, exinde deſiſtit comedere. Et nemo dabat mihi, donec veniret panis cœleſtis: & me abduxit à ligno ſiliquarum. Porrò autem Moſes quoque in ſecundo Cantico Iudæorum taxans idololatriam, eam appellat plantam. Nam ex vinea Sodomorum vinea eorum, & ſarmentorum eorum ex Gomorra. Vua eorum vua fellis, botrus eorum amaritudinis.

B Similiter Deus quoque de ipſis dicit per Eſaiam. Expectaui vt vinea mea faceret vuam, fecit autem ſpinas. Vnde etiam in libris Regnorum Deus Iſraëlem nominat ligna ſyluæ, quæ ſupra ſe conſtituerunt Regem ſpini ferum Rhamnum, hoc eſt Diabolum, qui exiſtimauit ſe eſſe Deum cognoſcentem bonum & malum. Porrò autem ficum quoque quam Chriſtus areſecit ne amplius fructum ferat, dicens quiſpiam eſſe idololatriam, non peccauerit, cuius fuit typus ſanguinis ablatio mulieris ſanguinis profluuio laborantis, nempe Euæ, quod repreſſit Dominus exſiccans ſanguinem ſacrificiorum. Si erC go iuſtè latéque didicimus lignum appellari impietatem, quid miraris ſi de ea Deus dicit homini. EX OMNI ligno quod eſt in paradiſo comedes: hoc eſt, fruere & ſatiare omni contemplatione, omni cognitione, omni ſancti Spiritus illuſtratione, omni ſapientia diuinarum ſcripturarum, omni agno pulchro ad videndum, & bono ad comedendum, angelicóque & ſcripturæ prophetico, euangelico, & ad doctrinam accommodato ſermone. Decerpe ex omni ligno frugifero ſancto: & ſis particeps charitatis, gaudij, pacis, caſtitatis, & manſuetudinis, fidei, ſpei, & fortitudinis. Quoniam ſunt beaD ti qui hos cibos eſuriunt & ſitiunt, conuenienter ei qui dicit. Meus eſt cibus vt faciam voluntatem eius qui me miſit. Vnde rurſus dicebat: Habeo cibum ad comedendum quem vos neſcitis.

Sed guſtate vos quoque & ſcite, quòd Chriſtus eſt qui dedit ipſe omnia bona fruenda, dicens Comedite ex omnibus intelligentiis & gratiis: ex malo autem ligno peccati, nempe cognoſcendi bonum & malum, ne comedatis, ne moriemini morte animæ. Sic eſt legendum & intelligendum de his duobus lignis. Qui autem omni modo E aduerſantur Theologicis Gregoriorum vocibus, & hæc eſſe dicunt ſenſilia & eſculenta, omnino neceſſario, rurſus dico, faciunt omnes beſtias, & reptilia, & muſcas, & canes, & omnes volucres eſſe participes ligni vitæ, vt quæ iuſſæ ſint in priori cibo ſimul veſci cum homine ex omni ligno & fructu qui eſt ſuper terram. Sed non eſt, non eſt ita. Vide enim quòd in his duobus, Adamo, inquam & Eua, poſuit ænigmaticæ quandã cibi differentiã cũ participationẽ quidem omnium, hoc eſt cognitionem cœleſtium & terreſtrium & ſubterraneorum ſoli homini dederit qui eſt Chriſtus. Ipſe eſt enim qui cogno-

Prodigi filij parabola particula exponitur.

Planta dicitur quandoque idololatria.

Deut. 32.

Eſa. 5.

Iud. 9.

Ficus quã areſecit Dominus eſt idololatria.

Ligno Paradiſi veſci, eſt frui contemplatione, & cognitione, &c.

Ioan. 4.

Ligna quibus Deus iubet veſci non ſunt ſenſilia.

ſcit omnia, etiam profunda Dei. Abſtinentiam A autem à peccato nempe maligno, ſoli homini & Euæ, nempe Eccleſiæ. Et hinc eſt perſpicuum quòd non de eſculento digno dicit ſcriptura, cùm prohibuit homini cognitionem boni & mali. Nã ante eum eſum cognoſcebat mulier bonum & malum. Audi enim eam in collocutione cum ſerpente, aſſerentem dogma contrarium, & ei dicentem & proſerentẽ diuinum mandatum, & minas mortis intentatas, ſi ligni eſſet particeps. Sed neque cæci erant ante comeſtionem. Dicit enim: Et vidit mulier quod eſſet pulchrum, ante eſum. Si autem cibus erat ſenſilis & carnalis, omnino mortui eſſent etiam carnaliter, quando comederunt. Sed cũ B mente & intelligentia peccaſſent, ſubierunt etiam animæ mortem intelligentem. Hic autem hominem nominat Adamum: quomodo etiam Dei Verbum in incarnatione terrigenam. Adam enim interpretatur terra & ignis, ſicut dixi alibi. Et dixit Dominus Deus: Non eſt bonũ hominẽ eſſe ſolũ: Faciamus ei adiutricem ſicut ipſe eſt. Cùm huc veniſſet Manes ſceleratus Dux Manichæorum, intelligens literæ contextum corporaliter, occiſus eſt à litera conuenienter Pauli voci, Deum appellans mendacem. Similiter etiam Aquila impius idem quod gentes ſcentiens, Deum volens reprehendere, pro eo quòd dicere oportebat: Faciamus ei adiutricem ſecundum ipſum, dixit: Faciamus ei C adiutorem ex aduerſo eius, hoc eſt aduerſarium & hoſtem. Quid ergo, dic mihi ô Iudæe, eſt Deus verus mentiens: diuinum os Domini omnipotentis Sabaoth, in medio tenebrarum & caliginis & ignis & procellæ & tubarum & Angelorum hęc verba Moſi eſt locutum: & Dei digitus in tabulis hæc ſcripſit, dicens. Non bonum eſt hominem eſſe ſolum, Faciamus ei adiutricem ſicut ipſum: & eſt rurſus lingua Dei & os & manus falſa loquens & ſcribens. Faceſſat hęc abſurditas. Verbum enim Dei manet verum in ſeculum & in ſeculum ſeculi. Et quomodo non fuit illa mulier adiutrix Adamo, ſed potius inimica, atque à Deo foſſa, & inſidia- D trix, & interfectrix, & exterminatrix, & innumerabilium malorum ipſi & toti mundo conciliatrix? Si autem mulier ad hoc ipſum facta eſt à Deo vt ſit homini adiutrix, & nunquam potuerit mulier eſſe viro inimica: ſed omnis mulier diuino præſcripto inuenitur virum ſuum defendere ac protegere: quandoquidem ſtat vnumquodque in eo ad quod factum eſt à Deo. Lux enim illuminat, & non ceſſat. Panis nutrit. Sol currit, & Luna cum ipſo plantæ germinant, animalia pariunt, piſces natant, aues volant, & vt ſemel dicam, vſque ad conſummationem ſeculi, vnaquęque creatura in E eo ſtat ad quod facta eſt à Deo, in vnaquaque, inquam, natura inanima & animata. Quomodo ergo mulier quæ facta eſt ad viri auxilium, non facta eſt adiutrix? Quomodo autem & cum ſit viro imbecillior, poteſt eius eſſe adiutrix? Ad auxilium rurſus dico, viri carnalis decreuit Deus ab initio eſſe mulierem ſecundum carnem, nunquam ſtudio fuerit mulieri aut odio habere, & ad iram concitare, aut deſerere ſuum virum: nunquam cõſpecta fuerit mulier grauis aut improba: nunquam apparuerit mulier marito ſuo inſidiari, & cædem eius moliri? Et quomodo contrà videmus mulie-

Mulier cognoſcebat bonum et malũ ante quam veſceretur ligno ſcientia boni et mali.

Adam et Eua peccãtes ſubierunt mortem intellectualem.

Manes et Aquila Deũ dixerunt mendacẽ propter locum Geneſis de muliere. κατ' αὐτὸν ſecũdũ ipſum. κατέναντι αὐτοῦ ex aduerſo eius.

Mulier nõ eſt adiutrix Adamo ſeu homini, ſed inimica et aduerſaria.

Vnũ quodque ſtat in eo quod factum eſt a Deo.

A rem eſſe viro non adiutricem, ſed potius tentationem? Quis enim, rogo, accendit & inflammat flammam generationis, niſi corporum ſtupra & adulteria? Quis autem totius mundi diluuio fecit interitum, niſi pulchritudo mulierũ illarũ filiarũ hominũ, quas filij Seth acceperunt in vxores. Si autem adiutrix Adamo fuit mulier: quomodo omnes eam deploramus quòd fuerit cõciliatrix mortis & interitus, & communis exitij? Hæc potius tu ô Iudæe, qui ſcripturas tenes, nos doces. Vna enim mulier tua, inquam, ſoror, filia Iacob patris tui, quæ dicebatur Dina, ſcortata eſt in Sichem. Deinde propter fornicationem, vniuerſam ciuitatem Gene. 34. iniquè interemerunt fratres eius, iuſtum & iniu- B ſtum ſimul occidentes. Propter quam puellæ fornicationem & cædem, ad quadringentos annos conſtituit Deus tot millia in ſeruitutem redigi in Ægypto. Et quęnam mulier adiutrix? Adulterium commiſit Bethſabee in eo quem tu tuum Chriſtũ exiſtimas, Dauid, inquam, & cędem perpetrauit ſuo coniugi Vrię. Deinde etiamſi hoc maximè cõdonatum fuit Dauidi: in decem tamen eius mulieres admiſſum fuit adulterium à ſuo filio Abſalon, & ſtatuit Deus per Nathan Prophetam quòd non deficit gladius ex domo Dauid in ęternum. Hoc 2. Reg. 11. eſt opus pulchrarum mulierum. quis autem inter 2 Reg. 17. homines à Deo tanta fuit donatus ſapientia quan- 1. Reg. 12. C ta Solomon? Et tota eius ſapientia fuit deuorata à mulieribus. Quis affectus fuit gloria ſicut Iudas filius Iacob adeò vt a Deo ſit conſtitutum vt eſſet Rex Iudęorum? Et mulier Thamar eo decepto, effecit vt tota eius tribus eſſet nata ex adulterio. Et quęnam fuere ę adiutrices? Longa fuerit oratio, Gene. 38. & nobis defecerit & tempus & charta & modus narrandi, quot & qualia per gentem fœmineam fiunt in mundo ab initio & vſque ad conſummationem ſeculi in Patriarchis & Prophetis, & inter priuatos & Reges, & inter fideles ſimiliter & gentiles, & Chaldaicas & Ægyptias & Troianas & Heroicas, & Romanas gentes & hoſtiles. Si autem D adiutrix eſt mulier, quomodo dicit ſcriptura, quòd vinum & mulieres ſeparant à Deo. Quam multi enim, dic mihi, Deum negarunt propter mulierẽ? Vnde etiam Solomon, vt qui ſit expertus mala muliebria, dixit. Ex decies mille viris inuenies Eccle. 19. vnum fidelem: ex mulieribus autem non inuenies. Hęc autem dicimus, non accuſantes naturam, ne- Eccleſ. 7. que Dei creaturam. Sunt enim omnia bona quæ ſunt à Deo: ſed illud auxilium quęrentes de quo dixit Deus. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: Faciamus ei adiutricem ſicut ipſum.

Propter Dinæ fornicationẽ et cędem Sichimitarum quadringentis annis ſeruiuit in Ægypto populus Iudaicus.

Si ergo non eſt bonum hominem eſſe ſolum: E quomodo cùm ſit Deus, fecit aliquod opus non bonum? Quomodo autem paulo quoque ante dictum eſt: Et vidit Deus omnia quęcunque fecit: & ecce valde bona. Quomodo ergo ſolus homo non bonus? Quomodo autem nunc dicit ſolum eſſe hominem? Quando enim fuit fabricatus, audiuimos ſcriptorem dicentem: Deus fecit hominem: ad Dei imaginem fecit ipſum, maſculum & fœminam fecit eos, & benedixit ambobus & conſtituit eos principes omnium quę ſunt ſuper omnem terram.

Et rurſus poſtea dedit eis pręceptũ in Paradiſo: vt veſcerentur ex omni ligno. E ligno autem, in-

quit, comedendi bonum & malum ne veſcamini, A ne moriamini. Poſt hæc omnia dicit non eſſe bonum hominem eſſe ſolum. Faciamus ei adiutricē ſicut ipſum. Dicis mihi animo hoc eſſe repetitionem & in ſummam collectionem eorum quæ prius dicta ſunt, & Adami & Euæ qui iam facti erat ad Dei imaginem ſubtilior narratio. Terribilis quidē ſermo. Pro Chriſto enim & Eccleſia fungor legatione & iuſto. Oportebat enim adnotare cū magna & profunda attentione, quòd non de vna aliqua perſona dicit Deus: Non bonum eſſe hominem eſſe ſolum, ſed vniendo & comprehendendo de vniuerſa natura hominum. Non enim dixit hypoſtaticum aut perſonale ſingulare nomen: ſed totum genus humanum ſignificat, dicens Non B eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorem ſicut ipſum: hoc eſt, totum homini, totum generi, totum naturæ humanæ. Idque eſt hinc perſpicuum. Quando enim volebat facere diluuium, audiamus ſcripturam dicentem. Et pœnituit Deum feciſſe hominem, hoc eſt, totum genus. Et rurſus, Delebo hominem quem feci. Et rurſus. Inclinata eſt hominis cogitatio ad mala. Quomodo ergo eædem voces ſunt de toto genere humano, ita etiam illa quæ dicit: Non bonum eſt hominem eſſe ſolum, dicta eſt de vniuerſo homine. Faciamus ei adiutricē ſicut ipſum. C Rurſus adhortor Iudæum & Græcum ſeu gentilem vt quærat & poſſideat illam adiutricem, quam Deus fecit ad ferendam opem toti generi hominum adiutricem non carnis & voluptatis, non ſeminis & ſanguinis, adiutricem & coniugem, & quæ nequaquam fuit inſidiatrix, ſed ſalutaris, ſed conſeruatrix, ſed illuminans, ſed beneuola, peccata purgans, non faciens, in regnum Dei introducens, non ex eo expellens, adiutricem quæ parit filios vitæ & hæredes vitæ æternæ. Adiutricem quæ Magos efficit Apoſtolos, & facit publicanos Euangeliſtas Theologos, redditque meretricēs virginibus honeſtiores, Adiutricem, quæ viuificat mortuos, & orbem terræ excitat ex mortificatione idolatriæ. Adiutricem inuictam, adiutricem ineſpugnabilem, adiutricem certando inſuperabilem & infractam. Omnia regna, omnes progenies, omnes tribus, & omnes linguæ gentium ab ea ſunt ſeruatæ. Ipſa iacentes erexit. Ipſa curauit infirmos. Ipſa recreauit creaturam. Et ideo de ipſa dixit Dominus Deus: De Eccleſia, inquam. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. Et propterea ei vnitus eſt Deus Verbum. Vt non ſit amplius homo ſolus: ſed cum Deo totus, in vna quidem hypoſtaſi. Sed & quando ei per virtutem vnitur: Faciamus ei adiutricē ſicut ipſum. Quomodo autem ei fit adiutrix, audi. Statim enim E ſubiunxit, dicens. Et finxit adhuc ex terra Dominus Deus omnes beſtias agri, & omnes volucres cœli, & eas adduxit ad Adamum vt videret quidnam vocaret ea. Et omne quod vocauit ipſe Adam animam viuentem, hoc eſt nomen eorum, & vocauit Adam nomina omnibus iumentis, & omnibus volucribus cœli, & omnibus beſtijs agri. Nō exigua neque leuis eſt in iis quæ ſunt propoſita contradictio apud interpretes. Nam alij quidem eadem eſſe dicunt hæc & prima animantia, & beſtias & volucres. Alij autem conuenienter ei qui dicit: Si qua in Chriſto noua dicunt per hæc prædici ſecunda & alia, nempe diuerſas gentes, quæ in Eccleſia congregatæ ſunt ad Deum. In hac autē ſententia & etiā ille in Theologia celeberrimus Euſtachius concionator & Martyr, & ſummus Doctor ſynodi Nicenæ, cui pareo, & quem ſequor vt à Deo afflatum curatorem. Multis enim modis, vt ille patet, diſcerni poteſt horum animantium & volucrum differentia & diſſimilitudo. Primum per hoc quòd dixit, Et finxit Dominus Deus adhuc ex terra. Non enim inuenimus Dei plaſma ac figmentum niſi hominem. Rurſus per hoc quod dicit: Adhuc oſtendit ſcriptura quædam hic alia prædici animantia B & volucres præter priora. Non enim ſcriptum eſt primas volucres genitas eſſe ex terra, ſed ex aquis. Hę autem genitę ſunt ex terra: imo verò manu propria fictæ ſunt à Deo, & non iuſſu. Similiter & per hoc quod dicit omnes volucres & omnes beſtias nunc à Deo eſſe fictas, non dat locum dicendi quòd prius quidem factæ ſunt, nunc autem pars. Vnde nec in his eis quidquam pręcipit Deus de eſu ſeminum. Nam quæ ingrediuntur Paradiſum herbam non comedunt, ſed omne lignum pulchrum ad videndum, & bonum ad comedendum: & maximè ex ligno vitæ, nempe Chriſto, qui hæc quoque viuificat animantia. C Quare dici poteſt quòd hæ beſtiæ ſunt gentes Eccleſiaſticæ, quę in Eccleſia à Deo ſunt congregatæ. Vel quòd equorum & ſuum & camelorum & ouium ſtabulum hodie eſt Paradiſus. Neque contenderis: nam vt maximè contendas non oſtendetis quòd ea animalia egreſſa ſunt è Paradiſo, ex quo die ea introduxit & congregauit Dominus & ſi haberes oculos, & non impoſitum eſſet velum ignorantiæ ſuper faciem, videres ſi velles congregatas has beſtias agri vnanimiter ad ſpiritualem Adamum à Deo eſſe introductas, quæ olim quidem fuit Leæna, Chaldæam, quæ olim verò Pardus, Macedoniam. Has enim tibi beſtias appellauit etiam Daniel. D Nec has ſolum, ſed etiam Elephantes Æthiopes, & Dracones Thebaidis, & aſpides Ægypti, & Leones Babylonis, & Lupos Arabiæ, & ſtruthiocamelos & Onagros Cyrenęos, hę omnes ſunt vnus grex beſtiarum, quę aluntur in ipſa Eccleſia adiutrice. De cætero aſpice Iudæe, & vide, & noli perpetuò cæcutire. Ingreſſæ beſtiæ ſub tectum, vt dicit Iob, ingreſſę ſunt, & non ſunt egreſſę. Agreſtes enim ferę pacem egerunt Deo dicenti. Benedicent me omnes beſtię agri, Sirenes & filio Strathiocamelorum Quoniā meę ſunt omnes beſtię agri, & omnes volucres cœli. Aperi aures tuas, & ne ſis ſurdus ſicut E aſpis, quę non exaudiet vocem incantantis. Beſtia, hoc tibi loquor. Beſtia tibi cano. Beſtia, volo te vt ſis ouis manſueſcere, & Deo conſecrare. An non te pudet, dic rogo, quod Leonem & Leænam, & Vrſum & Pardum, & Draconem & Aſpidem, & Lupum & Onagrum introduxit in Paradiſum Eccleſiæ vt alerentur, & fruerentur, & ſe explerent delitiis ex omni ligno pulchro, & lætarentur, & ſatiarentur ex ligno vitæ: & ſtetiſti feris cùm ſis Dei ouis, qui fuiſti aliquando germanus primogenitus? Beſtiæ ſunt ſubiectæ, & ingreſſæ ſunt in ſtabulum, & tu qui

Homo dicitur de toto genere humano.

Gene. 6.

De Eccleſia dictum eſt mulierē eſſe viri adiutricē, et bonum eſſe hominē non eſſe ſolum.

Euſtachius Martyr et Doctor ſynodi Nicenæ.

Dei non inuenit figmentum præter hominem.

Beſtiæ in Paradiſo congregatæ ſunt gentes Eccleſiaſticæ.

Daniel. 8.

Iob. 37.

Pſal. 57.
Eſa. 43.

tu qui debebas eſſe paſtor beſtiarum, euaſiſti fera agreſtior. Vide enim quòd ſignificans Deus eſſe gentes quæ ſecundo loco ab eo factę ſunt, & adductæ ſunt ab Adamo in Paradiſum, eas nominanr beſtias, dicens per ſcriptorem: Et finxit Dominus Deus adbuc ex terra omnes beſtias agri, & omnes volucres cœli. Fieri ne poteſt vt omnino veniat in mentem, vt Deus, qui Cherubinis & Seraphinis eſt incontemplabilis, & incomptehenſibilis, & inappropinquabilis, cui cum metu & tremore omnes intelligentes virtutes cultum exhibent: quem nemo hominum vidit, neque poteſt videre eius faciem, & viuere, is qui ſupra cœlos & omnem principatum & poteſtatem eſt ignis conſumens, ac cepta forma Equiſonis, Equos, ſed & Lupos, & Camelus manibus trahens inſtar miniſtri ad Adam attrahat, vt videat quid ſit ea vocaturus, qui omnia ſcit vt Deus ante eorum ortum, & numerat multitudinem ſtellarum omnibus eis nomina vocans, & omnibus creaturis propria dat nomina conuenienter ſuæ voluntati? Sed hæc Iudæi intelligunt, qui & ſcripturæ ſolam attendunt literam, & ab ipſa occiduntur. Tu autem ô diuiniſſimè & à Deo plantatæ Eccleſiæ Paradiſe, ingredere certam & inenarrantem viam cum Paulo Paradiſi ſpectatore & Paradiſi ciue, audiens eum dicentem, quòd omnes creaturæ quæ ſunt in cœlo & in terra deſcribunt ac figurant Chriſtum & Eccleſiam.

Quòd De⁹ beſtias tanquam miniſter ad Deū attrahat, eſt abſurdum.

Propterea ergo non adduxit prima iumenta animalia quæ iuſſu facta ſunt, ad Adamum ſpiritualem Chriſtum, Deus in Paradiſum: erant enim typus ac figura populi Iudæorum: ſed nos ſecundum populum, non deſertum, ſed vnitum volucribus cœli, hoc eſt fidelibus qui ſunt generati ex aqua & ſpiritu. Eſt autem re vera audienda & admiranda ſancti Spiritus ſapientia. Quomodo enim in Adamo, ita etiam in his beſtiis dicit creationem. Nam illic quidem ſcriptum eſt: FACIAMVS hominem ad imaginem noſtram. Hoc eſt, ex communi conſenſu plenitudo Trinitatis dicit illud, FACIAMVS. Similiter hic dicit. » Non bonum eſt hominem eſſe ſolum. » Faciamus ei adiutricem ſicut ipſum: hoc » eſt, à Deo factum. Quoniam autem ſit hæc à » Deo ficta adiutrix, audi. ET FINXIT Domi» nus Deus adhuc ex terra omnes beſtias agri, & » omnes volucres cœli. Hæc eſt adiutrix, hæc eſt grex, hæc eſt noſtra ferarum animantia adiutrix Eccleſia. Nam ſicut dixit Deus: Faciamus homini adiutricem, ſtatim etiam eiuſmodi adiutricem à Deo fictam conſtituit. Et quando è terra genitum quidem facit hominem, è terra genitum, & eiuſdem ſimul cuius ipſe eſt eſſentia Eccleſiæ dicit paradiſum, & lignorum plantationem. Quando autem creat ac fabricatur eum quæ dicitur vitam, fingit etiam ſynonyma & ſimul animantia animalia. Nam qui eſt è terra genitur eſt eiuſdem generis cuius quæ ſunt in terra, & vita eſt propria animantium. Sed homo quidem Adam factus eſt ante mulierem. Eſt enim ante ſecula, & ſine principio, & increatus, & ſine tẽpore ante Eccleſiam Deus Verbum. Hic antè fingit animantia ante Euam quæ dicitur vita. Prius enim fuerunt gentes belluinæ, & ſic in vltimis temporibus conſtituta eſt earum Eccleſia, in qua duxit eas Deus & pater ad ſecundum Adam Chriſtum, vt videret quid ea vocaret. Et audi eius filium hoc apertè dicentem: Nemo poteſt venire ad me niſi pater meus cœleſtis traxerit eum. Ecce audiuiſti vocem dominicam te docentem, quomodo adduxerit beſtias gentium ad filium qui eſt eiuſdem ſimul cum eſſentiæ in Paradiſum Eccleſiæ. Quamobrem rurſus dicit: Quos dediſti mihi pater, tui erant, & mihi eos dediſti. Omnis enim qui audiuit à patre ad me venit, & omne quod dedit mihi pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me non eiicio foras. Confidant ergo beſtiæ gentium per patrem ingreſſæ ad filium, « audientes eum dicentem: Eum qui venit ad me « non eiicio foras: & omnia ſunt mihi tradita à « patre meo. Pater enim diligit filium: & dedit ei poteſtatem omnis creaturæ, dicens: Pete à me tanquam filius, & dabo tibi hæreditatem paternam, gentes, nempe beſtias, hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Audiant rurſus dico, hæc, ea quæ ſunt intus, & audiunt verbum ſanctum, beſtiæ gentium. Non enim eiiciantur foras. Si autem vult audire Iudæus quinam ſunt eiecti vt ingrederentur beſtiæ, audiet hortulanum huius Paradiſi dicentem. Oportet feras ingredi ab Oriente & Occidente, & recumbere cum Abrahamo, & Iſaac, & Iacob in regno Dei: Filios autem thalami, nempe Iudæos, foras eiici in tenebras exteriores. Vocabo enim populum meum, non populum meum: & miſericordiam conſecutam ſynagogam eam quæ non eſt conſecuta miſericordiam. Et quoniam narrans oratio de rebus alienis eſt admirabilibus, eſt perſuaſu difficilis, non ſolum Iudæo, ſed etiam quibuſdam ex infidelibus, neceſſe eſt vt ex aliis beſtiis confirmemus quod dicimus. Audi ergo Noë qui erat in arca, quando loquitur ſcriptura de corporalibus animalibus & materialibus, quomodo Deus illic præcipit illi etiam ingreſſum beſtiarum & iumentorum & volucrum in arcam. Similiter rurſus poſt diluuium dicit etiam earum egreſſum ex arca qui fuit cum Noë, & quomodo hic quoque Deus cùm in Paradiſo fecerit per ſe ingreſſum harum beſtiarum, & fuerit earum veluti dux & bubulcus, non amplius eas eduxit, ſed intus reliquit. Si autem murmurat & iraſcitur Iudæus hæc audiens, ſuſtinebit parumper & audiet Verbum quod oſtendit, quòd neque mulier, neque quæ dicitur vita exiit è Paradiſo, ſed ſolus homo qui extrinſecus eſt ingreſſus. Vita autem vt in Paradiſo ficta, vt quæ eſſet indigena, & non extrinſecus intro ingreſſu, manſit in illo loco tanquam vita viuificans ea quæ ſunt ad eam introducta. Quid verò, inquit, an non ſcriptum eſt poſt exitum Ægypti è Paradiſo, quòd Adam cognouit Euam vxorem ſuam? Siſte gradum ô homo, & ne labores, ſed ſuſtine, & tunc cum fueris in locis emiſſionis Adami ex Paradiſo, ſi mihi oſtenderis ô Iudæe, quod egreſſum nominat egreſſum beſtiarum, aut egreſſum mulieris, nondum venit Chriſti aduentus. Sed non oſtendens quantumuis contenderis. Sed qui extrinſecus quidem eſt ingreſſus & fuit, homo

Prima animalia, quę erant typ⁹ Iudæorū, nō fuerūt adducta ad Adamum.

Eccleſia adiutrix ferarū animantium.

Homo Adam, id eſt De⁹ Verbum fuit ante mulierem.

De⁹ pater adducit beſtias, id eſt vniuerſas gentes ad ſecundum Adamum nempe Chriſtum.

Ioan.6. *Ioan.17.* *Pſalm.2.* *Matth.8.* *Luc.7.* *Ioan.4.* *Oſee.2.*

Mulier nō exiit e Paradiſo, ſed ſol⁹ homo qui erat ingreſſus.

illuc abiit vnde venit. Eius autem vxor, nempe A vita manſit intus cum animalibus, ad eas viuificandas in ligno vitæ, quæ aliquando dicebantur, beſtias & volucres. Diſcat ergo fidelis, quòd ligna pulchra & bona & fertilia quæ à Deo ſecundo loco ſunt producta, & ſecundæ beſtiæ & volucres, quas ipſe Deus finxit, & ruſus illud linteum quod Petrus vidit in viſione, habens omnes beſtias & quadrupedes & volucres cœli, & ipſa mulier quam vocamus vitam, adiutrix hominis, nihil aliud ſignificat niſi Paradiſum Eccleſiæ, in quem introduxit Deus agentes belluinas, & eas adduxit ad Chriſtum ſecundum Adamum, vt videret quid vocaret eas. Vnumquemque B conuenienter ſuis meritis & vitæ quam egerit. Et ideo vocauit quidem oues, eas quæ ſtaturæ ſunt à dextris. Hœdos verò, qui à ſiniſtris. Agnos autem, vt qui Chriſtum ſequuntur. Boues autem, vt qui trahunt aratrum crucis. Equos autem, vt qui conturbant aquam ſalſam incredulitatis: & alios, aquilas, vt qui extolluntur ad Theologiam ſeu diuinitatis contemplationem, & alios, columbas, propter ſignificationem ipſius gratiæ ſpiritus. Quòd ſi etiam vis videre feras agreſtes in hoc Paradiſo, audi enim dicentem. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpios. Vnde etiam nominat Lu- C pos qui gregi inſidiantur Iudæos: & genimina viperarum; & alios, Vulpes. Et omne quod vocauit Adam, inquit, hoc eſt ei nomen. Hoc eſt, non leuiter nec temere, ſed congruenter vniuſcuiuſque actæ, vitæ, & meritis conuenientia nomina imponit Chriſtus. Omni ergo creaturæ & rebus creatis Deus impoſuit nomina. His ſolis beſtiis & mulieri, Adam quoque impoſuit nomina: hoc eſt Chriſtus populo ſuo & Eccleſiæ. Si autem ruſus inſanit Iudæus vt dicat nobis, cur cum Deus omnibus propria dederit nomina non impoſuit nec mulieri nec animalibus.

Act.10. & 11.

Deus vocat vnumquemque conuenienter ſuis meritis.

Matt.24.

Luc.10. Matth.7. Matt.13. Luc.3. Luc.13.

Adam id eſt Chriſt⁹ ſolo ſuo populo impoſuit nomina.

Oportebat enim ipſum dare omnibus nomina propria, ſed non Adam: Ego dicam quare. D Cum Deus ſemel & bis meminiſſet ſe feciſſe mulierem, non eam nominauit mulierem, ſed adiutricem. Quomodo ergo cùm hominem nominaſſet Adam, non dat ipſe nomen mulieri: ſed iure & merito vir eius Ieſus ipſe nominat etiam ſuam vxorem, & ſuos filios: ſicut pater & eorum qui domui præſunt, & dominantur ſuæ vxori & ſuis liberis. Quamobrem dicebat etiam non fallax legiſlator, quod ipſe eſt bonus paſtor, & oues vocem eius audiunt, & eas vocat nominatim, hoc eſt, nominat, quando Deus eas tunc adduxit ad Adamum, vt ſciret quid eas vocaret. Sed E quando cogregabantur quidem, dicebantur beſtiæ. Quando autem introductæ ſunt in Paradiſum & in ſtabulum boni paſtoris effectæ conformes agno Chriſto, ſtatim oues nominatæ ſunt omnes.

Ioan.10.

Qui autem non ſic intelligit ea quæ ſcripta ſunt de Paradiſo, & de beſtiis in eum introductis, neceſſario omnino intelligetur Adamum quidem inſtar Domini & Regis intus ſedere: Deum autem Omnipotentem ei ſeruiliter miniſtrare, & beſtias ad Dominum adducere. Quod quidem eſt impium & plenum omni abſurditat. Ada- A mo autem non eſt inuentus adiutor ei ſimilis, & quomodo dum homo eſt in periculis, & incidit in fortunæ caſus & calamitates, & adiutorem quærit, & clamat ad Deum: Da nobis auxilium ex afflictione, quoniam pauperes facti ſſimus valde adiuua nos Deus ſeruator noſter. In adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina: & eripe me ab inimicis meis aduerſariis poteſtatibus, quæ me demerſeront in idololatriam & impietatem. Cum hæc & quæ ſunt huiuſmodi homo longo tempore clamaret ad Deum, & quæreret adiutorem. & multi exiſtimantes eum adiuuare proceſſiſſent in medium, Patriarchæ, inquam, Doctores, B Sophiſtæ, Leges, Moſes, Prophetæ, iique & plures alij cum homine verſati eſſent, non inuentus eſt adiutor ei ſimilis in ſimilitudine hominis factus homo, hoc eſt Deus & homo. ſolus hominem amans, adiutor, Deus fortis, poteſtatem habens, princeps pacis.

Beſtiæ dum cōgregantur & beſtiæ congregatæ ſunt oues.

Adiutor quis dicatur homini ſimilis.

Oportet enim adiutorem eſſe fortiorem, minime egentem auxilij. Nam qui eſt adiutor, eſt adiutor in periculis & rebus aduerſis, vt qui vim repellat Et ideo dictus eſt Græcè βοηθὸς à vi repellenda. Quod quidem dicitur de ſola Eccleſia. Si autem omnem carnalem mulierem C exiſtimas nominari adiutricem hominis: quomodo noinuenimus poſt hanc adiutricem quæ modo non inuenimus poſt hanc adiutricem quæ facta eſt in Paradiſo, aliam quamcumque mulierem ſancti, aut ſanctam aut Propheriſſam, aut Patriarchæ coniugem appellatam adiutricem viri in tota diuina ſcriptura: Diligenter enim hoc ſcrutati ſumus & non inuenimus. Nam ſi commune nomen &, vt ita dicam, vniuerſale, eſſet in muliebri genere illud, Adiutor, fieri non poſſet: vt non ſitum eſſet in ſcriptura diuina: E t cum accepit ſibi adiutricem, aut Seth, aut Lamech, aut Noë, aut Abraham, aut aliquis alius. Sed in omnibus qui coniuncti ſunt cum D mulieribus ita poſitum innenies. Ille illam accepit in vxorem, non in adiutricem. Abſque vlla controuerſia vir potius eſt adiutor cuiuſuis mulieris, vt qui ſit eius caput, curator, & defenſor. Si autem fœmina eſt adiutrix maſculi, cur non magis mulieres in bellis ſtant in acie: ſed viri pugnant pro mulieribus: : & per maria currunt viri, & terram colunt, & omnium curam gerunt, & fœminas protegunt, nullam non machinam adhibentes & artem vt ſuis vxoribus opem ferant? Si autem tanquam craſſus & mater carnis dicis coitum maſculi adiumentum, E res ergo ſic debebat procedere, & non vt magis in cubilis congreſſibus tollerent vxores gladios ſuis coniugibus, vt cubile pararent aliis.

Adiutor quis ſit. βοηθὸς dicitur quaſi vià θέειν.

Nulla mulier inuenta eſt viri adiutrix in ſcriptura præter eam quæ facta eſt in paradiſo.

Vir eſt adiutor mulieris, non contrà.

Sed & Canis & Vrſa, & Leæna, & Hirundo, & omnes fœminæ animalium, deberent vocari aduitrices ſuorum maſculorum. Sed nō eſt ita, eſt ita non quandoquidem fœminam vniuſcuiuſque generis ſeu volucris, ſeu feræ, ſeu reptilis, vocaret ſcriptura adiutricem maſculi. Sed nequaquam hoc dici audiuimus in iumentis, aut beſtiis, aut natatilibus, aut volucribus, ſed in ſolo Adamo. Nam ſi dari oportet adiumentum ea animantia quæ ſunt ſubiecta manui hominis,

& in

& in quæ regoum obtioet, magis egent adiumento. Hic autem audiamus contrarium, quòd homini qui eſt princeps & Dominus, & cui ſunt omnia ſubiecta ſub pedibus eius, non eſt inuentus adiutor ſpiritualis, adiutor apud Deum, adiutor animæ, rectè curam gerens illius hominis illius, inquam, qui cecidit in latrones, & à Deo aufugit & fuit vulneratus, & euaſit prodigus. Qui autem tanquam hæreticus & inuidus aduerſus ea quæ dicuntur contradicit, non contra nos dicit, ſed contra ſpiritum ſanctum, & Chriſtum qui per os Pauli, quæcunque dicuntur de Adamo & Eua, refert ad Chriſtum & eccleſiam. Si autem dicit Iudæus legitimum quoque cultum eſſe adiutorem hominis, cuiuſmodi, quæſo, eſt is adiutor, qui omnem peccantem hominem ſtatim puniens citra condonationem, nulla acta pœnitentia tranſmiſit ad ignem æternum. Bona autem & clemens adiutrix ipſa Chriſti eccleſia, præbens peccatoribus locum & tempus pœnitentiæ & latrones & Magos, & Dei negatores & idololatras poteſt efficere ciues cœli & hæredes paradiſi ac regni cœlorum. Quomodo autem ipſa facta eſt & conſtituta ac nominata adiutrix & ſeruatrix mundi, audiat ſurda Synagoga ſuum Prophetam

Eccleſia Chriſti eſt hominis adiutrix.

" Moſem dicentem. ET MISIT Dominus Deus
" ecſtaſim in Adamum & ſopiit: & accepit vnam
" ex coſtis eius, & repleuit carnem pro ipſa: & æ-
" dificauit Dominus Deus coſtam quam accepit ex
" Adamo in mulierem, & adduxit eam ad Adamum.
" Profundam hic video dictionem & contemplatu difficilem, cùm ſint multa dubia in ijs quæ ſunt propoſita. Illud ante alia ab infideli & carnali Iudæo exigat eccleſia vt dicat, Quomodo cum Deus ſtaret iuxta Adamum, & veluti quadam medici arte, vt tu exiſtimas, ſecaret eius coſtam, dicit
" ſcriptura, Repleuit carnem pro ea, & adduxit eam ad Adamum, cùm neque Deus receſſiſſet, neque mulier quæ facta erat ex Adamo, ſed ambo ſimul eſſent, vnde adduxit eam Deus ad Adamum? Oportebat enim dicere, Ædificauit Dominus Deus coſtam in mulierem, & oſtendit eam Adamo. Illud enim Adduxit eam, ſignificat quòd poſtquam ipſa facta eſt, aliquò aufugit, & procul ſeparata fuit à ſuo viro, Deinde Deus eam conuerſam reduxit ad Adamum ſpiritualem & Seruatorem, concorporalem & eius coniugem eccleſiam. Quomodo enim Paulo antè dixit ſcriptura equorum & beſtiarum & iumentorum ductorem Deum adducentem ad Adamum in beſtias & volueres, ita nunc eum refert ſponſæ deductorem adducentem ſponſam ad ſpóſum Chriſtum. Sed reuertamur ad initium orationis, quærentes ex eo diſcere qui iubet & dicit, Quærite & inuenietis, Quomodo cum narraſſet nobis ſcriptura communem & indiuiduam & incorruptam hominis & mulieris creationem

Matth. 7.

" quando dixit, ET fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit ipſum: maſculum & fœminam fecit ipſos, poſtea narrat priuatim ac ſigillatim duas ſeparatas generationes, penitus diuerſas ac diſſimiles, & quæ inter ſe nullam habent ſimilitudinem, neque quod attinet ad modum, neque quod ad locum. Adamum quidem fecit extra Paradiſum in quodam loco inenarrabili, & ininterpretabili, & incomprehenſibili, ſicut etiam

Appendix.

alibi dixi. Deinde eum cùm eſſet extrà introduxit in Paradiſum. Mulierem autem intus facit in paradiſo. Quandoquidem Chriſtus quoque extrinſecus à Patre ex loco ignoto & ininterpretabili, cum eſſet Deus Verbum, ad nos eſt ingreſſus. Deinde eccleſiam quæ dicitur adiutricem fecit ex propria in ipſo coſta. Et ideo diuiſas & diſſimiles: Adami & Euæ generationes nobis refert ſacra ſcriptura, vt qui illum quidem ex terra inanima prius finxerit inanimum: & deinde Verbum ſuum & Deum, cùm eſſet inanimus, neque enim ex ſe eſt animal, animatum, cùm non eſſet animal animatum, produxerit: & deinde animarit, finxerit, & viuificarit: hanc verò ex animata animatam, & ex perfecta perfectam, & ex viua viuentem vitam fabricatus ſit & appellarit, hoc eſt, ei placuerit vt homo mente & anima præditus fieret Verbum. Factus enim homo animatus, eccleſiam ex ſe ædificauit, animatam ſpiritu ſancto. Si autem quæ dico irridet, corporea ſapiens Iudæus, ipſe nobis dicat, quomodo Deus omnipotens, qui omnes cœleſtes virtutes in momento temporis ſimul ita vt per ſe eſſent creauit, ſolum hominem & humanam multitudinem non ſimul finxit, neque ipſos duos, Adamum, inquam, & Euam? Vnde etiam cùm omnes feciſſet beſtias & animantia & volucres & piſces ſecundum genus, vt generarent maſculus & fœmina per mutuum inter ſe congreſſum & coitum, nequaquam in illis omnibus nominauit ſcriptura maſculum & fœminam, niſi in ſolo homine & Eua, dicens. Maſculum & hominem " fecit eos. Quod quidem nos docet admirabile myſterium. Dico autem myſterium Chriſti & eccleſiæ. Dicit enim, ET immiſit Deus exſtaſim in Adam. Non dixit, Miſit, ſed immiſit, hoc eſt, Ad hoc quod non habebat eſſentialiter, immiſit Deus & pater, ſed ad id quod per additionem ex diſpenſatione habuit per carnem. Exceſſit enim factus quod non erat, manens autem id quod erat. Deus Verbum, exceſſit cum eſſet nudus & incompoſitus, factus compoſitus Deus ſimul & homo. De qua ecſtaſi ſeu exceſſu & incarnatione dixit ei Propheta Abacuc, Diſſecuiſti in extaſi capita potentum, hoc eſt aduerſarum poteſtatum. Pro extaſi autem alius interpres dixit torporem, alius veternum, alius ſomnium. Torporantem veternus & ſomnus ſunt vitæ & mortis participes, vt ſi diceret, Prius immortalis & inſomnis Deus Verbum in exceſſu & exitu è cœlis carne ſuſcepta, carne etiam guſtauit ſomnum mortis factus homo. Sapientiſſimè autem dictum eſt, quòd Dominus Deus immiſit in ipſum hanc exſtaſim ſeu exceſſum, & ſopiit. Deus enim & pater proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit ipſum ad mortem, in qua exceſſit impolluta eius anima à ſanctiſſimo corpore ſeparata, cùm ipſe quoque exceſſiſſet à corruptione in incorruptionem, & à morte ad immortalitatem, habens verè admirabilem & ſpiritualem exſtaſim ſeu exceſſum. De quo dicit Deus, ET immiſit Domi- " nus Deus ecſtaſim in Adamum, & ſopijt, & accepit vnam ex coſtis eius. Et cur coſtam? Subiectum membrum dormienti eſt vna coſta præter cætera membra: alia autem eſt membra im-

Adā curſit ſatim extra Paradiſum.

Mulier, cur ſit facta in paradiſo.

Cur in ſolo homine maſculi et fœminæ meminit Deus.

Abac cap. 3.

Somnus torpor, et veternus ſunt vitæ & mortis participes.

Io. 3.

Duæ Adami coſtæ duæ ſunt eccleſiæ.

poſitum ſupernè. Oſtendens ergo Deus quòd coſta quæ fuit aliquando ſubiecta, nempe eccleſia, ſubucietur Chriſto, altera eius coſta, Synagoga, inquam, Iudæorum manente non ſubiecta, ea de cauſa dicit, quòd accepit vnam ex eius coſtis, vna enim aſſumitur, alia verò dimittitur. Duas ergo coſtas diximus, duas eccleſias, nempe eam quæ eſt ex gentibus, & eam quæ eſt ex Iudæis, quandoquidem propter eam quæ ſumpta eſt coſtam, & ædificatam in mulierem, dictum eſt de Chriſto. *Eph.5.* » Relinquet patrem ſuum » ſecundum carnem, nempe populum Iudaicum, » & matrem ſuam quæ ipſum peperit Synagogam: & adhærebit vxori ſuæ, quæ ex eo nata eſt coſtæ, eccleſiæ ſcilicet gentium: & erunt duo in carnem vnam. Chriſtus enim & eccleſia vna eſt conſenſio & conſonantia. Nos enim ſumus corpus Chriſti & membra ex membra, & carnes & oſſa.

Duæ coſtæ Adami, ſunt diuinitas & humanitas Chriſti.

Dici poſſunt etiam duæ coſtæ Chriſti ſecundi Adami, eius diuinitas & humanitas, altera quidem, nempe caro, ſubiecta & ſuperata à ſomno mortis. Diuinitas verò non ſubiecta & ſuperata à ſomno mortis, ſed altior, ſubiecta altera coſta carnis. Quam quidem cum accepiſſet Deus, ædificauit eam in mulierem eccleſiam: & pro ea repleuit Chriſti carnem. Nam cùm nos impertiuiſſet diuinitate, viciſſim à nobis accepit carnem. *Pſal.88.* De qua permutatione Deo dicebat Dauid, » aduerſus Iudæos exclamans & di» cens. Exprobrauerunt commutationem Chri» ſti tui, hoc eſt, carnem filij affecerunt probro & » contumelia. ET IMMISIT DEVS extaſim in » Adam, & ſopiit, & accepit vnam ex coſtis eius.

Ex Chriſti morte proceſſit eccleſia.

Per hoc diſcimus quòd in Chriſti morte exorta eſt & in lucem proceſſit eccleſia, quæ quidem eſt coſta. Quamobrem Chriſtus quoque poſt mortem punctus in vno latere tanquam ex ſcaturigine emiſit ſanguinem & aquam, Hoc eſt, myſterium & regenerationem eccleſię per ignem & aquam.

Sãguis & aqua ex latere Chriſti ſignificant regenerationẽ eccleſiæ per ignem & aquam.

Et non fuit ſanciatus in altero latere. Quid enim fuit impedimento Iudæorum inſaniæ, quo minus pateretur Dominus in vtriſque? Sed vt diſcentes quod coſta Iudæorum eam non nouit mulgere, ea de cauſa, Chriſtus vulneratur in vna. Vnam autem coſtam accepit Deus Verbum. Quoniam autem ex ſola matre ſuper naturam carnem ſuſcepit abſque viro, & repleuit carnem non ſeminatam pro illa coſta quæ ſumpta eſt ex Adamo in vxorem:

Cur in vno ſolo latere vulneratur Chriſtus.

Poſtquam dixit, ET ædificauit Dominus Deus coſtam, faciens perfectum punctum magnus Clemens, & tunc verſus faciens initium, ſubiunxit, QVAM accepit ab Adam in mulierem, & mihi videtur piè admodum attendiſſe dictionem.

Clemens quem intelligat & punctis diſtingunt, Et ædificauit Dominus Deus coſtam.

Nam Theodotion quoque ſic diſtinxit idem Verbum, vt ſit id quod dicitur. Et ædificauit Dominus Deus, & ornauit, venuſtámque & lepidam effecit, & ſanctificauit coſtam carnis quam accepit ab Adamo ſibi in vxorem, nempe eccleſiam. Cur dicit Paulus, DESPONDI VOS vni viro exhibere virginem.

Coſta ex Adamo accepta eſt eccleſia.

Vnde etiam Deus vnitus & deſponſus huic coſtæ, ait per Prophetam adultere Synagogæ.

2.Cor.11.

Non ſum amplius vir tuus: & tu non es amplius vxor mea. Quod ſi vis etiam diſcere ædificium huiusce coſtæ à Deo coniunctæ, quæ fuit aliquando deſerta & derelicta, audi ei vnitum angularem lapidem firmum & illabefactabile fundamentum Chriſtum dicentem. *Matth.16.* Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & portæ inferni non præualebunt aduerſus eam. *Eph.2.* Fuit enim ædificata ſuper fundamentum fidei Prophetarum & Apoſtolorum, qui ſunt boni operarij Sapientiſſimi ædificatoris.

Eccleſia, nempe coſta, quando fuit ædificata.

Quando autem hæc vna coſta eccleſia fuit ædificata? Eſt perſpicuum, quòd quando altera coſta fuit derelicta, & diſſolutum fuit ſecundò templum Iudaicum. Quod quidem cum eſſet tanquam vna coſta Adami Chriſti, manifeſtè, id prius deſcribebat nomen primi parentis.

Adamus ad calculum reductus quem efficiat numerum.

Nam ſi ad calculum reducatur nomen Adami, conficit numerum quadraginta & ſex. Templum enim Iudaicum, quod à Romanis fuit dirutum, ædificatum fuerat quadraginta ſex annis. ET ædificauit Dominus Deus coſtam quam accepit ſibi ab Adamo in vxorem, & duxit eam ad Adamum, » videlicet poſt ſuſcitationem qua ſeipſum ſuſcitauit. Non ſcriptum eſt enim, ET excitauit Dominus Deus Adamum, & duxit ad ipſum mulierem. Habet fidelis etiam de huius poſt Chriſti reſurrectionem eccleſiæ ad ipſum aduentu in Euangeliis apertam demonſtrationem. Quando enim ſurrexit à mortuis, tunc præcepit Apoſtolis dicens. » Euntes in mundum docere omnes gentes, baptizantes » eos in nomine Patris & Filij & Spiritu ſancti. *Matth.28* Euntes colligite meos filios diſperſos, membra » diſperſa. Vnite meas carnes diuiſas. Coniungite mea oſſa diſſoluta. Adducite ad me coſtam quæ eſt à me ſeparata. Vocate ad me vxorem meam quæ abducta eſt captiua, Ædificate eam rurſus in meam coniugem eccleſiam. *Daniel.7.* Coniungite mihi, qui ſum lapis exciſus ex monte ſancto » ſine manibus, illos lapides, de quibus dicit Eſaias, Sancti lapides voluuntur ſuper terram. Per quos ædificata coſta Chriſti eccleſię, & coniunctis membris cognatis carnis ſuæ, & coactis ac conſtrictis nobis qui ſumus eius oſſa vnione ad ipſum & coaleſcentia fidei, videns adeò pulchrè à Deo ædificatam concorporalem & coniugem ſuam coſtam eccleſiam, quando eam ad ſe duxit Deus & Pater, dixit ſecundus Adam poſt eius à mortuis ſuſcitationem, HOC nunc os ex » oſſibus meis, & caro ex carne mea. *Eph.5.* Ei ergo qui ad literam ſolum nudas attendit dictiones quæ dictæ ſunt, valde diſcrepantia & contraria ſunt verba rebus. Nam quandiu quidem membra corporis ſunt vnita in corpore, poſſumus dicere de vnoquoque eorum, HOC nunc os ex oſ» ſibus meis, & caro ex carne mea. Quando autem ex cauſa aliqua fuerit ablatio & diuiſio alicuius membri à corpore, non habet amplius locum dicere, HOC nunc os ex oſſibus meis, » & caro ex carne mea: ſed hoc fuit aliquando os ex oſſibus meis, & caro ex corpore meo.

Nunc autem non eſt amplius os meum neque caro mea, ſed diuiſa eſt, ablata, exciſa, ab alienata eſt ab oſſibus meis & carne mea. Hic autem in hac admirabili & ſtupenda coſta Adami qui dicitur, è contrario res dicuntur. Nam ante ablationem & diuiſionem coſtæ quæ ſumpta eſt, & egreſſa ex corpore eius, non diximus ipſam os ex oſſibus eius, neque carnem ex carne

ne eius. Quando autem ſumpta eſt & nata ex corpore eius, & facta eſt tanquam corpus eius, ad ipſum eſt adducta, & tunc dicit, Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea ſcilicet eiuſdem generis. Vnde per hoc quòd dicit & addit illud Nunc, oſtendit nobis, quòd prius non erat hæc coſta Iudæorum, neque os ex oſſibus eius, neque caro ex carne eius, veri, inquam, Adami. Et ſi dixiſſet quidem, Hoc os ex oſſibus meis, locum haberet Iudæus intelligendi ad literam id quod dicitur. Addito autem illo Nunc, apertè nobis oſtendit quòd ex quo exceſſit ſecundus Adam pulchro & beato & immutabili exceſſu, & dormiit, nos omnes viuificantem triduanam ſuam mortem, & peperit pulchram ſuam eccleſiam, coſtam concorporalem: & ædificauit eam in ſuam vxorem: & adduxit eam Deus ab errore conuerſam ad Chriſtum. Donec hæc omnia facta ſunt, nondum erat os ex oſſibus eius, & caro ex carne eius.

Illud ergo Nunc, dicitur propter aduentum; quando cùm eſſet prope Adamum, ei eſt propinquitate coniuncta, & vnita, & deſponſa, & copulata. Et ideo ab ipſo, Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea, mea, inquam, Chriſti, ex quo etiam nata eſt. Et ideo audit etiam, Ad VIRVM TVVM conuerſio tua: & ipſe tanquam Dominus omnium dominabitur. Sed in ſex quidem dierum creatione, vltimum creat & fingit hominem. In ea autem quæ fuit poſtea, eum primum inducit, & deinde res quæ eccleſiæ referunt imaginem. Nam primum quidem carnem ſuſcepit, Chriſtus, & deinde facta eſt eccleſia, in qua beſtiæ ingreſſæ ſunt vltimæ. Ipſi Chriſto qui introduxit ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

EIVSDEM LIBER DECIMVS.

IPSA vocabitur mulier, quoniam ſumpta eſt ex viro ſuo. Et cur ſtatim mulier, & non magis conuenienter ordini incrementi corporum, primum infans, deinde puella, deinde filia, deinde adoleſcentula, & tunc mulier, ſed ſtatim perfectam vocat mulierem, hoc eſt, rem perfectam, matronam, matremfamilias, matrem, nutricem & genitricem, & multos habentem filios. Quamobrem dicit, Ipſa vocabitur mulier. Atqui iam dixit eam à Deo ædificatam in mulierem: & deinde adductam ad Adamum. Sed vt oſtenderet quòd hæc referuntur ad eccleſiam quæ in vltimis ſeculis fuit deſponſa Chriſto, ea de cauſa in verbo futuro ponit dicens, Ipſa aliquando vocabitur mulier, quoniam ipſa ſumpta eſt ex viro ſuo.

Atqui quod ex viro ſumitur aut naſcitur, non dicitur viri mulier aut vxor, ſed filia aut nata, aut filius aut fœtus, quomodo etiam in animalibus & volucribus & beſtiis omnis caro quæ ex carne procedit, videlicet ſubſtantia ex ſubſtantia eiuſdem ſimul eſſentiæ, fœtus dicitur & filius.

Hic autem non dicit ita de carne coſtæ quæ ſumpta eſt ex viro eius. Ecce alia rurſus dubitatio. Nondum enim erat vir eius Adam: nondum fuerat coitus aut copula, & quomodo dicit quòd ea ſumpta ſit ex viro ſuo. Eſt ergo omnibus modis perſpicuum, quòd ad Chriſtum potius, & ad ab ipſo genitam & ei vnitam eccleſiam hæc referuntur & prædicuntur. Etenim ſolus Chriſtus eſt & genitor & vir ſuæ vxoris & ſponſæ eccleſiæ. Nonnulli autem ex Commentatoribus, hæc quoque ſic viſi ſunt audire de eccleſia. Erat, inquiunt, prius vnita Deo quando facta eſt hominum à natura. Deinde ex viro eius ſumpta eſt ipſa, ſeu abſtracta & euulſa. A Diabolo enim fuerat adducta in captiuitatem idololatriæ. Quando ergo eam conuerſam deduxit Deus qui fuerat aliquando vir eius, ad ſeipſum, ſecundum, inquam, Adamum, dixit, Hoc nunc poſt conuerſionem os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea. Ipſa vocabitur mulier ſeu vxor mea, qui ſum primus parens coniux Chriſtus. Quoniam ex me Chriſto qui ſum vir eius ſumpta eſt furto ſurrepta, & nunc reuertitur, fuit enim ſub alio viro, nempe Diabolo, & adultera. Si autem contradicit Iudæus, debent noſtri hoc ſcire, audientes omnino Deum in lege vxorem aliquando nominantem Synagogam: & nunc quidem ei dicentem: PVDOREM exuiſti apud omnes, hoc eſt à me defeciſti, vnita omnibus Diis idolori, fornicata es & adoraſti omnem creaturam.

Et ideo rurſus ei dicebat, non ſum amplius vir tuus: & tu non es amplius vxor mea, quoniam amplificata eſt fornicatio tua ſuper Sodomum ſororem tuam. Et mille alia eiuſmodi, tanquam adulteræ cernitur Deus dicere Synagogæ in lege. Quòd ſi Iudæus ea quæ à me dicuntur tolerantet audit & patitur, oſtendo ei quod etiam eius vxor Synagoga ex carne eſt creata, ſicut etiam eccleſia, vt quæ ſit orta ex circunciſione præputij Abrahæ primi parentis Iudæorum: quomodo Chriſti eccleſia ex carne coſtæ Adami. Sed caro illa, præputium, inquam, Abrahæ, obiecta fuit cum primum eſt circunciſa, & humi fuit conculcata: prædicens eiectionem Abrahamici generis Iſraëlitici. Caro autem coſtæ à Deo honorata, tanquam vita à vita, non fuit eiecta, ſed ſtatim manu Dei fuit ædificata in mulierem, perfectam, nempe Dei eccleſiam. Quamobrem ſicut caro illa & ſemen circunciſionis, duas appellationes habuit per mulierem, Saram, inquam, primum, deinde Sarram. Ita etiam Dei eccleſia Eua duo accepit nomina: ſecundum autem priori ſupta modum melius & excellentius. Primò enim nominata fuit mulier. Deinde poſtea vita. Quam etiam per typum exprimes vxor Abrahæ, vocata eſt primum Sara, hoc eſt Dux & Princeps. Deinde Sarra, id eſt abundans liberis. Imperauit enim omnibus eccleſia, cùm multos peperiſſet fideles. IPSA vocabitur mulier quoniam ex viro ſuo ſumpta eſt. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Propter hoc. Quid eſt hoc Propter hoc? Hoc eſt, propter id quod ſumpta eſt ex viro. Propterea, quòd ſit eius coſta, caro,

Fœtus & filius quid dicatur.

Eccleſia dicitur mulier ſumpta ex viro.

Solus Chriſtus eſt & genitor & vir ſuæ ſponſæ eccleſiæ.

Mulier ſumpta ex viro, id eſt ſurrepta et adducta ad captiuitatem idololatriæ.

Hier. 3.

Oſee. 3.

Synagoga creata eſt ex carne circũciſionis, ſicut eccleſia ex carne coſtæ Adami.

Sara ex qua circũciſio duo habebat nomina Sara & Sarra.

Eua, id eſt eccleſia, duo habebat nomina, nempe mulieris & vitæ.

& os, & membrum, & pars, & veluti partus & fœtus & generatio. Propter hoc verus ille & ſolus Deus & homo negar patrem & matrem » ſuam. Dixit enim, Mater mea & fratres mei ij ſunt qui faciunr voluntarem meam. Et, adhærebit vxori ſuæ. Vxorem eius illam dico, quæ proceſſit ex eius latete & carne & ſuis oſſibus, quæ eſt ſola vxor Adami ſpiritualis.

Matth.12.

Eccleſia ſola proceſſit ex viro ſuo.

Nulla enim alia mulier proceſſit ex viro ſuo niſi illa ſola. Nam cæteræ omnes in mundo mulieres, procedunt & generantur ex mulieribus. Deinde alienis & externis viris iunguntur matrimonio. Neque tamen adhærent & conglutinantur. Nam quod adhæret & conglutinatur, nullam neque loco neque modo habet diuiſionem, neque diſiunctionem ab alio: ſed ſemel ita eſt congluonatum, vt aer luci, vnitur, & ferrum igni, & tinctura purpuræ chlamidi, & anima indiuiduè eſt vnita corpori. Intelliges autem per hanc vxorem & viri cum ea adglutinationem & adhæſionem, eam adglutinationem & adhæſionem Dei Verbi quæ per hypoſtaſim fit cum noſtra natura, quæ quidem eſt genitrix eccleſiæ, quoniam membra ſumus corporis eius ex carne eius, & oſſibus eius, conuenienter voci Pauli: Quo fit vt quodammodo Adam ſit & pater & maritus ſuæ vxoris, ſicut etiam Chriſtus eccleſiæ. Pater quidem, vt ipſam generans per aquam & ſpiritum. Maritus autem, vt qui Verbi ſemen in eam deijciat. Per quem multos atque adeò innumerabiles bos filios, filios, inqnam, gentium ei peperit, & enutriit, & auxit, & multiplicauit. Hoc enim modo etiam Chriſti adiutrix dicitur eccleſia: eo quòd ipſa poſt eius aſſumptionem generet, & doceat, & illuminet, & prædicet, & conuertat gentes ad Deum. Etenim quoniam prior Synagoga mulier fuit adultera: & ipſius filij quos Deus genuit & in altum extulit eum ſpreuerunt: propter hunc actum, reliquit Chriſtus patrem ſuum, nempe populum Iudæorum, & matrem ſuam Synagogam, & adhæſit vxori ſuæ, quam ſumpſit ex gentibus, & fuerunt duo in carnem vnam voius populi. Myſterium hoc magnum eſt ego Paulus dico, In Chriſtum & eccleſiam hæc fuerunt præfigurata & prius deſcripta. Quænam ea, Ea ſcilicet quæ ſcripta ſunt de Adamo & Eua, eius ſcilicet fictio, in eam inſufflatio. Poſitura io paradiſo ad operandum & cuſtodiendum. Pręceptum de animalibus datum Adamo, ingreſſus in paradiſum, ſomnus, ecſtaſis, coſta ædificata, eius adductio, & tanto magis caro. Propter quæ etiam dictum eſt, Propter » hoc relinquet homo patrem & matrem & adhæ» tebit vxori ſuę, & erunt duo in carnem vnam. My» ſterium hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & eccleſia. Nam ſi ſpectetur litera, non ſunt vir & mulier coniugati vna caro ſubſtantia. Eſt autem etiam longe imbecillior caro mulieris carne viri. Et quomodo vna? Sed nec omnis vir deſiderat & honorat ſuam vxorem pluſquam patrem ſuum & matrem. Vnde etiam licet in dies videre innumerabiles qui relinquunt ſuas vxores, & tranſeunt ad alias. Patrem autem aut matrem non facile poteſt quiſquam negare aut relinquere. Atqui Dominus Chriſtus poſtquam fuit nobis vnitus, vous fuit hypoſtaſi, cùm propriam

Adhæret & conglutinari quid ſit.

Epheſ.5.

Chriſtus eſt Pater eccleſię per baptiſmū, maritus per ſemen Verbi ſeminatum.

Eccleſia, quomodo ſit adiutrix Chriſti.

Chriſtus reliquit patrem populum Iudæorum, & matrē Synagogā.

Caro viri & mulieris quomodo vna in Chriſto & eccleſia.

reliquiſſet tribum ac cognationem, & tranſiiſſet ad Græcam ſeu gentilem. Si autem vna eſt caro vir corporalis & mulier, omnino oporteret, ſi vir ſit infirmus, infirmam quoque eſſe mulierem, & rurſus ſi mulier affligatur aut ſeneſcat, ſimul etiam carnem viri tabeſcere: & ſi vir decedat, ſimul quoque mori vxorem. Quoniam autem ea loqnor quæ faciunt ad cauſam Chriſti defendendam, & ſuæ coniugis eccleſiæ, arma ſumo aduerſus Iudæos. Dicat ergo mihi Iudæus, Si homo & vir ſunt in carnem vnam, quomodo non dixit, Et in vnam animam, quod quidem erat aliis magis neceſſarium? Ideo planè quoniam altera eſt Domini anima, nempe rationis particeps & intelligens, & alia eccleſiæ, nempe ſpiritus ſanctus. Quod autem diuerſas carnes habeant viri & mulieres, audi Deum dicentem. Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, propterea quòd ſint ipſi carnes, vt qui planè inſaniant in fœminas. Et rurſus dicit, Effundam ex ſpiritu meo in omnem carnem, & videbit om» nis caro ſalutare Dei noſtri. Audi ergo Paulum ciuem paradiſi cuius eſt æterna memoria, dicentem Chriſtum & eccleſiam eſſe in carnem vnam, & Adami & Euæ exemplum ad ipſos referentem. Dicitur autem etiam aliter ſi vis, Eua vita ad imaginem animæ viuificantis. Hæc ergo duo, corpus, inquam, & anima fiunt vnus homo, & ſic perfecte impletur illud, Erunt duo in carnem vnam, eſt enim ex duobus Chriſtus, Deus ſimul & homo. Ipſe quoque aduertes quòd in ſexto die creationis ſex dierum, hæc tunc dicebantur & fiebant à Deo, quoniam eo ſexto die ſeculi finem acceperunt in Chriſto & eccleſia, nihilominus in quarto die de Sole & Luna differentes, oſtendimus illud, Et erunt duo in carne vna, intelligentes duo luminaria de Chriſto & eccleſia. Nam Sol quidem creditus eſt eſſe ſiccum & terrenum terræ elementum: Luna autem ſpiritus venti, in loco ſpiritus animæ. Vnito ergo limo terræ & ſpiritu, efficiuntur duo in vnum hominem. Fortaſſe autem magis myſticus ſenſus orationis habet hoc modo. Quandoquidem Chriſtus habitat in nobis, conuenienter ei quod ſcriptū eſt, Inhabitabo in ipſis & inambulabo: ea de cauſa omne cor mundum vnitum Deo Verbo, ambo ſunt duo in vnam carnem. Nam qui Deo adhæret, eſt vnus ſpiritus. Non ſolum autem in rebus ſed etiam in ipſis verbis licet audire diuinam ſcripturam coniungentem & vnum facientem Adamum & Euam, tanquam vnum hominem, in typum Chriſti & eccleſiæ. Faciamus » enim, inquit, hominem ad imaginem & simili» tudinem noſtram. Ecce cùm in vna perſona dixiſſet hominum, ſubiunxit dicens, Et imperent piſcibus maris. Illud autem Imperent, eſt vox dualis ſeu pluralis, vnitate in binario, & binario in vnitate eos coniungens. Et rurſus dicit. Et fecit Dominus Deus hominem, ad imaginem Dei fecit ipſum, hoc eſt eum qui eſt vnus & ſolus tanquam in duobus. Idque eſt perſpicuum ex iis quæ ſubiungit. Maſculum & fœminam fecit eos. Ecce, duos qui ſunt in vnam carnem, vnum dicit hominem. Porrò autem in præcepto quoque de veſcendo & abſtinendo, licet audire Deum idem dicentem, nem-

Altera eſt anima Domini altera eccleſiæ, nēpe ſpiritus ſanctus.

Gene.6.

Ioel. 2.

Ephеſ.5.

Chriſtus ſimul Deus & homo.

2.Cor.6.

Cor mundum Deo Verbo vnitum, duo ſunt in carnem vnā.

pe

pe vnum hominem cùm ſint duo De omni ligno quod eſt in paradiſo comedes alloquendo hominem. De ligno autem cognoſcendi bonum & malum ne comedatis. Quo autem die de eo comederitis, morte moriemini. Vides hic quoque rurſus diuerſas perſonas nominari vnum hominem, hoc eſt, vnitatem agnoſci in binario, propter naturæ ſimilitudinem. Hic docetur, dogmáque & magna arma validúmque trophæum refert eccleſia aduerſus Iudæos, qui nos accuſant quòd ſtatuamus tres Deos, & barbaros qui nobis dicunt, Si Deus eſt ex Deo, ex Deo autem eſt filius: quomodo fieri poteſt vt duo ſint vnus Deus. Quibus rectè aptéque & appoſitè dici poteſt. Si Eua ex Adamo eſt, homo ex homine, quomodo dicit Deus duos vnum hominem? Si ex me quæras quomodo trinitas in vnitate: dic mihi quomodo binarius in vnitate dicuntur duo Protoplaſti? Dicit enim. Fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit ipſum, hoc eſt, vnum hominem. Masculum & fœminam fecit eos. Ecce vnum dixit diuerſas perſonas. Igitur quomodo Eua ex Adamo progreſſa, vnus homo cum ipſe à Deo eſt appellata: Ita etiam filius progreſſus à Patre, & Pater eſt vnus Deus. Sed neque ſunt duo Dij nec dicuntur. Hæc autem fuſius à nobis dicta ſunt in verbis Ad imaginem in quibus adduximus plurima diuinæ ſcripturæ teſtimonia, in quibus Deus nominat innumerabiles hominum perſonas vnũ hominem, vt cùm dicit, Delebo hominem quem feci. Si autem innumerabiles perſonæ naturæ humanę dici poſſunt vnus homo propterea quòd eſt eadem eſſentia: multo magis tres perſonæ diuinitatis poſſunt intelligi & prędicari vnus Deus, propterea quòd eſt eadem natura & nullo diſtincta diſcrimine. Ita etiam Iſraël in ſexcentis millibus perſonarum in vna perſona nominatur vnus Iſraël. Ita etiam Aſſyrius: Ita etiam Perſa: Ita etiam Iſmael in infinitis millibus perſonarum dicuntur in vna perſona, quomodo vnus nominatur homo cum multæ ſint hypoſtaſes ſeu perſonæ, Perſa, inquam, Aſſyrius, Iſmaël. Quamobrem nulli eſt reprehenſioni affinis fides Chriſtianorum, nominans tres, quæ ſunt eiuſdem ſimul eſſentiæ, diuinitatis hypoſtaſes vnum & ſolum Deum, non autem tres Deos. Cùm huc vſque orationis noſtræ arma ſtrinxerimus aduerſus eos qui tres Deos dicunt, redeamus ad ſeriem conſequentiæ, conſiderantes quænam ſit virtus præcepti, quod ſic dicit, Ex omni ligno quod eſt in paradiſo comedes. Paradiſum autem, vt exiſtimo, nominat illum ipſum Adamum propter eam quæ eſt in ipſo circuitionem per Dei participationem. Ligna autem paradiſi, quæ in ipſo ſunt plantatæ, intelligentia percipiendas & vitales virtutes. Eis vtere verbo iubente: ſed vt tibi data ſunt, & pro natura quam habent ligna, vt quæ ſint ſcilicet in ſenſilia & immobilia ad omnem beluinam affectionem. De rebus autem ſenſilibus, quæ ad hoc & illud diuiduntur, tanquam ad bonum & malum, quæ quidem diſtributa ſunt animantibus, non comedes.

Diuerſæ perſonæ nominantur vnus homo.

Trinitas defenditur aduerſus Iudæos.

Gen. 6.

Perſonæ innumerabiles dicũtur vnus homo.

Paradiſus eſt ipſe Adamus. Ligna Paradiſi ſunt virtutes.

Nam vnius formæ dictionem Verbum ei largitur, tendentem ad vnum Dominum. Quæ autem ſunt varia & diſpergi poſſunt, conueniunt, inquit, iis qui viuunt præter hominem. Et erant ambo nudi, Adam & vxor eius, & non erubeſcebant. Si ante tranſgreſſionem quidem diceretur hæc nudatio in Protoplaſtis, dici poſſet eam eſſe vituperabilem nec laudandam. Quoniam verò ſtatim ab ipſo ortu & creatione fuit cum eis nuditas, ante omnia quidem, ad Iudæum me conuertens, cupio rurſus ex ipſo diſcere, quomodo nulla alia natura à Deo facta nuda, opus habuit tegumento niſi ſolus homo? Nam & Angeli, & feræ, & iumenta, & volucres, & quadrupedes, & maximè reptilia à Deo creata ſunt nuda. Neque vllum ex iis à Deo fuit indutum niſi ſolus homo. In ipſis ergo Protoplaſtis nudationem intelligis, idque ſimul & typicè & præfiguratiuè à Deo factum eſſe in Chriſto & eccleſia in initiis. Non enim qui omnem eſſentiam tuam ratione præditam quàm expertem rationis eſt fabricatus per ſe indutam, non poterat facile efficere hominem non egentem integumentis. Sed quoniam Deus Verbum qui erat ab initio nudus & incompoſitus, à Deo erat componendus & induendus pelliceam noſtræ carnis tunicam, caro factus & habitans in nobis, ideo Deus Adam hominem ſecundi Adami prototypum nudũ condidit, & eius coniugem mulierem, imaginem eccleſiæ ipſo rurſus indutæ. Nam quicunque, inquit, in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Et ideo dicit ſcriptura, Et erant ambo nudi Adam & eius vxor, & non erubeſcebant. Vbi enim nondum factum eſt peccatum, illic non verſatur pudor. Pudor enim eſt fœtus peccati, & vbi eſt pura & munda natura, & nuda ab omni peccato aduentitio & indumento veteris hominis, illic nullus ingreditur pudor. Facti ſunt ergo Protoplaſti nudi ab omni labe, macula, inquinamento & vulnere: & ea de cauſa non erubeſcebant. Nondum enim ſciebant illud propter quod eſt pudor. Si autem etiam in Deo Verbo vis audire illud, Pudore non efficiendum, audi eum ſeipſum nominantem iudicem iniquitatis, nempe condemnantem iniquam mũdanam peccati irruptionem, neque Deum timentem. Deus enim eſt neque verens hominem, vt qui rectè iudicet & citra vllam perſonarum acceptionem. Et ideo dicebant qui erant in cathedra Sadducęi, Magiſter quòd rectè iudicas, & perſonam non accipis, Dic de cenſu. Itaque quando erat quidem nudus Deus, non ſuffundebatur pudore. Quando autem carne ſuſcepta non amplius erat nudus, afficiebatur pudore, & pudore contempto crucem pro nobis ſuſtinuit. Et ideo à Iudæis pulſatus, flagris cæſus, & conſputus dicebat, Tergum meum dedi ad flagella, genas autem meas ad alapas, faciem autem meam non auerti à pudore ſputorum. Et rurſus idem Ieſus per Prophetam dicit Patri, Tu ſcis improperium meum, & pudorem meum, & reuerentiam meam. Quoniam pudor vultus mei cooperuit me. Si autem tanquam carnalis, de pudore corporali hæc intelligis in nudatione Adami & Euæ, dic mihi, cùm nullus alius adeſſet cum eis, cuiuſnam erant pudore afficiendi, maximè ſi neſciebant ante tranſgreſſionem myſterium partium liberos procreantium, & quod ſit diſcrimen eorum formationis, neque quòd eæ

Solus homo à Deo fuit indutus.

Adam à Deo indutus figurabat carnẽ, à Deo Verbo ſuſcipiendam.

Eua à Deo induta ſignificat eccleſiam per baptiſmũ, Chriſto induendam.

Pudor eſt fœtus peccati.

Parabola Iudicis iniqui de Chriſto intelligitur.

Luc. 18.

Luc. 20.

Deus Verbũ incarnatum afficitur pudore.

Eſa. 50.

Pſ. 68.

Adam & Eua non poterant pudore affici.

factæ ſint ad coitum & nuptialem congreſſum, & à Deo facti ſint maſculus & fœmina? Qui ergo ea nondum ſciebant, quonam erant perfundendi pudore? Quamobrem ſine controuerſia referenda eſt nuditas ad Chriſtum & eccleſiam. Erant enim ambo nudi in initio. Deus quidem Verbum, nudus ab humanitate, eccleſia autem nuda à diuinitate, Chriſtum nondum induta. Cæterum non erubeſcebat antequam eſſet tranſgreſſa, partim quidem vt pura, etiam parata ad incorruptionem. A natura enim habet pudor vt conſiſtat in figuris & corporibus in quæ omnino cadit corruptio & interitus, & ſunt materialia partim autem vt quæ nuda & aperta facie Domini vultum contemplaretur. De qua laudabili nuditate dicit Diuus Paulus. Ingemiſcimus, habitaculum noſtrum quod eſt ex cœlo ſuper indui cupiétes, nempe futuram corporum incorruptionem, Siquidem induti, non nudi inueniamur. Non nudi à gratia ſancti ſpiritus, quam nuditatem vt efficiat innatum eſt tunicæ malorum actionum, qua indutus fuit ille qui eiectus eſt è nuptiis, quam non ferebant qui prius erant nudi Protoplaſti: neque rurſus ille iuſtus, » & nulli affinis reprehenſioni, & pius Iob. Et » ideo dicebat, Nudus ab omni peccato exiui ex » ventre matris meæ: ab eo quoque nudus recedam. Num autem & Dominus & nos poſt reſurrectionem in ea corporis nuditate nullo pudore perfundendi erimus, ipſe quoque aduer» tes & adnotabis. Serpens autem erat pru» dentior omnibus beſtiis quæ ſunt ſupra terram. Quod quantum quidem attinet ad prudentiam, quæ eſt in voce & natura non ratione prædita, multi ſunt animalia ſerpente prudentiora, nemo qui ſapit contradixerit. Neque enim domum cuſtodit, neque gregem vnquam ſeruat & canis. Non fure, abigit, nec terret feras. Non curat veluti quadam arte medicinæ vulnera.

Nudi erãt Chriſtus & eccleſia.

2. Cor. 1.

Matth. 22.

Iob. 1.

Multa animalia ſunt ſerpẽte prudentiora.

Neque ſuo Domino priuatus, eiulat & deflet eum requirens. Neque rurſus quod Sphinges & Simiæ, poteſt vnquam Serpens imitari & effingere figuras geſtuſque & ſtudia hominum. His enim animantibus humanæ naturæ ferè nihil deeſt, niſi ſolum oratio. Nam naturali quodam habitu habent & rerum & figurarum quas vident imitationem & exercitationem. Et ideo Simiæ Græcè dicuntur, πίθηκοι, ὅτι τὰ ἤθη [illegible], id eſt quoniam omnes mores exprimant. Neque abominetur auditor huius animalis appellationem tanquam indignam auribus eccleſiaſticis. Audimus enim eorum quæ ſunt his minora in lege fieri mentionem ab ipſo impolluto ore Dei. Quinetiam in tertio libro Regum inuenimus nauem Salomonis ſingulis annis venire ex Tharſis, quæ eſt Heſperia regionis Occidentalis, & ferre ad eum aurum & huiuſmodi animantia. Non eſt ergo, vt oſtenſum eſt, ſerpens prudentior omnibus beſtiis terræ. Quamobrem vel Diabolum dicit ingreſſum, vel ipſum nudum appellat ſerpentem ſcriptura. Mihi autem videtur prius melius ſecundo. Symmachus enim & Aquila, pro prudentior, dixerunt callidior, quod quidem propriè intelligitur & dicitur de doloſo noſtro aduerſario. Si autem quæris cur non nudè hæc Deus tunc eſt locutus, ſed pro Diabolo nominauit ſerpentem, apertè diſce quòd cum mala & libidinoſa gente loquens, noluit apertè Iſraëli neque quę ad Angelos ſpectant, neque quæ ad Satanam qui conculcauit Euam, ne eum colerent & adorarent tanquam Deo fortiorem, vt qui poſſet ſua prudentia Protoplaſtos à Deo ad ſe attrahere. Tu autem cùm audieris quòd ſerpens erat prudentior omnibus beſtiis terræ, ſcias quod ſuper omnem humanam prudentiam eſt longè fortior Diaboli calliditas. Quamobrem dicebat nobis Dominus, Eſtote prudentes ſicut ſerpens. Nam quoniam genti quæ facile poterat perſuaderi, in vertice illius montis Sinai Deus Per Moſem legem, cùm hæc ſcriberet, ea de cauſa terrere volens incredulum Iſraelem, eis deſcribit legem quæ data eſt Adamo, & tranſgreſſionem, & pœnas, & ſententias, & incondonabiles exterminationes, & illas horrendas aduerſus ſerpentem execrationes, & dolores & gemitus mulieris & ſudores, & terræ execrationem, & eius ſpinas & tribulos, & mortis ſententiam, & in terram ex qua ſumptus eſt reuerſionem, & interitum hominis ac diſſolutionem. Quæ quidem omnia paſſi ſunt Protoplaſti, quoniam ſcelerato ſerpenti obedientes conati ſunt ſeipſos Deos facere, in contemptum & defectionem ab vno & ſolo vero Deo, rapinam arbitrati Deo eſſe æquales, hoc eſt, aſcenſionem & in altum elationem, & ſuper angelos extenſionem ſi Dij fierent. Hoc enim tacitè ſignificabat conſilium dicens, Eritis ſicut Dij cognoſcentes bonũ & malum, & ſcilicet vltramentem angelicam, ſi facti eſſent Dij. Hæc autem omnia exponebat Deus populo, eos repellens & veluti reprimens à defectione qua ſtatim laborarũt in Horeb, cùm hi ſermones adhuc Moſi dicerentur in monte, & etiam ab aliis poſtea ſecutis idololatris, quæ illinc acceperunt initium tranſgreſſionis ab illo mali auctore ſerpente, & à ligno quod dicitur inobedientiæ. Et fortaſſe ea de cauſa Deus ad eos admonendos & ad reuocandum eis in memoriam ea quæ facta ſunt in paradiſo, eis diuerſa vnanimiter exhibuit prodigia per ſerpentem & lignum, nunc quidem virgam Moſis tranſmutans in ſerpentem: deinde ſerpentem in lignum mortificans, prius deſcribens quòd non oporteat obedire ſerpenti ad lignum adorandum. Vel quod per lignum crucis ligno perdet & morte afficiet paradiſiui ligni conſultorem ſerpentem. Propter quem rurſus & virga Aaronica ligna omnia animata ſerpſit ſerpens, & falſas magicas in ligno ſerpentis operationes repente conſumpſit. Et in ligno rurſus ſerpens æneus non ſpirans in deſerto ſuſpenſus erat à Moſe, tacitè dicens quod erit aliquando tempus, in quo, ſubiecto Chriſto inſuperabili incude, percuſſus improbus conſilij princeps ſerpens Pilato tanquam malleatore malleum incutiente, & vſculatus & ſolutus & morte affectus, in ligno mortuus tanquam in columna infamia notatus proſcribetur mundo, qui vſque ad hoc tempus erat in ſolitudine omnis boni: & reprimentur morſus populi morſi à ſerpente. Et dixit ſerpens mulieri. Quid quòd dixit Deus, Non comedetis ex omni ligno quod eſt in paradiſo. Et dixit mulier ſerpenti, Ex omni ligno quod eſt in paradiſo comedimus, ex fructu autem ligni quod eſt in medio

Simiæ Græcè dicuntur, πίθηκοι ab omnium morum imitatione.

Serpens eſt Diabolus.

Cur Diabolum ſerpẽtem appellarit ſcriptura.

Diabolus prudẽtior homine.

Matth. 10.

Lignum non eſſe adorandũ & per lignum crucis perdendum ſerpentem multis prodigijs docuit Deus.

Serpens inteus ſuſpenſus quid ſignificet.

A medio Paradiſi,dixit Deus: Ne ex eo comedatis, neque tangatis,ne moriamini. Et dixit Serpens mulieri, Morte non moriemini. Sciebat enim Deus quòd quo die ex eo comederitis, aperientur veſtri oculi, & eritis tanquam Dij cognoſcentes bonum & malum. Quòd hic quidem ſententiarum ac intelligentiarum pelagus & obſcurum profundum, ſupra omnia quæ ſunt tranſmiſſa, nobis ſit propoſitum, non eſt noſtrum dicere. Propoſita enim dictio hoc ex ſe clamat. Quam qui hiſtoricè & non ſpiritualiter potius accipiunt, ſed venantur dictiones, neſcio quomodo ſoluent obiectiones quæ eis ſunt ab Irenæo. Dicit enim decertans aduerſus

B hæreſiarchiam execrandorum Ophitarum.

Irenæi obiectiones quod cum iam loquens non fuerit verus Serpēs.

Quomodo fieri poteſt vt Serpens qui factus eſt à Deo natura expers rationis & mentis, ratione præditus & loquens dicat? Nam ſi ſibi ſuo facto commodauit rationem, & diſcretionem, & intelligentiam & reſponſionem eorum quæ dicebantur à muliere, ergo & cuius Serpenti non eſt vetitum quominus hoc faciat. Si autem dicent diuino conſilio & diſpenſatione enim humana voluntate alloqui Euam, ſtatuunt Deum autorem peccati. Sed neque maligno licet Dæmoni, ex eo quod non eſt ad hoc vt ſit, naturæ quæ caret ratione largiri rationem. Nam nūquam

C ceſſauerit ad fraudem per Serpentes & beſtias & volucres loqui cum hominibus & eos decipere. Vnde autem & cùm eſſet beſtia audiuit mandatum, quod à Deo homini & ſoli myſticè datum eſt, cùm ne hoc quidē ipſa dedicisſet mulier. Cur autem non potius hominem quam ipſam aggreſſus eſt mulierem? Quod ſi mihi dixeris quod ad eam acceſſerit vt quæ eſſet imbecillior, contra fortior ac virilior tanquam adiutrix hominis apparuit in tranſgreſſione mandati. Ipſa enim & ſola reſiſtit Serpenti, & cum quadam obiectione & contentione calliditate ſuperata comedit ex ligno. Adam autem cùm nihil omnino depugnaſſet

D aut contradixiſſet fructus fuit parceps dati à muliere. Quod quidem eſt apertum indicium perfectæ imbecillitatis & mentis ignauæ. Nam mulieri quidem eſt ignoſcendum, vt quæ fuerit ſuperata à Serpente. Adamo autem non eſt ignoſcendum vt qui fuerit ſuperatus à muliere, cùm ipſe in propria perſona à Deo mandatum acceperit. Nam mulier cùm ab Adamo mandatum audiſſet, ita fuit affecta vt contemneret, vel quòd non digna eſſet habita cum qua Deus loqueretur, vel vt quæ fortè dubitaret, & exiſtimaret Adamum hoc ex ſe ei mandatum dediſſe. Vbi autem inuenit Serpens eam ſeorſum agentem, vt poſſet

E eam priuatim alloqui? eam aut videns comedentem ex lignis obtulit cibum ligni, aut non comedentem. Et ſi quidem comedentem, eſt perſpicuum quòd ea eſſet in corpore in quod cadit interitus. Quidquid enim intrat in os, vadit in ſeceſſum. Si ergo in eam cadebat interitus, eſt perſpicuum quod eſſet etiam mortalis. Si autem erat mortalis, non erat vtique execratio, neque ſententiæ pronunciatio vox illa Dei dicens homini, Terra es, & in terram reuerteris, ſicut etiam habet rerum veritas. Sin autem rurſus non comedentem Serpens aſpexit mulierem, quomo-

A do traduxit ad comedendum eam quæ nunquam comederat? Quis autem huic quoque cruento homicidæ Serpeti indicauit, quòd quæ lata eſt à Deo in eos mortis ſententia, non ventura ſit ad finem, qui dixit, Quo autem die comederitis, morte moriemini. Nec hoc ſolum, ſed etiam cum eo quòd morte carebunt, eorum aperientur, oculi, qui prius non rectè, videbant, ea autem quæ dicitur apertione ad mortem dederunt aditum? Cum præcedentibus autem dubitationibus hæc quoquè coniungam, Quomodo rationis expers & fera beſtia audiuit vocem Dei, quando ei horrendam effatus eſt execrationem, Quam accipiens videtur in ſua perſona Deo adſtitiſſe, ſi

Anaſtaſij aliæ obiectiones, quod non fuerit Serpens qui loquebatur cū Eua

B quidem rectè dicit vox Theologica, Deum nemo vidit vnquam, neque Dei vocem auris excepit corporalis, aut vnquam audiuit. Hoc enim ex voce Domini in Euangelijs omnes accepimus. Rurſus ergo ad me veni ô fili, iubens valere literam quæ occidit, & quænam te quidem ipſa fuerit Dei operatio de Serpente qui dicitur & de ligno & muliere, & quomodo ſe habeat natura, & quomodo res geſta ſit ab initio, relinquendum eſt Soli Deo, qui ea & fecit & dixit, & nouit. Quæ autem diuini interpretes de his ſunt Philoſophari, & quomodo de Chriſto & Eccleſia præclarè & admirabiliter fuerunt præfigurata,

C dicam fretus ijs qui dixerunt. Qui autem poteſt capere capiat: & qui habet ſancti Spiritus aures audiendi, audiat. Res quædam autem omnem ſuperans, & Deo propemodum ſimilis, informíſque & materialibus membris ineffabilis pulchritudo, quæ ad Dei imaginem facta fuit noſtra anima, ratione prædita & immortalis, à ſupereſſentiali eſſentia, effecta eſſentia, ex non eſſentia ſumpta erat. Rurſus erat ſimilitudo, & ſimulachrum, & ex aduerſo reſpondens ſplendor informis idearum principis & formas facientis Dei diuino facta munere. Hæc ergo & imago & ſimilitudo eius qui eſt ſuper imaginem & ſimilitudi-

Anima humana deſcriptio.

D nem, & apparuit & fuit appellata. Quam qui dicitur Serpens, vt intelligens intelligentia, cùm vidiſſet intelligentem nudam tanquam reginam tunc Virginem, putam, intactam, incorruptam iuuēculam, Dei ſponſam, corona redimitam, tanquam in quodā thalamo diuino amore ſtipatam, in myſtico arcano, & cui non eſt vir admiſtus, Paradiſi cubiculo reſidentem, cùm eſſet infœlix exterminatus, & ab axibus cœleſtibus exturbatus. Poſtquam ſic vidit formam & naturam noſtram à diuinis manibus formatam, & diuino Spiritu animatam, & vniuerſæ quæ eſt ſub Sole crea-

Serpentis, nēpe Diaboli inuidia.

E turæ Reginam conſtitutam, non ferens honoris noſtri altitudinem, æmulans eſt ſceleratus, inuidit, angore & dolore eſt affectus, ſtupuit & admiratus eſt pulchritudinem, gloriam, poteſtatem, virtutem, formam, Deo ſimilem viſionem, & decorem. Cúmque omnia ſpeculatus eſſet ac luſtraſſet, vt qui ſit ſimul & malignus & inuidus, fraude ſua valuit mulierem à viro ſeducere, eámque cum accepiſſet ſeorſum agentem ac ſeparatam, decepit, ſpem vanam, & inanem ei ſuggerens, ſicut iam prius dixi. Suggerebat enim fore vt per eſum mulier fieret Dea, vt quæ euaderet Deo ſimilis & collum non amplius flecteret ad

Serpens ſuggeſſit mulieri quod fieret Dea.

Deum adurandum, ſed par Deo eſſet, cognoſcens omnia bona & mala, ſicut Deus. Hac ſpe inani phantaſticam mulieris animæ faculiatem in altum extollens ac ſuſpendens cam decepit, & in etrorem induxit. Mulierem autem nunc dieo Euam. Setpentem autem eum qui dicitur ſapientiot omnibus quæ fecit Dominus Deus quæ ſunr in terra, ſed nou etiam quæ in cœlis. Hæc mihi intelligantur congruenter literæ veli exterioris & corporis ſcripturæ, ne poteis & canibus, nempe hominibus qui delectantut vitoperationibus, demus anſam, qui dicunt hæc non fieri ad literam. Qui autem à Paulo ſunt eruditi, qui ad Chriſtum & Eccleſiam reducit omnia quæ ſunt in lege, & maximè quæ ſcripta ſunt de Adamo & Eua, comparent ſpiritualia cum ſpiritualibus. Lex enim eſt ſpiritualis. Perſpicuum eſt antem quòd etiam quæ ſunt in lege. Omoia enim prius ſunt deſcripta ac præfigurata de Chriſto. Ergo & Paradiſus, & ligna, & fructus, & Adamus & mulier, & ad eam acceſſus, & de ipſa victoria, & ſerpens, & cibus, poſt hiſtoriam qoæ eſt ad literam, de Chriſtu & Eccleſia præfigurata fuerunt & adumbrata in ſcriptura. Nam humana quidem aliquandu natura erat ab initio veluti Dei coniux, eum agnoſcens & colens & ab eo ſeparabilis, tanqnam Eua quæ dicitur mulret & vxot Protoplaſti, Deum iodiuiduè deſyderans. Id teſtatur Abel dona Deo offerens: Lamech ſicut Adam de Chriſto tanquam Ptopheta prædicens. Seth eius imaginem qui ad imaginem factus erat, renouans. Enos qui ſperant inuocare nomen Domini. Enoch qui primus tanquam Deo placens prius deſcripſit ac figurauit reſurrectiooem, immortalis effectus & à Deo tranſlatus. Mathuſala Enoch filios. Lamec eius oepos, qui genoit Noë Chriſti figuram, & dixit. Iſte nos faciet quieſcere ab operibus & afflictionibus noſtris, & à terra quam execratus eſt Dominus Deus. Noë, quem virum eſſe perfectum & iuſtum teſtatus eſt Dominus, qui etiam eum placauit ne totum ſimul interiret genos homaoum. Vt etiam fecit Dominus, tanquam homo parrem reconcilians pro hominibus. Quandiu qoidem tales habuit filios & fructus quæ dicitut Adami humana Eccleſia, priuſquam corrupta eſſet terra ab idololatria, libidine ac luxoria, & futore in fœminas, re vera cum viro ſuo crat nuda Deo: neque ambo erubeſcebant, ſed liberè ac confidenter in Deum crat effecta, vt quæ peccato non eſſet ubnoxia. Ea ergo ſic affecta & lætante cum viro ſuo, æmulatione motus ad eam acceſſit Serpens. Serpentem autem audiens, poſt corporalem Serpeotem, intellige Draconem illum defectorem, quem Dens apud Iobom dans reſponſa ſic nominauit. Iſte eſt enim qui decepit Eccleſiam. Dixit enim Serpens molieri omnino non bona nempe Eccleſiæ. Si aotem ad literam ſolum audis quæ dicuntur de Serpente & moliere, uportebat vtruſque ſimul aggredi, & multu magis virum. Si Spiritualiter antem ſolum intelligas, oon upurtebat ſolum virum attingere, nempe Chriſtum. Adam enim non fuit deceptus, vt qui eſſet typus Chriſti. Mulier autem fuit decepta; nempe hominum natura, Eccleſia. Eſt autem adnotandum, quòd mulierem ſeparatam, & à viro ſuo, nempe Deo, procol remotam inuaſit, & decepit eam Serpens: oec eam potuit decipere quandiu vidit eam à viro ſuo non ſeparatam. Illinc autem licet apertè diſcere, quòd ad Chriſti referuntur Eccleſiam quæcunque ſunt huius mulietis. Noo inuenimus enim omnioo Adamum cum Serpente eſſe collocutum. Vnde etiam à Deo rogatus cur comederit, non dicit: Setpens me decepit: ſed MVLIER MIHI dedit, & comedi. Mulier autem dicit Deo: SERPENS me decepit, & cumedi. Ruſus aotem in execratione Serpentis, de homine eum nihil criminetur Deus, ſed de Muliere. Et ideo dicit ei: PONAM INIMICITIAS inter te & Mulierem. Et cur non etiam inter virum? Nam quod attinet ad literam, amicos eſſe vult virum & Serpentem, dicens, PONAM INIMICITIAS inter te & mulierem, quæcunque ea ſit, ſed non inter viros, vt quando ipſum qooque Chriſtum dicit ex ſemine Dauid ſecundum carnem, & quod ſemen Abrahæ apprehendit, etiam ſi non eſſet ex ſemioe viri, ſed ex carne mulieris & ſola carnem ſuſcepiſſet ineffabiliter & incomprehenſibiliter. Etenim ſomnus ille Adami & ecſtaſis ſeu exceſſus eiuſmodi vt oihil videret, in fingenda coſta ex eo ſumpta, prius fotte deſcribebat omnis viri igootatiunem, & à Deo Verbo ſuſceptæ carnis incomprehenſibilitatem. ET DIXIT Serpens mulieri. Protinus quærendum eſt in ipſa atida dictione, Quanam de cauſa, præter omnia animantia & volucres, Serpentem appellat aduerſarium, & Eccleſiæ inſidiatorem. & dici poteſt quòd multæ Serpentis proprietates aſſimilantur Diaboli machioationibus. Et primum totius eius corporis deiectio in terram. Omnis enim natura animatotum & inanimorum haber aliquid quod ſurſum fertur, ad ſuperna motom habens & augmentum, præter ſolum Serpentem. Nam idipſom quòd ſuper terram graditur, oſtendit quod ſuam prudentiam & cor ſuum ſua ſponte conculcat, nihil penitus excelſum & cœleſte ſentieos aut cogitans. Qnamobrem ſæpe ſuam exuit formam ſicut Serpens exuit, transformatus in Angelum lucis, tanquam mutatus à priſca prudentia. Hinc etiam venenom lætiferum per os & inania coofilia immittit in animam, & vitæ extremotum obſeruat calcaneum: & ad inſidiandum in ſemitis hominum ſemper ioſidet, vt impediat noſtros ad Deum greſſus. Et ideo effecit Deus vt venenaretur & perimeretur ſapientum incantationibus & precibus. Porrò autem qnòd ſibilant & euocant quę in aqua & ſpiritu gignuntur animantia, habentia formam & figuram Serpentis, ad coniunctiuoem & ad coitum, admodum appoſitè dici poteſt de maligno Dracone. Nun poteſt enim eos ſuo ſatu impertiri, donec ipſos ab aqua & Spiritu ſeparatos io aridam eduxerit, non valens ipſe ſeipſum aqua & Spiritu tingere, vt qui ſit inimicus & ab eis alienus. In ortum autem, ſeu pomarium, dicit, quantum

capi

Lex eſt ſpiritualis et ea quæ sũt in lege.

Humana natura erat ab initio veluti Dei cõiux.

Enoch trãſlatus præfigurauit Chriſti reſurrectionem.

Noë figura Chriſti.

Eccleſia quomodo cum viro ſuo erat nuda.

Serpens Draco Apoſtata.

Adam nõ fuit deceptus, vt qui eſſet typus Chriſti.

Eccleſia fuit decepta, quã præfigurabat Eua.

Adami ſomnus ſignificat incomprehẽſibilitatem ſuſceptæ carnis.

Serpentis multæ sũt proprietates, quę aſſimilantur Diaboli machinationibus.

2. Cor. 11.

Serpentes ſibilantes euocant animantia ex aqua et Spiritu, et quid ſignificet.

capi poteſt, ingreſſum eſſe inimicum, bellaturum aduerſus mulierem quæ dicitur, prius ſignificans ſcriptura, quòd in hominis ortum ſeu pomatium in vltimis temporibus ingrediens ipſe Draco Apoſtata ſeu defector, tanquam Anti-Chriſtus & Chriſti aduerſarius, per cibum rurſus decipiet Eccleſiam, ad hoc vt ipſum & non Deum adoret tanquam Deum. Quodquidem fecit etiam in Eua, vt dixerunt qui in ijs rebus ſunt exercitati. Quod, inquiunt, ante omnia comedit Eccleſia, in eo ante omnia peccauit Eccleſia. Cui dicebatur de ſerpente: Ipſe obſeruabit caput tuum, & tu obſeruabis eius calcaneum. Quòd autem calcanei obſeruator & calcanei perſecutor ſit Anti-chriſtus, ipſe nos docet Moſes in hoc libro Geneſis, Leonem appellans Chriſtum in benedictionibus Iacobi. Catule Leonis Iuda, ex germine Fili mi aſcendiſti, & quæ deinceps ſequuntur. In Deuteronomio autem, in benedictionibus Moſi, quas prædixit duodecim tribus, tanquam Chriſti aduerſarium introducens Anti-Chriſtum Propheticè diuinus Moſes ſimiliter etiam ipſum Chriſtum appellat catulum Leonis, nos docens & tribum & locum vnde naſcetur. Cum autem veniſſet ad Propheiam tribus Dan, dicit, Catulus Leonis Dan, & exilier ex Baſan. Baſan autem quidam dicunt eſſe Scythopolim, quę eſt propinqua Galileæ vnde etiam Chriſtus proceſſit ſecundum carnem. Locum autem tibi nunc oſtendit Antichriſti neceſſariò, vndenam habeat exitum & motum, quandoquidem ante eius aduentum eius deceptio multus homines præueniens decepit, dicẽtes quòd ex quodam pago Leuchuſi naſcetur Antichriſtus. Hic autem fuit aſtus & machina Diaboli vt homines hunc ex Ægypto expectantes, credant, & excipiant, illum qui naſcitur ex Galilæa, eum tanquam Chriſtum adorantes, qui planè eſt planus & Antichriſtus. Reſtat ergo vt nos ex Iacobi quoque prædictionibus congruenter oſtendamus ex tribu Dan procedere Antichriſtum, & Serpentem mordentem calcaneum equi, qui ita appellatur vt qui nunc in paradiſo nobis proponitur. Patriarcha enim cũ Chriſto diſſerens ſic dicit de Dan. Dan iudicabit populum ſuum ſicut vna tribus in Iſraël, & fiet Dan Serpens in via ſedens in ſemita, mordens calcaneũ equi: & eques cadet retro expectans ſalutem Domini. Ecce habes apertè Serpentem & calcaneum ſumi de Anti-Chriſto, & oſtendere tibi caſum eorum qui mordentur ab ipſo, per quem primos quoque parentes Dan deduxit ad impietatẽ. Nam etiamſi cõuenienter ipſi dictioni hæc facta eſſent, in Paradiſo, viſus eſſet Deus Adamo & mulieri in figura, & cum eis diſſeruiſſet, ſed vt qui non poſſent ipſum videre opificem. Hinc accepta occaſione malignus Dęmon decepit mulierem, ei ſuggerens Deum eſſe eiuſdem generis & eiuſdem ſimul eſſentiæ cuius ipſa eſſet, conuenienter formæ & figuræ quam ipſa videbat. Et ideò dicit ei. QVIA quod dixit Deus, Ne comedatis ex omni ligno quod eſt in Paradiſo. Hinc eſt perſpicuũ quod ante omnem eſum hæc ſerpens loquebatur cum muliere. Hoc eſt cùm ieiuna eſſet Eccleſia ab omni peccato & idololatria. Cum qua tãquam cum muliere aliqua in initio malignus Serpens & Draco defector dolosè diſſerens & colloquens, eſ

Appendix.

Antichriſtus ſicut ſerpẽs per cibum decipiet Eccleſiam.

Geneſ. 49.

Deut. 33.

Baſan Scythopolis.

Antichriſtus vnde venturus.

Antichriſtus ex tribu Dan.

ad impium multos Deos colendi errorem volens ſeducere, dicebat, quinã ſint ij qui in initio ipſum malũ Dæmonem adorarunt, & Deum reliquerunt. QVIA quod dixit vobis Deus, ne comedatis ex omni ligno quod eſt in Paradiſo, Hoc eſt, Ne adoretis omnes creaturas & me, ſed ei ſoli offeratis adorationem & cultum. Deinde cùm dixiſſet mulier, De omni quidem ligno quod eſt in Paradiſo comedimus. De fructu autẽ mali ligni dixit Deus ne comedite, neque ipſum tangite, ne moriamini, quomodo malignus ille eſt mortuus. Ad hæc reſpondet callidus ſerpens dicens. MORTE non moriemini. Sciebat enim Deus quòd quo die ex eo comederitis, & me adoraueritis, aperientur veſtri oculi per me, & eritis tanquam dij, ſicut ſum ego, cognoſcentes bonum & malum. Audis: Non dixit Deus, Eritis ſicut Deus, ſed ſicut Dij, eos docens & inducens ad errorem cultus multorum Deorum. Vnde etiam eis Deum accuſat inuidiæ. Vobis, inquit, inuidet, ne vos quoque efficiamini ſicut ipſe, Dij cognoſcentes omnia, & ideo iuſſit vobis ne comedatis de ipſo fructu meo, neq; me tangetis, neque me adoretis. Ei enim qui me adorat, de cognitione bonorum & malorum, do ſapientiam inferiorem, aſtrologiam, diuinationem, veneficium, prædictiones, præcognitiones, prodigiorum effectiones, incãtationes, beſtiarum, obedientiam, volucrum miniſterium, iumentorum trãſformationes, rerum ſublimium ſcrutationes, ignis deiectionem, pedeſtrem greſſum ſuper aquas, abyſſi conſiderationem, ſerpentum interemptionem, theſaurorum reuelationem. His & eiuſmodi alijs innumerabilibus promiſſis cùm moleſta fuiſſet mulieri quæ dicebatur, nempe naturæ humanæ, ſceleratus Serpens, plurimis annis ei perſuaſit & inclinauit vt à Deo deficeret & ipſum coleret. Ideo dicit: ET VIDIT mulier quod bonum lignum ad comedendum. Quare apertos habuit oculos, & amauit cibum, ſeu guſtum, Quòd bonum eſſet lignum ad comedendum. Omnis enim cibus cognoſcitur & probatur per guſtum. Quamobrem hinc quoque rurſus refelluntur, qui exiſtimant hæc dici ſolum ad literam, Et vidit mulier quòd bonum eſſet lignum ad comedendum, & iucundum oculis ad videndum, & eſt pulchrum ad conſiderandum. Nam quod ad corporalem quidem dictionem attinet quæ eſt in promptu, viſum eſt quibuſdam dicere, quòd formam quandam ſupra modum ſplendidam & ſtupore plenam mulieri indicauit malignus, quando eam alloquebatur, ſeipſum transfigurans in Angelum lucis, vt dicit Apoſtolus, perinde ac ſi diceret, In hac forma & gloria eritis ſicut Dij, ſi fructus mei fueritis participes. Et hac de cauſa, inquit, dictum eſt illud: Et vidit mulier lignũ quòd iucundum eſt oculis ad videndum, & pulchrum ad conſiderandum. An autem hæc ita habeant nõ habeo quid dicam. Et accipiens de fructu ipſum comedit: & dedit etiam viro ſuo, & comedit. Atqui nondum erat vir eius, neque ipſa eius mulier. Cur autem non ambo ſimul comederunt, ſed mulier primũ: Deinde vir cùm ab ea accepiſſet, & nõ cõtradixiſſet, neque exclamaſſet, neq; omnino in eã infremuiſſet vt quæ nõ obediſſes mãdato Dei. Hęc ergo hoc modo ſe habẽt. Cõuenit ergo malign9 Dęmõ primũ Eccleſiã moleſtia affecit, perſua-

Ad Deorum adorationem inducit Deus primos parẽtes.

Cognitio quam dat hominibus Diabolus.

2. Cor. 11.

ſit, decepit, accepit & comprehendit fructum mali eſus, adorauit malignum tanquam Deum. Deinde cum comediſſet, reuerſa eſt ad virum, dimiſit ſerpentem. Cùm ea ergo rectè eſſet reuerſa ad eum quem malè reliquerat, vir eam excepit quam valde quærebat, & tanquam prodigam excepit. Non eſt conqueſtus, non increpauit, non exprobrauit, non contumelia affecit, non repulit: ſed cùm ab ea, vel potius pro ipſa accepiſſet fructum ligni, prompto & alacri animo eum guſtauit. Fructũ ligni intellige mortem Chriſti in cruce. Quam pro Eccleſia, tanquam pro vxore ſua ab ipſa accepit, & triduo guſtauit, vt pro omnibus guſtaret mortem, conguenter voci Pauli. Quam quidem mortem & cibom tacitè ſignificabat illud acetum & fel, quod in orto & ligno in Golgotha guſtauit qui in omnibus ad ſimilitudinem Adami factus eſt præter ſolum peccatum. Si enim omuia noſtra ad ſimilitudinem Ieſus ſua ſponte ſibi accõmodauit, eſt omnino perſpicuum, quòd tentatione quoque quam à Diabolo ſtatim poſt baptiſmum voluntariè ſuſcepit, ad ſimilitudinem Adami tentatus eſt intentabiliter. Vide enim in vtriſque rerum ſibi ex aduerſo reſpondentes imitationes & exempla hoc te apertè decentia, & quod quomodo priorem Adamum per Euam adhortatus eſt ad idolatriam: ita etiam ſecundo Adamo per carnem cauſam quidem admouit & irruptionem, ſed ſcopum non attigit. Ad eum autem qui contradicit refellendum, ſufficit rerum veritas quæ hoc modo ſe habet. Cùm primum enim generatas fuit primus Adam, per coniugis eius coſtam, nempe Euam, eum aggreſſus eſt Satan, & cũ primum ſecundus Adam, nempe Chriſtus, veram oſtendit regenerationem ſui baptiſmatis per ſuam coniugem, eum tentare aggreſſus eſt tentator. Primus Adam habuit Dei inſufflationem. Secundus ſpiritum ex cœlo. Rurſus in medio plantarum fuit tentatio Adami in fonte Edem. Et ſecunda tentatio in monte oliuarum in medio arborum Chriſto eſt exhibita ſurgenti ex fonte Iordanis. Primus homo tentatus eſt cùm eſſet in medio beſtiarum. Similiter etiam de Chriſto dixit Marcus, quòd erat cum beſtijs in deſerto tentatus. Cùm in Paradiſo ieiunaret & nihil adhuc comediſſet homo, Diabolus per cibum exercuit tentationem. Similiter etiam ad Chriſtũ, cùm ieiunaſſet quadraginta dies, per cibum acceſſit malignus dicens: Dic vt lapides iſti panes fiant. Illic dixit Serpens: Eritis ſicut Dij. Et huic dixit: Si filius Dei es, dic hæc & illa. Prima tentatio fuit per interrogationem & contrarias obiectiones à muliere & ſerpente. Similiter etiam Domini tentatio ſecuta eſt contradictoriè inter ipſum & malignum Dæmonem. Si hæc ergo omnia ſimilem habent typum & figuram in primo Adamo & in Chriſto, de cætero ne dubites, ſed certo ſcias quòd id quod Chriſto eſt oblocutus, dicens, vt cadens adoraret ipſum malignum Draconem, hoc erat quod mulierem Eccleſiam in principio eſt adortus, & perſuaſit, & decepit. Vnde etiam cum probris hominem inſectaretur Deus, poſtquam eum induit tunica pellicea, de cibo ei crimen non intentat, ſed de diuina viſione & defectione, dicens: Ecce factus eſt Adam ſicut vnus ex nobis vt cognoſceret bonum & malum, dicens Adamum mundi hominem in

Fructus ligni eſt mors Chriſti in cruce quam guſtauit pro Eccleſia.

Hebr. 2.

Ieſus omnia noſtra ſibi accõmodauit præter peccatum.

Chriſti & Adami inter ſe collatio.

Marc. 1.

genere. Ita enim exiſtimabant ſeipſos eſſe Deos, tanquam Saturnum & Iouem, & Mercurium & Apollinem, & Herculem & Serapin, & Dianam, & reliquos illos nihil minus quam Deos. Quibos admodum appoſitè conuenit quod poſt malum illum eſum Protoplaſtorum dictum eſt. Nam cùm comediſſent, inquit, aperti ſunt eorum oculi, & cognouerunt quòd nudi erant à re quam exiſtimarunt ſe eſſe conſecutos, cognouerunt autem quòd aberrarunt à re quam expectarunt ſe eſſe aſſecuturos. Cognouit tandem Eccleſia, & omnis homo qui eius errori adhæſit, quòd fuerunt decepti à maligno ſerpente, & excutiebant putantes ſe eſſe Deos. Quando autem illuxit lux vera quæ illuminat omnem hominem, aperti ſunt oculi animæ eorum: & cognouerunt quòd prius erant nudi & miſeri. Eſt enim adnotandum quòd non dicit. Sunt nudi, ſed quòd erant prius in tempore præterito cæcutientes, idololatria. Alia eſt ergo prima eorum nudatio, hoc eſt, à bonis alienatio. Quamobrem nec tunc erubeſcebant. Alia autem eſt ea quæ nunc dicitur nudatio, nempe à Deo excidiſſe. Qui autem ad literam ſolum audiunt quæ ſcripta ſunt de Paradiſo, & fructibus, & lignis, & cibo, & ſerpente, & viſus recuperatione, incidunt in exitioſam Manichæorum & Ophitarum impietatem. Illi enim ſerpenti tanquam benefactori maximas agunt gratias, dicẽtes, quòd per ſerpẽtem nobis acceſſit cibus. Per cibũ, recuperatio viſus. Per eam deinde nuptiæ. Per nuptias autem mundus. Propter hominem autem aut peccatum Deus homo factus eſt. Hinc cœlorum regnum & bona æterna, quorum autor & conciliator fuit nobis ſerpens. Ergo ne nos quoque incidamus in eorum impietates, Propheticè intelligamus de Chriſto & Eccleſia quæcunque hiſtoricè ſcripta ſunt aut facta in Paradiſo, quædam temporalia temporum interualla in vnoquoque eorum diuerſè intelligentes, etiamſi maximè omnia illa audiamus tanquam facta in vno tempore. Aliud eſt enim illud tempus quãdo erat Eccleſia non erubeſcẽs, vt quæ nuda ab omni peccato eſſet cum ſuo viro, & aliud rurſus tẽpus quando laxis habenis viro relicto conſuetudinem habuit cum ſerpente, & facta eſt adultera. Aliud rurſus fuit tempus, quando dimiſſo ſerpente, & ei veluti renuntians, reuerſa eſt ad priorem virum & ſpiritualem Adamum. Hoc enim fuit tempus quando cognouit & agnouit ſe eſſe nudam & inornatam & deformatam. Hoc fuit tempus quando vir eam ſuſcepit, & cum ea fructum ligni guſtauit, pro ea morte affectus & reſurgens à mortuis. Quoniam autem nunc à me verba fiunt ad Eccleſiam, non autem ad Iudæos, audi fidelis, & fidem habe tãquam fidelis, videns indiſcriminatim omnia quæ ſunt in Paradiſo, non videntes ſuã nudationem, deinde comedentes aliquam à ſerpente eſcam, & per ipſam viſum recuperantes. Veni de cætero à typis ad rerum veritatem. Euertens enim Chriſtus illam amborum nuditatem, & curans cæcitatem, & abolẽs malam illorũ eſcam per quandam benedictionem, & à proprio caſu eos excitans: & reducẽs eos videtes vnde exierunt nõ videtes, audi quid facit poſtquã ſurexit à mortuis. Cleopha enim, & qui cum eo erat Luca, vt dixerunt myſtæ, ad Emaus ab Hieruſalem, ſicut Adam

Nudatio duplex nempe à bonis alienatio, & à Deo excidiſſe.

Ophitarũ & Manichæorum ſecta.

De Chriſto et Eccleſia Propheticè ſunt intelligenda, quæ dicta ſunt de Paradiſo.

Diuerſa ſunt tempora conſideranda eorum quæ facta ſunt in Paradiſo.

Expoſitio narrationis diſcipulorum euntium in Emaus.

Cum Cleopha erat Lucas, vt dixerunt myſtæ.

&

& Eua, ſeparans, & lucens veram non videntibus, Ieſus appropinquans ambulabat cum eis: & oculi eorum adhuc tenebantur ne eum agnoſcerent. Atque hic quidem fuit videndi defectus, audi autem etiam quæ deinceps ſunt ſecuta. Factum eſt autem dum ipſe recumberet cum eis, accipiens panem benedixit. Ecce benedictio pro execratione. Et frangens dedit eis: Eorum autem aperti ſunt oculi, & agnouerunt eum. Ecce habes eſcam: habes etiam per eſcam viſus recuperationem, & Dei agnitionem quem per eſcam ignorauerunt Protoplaſti. Deinde quid fit poſt ſumptam eſcam? Surgentes ipſa hora reuerſi ſunt in Hieroſalem. Ecce etiam à caſu excitatio. Ecce etiam pulchra ab errore reuerſio. Primum comederant: Deinde ſic ſunt reuerſi. Poſtquam autem Eua primum comedit ex fructu, deinde ad Adamum eſt reuerſa, & eum fructu impertijt & comedit. Sed Adam non eſt deceptus, hoc eſt Chriſtus: ſed ſimul accubuit volens, vt ſurgeret quæ ceciderat. Tu autem adhuc immorans in litera, conſidera etiam ipſorum actionem, & quære quis cum eſſet Adam, quid factus eſt poſt tranſgreſſionem. Erat enim totus lucidus & deiformis, & imago quædam, vt ita dicam, Deo ſimilis. Poſt inobedientiam autem factus eſt tenebroſus & inornatus, atrum peccatum omnino indutus. Hæc ergo euenerunt primis parentibus. Et Dauid poſtea deflens dicebat: Dies diei eructat verbum, & nox nocti annunciat cognitionem. Adhuc, inquit, tanquam dies lucidi erant primi parentes, quando cùm ex ligno nondum comediſſent, verbum conſilij ſerpentis à muliere ad virum nondum tranſibat, & ſub intelligentiam cadentis ſolis radios penitus induti erant tanquam veſtimentum. Sed quando ipſa perſuaſa comedit, & nocturnas peccati tenebras induit, tanquam nox videlicet offuſa tenebris, neque ſciens quid viro conſulat, qui ipſe quoque factus eſt nox propter parem ignorantiam, annunciat cognitionem, nempe id quod cognoſci poteſt boni & mali ei tradit annuncians. Sed eſt etiam aliter conſiderandum. Nam antea quidem, quandiu priuſquam comederet tanquam dies erat lucida, verbum annunciauit, nempe grauiter ac ſeuere. De voluptate enim ad peccandum non ſinebat Euam longiori viri oratione. Quando autem malum fuit peractum, & ſuum fruendo impleuit deſiderium, & ſedata eſt ſatiata libido, tunc annunciat cognitionem. Ecce, inquit, nudati ſumus ex plantæ virtutibus & qualitatibus. Aperti enim ſunt mentis eorum oculi: & cognouerunt ad quod malum deuenerunt, quænam paſſi ſint ſe inter ſe docentes. Sic mihi placet intelligere omnia quæ ſcripta ſunt de Paradiſo & Protoplaſtis. Pro Chriſto enim fungor legatione & pro mea germana matre, Eua Eccleſia vitæ, quam defendo, aduerſus Iudæos & Hæreticos fideli populo trophea erigens & ſtatuens, & his intelligentijs & contemplationibus quæ dictæ ſunt per vniuerſum hoc opus ſex dierum, fidelis populus fuit armatus contra aduerſarios, neque erit opus aduerſus eos potentioribus trophæis aut armis, non Moſaicis, non Propheticis, non Dauidicis. Hæc enim ſunt arma noſtræ militiæ, non carnalia, nec fragilia, ſed Deo potentia ad deſtructionem propugnaculorũ aduerſariorum deſtruentium eorum cogitationes, & omnem altitudinem quæ extollitur aduerſus cognitionem & fidem Ieſu Chriſti veri Dei noſtri. Cui gloria & potentia ſimul cum patre & ſancto ſpiritu, In ſecula ſeculorum. Amen.

Luc. 24.

Adã erat lucid' ante tranſgreſſionẽ, poſt tranſgreſſionẽ tenebroſus & ater.

Pſal. 18.

EIVSDEM LIBER VNDECIMVS.

Iam quidem à nobis paulo antè eſt oſtenſum, quòd ante eſum aperto habebant oculos. Dicere enim quòd vidit mulier quod lignum eſſet bonum ad comedendum, oſtendit eum acutè videre. Nec hoc ſolùm, ſed hoc quoque dicere, quòd iucundum eſt ad videndum, & pulchrum ad contemplandum, per has tres dictiones, planè diſcimus perſpicacem aciem curioſamque & certam euidentiam lucidæ oculorum viſionis. Vide etiam Symmachus pro aperientur, poſuit, fient intelligẽtes. Similiter & pro aperti ſunt amborum oculi, dixit, Intelligentes facti ſunt, hoc eſt, facti ſunt ſapientes, & ad agnitionem ſuæ nuditatis venerunt oculi animæ eorum. De quibus Propheta quoque Deo vota fundebat, dicens, Reuela oculos meos. Quoniam lumen oculorum & ipſum non eſt mecum. Sed illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte. Peccati ergo agnitionem & conſenſum ad conuerſionem intellige aſpectum oculorum. Eſt enim diligenter & accuratè adnotandum, quòd cùm mulier eſſet prope ſerpentem & ſeparata eſſet à viro & ipſa prima comediſſet ex ligno, non ſtatim reſpexit donec conuerſa fuit ad virum. Cùm autem accepiſſet & comediſſet ſpiritualis Adam, hoc eſt, paſſus eſſet Chriſtus; tunc per eius paſſionem cum ipſo reſpexit mulier. Si autem res non ſic intelligis, oportebat mulierem cum prima comediſſet primam reſpicere. Videamus iam ea quæ deinceps ſequuntur. Et cognouerunt quod erant nudi, & conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi ſubligacula. Cum in priori nudatione dixiſſet ſcriptor eos non erubuiſſe, nunc dicit quòd alterum alterius pudebat, conſequens enim erat hoc dicere. Cùm autem ad nuptialem nondum coiiſſent coniunctionem, neque ſcirent propter quam cauſam partes genitales apud eos ſunt diuerſa figura, nempe maſcula & fœmina, cuiuſnam pudore affecti, ex folijs ficus conſuerunt ſubligacula? Nam ſi volebant tegere corporis nuditatem, multa aliarum plantarum folia ad eum vſum ſunt ſua natura accommodatiora & vtiliora, cuiuſmodi videmus folia palmarum indicarum. Non tamen renuimus, neque corporalẽ ipſius diuinæ ſcripturæ hiſtoriam diſſoluimus. Rurſus autem quærimus quomodo hæc è ficu nata ſubligacula de Chriſto & Eccleſia ſunt præfigurata, ſiquidem facta ſunt omnia per ipſum & ad ipſum reſpicientia. Et conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi ſubligacula, & audierunt vocem Domini Dei ambulantis in Paradiſo in meridie. Eſt commune, & contra quod nihil dici poteſt, dogma ſexti illius diei meridiem hebdomadis creationis, tacitè ſignificare ac deſcribere medium ſexti diei ſeculi, nempe quinquies milleſimum & quingenteſimum annum in quo Dominus Deus homo factus eſt.

Pſ. 118

Pſ. 37.

Pſ. 12.

Aſpectus oculorum eſt peccati agnitio.

Conuerſio mulieris ad virum quid ſignificet.

Subligacula è ficu quomodo intelligẽda

Sexti diei meridies ſignificat medium ſexti diei ſeculi, quo Deus homo factus eſt.

ctus eſt. Tempus ergo quod eſt ante meridiem ſignificat cultum legitimum ſynagogæ, vt qui habeat folia ficus, nempe ſermones quoſdam infrugiferus & præcepta moderatè quodammodo pruri entia, & in ſuperficiè quodammodo radentia ſordida hominum vulnera. Nam folia ficus placidè quodammodo radunt ſordes vaſorum per mediocrem quæ eſt in eis aſperitatem. Sed & naturæ nuditatem, & turpitudinem contegunt per circunciſionem. Quapropter etiam circa illam partem quæ ſuſcipit circunciſionem poſuerunt primi noſtri parentes ſubligacula ex folijs ficus. Hoc fortè oſtendente exemplo, quòd in veſpera diei creationis ſeculi cooperietur quodammodo & delebitur circunciſio per velum pelliceæ tunicæ Chriſti. Sunt enim folia vmbræ efficientia. Lex enim habuit vmbram præceptorum Chriſti. Nam ſub folijs tegebatur fructus Chriſti in ſcriptura Iudæorum, qui ab eis nõ videbatur propter operculum cordis & velum ſoliorum verborum exteriorum. Vnde etiam eſt contrarius folijs ſol iuſtitiæ, ea exſiccans & emundans, & maximè folia huius ficus.

Ficum quandoque ſignificat infrugiferum cultũ ſynagoga.

Etenim ficum ſæpe appellat Dominus infrugiferum cultum ſynagogæ, cùm eam quidem aliquando viſitaſſet per triennium, & eam aſpexiſſet nullum afferre fructum, & iuſſiſſet agricolæ vt eam exſcinderet, ne terram occuparet otioſam. Cùm autem poſtremũ rurſus veniſſet iuſtitiam ſitiens, & acceſſiſſet ad ficum, nempe Hieruſalem, & non inueniſſet niſi folia, ex quibus erant etiam illa ſubligacula, eam exſiccauit dicens: Non amplius ex te naſcatur peccati fructus in æternum. Quoniam autem iota vnum aut apex vnus non tranſibit ex lege, donec omnia fiant in Chriſto, conſidera rerum conſequentiam.

Matth. 21. *Matth. 5.*

Chriſto adaptantur quæ ab Adamo facta ſunt in Paradiſo

Comedit Adam cibum mulieris inſidiatricis. Deinde ſeipſum ſuccinxit ſubligaculo poſtquam comediſſet. Deinde comedit & latuit ſub ligno in Paradiſo, & fuit quæſitus, & cetera quæ ſequuntur. Sic etiam Chriſtus ſæpe comedit cum ſuis diſcipulis legalem cibum inſidiantis ſynagogæ, & etiam quando Serpens Iudas fecit proditionem collocutus cum adultera ſynagoga. Deinde poſtquam comediſſet, ſurgens ex cœna Adam ſpiritualis, ſuccinxit ſe ſubligaculo lintei. Deinde ſua ſponte fugit in ortum, & fuit quæſitus, & egreſſus eſt ex orto. Ego autem miror cæcitatem Iudæorum, propterea quòd ſcriptura eſt adeo exacta & accurata. Etenim de Adamo ſcriptum eſt quòd ſeipſum accinxit. Similiter etiam de Chriſto. Si autem vis videre eum etiam in orto nudum, & linteo ſolùm ſuccinctum, vide eum in

Chriſtus ſupra Adami cranium patitur pro Adamo & Eua.

Golgotha ſubligaculo tantum ſuccinctum pendentem in cruce, ſupra Adæ cranium, pro Adamo & Eua patientem, de quibus dictum eſt: Et audierunt vocem Domini Dei deambulantis in Paradiſo meridie, & latuerunt Adam & vxor eius à facie Domini Dei, in medio ligni Paradiſi, & vocauit Dominus Deus Adamum, & dixit ei, Adam
» vbi es? Et dixit ei, Vocem tuam audiui deambu-
» lantis in Paradiſo, & timui, quia nudus ſum & la-
» tui. Et dixit ei Deus. Quis tibi annunciauit quòd
» ſis nudus, niſi ex ligno, ex quo ſolo tibi mandaui
» ne comederes, ex eo comediſſes? Fortaſſe non eſt alienum, quod illæ dixerunt, Maria & Salome & Ioanna quærentes eũ qui latebat in Paradiſo Golgotha ſub ligno, nempe nudum Chriſtum Adam

A quem vocauit & eduxit Dominus Deus ex latebris, excitans eum ex mortuis ſecundum carnem, hoc nos quoque dicere de hoc Adamo qui latebat in hoc orto in medio ligni, quem quærens Deus ſuſcitare in meridie, ad ipſum aduenit. Illæ enim, nempe Maria Magdalene cum duabus alijs dicebant. Quis reuoluet nobis lapidem vt videamus eũ qui intus latet? Similiter idem mihi quoque ſuccurrit dicendum in propoſitis & non contemplabilibus myſterijs huius literæ, & veluti magno quodam lapide opertis, nempe obſcuritate, Quis nobis reuoluet caliginem literæ, vt intra nubem & diuina hæc adyta, in ſancta ſanctorum
B intuentes, videamus occulta huius myſterij orgia, quæ quidem perſpicua Orthodoxæ fidei rectitudine non comprehenderimus, ſi hiſtoricè abducti fuerimus à dictionis craſſitudine? Deus enim qui implet cœlum & terram: Qui dicit: Non videbit homo faciem meam & viuet. Quomodo enim perſonali præſentia & locali ſimul vadens tranſitu, & vocis edens ſonitum, in meridie acceſſit ad Adamum? Quanam autem de cauſa eum puduit nudum conſpici à Deo, cùm ſtatim ab initio nudus à Deo fuiſſet factus & apertus? Ignorabat ne Deus qui ſcit omnia ante ortum eorum, locum in quo latebat Adam, & exclamauit, Adam vbi es?
C Quod eſt autem admirabilius, cur non vocat vtrumque? & multo magis mulierem quæ fuerat decepta? Adam enim non eſt deceptus: ſed mulier fuit decepta. Quomodo autem non cernitur Deus omnino fuiſſe locutus cum muliere ante tranſgreſſionem. Quoniam ergo eſt magna & comprehenſu difficilis ſuper omnia quæ prius dicta ſunt, verã eorum quæ ſunt propoſita conſideratio, non ſolùm iis qui ſunt noſtris temporibus, ſed etiam ijs qui multis antè ſeculis à Deo ſuere afflati, & in ijs ſunt pulchre verſati, ſicut etiam dicit Adamantius Chriſti indagator, hæc quoque ad aliorum ſimilitudinem precemur, vt accipiamus
D digitum qui tetigit oculos cæci ab ortu. Quinquidem Dominus Adamus ſtatim ab ortu fuit immortalis, vt qui fuerit occultatus à Dei lumine, vt cùm tetigiſſet noſtros animæ oculos, diceret Effeta, quod eſt, Adaperire. Noſtri enim oculi tenentur ne apertè agnoſcant, quomodo Propheta quidem Moſes, vel potius Angelus qui loquitur in ipſo, per omnem actum qui eſt in inobedientia, & peccatum ligni, communes facit & coniungit ambos protoplaſtos, vel potius mulierem ſolam oſtendit eſſe in culpa. Ipſa eſt allocuta, Ipſa eſt decepta, Ipſa comedit, Ipſa viro dedit, Ipſa ei eſt inſidiata, Ipſa fuit cauſa peccati, nuditatis, timoris, ſubligaculorum, fugæ, abſconſionis à Deo, pœnæ,
E execrationis, mortis, & vt ſemel dicam, malorum innumerabilium. Et cùm hæc ita habeant, Quomodo Deus cum acceſſiſſet illo meridie ad inquiſitionem & veluti examinationem eorũ qui non obedierunt, non vocat mulierẽ ad examinationẽ, non eam grauiter increpat, non ponit omnino in eius pœna execrationem, non dat ei terram ad comedendum, non ſpinas, non tribulos, neque eſum fœni, non ſudorem vultus, ſed neque mortem, ſed neque eã expellit aut exterminat è Paradiſo. Non ei omnino reuocat ſerpentem in memoriam. Non eam pudore afficit, dicens: Cur decepiſti Adamũ? Sed cum oſtendiſſet omnem benignitatem & bonitatem

Marc. 16. *Reuoluere lapidẽ de oſtio monumenti, eſt res latentes & abſconſas reuelare.*

Ex. 33.

Matt. 7.

Sola mulier eſt in culpa tranſgreſſionis.

Adamus cum non peccaſſet, omnẽ culpam in ſe tranſfert, quod refertur ad Chriſtum.

nitatem in mulierem quæ ceciderat, pergit ad hominem, & dicit ei, Adam vbi es? Et dixit: Audiui vocem tuam ambulantis, & latui, quoniam ſum nudus. Audi & Adamum reſpondentem ea quæ Deo conueniunt. Solus enim quæſitus & vocatus reſpondet ſingulariter, & non coniungit ſibi mulierem. Non enim dicit: Audiuimus vocem tuam deambulãtis in Paradiſo, & timuimus quia nudi ſumus, & latuimus, quod quidem erat verum. Sed mittens accuſare ſuam coſtam, ſeipſum prodit pro ea. Hæc cùm perſequeretur, Paradiſi ciuis Paulus rurſus accedens in medium, dicit: Myſterium hoc magnum eſt. Ego autem cum ipſo dico, in Chriſto & Eccleſia pro qua ſe dedit ad mortem. Vnde etiam à Deo vocato vero Adamo, quãdo dixit, Adam vbi es? Non dictum eſt in ſcriptura quòd exijt aut venit ad Deum, eſt enim ſemper apud Deum inſeparabilis filius. Hęc præmiſimus, ora Iudæorum obſtruentes, ne nos audientes omnia Adami ad Chriſtum referentes, exiſtimēt eum fuiſſe ſub peccato, & criminationi obnoxium & execrationi. Sufficit enim demonſtratio eorum quæ nunc dicta ſunt ad perſuadendum vel maximè incredulo, quòd quæcunque quidem obiecta ſunt mulieri, obiecta ſunt accuſando. Quæcunque autem Adam à Deo audiuit abſque criminatione ſeu accuſatione, ea de Chriſto dicuntur ſe dimittendo pro Eccleſia, ſibi attribuendo illius peccatum & execrationem & mortem. Propterea enim Deus fecit res Adami diuerſas & excelſiores ſupra mulierem, vt nos diſceremus & doceremur incõparabilem Chriſti differentiam ſupra Eccleſiã. Nam cùm dixiſſet Deus, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, nihil eiuſmodi dixit de muliere, quando eam erat fabricaturus ex latere Adami. Et rurſus dicens: Fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illũ, non dicit de ea, Fecit illam, ſed poſtquam dicit de homine, Fecit illum, tũc ſubiungit, Maſculum & fœminam fecit illos. Similiter etiam in formatione hominis, quando dicit: Fecit Deus hominẽ limo accepto è terra, & inſufflauit in ipſum ſpiritum vitæ, nullam fecit mentionem mulieris. Nam quod attinet ad eſſentiam, nihil habuit Eccleſia ex diuina eſſentia, cuius fuit ſymbolum inſufflatio, prius ſignificans Dei Verbi ex patre id quod ex nobis eſt luteum ingreſſum, & habitationem in hypoſtaſi. Et ideò non dat Deus mulieri eſſentialem ſui inſufflationem, quoniam non eſt compoſita mulier ex diuinitate & humanitate, ſicut Chriſtus Adam, ſed ex vna ſola carne, nempe latere humanitatis. Porrò autem in poſitione quoque & ingreſſu Adami in Paradiſum, non dicit: Simul ponit cum eo mulierem. Neque verò in operatione eam facit ſimul cum eo operari, neque in cuſtodia ſimul eſſe cuſtodem. Sed neque ex omni ligno quod eſt in Paradiſo iubetur comedere niſi ſolus Chriſtus. Sed neque imponit mulier nomen beſtijs & volucribus. Ad ſolum enim Adamum ea adduxit Deus vt videret quid ea vocaret, tanquam ad Regem, & qui erat eis dominaturus. Vnde licet videre etiam verè hominem, tanquam qui habet poteſtatem & eſt Dominus, nempe Chriſtum, vxorem nominãtem Eccleſiam, ex ipſa appellatione quam impoſuit ei Deus, & appellantem eius nomen vitam. Verè enim viuifi-

Ephes. 5.

Quæ mulieri obiecta ſunt à Deo, obiecta ſunt accuſando. Quæ autẽ Adamo, abſque accuſatione. Chriſti incomparabilis differẽtia ſupra Eccleſiam.

Eccleſia nihil habet ex diuina eſſẽtia. Inſufflatio eſt ſymbolum ingreſſus Dei Verbi in carnẽ noſtram.

Cur in mulierẽ Deus non inſufflauit.

Chriſtus Eccleſiam nominat vitam.

Chriſtus baptiſmate verè viuificat quos generatur.

Appendix.

cat quos generat, nempe baptiſmate. Et de ſolo homine Propheta dicit Deo. Minuiſti eum paulo minus ab Angelis: gloria & honore coronaſti eũ: & conſtituiſti eum (non autem eos) ſuper opera manuum tuarum: & omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, & ſolius, non autem ipſorum, hoc eſt: Non amborum, ſed ſolius Adami, in figurã Chriſti. Oſtendi tibi hanc magnam & incomparabilem differentiam Adami ab Eua, honoreque & gloriam, vt exactè & accuratè diſcas quando videris hominem in figura Chriſti ſe demittere ad mulierem, & ſimul cum ea comedere ex ligno, & ſimul videre, & ſimul nudari, & ſimul conſuere folia ficus, hoc eſt præmeditari & componere, & ſimul ponere Verbum cum Verbo ad defenſionem, & ſimul audire vocem Domini Dei ambulantis, & timere, & fugere, & latere, & vocari ſolum ad examinationem, & duras pœnas pro illa ſuſcipere, & ſolum expelli ex Paradiſo, & ſuſcipere ſententiam mortis: Hæc omnia quando aſpexeris Adamum & agere & ſufferre, intelliges Chriſtum per Paulum tibi dicere: Adam non eſt deceptus. Alio enim modo comedit antiquus ille in typum Chriſti, alio autem modo mulier in typum Eccleſiæ. Alio modo eſt intelligenda Adami viſus recuperatio: alio modo, mulieris. Alia eſt viri nudatio, alia autẽ mulieris. Aliter timet Adã, qui eſt Chriſti figura, non deceptus, & aliter timet mulier decepta. Ipſa enim per inobedientiam, ſicut Eccleſia. Adam autem, nempe Chriſtus, eo quod pro ambobus id ſuſcipiat. Hoc modo intelligẽda eſt etiã nudatio quam in Caluaria ſuſtinuit, & fuga. Quãobrem per diſpenſationem etiam fugit in Ægyptum, & vocauit eum Dominus Deus latentem in Ægypto. Quare dicebat etiam, Ex Ægypto vocaui filium meum. Quòd ſi vis etiam videre Chriſtum voluntariè timentem pro Eccleſia, audi Euãgeliſtam de eo dicentem. Et cùm eſſet in agonia, orauit intenſius, & ideo fuit triſtis vſque ad mortem, medicãs triſtitiam mulieris, & pro ea ductus ad paſſionem. Quoniã autem meridiem, Dei Verbi aduẽtum eſſe paternè dedimus, neceſſe eſt omnino videre, quomodo etiam de homine communi, qui eſt veluti quidam Adam, & de eius coniuge Eccleſia, prius ſunt deſcripta propoſita Paradiſi myſteria, & finem acceperunt in nobis. Cùm ergo comediſſet mulier quæ dicitur, ex malo impietatis fructu ligni, ſtans prope ſerpentem tanquam eſſet eius vxor, deinde ei renunciaſſet, vt iam dixi antea, & ad maritum eſſe reuerſa, non inuenimus eam amplius appropinquaſſe, aut cum ſerpente omnino eſſe locutam. Omnia ergo quæ fuerunt poſt eius cõuerſionem ad Adamum, hoc eſt, Chriſtum, intelligere oportet bona, & tunc præfigurata ad Eccleſiæ beneficium, & cuiuſlibet hominis qui eſt eiuſdem cuius ipſa generis. Oculorũ quidem viſus recuperationem, Chriſti veræ lucis agnitionem. Nuditatis autem tectionem, initium ſenſus ad correctionem. Nam ſapiẽtes, inquit, tegent ſuam verecundiam. Audi enim quid fiat præterea poſt induta ſubligacula. Qui enim prius nõ obedierant voci & mandato Dei, qui ante meridiem temporum nondum aduenerat, & per carnem nobis non appropinquarat, & nondum ambulabat Dei prædicatio tunc cùm omnem terram exiuit ſonus eius dicentis: Pœnitentiam agite,

Pſal. 8.

1. Tim. 2.

Oſee. 11.

Luc. 22.

Ea quæ fecit poſt conuerſionem ad Adamum, ſunt præfigurata ad Eccleſiæ beneficiũ.

Matt. 3.

appropinquat enim regnum cœlorum, quando vox Domini facta eſt ſuper aquas, quando tonitru vocis euangelicæ factũ eſt in rota mundi, audierũt

Io.10. vocem Domini dicẽtis, Oues meæ vocem meam audiunt, audierunt vocem Domini ambulantis in Paradiſo Eccleſiæ oleaſtrorum, nempe gentium,

Matt.11. & dicẽtis. Venite ad me omnes qui laboratis, quandoquidem ligna ſcinditis montium ad Deos inanes exſculpendos, & iis onerati eſtis, vt habeatis ad templa execranda, & ego ab iis omnibus vos faciam quieſcere. Et timuerunt Dominum qui prius ipſum non timebant. Timuerunt, quia non timebant indumentum nuptiale. Nondum enim baptiſati erant in Chriſtum, vt Chriſtum induerent. Nudi erant exuti priori indumento incorruptionis & immortalitatis. Sed quando audierunt vocem eius qui quærit ouem quæ perierat, & tegumentum ligni vitæ Chriſti qui dicit per Prophetam de nobis: In tegmine alarum tuarũ proteges nos, cum fuerimus in arcano vultus tui. Et cùm accepiſſet prodigum hùc nudum hominem, qui extrinſecus intro rectè erat ingreſſus, eum texit dicens: Afferte primam ſtolam quam iſte ferebat prius, nempe indumentum incorruptionis, & induite eum. Quãdo ergò audis de Domino Deo præſente & dicente Adamo, vbi es, In bonum intellige hanc vocationem. Quem enim quærit & vocat ad ſe Deus, eſt perſpicuũ quòd recedit quidem à malo, cum Deo autem inuenitur. Sin autem cum ira & excandeſcentia, vt quidam exiſtimant, Deus acceſſit ad Adamum & Euam in Paradiſo ad eos puniendos & cruciandos, oportebat eum ſtatim pergere ad ſerpentem & punire autorem malorum. Oportebat mulierem inſidiatricem viri condemnare, & ex Paradiſo exterminare, & execrationi & morti ſubiicere. Hic autem fit contrarium. Attende enim. Eam nec execratur, nec criminatur, neque morte condemnat: ſed & ſeparat, & redimit ab inſidiatore eius ſerpente, ei dicens: Ponam inimicitias, & veluti repudium inter te & mulierem, eam à te liberans, & faciens vt ea mihi adhæreat, qui ſum vir eius & Dominus, & eam induens tunica, nempe me, qui ſum contextus ex ſupernis. A te enim fuerat nudata, & eam nomino vitam, vt quæ à te fuerat morte affecta. Hæc omnia non ſunt iraſcentis Iudicis ex iis quę ſunt conſequentia hiſtoriæ. Nam cùm Deus dixiſſet Adamo, Quis tibi renunciauit quòd ſis nudus, niſi comediſſes ex ligno, quod tibi iuſſi ne comederes? Vide quòd Adam Deo reſpondet dicens: Mulier quam dediſti mihi mecũ, ipſa mihi dedit ex ligno, & comedi. Audiuiſti quomodo non peccauit Adã, vt qui non fuerit deceptus. Non dicit enim, Decepit me mulier. Non dicit: Me ſupplantauit, aut ea mihi fuit peccati conciliatrix, ne conferat culpam in eum qui ipſam ei dedit. Poterat enim ſe defendere, & Deo reſpondere, dicens. Rectè habebam cùm prius eſſem ſolus, ſed adiutrix quam dediſti mihi, non erat adiutrix, ſed inimica & inſidiatrix. Nihil autem dicit aut cogitat huiuſmodi. Dicit itaque. Mulier quam dediſti mihi, ad me ſeruandum, & liberandum, & ſuſcipiendum, ea mihi dedit mortem ab ipſa profectam, fructũ ligni, promptoque & alacri animo comedi, nihil penitus cõtradicas, neque recuſans. Propterea enim Adam nullam eorum penitus facit mẽtionem, cum Deo loquens, vt qui neque eſſet inobediens, neque à ſerpente omnino vllam accepiſſet irruptionem, neque ad eum omnino acceſſiſſet, vt neque Chriſtus. Neque rurſus cernitur Deus in illa terribili execratione ſerpentis, quidquam eum eſſe criminatus de homine, aut de Adamo apud eum vllam feciſſe mentionem: ſed enim ſuſque deque execratur de muliere, & abiicit efficiens vt caderet caſu à quo non poſſet excitari, & æterna eum condemnat damnatione, quoniam mulierem Eccleſiam ſolam, non autem Adamum Chriſtum decepit. NVNC enim, inquit, venit princeps mundi huius, & in me nihil inuenit. Vnde etiam ratam & acceptam habens Deus inſontis Adami reſponſionem in figuram Chriſti qui non peccauit, cùm dixiſſet: Mulier quam dediſti mecum, ea mihi dedit ex ligno, & comedi, nihil amplius eum interrogat, ſed ſtatim ad eam vadit. Dicit enim Moſes: Et ei dixit Deus: Quid hoc feciſti? Et dixit mulier: Serpens me decepit, & comedi. Quomodo autem de Adamo à Deo accuſata, de illo non reſpondet, ſed de ſe? An non eſt perſpicuum quòd oſtendens peccatum non cadere in Adamum, perinde ac ſi diceret Deo, Adam eſt innocens, ego ſola Deo meo non obedij, & fregi pacta conuenta tecum inita: & erraui ſicut ouis quæ perijt, effecta errabunda ac Deos colens, & ſuper montes & colles nuda vagans ac fluitans, & polluta ſordidis ſacrificiorum inquinamentis. Quoniam vafer ſerpens me decepit, tanquam imperitam adoleſcentulam ſupplantans & aberrare faciẽs. Hæc cùm mulier propemodum apud Deum confiteretur, per hoc quòd dixit: Serpens me decepit, vt quæ ſuam indicaſſet pœnitentiam, & ei eſſet condonatum, tranſit Deus ad malum Draconem, defectorem Serpentem, & ei dicit. Cur hoc feciſti? Sed quia hoc feciſti, & auſus es ſtatim decipere primum figmentum manuum mearum, quod factum eſt ad meam imaginem & ſimilitudinem, Tu es execrandus ab omnibus iumentis, & ab omnibus beſtiis quæ ſunt ſuper terrã. Execrandus es tu & ſolus, ſed non Adam: Tu ſolus, & non mulier. Sed tu es execrandus ab omnibus meis creaturis quæ ſunt ſuper terram, non ab iis quæ ſunt in cœlo. Nam qui in illo ſunt Angeli mei ſunt benedicti, quoniam me benedicunt miſſi ad munera adminiſtratoria. Tu enim ſperaſti, ſi peccaſſent homines, fieri loco eorum rex omniũ quæ ſunt ſuper terram, dicens: Ero ſimilis altiſſimo, ſed tua ſpe es fruſtratus. Eis enim do omnem poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & collum tuum. Deinde cùm hæc dixiſſet, prædicit ei etiam vitium & malam mentem cuius nulla tangeretur pœnitentia, dicens, non iubendo ſed prophetando. Super pectus & ventrem tuum, hoc eſt in ira & voluptate tua, gradieris nulla mouendus pœnitentia. Et terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ, hoc eſt, lapſus à cœleſti ſapientia & cognitione diuina, terreſtres ponens ſenſus & materiales, & circumageris ac volueris. Et inimicitias ponam inter te & mulierẽ quam decepiſti, nempe meam Eccleſiam. Gratias agimus tuę ineffabili & inenarrabili clementiæ Chriſte Deus, qui nos liberaſti & ſeparaſti à ſocietate & dilectione, & vnione, & amicitia maligni Diaboli ſerpentis. Tu es Deus qui facis ſolus mirabilia magna: qui propter tuam in

Pſ.35. *Luc 15.*

Nudi qui nam dicãtur in ſenſu allegorico.

Deus vocat Adamum dicẽdo, Vbi es, in bonum non in malum.

Mulieris inimicitia cum ſerpẽte quęnam ſint.

Serpẽs decepit mulierem Eccleſiam, non Adamum Chriſtum.

Ioan 14.

Eua, id eſt, Eccleſia, nõ confert culpam in Adamum, nempe in Chriſtum.

Serpens quomodo ſit maledictus.

Eſa.14.

Serpentis id eſt Diaboli impœnitentia.

in ſponſam tuam Eccleſiam charitatem poſuiſti inimicitias inter nos & inimicum tuum, vt non amplius ei ſeruiamus, ſed tibi ſoli vno Deo vero, qui dicis inſidiatori huius tuæ coniugis ſponſæ mulieris. Inimicitias ponam inter te & inter mulierem. Ponam inimicitias. Rem futuram, & ponendas inimicitias ſignificat illud donam, eo qui dicit oſtendente: Ego in nouiſſimis temporibus ponam inimicitias inter te & Eccleſiam. Nam nũc quidem amica eſt tibi mulier: nunc eſt tibi coniux. Nunc eam effeciſti captiuam, nunc tibi ſeruit, nunc eſt tibi ſubiecta, nunc te colit, ſacrificans filios ſuos & filias ſuas tibi & tuis Dæmonijs. Sed ne glorieris, neque efferaris, neque propterea inſoleſcas. Nam venit hora, & nunc eſt quando veniam eum viſitans meridie & faciam eius vltionem, & pœnam inimicitias terribiles & implacabiles inter te & mulierem Eccleſiam. Non veniam enim tunc admittendam inter te & eam pacem, ſed gladium Euangelicum, ad diuidendum & ſeparandum te malignum & adulterum virum ſerpentem à muliere quàm à me rapuiſti: vt quando ſuper omnes alias mulieres, ſynagogas Petiarum, Indorum, Arabum, Iſmaëlitarum te dilexit, ita ſupra omnes te oderit, vel potius, vel ſemel dicam, omnes te oderint (num enim Iudæorum ſolum eſt Deus, non etiam Gentium) noctúque & interdiu ea aduerſus te armata & reſiſtens te interimat. Si hæc ita non ſignificant, oportebat Deum ita dicere ſerpenti. Et ecce ponantur inimicitiæ ab hoc tempore inter te & inter mulierem. Cur enim facto delicto oporteret poſtea vlciſci eum qui fecit? Sed his verbis non credit Iudæus, ſolam attendẽs literam. Deinde non vides, illi dico, terribiles inimicitias huius Chriſti vxoris Eccleſiæ, quas habet aduerſus ſerpentem? Non vides impreſſionẽ, non vides certamen? idque cùm tu primus experiaris? Quid enim non moliris? Quod genus pugnæ non excitas? Quam autem manum non armas vt eam obruas? Sed ſtat adhuc magis firma & ſtabilis: & procedens aduerſus enſes, Chriſtum non negat. Et in his omnibus ſuperamus, vt cum Paulo dicamus. Non vides enſes & ſagittas potentis Dei acutas, per quas aduerſus ſerpentem ſtat armata in acie & prælio armatura vndique munita, & accincta gladio ſpiritus, halea ſpei, lorica fidei, clypeo baptiſmi? Non vides inuicta & infracta arma, in quibus conterit & aufert caput ſerpentis? Crucem, inquam, corpus, ſanguinem Ieſu, vota, preces, vigilias, & alia quæ molitur aduerſus Serpentem, & aduerſus eum ſtat in acie, ne amplius ei ſeruiat? Quo fit vt de cætero cum eo gerens inimicitias, & conuerſa ad proprium virum, nempe Chriſtum, quotidie bello inuaditur à ſatellitibus ſerpentis, perſecutionem patitur, verberatur, torquetur, occiditur, vincitur, iniuria afficitur, eſuriens, nuda incedens, ſeruiens, ſitiens, liberis orbata, & membratim diſcerpta, cum ſerpente autem neque fœdus neque amicitiam iniens. Sed etiamſi oporteat millies ſubire mortem, prompto & alacri animo membra ſua & liberos igni tradit, & gladijs, & tormentis, potius quam cum ſerpente fœdus percutiat & amicitiæ obſides ei aut det aut accipiat. Eorum autem quæ nunc dicuntur nos teſtes ſumus qui Verbum audimus, pro fide huius mulieris Chriſti pericula quotidie adeuntes: ſerpenti autem non obedientes. Teſtes inimicitiarum ſunt qui in deſertis & montibus & ſpeluncis decertant aduerſus Serpẽtem. Teſtes inimicitiarum huius mulieris ſunt Paſtores, qui eam pulchrè docent quotidie dicere, Renuncio Satanæ, malo Serpenti, & eius cultui, & eius deceptioni, & eius idolis, & eius facultatibus, & eius libaminibus, & eius ſeruituti. Teſtis eſt à Deo datarum inimicitiarum piæ huius mulieris quas ſuſcepit cum ſerpẽte, idolorũ deſtructio, ipſorum templorum euerſio, ſtatuarum cõtritio, columnarum delerio, apud gentes Dei agnitio, qui has bonas inimicitias prædeſtinauit, & dixit Serpenti, Ponam inimicitias inter te & mulierem. Et quare mulierem, & non potius virum? (Mulieris enim caput eſt vir) & ipſum, cùm ſit inimicum caput, bellum gerere cum capite Serpentis? Sed nihil dicit eiuſmodi, quoniam nihil eſt commune ſerpenti cum ſpirituali Adamo, nempe Chriſto. Dicit itaque: Ponam inimicitias inter te & mulierem. Si autem corporaliter intelligis Dei verba ad Serpente, vide in quam multa incidis abſurda ſic intelligens. Et primum quidẽ, quòd Deus iniuſte eum eſt execratus. Nam cùm ratione careret & intelligentia, inuitus fuit inſtrumentum Diaboli: nec oportebat iraſci inſtrumento experti rationis. Secundo, quòd ſi mulierem ſolam vult inimicitias gerere cum maligno, eſt perſpicuum quòd vult virum eſſe eius dilectum. Tertio, quòd ſi inter corporalem ſerpentem & carnalem noſtram mulierem poſuit Deus inimicitias, in vno momento temporis conſumerent Serpentes omnes mulieres, & maximè quæ non ſunt in vrbibus dum dormiũt. Quarto, quòd plurimæ etiam aliæ beſtiæ ſunt nobis inimicæ. Sed neque terram quotidie comedit Serpẽs, ſed etiam alias eſcas carnium. Sed neque qui ſub intelligentiam cadit Serpens, cùm ſit immortalis, terram comedit omnibus diebus vitæ ſuæ miſſus in ignem æternum. De ipſo tamen ſerpente qui cadit ſub intelligentiam, & de Eccleſia intellige diuinum eloquium quod dicit. Ponam inimicitias inter Diabolum & mulierem. Beata eſt ergo inter mulieres ſola hæc mulier. Hinc enim diſcimus magnum dogma de ipſa, etiam ipſis cœlis excelſius & præſtantius. Quodnam eſt hoc? Dico quòd ſola quæ eſt Chriſtianorum Eccleſia Chriſti, eſt hoſtis & inimica ſerpenti: reliquæ autem omnes quæ ſunt in mundo religiones & fides gentium, tam Iudæorum quam Barbarorum, ſunt amicæ & cõtubernales, & coniuges, & propriæ Diaboli Serpentis, ex eo natæ, & quæ ex eo conceperunt malum ſemen execrandorum dogmatum, adeò vt eis idem ſit & pater & vir, qui introduxit execrandam ſui inter ſe corruptionem. Hoc enim ſignificant etiam quæ deinceps ſequuntur Dei verba ad ipſum Serpentem. Nam cùm dixiſſet: Ponam inimicitias inter te & mulierem, ſubiunxit dicens: Et inter ſemen eius. Atqui debebat dicere: Et inter fœtus eius, ſi ad corporalem ſerpentem & mulierem corporalem ſolam eſſent ea quæ dicuntur. Mulier enim non emittit ſemen, ſed cùm acceperit, parit fœtũ. Semina ergo Eccleſiæ ſunt pia dogmata & diſciplinæ, quæ ſeminauit ille Agricola, dicens: Exijt qui ſeminat ad ſeminandum. Rurſus ſerpentis ſunt mala ſemina, & impia hæreticorum zizania & prædicationes. Quæ quidem videns

Inimicitia inter Serpentem et mulierem futura nõ præſentes.

Rom. 8.

Arma Eccleſię, crux corpus, ſãguis Ieſu, vota, preces, vigiliæ.

Teſtes inimicitiarũ mulieris et Serpentis quinam ſint.

Renunciare Satanæ.

Si Serpens intelligatur corporaliter, quot ſequuntur abſurda.

Sola Chriſtianorum eccleſia eſt Serpenti inimica.

Mulier nõ emittit ſemen.

Eccleſia quænam ſint ſemina.

Matt. 13.

A Chriſtus germinanria in medio frumenti, dicebar, » inimicus homo hęc ſeminauit, hoc eſt, malus Ser- » pens, & proptetea tanquam hoſtem Eccleſiæ eum » alloquens, dicebat, Ponam inimicitias iuter te & » mulierem, & inter ſemen tuum & ſemen eius, Ip- » ſe obſeruabir caput: & tu obſeruabis eius calca- » neum. De muliere loquens & eius ſemine, Quomodo ad maſculum traduxit orationem, dicens; Ipſe obſeruabit caput, & tu obſeruabis calcaneũ » eius? Eius, Cuius: Nunquid mulieris? Abſit. Non habet enim quod dictum eſt ſenſum. Diſſecor, & tui rurſus teneor admiratione, tibi Iudæo rurſus dico, Quomodo ad mille annos hæc rectè legens, nōdum cognouiſti eam quę eſt in ipſis veritatem,

Ad Iudæos eleganter dirigitur oratio.

B cùm tu me potius debetes in his illuminare, vt qui ea à Deo acceperis, & cui ea ſunt credita. De cætero à me qui ſum barbarus & beſtia diſce ſenſum tuarum legum. Atque vt maligno quidem Serpenti ſit inimica & ei non obediat mulieri & Eccleſiæ dedit Deus: obſeruate autem, ſeu cum inſidijs eius caput contetere, non poteſt Eccleſia. Et propterea à muliere ad hominẽ, nempe Chriſtum, traduxit Deus orationem, dicens Serpenti. Ipſe obſeruabit caput tuum, te conterens cum inſidijs, & tu obſeruabis eius calcaneum, hoc eſt extrema totius corporis Chriſti (hoc autem eſt Eccleſia) in extremis tempotibus eam cribrans. Cal-

Chriſtus, non autem mulier cōterit caput Serpentis.

C caneus autem eius & extrema, eſt Antichriſti pręſentia quę futura eſt in extremis temporibus. Eius enim tempus obſeruat & expectat malus Serpēs, quo vtetur tanquam inſtrumento, ad ſupplantandum rurſus per cibum Eccleſiam, ídque cum tunc ſit futura fames, ſicut etiam tradidimus in libro præcedente. Quòd autem Chriſtus fuerit cuſto Eccleſiæ, non opus erit de eo alia maiori probatione, quàm ea ſola quæ dicit in perſona Chriſti. » Et accepit Dominus Deus Adamum, & po- » ſuit eum in Paradiſo, ad eum operandum & cu- » ſtodiendum. Et ideo poſuit Chriſtus Cherubim, » & flammeam rhomphæam verſatilem, quæ in or- » bem cuſtodit Eccleſiã, ne intro ſubeat caput Ser- » pentis. Fortaſſe autem rurſus etiam ea de cauſa à muliere ad virum traduxit dictionem Deus, dicēs

Calcaneus Eccleſię eſt Antichriſti adduentus.

Chriſtus eſt cuſtos Eccleſiæ.

D Serpenti de Chriſto: Ipſe obſeruabit caput tuum, propter vocem illam quæ vtroſque coniungit ſocietate, dicens: Et erunt duo in carne vna, vt per vocem fœmininam ſimul ac virilem nos doceat Chriſtum & Eccleſiam eſſe indiuiduum quiddam eiuſdémque naturæ, eiuſdémque carnis, & concorpotale, & ſingulare. Conſerua mihi ô fidelis & ſacer cœtus hæc aſſiduè in memoria, quæ dicta ſunt, inquam, de voce diuina, quæ dicit Serpenti? Ponam inimicitias inter te & mulierem vnam & ſolam, & ideo non dicit mulieres, quoniam cæte-

Epheſ. 5.

Chriſtus & Eccleſia eſt quidpiam indiuiduũ concorporale, & eiuſdem naturæ.

E ræ omnes quæ ſunt in mundo fides, præter vnam & hanc Chriſti ſolam, & Chriſtianorum vxorem Eccleſiam, ſunt amicę Serpentis. De cętero autem quando videris reliquas mulieres & fides, Iudæorúmque & Barbarorum ſynagogas, pſallentes, clamantes, dies feſtos celebrantes, vigilantes, ieiunantes, ſacrificantes, adorantes, Deum nominantes, fidem prædicantes, dogmata ſtatuentes, ſcripturas legentes, Chriſtum autem Deum verum ex Deo vero non confitentes, certò ſcias quòd eæ omnes ſunt amicæ Diaboli, nempe Serpētis: & nulla ex ijs eſt inimica & ab eo aliena, niſi

Omnes fides præter Chriſti fidem ſunt amica ſerpentis.

A ipſa eáque ſola Chriſti Eccleſia, & eius ſemen. Illæ enim omnes ſunt fornicatrices & adulteræ ex ſemine Serpentis, concipientéſque & parientes, fortaſſe autem habentes etiam proprium & innatum ſemen ſerpente deterius. Ille enim, & qui cum eo ſunt Dæmones, ſæpe confeſſi ſunt & prædicarunt Chriſtum filij Dei altiſſimi. Vnde etiam in tentatione ei dicebat ſerpens tanquam filio Dei, Dic vt lapides panes fiant: & tanquam filio Dei dicebat: Deijce te ipſum deorſum ex templo, & tanquam Deo deprecabantur omnes, ne eos mitteret in abyſſum, & tanquam Deo & Domino omnium Chriſto ſupplicabant, vt eis permitteret intrare in porcos, & tanquam Deum eum admi-

Diabolo ſunt deteriores, qui Chriſtum negant filium Dei.

Matth 4.

Matth.8.

B rabat Dæmoniũ ne ipſum torqueret. Nulli enim iuſtorum qui fuerunt à ſeculo, tales preces tremētes effati ſunt Dæmones, niſi ſoli Chriſto Deo. Sciebant enim ex ijs quæ patiebantur, quòd ad eorum perniciem & interitum, & Draconis eorum principis, venit iudex ad mulierem & hominem qui peccauerant, non vt eos iudicaret aut execraretur, ſed vt ſeruaret, ſicut ipſe Seruator dicit, Non veni vt Iudicem Mũdum, ſed vt ſeruem. Venit enim Filius hominis ad quærendum & ſeruandum quod perierat. Non enim venit ad vocandum iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam,

Ioan.12.

Matth.8.

Luc.5.

Marc.2.

C quoniam non opus habent qui ſani ſunt medico, ſed qui malè ſe habent. Si ergo propter benignitatem, & clementiam, & peccatorum condonationem venit Chriſtus in vitam, Agnus Dei qui tollit peccatum mundi: eius autem aduentus in Paradiſum qui fuit ad eos qui peccarunt, erat verus typus eius aduentus ad mulierem quæ decepta fuerat, Euam, Eccleſiam, naturam humanam, intelligat quilibet homo fidelis, quòd non ad ſupplicium irrogandum, neque ad pœnam ſumendam neque ad exterminandum, neque ad execrandum tunc venit Deus ad Adamum & Euam. Ouis enim quæ perierat erat exemplar Adami, neque cum ira ipſam quæſiuit Paſtor bonus, ſed geſtauit

Chriſtus venit ad condonanda peccata, & ſaluāda hominẽ.

Luc.15.

D humeris, & drachma quæ ceciderat ex decē, nempe Eua, erat Eccleſia. Neque cum ira quæſiuit & inuenit eam Dei benignitas, & homo qui incidit in latrones, fuit Protoplaſtus Adam. Neque cum vllis minis eum curauit & geſtauit humeris, vbi Ieſus crucem. Porto autem bonus quoque latro exprimebat euidentem typum Adami, & donum Paradiſi nobis Chriſtus per ipſum aperuit. De cętero noli non credere, quòd etiam aduerſus Protoplaſtos qui peccarunt, tunc Deus multam oſtendit clementiam in pœnis quæ ab ipſo aduerſus eos decernantur, in quibus verba quidem adumbrauit inſtar quarundam execrationum ad ter-

Luc.10.

Bonus latro exprimebat typum Adami.

Magna fuit clemētia in pœnis protoplaſtis.

E rotem ſceleſtæ gentis Iudæorum, quando legem exponebat. Ea autem, prædicendo non puniendo ſunt interpretata vt referantur ad Adamum & Euam, de ijs quæ erant euentura Eccleſiæ, quando in errore degebat apud Serpentem ante aduentum Dei Verbi ad ipſam, quem apertè prius deſcripſit ac figurauit Dei aduentus in Paradiſo in illo meridie. Hæc neceſſario ſum præfatus, & præmunij auditorem, ne ægre ferat, aut ne videatur audire aliena in ijs quas dicturi ſumus contemplationibus dum agemus de pœnis, vt quæ ſint nouæ, alienæ, & incredibiles. Non ceſſat enim vnquam ſancti Spiritus gratia ornare &

Gratia ſancti Spiritus Eccleſiam ſemper ornat nouis ſenſibus.

coronare

coronare Paradiſum Eccleſiæ nouis flotibus & intelligentijs Nam ſicut iam dixi antea, mille exortæ ſunt hæteſes, quæ audierant quidem de Paradiſo & Protoplaſtis, nihil autem ſpirituale in eis intellexerant. Nam Samaritani quidem, ex eo quòd dicat: Terra es, & in terram reuerteris, arbitrati totum hominem eſſe mortalem propterea quod ſit terreſtris anima quoque cum corpore, negarunt reſurrectionem. Origenes autem infelix cùm neſcio quomodo diceretur eſſe ſapiens, ſtultus factus eſt, proſtibulum fuiſſe pronuncians locum incorruptionis, coitum mulieris eſſe decernens pulchrum fructum ligni inobedientiæ. Manichæus autem exiſtimauit duas eſſe contrarias poteſtates diuinitatis, ſerpentem & opificem, quæ in acie inter ſe decertarunt in Paradiſo, & bonum quidem Deum eſſe creatorem animæ, qui eſt etiam homo ad Dei imaginem: malum autem Deum eſſe effectorem corporis, quod bellum gerat aduerſus animam. De quo etiam ſcriptum eſt, inquit: Et finxit Deus hominem limo accepto è terra. Hæreſis autem quæ dicitur Encratitarum, abſtinet à nuptiis & muliere, tanquam à re mala & inſidioſa. Similiter etiam ab arborum fructibus, vt qui ſint peccati efficientes, propter arborem quæ dicitur inobedientiæ. Nec hoc ſolum, ſed etiam plurimi ex Eccleſia côuertuntur ad impias de Deo cogitationes, corporaliter & craſſe audientes ea quæ facta ſunt in Paradiſo. Si enim præſciebat, inquiunt, Deus id quod erat euenturum, ipſe eſt eius autor, vt qui Serpenti conceſſerit ſtatim corrumpere primo creatum opus manuum Dei. Quid enim opus erat omnino vt ille Dæmon ſimul cum eis degeret in Paradiſo. Quidam autem inciderunt etiam in alias abſurdiores cogitationes, quas, ne offendantur ſimpliciores, non eſt neceſſe dicere. Vnde etiam eas ſolués magnus ille Ambroſius, audijt ea quæ dicuntur de obediētia & Paradiſo, & lignis, & pœnis, & morte, non eſſe tanquam eſſe ex poteſtate Dæmonis, ſed eſſe tanquam ex myſtica quadam diſpenſatione. De cætero autem tempus eſt conſiderare verba quæ à Deo dicta ſunt mulieri & Adamo: Quæ quidam nonnulli exiſtimant eſſe ſententias & cōdemnationes execrationum. Priuſquam autem ea diſſoluam, auditori reuoco in memoriam, quod apud eum quinto die diſſerentes diximus de benedictione piſcium facta à Deo, quòd propter Serpentem & execrationem ſeu maledictionem quam erat laturus, ea de cauſa animantia non impertijt pari benedictione. Nō enim inuenies in tota ſcriptura legis aliqua ex ore Dei fuiſſe benedicta, & rurſus à Deo fuiſſe ſubiecta execrationi. & hoc eſt perſpicuum ex Cham filio Noë. Nam cum is ſe iniquè geſſiſſet in nudatione patris, & poſtquam è ſomno excitatus eſſet Noë, agnouiſſet filij Chami iniquitatem, non auſus eſt Noë execrari filium, quoniā fuit à Deo benedictus poſt diluuium cum duobus eius fratribus. Quamobrē non dicit Noë: Maledictus Cham, ſed Maledictus Chanaan, execraturus eos qui ex ipſo erant naſcituri, & non Cham. Hæc autem dico reſiſtēs prius nominatis hæreſibus: De cætero pro Chriſti quoque Eccleſia eam defendens, hæc dico, ad hoc vt eam oſtendam Iudæo & Barbaro ab omni Dei execratione eſſe liberam & ab indignatione alienā

Hæreſis orta ex eo quòd Paradiſum corporaliter intellexerint.

Origenis opinio de fructu ligni.

Manichæi opinio de duabus cōtrarijs poteſtatibus.

Encratitarum hæreſis quanā ſit.

Deus ſit ne autor mali propter præſciētiā.

D. Ambroſius quid ſentiat de obedientia Paradiſo, ligni & pœnis.

Quod benedictum eſt à Deo, non amplius maledicitur.

Chanaan, non autem Cham ſuit à Noë maledictus.

Geneſ. 9.

Quid enim dicit ſcriptura mulieri poſt execrationem Serpentis. Dixit, ſcilicet Deus. Multiplicans multiplicabo dolores tuos & gemitus tuos. In doloribus paries filios, & ad virum tuum conuerſio tua & ipſe tibi dominabitur. Vt autem contemplemur dilucidius myſteria quæ ſunt in iis quæ videntur eſſe pœnæ, coniungamus etiam quæ dicta ſunt Adamo. Nam et quoque dicit Deus. Quoniā audiuiſti vxorem tuam, & comediſti ex ligno ex quo iuſſi tibi ne comederes, maledicta eſt terra in operibus tuis. In laboribus comedes eam omnibus diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos producet tibi, & comedes herbam agri. In ſudore vultus tui comede. panē tuum, donec reducat te in terram ex quo ſumptus es, quoniam terra es, & in terram reuerteris. Alienus & omnem ſenſum omnimode ſuperans eſtis qui vult hæc intelligere corporaliter, & in has hic incidet abſurditates. Dico autem, Quomodo Serpentem quidem execraturus Deus, et affert cauſam ſuæ execrationis, quæ eſt deceptio mulieris. Similiter etiam Adamum increpans, ei oſtendit, dicens: Quoniam audiuiſti vxorem. Aduerſus mulierem autem in pœna nullum omnino peccatum aut cauſam affert Deus. nempe non mentionem Serpentis, non nomen cibi, non ligni inobedientiæ: neque aliam quamui cauſam, & eſt miraculum ſtupore dignū, quòd Serpens quidem qui decepit mulierem, ſubiectus fuit tam graui & acerbæ & nunquam condonabili execrationi in æternum. Quæ autem decepit eum qui factus eſt ad Dei imaginem & ſimilitudinem, hominem Adam, inquam, à Deo nullam accepit cōtumeliam. Nam corporalibus quidem legibus maior eſt culpa eius qui decepit regem, quam qui decipit mulierem. Quod enim Serpens, neque eſt auſus, neque aggreſſus, neque potuit, hoc mulier fecit aduerſus virum. Quæ ſunt autē omni ſtupore plena hæc ſunt, Quomodo cum ſapiens Chriſti lingua Paulus dicat, Adam non eſt deceptus, mulier autem fuit decepta, in pœna quidem eius qui fuit deceptus ſancita ſunt aſperrima & grauiſſima: in punitione autē Euæ inſidiatricis, non ſunt omnino ſancita non execratio terræ in eius operibus, non cibus dolorem perpetuum afferens, non eſus herbæ, non productio ſpinarum, non ortus tribulorum, non ſudores vultus, non auerſio in terram, non mors, nō eiectio ex Paradiſo, non prohibitio ligni vitæ, non circa ipſam cuſtodia Cherubinorum, non contra eam rhomphæa verſatilis. Nam qui in idem peccatum inciderant, debebant eaſdē & pares pœnas ſubire, & multo magis deceptrix mulier. Si autem mihi dicit auditor, quòd cum mulier eſſet vitæ ſocia & coniux & cohabitans cū Adamo, erat omnino ſocia pœnarum & calamitatum mariti, non rectè cenſet is qui hæc dicit. Nam ſi hoc ita haberet, quid omnino eſſet opus aduerſus eos diſſimilibus pœnis, & quæ habent magnā differentiam & repugnantiam. Oporteret enim eum, ſicut illic in principio quando fecit eos, ſimul eis dedit eſum ſeminis cum brutis, ita etiam hic quoque cōmuniter dare pœnas, & dicere: Maledicta terra in operibus veſtris, in doloribus comedetis eam, ſpinas & tribulos producet vobis, & comedetis herbā agri in ſudore vultus veſtri donec reuertamini in terram, ex qua ſumpti eſtis. Sed nihil tale facit aut dicit Deus. Vnde cùm dixiſſet

Pœnæ quæ à Deo inferuntur primis parentibus & Serpenti non intelligendæ corporaliter propter abſurda quæ ſequuntur.

1. Thim. 2.

mulieri, in doloribus paries filios, nihil tale dicit homini, & per vniuerſam ſcripturam patres nominans genitores ſed non matres, rurſus dicit fieri mulieris conuerſionem ad virum, reuerſionem autem viri in terram. Et rurſus virum nominans terram, non nominat mulierem. Neque verò fieri poteſt vt ea appelletur terra, cum ſit coſta viuentis & vita. Cùm ergo in propoſitos pœnis tanta ſit perplexitas & dubitatio, iam diu hæc me perſequente, latus meum manu frequenter pungit diuinus Apoſtolus rurſus dicens: Hæc intellige de Chriſto & Eccleſia. Cui Deus in principio prędicit Propheticè, non autem iracundè deceptionem quæ eſt ei euentura: & deinde caſtigationes & afflictiones quæ ei eueniunt per deceptionem ad eius vtilitatem, & deinde optimam per afflictiones ad Deum conuerſionem & ſalutem. Nam tanquam rex quiſpiam cum ſua coniuge quæ ſtuprum eſt admiſſura, moleſte quodammodo & miſericorditer differens, Euam alloquitur dicens: Audi mulier quæ à me Deo tibi non ſine dolore annunciantur, & quæ tibi proteſtor. Tu me es ſpretura qui ſum Dominus Deus tuus, & malum Serpentem adoratura & cultura. Ego autem conuerſionem & ſalutem tuam quærens, multiplicans multiplicabo dolores tuos & afflictiones tua. & gemitus tuos & calamitates tuas, nunc quidem tibi inferens diluuium. Deinde peſtem ac famem, terræ motum, pluuiam ignis & ſulphuris, pluuiæ defectionem per os Prophetæ, pericula ex mari, pericula ex hellis, ex gentibu, ex perſecutionibus, & omne genus calamitatibus & afflictionibus & doloribus.

Vir nominatur terra, non mulier.

Dei paraphraſica locutio ad mulierem exponens myſterium nonarum protoplaſtis, & Serpenti inflictarũ.

Quamobrem in his doloribus paries malos filios efficientes omnis peccati & impudicitiæ, & iniquitatis & idololatriæ. Sed bono eſto animo, neque animum deſpondeas, nec deſperes, neque bonam ſpem contrahas, quoniam poſt illos multos quos ego tibi affero dolores, poſt multos genitus quos ad me emittes, poſt caſtigationes, & famem ac neceſſitatem, annuncio tibi gaudium magnum quod erit omni populo tuo, poſtquam tibi fuerit adempta omnis via & ratio humani auxilij, ad virum tuum ſpiritualem Adamum, nempe Chriſtum, erit conuerſio tua, & ipſe tibi dominabitur, & dominabitur à mari vſque ad mare: & à fluminibus vſque ad fines orbis terrę Eccleſiæ, Euæ, vitæ tuæ quæ dicitur mulier. Benedicimus tibi Chriſte, qui vocaſti nos, & ab errore feciſti ad nos à te conuerſionem. Adoramus te qui dominatus es nobis, tanquam Dominum dominantium: ne ipſa tua coniux mulier & ſponſa opprimatur dominatu mali Serpentis. De cætero pſallat & magna voce clamet hæc vita mulier cum illa muliere quæ eſt verè vita, & quæ vitam fert ei parit vitam, dicens:

Eccleſia ad Chriſtum reſponſio & gratiarum actio.

Luc. 1.

» Magnificat anima mea eum qui eſt mihi domina-
» ta, quæ ſum Eccleſia ex gentibus. Et exultauit
» Spiritus meus in Deo ſalutari meo. Quia reſpe-
» xit humanitatem ancillæ ſuæ. Ecce enim ab hinc
» beatam me dicent omnes generationes. Quo-
» niam fecit potentiam in brachio filio ſuo. Et diſ-
» perſit ſuperbos Iudæos ex corde menos ſuæ. Et
» in altum extulit nos humiles. Eſurientes canes
» gentium populorum impleuit bonis panis vitæ.
» Et diuites in ſacrificiis & libaminibus dimiſit inanes, ne amplius in eis colant & adorent templo
» ditute. Excandeſcit & diſcerpitur hæc audiens Iudæus, & non poteſt ea falſa oſtendere. Si autem non ita ſe habet rerum veritas, quam in Verbis Dei quæ diximus ad mulierem interpretati ſumus, dicat Iudæus, vbi cùm aduertiſſet Eua aut ſeparata fuiſſet ab Adamo, dixit ei Deus, Ad virum tuum eſt conuerſio tua? Et quonam ei dominante dicit ei, Vir tibi dominabitur? tanquam ſcilicet ei aliquis inſultaſſet & ei eſſet dominata. Nam omnibus modis cernitur hæc mulier à viro ſeparata, & deinde ad eum rurſus conuerſa. Nam qui reuertitur, eſt perſpicuum quod B illuc reuertitur vnde prius exierat. Mihi enim cogita indiuiduam vnionem viri & mulieris, quòd eſt corpus, membrum, & coſta eius. Quamobrem de ea quoque dicebat: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea. Quamobrem ſumus duo in carnem vnam. Quomodo ergo cùm vna caro ſit conglutinata, & vnum os duo ſint indiuiduè, Deus nunc dicit mulieri: Ad virum tuum erit conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur? Quomodo os & caro cùm ſit eius, ad ipſum conuertitur? Ergo per omnia quæ dicta ſunt diſcimus quòd extra virum ſuum abſceſſit mulier, & deinde reuerſa eſt ad ipſum, & rurſus facta eſt eius co- C ſta & mulier & caro. Ipſa eſt enim mulier quæ dicebat Oſeæ Prophetæ: Ibo & reuertar ad virum meum priorem quoniam tunc mihi erat melius quàm nunc. Et propterea dicit Deus huic Eccleſiæ quæ dicitur mulier, Et ad virum tuum conuerſio tua, & ipſe tibi dominabitur. Hinc diſcimus propter eam quam in extremis temporibus habet Deus in mulierem dominationem, quòd cùm primum plantauit Deus Paradiſum typum Eccleſiæ, nominauit ſcriptura Dominum Deum, & addens Dominum. Non enim inuenies ipſum ante Paradiſum nominari Dominum & Deum, ſed ſolum Deum. Si autem ab D aliis ad alias gradatim tranſcendens demonſtrationes, non ſatietatem affero lectori multa dicens, ei oſtendam falſas quoque ſimilitudines ac paritates erroris mulieris & Eccleſiæ. Primum enim quomodo mulier in Paradiſo à Serpente ſeducta paſſa eſt per oculos, cùm vidiſſet quòd lignum bonum eſt ad comedendum, & gratum oculis ad videndum, & ſpecioſum ad conſiderandum. Secunda autem affecta eſt affectione per contactum manus fructu accepto, & tertia rurſus per Eſum. Sic mihi deinceps ab ea accede ad Catholicam hominum Eccleſiam: & videbis eadem quoque ei in primis accidiſſe. Nam cùm duæ tunc eſſent generationes homi- E num in principio in mundo, qui in propriam & ſeparatam referebantur genealogiam, erántque præfiguratio duorum populorum, & alij quidem ab Adamo, alij verò à Cain parricida procedebant: qui ab Adamo quidem procedebant, in figuram populi Chriſti, habebant quandam gratiam ſancti Spiritus in vultu ſuo, quæ eos oſtendebat, & ſeparabat à populo Caini, & maximè Seth quem genuit Adam ad ſuam ſpeciem & imaginem, vt dicit ſcriptura. Quamobrem homines qui erant in illo tempore illum Deum appellabant. Qui autem naſcebantur ex ſemine Caini, in typum populi Iſraëlis, erant hoſpites & alieni ab

Non Eua ab Adamo, ſed Eccleſia à Chriſto fuit ſeparata.

Eccleſia ad Chriſtum, non Eua ad Adamum eſt reuerſa.

Oſee. 2.

Poſt plantatum Paradiſum Deus nominatur dominus Dominus.

Deceptio mulieris et Eccleſię nõ fuit ſimilis.

Catholica hominum Eccleſia.

Adamus & qui ex eo deſcendebãt erãt figura Chriſti.

Cain, & qui ab eo deſcendebant, erant figura Iſraëlitici populi.

ab illa gratia & illuminatione quæ erat in vultu, vt qui originem duxiſſent à parricida.

Filij Dei quinam dicantur in Geneſi.

Quamobrem ij, qui erant ex ſemine Adami qui erat typus Chriſti, qui nominabantur filij Dei, ij qui erant ex Cain, inuidebant propter ſplendorem qui eis eminebat in vultu. Ij ergo qui dicebantur filij Dei, vt qui eſſent filij Euæ à matre, per oculos primam ſuſceperunt affectionem. Deinde alteram, per tactum & guſtum. Quomodo enim de eo dictum eſt quòd vidit lignum bonum ad comedendum, & oculis gratum ad videndum, & pulchrum ad conſiderandum, ita etiam ſcriptum eſt de filiis eius. *Gen.6.* » Et viderunt filij Dei, hoc eſt qui originem duxerunt ab Adamo, filias hominum, nempe eorum qui deſcenderunt à Caino, quòd ſint pulchræ, & acceperunt eas vxores. Ecce affectionem viſus & tactus.

Pœna Euæ irrogata quomodo conueniat eccleſiæ.

Poſtea autem comederunt malum fructum, nempe carnes ſacrificiorum Dæmoniorum. Sed hæc quidem ſunt inobedientia naturæ mulieris. Deinceps primus eius dolor & gemitus fuit totius mundi mundatio, & poſt illam dolores & gemitus, qui eam adducebant ad pœnitentiam.

Propterea ergo nec poſitus quidem eſt in ſerpente dolor nec gemitus, propterea quòd is nulla duci poſſit pœnitentia. Sed neque in eo dicta eſt conuerſio, ſicut in muliere. Neque rurſus in homine dictus eſt gemitus. Neque enim pœnitentia indiget Adam ſpiritualis, vt qui non ſit deceptus. Vnde nec in eo poſita eſt conuerſio. Neque enim fuit vnquam deceptus. Hinc enim neque aliquis ei dicitur dominari ſicut mulieri, cùm ipſe ſit Dominus dominantium. Vide autem quomodo nec hominem ſubiicit ei quæ pro ipſa eſt pœnæ, donec eius ad ipſum fecit conuerſionem, dicens, Et ad virum tuum conuerſio tua: & ipſe tibi dominabitur. Quoniam ergo ſermo Dei eſt operans, tanquam ea conuerſa, & proprio viro ei vnito per vnionem in hypoſtaſi, poſt vnionem eum ſtatim inducit Deus pro ipſa patientem. Dicit enim conſequenter. Et dixit Adamo. Quoniam audiuiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti ex ligno, de quo » ſolo tibi iuſſi ne comederes, maledicta eſt terra » in operibus. In laboribus eam comedes omni- » bus diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos produ- » cet tibi, & comedes herbam agri. In ſudore » vultus tui comedes panem tuum, donec reuerta- » ris in terram ex qua ſumptus, Quoniam terra es, » & in terram reuerteris. Hæc cùm à Deo audiuiſſet Adam, ſtatim vocauit nomen vxoris ſuæ vitam. Quoniam ea eſt, inquit, mater omnium viuentium.

Eccleſia, quæ eſt Eua cõuerſa eſt ad virum, nẽpe Chriſtum quando ei fuit vnitus per vnionem in hypoſtaſi.

Eua quomodo ſit vita & mater viuentium.

Quid dicis ô homo? Terribiles à Deo criminationes ſunt in te intentatæ propter mulierem, & execrationes, & pœnæ, & ſententiæ, & mors, & exterminatio, & dolores, & pœnæ, & tribuli, & ſudores, & iræ, quæcunque ſunt grauia: & eam quæ tibi omnium horum fuit cauſa vitam appellas? Eam ergo potius nomina mortem, inſidiatricem, proditricem, & totius mundi ſcandalum & naufragium, vt quæ non ferendorum malorum ſit mundo conciliatrix: vt quæ ſit omnibus inſidiata, vt quæ omnes affecerit iniuria, vt quæ omnibus interitum attulerit, & omnes perdiderit. Siſte, inquit, homo qui hæc dicis. Deus eſt qui iuſtificat: Quis eſt qui condemnat? *Ro.8.* Non enim fuit hominis adiutor eius inimicus, neque erit vnquam. De cætero ne nuda verba attenda, ſed aſpicias ad rerum naturam. Nam ſi hæc quidem dicerentur de nuda muliere, iuſtæ eſſent tuæ reprehenſiones: cùm autem nobis adſit & ſequatur inſeparabilis, in eo quod dicit de Adamo & Eua, ſacratiſſimus Paulus, & magna voce clamet, Myſterium hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & eccleſia: *Epheſ.5.* omnino neceſſe eſt vt nos vſque ad vnum iota & vnum apicem, omnia quæ ſcripta ſunt de Protoplaſto Adamo & Eua, intelligamus de Chriſto & eccleſia. Si autem repugnas iis quæ dicta ſunt, dic mihi quæſo, quomodo nudi à ſubligaculo in examinatione ingreſſi Protoplaſti, in iudicio à Deo induti ſunt & tecti pelliceis tunicis, cum deberent potius exui in examinatione, congruenter ordini iudiciorum mundi? Quomodo ſi reus adſtat Adam, vt qui ſit deceptus à muliere, condemnatus in ipſa examinatione vitam nominauit mulierem? Quomodo homo, qui, vt tu dicis, factus fuit ſub maledicto, potuit per Spiritum ſanctum prophetare in ipſa hora maledictionis, quæ futura erant poſt neſcio quot millia annorum, dicens de muliere, Ipsa erit mater omnium viuentium? Quomodo autem rurſus poſtquam » eos induit, Deus Adamum ſubſannans & di- » cens, Ecce Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis, non ſimul etiam probro afficit mulierem quæ erat magis in culpa quàm Adam? Sed nec eam ſimul cum ipſo amandat ex paradiſo: ne- » que ei dicit, Terra es, & in terram reuerteris. » Neque ei dicit, Maledicta eſt terra in operibus tuis. Quod quidem ei magis oportebat dicere quam Adamo. Ergo ſi fidelis apud te videatur, qui Chriſtum habet in ſe loquentem Paulus, dicens, Adam non eſt deceptus, *1.Thimot.2.* eſt perſpicuum quòd nec fuit in eum crimen intentatum. Sin autem fuit crimen intentatum, iniuria omnino fuit affectus ob illam criminationem. Si autem non fuit iniuria affectus, eſt perſpicuum quòd nec fuit maledictus. Sed vxore ſua ad ipſum reuerſa, ipſa non deceptus, ſicut millies iam diximus, in ſe ſuſcepit pœnam. Et quoniam vniuerſus noſtræ orationis ſcopus eſt aduerſus Iudæos, ad obſtruendum ora illorum dicentia, quod ſi Chriſtus fuit maledictus, & in Chriſtum maledictum ſperat multitudo Chriſtianorum, omnino neceſſe eſt nos etiam ex documento prophetico oſtendere Iudæo, quòd pro eccleſia paſſus eſt Chriſtus, non autem pro ſuis peccatis. Scribit quidem certe Eſaias clamans aduerſus Iudæorum incredulitatem, Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini, nempe Chriſtus, cui eſt reuelatum? Annunciamus coram ipſo, tanquam puer & tanquam radix in terra ſitienti, & vidimus ipſum, & non ha- *Eſa. 53.* » bebat ſpeciem nec pulchritudinem: ſed ſpecies » eius indecora, deficiens præter filios hominum. In paſſione crucis eum non habere ſpeciem neque pulchritudinem audimus, quoniam malam pulchritudinem illius ligni quod aſpexit mulier pulchrum ad videndum, & pulchram habens ſpeciem, Ieſus, deleuit in forma propria per lignum crucis, quod ſuſcepit pro ſpirituali ſua eccleſia.

Chriſtus in ſe ſuſcepit pœnã eccleſiæ.

Chriſtus paſſus eſt pro eccleſia, nõ pro ſuis peccatis.

Subiunxit enim Propheta de eo dicens. IGNOMINIA eſt affectus, & non eſt reputatus, hoc eſt, A Deo traditus fuit propter nos, & ſubiectus fuit pœnæ propter mulierem: & non reputatus fuit pari propter ſe. Ipſe enim, inquit, fert peccata noſtra, & pro nobis dolet, audiens, Maledicta eſt terra, hoc eſt terrena tua vita, apud Iudæos qui ſic iudicant in operibus tuis ineffabilibus. Maledictum enim nominatus es à Moſe dicente. Maledictus eſt omnis qui pendet in ligno, & Iudæi, Iſte homo eſt maledictus, quoniam ſabbatum non cuſtodit. IN doloribus ipſam comedes, videlicet, ſine peccato viues. Si enim viueres cum peccato, mundus te tanquam proprium diligeret, & non moleſtia afficeret. Hæc autem nobis audientibus ab ipſo Deo condonari, reputauimus eum eſſe in labore & plaga & in afflictione, tanquam qui pœnam ſubiiſſet & mortem pro ſuis peccatis. Ipſe autem fuit, inquit, vulneratus propter iniquitates noſtras, nempe eorum qui ſumus ex muliere eccleſia, & ægrotauit propter peccata noſtra. Diſciplina pacis nobis ſuper ipſum. Liuore eius nos ſanati ſumus. Ipſe enim portauit peccata multorum, & propter peccata noſtra fuit traditus. Habes perfectam & manifeſtam ſupputationem & demonſtrationem, quòd pro peccatis mulieris audit Adam omnia quæ ſunt in pœna propoſita, cùm ſit ipſe ſine peccato in typum Chriſti. Iam videamus, ſi videatur, quemadmodum etiam ipſa nuda verba pœnæ quæ dicitur, nullam habeant Dei apud homines execrationem ſeu maledictionem. Non enim dixit ei ſicut ſerpenti & Caino, Maledictus tu, ſed maledicta terra in operibus tuis. In operibus, inquit, tuis, quæ es compactnrus, terram adorans, & lapides, & ſtatuas, & eius aquas, & ignem eius, tu eam facies maledictam. IN DOLORIBVS comedes eam, me inducente ſiccitatem & ſterilitatem, & ſæpe famem ad tuam caſtigationem & afflictionem, quomodo etiam dixi mulieri, Multiplicabo dolores tuos & gemitus tuos. Spinas & tribulos producet tibi terra, & comedes herbam agri, vt pote quòd terra ſit inulta & deſerta propter ſiccitatem & ſterilitatem. In ſudore & labore vultus tui comedes rarum & exiguum panem tuum, donec reuertaris in terram ex qua ſumptus es, Quoniam terra es, & in terram reuertêris. Hæc quidem eſt conuenienter literæ contemplatio eorum quę ſunt propoſita. Nam ſicut dicunt hiſtoriographi mundanæ priſcæ narrationis, dolores, fames, ſiccitas, penuria, & ſterilitas perſuadebant illis antiquis vt execrarentur terram. Vnde etiam famæ pereuntes, dicebant eſſe terram à Deo maledictam, quomodo etiam benedictam, cùm cernitur fertilis, eam nominat hominum conſuetudo. Sed neque ſationis erat apud eos aliqua experientia. Dicunt enim rurſus historici, quòd primus Abraham frumenti ſemen per aratrum ſeminauit in terra, nobis, vt opinor, ſignificans Patriarcha per exemplum, quòd ex eius ſemine videbitur cœleſtis panis Chriſtus in terra ad eſum & ſalutem hominum, quando terra Abrahamicæ Mariæ Dei paræ pluuiam excipiet cœleſtem. Teſtatur autem Lamech quoque pater Noë, quòd nõ hominem Deus eſt execratus, ſed famem, vt dixi, & corporalem afflictionem tunc intulit illis generationibus. Nam cùm ipſe generaſſet filium, dicit, Nominauit nomen eius Noë, quòd interpretatur quies, dicens, Faciet nos quieſcere ab operibus noſtris, & reliquarum manuum noſtrarum, & à terra quam execratus eſt Dominus Deus, nempe in pœna Adami. Egreſſo quidem certe Noë & filiis eius ex arca poſt diluuium, eis apertiorem confirmauit benedictionem qua benedixit Protoplaſtos. ET poſtea dixit, Cogitans non adiiciam amplius execrari terram. Tu autem cùm audieris quòd vſque ad arcam vniuerſa terra fuit ſub maledicto, nihil aliud putes eſſe niſi Chriſti eccleſiam, in qua confirmauit etiam Deus & renouauit veterem hominis benedictionem, quoniam poſt diluuium in innumerabiles afflictiones & caſtigationes à Deo pulſa cecidit hominum natura cui damnabatur impietas. Ex hac verò nobis propoſita Dei cum Adamo collocutione, nos docemur multo magis ſpiritualiter audire & intelligere quæ dicuntur de paradiſo, & lignis, & fructu quem comedit mulier & homo. Nam cum illic dixiſſet Deus, Quo autem die ex eo comedes morte morieris, quomodo hic in pœnis non ſolum eos ſuſtulit, ſed eis dat vitam multorum annorum, mulieri quidem dicens, eam in doloribus filios parituram: Adamo autem, in doloribus comedes terram omnibus diebus vitæ tuæ. Qui autem non conuenienter nobis ineffabili cuidam Dei diſpenſationi intelligunt ſpiritualiter omnia quæ dicuntur de paradiſo, coguntur omnino facere ſerpentem autorem & conciliatorem & effectorem vniuerſæ noſtræ hominum generationis, & mundi conſtitutionis, per datum mulieri conſilium. Sed non ita docet chorus ſanctorum patrum: ſed quòd etiam abſque ſerpente & ligno & cibo, ex illa diuina voce quæ dicta eſt Protoplaſtis, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, futurum erat vt conſiſteret genus humanum per carnalem generationem, diſſimiliter quàm creati erant Angeli. Procul enim à nobis recedat Origenes, & myſtæ Origenis, animas noſtras prius eſſe viſione fabuloſè apprehendentes.

Dent. 21. Gal. 3. Io. 9.

Maledicta terra & benedicta terra quæ dicatur.

Abrahā primus ſeminauit ſemen frumenti per aratrum.

Gen. 5.

Terra fuit ſub maledicto vſque ad arcam.

Nam cùm ille natus eſſet, & extitiſſet, & ad identitatem, vt ita dicam, veniſſet cum tunica pellicea, neſcio vnde motus & vnde hoc nactus, dogma conſtituit, Adamum & Euam fuiſſe ante tunicas nudas mentes, in quas nullo modo caderet interitus, & quæ non eſſent capaces mortis & fluxus & cibi & potus & ſomni. Cuius prodigioſum inſaniam euertens ſapientiſſimus Methodius, non vnam aut alteram, ſed etiam decimam nobis affert ſcripturæ probationem, oſtendentem quod Deus ab initio verè fecit hominem è terra genitum & terreſtrem, quomodo etiam nobis loquitur per os Pauli, dicens. Primus homo è terra terreſtris, primum enim eſt terreſtre, deinde per Chriſtum ſpirituale, vt ſicut portauimus imaginem terreſtris, portemus etiam imaginem cœleſtis. Nam ſi per inobedientiam inquit, lapſus homo fuit transmutatus & in eſſentia alteratus, vt qui aliud ab alio corpus exuerit & induerit, in eo fuit à Deo affectus iniuria. Oportebat enim Dæmones quoque qui longè plus deliquerant, hoc

Origenis error de animarū præexiſtentia.

Methodius refellit errorem Origenis de animabus. Deus verè fecit hominem è terra genitū. 1. Cor. 15.

hoc pati ante hominem, & ex natura immortali expertéque materiæ, & in quam non cadit interitus, induere corporalia mortalia & fluxa & in quæ caderet interitus. Secundum rurſus dicit pater, quòd diuerſitas figuræ genitalium membrorum Adami & Euæ, oſtendit quod ea illis facta fuerant inſtrumenta ad procreandos & ſeminandos filios. Tertium, quòd dixerit ſcriptura ſtatim cum ipſa creatione, Maſculum & fœminam fecit eos. In natura increata & in quam non caderet interitus, quis erat vſus maſculi & fœminæ? Quartum, quòd per eis dictam à Deo benedictionem, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, oſtenditur eorum filiorum procreatio per ſatum & carnalem partum. Quintum, quòd ante lapſum Deus mandarit, vt ipſis & iumentis & volucribus communis eſſet eſus ſeminum. Sextum rurſus. Dicit magiſter. Si omne quod intrat in os, vadit in ſeceſſum, vt eſt vox Domini, fieri non poſſet vt cùm ipſi communiter eſſent participes eius ſeminum qui eſt proprius iumentis, non etiam parem & ab interitu non alienam ferrent execationem.

Matth. 15.

Septimum, quòd & ſomni exceſſus, & exciſio coſtæ, ſunt indicia & argumenta carnis materialis & è terra genitæ, vt quæ locum non habeant in immortali natura. Octauum, ſi expers materiæ & incorporeus erat homo ante inobedientiam, quomodo dicit de coſta ex eo ſumpta, Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea? Nonum, Si Chriſtus dicitur primitiæ & primogenitus ex mortuis, vt qui primus ſcilicet ſuſcitauerit ſanctiſſimum ſuum corpus ab interitu alienum & immortale, quomodo fieri poteſt vt antequam eſſet ipſe primogenitus, factus ſit homo à Deo in incorruptione carnis & in immortalitate. Decimum autem ad ipſos demonſtrationem facit ille pater, illam Seruatoris vocem ad Sadducæos quæ dicit, quòd qui digni habiti fuerint illud ſeculum aſſequi, & illam ex mortuis reſurrectionem, neque vxores ducunt, nec nubunt. Neque enim amplius mori poſſunt. Si ergo non poſſunt mori cùm ſint in incorruptione, ſi quidem fabulatur Origenes, quòd reſurgimus tales natura corporis, qualis erat Adam ante tranſgreſſionem.

1. Cor. 15.
Coloſſ. 1.
Luc. 20.

Sed manifeſtum eſt Origenem negare reſurrectionem carnis, & ideo nudas ac ſolas eſſe animas nos & Adamum, quando factus fuit, impiè fabulatur, vt quæ eſſent ante corpus. Atque qui dicit quidem, ait ipſe Methodius, Protoplaſtum habuiſſe corpus firmius ac longè melius, quod ordinem habebat intermedium inter interitum & incorruptionem ſeu remotionem ab interitu, is minimè aberrauerit. Nobis enim hoc confirmat ſapientiſſimus Solomon, dicens. Propter incorruptionem fecit Deus hominem, hoc eſt, intermedium inter influxibilitatem & fluxum, vt aut, ſi id quod eſt melius elegerit, vt videtur etiam Gregorio Theologo, procedat ad perfectam incorruptionem & immortalitatem, aut ſi rurſus tetigerit id quod eſt deterius, perfectam ſubeat mortem, quod etiam factum eſt conuenienter voci quæ ei dixit, Terra es, & in terram reuerteris. Sed de hac diuina ſententia de cætero nobis occurrit in præſentia dicendum aduerſus Samaritanum. Hanc enim nobis diuinam vocem ſúſque déque obiicit ad negandam & abolendam mortuorum reſurrectionem, quæ dicit Adamo, Terra es, & in terram reuertêris. Aduerſus quem, vt etiam dicam corporalius, illud ante alia oportet contendere, quòd non eſt integrè ex terra: ſed aliqua quidem pars eſt ex terra: aliqua autem non ex terra, ſed ex Deo per inſufflationem. Propter quod animam quoque viuentem vocauit Deus, & oportebat, ſicut etiam dicit quidam ex externis, quod ex terra eſt, in terram: quod autem ex Deo eſt, ad Deum reuerti, quando quidem nec ipſa vniuerſa corporis eſſentia eſt integrè ex terra, ſed & ex igne, & ex aëre, & aqua. Si autem homo eſt integrè ex terra, nihil differt à vaſe fictili: & iam poſſet quilibet figulus fingere homines. Sed neque factus eſt alius homo ex terra niſi ſolus Adam: & oportebat in ipſum ſolum ferre mortis ſententiam, & non in vllum alium. Omnes enim nos homines ſumus ex hominibus, & non ex terra, & maximè hoc de muliere dici non habet locum, quoniam facta eſt ex latere viri, & oporteret ei dicere, Coſta es hominis, & ad coſtam reuertêris. Sed neque volucres, ſi ſpectentur verba Samaritani, ſubiectæ ſunt morti, neque piſces. Non enim nati ſunt ex terra, ſed ex aquis. Quomodo autem cùm in præcepto dixiſſet Deus homini. QVA autem die comederitis ex ligno cognoſcendi bonum & malum, morte moriemini, hic in pœnis omnino non nominauit mortem, ſed reuerſionem, dicens, Terra es, & in terram reuerteris. Tu ſolum redibis & reuertêris in terram tu ſolus, non etiam mulier. Quoniam ergo non dixit Deus, Terra eſtis, & in terram reuertemini, quomodo illic communiter præcepit, Nolite comedere, ne moriamini. Et rurſus dixit communiter, MASCVLVM & fœminam fecit eos, & communiter dominium omnium dedit eis, communiter eſcam priorem, & communiter vitæ degendæ rationem in paradiſo, communiter comederunt ex ligno, & communiter viſum receperunt, communiter fecerunt ſubligacula communiter audierunt vocem Dei deambulantis, ſicut de eo prius diximus, & communiter timuerunt, & ſimul delituerunt: oportebat etiam eos qui omnia communiter fecerunt & paſſi ſunt, communem & eandem à Deo accipere ſententiam, quæ dicit homini, eíque ſoli, Terra es, & in terram reuertêris.

Origenes negat reſurrectionem carnis.

Aduerſus Samaritanum diſputatio.

Homo partim eſt ex terra, partim ex Deo.

Hic enim, ſi mihi non ſuccenſeat Samaritanus & Iudæus, non loquitur Deus de vna & eadem, ſed de duabus. Non enim tunc dixit homini, Ex terra es, & in terram reuerteris, ſed, Terra es, & in terram reuertêris, aliam & aliam terram innuens. Et quoniam videtur multis hic ſenſus durus & coactus, ſi videtur hoc probabo exemplis. Ponamus Deum dicere ipſi elemento terræ. Tibi dico ô terra, terra es, & in terram reuertêris, an non manifeſta eſt oratio, quòd dicit de duabus terris? Et rurſus ſi dicat aquæ. Es elementum, & ad elementum reuertêris, eſt perſpicuum quòd dicit de duobus elementis. Similiter etiã ſi dixerit Angelo, Es angelus, & ad Angelum reuertêris, ſignificauit nobis duos Angelos:

Terra es, aliud eſt quam ſi dicatur, Ex terra es.

Ita etiam per illud, terra es, & in terram reuerteris, intelligamus aliam & aliam: & alium & alium Adam, & aliam & aliam reuerſionem, & aliom & alium reditum. Hæc diſſerens com Samaritano, te fidelem præmunij, vt iotelligas illum

Io. 16.

ſpiritualem Adamum qui dixit, Ego ex patre exiui, & reuertor ad patrem meum. Quæret autem omnino ſpiritualis & ſtudioſius auditor, Si omoia ſunt de Chriſto prius deſcripta & figurata in lege, vt dicit Apoſtolus, quomodo etiam pœna Adami propoſita, poteſt ad Chriſtum referri ſpiritualiter, in ipſis ſolis & nudis vocibns, & maximè illud, Maledicta eſt terra in operibus tuis?

Maledictio quomodo intelligatur in Chriſti.

Quomodo fieri poſt vt in Chriſto omnino intelligamus maledictiooem. Tamen quoniam Paulo ante audiuimus Chriſtum dicentem ſerpenti in maledictione, Terram comedes omnibos diebus vitæ tuæ, hoc eſt, terreſtres & materiales & limoſos ſenſus peccati.

Cibus ſerpẽtis quiſnam ſit.

Cibus, inquit, ſerpentis fuit maledictus & condemnatus in ineffabilibus Chriſti operibus: vt & ſerpés & eius cibus eſſent maledicti. Quomodo enim cibus Chriſti eſt iuſtitia, ita etiam ſerpentis cibus eſt peccatum.

Cibus Chriſti eſt iuſtitia.

Nec mireris cùm audis terrã oominari terreſtres ſenſus peccati, audiens Chriſtum eam etiam nominare mundum, quando dicit Diſcipulus, Vos non eſtis ea mundo: ſicut ẽgo nõn ſum ex mundo, hoc eſt, ea ſapientia terrena & mundana.

Terra dicitur quãdoque mundus.

Io. 8.

De qua etiam clamat Paulus aliquibus, Nolite ſapere terrena, ſed ſapite ſuperna. Ita etiam Prophera nos idipſum docet, dicens,

Pſ. 100.

In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ, hoc eſt, amputabam omoes malas cogitationes irruptionis peccati.

Pſ. 103.

De quibus rurſus admonet eos qui viuunt in peccatis, dicens. Deficiant peccatores à terra, Quaſi diceret, De cætero recedant peccatores à peccato. De quo Deum appellat dicens. Exurge Deus, iodica terram: hoc eſt, condemna terreſtre peccatum, quod eſt cibus & ſumptus ſerpentis, eius condemnans ſcholam, ne verſetur in toto genere, ſed ipſum abſcoodens & potius in cinerem redigens vt ad nihilum redigatur. Tu enim Deus noſter es ignis conſumens. Chriſtus autem cum ſit Deus, venit ad iaciendum ignem in terrã, quod ipſam expurget & perimat. Sic enim intellige coonſumere malam terram, oempe peccatum, & frenum, & ſpinas, & tribulos, & culmos, & paleas, & Zizania, tanquam materiam, fœtúſque & germina infertilitatis & peccati. Quoniam ergo didicimus quemadmodum ſerpens comedit terram omnibus diebos vitæ ſuæ: & rurſus quomodo Chriſtus eam conſumit & expurgat cum freno & ſpinis & tribulis, de cætero ne timeas, neque dubites referre ad ipſom cogitationem tuaio in hoc quod dicitur, Maledicta terra in operibus tuis, &, In doloribus comedes eam, & purgabis tanquam Dominus terram populi tui. Audiuimus enim quandam etiam in ipſo ſancto ſpiritu triſtitiam propter peccatum hominis, vt quando dicit Paulus, Ne triſtitia afficiatis ſpiritum ſanctũ, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis.

Synagoga fecit ſpinas & tribulos, quando eſt impoſita Chriſti corona ex ſpinis.

Illud autem Spinas & tribulos producet tibi, appoſitè intelleaeris de Chriſto & ſynagoga Iſraël. Vnde etiam tali terræ tunc dicebar, quando ei impoſuit coronam ex ſpinis, Expectaui vineam meam vt faceret vuam: fecit autem ſpinas & tribulos.

Eſ. 5.

Reſtat vt audiamus Dei Verba quæ deinceps ſeqountur ad corporalem & ſpiritualem Adamum. Subiungit enim dicens. Et comedes herbam agri. In ſudore vultus tui comedes panem tuum. Quæres, ſi modo iis quæ dicta ſunt fidem habeas, quomodo diaerit Deus hominem veſci tribus cibis, nempe prius quidem terra. Secundo autem herba. Tertio verò, pane proprio cibo homioıs. Non eoim dicit ei. Io doloribus comedes terram tuam: Neque de herba dicit, Et comedes herbam tuam, ſed hoc ſolum pooit in pane, dicens, Io ſudore vultus comedes panem tuum, hinc nos docens, quòd terra quidem rationis particeps eſt propriè cibus ſerpentis, qui intelligitur idololatria, quam etiam Deus execratus eſt & maledixit.

Serpentis cibus eſt terra, id eſt idololatria.

Vnde etiam tanquam vetus hoc & primom peccatum, idololatriam, inquam, primum ponit. Herba autem eſt expers rationis & belluinus cibus peccatorum inferiorum.

Beſtiarum cibus eſt herba.

Panis verò eſt cibus hominis, Qui quidem io ſodore & laboribus ſumitur.

Hominis cibus eſt panis.

Et ideo dicit Deus, panem diceos ſolum eſſe proprium hominis, Comedes panem tuum, vt pote quòd herba & terra ſint ſignificantia peccati & impietatis. Aliter ergo illa conſumit Chriſtus, nempe ea delens, & penitus interimus: & aliter proprium panem comedit ſanctiſſimi ſui corporis, eum expurgans, & comminués, & deificans, & interitui nun obnoxium reddens, & renouans etiam ea ipſa vnione.

Chriſtus comedit panem ſanctiſſimi ſui corporis.

Luc 22.

Sed etiam illo tempore quo ſudor eius vultus factus eſt tanquá guttæ ſanguinis, quando etiam dicebat ſe eſſe triſtem vſque ad mortem. Nam poſt eius mortem deinceps aufugit triſtitia & dolor, aufugit & gemitus, quæ erant ante paſſionem: & pro eis eſt introductum gaodium & lætitia & eaultatio, & incorruptio. Atque ſudores quidem & dolores, & herbæ, & ſpinæ, & tribuli, & triſtitia oninia huc vſque fuerunt, donec morte affectus reuerſus eſt in propriam terram, ex qua ſumptus eſt, ex qua etiam fuit aſſumptus cum ſancti corporis natura è terra genita, congruenter voci quæ ei dixit, Terra es, vt qui ſis homo, & in aliam terram reoertèris cœleſtem, in terram ſpiritualis Iſraëlis, veræ noſtræ in cœlis promiſſioois, in terram mitium, in terram ſanctam, in terram & regionem viuennum, & cioitatem Domini virtutum. Hierusalem cœleſtem.

Adamus, nẽpe Chriſtus, reuerſus eſt in terrã vnde ſumptus eſt, id eſt, in terram cœleſtem, terram viuentium.

Quoniam ergo per mulierem vitam, quam ea ſoo peperit latere, ſomno ſopitus qui naturam viuificat, & ſic ea eſt eaectus qui dicit, Ego ſum vita, bæc facta ſunr: & venit in mundum, & per ipſam diſſoluit mortem: & per ipſam viuificauit iſta gentium animalia, quæ in paradiſum ad ipſum fuerant introducta: & per ipſam viuificauit mortuos ex inferis, & mortali naturæ vitã eſt largitus, ea de cauſa & pœnã mortis ſobiit nouus Adam, & nomen ſuę vxoris, nempe eccleſiæ, poſuit vitam, quoniam ipſa eſt mater omnium viuentium, abſconſam in Chriſto vitam.

Io. 11. & 14.

Eccleſia, nẽpe Eua, nomen eſt vita, eaq; eſt mater omnium viuentiũ.

Coloſſ. 3.

Hinc docemur magnã & admirabilem eccleſiæ gloriationem. Beatã & ter beata eſt ſpes & in altum elatio Chriſtianorum. Nam per ea quæ dicta ſunt diſcimus quòd omnes reliquæ fides quæ ſunt in mondo, ſunt mortoæ, & matres mortuorum populorum & gentium, vt quæ io ſe nonhabeant eum qui dicit, Ego ſum vita, neqoe regenerant & viuificant per vterum aquæ

Fides omnes præter fidem eccleſiæ ſunt mortuæ.

Io. 14.

A aquæ & ſpiritus, ſuos filios & populos: ſed ſunt
ſine ſemine, & viduæ fontis vitæ, non fruentes a-
qua viua & ſaliente in vitam æternam. Sola ergo
eius eccleſia dicitur & vita & mater omnium vi-
uentium. Et propterea eius etiam vxor eſt ma-
ter, non mortuorum, ſed omnium viuentium in
Chriſtum veram vitam, & quicunque ex ea non
naſcitur, eſt mortuus peccato. Corporalis au-
tem mulier Adami corporalis, non eſt mater vi-
uentiū ſed mortuorum hominum. De hac autem
matre ſpirituali, non dicit quòd ſi mater omnium
hominum, ſed mater omnium viuentium, vt quæ
ſit vita, & ea de cauſa omnino non nominant
B Deus in eius pœna mortem, quandoquidem cùm
ſit vita ſecundum naturam, eſt aliena à morte,
permanens æterna. Si autem me nunc vrget Iu-
dæus vt intelligam corporalem Adami vxorem
matrem omnium viuentium, neceſſe eſt omnino
vt dicam eam eſſe matrem Angelorum. Nam
illi etiam pluſquam nos ſunt viuentes. Quid
ergo, inquit, eccleſia eſt, ne etiam mater Ange-
lorum? Nequaquam, ſed quoniam vir eius eſt
eorum creator, adoptione etiam dicitur eorum
mater. Quoniam ipſos etiam fecit eius admini-
ſtratorius ſpiritus, qui mittuntur adminiſterium
ad eam & pro eo. Oportet enim eos ſeruire ad-
optiuæ matri & coniugi viri eius & Deus ipſo-
C rum. Vnde cùm omnia contineat & viuat, Deus
impoſuit ei nomen maxime generale & compre-
hendens, eam appellans vitam, ſi quidem vita
non eſt nomen perſonale, ſed vniens & com-
prehendēs: nā & in Deo & Angelis & in homini-
bus congenita eſt vita. Exiſtimo autem & pro-
pterea quod eccleſia ſit multorum generum &
multarum gentium, habens ſuum corpus & ple-
nitudinem ex vniuerſo genere quod eſt ſub cœlo,
vendicauit ſibi nomen maximè generale: quo-
modo illa quoque terribilis & ſtupenda beſtia
apud Danielem quæ caret nomine, & non ha-
bet tanquam aliena nomen conſiſtens, propte-
D rea quod ipſa quoque priùs deſcribat ac figuret
regnum Romanorum & Chriſtianorum. Opor-
tet autem præter hoc omnia aduertere, quomo-
do hæc ſpiritualis coniux ſecundi Adami, à dete-
riori nomine profecit in melius. In principio e-
nim vocata eſt Coſta, & ſecta diuiſa, ſignifican-
te, vt arbitror, hac amputatione & diuiſione de-
fectionem à Deo quæ erat ei euentura. Deinde
poſt hoc ædificata & in melius excitata, propte-
rea quòd ad virum Chriſtum appropinquarit,
appellata eſt mulier. Poſtrema autem omnium
appellata eſt vita, vt quæ à morte profecerit ad
vitam. Vir autem eius non ita, ſed ex meliori
E nomine accipit peius. In primis enim Adam ma-
gnum honorem & gloriam eſt adeptus, vt qui ſit
appellatus imago & ſimilitudo Dei. Deinde po-
ſtea appellatus eſt humo, & poſtea rurſus Adam,
& poſtremo omnium terra, vt per hæc apertè di-
ſcamus & erudiamur, quæcunque ſunt in Pro-
toplaſto, referre ad Euam eccleſiam & Adamum
Chriſtum. Sic enim cùm in principio eſſet ſplen-
dor & character ſubſtantiæ ipſius Dei inaſpecta-
bilis, ſeipſum exinaniit ſerui formam accipiens,
vt eccleſia ex mendicitate dicetur vita, id effe-
cta, & ex ipſo nominata, & in libro viuentium
collocata. Nam quod ad reliquas fides attinet, de
Appendis.

Eccleſia, quæ ſit à Chriſto adoptata eſt etiam mater Angelorum.

Vita nomē generale in Deo, Angelis & hominibus.

Daniel. 7.

Eua nempe eccleſia tria nomina, ſed à deteriori nomine profecit in melius.

Adami, nempe Chriſti, ſunt quatuor nomina, ſed ex melioris accepit peius.

Heb. 1.
Phil. 2.

A eis dictum eſt, Deleantur de libro viuentium, *Pſ. 68.*
filiorum ſcilicet eccleſiæ, matris viuentium, &
cum iuſtis non ſcribantur. Iniuſtæ enim ſunt
quæ Deum negauerunt, & iniuſtum Satanam e-
legerunt, cui etiam cultum per idola exhibere
prætulerunt relicta eccleſia. Quæ quidem vt fi-
lus abundans, & ſæpe pariens, & fœcunda ſobo-
le, & multas habens perſonas, vniuerſale, vt
ita dicam, habet nomen ſicut eſt vita vniuerſa-
lis. Eius autem vir Chriſtus, vt qui eſt vnigeni-
tus, & vnam habens perſonam, cùm ſit indiui-
duus, vnius perſonæ hypoſtatico nomine eſt no-
minatus. Atque poteram quidem hic quoque
contendere aduerſus Sammaritanum. Sed ſi
B multa dicam, timeo ſatietatem auditorum. Ipſe
enim corporalem Adami vxorem dicens & in-
telligens eſſe matrem omnium viuentium, ne-
ceſſario vel inuitus fatetur eſſe viuentes animas
hominum. Sin autem dicit morientes, Deum
oſtendit eſſe mendacem. Non iam inuenitur
mulier mater viuentium, ſed mortuorum ad ſi-
militudinem iumentorū. Nam quod attinet ad Sa-
maritanum, & canis & aſina iam ſunt matres
omnium viuentiom, ſiquidem nulla eſt differen-
tia animæ animalis & animæ hominis. Sed iſti
quidem ſuam erroris viam ingrediantur. Nos au-
tem hîc librū finentes, vniuerſorum Regi Chriſto
C gloriam emittamus, nunc & ſemper & in ſecula
ſeculorum. Amen.

ANASTASII SINAITÆ EX SERMONE DE SANCTA Communione.

FRATRES, ergo ne iudicemus *Ne fratrē*
rogo, vt venia digni exiſtimemur. *iudicem⁹.*
Tu enim fratrem tū forte peccan- *Matth. 27*
tem vides; neſcis autē quis ſit eius
vitæ futurus exitus. Latro ille, qui
vnà cum Ieſu crucifixus eſt, ſica-
D rius erat, & homicida. Iudas autem erat Apo- *Luc. 23.*
ſtolus, & diſcipulus Chriſti, & ex veris & germa-
nis diſcipulis. In exiguo autem, tempore parua
rerum commutatio facta eſt; & latro quidem in
regnum, diſcipulus verò in perniciem factus
eſt. Sed age verò; ſit tibi frater peccator, reliquas *Ioh. 13. 8*
eius rationes vndénam ſcis? Multi enim qui pa-
lam peccarunt, clanculum poſteà magnam pœni-
tentiam egerunt: & nos quidem eos peccantes
vidimus; eorum autem pœnitentiam & conuer-
ſionem non nouimus: & apud nos quidem iudi-
cantur vt peccatores; ſunt autem apud Deum iu-
ſtificati. Quamobrem rogo vos ne vllius homi-
E nis † mala in memoriam reuocemus, eiue expro- *† μνησικακῶμεν.*
bremus, donec venerit, iuſtus iudex qui etiam oc-
culta tenebrarum illuminabit, & cordium conſi-
lia manifeſtabit. Imprimis autem ne Dei ſacerdo- *Sacerdotes*
tes de occultis & incertis, quæ de illis audiuiſti *de incertis*
peccatis, iudica. Ne dixeris; is qui offert, eſt pecca- *peccatis nō*
tor, condemnatus indignus. Occultorum pecca- *iudicandi.*
torum eſt iudex, & examinator; hoc in te agnoſ-
ce, quemlibet eſſe te altiorem, & iuſto Iudici iu-
dicium permitte. Sit autem ſacerdos in decre-
tis de Deo, firmus & conſtans; reliquorum au-
tem tu non es iudex & inquiſitor: Sed modum
proprium auctoritatémque cognoſce.

Quid verò, inquit, non examinationibus, eccleſiaſticíſque canonibus eſt obnoxius ſacerdos? Maximè. Sed is per te non iudicabitur, vel examinabitur; ſed à Deo, vel ſæpe etiam à maiori Sacerdote, ſeu Antiſtite. Tu autem cur Paſtorem iudicas, cum ſis ouis? Cur dei iudicium, ac ſacerdotalem dignitatem quæ tibi non eſt tradita, nec à Deo credita, Phariſaicè accipis? & ideo rogo vos neminem iudicate; præcipue autem Dei ſacerdotem: ſed accede cum fide, & efficaci pœnitentia

Luc. 11. e

Ad myſteria quomodo accedendum.

A & pura conſcientia ad Dei myſteria; & omnem ſanctificationem aſſequeris: eſt enim Dei Angelus, ſeu nuncius qui offert incrementum ſacrificium. Tu autem indigne accedis: angelus te nequaquam à peccatis purgabit. Et quòd id quod dicitur, verum ſit; ipſe Iudas teſtabitur. Ipſe enim cùm ex impollutis manibus Domini diuinum panem accepiſſet, quia cum indigne acceperat, protinus ingreſſus eſt Satanas.

Incruentum ſacrificium diuinum panis. Ioh. 13. e

SYMEONIS ADMIRANDI SERMO, DE SEMPER MENTE COMPLECTENDO SVVM RESSESSVM.

ANIMADVERTITE fratres mei, quem metum, quod certamen, quam neceſſitatem habeamus ſuſtinere, in hora exitus noſtri ex hac vita. Quippe quando à corpore cedit anima, ingens timor, grande myſterium peragitur. Adſunt enim boni Angeli & copiæ cœleſtis exercitus, atque omnes contrariæ poteſtates, principes tenebrarum. Vtrique ad ſuas ſibi ſedes, animam conantes aſſumere. Itaque ſi anima virtutes hic egregias ſibi aſciuerit, vitámque ſeuerã & honeſtam traduxerit; in die ſui exitús, illæ ipſæ quas hic ſibi comparauit virtutes eũ comitantur, ſtipantque boni angeli, nec ab illo aduerſario eorum, dæmone, eam ſinunt contingi. Verùm in gaudio & exultatione cum ſanctis proficiſcitur, & angelis victoriæ hymnos concinnentibus Deo, nec non eam Seruatori CHRISTO & gloriæ Regi offerentibus, ipſúmque cum ea ſimul adorantibus; cum vniuerſo cœleſti exercitu, in quietis locum perducitur in gaudium ineffabile, in lumen perpetuum; vbi non eſt mœror nec gemitus, neque fletus, neque anxietas; ſed vita immortalis & perennis lætitia, cum omnibus ſanctis acceptiſſ. Deo in regno cœlorum. Contra, ſi in hac vita vixerit propudioſis affectibus obtemperans, carnis delitias ſectans & huiuſce mundi vanitatem; in die obitus eius præſto ſunt praui dæmones, miſeram animam facto orbe cingunt, nec Dei permittunt angelos admoueri, ſed eã occupant dęmones miſeris modis lacrymantem, demiſſámque ac conquerentem; in loca obſcura, tenebroſa, & triſtia deducentes; vbi cuncti nocẽtes, ad diem iudicij ac æternę damnationis aſſeruãtur, quò diabolus ipſe fuit cum angelis ſuis præceps datus Expedit igitur nobis, fratres, hic ſatagere, & noſtri curam interitús ſuſcipere; ac, quæ nos ab hac vita digreſſos aſſociare, in illiúſque neceſſitatis hora tueri debent, virtutes parare. Sed quænã ſunt, quas diximus virtutes animæ adeſſe, & dæmonibus aduerſari? huiuſmodi: Caritas, modeſtia, magnanimitas, continentia, patientia, diſcretio, ſubmiſſio, taciturnitas, fortitudo, iuſtitia, temperantia, virginitas. Et deinceps hæ virtutes nos ſibi vendicant, in horrifica Iudicij hora, nec vllus eſt qui auſit eis obſiſtere. Ediuerſo, vitia quæ ſupra diximus animam ſeducere, ſunt hæc: odium, ſpirituum elatio, duritia, acedia, ſutilis loquacitas, acerbitas, contentio, æmulatio nimia, inuidia,

Animæ exitus è Corpore, quàm plenus ſit horroris.

B ſuperbia, memoria iniuriæ, tenacitas, ſocordia, negligentia, ignorantia, obliuio, furor, ira, pigritia, concupiſcentia, exaltatio, mollities, gula, lubricitas, & horum omnium radix auaritia, deníque omnis Satanica improbitas. Atque hæc ſunt vitia quibus ad dæmones degeneratur, in die obitus noſtri occupantes animam, nec iniuria, nam quæ hic contraximus ſcelera virtutibúſque prætulimus, locúmque & copiam fecimus; nec nobiſcum poſt fata procedent, & nobis imperabunt, nec eſt qui nos ab eis eruat. Cognoſcamus itaque & intelligamus dum tempus habemus, quinam ſunt nobis auxilio; &, toto animo occurrentes, nobis eos adiungamus, vt horam noſtræ neceſſitatis C præueniamus, nobiſque ſuppetias ferant, & ab hoſtibus noſtris defendant. Hoſtes vero quales ſunt addiſcamus, quarúnque ſint calamitatum authores, ac velut à Serpente vel igni fugiamus. Quod ſi ab initio tracti ab his ſumus & ſubacti dum tempus ſuppetit, & hac in vita verſamur, ab hiis deſciſcere properemus, ac per pœnitentiam virtutúmque operationem Deum nobis propitiemus, & nos ad exitum accingamus, ne quum accedens pulſauerit, imparati deprehendamur. Harum rerum autor eſt & cauſa, cibi potúſq; intemperantia, & de mulieribus frequens ac ſtulta cogitatio, conuerſatio. Hæc autem reſcindit fames, ſitis, inſomnia, ſeceſſus. Animum item è ſede ſua D deiiciunt, ægræ rerum triſtitiam afferentiũ recordationes; puta, voluptatis libido, gloria inanis, & nimia omnium cupiditas. His enim rebus obnoxius triſtatur qui fraudatur vt minimè voti compos. Cæterum huiuſmodi vitia repurget earundẽ rerum contemptus ac deſpectio, per feruentem in Deum amorem.

Quæ hic contraximus peccata, poſt obitum nobis imperabunt.

Peccatorũ cauſa & remedia.

Ex S. P. N. Marci, epiſtola 2. fragmentum.

E AVSCVLTANTIVM Verbũ Dei & fructum bonum producentium ſigna ſunt hæc gemitus, fletus, attentio, ſilẽtium, demiſſio, perſeuerãtia, quies, capitis motus, grauis luctus, dolor cordis ex pio affectu procedens. Opera verò, vigilia, continentia, ieiunium, manſuetudo, magnanimitas, aſſidua oratio, ſacrarum literarum cura, fides, humiliatio, fraterna dilectio, labor, aduerſitatis perpeſſio, caritas, ſubiectio, probitas, morum aptitudo, & vniuerſum lumen, qui eſt dominus. Contra, eorum qui æternæ vitæ fructum non faciunt, inditia ſunt huiuſmodi: Acedia, elatio, deſpectus, mentis euagatio, murmur, leuitas.

Opera

Opera autem, edacitas, prodigalitas, ira, furor, detractio, faſtus, arrogantia, incredulitas, importunitas loquendi, ſeditio, obliuio, turbatio, turpis A quæſtus, auaritia, inuidia, rixa, faſtidium, blaretatio, riſus, gloriæ libido, omniſque ebrioſitas, qui Sathanas eſt.

SANCTI LAVRENTII EPISCOPI, NOVARVM, HOMELIA DE POENITENTIA.

Peccati duplex remiſſio.

DVO SVNT tempora ab altiſſimo præſtituta, in quibus datur duplex hominibus remiſſio peccatorum. Eſt nanque remiſſio publica, & eſt remiſſio priuata. Publica, tempus ſuum habet; priuata, ſuum exercet tempus. In publica, fons eſt indulgentiæ; in priuata, fructus eſt pœnitentiæ. In illa, donum Dei; in iſta, labor hominis. In illa, baptiſma; in iſta, pœnitudo. Et quæ ſunt iſta tempora debẽt agnoſci. Tempus primum eſt, ab Adam, vſque ad CHRISTVM. Tempus ſecundum eſt, à CHRISTO vſque ad conſummationem ſæculi. Hæc ſunt duo tempora. In primo quid eſt? Peccatum Adam, quod CHRISTVS ſoluit. In ſecundo, quid? peccata propria, quæ labor hominum & ſolicitudo extinguit. Illud generale eſt, hoc ſpeciale. Aduerte quod dicitur; Peccatum Adam quod in filiis eius permanſit, diuina clementia abſtulit. Sarcinam illam in ſe ſuſcepit Saluator, & euertit quando? In primo tempore. Vbi? in fonte baptiſmatis, fluuióque Iordanis, ibi clamabat Baptiſta, digitóq; oſtẽdebat cœleſtem principem, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata Mundi. Peccatum Mundi quid

Ioan.1.d.

eſt? Delictum Adam per traducem ſeminis, ad filios deuolutum. Agnus igitur Dei CHRISTVS, tinctus in flumine, tulit noxiam ſarcinam à Patre

Gene.3.

in filios deriuantem. Nephas illud peſſimum, à Serpente ſuggeſtum; in fonte intinxit, in flumine aboleuit, in carne cremauit. Tulit debitum vnius D & donauit indulgentiam cunctis. Caput curauit, & ſana ſunt omnia membra. Verùm ab hoc fonte, vel indulgentia generali, aliud iam exoritur tempus: commiſſa peccata non aqua delet, ſed pœnitudo remittit. Et hoc tempus vtrunque Pſalmiſta Dauid in quinquageſimo Pſalmo notauit. Pri-

Pſalm.50.

mum tempus poſuit, vbi per Chriſtum loquitur in perſona Adam. Et quid dicit? Incerta, inquit, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Et quæ ſunt iſta? Incertum fuit ſaluari Adam lapſum in mortem; ſed manifeſta facta eſt & redemptio eius in carne, & remiſſio eius in aqua. Vidi in ſpiritu quomodo clementia tua miſſa per vnigenitum, E & patrem recepit de crimine, & filium donauit ſaluti. Ecce incerta ſapientiæ tuæ, quæ mihi tua dignatio reuelauit. Quid ergo Adam? ipſe eſt qui

Ibidem.

per CHRISTVM exultat in Dauid, dicens: Domine aſperges me hyſſopo, & mundabor. Culpa enim mea me obruit, immo crimen præuaricationis fœdauit. Sed aſperges me, hyſſopo: id eſt, aqua viua: & mundabor. Aſperges me aqua filij tui ſacro ſanguine miſta, & mundabor. Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Lauabis me in illo venturo fonte & myſtico flumine, in quo non ſolum crimen meum extinguetur; ſed & candor meus, quẽ recepturus ſum, etiam ſuper niuem excellet. Futurum eſt Genitor, vt mittas filium tuum vnigenitum qui auferat malum de Mundo, quod per me introductum eſt; & non fraudentur filij in facinore patris. Ille aperiet viam ſalutis, ille reſerabi remiſſionem fontis, & crimen meum abolebit in aqua & ſpiritu. Aſperget me gratiæ ſuæ guttis, & B mundabor. Lauabit me ignifero lumine, & ſuper niuem dealbabor. Hæc eſt primo tẽpore remiſſio generalis. Videamus quid in ſecundo. Item Pſalmiſta declarat. Vſquequaque laua me ab iniuſtitia mea, & à delicto meo munda me. Ecce tempus,

Ibidem.

& tempus Superius, Adam; inferius, Dauid. Ibi lauacrum eſt aquæ, vbi dicit; Lauabis me & ſuper niuem dealbabor. Hic lacrymæ ſunt pœnitentiæ, vbi dicit Dauid: Vſquequaque laua me ab iniuſtitia mea, & à delicto meo munda me. Illud publicum, hoc priuatum. Illud gratiæ, hoc clementiæ. Illud omnium, hoc ſingulare. Illud myſticum, hoc C morale. Abluitur Adam in corpore CHRISTI, vt veterem abiiciat hominem & induat nouum. Abluitur Dauid in corde compuncto vt reformet in ſe, ſpeciem quam crimen fuſcauit. Ille renouatur in fonte, iſte reparatur in fletu. Illum gratia curauit, iſtum gemitus reformauit. Qui commiſſum ſuum hirſuto corpore dolet; & lugens, peccati ſui ante ſe pingit imaginem, ita aſſerens: Vſquequaque laua me ab iniuſtitia mea. Quare vſquequaque? quia iniquitatem meam agnoſco, & delictum meum contra me eſt ſemper. Tanquam ſi ita diceret: Sanaueras me domine iam ante in patre meo Adam, quando membra illius in te ſuſcepta tinxiſti in fonte, abluiſti in flumine. Liber exi- D ſtebam beneficio tuo, nec potui indultã mihi gratiam retinere: Iterum enim in meipſum erraui. A patris delicto liber effectus, proprium commiſi delictum. De publico ereptus laqueo, priuatum incurri. Non eſt iam fontis nec aquæ præſidium. Quid faciam, aut vnde piabor? Nunquid mereor iterum indulgentiæ tuæ imbre perfundi, generalíque lauacri flumine dilui? Abſit. Non ego iam aquæ munus repetam quod ablui. Semel petam, quod ſemel conceſſum eſt. Ex mea me inopia redimo: ex meo me labore perfundo. Eſt in me exiguus quidam humor, qui non me more torrentis infundit, ſed modico ſudore irrorat. Laboris mei E me guttis ablui quæro, verborúmque ſcintillis: virus in me conceptum exuri deſidero. Vſquequaq; laua me ab iniuſtitia mea. Non iam aqua, ſed opere laua me. Non baptiſmatis fonte, ſed pœnitentiæ rore. Quia delictum meum contra me eſt ſemper. Vidi me; cognoui factum meum; ſtat ante me delictum quod me deformauit. Vſquequaque laua me ab iniuſtitia mea, quia cognoui quod feci: quod ego cognoui, tu dignanter ignoſce. Deſpice tu quod ego inſpicio. Sufficit me videre hoc. Tibi diſplicui, auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Quare? quia delictũ meum contra me eſt ſemper. Scriptum eſt in corde meo, exaratum eſt ſub oculis meis, fixum eſt in

A conſcientia mea. Ablue tu, quod ego ſcripſi: exime quod ego depinxi. Hæc in figura plorata ſunt, induxi in ſpeculum quinquageſimi Pſalmi, in quo ad aſpectum noſtrum & primi temporis, & ſecundi gemina imago reſultat. Primi in Adam, ſecundi in Dauid. Licet ambo, ſiue Adam ſiue Dauid, primi temporis ſpacio concludantur. Spiritus eſt ſanctus qui loquitur in prophetis, & tempus vtriuſque à ſe diſtinguit, vt præuaricationis venia ſignetur in Adam; pœnitentiæ munus exoluat in Dauid. Sermo nanque propheticus & præcedentem faciem temporis, & ſequentem depingit in Pſalmo. Vobis igitur dilectiſſimi ſermo iſte componitur, ad vos dirigitur iſta aſſertio. B Vobis hæc diſputatio clarum profectum habitura ingeritur; in quibus calor fidei, peccato forte interueniente perfrixit. Mens perdita obſtupuit, ſpes deprauata liqueſcit: Omniſque futurorum intẽtio apotiata torpeſcit, Dum ſecum vnuſquiſque perpendit, ſibique reputat, ac intra ſe loquitur ita: Quid facturus ſum modo, quid ſuper agendum eſt mihi, aut quid reſtat ſperandum? Redemptus fui, & factus ſum ſeruus. Liber fueram, & factus ſum ſeruus peccati. Perdidi gratiam Largitoris, amiſi beneficium Redemptoris. Claro corpore egreſſus de fonte, cœno me iterum in mundo perfudi, limóque fœdaui. Purus de gratia Dei, factus ſum C de propria intemperantia perditus. Error meus; de filio famulum; de intimo, inimicum; de hærede, exterum. Violaui ſymbolum meum, corrupi pactum in ipſo veſtibulo fontis conſcriptum. O quam infelix conditio! O quam miſeranda conſilia! O petibus me diabolicis renuntiaturum ſponderam, & implere non valui. Malis quibus carui; in ipſis, relapſus, contaminor. Euangelicam tunicam, rurſus in pellicia commutaui. Stolam meriti quam mundam rexueram, labe vitiorum fuſcaui, & nouum hominem iterum vetuſtate contexi. Quid nunc requiro, aut quid expecto adhuc? vbi quæro fontẽ, aut vbi inuenio baptiſma? D Nunquid eſt reſpectus ad aquã? Nunquid recipiet me adhuc vnda, vt me reformet in vtero aquæ, & pariat innocentẽ? Aut forte quærere debeo adhuc dexterã ſacerdotis, quæ me mergat in fontẽ, & inde iterum purificet? Hæc tecum loqueris tu hæc tecum tractas cõſcientiæ tuæ onere prægrauatus? Sed quæ ſunt hæc verba tua ô homo? cognoſce te eſſe imaginem Dei. Sapientem te fecit Deus, prouidum animo, mente myſticum, ſenſibus ſublimem, & vult te non perdere ſed ſaluare; Non perimere, ſed protegere. Quare tu deſperas, quando ille non deſpicit? Conſcientiam tuam formidas, E & ad caput indulgentiæ non feſtinas. Quid putas eſſe fontem qui concepit? Aut quid æſtimas eſſe vndam aquæ quæ te peperit? Nunquid aqua eſt media, aut vnda in cauſa? Abſit: Sed diſce myſterium. Prudentia tua, fons; & in te, intellectus tuus, aqua eſt inundans, habens aſpectum cordis vt videas temetipſum. Accepiſti mentem altiora petentem, ſta in altitudine mentis tuæ quaſi imago Dei, & de ſpeculo hoc deifici operis profunda rimaberis. Habes arbitrium & ſenſum de Deo conceſſum. Delibera te cum ſis imago Dei, quomodo non poſſis extingui. Si eſt in te prudentia, ſi habet conſilium, & proprium mentis arbitrium, Deus in te eſt. Ipſe tibi erit pœnitentia,

A & fons, & baptiſma, & remiſſio, qui nunquam in te nec deſinit nec deficit. Quid ambiguus aſtuas? quid reſolueris animo, & inter inepta tædia conſcientiæ tuæ fatigatus torpeſcis? Peccaſti poſt fontem, lapſus es poſt baptiſma, feciſti crimen poſt indulgentiam generalem. Quid nunc perit iam ſpes? Nunquid intercepta eſt retributio: non eſt ita homo. Quid circunduceris? ſignum accepiſti de fonte, non deſperationis ſed miſerationis. Non defectionis ſed remiſſionis. Non vt vnquam deſperes. Signum acceperunt Iudæi. Quale? circuncíſionis. Signum acceperunt & Chriſtiani. Quale? miſerationis. Ecce ſignum in Iudęis, circuncíſio carnis. In Chriſtianis, circuncíſio cordis. B Sed ſatis hæc, illa præſtantior. In illa ſanguis inciſionis, in hac aqua remiſſionis. Ibi plagã carnis, hic palma pietatis. Ibi obſeruantia rigida, hîc indulgentia regia. Et hoc vtrumque ſignaculum, CHRISTVS pendens in patibulo prænotauit, quando de vulnere ſuo & aquam eduxit & ſanguinem. Vt ſanguinis ſignaculum daret Iudæis, aquæ vero indicium gentibus Chriſtianis. Signum ergo tu accepiſti de fonte, non Iudaicum ſed Euangelicum. Ex illa die illáque hora qua egreſſus es de lauacro, ipſe tibi es fons iugis & diuturna remiſſio. Non opus habes doctore, non dextra Sacerdotis. C Mox vt aſcendiſti de ſacro fonte, veſtitus es veſte alba, & vnctus es vnguento myſtico, facta eſt ſuper te inuocatio, & venit ſuper te trina virtus, qui vas nouum hac noua perfudit doctrina. Exinde teipſum ſtatuit tibi iudicem & arbitrum; Deditque tibi notitiam, vt poſſis ex te diſcere bonum & malum; Id eſt inter meritum & peccatum. Et quia non poteras manens in membris corporiſque cõpage, liber exiſtere à peccato, immuniſque eſſe à noxa: poſt Baptiſma, remedium tuum in teipſo ſtatuit, remiſſionem in arbitrio tuo poſuit, vt non quæras Sacerdotem cum neceſſitas flagitauerit: Sed ipſe iam ac ſi ſcitus perſpicuuſque magiſter, errorem tuum intra te emendes, & peccatum tuũ D pœnitudine abluas. Itaque deſinat duritia, ceſſet deſperatio, deſinat ignauia. Fons nunquam deficit, aqua intus eſt, ablutio in arbitrio eſt, ſanctificatio in ſolertia eſt, remiſſio in rore eſt lacrymarum. Noli te reſoluere in ſegnitiam: fons eſt in homine, perpetua pœnitudo, conſeruatus. Ibi eſt pœnitentia ad vocem Baptiſtæ qui ſic vociferatur in heremo, & penetrabili clamore deſertas hominum mentes exaggerat dicens: Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum.

Nemo poteſt ſuperni imperij habere apicem, habere faſtigium, niſi fuerit pœnitentiæ ſuf- E fragio fultus. Ad regni ſuperni penetrabilia non peruenit quiſquam, niſi egerit pœnitentiam. Repetit adhuc Baptiſta: Ego inquit baptizo vos aqua in pœnitentiam, ſed alter eſt poſt me veniens qui vos baptizabit in Spiritu ſancto & igni. Noli tu iam quærere neque Iohannem, neque Iordanem, ipſe tibi eſto Baptiſta. Pollutus es poſt lauacrum, vitiata ſunt viſcera tua, Contaminata eſt anima tinguere in aqua pœnitentiæ, ablue te abundantia lacrymarum, exuberet fons compunctionis in extis tuis. Exundent aquæ viuæ in fibris tuis. Para te venienti Domino, & ipſe te baptizabit in Spiritu ſancto & igni, habens ventilabrum in manu ſua: quod eſt, inſpectio, vel ponderatio pœnitudinis ac pec-

Inepta cõſcientia tædia.

Cõtra deſperationẽ.

Circuncíſionis & Baptiſmi elegans antitheſis.

Ioan. 19. f.

Baptiſmi ceremonia.

Pœnitẽtia in arbitrio eſt.

Matt. 3. a. 4. c.

Matt. 3. c. Luc. 3. a.

ac peccati. Ipſe perpendit in te vtrumque pundus; A
ipſe inſpicit in te molem & molem. Vnam pœ-
nitentiæ, & vnam peſtilentiæ. Et pœnitentiæ qui-
dem fructus, ac ſi triticum congerit in tuum pro-
fectum: Peccata vero tua quaſi peſtilentiæ paleas,
Remiſſio comburit igni inextinguibili. Hæc eſt priuata
priuata. remiſſio, intimo corde prouocata, & pœnitudi-
ne adquiſita. Multa ſunt repetenda, plurima re
plicanda. Genus hominum fragile eſt & lubrico
ſemper greſſu incedit. Natura corporalia obno-
xia eſt rebus contrariis: Paſſionibus etenim di-
uerſis ac vitiis ſubiacet. Nec tantum de propria
puritate quantùm de diuina pietate dirigitur. Et ſi
hodie quis confidat de merito, de robore animi, de
vigore viſcerum, craſtino fallitur ac decipitur. Sic B
1.Cor.3.c. enim proteſtatur Apoſtolus dicens: Et qui ſe pu-
tàt ſtare, videat ne cadat. Carcer eſt verò qui ani-
mæ fortitudinem premit & claritatem contami-
nat. Laqueus eſt ſemper imminens, iugitèrque
inſidians. Laqueus eſt peſtifero lapſu protenſus in
Pſal.39.a. via. Et inde eſt quod clamat propheta; in via hac
Pſa.139.b. qua ambulabam, occultauerunt laqueum mihi. Et
iterum: Iuxta ſemitam, ſcandalum poſuerunt mi-
hi. Implicatur plerunque anima in hoc corporeo
laqueo, & ſi velit, & ſi nolit; nec liberatur ſponte,
prius quam diuino ſuffragio per pœnitudinẽ ſup-
Pſal.123.a. plicans vt ait iterum propheta: Benedictus Domi- C
nus qui non dedit nos in captione dentibus eorũ:
Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo ve-
nantium; Laqueus contritus eſt, adiuuante domi-
no, & nos liberati ſumus. In laqueo hærebat ani-
ma, erepta eſt non ſuis viribus, ſed diuino præſi-
Caro eſt dio. Et quis eſt iſte laqueus, Niſi caro quæ ani-
animæ la- mam in propoſito ſuo bene currentem vexat ſem-
queus. per, capit iugiter, capit frequenter; Eſt enim vnus
ſtimulus per membra inſidians. Dico quomodo
in oculis eſt laqueus grauis. An non cognouiſti
quemadmodum anima: non dicam ſæpe, ſed ſem-
per: captiuatur in aſpectu? Vnde auaritia inſidia-
tur, vnde libido incenditur, niſi de corporali aſpe-
ctus? Vidiſti laqueum fortem. Nec immeritò ſcri- D
Eccle.31.b. ptum eſt, Nequius oculo quid eſt factum in homi-
Hiere.9.f. ne? Et iterum; Intrabit mors per feneſtras veſtras.
Lingua eſt Et lingua tua laqueus eſt inſanabilis; ſpargit enim
laqueus venenum maledictionis, blaſphemiæ, ſuſurratio-
inſanabilis nis, detractionis; & non ſolum corda ſed etiam e-
Dauid pœ xulcerat animam. Et inde eſt quod obſecrat ille
nitentiæ præſul pœnitentiæ dicens; Pone domine cuſto-
præſul. diam ori meo, & hoſtium circuuſtantiæ labiis
Pſa.140.a meis. Nec minus interſerit alter: Quis dabit cogi-
Eccle.23.a. tationi meæ flagellum, aut quis imponet ſuper la-
bia mea ſignaculum? Certe vt tunc loquar quan-
do non eſt tacendum, & quod prompſerit lingua
non mordeat, ſed nutriat animam: Sonabit vox ad- E
uerſa in auribus & homo interior ſtimulatur in
ira, concitatur in cæde. Vides quia & in auribus
laqueus permanet? & inde illa ſcripturæ commo-
Eccle.28.a tio ſonat; Sepi aures tuas ſpinis, noli audire linguã
Pſal.57.a. nequam. Laqueus eſt in manibus, vt dictum eſt,
iniquitatem manus veſtræ concinnant. Et iterum:
Vt quid mihi ieiunaſtis quando ſubditos vobis
compungitis, & percutitis pugnis humilem?
Quid dicam de noxio pedum inceſſu, curſúque
cruore infecto, vt eſt illud, veloces pedes eorũ ad
Pſal.13.d. effundendum ſanguinem. Has nanque inſidias
Rom.13.b. corporales, hos laqueos ſingulorum membro-

A rum de corpore eruendos, ſententiis ſuis decernit
Saluator. Si oculus tuus dexter, ſi manus tua vel *Matt.5.e.*
pes ſcandalizat te, id eſt, animam tuam diuina de- *18.a.*
ſiderantem, cœleſtia cogitantem, deprauant. Si *Mar.9.*
laqueis ſuis te implicant, aut fraude ſua nituntur
viſus eruere: abſcinde non manum aut pedem, ſed
peſtilentiam tibi per hæc membra morbumque
illatam. Quamobrem dictum eſt: Si oculus tuus
dexter te ſcandalizat, ſi manus dextra vel pes: niſi
quia omne quod bonum eſt, dextrum dicitur: ſi-
militer, malum, appellatur ſiniſtrum? Et eſt pars
dextra, & eſt pars ſiniſtra. Dextra ſuos retinet
probatos, ſiniſtra ſuos æque reprobatos. Ad dex-
tros quid dicit CHRISTVS? Venite benedicti *Matt.25.*
B Patris mei, poſſidete regnum paratum vobis ab
origine mundi. Quid ad ſiniſtros? Diſcedite à
me maledicti in ignem æternum. Vides quanta
diſſenſio eſt in ſiniſtro & dextro? quid igitur ſi ocu-
lus tuus dexter ſcandalizat? diſce quid eſt quod
quando committis peccatum, oculo tibi mini-
ſtrante, dulce tibi & dextrum videtur. Et dextrũm
hoc, tunc corrigitur in ſiniſtrum, quando reſiden-
te domino & diſcutiente peccata, cœperis inter
multos alios & ipſe audire: Diſcedite à me maledi-
cti, peccatores, iniuſti, in ignem æternum. Scanda-
lizauit te oculus, ſubripuit, delinquis, per viſum
C te implicauit? erue eum. Quid iubet eruere? ocu-
lum, an peccatum? Oculum ſuggerentem com-
miſſum. Nunquid oculus peccauit quia vidit; an *Oculum ti-*
magis animus deliquit quia concupiuit? Cæterum *bi eruere*
ſi per cuncta peccata vel ſcandala, non animi cu- *quid ſit in*
piditas reprimenda eſt, ſed effodiendus eſt oculus *Scriptura.*
quia vidit: nullus iam habiturus oculos eſt. Non
eſt quiſquam, vt arbitror, cui oculi remanebunt:
quia non eſt inter mortales qui non concupiſcit,
aut ſcandalizatur, aut peccat. Homo inculpa-
ueris oculum ad gratiam tibi conceſſum, cuius
beneficio lumen vides: ornatus eſt capitis, ſpe-
culum eſt membrorum, totiúſque corporis
feneſtra gratiſſima. Noli hunc inculpare quia
D cernit: ſed inculpa quæ cernit, ſed inculpa ti-
bi ipſi, quia concupiſti. Erue, non oculum de
capite, ſed errorem de corde: euelle, non aſpectum
corporeum, ſed concupiſcentiæ crimen: non eſt
iuſſum oculum delere, ſed crimen euellere. Dexter
fuit oculus, quando tibi obduxit ſcandalum, hoc
eſt quod dicit, quando te inquinauit & polluit.
Sed erue eum contraria fortitudine. Noli te vul-
nerare cogitare, ſed ad vincẽdum te præcinge Eſto
armiger pœnitentiæ, & protinus euertes peccatũ.
Dulce fuit vitium cum delectauit animam, ſed fiat
tibi nunc dulcior pœnitudo, quæ non ſolùm dele-
ctet, verùmetiam nutriat animam. Cõcupiſti ma-
E lum, vicit te cupiditas, perpetraſti nephas. Erit ani
mis tuis dexter oculus; id eſt, dulcedo peccati.
Erue oculum iſtum ſiniſtro conſpectu conſertum
qui te non illuminat ſed contenebrat, & de dextro
trãsfert te in ſiniſtrum. Sed dicis: malum hoc quod
aſſeris à me extirpandum oculus iſte nefandus: In-
tus eſt. Non videtur in pectore, habetur in corde
conſcientiæ fixus. Quali arte valebo eum eruere, *Oculus*
qui nec manu contingi poteſt, nec digito erui aut *peccati.*
euelli? Vis oſtendam tibi manum, & digitum, &
artem qua poſſit euelli? Quando percuſſiſti pu-
gnis humilem, induxiſti in te peccati oculum.
Quando porrexiſti manum tuam ad ſubleuandũ

humilem, ad ſaniandum inc prim;eruiſti de corde tuo nequitiæ ocolum, qui te ſcandalizauit. Vides quali manu, digitóque & arte, noxius ille euellitor ceculos qui te de dextro dirigit in ſiniſtrum? Dulcia ſont vitia duin in actu ſunt, ſed fiunt proiinus amara poſt actum, Mel, inquit, ſtillat ex labiis meretricis: & hic dulce. Ad tempus quidem vngit gulam, impinguat fauces; nouiſſime vero conuertitur io amaritudioem fellis: & quod fuit dulce ad tempus, fit amarum iu fine. Feſtina igitur & ne tardus exiſtas ad corrigẽdum te de ſiniſtro in dextrum. Cecidiſti per oculum? cootaminauit te aſpecto ſuo? abluat te aqua ſua. Induxit in te laqueom? eruat te de laqueo. Habet eoim in ſe magnum lacrymarum auxilium. Impulit te obſcœnis ſordeſcere actibus, turpíque mucrone caput abſcidit; id eſt, auaritia aut libidine? Age tu exerce te contra talem oculum, erige te contra aſpectum tuom, agita venas cordis tui quæ tendunt ad oculum, & dic illi: Ocule ad te recurro, tibi imputo. Exoc quod implicaſti. Tu me vulneraſti; tu me ſana: tu me polluiſti, to me purifica: Ablue quod iuquiuaſti, erige quod eliſiſti. Corrige quod euertiſti, abſolue quod per ſcandalum obligaſti. Tu vidiſti, ego concupiui: tu inſpexiſti, & ego peccaui. Vidiſti aurum, vidiſti poſſeſſiones aliorum & prędia: cæcauit ambitio. Cœpi velle qood meum non erat, cœpi auferre aut argumento inuadere aliena. Tali me ſcandalo obcæcaſti. Quid dicam de fœminea ſpecie, quantùm intuendo eam collapſa eſt anima, effœmiuata ſunt viſcera, & quaſi concupiſcentiæ ſagitta percuſſus de quodam præcipitio corruit. Da modo liquorem toum, & dele peccatum meum. Irriga me imbribus tuis, irruaot aquæ roæ & obruant crimina mea: Hæc loquere com oculo tuo qui te ſcandalizauit. Præterea percipe te in futurum iudicium. Punge venam cordis tui pœnitentiæ ſtimulis, & de imo corde atque de intima mente, educas aquam viuam in capite profluentem. Fiat caput tuum fons remiſſionis & fluuius indulgentiæ: & exinde uon ſolùm per dextrum oculum, ſed & per ſiuiſtrum, gemini rioi currant, fluantque tibi ambo oculi pariter ſanitatis rorem ac indulgentiæ imbrem. Vult enim indulgentiſſimus cognitor, vt fletus purget, quod viſus polluit: & quod fœdauit cupiditas, reformet compunctio: vt eruas de corde peſtiferum oculum, plangens & ingemiſceos & dolens. Sicut dolens Hieremias Propheta cum populum plangeret tranſinigratum, ſic dicens: Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lacrymarũ? & ille quidem populum deplorauit captiuum: Tu autem ingemiſce pro anima quam cupiditas violauit, & oculus, dexter ſecit deguerem. Sic eruendus eſt oculus, ſic abſcindenda eſt manus, vel noxia membra. Nam vbi auaritia: ibi manus dextra, dentibus venenatis armata vt percutiat, vt affligat, vt auferat aliena. Vbi libido, ibi dexter oculus noxio aſpectu armatus, qni modicum delectat, & multum nocet. Qui viderit (inquit) mulierem, ad concupiſcendum, iam adulterauit eam in corde ſuo. Vidit oculus, concupiuit caro? peccauit anima. Fleuit iterum oculus? abluta eſt caro, abſoluta eſt anima. Auaritia, infandum eſt vitium in hominibus. Radix eſt vna in præcordiis fixa, ex qua pullulant omnia mala. Quid eſt auaritia? cupiditas radix omniom malorum. De iſta radice exurgunt mendacia, otionntr periuria. Qui enim eſt aut diſtractor, aut emptor: qui lucri gratia habet de cupiditate tractatus: noooe plerumque peierat, ſæpe mentitur? ſine hoc vitio oegotiator, aut rarus aut nullus eſt. Er quid dico negociatorẽ? impoſtorem vſos cuni mertiis? Videamus quæ res facit prædones, aut vode erumpont proditores. Nonne de auaritia prædo ſoit rex Achab, quando per factionem doloſæ mulieris, falſa ſub proditione iuſtum trucidauit, vt vioeam eius violentus inuaderet? Auarus fuit & Iodas cum proderet CHRISTVM Iudæis, cùm acciperet ab eis trigiota argẽteos. Tolle auaritiis, & oó eſt diſcordia: aufer auaritiam, & ſolus amor regnat. Deſinat auaritia, & ceſſat ambitio. Tolle cupiditatem, & nemo dicit: hoc meum, aut hoc tuum. Fraus iode germinat, dolus inde conſurgit, factio inde concinoatur, iræ quoqoe, inſidiæque, homicidia, bella ipſa ſiue publica, ſiue inteſtina, copiditatis & auaritiæ fructus ſunt, vt ſi quando vel armis vel argumentis, alter alterum, vel ſuperauerit vel truncaoerit, res eius velut victor diripiat, ſuamque auaritiam ſuppleat. Et hoc eſt quod ſcriptura teſtatur Apoſtolus dicens: Radix omnium malorum eſt auaritia. Diſce diligenter quid ſit in homine. Duas habet in ſe duorum malorom fixas radices, quibus repugnando, intra vexator & carpitur. Et quæ ſunt iſtæ radices? vna eſt auaritia, & vua eſt luxuria. Auaritiæ radix vbi eſt? in cupidine mentis. Luxuriæ vbi eſt? in voluprate membrorum. Cupiditas namque mentis, in auaritia inardeſcens: armat manus pedéſque, & facit in his forenſe peccatum, & crimen extra corpus. Radix verò luxuriæ quæ ſuccis membrorum nutritur, venarúmque humoribus irrigatur: cogit ipſa viſcera in obſcœna cupiditate delinquere, & facere peccatum inteſtinũ. Igitur eſt peccatum auaritiæ, & eſt peccatum luxuriæ in membris. Duo ſunt in homine capitalia crimina. Vnum intus, & vuum foris. Vnum in membris, & vnum extra membra. Eſt peccatum luxuriæ in membris, & eſt peccatum auaritię extra membra. Er vt credas hoc ita eſſe quod dicitur, audi eundẽ Apoſtolum proſequentem. Omne peccatum quodcumqoe fecerit homo extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. Sed dicis. Si pedes currũt ad prædam, ſi manus diripiunt, qoomodo poteſt abſque corpore eſſe peccatum? Nou eſt quidem dubium quod omne peccatum, membris miniſtrantibus perpetratur. Sed aliod eſt, per membrum committere, & aliud in membra delinquere. Per membra enim quod committitur, in hoc animus delectatur. Carnis autem voluptas, hoc nec ſentit nec recipit. Et ideo dictum eſt, omoe peccatum quodcumqoe fecerit homo extra corpus eſt: libidinis vero faces, ardentéſue furias, intra ſe continet caro, ex radice luxurię pullulaotes. Dulcibus namque illecebris ad modicum excitatus vel expreſſus humor, trahit ad ſe ex imis viſcerum venarúmque medullis, totius corporis voluptatem. Quod vbi Apoſtolus intentiſſimè inſpexit abſolute fixit ſententiam dicens: Qui autem fornicauerit in corpus ſoũ peccat. Væ mihi quid acturus ſum homo fragilis, qua virtute valebo tantæ atrocitati reſiſtere: duorum in me conſiſtentium venena, qua

Vitia quomodo dulcia. *Prou. 5. a.* *Magnum eſt lachrymarũ auxilium.* *Hier. 9. a.* *Matt. 5.* *Auaritia infandum eſt vitiũ.* *1. Tim. 6. b.* *Negotiator nullus ſine mendacio.* *3. Reg. 21.* *Mat. 26. b.* *Mala ex Auaritia.* *1. Tim. 6. b* *Duæ peccati radices in homine.* *Peccatum forenſe.* *1. Cor. 6.*

na, qua ſorte poſſum vitare? Si radix anaritiæ, multiforme crimen exulcerat animam: ſi radix luxuriæ ignitas miniſtrat libidini faces, quibus viſcerũ medullas exurit: Quid faciam? quæ virtus in me? aut quę ſubſtantia mea? Viuunt in me duo Serpentes pariter: auaritia & luxuria. Mordent ſemper, exulcerant iugiter: collidunt frequenter, & ſtare contra tales beſtias propria virtute non poſſum. Si aquæ iam adminiculum nõ eſt, ſi Spiritus ſanctus deeſt: quis me liberabit de corpore mortis huius, quis me eruet ab hac nequitię mole, morſúque ferali? Homo noli diffidere: res in promptu eſt, vita in manu eſt, virtus in voluntate eſt, victoria in arbitrio eſt. Si voluiſti, viciſti: ſi nolueris, victus relinqueris. Qui vult vincere, conatur vt vincat. Qui deſperat, amittit victoriam. Quid times cupiditatis crimẽ, vel auaritiæ facinus? Noli timere. Radix iſta omnium malorum, id eſt, auaritia habet aquam propriam. Et aqua, iſta quæ eſt, niſi eleemoſyna? Non audiſti quid ſcriptum eſt? Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit peccatum. Magna hæc ſententia, deſinat querela, deſinat dubitatio. Nam vbi eleemoſyna, ibi aqua: & vbi aqua ibi ſpiritus: & vbi ſpiritus, ibi remiſſio. Deſinat deſperatio: Aqua & ablutio & remiſſio, in eleemoſyna largientis eſt. Ne diffidas ablui inquinatum corpus & animam fontibus eleemoſynæ, vt redeas rurſus in pręmiſſi Baptiſmatis formam. Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit peccata. Tanquam ſi ita dictum eſſet: Sicut aqua extinguit ignem ardẽtem, ſic eleemoſyna diſcerpit, auaritiã, funera hominúmque crimina, vincula funeſta diſrũpit. Vidiſti aquam eleemoſynæ. Vis ſcire quòd & luxuria & libido in aqua eſt? Peccatum corporis inceſtat: Nunc aquam habet contrariam. Vbi? nonne in oculis? & meritò de corpore. De oculis ſtillat aqua quæ totius corporis contractus diſſoluit, & abluit fœditatẽ. Nam ſicut peccatum quod extra corpꝰ eſt, eleemoſyna fulminat & extinguit: ſic vitium libidinis quod membra inceſtat, lacrymarum vbertas extirpat. Ergo peccatum quod extra corpus eſt, proprium habet fontem eleemoſynæ: & flagitium quod intra corpus committitur, ſuum habet fontem ex oculis profluẽtem: Vt ſcias tu, quia eleemoſyna flammas auaritię reſtinguit: & libidine fuſcata viſcera profuſis iterum fletibus albent meritúmque receptant. Sed quamdiu verba innui? Accipe Euãgelica documenta, accipe duos duorum criminum indices. Habes Publicanum, habes & meretricem, Publicanum in auaritia, meretricem in luxuria. Criminum præſules, facti ſunt, diuinę miſericordiæ indices. Vis ſcire quomodo iſti duo vicerunt, & criminoſa contagia euaſerunt? Saluatus eſt publicanus: Qua manu? Nõne per eleemoſynam? Recepta eſt meretrix: quo præſidio? nonne per lacrymas? Sed cauſam replicemus. Agnitus, inquit, Dominus IESVS perambulat in Hierico. Et ecce vir, nomen Zachæus, homo peccator, auarus, diues ex rapinis, & hic quærebat videre dominũ Ieſum vt ſciret qualis eſſet: nec poterat eum videre turbarum obſtipatione ſeclnſus Modicæ nanque ſtaturæ erat. Contigit inuenire eum arborem ſycomorũ: aſcendit feſtinus, & vidit. Quid vidit? Saluatorem ſęculi. Bene feſtinauit, optimè aſcendit, qui dũ auidus cupit videre Saluatorem, ſalutem ipſam quam ignorabat, inuenit. Et quid dicã vidit? ante viſus eſt quàm videret. Tranſiuit, inquit, Dominus Ieſus; vidit illũ, dixitq; ei: Zachæe, feſtina, deſcende, hodie nanq; in domo tua me manere oportet. Domine, quid eſt hoc quod dicis? Nũquid nõ ſunt fideles quòd ad talem hominẽ applicas? Publicanus eſt Zachæus, immo princeps publicanorum, peccator eſt & prædo, videre te voluit tantum: Nunquid de ſola viſione iam debet ſaluari? Aſcendit in arborem vt videret: Si autem necdum vidit actuſque necdum ingemuit: Nunquid confeſſus eſt maculam ſuam, aut flagitia replicauit. Nunquid fleuit ante te, aut fecit eleemoſynam in peccatis ſuis? eſt adhuc homo prophanus, & dicis illi hodie in domo tua me manere oportet? vix adhuc vel videre te meruit, & iam angulos eius viſitas, hoſpitiũq; amplecteri. Verũ hoc officij tui eſt indulgẽtiſſimę curę, qui nõ veniſti iuſtos inuitare, ſed peccatores corrigere. Manes cum publicanis, manducas cũ peccatoribus, iungeris cum iniuſtis, vt hac ſocietate quaſi arte quadam eos cõuertas, & corrigas ad ſalutem. Zachæe deſcende, inquit, quia hodie, apud te, me manere oportet. Et quid Zachæus? deſcendit confeſtim de arbore, iam verbo Domini emendatior. Aſpectus enim Domini emendauit prædonem, & ſolo ſermone mutauit ſenſum eius. Deſcẽdit, perniciter properauit, exultans parauit hoſpicium, ſuſcepit vitæ pręſulem, & factus eſt filius Abrahæ. Manſit apud illum CHRISTVS, inſpirauit illi ignem ſecretorum, ignem fidei, Spiritꝰ ſancti occultum ardorẽ, vt amore Dei & calore fidei flagrans, talia verba depromeret: Domine, ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. Audiſti quid dixit? Ecce dimidium bonorum meorum diſpergo pauperibus. Tanquam ſi ita diceret: Modo vidi, modo cognoui. Saluator, non ex me ſed ex te facta eſt correctio mea perſenſi prædas meas, penſaui actus peſtiferos quos in auaritia perpetraui. Oro, obſecro, adiuua me miſerum & peccatorem. Ecce erogo quod abſtuli, reficio indigentes quos læſi, ecce veſtio quos nudaui: & ſi quid alicui fraude abſtuli, in quadruplo reddam. Vidiſti largitionem raptoris, inſtat adhuc dicẽdo? Adeſto Domine, ego in quadruplo reddo quæ inique abſtuli. Tu cura criminoſum, tu ſuſcipe votum meũ, & ſana vulnera mea. Eruat eleemoſyna, quæ obruit auaritia. Indignãtur quidem imputare conantur Domino, cur ad peccatorem diuerterit, & in domo publicani manſitare voluerit: Sed quid Dominus ad eos? Nunquid vos ita? Nolite ſic de me ſapere. An neſcitis quoniam publicanorũ ſum & peccatorum ſaluator? Amen dico vobis, quod hodie ſalus facta eſt domui Zachæi, quoni & hic filius eſt Abrahæ. Salus illi facta eſt, quoniam Saluatorem & vidit, & cognouit, & recepit, & præceptum eius impleuit. Non audiſtis quid dixit: Dimidium ſubſtantiæ meæ do pauperibus, & ſi cui aliquid defraudaui, reddo quadruplo. Quid vos indignamini talem operarium? Tam maturè conuerſum poſſum repellere & non libenter recipere, & hunc deſpicere tam cito trãſlatum de malo in bonum, de præda ad palmam? Non vidiſti quia publicanus factus eſt indigentium præſul; & homo forenſis meruit eſſe filius Abrahæ? Non meminiſti? quia filius hominis venit quęrere quod erranerat, ſaluare quod perierat? Aſpicite publicani, intue-

Peccati victoria in arbitrio eſt.

Eccleſ. 3. d.

Libido vbertate lachrymarũ eradicatur

Luc. 19.

Mat. 18. b.

mini peccatores, pertendite auari, fures atque raptores. Videte exemplum Zachæi: Inſpicite qualem inuenit fontis venam aquarúmque fluenta. Quibus ſe per eleemoſynam ſponte perfudit, ſordeſque ſuas omnes in publica functione contractus diſtruxit. In Zacheo ſententia illa abſolutè

Eccleſ.3. proceſſit: Sicut aqua extinguit ignem, eleemoſyna purgat peccatũ. Puſillus corpore, factus eſt præclarus opere. Flagitioſus cõceptus, felix ſubito de eleemoſyna naſcitur. Modic⁹ aſcẽdit arborẽ vt videretur à Chriſto, & vulgaretur in Mũdo. Arbor optabilis, ſalubri medicamine plena, quæ in ſolo aſpectu ſubuenit peccatori, & ſanctificauit prophanũ. Nõ talis inuẽta eſt arbor iſta, qualis illa principa-

B *Gene.3.* lis de qua dictũ eſt: Qua die mãducaueritis ex ea, morte moriemini. In illa Serpẽs decepit ſimplices, in iſta Saluator ſubuenit peccatori. Imitare & tu Zachæũ, aſcende in arborẽ animæ tuæ. Arbor eſt in te, alta fides tua, & ſpecula excelſa. Sta in cacumine hui⁹ arboris, huiuſq; ſpeculæ: vt valeas videre Deũ, Chriſtũq; tranſeuntẽ, ſicut vidit Zachæus. Ille aſcẽdit in arborẽ quia nõ poterat videre præ turbis. Te nõ turba hominũ retinet, aut caterua excludit, ſed habes inter vitiorũ ſyluã, & cogitationis cateruas quæ mentẽ tuã obũbrant, & aſpectũ aporiant. Sed tu cõuelle de corde tuo ſyluã iſtã male vmbrantẽ.

C *Conſciẽtiæ ſtrepitus.* Repelle noxias cogitationes & cõſcientiæ ſtrepitũ. Relinque in animo tuo vnã arborẽ limpidam, fructiferã, crucis ſtigmata præferentem, in quam aſcẽdens videas & ipſe Chriſtum ſicut vidit Zachæus, & dicat tibi: Amẽ dico vobis quod ſalus hodie homini iſti facta eſt, quoniã & hic filius eſt Abrahæ. Cõpungere protin⁹ in affectu verborũ eius, & cõcipe animo cũ magna alacritate facere eleemoſynã. Porrige modicũ, & promerere multum. Eroga terrena, & exige ſempiterna, ſicut fecit Zachæus: qui dũ terrenã diſpergit ſubſtantiã, nõ ſolũ cõgeſtã molẽ fontibus eleemoſynæ diluit, ſed & iam heres regni cœleſtis, & filius Abrahæ eſſe promeruit. Vidiſti elegantiſſimũ documentũ: vidiſti Zachæũ, nephas auaritiæ, eleemoſynæ imbribus expiantẽ. O

D quã ſingulare ſalutis cõpendiũ, erogare pauperib⁹, & ablui de peccatis! Eleemoſyna ſubitò cõuerſum hominẽ de peccatis, nõ ſolũ purificauit, ſed & iam coronauit, & fecit de publicano Paradiſi ciuem. Si ſuppleta eſt ratio, ſi cumulata eſt de ſtipẽdiis pauperũ, remiſſionis menſura: & ſufficit tibi exemplũ publicani, qui miſerabiles actus trãſacti temporis, per eleemoſynã quaſi per flumẽ in indulgentiã traxit, atque mundauit, ſeq; auaritiæ laqueo per erogationem eripuit. Accipe nunc aliud pietatis exẽ-

E plũ in muliere meretrice propoſitũ, vt poſſis euadere luxuriæ crimen, & fornicationis capturam. Retine quod præmiſimus, quia duo ſunt in homine capitalia crimina, auaritia & luxuria: & docuimus quod auaritiæ crimen calcauerit publicanus. Audiſtis enim quia erogauit eſuriẽtibus, & euaſit: Pauit pauperes, & meruit eſſe quod nõ erat. Nunc de luxuria erit ſermo in meretrice memorat⁹. Mulier à te exigimus quod multis proſit. Meretrix, da nobis exẽplum, vt ſciam⁹ quomodo ſtuprata mẽbra tua nõ ſunt à Deo deſpecta, ſed magis recepta. Dic nobis criminoſa, quaten⁹ effecta es caſta? Noli tacere publicana, ſed prode nobis beneficium Chriſti, & doce nos quo genere facta es de meretrice, virgo. Audite cauſam, diſcite curam, quia prin-

A ceps miſericordiæ mirabilia fecit. Recepit meretricẽ, purgauit publicanũ, clarificauit corruptã. Phariſæus quidã noĩe Simõ, Chriſtũ rogauit in domum ſuã, & parauit illi cõuiuium vt ederet apud illũ. Ingreſſus, inquit, Domin⁹ dignãter diſcubuit. Et hoc quoq; miranda humanitas, vt Deus in domo Pha- *Luc.7.f.* riſæi, & diſcũberet & ederet. Apud Zachæũ mãſit, apud Phariſæũ mãducauit. Et hoc quare? Niſi quia publicanorũ erat, & amicus & ſaluator? Sed diſcũbẽte illo, etiã edente in domo Phariſæi, quid factũ eſt? Ecce mulier peccatrix quæ erat in illa ciuitate: vbi cognouit quia intrauit Chriſt⁹, & recubuit in domo Phariſæi: ſubitò quaſi meretrix audax intrauit in domũ, & attritã publicis aſpectibus frõtem

B obtulit Saluatori. Audacter intrauit, nũ iã meretrix ſed modeſta, nõ libidinẽ expletura ſed lucẽ viſura. Intrauit nõ ad libidinis formã, ſed ad indulgentiæ fontẽ. Intrauit nõ vbi iã vltra ſordeſceret, ſed vbi cõtractas deponeret ſordes, & ſtuprata viſcera domino miſerãte purgaret. Supergreſſa eſt à vita, nec reſpexit ad Phariſæũ, ſed recto limite direxit ad fontẽ, pudore priuata & pœnitudine armata. Et quid fecit? Cõtulit ſe ad pedes Chriſti in toro recumbentis: ſtetit anxia, curuatóque corpore pedes Domini tenet rea, & remediũ elicit. Vritor, animo loquitur tacet & gemit ſilenter, inſtat importunè pœnitudine ſtimulata, ſubrigit ad cœlũ animũ, aſpectũmq;

C defigit in terra. Illum ſolũ videt quẽ tenet: illi pandit peccatum ſuũ, illi peccata detegit, & criminoſam reſerat cõſcientiam. Cor ſuũ ſupra pedes eius miſtũ cum fletibus fundit. Capillis etiã mollibus, lacrymis perfuſos pedes, quaſi linteo quodam detergit. Nec ſolum lacrymis abluere ſatis eſt & crinibus tergere: inſuper de alabaſtro quod in manu tenebat, vnguento perfudit: vt pedes quos rigauerat, vnguento liniret. Atq; in his trib⁹ ſpecieb⁹ immunda mulier, in lacrymis & capillis & vnguẽto, quaſi fontem Baptiſmi ſui de pedibus Chriſti extraxit. Nã in fonte Baptiſmi quid aliud eſt quàm aqua & criſma & veſtis alba? huic mulieri pro aqua, *Baptiſmi cæremonia.*

D fletus fuit: pro criſmate, vnguẽtũ: pro veſte, capilli. O mulier peccatrix, multa adinuẽtio tua! Quis tibi mõſtrauit talem, aut inuenire aut proponere artẽ: *Cryſma in Baptiſmo.* vt cõgeſta in te crimina mumẽtaneis lacrymis vinceres, crinibus raderes, vnguento ſtirpares? Quid ergo? Intrauit, inquit, mulier peccatrix cũ alabaſtro vnguẽti, ſtetit iuxta pedes Chriſti. Et quid Saluator? Nunquid ignorabat eam? Nunquid neſciebat quòd eſſet publicana: hoc nephas eſt dicere. Verũ vbi vidit cõpunctã, iã nũ repulit quaſi publicanã, aut ſpreuit importunã: ſed recepit dolentẽ, & amplectitur pœnitentẽ. Nõ ei imputauit vt erat impu-

E tãdũ. Nõ ei dixit Dominus: meretrix, adultera, fornicaria, fluida: tu venis ad me, tu proximaſti, tu auſa es pedes meos manibus pollutis cõtingere? Nõ vides maſſam malorũ tuorũ? calent adhuc in te crimina, mẽbra tua feruorẽ libidinis ſpirant, corpus tuũ criminoſis maculis plenũ eſt. Animã ipſam intus contaminationis tuæ funeſta ſarcina premit: & tu tãtis ſceleribus deprauata auſa es venire ad me? nõ illi ſic Chriſtus nec imputauit, nec dixit. Qui & ſi dixiſſet, illa talis mulier parata erat ſine dubio cõtraria reſpõdere. Si dixiſſet illi Chriſtus, immunda mulier, fœdiſſima cõtaminata: ceſſa, à me diſcede, nullã habeo cũ meretricibus cauſam. Habuit illa reſpõdere vt hoc illi opponeret. Domine rex cœleſtis,

leſtis, Redemptor Mundi, quæ ſunt hæc? quid deſcendiſti de cœlo? propter iuſtos tantum? Et quanti ſunt iuſti? ſic peccatores repudias? Vbi populus tuus, aut quos medicus veniſti curare? Nunquid ſanos? Abſit. Sanis non eſt opus medicus, ſed meretricibus opus eſt medicina. Publicani te pulſant, vt curam accipiant: peccatoribus veniſti porrigere manum, eliſos erigere, cæcis reddere viſum. Medice non me repellas vulneratam; & ſi me repellis ego non recedo, ſed iure meam de te exigo ſanitatem; quia ſanare veniſti ſaucios, non repellere. Teneo pedes tuos, nec ante diſcedo quàm percepero curam. Omnipotens ſuſcipe importunam, & noli deſpicere pulſantem meretricem. Ecce precium tibi offero pro redemptione mea. Corrige ad me aſpectum tuum. Et quid eſt quod offero? Indigens ſum, inops ſum, nihil habeo in ſubſtantia præter lacrymas; & hoc ſatis tibi eſt. Scio ego quod grata ſit iſta oblatio. Non quæris pecuniã, ſed exigis pœnitentiam. Nec libamina tantum quęris, quantùm lacrymis delectaris. Sacrificium tibi eſt cor contribulatum & ſpiritus cõpunctus. Suſcipe itaque pretium pœnitentiæ meæ, & da mihi præmium indulgentię tuæ. Paſtor bone, dic mihi quęſo, nunquid non ſum de ouibus tuis? ſed erraui de grege, & facta ſum ſicut ouis perdita. Quęre ancillam tuam, & fac me de meretrice pudicam. Noli me deſpicere; non ſum ſola, multas habeo compares, & quàm maxima pars ouium tuarum in me eſt. Paſtor excelſe, quære oues diſperſas, & ſcabie contractas. Collige eas in vnum, & imple ouile tuum. Tu nanque dixiſti: Habeo & alias oues quę non ſunt ex hoc ouili, has oportet me aggregare vt fiat vnus grex & vnus Paſtor. Quæ ſũt iſtæ oues, quæ non ſunt de mandra tua? nunquid non meretrices & Publicani? nunquid peccatores, adulteri, & iniuſti? Cæterùm ſi hos repudiaueris vel excluſeris, qui remanebunt qui impleant ouile tuum? Prophetæ & Apoſtoli, martyres, virgines, & cõtinentes? Quanti ſunt ad integrum populum? Si igitur pręſcribitur peccatoribus, pauci intus & multi foris erunt. Sed quoniam redemptor es generalis & paſtor communis qui veniſti nõ perdere ſed ſaluare: collige & ſcabie corruptas oues; & diſperſas, reduc ad caulas cœleſtes. Fac de omnibus vnum gregem; & eſto omnibus vnus, ſicut promiſiſti, & ſaluator & paſtor. Obſecro te ego mulier vt indigna, & tacita intra me prece depoſco, ſciens te eſſe errantiũ medicum. Dolorem meum verbis ingemino, & actionẽ meã ſecretis ſingultibus premo. Eſto mihi aduocatus. Suſcipe cauſam meã, & ſolue compedes meos. Multum eſt quod merui tangere pedes tuos. Ego fletibus pœnitentiæ perfundo pedes tuos. Tu lumen indulgentiæ, dele crimina mea. Tãgo te Saluator, ego immũda mulier, & oſculor pedes tuos; non vt inquinem quod tango, ſed vt abluar ab eo quem tango. O meretrix magna eſt fides tua, mira conuerſatio, clara confeſſio! Non te iam dicimus meretricem, ſed omnium meretricantium medicam. De te enim capiunt multi recuperationis exemplũ. Sed cœpti capituli ordinem replicem. Phariſæus interea qui rogauerat Dominum, vbi vidit velut indignam mulierem, ait intra ſe: Hic ſi eſſet propheta, non ſineret hanc mulierem tangere ſe, cuius ſciret infamiam. Illo ſic intra ſe perpendente, & proſperum actum obſcurare nitente cogitatũ eius comprehẽdit Dominus & detexit. Simon, inquit, habeo tibi aliquid dicere. At ille reſpõdit; magiſter, dic. Fœnerator aliquis duos habebat debitores, vnus debebat quingentos denarios, alter quinquaginta. Iſti dũ nõ haberent vnde redderẽt, dimiſit vtriq;. Dic quæſo te, quis de iſtis duobus diligere plus debuit? Reſpõdit Simõ, & dixit: Quãtũ ego æſtimo, ille cui plus donauit. Dixit ei Dominus, recte iudicaſti. Simõ hoſpes Phariſæe, collige ad te parabolã iſtam, neſcis quia propter te illam protuli? Cur indignaris, cur venenum verſas in pectore tuo? Cur contra factum bonum ſubrigis caput Serpentis? Indignũ iudicas, me ſuſcipere, mulierem fornicariam, lacrymarum fontibus inundantem: Sed facis hoc quaſi incredulus Phariſæus, dum non vis me eſſe aut credere Deum. Amice feciſti rem bonam, paraſti mihi conuiuium & prandium exhibuiſti: Sed quid ad iſtam mulierem? Animus eius plus eſt quam tua humanitas. Amor eius vicit tuum conuiuium. Non vidiſti quid fecit? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dediſti; hæc autem lacrymis rigauit pedes meos. Oſculũ mihi non dediſti; hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo non vnxiſti caput meum, hæc pedes meos vnguento perfudit. Propter quod dico tibi, remiſſa ſunt illi infinita. Phariſæe ex malo fermento indignaris. Angit te quod ſaluauerim peccatricem, & à peccatis abſoluerim, Et quid hoc ad te? mala intentio tua: Nunquid non licet mihi facere in meis quod volo? An oculus tuus nequam eſt quia ego bonus ſum? Sed ſi tibi placet, colli- *Mat.20.b* ge ad te parabolam meam, aperi oculos tuos & vide. Tu feciſti conuiuium, & meretrix coronata eſt. Quare? quia multum dilexit, multum plorauit, multum pœnituit. Plus valuit apud me fletus meretricis, quàm tua fercula. Et inde duplo tibi prælata eſt fornicatrix, quãdo tu quinquaginta, illa quingentis compenſata eſt nummis. Nec immeritò de vobis prædictum eſt; Quia meretrices & publicani præcedunt vos in regno Dei. Et conuerſus Dominus IESVS dixit ad mulierem: *Mat.21.e.* Fides tua te ſaluã fecit, vade in pace. Ecce quomodo patuerũt propoſita, in duobus exẽplis. Ecce quomodo crimina contrariis colliſa ſunt armis. Auaritiæ tela retudit eleemoſyna; Luxuriæ crimina, lacrymæ reſtrinxerunt. Fœnerauit Publicanus, & factus eſt iuſtus. Fleuit fornicaria, & facta eſt ſancta. Quid tu ad hæc, libidinoſæ, prouocatus exemplis, deſperas? Forte dum diſplices tibi ipſi, deſine deſperare, & diſce quid agas.

Quando vis orare pro luxuria quæ in te eſt, *Cõtra deſperationẽ.* aut erogare aliquid pro peccatis: ſcio quia reſiſtit tibi conſcientia tua, & reuoluit tibi infinitum numerum peccatorum.

Obſtrepit tibi ſilẽter dicẽs: Quid eſt quod oras, aut quid eſt quod erogas? Clades eſt intra te ſcelerum te cumulus vrget. Et quanta eſt obſecratio tua, vel erogatio? Quãdo ſic te obiurgat conſciẽtia tua, tu noli terreri, ſed oppone illi publicanum, obiice meretricẽ, & dic: Ceſſa conſcientia noli mihi obſtrepere, noli obſiſtere. Eſt acceſſus ad Deum, & locus remeandi ad CHRISTVM. Impius fuit Publicanus, ſed non deſperauit. Fœnerauit Publicanus, & factus eſt intimus. Fleuit meretrix, & facta eſt felix. Vt quid me corripis conſcientia?

A Vt quid me confundis,& deprauare contendis? Si Deus recipit,qois eſt qui retinet?Si Deus iuſtificat, qois eſt qui condemnat? Chriſtianæ quid tardas? Publicaoum vides, antequam adhuc pœniteret, receptum:& ambigis? Quid metuis? Vitium libidinis quo corpus polluitur & membra maculantur, quaſi oon toto animo gemueris, abſolueris. Homo ſi cor tuum vides,vides vuo momeoto per ſolas lacrymas ablutum, & dubitas? ſed dicis: Ecce compunctus oraui,aut fleui pro his quæ malè geſſi; aliquatenus merui à Domino indulgentiæ abſolui:poſt hoc,vt eſt ipſa conditio,ſi rurſus peccauero;quid facturus ſum? Nũquid iterum flere debeo,aut indulgentiam flagitare? Aut nunquid eſt adhuc repedare remedium? Reſpódeo tibi. B Si quidem radix peccati io mēbris tuis areſceret, vel ab animis tuis diſcederet, rectè hoc diceres. Si enim ſtimulus carnis quieſceret,ſecurus eſſes nec peccatum faceres,nec pœnitentiam quæreres; ſed ſemper, quaſi Angelus,illibatus incederes. Quod ſi te naturalis concupiſcētia vrget& pũgit libido,quid facturus es fragilis? Vinceris ſubinde,flecteris freqūeter, & facis aliquid quod Deus non vult facis illud quod forte tuipſe horreſcis, vt ait Apoſtolus Nō quod volo ago:ſed quod odi,hoc facio. Quid nunc? Ecce oraſti,& adnuit Dominus. Adiuuit pi⁹, indulſit miſericors,euaſiſti peccatum. Sed qui iam abſolutus eſt à ſtimulo carnis,ecce iterũ cogit C conditio,cadere poſt veniam impetratam, delinquere poſt indulgentiam,& poſt lacrymas iterum lapſús incurrere. In hoc plane iam magnum interuenit odium & ineſtimabilis difficultas. Conari quidem debes toto animo,& pugnare pertinaciter contra carnis ſtimulos& concupiſcentiam cordis,vt vincas & non pecces. Sed ſi forte contra votum tuũ, cōditio carnis vicerit,& cupiditas ſtrauerit in peccatum, quid facturus es? debes iam deſpicere aut deſperate ſalutē? Noli ſic cogitare, Surge iterũ,homo,ſurge,noli timere,noli iacere. Eſt qui recipiat & qui te non deſpiciat ſi ſurgis. Mox tu ſurgis, mox te erigis, iam oon errorem tuũ Deus ſed animum reſpicit:nec peccatũ computat,ſed pœnitentiam penſat. Odit plane ſi te viderit negligentem, aut reſolutum, aut pigrum: ſi te viderit oon laboraotē in pœnitudine, ſed remanentem in crimine. Talis nãq; eſt Deus erga homioes. Odit peccantē, amplectitur pœnitentē. Ergo cecidiſti? noli diffidere aut differre,ſed ſurge. Si per ſingulos dies erraueris, per ſingulos dies conuertere, & emenda: hoc eſt enim quod à te expectat & exigit Deus. Aut nō audiſti quomodo eius vox reſonat per Hieremiam prophetã? *Hier.8.b.* Nunquid qui cadit,noo reſurget? aut qui aoerſus eſt,non reuertetur? *Pſal.40.b* Hoc uõ de vno caſu dicit,ſed totius tēporis lapſus teſtatur. Si enim contigerit ſæpe cadere,plerunque delinquere;clamat ille ſemper & dicit;ſurge homo. Quid dicit? Nunquid qui cadit non reſurget? Surge,peccator;& conuerte te ad me, quia nolo mortē peccatoris. Quantũ,quotiens peccauerit, conuertat ſe à via ſua maligna & viuet. Hoc ita dicit, vt nō tu per multas ruinas ac ſi deſpectus,ac ſi deſperatus deficias: ſed ſubrigas te ſolicitior,ac per ſingulos lapſus ſtes contra peccatum. Opponas illi lacrymas, obiicias eleemoſynam,inter ſetas orationis excubias,vt pōdus peccati pœnitudinis pōdere,obruas & euertas. Sic perſiſtentē,nunquam deſerit diuina clemētia. In iſto agone poſitus homo,non per latã incedit viam,ſed anguſto itinere pergit. Latã planè tenet viam qui non vult reſurgere de ruinis. Anguſtam conficit ſemitam qui quotiens peccaoerit,redarguatur & plangit,& tenet ſemper pœnitentiam in via anguſta quæ ducit ad vitam. Huic dicitur ſine dubio: Qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit. *Matth.10 c.24.b.*

EIVSDEM SANCTI LAVRENTII EPISCOPI NOVARVM,

HOMELIA DE ELEEMOSYNA.

D

2.Tim.3.d. FRATRES chariſſimi omnis ſcriptura diuinitus inſpirata & ſalubriter ordinata,vt ait Apoſtolus, vtilis eſt ad audiendum apta ad inſtruendum, oeceſſaria ad retinendũ,ſuauis ad perfruendum. Sed inter multa vtilia & ſalutaria præcepta quæ ſcripta ſuot io diuinis paginis, nulla eſt alia tam efficax,tam valida & velox noſtrorum vulnerum medicina,quàm præceptum eleemoſynæ. Siquidem eleemoſyna non ſolum peccata purgat,& vulnera conſcientiæ curat,ſed etiam animam ipſam de morte reuocat, regnorumque cœleſtium E facit eſſe conſortem. Huius præceptionis vel operis auctor eſt iuſtiſſimus Tobias, Cæcus corpore, & clarus opere; tentatus ad tempus, & non mortificatus; Temporali aſpectu pauliſper priuatus, & perpetuo bonorum operum lumine plenus. *Tob.4.b.* Hic talibus monitis filium præſtruebat. Fili, de ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & ne auertas faciem tuam ab omoi paupere ſic fiet vt à te non auertatur facies Dei. Tulit etiam ſcrupulum de animo, trepidè vel dubiè largientis: vt ſiue de multo, ſiue de modico, quiſpiam largiri noo deſinat. Fili ſecundum quod tibi eſt, facito. Si largior eſt ſubſtantia, largius eroga, ſi modica, porrige modicum. Et noli dobitare dum erogas, noli diffidere, dicens: Ne fortè non ſufficiat nobis: ſed eſto lætus dum erogas, quia hilarem datorem diligit Deus. *Tob.4.b.* Præmium booum theſaurizas tibi, quod te ſubrigat in die neceſſitatis; quoniam eleemoſyna de morte liberat, & non permittit intrare in tenebras: præmium eſt vitæ perpetuæ. Probaſti eleemoſynæ efficaciam, vidiſti fidum ac ſingulare ſolarium. Hæc nanque ſi fuerit fideliter impertita,non ſolum peccatum euertit, ſed etiam mortem extinguit. Quàm validus eſt ignis quando ardet,& tamen validior eſt adhuc aqua quę ignem extinguit. Quid igitur peccatum? ignis habet vigorem, eleemoſyna aquæ habet liquorem. Sic comparatum eſt. Stat materia contra materiam, ſtat aqua contra ignem, ſtat eleemoſyna contra peccatum. Audiſtis quid ſcriptum eſt? Sicut ignem ardentem extinguit aqua, ſic eleemoſyna extinguit peccata. *Eccle.3.* Homines cum ſumus in lubrica natura,plerunq; peccantes; oon ceſſet anima,iuſtitiæ aqua exuberans. *1.Timo.6.* Radix omnium malorum quid eſt? Auaritia. Radix omnium bonorum qoid eſt? Eleemoſyna. *Eleemoſyna, omniũ bonorum Radix.* Et qui nũc vulneratus es per auaritiam,cura te per eleemoſyoã: mortu⁹ es per aoaritiam:

ritiam? viuifica te per eleemoſynam; exulcerata eſt A peccatis anima tua? vnge eã pietatis ac iuſtitiæ ope *Tob.12.b.* te. Audiſti cõmonitionẽ iuſti; Eleemoſyna de morte liberat, & nõ permittit intrare in tenebras. Implicauit te cupiditas, habes multa piacula, iaces auaritia prædictus, deprauatus luxuria: derogaſti, blaſphemaſti quàm plurimis, ſæpe mentitus es, plerũque peierasti: His nequitiæ partibus, aliiſq; ſimilibus obruta eſt mẽs, cõuulſa eſt conſciẽtia: Quid modo? nũquid deſperandũ eſt inter hæc? Nõ ſic iubet Domin⁹. Sed quid præcipit? Facite, inquit, eleemoſynã, & fiũt in vobis omnia mũda. *Luc.11. f.* Noli temetipſum in talibus deſperare, ſed declina à malo, & *Pſal.36.e.* accelera facere bonum. Deus te non deſpicit, & tu deſperas? Erraſti in auaritia? emẽda te in eleemoſyna. B Polluit te immũditia? purificet iuſtitia. Si enim ex animo erogaueris, nõ ſolũ mũdaberis peccato, *Pſal.111.a.* ſed etiã laudat te Propheta, iuſtitiãq; tuã prædicat dicẽs: Iucũdus homo qui miſeretur & fœnerat: hic enim in ſeculo nõ cõmouebitur. Quare? quia diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculũ ſæculi, cornu eius exaltabitur in gloria. Si ſic ſapit homo peccator & intelligit ſolicitus pro ſe, ſi alit indigẽtes & adiuuat miſeros: addit illi Propheta ampliorẽ laudẽ dicẽs: Beatus qui intelligit ſuper *Pſal.40.a* egenũ & pauperẽ, in die mala liberabit eũ Dominus. Nec liberat tantùm, ſed liberatum conſeruat, viuificat, ac beatificat. Si iuſtũ inuenerit eleemoſyna, C cumulat eum meritis: ſi peccatorem, abſoluit à peccatis. Si ægrotum, ſubleuat à doloribus. Domi*Pſal.40.*nus, inquit, adiuuet eum ſuper lectũ doloris eius. Quem? illum ſcilicet qui intelligit ſuper egenũ & pauperẽ. Hęc quę diximus Dauidica ſunt. Ecce Salomonis adhuc validiora ſolatia; quæ miſericordiæ medicina, fouẽt ægrotantes, fulciũt titubãtes. Cõclude, inquit eleemoſynã in ore pauperũ, & ipſa exorabit pro te in die malo. *Eccle.29.b* Quid eſt hoc quod dicit? fiat apertum. Habes multarum offenſionum & peccatorũ congeſtã molem: quã cùm ſolus non potes ab animis tuis depellere: noli tediari, adeſt auxiliũ. Si vis, prope ſunt adiutores. Aperi oculos D tuos, & reſpice in pauperes. Ipſi enim ſunt in tali opere adiutores. Eroga quantùm valuerit manus tua. Cõclude eleemoſynã in ſinu pauperũ, & ipſa te eruet. Fac eleemoſynã, & moles illa criminũ quã timebas, momento minuitur, & à conſciẽtia labitur. Studioſus agricola vicinos ſuos ad opus plerunq; inuitat, vt agris ſuis vel vineis tẽpore opportuno adhibeat cõpetentẽ culturã: Ne ſi neglexerit, dũ ſolus non euincit, aut præualet: aut ager ſpinis ſordeſcat, aut vinea ſarmẽtis ſylueſcat. Ille adiutores ſibi adiungit operarios & multiplicat in terrena cultura: & tu agrũ cordis tui, vineámq; animi, E dũ ſol⁹ colere vis, relinquis deſerta? Homo, aduerte quod dicitur. Spiritalis eſt iſta non carnalis cultura. De eleemoſyna conduc operarios. quos? Cęcos, claudos, debiles, & alios his ſimiles. Hi ſunt operarij parua mercede conducti, qui purgant agrũ cordis tui, & renouant vineã: vt fiant in te per culturã eleemoſynæ, & ager frugifer & fructifera vinea. Conclude eleemoſynã in ore pauperũ, & ipſa orabit pro te in die malorum. Dies malus vel ma*Dies malorũ quis ſit.*lorum quis eſt: niſi dies iudicij, dies terribilis, futuri examinis. Proinde tibi homo; cõpone vineas tuas, colloca te hic in ore pauperũ. Conclude eleemoſynã tuã in eſurientiũ victu, vt dies ille tremen-

dus non tibi in metu veniat ſed in voto. Ille nanq; A dies properat qui ſtrictis hominib⁹ amarus emergit, miſericordibus verò optabilis eſt & affabilis. Conclude eleemoſynam in ore pauperum, & ipſa *Dies extremi iudicij.* exorabit pro te in die malorum. Tu taces, & eleemoſyna quã feciſti deprecatur pro te. Quod in ſilẽtio feciſti, in ore pauperum publicatur. bonũ quod latenter feciſti, in lingua indigentium prædicatur. Remiſſio delictorum tuorum, in ore eorum reſultat. Conclude eleemoſynam in ore pauperum, & ipſa pro te mitigat iram Dei. Mitigat iram, dum abluit crimina. Os pauperũ corrigitur tibi in baptiſma; & venter eſuriẽtium ſatiatus, indulgentiæ tibi aquam exũdat. Parum eſt quod eis impartitur, B & multum eſt quod ab eis naſcitur. Hortatur ipſe Dominus per prophetam; Frange eſurienti panem *Iſa.58.b.* tuum. Quid pro hoc recepturus? accipe Euangeli*Matt.25.*cam ſponſionem: Venite benedicti Patris mei poſſidete regnum paratum vobis ab origine Mundi. Quare? non quia ſuperbi aut diuites fuiſtis, aut potentes in mundo prædiis: ſed quia eſuriui & dediſtis mihi manducare. O commutatio! Panem dediſti eſurienti, & percepiſti regnum. Quantam pecuniam profundit homo in hoc Mũdo, vt aut mãcipia aut prædam comparet? Regnum ſupernum tibi vendit CHRISTVS, tam viliſſimo precio: & comparare diſſimulas? Noli diffidere: frange eſu- C rienti panem tuum, nutri indigentem, veſti nudũ, foue peregrinum; & poſſide regnum, non terrenũ ſed ſupernum. Clamat pater de præcedente volu*Iſa.58.*mine, frange eſurienti panem tuum. Reſpondet & filius de Euangelica pagina; Eſuriui & dediſti mihi manducare. Concordat ſibi vterq; ſonus. Quod pater anticipauit in Prophetis, hoc Filius in ſua perſona ſuſceptum impleuit. Factus eſt pauper, vt *Chriſt⁹ cur natus pauper.* tam pauperes foueret, quàm diuites cõmoueret. Factus eſt pauper, vt culpas diuitum in pauperib⁹ emẽdaret, & vitia eorum in eleemoſynis expiaret. Ob hoc dicet; Eſuriui & dediſtis mihi manducare: *Matt.25.* & quia me refeciſtis, recipite è contrario regnum. Quale regnum? In regno iuſto quod Chriſtus do- D *Geneſ.2.b.* nat, quod eſt Paradiſus. Et in Paradiſo quid eſt: Lignum vitæ. Et in ligno vitę quid. manna abſconditum. Hoc ipſe Dominus in alia ſcriptura promittit: Vincenti, dabo lignum vitæ, & Manna abſcon*Apo.2.b.*ditum quod eſt in Paradiſo Dei. Qui ſunt autem victuri quàm illi quibus dixit: Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum paratum vobis ab origine Mundi. Eſuriui & dediſtis mihi manducare, ſitiui & dediſtis mihi bibere: Nudus fui & dediſtis mihi indumentum. Ecce palma, & præmia. Pro pane modico quem dediſti, accepiſti Manna abſconditum: Potum porrexiſti, E & Paradiſum recepiſti. *Iſa.58.* Si ergo videris eſurientem, frange illi panem tuum; Si videris nudum, da illi veſtimentum. Et hoc cum feceris: non donas, ſed debitum ſoluis. Quid iubet Dominus? ſi videris, inquit, nudum veſti: & hoc tu cum fœnore facis. Qui iubet te hoc facere, tibi vult mederi; & vicẽ tibi repẽdit ille, qui vtrumq; repẽdit. Videt enim ille, in paupere quidem corporis nuditatem: in te autem, animi fœditatem. Ergo ſi videris nudum, veſti. Et quando illum texeris, ornaſti animam tuam, peccato ſpoliante, nudatam. Tu illum texiſti corporea tunica, ille de te expulit fœditatem. Mox veſte tua cum texeris viſcera indi-

gentium,reformat ille in te Baptiſmaris veſtem, & retexit tunicam quam acceperas ex aqua & Spiritu. Non enim poteſt bomo munera lauacri inlibata ſeruare;nec purus ſemper perſiſtere, noxia ſibi incumbente natura. Verum cum ſæpiſſime lubricus incedat, & offenſas incurrat:opera faciũt indulgentiam, pœnitentia reformat puritatem,oratio præſtat abolere remiſſionis fontẽ. Lacrymæ abluunt fuſcam tunicam, Eleemoſyna reddit candorem.Hęc exercens,erit tibi intra te quotidiana oblatio, quotidiana remiſſio. Ille eſt fons refrigerij,ille eſt remiſſio tuorum criminum,qui dixi tibi: Eſuriui & dediſtis mihi manducare; nudus fui & dediſtis mihi indumentum.Noli tu intendere mẽ- B dicum aut peregrinum,captiuum aut nudum: ſed CHRISTVM qui in his loquitur, contemplare. An nõ audiſti quid ait:Quandiu feciſtis vni ex minimis iſtis, mihi feciſtis? Sed dicis: CHRISTVS Dei filius qui in pauperibus paſcitur,cur non magis ipſe opulentat inopes, exaltat humiles, erigit indigentes,cùm ipſe ſit omnium prouiſor & largitor? Qui hoc opponit,audiat ẽdiuerſo. Forte æſtimas eſſe homo illi aliquid impoſſibile? Non æſtimes bomo,ſed audi quid eſt Si enim omnes homines feciſſet æquales:vbi erat fidei exercitiũ,vbi experimẽtũ virtutis? ſi feciſſet omnes diuites, omnes licenter delinquerẽt.Et ſi ita eſſet, vnde veniret re- C medium? aut vnde manaret remiſſio? vnde erat indulgẽtia expectãda? Prouidentia ergo diuina aperuit nobis peccantibus medicinæ armarium: vt facerẽt,ſicut ſcriptum eſt, & diuites & pauperes & humiles & excelſos. Vt quoniam diuites per exuberantiã rerum proni ſunt ad vitia,ac per intemperantiam plerunq; labuntur, haberent coniunctos ſibi indigentes velut fonte lauacri: aut vt plus dicã,velut flumen Iordanis vbi Chriſtus tinctus eſt: in quo per eleemoſynæ largitatẽ diurna ſuperent delicta. Et quidẽ in Iordane ſemel tinctus ſanctificauit aquas. In pauperibus autẽ ſemper manet, & aſſiduè abluit crimina largientiũ.Dedit itaq; Chriſtus nobis velut indulgentiæ indices. Quos? cęcos, claudos,debiles,paralyticos:quin etiam orphanos & viduas,peregrinos,proſelytos & aduenas,atque huiuſmodi homines omni auxilio indigẽtes, vt in his quicunque ſunt opulentiores pium prætendãt affectum.Flectantur faciles ad ægra ac debilia corpora,animáſque vexatas.Faciant ſibi tales amicos, iuxta Euangelicam doctrinam, de infideli Mammona:id eſt,de breuibus rebus,vt cum defecerint hic,recipiãt eos in æterna tabernacula. Et idcirco, diuites:nolite deſpicere inopes,nolite reſpuere indigentes, ſcientes quòd amici ſunt animarum, & medici vulnerum internorũ. Ager eſt iuxta te,ſparge ſemen tempore competenti, & eſto fidus, quia non te fallit iſta cultura: hic ſeris, & alibi metes: Spargis modicum,& colliges multum. Quicquid dederis, colligitur, ibi in ſuperno cellario: quicquid porrexeris,perficit in futuro. Nunquid non poteſt Chriſtus ditare mendicũ? nunquid non valet modò illuminare cæcũ, curare claudum,ſtringere paralyticũ,mundare leproſum? valet quidem, ſed diſſimulat in te,vt per hos,aliorum debilitates excludat,& ęgritudines effugiat:nã cũ ſint debiles, fiũt tamen delinquentium medici:non ipſi,ſed ille qui dixit:Quãdiu feciſtis his,mihi feciſtis. Chriſt⁹ eſt in eis medic⁹,qui per eos ſanat diuitũ delinquẽ-

Cur Deus nõ omnes diuites creauerit.

Luc. 16.

A tiũ vulnera,vt cũ tẽpus expectatũ venerit, & pauperes ſuos exaltet in gloria, & diuites iuſtis operibus deditos recipiat,ſicut dixit,in æterna hoſpitia. Vnde fratres dilectiſſimi & optãdi amici, retinete hæc, & ſuper hæc adhuc diſcite alia. Necdũ enim patuit mea doctrina,replicanda eſt Euãgelica forma,& inde pãdamus quod perfectũ eſt. Eleemoſynæ nõdũ perfectionis typũ oſtẽdimus. Typũ eleemoſynæ ſuis pręceptis decreuit Saluator. Attẽdite, inquit,ne iuſtitiã veſtrã faciatis corã hominib⁹. Si mercedẽ cœleſtẽ mercedẽ, humanũ debetis declinare aſpectũ. Sufficit illũ videre op⁹ in ſecreto, qui operępreciũ reddit in publico. Quid quæris hominẽ ſcire,quod Deo reſeruas? aut quid opus eſt bo- B mini videre quod Deus remunerat? Sufficit cõſciẽtia tua,habes teſtẽ operis tui,In te patet illi, quod latet homini. Si plaudis,nõ places: ſi hominib⁹ placere vis,diſplices illi qui docuit. Si diſplices: minoraſti iuſtitiã,vulneraſti gratiã,violaſti mercedẽ. nempe ſic ſubiungit idẽ doctor: Si hominib⁹ placere vultis mercedẽ nõ habetis apud Patrẽ cœleſtẽ. In ſimili negotio etiã pronũciauit Apoſtolus: Si hominib⁹ placerẽ,Chriſti ſeruus nõ eſſem. Cũ igitur facis eleemoſynã,noli tuba canere ante te: ſed tace, & ſupprime intra te factũ tuũ. Noli tubicinare ne vulneres opus tuũ,noli prodere quod feciſti. Operępretiũ perdidiſti,ſi laudari ab hominib⁹ voluiſti. Sufficit tibi hoc,habes mercedẽ tuã. Tales homines, hypocrytas appellauit ſermo diuinus. Sic, inquit, faciunt hypocritæ in Synagogis & in Vicis. Erogãt publicè,vt publicè pręferãtur,nõ à Deo,ſed ab hominibus. Dedit itaq; Domin⁹ pulchrã ac verecũdã operis formã quãdo tales prohibet imitari, & iubet in ſilẽtio operari. Et quid dico in ſilentio? Nũquid quãdo facis eleemoſynã aut op⁹ aliquod gratũ,poteſt latere? Abſit. Nã te tacente ipſa opera clamãt & publicãt factũ tuũ:te enim ignorãte pręferunt multi iuſtitiã tuã,& eleemoſynã prædicant. Germinatur tibi gratia,quia ſilẽter egiſti. Ab hominib⁹ accipis plenã laudẽ q a tacuiſti: à Deo perfectã D mercedẽ, quia qđ iuſſit,feciſti. Quid iuſſit,aut qđ præcepit? vt non tuba caneres ante te:id eſt,vt non ipſe præferas ſed alij. Nam & fructifera arbor non loquitur quidẽ,& tamẽ ex fructu cognoſcitur. Et apes quãdo cerarum cellas intexunt, quando mel conficiunt,& dulci diſtendunt nectare fauos: non in publico opus exercent,ſed ſub vili cortice cluſæ laborant:& inde poſt modũ gratia dulcoris erũpit in publico: nec immeritò dictum eſt: Quia breuis in volatilibus apes,& tamẽ priuatum dulcoris habet fructus eius. Retine ergo præceptum modicum. Fac eleemoſynam, abſcõde penes te: ſit intra te cella tua: vt quod tu tegis, ab aliis prædice- E tur: & tunc remunerabitur à Chriſto qui dixit: Quando facis eleemoſynã neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Diſcutiendus ſermo,requirenda ſententia. quid eſt hoc? Nunquid diſpar eſt bomo intra ſe in vno corpore, vt ſit alter in dextra, alter in ſiniſtra? abſit. Idẽ homo eſt qui habet & dextrã & ſiniſtrã. Et quomodo poteſt fieri, vt ignoret ſiniſtra quid faciat dextra? nã & ſi manus duæ ſunt in corpore,dextra leuaque:ſed animus vnus eſt in homine,qui regit vtrũq; latus in dextra & ſiniſtra. Liquet igitur & nõ eſt ambiguũ,quod in hoc pręcepto, altius aliquid introducitur, & ſublimius intelligitur. Duplex eſt plane homo intra ſe. Et cum

Eleemoſynæ perfecta typus.

Cur Eleemoſyna danda ſit ſecretò.

Eccle. 11.

cum ſit vnus, diuiſus tamen in dextra & ſiniſtra. A Diuiſus, quomodo? nõ animo, ſed opere: non mente, ſed moribus. Habétque bonum & malum: bo-
Matt. 6. a. num in dextra malum in ſiniſtra. Præcepit Dominus; neſciat ſiniſtra quid faciat dextra: quod à nobis ſic intelligi ſolet, tanquã ſi ita dictũ ſit: Siniſt a facit malum, non illi conſentiat dextra, id eſt, ſi corpus tuũ delinquere cogit, non illi aſſentiat anima. Quid eſt in homine, dextra? nóne pars animę? quid eſt ſiniſtra? Nóne pars corporis? Diſce quid introducit: Neſciat ſiniſtra quid faciat dextra. Nunquid quando bonum geritur, caro ignorat; aut quando malũ facit caro, anima neſcit? Non eſt ita. Aliter intellige de ſiniſtra & dextra. Tale eſt quod dicit B Quando bonum aliquid conatur facere dextra, id eſt anima; nõ illam impediat ſiniſtra, quæ eſt caro; ſed tanquam dormiente ſiniſtra, feſtinet dextra ſuo more operari bonum, & expellere malum de membris, quod dicitur ſiniſtrum hic eſt ſenſus & hic eſt intellectus, Dextræ & ſiniſtræ: exponatur apertius, & luceat ſermo in opere, ſiniſtra tua, id eſt, caro errauit? dextra, quòd eſt anima emendet errorem. Potuit enim in homine, dextrum fieri vtrũque latus, ſed ideo diſpar factus eſt in vtroque vt tam boni quam mali in ſe fermentum retineret. Boni fermentum, in dextra; mali in ſiniſtra. Quod ſi diſtingui poteſt: ſiniſtra tua induxit te in peccatum? dextra tua eruat te de peccato. Siniſtra pecca- C uit in aſpectu, dextra propiciet in ſecreto. Siniſtra fecit prædam? dextra faciat eleemoſynam. Quod illa fecit imprudenter, hæc emendet ſilenter. Siniſtra rapuit veſtitum? dextra veſtiat nudos. Illa percuſſit crudeliter? iſta ſubleuet & ſanet humiliter. Illa congeſſit impietatem? iſta ſit plena pietate. Illa impreſſit vulnera? iſta imponat medicinam & adhibeat curam. Reatus eſt in ſiniſtra? remiſſio ſit in dextra. Malum quod ſiniſtra ingeſſit dextra repellat; venenum illius, iſta extinguat. Et quid plura? ignis eſt in ſiniſtra, & eſt aqua in dextra. Quando flagrat in ſiniſtra, ignis peccati: pluat in dextra, iuſtitiæ aqua; & nihil eſt tunc quod noceat Dum D
Eccle. 3. imples illud quod dictũ eſt: Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit crimina. Hic manifeſtum eſt quia nec peccatum deſinit in homine, nec fons, nec remiſſio deficit vnquam. Sed diuiſus homo in ſiniſtra & dextra, ipſe ſui arbiter eſt, aut perdit, aut inuenit: quid tu ad hæc? times forte, ne ſiniſtra ſuperet. Noli vereri, plus valet, ſi voluerit, dextra. Et ſi inimica eſt ſiniſtra quæ damnat, ſed amica eſt dextra, quę ſaluat. Et ſi illa inquinat protinus iſta ſanctificat. Validior eſt aqua in dextra, quam ignis in ſiniſtra. Nam vbi exuberauerit illa, mox illius flamma ſubigitur. Scito itaque quia & E ſi flãma eſt delicti in corpore, ſed fons eſt diuinus in corde: flammam membra miniſtrant: fontem mens exprimat. Sic fiet vt quod inquinauerit ſiniſtra, ſanctificet dextra. Siniſtra diurnum habet inquinamentum, & dextra diurnam habet abſolutionẽ. Vt quod polluitur in ſiniſtra, purificetur in dextra. Homo ſapiens intelligit hæc. Eſto prouidus, eſto proficuus ſanctis, quoniã ſupernus continuò venturus eſt Iudex diſcutere actus ſeruorum ſuorum, & nuda re ſecreta. Sãctis quomodo fœneratur cœleſtis, venit erogatam pecuniã exigere cũ vſuris. Et quæ eſt iſta pecunia, quàm Euãgelica obſeruãtia: verba
Matt. 25. b ſunt vitæ ſeminata. Venit ſator ille ſeminis ſui colligere fructus, pecunięq; ſuę exigere penſas. Si feciſti quod mandatũ eſt, dicit tibi: Euge ſerue bone, & fidelis quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te cõſtituã, intra in gaudiũ Domini tui. Vis ſcire qualis quãtuſq; ſit iſte qui venit? par eſt trinæ virtutis, princeps eſt Angelorũ, imperator eſt ſupernæ militiæ. Dominus eſt cœlorũ, gubernator eſt terrarũ; ſuper Cherubin ſedet, & abyſſi profunda rimatur. Qui carne veſtitus fecit quidẽ remiſſionẽ generalẽ in Baptiſmate, in aqua & Spiritu: ſed venturus eſt nunc exigere debitũ: Non illud quod prius indulſit, ſed quod poſt lauacrũ aquæ, ab eo à quo contractum eſt, & nõ eſt pœnitudina deletum. Habet Iudex ille in manu ſua ſtaterã in quã perpendit inter duo pondera, vnũ meriti, & vnũ peccati. Præuide te homo, ſenti pondus tuũ, antequàm veniens ille in ſua ſtatera te ſuſpendat. Conſydera ſtatum tuum, & eſto tibi ipſe ſtatera. Sta tibi de corpore tuo ſtatera. Duę manus tuæ, duo ſunt calculi hinc atque inde in ſtatera pendentes. Vides quomodo ipſe tibi es ſtatera? perpende cor tuum & conſciẽtiam: Perpende animam tuam, membra quę ipſa in ſtatera, prius quàm diuinum examen incurras: ſit animus tuus arbiter factorum tuorum, ponderũq; inſpector tuorum. Inſpice diligenter quid tenet dextra aut quid gerit ſiniſtra. Habes ſcilicet malum in ſiniſtra cõditum, meritum in dextra collectũ. Vide quid plus eſt in opere tuo, aut quæ pars in actibus tuis exuberat; ſiniſtra an dextra; & vult te collidere. Noli cedere, quia ſcriptũ eſt tibi: noli vinci à malo, ſed vince in bono malũ. Moleſta tibi *Rom. 12. d* eſt ſiniſtra, & quærit te ſubdere. Intrat opportunè, vexat te vehemẽter, collidit frequẽter, & capit iugiter, prauo põdere vrget animã, & morſus ferales infligit dentes in te Concupiſcentiæ carnalis infigit, internáque latera tua vitiorũ ſuorũ vnguibus ſulcat. Quando videris tu quòd pars iſta inimica cõcreſcit in malo, atmiſque hoſtilibus ſtipata ſiniſtra quærit te expugnare, caſtráq; pectoris tui conatur euellere; tu noli terreri, ſed redi in ſenſum tuũ & ibi inuenies adiutorem Deũ. Si tamen illũ times, & futurũ eius iudiciũ reformidas. In hoc loco, in iſto certamine non ignoret ſiniſtra, ſed ſciat magis quid faciat dextra tua. Sciat quod ignorat, aduerte diligenter quando ſtrepit ſiniſtra in malis id eſt, quando multiplicat caro partes aduerſas cõtra virtutem animæ, & exaggerat crimina. Stet dextera tua obnoxia contra partes peſtilentiæ, contra arma hoſtilia, contra effœminata vitia contra peccata & crimina: ſtet dextera tua armata, id eſt, fides robuſta, ſpes, ſtabilitas amore copulata, Obducat ſcutum fidei, inducat loricam ſpei, obiiciat iuſtitię haſtam, intẽdat orationis arcum, erigat eleemoſynæ trophæum, & confeſtim non ſolum cedit per aduerſa, ſed etiam cadit eliſa. Iacet in vulnere & ſuccumbit victoriæ. Quæ diximus, euidentius repetamus. Hoſtiliter te ſtimulauit caro, ſtrinxit cõditio vt delinqueres, peccaſti, crebro offendiſti, preſſa eſt mens horrore, triſtis eſt anima vſque ad mortem: Superfluat mẽſura criminum in ſiniſtra, claudicat ĩ ſciẽtia, nutat ſtatera tua, & dextera tua lance ſuſpẽſa totũ põdus diuergit in ſiniſtrã. Cùm hæc videris, dic ad animã tuam; anima vbi es? quid actura es? inter hęc, quare non clamitas? malum vides imminere, & taces? cur non vigilas? mortẽ cernis incumbere, & tu non aſpicis? vbi reſides pigra?

A vbi iaces reſupinata? dextera tua dormitat, & non illam excitas? pateris vt te vincat ſiniſtra, & portionem tuam iungas cum perituris? Quid factura es ſuperata à carne cum cœperis cũ ipſa experiri ſupplicia? ſiniſtra ſatagit, & debet dormire dextera? ibi plena eſt menſura, & hic debet exiſtere vacua? ſiniſtra valet in vitiis, cur non magis dextera in virtutibus viget? cur nõ magis minuitur ibi peccatum, & hic additur meritum? quare nõ liqueſcit nequitia, & augeſcit iuſtitia? Iudiciũ Dei vides imminere, & ſtupes? thronus tremẽdi Iudicis in flammeis

Dani.7.c. ardet rotis, vt Daniel ait: & non trepidas? fluuius currit flammeus qui globos flammarum voluit, & tu ſoluta iaces? an neſcis quòd fluui° iſte peccatoribus permeat, & nõ in pœnitentibus murmurat? B

Eſa.14.d. non audiſti quid adnũciat Eſaias? Ecce dies Domini, inſanabilis, venit: dies iræ & indignationis: ponere orbem terræ, Deſertũ: & peccatores perdere ex eo. Plange tua ſcelera, corrige te confeſtim, & transfer te de ſiniſtra ad dextram. Nõ eſt ambiguũ, apertè ſonuit, quia Deus peccatores exterminat. Peccatores dixi: tu ſi pœnitentiam egeris, iam non te perdit ſed protegit. Si compũctus fueris à peccatis, iam nõ te damnat. Minaci quidem voce, & terribili tuba teſtificatur Propheta dicens: Ecce dies Domini, inſanabilis, venit: ponere orbẽ terræ Deſertum, & peccatores perdere ex eo. Verùm non C ideo De° minatur vt perdat: ſed teſtificatur, vt corrigat: increpat vt componat, obiurgat vt eripiat, inſurgit non perimẽtis metu, ſed miſerantis affectu. Cæterum ſi percutiat vrbem & perdat peccatores vbi populus integer quẽ ſibi acquiſiuit ſanguine ſuo, & paſſione redemit? Sed dicis: oſtende mihi quæſo quo tenore poſſum exonerare ſiniſtrã, & cumulare dextrã. Hoc quod interrogas non eſt incognitũ. Nũquid latet aſpectũ tuũ aut ars eſt quã neſcis? Vbi videris quia dominatur tibi lex peccati, imperãt vitia crebeſcũt crimina, omnis ſarcina declinat in latus ſiniſtrũ: Noli cedere aut quieſcere, ſed incita temetipſum. Recurre ad arma cõtraria & D præcinge te in dextra tua, implẽs illud quod cecinit Dauid pſalmiſta: Accingere, inquit, gladio tuo quem vicit ſiniſtra, quem ſuperauit ſegnitia, quem ſtrauit nequitia. Accingere gladio tuo circa femur potentiſſime. Qualem gladium? ſpecie tua & pulchritudine tua. Tibi hoc dicit, qui criminibus cedis: ad te loquitur qui criminibus vinceris: te commonet & cumpungit peccator. Vicit te pars ſiniſtra, percipiet te in factum tuum, plora compunctus vt poſſis recipere ſpeciẽ cordis tui, & pulchritudinẽ corporis. quid vult eſſe? errasti in lũbis, offendiſti in ſemore manifeſtũ eſt, quia vbi lumbus ibi libido: & vbi femur, ibi fornicatio. Quid ergo? fœdaſti femur tuũ carnali libidine? reforma illud pulchritudine ſpiritali. Stupraſti lumbos tuos in fornicatione? noli diffidere, ſed extrue E bellum cõtra ſiniſtram, & contra corporeũ peccatum, contra ſtuprum vel adulteriũ. Femur te fœdauit, femur te reformet atque recuperet. Accingere, inquit, gladio circa femur potẽtiſſime. Te corripit ſermo prophetic° quia peccaſti. Fuiſti profuſus in libidine, eſto potentiſſimus in virtute. Laxaſti mẽbra tua in luxuria, reſtringe viuacitate armorum. Arma lumbos cordis tui, orna femur animæ tuæ: vt corporei ſemoris eximas fœditatẽ, euellásq; de viſceribus tuis plagas. Accingere gladio tuo circa

A femur tuũ, potẽtiſſime. Quis eſt iſte gladi°? ipſe dicit: Specie tua & pulchritudine. Et quæ eſt iſta ſpecies, quàm virtus animi: & in ea, plena pœnitudo? quæue eſt pulchritudo quàm lacrymæ oculorũ, & largitas eleemoſynæ? Et quid deinde? Intende, inquit, proſpere procede & regna. Aperta ſententia eſt. Intende peccator quia peccaſti: proſpere, quia pœnituiſti: procede & regna, quia triũphaſti. Procede confidenter quia ploraſti pro peccato, viciſti reatũ vt peruenires ad regnũ, procede & regna. Plãge hic vt plaudas alibi: procede, inquit, & regna. Propter quid: propter veritatẽ & manſuetudinem & iuſtitiam. Quando ſiniſtra infert & ingerit tibi candentes ſtimulos auaritiæ, luxuriæ, arrogantiæ B vel libidinis: ſta cõtra ſiniſtram tuã ſuccinctus veritate, armatus mãſuetudine, ornatus iuſtitia: & cũ viceris ſiniſtram tũc educet te mirabiliter dextera tua. Tunc vincit dextra, & ſilet ſiniſtra cùm fugit impietas, & floret rediuiua pietas. Cadũt crimina, & creſcunt merita. Quicquid malum minuitur in ſiniſtra, meritũ augeſcit in dextra. Sic te agente, deducet te mirabiliter dextera tua. Iuxta verbũ Dauidicum: Subduc pondus ex aduerſo latere, remoue plagas de ſiniſtra, vt in die Iudicij deducat te mirabiliter dextera tua: Imple menſuram iuſtitię. Quomodo? orando, vigilando, lacrymando, erogando, C ieiunando: quinetiam parſimoniis pulſando: negligẽdo delitias, & nutriẽdo diſciplinam: fugiendo feſtiuas dapes, & frugalitatẽ ferendo: deponẽdo pinguedinẽ, & diligendo pallorem: quando ſtatutam exerces virtutẽ, exultat dextera tua, & latet ſiniſtra. Deficiente enim nequitiæ ſarcinà, in ſiniſtra: ſanctificatio dexteræ tuæ præponderat, & ipſa rededucet mirabiliter in ſalutem. Vnde, frater chariſſime, non te tædium ſuperet, non ſubducat ignauia, non inter ſpem & metum alternis motibus æſtuantem deſperatio frigida perfundat: ſed magis cõcaleſcat cor tuum dum dubitas, ferueat ſpiritus tuus in te eum anceps inter vtrũq; laboras; id eſt, vt inter ſpẽ & metum, ex meditatione tua exardeſcat ignis. D Erige te in calore cordis tui, & in zelo pectoris cõcitatus, abutere dextra tua, & emulare ſiniſtrã, dicẽs ei: quid mihi & tibi eſt ſiniſtra? deſine, ceſſa cõquieſce, noli mihi ſuadere vt errẽ, noli me ſubdere, vt offendã. Cur implicatũ tenes, & nõ permittis exolui? noli me ſaporibus tuis capere, qui breui tẽpore dulces & poſtmodum ſemper amari: tales ſunt ſapores tui, qualia dormientiũ ſomnia. Surrexerunt è ſomno, & obliti ſunt quæ viderũt: ſic tuus ſapor, ſic tua delectatio, in delictis parum inungit fauces: & poſt modum vrit animam delectatio tua. O ſiniſtra? dolores facis prolixos, niſi fueris repreſſa: dulce tuum, fit amarum: fauus tuus in fel E conuertitur. Aut non audiſti ſententiam Salomonis qui dixit: vias quæ à dextris ſunt, nouit Dominus: peruerſæ autẽ ſunt quæ à ſiniſtris? Neſcis tu quia anguſta via eſt quæ ducit ad vitã? Cur me frãgis & flectis ad latam? Cur me ducis ad ſpatioſam viam quæ mihi aperit fauces Inferni in quibus picea flamma ardet, & pœnalis caligo ex æſtuat? ſiniſtra pars tua planctum ingeminat, prouiſio tua Tartareas habet tenebras. Cellarium tuum corruptas habet ſpecies, theſauri tui liquidis ardoribus pleni ſunt. Aſpis eſt in opere tuo, antiquiſſimus ille Serpens hydra multorúmq; ſpirãs venenorũ, vt ſpargit peſtem auctor ſcelerum, nequitiæ

Carnis delitia ſomniis ſimiles ſunt.
Prou.4.d.
Matt 7.b.
Luc.13.

A quitiæ armiget. Siniſtra io parte tua ſcandala, quibus dictum eſt; *Matth. 25.* Diſcedite à me maledicti in igoem æternum quem præparauir Pater meus diabolo & angelis eius: Ignis ardebit in parte tua, diabole; a pis, antiquæ auctor neqniriæ; tibi præparatus eſt ignis & angelis tuis: quid hoc ad homines pertinet? ſiniſtra tua oihil valet. Nihil valet pars ſiniſtra, corrigunt ſe homines à peccatis & viuunt. Deſinunt delinquere, & carent doloribus; renuntiant tibi, & regnant cum CHRISTO, & remanſiſti ſolus cum angelis tuis. Diabole quid regis ſiniſtram partem? ad te corrigo, verbum tibi imputo, te caſtigo: B quid gloriaris de parte ſiniſtra? flamma illa Gehennæ, tibi, non hominibus flagrat; camini tartarei tibi ſunt præparati & angelis tuis. Quare? quia aduerſarius Dei es, ſemper erras, & nuoquam emendas; ſemper impius & ſeductor, ſemper prodigus & prophanus; atrox in malis, & inimicus in bonis; & quia nunquam te pœniret, ideo peritutus. Quid hoc ad hominẽ pœnitentem, ſuáqne peccata coofitenrem? plus eſt pœnitentia quàm tua peſtilentia. Plus ſuot lacrymę hominum quam tui inſidioſiſſimi laquei. Amplius eſt eleemoſyna quam tua inquinamenta, ſolicitudo ſoluit peccata, vigilantia vincit nequitiã, C compunctio eradicat crimioa. Inimice diabole, fallax, qnid fingis terrorem? parum eſt qnod vereor donec conuertar ad CHRISTVM qui me ſaluauir. Video peccata mea, & panca cooſydero commiſſa mea, & borreſco donec conoertar ad Dominum. Stant ante me ſacinora mea quaſi turris ferrea, ac murus æreus donec memetipſum videam, & donec ſitiens amplectar CHRISTVM indulgentiæ fonrem, teoeámque pedes eius qui dixit. *Iſa. 6.* Nolo mortem peccatoris, quaotum cõuertat ſe à via ſua mala viuat. Si hoc fecero, murus æreus momento collabitur, turris ferrea fulminata D diſpergitur. Aries enim pœnitentiæ ſubueſtit peccata, & ſubruit crimina. Cadent ante fletũ pœnitentis, quaſi caduca folia à vento concuſſa, aut quaſi plumæ volitantes veoto impulſæ. Adeſt dominus oraoti, præſto eſt excubanti, erogantíque CHRISTVS protector excelſus, munificus atque liberalis indultor; & tota illa peccatorum ſarcina quam vetebaris, vt cera liqueſcit, vt fumus fugatur, vt vapor exinanitur, aut quaſi lanugo combuſta deperit. Poſtquã ſic caſtigaueris ſiniſtras partes, & cum hiſdem partibus ipſum diabolum proſtraueris, conuerte te ad dextram, & loquere illi, E

A multplicans ad eam exhortatoria verba, ſic dicens: Dextra mea Deo ſacrara, ſaluatrix animæ meæ, firmatrix cotdis, mnnimen corporis, tu noli dormire ſed vigila. Opus tuum dulce eſt, actio tua mellifluа eſt, vigilantia tua viuificat. Expande te ad preces pariter cnm ſiniſtra, erige te ad ſuperna ſubſidia. Commoue venas tuas, & conquite remedia; confunde inimicum, & contere peccati mioiſtrum. Quomodo enm cõfundis, aut quo itinere conteris, niſi in opere Dei, in obſeruatione euãgelica, in ordinatione diſciplinæ, in ordinatione largitatis? *Dæmon quomodo confundatur.* Dextra, fac opus iuſtitiæ: Reſpice fa- B melicos, veſti nudos, viſita ægrotos, ſuſcipe peregrinos, ſolue compeditos, ſoue captiuos, conſolare compunctos: ſi ſic feceris, eruiſti me de mœrore, liberaſti de muſcipula. O dextra non vides! ſæuit ſioiſtra, & ſupplicia congerit! ſiniſtra te vincit & dormis! ſerpens te morder, & dnras? non vides partes aduerſas turbatas, & inſurgentes turbines? venti ſpirant aduerſi, mare inſutgit ſuper te, peccati pelagus vrget animam tuam, ſtrident in mẽbris tuis iniquitatum procellæ, & nõ excitaris ſed negligis? non ſtimularis, ſed torpes? Dextra gubernatrix ſta in puppe, & dirige proram; extende vela, C arma nauem. Ecce pericula imminẽt, ecce ſcopuli ante te, ecce horrẽdi cantes; naufragia in latebris inſtant, & non vigilas? eſto peruigil, eſto amator bonorum operum, eſto bellatrix pœnitentiæ; te enim triũphante, viuo ego in virtute Dei, & euado ooxias partes. Extende ad iuſtitiam, imple pugillnm tuum cœleſti ſemine: iacta ſemen pœnitẽtiæ, & collige fructus indulgentiæ. Noli dormire dextra, ſed fac opera quæ à te CHRISTVS expectat. Emenda errorem meum, dele dolorem meũ, collige meritum quod diſperſi, repara qnod amiſi, ſed integra quod minoraui. Flammat fornax cri- D minum, & tu ſiccas operis tui fontẽ? peccata præualent, & tu ſubtrahis pietatis præſidia? Da rorem tunm, & refrigera in me quod æſtuat in calore. Timeo nanque oe dormiẽtem ſiniſtra ſuperet, & rapiat me. Diripiendo ad funera ſic te excitantem dextram, & obiurgantem ſiniſtrã ſuſcipit CHRISTVS & amplectitur. Diſrumpit vincula tua & deducit tanquam lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum meridiano ſplendore illuſtrat. Vt dextra eius viſitatus, gratiáque donatus, & munere accumulatus, non triſtis abſcedas aut inutilis, ſed gaudeas cum iuſtis ad dextrã venientibus in æter- E na requie permanſuris.

S. FAVSTI EPISCOPI REGIENSIS EX MON. LERIN.

INSTRVCTIO AD MONACHOS.

INSTRVIT nos atqne hortatur ſermo diuinus, qualiter nos accingere debeamus ad inquirenda promiſſa ſua, & obtinenda illa bona, quæ nec viſu capi, nec auditu percipi, nec cogitatu comprehendi poſſuot. Petite (in- *Matt. 7. a. Luc. 11. b* quit,) & dabitur vobis; quærite, & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis. Id eſt, vt petamus orando, quæramus laborando, pulſemus perſeuerando, & in ſpem cœleſtium tanto incitemur ſtudio, tanto inardeſcamus affectu; vt cum præmiorum dignitate, deſideriorum magnitudo concordet. Non vult enim Deus noſter, bona ſua, nimiã inueniẽdi facilitate vileſcere. Pretioſa & concupiſcibilis merx, cupidum amatorem atque auidũ negotiatorem requirit. Ergo ille tãtorum munerum repromiſſor nõ vult in opere ſuo tepidum, deſpicit faſtidioſum, recuſat coactũ & ingratum, reſpuit indeuotum. Lentum enim & parũ gratum quærere gratiam diuini muneris, maxima eſt iniuria remuneratoris. Ergo totis licet animæ & corporis laboribus deſudemus, totis licet obedientiæ viribus exerceamur, nihil tamen condignum, quod meritò pro cæleſtibus bonis pẽſare & offerre va-

leamus. Non valent vitæ tẽporalis obſequia, æternæ vitæ gaudia. Laſſeſcant licet membra vigiliis,

Ro. 8.d

palleſcant ora ieiuniis, non erũt tamen condignæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. Pulſemus ergo, inquantùm poſſumus; quia non poſſumus, inquantum debemus. Futura beatitudo acquiri poteſt, æſtimari nõ poteſt. Niſi enim cum auiditate, niſi cum bona voluntate, Dei opera, & cũ lętitia egerimus; Deo nos perire nouerimus. Putamus, cariſſimi, quod dignè

Contra iuniores ſenioribus obmurmurantes.

quærat illa anima, & ita pulſet vt ei aperiatur; quę ad leue præceptum ſenioris reſpondere præſumit & dicere: Nunquid ſerui veſtri ſumus? Iam feci vicem meam, & ille faciat ſuam. Quo modo hoc dicit, cui præceptum eſt; Nolite quærere quæ veſtra

Phil. 2. a

ſunt. & iterum; non quæ ſua ſunt ſinguli deſiderãtes: à quo non hoc expetitur, vt mercedem ſuam impleat, ſed vt alienas inuadat, pręoccupet, rapiat?

Lnc. 11.

Putamus quòd ita petat, vt accipiat: ita quærat, vt inueniat: ita pulſet, vt ei aperiatur; qui pro aliqua negligentia correptus, & pro diſcipline ordine caſtigatus; non ſe ad emendationem, non ad ſatisfactionem confert, ſed magis ad illam proteruiam, vt dicat; deſero atque diſcedo; hoc ego ferre non patior; ingenuus homo ſum. Iam primùm qui an-

1. Cor. 6. d

te præpoſitum vel abbatem, ingenuum ſe eſſe iactat; puto quòd adhuc emptũ eſſe ſe neſciat. Qui

C

Chriſtianæ militiæ mãcipatu, dicere præſumit ſe ingenuum, penè eſt, vt ſe neget Chriſti ſanguine comparatum. Quid eſt hoc aliud, quàm ipſi Domino clamare; liber ſum nihil tibi debeo? De tali-

Ro. 6. d

bus dicebat Apoſtolus: Cùm enim ſerui eſſetis inobedientiæ, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Non bene ingenuus appellatur, qui miſera vitiorũ ſeruitute deprimitur. Clamat autem in cõtumelia diſciplinæ, in peccato animæ ſuæ: Malo diſcedere, quã emendari, quàm ſatisfacere, quàm implere quòd pręcipis. Quid eſt hoc aliud quàm iugum Chriſti, re-

Votum Monaſticum.

belli ceruice, diſcutere? Iſti tales neſciunt, quid vouerunt, obliti ſont propter quid hoc venerunt. Iſti

D

tales non bene petunt, ſi male vitiis appetuntur: non fide pulſant, ſed infidelitate pulſantur. Quid prodeſt quod diſcedis, qui vndique adſtrictus es vinculis paſſionum? quem hinc atque inde circũuallant vitia ſua? Dignè aliquis diſcederet, ſi illò ire

Dæmon quomodo fugiẽdus.

poſſet, vbi illũ diabolus inuenire non poſſet. Nemo ſe fallat, non fugiat aduerſariũ de loco ad locum; ſed de vitio ad virtutem, de paſſione ad emẽdationem. Si eum fugias, ſequitur: emẽda te, & fu-

Iac. 4. 6.

giet à te. ſicut ait Apoſtolus: Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Non obedire autem & velle diſcedere; hoc eſt, dupliciter facere diaboli voluntatẽ, hoc eſt voluntariè ſibi ipſi, etiam in pręſenti dãnationẽ inferre peccati.

E

Illis ipſis qui grauiter apud

Excommunicatio pæna eſt triſtiſſima.

nos delinquunt, nullam triſtiorem, nullã acerbiorem poſſumus inuenire ſentẽtiam, quàm vt à corpore congregationis abſciſſi ſine pace diſcedant. Et nunquid nnn amentiæ genus eſt, vt hoc quiſquam pro remedio expetat, quòd etiam à præpoſito niſi pro ſummo crimine nõ poſſit inferri? Intelligamus ergo iſtas indignitates & contradictiones, inimico cooperaote & diſponente, prouenire.

Apoſtaſia eſt à Dæmone.

Ille enim qui non poteſt aliquẽ abſolutè de loco ſaluris excutere, immittit primũ occaſiones & cauſas; immittit inobedientiæ paſſionem, quã ſemper infidelitas comitatur; quę dũ captiuã illaqueauerit

A

mentẽ, ſtatim intoleranda atque impoſſibilia facit

Infidelitas comes eſt inobedientiæ.

etiam quæ illa parua ſont. Et ſanè dubium nõ eſt, quòd vires inobedientibus diuinitus ſubtrahuntur: & ſicut ille qui non habet neceſſariã fidei deuotionem, & quod habebat, auferetur ab eo; ita & inobedientia obdurat animum quem ſemel cœpe-

Matt. 13. b 25. c.

rit, vt ad ſuſcipienda præcepta nec autoritate neq̃

Mar. 4. c

ratione flectatur: Sed, quod peſſimum eſt, ſibi ſoli

Luc. 19. d

credat; & pro omni ratione intẽtiones ſuas ſequatur; & hoc ſolùm præceptũ putet, quod obturato corde concepit, ſimilis ei effectus de quo diuinus ſermo pronunciat: Itinera inſipientium recta in

Pro. 12. e

cunſpectu eorum, & iterum: Sunt viæ, quæ viden-

Pro. 16. d

tur rectę eſſe hominibus; nouiſſima autem eorum

B

veniẽt in profundum Inferi. Pòſtremò veniet huiuſmodi animabus, quod domui quæ ſuper arenã ædificata eſt. hæc enim parabola maximè ad inobedientes reſpicit. Sic enim legimus: Omnis qui

Matt. 7. d

audit verba mea hæc, & non facit ea; ſimilabitur viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuã ſuper arenã, &c. Id eſt, cùm influxerint ſtillicidia paſſionũ, cũ aduenerint flumina & torrentes atq; impetus tribulationũ, ex multitudine negligentiarum; cũ flauerint venti illi vtique qui per iſtum aërẽ volitãt, parati ad Chriſti aream ventilandam ſicubi inueniant paleas, quas ad ludibrium ſuum rapiant, atque diſpergant; tunc irruẽt in domum illam, quæ

C

ſine obedientię fundamento inuẽta eſt, & fiet ruina illius magna. Sed forſitã dicat aliquis; Nũquid ſtatim de hoc loco diſcedere, ruina dicẽda eſt? Dico, cariſſime, non grãdis ſpes eſt, ſi nauis in fluctibus conſtituta, licet ipſa non pereat, tamen iacturam maximã de honore ac mercibus ſuis faciat, & ad portum vacua perueniat. Sic non grande gaudium eſt, ſi aliquis ad ſeculi fluctus reuertens, nomen atque habitum profeſſionis ſuæ cuſtodire vi-

Contra Monachos in habitu ſuæ profeſſionis ad ſeculũ redeuntes.

deatur, anima verò eius negligẽtiis tabeſcat ac defluat. Et quid grauius quãdo ſubitò tãquã aliquis repẽtinus eradicatus de loco ad quem te Dominus tuus vocauerat; in quo te primũ poſt mala ſæ-

D

culi quaſi in portum de tẽpeſtate induxerat, obliuiſci ſubitò fraternæ ſocietatis & conſolationis, obliuiſci loci illius in quo primum dulciſſimom immutationis habitum & nomen ſecularis exueris? Aues ipſæ diligũt nidos ſuos, amãt feræ loca, in quibus nutritæ ſunt, amant cubilia & paſcua ſua, quãlibet naturali libertate paribus rapiantur, ſæpius tamen ad cara ſibi loca quodam deſiderio reuertuntur: & tu intellectu præditus, ratione munitus, ita interdũ ſenſu alienus efficeris, vt præferas Dei beneficiis voluntates vel intentiones tuas, & diaboli inſinuationes ſequeris. Quæ quãlibet ad

E

duros labores, quamlibet ad ſaluris naofragia atque animæ detrimenta te rapiant, totum hoc præ nimia cordi indignitate non ſentis. Tẽpore enim diſceſſionis multa promittit inimicus, ſe illic quò tendit, maiorem profectum, multam gratiã atq; omniũ rerum abũdantiam reperturum, ac ſe tanquam angelũ ſuſcipiẽdum, & poſt hæc quãdo anxietate repletus & pace nudatus, profectus ſui ſtudium & ſacrum ouile reliqueret, tũc animaduertit; & quaſi ſedata tẽporis tẽpeſtate tũc inde quid de ſe male egerit, tũc recognoſcit quid periculi incurrerit, cũ de loco ad quẽ cum gaodio venerat, ſine pace cum ſcãdalo diſceſſit. Tunc ſera pœnitẽtia ſuper ruinas ſuas pœnitet, ac deflet ſicut quædam

aues

anes quæ præ dolore, ſuper eos quos occiderint, A
flere dicuntur,& bæc omnia animæ detriméta ex
inobedientiæ malo eueniunt. Obediétes autem &
humiles animæ, multas tribulationes atque om-
nes labores proſternunt, atque in compédiú mit-
tunt. Sciédum eſt enim quòd quantò humiliores
& obedientiores fuerimus præpoſitis & patribus
noſtris, in tátum obediet domious orationib⁹ no-
ſtris. Videamus quàm acceptabilia ſunt Domino
vel opera, vel ieiunia eorũ qui ſuis potiùs quã ſe-
Iſa. 58. niorum voluntatibus obſequuntur. Clamant illi;
quia ieiunauimus, & nõ aſpexiſti: humiliamus ani
mas noſtras, & neſciſti. & ille reſpódés: Ideo quia
in diebus ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra. B
Videmus ergo per inobediétiam animorũ opera
non reſpici, ieiunia non audiri, vota non ſuſcipi.
Vnde nos ampliùs illius mandata ſectemur, quia
ad nos è cœlo deſcẽdit, non ſolùm vt nos redime-
ret mortis pretio, ſed etiam vt vitæ ædificaret exẽ-
Ioh. 4. c plo: & cùm illo dicamus: Ego non veni facere vo-
luntatem meam, ſed voluntaté illius, qui miſit me
Patris. Ire autem poſt voluntates proprias tã per-
nicioſum eſt, vt hoc Deus iam poſtmodum iratus,
pro damnatione peccati, inobediẽtibus irroget di
Pſ. 50. c cens: Et dimiſi illos ſecúdùm deſideria cordis eo-
rum. Quamobrem qui vult opera ſua eſſe recta in
Obedientia nihil eſt antepouendũ. conſpectu Dei, nihil obedientiæ, nihil præceptis C
præponat; ſiue ille iunior, ſiue ſenior eſt, tãtò plus
debet ſtudere ędificationi & perfectioni. Nullum
ſibi finẽ faciat proficiendi, nullum terminum con-
ſtituat acquirẽdi, cùm ſibi dici audiat; para in exi-
Eccl. 33. c tu opera tua: & iterũ; non verearis vſque ad mor-
Eccl. 18. c tem iuſtificari, & iterùm; ſapientia in exitu cani-
tur. Quantò ergo plus proficimus, tantò plus hu-
miliemur: quia quantò plus humiliati fuerimus,
tantò ampliꝰ proficimus. Nullus illi ſenior tam
indoctus appareat, vt putet, quòd eum nõ deceat
Humilitas obedientia, quæ Deum decuit. Humilitas enim at-
que obedientia in iunioribus adhuc neceſſitas, in
ſenioribus iam dignitas eſt. Ille bene proficit, ille D
bene conſummat, qui quotidie ſic agit, quaſi ſem-
per incipiat. Quamobrem augmenta meritorum,
incitamenta eſſe perfectorum, ſcriptura pronun-
ciat. De his verò qui dum primas negligẽtias pręe-
termittunt, in alias atq; alias ſemper incurrunt, ita
Eccl. 3. d ait: Peccator adijcit ad peccandum, de perfecto ve
Apo. 22. c rò dicitur: & ſanctus adhuc ſanctificetur. Videa-
mus primùm, quid eſt; peccator, adiicit ad peccã-
dum. Verbi gratia, cuiuslibet, vt puta obtrectatio-
nis, paſſio ſi me impugnare cœperit, ſi non ſtatim
me pœnitudo huius vitij cœperit, cras tanta mihi
huius vitij facilitas veniet, & quædam (vt ſic dixe-
rim) ſuauitas, vt reuocare me ab illo & continere
non poſſim. Ita enim euenit, vt qui primo tempo- E
re emendare ſe nolit, incipiat in ſequẽti nec velle
Peccatorũ initijs ſedulò repugnandum. nec poſſe. Verbi gratia, ſuperbiæ acquieſcere cœ-
pi, regulam violaui, ſeniorem læſi, iuniorẽ deſtru-
xi: ſi nõ ſtatim me pœnituit grauiter me fuiſſe pręe-
uentum, iam de die in diem libentiſſimè me rapiet
ipſa violentia conſuetudinis & impetus paſſionis,
vt iam nec delinquere me intelligam, nec peccare
Peccandi aſſiduitas obruit intellectum. me ſentiam. Obſcurat enim atque obruit intel-
lectum delicti, aſſiduitas delinquendi. Etenim ita
cor negligẽtis obduratur, vt hoc ipſo ſi non ſe hu-
miliet, ſi non ſatisfaciat, præpoſito ſuo nocerę ſe
crędat, inſuper & inſultet & dicat: Quàm conſtã-

A ter illi reſtiti, quàm bene non acquieui, quãta au- Superborũ inepta verba.
ctoritate reſpódi, putabat quod me ſemper illi hu
miliare deberẽ? Quod qui facit, diabolo ſe tradi-
diſſe conſtat, qui de hominum vitiis & paſſionib⁹
& perditione lætatur, & eiuſmodi animæ eueniet
illa ſententia: peccator adiicit ad peccãdum. Quã Eccl. 3.
nos refugientes, illam potius teneamus quę dicit; Apoc. 22.
& ſanctus adhuc ſanctificetur; vt quotidie adda-
mus merita, nec de nobis aliquid præſumamus,
quia DEI eſt omne quod ſumus. Simus itaq; in
opere Dei indeficientes propter æternam retribu-
tionẽ, & quotidie ad meliora tendamus. Ipſa enim
apprehẽdendi auiditas, ipſa conſuetudo proficiẽ-
B di ſemper nos ad maiora prouocet; & vbi viderit
Deus deuotionem animæ, ardẽtiorem inſinuabit
affectum: & quantò nos arſerimus ad ſtudium, tã-
tò ille apponet adiutorium: quantò nos appoſue-
rimus ad diligentiam, tantò ille addet ad gloriam.
Qui habet, dabitur illi, & ſuperabundabit, & alio Matt. 13. b
loco dicit: poſui adiutoriũ ſuper potentẽ. Gratia 25. c
ergo de gratia naſcitur, & profectus profectibus Mar. 4.
ſeruiunt, lucra lucris & merita meritis locum fa- Luc. 8.
ciunt: vt quãtò plus quis acquirere cœperit, tantò Pſ. 88.
plus conetur acquirere: & quantò auidiùs de ſa- Gratia de gratia naſcitur.
pientiæ bonis hauſerit, tantò plus haurire deſide-
ret; ſicut ipſa de ſe loquitur ſapientia: Qui edunt
C me, adhuc eſuriẽt. Vrgeamus curſum noſtrum, vt Eccl. 24. a
creſcat in nouiſſimo vita noſtra. Quęramus vſque
in finem, vnde ſine fine gaudere mereamur. Sed e-
ſto, non poſſumus exercere corporis labores, con
feramus nos ad ſpiritualium bonorum deſideriũ,
ad cõpunctionis & charitatis augmentum. Si quo-
tidie in cordibus noſtris diſponamus aſcẽſus; nul-
la infirmitate, nulla ętate laſſati poſſunt mentes, vt
ſpiritualibus quibuſdam gradibus aſcendere me-
reamur ad promiſſa Domini noſtri Ieſu Chriſti:
Cui eſt honor, virtus & gloria, potẽtia & claritas,
& magnificentia, & imperium & nunc & ſemper
& in cuncta ſæcula ſæculorum. Amen.

D

Eiuſdem S. Fauſti, ex Lerinenſi Monacho Rhegienſis Epiſcopi; de Monaſterij Lerin. excidio, Hiſtoria.

IN partibus Galliarum, exigentibus cauſis, cùm
diſponeret Dominus affligi genus humanũ per
ſæuitiam paganorum, nefandæ gẽtis Sarracenorũ
exercitus vaginã ſuæ habitationis egrediés ac ma-
ritima quæque vltra citràque peragrans, peragrã-
do demoliens in prouinciam venit nominis Chri-
ſtiani impugnandi gratia, & ſuo eã dominio ſub-
iugandi. Cuius incolas occulto Deus iudicio eius
mucroni tradidi feriendos. Quæ gens longè latẽ-
que ſuæ cædis extendens crudelitatem, ita in ſoli-
E tudinem pœnè totam redegit regionem, vt in ere-
mi vaſtitatem loca priùs deſiderabilia conuerſa vi
derẽtur. Vrbes enim nobiliſſimas terræ coæquãs,
villáſque depopulás, caſtella ſubruens, omnia Do-
mini euertens non minimas Chriſtianorum ſtra-
ges dedit. vnde inter cætera facinora ſua Lerinen-
ſem inſulam religione pollentem depopulans re-
bus omnibus inhabitabilem reddidit, ſeruos Dei
qui inibi inter reliquos vel præ cæteris ſanctitatis
& vigiliarum primas tenebant, millies ſeipſos im- B. Porcarij, Lerin. Abbatis viſio.
molantes gladio trucidans fere quingentos aut eo
amplius. Fertur enim (quòd minimè reor præter-
mittendum) quòd antequam claſſis Sarracenorũ

illò aduentaret, Angelus Domini ſancto Porcario abbati per viſum apparens euidenter prædixerit tempus, & diem, & horam, certúmque omnibus imminere exitum die adhinc ſeptima illuceſcẽte. Qua de re maturato conſilio commonet vt vnũ è duobus eligant, aut fugæ conſulant, aut palmam martyrij incũctanter capiant. In eorum arbitrio & poteſtate poſuiſſe Dominũ hoc donum tã bonũ, tam optimum, támque præcipuum, vtrum velint aut nolint breui ſanguinis commercio immortale acquirere compendium. Voluntas tantum ad hoc prona, verùm neceſſitas nulla. Facto itaque mane beatus Porcarius conuocatis fratribus cuncta quę viderat, quæque audierat, refert. Ex quibus quidã pauentes, quidam nõ credentes, vniuerſi tamen re inopinata ancipiti ſunt turbati periculo hoc accepto oraculo. Alios ad inſulas tutiores velle ſecedere, alios locum ipſum nolle relinquere. His ita inter ſe variè diſſidentibus expectata dies aduenerat, noctis tantum intercapedine diuiſa. Itáque inſtante vigilia matutina clara luce è ſpeculis in lõgum dirigentes obtutus viderũt hoſtile agmẽ aduentare, oppanſiſque velis æquata fronte in obliquum deductis cornibus, totúmq; allabi claſſibus æquor. Extẽplo turbati animis diſiectíque à propoſito. C Cúmque cœperent male euadere, nec pateret vſquam locus effugij: iam enim & hoc per ſpiritum prænoſcens beatus Porcarius naues omnes à portu clam lõgius abduxerat, interdicens nautis ne intra præfinitum ſibi tempus vllo modo redirent. Ergo cũ vidiſſet athletas Dei immẽſo certaminis pondere fatigari, ingemuit tam triſte nefas fortiſſimus heros dextro ſocios decedere cornu, inuictámque manum quondam ſine cæde perire. Tum vexillum ſanctæ crucis quod in agmine primo dux bonus præferre cõſueuerat, defixo cuſpide ponens inſtaurat animos dictis mordacibus. O A (inquit) fortiſſimi milites, ô inſtructiſſimi diuini prælij bellatores, quo ruitis? cui colla datis? quis furor inſanas agitat caligine mentes. State precor, ſtate, ne velitis manu ſiuam tenentes retro reſpicere. Proh pudor, vicimus huc uſque ſegnes, nec noſtra potentia perfert vim ſolitam! Quin potius omnium delecta iuuentus hortor & moneo, reſides attollentes animos, ne nos tanquam imparatos præoccupent, olim deuoti vltro properantes ſubdamur pretioſiſſimæ paſſioni. Experimento iã cognoſcetis quantus illis ex noſtra conſtantia timor, quanta nobis proueniat gloria. Talia ſenior perorabat nomine quéque vocans, ſimúlque acri- B moniam, quam geſtabat corde, frontis præferens dignitate. Quibus verbis incaluit virtus, paulatímque timore depulſo maduerunt, corda tepentia, repẽtino Spiritus ſancti rore perfuſa. Sudare- dit facies, veluti ſi videas cæli purpuream clareſcere lucem ſine nube diei. Agmina ſancta ſuper vultum ſeniſſe tonantis, gaudentque hilares Chriſtum ſuis victoribus arcem ętheris ac patrium famulis aperire profundum. Dat ſignum fœlix concordia, damna pręcedentia lucris ſuccedẽtibus recõpenſans. Itaque alacres & de victoria iam ſecuri procedunt caſtris, portis patẽtibus, omnes ornati, C omnes albis veſtibus induti tanquam agni immaculati & incotaminati Ieſu Chriſti, pręcogniti ante conſtitutionem mundi. O, quam gaudio tũc ille tripudiauit angelicus cœtus tantis beatorũ Martyrum occurrens agminibus. Nulli dubium omnem cœleſtem Hieruſalem tunc exultaſſe ineffabili lætitia, tunc iucundatam eſſe inæſtimabili charitate, túncq; cum omni gratulatione obuiã proceſſiſſe, eoſque ingenti lumine circumfulſiſſe, & vſque ad thronum olim ſibi etiam ante conſtitutionem mundi paratum cum laudibus & canticis ſpiritalibus perduxiſſe.

D

S. ELIGII NOVIOMENSIS EPISCOPI HOMELIÆ.

In Natali die Domini; de Pace ſeruanda.

HOMELIA. I.

AD AVRES veſtræ caritatis; ô domini & fratres mei dilectiſſimi, Primam noſtre locutionis vocem incipiens emittere, & more infantiũ balbutientiũ quaſi imperfecta verba formare; quo primum vtar exordio, aut quis meum os, nimia clauſum imperitia aperiet primus ſermo: Vel quę linguam meam tarditatis ligatam nexibus, abſoluet oratio, Certe cum Dei gratia, veſtris ſuffragãtibus meritis, oratio. Oratio, inquam, non illa quę E eſt oratorum; id eſt, dicendi peritorum; & arte cõſtat, ac promitur eloquentia: Sed quæ eſt deuotorum Chriſti ſcilicet fidelium, & in conſpectu eius mente effunditur benigna, & à benigno Domino, aure præcipitur & acceptatur placida. Quã nunc quoque à mea paruitate coram ipſo prolatam efficiet exaudiri idem ſancta Caritas veſtra, à qua, vt me humilem huic Eccleſiæ conſtitutam præſulem veſtris dignemini illi commendare precibus in cuius manu & ſermones noſtri & nos ſumus, totis præcordiorum depoſco niſibus. Adeſtote ergo, fratres, votis meis; adeſtote piis conatibus, adeſtote precibus, Conuenio namque

Eph. 6. c vos verbis doctoris gentium. Beati Pauli apoſtoli Quibus inter cætera aphеſios hortatur, dicens: per omnem orationem & obſecrationem orãtes, omni tempore, in ſpiritu; & in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione pro omnibus ſanctis & pro me vt detur mihi ſermo in apertione oris mei; cum fiducia notum facere myſterium Euangelij. Veſtris igitur ſanctis orationibus à Deo me exaudiri poſſe, confiſus; iam nunc effundo in conſpectu eius orationem meam, & ſupplex, eius benigniſſimam imploro clementiam dicens: Do- *Pſ. 50.* mine labia mea aperies, & os meum annunciabit E laudem tuam. Et ne offendam in verbo, & ne peccem tibi: pone Domine cuſtodiam ori meo, & *Pſ. 140.* oſtium circunſtantiæ labiis meis. Itemque ſupplere expoſtulo, vt audiam quid loquatur in me *Pſ. 84. b* dominus Deus: & vt ipſe in vobis illud adimplere dignetur, quòd ſubiungetur; Quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. Ex his ergo verbis noſtræ orationis vnam ex iſtius pſalmiſta à ſancto Spiritu prolata dulcedine promiſſionis, ad vos incipiat de pace ſeruanda admonitio ſalutaris; quæ poſco firmiter hæreat animis veſtris, ac prius in commune, communem Dominum depræcemur vt ipſe ſecundum pollicitationem ſuam; in nos, hoc eſt, in cor noſtrum loqui dignetur; & det vobis probare idem cognoſcere & intelligere

gere qoæ ſit voluntas eius bona & bene placens A
Pſ.24. & perfecta, & dicatis ei cum Pſalmiſta: dirige nos
in veritate tua, & doce nos quia tu es Dominus
ſalutaris noſter. Itémque, doce nos facere vo-
luntatem tuam: vt nos faciendo quod precipit,
eum loquentem illis audiamus auribus quas in
Matth. 11. Euangelio requirit, dicens: qui habet aures au-
b.13. a diendi audiat. Ille nos de ſe ſemper loquentes,
Mar. 4. & ad ſe de quacunque tribulatione clamantes
& 7. audiat, & clementer exaudiat; ac depulſa om-
Luc.8. & nium inimicorum noſtrorum infeſtantium, tam
14. viſibilium quam inuiſibilium ſæua, quam pro pe-
catis noſtris iuſte patimur, aduerſitate, loquatur
& faciat pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos B
& in eos qui conuertuntur ad cor. Quam ita
demum promerebimur ſi ſeruare vnitatem ſpiri-
tus in vinculo pacis ſtudeamus. Vnde vos,
vnum, vna mecum admonere volo vt quia ſecũ-
dom Apoſtolum omnium Chriſtianorum, vnum
corpus & vnus ſpiritus debet eſſe vt vnus eſt no-
bis Dominus vna fides vnum Baptiſma; ad vnam
ſpem vocationis noſtræ, vnita cum proximis mẽ-
te, curramus. Enimuerò quàm Domino gra-
tum, & quantum ſit bonum illius quæ ex Deo
eſt pacis & concordiæ, hodierna die patefecit no-
bis manifeſtiſſime vnanimiter concinens chorus
cœleſtis militiæ, cùm nato eo qui pacificaret cœ- C
leſtia cum terrenis; pro tam iocunda letitia no-
ſtræ reparationis, ſuæque ac noſtræ vnanimitatis,
Luc.2. concordi cecinit voce; Gloria in excelſis Deo, &
in terra pax hominibus bonæ voluntaris, & qui-
Iſa. 9. dem pulchre, nato illo de quo Prophæta olim
prædixerat quod inter cætera nomina tanto pue-
ro digna vocaretur princeps pacis; & certe eius
pacis, cuius non erit finis: nunciatur ab Angelis,
Eph.2.c in terra Pax hominibus bonæ voluntaris. Quæ
pax alia non eſt quàm ille qui hodie naſci digna-
tus eſt. Ipſe enim eſt pax noſtra ſecundum Apo-
ſtolum, qui fecit vtraque vnum, hæc denique fuit
illius, mirabilis cauſa, myſterii quo illud verbum
quod in principio erat, & apud Deum erat & D
Deus erat; per quod omnia facta ſunt, & ſine quo
factum eſt nihil: in fine ſeculorum, caro factum
eſt, & habitauit in nobis vt mediator fieret Dei &
hominum, homo Chriſtus Ieſus, verus Deus &
verus homo, in vnitate perſonæ; & ſolueret in car-
ne, ſuas inimicitias quas peccando & recedendo à
Creatore ſuo contraxerat genus humanũ. Si au-
tem quæris quomodo illas inimicitias ſoluerit,
nóſque per mediatoris officium Deo Patri recõ-
ciliauerit, & Angelorum collegio ſociauerit; duos
quoque parietes ex Iudeis & Gentibus venientes,
factus idem, Lapis angularis, in vnitatem fidei cõ-
iunxerit; audi Apoſtolum dicentem: Per vnum
nouum hominem, faciens pacem vt reconciliaret
ambos in vno corpore, Deo; per crucem interfi-
ciens in ſemetipſo, & ſi noſſe vis, idem Dei & ho-
minis filius ad quid venerit, aut in carne egerit,
quidue tibi imitandum propoſuerit, ipſe ſanctus
Eph. 2. Apoſtolus tibi conſequenter, demonſtrabit. Ve-
niens, inquit, euangeliſauit pacem vobis qui lon-
gè fuiſtis, & pacem his qui prope; quoniam per
ipſum habemus acceſſum, ambo in vno ſpiritu
ad patrem, euangeliſauit autem pacem adim-
Pſ. 84. plendo hoc quod dudum promiſerat per Pſalmi-
ſtam, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam:

A cùm non ſolùm, in ſua natiuitate paſtoribus pa-
cem per Angelos nunciauit; Sed et per ſeipſum di-
ſcipulis ſuis dixit: pacem relinquo vobis, Pacem
meam do vobis: quod non tantùm his qui tũc in-
præſentiarum cum audierũt loquentem, dictum
credimus; ſed etiam nobis omnibus, ſi tamen ve-
re eius diſcipulatui inhæremus. Ita ergo nos pro-
bare poſſumus, ſi vere eius diſcipuli ſumus, ſi
hæc verba eius in noſtro corde fixa retinemus &
opere ſollicite exercere ſtudeamus. Quibus ite-
rum ait, in hoc cognoſcent omnes quia mei diſci- *Ioh.8.*
puli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.
Igitur quoniam Dominus commendauit carita-
tem ſuam in nobis, & cùm inimici eſſemus recon- B
ciliauit nos ſibi per mortem filij ſui: huius re-
conciliationis & iuſtificationis gratiam qua gra-
tis iuſtificati ſumus, nullo modo ad condamna-
tionem noſtram negligamus; ſed iuſtificati ex fi-
de, pacem, habeamus ad ipſum per Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum. Quam vt inconcuſſi
tenere valeamus, pacem etiam cùm proximis no-
ſtris illibatam cuſtodiamus, reddentes iuxta præ-
ceptum Apoſtoli, omnibus debita, cui timo-
rem, timorem; cui honorem, honorem. Vnde &
Beatus Petrus precipit, ſubiecti eſtote omni hu- *1. Pe.2.*
manæ creaturæ propter Dominum; ſiue Regi
quaſi precellenti; ſiue ducibus, tanquam ab eo C
miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò
bonorum. Rex autem, in recte viuendo & agen-
do, nominis ſui dignitatem cuſtodiat. Principes
& iudices, quod ſibi facta dicit ſcriptura, libenter
audiant & obedient, atque libentius faciant.
Diligite, inquit, iuſtitiam qui iudicatis terram; *Pſ.2.*
Sentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate
cordis, Quærite illum, & illud: Nunc reges intel-
ligite, erudimini qui iudicatis terram; Seruite *Sap.1.*
Domino in timore, &c. Publicani & peccatores
Beatum Ioannem baptiſtam ſibi dicentem audiãt *Luc.3.*
& obediant: Nihil, inquit, amplius quàm quod
conſtitutum eſt vobis, faciatis; & ne vltra præſ-
D criptum, quid exigatis. Milites quod ſibi ab eodẽ
dicitur attendant, nec calumniam facientes predã
acquirant. Neminem, inquit, concuriaris, neque
calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs
veſtris. Omnes verò in commune auſcultẽt, quod
omni ordini, atque omni congruit & neceſſariũ
eſt ætati, vt iuxta facultatem virium ſuarum ope-
ribus Eleemoſinæ inſiſtentes cuncti in omnibus
quibus indigent proximi, ſic eis ſubueniant quo-
modo ſibi ſi neceſſe fuerit deſiderant ſubueniri.
Sic enim dicitur; qui habet duas tunicas, det non *Luc. 3.*
habenti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat.
E Itemque; Quod vultis vt faciant vobis homi- *Matt. 7.b.*
nes, & vos facite illis: Hæc nempe lex eſt natu- *Mar. 10.*
ralis. Ergo his ſanctis parentes admonitionibus, *Luc 6.d*
ſiquis veſtrum hucuſque aliena rapierit, à modò
ſua dare incipiat: & qui hactenus ſua parciús da- *Matt. 19.*
bat; iam nunc quia Deo fœneratur recepturus
centuplum, ea largius expendat: hæc de incerta
longeuitate ſuæ vitæ cogitans, ſi ea retinere velit,
ea forte citius quam putat, ſe amiſſurum, ac pro-
inde ſpem ſuam totam potius Dei miſericordiæ
committat: Beatus namque eſt vir cuius ſpes eſt *Pſ.39.*
in Domino Deo ipſius, memor ſit vnuſquiſque
illius Euangelicæ parabolæ; quid Dominus dixe-
rit diuiti horrea ſua deſtruenti & maiora facienti: *Luc.12.c*

Stulte ac nocte, &c. Vnde ad noſtram, dilectiſſimi, exhortationem; retexam vobis antiquorum primum veridicam relationem quæ ita ſe habet. Narrauerunt ſenes de quodam hortulano quia laboraret & omnem laborem ſuum expenderet in Eleemoſynam, & tantùm ſibi retinebat quantùm ad victum ipſius ſufficeret. Poſtea verò Sathanas miſit in corde eius dicens; collige tibi aliquantam pecuniam ne cùm ſenueris, aut ægrotaueris, opus habeas ad expenſas; & collegit & adimplenit lagenam de nummis. Contigit autem eum infirmari & putrefieri pedem eius; & expandit quod collectum fuerat in medicos, & nihil ei prodeſſe potuit. Poſtea verò venit quidam de peritis medicis dicens ei: niſi ſcideris pedem tuum; totum corpus tuum putrefiet: & conſtituerunt diem incidere illi pedem. Illa autem nocte rediens in ſe, & pœnitentiam agens de his quæ geſſerat, ingemuit & fleuit dicens: Memor eſto operum meorum priorum quæ faciebam cum labore intento meo, ex quo pauperibus miniſtrabam. Et cùm hoc dixiſſet, ſtetit Angelus Domini, & dixit ei: Vbi ſunt nummi quos collegiſti; & vbi eſt ſpes de qua tractaſti? Tunc intelligens, dixit: Peccaui Domine & modo vlterius non faciam, & Angelus Domini tetigit pedem eius, & ſanatus eſt ſtatim; & ſurgens mane, abiit in agrum operari, Venit ergo medicus ſecundùm conſtitutum diem cum ferramentis, vt ſecaret pedẽ eius; & dicunt ei: exiit mane operari in Agro, tūc admiratus medicus perrexit in Agrum, vbi operabatur ille, & videns eum fodientem terram glorificauit Dominum qui reddiderat ei ſanitatem, hæc & his ſimilia, fratres, ſollicite conſiderantes, & ſemper in omnibus operibus noſtris, nouiſſima noſtra memorantes. Secundùm quòd nos Beatus admonet Apoſtolus, Bonum facientes non deficiamus. Tempore enim ſuo, quæ nunc in ſeminibus miſericordiæ expenderimus, metentes, bonorum operum manipulos centuplicato fructu plena mercede recipiemus, cum in pace vera inidipſum; id eſt, in id quod nulla rerum viciſſitudine variatur, ſed ipſum in ſe permanens in commutabili perennitate conſiſtit: huius vitæ peracto curſu dormiemus in futura beatitudine æternæ vitæ, & requieſcemus; ipſius benigni Dei, ac Domini noſtri gratia largiente; Qui cum Deo patre in vnitate Spiritus ſanctus viuit & regnat, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Hortulani ob intermiſſam eleemoſinam, diuinitus morbo afflicti hiſtoria.

2. Theſ. 3. d.

In die Purificationis S. Mariæ, de Euangelio; & de Vſu luminarium.

HOMILIA 2.

Luc. 2.

RETVLIT NOBIS, chariſſimi, ſeries lectionis Euangelicæ quomodo Dominus Dei filius qui in principio, hoc eſt, in Deo Patre ſemper erat, & Deus erat, & apud Deum erat, & Deus erat; per quem omnia facta ſunt: in plenitudine temporis ex muliere factus, ſit etiam factus ſub lege, vt redimeret eos qui erant ſub lege, & vt oſtenderet ſe non veniſſe legem ſoluere ſed adimplere, Vnde & hodierno die qui eſt quadrageſimis ab eius Natiuitate, ſecundùm veteris legis præceptum in templo Hieroſolymitano cum muneribus voluit præſentari, que erat legiſlator, & ipſius dominus Templi cuius rei geſtæ modum, modo audiſtis. Cum recitaretur Euangelium. Sed quoniam in hac relatione hiſtorica quædam, niſi altius repetantur videntur eſſe ſub oſcura. Quædam vero inſont myſtica, & quædam inſtitutis moralis intelligentiæ fæcunda: in his quæ ad hiſtoriam pertinent vel ad moralitatèm, autem cum populo præbere communem. Deo autem gratias quia intelligendis ſecretioribus, plurimi veſtrum aures habent audiendi quales Saluator à ſuis requirit auditoribus; Quibus etiam dicit: vobis datum eſt noſce myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. Igitur iam nunc expediantur cum Dei auxilio quæ vobiſcum vulgaris capere valeat multitudo: in quibus exequendis, ſit adiutorium noſtrum in nomine Domini, Qui fecit Cœlum & terram. Vocabulum, fratres, ſolemnitatis hodiernæ à vobis dicitur conſuete, purificatio ſanctæ Mariæ; de qua Purificatione talia inſonuit Lectio auribus caritatis veſtræ. Poſtquam implete ſunt dies purgationis eius ſecundum legem Moyſi, tulerūt eum in Hieruſalem vt ſiſterent, cum Domino ſicut ſcriptum eſt in lege Domini. Legis tale erat præceptum; Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus; & in die octauo circuncidetur infantulus; ipſa trigeſima tertia diebus manebit in ſanguine Purificationis ſuæ: omne Sanctum non tanget, nec ingredietur Sanctuarium. Sin autem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, & ſexaginta ſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ: Cumque expleti fuerint dies Purificationis eius, pro filio ſiue pro filia, deferet Agnum anniculum in holocauſtum, & pullum Columbe ſiue Turturẽ pro peccato. Quod ſi non inuenerit manus eius nec potuerit offerre Agnum, ſumus duos Turtures vel duos pullos Columbæ, vnū in holocauſtū & alterū pro peccato; Orabitque pro ea Sacerdos & ſic mundabitur, hæc præcepta legalia ſi diligenter inſpiciantur, non ſolùm dominus Ieſus Chriſtus ſed etiam Beatiſſima genitrix illius, ab omni legis ſubiectione abſolutiſſima reperitur. Cùm enim non omnem mulierem quæ pepererit, ſed quæ ſuſcepto ſemine pepererit; Lex immundam dicat, atque his oblationibus vna cum prole mundari decernat: Conſtat quia non illam ſub hac neceſſitate conſtringit quæ ſine ſuſceptione virilis ſeminis virgo concepit & virgo peperit. Nequaquam ergo immunda iudicatur quæ ſito Spiritu obumbrante totius munditiæ, & ſanctitatis auctorem genuiſſe probatur. Denique & ipſe puer Ieſus purus ab omni contagione peccati, cuius agni oblatione indigeret purificari; Qui eſt Agnus Dei; & qui tollit peccata mundi? Sed quòd tam ille legis Dominus, quam & glorioſa mater eius; cum lege nihil deberet, ſponte tamen ſe decretis voluerunt ſubdere legalibus, nobis exemplum præbuitur quanta humilitate quanta obedientia; Dominicis præceptis parere debeamus. Si autem quæritur iuxta literam, Cur mulieris & pueri purgatio quadrageſima diebus impleatur,

Mar. 4. a. Luc. 8.

Luc. 2.

Ioh. 1.

In

in partu verò puellæ 80. dierũ ſpatio tẽpus ꝓlõge-
tur. Sciẽdũ eſt quia in maſculi parturitione tot die
bus purgatio pagitur, quot dieb⁹ homo in matris
Hominis conformatio in ventre matris. vtero formatur: humana verò cõceptio ſic perfici
dicitur, vt primis ſex dieb⁹ quaſi lactis habeat ſimi
litudinẽ, ſequẽtibus nouẽ cõuertatur in ſanguinẽ,
deinde 12. dieb⁹ ſolidetur, reliquis xij vſq; ad perfe
cta lineamẽta mẽbrorũ formetur, & hinc iam reli-
quo tẽpore vſq; ad tẽpus partus, magnitudine au-
geatur. Sex autem & ix, & xij, & xij, in vnũ coacti
faciũt, 39. Si ergo minorẽ numerũ infra maiorẽ cõ-
cludas videbis præceptũ eſſe tãtis pene dieb⁹ ho-
minẽ mũdari quot formatur in vtero. Pro fœmina
autẽ hic numerus geminatur, quia vt aiũt Phyſici,
fluxus ſanguinis ꝓ maſculo eſt vij dierũ, ꝓ fœmi-
na, 14: vt quãtò eſt ſexu infirmior, tãtò ſit ipſa nati-
uitate inquinatior: Vnde 14. dieb⁹ immũda fieri, &
66. ab ingreſſu tẽpli præcipitur ſuſpendi. Porrò 14.
Matris immunditia cur duplo eſſet maior cum puellam peperiſſet. & 66. faciũt 80: in quo ſicut diximus numerus ſu-
perior duplicatur: A patribus verò talis ratio red-
ditur. Ideo mulier maiori ſubiacet maledictioni,
quia fœmina primũ ſeipſam, deinde & virũ dece-
pta decepit. Illa ſerpẽtis perſuaſioni cõſenſit, & vi-
rũ perſuaſioni ſuæ cõſentire coegit; Vir autem ſoli
cõſenſit mulieri: Inter hæc ſciendũ eſt, quia omnis
Geneſ. 3. iſta purificatio accipiẽda eſt in myſterio; Sed nos
1. Tim. 2. ad propoſitũ reuertamur. Impletis igitur ſecundũ
C legem diebus purgationis eius, ſcilicet vel ipſius
Dñi vel intemeratę genitricis illius; tulerũt illum
parẽtes eius in Hieruſalẽ ad tẽplũ Dñi vt ſiſterent:
id eſt, ſtatuerẽt ſiue offerrẽt vel cõſecrarẽt eũ Dño,
ſicut ſcriptu eſt in lege Dñi; Quia omne maſculi-
nũ adaperiẽs vuluã ſanctũ Dño vocabitur. Legim⁹
Exod. 4. in Exodi libro, quia cũ morarẽtur filij Iſrael in Æ-
gypto, & grauiſſimo Pharaonis premerẽtur Dño,
clamauerint de tribulatione ſua ad Dñm. Qui mi-
ſertus eorũ ꝓpter dilectos ſibi Patres eorũ, miſit
Pſal. 104. ſeruos ſuos Moyſen & Aarõ, & poſuit in eis verba
ſignorum & prodigiorum ſuorũ; & percuſſit decẽ
Exod. 12. plagis Ægyptum. In x. verò plaga, percuſſit omne
Pſal. 134. D primogenitũ in terra Ægypti à primogenito Pha-
raonis, qui ſedebat in ſolio eius, vſq; ad primoge-
nitũ captiuę quę erat in carcere, & omne primoge
nitũ iumentorũ: & eduxit populũ ſuũ de Ægypto
in manu potẽti & brachio excelſo: & ex eo tẽpore
præcepit vt ſibi omnia primogenita filiorũ Iſrael,
ſiue ex hominibus, ſiue ex iumẽtis tam mũdis quã
immũdis conſecrarẽtur: Ea tamẽ ratione vt mũda
quæq; offerrẽtur & Sacerdotũ eſſent; Pro hominũ
vero primogenitis, exceptis his qui de Tribu Leui
erãt, & in miniſterio tabernaculi teſtimonij, perpe
tuò tenebãtur, precium darent, immunda autẽ aut
mundis cõmutarentur, aut intra menſem quinque
E ſiclis argenti redimerentur, aut certe interficeren-
tur. Et hoc eſt iuxta literã quod dicitur: Quia om-
ne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum Do-
mino vocabitur. Omne ſcilicet maſculinum tam
de hominibus quàm de pecoribus adaperiẽs vul-
uam, ſanctum Domino vocabitur: id eſt, in Domini
oblatione ſanctificatur. His autem præceptis nos
moraliter inſtruimur, vt omnia primogenita no-
ſtra maſculina, id eſt, principium bonorum operũ
& fortia quæque virtutũ quæ quaſi cordis affectu
cõcipimus: ipſo effectu, Domino offeramus, id eſt,
non noſtris meritis, ſed diuinæ gratiæ & laudi de-
putemus, dicentes cum Pſalmiſta: Non nobis Do-
mine nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Immũ-

A da verò animalia fluxa videlicet & diſſoluta quæ-
que ac male geſta, cũ immũdis deputemus, à malo
declinando & bonum faciẽdo, & ſic aſini primo-
genitum oue mutemus, vt vbi prius fuit ſtultitia
& immunditia, ſubſtituatur caſtitas & innocẽtia:
aut redimamus v. ſiclis argenti, perfectam agẽtes
pœnitentiam pro ſingulis peccatis quæ per quin-
que corporis ſenſus, cõtraximus: aut ſi ſtatim redi-
mere non poſſumus, interficiamus, id eſt: Si mox
perfecta ſequi nõ poſſumus, peſſima tamẽ vitem⁹.
Verbi gratia, Superbus, aut Auarus, Guloſus, vel
Luxurioſus aliquis, ſi non poteſt perfectæ humili-
tatis virtutem, ſiue largitatis, abſtinentiæ, aut con-
tinentiæ, mox habere; ſaltẽ malũ radicitùs euellẽs,
B Superbiam atque Auaritiam, Gulam, & Luxuriam
ſtudeat damnare. Notandũ ſanè quod dicitur, om-
ne maſculinũ adaperiẽs vuluã, quia his verbis Euã
geliſta morẽ cõſuetæ natiuitatis expreſſit, & nõ ſic
intelligi voluit, ſicut latrãt heretici, quod Chriſtus
vterũ matris, naſcẽdo virginitate priuauerit, cũ mu
lier nõ tũc virginitatẽ amittat quãdo pit, ſed quã-
Chriſtus plenitudinem gratiarũ matri ſuæ cõtulit. do cũ viro dormit. Deniq; Dñs Ieſus, plen⁹ & per-
fect⁹ De⁹, plenũ & perfectũ hominẽ ex matre, ſine
patre, ſuſcipiẽs, plenitudinẽ & perfectionẽ omniũ
gratiarũ ei cõtulit, ſicut ad ipsã Gabriel Archange-
lus loquitur dicẽs: Aue Maria gratia plena: nec in-
tegritatẽ & gratiã virginitatis illi abſtulit. Cur autẽ
Luc. 2. C puerũ Ieſũ parẽtes eius tulerũt in Hieruſalẽ, Euan-
geliũ ſubdit cũ ait; Et vt darẽt hoſtiã, ſecũdũ quod
dictũ eſt in lege Dñi. Par turturũ aut duos pullos
colũbarũ. Iã ſuperius audiſtis quod lex ita præce-
pit vtq poſſit, pro filio, die quadrageſimo; Pro filia
vero 80. die natiuitatis offerret agnũ anniculũ, ho-
locauſtũ, & turturẽ ſiue pullũ colũbę pro peccato:
ſi quis autẽ agnũ inuenire nequiret, duos turtures
vel 2. pullos colũbæ, vnũ in holocauſtũ, & alterũ ꝓ
peccato offerret. Vnde hac conſiderata oblatione
quæ pro Dño offertur, etiã paupertas matris offe-
rẽtis cõſideratur, Quia nequaq; agnũ reperire po-
tuit quę duos tantũ turtures vel duos pullos colũ-
D bæ obtulit. O admirabilis per omnẽ diuinę diſpẽ-
ſatio dignationis! O cũctis imitãda fidelib⁹ humi-
litas pij Saluatoris! O amplectẽdũ fidelib⁹ animis
exemplũ ſpõtaneę paupertatis! Benignus Deus &
dñs omniũ, diues in omnes q inuocãt illũ, qui dat
omnibus affluẽter & non improperat, qui in altis
habitat & humilia reſpicit in cœlo & in terra. Pau
per & humilis pro nobis fieri dignat⁹ eſt, vt nos ſua
paupertate & humilitate excelſos faceret ac diui-
tes, hic quidẽ in fide & ſpiritalium diuitiarũ, id eſt,
ſanctarũ virtutũ libertate; in futuro autẽ hæredes
regni quod re ꝓmiſit diligẽtibus ſe! Sed & in eiſdẽ
oblationib⁹, eſt adhuc aliud q ſollicite perſcrute-
E mur: Agnus namq; innocentiã, colũba ſimplicita-
tẽ, turtur ſignificat caſtitatẽ: harũ quoq; auiũ vtra-
q; ꝓ cãtu habet gemitũ; Vnde nõ incõgruè lachri-
mas deſignãt humiliũ. Si quis igitur noſtrũ à timo-
re dñi cõcipit, ſiue fortè, ſiue infirmũ & necdũ pfe-
ctũ virtutis opus; Quaſi filiũ vel filiam parturit: vt
autẽ dño conſecrari valeat; agnũ innocẽtię & colũ
bã ſĩplicitatis, turturẽ quoq; caſtitatis illi neceſſe
eſt offerat; quia innocẽs & ſĩples atq; caſta iuſtorũ
cõuerſatio, gratiſſimũ eſt ſacrificiũ Deo. Si verò tã
pauper quis fuerit, vt veram innocentiam, qua nec
ſibi nec proximis nocuerit: cum ſimplicitate puri
cordis & caſtitate mentis & corporis offerre ne-

qui ierit ; duos ſaltem turtures , vel duos pullos A
columbæ ; id eſt , duo compunctionis genera, timoris
ſcilicet, & amoris offerat. Vnum videlicet;
hoc eſt timorem pro peccato pro quo timet &
gemit ne ad Tartari ſupplitia pertrahatur. Poſtea
verò alterum in holocauſtum, id eſt, amorem, pro
Cœleſtis patriç deſiderio, cum iam veniam preſumens
non gemit proſupplicio, ſed quia tandiu à
deſiderato Dei regno differtur. Et ecce homo erat
in Hierusalem cui nomen Simeon ; Et iſte homo
iuſtus & timoratus expectans conſolationem Iſrael.
Dignum pro certo erat vt quia Dominus Ieſus
pro omni ordine ætate & ſexu redimendo venerat
ab omni etiam ordine ætate & ſexu teſtimonium
acciperet: Quapropter cum prius ab Angelis B
prædictus eſſet & Prophetis, nunc quoque aduentui
eius mirabili, omnium deuotio mirabiliter
famulatur. Cõtra naturam, virgo Maria parit ; Eliſabeth
ſterilis , filium generat : Prophetaque
Ioannes & exultat adhuc in vtero clauſus; Zacharias
Sacerdos Pater eius , olim mutus , etiam cum
loquela gratiæ Prophetiam accipit: Magi venerãter
eum adorant, Anna vidua confitetur ; & inter
Dei timor iuſtitiæ eſt comes. eos iſte ſenex Symeon, Euangelico teſtimonio iuſtus
& timoratus (eſt enim timor comes iuſtitiæ
quæ illam optime nouit ſeruare) magnum præbet
teſtimoniũ natiuitati Dominicæ ; qui excreuerat
in tantum iuſtitiæ culmen vt non iam ſolummodo C
ſuã, ſed totius populi Iſraelis quæreret ſalutem,
& aduentus Chriſti expectaret cõſolationem memorans
Iſa 35. illud Iſayæ : Dicite puſillanimes, Confortamini
& nolite timere, Ecce Dominus noſter. Itẽ
Iſa. 40. q; : Cõſolamini, Cõſolamini dicit Dominus noſter.
Iſa. 66. Et Spirit⁹ ſanct⁹ erat in eo. Digne, quia iuſtus
erat & timoratus; in talibus , namque ſanctus requieſcit
Spiritus ſicut dicitur; ſuper quem requieſcet
Spiritus meus niſi ſuper humilẽ & quietum
& trementem verba mea? Et reſponſum acceperat
à Spiritu ſancto non viſurum ſe mortem, niſi prius
videret Chriſtũ Dominũ, Quandoquidem beatus
Senex iſte, Spiritu Dei, qui in eo erat, reuelãte, cognouerat D
iam tempus inſtare quo Chriſtus aduenirer
in carne , aſſidua poſcebat prece ne eius anima
antea ſolueretur à corpore (quãuis ætas ſenilis
eã cogeret iam exire) Quàm, id quod ſummo deſiderabat
affectu, poſſet videre. Vnde & intrinſeca
eiuſdẽ Spiritus locutione tale meruit in mẽte accipere
reſpõſum, non ſe prius mortem viſurum, quã
videret Chriſtũ, & venit in Spiritu, in Templum.
Non abſq; corpore putãdus eſt veniſſe: Sed quod
dicit in Spiritu : admonitum & inſeparatũ à ſancto
Spiritu veniſſe in templum indicat. Et cum inducerẽt
puerũ Ieſum parẽtes eius vt facerẽt , ſecũ- E
dum conſuetudinẽ legis, pro eo, offerentes ſacrificiũ:
ipſe ſenex veluti iam totus in priſtinũ iuuẽtutis
florem renouatus, Exiliẽs præ gaudio , accepit
eũ in vlnas, id eſt, in brachia ſua : & benedixit Dominum
, & dixit ; Nunc dimittis Domine ſeruum
tuum ſecundum verbum tuum in pace. Vidẽtem
me, pacẽ quæ cœleſtia pacificat & terrena; dimit-
Gal. 5. tis à vinculis corporis in pace & requie ſpiritus,
vt iam caro non concupiſcat aduerſus Spiritum,
nec Spiritus aduerſus carnẽ ; nec vllas huius vitæ
corruptibilis, corpus patiatur moleſtias. Nec iam
metuo mortẽ quia viderũt oculi cordis & corporis
mei, ſalutare tuum, idem, Ieſum qui ſaluum fa-

A ciet me & populũ ſuum à peccatis eorũ , & graue
mortis contereret Dominum. Quod ſalutare, in hoc
primo aduentu paras ei fide ac dilectione videndũ
ante faciem omnium populorum, quicunque voluerit
credere in illum. In ſecundo autem aduentu
paraſti hunc ipſum Ieſum ante faciem omniũ populorum
& credentium & incredulorũ , vt videat
eum omnis oculus iudicẽ iuſtum ; Et reddat vnicuique
ſecundum opera eorum. Lumen ad reuelationem
Gentium ; eorum qui ſedebant in tenebris
& vmbra mortis , tam ex Gentibus quam ex
Iudæis , vt per fidem illuminẽtur credẽtes in eum.
Sed quia ante aduẽtum ipſius, quodammodo notus
B eſſe videbatur in Iudea Domin⁹ & lux cognitionis
eius; profunda verò cæcitas infidelitatis texerat
corda credentium; hoc lumen dicitur veniſſe
ad reuelationem , earum vt ſublato ignorantiæ
& infidelitatis velamine, apertiſque oculis mẽtis,
lucem videãt magnam Paratum quoque eſt hoc,
lumen ad gloriam plebis Iſrael , quia credentibus
es Iudæis ſpiritalis gloria eſt quod illis tãtùm ſuit
prenũciàtus & ex eorum ſtirpe incarnatus; Quod
inter eos docuit , quod eos ſuis miraculis glorificauit.
Non autem ab re eſt quod reuelationẽ Gentium
gloriæ Iſraelis præpoſuit, ſed quia prius gentes
credituras quam Iudæos præuidit. Vt enim te- *Rom. 11.*
ſtatur Apoſtolus, cũ plenitudo gẽtium intrauerit,
C tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Hæc vobis, fratres, ſufficiant
breuiter dicta de lectione Euãgelica: Quia *De Cereorum Eccleſiaſtica geſtatione in die Purificationis.*
verò conſuetudo eſt Eccleſiaſtica vt hac die geſtãtes
manibus lumina , miſſarũ ſolẽnia celebremus;
Breuiter quoque dicendũ quæ ſint huius rei exordia.
Cum Romani totius mundi potirentur dominio,
à ſubiecto ſibi orbe tripertito per tria quinquennia
ſolutionem cenſus indixerũt fieri , & hoc
modo, vt aurum vno, argentũ altero, aes verò tertio
perſolueretur quinquennio. Vnum quodque
autem quinquẽnium vocabatur luſtrum eo quod
ipſo expleto cenſuque ſoluto, in vnum cõuenien-
te populo Romano ſacrificium celebraretur &
D cum cæreis ac lampadibus vrbs Roma luſtrarẽtur
ob honorem infernalium Deorum, & precipue februi,
id eſt plutonis qui Dominus inferni dicebatur,
à quo & menſis Februarius vocabulum ſortitur
: In cuius parte extrema, id eſt, in calẽdis hoc agebatur
: ideo vero tunc infernalibus diis ſacrificabãt
quia eorũ præſidio nationes orbis ſe ſubiugaſſe
putabãt. Nũc igitur vanæ ſuperſtitionis erro- *Gentilis ſuperſtitionis errorẽ, Chriſtiana deuotio in veram cõuertit religionem.*
rẽ pulchræ Chriſtiana deuotio ad verã conuertit
fidei religionem, cum iam non poſt quinquenniũ,
nec vt olim circa finẽ menſis Februarij vna luſtratur
ciuitas Roma ob honorem Februi ; quo falsò
E luſtrationum, id eſt, purgationum potens putabatur
Deus inferorum, & ob dignitatem eius quæ iã
ceſſauit terreni Romanorum Imperij: Sed per ſingulos
annos circa initium eiuſdem mẽſis vniuerſa
Dei ciuitas, ſancta videlicet illuſtratur Eccleſia, fidei
lumen, quod filiorum ſuorum fulget in cordibus,
deſignans cereorum lumine quod eorumdem
geſtatur manibus ob honorẽ Domini noſtri
Ieſu Chriſti, qui eſt vn⁹ & verus Deus cœli & terræ
& inferni : qui que verus homo pro nobis fact⁹,
hodierna die in tẽplo preſentari, & cũ eſſet ſine
ſorde peccati, legalẽ purgationẽ, cũ hoſtiarũ oblationibus
pro ſe fieri: Sãctiq; ſenis Symonis manib⁹
ſuſcipi, atq; ab eo & à Beata Anna ceteriſq; Iuſtis
qui

qui eius expectabant aduentum ſe voluit cõfiteri. Nos ergo, chariſſimi, hodie ſolemniter recolentes huius rei memoriam, & cũ Domina noſtra glorioſa genitrice eius Maria oblaturi vel cum beato Simeone ipſum ſuſcepturi cũ cereis & hymnis, puritate mẽtis atq; lucidis operibus ſplẽdidi, in conſpectu eius aſtare debemus deuoti, ſedulo recogitantes dignitatẽ nobis repromiſſi perẽnis & felicijs imperij, cœleſtis ſcilicet regni, quod tũc omnes electi ſunt accepturi. Quando iuxta parabolã Euãgelij, cum bonorũ operũ lampadibus occurrẽtes

Matt. 25.

ſponſo immortali, ipſi ſponſa eius effecti, amantiſſimum thalamum intrabũt, ad quem nos introducere ſecum dignetur, idem benignus Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cũ Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

In Quadrageſima de ieiunij laudibus. HOM. 3.

QVANTA ſit erga nos, Fratres dilectiſſimi, diuinæ pietatis miſeratio, & quam multiplicibus modis noſtræ proſpiciat ſaluti clemens eius dignatio: nec vlla poteſt proſpicere cordis humani cogitatio, nec aliquib⁹ effari verbi oris noſtri valet aſſertio. Vitiata enim deniq; in primis ſuis parẽtibus tota ſtirps generis humani & ſempiternę ſolũ obnoxia dãnationi, nullas ea ſe poterat habere vires hanc euadendi, quæ, relicto, immò contẽpto auctore vitæ, ſe ſponte mancipauerat mortis auctori: Et ideo iuſto Dei iudicio, quia iuſtus Dominus.

Pſal. 10 b.

Deus noſter & non eſt iniquitas in eo: æterna iuſte perpeti ſupplicia cogeremur omnes qui in Adam peccauimus, & in ipſo ipſi quoque originaliter lapſi ſumus: niſi Dominus noſter Quemadmodum incomparabiliter iuſtus. Sic ineſtabiliter & pius †. Cum itaque in fouea perditionis proſtrati iaceremus & ſuo merito pereũdum eſſet omnibus, diuina non tulit bonitas ſuum irremediabiliter perire opus: Sed elegit ex ipſa perditionis maſſa quos gratis ſaluaret, & ſua ſolummodo iuſtificaret gratia. Quod cùm tranſactis retro ſeculis multifariam contuliſſet patribus noſtris, huius tamen perfectionis ſummam hac nouiſſima ſeculi ætate dignatus eſt conferre nobis in vnigenito Domino noſtro Ieſu Chriſto, quia vt teſtatur beatus Petrus Apoſtolus, non eſt in alio aliquo ſalus, neque aliud nomen ſub cœlo datum eſt hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Hinc dicit & Coapoſtolus eius Paulus. Omnes peccauerunt, & egent gloria Domini, iuſtificati gratis per gratiam ipſius per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu quam propoſuit Dominus propiciationem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſſionẽ precedẽtium delictorum. Ergo, fratres chariſſimi, quia, tãta gratię Dei, munera gratis accepimus, dignum immo valde neceſſarium eſt nobis ne ei ingrati ſimus, & ne collatam nobis gratiam in aliquo negligamus: Vnde & nos admonet idem Apoſtolus dicẽs: Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Quibus monitis ad omnem Dei mandatorũ obedientia prouocamur, vt quia de maſſa peccati, ſegregati & per fidem vocati ſumus, remiſſionemque peccatorum in Baptiſmo percepimus: digna fidei opera faciamus ne fides per gratiam Dei no-

† Hic deſunt nonnulla.

Iſ. 52. a gratis venundati eſtis & abſque argẽto redimemini.

Act. 4. c

Rom. 3. c

2. Cor. 6. a

Appendix.

bis attributa, ſi fuerit ſine operibus, non ſolùm otioſa, ſed etiam mortua iudicetur: Ac per hoc gratiam Dei in vacuum, id eſt, inutiliter recepiſſe videamur. Dominus namque Ieſus mittens Apoſtolos in vniuerſum mũdum predicare Euangeliũ, precepit eis dicens: Ite docete omnes gẽtes, ndem ſcilicet ſãctę Trinitatis, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: Et addidit, docẽtes eos ſeruare omnia quæcunque mãdaui vobis. In quibus verbis aperte ediſcimus, quia qui fidem recipimus, noſtrãq; illi in Baptiſmo ſpopõdimus ſeruitutem, omnibus mãdatis eius vt obedirẽ ſtudeamus neceſſe eſt, vt dum ea quæ iuſſit, facimus, ad bonorum operum præmia quæ nobis fidelis & qui non mentitur Dominus repromiſit, ipſo auxiliante peruenire mereamur. In ſermone autem Apoſtoli quem in medium deduximus, quo nos hortatur ne in vacuum gratiam Dei recipiamus, gratiam Dei non ſolùm intelligere debemus, fidem quam primùm in Sacramento Baptiſmi percepimus, ſed omnia quæ nobis à Deo donantur bona; ſiue ſint Spiritualia, ſiue ſint ea quæ Paulus Apoſtolus dicit eſſe fructus Spiritus, vt eſt charitas, gaudium, pax, patientia, lõganimitas, bonitas, benignitas, & cætera; ſiue ſint corporalia; In quibus eſt corporis ſanitas, frugum vbertas, auarum ſerenitas, temporum pax & tranquillitas, & his ſimilia eius dona, de quibus ab Apoſtolo cohortamur ne ea inaniter recipiamus. Eius quoque talẽta quę vnicuique noſtrum ſecundũ proprietatem dedit virtutẽ, ne ſine lucro bonorũ operũ retineamus; ſed dum tempus eſt negotiandi in exercendis lucris Dominicis; in his quæ accepiſſe perpendimur, occupemur, ne cum venerit rationem cum ſeruis poſituros & fideles negotiatores remuneraturus; ſi inuenerit nos gratiæ ſuæ talenta, quod abſit, recepiſſe in vacuũ, iure damnatos proiiciat in tenebras infernorũ. Sed potius totis ſtudeamus viribus vt vnuſquiſq; noſtrum pro apportato lucro audire mereatur; Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui: Vbi nos ſecum gaudere concedat ipſe benignus Dominus & Deus noſter. Nunc ergo, fratres, quia ſacros dies ieiuniorum celebramus; ſcire debetis quoniã ſicut corpori vulnerato medicamenta; Sic, & multo amplius, animæ peccatorum vulneribus ſauciatæ medicina neceſſaria ſunt ieiunia; maximéque quia primos parentes noſtros propter Gulã à Paradiſi gaudijs expulſos nouimus, procurandũ nobis eſt, ſi ad ea reuerti cupimus vt per abſtinẽtiam viam nobis illo redeũdi preparemus. Quid autem ſint & quantũ ſacra proſint ieiunia, audiat in breui caritas veſtra ieiunia ſunt gratia Dei primordia, recõciliationis ſacrificia, ſalutis remedia, caſtitatis fundamenta. Hæc vitam imitantur Angelicam, his citantur mentes fidelium, his reficiũtur animæ: per hæc moriuntur culpæ, delentur delicta, his gradibus peruenitur ad cœleſtia, his armis dimicamus contra Diabolum & vincimus exemplo Domini noſtri Ieſu Chriſti qui per ieiunium noſtrum pręliatur contra Diabolum, non quod ille aut ieiunia, aut iſto egeret certamine; Sed vt primùm nos doceret debellare, & poſtea donaret vincere: Certamen igitur Magiſtri ac Domini noſtri agnoſcamus, & ſic certare diſcamus.

Matt. 28.

Gal. 5.

Matth. 25.

Matt. 25. b

Ieiuniorũ dies ſacri.

Geneſ. 3.

Ieiunij vtilitas.

Matth. 4. Continuis xl. diebus ac noctibus ieiunauit, poſtea verò eſuriijt, quod videns Tentator ex Pharetra malitiæ ſuę direxit illi primū ſpiculū gulæ. Quare, inquit, Eſuris? Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Et quid ad iſta Dominus fecit? Clypeum ieiunij prætendit, & ignitum hoſtis iaculum in ipſo extinxit atque cõfregit, dicens: Non in ſolo pane viuit homo, Sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei: Ac ſi diceret; temporalē corporis ſuades ſumere cibum vt æternum & vitalem animæ auferas victum, cùm homo ex anima conſtet & corpore, pri⁹ anima debet refici Dei verbo, & poſtea corpus pane terreno. Hoc intētis auribus audeat qui vere viuere audiat qui vere viuere deſiderat; B hunc panem auidiſſime perquirat, illo animam paſcat dum caro ieiunat. Perſpicimus euidētiſſime quod laqueo gulæ etiam Dominū voluerit Diabolus capere, quoniā eo nouerat ſe primū Adam inuaſiſſe, & ſic per eſum pomi vetiti ſtrangulaſſe: Sed ſecundus Adam, abſtinendo, illius laquei vincula diſſoluit, & nos omnes abſoluit; atque per abſtinentiam, ipſius dolos, nos poſſe vincere edocuit. Nec noua lex eſt abſtinētiæ; hęc quippe data eſt homini poſito in Paradiſo, cùm ei præciperetur à Domino: De ligno ſciētiæ boni & mali, ne comedas; quacumque die comederis ex eo, morte morieris. In huius igitur mādati iuſſione & C eiuſdē trāſgreſſione, poſſum⁹ ſcire, qoantū ſit bonū obſeruatio ieiunij, & cōtra violatio eius, quantum ſit malum. Quādiu interdicto abſtinuit cibo Adam; nec legis fuit præuaricatio, nec infirmitatis quæ antea nō erat, cognitio, nec culpa, nec illecebra, nec labor, nec timor, nec mors, nec terrena meditatio, quæ protinus ſucceſſerunt omnia, poſt quam māducauit de arbore interdicta. Nam mox à Paradyſi beatitudine eiectus, & in hanc quam patimur miſeria eſt, proiectus, vita ſpoliatus, mor-*Geneſ. 3.* talitate veſtitus Vnde & aptum ſibi accepit indumentum ex pellibus mortuorum animalium: Dicit enim ſcriptura: Quia fecit Dominus Adæ & D vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Ecce quomodo Gula veſtit, quomodo nudat, & aufert ornamenta virtutum. Veſtit ignominia vitiorum, ſibi obedientem à facie Dei abſcondit, & vt facti furti conſcium ad latebras mittit, Paradyſi felicitatem claudit, & omnium vitiorū ianuam pandit.

Patres, & gula lapſi ſunt & ieiunijs ſteterunt. Sequentis etiam æui patres, ſi conſideres, per gulā cecidiſſe, & per abſtinentiā ſtetiſſe cognoſces. Sanctus Noë vir ſobrius, mundi pereunte inter vndas diluuij ſeruatus; qui in Archa ſe ſuoſque, necnon & omnes beſtias pecora & ipſas volucres tempe-*Geneſ. 7.* ranter, Domino precipiente, aluit, poſtmodum vi-*Geneſ. 9.* ni poculo intemperātet ſumpto dehoneſtatus eſt, *Geneſ. 19.* & à filio ſuo Cham ludibrio eſt habitus. E Loth nepotē Abrahæ, quē nec Sodomioca ſcelera, nec ipſa vicerunt incendia, vicit gula & captiuum vſque *Exod. 24.* ad inceſti pertraxit contagia. Conſidera Moyſem, *Exod. 33. c* xl. diebus ieiunātem, & ita cum Domino loquen-*Exo. 34. d* tem vt loqui ſolet homo ad amicum ſuum. Atten-*Dan. 10.* de Danielem, qui trium hebdomadarū ieiunium continuauit, & Angelica coloquia promeruit: Cu-*Dan 6.* ius etiam abſtinentia Leonibus induxit ieiunia. *3. Reg. 19.* Helias Propheta in fortitudine vnius panis ſube-*4. Reg. 2.* nericij, cum modico aquæ poculo ambulauit xl. diebus & noctibus, quem in tantum abſtinentia prouexit vt curru igneo in cœlū raperetur. Videa-A mus Ioannē Baptiſtā cuius erat eſca locuſtæ & mel *Marc. 1.* ſylueſtre. Ipſe quoque Dominus Dei filius Deus noſter Ieſus Chriſtus: Vide quomodo te ſuo ieiu-*Matth. 4.* nio docuerit ieiunare & ſacrauērit hoc tēpus quadrageſimale. *Chriſtus ieiunio ſuo ſacrauit tempus Quadrageſimale.* Sicut Tentatorem ſuperauit: ſic te, ſuperare docuit. Quamuis igitur tam magnæ virtutis ſit ieiunium, non tamen puteris illud vobis poſſe ſufficere ſolum niſi duarum emendetur Teſtimonio rerum, aſſiduitate ſcilicet orationum, & largitate Eleemoſinarum. His enim certe alis ſubleuatur ad cœlum. De oratione admonet Apoſto-*Luc. 21. g.* lus: Eſtote, inquit, prudētes & vigilate in oratio-*Matth. 26.* nibus. Et Dominus ad Diſcipulos: Vigilate & ora-*Marc. 14.* te vt non intretis in tentationem. De Eleemoſina B audi qualiter huic coniungatur Oratio etiam ipſa dicente ſcriptura: Abſcondite Eleemoſinam in ſinu pauperis & ipſa orabit pro vobis ad Dominū. Et non ſolùm pro peccatis orat, ſed etiam pec-*Eccl. 3.* cata delet: Sic enim ſcriptum eſt: Sicut aqua extinguit ignem, ita Eleemoſina extinguit peccatū. Habentes ergo à mundi exordio propoſita nobis iſta & alia innumera ſanctorū virtutum exempla: his ſemper exercēdis operam demus, maxime iſto tempore, ieiunijs & orationibus atque Eleemoſinis vacemus: quatenus per hæc à peccatorum purificati ſordibus, ſanctum Paſcha Domini cum ſinceritate mētis & corporis digne celebrare me-C reamur, Præſtante ipſo benigno Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cū Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

In Cœna Domini, de eo quod Chriſtus lauit pedes Apoſtolorum, & de Pœnitentium reconciliatione.

HOMILIA. 4.

NOVIT veſtra dilectio quia Sacratiſſimus omnique deſiderabilis Eccleſiæ annua feriæ Dominicæ temporis recolitur Cœnæ dies. Cuius mirifica ſacramenta, vt noſtra digne queat fragilitas celebrare, atq; de eiſdem, licet tenuiter ſaltem vtiliter, aliquid explicare Caritate veſtra quam ſcimus noſtris non deeſſe optaōs: Verbis de cuius D operibus & verbis ſalutaribus, ad profectum verbum loqui deſideramus, nobis implorandum eſt poſſe. Ergo vt huius diei myſteria perſpicere aliquatenus, & nonnulla pro modulo noſtro valeamus effarij condigne rogemus ſupplices, dicentes cum Pſalmiſta: Cor mundum crea in me Deus. *Pſal. 50.* Itemque: Repleatur os meum laude vt cantem *Pſal. 70.* gloriam tuam. Recitata modo nobis eſt Euangelica lectio, in qua commendatur fidei noſtræ excellens ſuper omnia & ſciens omnia vera filij Dei diuinitas, & aſſūpta pro nobis ac de nobis vera carnis humanitas, & magnæ quā in ſeipſo nobis imitandam propoſuit humilitatis vtilitas. Com-E mēdatur inſuper omnibus illa qua nos nimiū dilexit gratuitæ bonitatis charitas; Qua ille qui morte finiri noſtrā dilectionē finire neſcit: in finē (hoc eſt) vſq; in mortem dilexit nos. Ait itaque Ioannes Euangeliſta: Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit eius hora vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem; cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Paſchæ nomen cùm ex veteri inſtitutione. Ideo ſit dictum quod in eo poſt agni occiſionem. Populus Iſraëliticus ab Ægyptia ſeruitute liberatus, ad primam olim promiſſæ hæreditatis & pacis tranſierit; quia Paſcha, tranſitus dierum, quod tam myſtice ſignauit

uit Euangeliſta ſolerter exprimere ſtuduit. Sciens Ieſus, inquit, quia venit eius hora vt tranſeat ex boc Mundo ad Patrem: hoc ſcilicet his verbis innuens, quod illud Paſcha figuratiuum in quo Agnus ille legalis ſine macula iubebatur immolari eiuſque ſanguine poſtes & ſuper liminaria domorum ſignari vt filij Iſrael ſic ab exterminatore poſſent liberari; verum præfigurauerit Paſcha quo noſter Agnus immo Agnus Dei Chriſtus, ſine macula peccati conceptus, natus & conuerſatus, pro ſalute noſtra eſt immolatus; & ſic, ſuum ac noſtrum Paſcha ſacrauit quando ex hoc Mundo ad Patrem tranſijt. Eius ſanguine ſi poſtes noſtri, anima ſcilicet & corpus; atque ſuperluminare frontis, ſeu intentio noſtræ mentis ſyncere fuerint illiti; à Diabolo exterminatore peſſimo veraciter erimus tuti: Ipſumque caput noſtrum in Caritate imitando; Paſcha, quod ille celebrauit, nos, vſque ad mortem diligendo; & nos membra ipſius fiducialiter, celebrabimus ſi fugientes Ægyptum, id eſt hoc tenebroſum & in ſtabile ſeculum; Hinc ad virtutes ſaluberrimum tranſitum faciamus vt eruditi de poteſtate tenebrarum digni efficiamur ad repromiſſum nobis eius peccatiſſimum Regnum tranſire. Sequitur Euangeliſta: Et cœna facta cum Diabolus iam miſiſſet in cor vt traderet eum Iudas Symonis Scariotis; ſciens quia omnia dedit Pater in manus, & quia à Deo exiuit & ad Dominum vadit, pauliſper conſiderare libet iſtius tranſitus, quanta ſit excellentia. Cum dixiſſet, vt tranſeat ex boc mundo: Addidit, quò, ſcilicet, ad Patrem. Cui videlicet coeternus exiſtit filius, vnius cum eo diuinitatis, æqualis gloriæ & maieſtatis. Cum tamen iſte tranſitus, aſſumptæ ſit humanitatis; item ſubinfert: Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad eum vadit. Omnia, inquit; & bona & mala: Bona, in effectum; mala, in vſum. Vnde Apoſtolus; Nihil, inquit, dimiſit non ſubiectum ei. Hinc & Pſalmiſta longe ante præcinuit dicens; Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Interque omnia, ipſum illi tradidit Traditorem, & eos quibus tradendus erat, & mortem quam paſſurus erat: Sciens igitur ſe omnia in poteſtate habere, ſciens quia à Deo exiit per humilitatem incarnationis, & ad eum vadit per victoriam reſurrectionis: ſurgit à Cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe, deinde miſit aquam in peluim & cæpit lauare pedes diſcipulorum & extergere linteo quo erat precinctus. Hæc licet ſi à Domino geſta ſunt actu corporeo ſpiritali tamen ſcrutanda ſunt intellectu. A Cœna itaque ſurrexit, quia à ſecreta & ineffabili quiete Patris ad nos venit. Veſtimenta poſuit; id eſt, ſemetipſum exinaniuit non vt deponeret quod habebat, ſed vt acciperet quod non habebat. Linteo ſe precinxit dum ad perferendos mortalitatis noſtræ labores formã ſerui induit. Aquam in peluim miſit, & pedes diſcipulorũ lauit, quia aqua quam cum ſanguine de latere ſuo in cruce pẽdens in terram fudit, in ſe credentium immunditiam diluit. Eodem quoque linteo pedes eorum exterſit; quia corporis ſui pro ipſis in mortem traditi & reſuſcitati indumẽto, non ſolùm terrena in eis contagia purgauit, ſed etiam in ſe fidelem ſolidauit. Et quidem ad exemplum humilitatis hoc Dominus hodierna die corporaliter egit; ſed quotidie illud in nobis agere, ſua gratia, ſpiritualiter nõ deſiſtit. Pedes etenim nobis lauat, cùm ſecundum humanitatem pro peccatis noſtris Patrem interpellat, & ſecundum diuinitatem cum Patre eadem nobis donat. Nos quoque ipſius exemplo & mandato cõmoniti, & corporaliter hoc agere, & multò magis ſpiritaliter debemus inuicẽ pedes lauare, hoc eſt, alterutrum peccata dimittere, & pro eiſdem à Deũ dimittẽdis inuicem exorare, ſicut & Apoſtolus admonet. Donantes, inquit, vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet culpam, ſicut & Dominus donauit nobis, ita & nos inuicem. Ad quod exemplum exequendum, & ſi ex cordis noſtri duritia aliquo modo retardamur; Oratione Dominica tamen neceſſario compellimur dum quotidie Deo crebrius dicimus; Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitorib' noſtris. Et hoc non fictè, quod abſit; ſed ex corde fiat, neceſſe eſt, ipſo Domino ſic comminante: Si vos non dimiſeritis hominibus peccata eorũ, nec Pater veſter cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra. Itemq; ſic & Pater meus cœleſtis faciet vobis ſi nõ remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Vt igitur audiuit veſtra dilectio, hæc omnis pedũ lotio noſtrorum peccatorũ eſt purgatio, vnde non incõgrue hac ipſa die, ſicut Eccleſiæ tenet conſuetudo, pœnitentiũ fit recõciliatio. Vt enim ante nos dictum eſt à Patribus cum tanta eſt plaga peccati atque impetus morbi vt medicamẽta corporis & ſanguinis Domini differenda ſint, auctoritate Antiſtitis debet ſe quiſque ab altario remouere ad agendam pœnitentiã & eadem auctoritate recõciliari. Lectum quippe modo eſt; Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi mãducat & bibit non diiudicans corpus Domini, hoc eſt, eum indigne illud accipere qui accipiat eo tempore, quo debet pœnitentiã agere. Vnde mihi ad vos ô fratres, nũc habendus eſt ſermo, Quos mater ſancta preſens Eccleſia noſtro officio hodie reconciliat Deo. Ad vos igitur noſtra, immò Doctoris Gentium Pauli, per nos, iſta ſit exhortatio, vt agnoſcat vnuſquiſq; veſtrũ ex ſemetipſo, ſi reconcilietur vel nõ reconcilietur Deo quàmuis reconciliari eius Eccleſiæ, noſtro videatur miniſterio; & ſciat per quẽ fiat vel quid ſit ipſa reconciliatio. Loquntur beatus Apoſtolus in epiſt. ad Corinth. ſpecialiter, omni autem Eccleſiæ generaliter; Si qua in Chriſto noua creatura, vetera trãſierũt, Ecce facta ſunt noua omnia: Omnia autẽ ex Deo qui recõciliauit nos ſibi per Chriſtũ, & dedit nobis myſteriũ reconciliationis. Diligenter, quæſu, attendite quę ſit iſta noua creatura; & ipſi ſtudete noua eſſe creatura; quia non vetera (quàmdiu manent vetera) Sed noua recõciliat ſibi Deus Pater per Dominũ noſtrũ Ieſũ Chriſtũ, & per eos quibus dedit reconciliationis miniſteriũ: Vetera autẽ ſunt peccata ad veterẽ hominẽ pertinẽtia, Quæ ſunt infidelitas, iniuſtitia, inobedientia, cõcupiſcentia mala, auaritia, rapina, adulterium, homicidium, furtũ, falſum teſtimonium, & quæ idem Apoſtolus ad Galathas enumerat, dicens: Manifeſta ſunt opera carnis; idem, opera peccati: Quæ ſunt fornicatio immũditia, luxuria, idolorum ſeruitus, Veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſentiones, ſe-

Marginalia (left): Ioh. 13. — Pſal. 8. — Ioh. 19.

Marginalia (right): Col. 3. — Dominica oratio cõpellit nos inuicem condonare. — Matth. 6. — Pœnitentium recõciliatio fit in die Cœnæ Domini. — 1. Cor. 11. — Exhortatio ad Pœnitentes Eccleſiæ recõciliandos. — Gal. 5.

ctæ, inuidiæ, homicidia, ebrietas, comeſſationes, A & his ſimilia quæ prædico vobis ſicut prædixi, Quoniam qui talia agunt regnum Dei non conſequentur. Qui ergo ex vobis talibus & his ſimilibus, inuoluti ſceleribus fuerint, & per confeſſionem ac pœnitentiam nequaquam condignam ſatisfactionem egerunt, Sed adhuc in hac vetuſtate perdurant; non ſe à nobis reconciliari poſſe exiſtiment niſi prius veterem hominem cum actibus ſuis nunc cum eratis expolient & nouum induant, & ipſe in eodem nooo bomine, id eſt, in Chriſto; noua creatura, id eſt, noui homines per pœnitentiam. Fiant ſicut dudum per Baptiſmum

2.Cor.5. facti fuerant, vt boc Apoſtoli dictum illis meritò conueniat: vetera tranſierunt ecce facta ſunt B noua omnia. Si igitur condignam Deo pœnitentiam obtuliſtis de præteritis, & ſi hæc eadem vlterius admittere non vultis; Sed cum Dei gratia & adiutorio, in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate perſeuerare deſideratis: tunc ſcire poteſtis quia noxia vetuſtate exuti noua creatura facti eſtis, & vere Deo reconciliamini per Chriſtum & per nos quibus dedit miniſterium reconciliationis: Et ita gaudentes, Apoſtolum ad vos & de vobis dicentem audietis: hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. Si autem, vt diximus, alter eſt; nemo C veſtrum ſe fallat, nemo ſe ſeducat, oemo circunueniat: Non enim poteſt Deus ſicut homo, vllis decipi fraudulcotiis, clamante omnibus Apoſto-

Gal.6. lo: Nolite errare, Deus non irridetur; Qui enim peccando factus eſt ei inimicus, niſi ſatisfaciendo non poteſt reconciliari vt fiat amicus. Reconciliatio namque eorum eſt, qui antea inimici fuerunt: Conciliantur enim amici; reconciliantur inimici. In reconciliatione autem veſtra, noli-

Epiſcopi nō auctores, ſed miniſtri reconciliationis pœnitentium. te nos Epiſcopos attendere vt auctores, ſed vt miniſtros. Nam quis ſit auctor, manifeſtat nobis idem, egregius Gentium doctor: cùm enim dixiſſet; Ecce facta ſunt noua omnia; addit: Omnia D autem, id eſt, inuocationis genera. Ex Deo qui reconciliauit nos ſibi per Chriſtum. Ecce per quē fit recōciliatio, ſcilicet per Chriſtum qui eandem nobis procurans per ſuam paſſionem rediit ad premium. Sed ne imperfectum remaneret, quod procurauerat, & quoniam ipſe quidem corporalem pœnitentiam ab eis abſcondebat, quibus ſecundum diuinitatem dignatus erat polliceri; Ec-

Matth.28. ce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem Seculi: dedit Apoſtolis ſuis, nobiſque eorum ſucceſſoribus poteſtatem ligandi atque ſoluendi in cœlo & in terra; Quam po-

2.Cor.5. teſtatem ſoluendi; vocat Apoſtolus miniſterium reconciliationis. Ideoque quia vices Chriſti agi-

Abſolutio viſibilis et inuiſibilis. mus, quos ille inuiſibiliter abſoluendo, dignos ſua reconciliatione iudicat, nos, viſibiliter reconciliādo per officium noſtri miniſterij abſoluimus: Eos verò qui funibus peccatorum ſuorum, ante Dei conſpectum, adhuc tenentur abſtricti; Nos quomodo abſoluere poſſumus? Nam quamuis Deus, ſicut dicit ſanctus Leo Papa ſic ſuę bonitatis præſidia ordinauerit, vt indulgentia ipſius niſi ſupplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri, quia Mediator Dei & hominum Dominus Ieſus Chriſtus, hanc Eccleſiæ præſulibus poteſtatem tradiderit, vt & confitentibus ſanctionem pœnitentiam darent; & eoſdem, ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem ſacramentorum, per medicinam reconciliationis admitterent: huic tamen operi inceſſabiliter ipſe ſaluator interuenit, nec vnquam ab his abeſt quæ miniſtris ſuis exequenda commiſit. Quæ à nobis dicta ſint ad cautelæ veſtræ ſtudium, non vt vobis iniiciamus laqueum. Si enim inter vos aliqui ſunt, quod abſit, qui ſe hucuſque pœnitentiam agere ſimulauerint potius, quàm verè egerint; neque iſtis de Dei miſericordia deſperandum eſſe dicimus ſi hodie etiam ad ipſum ſaltem ex toto corde conuertantur, apud quem nullas patitur moras vera conuerſio, dicen-

B te ſpiritu Dei per Prophetam: Cum conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Et alibi: Dic tu iniquitates tuas prior vt iuſtificeris. Itēque; Quia apud Dominum miſericordia & copioſa apud eum redemptio. *Ioel.2. Iſa.43. Pſal.129.*

Denique multiplex miſericordia eius, ad expiationē criminum, multiplices fructus nobis pœnitentiæ contulit: Non enim tantum ſimplici. Illo pœnitentiæ nomine ſalus æterna repromittitur: De quo Apoſtolus Petrus; Pœnitemini igitur & conuertimini vt deleātur peccata veſtra. Et Iohannes Baptiſta; Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum: Sed etiam fit abſolutio peccatorum per Caritatis affectum, per *Act.3. Matth.3. Luc.3. Medicina multiplex contra peccata.*

C Ælemoſinarum fructum, per profuſionē lachrimarum, per confeſſionem criminum, per cordis & corporis afflictionem, præcipueque per morum emendationem; interdum etiam per ſanctorum interceſſionem, per indulgentiam quoque ac remiſſionem noſtram qua peccantibus in nos dimittimus. Quibus omnibus modis aboleri poſſe peccata diuina, teſtis eſt ſcriptura. Cum ergo indulgentiæ aditus nobis ſalutares, Dei noſtri potētia ineffabilis patefecerit; Quis miſer, miſericordiam & ſalutem deſiderans, deſperatione aliqua frangatur, cùm ad veniam, etiam multiplicibus remedijs, innitatur? Oportet igitur dum tempus

D eſt, nos per hæc, & his ſimilia, ad penitentiam accedere cum omni fiducia, & ex fide credere indubitanter, pœnitentia iiſiſque modis relaxari poſſe peccata, quia Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat, ſicut ipſe dicit in Euāgelio: Venit filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat. Si enim ille qui eſt ſcrutator cordium & renum, proſpexerit noſtrum Spiritum cōtribulatum: gratum ſibi acceptabit ſacrificium, quia non ſpernit cor contritum & humiliatum. Ipſe enim vt doceret, his mediis, à morte ad vitam nobis fore redeundum; ante ſuam paſſionem *Ezech.18. Luc.19. Pſal.50. Ioh.11.*

E Lazarum ſuſcitaturus, qua triduanum; fleuit mortuum, infremuit Spiritu, & volens turbauit ſeipſum vt nobis ſignificaret quomodo flere, fremere, & turbari debeamus, cum peccatis mortui, eorum nimia mole premimur; ſi reuiuiſcere deſideramus. Benignus igitur Deus qui iuſſit à Lazaro remoueri lapidem, & ſic demùm Patri gratias agens cum magna voce clamauit, & viuificauit; qui eſt reſurrectio & vita: A nobis grauem peccatorum molem remoueat; noſque omnes ad gloriam ſuam, occulta intus gratia, viuificare, & reſoſcitare dignetur. Qui cum Coæterno Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

In

In Cæna Domini, de ſacrificio Abraha & Iſaac.
Homelia. 5.

INTER quotidiana, ſcripturarum ſtipendia, quibus veſtræ mentes, reficiuntur, fratres me, meditando in lege mandatorum Dei, die ac nocte, vnum ex maioribus ferculis caritati veſtræ por i-gam cyatum, vt in hac tanta celebritate feſtiuum habere poſſitis conſortium Cyatum autem ſpondeo, quia fialam propinare nequeo: Per fialam quippe doctrina exuberans, per cyatum verò parua ſcientia demonſtratur. Si ergo modicitate cenſus mei intrare in ſanctuariũ Dei nequeo, propterea mitius tacebo. Seruus namque qui vnum ta-

Matt. 25. B lentum acceperat, ideo damnatur quia illud ad erogandum non dederat ſane huius Dominicæ cenæ veneranda ſolemnitas præter ea que Chriſtus corporali pœnitentia exibuit: multis ante legem, multis ſub lege reſulſis miſteriorum oraculis.

Gneſ. 21. Quid eſt, fraters mei, quod iam ſenex Abrahã, qui pater excelſus; Iſaac filium, Qui riſus interpretatio, genuit; Niſi quia ſeneſcente, iam mundo Pater de Cœlis filium ſuum in terris pro redemptio-

Gneſ. 22. ne humani generis naſci voluit Ahraham, Iſaac filium ſuum ad immolandum Deo obtulit; Quapropter, vnigenitum filium ſuum pro nobis omnibus tradidit: Et ſicut Iſaac, ipſe ſibi ligna portauerat quibus erat imponendus; C Ita & Chriſtus geſtauit in humeris lignum crucis ſuæ in quo erat crucifigendus. Sed illud quod figuratum eſt in Iſaac, tranſgeſtum eſt ad arietem: Cur? quia Chriſtus ipſe Ouis, ipſe Filius, ipſe Agnus: Filius quia natus, Aries quia immolatus. Sed quid eſt quod in vepribus berebat Aries ille? Crux cornua habet: ſic enim duo ligna compinguntur ſecum, & ſpecies, crucis redditur; Vnde & ſcriptum eſt de eo;

Abac. 3. Cornua in manibus eius. Cornibus ergo hærens aries, crucifixum Chriſtum ſignificabat: vepres autẽ ſpinæ ſunt, & Spinæ, Iniquos ſignificãt & peccatores, qui ſuſpẽderunt Dominũ in cruce. Quod autem Aries occiſus eſt, & Iſaac occiſus non eſt; D ideo factum eſt, quia Iſaac, figura & non veritas, erat; Erit in eo deſignatũ eſt quod poſtea in Chriſto complectum eſt. Beatus enim Presbiter Hieronimus ſcribit quod ibi oblatus eſt Iſaac vbi poſtea, crucifixus eſt Chriſtus, cuius paſſio noſtra eſt redemptio, noſtra eſt ſalus, & liberatio, Quam dignè celebrantes, myſteriorum buius Dominicæ cœnæ, ipſe de quo loquimur, nos capaces & conſortes efficiat Ieſus Dominus noſter, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit in ſecula ſeculorũ, Amẽ.

In Cœna Domini: de non procraſtinando in agenda Pœnitentia. HOMELIA. 6.

Hebr. 5. QVIA, Fratres mei, de his eſtis, ſicut ait Apoſtolus, quibus lac opus ſit, non ſolidus cibus: Ideo ruſtico ſermone vos alloquimur, vt ſi myſteria ſecretorum capere non poteſtis; ſaltem vel minima cibi cœleſtis, in ventris memoria reponatis. Et quia hæc Dominicæ cœnæ ſacra feſtiuitas multa in ſe haber myſteria; Ideo ſpecialiter in ea, pœnitentibus, confugium vnicum videtur eſſe ad Dominum. Et non ſolùm publicè pœnitentibus, ſed etiam omnibus Chriſtianis; quia licet nos in aperto à ſe Eccleſia non abiecerit ſicut

Appendix.

A illos, tamen omnis vita Chriſtiani ſemper in pœnitentia, & compunctione debet conſiſtere. Nemo enim immunis à ſorde, nec infans ſi ſit vnius diei vita eius ſuper terram. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, vt ait Apoſtolus; Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Tribus namque modis, vt Beatus vt capitalia crimina damnantur, & minuta iugiter redimuntur, attentius cogitemus quam ſi quandiu viuimus cum bonis operibus agimus, plenam nobis ſecuritatem de Dei miſericordia pelliceinur. Cum enim omnes homines pœnitentiam velim in fine vitæ ſuæ accipere, vix paucos videmus eam, ſecundum quod deſiderant, adipiſci. Quanti enim qui ſe ad extremum

Chriſtianorum tota vita debet in pœnitentia conſiſtere.
Iob. 25.
Rom. 3.

B vitæ ſuæ pœnitentiam accepturos eſſe credebant, aut ſubita ruina oppreſſi ſunt, aut ſorte naufragio demerſi, aut ſanguinis ictu, vel illa infirmitate quę Apoplexia dicitur idem, neruorum contractio, ita percuſſi ſunt vt non ſolùm pœnitentiam petere, ſed etiam ſignare ſe aut orationem Dominicam dicere, omnino non poſſent. Cum verò tantis caſibus fragilitas bumana ſubiaceat, nimis periculoſa eſt deſperatio vt non in longa tempora ad agẽdam pœnitentiam reſeruemus, qui vnius diei vitam in poteſtate babere non poſſumus. Et ideo cũ timore & tremore audiamus Dominum dicẽtem per Prophetam: Et pia nos adhortationem monẽ-

Pauci in exitu pœnitentiam accipiunt.

C rem: Noli tardare conuerti ad Dominum. Et vt hoc obtinere, Deo auxiliante, poſſimus; iugiter ſupplicemus, vt nobis pius Dominus, inſpirare dignetur, omnia mala velociter fugere, & ea quæ bona ſunt infatigabiliter exercere, res alienas non concupiſcere, capitalia crimina non admittere, minuta peccata ſine quibus eſſe non poſſumus, per indulgentiam inimicorum & Elæmoſinam pauperum indeſinenter redimere, & ſecundum vires noſtras, ieiuniis, vigilijs & orationibus, cum perfecta caritate frequenter inſiſtere; infirmos viſitare, in carcere poſitos requirere, peregrinos excipere, & eis humiliter pedes abluere: Nec ſolùm

Eccl. 5.

D ipſi pacem cum omnibus cuſtodire, ſed etiam illos qui diſcordes ſunt ad concordiam reuocare. Si nos tantis operibus fideliter occupatos dies tranſitus noſtri, inuenerit; ſicut iam dixi, Etiam ſi in bora mortis noſtræ pœnitentiam accipiamus; ſecuri de hac luce migrabimus: & non ſolùm pœnas euadere, ſed etiam ad æternam vitam poterimus donante Domino feliciter peruenire.

Ad publice pœnitentes, vt ſeriò pœnitentiam agant: Ad cæteros verò, de eorum reconciliatione, gratias Deo. HOMELIA. 7.

E DEVS omnipotens Iuſtus & Miſericors, qui ineſtimabili pietate bominem perditum; opprohria & contumelias, & ad vltimũ, mortem ſuſtinẽdo; reformauit vitæque reſtituit. Et ad cœli palatia tranſuexit: ille ſcrutator cordium & renum, intrinſecus corda noſtra inſpicit, & diuinitatis ſuæ potentia conſiderat ſi per lamenta pœnitẽtiæ, illi ſatisfeciſti; Nos autem qui puri bomines ſumus, tantummodò facies intuemur. Vnde ſaluti veſtræ conſulentes hortamur vt ſi quis verum ficte pœnitentiam accepit, aut pœnitere diſſimulauit; ad reconciliationis ſacramentum nullatenus accedere præſumat; Sed magis ſordes ſcelera

A diluat ſontibus lachrymarum cæterarũque operibus virtutum. Si verò quantùm humanæ fragilitati ſcire permittitur, digne pœnituiſtis; & deinceps ne talia facere velitis, tota mentis contritione promittitis, dexteras manus veſtras in ſublime extendit vt ab hinc cœleſtem conuerſationem, & vitam Deo dignam gerere oſtendatis. Omnes verò, in commune, Deum laudare, benedicere & glorificare debemus; qui eos quos inuidia Diaboli, diuerſorum fœdauit contagione vitiorum & quaſi ſuos hactenus habuit; nunc iam per Pœnitentiam mundatos, & intra ſinam Eccleſiæ reuocatos videmus, illius reuera dono ac aſpiratione, qui vult omnes ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. *1. Tim. 2.* B Vnde oportet, Fratres, vt magis, magiſque ſemper Domini timoré præ oculis habeatis, qui vos velut pius Paſtor ad paſcua vitæ cœleſtis inuitat & remunerare deſiderat, per omnia illi gratias agentes, & obſecrãtes, vt de preteritis male actis, veniam vobis tribuat & de futuris cautelam concedat, Ieſus Chriſtus Dominus noſter, cuius honor & gloria manet per omnia cuncta ſecula.

In die Cœna Domini, ad Clerum, Plebem, & publice Pœnitentes. HOMELIA. 8.

Cœne Dominica Sacramenta. & metuenda ſunt et deſiderãda

QVIA metuanda pariter & deſideranda Dominicę Cœnę Sacramenta celebramus, Fratres chariſſ. hæc nos digne exequi poſſe minimè credimus, niſi veſtris orationibus fulciamur. C Et metuenda ſunt quidem quia Sacramentorum tam magnifica myſteria, ab indignis tractantur; Deſideranda verò, quia in his tutiſſimum noſtræ ſalutis ſperamus habere ſuffragium. Spem veniæ peccator accipit, captiuitas ſuperata recedit; Et de conuerſis peccatoribus, gaudium eſſe in cœlo coram Angelis Dei, veritatis voce incantantes nouimus. *Luc. 15.* Licet enim in nobis non ita exuberans inueniatur doctrina, vt meritò æqui parari valeamus, homini patri familiâs qui profert de Theſauro ſuo noua & vetuſta; *Matt. 13.* D noua ſcilicet, de ſuauitate Regni; Vetuſta, de terrore ſopplicij: tamen quantulum cũmque ſupernę dulcedinis hauſtum Domino inſpirante guſtantes, libauimus ipſum Caritatis veſtræ mentibus, & tanquam fidiſſimis nommularijs infundimus, Quià Dominicæ diſpenſationis pecuniam veſtræ edificationi creditam, dictis & operibus exercere valetis. *Matth. 25.* Sed quoniam legiſlator Moyſes. *Exod. 33.* Cum quo loquebatur Deus velut homo ad amicum ſuum, conſilio indiguit iettro cognati ſui: Et Paulo Apoſtolo qui vſque ad tertium cœlum raptus fuiſſe dinoſcitur, *2. Cor. 12.* ob humilitatis cuſtodiam datus eſt ſtimulus carnis ne magnitudine reuelarionum extolleretur: E non ab re veſtræ caritati ſuggerimus, & ſemper ante oculos habere monemus (quanquam induſtriæ veſtræ non ignutum eſſe credamus) Quodquidem Sapiens ſalutaribus breuiter edocuit verbis; *Eccl. 7.* in omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum nó peccabis. Duæ namque ſunt mortes in vno quoque noſtrum; vna videlicet animæ per peccatum; Et altera corporis propter peccatum ad pœnam peccati: vero animæ eſt, quando Deus illam deſerit ob multitudinem peccatoris; & mors eſt corpori, quando ab anima deſeritur. *Corporis & animæ mors & reſurrectiõ.* Et duæ ſunt reſurrectiones; vnam animæ in Ec-

A cleſia per verbum filium Dei, quando per gratiam eius reſurgit à morte iniquitatis: Et hæc eſt reſurrectio prima; quam qui habet, in ſecunda quæ eſt corporis, feliciter reſurget in vitam æternam per Verbum Dei carnem factum filium hominis qui accepit poteſtatem iudicium facere: *Reſurrectio prima et ſecunda. Apoc 20. Ioh. 5.* Quod iudiciũ in fine ſeculi erit, & ibi non erit reſurrectiò animarum ſed corporum. Petamus igitur corde contrito & humiliato cum lachrymis, bonis operibus ſuffragãtibus, nos ſuſcitari à morte animæ in præſenti vita vt viuamus in Chriſto; & vt reſurgentes corpore in fine ſeculi æteroaliter viuamus cũ Chriſto, *Pſal. 94.* habeamus ſedulò ante mentis oculos, horã exitus noſtri de corpore; B perueniamus Dei faciem in confeſſione peccatorum noſtrũm, & lachrymis, & bonis operibus, indulgẽtes his qui in nos peccauerunt, vt indulgentiam peccatorũ noſtrorum obtinere poſſimus apud Dei miſericordiam; & non negligamus bona quæ nunc agere poſſumus, quia exuti corporibus, poſteà, bona vel mala gerere non poterimus: ſed pro his quæ in iſto ſeculo egerimus, cõdignam remonerationem in illo accipiemus ab eo qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Vos etiam Sacerdotes qui per ſingulas parrochias veſtræ ordinationis gregi dominico preeſtis; admoneo vt mecum forma & exemplum bene viuẽdi ſitis omnibus vobis ſub- C iectis, dicente Domino: Sancti eſtote, quoniam ego Sanctus ſum dicit Dominus Deus veſter. *Sacerdotes per ſingulas parrochias præfecti gregi Dominico. Leu. 11. 19. & 20.* Porrò ſi quem libet veſtram remordet alicuius perpetrati facinoris conſcientia, qua fronte poteſt redarguere quem libet in ſimili cõuiue prolapſum? Quocirca præ oculis habere debemus increpationem illam quæ diuini voce per Pſalmiſtam Sacerdotibus peruerſe viuentibus dicitur; Quare tu enarras iuſticias meas & aſſumis Teſtamentum meum per os tuum? *Pſal. 49.* Vnde, Fratres, omni cuſtodia muniamus cor noſtrum petentes Domini miſericordiã, vt cum omni ſimplicitate & modeſtia, atq; puritate mẽti. & corporis noſmetipſos rogamus, D plebemque nobis commiſſam pabulo diuinæ exhortationis paſcamus; Et quidquid exceſſerint, digna emendatione & monitione corripiamus, ne illud incuramus Propheticum: Si, inquit, adnunciaueris iniquo iniquitatem ſuam, animam tuam liberaſti. *Ezech. 33.* Si autem nõ adnũciaueris, ille quidem in iniquitate ſua morietur; ſanguinem verò eius de manu tua requiram: ſed potius audire mereamur; Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui, *Matth. 25.* hoc poteſt etiam tradi quod Heli Sacerdos qui non corripuit filios, morte mulctatus eſt; *1. Reg. 4.* E ipſi quoque filij eius mortui ſunt, & Archa Dei capta eſt, & hoc Sacerdotio poſteritas eius priuata eſt. Phinees ècontra quia zelo Dei accenſus, fornicarios peremit; *Num. 25. Pſal. 105.* Sacerdotio Domini voce, functus eſt in æternum. Prius & miſericors Dominus ſciens infirmitatem generis humani ſine qualibuſcumque peccatis preſenrẽ vitam non poſſe tranſigere, talia medicamenta dignatus eſt prouidere quæ non ſolùm diuites, ſed etiam pauperes abſque vlla excuſatione poſſent peccatorum ſuorum adhibere vulneribus. Quæ autem ſunt iſta medicamenta? Illa vtique duo de quibus Deus dixit; Date & dabitur vobis, Dimitite & dimittetur vobis. *Luc 6. Matt. 11.* Date & dabitur vobis, pertinet

pertinet ad Eleemoſinam quę datur eſurientibus, nudis atque captiuis: Dimitite & dimitetur vobis; pertinet ad Eleemoſinam per quam indulgetur omnihus inimicis, dicente Domino; *Matt. 6.* Si dimiſeritis hominibus peccara eorum, & Pater veſter cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra. Satis delicate nobiſcum agitur, quando in poteſtate noſtra datur qualiter iudicemur in die Iudicij. *Iniurias eſſe condonandas.* Si enim dimiſeritis, inquit, dimittetur vobis: Si non dimiſeritis non dimittetur vobis, ſed dicit aliquis; Nó poſſum indulgere inimicis meis: Cui nos reſpondemus; Si non habes peccatum quod tibi indulgeat Deus, non debes indulgere proximo tuo. Si verò incomparabiliter plus peccaſti tu Domino, quam in te peccauerit homo; quare iubente Domino nó dimittis parum, vt tibi Dominus dignetur dimittere multum? cum grandi timore, conſideranda eſt illa terribilis & metuenda Dei noſtri ſententia quam ſeruus ille crudelis audire meruit: *Matt. 18.* Serue male omne debitum dimiſi tibi quoniam rogaſti me, Nonne ergo oportuit & tu miſereri cóſerui tui ſicut & ego tui miſertus ſum? Et quid poſt hæc? tradidit eum tortoribus donec redderet vniuerſum debitum, & vt hæc, etiam tardioribus, inſumaret, adiecit: Sic & Pater meus cœleſtis faciet vobis ſi nó remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo & de cordibus veſtris. Nam qui hæc implere voluerit, ipſe ſibi ianuam diuinæ miſericordiæ clauditquia quælibet reliqua opera quæ quiſque fecerit, omnia euacuabuntur. Si in eo caritas veſtra non fuerit quæ non ſolùm amicos, ſed etiam vſq; ad ipſos perueniat inimicos: Non enim mentitur *1. Cor. 13.* Apoſtolus Paulus in quo Chriſtus loquebatur: Si diſtribuero, ait, in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meũ ita vt ardeã: Caritatem autem nó habuero, nihil mihi prodeſt Et quia radix omnium malorum, eſt cupiditas, & radix omnium bonorum eſt caritas. Debet ergo vnuſquiſque à ſe eradicare quod malum eſt, & inſerere in ſe quod bonum eſt. Itaque qui per odiũ & iracundiam, radicem in ſe caritatis extinxerit, nihil in eo, vnde ad æternam vitam perueniat remanebit. Ille verò qui ſupradicta mala in corde ſeruat, & credit ſe multa Eleemoſinis peccata ſua poſſe redimere, *Matth. 5.* audiamus de eo Dominũ in Euangelio dicentem: ſi offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offerens munus tuum; ſententia iſta euidenter oſtendit, quod ſacrificium offerre vel Eleemoſinas facere nihil proderit niſi prius recóciliatio præceſſerit inimici. Nam quod etiam orationé noſtram Dominus non velit audire ſi odium voluerimus in corde ſeruare, ipſe in Euangelio dixit: *Ioh. 14.* Qui habet mandata mea & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Et iterùm: Quid prodeſt, quod dicitis mihi; Domine, Domine; & non facitis quæ dico? Quæ ſunt iſta quę Dominus ſpecialiter ſe dixiſſe aſſeruit? Vtique illa quæ ad pacem & concordiam pertinent. *Matt. 5.* Diligite, inquit, inimicos veſtros, Benefacite his qui oderunt vos. Et illud: *Ioh. 14.* Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Et illud; In hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli ſi dilectionem habueritis ad inuicem: Non enim tam res noſtras quã nos ipſos deſiderat Deus; & quia nos ſcit multum amare terrenam ſubſtantiam, ideo vult ſibi offerri quod amamus, vt ſecũſum illius præceptum vbi præceſſerit theſaurus noſter illuc ſequatur & cor noſtrum. *Matth. 6. Luc. 12.* Quis non contremiſcit illam, Beati Ioannis ſententiam; Qui, inquit, fratrem ſuum odit homicida eſt. Et iterùm; qui dicit ſe in lumine eſſe & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt vſque adhuc, & neſcit quò eat quoniam tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Vt autẽ hæc quæ ſupra diximus, plenius & euidẽtius poſſitis agnoſcere; Scitote veraciter quia nullus homo poteſt Dei miſericordiam promereri. Qui caritatis præcepta contemnit, aut inimicis ex toto corde non vult indulgere. Ad hoc enim pertinet quod Paralyticus ille qui in Euangelio curatus à Domino deſcribitur, *Ioh. 5.* triginta & octo annis iacuiſſe in infirmitate refertur. Duo enim, minus habuit à quadraginta; Quadragenario ſiquidem numero curſus vitæ noſtræ, & conuerſatio noſtra myſtice deſignatur: *Quadrageſimalis ieiunij myſterium.* Et ideo ante Paſcha, Quia preſentem vitam ſignificat xl. dierum ieiunium obſeruamus, vt Paſcha, quod æternæ vitæ imaginẽ habet cum gaudio celebrare poſſimus. *Exod. 34. 3. Reg 19.* Moyſes xl. diebus ieiunauit, Helias verò eundem numerum ieiunando compleuit, & Dominus ac Saluator noſter, nihilominus quadragenarium ieiunium conſecrauit, & in Heremo Paulus Iſraeliticus quadraginta annis eſt demoratus. Poſtquàm meruit de Ægyptia ſeruitute liberari: Languidus ille de quo in Euangelio legimus qui triginta & octo annis in infirmitate iacuit, typum generis humani habere videtur, habens duo minus à quadragenario numero. Quę ſunt iſta duo, niſi duo præcepta caritatis; Dilectio videlicet Dei & dilectio proximi? Quæ duo talia ſunt vt ſine ipſis reliqua nihil poſſint. Sane qui hæc duo in quibus tota lex pendet & Prophetæ, non habuerit; Languidus Paralyticus iacet, venit autem Chriſtus per gratiam ſancti Spiritus exhibuit nobis iſta duo. Denique & pro illo qui inciderat in latrones, duos denarios dedit; *Luc. 10.* & apud Samaritanos, duos dies tranſegit vt in eis *Ioh. 4.* charitatem Dei & proximi confirmaret. Et vidua illa in typo Eccleſiæ, duo æra miſit in Gazophilatium, *Marc. 12. Luc. 21.* & Dominus ad predicandum bipertita caritate binos diſcipulos deſtinauit: *Marc. 6. Luc. 10.* Iſta enim duo, ante aduentum Chriſti, humanum genus habere non meruit. Quid ergo huic Paralytico Dominus dixerit, audiamus: Surge, tolle grabatum tuum: Iſta duo languidus ille minus habebat. Quid enim eſt ſurge, niſi Dominum dilige? Omnis enim qui Dominum diligit, cor habet ſurſum. Et quid eſt, tolle grabatum; Niſi dilige proximũ? Cur autem proximi dilectio per grabatum deſignetur, Apoſtolus dicit: *Gal. 6.* Inuicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Ergo ſi præuentus fuerit in aliquo frater tuus, portetur à te. Et ſi tu preuentus fueris, ſuſtineat te. Vt hæc igitur obtinere poſſimus profuſis imploremus precibus, vt Caritas dei quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris; nó ex nobis, ſed per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis; in nobis iugiter permaneat donec cótemplationis diuinæ viſionis illæſos aſſiſtere faciat. Rogo vos vt diligentius conſideretis, & quantùm poteſtis expaueſcatis vel caueatis, ne vobis ille crudelis humani generis inimicus. Ita ſubripiat, quomodo ſolet incautos & negligentes, iniqua

calliditate decipere. Nam aliquibus homicidis, raptoribus & adulteris incestuoſis & ſacrilegis, vanam ſecuritatem ingerit, vt cùm crimina quotidiana committant, putent, quod Deus corruptorum iudicium more, pecuniam accipiat, & peccata dimittat. Accipit plane Deus pecuniã, & Eleemoſinis delectatur; ea tamen ratione vt vnuſquiſque peccator quando offert Deo pecuniam, offerat illi & animam ſuam. Quænam, fratres, iuſtitia eſt, vt aliquis criminoſus pecuniã ſoam per Eleemoſinam Deo offerat, & animam ſuam diabolo per iniqua opera tradat? In pecunia imaginem Imperatoris offert Deo, & in ſeipſo imaginẽ Dei tradit Diabolo; Cùm Dominus dicat in Euangelio: Reddite quæ ſuot Ceſaris Ceſari, & quæ ſunt Dei, Deo. Quomodo in nummo imaginem Ceſaris, ſic in vobis ipſis reddite Deo imaginem Dei. *Peccanti nil prodeſſe Eleemoſynam.* Nam quàm libet largas Eleemoſinas aliquis tribuat, ſi capitalia crimina non declinat, timeo ne falſa temeritate deceptus, & pecuniam perdat, & peccatum non redimat. Aliud eſt enim mutare vitam, aliud tolerare vitam. Mutare vitam, eſt à *Minuta peccata Eleemoſinis redimũtur* capitalibus criminibus abſtinere: Tollerare, eſt, minuta peccata ſine quibus eſſe non poſſumus, Eleemoſina quotidiana redimere. Nam qui ſubſtantiam ſuam tribuit Deo, & animam ſuam offert *Eccl. 34.* inimico, impletam in eo quod ſcriptum eſt: Qui baptiſatur à mortuo & iterum tangit mortuum, Quid proficit lauatio eius? Quam rem Apoſtolus *2. Petr. 2.* Petrus exprimẽs ait; Canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota in volotabro luti. Quod & ipſe Dominus in Euangelio confirmat; Ecce ſanus factus es, iam noli peccare ne deterius aliquid tibi contin- *Eccl. 19.* gat. Quod denuò Salomon conteſtatur & clamat: Fili, peccaſti: ne adijcias iterum; Sed & de priſtinis deprecare vt tibi remittantur. Quam rem non de minutis peccatis, ſine quibus eſſe non poſſumus; ſed de capitalibus criminibus dixiſſe manifeſtum *Geneſ. 7.* eſt. Duo namque iudicia in ſanctis ſcripturis legi- *1. Petr. 3.* mus; vnum per aquam in diluuio, quod præſignauit baptiſmum in quo ab omnibus peccatis D mundati ſumus: & aliud quod futurum eſt per ignem, quando veniet Deus ad iudicium; De quo *Pſal. 46.* Pſalmiſta ait: Deus manifeſtè veniet, Deus noſter & non ſilebit: ignis in conſpectu eius ardebit, & in circuitu eius tẽpeſtas valida: vt tempeſtas examinet, quos ignis exuret. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis ac Spiritus, & nec ab æ- *Ignis trãſitorius.* terno, quod abſit; nec ab illo igne tranſitorio exuramur: De quo igne iudicij Dei Apoſtolus ait; *1. Cor. 3.* Vnius cuiuſque opus quale ſit ignis probabit: *Ignis purgatorius.* Quod de igne purgatorio eum dixiſſe nõ eſt dubitandum. Quem ignem alter impij ſentient, alter E Sancti, aliter Iuſti. Impij ſiquidem de illius ignis cruciatu, ad perpetuas ignium flammas detrudẽtur. Sancti verò qui ſine omni peccatorum macula, in corporibus ſuis reſurgent; quia ſuper fundamentum quod Chriſtus eſt, aurum, argentum, & lapides precioſos, id eſt, Senſum fidei lucidum, Eloquium ſalutis clarum, opera precioſa ædificauerunt, tanta facultate illi igni præualebunt, Quantà integritate fidei & dilectionis Chriſti in hac vita cuſtodierint præcepta. Erunt ergo quidem iuſti minutis quibuſdam peccatis obnoxij; Qui ædificauerunt ſupra fundamentum quod eſt Chriſtus, fenum, ligna, ſtipulam; quæ ſignificant

A leuium peccatorum diuerſitatem, à quibus non digne adhuc expurgati inuenientur cùm cœleſtis ciuitatis gloria digni inuenientur. Illo quoque tranſitorio igne, & toto extremi Iudicij die completo; vnuſquiſque ſecundùm modum meritorum, aut damnabitur, aut coronabitur. Illum ergo diem, fratres chariſſimi, tota intẽtione cogitemus, vitam corrigemus, mores mutemus, mala tentantia reſiſtẽdo vincamus, perpetrata autem fletibus puniamus. Aduentum namque æterni iudicis tanto ſecuriores quandoque videbimus, quantò magis nunc diſtrictionem illius timendo præuenimus. Quid enim prodeſt illi qui ieiunat ſuper peccata ſua, & iterum ambulans in ea, hæc eadem fa- B cit? vnde magnopere liberandum eſt, vt ſi bona quædam aliquando inchoauimus, digna perſeuerantia in eis permaneamus, dicente veritate: Qui *Matth. 10. & 24.* perſeuerauerit vſque in finem; ſubauditur; In bonis operibus; hic ſaluus erit. Eatenùs præterea, mala dignis fletib⁹ puniamus; vt à futuris, ipſo nos cuſtodiente qui nõ dormitat, in æuum caueamus; quo ante eius conſpectum ſinceri & ſine offenſa, (iuxta Apoſtolum) valeamus aparere. Eò pertinet quod dictum eſt; Beati quorum remiſſæ ſunt *Pſal. 31.* iniquitates, Et quorum tecta ſunt peccata. Et Pau- *Rom. 4.* lus dicit fidelibus; Mortui enim eſtis, & vita ve- *Col. 3.* C ſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Domino. Viuẽtes cum bonis operibus in actiua vita; mortui erãt peccato, & quaſi iam ſepulti æternæ vitæ contemplatione. Et idem magiſter Gentium iubet vt exhibeamus corpora noſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem. Hoſtia quippe occiditur, vt offeratur; Sed hoſtia viuens eſt corpus pro Domino afflictum: quod viuens dicitur, quia viuit in virtutibus, & eſt occiſum à vitijs; Hoſtia verò quia iam huic mũdo eſt a prauis actibus mortuũ: viuens quoque dicitur quia cuncta quæ præualet, bona operatur. Tales ergo dum poſſumus nos præparemos quales Domini adiutorio ipſius miſericordia digni ſimus & nunc & quando operari nequibimus. Nunc ad vos ſermo noſter dirigitur, quos mater Eccleſia quaſi non ſuos recognoſcens obſœditatem ſcelerum veſtrorum, dudum à ſe repulit: modò, verò quia Domino per dignos pœnitentię fructus placuiſtis mundantes vos (quantum humana fragilitas permittit) ab omni inquinamento carnis ac Spiritus, per crebra ieiunia & afflictiones corporum; quaſi iam ſuos ad ſe reuocat. Immẽſa namque Dei pietas ſinum Miſericordiæ ſuæ omnibus aperit dicendo per Prophetam: Mox vt ingemueris ſaluus eris. Et Pſalmiſta in- *Ioël. 2.* quit: Sacrificium Deo Spiritus cõtribulatus. Vos *Pſal. 50.* ergo non corde redeatis in Ægyptum ſemel de illius ſeruitute liberati, quia vt Beatus Petrus Apo- *1. Petr. 1.* ſtolus ait; Non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternę traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni incõtaminati & immaculati Ieſu Chriſti. Et in Apo- *Apoc. 1.* calipſi Ioannes Apoſtolus: Qui dilexit nos, inquit, & lauit nos à peccatis noſtris in ſãguine ſuo quia *Pſal. 109.* factus Sacerdos ſecũdum ordinem Melchiſedech *Pænitentium locus in ſiniſtra Eccleſiæ parte.* per proprium ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Cur ergo in ſiniſtra parte Eccleſię poſiti eſtis? Nõ ſine cauſa vſus Eccleſiæ hoc obtinuit, verùm quia Dominus in iudicio: oues, hoc eſt, iuſtos à dextris; hædos verò, id eſt, *Matth. 25.* pecca-

A peccatores à ſiniſtris ponet: hædi enim ſignificant peccatores. Vnde & cilicia quæ ſunt indumenta pœnitentium, è pilis hædorum atque caprarum fiunt: hædus namque in lege pro peccato ſemper iubetur offerri. Signat tamen Chriſtum qui in ſimilitudinem carnis peccati oſtēſus eſt, & pro noſtris delictis oblatus eſt: Ipſe enim peccata noſtra portauit in corpore ſuo ſuper lignum. Quocirca ſi ad priſtinam actionis vitam, quantùm Dominus vos cuſtodire dignabitur, redire nō valetis; manus veſtras in ſublime porrigentes, oſtendite quia magis cœleſtia quam terrena diligitis, & veſtra iam conuerſatio in cœlis eſt. His veſtræ promiſſionis ſignis, quibus magis Domino quam Diabolo ſeruire promittitis, gaudium nobis per maximū exhibetis; *Luc.15.* quia vt Dominus patefecit, de conuerſo peccatore, gaudium fit in cœlo corā Angelis Dei. Niſi enim Dominus de conuerſione veſtra gauderet, nullatenús hominem perditum in terris quæreret; *Luc.15.* & quæſitum morte ſua redimeret. Prodigus etenim filius; hoc eſt, Gentilis populus, qui omnem ſubſtātiam ſuam diſſipauerat viuendo luxurioſe, mox vt ad Patrē redijt, dicēdo; Pater peccaui in cœlū & corā te, iam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum ex mercenariis tuis: ſtatim ab ipſo benigne eſt ſuſceptus, ac pro reditús eius lætitia, vitulus occiſus eſt; ipſeque ſtola prima & calciamētis eſt indutus. Patris huius duo Filij fratres; alter apud Patrem remanſit, alter verò diſſipata ſubſtantia viuendo luxurioſe à patre receſſit. Pater ergo horum fratrum Deus omnipotens intelligitur, qui habuit duos filios: quorum maior, Iudæos ſignificat, qui in cultura vnius Dei permanſerunt; Minor verò vt dictum eſt, populū ſignificat Gentium qui relicto creatore adorauit creaturam. Is autem in ſe reuerſus; id eſt, à noxijs oblectamētis recedens; ad cōſcientiam interiorē, mentis intentione redijt: Et ſurgens venit ad Patrem; hoc eſt, ad ſocietatem Eccleſiæ acceſſit per fidem, vbi eſt legitima & fructuoſa peccatorum confeſſio. Cum autē longe eſſet; hoc eſt, cùm nondum adhuc Deum intelligeret, vidit illum Pater, hoc eſt, miſertus eſt illius, & accurrens cecidit ſuper collum eius & oſculatus eſt eum. Supra collū filij cadere, eſt in amplexus filij brachium inducere. Brachium autem Dei filius eſt, qui à patre Deo ad hæc infima mundi miſſus eſt. Oſculatus eſt, cùm videlicet, ad ſpem veniæ peccatorum verbo gratiæ redunt, cùm per filium diceret; Pœnitētiam agite, appropinquabit enim regnum Cœlorum. Dixitque filius ad Patrem: Pater peccaui in cœlum & coram te, iam nō ſum dignus vocari filius tuus. Poſtquam ad Patrem reuerſus eſt; Hoc eſt, in Eccleſia poſitus, incipit peccata confiteri. Sed nō dicit omnia quæ ſe dicturum ſupra promiſerat; Dicit enim: Iam non ſum dignus vocari filius tuus: nec addit quæ ſuperius ſe dicturum meditabatur; Fac me ſicut vnū ex Mercenarijs tuis. Cum enim adhuc longe eſſet, & Patrem non haberet, cupiebat vel mercennarius eſſe. At poſtquam Patris oſculo meruit honorari, generoſiſſime iam dedignatur mercenarius eſſe: Multam namque intellegit eſſe diſtantiam inter ſeruum, mercenarium, & filium. Seruus namq; eſt qui adhuc metu pœnarum gehennæ, vel legum mundanarum formidine, abſtinet: Mercenarius verò eſt, qui deſide-rio ac ſpe regni cœleſtis bona agit: Filius verò eſt qui affectu boni & virtutum amore delectatur, & Deo per caritatem famulatur; Quam ſummam & perfectionem omnium Apoſtolus commemorat, dicens: Nunc autem manent fides, ſpes, caritas, *1. Cor.13.* tria hæc; maior autem horum eſt caritas. Ergo prodigus iſte, primò quaſi ſeruus ad ſe reuerſus, diræ famis ſupplicia cępit formidare. Mox reuerti ad patrem volens, de ſtatu mercenarij cœpit cogitare. Poſtquam verò occurrens pater amplexatus & oſculatus eſt eum: oblitus ſtatum ſerui, oblitus & mercedem mercenarij deſolatam; de hæreditate cepit ſolicitus eſſe parentis: & hoc eſt quod Apoſtolus ait; perfecta caritas foras mittit timorē. *1. Ioh.4.*

B Dixit autē pater ad ſeruos ſuos; citò proferte ſtolam primam & induite illum. Stola prima eſt, beata veſtis innocentiæ, quàm protoplauſtus Adam, bene à Deo conditus accepit; Sed male à Diabolo deceptus amiſit. Vnde & poſt culpam cum cognouiſſent ſe eſſe nudos; *Geneſ.3.* hoc eſt, gloria immortalitatis perdita; pellicæum; hoc eſt, mortale acceperunt indumētum. Dare annulum in manu eius: Per annulum, ſignaculum fidei accipitur; Annulū ergo Prodigus filius accepit, cum Chriſtus per fidem Eccleſiam ex gētibus ſibi ſociauit. Dantur & in pedes calciamenta, quæ officium Euangelizandi deſignant. C Adducitur vitulus ſaginatus & occiditur; id eſt, ipſe Dominus Ieſus filius Dei, qui bene vitulus dicitur ſaginatus. Quia caro eius ſpiritali pinguedine & virtute opima eſt, ad eò vt ſola ſufficerit ad tollenda Mundi peccata. Et ait: Manducemus & epulemur. Intuendum quid pluraliter dicitur, māducemus & epulemur: Pater namque & ſerui illius ſunt epulari, quia noſtra ſalus eſt Patris gaudium in quo noſtrorum eſt remiſſio peccatorum. Hoc præſignauit olim quod Abraham tribus Angelis hoſpitio receptis, vitulum tenerrimum occidiſſe legitur & eis appoſuiſſe; *Geneſ.18.* quia immolata pro noſtra redemptione Caro Chriſti, totius Trinitatis lætitia eſt. Et cæperūt epulari. D Epulæ iſtæ nunc in Eccleſia per totum orbem dilatata celebrantur; Quotidie enim in ſancta Eccleſia, vitulus iſte ſacerrimus Deo patri per Sacerdotes offertur, & in vitam æternam paſcit percipientes; quia cùm quotidie immolatur, ſemper integer permanet & immaculatus & viuus. *Vitulus ſacratiſſim' Deo quotidie per Sacerdotes offertur.* Quapropter quia tam pium habemus Dominum, nemo de miſericordia diffidat quę tunc euidētius eminet quādo peccator ſanctificatur & abiectus erigitur. Neque enim de qualitate noſtrorum operum pendet cæleſtium menſura donorum; aut in iſto ſeculo in quo tota vita hominis temperatio eſt, vnicuique retribuitur quod meretur; vbi ſi iniqnitates noſtras obſeruaret, nullus iudicium ipſius ſuſtineret: E Grauiter namque peccantē cum peccatis ſuis non perdidit, ſed miſericorditer ad veniam reuocauit teſtante Apoſtolo Paulo: Fidelis, inquit, ſermo & *1. Tim.5.* omni acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundū peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Habeamus ergo, Fratres cariſſimi, fiduciam de miſericordia cōditoris noſtri: Cogitemus quæ facimus, recogitemus quæ fecimus, largitatem ſupernę pietatis aſpiciamus, & ad miſericordem iudicem dum adhuc expectat cum lachrimis veniamus. Conſiderātes namque quod iuſtus ſit, peccata noſtra non negligamus; cōſide-

rates verò ꝙ pius ſit, nõ deſperemus. Pręberapud Dñm nobis hoībus peccatoribus fiduciam Deus homo: Eſt nobis ſpes magna pœnitẽtibus quia ad- *Iſa.6.* uocatus noſter, factus eſt Iudex noſter, q non vult mortẽ peccatoris ſed vt cõuertatur & viuat. Et licet, fratres chariſſimi, per diuinã gratiã nobis collatã, & per impoſitionẽ manuũ Epiſcopalis credatis vos poſſe abſolui à peccatorũ veſtrorũ vinculis *Epiſcopalis manus impoſitio.* quia ſtati reſtituemini ſacris altaribus: Nullus tamẽ debet vitã ſuã negligere, ſed omni vitæ ſpatio tanquã in ipſo pœnitẽtię rigore poſitus, debet ante oculos habere mala quæ fecit, ne ſecuritate torpẽs, rurſus ad eadẽ aut ad maiora flagitia prolabatur: dicẽs cum Pſalmiſta, Quoniã iniquitatẽ meã *Pſ.50.* cognoſco, &c. Eſaias quoque peccatoribus dicit; *Iſa.1.* Lauamini, mũdi eſtote. Lauatur itaq; & mundus eſt q & pęter ea plãgit & flẽda iterũ nõ admittit: Lauatur & nõ eſt mundus, Qui plãgit quæ geſſit, nec deſerit, & poſt lachrimas ea quę fleuerat repetit. Sic deniq; & alibi animã pœnitentẽ, atq; iterũ delinquentẽ ſermo diuinus increpat, dicens: Quã *Hier.2.* vilis facta es nimis iterãs vias tuas! Quiſquis ergo culpas pręteritas plãgit, hunc neceſſe eſt modũ teneat vt ſic amiſſa defleat, ne iterum flẽda cõmitat; Quatenus diuino munitus auxilio facinora quæ geſſit, ſeuera corporis afflictione & Eleemoſinarũ largiflua redẽptione purget atq; cõſumat: Sicque renouatus irriguis lachrymatũ fontibus ante conſpectũ tremẽdi iudicis mundus appareat digne ab ipſo pro benefactis quę fecit coronandus. Et quia in hac die ſacratiſſima, fiunt plurima in ſancta Eccleſia, quæ neceſſariò debet ſcire veſtra induſtria: Sicut pœnitẽtũ recõciliatio, ſacri olei benedictio, ſancti Chriſmatis cõfectio, fraterna pedũ ablutio, Eccleſiarũ quoq; & ſacrorũ vaſorum purificatio; dignũ iudicauimus quãtùm Dominus dederit hęc veſtrę fraternitati diſſerere. Chriſtus etiam qui in hac die poſt typicum illud Paſcha cõpletum, ad verum Paſcha tranſiẽs, myſterium corporis & ſanguinis ſui primũ Apoſtolis tradidit, & propter humilitatis formã cõmendãdam eo die pedes eorum lauit; Et hinc eſt ꝙ eodem die, altaria templique parietes, & pauimenta lauãtur, & vaſa purificãtur; Quo die etiã pœnitẽtes recõciliantur, quia ſcilicet ipſa die qua ſacramenta corporis & ſang. ſui Dñs primũ cõfecit ac diſcipulis tradidit; oportebat, vt ad hæc præſumẽda, pœnitẽtes reſtaurarẽtur eo videlicet tẽpore, quo ſanguis Chriſti in remiſſionẽ omnium peccatorum fuſus eſt. Eodem deniq; die *Mar.14. Ioh.12. Matth.26.* proinde ſanctum Chryſma cõficitur, quia ante biduum paſchæ Maria caput Dñi ac pedes vnguẽto perfudiſſe perhibetur. Vnde & Dñs diſcipulis ſuis dixit; Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Chryſma igitur, hoc eſt, vnctio à Chriſti nomine ſumpſit vocabulum: Meſſias nãque Hebraice, Chriſtus Grece, Vnctus dicitur Latine. Vnde & Pſalmiſta; Propterea, *Pſal.44. Hebr.1.* inquit, vnxit te Deus Deus tuus oleo letitię prę participibus tuis. Cur vnxit te? vt diligeres iuſtitiã & odires iniquitatem: Quod ita eſt intelligẽdum. O tu Deus, id eſt, fili; nunc te Deus tuus; hoc eſt, pater, cuius conſubſtantialis & coæternus filius; vnxit te: Quomodo Oleo ſcilicet inuiſibili nõ viſibili; oleo exultationis, idem, ipſo Spiritu ſancto qui in ſpe- *Ioh.1.* cie columbæ ſuper illum apparuit, quo etiã cõceptus & natus eſt, & de quo ad Baptiſtã dictum eſt: Super quem videris Spiritum deſcendentẽ & manentẽ ſuper eũ, ipſe eſt qui baptiſat in Spiritu ſancto: de quo, vt prediximus, et ice eſt natus, & ſecũdùm traditionẽ ipſius baptiſati renati ſunt: in quo ſolo baptiſmate ꝙ in catholica celebratur Eccle- *1.Petr.2.* ſia, fit remiſſio peccatorũ, per eũ qui peccatum nõ fecit nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Dauid etiam vultus noſtros oleo exilarandos; id eſt, mentes noſtras, gratia Spiritus ſancti (quã deſignat materialis olei vnctio, qua corporaliter vnguntur fideles) illuſtrãdas precinuit. Vnctus eſt ergo nobis Deus, & miſſus eſt nobis; & ipſe Deus vt vngeretur, homo erat: Sed ita homo erat vt Deus eſſet; Ita Deus erat, vt homo eſſet non dedignaretur: Et ideo vnctus Deus, quia & homo Deus factus eſt Chriſtus. Nõ potuit apertius dici nomẽ Chriſti quam vt diceretur, vnctus Deus. Dixit autem, vnxit: nõ dixit, vncturus eſt; quia in predeſtinatione iam factũ erat: Quod Beatus Petrus in Apoſtolorũ actibus dixit; *Act.10.* hunc Ieſum à Nazareth quem vnxit Deus Spiritu ſancto, vnctus eſt ergo Ieſus, vt dictũ eſt, non oleo *[illegible]* viſibili, ſed dono gratiæ, quod viſibili ſignificãtur vnguẽto quo Baptiſatus vngit Eccleſiã. Nec tamẽ *Matth.3. Marc.1. Luc.3. Ioh.1.* tũc vnctus eſt Spiritu ſancto quãdo ſuper eum baptiſatũ velut colũba deſcẽdit; Tunc enim corpus ſuum, id eſt, Eccleſiam ſuam pręfigurare dignatus eſt, in qua Baptiſati præcipue accipiunt Spiritum ſanctum iſta miſtica & inuiſibili vnctione. Alij autem reges qui typum illius prætulerunt & regnãdo conſorte, dicti ſunt; oleo corruptibili ſunt vncti: hic verò Dei filius ſaluo ſuperiori ſenſu, à Deo Patre oleo exultationis; hoc eſt Reſurrectionis A- *Pſal.44.* ſcenſionis Dominationiſque eſt delibutus; quia Chriſtus natura vnctus, nos per gratiam. Nobis enim ad menſuram datur donum gratię diuidente ipſo ſingulis prout vult; In Chriſto autem vt dicit Apoſtolus, habitat omnis plenitudo diuinitatis *Col.2. Iſa.11.* corporaliter. Vnde Propheta: Requieſcet ſuper eũ Spiritus Domini, Spiritus ſapientię & intellectus, Spiritus conſilij & fortitudinis, Spiritus ſcientię & pietatis; Et replebit eum Spiritu timoris Domini. Omnes verò ſancti, nõ plenitudinẽ Spiritus eius, ſed de plenitudine eius, quantum ille donat, acci- *Ioh.1.* piunt. Ipſe autẽ qui exiſtens Deus ante ſecula, per Spiritum ſanctũ in vtero virginis homo cõceptus eſt in fine ſeculorum; ibi ab eodem Spiritu vnctus eſt vbi conceptus, nec ante conceptus, & poſtmodum vnctus eſt: Sed hoc ipſum, de Spiritu ſãcto & carne virginis cõcipi, ſpiritu ſancto vngi fuit. Itaq; ſunt pricipes eius filij hominum, quia & ipſe filius hoīs priceps factus eſt mortalitatis illorum vt faceret pricipes immortalitatis ſuæ, quã immortalitatẽ aſſequi valemus. Si modò per cõfeſſionẽ & dignos pœnitẽtiæ fructus expiati, & meritis ac orationibus ſanctorũ Chriſto recõciliati, atq; per acceptionẽ corp. & ſang. eius in fide recta pmanẽtes; vnum cum illo facti ſimus, ipſi incorporati in quo *Ioh.14.* pricceps huius mundi & ſuum aliquid requiſiuit & inuenire nõ potuit qm̃ ſolus eſt inter mortuos liber per quẽ nos à peccati ſeruitiò veraci iã libertate ſoluimur; quia ei qui viuere liber eſt, per corporis & ſang. eius acceptionẽ vnimur. Sicut eni Vere carnẽ corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & verè homo qui ex Maria virgine natus eſt Ieſus Dei filius eſt nõ quẽadmodũ alij hoīes per gratiã: Sed natura filius ex ſubſtãtia Patris: Ita vera eſt caro & verus eſt ſanguis eius quẽ ad mãducãdũ & potandũ in myſterio ſumimus, ſicut ipſe teſtatur: Et nos qui

Sicut Chriſtus fuit verus Deus & verus homo, ſic eſt vera eius caro quam in ſacramẽto ſumimus.

A vere ſub myſterio carnẽ & ſanguinẽ corporis eius
ſumimus;per ea, naturaliter vnũ cũ illo efficimur;
in quib⁹ manet poſt cõſecrationẽ ſimilitudo panis
& vini ne ſitcuidã horror cruoris,ſed manet in eis
Ioh. 6. gratia redẽptionis.De naturali enim in nobis Chri-
ſti veritate ipſe ait; Caro mea vere eſt Eſca, & ſan-
guis me⁹ vere eſt potus. Qui edit carnẽ meã & bi-
De veritate Corporis Chriſti nullus relictus eſt ambigendi locus. bit ſanguinẽ meũ,in me manet & ego in eo.De ve-
ritate carnis & ſanguinis eius, nullus relictus eſt
ambigẽdi locus. Nuc enim & ipſius domini pfeſ-
ſione & fide noſtra,verè caro eſt,& vere ſãguis eſt:
& hæc accepta atque hauſta,id efficiunt,vt nos in
Chriſto & Chriſtus in nobis ſit.Eſt ergo in nobis
ipſe pcarnẽ, & ſumus in eo dũ ſecundũm hoc qd
B nos ſumus in Deo eſt. Sciẽdũ eſt pterea quia Apo-
1.Cor.11. ſtolus ipſam acceptionẽ Euchariſtiæ, dominicam
cœnam vocat. Sed quoſdam monere poteſt quod
Chriſtus diſcipulis,poſtquã cũ illo in cœna come-
diſſent & bibiſſent,ſacramẽta Corporis & ſangui-
nis ſui tradidit,ſicut illic ſcriptũ eſt. Cũ,inquit,illi
mãducarent,accepit Ieſus panem,& benedixit,&
manducantibus dixit:Quoniã vnus ex vobis trader
Mat.26. me. Poſteà enim tradidit ſacramẽtũ,& ſic liquidò
paret quãdo primò acceperũt diſcipuli corpus &
ſanguinem domini,nõ accepiſſe ieiunos: Nunquid
tamẽ propterea calumniãdum eſt eccleſiæ vniuerſæ
inſtitutũ quod à ieiunis ſemper accipitur. Hoc e-
C nim placuit Spiritui ſancto,vt in honorẽ tãti ſacra
menti, in os Chriſtiani Corpus dominicũ intraret
priuſquã cæteri cibi;Atq; ideo per vniuerſum or-
bem mos eſſe ſeruãti. Nãque Saluator quò vehe-
mentius cõmendaret myſterij illius altitudinem,
vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memo-
riæ diſcipulorũ; à quibus ad paſſionẽ digreſſurus
Rarò an ſæpius ſit communicandum Corpori Chriſti. erat. Sed & illud à multis quæritur; ſi quotidie
quilibet fidelis debeat corpus & ſanguinẽ Chriſti
accipere,an ſe aliquib⁹ diebus à tanto ſacramento
ſubtrahere,cũ Apoſtolus dicat; Probet autem ſe-
ipſum homo, & ſic de illo panc ædat, & de calice
bibat.Quàm multi de altari accipiũt & moriũtur;
1.Cor.11. D & accipiendo moriũtur! Vnde dicit Apoſtolus;Iu
dicium ſibi mãducat, & bibit. At nõ buccella do-
minica venenum fuit Iudæ,& tamẽ accepit; & cũ
accepit,in eum inimicus intrauit: nõ quia malum
Luc. 22. accepit, ſed quia bonum malus,male accepit. Di-
xerit ergo aliquis,nõ quotidie accipiendã Eucha-
riſtiam;Quæſieris;quare?Quoniam,inquit,eligẽ-
di ſunt dies quib⁹ purius homo,cõtinẽtiuſque vi-
uit,. Quò ad tantũ ſacramentum dignus accedat:
Qui enim mãducauerit indigne,iudiciciũ ſibi mã-
ducat & bibit.Alius contra; Imo, inquit,ſi tãta eſt
plaga peccati atq; vlcus morbi vt medicamẽta ta-
E lia differẽda ſint;authoritate Antiſtitis debet quiſ-
que ab altari remoueri ad agendã pœnitentiã, &
eiuſdẽ auctoritate reconciliari.Faciat igitur vnuſ-
quiſq; quod ſecundũ fidẽ ſuã pie credit eſſe faciẽ-
dũ: Neutrũ enim eorũ exhorret Corp⁹ & ſangui-
nẽ domini;ſed ſaluberrimũ cõſiliũ illud honorare
contẽdit:neq; enim litigauerunt inter ſe,aut quiſ-
quã eorũ,ſed alteri præpoſuit;Zacheũ dico & illũ
Luc. 19. *Mat. 8.* Cẽturionẽ, cum alter eorũ gaudẽs in domũ ſuam
ſuſceperit dominũ; alter dixerit:non ſum dignus
vt intres ſub tectum meum.Ambo ſaluatorem ho
norificantes;diuerſo,& quaſi cõtrario modo:Am-
bo peccatis miſeri,ambo miſericordiã cõſecuti:&
ſicut in primo populo,vnicuique piorum,manus

A ſecundũ propriam volũtatem,in ore, ſapiebat; ſic
in ore vniuſcuiuſque Chriſtiani,Sacramentum il- *Sacramẽto Corporis Chriſti ſubiugatus eſt Mundus.*
lud quo ſubiugatus eſt Mundus:Nam illo,hono-
rãdo,nõ audet quotidie ſumere;& illo honorãdo,
nõ audet in illo die pretermittere.Videte ergo fra
tres,quia ſi ſeparemini à Corpore domini qui fi-
delis eſtis,timendũ eſt ne fame moriamini:Si autẽ
accipitis indigne, metuendũ eſt ne iudiciũ mãdu-
cetis & bibatis.Anguſtiæ vobis vndiq; veritas di-
cit;Si male viuitis,in æternũ moriemini:At nõ po
teſtis bene viuere,niſi ille adiuuerit,niſi ille dede-
rit.Ideo orate,& manducate;& implebitur os ve-
ſtrum laude Dei & exultatione; & diceris illi de
magnis anguſtiis liberati;Laberaſtis greſſus meos *Pſ.17.*
B ſubtùs me,& non ſunt infirmata veſtigia mea. Ad
inuiſibile altare Dei iuſtificatus peruenit, Qui ad
hoc præſens iniuſtus non accedit: inueniet enim
illic vitam ſuam,qui hic diſcreuerit cauſam ſuam.
Cui rei concordans Apoſtolus dicit; Quia ſi noſ- *1.Cor.11.*
metipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur;
pro illis, ſcilicet peccatis. De quibus idem Apo- *Gal.5.*
ſtolus ait;quoniã qui talia agũt, regnum Dei non
conſequentur. In pœnitentiã maiorem in ſe quiſ-
que ſeueritatem debet exercere, vt à ſe ipſo iudi-
catus nõ iudicetur à domino, vt & idem Apoſto-
lus dicit:ſi enim nos iudicaremus, à domino non
iudicaremur. Aſcendat itaque homo aduerſum ſe
C tribunal mentis ſuæ,ſi timet illud, quod oportet
nos exiberi ante tribunal Chriſti, vt illic recipiat *2.Cor.5.*
vnuſquiſque quæ per Corpus geſſit,ſiue bonum,
ſiue malum. Conſtituat ſe ante faciem ſuã, ne hoc
ei poſtea fiat:nam minatur hoc ipſum Deus pecca *Anima iudicium de ſeipſa.*
tori, dicens;Arguam te,& ſtatuam te ante faciem
tuam:atque ita conſtituto in corde iudicio, adſit
accuſat ex cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex
timor;inde quidam ſanguis animi confitentis,per
lachrymas,profluat:Poſtremò ab ipſa mente,talis
ſententia proferatur, vt ſe homo iudicet indignũ
participatione corporis & ſanguinis domini, vt
qui timet ſeparari à regno cœlorum,per vltimam *Peccatorũ à S cõmunione per eccleſiaſticam diſciplinam abſtentis, qualis eſſe debeat cogitatio.*
D ſententiam ſummi iudicis, per eccleſiaſticam di-
ſciplinã à ſacramẽto cœleſtis panis interim ſepa-
retur. Verſetur illi ante oculos imago futuri iudi-
cij, vt cùm alij accedunt ad altare Dei quò ipſe
non accedit; Cogitet quã ſit contremiſcenda illa
pœna cum percipientibus,alijs vitam æternã, alij
præcipitabuntur in mortem æternã;Aqua,his ſa-
croſanctis myſteriis interuenientibus,eruamur:&
beatæ reſurrectionis gloria fœliciter induamur,
accipientes ſtolam albam, animæ ſcilicet beati- *Mat.25.*
tudinem concorporati noſtro redemptori: vt ſi-
cut ille & Pater vnum ſunt; Ita & nos in ipſis
E vnum effici mereamur, digne accipientes Cor-
pus & ſanguinem ipſius in remiſſionem omnium
peccatorum noſtrorum, & vitam nobis ſine fine
manſuram ipſo præſtante quæ ſine fine permanet
in ſecula. Amen.

HOMELIA. 9. *De vuln. Samarit.*

VVlneratos vos video, fratres mei,vulneratos
vos video,& qd eſt deterius,non vulneribus
corporũ, ſed vulneribus animarũ: Animarũ enim
vulnera, tantò ſublimiora ſunt, & immedicabilia,
Quãtò natura animæ ſubtilior eſt corpore. Corp⁹
enim videtur & tãgitur,anima vero inuiſibilis eſt

& impalpabilis. Vnde & requirit cœleſte medica- A
mētum illius Samaritani;id eſt,cuſtodis totius hu-
mani generis uomini Ieſu Chriſti & ſaluatoris no-
Pſ. 126. ſtri ; de quo Pſalmiſta : niſi dn̄s cuſtodierit ciuita-
tē,in vanum vigilāt qui cuſtodiunt eā: Qui homi-
Luc. 10. nem deſcedentem ab Hieruſalem in Ierico,vt Euā-
gelica refert parabola, & à latronibus ſauciatū,iu-
mento impoſuit,duxitq; in ſtabulū,& curam illius
egit:Quam parabolā, quia breuiter prelibauimus,
paululūm eius flores carpamus.Homo ille qui de-
ſcēdit ab Hieruſalem in Iherico,& incidit in latro-
nes,ſignificat Adam qui de ſtatu immortalitatis ſu-
perbiendo deſcendens, in hanc miſeram vitam de-
uenit; latrones in qoos incidit , dæmones ſunt in
quos deſcendēs incidit:Nam niſi prius intus intu- B
muiſſet, foris tentatus tam facile non cecidiſſet.
Deſpoliauerunt eum;id eſt, veſte innocentiæ pri-
uauerunt:Plagas impoſuerunt;id eſt , peccata no-
ſtræ conditionis: Quæ tam mortalis peccādo facta
fuerat, intulerunt.Semiuiuum relinquerunt;Quia
Beatitudinem vitæ immortalis exuere potuerunt ,
ſed non ſenſum rationis , à nobis auferre potue-
runt. Ex qua enim parte & cognoſcere dominum
poſſumus viuimus;ex qua verò parte peccatis con-
tabeſcimus & miſeria deficimus,mortui ſumus &
lætifero vulnere fœdati. Sed Samaritanus ; id eſt,
cuſtos; dominus ſcilicet & Saluator noſter vulne- C
ratum inuenit,Quia Chriſtus in hunc mundū ve-
niens omnes peccatores reperit. Alligauit vulne-
ra eius,dum præcepit, dicens: Pœnitentiam agite:
infundit oleum cum addidit : Appropinquabit
enim regnum cœlorum : infudit & viuum cum di-
Mat. 3. xit ; Omnis arbor quæ nou facit fructum bonum,
excindetur & in ignem mittetur. Arbores ſumus,
fratres, in agro dominico conſtitutæ: Deus autem
eſt noſter agricola. Si ergo viderit nos non ferre
fructum boni operis , excidet nos ab hac vita per
mortem , & in ignem proiciet infernalem vbi eſt
dentium , fletus , præ ardore, Stridor præ frigore:
Iſa. 1. in quo igne ne comburamur;Clamat ipſe per Pro-
phetam : lauamini , mundi eſtote, Auferte malum D
cogitationū veſtrarum ab oculis meis ; Quieſcite
agere peruerſæ, diſcite benefacere,& iterum:nolo
mortem peccatoris , ſed vt conuertatur & viuat.
Conuertamur igitur ad ſaluē noſtrā, lauemus la-
chrymis conſciētiā,extinguamus ignes cōcupiſcē-
Ro. 3. tię per ignes pœnitentię.Legimus enim,Apoſtolo
dicēte, quod omnes peccauerūt & egēt gloria Dei
iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Qui & iterum
ineſtimabilem eius gratię magnitudinem commē-
Ro. 5. dāns.ait:vbi autē abundauit peccatū, ſuperabūda-
uit gratia. Quia nimirùm quātò grauiorem domi-
nus in electis ſuis,peccatorū lāgorē curauit,tantò
ampliorem cūctis potentiā gratiæ medentis oſten- E
dit:ſicut Phariſeis eundem miſericordiæ fontē re-
prehendentibus quādo cum Mathæo Publicano,
quem poſtea euangeliſtam & Apoſtolū fecit,aliiſ-
que cōpluribus manducabat & bibebat : conſona
Mat. 9. voce reſpondit:nō egent qui ſani ſunt medico: ſed
Mar. 2. qui male habent: ſeipſum inſinuas verū medicum,
Luc. 5. de quo Propheta ait: Vere lāgores ipſe noſtros tu-
Iſa. 53. lit,& dolores noſtros ipſe portauit. Quia autē ad-
didit:nō veni vocare iuſtos ſed peccatores in pœni
tentiā:oſtēdit ſe omnes ad pœnitentiā vocare,& e-
lectos & peccatores. Vocat nāq; peccatores,vt per
pœnitētiā corrigatur: vocat iuſtos,vt magis,magiſ-
A que iuſtificētur.Iuſtus ergo dum ſtat, ſummopere
videat ne cadat,quia neſcit ſi tempus pœnitēdi ac- *1. Cor. 10.*
cipiet,aut digne pœnitebit:Peccator verò dū labi-
tur in peccatū, de miſericoria Dei pręſumat, apud
quē nullas patitur venię moras , vera cōfeſſio, di-
cēte Dei ſpiritu,per prophetā;Mox vbi ingemue-
ris,ſaluus eris. Et;dic tu prior iniquitates tuas vt *Iſa. 43.*
iuſtificeris: Quia apud dominū miſericordia & co
pioſa apud eū redēptio. Cuius miſericordiæ , Nec
modū poſſumus ponere,nec tēpora deffinire. Stās
ergo audiat.Quod per Prophetā dominus dicit:in
quacūq; die iuſtus peccauerit,Omnis iuſticia eius
in obliuione erit corā me: lapſus verò intēdat qđ *Luc. 15.*
idem in Euāgelio ait ; Gaudium erit in cœlo ſuper
B vno peccatore pœnitentiā agēte. Stantibus,ſi ceci-
derint minatur pœnam;lapſis verò,vt ſurgere ap-
petant,promittit miſericordiam. Et quia, fratres
mei, multa illicita commiſiſtis , debitis abſtinere *Qui illicita cōmiſit. abſtinere debet etiā à licitis.*
à licitis : Licitum eſt enim homini comedere car-
nes, & bibere vinum , & cætera Corpori neceſſa-
ria. ; Quæ non cum ſaturitate pœnitentes debent
ſumere,ſed cum ſubſtantatione Corporis,vt quæ
ventri ſubtrahunt erogent pauperibus ; vt domi-
nus noſter qui in forma ſerui pauper , & humilis *Eleemoſyna, ſua eſt ſeruanq.*
apparere dignatus eſt , vos ſuæ diuinitatis & diui-
tiarum faciat eſſe participes quando illam deſide-
C rabilem vocem iuſti audient: Quandiu feciſtis vni *Mat. 25.*
ex fratribus meis minimis,mihi feciſtis : ipſo præ-
ſtanti domino noſtro Ieſu Chriſto,qui cum Patre
& Spiritu ſancto viuit & regnat Deus. Amen.

In Cœna Domini, de myſteriis eiuſdem diei,

HOMELIA. 10.

CVM ſummus opifex cuncta ex ordine ac mi-
rabiliter ita diſpoſuerit vt in rerum & tēpo-
rūm ſerie , mens humana ſemper ad dulcedinem
ſupernæ patrię aſpiret,ſicut patenter inſinuas hu-
ius dominicæ Cœnę veneranda ſolemnitas;dignū
eſt,fratres Chariſſimi , vt ex credita nobis aliquo
D tēpore diſpēſationis diuinæ pecunia,aliquatenus,
pro vt dominus dederit,veſtris auribus infundam
ſeruunculū:vocatur enim hęc dies Cœna domini, *Dies Cenæ dominicæ appellabatur natalis calicis.*
vocatur & natalis calicis, & meritò talib⁹ præful-
get vocabulis, quia hac eadēque die myſticū Paſ-
cha Dominus cum diſcipulis celebrans, ſacramē-
ta corporis & ſanguinis ſui,illis;atq; per illos, uo-
bis tradidit,& ipſe cælebrationis initium fecit:eo-
rumque pedes abluens , vt nos ita alter alteri, fa- *Ioh. 13.*
ciamus, exemplum præbuit. Diſcamus igitur,fra-
tres, humilitatem ab excelſo : faciamus inuicem
humiles , quòd humiliter fecit excelſus ; nec de-
dignetur , quod fecit Chriſtus , facere Chriſtia-
E nus. Nam quid dicit ? exemplum dedi vobis ; vt
Quemadmodum ego feci ita & vos faciatis.
Oſtendit nobis vt ſi quis aduerſus aliquem ha-
bet quærelam ; ſicut dominus donauit nobis , ita
nos inuicem nobis delicta cōdonemus & pro no-
ſtris delictis inuicem oremus; atque ita quodam-
modo inuicem pedes noſtros lauemus. Noſtrum
eſt,donante ipſo myſteriū charitatis, & humilita-
tis adhibere : illius eſt exaudire ac nos ab omni
peccatorū cōtaminatione mūdare per Chriſtū, &
in Chriſto; vt ꝙ aliis : dimitimus,hoc eſt,in terra
ſoluim⁹:ſoluatur nobis in cęlo.Hac etiā die , toto *Mat. 18.*
Orbe, chryſma cōficitur ad abluendā totius mūdi
cul-

Mat. 81. culpā:pœnitētib⁹,ꝑ indulgētiā ſubuenitur:Diſcor- A
des ad cōcordiā hodie redeūt. Pacificātur irati iu-
dices etiā latronib⁹ parcūt.Pateſcūt carceres in to-
to orbe, dāt indulgētiā pricipes criminoſis, ſeruis
Latronibus olim parcebatur in die cœne Domini. ma'is indulgent dñi. In ipſa quoq; die,poſt mul a
myſteria,deus & dñs noſter Ieſus Chriſt⁹,diſcip -
lis ſuis vidētib⁹ , glorioſa Aſcēſione cęlos penetra-
uit,nec ſine magno myſterio,iñ ſacramentū,feria
v.peragitur,à quinq; enim Quinquagenari⁹ deri-
uatur numerus. Nā quinquageſimo die à Paſcha-
Act. 1. le & lex in mōte Sina populo data eſt,& gratia ſan-
Ex. 20. cti Spūs diſcipulis in cænaculo miſſa eſt: hoc autē
Act. 1. numero,ꝑpetuitas futuræ quietis recte oſtēditur,
in quo & legis decalogus mandata,& ſpiritus ſan-
cti gratia donatur hominibus,vt aperte demōſtre-
tur,quia quicūque diuinis legis iuſſa, iuuāte ſpiri-
tus ſancti gratia,percipiunt; ad verā perfectāq; re-
Leuit. 25. quiē tēdūt. Quinquageſimus etenim ann⁹ in lege,
iubileus,idē,dimittēs ſiue mutat⁹ appellari iuſſus
eſt;in quo popul⁹ ab omni operatione quieſceret,
omniūque debita laxarētur,ſerui liberi redirent;&
ann⁹ ipſe maiorib⁹ ſolēnus,ac laudib⁹ diuinis emi-
nentior cæteris exiſteret, vnde & meritò per hunc
numerū,illa ſummę pacis trāquillitas iudicatur q̄ñ
ſicut Apoſtolus ait,canēte tuba nouiſſima, mortui
reſurgēt & nos immutabimur in gloriā; vbi ceſsā-
1. Cor. 15. tibus huius ſeculi laborib⁹ & erūnis;dimiſſis om-
niū culparum debitis,in ſola viſionis diuinæ cōtē- C
platione,cūctus electorū popul⁹ in æternū gaude-
bit,iḿpleto deſiderabili dñi ac ſaluatoris noſtri mā-
dato; Vacate & videte qm̄ ego ſum dñs: Ad cuius
perpetuā viſionē,finito hui⁹ mundi curriculo,ꝑdu-
cere nos dignetur agnus immaculatus , Deo Patri
hac nocte pro totius mundi peccatis oblatus,Ieſus
Chriſtus dominus noſter, Qui cum eodē Patre &
ſpiritu ſancto viuit & regnat , Deus per omnia ſe-
cula ſeculorum. Amen.

In cœna Domini, ad Populū, deinde & ad Pœnitentes.

HOMELIA. II.

BONI homines, q̄a veſtrā fraternitatē,aliter ne-
ceſſe eſt alloqui q̄ cōſacerdotes & cooperato- D
res noſtros,quib⁹ datū eſt noſſe myſteria regni cœ-
Mat. 13. lorū;ideo ad vos , ſimplici & ruſticano vtēte; elo-
Mar. 4. quio,cōuertamur,vt tantæ ſolēnitatis ſacramētum
Luc. 8. iuxta paruitatē noſtri ſenſus exponamus vobis ru-
ſticitate verborū. Vocatur hæc feſtiuitas,cœna dñi,
eo quòd hoc die dñs cœnauerit cū diſcipulis , eiſq;
ſacramentū corporis & ſanguinis ſui tradiderit; vt
nos,ab altari,per Chriſti miniſtros iſta ſumētes, in
ipſo viuamus ; & ſpiritualiter ipſo pane paſti, &
ipſo vino potati nō deficiamus in huius peregrina-
tionis miſeria.ſed anima & mente reficiamur. Qua
etiā die diſcipulorū ſuorū pedes abluit, exēplū dās
nobis vt ſicut ipſe fecit illis,ita & nos alterutru fa-
ceremus.i.ſi quiſquā nos leſerit; memores ꝑcepti,
ipſius ex corde dimittimus;vt & pater noſter q̄ eſt
in cęlis,dimittat nobis. Qua etiā nocte tentus eſt à
Iudæis , & mane crucifixus: vt à maledicto,q̄d nos
per primū hominē accepimus,miſericorditer libe-
raret & à dyaboli laqueis eriperet , ac cęleſtis vitæ
ianuā,ſi præcepta eius faceremus,aperiret. Cōmē-
dat autē nobis B. Paulus Apoſt.qui raptus fuit vſq;
1. Cor. 12. ad tertiū cœlū,præcepta viuēdi,quæ faciamus ; di-
cēs: maneāt i vobis,fides,ſpes,charitas:maior autē
eſt charitas.Spes autē eſt futurorum bonorū expe-
ctatio q̄ exprimit humilitatis affectū,& ſedulæ ſer-

Appendix.

A nitutis obſequiū:ſpes autem dicta,quod ſit pes,&
ꝓgrediēdi facultas:qui quiſq; dū peccatū amat,fu-
turā gloriā non ſperat. Ille enim fiducialiter ſpectat
q̄ dñi mādata fideliter ſeruat:ſpe enim,vt ait Apoſt.
ſalui facti ſumus. Ideo nō niſi à dño deo petere de- Ro. 8.
bemus q̄cquid ſperamus nos vel bene operaturos,
vel ꝓ bonis operibus , adepturos. Ponamus igitur
ſpem noſtrā in dño,inſtruēte Dauid & dicēte: mihi
autē adherere Deo bonum eſt,Ponere in dño Deo Pſ. 72.
ſpē meā. Et iterū: ſpes mea in deo eſt. Fides eſt iuſti-
ciæ fundamētū,quā nulla opera bona ꝑcedūt, & ex
qua omnia bona ꝓcedūt. Ipſa nos à peccatis oībus
purgat,mentes noſtras humiliat deo recōciliat,ſpē
nobis futurę remunerationis,inſpirat,auget in no-
B bis virtutes ſanctas,ac nos in earū poſſeſſione con-
firmat:ſine fide enim , vt ait ſcriptura , impoſſibile
eſt placere Deo:quia nemo poteſt ad verā puenire Heb. 11.
beatitudinē,niſi per fidē:fide illā ſcilicet quę per di
lectione operatur:quia vt Iacobus apoſtolus ait:fi-
des ſine operibus mortua eſt. Et iterū,quid ꝓderit, Gal. 5.
fratres mei,fidē quis dicat ſe habere,opera autē nō Iac. 2.
habeat:nūquid bene viuit,& bene viuēdo fidē re-
ctā cuſtodit:charitas eſt mater fons , & origo om-
niū virtutum. Ipſa erūnis præcepti finis, de qua di-
cit Apoſtolus, finis autem præcepti eſt charitas de
corde puro & cōſciētia bona,& fide nō ficta. Vnde, Tit. 1.
dñs ait:hoc eſt ꝑceptum meū vt diligatis inuicem: Ioh. 13.
C omne enim mādatū de ſola dilectione eſt,& omnia
vnū præceptū ſunt:quia quicquid ꝑcipitur,in ſola
charitate ſolidatur. Vt enim ait Apoſtolus , Deus
charitas eſt,& q̄ manet in charitate in Deo manet
& Deus in eo. Quatuor autē modis charitas cōſi-
ſtit:hoc eſt,in dilectione Dei quę prima eſt:ſecūda, Charitatis
ſi nos metipſos ſecūdū dñm amemus:tertia, proxi- 4. gradus.
mus:quarta,etiā inimicos. Dūm ergo pluſquā nos
diligere debemus,ꝓximū ſicut nos,inimicū vt ꝓxi
mum: hæc eſt enim vera charitas quā habere de-
bemus inuicē ſicut dñs oſtēdit & docuit dicē : di-
ligite inuicem,ſicut & ego dilexi vos,hac maiorem
dilectionem nemo habet,Quā vt animā ſuā ponat Ioh. 15.
D quis ꝓ amicis ſuis. Si autē & animā poni oportet ,
quāto magis votū & ſtudiū maius debet intelligi?
Difficile quippe eſt vim charitatis exprimere,cùm
omnia Dei ꝑcepta,ſola poſſideat charitas: dicente
Beato Auguſtino:totā magnitudinē & altitudinem
diuinorū eloquiorū ſecura poſſidet charitas. Quia
dominū proximumque diligimus. Hæc in aduerſi-
tatibus tollerat , in proſperitatib⁹ tēperat;in duris
paſſionib⁹,fortis;in bonis operib⁹, Hilaris; in ten-
tatione,tutiſſima;in hoſpitalitate,largiſſima ; inter
veros fratres,latiſſima: inter falſos , patientiſſima.
Et qui ab his tribus præceptis aliquantiſpèr lo-
E quuti ſumus,dicamus quid inter ſe differant. Fides
in ſpē proficit,ſpes vero ad charitatē:in ꝑſenti, tria
ſunt:in futuro,ſola charitas ſanctorū Angelorū &
Dei: Quicquid fides & ſpes ꝓmiſerāt,conſumma-
bitur. Maius ergo eſt quod ſemper erit,quā quod
aliquādo ceſſabit, quia ſola Charitas ibi perfecta
erit,cum perfectos, Deo,æ quo eſt donata,cōiun-
xerit. Sed quia hæc & alia bona nequaquā à Do-
mino obtinere poterim⁹,niſi oratione, ieiunio &
eleemoſina; dicamus breuiter, quāta hæc,huma-
næ ſaluti,prę̄ſtēt beneficia,ſi vt decet,à nobis fue-
rit freq̄nētata. Modū nāque orationis,ſanctiſſim⁹
Martyr Cyprianus nos docet dicens; vt cū ſtamus
ad orationē,vigilare & incumbere ad preces toto

corde debeamus. Cogitatio omnis carnalis & ſpiritalis abſcedat, nec quicquã animus cogitet quã id ſolũ qđ precanti: ideo & ſacerdos ante orationẽ, prefatione præmiſſa, parat fratrum mẽtes dicẽdo; SVRSVM CORDA, vt reſpondẽs plebs; HABEMVS AD DOMINVM, admoneatur nihil aliud ſe quã Dominũ cogitare debere, vt claudatur pectus contra aduerſariũ & ſoli Deo pateat, nec ad ſe hoſtẽ Dei tẽpore orationis accedere patiatur. Obrepit enim frequenter & penetrat; & ſubtiliter fallẽs, preces noſtras à Deo auocat, vt aliud habeamus in corde & aliud in voce. Nã cũ quali deuotione & reuerẽtia, ſit orandũ beatiſſimus & ſanctiſſim⁹, pater Benedictus demonſtrat, dicens; ſi cum hominib⁹ potentibus, volumus aliqua ſuggerere, nõ poſſum⁹, niſi cũ humilitate & reuerẽtia; Quãtò magis Domino Deo vniuerſorũ, cũ omni humilitate & deuotionis puritate ſupplicandũ eſt; cùm nõ in multiloquio; ſed in puritate cordis & cõpunctione lachrymarũ nos exaudiri ſciamus? Illinc dominus in Euãgelio; cum ſtabitis ad orandũ, dimittite ſi quid habetis aduerſus alterum Huic iterũ dicit; niſi remiſeritis hominib⁹ peccata eorũ, nec pater veſter qui in cęlis eſt dimittet vobis peccata veſtra. Huic rurſus ait; date & dabitur vobis, dimittite & dimittetur vobis. Hinc in inſtitutione orationis, cõditionem pietatis poſuit, dicẽs: dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitorib⁹ noſtris. Ille recte ſui delicti, veniam poſtulat, qui hoc prius quòd in eũ delinquitur relaxat: dimittamus ergo quòd debetur nobis. Relinq; proximo tuo, ait Salomon, nocenti à te, & tũc deprecãti tibi peccata ſoluentur. Ait enim Apoſtolus Paulus; Volo itaq; viros orare in omni loco leuãtes ſanctas manus ſine ira & diſceptatione: ſanctæ cũ man⁹ ſunt, vt ait Ambroſius, Quãdo Cor mundũ eſt; q̃a ipſa eſt Domino acceptabilis oratio, quę funditur ſine odio fraterno. Ait autẽ dominus; Oportet ſemper orare & nõ deficere & Paulus apoſtolus ait: ſemper gaudete ſine intermiſſione orate. Quis autem poteſt ſemper orare, ac ſine defectu, & intermiſſione precib⁹ inſiſtere, vt nec alimentũ ſumẽdi nec dormiẽdi tẽpus habeat? Cui ergo dicẽdũ eſt; oporter ſemper orare & nõ deficere; niſi ei qui canonicis horis quotidie, iuxta rectũ eccleſiaſticæ traditionis, pſalmodiis præcibuſque cõſuetis dñm laudare & rogare nõ deſiſtit, & hoc eſt quod pſalmiſta dicebat; Benedicã Dñm in omni tpe, ſemper laus eius in ore meo. Sedulæ autẽ p̃ces p̃uocãt animũ iudicis ad miſericordiam: & ſicut militi ſine armis ad bellũ exire nõ cõuenit, ita homini Chriſtiano p̃cedere quòlibet ſine oratione nõ expedit. Egredientes de hoſpitio armet oratio, regrediẽtibus de platea animo occurat. Quicquid Chriſtianus incoat, antea dirigat oratione ad Dñm. Quidquid perficit, & hoc cũ oratione perficiat: & ſemp ſẽſu, mẽte, voce, & opere, omnipotẽtẽ dñm oret vt det ea velle, dicere, pariter & facere, & ea vſq; ad boni operis perſeuerantiã retinere, quib⁹ ad vitãq; perpetuã fœliciter peruenire cõcedat, frequẽter orationib⁹ inſiſtat, & mala ſua p̃terita cũ lachrymis, & gemitu quotidie in oratione Deo cõfiteatur, & caueat ne ad hoc rurſus promat quod ſe planxiſſe agnoſcit, meminiſſe enim debet quòd dicitur; ne iteres verbũ in orationẽ tua: quo videlicet dicto vir ſapiẽs nequaquã nos prohibet ſæpe veniã petere, ſed culpas iterare; Ac ſi aperte dicat: cum male geſta defleueris, nequaquã rurſus facias quod cũ precib⁹ iterũ plãgas. Sciat autẽ fraternitas veſtra. Quia tũc pretioſior ſit oratio cũ cõiuncta fuerit eleemoſinæ, ineficax enim petitio eſt, vt ait Beatus Cyprianus, Cum precatur dñi ſterilis oratio Nã ſi omnis arbor nõ faciẽs fructũ bonũ excindetur & in ignẽ mittitur, vtique & ſermo nõ habẽs fructũ, promereri dñi nõ poteſt, quia nulla operatione fecundus eſt, & ideo ſcriptura diuina inſeruit dicẽs: Bona eſt oratio cũ ieiunio & eleemoſina. Nã qui in die iudicij p̃miũ pro operib⁹ & eleemoſinis redditur⁹ eſt, hodie quoq; ad orationẽ cũ operatione veniẽti, benignus auditor eſt. Sic Cornelius centurio cũ oraret, meruit audiri, faciẽs multas eleemoſinas & orans ſemper dñm. Hinc circa horã nonã aſtitit Angelus teſtimoniũ reddẽs ſuis operis, & dicẽs, Corneli, orationes tuæ & eleemoſinæ tuæ aſcẽderunt in memoriã corã dño. Sitò orationes ad dñm aſcẽdunt quæ ad eũ merita noſtri operis adſerũt, Vnde & per Iheremiã prophetã dicitur: leuemus corda noſtra cũ manib⁹ ad dñm. Ad dñm quippe corda cũ manib⁹ leuare, eſt orationis noſtræ ſtudiũ cum merito boni operis cõiungere. De hoc, & ſanctus Leo Papa, oratione cũ propiciatio quęritur, ieiunio cõcupiſcentia carnis, extinguitur, eleemoſinis peccata redimũtur, in orationib⁹ fides p̃manet recta, i ieiuniis inuicta, in eleemoſinis mẽs benigna, hoc enim perfectũ & rationabile ieiuniũ, quod noſter externus homo ieiunat, interior òrat, & facilius per ieiuniũ oratio penetrat in cælum. Ieiunia, fortia tela ſunt aduerſus tẽtamẽta dęmoniorũ; Citò enim per abſtinẽtiã deuincuntur, cũ ieiunia bonis operibus, Deo acceptabilia ſunt. Qui autẽ cibis abſtinẽt & praue agũt, dæmones imitãtur quibus eſca nõ eſt, & nequitia ſemper eſt: ille enim demũ bene abſtinet à cibis qui & à malitiæ actibus & à mũdi ieiunat ambitionib⁹. Neceſſaria nãque ſunt animæ noſtræ ieiunia, ſicut vulneribus medicina; Medelã enim cõſerũt vitæ perpetuæ: ita tñ vt duarum rerũ teſtimoniis cõmẽdetur, Orationi ſcilicet ac miſericordia; ſicut & dñs per Prophetam dicit: Nonne hoc eſt magis ieiuniũ q̃ elegitur, diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti ſunt liberos, & omne onus diſrũpe: frãge eſuriẽti panẽ tuũ, & egenos vagoſq; indue in domũ tuã: cũ videris nudum operi eũ, & carnẽ tuã, ne deſpexeris, Tũc erumpet quaſi mane lumẽ tuũ, & ſanitas tua citi⁹ orietur, & ante erit faciẽ tuã iuſtitia tua & gloria dñi colliget te. Tũc inuocabis, & dñs exaudiet; clamabis, & dicet, ecce adſũ. Illud ergo ieiuniũ De⁹ aprobat, quod ad eius oculos man⁹ eleemoſinarũ leuat, quod cũ p̃ximi dilectione agitur, q̃ pietate conditur. Quia ergo tibi ſubtrahis, alteri largire; & vnde tua caro affligitur inde egentis p̃ximi caro reparetur. Huic etenim per Prophetã dñs dicit; cum ieiunaretis & plãgeretis, nũquid ieiuniũ ieiunaſtis mihi? & cum comeditis & bibitis nũquid nõ vobiſmetipſis comeditis & vobiſmetipſis, bibitis? ſibi enim comedit & bibit qui alimẽta corporis, quæ ſunt cõmunia dona cõditoris, ſine indigentib⁹ percipit; & ſibi quiſq; ieiunat, ſi ea quę ad tẽpus ſubtrahit, non pauperib⁹ tribuit ſed vẽtri poſtmodũ offerẽda cuſtodit. Huic per Prophetã Iohelẽ dicitur; ſanctificate ieiuniũ. Ieiuniũ quippè ſanctificare eſt adiunctis bonis aliis, dignam carnis abſtinentiã oſtẽdere. Qui enim vult ordinate dare eleemoſinã, à ſe-

Margin notes (left column): *Surſum corda, cur à Sacerdote dicatur.* — *Mentis euagatio in oratione, à Dæmone eſt.* — *Mat. 6.* — *Mat. 5.* — *Eccl. 28.* — *1. Tim. 2.* — *Luc. 18.* — *1. Theſſ. 5.* — *Hora canonica, ex Eccleſiaſtica traditione ſunt.* — *Pſ. 33.* — *Eccl. 7.*

Margin notes (right column): *Mat. 3.* — *Tob. 12.* — *Act. 10.* — *Thren. 3.* — *Peccator ieiunans, dæmoni ſimilis eſt.* — *Iſa. 58.* — *Ieiunium illud demum Deo probatur quod eleemoſyna cõiunctum eſt.* — *Zach. 7.* — *Iohel. 1. & 2.*

A B C D E

ipſo debet incipere & eam ſibi primùm dare. Eſt A
enim ælemoſina opus miſericordiæ;veriſſiméque
dictum eſt;miſerere animę tuæ placens Deo. Pro-
Eccl. 30. pter hoc renaſcimur vt Deo placeam⁹,qui meritò
diſplicet quod naſcendo cōtraximus:hęc eſt prius
ęlemoſina quam nobis debemus. Date ęlemuſin i
Luc. 11. & ecce omnia mūda ſunt vobis. Non ſolùm ergo
qui dat eſurienti cibū,ſitienti potum, nudo veſti-
mentū,peregrināti hoſpitiū,fugiēti latibulū, ęgro
vel incluſo viſitationē,captiuo redemptionē, non
Eleemoſina ſpiritualis. ſano medelam,erranti viam, deliberanti conſiliū,
& quo deniq́ue neceſſarium indigenti verùm etiā
qui dat veniā peccanti,ælemoſinā dat;& qui emē-
dat verba eum in quem poteſtas datur,vel coercet B
aliqua diſciplina; & tamē peccatū ea eius quo ab
illo læſus eſt vel offēſus dimittit ex corde, vel orat
vt dimittatur ei: Nō ſolū in eo quod dimittit atq;
orat,verū etiā in eo quod corripit&aliqua emēda-
tiora pœna plectit,ælemoſinā dat quia miſericor-
diā preſtat. Raphaël quoq; Angelus, vt ęleemoſi-
na libenter ac largiter detur, hortatur dicēs: Bona
Tob. 12. eſt oratio cū ieiunio& ęleemoſina,quia ęlemoſina
Eleemoſina ſpiritualis. liberat à morte,& peccata ipſa purgat. Oſtendit
orationes noſtras ac ieiunia minus poſſe niſi æle-
moſinis adiuuentur: duæ nāque ſunt ælemoſinæ;
vna corporis,egēti dare quicquid poteris. Altera
Luc. 12. ſpiritualis,dimittere à quo læſus fueris. Vēdite,in- C
quit,quæ poſſidetis;& date ælemoſinam. Et iterū:
Luc. 11. date ælemoſinā,& ecce omnia munda ſcilicet vo-
Pro. 13. bis. Et Salomō ait: redemptio animæ viri diuitiæ
Pro. 14. ſuæ; Qui autem miſeretur pauperi,beatus erit. Et
iterum ſcriptura; Cōclude ælemoſinā in ſinu pau-
peris,& hæc pro te exorabat ab omni malo: ſicut
ignem ardētem extinguit aquā,ita ęlemoſina pec-
Eccl. 3. catum. Et iterum;qui obturat aures ſuas ne audiat
Pro. 21. pauperē,& ipſe inuocabit dominū& non erit qui
Iſa. 33. exaudiat eū: Neque enim miſericordiam Dei me-
reri poterit,qui miſericors ei nō fuerit; aut impe-
trauit de diuina pietate aliquid in precibus,qui ad
precem pauperis non fuerit humanus. Quod ite-
Pſ. 40. rū in pſalmis Spiritus ſanctus declarat & probat, D
dicens: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pau-
perem,in die mala liberabit eum dominus. Et Da-
niel legitur tale dediſſe cōſiliū Nabuchodonoſor:
Dan. 4. Propterea Rex placeat tibi conſilium meū,&pec-
cata tua ælemoſinis redime,& iniuſtitias tuas mi-
ſerationibus pauperum;& erit dominus patiēs in
peccatis tuis. Hic ſi peccata ſua ælemoſinis redi-
mere noluiſſet,vtique nec euadere mala quæ per-
peſſus eſt,potuiſſet. Deus enim Elemoſinis paupe
rum feneranti:& cū datur minimis,Chriſto datur.
Ipſe enim in iudicio ſuo dicturus eſt; Eſuriui,&de
Mat. 25. diſtis mihi manducare;ſitiui, & dediſtis mihi po-
tum; Nudus fui, & veſtiſtis me, *&c.* Et, quod feci- E
ſtis vni de minimis fratribus meis, mihi feciſtis:
& tunc audiēt vocē illam beatā; Venite benedicti
patris mei,percipite paratū vobis regnū ab origi-
ne mūdi. Beatus vero Tobias filium monens vt æ-
Tob. 12. lemoſinam faceret,ait inter alia: Ex ſubſtantia tua,
fac ælemoſinā,fili mi, & noli auertere faciem tuā
ab vllo paupere,ita enim fiet,vt nec à te auertatur
facies Domini. Quomodo potueris,ita eſto miſe-
ricors: ſi multum tibi fuerit,abundanter tribue; ſi
exiguū fuerit,etiam exiguū libēter impartiri ſtude:
Pręmiū enim bonū,tibi theſaurizas in die neceſſi-
tatis,quoniā ęlemoſina ab omni peccato & à mor

A te liberat,& non patietur animā ire in tenebras,fi-
ducia magna erit corā ſummo Deo ælemoſinam,
omnibus facientibus eam: miſericordiam verò à cō
patiendo alienæ miſeriæ vocabulū ſortita eſt; iſta
porrò bonorū operum exercitia,melius;immò in-
ſtantius fiūt à nobis cū ex recordatione peccati cō *Eleemoſina Pœnitētia tempore ſit melius quam alias.*
pungimur,& cōpungēdo peccata cōfitemur,ſicq;
ad remedia pœnitentiæ confugimus. Bonū eſt ho-
mini ſemper ante oculos propria adhibere delicta
ſecundum pſalmi ſententiā, & peccatum meū cō-
tra me eſt ſemper. Seruo Dei tanta debet eſſe pec-
cati recordatio, vt ea quę geſſit,ſemper lachrymis
confiteatur vnde& Pſalmus dicit; Conuerſus ſum *Pſ. 50.*
B in ęrūna dum configitur ſpina, Peccatum meū co- *Peccati recordationem, lachryma ca miſari, debent.*
gnitū tibi feci,& dixi; Pronunciabo aduerſum me
iniuſticias meas domino,& tu remiſiſti impietatē
peccati mei. Salomō ait, Qui abſcōdit ſcælera ſua,
nō dirigetur; Qui autē confeſſus fuerit & relique-
rit ea,miſericordiā conſequetur. Huic beatus Iob;
Quapropter & ego nō parcā ori meo. Ori parcit *Pro. 25.*
ſuo,qui cōfiteri malum quod fecit,erubeſcit. Sed *Iob. 7.*
iuſtus ori ſuo non parcit,quia nimirùm iram iudi- *Ori ſuo parcere.*
cis diſtrictā perueniens verbis contra ſe propriæ
cōfeſſionis nō parcit huic pſalmiſta ait; præuenia-
mus faciē eius in cōfeſſione. Hinc ſcriptū eſt; dic *Pſ. 94.*
tu iniquitates tuas,vt iuſtificeabis,ex eo enim vnuſ- *Iſa. 43.*
C quiſq; iuſtus eſſe incipit,ex quo ſui accuſator ex-
titerit. Cōfeſſio enim pœnitentiā mōſtrat, Pœnitē-
tia ſatiſfactione oſtētat, ſatisfactio veniā ſibi diui-
na pietate conciliat: Nec enim poterit indulgentia
tribui,niſi ira Dei poſſit cōfeſſione placari. O vene
randa pietas Dei! Peccauimus,&parcit! deliquim⁹,
& ignoſcit! Offendimus,&adhuc placatus exiſtit!
Vnde qualis erga iuſtos ſit demōſtrat, dum talē ſe
erga peccatores oſtēdit; nec peccator iā poterit ex-
cuſari; qui cōfeſſionē,per quàm veniā naſcitur,nō
properauit amplecti,ne poſſet reus gemino crimi
ne detineri; dū primò legē contēpſit vt delinque-
ret,& confeſſionis remedia amplecti noluit vt pe-
riret. Ergo quiſquis ea peccator remedia qui poſt
D peccatum,& qui peccādo,diuina contēpſiſti pręce-
pta; cōfeſſio afferat ſalutē,cui contēptus accele-
rat mortē, Confiteantur ſinguli,quęſo vos fratres,
delictū ſuum,dū adhuc qui deliquit in ſeculo eſt,
dū admitti cōfeſſio eius poteſt illi ſe aīa proſternat
illi mens tota ſatisfaciat,illi ſpes omnis incumbat.
Rogare generaliter debemus dicit ipſe; reuertimi-
ni,inquit,ad me in toto corde veſtro,ſimul in ieiu
nio,fletu,& planctu. Duo ſunt nāque genera com
punctionis quibus ſemet ipſos domino in ara cor
dis immolāt fideles nimirū dominū ſitiens anima
prius timore cōpūgitur; poſt,amorē. Prius ſeſe in
E lachrymis afficit, quia dū peccatorū ſuorū recor-
datur,pro his perpeti ſuplicia ęterna pertimeſcit.
At dum longa melioris anxietate fuerit formido,
cōſumpta,quædā iā de præſumptione veniæ ſecu-
ritas naſcitur,& in amorē cęleſtiū gaudiorū anim⁹
inflāmatur:& qui pri⁹ flebat ne duceretur ad ſup-
pliciū,poſtmodùm flere amariſſime incipit, quia
differtur à regno. Contemplatur etenim mens qui
ſint illi Angelorum cori, quæ ipſa ſocietas beato-
rum ſpirituum, quæ mageſtas æternæ viſionis
Dei; & amplius plangit quia bonis perennibus
deeſt, quam flebat prius cum mala æterna me-
tuebat. Vtramque autem noſtræ compunctionis
HOSTIAM, gratāter, accipere, dignetur Chriſtus;

Qui & pro peccato lugentibus, atque afflictis, clementer errata dimittit; & pro ingreſſu vitæ cæleſtis, tota mentis intentione ferventes, æterna ſuæ viſionis luce reficit Ieſus Chriſtus Domiuus noſter.

Pænitẽtiæ habitus. An vos prętereà nunc ſpiritualius noſter ſermo transfertur, quos ſub pœnitudinis habitu conſtitutos, facie ſcalida, & crine demiſſo, peccamina veſtra plauxiſſe, & vitia carnis in vobis mortificaſſe; quantùm homini videre poſſibile eſt, conſideramus. Ante omnia autem vobis ſcire neceſſe eſt quia licet impoſitionem manuum noſtrarum accipere cupiatis, tamen abſolutionem peccatorum veſtrorum conſequi non poteſtis, antequã per cõpunctionis gratiã diuina pietas vos abſoluere dignabitur: Tunc enim, vt beatus dicit Gregorius; Vera eſt abſolutio pręſidentis, cum interni arbitrium ſequitur iudicis. Quod bene quatriduani *Ioh. 11.* mortui reſuſcitatio illa ſignificat, quæ videlicet demonſtrat. Quia prius mortuum vocauit dominus & viuificauit, dicẽs: Lazare veni foras: & poſtmodùm is qui viuens egreſſus fuerat, à diſcipulis eſt ſolutus, ſicut ſcriptum eſt: cumque egreſſus eſſet, qui ligatus fuerat inſtitis; tunc dixit diſcipulis: Soluite eum, & ſinite abire. Ecce illum iam viuèuentem diſcipuli ſoluunt, quem magiſter reſuſcitauerat mortuum. Si enim diſcipuli, Lazarum mortuum ſoluerent, fœtorem magis oſtenderent quam virtutem, ex qua conſideratione intuẽdum eſt, quod nos debemus per paſtoralem auctoritatem eos ſoluere, quos agnoſcimus auctorem noſtrum per ſuſcitantem gratiam viuificaſſe quę nimirum viuificatio, ante operationem rectitudinis, in ipſa iam cognoſcitur confeſſione peccati. Vnde & hinc ipſi mortuo Lazaro, nequaquam dicitur; reminiſce; ſed, veni foras: Omnis quippe peccator intra cõſcientiam abſcondit ſe, introrſus latet, in ſuis penetralibus occultatur; ſed mortuus venit forás, dum peccator nequitias ſuas ſponte confitetur. Lazaro ergo dicitur, veni foras: Ac ſi aperte cuilibet mortuo in culpa, diceretur; cur reatum tuum intra conſcientiam abſcondis? foras iam per confeſſionem egredere, qui apud te interius per negationem lates. Veniat itaque iam foras, mortuus; id eſt, culpam confiteatur peccator, venientem verò forás, ſoluant diſcipuli vt paſtores eccleſiæ pœnam amoueant, quam meruit; quia non erubuit confiteri quod fecit. *Satiſfacere de peccatis.* Si ergo, fratres chariſſimi, de perpetratis malis Deo ſatisfacientis, indeque erubeſcẽtia; & non vlterius, ad perpetrata mala, animo redire deliberatia; oſtendite nobis ſignum veſtræ ad Dominum & regreſſionis, *Luc. 15.* vt ſimul cum angelis quibus eſt gaudium in Cęlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, de veſtro reditu gaudere poſſimus.

Poſt datum à pænitentibus ſignum ſuæ ad Dominum regreſſionis, idq; in altum elata dextra, vt ante, Homo rurſum ſic dicere auſus eſt Epiſcopus.

Iſa. 6. DEo piiſſimo & ſemper miſericordiſſimo, omnes, in commune, referamus gratias; qui dixit Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat; quoniam non ſolùm veſtram pœnitentiam, ſed & dignos pœnitentiæ fructus, in vobis aſpicimus. *Matth. 3.* Ait ergo Beatus Ioannes Baptiſta, & domini noſtri Ieſu Chriſti pręcurſor ad turbas; *Luc. 3.* facite dignos fructus pœnitentiæ: Quibus verbis notum eſt quod amicus ſponſi non ſolùm fructus pœnitentię, ſed dignos pœnitentiæ fructus admonet eſſe faciendos: Aliud namque eſt fructum facere, aliud digne pœnitentiam agere. Vt enim ſecundum dignos pœnitentiæ fructus loquamur; ſciendum eſt, quia quiſquis illicita nulla commiſit, huic iure conceditur vt licitis vtatur, ſicque pietatis opera faciat, vt tamen ſi noluerit ea quæ mundi ſunt non relinquat, *Pænitẽtiæ fructus dignus.* Pœnitentiam quippe agere, & perpetrata mala plangere & plangenda non perpetrare (duplicem videlicet fructum) debet habere in pœnitentia omnis peccator; ſiue quia per negligentiam, bonum nõ fecit; Siue quia malum per audaciam perpetrauit. Ille ergo pœnitentiam digne agit, qui reatum ſuum ſatiſfactione legitima plangit condemnando ſcilicet ac deflendo quæ geſſit. *Satiſfactio legitima.* Omnipotens quippe Deus contritionem quærit, flectibus flectitur, lugentes lætificat, pœnitentibus preſtò eſt *Lachrymarum profectus magnus eſt.* Magnus profectus eſt lachrymarum; plorando ſeruus propitiatur Domino, filius lachrymis mitigat, patrẽ & aſperam matrem plorans mulcet paruulus; Ita ergo & peccator profuſis fletibus remouet iram Dei. Petrus namque trinam negationem lachrymis diluit; ſcriptum eſt enim: & recordatus Petrus, fleuit amarè. *Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22.* Dicit verò Dauid; Venite adoremus & ploremus coram domino qui fecit nos. *Pſ. 94.* Et iterũ; fuerunt mihi lacrymę meæ panes die ac nocte, & *Pſ. 41.* potum meum cum fletu miſcebam, Stratum meũ per ſingulas noctes lachrymis rigabo, & iterum; *Pſ. 101.* Deus vitam meam annunciaui tibi, poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo. *Pſ. 55.* Oportet igitur nos ſalutem noſtram lugere perditam, atque animam noſtram mortuam lamentari; vt cùm de hoc ſeculo abſtracti fuerimus, ad vitam mereamur peruenire perpetuam, Quia non aliter cõſequemur niſi perſeuerãtia boni operis: Virtus etenim boni operis perſeuerantia eſt: & voce veritatis dicitur; qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. *Mat. 10. & 24.* In caſſum quippe bonum agitur, ſi ante terminum vitæ deſeratur; & præcepto legis, cauda hoſtiæ in ſacrificio iubebatur offerri: *Ex. 29. Leuit. 3, 7. & 8.* in cauda quippe, finis eſt corporis; & ille bene immolat, qui ſacrificium boni operis vſque ad finem debitum perducit actionis. Hinc Ioſeph, inter reliquos fratres, talarẽ tunicam habuiſſe deſcribitur; *Gen. 37.* Tunica quippe vſque ad talum, eſt opus bonum vſque ad cõſummationem, & tunc placet Domino noſtro conuerſatio, Quando bonum inchoamus perſeuerãti fine complemus. *Perſeuerãdum in virtutibus vſque in finem.* Bonum ergo, non cæpiſſe, ſed perfeciſſe, virtus eſt: Nam non inchoantibus pręmia permittuntur, ſed perſeuerantibus dantur. Sẽper in vita hominis, finis quærendus eſt, Quia Deus non reſpicit quales antea fuerimus, ſed quales circa vitæ finem erimus. Vnumquẽque enim Deus de ſuo fine non de vita iudicat. Perſiſtamus igitur; chariſſimi, omni cum intentione diuinis in obſecrationibus, vt ea quæ ſibi placita ſunt, faciat nobis cum ſua benedictione inchoare, & vſque ad perſeuerantiam bonæ perducere conſummatione; Quia α & ω, principium & finis Ieſus Chriſtus Dominus noſter, *Apoc. 1. & 22.* Qui cum Patre regnat Deus in vnitate Spiritus ſancti, Per omnia ſæcula ſeculorum. Amen.

In

In die Cœnæ Domini, de vera Charitate ad Populum.

HOMILIA. 12.

Epiſcopi duplex met⁹ quia tarò concionaretur ad Plebem.

FRATRES dilectiſſimi, quia veraciter in conſcientia mea dicere non valeo: hoc qnod Beatus Gregorins Romanæ vrbis Pontifex, doctrina omni que bonitate redundans dis illc legem ad populum: Sæpe vos admoneo Chariſſimi, praua opera fugere, mundi huius inquinamenta deuitare, &c. valde dolco ac mœtore langueſco: Cũ etiam illud ad memoriam reduco quod Dominus

Ezech. 3.

per Ezechielem prophetam, torpentibus ac negligentibns comminatur Sacerdotibus: Si, inquit, nõ annunciaueris iniquo iniquitates ſuas. „ Sanguinẽ eius de manu tua requiram: Et me pigrum ac deſidem, ad hoc opus, eſſe recognoſco: totus viſceribus contabeſco. Dum enim timeo de me, & dum formido de animabus mihi commiſſis: duplici timore ac dolore conſumor. Et ideo cum Pſalmiſta clamo: Cor meum conturbatum eſt, derelinqnit

Pſal. 37.

me virtus mea. Quocirca, & ſi non abundantes riuos, certe vel qualeſcunqne guttas poterimus animabus veſtris inſundere procurabimus vt fructiſem noſtra cordis terra, accepto Verbi Dei ſemine, germinet bonorum operum meſſem: vt veniens Dominus copioſum in vobis inuenire gaudeat

Epiſcopus ſaculi occupationibus impeditus, breui ſermone concionatur ad populum.

fructum. Nunc quoque multis Sæculi occupationibus præpediti breui ſermone. Sed veſtræ ſaluria vtili fruitati alioqui decreuimus. Quæ ergo ſit illa breuitas: Apoſtolus inſinuat dicẽs: Finis præcepti eſt Charitas, de corde puto & conſcientia bona & fide non ficta. Iſta breuitas ateſtante Beato Auguſtino: Et vt teneatur memoriter, eſt ſuauis: & vt cuſtodiatur fidelter, dulcis: Hanc qui neſcit, quærat, vt quærendo inueniat. Pulſet ad oſtium amici, & petat panem. Oſtium amici, Allegoricæ, diuini intelligentia ſermonis eſt. Panis intelligenti Charitas, propter maiorem apetitum neceſſitatis. Nam ſicut ſine pane, aliis cibis omnibus

1. Timo. 1.
Luc. 11.

Charitas eſt panis vita Chriſtianæ.

appoſitis, menſa inopa eſſe videtur: Sic ſine Charitate, cæteræ virtutea quaſi nihil eſſe probantur. Hanc qui inuenerit, guſtet quam ſuauis eſt, horrante Propheta: Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus. Hanc qui habere poſſunt, in Deo manent, & Dominus in illis, quoniam Deus Charitas eſt. Et vos, fratres, ſi diuites eſſe cupitis: veras diuitias amate: qnia ille vere diues eſt: In quo De⁹ habitare dignatur. Si dulcedinem æternæ ſuauitatis guſtare vultis veram Charitatem tenete: nõ illam quæ tantum promittitur ore, & non ſeruanti in corde Sed illũ quę ſic ex ore profertur, vt tamen in corde teneatur. Ioanne Apoſtolo monẽte; filioli non diligamus verbo neqne lingua, ſed opere & veritate. Licet ergo, fratres, admonitione ſalutari omnes ingemamus, & omnibus in commune proficiat: Illis tamen magis eſt neceſſaria qui maioribus capitalium criminum vinculis allegati eſſe noſcuntur: Et qui Diabolicis ſponte ſe tradiderũt illecebris: à quibus nõ vallent ſe per ſe exuere, niſi valida manus miſericordiæ Dei eos eripuerit. Et quoniam Medicorum vices, nos Epiſcopi, quamuis indigni tenere videmur; vt male habentibus remedia conſolationis adhibeamus: Conuertam me ad illos qni antidoto reconciliationis & renouationis indigent, qua renouari poſſit: Sicut Aquilę iuuentus eorum, ipſo adiuuant: Qui viuit &

Pſalm. 33.

Charitas ficta.

1. Ioh. 3.

Pſal. 102.

Appendix

regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

In die Cœnæ Domini: de Filio Prodigo: ad Pœnitentes.

HOMILIA. 13.

AVDISTIS ſępe, fratres Apoſtolum dicentem: Quod Chriſtus Ieſus venit in hunc Mundũ peccatores ſaluos facere: quorum primus ego ſum: Vnde gaudendum eſt generaliter, & nobis & vobis. quocirca nolite deſperare, nolite metuere, nolite diffidere. Non legimus Dominum manduacaſſe cum principibus & potentibus ſeculi, ſed cum peccatoribus & publicanis, venit enim quærere, & ſaluum facere quod perierat. Et propterea parabolam de duobus cuiuſdam filiis, quã ipſe diſcipulis ſuis & turbis Iudæorũ. Inſumere dignatus eſt, quia vos audire cõgruit, & ad vos pertinere dinoſcitur: Breuiter perſtringimus, homo quidam habuit duos filios, & dixit Adoleſcentior ex illis, patri. Pater da mihi portionem ſubſtantię quæ me contigit, & diuiſit illis ſubſtantiam, pars ſubſtantiæ quæ minorem filium contigit, ipſe ſenſus in homine rationalis eſt: Quem minor filius per quẽ vos intelligi poteſtis, expetiit à patre cum homo ſua poteſtate delectatus per liberum arbitrium ſeſe regere, atque à domino ſui conditoris quæſiuit eximere. Et non poſt multos dies, Adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe. Longe profectus eſt: non locum mutando, ſed animum: Quantò enim quiſq; plus in prauo opere delinquit, tantò à Deo longius recedit. Et poſtquam omnia conſumpſiſſet, facta eſt fames valida in regione illa. Omnia quæ diſſipauit: ornamenta naturæ quæ conſumpſit, ſignificant. Quæ ornamenta; quaſi exponit Pſalmiſta. Vbi dicit: homo cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Et ipſe cepit egere, & adhæſit vni ciuium regionis illius. Vnus Ciuium regionis illius, cui egens adhæſit: ille eſt qui princeps mundi à Domino vocatur; hoc eſt, Diabolus. Et miſit illũ in villam ſuam vt paſceret porcos. In villam mitti: eſt, ſubſtantiæ mundialis cupiditate ſubiugari. Porcos paſcere, eſt eius opera; id eſt, peccata operari. Quibus immundus ſpiritus gaudeat. In ſe autem reuerſus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autẽ hîc fame pereo: Surgã & ibo ad patrẽ meum, & dicam ei. Pater peccaui in cœlum & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus: Fac me ſicut vnum ex mercenariis tuis. Vox iſta, vox veſtra debet eſſe, quos Diabolus miſit in villam paſcere porcos. Et propterea poſtquam lapſi fuiſtis in barathrum capitalium criminum, non fuiſtis auſi aſpirare, vt vocaremini filij Patris: Sed mercenarij locum hactenus quæſiſtis. At ſi vos videret Pater, cor haberet contritum: & deinceps dilexeritis inimicos, & benefeceritis odientibus vos, pro calomniantibus oraueritis, Eleemoſynam pauperibus ſecundum poſſibilitatem veſtram porrexeritis, Egenos in domibus veſtris receperitis: faciet de vobis ſicut de Filio Prodigo feciſſe ſubſequenter legitur. Cum autem adhuc longe eſſet, vidit illum pater eius: & miſericordia motus eſt, & occurrens cecidit ſuper collũ eius, & oſculatus eſt eum. Et poſt pauca, fratris illius maiori ait: Epu-

1. Timot. 1.

Luc. 19.

Luc. 15.

Pſal. 48.

Iob. 14.

lari & gaudere oportebat. Quia frater tuus mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus eſt. Si ergo vos veraciter ac puriter confeſſi eſtis, & conuerſi de vana veſtra conuerſatione & veterem hominem exueritis cum actibus ſuis; cúmque ſecundum dominũ creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate induere volueritis: Tunc uos epulari & gaudere oportet: Qui fratrẽ noſtrũ qui mortuus fuerat reuiuiſcit, & qui perierat inuent⁹ eſt. Videte ergo vt grauia facinora quæ fallente Diabolo commiſiſtis cum gemitibus & ſuſpiriis quàmdiu vixeritis, lugeatis: Et quomodo non deerunt vobis quotidiana peccatorum minorum vulnera: Sic non quod deſint eleemoſynarum & orationum remedia diẽ mortis ſemper pre oculis habentes, quia mors venire non tardat & qui vſque hodie in publica pœnitentia, cilicio induſti fuſtis, induite deinceps ſobrietatem abſtinentiam temperantiam, & conuiuium aut alienum cõuiuium veneritis, potius requirite holera & legumina quàm epularum ſuperflua, ne per ebrietatem aut gulam, verum inimicus veſter inuiſibilis locum in vobis habere valeat. Et ne fiant quod abſit nouiſſima veſtra peiora prioribus, hoc ideo præmonemus, vt ſemper timorem & formidinem Dei ante oculos habentis. Et talis ſit timor vt deſperatio non te intermiſceat quia Dominus paratus eſt ſemper recipere peccatores ad pœnitentiam conuerti volentes. Ad hanc autem promiſſionem: Id eſt ne deſperetis de clementia Dei. Confirmandum referam vobis hoc quod Beatus Gregorius in quadam homelia ſua narrat de quodam. In monaſterio ſuo ad conuerſationem venit dicens. Præſenti anno in Monaſterio meo quod iuxta beatorum Martyrum Ioannis & Pauli poſitum eſt, frater quidem ad conuerſionem venit deuote ſuſceptus eſt. Sed ipſe deuotiùs conuerſatus eſt, hunc ad Monaſterium frater ſuus, corpore non corde ſequutus eſt. Nam valde conuerſionis vitam & habitum deteſtatus in Monaſterio vt hoſpes habitabat & Monachorum vitam fugiens moribus, recedere, à Monaſterij habitatione non poterat. Quia vel quid ageret vel vnde viueret nõ habebat: Erat eius prauitas cunctis oneroſa. Sed hanc omnes æquanimiter pro fratris eius amore tollerabãt. Nã ſuperbus & lubricus: Si qua prius hoc ſeculũ ſequẽtem vita neſciebat irridebat verò quaſi illi hanc prędicare voluiſſet, itaque cum habitu ſeculari viuebat in Monaſterio verbis leuis nutibus inſtabilis, mente timidus veſte cõpoſitus, actione diſſipatus, Menſe autẽ Iulio nuper elapſo huius quam noſtis peſtilentię clade percuſſus eſt. Qui ad extremum veniens vrgeri cæpit vt animã redderet & vltima iam corporis parte præmortua vitatis virtus ſolo peccatore & lingua remanſerat fratres aderant eiuſque exitum in quantum Deo largiente poterant oratione turbatur: At ille ſubito Draconem venire conſpitiens magnis quippe vocibus, clamare cepit dicens: Ecce Draconi ad deuorandum datus ſum, propter veſtram præſentiam deuorare me non poteſt. quid mihi moras facitis? Dare locum vt ei deuorare me liceat. Cumq; hic fratres vt ſignum ſanctæ Crucis imprimeret admonerent. Reſpondebat virtute qua poterat dicens: Volo me ſignare: Sed non poſſum, quia Dracone præmor: Spume oris eius faciem meam liniuit. Guttur meum ore eius ſuffocatur: Ecce ab eo brachia me comprimuntur, qui iam & caput meum in ſuo ore abſorbuit. Cũque hoc ille pallẽs tremens & moriens diceret cæperunt fratres vehementius orationibus inſiſtere & oppreſſione Draconis præſentia ſuis præcibus adiuuare. Cum repente liberatus cœpit, magnis vocibus clamare dicens Deo gratias, Ecce diſceſſit, Ecce exijt ante orationes veſtras fugit, draco qui me acceperat, Mox autẽ ſequuturũ ſe Dominum & eſſe Monachum deuouit atque à tempore illo nunc febribus prę̨mitur, doloribus fatigatur. Morti quidam ſubtractus eſt: Sed adhuc plenius vitæ reſtiturus non eſt. Vos etiam fratres prius exortationem quam habuimus ad pœnitentes. Mecum admoneo vt vnuſquiſque noſtrum recurrat ad conſcientiæ ſuæ ſecreta & interroget ſemetipſum qualiter per totum annum maximè his ſacris diebus conuerſatus eſt: Et ſi inuenerit in corde ſuo ſpinas & tribulos delictorum ſtudeat auxiliante Deo quantotius euellere, & euellendo eradicare hiſque eradicatis fodiat vomere ſalutari ac ſtercora id eſt: Bona opera immitat vt poſſit facere fructum, & ſi vel hodie puriter confeſſus ac deuotè cõuerſus vt valeat dignus intereſſe ſolemnitati præſentis diei quæ quia in ea Dominus cum Apoſtolis ſuis cænauit: Cœna vocatur. Videat ſummopere vt ſacramenta corporis & ſanguinis Domini, dignè recipere queat, quatinus potius ſalutem quàm damnationem ſibi acquirat. Lauet prius lachrymis pedes cordis, & prius pedes pauperis. Quia peccatorum vita ei iam indigna eſſe non poteſt quæ fletibus lauatur, Faciat Eleemoſynam ſecundum poſſe ſuum ſcriptum eſt enim ignem ardentem, extinguit aqua & eleemoſyna reſiſtit peccatis, hinc iterum dicitur, Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis & hæc pro te exorabit: Non ergo abhorreamus pœnitentes iſtos per magnitudinem ſcelerum ſuorum quia poteſt fieri quod multi ſunt inter nos qui peiora commiſerint. Et qui in eiuſmodi facinoribus, dilapſi ſunt hi tales quamuis ſe eſſe exiſtimant illos tamen feliciores dicere non dubitamus qui in hoc ſeculo à Domino flagellantur: Quos enim amat arguit, & caſtigat flagellátque omnem filium quẽ recipit. Sed quantum de illis gaudendum tantum de illis lugendum qui neque ad confitenda peccata. Neque ad pœnitudinem agendum conuerti dignantur, & minimè ob hoc à Domino flagellantur reſeruantur proh dolor ad ſuppliciũ futurum. De quibus Pſalmiſta in labore hominum nõ ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos ſuperbia. Qui erga in hac quadrageſimo dierũ obſeruatione dedimus decimas poſſeſſionum noſtrarum, debuimus dare & decimas corporum noſtrorum, non ſicut multos veſtrum ſcire non ambiguus & ſicut à patribus traditum eſt, hi dies decimæ ſunt totius anni Annus quippe in trecentos ſexaginta ſex dies voluitur de quadragenario ergo numero tolle ſex Dominicos dies remanent triginta ſex in abſtinẽtia in iſtis diebus præueniamus faciẽ Dei in cõfeſſione & in Pſalmis iubilemus ei. Conſideremus quàm terribilis iudex ad iudicandum veniat prope eſt enim tempus illud, clamante hoc Ioanne Apoſtolo Chariſſimi nunc nouiſſima hora eſt, conſideremus iudicium illud quam diſtrictũ, quàm ſeuerum quàmque ſit metuendũ. In quo non ſolum ſancti Dei, ſed & Angeli formidabunt,

Peccatorũ minorum quotidiana vulnera.

Eccleſ. 3.

Eccle. 19.

Hebr. 12.

Pſal. 72.

1. Ioan. 2.

Iob.26. midabunt iuxta illud Beati Iob, Columnæ cœli contremiſcant Et pauent ad nutum eius: & Dominus in Euangelio: *Luc.21.* Nam virtutes Cœlorum mouebuntur: Mouebuntur id eſt timebunt & expaneſcent. Quod & ſub alio ſenſu, poteſt intelligi: Mouebuntur id eſt, ad vindictam excitabuntur, quia iudicium illud per Angelos Dominus exercebit, & tunc videbunt filium hominis venientem cum poteſtate magna& majeſtate. Poſtulemus ergo ſinguli poſtulemus omnes vt non tunc inueniat in nobis quod damnet. Sed potius quod remuneret Ieſus Chriſtus, Dominus noſter, Qui viuit & regnat cum Deo Patre & Spiritu Sancto per infinita ſeculorum ſecula, Amen.

Homilia. 14.

DEBITORAM fratres me eſſe fateor pro obſequij veſtri miniſterio, vt cum præueniente nos à comitante Dei gratiæ dono & ſuggerente oris noſtri ferculo, ſic veſtris auribus eshortationis noſtræ inſonat ſermo, quamuis illo veſtris animabus ſalutaris paretur cybi refectio. Sed quid agam? quo me vertam, vnde mentes veſtras reficiam? qui paupertate & tarditate eloquij coanguſtor, *Pſal.62.* qui in terra deſerta & inuia & inaquoſa conuerſor, qui caligine ignorantiæ & diuerſarũ tenebris cõtrarietatum veluti profunda nocte circumfundor? Vnde ſufficientes tot fratribus & amicis copias erogabo, qui vnum ſaltem amicum, id eſt, animũ meum qui perlata huius ſeculi euagatus & magna defectione laxatus, tandem ad me reuertitur vnde ſuſtẽtare valeam ex me reperire nequeo. Sed inter has pectoris anguſtias eſt, fratres mei, & vobis fortiſſimum atque firmiſſimum certi refugij ſolatium illud Dauidici dicti & facti exemplũ. *Pſal.119.* Ad Dominum, inquit, cum tribularer clamaui, & exaudiuit me: itemque, in tribulatione inuocaui Dominum & exaudiuit me in latitudine. *Pſal.117.* Non igitur in quacumque difficultate poſiti aliqua (quod abſit) deſperatione frangamur. Sed in quo nos ſuccumbere cernimus, deuotis orationibus & inſtantiſſimis precibus eius auxilium flagitemus, ſine *Ioan.15.* quo nihil boni facere valemus ipſo dicente: Sine me nihil poteſtis facere, nec ambigendum nobis de effectu precis noſtræ, ſi iuxta admonitionem. *Luc.11.* Euangelicæ parabolę ſurgentes media nocte oſtiũ amici noſtri orando pulſemus aſſiduè omnibus momentis non ſolum diebus, ſed etiam noctibus perſeuerantes in ſupplicandi intentione compellentes eum amicabiliter qui ſolus faciendo, in nos miſericordiam proximum ſe nobis & amicum dignatus eſt oſtẽdere. Nam quis nobis amicitior illo qui pro nobis ſeipſum voluit, in mortem tradere ipſe ergo tantus amicus hortatur iubetque nos petere quod deſideret dare & impetrandi det ſecuritatem, non tantum pro familiaritate: ſed etiã *Luc.11.* pro importunitate dicens: Petite & accipietis, quęrite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Hac ergo accepta fiducia ab eo ne vobis immortalitatis huius anfractu grauiter fatigatis deſit panis refectionis qui confirmat cor hominis: Excitemus *Rom.13.* nos quantotius à ſomno torporis. Hora eſt enim, ait Apoſtolus, iam nos de ſomno ſurgere: Accedamus ad hunc noſtrum amicum, cum fide pię reuerentia apetitioõis, & pulſemus oportunè importunè dicentes: Amice reſera nobis oſtium id eſt intelligẽtiã tui diuini ſermonis, cõmoda nobis tres panes. Hoc eſt infunde cordibus noſtris; Fidem, Spem, & Charitatem cognitionem ſcilicet atque amorem ſanctæ Trinitatis ne miſerabili pereamus famæ remoto ſubſidio alimoniæ ſpiritalis. Si ergo in his precibus inſtanter perſeuerantes fuerimus, proculdubio poſtulata accipiem⁹, quia in nomine eius poſcimus. Qui fidelis eſt & non mentitur, dicens: Si quid petieritis patrem in nomine *Ioan.15.* meo dabit vobis Dei igitur largiſſima bonitate confiſi qui potens eſt, omnem gratiam facere in nobis & in vobis abundare & dare ſuperabundãter quam petimus aut intelligimus os cordis ad *2.Cor.9.* Dominum aperimus vt eius gratiæ ſpiritum atrahamus. Os corporis vobis reſeramus, vt in nomine Domini loquamur quicquid eiuſdẽ ſpirit⁹ munere percepimus illius Apoſtolicæ ſententiæ memores in omnibus. *1.Cor.10.* Omnia quæcumque facitis in verbo aut in opere: Omnia in nomine Domini noſtri facite. Vos autem fratres intenta aure quæ dicuntur accipite. Dominus & redemptor noſter vetus Paſcha cum ſuis hodiè diſcipulis conſummãs, & nouum quod illo figuratur initians quam nimia nos diligat Charitate, quantumque noſtrę *Luc.22.* congaudeat ſaluti inter agendum aperit, cum ait: Deſiderio deſideraui, hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Vnde & Iohannes Euangeliſta quod hæc vis dilectionis vſq; ad mortem illum perduxerit & quod illud Paſcha quod *Ioan.13.* tranſitus interpretatur myſticè ſignauerit. Sicut audiuit modò fraternitas veſtra eleganti ſatis ſententia expreſſit dicens: Ante diem feſtum Paſchæ ſciens Ieſus quia venit eius hora vt trãſeat ex hoc mundo ad patrem cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo in finem dilexit eos. Quid eſt in finem dilexit eos: Niſi quod in tantum eos dilexit vt ſeipſum pro eis traderet & præſentem vitam finiret. Sicque ſuo Paſcha, id eſt, tranſitu ex hoc mundo ad Patrem nos de vitiis ad virtutem, de terrenis ad cœleſtia, de caducis ad ęterna tranſire doceret? Sed ſcire vos oportet qualiter vetus inſtitutio Paſchæ celebrari præcipiat vt quantum veſtræ ſalutis myſterium in hac adumbratum fuerit celebritate vnuſquiſq; veſtram recognoſcat. Legitur in Exo- *Exod.12.* do ſicut auditum eſtis craſtino filiis Iſraël per Moyſem præcipiente Domino vt decima die mẽſis primi tolleret vnuſquiſque agnum agniculum, & ſine macula perfamilias & domos ſuas & ſeruaret eum vſque ad quartum decimum diem eiuſdẽ menſis immolarétque eum vniuerſus Iſrael ad veſperum, & carnes eius comederent nocte illa aſſas igni cum azimis panibus & lactucis agreſtibus, & cætera. Quæ cuncta in vero Dei Agno Ieſu Chriſto adimpleta & ſuo noſtróque Paſchæ ſunt coaptanda vt quod tunc agebatur figuratè nũc fiat in veritate: Agnus denique ille vt diximus, Chriſtus eſt qui decima die primi menſis Hebræorum qui apud illos Niſan. *Martium vocamus.* Apud nos Apoſtol⁹ vocatur Hieroſolymam paſſurus venit ſedens aſino exceptus à *Matth.21.* turbis, cum magno ſanctæ laudationis tripudio. Quod nos & ſi non condignè debitis tamen tantum votis die celebrauimus Dominico. Notandum ſane quod dicitur, tollat vnuſquiſq; agnum. Dum enim dicit vnuſquiſque neminem noſtrum ab hac miſtici Paſchæ vult exceptum haberi feſti-

uitate. Sed omnes nos eandem ſumma cum deuo- A
tione celebrare. Scimus ergo omnes vt decet pa-
rati ad eſum tanti agni, de quo aperte ſequitur.
Quod maſculus fiet agniculus & abſque macula
maſculus quippe Agnus dicitur quia in Chriſto
nulla peccati mollities fuit. Sed omnia in virtute
ſpiritu, tam doctrina quã opere exercuit. Idẽ quo-
que anniculus, hoc eſt perfectæ ætatis extitit quia
triginta trium annorũ ſuã paſſionẽ expleuit vere
1.Pet.2. ſine macula alicuius vitij Non enim ſicut nos in
iniquitatibus cõceptu, & natus eſt, & neq; pecca-
tum fecit, nec inoentus eſt dolus in ore eius hic
ſeruam; eſt vſque ad xiiij. diem mẽſis qood vt prę-
diximus x. die ſe loco paſſionis præſentauit docẽs
Iohan.18. cottidie in templo: Et quoniam nondum venerat B
Iohan.7. hora eius, nemo in eum miſit manus vſque quo
ipſe voluit qui poteſtatem ponendi & ſumendi
animam ſuam habuit vſque ad xiij. ſcilicet diem
hoc eſt hodierna die ad Veſperam quando pera-
cta ſacroſancta Cœna & lauatione pedum diſcipo
lorum ſuorum à miſerrimo miſeria. Sed non à mi-
ſerabili Iuda traditus & à miniſtris comprehenſus
in Craſtinum eſt crucifixus. Ad veſperam autem
agnus immolari præcipitur, quod in hac nouiſſi-
ma ſeculi ætate iam veſperaſcente mundo pro no-
his Chriſtus occiditur, huius agni noſtri carnes aſ-
ſas edere debemus, vt nihil de eo carnale ſentiam*.
Sed Spiritus ſancti operatione eum incarnatum C
verum in mageſtate Deum, verumque in humani-
tate hominem, verè pro nobis propria voluntate
mortuum verè propria poteſtate reſuſcitatum, cre-
damus: Siue etiam ſic iſtius agni carnes aſſas cõ-
medamus vt percepturi ſacramenta corporis eius
ab omni fluxu concupiſcentiæ carnalis nos emun-
demus & totos nos virtutibus & igne ſancti Spi-
ritus roboremus. Edendæ ſunt quoque carnes iſtę,
cum azimis panibus & lactucijs aggreſtibus, Azi-
ma dicimus abſque fermẽto, fermentum verò ma-
litiam deſignat & dolum. Abſque fermento igitur
agnum comedimus, ſi ſacra Euchariſtia ſine ma-
litia dolo, & ſimulatione in ſinceritate bonæ D
vitæ percepimus. Lactuca quoque agreſtis valde
amara eſt & in viris luxuriam reprimit. Significat
autem hoc vt quando ad Chriſti corpus qui & ve-
rus agnus ſumendum accedimus quamuis de re-
demptione lætemur, amaritudinem tamen ex re-
cordatione peccatorum habeamus vt dulceſcat ex
venia qood amareſcit ex pœnitentia, ſimulque re-
frenata luxuria ſeruetur corporis & cordis mun-
ditia, ne forte (qood abſit) incurrat aliquis illud
1.Cor.11. damnationis periculum, quod modo nobis ex A-
poſtoli dictis eſt oſtenſum. Qui manducat, inquit,
& bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit.
non diiudicans corpus Domini. E

Vnde adhuc in ipſa lege prius pauca ſubiũgitur:
Renes veſtros accingentis calciamenta habebitis
in pedibus tenentes baculos in manibus, & come-
detis feſtinantes. Et nos Chariſſimi Agnum no-
ſtrum comeſſuri Renes noſtros accingamus, id eſt
delectationes noxias & carnalium deſiderium flu-
xa reſtringamus. Calciamenta in pedibus habea-
mus, id eſt, operum noſtrorum greſſus exemplis
ſanctorum Patrum muniamus. Nam ſicut calcia-
mẽtis quæ ex mortuis fiunt animalibus pedes cor-
poris circundamus. Sic ſanctorum Patrum qui
iam deceſſerunt exemplis ſenſus animæ & actuum

A noſtrorum pedes circundare debemus, ne fætido
terrenę prauitatis luto detur pęnitẽtiæ S. Et baculos
neceſſe eſt in manibus teneamus, vt in cunctis quę
agimus timorem Dei viuum præ oculos habentes,
ſecundum ipſam opera noſtra dirigi poſtulemus Pſal.89.
cum Pſalmiſta dicentes: Reſpice Domine in ſer-
uos tuos & cętera vſque dirige, vt iterum cũ eodẽ Pſalm.22.
dicere poſſimus: Virga tua & baculus tu* ipſa nos
conſolata ſunt nec prætereondũ eſt negligenter
quod dicitur comedetis feſtinantes: feſtinantes
namque Paſcha comedimus cum nos hic non ha-
bere certam manſionem recolentes de feſtinanti
cottidie iam iamque imminenti fine ſuſpendimur
aſſiduè meditantes, quoniam incolæ ſuper terram Hebr.13.
B & peregrini ſumus: Vt enim ait Apoſtolus non hic
manentem habemus, ſed futuram inquirimus. Si
ſic fratres nos præparare ſtuduerimus. Tunc digne
Phaſe ſiue Paſcha id eſt tranſitum Domini cele-
brabimus & cum pura conſcientia ſecuri ac læti
de Redemptione noſtra. Carnes agni, id eſt, cor-
pus Chriſti non ad iudicium. Sed ad ſalutem ani-
mæ & corporis & ad percipiẽdam cum ipſo, ſem-
piternã gloriam percipimus, quod ipſe præ-
ſtare dignetur.

HOMILIA 15.

C FRATRES, ſicut audiſtis poſt Euãgelicam le-
ctionem admonitus venio ad oues quę errauę-
rant de grege mihi commiſſo, & nõ ſolum errauer-
rant, ſed etiam quodam modo perierant. Oportet
itaque nos per impoſitionem manus & per gra-
tiam ſancti Spiritus eas à morbo ſuæ putredinis,
ſpirituali medicamine eripere: Et ſic ad pręcepium
ouilis reducere, & ſi neceſſe eſt propriis humeris
reportare. De quo Diabolo furente ſublatæ fue-
rant. Nunc ergo ſermo exhortationis pro debito
Paſtoralis regiminis mihi ad vos incoandus, & ad
illam conſummandus eſt. Sed quoniam in agro
cordis mei fertilitatem docendi metere non valeo,
D viſcerati dolore ingemiſco & ideo quod tacere nõ
audeo clamans aut dolens. Damans ad Dominum
dico vt aperiat labia mea & os meum annuncia-
bit laudem ſuam. Quapropter precum veſtrarum
deuotione expoſtulo. Et quoniam inter vos plu- Iacob.5.
res iuſtos eſſe non ambigo illud Iacobi Apoſtoli,
impleri non diffido multum enim valet depreca-
tio iuſti aſſiduo Eccleſiæ, quæ quinta feria dierum
Cœna Domini ex antiqua patrum conſuetudine
noncupatur, eo quod Dominus in hac nocte cum
Apoſtolis ſuis cœnauerit, complens veteris teſta-
menti Paſcha tradenſque eis myſteria corporis ac
ſanguinis ſui. De cuius Cœnæ obſeruatione redar- 1.Cor.11.
E guit, Apoſtolus Corinthios dicens: Conuenien-
tibus vobis in vnum iam nõ eſt Dominicam Cœ-
nam manducare, id eſt, non eſt vobis licitum Do-
minicam Cœnam taliter manducare qualiter
vos manducatis. Vnuſquiſq; enim ſuam Cœnam
præſumit ad manducandum. Et alius quidem
eſurit ille ſcilicet qui paupertate premitur.
Alius autem, id eſt, diues quilibet ſane præpo-
tens ebrius eſt. Hæc ideo dicit quia Chorin-
tij qui per prædicationem eius ad fidem vene-
rant ſolebant, in hac die deferre ad Eccleſiam
panem & vinum, & dabant Sacerdoti ad conſe-
crandum. Expletiſque myſteriis vnuſquiſque,
qood

quod dederat recipiebat. Sed & quidem illorum in foribus templi præparabant ſibi conuiuia in conſpectu pauperum. Nihilque horum eis expectantibus erogabant. Vnde notat eos dicens, quod alius eſurit & alius ebrius eſt. Et ideirco ſubiungit. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut Eccleſiam Dei contemnitis, id eſt, pro nihilo ducitis & confunditis eos: hoc eſt verecundari factis quod non habent: Quid dicam vobis? laudo vos. In hoc non videlicet quod ſic inordinate & ſine Charitate comeditis. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis. Quia Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur accepit panem. Et dixit: Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. Scitote, fratres dilectiſſimi, veraciter ac credite firmiter: Quod ſicut caro Chriſti quàm aſſumpſit in vtero Virginis, verum Corpus eius eſt & pro noſtra ſalute occiſum. Ita panis quem tradidit Diſcipulis ſuis: Et quem quotidie conſecrant Sacerdotes in Eccleſia, verum corpus eſt Chriſti. Nec ſunt duo corpora, Caro quam aſſumpſit & iſte panis. Sed tantum vnum Corpus, in tantum quod dum ille frangitur & comeditur, Chriſtus immolatur & editur, & tamen viuus integer permanet. Certè redemptor noſter conſulens noſtræ fragilitati, tradidit nobis hoc ſacramentum, vt quia ipſe iam non poteſt mori, & nos quotidie peccamus, habeamus verum Sacrificium quo poſſimus expiari à peccatis noſtris: Quocirca cum timore & compunctione mentis omnique reuerentia debemus accedere ad altare, & ad mēſam corporis & ſanguinis Domini, & dicere humiliter cum

Matth. 8. Centurione: Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, interim autem dum cogito vtque in corde meo requiro quibus verbis vos moneam fugere à ventura ira. Nulla præſtantiora viſa ſunt quàm ea quibus Dominus in initio ſuæ prædicationis omnibus perſuadere con-

Matth. 4. tendit dicens: Pœnitentiam agite appropinquabit enim Regnum Cœlorum: Quicunque ergo veſtrum his quadrageſimum dierum obſeruationibus pœnitentiam & confeſſionis ſuæ debitum ſe exercuiſſe recolit: Agamus Domino gratias, & quidquid templum Dei violando in ſe deſtruxit non deſperet. Sed cito de malo iniquitatis ſuæ conſurgat. Non enim quod peccat. Sed

Marc. 13. quòd in peccato perſeuerat Deo odibilis eſt. Vt ergo verbis Domini ſecundum Marcum vtar, quibus dicit, quod dico, omnibus dico, vigilate. Similiter quod dico omnibus vobis dico: Clericis, Laicis, ac Sanctimonialibus, vt quicquid ſe recolit inuidiæ aut detractionis odij quoque & fornicationis ſiue inceſtus vel periurij. Cæterum vitiorum contagione adtractum. Saltem hodie per diuinæ ſalutis medicamentum inquantum præ-

Pſalm. 31. ualet ſe purificare procuret. Confiteatur aduerſum ſe iniuſticiam ſuam Domino, vt remittat impietatem cordis ſui & reliquiæ cogitationum eius diem feſtum agent Domino. Tunc enim reliquiæ cogitationis diem feſtum agitur Domino: Quando peccator quolibet poſt prius datam confeſſionem ſe cohibere policetur ab iniquitate ſua totumque, prorumpet ad lachrymam & in af-

Pſal. 50. flictione cordis: Quoniam cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit, & huiuſmodi feſtiuitas Angelis exultantibus fit veritate ateſtante quæ ait, quia gaudium eſt in cœlo ſuper vno pecca- *Luc. 15.*

tore coram Angelis Dei. Quia ergo maiora crimina admitentibus maiora ſunt adhibenda remedia conuertam me ad vos quos Eccleſia ex more pœnitentes vocat, cupiens audire & videre quanta intentione deflere ſtudueritis cōmiſſa veſtra. Et quāto ſtudio deinceps procurare vultis, ne in barathrū perditionis animæ veſtræ relabātur. Ex ipſis namque fracturis vel vulneribus corporum infirmitates poteſtis cognoſcere animarum veſtrarum. Si enim alicui crus frangatur, aut manus, cum labore ſolet ad priſtinum reuocari officium. Si verò ſecūdo & tertio eodem loco membra ipſa frangantur, poteſt intelligere Charitas veſtra cum quantis doloribus & cruciatibus vulnera ipſa curanda ſunt, & tamen poſt longos & multos labores, vix erit vnquam vt ad priſtinum ſtatum membra ipſa valeat reuocari. Similis ratio in animarum fracturis exiſtimanda eſt. Si ergo ſemel aliquis ſecundo capitalia crimina amiſerit & ad pœnitentiæ fructum confugerit, incolumitatem quam perdiderat recipiet. Si verò crimina criminibus cœperit addere, & animarum vulnera tegendo permiſerit putreſcere timendum & tremendum eſt ne in illo impleatur illud propheticum: Cōputruerunt iumenta in ſtercore ſuo, & illud Apoſtoli: Secundum duritiam cor- *Ioel. 1.* *Rom. 2.*

dis tui & cor impœnitens. Theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicis Dei. Nam vt de indulgētia diuina nemo diffidat. Dominus noſter per Prophetam conſolatur nos: Nolo inquiēs *Ezech. 33.*

mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Sic tamen non diffidat vt ſine mora ipſius repropitiari eſtimet ne forte ſi conſuetudinem grauiter peccandi tenuerit. Etiam ſi velit, iam de Diabolo laqueis euadere non poſſit. Dauid qui & Rex & Propheta diuino munere fieri meruit, poſt tantam gratiam ita perditus eſt vt non ſolum adulterium committeret. Sed etiam homicidium perpetraret. Nec tamē ſe ad hoc reſeruauit vt in ſenectute ſuæ ad pœnitentiæ medicamenta confugeret. Sed in Cilicio proſtratus & cōſperſus cinere cum ingenti rugitu rugitij & gemitu, pœnitentiam agens impleuit illud quod in Pſalmis dixerat: Lauabo per *Pſalm. 6.*

ſingulas noctes lectū meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Et iterum. Cinerem ſicut pa- *Pſal. 101.*

nem manducabam & potum meum cum fletu mi- *4. Reg. 21.*

ſcebam. Manaſſes quoque Rex vt in ſcripturis le- *2. Para. 33.*

gimus tam ſacrilegus & impius fuit vt de illo ſcriptum fuit, quod totam Hieruſalem omni iniquitate repleuerit. Et tamē hic in captiuitatem ductus & in carcerem miſſus cum grandi humilitate pœnitentiam agens vita gratiam Dei optimi vt meretur inter amicos Dei poſtmodū numerari. Me- *Luc. 7.*

retrix etiam illa quæ pedes Domini lachrymis lauit & capillis exterſit, audire meruit. Quod ei omnia peccata fuerit dimiſſa. Deniq; vos Sacerdotes & lapides ſanctuarij nuncupamini ſcientiam ſcripturarum ſemper exquirite propter illius Ma- *Mala. 2.*

lachiæ Prophetæ dictum: Labia Sacerdotis cuſtodiant ſcientiam & legem requirēt ex ore eius quia Angelis Domini exercituum eſt vt animabus vobis commiſſis verbum vitæ annunciare queatis ti- *Eſa 6.*

mentes illud cuiuſdam incurrere. Ve mihi quia ta- *1. Reg. 2.*

cui perpendite quæ mala negligens Heli ſacerdos perpeſſus eſt, & quam gloriam Phinees qui zelo Dei commotus eſt, ipſo remunerante percepertit. Et ideo quanto poteſtis ſtudio procurate vt animæ vobis commiſſæ in futuro iudicio. Potius æterna gloria perfrui mereantur quam in exteriores tenebras proijciantur. Vulnus ſane quod videri poteſt & palpari citius ſanatur quam illud quod occultatur. Hoc ideo dico quia ſunt plerique in nobis & ex vobis quorum crimina ita teguntur vt ad reconciliationis gratiam non admitantur. Hij tales lugēdi & ab Eccleſiæ interuentu arcēdi ſunt; vt quamuis non reconcilientur per manus impoſitionem & abſoluantur: Tamen per bonorum operum exhibitionem & caſtigent corpus ſuum
Pſal. 118. ac ſeruituti ſubiiciant. Auertant oculos ſuos ne videant vanitatem, obturent aures ſuas ne audiant linguam derogantem, exerant manus ſuas ad bene operandum & pedes ſuos.

2. Thim. 3. Omnis ſcriptura, fratres mei, diuinitus inſtituta ſecūdū Apoſtoli ſententiam: Vtilis eſt ad docendū ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiēdum in iuſticia. Quapropter quiſquis ſedulus earum eſt meditator & internè eas conſpicit, inueniet in ſermone ſuaue documentum, & in ſenſu ſalubre cōſilium, in myſterio honorabile ſacramentum. Non enim ſolum modo ſufficit lectoribus diuinorum librorum ſenſus hiſtoricus. Sed etiam diligenter eis eſt conſiderandum, quod per Allegoriam eis Propheticus ſermo innuere velit. Sicut habetur ſeries lectionis, agni Paſchalis, qui populo Iſraëlitico legali obſeruatione iuſſus eſt immolari typice demonſtrans agnum immaculatum Dei Patris filium. Cuius hodie Paſſionis Cœnam celebra-
Iohan. 1. mus. De quo Iohannes: Ecce inquit, Agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mūdi. Qui videlicet, Agnus Paſchalis ad veſperam immolatur, quia vltima
Exod. 12. mundi ætate pro nobis Chriſtus occiditur. De cuius ſanguine poſtes domorum tinguntur, id eſt, corpora fidelium, quia oportet Euchariſtiam ſortiſceu, adſumentes caſtis cogitationibus, & recta intentione bonæ voluntatis munitos externi naroris à nobis cohibere incurſum, vt in omnibus redemptione Chriſti nos ſciamus eſſe ſaluandos, Cuius carnes aſſas comedimus. Si nihil in nobis fluidum relinquimus, ſed totum virtutibus ſolidatum & igne ſancti Spiritus decoctum approba-
Pſalm. 21. mus, velut Pſalmiſta: Exaruit (inquit) velut teſta virtus mea. Quid namque eſt teſta ante ignem, niſi molle lutum, ſed de igne agitur vt ſolidetur Virtus ergo humanitatis Chriſti velut teſta exaruit, quia ab igne Paſſionis ad virtutem incorruptionis creuit: Caro etiam agni cum azimis panibus & lactucis agreſtibus eſt edenda, vt cum corpus redemptoris accepimus, nos pro peccatis noſtris in fletibus affligamus. Quatinus ipſa amaritudo pœnitentiæ abſtergat à mentis ſtomacho peruerſæ amorem & prauitatem vitæ, vt feſtinantes Paſcha comedendo, ad ſolem patriæ cœleſtis anhelemus, & de peioribus ad meliora pergen-
Hebr. 12. tes, tenebroſam Ægyptum relinquamus, & intelligentes nos hic non habere manentem ciuita-
Ephes. 2. tem. Sed futuram inquirendam. Ad quam meditatoris Dei & hominum paſſione interueniente toto mentis affectu curramus, vt non hoſpites &

A aduenæ, ſed Ciues ſanctorum & domeſtici Dei ibi eſſe poſſimus, collaudantes illum qui pane cœleſti in hac peregrinatione nos ſanat, vt viſionem æternæ claritatis ſine defectu luminis cernere poſſimus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

HOMILIA 16.

FRATRES CHARISSIMI Spiritus ſanctus Eſay. 58.
per Eſayam Prophetam, Sacerdotibus & Leuitis, omnibúſque Doctoribus Eccleſiæ præcipit dicens: Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, &
B domui Iacob peccata eorum. Et per Ezechie- Ezech. 3.
lem Prophetam: Si, inquit, non annunciaueris iniquo iniquitatem ſuam, ſanguinem eius de manu tua requiram. Sed quia multi qui intra ſunt matris Eccleſiæ viſcera Catholici videntur & Chriſtianitatis nomine cenſentur. Ita in exterioribus dati, vt nec veram fidem Chriſtianorum retineant corde, neque bonis operibus ſe eſſe Chriſtianos oſtendant. Neſciunt enim ſacramentum huius nominis ac virtutem, & quoniam nomen Chriſtianum à Chriſto Dei filio vocabulum ſumpſit, & per ſanctos prædicatores, creſcendo vſque in vltimos fines terræ peruenit.
C Idcirco tam Doctoribus, quàm Auditoribus ſcire neceſſe eſt: Ob quam cauſam Dei filius qui verus eſt Deus ex patre in hunc mundum venerit & veram carnem. Noſtra ex ſubſtantia Mariæ Virginis abſque peccato ſuſceperit, & diuinitati ſuæ vniuerit, vt qui erat ex patre, vt dictum eſt, verus Deus, ipſe fieret ex matre verus homo: vnus atque idem non admittendo quod erat, ſed aſſumendo quod non erat, ipſe in aſſumpta humanitate propter vnctionem Spiritus ſancti Chriſtus eſt appellatus. A quo omnes credentes in eum per Baptiſmum regenerati Chriſtiani ſunt appellati. Et quemadmodum prior populus Iu-
D dæorum, ex tribu Iuda vocabulum trahentes Iudæi ſunt appellati: Ita & nouiſſimus populus ſub Euangelio à Chriſto vt dictum eſt, Chriſtiani ſunt vocati: Vnde quia Chriſtiani dicimus Chriſti opera facere debemus. Et ideo qui ſe culpabilem eſſe recognoſcit ad emendationem vitæ & ſatisfactionem pœnitentiæ recurrat. Certus de Dei miſericordia quam ſi ex toto corde pœnituerit, & mala quæ antea operatus fuerat vltra non fecerit, veniam à Deo conſequetur. Sic enim ipſe Dominus per Eſayam Prophetam promittit, Eſay 43.
dicens: Cum conuerſus ingemueris, ſaluus eris. Et iterum per eundem Prophetam: Ego ſum,
E Ego ſum dicit Dominus, qui deleo iniquitates tuas propter me & peccatorum tuorum non ero Ezech. 18.
memor, dic, tu prius iniquitates tuas vt iuſtificeris. Per Ezechielem quoque Prophetam rurſus Dominus ait: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operatus fuerat, & fecerit iudicium & iuſticiam, omnium Luc. 15.
iniquitatum eius non recordabor. In Euangelio quoque Saluator promittit dicens: Gaudium erit in Cœlo Angelis Dei, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſupra nonaginta nouem iuſtis qui non indigent Pœnitentia. Salomon

Prou. 18. lomon quoque ait in Pronerbiis, iuſtus prior eſt A accuſator ſui. Certum eſt enim quod nullns iuſtus niſi pœnitens. Nemo autem impœnitens iuſtus: Quoniam ſicut impoſſibile eſt hominem ſine peccato eſſe, ita abſque pœnitentia impoſſibile eſt *1. Iohan. 1.* ſaluum fieri, quemquam dicente Iohanne Apoſtolo: Si dixerimus quoniam peccatum nó habemus, ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt: Si verò confiteamur peccata noſtra fidelis eſt & iuſtus vt remittat nobis peccata noſtra, & mundet nos ab omni iniquitate: In libris quoque ſanctorum Patrum de ſatisfactione Pœnitentiæ inter cætera hæc ſcripta ſunt. Pœnitentiam ergo peccatoris Deus expectat: Pœnitentia autem illa eſt vera vt iam amplius non faciat homo mala quæ B geſſit. Sed de præteritis pœniteat & de futuris ca*Pſalm. 33.* ueat. Nec ad ipſa iterum reuertatur. Et ideo chariſſimi iuxta Pſalmiſtæ vocem: Declinemus à malo & faciamus bonum, & vt ſcire poſſins, quomodo fieri oporteat, audite quę dicturi ſumus attentius Quicumque ſuperbus fuit, aut elatus reprimat ſu*1. Petr. 5.* perbiam ſuam, & ſit humilis & ſimplex quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Qui erat iracundus vel quod eſt deterius furibundus, & minax proteruus atque crudelis cõpeſcat ſæuitiam ſuã & mentis crudelitatem & ſit patiens, *Iacob. 1.* mitis atque pius. Quoniam ita viri iuſtitiam Dei C non operatur & abſque patientia & pietate regnũ Dei conſequi nemo poteſt. Qui fuit graſſator idẽ carnifex, ſiue quod eſt deterius homicida conuerſus agat dignam pœnitentiã ac & ſit manſuetus & pius quoniam ſicut homicidæ, niſi dignã egerint Pœnitentiam vitam æternam conſequi non poſſunt. Ita ne graſſatores qui ſine pietate miſerorum membra dilaniant ſiue detruncant: Qui erat inuidus ſiue odioſus, conuerſus à malitia ſua ſit benignius atque miſericors, diſcat diligere fratrem ſuũ quem prius odio habebat. Qui fuit fornicator, aut adulter ſeu inceſtus, immundus, conuerſus agat pœnitentiam & deinceps viuat ſobriè atque continenter. Quicumque eſtis coniugati viuentibus D vxoribus veſtris, cum aliis fœminis. Nolite commiſceri, & fieri adulteri vel fornicarij. Si quando anniuerſariæ feſtiuitates & Dominici dies occurrerent, ante aliquot dies etiam à propriis vxoribus veſtris vos abſtinere conuenit, vt poſſitis, mundo *Miſſa.* corde & caſto corpore ad Miſſam Domini accedere, & corpus & ſanguinem eius ſine iudicio dam*Quadrageſima.* nationis accipere. Diebus autem quadrageſimæ vos omnibus modis à coniugum commixtione veſtrarum. Sicut decet Chriſtianos abſtinere oportet. Nam vt quidam ſapiens ait: Similes reatus eſt fideli Chriſtiano diebus xl. Etiam cum propria *Carnes tẽpore xl. prohibita.* vxore concubere, ſicut & carnes in cybo ſumere. E Qui erat ſcurra, id eſt, minator turpis ſectãs & immunda loquens, corrigat ſemetipſum & deſinat eſſe quod fuit. Diſcat bonum loqui, qui prius vana & turpia loquendo tam ſe quàm auditores ſuos maculabat. Qui erat Auarus aut tenax, id eſt, qui aliena cupiebat. Qui ſua minime largiebatur, contentus ſuis propriis rebus ſit largus & beneficus, id eſt, aliena non concupiſcat non rapiat, non fraudetur, & inquantum vires ei ſuppetunt porrigat. Qui furabatur iam non furetur, ſed magis labo- *Epheſ. 5.*
A ret operando manibus ſuis quod bonum eſt vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti. Qui erat comeſſator, id eſt Gluto aut Ebrioſus, ſit parcus & Sobrius. Qui conſuerat, propter humanam famam indiſcrete res ſuas in cybo & potu ſuperflue effundere, diſcat rationabilem eas Dei pẽſare, quoniam ſicut abominatio eſt apud Dominũ Auaritia, id eſt, Tenacitas. Ita peccatum eſt indiſcreta effuſio. Nec tenaces eum nos eſſe vult Deus, nec prodigos id eſt effuſos. Qui erat mendax, aut falſarius corrigat malum ſuum & ceſſet eſſe qualis fuit, ſitque amator veritatis & rectitudinis. Nec noſtrorum vulnerum multitudo in deſperationẽ deprimat quia maior eſt potentia medici, quàm B magnitudo langoris noſtri. Quid eſt cum quod reparare ad ſalutem non poſſit, qui potuit omnia ex nihilo creare, vnigenitus quippe eſt omnipotenti patri coæternus, cum quo viuit & regnat in vnitatẽ Spiritus ſancti Deus per ſecula ſeculorũ amẽ.

Duos præterea fratres mei loquimur, quos publica actio criminalis publicã coëgit agere pœnitentiã, vnde vnuſquiſque veſtrum ad ſe rediens cõſideret. Si per amaritudinem pœnitentiæ Deo ſatisfecerit pro ſuis offenſis & delictorum maculis. Nam licet myniſterium reconciliandi Epiſcopali auctoritate in vobis complere velimus. Tamen niſi Spiritus ſanctus per cuius inuocationem, id C eſt officium agitur corda veſtra intrinſecus purificata inuenerit à recõciliationis gratia vacui remanebitis. Quapropter ſi deinceps ad ea quæ pœnituiſtis redire non vultis, neque alia crimina cuſtodiente & protegente Deo perpetrare animo habetis. Date nobis ſignum quo cognoſcamus quod magis cœleſtia quàm terrena ametis, Deo optimè gratias referamus qui miſericorditer corda noſtra tetigit vt mandata, corde ac mente exequi velitis nec ad præterita vitia recurrere. Sed in eius dilectione atque præceptis perſiſtere vos oſtenditis petentes iugiter & obſecrantes, pietatem Domini noſtri IESV CHRISTI & bonum quod cepit D in vobis agere dignetur, & perficere cum bonis operibus ac largiflua lachrymarum in effuſione. Beatum namque Petrum Apoſtolorum principem legimus prius culpam fleuiſſe. Quod tamen pœnitens in fletu dixerit, non inuenimus, Lachrymaſſe dicitur. Verum quod preces quoque ſatiſfaciens fuderit non refertur. Cur hoc niſi quod vtiliores ſunt preces lachrymarum, quam imploratio ſermonum? quia ſermo in præcando falli poteſt. Sermo enim interdum non totũ hominis profert negotium. Lachrymæ totum ſemper loquentes produnt affectum: Et ideo Petrus in pœnitentia ſua iam non vtitur ſermone quo Chriſtum E negauerat ne illi ſermoni non crederetur, ad cõfitendum quo vſus fuerat ad negandum, in omni igitur culpa, prius flendum eſt & ſic precandum lachrymæ enim tacitè quodammodo preces ſunt. Veniam non loquendo poſtulant non merentur. Cauſam non dicunt & miſericordiam conſequentur quam ab ipſo redemptore noſtro conſequi poſſumus. Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus, Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

IACOBI SANCTI GEORGII AD VELVM AVREVM DIACONI CARDINALIS, DE CENTESIMO SEV IVBILEO ANNO LIBER INCIPIT.

FVTVRORVM aliquid mandare memoriæ de Centeſimo, quem Iubileum fore conſtat anno: in bis quorum quædam viſa quadam opinione didiſcimus, conceptum animo votum aggrediemur. Rem ſiquidem Deo auſpice & ſi notam præſentibus, non tamen mutilem, poſteris neceſſariam vtriſque oblectationis cauſam. Nam & quò res vulgatior eſt, eò libentius ſentire gliſſimus, dum paucos præſentia Æui in aliud peruenturos ſperamus: paruique refert grande minimúmve fuerit quod geſtum eſt, dum vtrumque delet obliuio. Inuocata itaq; nobis humiliter, ineffabili indiuiſibilis vnitatis diuinitate, ac ad intactæ virginalis pudicitiæ thalamum, deindéque ad Apoſtolorum principes Petrum & Paulum ſurgentis baſes Eccleſiæ obnixè recurſo, quo ſuo imparibus viribus opitulentur operi. Neque enim nanciſci noſtrã ſed ipſorum geſtimus gloriam, ne inanis gloriæ recepta mercede inuenti vani, meritíſque indigni, pœna verò digni reperiamur. Centeſimi exordium capiemus.

CAPVT. I.

ANCEPS & penè cytra opinionis fidẽ de proximo nunc futuro Centeſimo, cum milleſimum tricenteſimum præ foribus occurſurum monebamur, ad Rom. Pontificem delatus rumor aduenerat, qui tantam eius fore anni vim, vt quo Romani ad principis Apoſtolorum Petri baſilicam pergẽtes omnium pleniſſimam peccatorum dilutionem ſortirentur, polliceretur. Hinc vetuſtorum reuolui librorum monumenta Pius pater edixit: quibus eius nec ad plenum quod quærebatur in lucem vento forſitam ex patrum ſi liceat tetigiſſe famam deſidia, ſeu ex ſciſmatum vel bellorum, quo Romã ſæpius turbine vaſtati lugere potius quàm mirari vacet libris deperditis: ſeu quia nec tantum veritatis vt opinionis ſuberat: In Lateranenſi Patriarchio, eodem reſidente Præſule Centeſimus oritur. Mira res tota penè prima Ianuarij die nonellæ myſterium remiſſionis occubuit, procliuo verò in veſperam ſole quo ad mediæ ferè noctis intempeſtæ ſilentium: paruúmque eo Romanis patefacto frequẽtes ipſi ad ſacram B. Petri Baſilicam properant: oppreſſi altaria ſtipent, alternatímque ſe vt vix accedere fas eſſet, impediunt: tanquam ea breui finiẽda die expirare gratiam vel maiorem autumarent. Acceſſerint ne moti eum aliqualis matutinus, de Centeſimo ſeu Iubileo, in Baſilica factus cieret ſermo, ſponténe ſua iam quod credulitati magis proximum eſt cœleſti tracti nutu, qui Centeſimi tranſacta memoraret, vel ad ventura diſponeret, haud nihil ambigentes affirmemus, iis initiis in dies ciuium exterorúmque fides & peregrinatio augeri, cœpit, quibuſdam primi Centeſimi die, omnium culparum ſordes deleri aſſerentibus: cæteris annorum centum indulgentiam fore. Sicque ferè vſque ad bimeſtræ tempus, & similiter

Initium Centeſimi.

A die qua toti orbi venerabilis reuelatur effigies, vulgò ſudarium ſeu Veronica dicta, longè plus ſolitò compactis turbis conuenirent, vtrúmque dubij ſperantes erant.

CAP. 2.

VERVM PROMOTOR noſter Dominus Bonifacius viij. ſummus S. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifex, vt erat ingenio vigilãs, refertúſque ſolertia, cõſeruabat hæc omnia conferens in corde ſuo, ſuóq; more præſentia dum haud prohibebat B frequentiam acceptam eſſe coniiciebat, venientúmque firmabat votum. Nec viuus preteritorum defuit teſtis, qui peregrinationis ſuæ centum & ſeptem aſſeuerãs annos, multis etiam eodem Præſule coram ob id ipſum aſcitis aſtrueret meminiſſe patrem alio Centeſimo Romæ quouſque quem ſecum detulit agricola ſuffecit victus ob intelligẽtiam moratum ſeque admonuiſſe, vt ſi quod non putaret adueniſſet venturo Centeſimo Romæ nequaquam puer adeſſe pigritaret: Nobíſque idem ſciſcitantibus intulit, quin quaque eiuſdem anni die illic centum annorum indulgentiam lucrifieri C poſſe, ob quam peregrinaturus acceſſerat. Aſt Romæ pleniſſimè dilui culpas apud Gallos vulgatè tanti æui duos adhuc Diœceſis Beluacẽſis, pluréſque alios Italici ſoli ſupereſſe, qui meminiſſent nobis aſſertum.

Platina in Boniſ. 8.

Quorumdam verò ad ipſam principis Apoſtolorum Baſilicam dierum trium peregrinationem opportunam recenſebat autumatio Centeſimi vetuſta miſeratione perituris: ſed vt iam nobis prætactum in iis multiplex fama vacillabat.

CAP. 3.

IGITVR de Centeſimi noua iam ad plenum D digeſta materia, ſacrum Patrum conſultaſſe cętum nolentem extinguere ſpiritum præſulem, fauorabilitérque ob Apoſtolorum merita reſponſum conſultanti memoramus. Quamobrem quò limpidius ſcripto gerendæ rei clareſceret veritas exarari litteris concedendum, diſcutiendúmque priuilegium iuſtum, ipſius ſępiuſcule forma interleta ac ex hoc poliriore facta, poſt collocutiones ad cõcilia præuias: eam Patres manere in gyrum conſulti ſuaſere; diffiniénſque decreuit Præſul, cuius ea mens eſt. Baſilicæ principis Apoſtolorum Dei, ipſa tantum fama crebreſcente, tametſi incertum Centeſimum indultum illibatúmque ſubſiſtere. E Quinimo quibuſcumque venerabiles Apoſtolorum Petri & Pauli Baſilicas externis quindecim Romanis, diebus triginta viſitantibus quoquo cẽteſimo vberrimã omnium peccaminum abolitionem impertiti fructiferam ſiquidem ſi pœnitentes & confeſſi, vel infra id temporis forent, quam ne eius tenori celetur vetuſtas. Alterámque ipſi iam tactæ principali formæ apodaneam: quia illius & inobedientes ſciſmaticíque, extorres fiunt, ſuis vtriuſque infra complecti verbis extimamus.

Hæc quorum decernente Præſule Patres cõſcij, etſi muſitarent, clam cæteris erant. Publicandi aderat tempus Cathedræ Beati Petri celebritas: offerendum principi in ſuo quam alibi honeſtius

Ambo nos hodie pulpitum vocamus Omphon imp. voca. Eccleſiaſt.

ſtius templo donec publicatur, ſericis aureíſque amboni circumfultia quò Romanus Præſul patréſque cooſcenderant, orationéque facta ad turbam grandè letitiæ munus litteræ ſeriæ appeoſis bullis diſſeruntur, quæ etſi lateranr prius datæ contineretur, illic tamen datas apud Sanctum Petrum ſuis iuſſit Præſul litteris aſcribi, altariſque impoſitum donum non impari forma Doctoris Gentium Baſilicæ mixtum.

Ea in certa Iubilei luce iubilaos populus acclamare veniæ ſpe Deum reducitur, ac quique eo dierum explendum numerum accingitur.

CAP. 4.

HÆC MORA totius orbis caput Roma ciuitatis populos, oullo ſexus vel ætatis dum pubertatis annos exegiſſet diſcrimine ad ſuorum patronorum Baſilicas, quoad dierum interuallum finem accepiſſet curſitabat. Nec defuere inuptæ, die ob virginitatis pudorem domi virorum aſpectibus obtectæ, nocte ſub fida matronarum cuſtodia, ad ſacras principum ædes migrantes, quid mirum? cum ſacri cætus primum quiſque in id vineret vel ſenilem ætatem ageret viſitando, vt ipſis exemplar eſſet facilè, oempe qui maiorum exhortationum in preceps ruunt, ipſorum vita diriguntur: multóque ſalubrius moribus quam verbis minores informare.

Iuuenes ſequuntur ſenū moribus.

Nec me laborioſum fari, nec virtuoſum reddir: operari verò non tam difficilè, quàm quo virtus parienda eſt, opúſque ſanè latum dum poſſibile ex alterius operaoone conſpicitur. Nec forſan tulère obliuia, quod perſæpe eiuſdem lucis manè poſt conſiſtorium, magna ætate maturi Patres vtramque Baſilicam viſitauerint: Nobis verò magis quod ipſi egimos votum, non vt magnum, ſed vt motiuum poſteris pandamus. Conceſſa quidem indulgentia cum trans Tyberim iuxta Eccleſiã Dei genitricis, vnde in Saluatoris noſtri Natiuitate, largo riuo olei fons vſque Tyberim ſcaturiſſe perhibetor: Iamdudum tabernam meritoriam dictam, vndéq; nobis natioæ ac paternæ originis orſos moram traheremus diebus triginta cootinuis principum vtramque Baſilicam peregrinaoonis cauſa iogreſſi ſumus, nec minus ſæpius prius eadem die Lateranum ad conſiſtorium matutina Luce properantes.

CAP. 5.

O QVAM CIVIBVS oondum Romam ab exteris vento maturare viam, opportunum etenim per Italiæ, Vngariæ, Alemaniæque plagas, quibus & aliâs Apoſtolorum peregrinatio nooor, Centeſimi induló rumore, quam otius inualeſcente, caternatim populorum turmæ è veſtigio vrbem ingrediuntur tanta numeroſitate, vt quocumque pergerent exercitum examénve præfigurarent. Nam & intra & extra vrbem menia compacta mulotudo aggerebatur, eò amplius, quò magis in dies erat proceſſum: Pluréſque multitudine oppreſſi deinde remedium etſi haud penitus ſufficiens ſalubre appoſitura facta io mœnibus alta, qua peregrinantibus compeodioſior pateret via inter monomentum Romuli ac vetuſtum portum inopinus Romipetarum concurſus cum tribus fer-

Concurſus populorũ Roman. Iub. cauſa.

mè menſibus ipſis in vitæ neceſſariis abundè ſuffeciſſet Roma, inædiam minari cæpit, præcipuè quia multitudini nec furni nec prouentus nec ſuffectura eſtimabantur molæ: vulgíque opinione redundans ex pluuiis aliquantiſper Tybæ outriebat: licet reuera rei frumentariæ ſatis foret, duplici tamen remedio ocyus ſubuentum eſt, vno vnanque prius Romam frumentum vicina oppida ſolita ea tempeſtate panem ferre iuſſa. Altero nam & aſpernati calam ſe animaliáque venientes onuſta eſcis conferebant, dato ex iis breui prouidentiæ ſpatio reintegrata neceſſitas adeò vt molendina, furni, paniſque è caniſtris in vicis venalis ſupererogantér ſatis eſſent. Nec quod præſentes vehemeoter mirati forſan mirarurì venturi forſan vehementius ſi coaceruatam hoc Centeſimo multitudinem iotelligerent per totum Iubilei gyrum, nec Romæ cibus potúſve defecere, quia & meſſis magna, viuóque torcularia redundauere, magnáque fertilitas, niſi duntaxat carioribus rebus factis Octobri pluuiiſque autumnalibus remanentibus, ſed nec quicquam rerum prætia deuotionem Dominici quæſitum inuenitur cauſandum talibus nuoque terrarum ſpatiis omnipotentis Chriſtianitatis, ac omnium futuram prouidens verticem Romam conſtituit, vt ibidem & pro ſemet ac Gentium turbis exuberarent ſata, & in tempore multiplicata coaleſcerent ſemina eo cum natura impartiente, qui de quinque panibos & duobus piſcibus ſatiauit quinque milia hominum. Dominus enim dabit benignitatem, & terra dabit fructum ſuum.

Marc. 6. Luc. 9. Pſal. 84.

CAP. 6.

INTER HAEC cum Dominicæ Reſurrectionis afforet feſtum, extemplo æſtioare Anagniæ Romanus Præſul Patréſque vrbe digreſſi haod ante Octobris exordia regrediuntur.

Peregrinatio iuxta dierum octo ſuſcepta, interpolatione iotercepta vrbis viros mirè iterum complebat. Cæterum nec tempus terentes fruſtra, inuiſi ſimos, Apuli, Sardi, Corſique, torridam æſtatem nacti alias autumno veniæ fecere locum. At Hiſpanorum oononlli, Prouinciæ verò quàm plurimi, Galliæ quoque per maximè, Anglíæque ob guerras rari, & quicquid occidentalium eſt conſormen algoris ſuis regionib⁹ qualitatem præſtolari peregrè Romam Autumni fine Hyemíſque principio graui deuotáque multitudine ſe contulere.

Quibus nec ſolis nec aëris intemperies opportuna fuit, quio tempore eodem Septentrionalium partium Alemani, Vngaríque reiterarent vices, totóque Centeſimo ſemper præſtantias fieret. Ita nec ſolum paupertate tenues ſed nobilitate clari, ſtirpíſque origine illuſtres ſæpe latenti habitu, humilíſque aduentauère. Prælatorum vero copia Italiæ maximus, ac Galliæ non defuit, adeò ij vt æquorum quorum ſatis exercuerat numerus pabula: Nec mirum plus longè ſolito oneroſa moleſtarent ſic, itaq; cuiuſque maneret genus adfuit, vt admirationem nec fortona nec origo nec ſexus præterirent, profectò vbi plurimũ diuitiarũ ſordum non minus, habes igitur Centeſimo valuas claudentem quid euam non minus habes

nnn imparem, & forſan locupletiorem extitiſſe ſatis conſtat: Cuius vltimam penultimóſque dies ſilere potius ipſorum infinitè multidinem quam admirari libet, cum loqui in anuno eſt, vt iuxta
Eccleſ. 7. ſapiẽtis verbum, melior eſſet finis oratione quàm principium.

CAP. 7.

NEC SILENTIO prætereundum opinamur Rnmipetas, licet ſæpius receſſius tempus apoſtolico munere aſſequeretur, ſupplicationibus flagitauerunr. Ne quicquam exauditos, ſed tribus modo vicibus promeritos, vna in Cœnæ Domini celebritate Laterani ſub diuo ab ipſo ſancto Pontifice cogẽte multitudini gratiam. Altera qua & Romanos, & de iuxtà peregrinantes ſecludi inſtituit in ſnlemni Baſilicarum dedicatione, ab vno ex patrihus ipſius iuſſu ad Petri Baſilicam obſignanter deſtinato. Tertia in tam ſancti Centeſimi craſtinn natalis Dominici die, dum fratrum vnus ipſo qui in Latetanenſi Patriarchio celebrabat imperitante Præſule gratiam indixit. Nec vt alias vacillantem, profectò vbi præſulis monitu in ſcripris exaratur infra, nec vni tãtum, ſed ſua etiam latinitate comprehenſa, cuius cauſa ne forſan incautè ſpei ſubrepat errnr, torpentiſve deſidiæ, pleráque eius ſcripturæ haud cuiuſq; Centeſimi vis, ſed huius tantum priuilegium fore poſteris enucleamus: alioquin incaſſum quindecim dierum moderatio, dũ quiſqne tranſiſſe centeſimum vna ſe die expiando arderet. Religioſis tamen quindecim vel decem dies ſufficere largitus in miſſas ſeu orationum ſuffragia tempore reſiduum conuertit. Quos autem Romani mores, quos ritus, quámve in his exhibuere humanitatem? at tam benignè tam patienter, tam ciuiliter, & toleranter in ſuſcipiendis exteris ſe præhuêre, vt & ab hominib⁹ & à Deo meritum nanciſci fas ſit: quippe ipſa venientium modeſtia, progreſſúſque famulatum merebatur cum & ſeptuagenarij & vltra infirmi etiam lecticis deferrentur. Fuitque Centenarius de Sabaudia genere non humilis, præteriti centeſimi tanquam qui fuerat memor, per filios allatus cauſa iam ſalubrẽ aſpiratus mortem. Nec vt aliâs vagè ſed circumciſus labia, lumbos præcinctus, vel infra id temporis quò metam iam putamus peregrinatio caperet in cœlis.

Iub. ſẽpius aliud peregrinis aliud Romanis preſſum.

CAP. 8.

HÆC qui lectitas, multitudinem ſi capis, frugem non ambigas: hic enim tranſacta inſpexiſſe cohibeat vt accurratiores in ventura præparemur ij namque Iubilæi mores, dum cominus inſtabit vbilibet haud in obſcuro ſint, præparentur corda propenſius ad tantam ſancti Spiritus influentiam, qua peccatorum omnium tabes abſtergitur: ſuſcepturi pro ſe lætitiam, pro aliis meritum Romani circũſpectionis munimine diſquiſitius tum quorum incumbit prouidentię vallentur. Nec dudum animarum ſalus in voto eſt, vnde torpeat, adſit inedia, quam Apoſtolorum meritis præcellentíque glebarum ſitu exulaturam ſperamus, ſi pax haud deſit, neglectus quoq; quo maxima quæquæ depereunt abſit, cuius fidem præſenti vix præcognito ſolidatam Iubileo reddidimus. Caueant tum ne Centeſimo exauſtis horreis, agris, venturo poſt eum anno rectorum gemat imprudentiam plerúmque: quippe fit vt ei quod timetur diſcri-

A mini occurſo, acerbius improuiſa moleſtari vt quod graue experti Centeſimo haud ſolum. Sed eum poſt venturo prouideri anno memorauimus.

Hæc præter aliquos indulgentiæ fructus enodamus, fidei nanque ex hoc recenſitio quædam pullulánſque incrementum. Dúmque Centeſimus colitur, CHRISTI IESV humanitatis memoratione decoramur. Accedit iis debita Romanæ Eccleſiæ piæ matris agnitio. Quæ piò dolor! apud Orientales nonnullos Apoſtolorum forſam viſitandi limina deſuetudine abiit. Nec enim extra rationem creditur patribus licet promiſſam à ſubiectis ſibimet fidem ſtipulari, quodque ſummè ſalubrè ad contritionis acrimoniam, ſandóque pudoris fucum delictorúmque non fictam ſatisfactionem, pleróſque curiali quodammodo excitari, cum peccatorũ omnium remiſſio, quam verè his actis aſſequuntur propinatur. Quinam quot quibúſve peccatorum nexibus circumplexi, quorum ſacerdotibus vulnera nunquam forſan aliâs pandenda detexere, annumerare queat? quod & ipſa recognouiſſe confeſſores, & confeſſos gratulamur. Sic nanque mundiales cocos exorbitare paſſim claruerat, vt à medicorum ſummo ne dum non petita, ſed ne animo concepta medicina ægris ſua bonitate exhiberetur. Iniuriæ nanq; debitos fouere cura magis quam optimi patris intereſt genitos.

CAP. 9.

ET NE QVICQVAM intactum obliuioni deſeratur temporalis Baſilicis emolumenti, aliquid deuotionis ſignum accenit. Nanque quæ celeberrima toto terrarum orbe altaria ſingulis iamdudum annis, ex peregrinantium oblatis Apoſtolorum principis florinorum auri xxx.m. iiii.c. v. florinorum. auferebant millia triginta principis circiter annum, & viginti millia doctoris hoc Centeſimo retulêre, non ex magnis auri vel argenti Donis, ſed ex vſualis monetæ prouinciæ cuiuſque minutiis licet non omniũ oblationes preſſura vel paupertate præpediẽte iniectæ ſint, deuotè oblata, deuotè diſpenſantur, Caſtris, Caſalibus, prædiis ex ea pecunia ipſo ſummo Pontifice iubente ad ius & proprietatem Baſilicarum comparandis, ac deinde ex ipſorum reditibus diuinis Apoſtolorúmque augendis cultibus officiiſque. Erubeſcant itaque eò vehementius noſtri temporis Reges, quo ſe à modicis perſonarum laboribus, numerúmque donis ſuperatos norunt qui nequaquam primitias Gentium Reges Magos imitari, non infantem, ſed ad dexteram Dei patris ſedentem IESVM, in eius Apoſtolis viſere ſibique offerre munera venire. Heu illis Eccleſiarum exigere decimas, vt paulatim Deo ab Attauis conceſſa nanciſcantur ſat eſt, ſicque parentum de quibus gloriantur geſta dum ab eis deuiant ignominia ſunt, ſed derelictis iis quorum regnum de hoc mundo deuenientes tantorum Chriſtianorum auxilus, ſurſum vectu regna quæſiſſe cœleſtia ſperemus. Enimuerò nec, inquit, Apoſtolus: Faciam vos auri argentíque theſaurizare gazas, ſed piſcatores hominum futuros ſpopondit. Prophetia hactenus mirificè nunc miſerantet præter ſpem impleta, vt & illud hoc æuo conſtringere reamur: iſti ſunt agni nouelli qui annunciauerunt Alleluya

Oblationes Iubilæi grãdis pecunia.

Matt. 4.

Alleluya, modo venerunt ad fontes repleti ſunt claritate.

O ſeculi huius viros quos innocentia ſinceros ipſique Deo holocauſtis, compunctione, factos verè agnos, verè vetuſta ſcoria depoſita nouellos nuncupaſſe, nec pauperum præſumptum eſt Sacrificium, inquit, Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Et rurſus renouamini in nouitate ſenſus veſtri, qui etiam ad geminos fontes accurriſſe perhibentur, dum non ad baptiſmi vt olim, in naſcentis Eccleſiæ primordiis, dictum ſeruatúmque fuerat lauacrum, ſed ad cordis contritionem: cui ad vnius oris confeſſionem, ſeu ad alterius radicem fontis conuerſi foras luminibus lachrymas, foras labiis ſpurcitias emanare, vt ſic in præſenti claritate in futuro æternitate repleantur, ipſóſque ſibi ac aliis anunnciaſſe Alleluya, id eſt, Domini laudationem intueamur, dum à miſerante Deo attributa cognoſcentes in eius laudationem proximos accendunt, vel quos rectius quam religioſis apices fidei conditores, auctoritatis præduces Petrum & Paulum fontes cenſendos ſpeculemur? Ad quos ne formidantes ſpe ſe fruſtrari ac qui ludibrio fore anelatum retardant iter, aduentantes ſuperus illuſtratione radiari prædicuntur.

Pſalm. 50.

Rom. 12. c.

Cap. 10.

Visioncavs verò de Centeſimo, licet multas veras audiuimus, ne certa ſub phantaſiæ falſitate nutent abſtinuiſſe maius.

Quiſnam vtrum viſio vel illuſio ſecernere, qui ipſe quamuis ſomnia, vel omnia, vel pars eorum maior vana vel haud cognita apparuit: cum Angelus in ſomniis Ioſeph maioribus omiſſis, vnum euaſionis cauſa inſinuaſſe cuius nec futuros pertæſum eſſe flagitamus libet: Eccleſiæ noſtræ Beati Georgij clericus, noctis ſopore ſedarat curas, cui ſemita recta in longum diffuſa ipſam virginem matrem Dei inueniret, ingreſſuro occurrit inſidenti in thalamo filium Brachiis baiulans, etſi diuinus ſculpta cum ſculpto filio ac ſi artificis opus propius tum viuens facie venuſta, veſtibus fulgens vera pueri flagrante humanitate viſa eſt: demiſſo genu quæſitam reperiens adorat cui pietatis mater, inquit, Omnibus miſerans indulſit Deus: ad quam ille nùm mihi? ſubticuit mater: duriuſque poſt morulam infit omnibus miſerans indulſit Deus viuis & mortuis, ſubſtractus iterum num mihi? Cui nec iam reſponſo dato, ne forſan aliqua peccati labe fœdaretur, trepidanti ſubiunxit, indulſit omnibus mortuis & viuis miſerans Deus tibique.

Ac doctoris gentium limina deriſorio ſemel ingreſſum admonens de quibuſdam haud huius ſpeculationis pauentem alloqui dignatur ex porrectus vt monitus comperit. Nam illo ſe ſemel tractum dum amicum comitatum memorabat cautior deinde viſo, pluries eadem perluſtrat loca.

Cap. 11.

O patris exvberans pietas, ô fortiter ſuauitérque diſponens omnia ſapientia, ô bonitas inuios reuehens: quibus enim ſine te haud momento ſubſiſtere largitum: ad te reuehi ſine te negatum eſt, ſed miſereris omnium, quoniam omnia potes miſque complacamus donis, ac non illuminationis noſtræ ſed plurimos ſic nunc ſortiri præcipuum, ſingularémque modum dignaris malle. Tu enim Deus noſter ſuauis & verus es, patiens & in miſericordia diſponens omnia, hos effeceras hactenus ſibimet paupertate ſufficere: Hos in proximos erogare diuitias: Hos non confundi opprobriis: Hos non laceſſitos iniuriis: Hos non indignitatum faſtu turgeſcere, vt quorum non eges ad te ipſi greſſus accederent.

At nunc omnium ſuſcitatem luminum, vulnerúmque flagrantiam, macularúmve ſordes vt collirio ſic eodem medicamine eadémque æquè obliuione purgari perſpicuum eſt.

In imperi. mod Paro cinia eſt eode collyrio mediri omnibus.

Cap. 12.

Congrva verò eximiæ Petri & Cephæ inſigne præcaretur Deus. Enimuero ita fidei origo, ſuoque fundamentum Eccleſiæ dicationis certi ipſius à Chriſto caput erectum eſt. Rurſúmque ligandi quodcúmque, ſoluendíque, vberrimum poſſe, à Deo in ſucceſſiones conceſſum tranſactúmque, in eius perſona quis ambigat? At deteſtabile prorſus ingratum eſſe, cæterum non tam Apoſtolorum præcipuus authoritate, quàm iure meritò martyriíque ſeueritate ac inſuper præpollentis Romanæ Eccleſiæ faſtigij proponas, ne inter Ceraunia tum fluctus procellis abſorbeatur nauis ipſius refugij tutamen præſidiúmque. Docet itaque (paſtor Eccleſiæ domum tuam ſanctitudo, & Coapoſtoli Pauli laudatio: quiſnam electione vas Gentiúmque Doctorem ad tertij arcana cœli prouectum, cooperatorem, Coapoſtolum, & compatronum Petri ab huius Iubilæi alacritate ſecernere auſit? Quiſnam quos Deus coniunxit temerarius ſeparet ſub eiuſdem nempe iudicis ſeruitia, eiuſdem lucis alacritate, eiuſdémque loci priuatu, Romam diuini nutus irradiante fulgore miſſi, roſeis redemiti laureis triumphauere.

Aſt laboris moderata partitio minori moleſtia, maiorem diuturnioré mque animaduertimus Romanus quam exteris oportunitatem, quidni? domi totius anni giro, iſtis illis ab domo procul vix fortè vno mente vagari permiſſum eſt. Sed geminis laboris ſudor accommodus. Nam ex viarum diſpendiis aliquid culpis debitæ, pœnæ recompenſatio fit, quæ maioris pœnæ remiſſionem, quam leuiter paſſim conceſſum æſtimare mauult. Ac deinde ſicuti ex Apoſtolorum delubra viſitandi frequẽtia, deuotio quam fiducia ita ex hac pretium inſtare quod exaudiri votiuum affectatur. Ex quibus tam macularum abſterſionem, quam meritorum cumulum ſpectare licet. Nec à myſterio alienum quis cenſeat quod centeſimo quoque hoc quo tam mirifica dona conceduntur. Hoc quoque hoc quo ſe habeat modo diſſeramus. Omnis namque centeſimus cum bis quinquaginta conficiat iubileus eſt, quomodo veteribus iuſſa nouæ legis tempora figura præceſſere. At quinquageſimo ab emptoribus abſque pretij refectione venditas poſſeſſiones, domóſq;, ac familias vẽditores nanciſcebãtur, ſeruiq; fruebãtur libertate ergaſtulis erepti,

Appendix

quibus corollario inferendum, Centeſimo delictorum pleniſſima diſſulutione coocelſa, fideles animas teterrimè Diabolicę ſeruitutis circũplexos ſunes euadere, ſuauiumque virtutum ſpecie, quas vt poſſeſſiones babitas frauduléto emptori vendiderant, bonis exercitiis, laboribus, diuoque numine, ad.utas recuperare, tandemque cœleſtis patriæ donum ſuperiorúmqoe ciuium adipiſci familiam. Cur autem Ceoteſimo porius quam quinquageſimo huiuſce reſtoreat gratia, ne mentem forſam quæſtio titillet inquirimus, quæ raro exhibentur alimenta auidius ſumuntue, dum quiſque in vanum gratiam elabi quam ſibi nonquam redituram ſperat refellat, & ne terræ ſanctæ ſubſidium ex quo in Ciſmarinis ſæpius reduodans indultum oris, patrareur, eo dato neglectui deſit, quibns ſic minimè intimum, vt etiã alia ætate forſan haud hoc ipſum conſultius ſtatui poſſe aſtruamus.

Cur Iub. abſoluatur potius Cẽteſimo quam Septuag.

Nec nota caret terrenis licet caſu, Deo autem pronidentia comperium Centeſimi ſcripto, hunc Bonifacium Octauum inſtitutorem fore, quem in paſtorum Chronicis ducenteſimis ſiſtebat.

CAP. 13.

QVIO demũ ſructus remiſſio intendar, vtrúmve vt ſonat concedi fas fuerit, maioris inquiſitionis arbitrium expoſcit. Veinm eò quòd modicè ingenij vi occurrit peregrinantium votis aſpirantes, idque ipſum ſublima Romanæ Catholicæque Eccleſiæ ac operi huic quicquid inſeritur aonotaotes recludemus ſummatum ſermonis reciſo profluuio, contritionis vena culpas faſtos ſuis vicibus dierum interuallo vtrumque ſubeuntes Baſilicam in id omnium peccatorum pleniſſimam vt abolita auctoritate Pontificis pœna euolarent, veniam aſſequutos cenſemus, quæ nanque diſtantiæ mora quodve itar retardabit incendium qoio cœlorum euehatur in regiam nil peccati debens expiatus? Profectò lignet cordis pœnitudine à miſerante Deo inſerium iubar eo maculas rore cuius caligines fulgore diſgregat baud dubiè abſtergere, etenim meritis congruam in temporaoeam bonitatis clementia pœnam commutare, confeſſioníque aſtringi reum, ſicque fit qui quondam nunquam fioiendo ſupplicio, & ſi purgari impar obnoxius eeatu aliquando vel ſatisfactio de pœna confitentem liberar itaque ceu eius qoæ ſola ſupereſt pœna ex iis tam remiſſionem liteeis intendi Papalibus clarer. Sic totius minimi cunctandum, inquit enim plenam, largiorem, & pleniſſimam. Ac ſi Sacerdotalis Pootificalis Papaliſque liberationis munificentiam polliceatur, & ne pleniſſimam abſolutè forſan valdè plenam aſtruamus eam ſuperlatiuè poſitam diſtriborione gradus manifeſtata. Quicquid expiandis eſt, qui niſi de intuoctis pœnitentiis vt aliás ſolitum meminit largiſluè confeciſſe aurumetur. Nec quem diuerſis dictantis vſa verbis coloratio remiſſionis, ſiqoidem indulgentiæ veniæque ad ſecus adducar oppinari: vbi iam dictum inſert intelligentia vigorem, præſertim cum nobis minimo totóque caſu coram huiuſce indulro inquantum ſe clauiom poteſtas, Petríqoe suctoritas extendebat, à ſe conceſſum iri fatetur.

Fructus Cẽteſimi.

CAP. 14.

HANC SECVS alieram ſuaſi deioceps ordine vtianque quæſtionem attigiſſe moliemur, vt quam totius expiatorem heri Præſulem voluiſſe comprobatum totius & potuiſſe conſtet. Quid boe quippe qui vinctis naſci dignatus, inſtituir eximia Deus & homo IESVS ſinguli; mori charitate minimè detractat.

Qui eum peccatum ooo fecit, verè langores noſtros ipſe tulit, & peccata noſtra portauit. Immerita capiti pœna in membra diffunditur eoſeiis in filios emanat cruor: ſe precium Deo patri dilectus filius pro nobis culpa inquam longè capacius precium luit.

Quidni? eius vel ſola diſtillans ſanguinis gutta, callido hoſti, mundorum pluſquam millia eentum eriperet: profluens igitur cruoris eius baud iocaſſum vnda purpurei, ſalutare myſteeium in filios Præſulis diſpoſitione agignente eos ſibi ſponſa impertiendum ipſius theſaurum locopletat.

Gutta ſanguin. Chriſti infinitorum mũdorũ precium.

Theſaurus tuus theſaurus infinitus quo fit vt cum orbis vnus eſſeotialiter, miſſor vnus, & Dei filius in perſonæ vnitate, humanitatis velamen complexus eius ſpooſa columba vna, fides vna, baptiſmus vnus ne regnum in ſe diuiſum deſoletur, & vt ad cœleſtis inſtar bierarchiæ militans formerur Eccleſia. Sublimium enim, inquir, ſpeculator Iob: Nooqoid noſcis ordinem cœli aut pones rationem eius in terra. Vnum ipſi vniuerſale Eccleſiæ vni Apoſtolorum principem Petrum prælatum fore proteſtatur, ipſum Paſtorem, Diſpenſatorem, inſtructorem poſt ſe ſponſum: Inquit enim. Tu es Petrus, & ſuper banc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.

Iob 38.d.

Matt.16.

Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua & tu aliquando confirma fratres tuos. Et diligis me plus aliis, paſce oues meas, hac & ſucceſſorem licet meriti imparem, auctoritate parem plenitudine ſublimat. Nec eoim eam ſic quin eadem præſentem perſequi ætatem dignatione, ſibi interna chatitate indiſſolubiliter ionixam venerandum ſit. Pro hac etiam ille voa factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis qua de re vel temporalem quam ciuilis decertans lex arguit prolem adoptaſſe vel, ſi non omne prouiſum foret æuo accuſare minas prouidum arbitrabimur. Neutrum dicturi ſumus ſimiliter vel verius eadem Petri ſucceſſione poteſtate radiato munificum Deum prudenter miſerantem collaudamur.

Philip 2.

Iis Eccleſiæ maximis inextimabilibuſque gazofilatio referto excellentium ipſum alia opolentant clenodia, ſanctorum ſiquidem lachrymæ iuſtorum pœnalitates, Martyrum veneranda ſupplicia qui nedum ſibi ſed veluti ipſorum perfecta omnia faciens communia Charitas ſenciebat toti prodeſſe Eccleſiæ congerici decreuere.

CAP. 15.

Hes

His igitur Romanus Præſul diuina Apoſtolo- A
rum ſuáque fratribus auctoritate diſpenſat opes,
has in filiorum alimenta diſtribuit, qui fide recti,
ſpe longanimes capiti inuicémque charitate iun-
guntur. Quod Apoſtolorum reuerentiam hor-
tari, populi neceſſitatem pulſare, altorem pi-
tatis intelligere Deum fatemur. Nunquid o-
Pſ. 76. bliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit miram
miſericordiam ſuam, qui non vult mortem pec-
catoris, ſed vt conuertatur & viuat? cuique ouoc
Ezech. 18. cum nondum extet iudicij ſed miſerendi tempus,
haud incendio ſolum ſed aliquali quo in ſuis ho-
noratur Apoſtolis labore ad ipſos reuerentia, ſa-
tisfit. Sic reges ſui ſuorúmve honoris cauſa æris
vel virtutis inſignitare longioris carceris mace- B
rationi addictos à pœnis laxant. Quinimo cæ-
tera de indulgentiæ fructu Apoſtolorúmve ex-
cellentia, prolixiori ſupra ſermone retexta cau-
ſæ decentiam ſanciebant cauſæ rationabilitatem
propinabant. Conſequens deinde Præſulem ma-
turo nec præcipiti haud tantum ſuo, ſed fratrom
liberamine monente, vniuerſaliter Dei nutu. Ec-
cleſiam indulgentem minimè erraſſe, vt ſic non
trepidæ diſcuſſioni, ſed cæleri feſtinationi futuro
locus relinquatur æuo. Quiſnam enim errare
titubet, cuius iudicium populorum tanta ſubſe-
quuta ſalus rectori manifeſtata, pro quo illuſtriſ- C
ſimi Petrus & Paulus ſuam apud Deum cauſam
agunt, pro cuiúſque ne deficiat fide Chriſtus de-
precatur. Abſit à qua doctrina veritas elucet,
morum ſpecies coruſcat, poteſtatis authoritas e-
manat, ſede Petri exorbitante, tot populorum
millia in deuium duci: quin fœlicis potius quoſ-
que oblati iubilei huius opportunitate functos
Dauidico ſermone erupturos. Beatus, inquit, po-
pulus qui ſcit iubilationem: infœlices verò qui
torpore vel temeritate, dum alterius ſibi forſan
Pſal. 88. æuum iubilei ſpondent neglexerint.

CAP. 16.

Hactenus Iubilei geſtis indulgentiæ motiuis
eius voluto concedentis plenitudine, & ſi non ſuf- D
ficienter nobis tamen ſupra vires reſeratis. De-
hinc io us heroicum parumper metrum aggreſ-
ſuri, proſaicæ finem cæptis ſtabiliemus, cæteris
hæc ſufficere rati, quos vetuſtiori nec moderno
necnon minus nobis familiari, veritati tamen reſ-
que geſtæ magis grauitati congruenti ſtylo, ſcri-
ptitaſſe iuuat: legentium ad apoſtolorum princi-
pem gentium doctorem, deuotarum precum iu-
uamenta flagitantes, hortantéſque ne in vacuum
gratiam recipiant, quibus ab illibatę virginis pro-
le Saluatore noſtro Ieſu corporea frui aurea, cēte-
ſimo quouis venturo concedetur: Qui cum Pa- E
tre & Spirito ſancto viuit & regnat Deus in ſeco-
la ſeculorum. Amen.

Iacobi S. Georgij ad velum aureum Diaconi Cardinalis, de centeſimo, ſeu Iubileo, proſaicum liber explicit.

Eiuſdem de Iubileo Carmen heroicum.

AVres Centeno conſurgunt ſecula Phœbo,
Et radiat cæleſte iubar. miſeratus ab alto
Filius æterni Patris de virgine carnem
Induitur, redemitque ſuo de ſanguine culpas
Grande datum miſeris, Romam, qui limina Petri

Appendix

(Cui reſerare Polos datur, & concludere cælum) Matt. 16.
Depropetant, Pauliq́ ducisq́, pia templa reuiſit
Nam geminis Roſeis vrbem ſacrare triumphis
Luce pari, nec Roma deeſt, nec præmia ſerui
Indicis, hinc cumulant templis ſua munera Diui
Quæ ſedes Romana ſequens, ſuffultáque tantis
Auxiliis iubilans Centeno ſolis in ortu,
Diluit omne nefas plenè quin plenius omne
Diluit, & veniam culpis vberrima confert
Gratia ſi æthereum paſſim fœdare figuram,
Haud timidi culpas compuncti corda recludant,
Diuorúmq́ Patrum Petri Pauliq́ ſubintrent
Limina, vicenis vicibus Romanus & exter
Quindenis, rutylans orbem quoad exuet axis.
Quiſnam igitur lateri? quanam vecordia, quænam
Segnities tempoſcit iter, quis frigeat æſtus,
Et caleat glacies, liquidúſque extorreat humor
Certe magna quies, paruus labor, aurea ſemper
Tempora, dum tibi fœdantur corda relucent
Rom. vetæ, ieiuna fames, ſitis anxia per quem
Gibboſi montes, valli cana gusta reſudans,
Florida iam ſoboles, domus alta relicta ſupellex,
Vxor flere vacans pompoſo gloria ſtirpis,
Flumina, diſcrimen, ſumptus, turgidus hoſpes,
Et ſenium, ſexus vigilans labor aura ſubintrans
Relacerent animos patri his nam regis tæli,
Nec potrrans auferre lucra, ſed gratia ſumma C
Sedis Apoſtolicæ, Chriſti ſubnixa cruore
Purpureo, diſpenſat opes quas vulnera Chriſti
Sanctorúmque Patrum S. dant dum crimina laxant.

Explicit primum Car. heroicum ſequitur.

Eiuſdem de eodem Carmen aliud breuius.

Diſcite Centeno diergi crimina phœbo,
Diſcite ſi latebras ſcabroſi criminis ora
Depromant contrita ſinu, dum circulus anni
Girat, perque dies quindenos exter, & vrbis
Incola trigenos delubra patientia Patrum
Ætherei Petri, Pauli quoque gentibus almi D
Doctoris ſubeant, vbi congerit vrna ſepultos.

Explicit alterum Carmen.

Forma priuilegij papalis bullati, conceſſi Baſilicis Apoſtolorum Petri & Pauli de vrbe à Sanctiſſ. Patre Bonifacio Pp. VIII. ſuper indulgentia Centeſimi ſeu Iubilei cuius in opere ſuperiori fit mentio.

BOnifacius Epiſcopus ſeruus ſeruo-
rum Dei ad certitudinem præſentium
& memoriam futurorum. Antiquo- E
rum habet fida relatio quod accedenti-
tibus ad honorabilem Baſilicam prin-
cipis Apoſtolorum de vrbe conceſſæ ſunt remiſ-
ſionis magnæ & indulgentiæ peccatorum. Hos
igitur qui iuxta officij noſtri debitum, ſalutem ap-
petimus & procuramus, libentius ſingulorum
huiuſmodi remiſſiones & indulgentias omnes &
ſingulas rectas, & gratas habentes, ipſas auctori-
tate apoſtolica, confirmamus & approbamus: ac
etiam innouamus & præſentis ſcripti patrocinio
communimus. Vt tamen Beatiſſ. Petrus & Pau-
lus Apoſtoli eò amplius honorentur, quo ipſo-
rum Baſilicæ de vrbe deuotius fuerint à fidelibus

frequentare, & fideles ipſi ſpiritualium largitio- A ne mnnerum, ex huius frequentatione magis ſenſerint ſe refertos. Hos de omnipotentis Dei miſericordia, & eoruodem Apoſtolorum eius meritis, & auctoritate confiſi, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, omnibus io præſeoti anno milleſimo trecenteſimo, à feſto natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti præterito proximè inchoato, & in quolibet anno Centeſimo ſequuturo ad Baſilicas ipſas accedentibus reuerenter verè pœoitentibus & confeſſis, vel qui verè pœnitebunt & confitebuotur in huius præſenti, & in quolibet Centeſimo ſequuturo non ſolum plenam & largiorem imo B pleniſſimam omnium ſuorum concedimus veniā peccatorum: ſtatuentes, vt qui voluerint huius indulgentiæ à nobis conceſſæ fore participes, ſi fuerint Romani ad minus triginta diebus continuis, vel interpolatis, & ſaltem ſemel in die: ſi verò peregrini fuerint, aut forenſes modo ſimili diebus quindecim ad Baſilicas eaſdem accedant. Vnuſquiſque tamen plos merebitur, & indulgentiam efficacius conſeqoetur, qui Baſilicas ipſas amplius & deuotius frequentabit: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagioam noſtræ confirmationis, approbationis, innouationis, cōceſſionis & conſtitotionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem boc attentare C præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit iocurſurum. Datum Romæ apod ſanctū Petrum octauo Cal. Martij Pontificatus noſtri anno tertio.

Formula declarationis Papalis bullatæ, Sanctiſſ. Pat. Du. Bonifacij Pap. VIII. Per quam rebelles eccleſiæ excluduntur à beneficio indulgentiæ Centeſimi ſeu Iubilei, in ſuprà ſcripto priuilegio conceſſa. Cuius & in opere ſuperiori fit mentio.

BOnifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorū D Dei ad perpetuam rei memoriam. Nuper per alias noſtras litteras omnes remiſſiones & indulgentias peccatorum conceſſas accedentibus ad booorabilem Baſilicam principis Apoſtolorum de vrbe ratificandas & approbandas duximus, & etiam innouandas, vt tamen beatiſſimi Petrus & Paolus Apoſtoli, eò amplius honorētur, quò ipſorum Baſilicæ de vrbe deuotius forent, & fidelius frequētatæ: & fideles ipſi ſpiritualium largitione munerū, ex huiuſmodi frequentatione, magis ſe ſentirent refectos. Nos de omnipotentis Dei miſeri- E cordia, & eorundem Apoſtolorum eius, meritis & auctoritate confiſi, de fratrum noſtrorum concilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis: omnibus in præſenti milleſimo trecēteſimo, à feſto natiuitatis Domini noſtri Ieſu-Chriſti præterito, proximè inchoato, & in quolibet alio Ceoteſimo ſequuturo anno, ad Baſilicas ipſas accedentibus reuerenter, verè pœnitentibus & cōfeſſis: vel qui verè pœnitebunt & confitebuotur, in huiuſmodi præſenti, & quolibet Centeſimo ſequuturo annis; nō ſolum plenam & largiorem, imo pleniſſimam omnium ſuorū conceſſimus veoiam peccatorum, prout in iſtis aliis noſtris literis cōtinetur. Verum quia multi indulgentiarum gratia ſe reddunt indignos, declaramus expreſsè, & dicimus manifeſtè, quod illos, falſos & impios Chriſtianos, qui portauerint, vel portabunt merces, ſeu res prohibitas ſaracenis, vel ad terras eorū reportauerunt, vel reportabunt ab eis, necnon Fredericū natura quōdam Petri, olim Regis Aragonum: ac Siculos nobis & eccleſiæ Romanæ hoſtes, & apoſtolicæ ſedis rebelles: & qui receptabunt Columnēſes eoſdem, & generaliter omnes & ſingulos publicos hoſtes & rebelles præſentes, & futuros eccleſiæ memoratæ, & impugnatores ipſius: & qui dabūt ſcientes ſupradictis, vel eorum alicui, vel aliquibꝰ auxilium, conſilium, vel fauorē, publicè, vel occultè dū in ſua malitia perſtiterūt, nec ad dictæ ſedis mandara redire curauerint, indulgētiarum huiuſmodi cum non ſint capaces, nolumus eſſe participes. Ipſóſque penitus excludimus ab eiuſdē. Nulli ergo homioū omnino liceat, hāc pagioam noſtræ declarationis volūtatis & excloſionis infringere, vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attentare præſumpſerit, indignitatem omnipotētis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorū eius, ſe nooerit incurſurum. Datum Romę apod ſanctū Petrū Cal. Martij pontificatus noſtri anno ſexto.

Regē Frāciæ & Columnenſes anathemate notauit Plat. in eius vita.

Summa gratia non bullata quam dominus Bonifacius Pp. VIII. conceſſit peregrinis, in die Natalis Domini fine, videlicet Centeſimi qui fuit, milleſimo trecenteſimo cuius & in opere ſuperiori fit mentio.

AD honorem rei & Beatorum Apoſtolorum, Petri & Pauli attēdens dominus noſter Dominus Bonifacius Pp. VIII. Deuotionem quam vidit in populo Chriſtiano, fauorem fidei, viarum tædia, perſooarum labores, & onera expenſarum, vult idē Dominus noſter, quod omnes forēſes, qui hodie ſunt in vrbe, licet non compleuerint indulgentiam, vt læti reuertantur ad propria plenā indulgentiā cōſequantur. Item placet ipſi domino noſtro ſummo Pontifici, & vult, quod omnes illi qui veoerūt ad indulgentiā conceſſam per eum & mortui ſunt in via vel in vrbe, numero dierum taxato in ipſa indulgentia noodum decurſo, plenam indulgentiam conſequantur. Item vult idē dominus noſter ſummus Pontifex, quod omnes illi qui arripuerint iter ad iſtam indulgentiam annuò complendi eam, & iuſto impedimēto impediti, vel nō peruenerunt, vel peruenientes nō cōpleuerunt, eādem plenā indulgentiam conſeqoantur. Itē quia annus iſte Iubileus finitur hodiè volēs, idē dominus noſter, velut pius Pater prouidere ſaluti animarum, omnibus illis qui ſunt verè conſeſſi, ſecūdum formam indulgentiæ ſuæ, & nō ſatisfecerunt de alieno infra annum, oec poſſunt commodè ſatisfacere, propter tēporis breuitatē prorogat terminum ad ſatisfaciendum dūtaxat, vſque ad feſtū reſurrectionis dominicæ proximum venturum. Declarat inſuper idē dominus noſter ſummus Pōtifex, quod annus iſte Iubileus trecēteſimus hodie ſit funtus, nec extēdatur ad annum incarnationis, ſecundum quoſdam, ſed ad annos domini, ſecundum ritum Romanæ eccleſiæ.

Iacobi ſancti Georgij ad Velum aureum Diaconi Cardinalis, de Centeſimo ſeu Iubileo liber explicit.

In

In librum de Iubileo Iacobi Cardinalis, Iulij Roſci ſcholia.

IACOBI S. Georgij Cum ego de hoc quiſnam eſſet diu addubitaſſem, tandemque illū Bonifacij. VIII. nepotem vel fratris, vel ſororis filium fuiſſe ſtatuiſſem: ecce reperio in libro quodam vetuſtiſſimo M. S. in quo omnium Cardinalium memoria continetur, quiſnam eſſet IACOBVS hic, nec à mea auctoris illius abhorruit ſententia, liber eſt in manibus Alphonſi Cecharelli viri doctiſſimi, cum in omnibus pene liberalibus artibus, tum in medicina præſertim. Ea verò quæ in libro habebantur hæc erant. IACOBVS Caietanus Anag. Diaconus Cardinalis S. Georgij in velabro fuit nepos Bonifacij. VIII. Pp. à quo fuit creatus Cardinalis, in prima creatione Cardinalium ab ipſo facta anno. M. CCXCV. Pontificatus verò primo, in quatuor temporibus aduentus Romæ. Hæc ille, cum igitur ea eſſet auctoritate apud Pōtificem, vt ea apud illum plus valeret nemo: ſcripſit hiſtoriam hanc vniuerſam, vt temporum illorum ſtylus & eruditio ferebat. Erat enim hæc vetuſtiſſimorum temporū illorum conditio, vt quo magis eloquentiæ ſtudia iacebant, ita maximè Philoſophiæ & theologiæ ſtudia florerent. Nam poſt octauum annum à quo hæc quæ de Iubileo dicūtur geſta ſunt, obiit ille ſubtiliſſimus & acutiſſimus Ioannes Scotus decus & ornamētum familiæ D. Franciſci, fuit & iis temporibus Petrus de Palude, floruit Alexāder de villa, Conradus dominicanus, Henricus de Gandauo, quibus omnibus maximum lumē Theologiæ vniuerſæ illuxit, horum credo diſcipulus Iacobus hic tantam ſibi eruditionem & gloriam comparauit.

Qui fuerit ille I. Card.

LIBER INCIPIT.] Additur incipit, & ad calcem liber explicit: qui mos non eſt amplius in vſu, ſed proprius illorum temporum fuit ita enim in libro quodam Alexandri Farneſij legitur incipit liber geometricæ artis cōditus à Domino Gerberto Papa, & Philoſopho qui & Siluester II. eſt nominatus. Quem locum eò attuli, vt quod volui declararem & confirmarem: & vt etiā pateat ex Onuphrio vt errarit Platina exiſtimans eum Pontificem diabolica dominandi cupiditate fuiſſe impulſum, & cū tādē pōtificatū adeptus diabolū ſciſcitaretur, quandiu ea omnia quę hic adfert interpres ad Silueſt. II. referēda ſunt in pontificatu victurus eſſet; reſpondit humani generis hoſtis ambiguè vt ſolet: ſi non attigeris Hieruſalē diu viues, & tum Dei nutu factum eſt id quod fertur in Baſilica ſanctæ crucis, in Hieruſalē Romæ ſacrificaret, facto moriturum ſe ſtatim cognouit, Ac certe fabulā miratur Onuphrius doctiſſimus, & demonſtrat, ex Annonio libr. 5. de rebus geſtis Francorum, cap. 46. & aliis, fictum totum eſſe. Quoniam verò temporibus illis, pauci erāt Mathematici, ſi qui iis diſciplinis operam dediſſent magi, & Necromātici vocabātur. Demonſtrat ille alibi de Ioāna, vt fuerit impoſitum eccleſiæ Rom. ſed de hoc ipſe legatur.

Annot. in Ioan. viij. Plat.

INVOCATA ITAQVE.] mira pietas oſtenditur illorum temporum: & certè, hanc rationem inuocandi trinitatem initio operum Chriſtianum eſt, cum ita etiam de Deo dicturus, Dionyſius Areopagita Athenienſium iudiciorum ſplendor, & ornamentum fuerit exorſus: Trinitas eſſentia deitate, bonitate ſuperior, diuinæ Chriſtianorum ſapientia dux, dirige nos in ipſum ſuper ignotum, & præfulgens excelſumque myſticorum eloquiorum culmen.

NEQVE ENIM NANCISCI NOSTRAM.] Accommodatam rationem adfert, cur ſibi, Dei, diuorúmque auxilium implorandū putarit, quod non ad ſui ipſius, ſed ad Dei gloriam opus referret, nec alium expectaret fructum laborum ſuorū. Exēplum certè mirificum omnibus pietatis & religionis. Et quidem Ægyptij ipſi cum vellent doctrinam deſcribere, roris vberrimam copiam cœlo delabentem exprimebant, quod cognitionem ſcientiámque diuinitus in hominum mentes delabi arbitrarentur. Quamobrem meritò, Deo opt. omnium donorum gratiæ ſunt habendæ.

Purius Hierogl. 38.

IN IIS QVORVM.] Quam modeſtè hiſtoriam, rem nouam poſteris & inauditam ſcripturus loquitur. Noo ita ij qui vt libros ædant, nihil ſpectant quod nonum, quod inauditum, quod vtile, quod poſteris demum fructuoſum ſit. Ego certè iis aſſentior qui proprium Chriſtianæ modeſtiæ eſſe arbitrantur, non ſua poſteris dare, ſed à maioribus adepta, & explicata ſeruare. Et id tū verum eſt in omnibus tum, in iis quæ ad Eccleſiam ſpectant, vt egregiè Vincentius Lirinēſis ſcribit, de quo affert ille exempla, quibus ad id imitandum inflammemur, hic verò & nouitatem in hiſtoria, in doctrina de Theſauro, & indulgētia maiorum noſtrorum auctoritatem, & admirationem rei diuinitus conceſſæ ſequutus eſt.

IN LATERANENSI.] Hinc luce clarius apparet, aliquando Pontifices incoluiſſe, eā partem ædium ad Lateranenſem Eccleſiam, cuius ruinæ cernuntur & nunc. Eſt verò rationi maximè concentaneum amplificaſſe & exornaſſe locū illū ædificiis, Conſtantinum Imperatorem, de cuius pietate & liberalitate memini me multa vidiſſe, in quodam libro vetuſtiſſimo M. S. & nonnulla legere quiſque poteſt apud Platinam in vita Syluestri primi, qui locus etiam vim maximam habiturus eſt, ad eorum confutandam temeritatem qui negant, Conſtantinum à Sylueſtro baptizatū fuiſſe: quanquam de hoc egregiè Card. Polus ad calcem libelli ſui de Concilio, vt verò ad propoſitū reuertamur, nō dubitandum autem eſt illam aliquando fuiſſe ſedem Pontificiam, quod & confirmat, hic idem autor, paulò poſt, ad calcem capitis quarti vbi ait, etiam conſiſtorium fuiſſe. Qui verò cauſas mutationis loci, vel quia primus mutarit ædes ſcire voluerit, legat alios non enim ad nos ſpectat iſtud docere. Platina verò in Ioanne v. ita ſcribit Ioannes, itaque vir ſingularis religionis & manſuetudinis vno omnium conſenſu Pont. creatus in Eccleſia ſaluat, quæ Conſtantinianus appellatur ad Lateranū, qui textus varietatem iſtam illuſtrabit.

PATRIARCHIO.] Onuphrius vir in hiſtoriis veterum maxime exercitatus, qui rurſus ædidit vitas Platinæ & illuſtrauit annotationibus ſuis: ita vt mihi certè præclaram in eo operam poſuiſſe videatur. Is in annotationibus ſuis ad vitam Bonifacij. iij. tam multa teſtimonia de patriarchalium ſedium priuilegiis affert, vt putidum ſit aliquid addere. Legatur ille, locus eſt enim dignus

qui legatur vbi multis probatur Romanam Eccleſiam primum locum obtinuiſſe.

Svdarivm sev veronicam.] Eſt ſaluatoris imago ad ingreſſum portæ ſanctæ, quo loco religioſiſſimè aſſeruatur, oſtenditúrque. Et verò cum ſemper fuerit, eius maxima pietas & obſeruantia, tum tempore Nicolai v. apud Platinam legitur maxima omnium hominum frequétia colebatur. Nam ita ſcribitur in vita Nicolai v. Iam attigerat annus iubileus, cum ſubito tanta multitudo Romam venit, quanta nunquam antea, vnde cum ſemel è vaticano viſa ſaluatoris imagine ad vrbem rediretur, facta obuiam mula quædam Petri Barbi Card. ſ. Marci, cum neque venientes neque redeuntes ob inſequentem multitudinem cedere poſſent, cadente vno atque altero ſuper mulam illam iam à multitudine oppreſſam, ad ducenta hominum corpora & equos tres obtrita & ſuffoca in ponte Hadriani conſtat. Reliqua eo loco legantur.

Ivxta ecclesiam dei genitricis.] Platina in vita Caliſti primi ita ſcribit, hunc ædificaſſe Baſilicam in tranſtyberna regione in honorem B. Virginis Damaſus ſcribit, non tamen crediderim hanc illam eſſe, quam hodiè tam celebrem & amplá cernimus, cum ea tempeſtate ob crebras perſequutiones occulta eſſent omnia, & ſacella potius atque eadem abdita & plerúmque ſubterranea quam apertis in locis ac publicis fierent, hæc ille. Ego verò ſi tum illam ibi tamẽ fuiſſe non dubito cum illud quod diuinitus contigit ibi acciderit.

Olei fons.] Idipſum etiam nunc celebri memoria conſtat factum fuiſſe, & Platina in Christi vita quæ prima eſt & debet eſſe, apud ipſum ita ſcribitur: è taberna autem meritoria in tranſtyberina regione ex terra oleum erumpit, vt ait Euſebius, Eutropius, vt notat Onuphrius, fluxitq; toto, vel ſine interuallo Chriſti gratiam gentibus, id verò templum exornatum nunc eſt, à Iacobo Sabello Cardin. ampliſſ. & ſapientiſſ. cuius fidei crediti ſunt iuuenes ſeminarij, quamobrem fit vt perſonent illic omnia eorum iuuenum concionibus, ſed quod ad oleum ſpectat miraculum putádum eſt, licet Strabo ita ſcribat in Aſiæ deſcriptione, ij propè Ochum effodientes olei fontem inuenerunt: nam veriſimile quidem eſt, vt nitroſa quędam & aluminoſa & ſulphurea & bituminoſa terram perfluant, ita quoque pinguis inueniátur: Raritas enim efficit admirationem, at hoc ego & rarum arbitror nec à natura ſolum profluxiſſe, cum alia eo die contigerint, & ipſe Auguſtus domini appellationem vt homo declinauit. Oroſius lib. 6. cap. 22. Plat. in Chriſto.

Lib. 11.

Monvmentvm romvli.] Crediderim id dictum eſſe ex cómuni vulgi opinione: nô enim Romuli eſt illud monumentum ſed alterius cuius rei legatur Martianus qui doctè de hoc, & modo etiá inſcriptú nomen alterius idipſum demôſtrat.

Exercitvm examenve.] Quaſi poëta dixit id, ſic enim Virgilius. 1. Æneid. multitudo verò quanta fuerit oſtenditur, ſed libet hic celebritatem Iubileorum attingere, de primo iam cóſtat, in altero etiam maxima multitudo fuit, nam quolibet die ducentum millia hominum fuiſſe narrátur, & ex qualibet orbis parte ad decem millia hominum. In tertio non tá multi fuere ob bella, quæ iis temporibus vigebát, ſub Bonifacio IX. non admirandá multitudiné Romá veniſſe exiſtimo, ſed pauciores ſub Martino v. ob perturbationẽ Motũ temporum. Sub Nicolao. v. maximus vndique factus eſt concurſus. Sixtus verò dum celebrat Iubileum ob peregrinorum multitudinem, vt modo Pótifex Sanctiſſ. Gregorius refecit, ſed hic D. Mariæ ille Ianiculum ſuo nomine Sixtum appellauit, Sub Adriano vi. non tam multi fuere, vt & ſub Clemẽte vii. ob Italiæ tumultus, ſub Iulio, maior credo hominum numerus fuit, at ſub Gregorio xiii. ea eſt omnium opinio, vt ea ſit multitudo & celebritas huius anni, vt dies feſtus putetur, Iubileus verò aliorum annorum vt dies feriatus.

Extra alvevm tybern.] Idem ſub Sixto iv. factum legimus, & certè mirandũ eſt Iubileis omnibus aliquid mirum contigiſſe. Ecce tibi ſub Bonifacio viii. Ottomanorum oriturgens, & Cometes videtur, & terræmotus maximi exaudiuntur. Sub Clemente ſexto cœleſtis flamma ad ſolis obitum viſa eſt, inde bella ſub Bonifacio, ix. ſecta Alborum ſuboritur. Peſtis Nicolao v. pontifice vniuerſam pene Italiam occupauit. Ardebat bello Italia ſub Adriano ſexto, & ſub Clemente vii. Nec eſt animus omnia quæ contigerunt narrate ne cauſam adferre, legat qui vult librum Pici de cauſis calamitatum noſtrorum temporum ad Leonem x. inde multa poterit aduerſus Aſtrologos & alios colligere, vt veras cauſas in mediũ afferat. Dicemus & nos fortaſſe in hiſtoria noſtra huius anni de Comete qui viſus eſt.

Dvplici tvm remedio.] Pont. verò qui nunc viuit multiplici itaut ſatisfaciat omnibus, nec quidem caritatis annonæ vel minimus, rumor fuit. Illud certè audio edictum fuiſſe, vt quot Roma 25. miliaribus diſtant, Romam granũ aduehendum curent. Dicent alij de prudentia táti Pontificis in cæteris.

Æstivare.] At Pontifex nec vrbem quidem penè viius egredi hoc anno. Abſoluto verò & clauſis foribus Bunoniam profecturus dicitur. Et quidẽ hic eſt omnium celebratus rumor, hæc omnium opinio.

Romani mores.] Locus commendarionis Romanorum liberalitatis, humanitatis & pietatis: nec iacebunt hiſtoriæ hoc anno quæ illi ob Peregrinos humaniter & officioſè præſtiterint. Vidi ego effuſam totam nobilitatem ad hoſpitiũ trinitatis, quò omnium gentium fiebat concurſus tantus vt mirum eſſet vnde illis cibus & quidem ampliſſimus ſuppeteret. Quid? ipſi pedes eorum maximo pietatis ſenſu abluunt, & liberaliſſimè exceptos cibo ſomnóque triduo reficiunt.

Qvinqve panibvs.] Miraculum Chriſti celebre de quo Sybilla ſic cecinit olim.

In panibus ſimul quinque & piſcibus duobus
Hominum millia in deſerto quinque ſatiabit:
Et reliquias tollens, poſt fragmenta omnia,
Duodecim cophinos implebit in ſpecie multos.

Peregrinantivm oblatis.] Hic locus de muneribus neſcio an etiam illuſtris factus ſit noſtris tẽporibus. Ego certè niſi fortè quid cótigerit aduerſi in huius anni hyſtoria, omniũ munera

nera adnumerabo & ſodolitates quotquot creuerunt deſcribã, vt noſtra tempora cũ illis vel contẽdiſſe, vel noſtra lõge multúmq; ſuperaſſe oſtendã.

Illvsio vel visio.] Difficile certe eſt diſtinguere ſpiritus legatur Abulenſis in Matheum vbi de hac Ioſeph viſione ſcribit. Ille multa vt ſolet, Angelus enim incitat ita ſenſum, vt ille cui aliquid declarat, teneatur credere: & quaſi in vigilia eſſet, in illud apertiſſimè intuetur, eſt notiſſimum 12. gen. de Abimelech. Paulus verò nihil ſentiebat, ſciebat tamen euidentia in intellectu 2. ad Cor. 12. 11.

Nec à mysterio alienvm.] Cur Cẽteſimus annus inſtitueretur plura dici poſſent quàm annotatio ferret: illud tamen non eſt prætereundum illud factum eſſe, quia Cẽteſimo quoque anno natalis Chriſti celebritas maxima eſſe cõſueuerat, quæ ratio ſi vera eſt & fidem quibuſdam habemus, non eſt quod alias addamus, vt lõgitudine temporis magis appareremus vt imitaremur veteres Romanos in ſeculi celebritate: vel alias ob cauſas quas hic narrat & Bonifacius in bulla, & affert ille doctus interpres in decretalibus. Qui verò ſequuti ſunt immutarunt annorũ numerum. Nam Clem. vi. ad L. annum reuocauit. Vrbanus vi. ad xxxiii. Vitam Chriſti ſpectãs Paulus ad xxv. in quo nunc conſiſtit.

Qvomodo veteribvs.] Quæ veteres agerent in Iubileo habentur Leu. 25. penè toto & lib. 3. antiquit. Iudaicarum cap. 14. apud Ioſephum qui ait has de Iubileo leges Moyſem in caſtris in Sina populo tradendas accepiſſe à Deo móxq; litteris mandatas ad poſteros etiã obſeruandas trãſmiſiſſe. Ac propterea legimus in Deut. xv. erit tibi ſeruus &c. id eſt tibi ſeruiet vſque ad ſeculum, id eſt, vſque ad annum Iubilei, quo tẽpore in libertatem ſerui reſtituebantur.

Tv es petrvs.] Egregie hic demonſtrat vnum eſſe Chriſtianæ eccleſiæ paſtorem, & affert loca ex ſcriptũris ad id probandum vt mihi quidem videtur efficaciſſima. Tu verò adde & illud ex Ariſt. 12. primæ philoſophiæ vltimis verbis: ar rerum natura malè adminiſtrari non vult: & multorum dominatus ac principatus non eſt vtilis, vnus ergo ſit princeps, vide etiam Archid. in bullã Bonifacij viii. vbi ille hac de re pluribus.

Bonifacivs servvs.] Qualis hic Pontifex fuerit plena ſunt omnium volumina: legatur Platina in eius vita & in vita Cœleſtini v. quo loco ſcribitur copioſè vt pontificatũ fuerit adeptus, ſi tamen verum illud eſt quod narratur, habes etiã nonnulla de eo in vita Nicolai iv. hanc verò bullã eandem iiſdémque verbis eſſe in lapide polito ad D. Petri fores conſtat, & omnium eo in loco ſpectanda eſt oculis, Nec quis eſt qui dubitet eãdem pluribus declarari in vi. decretalium.

Non solvm plenam.] Plena plenior & pleniſſima indulgentia, vt differant vel potius cõueniant multi docuerunt. Ille Archid. multa commentatur. Ego certè exiſtimo eum qui plenariam indulgentiam cõſequitur, & pleniorem & pleniſſimam eundem conſequuturum, & totius pœnæ remiſſionem, quanquam tum dubium ab extrinſeco aliquam poſſe aſſignari differentiam, de qua non eſt noſtrum diſſerere alibi enim de hoc diximus.

Petri olim.] Hiſtoriam ſi quis vult legat apud Platinam in vita Nicolai iv. niſi fallor & in honorio iv. & alibi. Quod verò de Columnienſibus legant Iouium ſcierit & eandem conſuetudinem eſſe feſtis diebus Paſchæ, ſed an iidem malè Bonifacium acceperint, an Romani diſſentiunt Iouius & infortunius quidam numero viii. ad calcem hiſtoriarum iſtius, ille in Romanum populum hic in Columnẽſes. Viderint alij quicquid voluerint de hoc, fuit enim id aliquando ſi fuit, nunc noſtra tẽpora ſpectanda ſunt, non antiquorum memoria ab inferis reuocãda, niſi quę ad virtutis exemplar proponatur & gloriæ ſolidæ & veræ immortalitatis.

Velvm avrevm.] Ego certè exiſtimo legendum in velabro, quanquam in antiquo Codice, vnde librum hunc deſcripſi quem illuſtro ſcholiis legatur ad velum aureum. Eſt autem templum illud ſi Platinæ credimus in vita Zachariæ. i. conditum à Zacharia ipſo priore huius nominis. Ita enim ſcribit, idem quoque Baſilicam B. Georgij in velabro condidit eóque loci caput ipſius ſancti collocauit, ex quo Velabrum dicendũ duco cũ Onuphrius diligentiſſimus antiquitatis in eo nihil mutauerit.

Amboni circvmp.] Per Ambonem intellige ſuggeſtum: ita enim Platina ſcribit in vita Chriſti iii. ornauit & Ambonem eccleſiæ porphyreticis lapidibus, quem nos ſuggeſtum appellandus vnde Euangelium & Epiſtola cantari auditur.

QVINTI IVLII HILARIONIS DE MVNDI DVRATIONE, LIBELLVS.

Attentio confert plurimũ ad diſcendum.
Eccl. 6.
Sap. 7.

Qvantocvmqve tempore in diuinis legibus cuiuſcunque timentis Deum intentus fuerit animus tanto elegi quæ vera ſunt diſcet, vt diſcendo ſapiens efficiatur, quia dux oculorum cordis eſt ei in lege virtus Dei Patris & ſapiẽtia Chriſtus. Et quaſi patefactis ianuis cœli ore proprio Dei audierint exultat in lege aliquid voce ſapiẽter addiſcens. Vnde ſapientia Dei hominem ſilere non patitur, compellitur ipſa veritate cogente loqui, vt alios ſapientes efficiat. Sapientiæ verò qui iuctus inuidere non potuit, quapropter ſapiẽs vult per ſapientiam Dei à qua ſapiens effectus eſt derelicta inuidentia per quam mors dominatur & regnat, omnes homines in mũdo ſapientes exiſtere. Prædictum enim ſiet & lege eſſe quod multitudo ſapientiũ ſanitas eſt orbis terrarum. Igitur cũ ex lege fratribus corã ſapientia duce tractatus ſoret opponeretúrque ab iiſdem mundi initium finémque eius penitus à nobis ſciri nõ poſſe quod alij affirmant plus xx. milia annos habere iã mundum alij, initium & finem dare ei nolẽtes, alij. initium concedentes æternũ fore voluerunt. Ad hæc

Eccl. 1.
Sap. 2.
Sap. 6.
Authoris conſilium & intentio.

ego aio adſtruere hoc per artem philoſophiam mũdi & inanem deceptionem verborum pompã opinioniſque magis, quàm vanitatem amauere & ſunt amatores. Nã ſi nos imperio Dei quod fidele eſt audiamus accipiamúſq; neceſſe eſt, quicquid nobis diuina lex fideliter enarrauit, quod annuente domino ſi permittitis vobis ſimpliciter enarrabitur. Sunt enim qui æſtimant anno in lege inaniter, aut ſuperflue, quaſi non neceſſarie fuiſſe conſcriptos, neſcientes parum fidei tales qui quod lex Dei inſinuat, verum eſſe non credunt. At illi Magna inquiunt, vis eſt aliquid de lege proferre ſcriptóque mandare. Vere inquam, Nam vt ipſi ſcitis olim de ratione Paſchæ numeróque annorũ mũdi hortantibus vobis ſcripta feciſſe me, ſed idcirco ſilui aliquanto tempore ne à nobis opuſcula, ipſa condimentis ſapientiæ alienæ, irrationabiliter códerentur. Vnde digeſtis melius rebus de die ſacratiſſimo Paſcha iam libellum præmiſimus, in quo & qui ſit mẽſis primus legaliter demóſtrauimus, dehinc etiam curſum annorum à fabrica mũdi, in hoc opuſculo ſuo quoque ordine ſupputãdo notamus. In his igitur promiſſis ſatis gauiſi fratres faciunt quæ diligentius ſanximus. Etenim, de hac re non æque ſed varie ſcripſere quamplurimi, vt lectoris animus in ancipiti remanẽs, quid verus ſcit ſcire non poſſit. Faciam vt vultis, vt & ipſe promiſi Domino ſcilicet Deo Chriſto móſtrante: Quapropter partes omnes & regulas annorum ad fabre diligentiuſque perſequar, vt expoſitio ipſa legentibus quaſi gradiẽtibus delectabilis via æqua & plana videatur. Poſt præteritorum quidẽ deſcriptorum varias compoſitiones præſertim qui iam præiudicatæ opinionis habentur, dicere aliquid nefas aut ſuperbum eſt, ſed dicã, neceſſe eſt enim ratione cogente: quamuis ſuperbum credo nõ eſſe ſi poſteriore tempore à quoquam melius quid de lege Prophetarum hoc & S. Apoſtolus Paulus pacem conſulens teſtatur & dicit. *1. Cor. 14.* Et ſi alij melius reuelatum fuerit ſedenti prior taceat & vtique Apoſtolus de quacunque diſputatione legis hoc dixit, De qua re quis qualiter ſenſerit, ita vt ſenſerit & bene melius poſſit admitti. Nunc de annorum integro numero ratio vertitur, vbi nõ poteſt, quis pro perfecto numero imperfectum ponere, aut ipſum perfectum poſſe tranſcendere numerũ, & quod minus fierit & pl' à perfecto numero aſtruere verum. Igitur iã veniamus ad cauſam & ſuo ordine cuncta narremus, intelligatúrque quo in loco hanc volentes aſſequi rationem, aut plene dixerim. *Haud ple. dixerint. Rem author aggreditur.* Cum ergo hic mundus Creatore Deo conſtitueretur viderétque omnia ſuo iuſſu ex nihilo apparuiſſe mature cœlum cum ornamentis ſuis, id eſt, Solem & Lunam, & ſtellas propter vices & ſigna temporum luce radiantes terram, cum perfectione omnium ſeminum virore plenam diuerſis coloribus flores habentem diuina pictura, innana concluſione riparum, ac mótum ne tranſcendant, quaſi vallatione quadam obſeſſa, Iſtinc etiam, prima prolatum motum habentia in ſe, & omnem animam viuam. Poſt hanc igitur perfectionem mundi placuit omnipotenti Deo inſtituere hominem quẽ præ cęteris animalibus aliud eſſe omnipotẽs Deus. Nam illa iuſſu & verbo ſuo creauit, *Gen. 1.* hunc ſacris manibus finxit quem liberum dominúmq; ſuper vniuerſa ſua prælecit. Illa vt ab hoc regerentur hic vt ſapiens animal rationalẽ & aſtutum ſeſe gubernaret in mundo, ex iſtius namque tempore poſteriorúmque omniũ generationes currendum oſtendimus vſque ad noſtrã ætatẽ quot anni ſub ex quo factus eſt iſte in quo degimus mundus, ſed qui iam ſecundum Euangelicã vocem in fine eſt conſtitutus à die VIII. Cal. April. originem eius mundi tenẽtes quo inchoatũ & factum eſſe in libello Paſchali ratione currẽte iã expoſuimus & V. dies ſine homine fuiſſe mundum & die ſexto finctum & viuificatum per Dei flatũ eſſe narrauimus. *Mundi creatio.* A primoplaſti Adæ ſcilicet natiuitate vſque ad diluuium factum ſub Noë anni ſunt II. CC. LVII. ſic per generationes ſingulas fideliter cõprobantur *Initium ſupputationis annorum.* Adã anno CCXX. genuit Seht. Seht. CC. V. genuit Enos. *Gen. 5.* Enos anno CLXX. genuit Cainã. Cainam anno CLXX. genuit Malelehel. Malelehel anno CLXV. genuit Iareht. Iareht anno LXVII. genuit Enoh. Enoh anno CLXV. genuit Manuſalam. Matuſalam anno. CLXXXII. genuit Lameh. Hic primo Matuſalæ annos quos ſcriptorum error fecit nullus vidit, nullus inſpexit, nullus diligenti inquiſitione correxit. CLXVII. annos eum vixiſſe & genuit Lamech poſt vixiſſe DCCCII. annos, quod verum eſſe non poteſt quia DCCCII. vſque trans diluuium XIIII. annos plus eſſe monſtratur. Diluuium enim nemo euaſit, nemo præter arcam viuendo tranſcendit. Igitur Matuſalam vixit annos. CLXXXII. & ſic genuit Lamech & poſt hoc vixit ann. DCCLXXXVII. Sic enim diuinæ ſcripturæ fides vera demonſtrat quæ Matuſalam ante diluuium & vixiſſe & mortuum eſſe narrauit. Lamech anno CLXXXVIII. genuit Noë. Seſcenteſimo namque anno Noë factum & conſummatum eſt diluuiũ. A diluuij autem tempore vſque ad LX. annum Abrahę quo de terra ſua ad peregrinationem profectus eſt anni ſunt mil. XII. Ita per ordinem ſecũdæ generationes à Sem filio Noë oſtendũtur. Sed quia anni Sem LXXVIII. in conſummationem diluuij completi ſunt, II. ſcilicet ante ad rationem ſummæ quam poſt diluuium deſignauimus neceſſarij ſunt, ipſe enim Sẽ bienniũ poſt diluuiũ fuit annorum C. & ſic genuit Arfexat *Gen. 11.* quos annos II. deſcriptores huius rationis in numerũ annorũ nõ poſuerunt quo eos minime pręciderũt. Ergo poſt diluuium Sem vixit annos II. & genuit Arfexat. Arfexat autem annno CXXXV. genuit Salam. Salam ann. CXXX. genuit Eber. Eber anno CXXXIIII. genuit Falech. Falech ann. CXXX. genuit Ragau. Ragau anno. CXXXII. genuit Seruc. Seruc anno. CXXX. genuit Nahor. Nahor anñ. LXXVIIII. genuit Thara. Thara autem ann. LXX. genuit Abraham. Abraham ann. LXX. de terra ſua profectus eſt, vt diximus in Carran.

A peregrinatione Abrahæ vſque ad profectionem filiorum Iſraël ex Ægypto ad heremum anni ſunt CCCCXXX. Sic deinde à nobis certius declarantur. Abraham. XXX. annos peregrinatus eſt & accepit promiſſionis filium Iſaac *Gen. 22.* qui cum verbum Domini deſideraſſet audire quando poſſit ſemen eius hæreditare terram Canaan; parato ſacrificio ad veſperã Dominus ei locutus eſt concludens ſimul & deſignãs quod adhuc ſemen eius peregrinaturus eſſet in terra Canaan & in ſeruitute Ægyptiorũ annis CCCC. ſicut in libro Geneſeos ſcriptura diuina ipſi Abrahæ teſtatur *Gen. 17.* ſciens ſcies quomodo peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua *Gen. 15.* & in-

& in ſeruitutem redigentur & dominabuntur eorum annis cccc. Gentem autem cui ſeruierint ego iudicabo. Et ideo ſapiētiſſimus legiſlator Moyſes *Exod.12.* auctore Deo noſtro ſecutus ita ait dicens. Habitatio autem filiorum Iſrael qua habitauerunt in terra Ægypti & in terra Canaan ipſi & patres eorum annis ccccxxx. Hoc videlicet minus attendentes diſputatores annorum in Ægypto ſolum autem cccl. aut ipſos ccccxxx. filios Iſraël fuiſſe fruſtra memorati ſunt. Nam vt plenius melius ccccxxx. annos ſemē Abrahæ ab Iſaac nato vſque de Ægypto egreſſos: nō in terra Ægypti ſolum, ſed in terra Chanaan eſſe completos generationes eorum currendo monſtramus. *Geneſ. 25.* Iſaac anno lx. ſuo, genuit Iacob. Iacob cum eſſet annorum cxxx, introiuit in Ægypto cum filijs & nepotibus ſuis, omníque *Geneſ. 46.* progenie ſua, inter quos nepotes fuit Caath filius *Num. 26.* Leui, qui eſt auus Moyſi. Ergo Amram in Ægypto *Exod. 6.* natus eſt, & Amram genuit Moyſen lxxx. anno ſuo: Idem Moyſes exiuit de Ægypto cum filijs Iſraël, ac per hoc in Chanaan terra ab Iſaac nato, vſque ad Iacob ingreſſu in Ægypto habitauerunt annis cxl. & in Ægypto fuerunt ann. ccx. Satis eſt ad declarationem annorū iſtorum de quibus hęſitauerūt quamplurimos fuiſſe locutos. Et ideo à fabrica mundi vſque ad profectionem filiorum *Deut. 3.* Iſraël de Ægypto, anni ſunt M. DCXLVIIII. in hæ*Ioſ. 1.*remo fuerunt ann. xl. Deinde mortuo Moyſe, Ieſus filius Naue per Iordanis alueum ſicco pede ad terram promiſſionis tranſtulit populos, & eis fauente diuinitate debellans aſperas gētes iudicauit vt iuſtus. Sub iudicibus autem fuerunt inibi captiuitatis tempora à Ieſu Naue, vſq; ad Samuelem Prophetam, qui vnxit Saul regem per ann. D. lxi. Sed vt & noſtram ſummam integre fore collectā, & in Actibus Apoſtolorū, Apoſtolum Paulum recte poſuiſſe legentibus cognoſcatur, quod ita Ieſu Naue diuiſa patribus noſtris terra Chanaā, dedit eis iudices Dominus Deus per ann. ccccl. vſque ad Samuelem Prophetam. Apoſtolus enim *Act. 13.* Paulus aliter agens in Actibus Apoſtolorum & aliud perſuadens, nō & captiuitatis, ſed ſola in qua iudices habuerunt, & dominati ſunt tempora nominauit, & dedit eis iudices, ait. In captiuitate enī pro peccatis traditi non ſuos iudices habuerunt, ſed ab exteris premebantur. Nam nec ipſe Apoſtolus Paulus contra fidem ſcripturæ libri Iudicum venire poſſet, ſi quantitatem temporum percurrere voluiſſet. A Deo iudices datos populo nominauit fidem Domini Chriſti inſinuare volens. Nam vſque ad Dauid verba ad populum fecit, vt ex eius ſemine veniſſe Chriſtum narraſſet, in quo credendi ſi vellent habituros dimiſſa peccatorū prædicauit. Hæc deniq; tempora iudicum ſic oſtendūtur. Ieſus Naue cū ſenioribus iudicauit ann. xxxi. Poſt hæc peccantes traditi ſunt Chuſan-raſathaim Re*Iud. 3. cap.* gi Meſopotamiæ annis octo, & excitauit illis Dominus ad auxiliū Gothoniel, quo occiſo Cuſarſamoth iudicauit Gothoniel ann. xl. poſt hunc pec*Iud. 4.* cantes ſeruierūt Eglō Regi Moab ann. xviij. Aoth Egló occidit, & iudicauit Aoth ann. lxxx. Iſto mortuo peccauit populus & ſeruierūt Iabin regi Chananeorū ann. xx. Cōtra quem Dominus ſuſcitauit *Iud. 5.* Debora quæ occiſo Iabis iudicauit ann. xl. Peccā*Iud. 6.*tes iterū traditi ſunt Madianitis ann. 8. Super hos *Iud. 8.* ſurrexit Gedeō, & iudicauit populum ann. xl. Poſt ipſum filius eius iudicauit ann. iij. Poſt hunc Tola *Iud. 9.* iudicauit ann. 23. Mortuo Tola, electus eſt à popu*Iud. 10.*lo Iahir, & ipſe iudicauit populū ann. 22. Poſt eius exitum peccauit populus, & traditi ſunt Ammani*Iud. 12.*tis an. 18. & à preſſura clamantes ad Dominum, excitauit illis Iepte, & iudicauit ann. 6. Et Abeſan iudicauit ann. 7. Hic omittitur Abdon qui iudicauit an. 7. †Peccauit deinde populus & traditi ſunt Allophilis ann. 40. Iterum cōuerſi ad Dominum excitauit illis * Samſon qui victis Allophilis iudicauit ann. 20. Mortuo eo iudicauit Semegar ann. 1. Poſt hūc fuit populus in pace & nō eis erat rector, ſed vnuſquiſque quod ei placebat, faciebat, & ipſi ſibi fuerunt iudices per ann. 30. Tranſactis igitur annis iſtis iudicauit Heli Sacerdos ann. 20. Huic ſucceſſit Samuel etiam ipſe Dei Sacerdos, & iudicauit ann. 40. vſquequo vnxit Saul regem. Fiunt omnes vt diximus, ann. 561. Nam qui putant de hic annis aliud Apoſtolum narraviſſe diligentius aduertant nō aduertiſſe eos qui annorum hiſtoriam deſcripſere, quia ſequeſtra ſola iudicum tempora, vt fecit Apoſtolus, ſine annis captiuitatis ſunt anni 111. Sunt ergo anni omni à fabrica mundi vſq; ad Samuelem quo vnxit Saul regē 1300. Succeſſerunt deinde tempora Regum. Habuerunt etiam reges per ann. 514. à Saul vſque ad Sedechiam, cui Nabuchodonoſor oculos auferēs eum in piſtrino necauit: Sic deinde cōprobatur anni regum. Saul regnauit ann. 40. Dauid regnauit ann. 40. & menſibus 7. Salomon ann. 40. Roboam ann. 17. Abia ann. 3. Aſa ann. 41. Ioſaphat ann. 25. Ioram ann. 8. Ochoſias ann. 1. Godolias ann. 6. Ioas ann. 40. Amaſias annis 29. Ozias annis 52. Ioatham ann. 17. Achas annis 15. Ezechias annis 29. Manaſſes annis 55. Amos annis 2. Ioſias annis 31. Iocchas menſes 3. Ioachim anni 11. Ioachim menſes 3. & dies 20. Sedechias annis 11. Sunt ergo vt diximus ann. Regum 514.

† *Abilon 10. ann.*
* *Iud. 15. Nō inueni Semegar.*

A fabrica ſcilicet mundi vſque ad Sedechiam quando Hieruſalem euerſa eſt & populus in Babilonem tranſmigratus eſt ann. ſunt 1814. Poſt vndecimum ergo annum Sedechiæ Hieruſalem euerſa à rege Nabuchodonoſor Iudaicus populus in captiuitatem Babiloniæ trāſmigratus eſt quæ captiuitas 70. ann. tenuit, qui anni quomodo conſummati ſunt luce clarius demonſtrantur cum hinc ad ebdomadas Danielis venerimus, vt etiam has ebdomades à quo tempore & vbi completa ſint diligentiſſimi comprobantur. Daniel enim in decima viſione ſua, cum totus à tota mente pendula ſollicitudine in oratione ad Deum fuiſſet intētus, ſcire volens ſi ſtatus Hieruſalem & populus eius poſt captiuitatem Babyloniæ, ab hoſtibus nihil mali amplius pateretur; apparuit ei Angelus Dei dicens: Daniel, modo prouidi ad oſtendendum *Dan. 9.* tibi ſenſum. Exiuit enim Domini preceptum, & veni vt demonſtrem tibi. Vir enim concupiſcens es tu. Recogita igitur in pręceptum & intellige viſionem. Septuaginta ebdomadæ inciſæ ſunt in populum tuum, & in ciuitatem Hieruſalem. Deſignat igitur Angelus Danielo, & ſummæ in ſeptuaginta ebdomadas, & rurſum ſuo ordine partitur eas, quando & quomodo compleantur. Ad eodem Angelus ſic proſequitur dicens: Ad oblitteranda quæ acceperunt & conſummanda peccata, & exorandas iniuſtitias, & abolenda

delicta & æquitatem ſempiternam excogitandam, & vt concludatur viſio & Prophetia, & vt vngeatur Sanctus Sanctorum. Et tu quieſce & intellige de prouentu ſanctorum, ſiue præceptum reſpondeodum & ædificandam vrbem Hieruſalem, vſque ad Chriſtum docem hebdomadas 7. quæ ebdomada 40. ſont & 9. anni: qui anni ad corpus 70. annorum captiuitatis Hieruſalem pertinent. Anno enim primo Darij regis, qui regnauit ad regnū Chaldæorum, qui etiam Baltaſar regem occidit, Daniel vidit viſionem & fuit 21. ann. captiuitatis Hieruſalem 18. enim ann. vixit Nabuchodonoſor, poſtea quàm prædatus eſt Sedechiam & Hieruſalem, & filius eius Baltaſar, regnauit ann. 3. in quo anno tertio occiſus eſt & ſuſcepit regnum Darius. Cuius anno primo Danielo ab Angelo dicitur de ebdomadis 70. quas cum eas partiretur 7. ebdomadæ, primo ab eodem angelo nominatæ ſunt qui, vt dictum eſt, ſunt anni 49. qui iunguntur ad 21. captiuitatis, quando Daniel vidit viſionem, & efficiuntur anni ſeptuaginta qui completi ſunt in Babylonia, vt impleretur viſio & Prophetia Hieremiæ. Puſt quos ann. Cyrus rex Perſarum iubet populos ad Hieruſalem primo anno regni ſui, vt ædificari poſſit Hieruſalem, & vngeretur Sanctum ſanctorum quod fuit in templo Dei ſacratiſſimum. Reuertuntor igitur populi de Babilonia habentes ſecum ducem Zorobabel, de quo mentio facta eſt ab Angelo ad Danielom vſque ad Chriſtum ducem, ebdomadæ ſeptem. Omnis enim rex populi Dei in diuina lege Chriſtus appellatus eſt. Nam & Zacharias Propheta regem futurum eum ad populum ſic loquitur dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtam & manus eius conſummabunt eam, & cognoſces quod Dominus omnipotens miſit me ad te, quia quis ſpreuit te in diebus puſillis, & gaudebūt in te, & videbunt io manu Zorobabel lapideum ſtagneum quod hodie Imperatores in manu dextera, veluti populum ferre videntur. Repetit Angelus & ait Danielo 62. ebdomadas Domioum, hoc eſt in qoib. reſtituto templo & ciuitatem Hieruſalem in oblationibus ſuis, Domino ſeruierunt, quæ ebdomadæ 62. ſunt anni 434. qui anni completi ſunt temporibos Machabæorum anno 141. regni Græcorum. Iſto oamque tempore Anthiochus Græcis ſuperba mente regnabat, & quamuis ordo iſte annorum diuinæ legis à conſtitutiooe mondi ſufficiat ſibi tamen vt lectoris animo ſatisfacere videamur etiam per reges Perſarum currentes de hiſtorijs publicarum literarum à Cyro oſtendimus 62. ebdomadas iſto tempore Machabæorum fuiſſe impletas. Cyrus namque Perſis regnauit ann. 30. Artaxerſes regnauit ann. 9. Argus regnauit menſibus 9. Darius regnaoit ann. 33. Artaxerſes ſecundus regnauit ann. 19. menſibus 2. Socidanus menſibus 7. Xerſes filius maior regnauit ann. 20. Artaxerſes regnauit. 72. Artabus regnauit mēſibus 7. Darius Nothus regnauit ann. 29. Olus regnauit aon. 22. Arſer regnauit aon. xvij. Darius regnauit ann. 6. Hunc interfecit Alexander Magnus Macedo à cuius tempore hiſtoria Machabæorum Grecorum anni diuina narratione percurrit. Fit igitur omnis ſomma annorum regum Perſarum 243. & ab Alexandro Macedoni, vſque ad Aotiochi tem-

A pora, id eſt, vſque 141. ann. regni Græcorum completæ ſunt, vt diximus ebdomadæ 62. hoc eſt anni 434. Poſt 62. ebdomadas ait Angelus diſperdetur vnctio & ſancta. Ergo poſt 7. & 62. ebdomadas vnum ebdomada ſupereſt, qui faciunt anni 7. ad concluſionem ſummæ 70. ebdomadarum. In hac ſcilicet ebdomada Gentium malitia excreuit, ſicut iam ab Aogelo fuerat dictum, vt etiam in medium ebdomadis eioſdem ab Antiocho rege Græcorum auſertur ſacrificium de loco ſancto, & ſanctum ipſum pollutum eſt fœminino aſpernamento, & abominatio deſolationis facta eſt ſuper altare, & ſtatua illud Iouis qoem Olymphom vocant conlocata. B Iſte etiam Antiochus mēte peruerſa Antichriſti imaginem portans vnam plebem, vnumque ſacrilegum populum, ſub regno ſuo efficere conabatur. Nam & Apoſtaticis hominibus ædificare in Hieruſalem gymoaſium, id eſt, ſtudium conceſſit, & vbi non niſi ad exorandum ſe ſanctáque ſacrificia ſibi offerenda Deos omnipotens templum ſibi conlocare præcepit ille ex ſpectaculis idolorum polluere cócupiuit. Cum igitur 7. & 62. ebdomadę completæ fuiſſent in primo iſto ebdomade vt ſuperius dictum eſt, libros legis comburi ſacrificari ſimolachris, & inmunda manducare genti Iudæorum indixit & fuit vſque C in quinta & vigeſima die menſis 9. ann. 148. regnum Græcorum, in quo anno completi. ebdomadæ om̄. 70. quos decurrens deſignauit Angelus Danielo de turbatione ciuitatis Hieruſalē & populi euerſione, de qoa re etiá ipſe Daniel ad Dominū concupiſcens reqoirebat: Ex hinc vſque io 174. aonnm regni Græcorum: Quo tēpore Lucios Licinius Lucullus Conſul Romanorum qui fuit, de ſocietate & amicitijs ad Symoneus fratrem Iudæ Machabæi litteras dedit anni ſunt 26. Ex iſtius náque Conſulatu annoos iam Conſules requirentes inuenimus vſque ad paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vſq; ad annuum 16. imperij Tiberij Cæ- D ſaris 179. annos eſſe completos, ac per hoc à fabrica muodi, vſque ad paſſionem Chriſti ſaluatoris noſtri anni ſunt ūoxax. Proinde ad concluſionem vi. milium annorum debentur anni 470. Neceſſe eſt enim vt quomodo filij Iſraël à pollicitatione Domini Dei facta ad Abraham poſt 470. annos promiſſionis terram accipere. Sic etiam nos Chriſtiani poſt totidem annos primam reſurrectionem habebimus. Populus enim Iudaicus in omnibus figuram noſtram portat, in quos fines ſeculorum cucurrerūt. Ergo à paſſione Domini Chriſti ex quo tempore fide in ſe credētibus reſurrectionem pollicitus eſt Dei filius, anni compleantur neceſſe eſt 470. vt concludatur ſumma vj. annorum. Septimo E & millefimo anno incipiente fide vera credentes liberabuntur è mundo. Tonc enim erit reſurrectio prima omnium ſanctorum. De 400. verò & 70. annis à paſſiooe Domini in Conſulatu Cæſaris & Attici die 9. calendas Aprilis anni tranſierunt 469: Reſtant itaque anni 101. vt conſummentur anni vj. qui anni vj. non ante complentur niſi prius prope vltimum reges decem exierint in mundum & filiam Babyloniæ quæ nunc obtinent de medio mundi tulerint. Ad quos ſubito exiet vnus potens ſuper eos qui eſt in Apocalypſi Draco nominatus & obtinebit reges decem, & ea eis aliquos perdet, alij ſub eius dicione remanebunt.

Tunc

Tunc reuelabitur ille impius filius perditionis, qui elatus eſt aduerſus omne quod dicitur Deus, aut quod colitur ita, vt in templo Dei ſedés oſtendat ſe tanquam ipſe Deus. Hic erit proprius Antichriſtus. Huic potentiſſimus ille Draco cui decem ceſſerunt regis tradet. Et poteſtatem ſuam & mirabuntur vniuerſi mortales, & erunt Antichriſti tempora quę tempora mortalia ſint neceſſe eſt, qualia Antiochus ſub regno ſuo vnum populum in Apoſtaſia facere conabatur, cui quia tempus non fuit, non talia euenerunt, qualia temptabit efficere Antichriſtus. Dum venerit ad perditionem infidelium, veniet cuius tempus graue ac nefandum erit, quem ſolus Dominus Chriſtus interficiet Spiritu oris ſui, & euacuabit præſentia aduentus ſui. Superato igitur & interfecto Antichriſto, ſumma completa annorum vj. fiet reſurrectio omnium ſanctorum adhuc ſuperſtite mundo, decurrentibus etiam annis mille, in quibus Draco ille antiquus Diabolus & Satanas ligatus in abyſſo ſequeſtratus erit ne ſeducat quemquam, donec conſumētur anni 10. qui anni 10. his numerabuntur, qui ſub ſigno Antichriſti remanebunt, & hij omnes nubent & nubentur, & morientur ſuper hos, & plagæ illæ deſcriptæ in Apocalypſi aduenient, & partibus ſubinde ceditur hic mūdus. Nam ſanctis Dei in reſurrectione vnus erit dies, & tantum erit prolongatus in lucem dies iſte ſanctorū, quantum impijs illis in mundo cum pœna viuentibus mille numerabuntur anni. Iſte eſt dies 7. & Sabbatus æternus & verus cuius imaginem & figuram

A tenet Sabbatus iſte temporalis in Moyſi lege conſcriptus. Sicut enim populo Iudaico dictum eſt. Sex dies operare opera mundi, ſeptimo autem die quod appellatus eſt Sabbatum requieſcere ab operibus ſuis. Sic ſanctis omnibus qui ſunt ab initio mundi, & nunc in Chriſto vera fide credentibus tranſactis ſcilicet, vt diebus, id eſt, ſex milium annorum in quib. eis labor & cruciatus fuit, veniet dies ſeptimus & ſabbatus verus. Quapropter omnem animam præmonuit Dominus Chriſtus in Euangelio ad credendum in ſeante eſſe currēdum,
B non eo tempore quo & pœna æterna impijs & merces bona ſanctis reddatur neceſſe eſt pro meritis ſingulorum. Rogate, inquit, ne fiat fuga veſtra hieme aut Sabbato. Poſt ſeptimum & milleſimum annum ſoluetur Satanas de carcere ſuo, & exiet ſeducere gentes Gog & Magog, & congregans eas ad caſtra ſanctorum quas Chiliaſta pugnaturos, & deſcendet ignis de cœlo & conſummabuntur omnes homines, & tunc erit ſecunda reſurrectio omni carni, & iudicabuntur omnes iudicio Dei iuſto pro eo quod non crediderunt, ſed ſibi placuerunt in iniuſtitijs. Et poſt hoc auferetur cœlum, hoc &
C terra iſta, & ciuitas illa quæ in Apocalipſin deſcripta eſt parata de cœlo deſcendet cum diuitijs Dei, in qua iuſti habitabunt, & erit cœlum nouum & terra noua, & vtraque in perpetuitate manebunt impij in ambuſtionem æternam: Iuſti autem cum Deo in vitam æternam. Amen.

Explicit liber, Quinti Iulij Hilarionis.

SYNESII CYRENÆI, PTOLEMAIDIS EPISCOPI, HYMNI VARIO LYRICORVM VERSVVM GENERE, INTERPRETE FRANCISCO PORTO CRETENSI.

HYMNVS PRIMVS.

EIA mihi ſonora cithara,
Poſt Teium cantum,
Poſt Lesbiámque modulationem,
Auguſtioribus hymnis
Cane Dorium carmen,
Teneras non in virgines
Venuſtùm ridentes,
Florentium nec in iuuenum
Multum amabilem pubertatem.
Diuinæ enim ſanctus
Sapientiæ pura parturitio
Carmina ad diuina vrget
Citharæ fides vt pulſem.
Dulces autem iubet curas
Terrenarum fugere cupiditatum.
Quid enim vires, quid verò forma,
Quid verò aurum, quid verò fama,
Regiíque honores,
Si conferantur cum curis de Deo?
Alius equos ſcitè agitet,
Alius arcum bene tendat,
Alius aceruos cuſtodiat
Opum, aureas diuitias:
Alij verò [ſit] decus coma
Demiſſa ceruicibus:
Celebris admodum alius ſit
Apud iuuenes, apud puellas,
Appendix.

Nitentis decore vultus:
At mihi tranquillam liceat
D Vitam ignotam ducere,
Cæteris quidem ignotam,
Deo autem notam.
Sapientia verò mihi adſit,
Commoda ad iuuentutem,
Commoda ad ſenectutē ducendam,
Commoda domina diuitiarum:
Pauperiem autem ſine negotio feret
Sapientia ridens amaris
Inacceſſam vitæ curis.
Solummodo mihi tantum adſit
Quantum [ſit] ſatis vt à tugurijs
Vicinorum [me] arceat:
E Ne neceſſitas me adigat
Ad curas tetras.
Audi & cicadæ cantum,
Quæ rorem matutinum ebibit.
En mihi ſonant nerui
Iniuſſa, & quidam afflatus
Vndique me circunuolat.
Quid igitur tandem pariet mihi
Carminis diuinus partus?
Ille quidem, ex ſe ortum principiū
Gubernator patérque rerum omnium,
Ingenitus, excelſa
Super cœli cacumina
Immortalis gloria lætus
Deus conſtanter ſedet,

A Vnitatum vnitas ſancta,
Monadúmque monas prima,
Simplicitates ſummitatum
Quæ innexit & peperit
Superſubſtantiali partu:
Vnde ipſa proſiliens
Per primigeniam formam
Vnitas ineffabilem in modũ diffuſa,
Trinam adepta eſt vim.
Superſubſtantialis verò fons
Coronatur pulchritudine prolis,
Quæ ex centro profluxit,
Et circa centrum voluitur.
B Sile mihi audax ô cithara:
Sile,neque efferto in vulgus
Sacra arcana maximè.
I,& terrena cane:
Superna ſilentium operiat.
Mens verò ſolos iam
Curat intellectuales mundos.
Bona enim inde iam
Humani ſpiritus origo
Indiuiduè diuiſa eſt.
Ac mens delapſa in hylam
Mens immortalis parentum
Diuinorum propago,
Exigua quidem,ſed illorum
C Tota iſta & vna vbique
Tota in totum infuſa,
Veſtã cauitatem cœlorum torquet:
Vniuerſúmque hoc conſeruans
In diuerſas formas
Diſtributa adeſt:
Pars eius,ſtellarum curſus,
Pars,Angelorum cœtus,
Pars etiam graui nexu
Terrenam ſortita eſt formam,
Diſiunctáque à parentibus
Tenebroſam hauſit obliuionem,
Cæcis ſolicitudinibus
D Terram admirata iniucundam
Deus humana intuens.
Ineſt tamen,ineſt aliquid lucis
Opertis oculis:
Ineſt etiam iis qui huc delapſi ſunt,
In cœlum reuocans quædam vis,
Quum fluctibus emerſi
Vitæ,læti
Sanctum ingrediuntur iter,
Ad regiam parentis.
Beatus,qui voracem hylæ
Vitans latratum,& è terra
E Emergens,ſaltu leui
Veſtigia ad Deum dirigit:
Beatus,qui poſt fata,
Poſt labores,poſt acerbas
Terrenas curas,
Ingreſſus mentis vias
Altitudinem vid r diuina refulgẽtem (luce.
Laboriorum eſt totum intendere
Animum toris alis
Cœleſtia affectantium cupidinum.
Tu modò confirma conatum
Ad intellectualia ferente impetu:
Ille verò tibi propius in cõſpectum ſe (dabit,
Parens,manus porrigens.
Præcurrens enim aliquis radius
Illoſtrabit ſemitas,
Pandérque tibi intellectualem
Campum,pulchritudinis originem.
Eia mihi ô anima,bibens
Ex bonorum perenni fonte,
Conceptis ſupplicitet precibus ad pa- (rentem
Aſcende,neque cunctare,
Terræ terrena linquens:
Mox verò iuncta cum Patre
Dea in Deo exultabis.

SYNESII HYMNVS SECVNDVS.

ITerum lux,iterum aurora,
Iterum dies fulget
Poſt noctiuagas tenebras.
Iterum mihi cane,ô anime,
Deum matutinis carminibus,
Qui dedit lucem diei,
Qui dedit ſtellas nocti,
Mundum ambientem choream:
Fluctuantis & hylæ
Texit dorſum æther
Ignis inſidens ſummitati,
Vbi clariſſima luna
Imum orbem ſecat.
Super octauam autem ſphæram
Gyrorum ſtelliſerorum
Orbis ſtellarum expers.
Sub ſinu ſuo agitans
Orbis contrario curſu currentes,
Magnam circa mentem mouetur,
Quæ cœleſtis oras mundi
Canis obtexit alis alis.
Vlteriora beatum ſilentium,
Intelligentium & intellectilium
Indiuiduam diuiſionem,tegit.
Vnus fons,vna radix,
Triformis elucet forma.
Vbi enim profunditas Patris,
Ibi etiam illuſtris Filius,
Viſcerum ingens partus,
Sapientia mundi opifex,
Conciliatrix lux
Sancti elucet Spiritus.
Vnus fons,vna radix
Bonorum tulit copiam,
Et ſuperſubſtantialem propaginẽ
Genitalibus feruentem motibus.
Conditorum etiam lucentes
Beatorum admirandos fulgores.
Vnde in mundo conſtitutus iam
Cœtus immortalium angelorũ,
Patris gloriam
Et primogenitam formam
Cœleſtibus canit carminibus
Prope benignos parentes,
Exercitus Angelorũ ſenũ expers,
Et partim in mentem reſpiciens
Decerpit pulchritudinis princi- (piũ,
Partim in ſphæras reſpiciẽs
Regit altitudinem mundi,
Supernum ornatum trahens
Ad imam vſque hylam:
Vbi dæmonum turbam

Natura

Natura ſubſidens parit
Tumultuoſam & aſtutam.
Vnde hero ,vnde iam
Circa terram diſſeminatus flatus,
Eius viuificauit partes
Varijs formis.
Cuncta verò ex tuo conſilio
Pendent.tu autem es radix
Præſentium,præteritorum,
Futurorum,eorum quæ ſunt.
Tu pater,tu es mater:
Tu mas ,tu fœmina:
Tu vox , tu ſilentium:
Naturæ natura fœcunda.
Tu ô rex,ſeculi ſeculum,
Quātum id quidem fas eſt voce teſtari.
Longùm ſalue radix mundi,
Longùm ſalue centrum rerum,
Vnitas diuiorum numerorum
Subſtantia carentium regum.
Longùm ſalue,longùm ſalue:
Quia penes Deom gaudia,
Ad meorum propitias aures,
Pandito feſtiuitatem carminum:
Sapientiæ pandito lucem,
Largitor illuſtrem felicitatem,
Largitor decus ſplendidum
Vitæ tranquillæ,
Paupertatem foras appellens,
Terrenámque peſtem diuitiarum:
Ab artubus arceto morbos:
Et libidinum fœdum impetum,
Edacéſque animi curas
A mea vita propulſa,
Ne mentis alæ
Grauatæ in terram decidant,
Sed liberas pennas tollens,
In tui ſacris nati
Arcanis ſaltem.

SYNESII HYMNVS TERTIVS.

EIA mihi ô anima,
Sacra carmina
Aggreſſa,
Corporeos
Sopito œſtros:
Acue mentis
Celeres motus.
Regi deorum
Nectimus coronam,
Hoſtiam incruentam,
Carminum libamina.
Te in mari,
Te ſuper inſulis,
Te io continenti,
Inque vrbibus
Aſperíſque montibus,
Et ſuper inclytis
Quum campis
Statuam geminas
Pedum plantas,
Tobeate canam,
Genitor mundi.
Tibi nox me ducit
Vatem ô rex:
Appendix.

A Tibi diurna,
Tibi matutina,
Tibi veſpertina
Carmina feram.
Teſtes fulgores
Micantium ſiderum,
Lunæque curſus,
Et ingens teſtis
Sol putarum
Stellarum moderator,
Piarum animarum
Sanctus arbiter.
Ad tua atria,
B Ad tuos ſinus
Auerſas
A vaſta hyla
Alas ſubleuans,
Lætus vt ad tuum
Veſtibulum peruenirem.
Nunc ad venerandorum
Sacrorum
Templa ſaocta
Supplex venio.
Nunc ad inclytorum
Verticem montium
Supplex venio.
C Nunc ad deſertæ
Conuallem ingentem
Libyæ venio,
Oram auſtralem:
Quam neque impius
Flatus polluit,
Nec ſignat
Veſtigium hominum
Vrbana curantium.
Vbi tibi anima
Pura affectuum,
Soluta cupiditatibos,
Deſinens à laboribus,
D Ceſſans à luctibus,
Ira ,contentionibus,
(Quæ in corde aluntur)
Ea excutieos,
Pora lingua
Mentéque ſancta,
Debita
Carmina referat.
Pax ſit
In æthere & in terra:
Siſtat mare,
Siſtat aër:
Ceſſate afflatus
Variorum ventorum,
E Ceſſate impetus
Curuatorum fluctuum,
Fluuiorum curſus,
Fontiumque lapſus.
Teneat ſilentium
Mundi plagas,
Dum ſacrantur
Sancta carmina.
Condant ſe ſub terram
Serpentes ſinuoſi,
Condat ſe ſub terram
Et alatus draco,
Dæmoo hylæ,

Nubes animæ,
Idolis gaudens,
Aduerſus preces qni canes
Aduocat.
Tu ô pater, tu ô beate,
Tu voraces animi
Procul arceto canes
Ab anima mea,
A precibus meis,
A vita mea,
A factis meis.
At noſtræ
Mentis libamen
Tuis honoratiſſimis
Curæ ſit miniſtris
Sapientibus, qui ad te tranſmittunt
Sanctos hymnos.
Iam feror
Ad carceres
Sacrorum carminum.
Iam ſtrepit
Oraculum in mente.
O beate eſto propirius mihi:
O pater eſto propitius mihi
Si fortè præter decorum,
Si fortè præter modum
Tua attrectaui.
Cuius oculus ſapiens,
Cuius acris acies,
Tuis fulgoribus
Præſtrictus
Non occludetur?
Intentis enim oculis intueri
In tua faces
Licet ne dijs quidem:
Sed decidens mens
De tua ſpecula
Proxima quæque amplectitur.
Non veſtigabilia veſtigare
Dum tentat,
Lucémque intueri
Immenſa in profunditate
Fulgentem.
Ab inacceſſis autem delapſa,
In primæ lucis
Specie figit
Oculi aciem:
Vnde decerpens
In tuas laudes
Flores lucis,
Vagorum ventorum
Sedet flatus,
Tua tibi reſtituens.
Quid enim non tuum, ô rex?
Patrum omnium
Pater, pater tuiipſius,
Antè pater, ſine patre,
Fili tuiipſius:
Vnitas vnitate prior,
Entium ſemen,
Omnium centrum,
Æterna expers ſubſtantiæ mens,
Mundi radix,
Rerum ab initio creatarum
Lux vndique collucens,
Veritas ſapiens,

A Fons ſapientiæ,
Mens recta
Proprijs fulgoribus.
Ocule tuiipſius:
Fulminum potens,
Seculorum parens,
Seculornm vita,
Superans Deos,
Superans mentes,
In diuerſas partes verſans:
Mentium parens mens,
Originem præbens dijs,
Spirituum opifex,
Et animarum altor,
B Fons fontium,
Principiorum principium,
Radicum radix:
Vnitas es vnitatum,
Numerorum numerus,
Vnitas & numerus,
Intelligentia, & intelligens,
Et quod intelligi poteſt,
Et ante id quod poteſt intelligi:
Vnum & omnia,
Vnum autem omnium,
Et vnum ante omnia,
Semen omnium,
C Radix, & ſummus ramus,
Natura inter intelligentias.
Fœmina & mas.
Myſtica autem mens
Hæcatque illa dicit,
Profunditatem ineffabilem
Circa ducens choreas.
Tn es qnod parit,
Tu es quod patitur
Tu, qui illuſtras,
Tu, qui illuſtraris:
Tu, qui appares,
Tu, qui occultaris
D Proprijs fulgoribus.
Vnum, & omnia,
Vnum in teipſo,
Et per omnia.
Tn enim effuſus es
Ineffabili modo nate.
Vt filium pareres,
Inclytam ſapientiam,
Rerum omnium opificem.
Profuſus autem manes
Indiuiduis ſectionibus
Obſtetricatus.
Cano te vnitas,
E Cano te Trinitas.
Vnitas es, Trinitas quum ſis:
Trinitas es, vnitas quum ſis.
Quæ autem intellectu percipitur ſe-
Indiuiſum adhuc (ctio
Quod diuiſum eſt, tenet.
In Filium effuſus
Conſilio ſapienti.
Ipſum autem conſilium
Natum eſt media
Natura ineffabilis.
Quæ eſt ante naturas omnes,
Nefas [eſt] dicere

Secundum abs te:
Nefas [eſt] dicere
Tertium à primo.
Partus ſacer,
Ineffabilis fœtus,
Terminus es naturarum
Parientis,
Et partæ.
Veneror intellectualium
Arcanum ordinem.
Capiunt hæ medium quiddam
Non [extrinſecus] infuſum.
Ineffabilis proles
Patris ineffabilis,
Partus propter te,
Per partum autem
Tu es in lucem editus,
Vnà cum patre editus
Conſilio patris:
Cõſilium autem tu [es] ſemper
Apud tuum patrem.
Ne immenſum quidem
Tempus nouit ortus
Tuos ineffabiles,
Seculúmque vetus,
Nulla temporis ſerie textum
Partum non cognouit.
Vnà cum patre apparuit
Semper natus
Qui naſciturus erat.
Quis in rebus inenarrabilibus
Acuit audaciam, tanquam propoſito
Cæcorum hominum (præmio?
Varia loquentium
Impiæ audaciæ [ſunt.]
Tu autem lucis largitor,
Lucis intelligibilis:
Obliqua & à fraude
Abducis ſanctorum
Mentes hominum,
In tenebris
Ne demergantur.
Te Pater mundi,
Pater ſeculorum,
Opifex diuorum,
Fas eſt laudare.
Te quidem intelligentiæ
Canunt, ô rex,
Te mundi rectores,
Oculi fulgentes,
Mentes ſidereæ
Celebrant ô beate,
Quas circum inclytum
Corpus mouetur,
Omnis te canit
Cœtus beatorum,
Qui circa mundum,
Qui in mundo,
Qui in zonis,
Quíque extra zonas
Mundi partes
Gubernant ſapientes
Miniſtri,
Qui ad inclytos
Claui gubernatores [ſtant:]
Quos angelica
Appendix.

A Profundit ſeries,
Atque illuſtre
Genus heroum,
Opera mortalium
Occultis vijs
Quod permeat,
Opera mortalia.
Animaq; non procliuis
Et prona
In calliginoſos
Terrenos globos.
Te beata natura,
Naturæque proles
Laudat ô beate,
B Quas almis
Regis auris,
De tuis canalibus
Deductas
[Et] prouolutas.
Tu nanque immenſi
Moderator mundi,
Natura es naturarum:
Tu naturam foues
Originem mortalium
Immortalis
Imaginem,
Vt etiam ima
C Pars in mundo
Sortiatur vitam
Alternam.
Neque enim fas erat
Fæcem mundi
In ſummo vertice ſtatuere,
At quod ſtatutum omnino
In cœtu entium,
Nunquam poſthac interibit,
Aliud verò ab alio
Mutua viciſſitudine
Omnia fruuntur.
Rerum intereuntium
D Orbis æternus,
Tuo ſpiritu
Reuiuiſcens,
Tibi per omnia
Statuit choreas.
Mater natura
Suis coloribus,
Suis operibus
Picta varijs.
Ex animantibus verò
Diuerſa voce præditis
Vnum concentum tamen
Concordem tibi mittit.
E Tibi omnia ferunt
Laudes perpetuas:
Dies & nox,
Fulgura, niues,
Cœlum, æther,
Et terræ radices,
Aqua, aër,
Corpora omnia,
Spiritus omnes,
Semina, fructus,
Plantæ, & gramina
Radices, herbæ,
Pecora, & volucres,

Et natantium
Piſcium greges.
Reſpice & animam
Languentem,
Deficientem
In tua Libya
In tuis venerandis
Sacris,
Sanctis precibus
Intentam:
Quam circundat
Nubes corporea:
Sed tuus oculus, ô Pater,
Poteſt diſcutere nubem illam corporeã.
Nunc mihi animus
Tuis hymnis
Fœcundatus
Acuit mentem
Igneis motibus:
Tu autem illuſtra, ô rex.
Lumina, vt cœleſtia ſuſpiciant.
Annue pater,
Corpore vt elapſa,
Non poſthac mergatur
In terræ noxa.
Sed quandiu vitæ
Corporeæ
In vinculis maneo,
Placida, ô beate,
Alat me fortuna:
Neque aduerſa aura,
Spiret, animi
Curis triſtibus
Exedens vitam,
Rebus diuinis
Vt ſemper vacem,
Neque in talibus
Voluter.
Vnde iam elapſus
Munificentia tua,
Coronam ſanctis
Ex pratis
Tibi hanc necto,
Tibi iſtas affero
Laudes, purorum
Princeps mundorum,
Et Filio ſapienti,
Vnà cum eius ſapientia.
Quem ex ineffabili
Effundiſti ſinu:
In te autem manet,
Ex te quanuis progenitus,
Vt omnia ſapienti
Moderetur Spiritu,
Moderetur vetuſtorum
Profunditatem ſeculorum,
Moderetur oras
Immenſi mundi
Vſque ad imum
Fundum, entium
Terrenæ portionis,
Piorum animis
Affulgens:
Soluit autem labores
Et curas
Miſerorum mortalium,

A Autor bonorum,
Propulſator dolorum.
Quid verò mirum eſt, Deum
Mundi opificem,
A ſuis operibus
Mala arcere?
Hoc tibi ingentis
Rex mundi
Perſoluturus venio
Votum debitum ex Thracia,
Vbi per triennium
Habitaui in vicinia,
Prope regias
Terræ ædes:
B Tulique labores,
Tuli cruciatus
Valde lacrymabiles,
Humeris ferens
Matrem patriam.
Rigabatur tellus,
Artuum ſudore
Decertantium
De die in diem:
Rigabatur lectus
Oculorum riuis
Plorantium
De nocte in noctem.
C Templa verò quotquot
Extructa ſunt, ô rex,
Vt tuis ſanctis
Seruiant ſacris,
Omnia adii:
Procumbens ſupplex,
Solum palpebrarum
Rigans roribus,
Ne mihi inane
Iter contingeret,
Supplex oraui deos,
Miniſtros quotquot
Fœcundum Thraciæ
D Tenent ſolum,
Quíque ex oppoſita continent
Chalcedonijs
Præſident aruis,
Quos angelicis
Coronaſti, ô rex,
Fulgoribus, tuos
Sacros miniſtros.
Hi meas beati
Adiuuerunt preces:
Hi meos multos
Adiuuerunt labores.
Non mihi vita
Tunc erat grata
E Propter tellurem patriam
Vexatam,
Quam ex mœrore
Excitaſti ô rex,
Ipſe qui ſenio ſubiectus non es.
Rector mundi.
Dum iam anima
Deficeret,
Dum iam artus
Collaberentur,
Suffulciſti meam
Articulorum vim,

Syneſius religioſus ergò: adit templa omnia vrbis Conſtantinopolitanæ.

Miſeræ

Miſeræ animæ
Vim inſpirans:
Laborum autem dulcem
Inueniſti finem,
Ex animo meo,
Negotijs,ô rex,
Præbens longorum
Requiem laborum.
Quæ tu omnia,ô beate,
Aphris conſerua
Ad longam
Seriem temporis,
Ob mi memoriam
Beneficij,
Et propter animam
Grauia paſſam.
Supplici autem da
Vitam innoxiam:
Libera me laboribus,
Libera me morbis,
Libera curis,
Quæ animos edunt:
Annue intellectualem
Seruo vitam.
Ne mihi terrenos
Imbres diuitiarum
Decernas ô rex,
Quò rebus diuinis
Vacem:
Neque triſtis
Paupertas ædis
Adhæreſcens,
Ad terram trahat
Curas animi.
Vtraque hæc res animam
Deprimit ad terram,
Vtraque mentis
Obliuionem affert,
Niſi tu beate
Miniſtres vires.
Ne pater puræ
Fons ſapientiæ:
Illuſtra animum
De tuo ſinu
Intellectuali luce.
Illuſtra cor
Ex tua vi
Sapientiæ iubare:
Et ducentem ad te
Sacram viam
Teſſeram dato,
Signum tuum,
Qui vexant animos
Spiritus
Abigens à vita,
Precibúſque à meis:
Et corpus conſerua
Incolume, infeſtus
Inacceſſum morbis.
Et ſpiritum conſerua
Impollutum,ô rex.
Equidem nunc
Caliginoſam hylæ
Maculam foto.
Teneor autem cupiditatibus,
Terrenis vinculis.

A Tu autem liberator es,
Tu expiator es,
Libera malis,
Libera morbis,
Libera compedibus.
Tuum ſemen fero
Generoſæ
Scintillam mentis,
In altitudine hylæ
Abſconditum.
Tu enim in mundo
Depoſuiſti animam:
Per animam verò
In corpore mentem
B Seuiſti,ô rex.
Tuam filiam
Miſerator ô beate,
Deſcendi abs te
Terræ vt famularer.
Ex famula verò
Facta ſum ſerua:
Hyle me magicis
Irretiuit artibus.
Adhuc tamen inſunt mihi
Exiguæ quædam vires,
Abditæ pupillæ:
Nondum omnem
C Reſtrinxit vim:
Sed circunfuſa eſt multa
Supernè tempeſtas,
Cæcam efficiens
Quæ in Deum aciem dirigit.
Miſerator Pater
Filiam ſupplicem,
Quam ſæpius iam
Intellectuali aſcenſu
Scandere [cœlum] conantem
Blandæ hylæ
Deſiderium ſuffocat.
Tu verò illuſtra ô rex,
D Oculos vt ad cœleſtia ſe attolant.
Accende ignem
Et incendium,
Semen illud exiguum
Alens in meo
Capitis apice.
Colloca me Pater
Lucis in vi
Salutaris,
Quò manum natura
Non inijcit,
Vnde non amplius terra,
Non parcarum
E Fila neceſſitatis
Reuocare poſſunt.
Linquat,fugiat
Turbidus ortus
Famulum tuum.
Inter me Pater,
Terrenámque turbulentiam
Ignis intercedat.
Annue Genitor,
Annue famulo
Iam intellectuales
Pandere alas.
Iam ferat

Signum patris
Supplex anima,
Quod terreat quidem infeſtor
Dæmonas, qui terræ
Ex latebris
Loca petentes ſupera,
Afflant mortalibus
Impios conatus:
Signum autem tuis
Sanctis famulis,
Qui in inclyti
Sublimitate mondi
Ætherei aſcenſus
Clauigeri [ſunt:]
Vt mihi lucis
Aperiant portas.
Dúmque vana
In terra ſerpo,
Ne terræ ſim:
Sed ætheriorum operum
Hîc quoque da
Teſtes froctus,
Voces veridicas,
Et quæcunque in animis
Diuinam
Spem foneot.
Iam me pœnitet
Terrenæ vitæ.
Abite in malam rem peſtes
Impiorum mortalium,
Vrbiúmque opes:
Abite in malam rem omoes
Noxæ blandæ
Ingratæ gratiæ,
Quibus animam
Allectam
Terra ſeruam retinet.
Quæ valde miſera,
Suorúmque booorum
Ebibit obliuiooem,
Donec inciderit
Inuidam in portionem.
Geminas enim habet
Blanda [portiones] hyle.
Qui antem in menſa
Porrecta manu
Epulas dulces attigit,
Eum valde ſanè pœnitebit
Acerbæ portionis,
Contrarijs ponderibus
Eum detrahenobus.
Hæc enim terrenæ
Lex neceſſitatis,
Binis ex crateribus, mortalibus
Vitam fundit.
Purum autem
Impermixtúmqoe booum,
Deus, vel res diuinæ.
Inebriata dulci
Cratere, oras
Attigi malorum,
Incidi in caſſem,
Senſi damnum
Epimetheium.
Odi tamen leges
Inconſtantes

A Ad curarum expertia
Prata patris
Properans, intendo
Fugaces pedes,
Fugaces gemioorum
Hylæ munerum.
Reſpice me ô vitæ
Iotellectualis arbiter,
Reſpice tuam ſupplicem
Animam in terris
Intellectuales aſcenſus
Tentantem,
Tu autem illoſtra ô rex,
Cœlum affectanóa lumina,
B Alas leues præbens:
Retinacula verò abſcindito,
Laxato vincula
Geminorum affectuum,
Quibos animas
Fallax natura
Deprimit in terram.
Da mihi vt elapſa
Ex corporis noxa,
Celerem ſaltum dem
Ad tuas aolas,
Ad tuos ſinus:
Vnde animæ
C Profluit ſons.
Gutta cœleſtis
Effuſa ſum in terram.
Fonti me reſtitue
Vnde ſum effuſa
Profuga vagaos
Annue vt progenitrici
Luci miſceatur:
Annue vt ſub te
Patre cuſtodita
Cum cælitum cœtu
Offerat ſanctè
Cœleſtes hymnos.
D Aonoe [inquam] Pater
Vt luci mixta,
Non poſthac mergatur
In terræ ſordibus:
Sed dom vitæ
Corporeæ
In vinculis maneo,
Placida, ô beate,
Alat me ſortuna.

SYNESII HYMNVS QVARTVS.

E TE quidem oriente,
Te verò creſcente,
Te autem conſiſtente,
Te verò decedente
Die ſacro
Ambroſiáqoe nocte
Cano Genitor,
Curator animarum,
Curator artuum,
Largitor ſapientiæ,
Propulſator morborum,
Largitor animis
Placidæ vitæ,
Quam noo præmuot

Terrenæ

Terrenæ curæ
Matres dolorum,
Matres ærumnarum,
Quarum mihi vita
Pura permaneat,
Quò rerum omnium
Abſtruſam originem
Celebrans memorem,
Neque rebellibus
Peccatis à Deo
Abſtrahar.
Te beate cano
Rex mundi.
Tellus verò ſileat.
Ad tuos hymnos,
Ad tuas preces
Faueant linguis
Quæcunque mundus continet:
(Tua nãq; [ſunt] opera, ô Pater)
Ceſſet
Ventorum ſibilus,
Suſurrus arborum,
Cantúſque auium.
Tacitus æther,
Tacitus aër
Audiat cantus:
Aquarúmque fluxus
Strepitu iam carens,
Curſum in terris ſiſtat.
Qui verò interpellant
Sanctos hymnos,
Latebris gaudentes,
Monumentáque obſidentes
Dæmones iam
Fugiant meas
Sanctas preces:
Boni autem quotquot
Beati cœleſtis
Famuli Genitoris
Tenent intimas
Extremáſque plagas mundi,
Hymnos benigna mente
Audiant Patris,
Benignáque mente preces
Referans meas [ad eum.]
Vnitas ô vnitatum
Pater ô patrum,
Principiorum principium,
Fontium fons,
Radicum radix,
Bonorum bonum,
Siderum ſidus,
Mundorum munde,
Idearum idea
Immenſa pulchritudo,
Abſtruſum ſemen,
Pater ſeculorum,
Pater ineffabilium
Intellectualium mundorum:
Vnde Ambroſius
Diſtillans ſpiritus,
Corporis moli
Adnatans,
Secundum iam
Mundum excitat.
Cano te ô beate

A Et voce:
Cano te beate
Etiam ſilentio.
Quantum enim vocem,
Tantum & ſilentium
Percipis intellectus.
Cano etiam prolem
Primigenam
Et primilucam.
Fili clariſſime
Patris ineffabilis,
Te beate magno
Cum Patre laudo,
Et quem tulit tui cauſa
B Partum Pater,
Fœcundum conſilium.
Medians principium,
Sanctum Spiritum,
Centrum Genitoris,
Centrum etiam Filij.
Ipſa mater,
Ipſa ſoror,
Ipſa filia
Quæ obſtetricata es
Abditam radicem.
Nam vt diffunderetur
C In Filium Pater,
Ipſa diffuſio
Inuenit germen.
Stetitque media
Deus ex Deo
* * *
Et per inclytam
Patris immortalis
Profuſionem filius
Inuenit germinationem.
Vnitas es, Trinitas quum ſis
Vnitas quæ permanet,
Et Trinitas quæ permanet.
Intellectualis autem ſectio
D Indiuiſum adhuc
Quod eſt diuiſum, habet:
Proſiliens autem manet
Filius in Patre,
Et rurſus extra,
Quæ ſunt Patris, regit,
Mundis deducens
Felicitatem vitæ,
Vnde ipſe habet.
Sermo, quem magno
Cum Patre cano,
Meus ineffabilis
Parit te Patris:
E Et to conceptus
Sermo es Patris.
Primus ex prima
Prognatus radice,
Radix autem omnium
Quæ condita ſunt poſt inclytum
Tuum ortum.
Vnitas ineffabilis,
Semen omnium rerum
Semen te omnium
Seuit.
Tu namque in omnibus.
Per te natura

Hypate, meſe,
Nete, Dei
Perfruitur Patris
Bonis muneribus
Fœcundæ vitæ.
Tibi ſenij expers
Indefeſſo curſu
Sphæra voluitur:
Sub tnum ordinem
Cauitatis ingentis
Rapidis conuerſionibus
Septeni orbes ſiderum
Contrario motu feruntur.
Multæ verò vnum
Orbem decorant
Stelle mundi
Tuo conſili o,
Fili maxime inclyte.
Tn enim diſcurrens
Per cælorum orbes.
Curſum ſeculorum
Indiſſolnbilem contines.
Súbque ruis ô beate
Sanctis legibus
In immenſæ altitudinis
Æthereo ſinu
Candentium ſiderum
Greges paſcuntur.
Tu cælitibus,
Tu aeriis,
Tu terreſtribus,
Tu infernis
Opera diſpenſas.
Vitámque largiris.
Tu mentis rector
Diſpenſatórque cælitibus.
Mortalibúſque quotquot
Intellectualis ſortis
Hauſerunt imbres.
Tu dator animæ
Quibus ex anima
Pendet vita,
Et natura indefeſſa.
Ceca animæ
Propago ex tua
Pendet catena. *
Et quæcunque
Carent ſpirtu,
De tuo ſinu
Decerpunt vim qua ſuſtẽtantur.
Tranſmiſſam
Tua virtute
Ex ineffabili
Paterno ſinu
Additæ vnitatis,
Vnde vitæ
Riuus profluens
Fertur ad terram vſque
Tua virtute,
Per incomprehenſibiles
Intellectuales mundos,
Vnde recipit
Deſcendentem
Bonorum fontem
Intellectualis [mundi] forma
Mundus aſpectabilis.

A Solem iſte
Secundum habuit
Eius que poſterius emicuit
Lucis parentem,
Oculos illuſtrantem,
Eius quæ gignitur
Et interit,
Diſpenſatorem hylæ,
Filiũ qui eſt illius [ſolis] intellectua-
Forma ſenſilis, (lis
Bonorum largitorem
Quæ in mundo naſcuntur:
Tuo coſilio,
Fili maxime inclyte,
B Pater Qui cognoſci non potes,
Pater ineffabilis,
Qui cognoſci non potes mente.
Exprimi non potes ratione:
Mens es mentis
Animarum anima,
Natura es naturarum.
Genu tibi flectens
Ecce hoc, ſeruus
Procumbo in terram
Supplex oculis captus.
Tu autem lucis largitor.
Lucis intellectualis,
C Miſerere ô beate,
Snpplicis animæ.
Pelle morbos,
Pelle curas
Quæ vorant animas.
Pelle impudentem
Canem infernum,
Dæmonem terre,
Anima à mea,
Precibus à meis.
Vita à mea,
Factis à meis.
Corpore procul.
D Spiritu procul.
Omnibus procul
A noſtris rebus
Dæmon maneat,
Linquat [me,] fugiat
Dæmon Qui eſt hylæ
Affectuum robur.
Ad cæleſtia iter
Qui intercludit:
Deum veſtigantes
Qui impedit conatus.
Comitem verò da
Conſortem, ô rex,
E Sancti ſanctum
Angelum roboris,
Angelum preces
Diuino inſtinctu ſuſceptas
Amicè & benignè ſubminiſtrantẽ:
Cuſtodem animæ,
Cuſtodem vitæ,
Precum cuſtodem,
Factorum cuſtodem:
Qui corpus ſeruet
Liberum à morbis:
Qui ſpiritum ſeruet
Liberum à labe,

Animóque afferat A
Peccatorum obliuionem
Vt etiam in vita
Quam in terris degit,
Tuis laudibus
Pingueſcat
Ala animæ:
Vt etiam vitam
Poſt fata,
Poſt vincula
Terrenum pondus habentia
Puram ab hyla
Quantum fieri poteſt, degam.
Ad tuam regiam,
Ad tuos ſinus, B
Vnde animæ
Profluit fons.
Tu autem manum porrige,
Tu euoca, tu ô beate,
Ex hyla educito
Supplicem animam.

SYNESII HYMNVS QVINTVS.

CAnamus Filium ſponſæ,
Sponſæ non nuptæ
Hominum mortali connubio
Ineſtabile Patris conſilium C
Serum Chriſti partum
Venerandus virginis partus
Hominis edidit forman,
Qui inter mortales deductor
Venit lucis fontis.
Hæc ineffabilis propago
Seculorum nouit radicem.
Tu lux es,
Vnà micans radius cum Patre,
Qui perruptis hylæ tenebris,
In animis fulges ſanctis.
Tu mundi conditor
Fulgentium orbium & ſiderum, D
Centrorum terræ ſtabilitor:
Tu hominum ſeruator.
Tibi ſol equitat,
Diei perennis fons:
Tibi taurina fronte luna
Noctis tenebras pellit.
Tibi naſcuntur fructus,
Tibi paſcuntur greges.
Ex tuo ineffabili fonte
Viuificum emittens ſpleudorem,
Alis mundorum oras.
Ex tuo emicuit ſinu E
Et lux intellectus & anima.
Tuæ miſerere filiæ
Artubus incluſæ mortalibus,
Fatíque terreſtri menſura.
Morborum ſerua ex vitio
Illæſum artuum robur.
Annue verbis ſuadelam,
Annue factis gloriam,
Priſtina vt clara ſit fama
Cyrenæ & Spartæ.
Moleſtiis & nullis preſſa anima
Placidam trahat vitam,
Almam, gemina lumina
In tuam, intendens lucem,
Vt ex hyla purgatus
Oblitum reditus iter properem,
Fugitans terræ labores
Vt miſcear cum animæ fonte.
Talem impollutam vitam
Tuo annuas vati.
Quum tibi pangens carmina,
Tuam celebrans radicem,
Excelſam Patris gloriam,
Et ſocium eiuſdem ſolii Spiritum,
Medium inter radicem & germen,
Et Patris canens vim,
In tuis laudibus recteem
Inclytum fœtum animæ.
Salue ô Filij fons,
Salue ô Patris forma,
Salue ô Filij ſedes,
Salue ô Patris imago,
Salue ô Filij potentia,
Salue ô Patris pulchritudo,
Salue ô puriſſime Spiritus,
Centrum Filij & Patris,
Hunc mihi mittas cum Patre
Rigantem animæ alas,
Vt perficiat diuina munera.

SYNESII HYMNVS SEXTVS.

VNà cum fonte ſancto per ſe fœcundo
Ineffabiles vnitates ſupra,
Deum immortalis Dei clariſſimum Filium.
Solum ex ſolo Patre Filium prognatum
Coronabo odoratis floribus carminum,
Quem conſilij paterni ineffabilis partus
Ex abdito oſtendit Filium ſinu
Qui [partus] Patris abditos in lucem edidis fructu.,
In fonte verò permanens quamquam profuſi,
Sapiētia mētis Patris, pulchritudinis ſplēdor,
Tibi parto Pater annuit vt parias,
Tu abditum es Patris ſemen præfulgens.
Te enim originem Pater didit mundis,
Vt deduceres corporibus formas ex intellectualibus.
Tu cœli ſapientem orbem circumagis
Et ſiderum greges ſemper paſcis.
Tu angelici, ô rex, ordinis,
Tu dæmonum phalangis imperium obtines:
Tu & naturam mortalem regis,
Indiuiduum circa terram ſpiritum diuidis,
Et cū fonte, quod datum eſt, rurſus coniūgis,
Mortales mortis liberans neceſſitate.
Adſis propitius ad tuarum coronas laudum,
Vitæ vati tribuens tranquillitatem,
Euripi æſtum ſiſtito vagum,
Sedans ſæuas tempeſtates hylæ:
Animæ & artuum arceto morbos:
Cupiditatum perditum ſopito imperum,
Opum, & paupertatis propulſa incommoda
Factis clariſſimam famam dato,
Inter gentes bonam pande famam:
Suadelæ blandiloquę redimito [me] honore,
Vt mens decerpat otium quieta,
Neque terrenis ingemam curis,
Sed ex tuis riuis excelſis
Partubus ſapientiæ mentem rigem.

SYNESII HYMNVS SEPTIMVS. A

PRimus modos inueni
Tui cauſa,beate,immortalis,
Nate clariſſime virginis,
Ieſu Solymitane,
Nuper aptatis numeris
Quos reſoneat citharæ fides.
Tu verò propitius eſto,ô rex,
Et accipe muſicam
Ex ſanctis carminibus.
Canamus immortalem
Deum Filium Dei ingentem,
Seculorum conditoris Patris
Mundi opificem Filium: B
Ex Deo & homine iunctam naturã,
Sapientiam immenſam,
Cælitibus Deum,
Inferis mortuum.
Effuſus fuiſti quum in terram
Mortali ex vtero
Mat.2. Magorum ſapiens ars
Ex ſtellæ ortu
Obſtupuit dubia
Quis [eſſet] qui naſceretur infans,
Quis,qui includeretur Deus,
Deus,an mortuus,an rex.
Eia munera ferte C
Myrrhæ libamina
Aurique donaria
Thuriſque vapores ſuaues.
Deus es,thus accipe:
Aurum regi fero:
Myrrha monumento congruet.
Et terram luſtraſti,
Et maritimos fluctus,
Et dæmonum vias,
Liquidos campos aëris,
Chriſti descenſus ad inferos. Et infernas latebras
Mortuis ſubſidium
Deus ad inferos miſſus. D
Sed propitius eſto,ô rex,
Et accipe muſicam
Ex ſanctis carminibus.

SINESII HYMNVS OCTAVVS.

AD Dorios numeros lyræ
Ebori alligatarum fidium
Tolli m arguram vocem
Tui cauſa beate immortalis
Nate clariſſime virginis.
Tu autem mihi vitam ſerua
Malorum omnium expertè,ô rex, E
Moleſtiis inacceſſam [eam] reddens
Noctéſque diéſque.
Illuſtra mentem iubare,
Intellectuali ex fonte:
Robur integris artubus,
Et gloriam factis
Iuuentuti da meæ,
Lætúmque affer æuum
Ad ſenectam extremam,
Valde honoratam augens
Prudentiam cum bona valetudine.
Fratrem conſerua,
Quem mihi nuper,ô immortalis,
Iam infernas portas
Prætergredientem pede,
Ad ſuperos reuocaſti,
Curáſque & luctus,
Meas lacrymas,& animi
Reſtinxiſti ardentem flammam,
Vitæque reſtituiſti mortuum,
Propter [me] tuum ô Pater,ſupplicẽ.
Sororémque & par
Liberorum ſerua,
Totámque tranquillam domum
Tua manu protegas.
Et mihi eiuſdem,ô rex,
Conſortem tori iugalis
A morbis noxiſque liberam,
Cariſſimam,vnanimem,
Furtiui ignaram
Congreſſus vxorem ſerua:
Sanctúmque colat ius connubij,
Impollutum,purum,
Non legitimis inacceſſum amoribus.
Animam verò ſolutam
Terrenæ vitæ vinculis:
Eximito malis
Et triſti noxa,
Et cum piorum ordinibus
Carmina offerre da
In laudem tui Patris,
Tuæque potentiæ,ô beate.
Iterum canam hymnos,
Iterum tibi carmina canam,
Fortaſſe & citharam
Iterum integram temperabo.

SYNESII HYMNVS NONVS.

MAiorem in modum expetẽde clariſſime
Te ô beate nate virginis
Cano Solymitanæ,
Qui doloſum laqueum,
Terrenum ingentibus anguem
Patris expuliſti hortis:
Deſcendiſti vſque ad terram,
Aduena inter mortales,
Et deſcendiſti ſub tartara.
Animarum vbi plurima
Mors tenebat agmina. *Chriſti*
Horruit te ſenex tunc *deſcenſus*
Orcus antiquus, *ad infe-*
Et voraciſſimus canis *ros*
Receſſit à limine.
Tu verò quum ſoluiſſes catenis
Animarum ſanctos cœtus,
Comitatu integerrimo
Laudes referebas Patri.
Redeuntem te ô rex
Æria immenſa
Horruit turba dæmonum:
Expauit autem puriſſimarum
Cœtus immortalis ſtellarum. *Caute le-*
Æther autem ridens. *gendum.*
Sapiens harmoniæ pater,
Ex ſeptem fidium lyra
Temperauit muſicam.
Triũmphale in carmen.

Riſit

Riſit lucifer
Nuntius diei,
Et aureus beſperus,
Cythereium ſidus.
Ipſa quidem cornutum lumen
Replens ex fluxu ignis,
Præibat Luna,
Paſtor nocturnorum deorum:
Latè verò lucentem comam
Titan expandit
Ineffabile ſub veſtigium.
Agnouit autem natum Dei,
Mentem quę eſt optima opifex.
Proprij ignis originem.
Tu verò alas agitans
Cærulei cæli
Scandiſti ſuper dorſum.
[In]ſpæríſque conſtitiſti
Intellectualibus puriſſimis:
Bonorum vbi fons,
Silentio ſuppreſſum cælum.
Vbi neque immenſum,
Indefeſſumque tempus
Terra orta trahens,
Neque morbi impudentes
Fœcundæ hylæ.
Sed ipſum ſenij expers
Æuum antiquum,
Quod iuuenis eſt ſimul & ſenex,
Perpetuæ manſionis
Diſpenſator eſt diis.

SYNESII HYMNVS DECIMVS.

Memento Chriſte,
Fili Dei
Altè regnantis,
Serui tui,
Qui miſera ſorte eſt peccator.
Qui ſcripſit hæc.
Et mihi præbe
Expiationem ſcelerum
Cordi inſitorum,
Quæ mihi ſunt innata
Animo ſordido.
Da verò vt aſpiciam
Seruator Ieſu
Diuinum ſplendorem
Tuũ, ad quem quũ apparuero,
Canam carmina
Animarum medico,
Medico corporum,
Patri ſimul excelſo,
Spirituíque ſancto.

COSMÆ HIEROSOLYMITÆ IN THEOGONIAM, HYMNVS. I.

Ἀκροστιχὶς Græca. Χριστὸς βροτωθεὶς, ἦν ὅπερ Θεὸς μένει.

Chriſtus mortalis factus; quod erat Deus manet.

Ἀκροστιχὶς Græca Græcis huius Hymni verſibus reſpondet. Latina verò non reſpondet.

CHRISTVS naſcitur, glorificate. Chriſtus de cœlis, occurrite. Chriſtus in terra, exaltate cantate Domino omnis terra, & in lætitia cantate populi, quia glorificatus eſt.

Lapſum ob tranſgreſſionem, Dei ad imaginem factum qui totus corruptionis erat, meliore prolapſum diuina vita rurſus reformat ſapiens creator quoniam glorificatus eſt.

Cum vidiſſet conditor perditum hominem, manibus quem fecit inclinatis cœlis deſcendit, hunc vero ex virgine diua pura totum ſubſtantificat, veritate incarnatus, quoniam glorificatus eſt.

Sapientia verbum, & potentia filius exiſtens patris & ſplendor. Chriſtus Deus qui potentias latuit quotcunque cœleſtes, quotcunque in terra, & homo factus recondidit nos quoniam glorificatus eſt.

Ante ſecula ex patre genito influxibiliter filio, & in vltimis ex virgine incarnato ſine ſemine Chriſto Deo clamemus, qui exaltaſti potentiam noſtrã ſanctus es Domine.

Inſpirationis participans melioris Adam terrenus, & ad corruptionem delapſus muliebri deceptione, Chriſtum ex muliere clamat videns, propter me, ſecũdum me natus, ſanctus es Domine.

Coonformis luteæ tenuis compoſitionis Chriſte natus, & participatione carnis peioris tradita diuina progenie, mortalis factus, & manens Deus & exaltans potentiam noſtram, ſanctus es Domine.

Bethleem lætate ducũ Iuda Regina, Iſraël enim regens, Cherubim qui in humeris ex te profectus Chriſtus manifeſte, & exaltans corno noſtrũ omnibus dominatus eſt.

Virga ex radice Ieſſæ, & flos ex ipſa Chriſte, ex virgine natus es, ex monte laudabilis vmbroſo, dēſo, veniſti incarnatus ex experte viri immaterialis, & Deus, gloria potentiæ tuæ domine.

Quem olim prædixit Iacob gentium receptaculũ Chriſte ex progenie Iuda ortus, & robur damaſci, Samariæque Spolia, veniſti deprædatus, deceptionem vertens in fidem Deo delectabilẽ, gloria potentiæ tuæ domine.

Diuinationis quondã Balæę ſermonũ diſcipulos ſapientes Aſtrologos lętitiæ impleuiſti ſtella ex Iacob orta domine, gentiũ primitias inducẽtes, ſuſcepiſti autem palam. gloria potentię tuæ Domine.

Vt in vellos, in ventrem virginem deſcendiſti, pluuia Chriſte & vt guttæ in terrã ſtillãtes æthiopes & tharſes & arabum inſulæ que Sabæ, modorum omni terræ dominantes prociderunt tibi ſaluator. gloria potentiæ tuæ domine.

Deus ens pacis, pater miſericordiarũ magni cõſilij tui Angelum pacem tribuentem miſiſti nobis vnde Dei cognitionis ad lumẽ via docti ex nocte de luce vigilantes glorificamus te humane.

Inter ſeruos Cæſaris edicto deſcriptus es, perſuaſus, & ſeruos nos inimici & peccata liberaſti Chriſte. totã noſtrã ſubſtãtiã pauper factus & terreſtrem ex ipſa vnione & communione deificaſti.

Ecce virgo vt olim dixit, in uentre concipiens Peperit Deũ hominem factũ, & manet virgo propter quam conciliati Dei peccatores deiparã pro-

prie entem in fide cantemus.

Ex viſceribus Ionam fœtum euomuit marina fera, qualem accepit, in Virgine vero habitás verbum, & carne accepta tranſiit ſeruata incorrupta, quem enim non ſuſtinuit à lapſu enixam cótinuit innocuam.

Veuit incarnatus Chriſtus Deus noſter, ex ventre, quem pater ante luciferum gignit, habenas tenens immaculatarum poteſtatum in præſepe irrationalium recubuit. pannis vilibus faſciatur. Soluit autem multiplices catenas delictorum.

Nouus ex Adam puerulus fermenti natus eſt filius, & fidelibus datus eſt. futuri autem hic eſt ſeculi pater, & dominus, & vocatur magni conſilij Angelus. hic fortis Deus eſt. & dominans poteſtate creaturæ. B

Pueri pietate connutriti, impio iuſſu deſpecto ignis minas non timuerunt, ſed in media flamma ſtantes cantabant, patrum noſtrorum Deus benedictus es.

Paſtores in agro pernoctantes mirabilem lucis apparitioné ſortiti ſunt. gloria enim domini, ipſos circunfulſit, & Angelus, cantate clamans, quoniá natus eſt Chriſtus, patrum noſtrorum Deus benedictus es.

Statim cum ſermone Angeli, cœlorum exercitus gloria clamabát Deo in excelſis, in terra pax, in hominibus bona voluntas. Chriſtus illuxit. patrũ noſtorum Deus benedictus es. C

Verbn hoc dixerunt paſtores, digreſſi videamus qnod factum eſt, diuinum Chriſtum. Bethleem profecti autem cum enixa adorabant cátantes. patrum noſtrorum Deus benedictus es.

Miraculi ſuper naturalis rorem fundens, Figurabat fornax figuram, non enim, quos ſuſcepit, vſſit iuuenes ſicut neque ignis diuinitatis, virginis, quem ingreſſus eſt, ventrem, Ideo laudantes cátemus, benedicat creatio omnis dominum, & ſuperexaltetur per omnia ſecula.

Trahit Babylonis filia poeros ſeruos Dauid, ex Siou ad ſe. doniferos mittit autem magos pueros, D Dauidis deicipiam filiam precaturos. Ideo Laodantes cantemus. Benedicat creatio omnis Dominum, & exaltate per omnia ſecula.

Inſtrumenta declinauit luctus cantilenæ, non n. canebant in ſpuriis filij Siou, Babylonis ſoluit auté omnem deceptionem, & muſicorum conſonantiam ex Bethleem natus Chriſtus. Ideo Laudantes cantemus, benedicat creatura omnis Dominum, & exaltate per nmnia ſecula.

Myſteriũ admirabile video, & inopinabile, cœlum ſpelnncam, ſedẽ cherubicam virginẽ, præſepe loculum, in quo decubuit incomprehenſibilis Chriſtus Deus quem laudantes magnificamus. E

Admirabilé curſum videntes magi inſolitæ nouæ ſtellæ nouilucæ cœleſtis per illuſtrantis Chriſtum regem cóiectati ſunt in terra natum Bethleæ in ſalutem noſtram.

Nuper natum Magis dicentibus puerulum ô Rex, cuius ſtella apparuit, vbi eſt? ná in illius adorationé venimus. furés Herodes turbatus eſt Chriſtum iuterficere Dei hoſtis fremens.

Diligeutet quæſiuit tépus Herodes ſtellæ, cuius ducatu magi in Bethleem adorant Chriſtũ cum donis, à quo in patria ducti, malum puericidã dereliquerunt illuſum.

A COSMÆ HIEROSOLYMITANI
IN DEI APPARITIONEM,
HYMNVS. 2.

Ἀκροστιχὶς Græca Βάπτισμα ῥύψις γηγενῶν ἁμαρτάδος.

Baptiſma, abiectio terrigenarum delicti.

PRofuudi aperuit fundum, & per aridam proprios trahit, & in ipſo obruit aduerſarios fortis in bellis Dominus, qooniam glorificatus eſt.

Adam corruptum reformat fluentis Iordanis, & draconum capita uidificantium conterit rex ſeculorum Dominus, quoniam glorificatus eſt.

Igne diuinitatis immateriali, carnem materialẽ B inductus, Iordanis circúdatur aqua incarnatus ex virgine Dominus, qnoniam glorificatus eſt.

Sordem abſtergens hominum, his purgatus in Iordane, quibus voluit aſſimilatus eſt, quod erat manens, eos qui in tenebris illuſtrans Dominus, quoniam glorificatus eſt.

Fortitudinem præbens regibus noſter dominos, & cornu victorum ipſius exaltans à virgine paritur. vadit autem ad baptiſmum. ideo fideles clamamus, non eſt ſanctus, ſicut Deus noſter, & non eſt iuſtus præter te Domine.

Sterilis prius infœcũda male, hodie lætare Chriſti eccleſia ob aquam, & iguem, filij enim tibi facti ſunt in fide clamantes non eſt ſanctus vt Deus no- C ſter, & non eſt iuſtus præter te Domine.

Magna voce in deſerto clamat præcurſor. Chriſti parate vias, & calles Dei noſtri rectos facite, & fide clamantes non eſt ſanctus vt Deus noſter, & non eſt iuſtus præter te Domine.

Audiui Dnmine vocem tuá, quá dixiſti voce clamantis in deſerto, quoniá tonuiſti multis in aquis tuo teſtificatus filio totus factus præſentis ſpiritus clamauit tu es Chriſtus Dei ſapientia, & potẽtia.

Sordeſcentẽ ſolem quis vidit, præco clamat, ſplẽdidum natura? vt te aquis ô ſplendor gloriæ. patris figurà ſempiterni lauem, & fœnum ens ignẽ tangam tuæ deitatis. tu es Chriſtus Dei ſapientia & D potentia.

Suboſtendit diuinam, quam habebat reuerentiam Moſes obuius tibi vt enim rubo te locutum ſenſit, ſtatim auertit aſpectus. ego autem quomodo videbo te clare, aut quo modo manu poná te. tu es Chriſtus, Dei ſapientia, & potentia.

Animæ ens prudentis, & verbo honoratus inanimatorum reuereor. ſi enim baptizabo te, accuſator mihi erit igne fumigans mons. fugiens mare in duas partes. & Iordanis hic conuerſus tu enim Chriſtus Dei ſapientia & potentia.

Ieſus vitæ princeps ſoluere damnationem venit Adæ primi parentis, purgationum autem vt Deus E non indigens prolapſi cauſa purgatur in Iordane, in quo inimicitiam interficiẽs, ſuperantẽ omnem mentem, pacem gratificatus eſt.

Conuenientibus infinitis populis, vt à Ioanne baptizarentur, Ipſe in medio ſtetit, acclamabat autem præſentibus quis oſtendit ô imperſuaſi iram vobis declinare futuram? Fructus dignos Chriſto perficite. præſens enim nunc pacẽ gratificatus eſt.

Agricola, & conditor in medio conſtitutus, vt vnus omnium corda inſpectat, purgatiuam autem palam manu capiens, totius mundi areá ſapienter diuidit ſterilitatem conburens, fructiferis autem ſempiternam vitam gratificans.

Vox

Vox verbi,lncerna luminis, luciſer, Solis præcurſor,io deſerto agite pœnitētiam omnibus clamat populis, & præpurgamini. ecce enim adeſt Chriſtus ex corruptione mundum liberaus.

Natus ſine ſemine ex Deo,& patre,ex virgine ſine ſorde incarnatū Chriſtus,cuiūs lorom ex nobis verbi cōnexionem ſoluere impoſſibile docet præcurſor terrigenas ex deceptione liberans.

In igoe baptizat finali Chriſtus imperſuaſos, & non Deum putantes ſe, in ſpiritu autem nooificat per aquā gratia cognitores ſuæ diuinitatis, à peccatis liberans.

Iouenes pios io camino ignis commoratos exibilans ſpiritus roris innocuos ſeruaoit, & dinini Angeli condeſcenſio.vnde io igne rorati gratificātet canebāt ô perlaudabilis,qui patrum domious & Deus, benedictus es.

Tāquam in cœlo cum tremore, & admiratione aderā in iordane poteſtates Angelorum coofiderantes tantam Dei cōdeſcenſiooem,quomodo tenens magnam aquarū ſubſiſteotiam,io aquis corpifer ſtetit,Deus patrum benedictus es.

Nebula,& mare diuioi præfigurabat baptiſmatis miraculum,in quibus ante baptizatur tranſeūdo à legis latore populus,mare autem erat figora aquæ,& oebula ſpiritus,quibus perfecti,benedictus es clamamus Deus patrum ooſtrorum.

Omnes fideles in quo perſectionem accepimus de Deo loquentes intacite cum Angelis glorificemus Patrem,Filium,& Spiritū ſanctum,hoc enim trinitas perſonis conſubſtantialis vnus autē Deus, cui & cantamus,ô valde laudabilis patrum Dominus & Deus benedictus es.

Myſteriom admirabile Babylonis oſtēdit caminus ſcatens rore, quoniā aquis accepturus immaterialem ignem erat Iordanis,& aſſumpturus carnem baptizatum conditorem,quē benedicunt populi,ſuperexaltant per omnia ſecula.

Depone timorem omnem liberatot præcurſori inquit,mihi autem obedi,vt Chriſtum ad me adi. hoc enim natura ſum,meo iuſſui obedi,&baptiza me condeſcendentē.quem benedicunt populi, & ſuperexaltant per omnia ſecula.

Verba vt audiuit Baptiſta Domini trepidus palmam extendit manu tangens verticem conditoris ſui. baptizato clamabat. ſanctifica me. tu enim es Deus meus,quē beoedicunt populi,& ſuperexaltaot per omnia ſecula.

Trinitatis apparitio in Iordaoe facta eſt. ipſa enim per diuina natura pater clamauit hic baptizatus filius dilectus meus,ſpiritus ſimul aderat ſimili,qoem benedicunt populi , & ſuperexaltani per omnia ſecula.

Indiget omnis liogua laudare condigne caligat autem mens etiam cœleſtis laudare te deipera, tamen bona exiſtens fidem accipe &enim deſideriū nouiſti diuinom noſtrum . tu. n. Chriſtianorum propugnatrix te magnificamus.

O Dauid ades ſpiriro illuminatis,oūc accedite, cane ad Deū in fide dicens,illuminamini.hic miſer clamauit Adam in errore & enim ipſum audiuit dominus venieos. fluentis autem Iordanis corruptum innouauit.

Eſaias lauamini, purgamini dicit, malitias corā auferte domino. ſitiētes aqoā viuam adite ſpargit enim aquā nouificā Chriſtus accurētibus ſibi cum fide,& ad vitam inſeneſcentem baptizat ſpiritu.

Conſeruemur gratia fideles, & ſigillo, vt enim perniciem,Fugerūt limioe Hebræi quondam ſanguinolento ſic & nobis egreſſum diuioum hoc regenerationis lauacrum erit,Inde & trinitatis aſpiciemos lumen inocciduom.

COSMÆ HIEROSOLIMITANI MAGNÆ SECVNDÆ, SCILICET feriæ, Hymnus. 3.

Ἀ'χροτιχὶς Græca τῆ δευτέρᾳ.

In ſecunda.

IMperuium inundans mare diuino ipſius iuſſu exiccāti,& vt ambularet per ipſum Iſraēlita populus ductanti domino canamus , glorioſe enim glorificatus eſt.

Ineffabilis Dei deſcenſus , qui Chriſtus ipſe eſt Deus & homo , Deus non rapioam eſſe putās dū formaretur ,ſeruum oſtendit diſcipulis. glorioſe enim glorificatus eſt.

Adminiſtraturus ipſe veni cuius formam cōditor ſpontaoeus circundor mendicanti Adæ , diteſcēs diuinitate,vt ponerē meam etiā ipſius animā io redemptionem qui impaſſibilis diuinitate.

Exhorruit puerorum purorum ornatum , purū vt anima corpus & obedit nutritus in infinita materia,indeſeſſus ignis,ſemper viua vero arente flāma,ſempiternus hymnus canebatur.Dominū omnia opera laudate & ſuperexaltate ipsū in ſecula.

Vos meos tunc diſcipulos omoes cognoſcent, ſi mea iuſſa ſeruaueritis dicit ſaluator amicis ad paſſiooem veniens,pacem habete in vobis ipſis & omoibus & humilia cogitantes ſuper exaltamini, & dominum cognoſcentes me laudate & ſuperexaltate in omnia ſecula.

Ordiois contrario modo vobis gentilis eſto poteſtas congenerum noo hæreditas enim mea, tyrannis autem opinio ſuæ voluntatis. itaque electus in vobis eſſe volens aliorum ſit omnium lōge extremus & dominum cognoſcentes me laudate & ſuperexalte in omnia ſecula.

Magnificaſti Chriſte enixam te deiparam , ex qua cooditor noſter compaſſibile induiſti corpus noſtrarum liberationem inſcitiarum quam beantes omnes generationes te magoificamos.

Sorde omni ioficiente abiecta, dignā diuino regno mentem accipite prudentem tuis apoſtolis prædixiſti vere ſapientia in qua glorificabimini ſplendentes ſole ſplendidius.

Aſpicientes in me dixiſti domine tuis ipſius diſcipulis ne ſapite alta, ſed ducimini cum humilibus, meum,quem bibo,bibite calicem hūc, quooiam in regno patris congloriabimini.

EIVSDEM IN MAGNA TERTIA, HYMNVS. 4.

Ἀ'χροςιχὶς Græca τρίτῃ τῇ.

In tertiáque.

SEctæ tyrannicæ ſancti tres pueri oon credentes, in caminum iacti, Deum confitebantur pſalleotes , benedicite omnia opera domini dominum.

Pigritiam longè à oobis abiiciamus,& ſplendidis lampadibus immortali ſpōſo Chriſto cū hymnis occurramus. benedicite omnia opera domini dominnm.

Sufficiat communicabile animę nobis ole nm in vaſis,vt præmiorum certaminis oō poſita opportuoitate mercaturæ canamus, benedicite omnia opera domini dominum.

Talentum quicunque à Deo accepiſtis ęquiualentem gratiam auxilio dantis Chriſti augeamns cātantes laudate omnia opera domini dominnm.

In capribili Deo in ventre capto,& lætetia mnodo parta,te laudamus deipera virgo.

Diſcipulis boous vigilate dixiſti,qua enim hora veniam domious ignoratis, vt retribuā vnicuiq;.

In ſecunda tua tremēda præſentia domine dextris omnibus me connnmera peccatutum meorū deſpiciens meas multitudines.

EIVSDEM IN MAGNA QVARTA, HYMNVS. 5.

Ακροςηχις Græca πτερίδι ψαλῶ.

In quarto die cantabo.

FIdei in petra me firmato dilataſti os meū contra ioimicos meos, lætatus eſt enim ſpiritus meus canendo,non eſt ſanctus vt Deus noſter. Et non eſt iuſtus præter te domioe.

In vanis congregatio iniqnorū & opinione cōgregatur malorum morū, damnatū liberatorē te demonſtrare Chriſtū,cui canimns,tu es Deus noſter,& non eſt iuſtus præter te Domine.

Prauum conſilium iniquorum cōſiderat inimicæ Dei animæ exiſtens,vt malum, iuſtum interficere Chriſtum,cui cantamus tu es Deus noſter,& noo eſt iuſtus præter te Domine.

Verbum tyrranni quoniam innaluit ſeptuplicìter fornax exarſit olim,in qua pueri non combuſti ſunt regis conculcantes edictum, ſed clamabāt omnia opera Dominum laudate, & ſuperexaltate in omnia ſecula.

Euacuans mulier vnguentum prætioſnm in dominico & diuino tremendo vertice,Chriſte veſtigia tua cepit pura impuris manibus, & clamabat omnia opera Dominum laudate, & ſuperexaltate in omnia ſecula.

Lachrymis lauat pedes rea peccatis conditoris, & abſtergit capillis.Ideo eorum quę in vita,nō caruit peccatorum liberatione,ſed clamabat omnia opera dominnm laudate, & ſuperexaltate in omnia ſecula.

Celebratur liberatio benignę ex ſalutaribus,viſceribúſque & lachrymarum foote,in quo per redemprioo em lotā non pudebat,ſed clamabat omnia opera dominū laudate,& ſuperexaltate ipſum in ſecula.

Animis puris & in ſordidis labris eia magnificemus immaculatam, & perpurā matrem emmanuelis per ipſam ex ipſa afferentes cultum diuinū nato.miſerere animarum noſtrarū Chriſte Deus & ſalua nos.

Impius viſus, & malus Zelotypns donū diuinū mercatur, à quo debitum ſolutum eſt peccatorū cauponās malus Iudas diuinam gratiam miſerere animarum noſtrarum Chriſte Deus,& ſalua nos.

A Dicit præfectus iniquis principib^9, quid mihi dare vultis,& ego Chriſtum vobis quæſitum volētibus tradam, familiaritatem Dei Iudas abiiciens auro,parce animis noſtris Chriſte Deus.

O excæcantem auaritiam perfide à qua obliuionē conſecutus es,quod animæ neque ipſe coæquabis mundus, quæ edoctus es,de ſperatione eoim teipſum allaqueaſti ſuſpendēs ô proditor, parce animis noſtris Chriſte Deus.

EIVSDEM IN MAGNA QVINTA FERIA, HYMNVS. 6.

Ακροςίχις Græca τῇ μακρᾷ πεμπτῇ μακρὸν ὕμνον ἐυξάδω.

B *In longa quinta longum hymnum ex canto.*

VIrga ſcinditur mare rubrum, vndoſum vero ſiccatur profundum,ipſum ſimnl inermibus factum peruium, & armatis ſepulchrum, cantus vero Deo delectabilis cantabatur.glorioſe glorificatus eſt Chriſtus Deus noſter.

Omnium cauſa,& datrix vitæ,infinita ſapientia Dei, ædificauit domum ſuam pura exintacta matre.templum antē corporale circundatus, glorioſe glorificatus eſt Chriſtus Deus noſter.

C Sacrorum ducem amicos ſuos,animæ nntricem parat menſam,Ambroſiæ vere ſapientia Dei miſcet cratera fidelibus,accedamus pie,& clamemus glorioſe glorificatus eſt Chriſtus Deus noſter.

Audiamus omnes fideles conuocantē alto præconio inconditam& innatam ſapientiam Dei,clamat enim guſtate,& ſcientes ꝙ Chriſtus ego clamate,glorioſe glorificatus eſt Chriſtus De^9 noſter.

Dominus ens omnium,& conditor Deus fabricatum impaſſibilis mendicans tibi ipſi vniuiſti, & Paſcha quibus debebas mori ipſe ens, te ipſum præpoſuiſti manducate clamans corpus meum & fide firmabimini.

D Liberatorinm omnis mortalis generis propriū ô bone tuos diſcipulos bibere feciſti,lętitiæ calice impleto ipſe enim te ipſum ſacrificabas,bibite clamans ſanguinem meum & fide firmabimini.

Inſipiens vir qui ioter nos proditor propriis diſcipulis prædixiſti clemens, non cognoſcet hæc, & hic ſtultus ens non ſciet, tamen manete in me, & fide firmabimini.

Prąuidens propheta myſterij tui indictū Chriſte,præclamauit, poſuiſti fortem dilectionē roboris pater miſericors,vnicum filium enim bone pater in mundum miſiſti.

E Ad paſſionem quæ omnibus ex Adam ſcaturiēs impaſſibilitatem Chriſte veniens amicis tuis dixiſti, vobiſcū paſcha participare hoc deſideraui, vnicū quia me propinatione pater in mūdū miſit.

Libans crateram, diſcipulis clamabas in mortalis,fructus vitis vero bibam,deinceps minimè vobiſcum viuēs, vnigenitū quoniā me propinationem pater ad mundum miſit.

Potum nouū ſupra rationem ego dico in regno meo Chriſte amicis bibam,vt enim deus Deus vobis ſimul ero dixiſti, voigenitum quoniā me propitiationem pater in mundnm miſit.

Coniūctione dilectionis coniūcti Apoſtoli,dominanti totius ſe ipſos Chriſto dedicantes pulchros pedes lauabant,nuntiantes omnibus pacem.

Irre-

Irretentibilem tenens & altam in æthere aquã, Abyſſus frenans,& Maria retinens Dei ſapientia, aquam in peluim iacit,pedes lauat vero ſeruorũ herus.

Diſcipulis demõſtrat humilitatis herus figurã, nubibus autẽ polum circundãs, cingitur linteum, & flectit genu ſeruorum ad lauãdum pedes, cuius in manu ſpiritus omnium exiſtentium.

Profunditas extrema peccatorum circundedit me. & fluctum maris minime ferens,vt Ionas hero clamo tibi ex corruptione me educ.

Dominum clamatis ô diſcipuli , & magiſtrũ me, & enim ſum ſaluator clamabas,ideo imitamini figuram,quo modo in me vidiſtis.

Sordẽ non habens,lauari nõ indiget pedes.puri ô diſcipuli vos vero , ſed non omnes. momentum enim in ordinate ex vobis vnius inſanit. B

Poeri in Babylonia fornacis flammam non timuerunt , ſed in medio ignis impoſiti irrorati canebant , benedictus es domine Deus patrum noſtrorum.

Nutans , caput Iudas mala præuidens concuſſit, oportunitatem quæreus tradere iudicem incondemnationem,qui omnium eſt Dominus,& Deus patrum noſtrorum.

Veſtrum Chriſtus amicis clamabat, vnus tradet me.delectationem obliuiſcentes,certamine & dolore continebantur , quis hic dicentes Deus Patrum noſtrorum. C

Quicunque mecum manum in catino ponet audacia , huic tamen bonum erat Ianuas vitæ tranſiſſe. nunquam. hunc dicens manifeſtabat Deus patrum noſtrorum.

Legum paternarum beati in Babylonia iuuenes præpericlitati,imperantem deſpnerunt iuſſum irrationalem , & coniuncti quo non conflacti ſunt igne , imperantis dignam canebant laudem , Dominum laudate opera , & ſupra exaltate ipſum per ſecula.

Coniuiæ beati in Sion ſermone expectantes Apoſtoli ſeqnebantur paſtorem vt agni , & coniuncti, nõ diuiſi ſunt Chriſto diuino ſermone nutriti, iocundæ clamabant, Dominum laudate opera, & ſupra exaltate ipſum per ſecula. D

Legis amicitiæ infamis Iſcariota opinione oblitus,quos lauit præparauit in proditionem pedes, & tuum comedens panem(corpus diuinum) eleuauit ſupplantantium in te Chriſte,&clamare non intellexit Donminum laudate opera,& ſuperexaltate ipſum per ſecula.

Capiebat redemptorium peccati corpus ſtultus,& corpus fuſum pro mundo diuinum,ſed non venerabatur bibens quod vendebat pretio non malignitate odit, & clamare non intellexit, Dominum laudate opera , & ſupra exaltate ipſum per ſecula. E

Hoſpitalitem,& immortalem menſam in altum locum altis mentibus fideli , age fruamur aſcendens verbum ex ſermone ſcientes , quod magnificemus.

Ad Dominum.

Quam horribile iudicium tuum Domine Angelis aſſiſtẽtibus,hominibus inductis , libris apertis,operibus inquiſitis , rationibus reſpondentibus , quale iudicium erit in me concepto in peccatis,quis meam flammam extinguet , niſi tu Do-

A mine miſerere mei vt humanus?

Ad Deiparem.

Inuituperabilem Deipara ſpem tuam habens ſeruabor , defenſionem tuam poſſidens per quam pura,non,timebo, perſeqnar inimicos meos & in fugam vertam, ſolam habens vt thoracem protectionem tuam,& omnipotens auxilium tuum, & deprecor clamans tibi Domine ſalua me interceſſionibus tuis , & eleua me è tenebroſo ſomno ad tuam glorificationem potentia ex te incarnati Dei.

Ad eandem.

Glorioſa,ſemper Virgo Mater Chriſti Dei , adduc noſtram precationem filio tuo & Deo , vt ſaluet per te animas noſtras.

Ad Dominum.

Miſerere noſtri Domine Miſerere noſtri, omnis enim defenſionis in opes hanc tibi precationem vt Domino peccatores afferimus.miſerere noſtri Domine miſerere noſtri.

Ad eandem.

Domine miſerere noſtri in te enim confidimus ne iraſcaris nobis valde, neque memineris delicta noſtra ſed aſpice & nunc vt miſericors & libera nos ab inimicis noſtris,tu enim es Deus noſter & nos populus tuus,omnes opera manuum tuarum & nomen tuum inuocauimus.

Ad Deiparem.

Miſericordiæ ianuã aperi nobis benedicta Deipara, ſperantes igitur in te ne aberremus , liberemur per te à calamitatibus, tu enim es ſalus generis hominum.

Ad eandem.

Multas multitudines meorum Deipara peccatorum,ad te confugi ſancta ſalutis indigens, viſita ægrotantem meam animam & pete filio tuo & Deo modo dari mihi remiſſionem quæ feci malorum,ſola ſancta,ſola benedicta.

Ad eandem.

Omnem ſpem meam in te repono mater luminis ſerua me ſub protectionem tuam.

Abite diſcipulis verbum dixit paſcha in altum locum,in quo mẽs firmata eſt,quibus myſterij ductiones parate infermentato veritatis ſermone firmum autem gratiæ magnificate.

Conditorem pater ante ſecula ſapientiam generat principium viarum me , in opera condidit nunc myſticè perfecta, verbum.n.inconditum ens natura,voces proprias faciens nunc accepi.

Vt homo ſum ſubſtantia,non imaginatione , ſic Deus modo retributionis,natura vnita mihi.Chriſtum vnum ideo me cognoſcite quorum. in quibus , quæ ſunt ea ſaluantem.

COSMÆ HIEROSOLYMITANI IN MAGNA PARASCEVE. HYMNVS 7.

Α'κροςιχὶς Græca. Προσάββατον τε.

Ante Sabbatúmque.

AD te vigilo , quem propter humanitatem teipſum cadenti euacuantem immobiliter, & vſque ad paſſiones, impaſcibiliter ſuccumbentem verbum Dei,pacem præbe mihi humanæ.

Sordantes pedes,& ante purgatos myſterij par-

ticipatione diuinæ mentis Chriſte tuæ miniſtri ex A Sion Oliueti magnum ad montem cōuenere laudantes te humane.

Aſpicite dixiſti amici, ne turbemini. nunc enim propinquauit hora capiendi me, interficiendi manibus impiorum. omnes vero diſperſi eritis me relinquentes. quos congregabo annuntiare me humanum.

Colnmnam malignitatis æquiparantis Deo, diuini pueri vilipendere cōtra Chriſtum autem frementes iniquorum concilium, conſultat inania, occidere meditatur vitæ dominantem manu, quē omnis creatio benedicit glorificans in ſecula.

A palpebris diſcipuli nunc ſomnū dixiſti Chriſte excutite, in precatione autem vigilate, tentatione quo pacto pereatis, & maxime Simon, forti B enim maius experientia cognoſce me petre quem omnis creatio benedicit glorificans in ſecula.

Profannm verbum è labris nūquam emite. Domine tecum moriar vt beninolus, & ſi omnes negabunt te clamauit Petrus: caro neq; ſanguis pater tuus reuelauit mihi te, quem omnis creatio benedicit glorificans in ſecula.

Profunditatem ſapientiæ diuinæ & notionis nō omnem inueſtigaſti abyſſum autem meorum iudiciorum nō deprehendi ti homo Dominus, inquit, caro igitur exiſtens, ne iactare, negabis tertio. n. me, quem omnis creatio benedicit, glorificans in C ſecula.

Renuis Simon Petre, quòd patiete cito vt dictū eſt, & tibi ancilla ſola celeriter accedēs, terrebit te Dominus, inquit, amare lachrymans, tamen babebis propitiabilem me quem omnis creatio benedicit glorificans per ſecula.

Prætioſiorem Cherubim, & glorioſiorem incomparabiliter Seraphim, incorrupte Deum Verbum procreantem, verè Deiparam te magnificamus.

Perniciosa collectio Deum exoſorum, malignātium diuicidarum congregatio, in ſurrexit Chriſte tibi, & vt impium traxit creatorem omniū, quem D magnificamus.

Legem ignorantes impij. voces, Propbetarúmque meditantes inaniter, vt ouem traxerunt te omnium Dominum iniuſtè mactare, quem magnificamus.

Gentibus deditam vitam, cum ſcribis occidi ſceleſti ſacerdotes præbuerunt percuſſi per ſe inuidenti malitia, naturæ vitæ datorem, qnem magnificamns.

Circundederunt canes quàm mnlti pulſarūt rex, genam tuam alapa, interrogabant te. contra te antem falſa teſtabantur, & omnia ſuſtinens, omnes ſeruaſti. E

COSMÆ HIEROSOLYMITÆ
IN EANDEM DIEM.
HYMNVS, 8.

Α'κροςίχις Græca. Σάββατον μελπωμέγα.

Sabbatum quanto magnum.

CONTENTVS eſt ſed non derelictus pectoribus ceteis Ionas tuam enim figuram ferens

A paſſi, & ſepulturæ traditi, velnti è cubiculo, è ſera proſiluit, alloquebatur eſt autem cuſtodiam, ſeruantes vana & falſa, miſericordiam ipſam relinquite.

Sublatus es, ſed non diuiſus es verbum à qua participaſti carne ſi. n. & Solutum eſt tuum templum in tempore paſſionis, ſed & ſic vna erat ſubſiſtentia diuinitatis & carnis tuæ, in vtrique enim vnus exiſtis filius, Verbum Dei Deus & homo.

Mortalicida ſed non diuicida fuit error Adæ. ſi enim & paſſa eſt tuæ carnis pulueres ſubſtanna, ſed diuinitas impaſſibilis perſtitit, corruptibile autem tuum ad incorruptionem tranſmutauit & immortalis vitæ oſdit fontem ex reſurrectione.

B Regnat, ſed non perennat infernus generis mortalium, tu enim poſitus in ſepulchro, forti vitæ authore palma mortis clauſtra dilaceraſti & prædicaſti à ſeculo illic dormientibus liberationem immendacem, Saluator factus mortuorum primo genitus.

Indicibile miraculum, qui in fornace liberauit ſanctos pueros ex igne, in ſepulchro mortuus inſpitans deponitur, in ſalutem noſtram canentium, Redemptor Dens, benedictus es.

Vulneratus eſt infernus in corde recepto vulnerato haſta per latus, & luget, igne diuino abſumptus, in ſalutem noſtram cōcinentium Redemptor C Deus, benedictus et.

Beatum ſepulchrum, in ſe enim recipiens vt dormientem artificem, vitæ Theſaurus diuinus oſtenſus eſt in ſalutem noſtram concinentium Redemptor Deus benedictus es.

Lege mortuorum, in ſepulchro depoſitionem vniuerſorum excipit vita, & hoc ſontem oſtendit ſuſcitationis in ſaiutem noſtram concinentium, Redemptor Deus benedictus es.

Vna extitit in inferno inſeparabilis, & in ſepulchro & in edem, diuinitas Chriſtum cum patre & Spiritu in ſalutem noſtram concinentium Redemptor Deus benedictus es.

D Obſtupeſce animo horrens cœlum & conentiantur fundamenta terræ. ecce enim inter mortuos computatur qui in excelſis habitat, & ſepulchro paruo hoſpitatur, quem pueri benedicunt ſacerdotes celebrant. & glorificant per omnia ſecula.

Solutum eſt immaculatum templum, procidens autem corrigit tentorium, Adam enim priori ſecundus, qui in excelſis habitat deſcendit vſque ad inferni cellas, quem pneri benedicunt ſacerdotes concelebrant, & glorificant per omnia ſecula.

Ceſſauit audacia diſcipulorū, arimathæus enim optime ſe gerit Ioſeph, mortuum enim & nudum E ſpectans in omnibus Deum, petit, & curat vociferans, pueri benedicite, ſacerdotes concelebrate, populus ſuperexaltate per omnia ſecula.

O miracula admiranda, ô bonitatem, & indicibilem tolerantiam, voluntarius enim ſub terra ſigillatur qui in excelſis habitat, & deceptor, Deus calumniatur, quem pueri benedicunt, ſacerdotes concelebrant, & glorificant per omnia ſecula.

Ne lugeas mea mater intuens in ſepulchro, quem in ventre ſine ſatione concepiſti filium, reſurgam enim, & glorificabor, & exaltabo in gloria cornu, vt Deus, in fide & deſiderio magnificantium te.

In

Inadmirabili tuo partu dolores fugiens, ſupernaturaliter beatificata ſum ſine principio fili, nunc autem te Deus inſpirantem videns mortuum, lancea mœroris laceror grauiter ſed reſurge, vt magnificer.

Terra me oculis volentem, ſed horrent inferni ianitores, indutum videntes ſtolam cruentatem ô mater vindictæ, inimicos enim in cruce calcans vt Deus reſurgam rurſus, & magnifico te.

Exultet creatio, lætentur omnes terrigenæ. inimicus enim ſpoliatus eſt infernus, cum vnguentis mulieres occurrant. Adam cum Eua redemit omni genam & tertia die reſurget.

COSMÆ HIEROSOLYMITÆ IN PENTACOSTAN. HYMNVS 9.

Ἀκροςῖχις Græca. Πεντηκοςὴν ἑορτάζωμεν.

Pentecoſten feriemur.

MARI occulit Pharaonē cum curribus. conterens bella in alto brachio. canamus ipſi, quoniam glorificatus eſt.

Reut olim diſcipulis promiſiſti paracletum ſpiritum mittens Chriſte illuxiſti mundo lumen humanæ.

Lege olim prædictum & Prophetis, cōpletum eſt diuini ſpiritus hodie. omnibus enim fidelibus gratia effuſa eſt.

Ex alto potentiam diſcipulis Chriſte vſquequo induemini dixiſti cōſidete in Hieruſalem. Ego verò vt me paracletum alium ſpiritum meúmque & patris mittam in quo ſolidabimini.

Diuini ſpiritus accedens potentia, diuiſam olim vocem male conſentientium in vnam compagis diuinæ coniunxit cognitionem ſapientificans fideles Trinitatis, in qua ſolidati ſumus.

Intelligens Propheta in vltimis tuam Chriſte profectionem, clamabat tuam exaudiui Domine potentiam, quod omnes ſeruare Chriſtos tuos veniſti.

Qui in Prophetis locutus eſt, & per legem pronuntiatus ante imperfectis Deus verus, paracletus verbi miniſtris & teſtibus cognoſcitur hodie.

Signum diuinitatis fert Apoſtolis, in igne Spiritus diuiſus eſt, & externis linguis oſtendit, quod à patre diuinum robur veniens eſt per ſe iuſſum.

Quod propter timorem tui captum eſt Domine in ventre Prophetarum. & natus in terra ſpiritus ſalutis, Apoſtolica corda ædificat pura in fidelibus rectum innouatur lumen enim & pax, quoniam tua mandata.

Adueniens fortitudo hodie ipſa ſpiritus bonus ſpiritus ſapientiæ Dei, ſpiritus ex patre procedens, & per filium fidelibus nobis viſus, traditus, in quibus habitat natura, eius in qua ſpectatur ſanctitatis.

Vomens ob turbam vitæ curarum connauigantibus ſummerſus peccatis, & animicidæ feræ projectus, vt Ionas Chriſte clamo ad te ex letiſero me profundo reduc.

Ex ſpiritu tuo in omnem carnem vt dixiſti affa-

A tim effluxiſti & impleta ſunt tua omnia cognitione, quoniam ex patre filius ſine ſemine natus es & ſpiritus indiuiſibiliter procedit.

In fornace ignis iniecti iuſti pueri ignē in rorem tranſmutarunt per cantum ſic clamantes benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum.

E loquentibus diuina magnalia Apoſtolis ſpiritus actio putabatur ebrietas infidelibus per quam Trinitas annuntiabatur, Deus Patrum noſtrorum.

Indiuiſam naturam rectè ſentiētes glorificamus Deum patrem ſine principio atque eiuſdem poteſtatis verbum & ſpiritum benedictus es clamantes Deus patrum noſtrorum.

B Incombuſtus igne in Sina alloquens rubus Deū cognitum fecit tardiloquo & difficulter ſonanti Moſe & pueros zelus Dei inconſomptos igne cantores oſtendit omnia opera laudate Dominum & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Vitali ex alto violento delato ſtrepenter Spiritus ſanctiſſimi piſcatoribus flatu ignearum forma linguarum magnalia Dei eloquebantur omnia opera laudate Dominum & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Tanquam ad intactum aſcendentes montem nō horrentes ignem horrificum venite, & ſtemus in monte Sion in ciuitate viuentis Dei ſpiritiferis diſ-

C cipulis nunc cōſalientes omnia opera Dominum laudate, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

O non per corruptionem enixa & omnifactori verbo carnem mutuata mater non experta virum virgo Deipara receptaculum illocabilis, locellum infiniti conditoris tui te magnificamus.

Efferuente olim igneo curru amator atque igniuomos ſperans gaudens equitans præſentem lucentem inſpirationem manifeſtabat ex alto Apoſtolis à qua illuſtrati Trinitatem omnibus cognitam fecerunt.

Legem naturarum præter, admiranda res audiebatur, diſcipulos vna enim voce ſonante ſpiritus gratia variè audiebant populi tribus, & lin-

D guæ diuina magnalia, Trinitatis cognitionem edocti.

COSMÆ HIEROSOLYMITÆ IN EANDAM FASTIVITATAM. HYMNVS, 10.

Ακροςιχις Græca, χειςὸς ἐν ἰσοπτῷ σέλας ἄπλιτον εἴδος ἧκε.

Chriſtus in ſpecula ſplendorem immenſum ſpeciei miſit.

E CHORI Iſraël immadentibus pedibus mare rubrum & humidum profundum pertranſeuntes conſcenſores, tertiarios inimicos videntes in ipſo demerſos in exultatione canebant, cantemus Domino, glorioſè.n. glorificatus eſt.

Verba vitæ amicis Chriſtus & de diuino concionans tegno dixit in me patrem cognoſcetis lumine tanquam effulgenti inacceſſo, in exultatione canentes, cantemus Domino glorioſè enim glorificatus eſt.

Robur gentium deuorare cari diſcipuli, admirabimini autem diuitiarum ipſarum, quoniam gloria impleti eſtis, quoniam videbor lucidius ſole

fulgens,in exultatiooe canẽtes canemus Domino, glorioſè enim glorificatus eſt.

Hodie Chriſtus in moote Thabor fulgens,ſublucidos diuini ſplendoris vt policitus eſt diſcipulis denudabat characteres. Lociferi autẽ pleoi diuini ſplendoris in exultatione canebant, canemus Domioo,glorioſè enim glorificatus eſt.

Arcus potentium ægrotauit, & ægrotantes circundati ſunt potentia, ideo firmatum eſt in Domino cor meum.

Totum Adam indutus Chriſte obſcuratam permutans illuſtrati quodam oaturam & alteranooe formæ tuæ deificaſti.

Columna igniformi,& nebula quondam qui in diſerto Iſraël ducẽs,hodie in mõte Thabor in ineffabili lumine Chriſtus effulſit.

Audiut glorioſam diſpenſationem tuam Chriſte Deus,quoniam natus es ex virgine,vt ex errore liberares clamãtes tibi:gloria poteſtati tuę Domine.

Legem in Syna litera perfiguratus Chriſte Deus, in nebula igne & caligine in procella apparuiſti equitans:gloria poteſtati tuæ Domine.

Vt credere facias glorioſam diſpenſationem tuã Chriſte Deus tanquam præ exiſtens ſeculis & ipſe in nebula fuodamentum ponens, in Thabor gloriuſè ſplenduiſti.

Colloquẽtes aſtiteraot vt decet ſeruos tibi Domino Chriſto,quibus in ignis vapore & tenebroſitate & leuiſſima aura allocutus, gloria poteſtati tuæ Domine.

Annuotiabant egreſſom in cruce tua io Thabor præſentes,io igne te & rubo quondam præuidens Moſes, & ſublimis curru in ignito Elias Chriſte.

Luminis diſcindẽs primogenitum chaos in igne opera laudant te Chriſte cooditorẽ,in lumine too vias noſtras dirige.

Coram te tempora ſuccuboerunt, lumen enim & ante pedes celſioadum ſplendorem ſol miſit, formam mortalem vt mutare bene voluiſti.

Ecce Saluator exclamabant Moyſes & Elias diſcipulis in mõte ſancto Thabor audientibus Chriſtus, quem olim præountiauimus exiſtentem Deum.

Inalterata natura mortali mixta, ſimilis immaterialis diuinitatis lumen denudans Apoſtolis arcanæ effuſit.

Te ęternum lumen in paterna gloria diſcipuli vt videruot effulgens Chriſte,tibi exclamarunt io lumine tuo vias noſtras dirige,

Cum tribularer clamaui ad Dominum, & exaudiuit me Deus ſalutis meæ.

Fulgote longe ſulis lumen clarius in Thabor effulgens Saluator,nos illomioauit.

Aſcendens in montem Thabor transfiguratus es Chriſte & errorum omnem obſcurans lumeo effulſiſti.

Te Deũ cognouerunt glorioſi Apoſtoli in Thabor Chriſte autem obſtupefacti,genu flexerunt.

Abramienſes olim in Babylone pueri fornacis flammam calcarunt & laudantes, canebant patrũ noſtrorum Deus benedictus es.

Circunfuſi lumine inacceſſæ glotiæ Thabor in mooteApoſtoli Chriſte exclamaueruot patrũ ooſtrorum Deus benedictus es.

Procella diuini ſonitus & roriica nebula Chriſte,& ſplendote tuo delectati Apoſtoli, canebant patrum noſtro.

Io arcano lumine vt te intuitus eſt Petrus Thabor in moote effulgentem Chriſte adorauit, patrũ noſtrorum Deus benedictus es.

Principi vitæ Chriſto vna exiſtentes filij Zebedæi,vt emiſit formæ lumeo iotonuerunt, patrum noſtrorum Deos benedictus ex.

In Babylone pueri diuino igne voloti zelo tyranni & flammæ minas viriliter calcauerunt, & medium ignis iniecti irrorati caoebant, benedicite opera Domini Dominum, & ſoperexaltare per omnia ſecula

Nutu vniuerſum ferens pedibus immaculatis montem conſcendit Thabor in quo ſolis magis luce effulgens faciem, legis electos & gratiæ oſtendit canẽtes,benedicite opera Domini Dominum, & ſuperexaltare per omnia ſecula.

Io ioacceſſibili gloria in moote apparens arcane Thabor incontentibile & inooccidens lomen, patris ſplendor,orbem illuſtrans,homioes deificauit canentes, benedicite opera Domini Dominũ, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Sacerdotaliter ſtantes, Moſéſqoe & Elias in moote Thabor, diuinæ impreſſionis clare ſubſiſtentiæ videntes Chriſtum in paterna effulgentem gloria, canebant benedicite omnia opera Domini Domioum,& ſuperexaltate per omnia ſecula.

Per quæ in obſcuritãte diuinẽ vocem facie olim glorificatus eſt Moſes. Chriſtus autem vt tunica lumen & gloriam induitur,luminis proprius effector enim exiſtens,illuſtrat canentes,benedicite omnia opera Domini Dominum, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Ex lucigena oebula Chriſtum diſcipoli indutũ videntes in Thabor,& proni in terram vergentes, mentẽ illuſtrati, cum patre huoc laudabant & ſpiritu.benedicite omnia opera Domioi Dominum, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Fœtus tuos incorruptus oſtenſus eſt,Deus exilibus tuis proceſſit carnigerus,qui viſus eſt in terra, & hominibus conoerſatus eſt, te Deipara ideo omoes magnificamus.

Contremiſceotes noua luminis fuſione congregati diſcipoli illuſtrati inuicem videntes, & proni in terram procidẽtes,te Dominum omnium adorarunt.

Sonitus nebula emittebatur à Deo ſtrepens firmans miraculom, patet enim lomioum iſte eſt filius dilectus meus Apoſtolis clamabat, quem auditis.

Noua videntes & admiranda vocem paternam cum audiueritis in Thabor,verbi ſerui,ſigillus archetypi,iſte eſt exclamabant Saluator noſter.

Imago inuariabilis eius qui eſt immobilis ſigillus, in alterabilis, fili, verbum,ſapieotia, & brachium dextræ, excelſi robur, te celebramus com patréque & ſpiritu.

COSMÆ HIEROSOLYMITÆ
IN DOMINICA PALMARVM.

HYMNVS, 8.

VISI ſunt footes abyſſi humoris expertes & retecta ſunt maris æſtuaotis fundamẽta procella, nuto,hanc enim increpaſti abuodantem populum

pulum ſaluaſti. cancotem victorialem cantum tibi Domine.

Ore ex infantium innocentium & lactentium laodem tuorum ſeruorum perfeciſti, deſtruere aduerſatium, & vlciſci paſſione crucis caſum olim Adæ, per lignom eleuare, hunc autem canentem victorialem cantum tibi Domine.

Laudationem Eccleſia ſanctorum inhabitanti Sion tibi Chriſte adducit: in te autem Iſraël factore ipſius gaudet, & mõtes, geotes duræ ſaxicordes, ex facie tua exultarunt caneotes victorialem cantum tibi Domine.

Scaturientem, ahruptam mandato ruo ſolidam lactuit petram Iſraëlita populus. petra autem tu Chriſte exiſtis & vita, in qua ſolidata eſt Eccleſia clamans, Oſanna benedictus es qui venis.

Mortuom quatriduanum mandato tuo ex mortuis contremiſcens infernus dimiſit Lazarum. ſurrectio Chriſti, tu.n.es vita, in quo ſolidata eſt Eccleſia clamans, oſanna benedictus es qui venis.

Canite Deo decenter in Sion, & præcationem reddite Chriſto in Hierusalem, ipſe venit in gloria cum dominatione, in quo ſolidata eſt Eccleſia clamans oſanna benedictus es qui venis.

Chriſtus veniens manifeſte Deus noſter, veniet & non tardabit ex monte vmbroſo, denſo, puella pariente in experte viri, Propheta olim dicit, ideo omnes clamemos, gloria poteſtati tuæ Domine.

Rumpant lætitiam ſortem in miſericordiam montes, & omnes colles, & ligno nemoris applaudant, Chriſtum laudate gentes, & hunc omnes populi laudantes, clamate gloria potentiæ tuæ Domine.

Robur, quą dominatur ſeculis Dominus indutus veniet, huius pulchritudiniſque gloriç incomparabilis exiſtit decor in Sion, ideo omnes clamemus, gloria potentiæ tuæ Domine.

Palmo meõtus cœlum, palma autem terram, Dominus adeſt, Sion enim elegit, in ipſa autem habitare & regnare irritatus eſt, & populis in fide clamantibus gloria potentiæ tuæ Domioe.

Sion in montem cõſcende euangelizans, & Hieruſalem prędicans, in fortitudine tolle vocem glorificata locuta eſt de te ciuitas Dei, pax in Iſraël, & ſalutare gentibus.

In excelſis ſedens ſupra Cherubim Deus & reſpiciẽs humilia, ecce venit in gloria cum dominatione, & implebuntur omnia diuinæ laudationis ipſius, pax in Iſraël, & ſalutare gentibus.

Sion Dei mons ſanctus, & Hieruſalem circum circa oculos tuos leua & vide conductos filios tuos in te, ecce enim venerunt longe adorare Regem tuum, pax in Iſraël, & ſalutare genobus.

Clamarunt in lætitia iuſtorũ ſpiritus, nunc mondo teſtamentum nouum conſtitutum & aſperſione nouificatur populus diuini ſanguinis.

Suſcipit Iſraël Dei regnum, & qui ambulat in tenebris, lumen ſpectet magnum, & aſperſione nouificetur populus diuini ſanguinis.

Diſſolotos tuos vinctos Sion emitte & elacu igoorantiæ ſine aqua educ, & aſperſione nouificetor popolus diuini ſanguinis.

Qui ſeruauit in igne Abramienſes tuos pueros, & qui Chaldæos ſubſtulit, quibus iniuſte iuſtis inſidiati ſunt ſuper laudabilis Domine Deus patrum beoedictus es.

Genu procidentes populi, & cum diſcipulis lęti, cum palmis, oſanna filio Dauid clamabant, ſuper laudabilis Domine Deus patrum benedictus es.

Expers mali multitudo adhuc infanteſcens natura, Deo decenter te Rex Iſraël, & Angelorum concinuit, ſuperlaodabilis Domine Deus patrum benedictus es.

Cum palmis tibi Chriſte, ramis applaudebant multitudines, benedictus qui venit Rex ſeculorum clamabant autem, ſuper laudabilis Domine Deus patrum benedictus es.

Lætate Hieruſalem, celebrate feſtum diligentes Siõ, qui regnat enim per ſecula Dominus poteſtatum venit, reueteatur omnis terra à facie eius, & clamet, benedicite opera Dominum, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Nouum pullum cõſcendens Rex tuus Sion aſſiſtit Chriſtus, nam irrationalem ſimulachrorum errorem ſoluere, incõtentibilem impetum reprimere omnium gentium aduenit, ad canendom, benedicite opera Domioum, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Deus tous gaude Sion valde regnauit in ſecola Chriſtus, hic vt ſcriptum eſt, mitis & ſaluãs, iuſtus Redemptor ooſter venit in pulli equo, audaciam perdere inimicorum non clamantium, benedicite opera Dominum & ſuperexaltate in omnia ſecula.

Rareſcit diuinorum mœnium impium concilium inobedientium, precatioois Dei quoniam domum ſpecu effecerunt prædonum, è corde Redemptorem repellentes, cui clamamus, benedicite opera Dominum & ſuperexaltate in omnia ſecula.

Deus Dominus, & apparuit nobis, conſtituite ſeſtum, & exultantes agite magnificemus Chriſtum, cum palmis & ramis hymnis clamantes benedictus qui venit in nuinine Domini Saluatoris noſtri.

Gentes quare fremuiſtis ſcripturas, & ſacerdotes quid inania meditati eſtis, quis hic dicentes ô pueri cum palmis & ramis hymnis clamaor, benedictus qui venit in nomine Domini Saluatoris noſtri.

Hic Deus cui ſimilis ocmo, iuſtam omoem viam inueoiens dedit dilecto Iſraël, poſt hæc autem, hominibus conuerſatus eſt viſus, benedictus qui venit io nomine Domini Saluatoris noſtri.

Scandala calles qui habentia vos ponitis inobedientes: pedes acuti vobis, ſanguinem fundere Domini, ſed reſorget omnes ſaluare clamantes, benedictus qui venit in nomine Domini Saluatoris noſtri.

COSMÆ HIEROSOLIMITÆ IN EXALTATIONEM SANCTÆ CRVCIS.

HYMNVS. 4.

Ἀκροστιχὶς Græca Σταυρῷ πεποιθὼς ὕμνον ἐξερεύγομαι

Cruci confidens Hymnum eructor.

CRVCEM figurãs Moſes, in recto baculo ru- A
brum diſſecuit Iſraëli pedibus eunti, hoc autẽ conuerſiue Pharaoo em curribos pulſans vniuit, in latitudine deſcribens inuincibile telum. ideo Chriſto canamus Deo noſtro, quoniã glorificatus eſt.

Figuram olim Moſes immaculatæ paſſionis in ſe ipſo præmõſtraoit, ſacerdotũ in medio exiſtẽs, cruce autem figurans, extenſis Trophæom palmis extulit, robur perdens Amalec perpẽdi, ideo Chriſto canamus Deo ooſtro, quoniam glorificatus eſt.

Impoſuit Moyſes in columna medicamentum, corruptiui ſolutorium, & viroſi morſus, & ligno figura crucis, ad terrã tractũ ſerpentẽ alligauit obliquũ, in hoc triũphans nocumentũ, ideo Chriſto canamus Deo noſtro, qoonjam glorificatus eſt. B

Oſtendit cœlum crucis Trophæũ pietatis imperatori, & regi diuiſapo, inimicorum in quo inſenſorum deiectus eſt fremit⁹, deceptio euerſa eſt autem, & fides explicata eſt terræ finibus diuina, ideo Chriſto canamus Deo noſtro qm̃ glorificatus eſt.

Baculus in figuram myſterij aſſumitur, germini. n. præiudicat ſacerdotem, ſterileſcenti autem pauloante Eccleſię nunc effloruit lignum crucis in imperium & ſoliditatem.

Vt immiſit percuſſa aquam abrupta in obedienti populo & duricordi, Dei vocatæ oſtẽdebat Eccleſiæ myſteriũ, cuius crux imperiũ & cõſolidatus. C

Latere immaculato haſta percuſſo, aqua cũ ſanguine educta eſt innouans teſtamentum, & abſterſorium peccati, fidelium enim crux gloriatio, & regom, imperium & ſoliditas.

Exaudiui Domine diſpenſationis tuę myſteriũ, intellexi opera tua & glorificaui tuam diuinitatẽ.

Amarigenas mutauit ligno Moyſes fontes in ſolitudine olim cruce, ad impietatem gentium præmonſtrans tranſmutationem.

Profunditate ſinuatus ſcindentem emiſit Iordanes ligno, cruce & baptiſmate ſectionem erroris coniectans.

Sacræ præfulcitor quadripartitus populus præcedens in figura teſtimonialis tentorij, cruciformibus ordinibus celebratus. D

Mirãbiliter explicatu, ſolares radios eiaculauit crux, & narrarunt cœli gloriam Dei noſtri.

O ter beatiſſimum lignum, in quo extenſus eſt Chriſtus Rex & Dominus, per quem cecidit qui ligno decepit, in te ineſcatus Deo compacto carni, præbenti pacem animis noſtris.

Te celebre lignum, in quo extẽſus eſt Chriſtus, quæ edem ſeruat verſa rhomphæa crux verita eſt, horribile autem Cherubim ceſſit tuo affixo Chriſto, præbenti pacem animis ooſtris.

Subterraneorum poteſtates inimicæ crucis horrent ſignatum ſignum io aëre, quo vertuntur. cœleſtiom, terreſtriũ geous geou flectit Chriſto præbenti pacem aoimis noſtris. E

Splendoribus puris viſa dioina crux obſcuratis gentibus eius quæ in errore deceptionis diuinam lucem illuminans aſſimilatur in ipſa fixo Chriſto præbenti pacem animis noſtris.

Humidę ferę in viſceribus palmas Ionas in figuram crucis extendens, ſaluatoriam paſſionẽ præfigurabat manifeſtè. ideo tertianus Oriens ſuper mundanam ſurrectionem depinxit carne crucifixi Chriſti Dei, & tertiana reſurrectione mundum illuſtrantis.

Senectute iocuratus & morbo conſumptus ſurgebat Iacob manus permutans, actionem monſtrans vitæ datricis crucis vetuſtatem etenim legalis vmbro ſæ ſcripturæ, denuo ſcripſit. in hac cruce carne affixus Deus, & animicidam morbum erroris eiecit.

Iuueneſcentibus ponens palmas diuinus Iſraël cruci formiter capitib⁹ manifeſtabat, vt antiquiorem gloriam legicola populus, ſuſpectus vnde hic deceptus ſit non alterauit vitigeram figuram eminebit populus enim Chriſti Dei ouper fixus clamabat cruce munitus.

Demẽs mandatũ tyrãni impijpopulos volutauit, ſpirans minas, & maledicta Deo odioſa, tamẽ tres pueros nõ perterruit ira ferina, non ignis fremens, ſed reſonanti roti fundo ſpiritui, igni coexiſtentes canebant, ſuper cantatus patrum & noſter Deus benedictus es.

Ligno deguſtato primus, in mortalibos corruptioni inhabitauit, proiectionem enim vitæ viliſſimam damnatus, toti generi corpori gerus quis, vt noxa, morbom impertitus eſt, ſed iouc oientes terrigenæ, io vocationem crucis ligno, vociferamus, ſuper cãtatus patrũ & ooſter Deus benedictus es.

Soluit mandatum Dei ob auditione, & lignum tulit mortem mortalibus nõ oportunè acceptum, in ſecuritate valde, honoribili autem inde vita lignum prohibetur, quod nocte inſidiarũ male peritorarum aperuit benignitas clamantes, ſuper cantatus patrum & noſter Deus benedictus es.

Baculi complectitur ſummum Ioſeph futura videns, Iſraël regni forte vt continebit ſuper glorioſa Crux præmanifeſtans, hæc. n. Regibus tropheigeram gloriationem & lumen fide exclamantibus, ſupercantatus patrum & noſter Deus, benedictus es.

Benedicite poeri Trinitatis æqui onmeri, artificem patrem Deum cantate, vna deſcendens verbũ, & ignem in rotem tranſmutans, & ſuperexaltate omnibus vitam præbentem Spiritum ſanctiſſimom in ſecula.

Eleuato ligno aſperſo in ſanguine incarnati verbi Dei cantate cœlorum poteſtates mortalium reuocationem celebrantes, populi adorate Chriſti crucem per quam mundo reſurrectio in ſecula.

Terrigenæ palmis diſpenſatores gratiæ, Crucem vbi eſt Chriſtos Deus eleuate Deo decenter, & haſtam Dei verbi corpus contra perforaotem, videant gentes omnes ſalutare Dei glorificantes in ſecula.

Diuino ſuffragio præiudicati, exultate, Chriſtiaoorum fideles Reges gloriamini tropheigerum telum ſortiti diuinitus Crucem prætioſam, in hac enim. gentes bellorum audaciam exqurentes, diſperduntur in ſecula.

Myſtjcus es deipara paradiſus illaborate germinans Chriſtũ, à quo crucis vitæ fera in terra plantata eſt arbor, per quem nunc eleuatum, adorantes ipſum, te magnificamus.

Exultent oemoris ligna vniuerſa, ſanctificata natura ipſorũ, à quo à principio plantatũ eſt Chriſto extenſo in ligno, per qoem nunc eleuatũ & adorantes ipſom, te magnificamus.

Sacrum excitatum eſt cornu diuinis cognitoribus capitis, omnium Crux in qua peccatorum intellectorom confranguntur potentiæ omnes per quam

quam nunc eleuatam adoramus Chriſtum & magnificamus.

Quæ per cibum ligni generi facta mors per crucem conſumitur hodie. nam pro genitricis omnis maledictio diſſoluta eſt ramo purę Dei genitricis, quam omnes poteſtates cœlorum magnificant.

Qui amaritudinem ligni non dimiſiſti imperditam Domine per crucem perfecte deleuiſti, vnde & lignum ſoluit olim amaritudinem aquarum Merrhæ præſignans crucis actionem, quam omnes poteſtates cœlorum magnificant.

In deſinenter tincto obſcuritate primo parente Domine per crucem eleuaſti hodie. vt enim errore valde incontinenter natura protracta eſt per glorioſe nos rurſus erexit lux crucis, quam fideles magnificamus.

Vt figuram oſtenderes mundo odoratam Domine crucis in ominibus tãquam glorioſam in cœlo formaſti luce multa illuſtri regi omnia arma in victa, ideo te poteſtates cœlotum magnificant.

COSMÆ HIEROSOLYMITANI
IN OCCVRSVM, VIDELICET IN SECUNDUM CARNEM ADDUCTIONEM DOMINI & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.
HYMNVS, 13.

Ἀχροςίχις Græca. *Per ſingulos huius Hymni Sonos ſequitur Alphabeti ordinem.*

IN terram, abyſſiperuni ſolum ſol conuerſus eſt olim, tanquam murus enim concreta eſt vtrinq; aqua populo ambulanti per mare, & Deo placide canenti canamus Dominu, glorioſe enim glorificatus eſt.

Spargant aquam nebulę. ſol enim in nebula leui equitans ſupra ſtetit puris volis Chriſtus in templo, vt infans. ideo fideles clamamus, canamus Domino, glorioſe enim glorificatus eſt.

Fortificamini manus Symeonis ſenectute laſſæ, & crura deſatigata autem ſenis recte mouemini Chriſti ad occurſum, chorum cum incorporeis firmantes, canam⁹ Domino. glorioſe enim glorificat⁹ eſt.

Scientia extenſi cœli lætamini, exulta autem terra diuinis enim ex finibus artifex veniens Chriſtus per matrem virginem Deo patri adducitur infans, qui ante omnia. glorioſe enim glorificatus eſt.

Firmamentum in te ſperantium firma Domine eccleſiam, quam ædificaſti pretioſo tuo ſanguine.

Primogenitus ex patre ante ſecula primogenitus infans puellæ incorruptæ Adam manum protendens apparuit.

Stultũ factũ deceptione primũ hominẽ turſ correcturus Deus verbum infans apparuit.

Terræ ptolem recurrentem hanc diuinitatis cõformem naturam conditor tanquam inuertibiliter infanteſcens oſtendit.

Texit cœlos virtus tua Chriſte ab arca enim profectus ſanctificationis tuæ incorruptæ matris in templo glorię tuę viſus es vt infans in ſinu latus & impleta ſunt omnia tuæ laudis.

Lætus ô Symeon ineffabilium antiſtes deipara clamabat quem à ſancto olim vaticinatus es ſpiritu infanteſcentem verbum Chriſtum amplectere clamans ei. impleta ſunt omnia tuæ laudis.

Quam ſperaſti ô Symeon coætaneum infantium gaudens ſuſcipe Chriſtum, Iſraëlis diuini conſolationem, legis factorem & Dominum, implentem legis ordinẽ. clamans ipſi impleta ſunt omnia tuæ laudis.

Spectans Symeon verbum ſine principio cum carne vt in throno Cherubico virgini inſidẽs, cauſam eſſe omnia, vt infans ſtupefactus clamabat ipſi, impleta ſunt omnia tuæ laudis.

Vt vidit Iſaias coniecturaliter in throno eleuato Deum ab angelis gloriæ deportatum, ô miſer clamabat ego præuidi enim corporatum Deum lumini inocciduo, & paci dominantem.

Sciens diuinus ſenex præuiſam olim Prophetæ gloriam, manibus matris verbum videns contentum ô ſalue clamabat veneranda. ſicut enim thronus contines Deum lumini inocciduo, & paci Dominantem.

Proflexus ſenex & veſtigia diuinitus tangens in expertis nuptiarum, & Dei matris ignem dixit portas ô pura. infantem borreo amplecti Deum lumini inocciduo, & paci dominantem.

Purgatur Iſaias Seraphim carbonem accipiens ſenex clamabat Dei matri tu tanquam forcipe manibus illuſtrabis me tribuens quem fers lumini inocciduo & paci dominantem.

Clamauit tibi intuitus ſenex oculis ſalutem, quã populis ſupraſtetit ex Deo, Chriſte tu Deus meus.

Sion tu lapis indepoſitus es imperſuaſis præciſionis, & ſcandali petra infracta fidelium ſalus.

Firmiter ferens characterem eius qui ante ſecula te genuit mortalium ob miſericordiam nunc ægtitudinem circumpoſuiſti.

Filium altiſſimi, filium virginis, Deum puerulũ factum qui adoraui, me nunc dimitte in pace.

Te qui in igne rorificaſti pueros, qui theologizarunt. & qui in virgine incorrupte habitaſti Deum Verbũ laudamus piè canentes benedictus es Deus patrum noſtrorum.

Adæ declaraturus abeo ad inferni ſe continenti, & Euæ allaturus bonum nuntium Symeon exclamabat cum Prophetis ſaltans. benedictus es Deus patrum noſtrorum.

Genus puluereum liberaturus Deus vſque ad infernum veniet captiuis autem præbebit omnibus miſſionem, & viſum cæcis, vt adinuicẽ clamẽt, benedictus es Deus patrum noſtrorum.

Et tuum cor ô incorrupta gladius pertranſibit Symeon deiparæ prædixit, in cruce videntis tuum filium, ad quem clamamus, benedictus es Deus patrum noſtrorum.

Intolerando igni vniti qui diuina pietate ante ſteterunt iuuenes flammę autẽ illęſi diuinum hymnũ canebant, benedicite omnia opera Dñi Dominũ.

Populus Iſraelis tuã gloriã Emanuelem videns puerulum ex virgine ante faciem diuinæ arcæ nuc ſalta benedicite omnia opera Domini Dominum.

Ecce Symeon exclamabat contradictorum ſignum, hic erit Deus, ens & puerulus. huic fide canamus, benedicite omnia opera Domini Dominum.

Vita cum ſit hic, erit caſus incredentibus infanteſcens Deus Verbum, vt reſurrectio omnibus in fide canentibus, benedicite omnia opera Domini Dominum.

In lege, vmbra, & litera, figuram perſpeximus

fideles. omne maſculinum vuluam ad aperiẽs, ſanctum Deo, ideo primogenitum verbum patris ſine principio filium, primogenitum matri ſine viro magnificemus.

Iis qui olim nouigenarum turturum par, dualitáſque erat pullorum, pro quibus diuus ſenex, & caſta Anna propbetiſſa ex virgine partæ, & magnę proli patris in templum venienti ſacrificant tuagnificantes.

Retribuiſti mihi clamabat Symeon ſalutis tuæ Chriſte lætitiam, ſuſcipe tuum ſeruum vmbra laſſum ſenem, iuuenem gratia, ſacrum pręconem, diſcipulum in laude magnificantem.

Decenter gratias agebat Anna prophetizans, caſta, & ſancta, & veneranda hero in delubro manifeſtè, deiparam autem præconizans omnibus præſentibus magnificauit.

MARCI EPISCOPI IDRVNTIS: IN MAGNO SABBATO HYMNVS.

Αἰκροστιχὶς Græca. Καὶ σήμερον δὲ.

Et hodie autem.

VNDA MARIS contegentem olim perſecutorem tyrannum ſub terra contexerunt ſeruatorum filij, ſed nos veluti iuuenculæ domino canamus. glorioſè enim glorificatus eſt.

Domine Deus meus funebrem hymnum & ſepulchralem cantum tibi canam. ſepultura tua mihi ingreſſus ad aperiẽti & morte mortem, & infernum mortificatori.

Superius te in ſede, & inferius in ſepulchro ſuper mundana & ſub terrena intelligentia ſaluator meus vibrabantur mortificatione tua ſupra mentem viſus es enim mortuus vitæ author.

Vt tua gloria omnia repleas deſcendiſti in ima terræ, abs te enim non abſconſa eſt ſubſiſtentia mea in Adam, & ſepultus corruptum me nouificas humanæ.

Te qui in aquis ſuſpendiſti omnem terram incontentibiliter creatio conſpicata in caluaria ſuſpenſum, ſtupide continebatur, nõ eſt ſanctus præter te Domine clamans

Signa ſepulturæ tuæ oſtendiſti, viſus multiplicans, nunc autem ſecreta tua diuinitus manifeſtati & his qui in inferno ſunt Domine, non eſt ſanctus præter te Domine clamant.

Explicaſti palmas, & vniſti quæ prius diuiſa erãt correptione autem ſaluator in ſindone & monumento, deuinctos ſoluiſti, non eſt ſanctus præter te Domine clamamus.

Monumento & ſigillis non capiendus, contentus es voluntate, & enim vim tuam actionibus notificaſti diuifice cantantibus, non eſt ſanctus præter te Domine humanæ.

In Cruce tuam diuinam euacuationem præuidens Abbacum, ſtupidus clamabat, tu potentum ſcidiſti potentiam bone, verſatus his qui in inferno ſunt, tanquam omnipotens.

Septimam hodie ſanctificaſti, quam benedixiſti prius ceſſatione operum, profers enim vniuerſa & nouificas, ſabbatiſſans ſaluator meus, & recuperans.

Fortitudine præſtantioris deuincente te, à carne anima tua diuiſa eſt, lacerant enim ambo vincula mortis & inferni, verbum fortitudine tua.

Infernus verbum occurrens tibi, amarus factus eſt mortalem videns deificatum, maculoſum vibicibus, & omnipotentificem horribili formæ autem diſcordauit.

Deiparentia tua Chriſte erga nos compatienter facta, Eſaias lumine viſo ſine veſpere, de nocte vigilans clamauit, reſurgent mortui, & ſuſcitabuntur qui in ſepulcbris ſunt, & omnes in terra exultabunt.

Nouificas terrigenas, creator puluereus exiſtẽs, & Sindon & ſepulchrum ſuboſtendunt coexiſtẽs tibi verbum myſterium, decorus enim conſultor te gignentis cõſilium vaticinatur in te magnifice, nouificantis me.

Per mortem, mortale per ſepulchrum, corruptibile tranſmutas. incorruptibile facis enim diuidecentiſſime. immortalificans aſſumptum, caro enim tua corruptionem non nouit Domine neque anima tua in inferno mirabiliter relicta eſt.

Ex incorrupta profectus, & vulneratus coſtam, creator meus, ex ipſa effeciſti reformationem Euę Adam factus, ſopitus admirabiliter ſomnum viuificante, & vitam ſuſcitans è ſomno & corruptione tanquam omnipotens.

SCHOLARII ORATIO AD VNVM ET TRIVM PERSONARVM DEVM

DEVS SANCTE Sanctorum, omnipotens, ſempiterne, fortis Deus ſpirituum, & cunctæ carnis, cuius à facie tremit cœlum, & terra, & cuius nutui omnia obediunt elementa. In Vnitate Trinitas, & in Trinitate Vnitas Pater & Filius & Spiritus Sanctus. ſubſtantia ſubſtantificans me, vita viuificans me, lumen illuminans me, ſcientia ſcientificans me, ſuperſubſtantialis, ſuperuitalis, ſuperluminis, per ignote, te adorant, & glorificant omnia creata. & ego hodie ea quæ in te, fide flecto mei cordis collum ſub tuæ magnificentiæ pedes, gratias ago tibi, quoniam ex non ente me formaſti, quoniam ſecundum imaginem tuam & ſimilitudinem feciſti, quoniam pietatem donaſti mihi, quoniam myſteriis Eccleſiæ ſanctificaſti, quoniam

outus me à pueritia omnibus bonis tuis. & vnde mihi hæc factor cœli & terræ & abyſſi, qui bonorum meorum non indigentiam habes? vnde mihi hoc, quòd amaſh me? quid tibi dedi, & retribniſti mihi? vbi enim etam ante, quam fierem, vt & inciperem bonum? ſed tua gratia & factus ſum, & ſum, & innumerabilibus tuis donis ornatus ſum. tua ſolius gratia, tua bonitas hæc fecit. pro vno iſtorum non poſſum tibi? gratias agere quomodo pro tot gratias agã tibi? quomodo obſcuritas laodahit lumen? qnomodo ſtultitia veritatem? quomodo mortalitas immortalitatem? quomodo materia immaterialem? quomodo ſordes mundiciam? quis laudabit opera tua? quis nuntiabit landem tuam? verum ſuſcipis vt pater clemens noſtras preces. acceptas libenter puerorum tuorum gratiarum actionem. dignum fac me igitur gratias agere tibi & laudare te indeſinenter, & conglutinari continue amori tuo, gratias agere tibi pro multis & magnis beneficus, quibus nos bonoraſti, pro periculis, à quibus tedemiſti, ſæpe gratias agere tibi, & pro dulcibus, & moleſtis quoniam omnia bono iudicio feciſti, quoniam Dominus es, & herus animarum & corporum noſtrorum, vitæ, & mortis, ſanitatis & morbi, boni diei & mali diei, & omnium in manu tua bilances. lætaris benefaciens, & triſtificas admonens, & differs erudiendo, & ſolatis turſus renouans noſtram ſegnitiem gloria variç ſapientiæ tuç, gloria ineffabili potentiæ tuæ. laus infinitæ humanitati tuæ. guberna & telinquum vitæ noſtræ miriſſime dux, & vigilans gubernator. libera nos ab omoibus inimicis viſibilibus & iouiſibilibus. porrige manum bonam auxiliatricem extrahentem ex profundis aquis mundi tempeſtatum, & leuantem quæ in principio calamitates, guberna ipſe principium, quod nos credere feciſti, tu gubernator. nos gubernaculum, moueat nos iouiſibiliter manus tua, quo ipſa vult, quo ipſa nouit. non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me; ſed dextera tua, & brachinm tuum, & illuminatio vultus tui, fiat tua optime volnntas, & in nobis, ſicut in cœlo, & in terra, ne iraſcaris, ſi cadimus tu enim ſcis creationem noſtram Deus, ſi vis potes nos ſaluare, fac me velle, quod vis. ego enim & quod volo, non poſſum niſi tua me potentia fortificabit. conſolare meum cor ineffabili dulcedine tua, & intellectus futuri & ſempiterni in te gaudij meam leuet mentem, & dignare me poſt præſentem vitam percurrere ad te Dominum, & Deum meum ad videndum diuitias regni tui, & ad intelligendum faciem tuam perpetuo. fiat rex ſancte, Deus vere creator mi per preces ſanctiſſimæ Deiparæ, ſanctorum angelorum, & ſanctorum omnium. Amen.

THEOPHANIS IN ANNVNTIATIONEM SANCTISSIMÆ DEIPARÆ, HYMNVS.

Α'κροςιχὶς Græca. *Hymni ſequentis eadem eſt quæ ſuperioris.*

CANAT TIBI Regina mouens lyram ſpiritus Dauid progenitor tuos, audi filia lætam vocem ab Angelo. lætitiam enim annuntiat tibi ineffabilem.

Clamo ad te gaudens, inclina aurem tuam, & intende mihi Dei. annuntianti conceptionem ſine ſemine, inueniſti enim gratiam corãm Domino, quam inuenit nunquam alia quæpiam ô putiſſima.

Manifeſtetur mihi angele tuorum verborum vis, quo nam modo erit, quod dixiſti dic apertiſſime, quo nam modo concipiam Virgo exiſtens puella quo nam modo etiam fiam mater condentis.

Doloſe me loqui arbitraris, vt videtur, & gaudeo videns tuam ſecuritatem. confide Domina, Deo enim volente facile perficiuntur etiam inopinabilia.

Defecit Rex ex Iuda, tempus vero aduenit reliquum, ſecundum quod apparebit gentium ſpes Chriſtus. to autem, quo nam modo hunc pariam virgo exiſtens manifeſta.

Quæris à me ſcire virgo modum concepoonis tuæ, ſed hic inenarrabilis. Spiritus autem Sanctus opifici potentia tibi obumbrans operabitur.

Mea progenitrix ſuſcipiens cooſilium ſerpentis, à conſilio diuino in exilium miſſa eſt, quare & ego timeo ſalutatiooem admirandam tuam verens lapſum.

Dei antiſtes miſſus ſum diuinum ountiare tibi conſilium, cur me times puriſſima magis te timeotem? cur revereris me Domina te veneranter reoerentem?

Sacram quandam virginem parituram audiui Prophetam olim Emanuelem præuaticinantem. Deſidero antem ſcire quo nam modo diuinitatis commixtionem natura mortalium ſuſtinebit.

Annuntiauit rubus incombuſtus manens accipiens flammam ô gratia plena, valde laudabilis ſecundum te myſterium admirabile poſt partum permanebis. n. immaculata ſemper Virgo.

Illuſtratus lumine Dei omnipotentis, veritatis præco dico Gabriel veriſſima, quo nam modo inuiolata manente virginitate verbum pariam cum carne in corporeum.

Cum timore tibi vt ſeruus principi adſto, cum formidine ô puella, ounc nouiſſe veoeror te, vt pluuia in vellus deſcendit in te Verbum patris, vt voluit.

Cognoſcere tuorum non poſſum verborum

certitudinem, miracula.n. facta ſunt ſæpe diuina potentia monſtrificata, ſigna, & figuræ legales, peperit autem virgo ſine viro nunquam.

Miraris puriſſima & enim mirandum miraculum tuum, ſola. n. omnium Regem accipies in vtero incarnaturum, & te præfigurant Prophetarum dicta, & ænigmata, & legis ſigna.

Omnibus irreceptibilis, & omnibus inuiſibilis, quomodo hic poterit Virginis vterum habitare, quem ipſe formauit? quomodo autem & conceptam Deum Verbum vna ſine principio cum patre, & ſpiritu?

Ad tuum progenitorem Dauid pollicitus poſiturum eſſe ex fructu ventris ſupra ſedem regni ipſius, Iacobi te pulchritudinem ſolam elegit intellectuale habitaculum.

Verborum tuorum voce ô Gabriel lætificante accepta, gaudij diuini impleta ſum. lætitiam enim ſignificas, & lætitiam annuntias infinitam.

Tibi data eſt gratia ô Dei genitrix diuina, tibi aue omnis creatura clamat ô Dei nympha. tu enim ſola mater filij prælecta es pura.

Euæ igitur per me ceſſet condemnatio reſtituatur per me debitum hodie. per me debitũ antiquũ detur pleniſſimum.

Promiſit Deus Abrahæ progenitori benedicere in ſemine ipſius gentes ô pura. per te autem finem promiſſio accipit hodie.

Lumen immateriale annuntians cum materia corporis vniendum per miſericordiam multam. clare annuntiatio diuina præconia clamat mihi benedictus ô puriſſima fructus ventris tui.

Aue Domina Virgo, aue puriſſima, aue receptaculum Dei, aue candelabrum luminis, Adæ reuocatio, Euæ redemptio, mons ſanctum manifeſtum ſanctuarium, & ſponſarium immortalitatis.

Animam purgauit, corpus ſanctificauit, templũ fecit capax me Dei, habitaculũ à Deo iactum animatum templum aduentus ſanctiſſimi ſpiritus, & vitæ puram matrem.

Vt multilucam lampadem, & à Deo ſtructum thalamum video te, nunc vt aures arca legis datorem ſuſcipe ô ſponſa Dei qui bene voluit hominum liberare per te corruptibilem ſubſtantiam.

PHILONIS EPISCOPI CARPATHII IN CANTICVM CANTICORVM INTERpretatio ad Euſtathium Preſbyterum & Euſebium Diaconum, Stephano Salutato Piſcience interprete.

DE PHILONE CARPATHIORVM EPISCOPO EX MAGNI EPIPHANII CONSTANTIÆ CYPRI, EPISCOPI PER POLYBIVM DESCRIPTA.

QVI miſſi fuerant ab Imperatoribus (Honorium & Arcadium dicit) vrgebant Epiphanium vt nauigaret Romam. Erat autem quidam ex Oratoribus clericus, Philo nomine, vir ſanctus. Opus autem erat in Ciuitate Carpathy in ſede collocare Epiſcopum: Erátque is Diaconus. Hunc ergo ex Dei reuelatione Epiſcopum ordinat Epiphanius in ſede Ciuitatis & Eccleſia Carpathy. Cũ ergo Romam profecturus eſſet Epiphanius accerſit prius dictum Philonem, Epiſcopum, dátque ei authoritatem Eccleſiæ Conſtantiæ vt ſi fuerit opus clericis ipſe ordinaret. &c.

EX STEPHANI SALVTATI EPISTOLA DEDICATORIA AD NICOLAVM BARGILESIVM PRESBYTERVM BONONIENSEM.

NON vnus nobis Philo, ſed plures fuiſſe videntur, qui hoſce commentarios in Canticum Canticorum confecerint. Nam qui Philonis nomine circunfertur apud Græcos, breue admodum opuſculum eſt. Sed ſunt, qui velint ab Euſtathio quoque, & Euſebio, quorum rogatu Philo ipſe commentarium hunc confecerat, interpretatum eſſe, vnúmque ex tribus eſſe coniunctum. Quod an ita ſit, haud temerè auſim affirmare. Nam de Philone teſtis eſt Suidas hiſce verbis. Φίλων Καρπάθιος ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων.

PHILONIS EPISCOPI CARPATHII IN CANTICVM CANTICORVM INTERPRETATIO AD EVSTATHIVM PRESBYTERVM ET Euſebium Diaconum, Stephano Salutato Piſcience interprete.

Simil.)

QVEMADMODVM calcaribus eques ad curſum impellit equum, velocémque reddit, rectà & ire cogit: ſic nobis mens noſtra ad ſcribendi curſum, duorum præſtantiſſimorum hominum deſiderio voluntatéque vrgetur. quorum alter Diaconus, alter verò Presbyter, ad interpretandum Canticum Canticorum ſpiritali nos amore compellunt. Quòd & ſi difficillimum opus eſſe intelligo, noſtríſque viribus longè impar (Quis enim tã profunda myſteria ſatis fœliciter audeat?) haud tamen rectè tam honeſto & tam ſancto deſiderio

ſ/derio id negari poſſe video: quòd diminutioni amoris potiùs, quàm ingenij imbecillitati adſcribi poſſet. Quare vtrúque veſtrum hortor, non modò nos impellere & vrgere ad iterpretatio nis curſum, verùm etiam precibus à Deo optimo maximo noſtræ mentis rectitudiné deprecari: vt rectâ grad ẽtes, nullá in parté declinemus: ſicq; ſalutarem orationis fructũ noſtri laboris capientes irreprehẽſi-

1.Tim.3.a. biles, ſecundũ Apoſtolũ, euadam⁹: vtq; ſolùm Dominũ aſcen oré admittẽtes, ad vrbẽ beatorũ & immortaliũ nos quoq; peruenire poſſimus: nó quòd ita per nos ſane mereamur, ſed vt vni Deo bona omnia accepta referẽtes, ad propoſita pręmia côuolem⁹. Quę quidẽ ii facile adipiſci poterit, qui abie-

B ẽta omni rerũ humanarũ cupiditate, ſoli ipſi Deo mentẽ & animũ côſecrarit: tẽperãtięq; virtute, for-

Pſalm.1. titudinis, atq; iuſtitiæ ſeipſum illuſtrãs & prudẽtię, nihil aliud quá cœleſtia meditabitur. his enĩ virtutibus munitus anim⁹ atq; vallatus, iá Canticũ ſiue cãtica cãtic. ſacratiſſima myſteria penetrare poteſt. Ná qualia ipſa & quanta ſint, ipſa inſcriptio apertiſſime declarat. Nó enim ſimpliciter Cãtica appellãtur, ſed Cantica Canticorũ cœleſti quodã titulo inſcribũtur, vt hæc audiẽs ſtudioſus lector, Sancta

Exo.26.g Sãctorũ hęc eſſe dijudicet: nó enĩ Cãtica Cãticorũ

Leui.26.a modò, verũ etiá & Sãcta Sãctorũ, & Sabbata Sabbatorũ habemus. Ná vt olim Sãcta Sãctorũ maiora

C quędã cęteris, & ſacratiora myſteria occultũ quendã honoré pręſe ferebãt: hæc enim ſoli ſummo ſacerdoti ſemel in anno ingredi licebat: ſic & Cãtica Cãticorũ ſpiritalé & profundiſſimũ ex omnib⁹ ſacramẽtis, abdytiſſimũq; ſenſum totius ſacræ paginæ côtinere videntur: & vt Sabbata Sabbatorum, maioré quieté futuræ fœlicitatis atq; bonorũ, quá quę ex pręſentib⁹ bonis eſſe poteſt, myſticè declarãt (Sabbata enĩ Sabbatorũ, trãquillitaté ac pacem futuri ſęculi peruenientibus oſtentant ac tradunt, illícq; parata laborũ pręmia vberrimè effundunt) ita & hæc ipſa Cantica Canticorũ & mentes honeſtiſſimas hic ſanctiſſimè paſcunt, & ad ea lautiſſima

D conuiuia mirabiliter nos ite docent: quibus ijs ſolis licet accũbere: qui ſe hic dũ vixẽre, ab omni labe delictorũ atq; ſcelerum deterſerunt. Quare vt illa Sabbata Sabbatorum longè maiora his præſentibus exiſtunt: ita & hæc Cantica Canticórum ad maiorem quandam atque penitioré ſpiritalé intelligentiá pręcęteris ſacris ſcripturis omnib⁹ interpretãtes acceſſuros admonent: Ná cùm multa alia

Exod.15.a Cãtica in ſacris literis legãtur, vt illud Moſeos: Cãtemus Domino: glorioſè, &c. & alia multa: quæ in

Heſ.5.a lege veteri inuenire licet: Ná & Eſaię illud. Cantabo Domino dilecto Canticũ dilecti vineæ meę. Et

1.Regũ 2. illud Annæ: Firmatũ eſt cor meum in Domino: Et

E quęcunq; alia legũtur in Pſalmis, Cãtate Domino

Pſal.149. Canticũ nouũ: & cętera eiuſdẽ generis: Nulla tamẽ Cantica Canticorũ titulo prænotãtur: vt Sãcta Sãctorũ, & Sabbata Sabbatorũ: quò legentibus profundioré myſterij ſenſum quendam in his ſcrutandũ eſſe daretur intelligi: Ná neq, hæc Cãtica Cãticorum ita pręſcripta ſunt, vt à Solomone facta, ſed quæ caſu poſſidẽdi Solomonis eſſe dicãtur: is enim Solomon, vti noſtis, pacificus interpretatur: proptereà quòd omni viro Chriſtiano eidẽq; pacifico atq; trãquillo, nullo prorſus vitio perturbato, hęc Cãtica Cãticorũ ſcripta eſſe tradantur. Nó enĩ car-

A nis illecebris atq; corporis voluptate diſtentis hęc cômoda eſſe poſſunt. Ná niſi quis ſemet, animum, mentẽ, cogitationémq; ſuam omnem à carnis deſiderijs abduxerit, is ſe ab his Canticis Canticorũ, & Sanctis Sanctorũ, & Sabbatis Sabbatorum lôgiſſimè abeſſe intelligat. Contrà verò quicunq; carnis omni occaſione pręciſa remotiſq; atq; depulſis illecebris voluptatũ, mẽte trãquilla, corpore caſtus & animo, tẽperantięq; vitijs⁹ vallatus erit: is hæc Cantica Canticorũ intrepidè adire poteſt: huic enim nihil terreni ſapient, nihil carnale: ſed ômnia ſpiritali intelligẽtia referta planéq; pacifica (pax enim diligentibus legé tuá, nec eſt illis ſcandalum.) Pſal.118.

B Ceterùm vt in magnis ędibus ſunt veſtibula & atria, porticus atq; triclinia, laquearia quoq; ſplendidiſſima: interius verò prôptuaria, & quę cubilia appellantur, in quibus ſponſę cum ſponſis requieſcũt: ſiq; ſibi inuicem ſecretiora communicant: ita & in his Cãticis Canticorũ cœleſtis ſponſus Chriſtus Deus, pariter & homo, altiſſima quęq; ſecreta & profundiſſima myſteria ſuę fidei, proprię ſpõſæ Eccleſiæ ſcilicet, & fideli cuiq; animæ communicat ac profert: ipſa verò vt fidelis id fieri benigniſſimè deprecatur. Ait enim:

Oſculetur me oſculis oris ſui.

Tanquá à Paranympho edocta, vt ita dicã, à ſpõ- Cantic.1.

C ſo cœleſti miſſo ad ſponſam: cui formam & decorem ipſius ſponſi declarat ac enarrat: ſic exorditur fidelis anima ſeu ſponſa ipſa ſanctiſſima Eccleſia, diuini ipſius ſponſi pulchritudinis amore capta. mira enim ſponſus & incomparabili formoſitate præſtat. Nam & Eſaias eundem demonſtrans ait: Hic formoſus in ſtola ſua: & illud, Spe- Eſay.63.a

cioſus forma præ filiis hominum: Sic & Solomon de eodem allegoricè: Amicus fidelis protectio va- Pſal.44.a

lentiſſima: & idem, Amicus fidelis vitæ medicamentum, & Amico fideli non eſt commutatio. Eccleſiaſtici 6.b.

Dauid quoque cum eadem loquitur, dicens: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, Et

D concupiſcet rex decorus ſpeciem tuam: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus. Et Eſaias alibi huius legitimum atque ſanctiſſimum connubium Eſay.62.b

laudans, eidem loquitur, dicens: Quomodo lætatur ſponſus in ſponſa, ſic lætabitur in te Dominus. His igitur & aliis quàm plurimis per totam ſacrã ſcripturam vaticinijs ſalutis admonita ſponſa & cœleſtẽ pulchritudiné ſponſi edocta, exclamat ac dicit: Oſculetur me oſculis oris ſui. Tu verò quicunq; hęc audis aut legis ſpiritalia hęc omnia eſſe cogita. Sunt enim Spiritusſancti oſcula puriſſima, caſtiſſima, ſanctiſſima, planéque diuina, ſeptem gratiarũ dona atque cœleſtia: nihil carnale

E prorſus, nihil corruptibile, nihil turpe, nihil obſcœnũ, ſed honeſtiſſima omnia eſſe ducito: ne mẽs grauata crimine, aut aliquid voluptuosè cogitans, inde lętale vulnus accipiat, vnde ſalutaré medicinã & animi refectionem capere potuiſſet. Spiritale nanque oſculum cuncta carnis oſcula tam longiſſimè pręſtat ac ſuperat, quàm lux tenebras, quàm vita mortem, quàm ſempiterna peritura: vt enim corpus animale eſt, ita & ſpiritale, vtque carnis oſculum, ſic & ſpiritus: ſed illud terrenum & corruptibile: hoc verò cœleſte totum atque diuinum.

Quare terrena beneuolentia omnis & amicitia,

partim turpis partim honeſta eſt: Honeſta, quæ ex A legitimo matrimonio naſcitur liberorum cauſa: Turpis, quæ à fornicatione & luxu omni, illegitimáque voluptate manat. In hac miſeri verſantur omnes, qui non ſuis legitimis vxoribus contenti, alij turpiſſimè miſcentur: venerabile coniugium aſpernantur ac bonum: bonum enim ex bonis nuptiis omnino. Sed plerique aut adulterij, aut inceſtus, aut pellicatus ſcelere, aliiſue prohibitis luxuriæ fœtoribus deturpantur, horum omnium pernicioſiſſima eſt amicitia atque teterrima: hi enim lætalis œſtro voluptatis capti, ſibimet crudeliſſimi fiunt inimici, omniſque talis amor & amicitia in ſempiternas ipſis vertetur inimicitias, odiúmque peſtiferum: quandoquidem B occultorum omnium honorum atque malorum inſpector eſt Deus, eorundémque iuſtiſſimus remunerator atque corrector. Is enim vnicuique hominum, prout ſe geſſit in vita hac mortali & peritura, iuſtiſſimè rependet. bonis quidem bona quàm vberrimè donans: malis verò mala, quàm grauiſſimè reddens. Quare dum licet vnuſquiſque ſe à vitiis detergat ac purget virtutibus illuſtret, ad bene beatéque agendum ſeſe erigat, accendat, informet, & ſoli Deo placere ſtudeat. Nam quæ cœlitus nobis eſt amicitia ac charitas: hæc ſancta & immaculata ſempiternas C dulcedines & immortales habet planéque ſynceras, nec vllo temporis puncto defuturas, ſed maiori quodam cumulo ſeſe in dies augentes, infinitas odorum ſuauitates aſpirantes, & ineffabiles glorias ac laudes præ ſe ferentes, honores æquales angelis tribuentes, & quòd omnes omnium voluptates habet, & longiſſimè cuncta exuperat, per hanc demum Dominum Deum noſtrum amantiſſimum certè noſtri, viſuri ſumus. Hæc igitur nunquam ſatis laudata charitas Dominum adit intrepida, eidémque nos conciliat ac copulat: indéque nobis quicquid iuſtitiæ habemus atque fiduciæ, elargitur ac defert: nóſque hic pariter & in cœlis honorabiles reddit & glorioſos. Audi- D ſtis oſculorum differentiam, audiſtis diſcrepantiam, audiſtis, quàm inter ſeſe diſſimilia ſint atque diſtantia: cognoſcite nunc reliqua. Eia age ſponſa beatiſſima educere occulta, fuge noxia, apprehende ſalutaria. Oſculetur me oſculis oris ſui. hoc eſt filius oſculetur. Neque enim volo, inquit, à Prophetis exoſculari, amplius non à Patriarchis: ſed ipſe iam proximè accedat, & oſculetur me oſculis oris ſui: filius inquam ſupernæ intelligentiæ oculus ac verbum: non enim carnale eſt, quòd prædictum, ſed ſpiritale vaticinium à Prophetis legimus. non vult per os ſolùm Pro- E phetarum erudiri atque doceri, ſed ipſemet, inquit, appropinquet: iámque me filius ipſe inſtruat: magnus enim olim fuit morbus meus ac langor, clamat Eccleſia, vocat & ſponſa: non vili egeo curatore, ſed magnis mihi medicamentis opus eſt omnino: cœleſtem medicum voco, huius neceſſariò indigeo, ſine hoc vno pereo, ab huius ſola curatione conualeo, ab hoc verò mihi medicina ſalutaris ac certa. Maximum hunc ergo medicum planéque perfectum quærito, intollerabiles me tenebræ offuderunt, non iam caligo, non cæcutio, non offendo: ſed diu miſera cæcitate premor, denſáque caligine circúfundor ac grauor. Veniat igitur hoc lumen. lucerna enim lex & Prophetæ: vnde illud, Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen ſemitis meis. *Pſal. 118.* ſed illa me illuminare nequeunt, niſi mihi, quòd perfectum lumen eſt, illuxerit. Illud ergo ſydus ſplendoris immenſi, illud fulgentiſſimum mihi cæcitatem depellet omnem, tenebrarúmque caliginem, & viam commonſtrabit, qua reuertar in patriam: hoc legem præſtat: hoc Prophetas excellit. In ipſo deoſculari vnigenito deprecatur Eccleſia, rogat & ſponſa cœleſtis anima & fidelis. Os enim Dei patris eſt filius, propterea cùm Deus & ipſe ſit æqualis natura patri, verbum appellatur: quoniam quæcunque vult pater, per filium loquitur, creat, conditque ſimul ac ſeruat vnà cum diuino illo ſpiritu. Qui à patre filióque procedit. Sed cur oſculari velit aperit, cùm dicit:

Quoniam meliora vbera tua ſuper vinum.

Duo vbera, duo teſtamenta intellige, à quibus lactentur Eccleſiæ filij, lingua atque mente, corde & ore: ex iis enim verba veritatis exuguntur, quæ ad vitam perfectam ætatémque augentur. horum potio ſuper vinum & liquores omnes, non enim ex terra ſcaturit ac legitur, ſed è cœlo deriuatur & fluit. Ait enim, Expectetur vt pluuia eloquium meum, & deſcendant vt ros verba mea: hæc po- *Deut. 32.a.* tio illis ſalutaris ineſt, qui diuinis rebus intenti, ita mente ac lingua ſacras literas ſugunt, vtque in ventrem, ſic & in cor exucta coniiciunt, indéque doloríficas pœnitentias ſalutares peccatorum medicinas aſſumunt. vt enim duo vbera duæque mammæ hinc inde pectori affixæ, cor ambiunt: ita & duo teſtamenta ex Spiritu ſancto ſpiritalem nobis potionem diuini lactis inſtar effundunt, nóſq; ſuper delectationes omnes humanas ſanctiſſimè lætificant atque tuentur. nó enim hæc nos, vti vina, diſſoluunt (ait enim Propheta, ἐκκλησία, id eſt, multitudo potantium tanquam tenebris obducta corruit) ſed exultatione potant, ac replent, fidéque firmant, ne ruamus in terram, ſed immobili rectitudine cóſiſtamus ad Deum: quemadmodum, Hieremias in exceſſu mētis ob nimiam diuini eloquij *Hierem. 23.b* lætitiam raptus, ait: factus ſum veluti homo conturbatus, & qui occupatur à vino, à facie Domini, & à facie decoris gloriæ eius. Quare proſequitur enarrare ſui deſiderij cauſam.

Et odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.

Ad exhortationem Eccleſiæ arbitror Spiritum Sanctum talia ſuauiſſima odoramenta Domino accepta dicere, vt nos eiuſmodi diuini odoris ſuauitate capti, quæque grauiſſimè ſpirantia peccatorum ſcelera omnéſque malos odores omnium delictorum quàm diligentiſſimè & quàm celerrimè deuitemus, reſpuamus, abhominemur: ſuauitatem verò odoris Ieſu Chriſti iuſtitiæ, clementiæ, humilitatis nobis ipſis ac cæteris hauriamus: tunc enim odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata rectè dicet Eccleſia, clamabit & ſponſa. Hoc vnguentum ſuauiter à ſanctis diuina cum dignitate è ſacris literis deliquarum eſſe cognouimus. Nec enim quid ſibi velit hoc vos latere arbitror, tanta doctrina & ſanctitate viros: Scitis enim in ſacris eloquiis reges oleo ad regnadum inungi, ſimúlque & veteris teſtamenti ſacerdotes vnguēto ſacro perunctos ſacerdotium inire conſueuiſſe: Quare & reges & ſacerdotes ſecundum

dum legem vnguento perungebantur, vt quanta A
iam eſſet imperij atque ſacerdotij dignitas apertiſ-
Daniel. 2. ſimè pateret: quemadmodum Daniel ait. Exſci-
g. tabit Deus cœli regnum quod ſuperabit omnia
Pſal. 109. regna terræ. Et illud. Tu es ſacerdos in æternum
ſecundum ordinem Melchiſedech. Odor igitur
vnguentorum ſuper omnia aromata, vnguentum
ſuaue ſpirans, qualis in ſe eſt, talem effundit odo-
rem. Chriſtus ergo in cœlo, & in terra, ac mari
omnia continẽs regnum ſuum, & imperium om-
nibus & vbique bene ſanctéque olentibus ſuauiſ-
ſimè inſpirat: ſéque lucidè vel hic & apertiſſimè
per ſacras literas occultáque myſteria & aperta
mentibus humanis aperit: docet enim nos per ſa- B
cram paginam, nomenque ſuum quale ſit, & quã-
tum declarat, cùm dicit.

*Vnguentum effuſum nomen tuum: propterea adoleſcen-
tulæ dilexerunt te, & traxerunt te poſt te.*

Dicens autem diuina ſcriptura vnguentum ef-
fuſum nomen tuum, Chriſtum Ieſum appellat hu
manitate veſtitum. Dum enim vnguentũ effuſum
vocat, nomen Ieſu Chriſti, immenſam ipſius miſe-
ricordiam atque pietatem erga nos oſtendit. Tũc
enim verè effuſum, cum ſeſe noſtra mortalitate cõ
texit, vt nos ſua immortalitate donaret: tunc ſeſe
totum nobis per viſcera ſuæ pietatis effudit, cùm
pro nobis mori vel crudeliſſimè nõ recuſauit: ſua
enim ſponte ſe pro ſalute noſtra deuouit, per ſe o- C
blata eſt ſanctiſſima hoſtia, innocentiſſima victi-
ma, immaculatiſſimus agnus, ſacratiſſimũ holo-
cauſtum in ara Crucis ſalutiferæ vitæ noſtræ, vt
nos à ſempiterna morte redimeret. hoc eſt nomen
illud effuſum, ſumma charitas, ardẽtiſsimus amor
creatoris ad creaturã: mortalis veneræ, vt nos red-
deret immortales: paſſus eſt aliquãdo, qui ſemper
eſt impaſſibilis, ne nos ſemper pateremur: mortuus
Phil.2.a eſt ſemel, ne nos in perpetuum moreremur: deſcẽ-
dit ad ima, vt nos tolleret ad ſuperna, exinanitus
eſt Dominus, vt excellentiſsimè dominaretur &
ſeruus. Quale fuit quæſo & quantũ eſt hoc nomẽ
ſuauiſsimum, mellifluum planéque cœleſtè & ſa- D
lutare: lætare mater Eccleſia, tãti nominis, tánque
ſalutaris ſuauitate referta: exulta ſponſa diuiniſsi-
mo hoc vnguento perfuſa: Erumpe in gratiarum
actiones: age iã diues & clama, Vnguentũ effuſum
nomen tuum dilecte mi, vnguentum effuſum
Pſal.115. nomen tuum clementiſsime mi: Quid retribuam
Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Cali-
cem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuo-
cabo. Cùm igitur dicit.

Vnguentum effuſum nomen tuum.

Duobus modis poteſt intelligi. Nam vt ex effu-
ſo vnguento tota domus bene redolet: ſic & Do- E
minus noſter Ieſus Chriſtus cùm ad nos deſcẽdit,
vimque ſuam & poteſtatem Apoſtolis tradidit, to-
tus mũdus pietatem ſanctiſsimè inoluit quemad-
modum vnus ex iis Paulus Apoſtolus exclamat di
2.Cor.2.d cens. Chriſti bonus odor ſumus, ſaluandis quidẽ
ad ſalutem, perdendis verò ad damnationem: Illis
ex morte in mortem, his verò ex vita ad vitam, Er-
go idem odor aliis mortem, aliis ſalutem & vitam
affert, mortẽ certè perſequẽtibus Apoſtolos ipſos
attulit, affertque quotidie, quicũque bonos iniu-
ſtè vexant ac torquent, vitam verò atque ſalutem
præbuit. Credentibus ipſis piéque & iuſtè & ca-
Mar.14.a ſtè viuentibus in domino. Ecce vnguentum effu-
ſum in idipſum, cum & Maria Magdalena ſanct. A
Eccleſia & anima peccatrix contrito alabaſtro vn-
guenti dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex in- Ioan.12.a.
timi cordis amore perunxit. Vnde & illud vnguẽ-
tum ſic effuſum nomen habuit, vt dominus dixe-
rit. Amen dico vobis vbicunque prædicatum fu- Mat. 26.a
erit hoc euangelium, in toto mundo prædicabitur:
& quod fecit hæc narrabitur in memoriam eius,
& his duobus modis arbitror exponi poſſe hunc
locum, vbi ſacra ſcriptura dicit.

*Vnguentum effuſum nomen tuum, propterea adoleſcen-
tulæ dilexerunt te nimis.*

Nam poſtquam Deus noſter in carne apparuit
ſuæque diuinitatis odorem hominibus imparti- B
uit: cœperunt tunc animæ iuſtorum nomen ipſum
effuſum in cordibus ſentire, ipſúmque vehemẽter
amare. Neque cenſendum eſt nunc ſolùm adoleſ-
centulas fœminas, hic à diuina ſcriptura ſignifica-
ri: ſed & inter mulieres adoleſcẽtulas inueniri, nõ
quidem corpore: nã corpus nihil ad ſalutem. Ca-
ro enim occidit, ſpiritus autem viuificat: ſed fide Ioan.6.d.
adoleſcentulas adhuc eſſe. Vide adoleſcentulã illã, 2.Cor.3.d.
quæ quidem corpore erat imbecillior, Sanguinis
enim fluxum patiebatur: ſed animæ fide valentior Mat 9.c.
ac fortior. Quæ cùm extrema veſtimentorum Ieſu Marc.5.c.
tetigit, ſanguinis profluuium ſiſtit, nõ vi corporis: Luc.8.f.
ſed animæ fidelis virtute ac robore. Non enim cor C
pore iuuẽcula: ſed nouello admodum adhuc fidei
cogitatu ſuæ infirmitatis morbo finem impoſuit.
Hæc adoleſcentula traxit ipſum à tergo tangens,
vt & in illa impleretur, quod ſcriptum eſt.

*Propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, atque traxerunt
te poſt te.*

Et altera rurſus adoleſcentula à tergo clamabat Mat.15.c.
Ieſum nomine Chananæa, genere verò Syrophœ- Marc.7.
niſſa, Adoleſcentula quidem fide: at diſcipuli dice- c.d.
bant: Dimitte eam domine, quoniam poſt nos ac-
clamat. Et ipſa ergo Ieſum à tergo traxit, ad quam
quidem ille ait. Non eſt bonum eripere panem fi-
liis, & illum dare catulis: Cui adoleſcentula ad-
huc fide innouata tamen diuino ſpiritu ac fide, v- D
tique domine reſpondit: Etenim & catelli paſcun-
tur micis, quæ decidunt de menſa ſui domini. Cõ-
templare nũc adoleſcentiam fidei vimque humi-
litatis inſpecta, quæ ita dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum traxit à tergo, vt illius omnino miſere-
retur: hæ duæ adoleſcentulæ, altera profluuio ſan-
guinis affecta, Syrophœniſſa altera: hæc quidem
immũda ſecundum legem, vt mundaretur omni-
no: illa verò alienigena, vt ſui morbi dolorem ſe-
daret atque languorem. Ambæ igitur Ieſum à ter-
go traxerunt hæ duæ adoleſcẽtulæ, ipſius vim atq;
poteſtatem ſupplices deprecantes, & ex fidei ro- E
bore infirmo quoque corpori remedia ſalutaria
ab eodem pietatis fonte hauſerunt: ita, vt per ipſa-
rum iam firmiſſimam fidem propriè & de illis cla-
met Apoſtolus. Cùm infirmor, tunc fortis & fir- 6.Cor.12.
mus ſum. Corporis enim imbecillitas vim fidei d.
declarauit.

Propterea adoleſcentulæ dilexerunt te.

Non ſolum curatæ intellectu fidei mulieres,
verumetiam & notæ adoleſcentulæ atque maio-
res, quàm ſupra dictæ, longéque fortiores, quàm
quæ ſanatæ ſunt corpore, Animæ ſanctorum mar-
tyrum poſſunt intelligi, quæ quidem valentiſſimè
contra iniquitates firmiſſimis aſſiduæ memoriæ

cogitatibus, vim inexpugnabilem inſuperabiléque robur thorace fidei armatæ tenentes victoriæ præmia ſunt adeptæ, florentiſſima fide conſer-
2.Thi. 4.b uata, certaminiſque ſtadio quàm celerrimè decurſo, Apoſtolicum illud exclamantes. Curſum perfeci, fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, & quæ ſequuntur.

In odorem vnguentorum tuorum currentium.

Vna eſt Eccleſia & multitudo fidelium: In Chriſto enim Ieſu multi ſumus & vnum: multi numero, vnum fide, vnum ſpe, vnum, charitate, omnes in idipſum: Vide currentes omnes in odorem myſteriorum Chriſti Ieſu. Cùm enim reliquias Martyrum, cùm exempla Sanctorum videre & imitari contendimus, tunc in odorem vnguentorum Chriſti Ieſu currimus: Cúmque lætatur & gaudet bonitate fidelium multitudo: Chriſtúmque gerit Eccleſia, & de ſuo ipſius ſponſo ſemper exultat, in eodémque gloriando & gratias eidem ſemper agendo, grata memórque omnino exclamat & dicit.

Introduc me rex in promptuarium tuum: exultabimus & lætabimur in te.

Promptuarium regis eſt vbi Theſauri & res omnes precioſæ reponuntur: ſed hoc cœleſtis regis illud primùm apertiſſimè demonſtrat corpus, in quo ſibi domicilium fabricauit, Deinde & cœlo-
Mat. 5. a rum regnum. Cum igitur Saluator ait. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Iure ac rectè, vt prædictum eſt, ex voce veritatis, hi regnum cœlorum ingrediuntur, qui Iuſtitiæ tuendæ & cõſeruandæ cauſa hic affliĉtantur. Propterea in ipſo exultant atque lætantur dicentes. Exultabimus & lætabimur in te, videntes ſempiterna gaudia nuptiarum, & quæ ſibi ante mundi conditionẽ præparata fuerant, iámque ſibi data promiſſa dicunt.
Mat. 25. c. *Diligamus vbera tua ſuper vinum.*

Quod eſt amemus duo teſtamenta, per quę nos Dominus erudiuit, per quæ & in cœleſte promptuarium nos induxit. Quoniam per duo ipſa teſtamenta cœlorum regnum conſecuti ſumus. Cõſpice & vetus & nouum teſtamentum, videbis ab his impelli volentes pati prò iuſtitia & Chriſti Ieſu nomine, firmámque atque perfectam ab iiſdem
Eccl. 4. d viam cœleſtis vitæ commonſtrari. Audi iã quæſo ex vetere ſapientiam ſuã cùm dicit: vſque ad mortem pro veritate pugnaui: ſimilia & in nouo, in E-
Mat. 10. c. uangelus ipſum Dominum dicentem audi. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animæ verò
Eſa. 66. b. nihil obeſſe poſſunt. Audi & vetus dicens. Audite verbum Domini, qui tremitis ſermonem eius, di-
Mat. 5. g. cite odientibus vos, fratres noſtri eſtis. In Euãgelus autem ex ore ipſius domini, audi. Diligite inimicos veſtros, & benefacite iis qui oderunt vos.
Exod. 3. a. Ex vetere quoque illud. Si occurreris iumẽto inimici tui, quod ſub oneri ſuccubuerit, ne tranſie-
Mat. 5. g. ris: ſed illum adiuuabis. Vnus enim & idem legiſlator in vtróque teſtamẽto, Benefacite, inquit, iis, qui oderunt vos. Duæ ergo mãmæ ipſius, duo teſtamenta vocata ſunt: & ex vno immortali fonte profluuia ſpiritus ſancti lactis emanarunt. Ideóq; dicunt in promptuarium Cœleſte introducti. Diligamus vbera tua ſuper vinum. Nunquid tale quippiam vini liquor efficit quod immoderatè ſumptum, caliginem mentis incutit. At duo ipſa teſtamẽta cœleſtia ſanè luminaria animum in bonis offirmant, ſtabiliunt fidem, roborant charitatẽ Dei ac proximi, & ad Cœleſtia regna producunt: ob idque clamant.

Recti dilexerunt te.

Cum omnia diuinæ ſcripturæ verba rectiſſima ſint, tamen huius ſanctiſſimæ plenæque myſteriis paginulæ rectiſsimus eſt ſermo, cùm de rectitudine cordis maximè ſentit: ait enim:

Recti dilexerunt te.

Niſi cordis rectitudo ineſt, fruſtra vnigenitum amabis. Opprobrium enim peccatorum ſapiẽtia. Cor autem rectum diligit ſapiẽtiam. Eſt autem rectitudo continere ſe ab omni ſpecie delictorum, conſcientiam ſuam cum Dei lege conformare, eiuſque mandata omnia intento corde perficere. Nam, vt inquit Dauid: In conſilio rectorum, & cõ *Pſal. 110.*
gregatione magna opera Domini. Fugienda ſunt ſcelera, vitandæ prauitates. Sequitur enim:

Nigra ſum, & pulchra.

Nigra vel fuſca propter delicta, formoſa ob pœnitentiam. Non corporis nigredinẽ, neque carnalem rurſus huius ſponſæ pulchritudinem: ſed nigram propter iniquitatem ſemet dicit. Denigrata enim valde fuerat in idolorum cultu cæteriſque ſuæ dementiæ & intemperantiæ erroribus.

Nigra ergo ſum & pulchra filiæ Hieruſalem.

Filias Hieruſalem arbitrur vocari à ſponſa propheticas iuſtorum animas, quibus quidem ſe peccaſſe confitetur, ſed illuſtratam eſſe ſui ſponſi humanitate atque clementia, quippe quæ de peccatis acceperit pœnitentiam. Videas hanc re vera nigredine circumfultam, ſed & pulchram factam ab Æthiope eunucho præconium vnigeniti per Philippum Apoſtolum ſuſcepiſſe. Vnde & Dauid cã- *Act. 8. c.*
tat: Æthiopia præueniet manum eius Deo. Sequi- *Pſal. 67 g*
tur adhuc, & ait:

Sicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Solomonis.

Cedar interpretatur teſtaceus, vel tenebræ ac mœrur, quoniã Cedaritę quacũque diſſipati ſunt, vt teſtatur Hieremias. Tranſite inſulas Chetim & *Hiere. 2. c.*
in Cedar mittite, & intelligetis vehementer an talia facta ſint, ſi mutant gentes deos ſuos. Cùm igitur ex illis eſſet & hæc, quæ idolis ſeruiebant, iãq; tamen cõfiteretur ſe noſſe Deum, ait: Sicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Solomonis. Ex Iudæis & Gentibus ſe ipſam appellans. Tabernaculis cedar, quos ex gentibus collegit, aſſimilat: pellibus verò Solomonis, quos à Iudæis fideles accepit, omnéſque diuinam miſericordiam conſecutos. Vnde proſequitur:

Nolite conſyderare me quòd fuſca ſim, quoniam circumſpexit me ſol.

Nolite deſpicere me, inquit, ob delictorum meorum nigredines, quoniam circumfulſit me Chriſtus ſol iuſtitiæ. Neque de ſenſibili hoc ſole intelligas quod dicitur. Non enim dixiſſet: quoniam hic ſol me circumſpexit, quando ſub vmbra nutriti magis dealbantur, ſed in ſtultis idolorum cultibus inſaniiſque verſata ante fidem ſe vita ac moribus tenebroſam fuiſſe intelligis. At fidem cõſecuta, ex ſola diuina miſericordia atque clementia à ſole iuſtitiæ Deo ſemet dealbatam eſſe lætatur, vt ſpecioſa præ filiis hominum propter ſacri fontis lauacrum typicè dicatur à Dauid, cùm vaticinatur: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus *Pſal. 4.*
tui

Pſal. 89. tui Domine. Et alibi: Et erit ſplendor domini A Dei noſtri ſuper nos. Et alibi: *Pſal. 138.* Vt tenebræ, ſic & lumen eius. Facta eſt igitur candore vitæ lucida, quæ antea tota tenebris obducta fuerat: idque per ſanctiſſimos Apoſtolos, propterea inquit:

Filij matris meæ in me pugnauerunt.

Sapientiſſimos cœleſtis regis bellatores filios ſuæ matris appellans Apoſtolos, ſanctam atque honeſtam pugnam, & longè humanæ paci præferendam, diuinóque zelo feruentem circa ſe feciſſe demonſtrat. Nam vide quid pro illa pugnet *Galath. 2. c.* Apoſtolus. Coram omnibus dixi Cephæ: Si tu cùm Iudæus ſis, gentiliter & non iudaicè viuere decreuiſti, propter Chriſtum & fidelium ædificium, quomodo Gentes Iudæos imitari compellis: B Talem eiuſmodique pugnam pacificam ac ſanctam in me ſanctiſſimè pugnarunt filij matris meæ. Nam & horum fortiſſimis virtutum prælijs inſuperabilique victoria demolita ſunt idôla, fugati dæmones, depulſa ſcelera, virtutes inſertæ, lux vitæ reſtituta animis, commonſtratúmque rectum iter redeundi ad patriam, & verum, & vnicum Dei filium totius humani generis redemptorem agnoſcendi, amandi, colendíque: & aſſequendi principium ac finem totius noſtræ beatitudinis, atque felicitas. Hi ſunt bellatores fortes, hi duces inuicti, hi equi in mare miſſi ad deturbandas C omnes omnium ſcelerum faces è profanis mẽtibus: & virtutes omnes inſerendas, vt iam per ſe multi poſſent vineam propriam cuſtodire, ſi memores Dei optimi Maximi beneficiorum eſſe voluiſſent. Sed multorum eſt incipere, perpaucorum admodum bene cœpta perficere. Permulti ea Iudæis, non pauci ea Gentilibus à fide miſerabiliter receſſerunt, recedúntque quotidie, quorum miſerabilem iacturam deplorat mater pientiſſima. Sed quid ſponſa cuiuſque Deo dilecti animæ num vineam ſuam non cuſtodit, non excolit, nõ feracem reddit, vt poſſit aliquando venienti Domino liquoris aliquid ſuæ deuotionis offerre? Nemo di- D lectus vineam Domini aſpernatur ac deſerit. Sed Iudæam intellige, de qua & paulò mox dicemus: nunc verò ad ſponſam, ſiue matrem quæ ſic enarrat:

Poſuerunt me cuſtodem in vinea.

De hac ſæpe in ſacris literis ſcriptum legimus, vt illud Euangelicum, de non reddentibus fructus *Matt. 21. d* miſſis à Domino ſeruis. Veniet Dominus vineæ, & malos malè perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddent fructus in tempore ſuo. Quod & Dominus confirmat, cùm ait ad illos: *Ibidem.* Auferetur à vobis regnum Dei, de hac noua ſpon- E ſa recordatus, quam nunc in Canticis alloquitur: & dabitur genti facienti fructus ſuos. Hæc ab Apoſtolis poſita eſt cuſtos in vinea, hoc eſt, in frugifero campo fidei. Nam & Iudæorum Synagoga idem confeſſa fuerat, ſed noſtra ab illis veniens in ſanctam Eccleſiam, de ipſa ſic loquitur:

Et vineam meam non cuſtodiui.

Hoc eſt, mandata legis meæ non ſeruaui, vt per confeſſionem delictorum veniam conſequatur a*Pſal. 58.* liquando. Ad veſperam enim conuertentur, interim famem patientur vt canes. Apoſtolos enim expulerunt, hos Eccleſia diuini verbi prædicatores accepit. Sicque ſponſa Chriſti facta, ſponſi A deſiderio & amore ardet, inquiritque officiis & ſanctiſſimis actionibus, meditationibúſque & intimis affectibus ad illum ipſum peruenire anhelat, Vnde ait:

Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.

A Prophetis olim prænunciata, maximéque à Dauid quærit nunc dominum ſuum noua ſponſa, quæ & per ſe ait: Diligam te Domine fortitudo *Pſal. 17.* mea: Sed vocata ac tracta prius intus eſt à ſponſo, quàm ſponſum ipſum cœpiſſet agnoſcere, vt inquit Paulus: Non quoniam ipſi dileximus Deum, *Ephe. 5. a* ſed quoniam ipſe dilexit nos, ſeque ipſum pro no- *1. Ioh. 4. d* bis obtulit, propterea amata redamat, & ait. B

Indica mihi quem diligit anima mea vbi paſcas, vbi cubes in meridie.

Hoc eſt, de hora ſuæ necis, quam paſſionem vocant, quando ab hora ſexta ad nonam vſque tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram: idcirco clamat, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, in quo quidem meridie, & vis æſtus maxima tentationum inſurgit, & ſæpe dilectos ſuos Dominus iuſto iudicio tentari ſinit: ſed nemo poteſt, niſi ipſemet ſpõſus, quem quærit ſponſa, ſe quærenti ſponſæ declarare. Quis enim inacceſſabilem lucem adeat? Quis infinitum verbum illud capiat, de quo ab homine verbum formari nequit. Ex ipſo igitur, & per ip- C ſum, in idipſum ſancta anima quærendo peruenit, aſſequitúrque quod auet. Quod & nunc vehemẽter optat, cúrque tam cupida ſit ſponſi, aperit:

Ne quando fiam veluti errabunda, & circumducar in greges ſodalium tuorum.

Hoc eſt, ne vnquam cum hæreticis atque ſchiſmaticis falſiſque Chriſtianis verſari incipiam & admiſceri, ob idque greges veluti brutorum rationis expertium appellantur, viuunt ſine ordine, ſine vera fide & charitate. O quot ſunt greges animalium immundorum, quot ſimulati & falſi Chriſtiani, qui ore quidem fatentur ſe noſſe Deũ, vt inquit Paulus, vita verò ac moribus apertè ne- *Tit. 1. d.* D gant. Hos quærit fugere ſancta anima, hos obhominantur iuſti, ab his declinãt recti, propterea reſpondet illi ſponſus, ac dicit:

Niſi teipſam noueris pulchram inter mulieres.

Quod eſt, niſi temet noueris qualis ſis, & qualis facta. Pulchram enim inter mulieres eam eſſe dixit. Nam inter hæreſes omnes & ſynagogas & conuenticula, tu ſola ſpecioſa es, & decora fide, ſpe, charitate, non quòd per te hæc habeas, ſed quòd à me gratis acceperis, ex ſpecioſo enim ſpecioſa præ filiis hominum. Typicè enim in ipſa *Pſal. 44.* propriam pulchritudinem vnigenitus per lauacrũ regenerationis accepit. Quare vtiliter vocat & E ipſam ait:

Niſi teipſam noueris quàm pulchra ſis inter mulieres, egredere poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos.

Niſi intellexeris, inquit, vbi ſis, vbi ſtes, vbi vigeas, vbi viuas: niſi ſciueris tuæ formæ gratiam, quam gratis accepiſti, abi poſt calcaneos gregum. Minax oratio, admonitorius ſermo, increpatiua verba. Vbi enim ignorantia, ibi dedecus & ignominia. Nam & ſuperius dixerat: Nequando fiam veluti errabunda & circumuager poſt greges ſodalium tuorum, vel in gregibus malis. Omnis anima errabunda vagatur, quam pondus ſpiritusſancti & Chriſti

amor ardens oon firmat ac roborat. Illa miſera anima multis & varus cogitationibus circumfertur, quæ ſoli Deo non adhęret, illúmque ſolùm amando quæritat honeſtatem vitæ ac morum. Illi ergo omnes in veſtigiis gregum, hoc eſt, in vmbris, in vanitatibus, in erroribus, in vitiis hominum gregalium & brutorum miſerrimè vagantur, & iacent, quos Chriſti amor & deſiderium non firmat ac paſcit, erigit ac fouet, illuminat ac beat. Ob id ergo monetur ſponſa ſeipſam diligenter agnoſcere, non negligere diuinam gratiam, non obliuiſci dona ſpiritusſancti, oon delectari oiſi in Domino ſponſo, & vero fine ſuo. Quod niſi fecerit, audiet minantem ſponſum, & dicentem:

Abi in veſtigiis gregum, & paſce hœdos meos.

Id eſt, niſi temet dignam præſtiteris mea gloria, paſces hœdos tuos, hoc eſt, animas peccatorum. Senſus corruptores ſpiritus, & malignorum mentes ac deſideria, carnis illecebras, atque turpiſſimas corporis voluptates. Sequitur enim:

In tabernaculis paſtorum.

Tabernacula paſtorum, conuenticula ſunt hæreticorum. Sed primò Iudęorum pertinaces mentes ac corda Chriſtum & Apoſtolos repellentium, intelligit. Qui enim pugnare neſcit in tabernaculis paſtorum, hoc eſt, euitare dolos ac fraudes diaboli, & malorum hominum vitas ac mores, hæreticorúmque inſidias: is demum immundas cogitationes omnes paſcit in corde gladiis tentationum mortaliter ſuccumbit: ſed bona anima, quæ Chriſti ſponſa fieri concupiſcit, quomodò ſe gerere debeat, admonetur à ſponſo, cùm ait:

Alibi equitatui meo.

Equis meis in curribus Pharaonis aſſimulaui te propinqua mea.

Arbitror eqoos ſuos, vel eqoitatum ipſios ioſtorum congregationem ſignificare: qualis Apoſtolorum fuit: quos veluti in mare miſit ad turbandas aquas, hoc eſt ſecoli hoius populos ad fidem coöuertendos, ſecundum illod Abachuc: Viam feciſti mari equis tuis, in luto aquarum multarum. Ob id equos appellatos, quòd velociter in ſtadio ſuæ pietatis curſum bene beatéque viuendo & prædicando coofecerint. Curribus verò Pharaonis aſſimilatur ſponſa, quoniam olim in idololatriæ cultu dæmonum miſerrimè vertebatur: vtque corrus olim ſuperbiſſimi Pharaonis obruti atque demerſi in mari Rubro perierunt: ſic & veteres ſponſæ nephandi mores, ſtultiſſima inſtituta, impijtitus, miſeræ illios vitæ quaſi rotæ per ſpiritus ſancti gratiam, & ſalutaris vndæ fluxus, fractæ ſunt & diſſipatæ, ad deúmque conoerſæ, vt renata fonte baptiſmatis piæ vitæ curſum vnà cum cœtu iuſtorum quàm celerrimè perficeret, vel breuiſſimo vitæ ſpacio, ſimúlque cum ſanctis veteris teſtamenti & nouæ legis remuneraretur: qood & idem Dominus in Euangelio teſtatur, cùm ſimilem mercedem donarit iis, qui vna hora, atque iis qui tota die laborarunt: ſicqoe tandem ad beatam terram, in qua cum ſponſo ſine fine lætetur, peruenit, cui bene dicitur, quod ſubiungitur:

Quomodò ſpecioſæ factæ ſunt genæ tuæ ſicut turturis?

Caſtitatis animal agreſte, gemibile, vno cóten- A rum mare, vel fœmina, ad prolem turtur eſt, quemadmodùm ipſa ſancta eccleſia, quæ agreſtis olim fuerat: nunc verò ſolum virom Chriſtum ſponſum habet, qui & hæc ipſi ſponſæ loquitur, ſicut & Paulus ſcribit: Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. Caſta igitur & ſancta debet eſſe ſponſa, ſancta quæqoe anima: & quandio abeſt à ſponſi præſentia, tandiu in eius amorem & deſiderium anhelare debet & gemere, ab omníque alieno affectu ſe continere, quaſi in genarum verecundia caſtitatem animi ipſo habitu, actu, inceſſu ac motu ſemper oſtendens: vt poſſit & id quod ſequitur, audire:

Et collum tuum ſicut monile:

B Per collum ſponſæ, prædicatores ſanctæ eccleſię demonſtrantur, quos primùm à Iudæa tanquàm monilia noſtræ fidei ornamenta accepit: nam ſuperiù per agreſtis animalis maxillarúmque ſimilitudinem gentium eccleſiam: per collum verò, Iudæorom fideles oſtendit. Scimus enim Iudam Thamar monile armillá ſiue dediſſe: vnde & ex Iuda natus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Qui ſponſam ipſam ornauit (quanuis olim fornicatam cum idolis) virtute ſpiritus ſancti ac gratia, caſtiſſimámque fecit & dilectam ſuam: vſque indies augeri poſſit & conſeruari, promittit ipſi alimenta virtutum, ſcripturarum ſcilicet ſanctarum diuina pabula exempláque ſanctorum ac martyrú, dicit enim:

C

Murenulas aureas faciemus tibi, cum variis notis argenti.

Vt enim aurum probatur igni, ſic & Chriſtianorum vita igne tormentorum & ærumnarú tolerantiá, qualis ſit, agnoſcitur. Nam benefacere & mala pati, Chriſtianorum eſt: Bonáque pro malis referre, proprium & ſalutare prorſos. Habet igitur eccleſia aurum in ſapientia probitatis, ærumnarum patientia & martyrum vita: habet & argentum in veræ prædicationis fide, & proximorũ charitate. His ornamentis opos eſt ſponſæ, vt dilecta ſit & chara ſponſo ſuo Chriſto Ieſu, cui neque amor proximi ſine amore ſui, neque ſui ſine amore proximi ſatis placere poteſt: vtrunque igitur ſancta anima, rectè amet oportet, vt ſuprá dicta ornamenta, digna ſit accipere. Sed notas illas argenti diligentiſſimè debemos animaduertere, ne dum per ſeruilem metum formidamus amittere terrena & peritura, cœleſtia perdamus & ſempiterna. Imitandi ſunt martyres, qui vt fidem Chriſti ſplendidiorem facerent, & conſeruarent, nulla pœnarum genera, quanuis ſæuiſſima extimuerũt. Nam quòd de martyribus intelligat, vide notas argenti ſeu puncta, ſiue ſtigmata eſſe appoſita poſt aurum: Quæ quidem ſtigmata ac notæ flagella ac tormenta pro Chriſto Ieſu paſſorum apertiſſimè declarant. Qood & Paulus confirmat, cùm dicit: Ego enim ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto. Sequitur autem:

D

E

Dum eſſet rex in accubitu ſuo.

Quaſi diceret. vſqoe ad regenerationem per cóuiuium cœleſtium nuptiarum hæc ornamenta argenti producentur: vt qoicunque verè Chriſti ſerui eſſe cupiunt, hi pro fide non ſolùm tẽpore perſecotionum & tormentorum, verumetiam & in tempore pacis per anguſtam & perfectam viam currere, & ſanctis actionibus martyres imitari debeant:

beant: Nam & ſponſa ipſa reſpondet ad ſponſum, & dicit:

Nardus mea dedit odorem ſuauitatis.

Quod eſt, in hæc bona dependiſti: Per nardum enim alabaſtrum vnguenti ſignificat, de quo Dominus apertè ait: Ne moleſti ſitis huic mulieri: bonum enim opus operata eſt in me, & quæ ſequuntur. Sic igitur grata ac memor ſponſa clamat ad ſponſum: Tu mihi dediſti ſuauitatem vnguentorum, hoc eſt, martyrum, & illuſtrium actionum efficaciam, decus & gloriam. Nardus enim dedit odorem ſuum, hoc eſt, martyrum, & nea tua ſeu paſſio martyres adhortata eſt pro te pati: nam & tu pro nobis paſſus es, ex ſequentibus autem dictorum conſonantia qualis ſit, agnoſcitur.

Faſciculus myrrhæ patruelis meus mihi.

Alibi frater & dilectus.

Statim commemorat ſanguinem & aquam, quę de latere Ieſu fluxerunt in die ſuæ necis. Manipulus myrrhæ frater meus mihi: per aquam enim & ſanguinem ex latere ipſius fluentes ipſe factus eſt mihi ſponſus, & ego illi met ſponſa: per ſanguinē quidem ipſum comparata & copulata eſt ſponſo, per aquam verò quæ de carne illius exiuit, ſacro fonte lota, & per ſpiritum ſanctum qui à diuinitate ipſius & patris eſt coæternus, & conſubſtantialis, vtrique párque diuinitate, ſponſa ipſi coniuncta & copulata. Quare ſequitur:

Inter vbera mea demorabitur.

Hoc eſt, inter duo teſtamenta eſt teſtimonium de myſterio meæ necis. Nam in veteri eſt vaticinium Heſaiæ dicentis: Tanquam ouis ad occiſionem ductus. Ex nouo verò Philippus Apoſtolus eum locum de Chriſto Ieſu, Eunucho reginæ Cādacis aperiēs apertiſſimè teſtatur, Hæc igitur vbera omni vbertate vberrima ſancta quæque anima ſponſi cupida exugit, in his ſe paſcit, ſaginat, confirmat: hęc eadem proximo ad ſalutem elicit ac premit. vnde ait:

Botrus Cypri patruelis meus mihi in vineis Engaddi.

Per botrum Cypri, humanitatem aſſumptam vnigeniti filij Dei dici arbitror & eccleſiam vniuerſam. Nam in ſalutem multorum effuſus eſt Chriſti ſanguis. Engaddi interpretatur ſons hœdi, vel mandatum. Quid ſons hædi, niſi peccatorum fœtor ac copia, priuſquàm fide purgentur, & ſacro fonte à ſordibus peccatorum abluantur, quibus olim mortales miſerrimè ſeruiebant, quibúſque anima mergitur in gehennam? Sed vt botrus dum maturat, voluptatem affert intuentibus: ſic qui cœperunt in Chriſtum credere, nondum tamen maturos fructus capientes, botro florenti comparantur: cùm verò iam maturi in horrum deguſtant, veram Chriſti fidem charitatémque induti, perfecti eſſe incipiunt, & ſponſæ nomine appellantur: hi ex gentibus & Iudæis ſunt fideles omnes. Quod Apoſtolus affirmat dicens: Electio conſecuta eſt, hoc eſt, qui ex gentibus & Iudæis electi ſunt. Nam & ſponſus ſacro fonte lotorum typum geſſit. propterea laudatur à ſponſa, cùm dicit:

Botrus Cypri patruelis meus mihi in vineis Engaddi.

Hoc eſt, in eccleſiis & animabus illis, quæ maximam hanc gratiam redemptionis ex diuina miſericordia conſecutæ ſunt, quæque mactatis hœdis vitiorum, laſciuiis omnibus ac pompis, & mandata Dei feruenter obſeruātes die noctúque, ſyncero corde illi ſoli ſeruire atque placere conātur: laudantes ſponſum, quòd tali ac tanta gratia ſuam ſponſam es ornarit, cui & hæc dicit:

Ecce pulchra es propinqua mea, ecce formoſa es.

Duplici laude celebrat ſponſæ pulchritudinem, cùm dicit: Ecce pulchra es &c. vt non modò extrinſecus eam formoſam eſſe oſtendat, verùm & intrinſecus decoratam internis quidem ſanctiſſimis fide cogitatibus, honeſtiſſimis deſideriis, diuiniſſimis meditationibus cordis, externis vero recto iuſtitiæ & actionum, oculorum intuitu, ſtatúque vitę, & ordine rerum gerendarum compoſito, honeſto, ac ſancto, irreprehenſibilique omnino. Quæ quidem ita ſe habere, ſequentia probant, cùm honeſtatem oculorum ipſius commēdat, dicens:

Oculi tui columbæ.

Non huius quidem ſenſibilis, ſed illius cœleſtis & ſpiritalis ſpiritus ſancti, quem in columbæ formam, in ſponſum ipſum deſcendiſſe nouimus. Acerrimi enim viſus, acutiſſimi ſenſus, probatiſſimi officij, atque prophetici intellectus & ſapientiæ, ſpiritus ille eſt columbæ cœleſtis, cui hanc modò ſponſus comparauit, ad quem conuerſa ſponſa reſpondit:

Ecce formoſus es patruelis meus & decorus, accubatio noſtra in vmbra.

Similem pulchritudinem de ſponſo, ſed longè maiorem prædicat ſponſa. non enim ſolùm pulchrum, ſed & ſpecioſum appellauit in Euangelio: nam & pulcher quidem fuit in Propheticis, ſed in Apoſtolis decorus, pulcher in cuſtodia bonorum, quæ mihi promiſerat ante ſecula, formoſus in vberrima exhibitione promiſſorum. Accubatio noſtra in vmbra. Cùm enim inclinamur ad mortē, vitam æternam, pro temporali morte rependit. Nam de cætero tu noſtra vmbra eris, & protectio, clamat ſponſa ſecundum illud: Scapulis ſuis obūbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis, & ſub vmbra alarum tuarum. Ad te enim ſolum refugium noſtrum & protectio: Tu noſtra vmbra, tu defenſio, tu certa ſalus & vita. Dicamus cum Dauid: Etſi conſtitero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Trabes domus noſtræ cedri, & laquearia noſtra cupreſſina.

Vide quam hæc conſequantur antè dictis. Ecce pulcher in Prophetis, decorus in apoſtolis, dicit: Trabes domus noſtræ Cedri, hoc eſt, eccleſiarum Prophetæ: ait enim: Iuſtus vt palma florebit, & ſicut Cedrus in Libano multiplicabitur. Et laquearia noſtra cupreſſina, id eſt, Apoſtoli ſecundum Heſaiam dicentem: Et pro abiete mutabitur cypariſſus. Quoniam trabes interiores ſunt quàm laquearia: & à laquearibus trabes occultatur: delectatio autē & ornatus domus ſunt laquearia: propterea Prophetas primū trabibus comparat. deinde propter ornatum eccleſię, ab Apoſtolis ſibi collatum, laquearia cypreſſina noſtræ domus Apoſtolos ipſos, quos in eccleſia noſtra Dominus principes poſuit, appellauit. Vtq; reſpōderet ad illud Apoſtoli: Poſuit Dominus in eccleſia primū Apoſtolos, mox & Prophetas: præcedunt in eccleſia Apoſtoli Prophetas, proptereáque pulchra vocatā eſt ſponſa Chriſti. quæ & ita ſequitur, dicens:

Ego flos campi, & lilium vallium.

Tanquã iã grata facta, & accepta ſponſo, dum in illius verſatur amplexu & cultu mandatorũ, florẽ cãpi ſeipſam appellat. poſtq; prophetica vaticinia medita, audit Heſaiã dicentẽ: Lętare deſerta, arida, Exultet deſerta, & floreat vt liliũ, & efflorebit deſerta antiqua: ſed nũc non ſolũ florib⁹ redolet, ſed & iuſtitię fructus maxima ſuauitate replet, & ideo dicit: Ego flos cãpi, propheticis admonita & ornata vaticiniis. Quòd autẽ & liliũ valliũ ſe rurſus appellat, euangelicis atq; ſalutaribus & bene olẽtib⁹ verbis ſponſi maximoperè delectatur, cũ diſcipulos ſuos idem ſponſus ſine curis atque ſollicitudine rerum humanarũ eſſe iubet, dicens: Conſiderate lilia campi, Prophetarum vaticinia agnoſcit. Quapropter & ſponſus ad illam reſpundet, & ait:

Sicut lilium inter ſpinas. ſic propinqua mea inter filias.

Vt ipſam iuſtitia florentem in medio iniuſtorũ, & piam inter impios mundi verſantem laudat. ad quam & Apoſtolus hortando clamat: Vt ſitis filij irreprehenſibiles in medio generationis prauę atque peruerſæ. Multi enim nomine, ſed pauci re Chriſtiani, qui ſolo ore Chriſtũ confitentur, operibus verò nihil niſi humanas ſollicitudines ſectantur: ſoláque illa anima lilij candorem habet, quę neceſſariis tantùm vitę contenta ad cœleſtem pulchritudinem candore animi & corporis munditia aſpirat, ſéquemet & proximos quoſque rectę opinionis odore & vitæ ſanctitate reficit. huiuſmodi enim ſpõſam iam ſe dignam ſponſus mutuò laudat, & laudatur ab ipſa. ait enim:

Sicut malum inter ligna ſyluarum, ſic patruelis meus inter filios.

Malum & eſui aptum eſt & potui, vt ergo myſticam lætitiam deſignaret, quam ipſi ſponſæ elargitus eſt ſponſus dicẽs: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum: &, accipite & bibite, hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum: propterea malum appellari puto. Tria enim bona malum cõtinet: Eſum, per quẽ ſignificat Chriſti corpus: potum, quo ſignificatur ſalutaris Chriſti Ieſu ſanguis: & odorem, per quẽ fides exprimitur. Ad hæc humanum æterni verbi characterem eidem mala inter ligna verſantẽ comparat, ligno crucis appendens, tanquàm malum ſuauiſſimè redolentem, ait enim:

Sicut malum inter ligna ſyluarum, ſic patruelis meus inter filios.

Per filios Iudæos intelligit: ipſos enim filios in Heſaia vocat, dicens: Filios genui, & exaltaui. ipſi verò abiecerũt me. Ligna ſyluarũ homines ſignificant gentiles primũ: deinde cęteros omnes tam fideles, qoàm ſine fide, in quibus quicquid eſt præter Deum, noxiũ eſt uobis & mortiferũ: nam ſalutis verbum eſt in ſolo Chriſto, in quo ſunt omnia ſanctiſſima atque maximè ſalutaria noſtræ vitę & ſaluıis exẽpla atque remedia. In hoc ſolo cibũ ſaluris, quoties quærimus, inuenimus. In ipſius verbis & exemplis animas uoſtras fructu ſuauiſſimo atque ſaluberrimo reficimus. ipſe eſt qui dũ nobis ſemetipſum inſpirat, animã paſcit. In cæteris verò, ſi quid refectionis capimus, uon q̃ illorũ, ſe quod Chriſti eſt, ab illis ſumimus, quia quicquid in eis præter Deũ eſt, lætale nobis eſt prorſus atq; mortiferum. Quare rectè per ligna ſyluarum reliqui homines, per malum verò Chriſtus deſignatur. In cuius protectione & ſpiritus ſancti refrigerio cõcupiſcit ſpõſa, anima dilecta requieſcere, cũ dicit:

In vmbra ipſius vel tua concupiui, ac ſedi.

Vmbra ſponſi ſpiritus ſancti eſt protectio. qua qui munitur, ab ęſtu tentationũ adumbratur, eiúſque ſpirãte aura à calore noxio tẽperatur, ſed mãdata ſponſi ſeruare oportet, vt in tẽpore malo protegamur, propterea Eccleſia ſancta & anima legẽ perficere exoptat, vmbra enim & lex vnigeniti intelligi poteſt, quam & omnis anima piorum concupiſcit: gaudet enim ſe legis vinculis ſalutaribus adſtringi, cùm audit: Non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dixeris, honora patrem & matrem, & quæ ſequuntur. In his vmbris primũ peccatorũ ſed à tribus animę iuſtorum conquieſcere nituntur: ob Idque ſpõſa pariter & eccleſia dicit: In vmbra tua concupiui & ſedi. Nam & futurorum bonorum lex vmbram habuit, vt diuiniſſimus teſtatur Apoſtolus, quare & rectè proſequitur:

Fructus eius dulcis gutturi meo.

Qui enim ſub vmbra legis ſedent, certũ eſt, quòd & euãgelici fructus refectionẽ accipiunt. Sic enim & Dauid teſtatur, cũ inquit: Quã dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. & idem: Expectaui ſalutare tuum Domine, & mandata tua dilexi. Et, Concupiui ſalutare tuũ domine & lex tua meditatio me eſt. Cupiẽs ergo noua ſponſa ab obſeruatione legis ad perfectionem euangelicã peruenire. Clamat Apoſtolis, & dicit.

Introducite me in cellam vinariam.

In corpus Domini ſcilicet, commiſcete me illi, inquit per lauacrum regenerationis.

Ordinate in me charitatem.

Tunc enim mihi Deus infudit cœleſtis ſpiritus charitatem, quam vnigenitus enarrat dicen: Vſq; adeò dilexit Deus mũdum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Ordinatur autem charitas in anima fideli, ex diligenti obſeruatione mandatorũ, dum legit & meditatur ſcripturas ſanctas, ex quib⁹ fructu ſuauiſſimo paſcitur & interna quadã animi ſuauitate repletur, adeò vt in cellam vinariam, hoc eſt, in arcana diuinitatis cõtẽplando ſæpe rapiatur, indéque ſic edocta voluptates omnes rerum omnium humanarũ facillimè abhominatur ac fugit: ſed quoniam amandus eſt & proximus, intermittit quandoque propriæ mẽtis exceſſum, & ad proximorum charitatẽ flectitur, vt ſciat non ſibi ſoli datum eſſe donum ſpiritus, ſed & ad proximi vtilitatem: haud tamen deſerens quod proprium eſt & neceſſarium, vt poſſit & in his quæ ſequũntur admitti. ait ergo:

Seruate me in vnguentũ.

Hoc eſt, in omnibus diuinis Chriſti eloquiis cũ donis ſpiritus ſancti, nam ſeruaſtis in malis.

Sepelite me in numero iuſtorum, quoniam vulnerata ſum charitate.

Propter ſanctos martyres, per quos dilexit Chriſtum, vulnerata ob id ipſum quoque, mortem ſe libenter ſuſtinuit fatetur: tunc enim verè amatur Deus, cùm parati ſumus pro illo mortes ſubire omnes, nihil extimeſcere: nec enim nos ſumus quĩ patimur, ſed ille patitur in nobis. Ille nos intuetur & ſeruat, ille pro nobis prœliatur & vincit. Conſentit & illi quod dicitur: Moriatur anima mea in manibus iuſtorum. vnde ſequitur:

Laua

Laua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Per ſiniſtram præſentem vitam, vt arbitror, ſignificat: per dexteram verò, futuram, quæ propria iuſtorum eſt. Longitudo enim vitæ, inquit, eſt & animæ, in dextera ipſius: in ſiniſtra verò, diuitiæ & gloriæ. Nam & in præſenti vita perpetua bona præbet Eccleſiæ ſuæ cœleſtis ſapientia, ſecundum Prophetam dicentem: Dominus non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia & in futuro ſeculo longitudo vitæ per infinita ſecula, pleniſſimáque lætitiæ erit. Quam quidem Deus ſanctis ſuis in dextera ſua ſe daturum eſſe certiſſimè promittit in die illa, cùm ad ſponſam propriam ad dexteram conſtitutam dicit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum &c. ſic & dextera illius amplexabitur me, cùm me ſiſtet ad dexterā ſuam inſtar ouium diuinus paſtor, intra paradiſi paſcua locans. Sed hoc totum vt reliqua diuino ipſius beneplacito permittit, & ſummæ prouidentiæ, vt quando ipſa ſapientia & charitas velit, exurgat ad ſponſam. idcirco ſequitur:

Adiuro vos filiæ Hieruſalem in viribus & poteſtatibus campi, ne exuſcitetis, neque euigilare faciatis charitatem, donec ipſa velit.

Filias Hieruſalem, animas ſanctorum Prophetarum & Apoſtolorum vocat: illas in viribus & poteſtatibus campi adiurat, in diuinis miraculis ac ſignis, quæ ſumma poteſtas vnigeniti fecit in mundo. Campus enim vel ager mundus eſt, vt Dominus inquit: Adiurat inquam, ne excitent deſiderium ſponſi ad ipſam: Sed vt quando velit & ſecundum beneplacitum maieſtatis ſuæ pro illa terreſtri fungatur legatione redemptionis & iudicij. ideóque apertè intulit: donec ipſa velit. Deum & ſponſum charitatem appellat, ſecundum illud, Deus charitas eſt &c. poteſtates verò & vires ſeo robora & virtutes ipſorum Prophetarū & Apoſtolorum ſanctiſſimos mores, inſtitutáque bonæ vitæ, & exempla ſanctitatis, quibus claruerunt: quibúſque Eccleſia comparata eſt & aucta poſt ſanguinem Ieſu Chriſti, ſignificare arbitror. Ex his enim nata Eccleſia, & quæque fidelium anima, quomodò ſe ſponſo humiliter ſubiiciat, & quomodò omnia de ſe Deo permittat, docetur: ſuum tantum eſſe ipſius ſponſum puritate cordis, & totis viribus amandum atque colendum: proximum verò vti ſemetipſam charum habendum iuuandúmque omnino. Quæ omnia cùm ſtudioſè de ſe ſanctéque præſtiterit, tunc merebitur audire quę ſequuntur:

Vox patruelis mei.

Iam vocem ſponſi recognoſcit, iam ſe illi cordi eſſe intelligit. Ecce hoc illi damr poſt obſeruationem mandatorum quę eò cupit diſcere & conſeruare, vt illius intimam charitatem cóſequatur: quemadmodùm & ipſe per ſe in Euangelio aſſeuerat, dicens: Qui diligit me, mandata mea ſeruabit: rectè ergo. Qui vult vitam, ſeruet mandata. Qui cupit hunc habere ſponſum, omni ſe rerum humanarum cupiditate priuet, tunc enim dicet:

Ecce hic venit ſaliens in montibus tranſiliens colles.

In montes ſalit, hoc eſt, in Prophetas: Indéque rurſus tranſilit in colles, id eſt, in Apoſtolos: ſecūdum generationem enim & generationem ait ſa-

A pientia in animas ſanctas deſcendens amicos Dei & Prophetas præparat. Quòd autem Montibus Prophetę comparentur, & collibus Apoſtoli, manifeſtè teſtatur Eſaias, cùm ait: Erit in nouiſſimis diebus manifeſtus mons Domini præparatus in ſummitatibus montium, hoc eſt, in canticis Prophetarum, & exaltabitur ſuper colles, id eſt, ſuper Apoſtolos ipſos. Et rectè, vt enim ſol illucens primò faſtigia montium illuſtrat, & radiorum lucidas conuerſiones extendit, ſic & Chriſtus ſol iuſtitiæ lumen ſuę diuinitatis per vniuerſum orbem veluti fulgur emiſit: & primùm quidem in Prophetas & Apoſtolos radios ſuæ maieſtatis effudit, per quos ex orbe tenebras expulit ignorātiæ. Nec

B miremur montium appellatione Prophetas maiores videri Apoſtolis, quos colles diximus appellari. Nam vt montes altiùs attolluntur, colles verò humiliores ſurgunt: ſic Prophetæ Chriſtū in carne longiùs aſpexere, Apoſtoli verò manibus contrectarunt, vti eſt apud Ioannem de verbo vitæ: Quod nos & vidimus & contrectauimus &c. Minus enim Patriarchæ quàm Prophetæ de verbo vitæ intellexerūt, minus & Prophetæ, quàm Apoſtoli, qui ſoli ſibi illud pręſens, familiaréque habere meruerunt. Grandis certè fœlicitas, & ineffabile vitæ gaudiū, Deum rerum omnium conditorē oculis carnis potuiſſe videre, & manibus mortali-

C bus contrectare. Quòd autem Patriarchæ minus intellexerint, quā Prophetæ (Quippe qui longiùs hūc ſolem iuſtitię humanitate veſtitum aſpexere) teſtatur Dauid cùm inquit: Super omnes docentes me intellexi, & ſuper ſenes & cętera. De Apoſtolis nemini dubium, quin plus omnibus & Patriarchis & Prophetis id nouerint, cùm Dominus aſſeueret dicens: Multi deſiderarūt videre me ſcilicet verbum vitę incarnatum, quod vos videtis, & non potuerunt. Rectè igitur montes Prophetę, & Apoſtoli colles appellantur, à quibus omnibus, tamen adiuta ſponſa & illuſtrata, gaudet nunc de ſponſo, & ait:

D *Similis eſt patruelis meus dilectus capreæ hinnulóque ceruorum ſuper montes Bethel.*

Caprea animal eſt acutiſſimi viſus: dorcas ἀπὸ τοῦ δέρκειν dicta: hinnulus verò, celer & mitis, eruitque ſerpentes, & deuorat venenoſa: ideóque cognominatus eſt caprea, hinnulúſque ceruorum. Montes verò bęthel, gradus ac ſtatus excellentiſſimę iuſtitię ſeruorum Dei ſignificant. Nam & domus Dei Bethel dicitur. Sunt autem domus Dei iuſti omnes, vti ſcriptum eſt: Et habitabo in vobis, & inambulabo: itémque & Apoſtolis: Dei domus eſtis vos. Dilectus igitur ipſius, ſponſus ſcilicet Chriſtus capreę aſſimulatur, eò quòd corda

E omnium ſubtiliſſimè rimetur, & inſpiciat cogitationes omnes ſicuti dicit: Ego Dominus ſcrutans renes probās corda, num quę fecerit homo in occulto, non videbo? non intelligam? proptereà capreę comparatur à ſponſa & hinnulo ceruorum: nam & malorum cupiditates, ac vitia animę inflicta, omnéſque peſtiferos morbos animi pręceptis ſalutaribus pędicationéque ſanctorum, ceruorum inſtar extirpat Dominus ac tollit, inſeritque virtutes: deuorat etiam venenoſa omnia malignorum ſpirituum tentamenta, proſternit inſidias: denique mentes fidelium ſuorum maximéque humilium cuſtodit ſemper, atque cóſeruat

Qui quidẽ fideles ſunt omnes, qui per illius prædicationem in Christum crediderunt. A Et ſi per turturem Eccleſia quoque poteſt intelligi, & per terram patria beatorum. cùm enim ſponſa pro deſiderio ſponſi gemit, cúmque deprecatur aduenire, ſibi & opem ferre quàmdiu in hac valle lachrymarum peregrinatur, exauditur in cœlo clementiſſimè à ſponſa atque laudatur, vt fructuoſa. ait enim:

Ficus protulit groſſos ſuos.

Dulci fructus arbor ficus eſt atque ſuauis: pro qua Eccleſia ac ſponſa deſignatur, cui Apoſtoli groſſorum inſtar ſuauiſſimos ſermones & euangelium Ieſu Chriſti protulerunt. de quibus & B Hieremias vaticinatur dicens: ficus vtiliſſimæ. Sunt autem groſſi ficorum veluti præcurſores: quos Apoſtolos primùm fuiſſe ſcimus, deinde ficus. ex Iudæis enim tanquàm groſſi decerpti ſunt à Domino, poſt quos & Martyres, & doctores ſanctiſſimæ Eccleſiæ virtutum exempla charitatis, fortitudinis, & patientiæ ſuauiſſimam eloquiorum dulcedinem effuderunt. Ex quibus ſequitur, quod ait:

Vineæ noſtræ florentes dederunt odorem.

Rectè ſequitur, comparare vineis ſponſam Eccleſiam, quæ quidem per ſaluberrimæ doctrinæ ſanctitatem, & rectę fidei opera, per totum orbem C virtutum omnium odores ſuauiſſimè ſpirarunt. Sanctæ enim Eccleſiæ, & quæque fideles animæ non modò ſibi vtiles ſunt & profuturæ vitæ rectitudine ac morum, verùm etiam alios ſanctiſſimis exemplis & ſalutari Chriſtianæ doctrinæ verbo ad Chriſtum ire adhortantur & monent: ſicque & vineam ſui animi iuſtis manibus excolunt & ſuauiſſimo florum ſanctiſſimæ vitæ odore proximos delectant ac paſcunt. vnde meretur ſpōſa audire, quod ſequitur:

Surge, & veni propinqua mea.

Propinquã vocat ipſam ſponſã, propterea quòd ipſius amore è cœlo deſcendens, humana ſe carne veſtiuerit, eámque fide ſibi copularit, poſtquàm D ab omni iniquitate purgata ad amorem ipſius ſponſi ſurrexerat, ob eámque cauſam & eandem ſpecioſam columbam appellat. ait enim:

Pulchra es columba mea

Pulchra ob pœnitentiam, columba ſimplicitate vitæ, pro quibus rurſus inuitatur à ſponſo.

Veni columba mea in protectione petræ, & latitudo antemuralis.

Protectio & Petra hic ipſe ſponſus eſt: Petra quidem propter fundamentum fidei, quàm Eccleſia fundauit in ipſo: Protectio verò, quoniam ipſam protegens ab omni tentatione defendit ac E liberat.

Habens antemurale.

Antemurale autem legem appellat. nam latitudo murorum euangelia ſunt, ſecundum illud Eſayę: Ponet murum & circumſeptum, per quæ duplicem poteſtatem ſignificat ſanctos viros cuſtodientem, ne per inſidias ab iniquiſſima beſtia capiantur. habet igitur ſponſa & Eccleſia murum & antemurale, quo primo munimur ab inſidiis humani generis hoſtis. arcet enim à malis cùm dicit: Ne mœchaberis, & reliqua: deinde ſic munita per amorem ſponſi in Euangelicæ charita-

Appendix.

A tis arce, ſeſe quotidie ſanctiſſimè exercet, adeò vt intima ſponſi ſibi monſtrari deflagret dicens:

Oſtende mihi faciem tuam, & auditam mihi fac vocem tuam

Hoc eſt non ſolùm per legem & Propheta mihi loquaris, ſed iam totum te mihi declara. quod & Moyſes tali deſiderio captus, Domino auder dicere: Oſtende te mihi apertè, vt te videam. ſed tunc Moyſi dixit: Nemo videns faciem meam viuet, huic tamen ſponſæ. ſeipſum oſtendere volẽs nebulæ inſtar, ſe corpore circumtexit, ſub eóque ſemetipſum occulit, vt propriæ ſponſæ omnino ſe demonſtraret, per omnes omnium virtutum gradus, per patientiam & puritatem: vt pietatis for- B mam & exemplar humilitatis haberet. Ideóque freta illius immenſo amore dicit:

Oſtende mihi faciem tuam.

Quod tum certo pleniſſimè effecit, cùm de intemerata Maria ſemper virgine humana carne velatus mundo illuxit, ſuæque ſponſæ vocem ſuam notam fecit & certam, docens in monte oliueti, & euangelica præcepta per Apoſtolos in vniuerſum terrarum orbem prædicanda ipſi deſtinauit, & miſit: tunc enim primùm faciem vidit ſponſi, & vocem audiuit, cùm per prædicationem fidem accepit & charitatem, ſpémque futuræ veræ fœlicitatis agnouit. Ex quo debet quælibet fidelis ani- C ma non ſolùm voce confiteri, verùm & operibus comprobare ſe noſſe Chriſtum, vt qualis ſit fides interior per exteriora opera apertius innoteſcat. Nam ſi ſemetipſum & proximum ad bene beatéque agendum excitarit, & iuuerit, iurè poterit, & quæ ſequuntur edicere:

Vox enim tua ſuauis, & facies tua decora.

Suauis certè vox Domini dicentis: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Vox tua ſuauis, dicens cæcis: Secundum fidem veſtram fiat vobis. Vox tua ſuauis cùm dixit Paralitico: Surge, tolle grabatum tuum & vade in domum tuam. Vox tua iocunda quę di- D xit: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Vox tua dulcis, quando dixit: Filia fides tua te ſaluam fecit, vade in pace. Vox tua ſemper amabilis, dicens leproſo: Vis mundari? & ſtatim mundatus eſt leprâ. Vox tua iocunda, vento imperans, ac mari tranquillitatem faciens. Vox tua dulciſſima, Lazarum à mortuis reuocans, ac dicens: Lazare veni foràs. Vox tua ſuauis & nunquàm obliuiſcenda, cùm dixit: Ite & docete omnes gentes, baptizantes ipſos, in nomiue Patris & Filij & Spiritus ſancti: docentéſque ſeruare præcepta mea &c. Vox tua ſuauiſſima, dicens: Venite benedicti patris mei &c. Vox tua iocunda, quæ omnes E in ſua nece ſiue paſſione ſeruauit:

Et facies tua decora:

Cùm formam ſerui accepit, vt nos liberaret à ſeruitute peccatorum, & cùm transfiguratus in monte, vt propriæ diuinitatis gloriam corruſcaret, & cùm intimè agnoſcitur à ſponſa. Tunc enim decoram cognoſcimus eſſe faciem domini, cùm ad illius arcana diuinitatis deguſtanda per contemplationem puriſſimæ mentis acceſſimus, ſed euitanda ſunt mala. propterea ait:

Capite nobis vulpes, paruulas quę demoliuntur vineas

Hæreticos,inquit, capite qui vulpium vice nocte latentes paruas Eccleſias fidelium ſua prauitate corrumpunt, vaſtant, ac delent, Tales aquam turbidam ſemper epotant,vinum bonũ nunquàm ad ſatietatem:ijdémque fidelis Eccleſiæ,& orthodoxę palmites teneros adhuc & nouellos frangũt, ob idque paruulos eſſe in fide oſtẽdit nec firmos, quos hæretici demoliuntur à fundamento fidei: propterea compræhẽdi hæreticos ipſos imperat, & longè à vinea depelli.idcirco dicit:

Et vinea noſtra florent.

Quod eſt populi & fideles, quiq; bonum odorem iam ſuæ fidei & probitatis exhalant. per fontem enim ſacrum loti & per vitæ integritatem ad Dei charitatem, & proximi bene olent. ſed vt floribus qui naturam fragiles ſunt, & facilè cuilibet iniuriæ obnoxij, filij ſponſæ comparantur: ſic timendum eſt omnino ne ab ipſis hæreticis & malorum conſuetudine, quæ quàm plurimos perdit vel bonos interdum,tenelli in fide adhuc & imbecilli crudeliſſimè decerpantur. nam qui exercitati ſunt in via Domini & perfecti,hi veluti robuſtiſſimi palmites non facilè diuelluntur ab obtuſa falce hæreticæ prauitatis,de quibus ſequitur ſponſa:

Frater meus mihi, & ego illi.

Ipſe mihi ſapientiam, & ego illi cor dabo: ille mihi de cœlis ſapientiam, ego verò illi de gentibus fidei,ſpei,& charitatis fructus rependam.ſentio enim me ab illo vehementer amari, ob idque firmiſſimè illi ipſi ſemper adhæreo, vel ſi aliquot videam ab eius amore diſcedere ignorãtes, quàm ineffabilia ſint bona tua& ſemper ęterna,quamq; delectes te ſemper amantes.propterea ſequitur:

Qui paſcis inter lilia, donec aſpiret dies, & moueantur vmbræ.

Hoc eſt, qui inter pios iuſtóſque verſaris & caſtos; horum enim odore delectatur Dominus, cũ his eſt aſſiduè, eritque ſemper quàmdiu puritate cordis & corporis mũditia ſibimet & cæteris ſuauiter olebunt,cúmque dies aſpirabit,hoc eſt,iudicij dies aduenerit, in qua bonus paſtor clamat & dicit;Venite benedicti patris mei,percipite regnũ, tunc dies aſpirabit & mouebuntur vmbræ, quia vita æterna apparebit, & præſens vita quæ veluti vmbra fugit, finietur: omniáque vitæ præſentis opera & cogitationes,quæ iniuſtos exercent,præterihunt,tunc omnia occulta patebũt, tunc vnuſquiſque hominum qualis fuerit,apparebit. O veram diem illam,in qua nulla nox, nulla mutabilitatis vmbra, nullæ rerum vices inſunt, ſed omnia lucidiſſima,ſtabiliſſima,ęterna. Ad hanc vnam viri boni quotidie peruenire nituntur.Nam hæc tota tenebrarum caligine obducta, non ſinit nos lucem illam inacceſſibilem intueri,ſed caligamus in luce mundanæ varietatis:Ob ídque ſanctæ animę hinc euolare cupientes, ad illam æternam ſemper anhelant per cõtemptum rerum humanarum per iuſtitiam, & innocẽtiam, ſummámque cordis humilitatem. Quocirca cupida ſponſa dicit:

Conuertere patruelis ſimilis capreæ hinulóque ceruorum ad montes conuallium.

Conuertere dicit,à Iudęorũ ſinagoga in gentes, quoniam illi præconium euangelij ſalutaris diſciplinæ recipere noluerunt. Conuerte te ad gentes: Comparatus eſt autem capreæ hinulóq; ceruorũ propter acerrimum viſum, & velocem curſum ad

A omnes fines orbis in ſpecioſis pedibus Apoſtolorũ currens,de quibus Dominus prędixit in ſcriptura ſancta: Quàm ſpecioſi pedes euangelizãtium bona ad montes verò cõuallium dixit, quoniam mõtes conualliũ,ſunt animæ iuſtorum: Montes quidem propter iuſtitiæ,virtutis excellentiam: Conualles verò,quod veluti conualles verba fidei percipientes,ea fideliſſimè conſeruarunt. Dictus eſt autem capreæ ſiue dorcadis aſſimilis, non autem ceruorum.quoniam per ceruos Patriarchas intelligit,ex quibus eſt natus ſecundum carnem.

In cubili meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea. Quæſiui ipſum & non inueni, vocaui ipſum & non exaudiuit me.

B Cùm enim peccatis grauamur, tunc in anima dormimus in noctibus:hoc eſt,in ſceleribus & tenebroſis deſiderijs corporis voluptatum, nefandíſque criminibus torquemur, diu chriſtiani vocamur,ſed opera Chriſti non imitamur,non mites ſumus,non humiles,non pij,non iuſti, non miſericordes,non patientes ad omnes. propterea quærimus ſponſum,& non inuenimus,inuocamus,& nõ exaudit. Nam quomodò quæſitus inueniatur, & inuocatus exaudiat, ipſemet per Prophetã docet,cùm ait, Quærite Dominum, & in quærendo inuocate: cùm autem appropinquauerit vobis, C derelinquat impius vias ſuas, & vir iniquus cogitationes ſuas,& conuertatur ad Dominum,& miſerebitur illius.Si ita quæremus ipſum, tunc nos exaudiet: At ſi in cubili delictorum iacemus, & noctibus vitiorum offundimur, tunc à peccatis quærimus ipſum,nec inuenire poſſumus, neque ſi ſic inuocamus, exaudit. non enim nouit iniquis patrocinari Deus,nec obſtinatos peccatores exaudit. propterea dicit; Nunquid non poteſt manus Domini ſaluare?an nõ poteſt miſereri?ſed peccata noſtra diuiſerunt inter vos & ipſum. & ideo:

Quæſiui & non inueni:

Inquit ſponſa & mater Eccleſia in perſona peccatorum, vt eos admoneat abſtinendũ eſſe ab omD ni ſpecie delictorum. Nam qui deſiderat ſponſum Chriſtum Ieſum quærendo inuenire, inuentum poſſidere, poſſidendo frui,debet ſe quàmdiu viuit in hac valle miſeriarum,abſtrahere ab omni cupiditate rerum humanarum, nihil niſi neceſſarium humanæ vitæ,ídque bono modo & iuſto appetere ac velle, honores fugere,diuitias aſpernari, curioſitates hominum & rerum caducarum euitare, & quoàd fieri poteſt, in meditatione futuræ vitæ & deſpectione præſentis commorari, & quanuis in hoc mundo nemo perfectè poſſit ab omni rerũ perturbatione conquieſcere: anniti tamen debemus,vt precibus aſſiduis & ſtudio bonæ volunta- E tis diuinum auxilium ſemper implorãtes in cubilibus noſtris,hoc eſt,in cordibus & animabus, nihil niſi Deum ipſum habeamus,in eóque ſolo delectemur & quieſcamus, ſicque ſurgentes ab humanis ad diuina,quæremus ſponſum noſtrum, & facilè inueniemus vel in hac vita,ſed in futura verè poſſidebimus. ait enim:

Surgam & circumibo in ciuitate per fora & plateas, & quæram quem diligit anima mea. quæſiui enim & non inueni.

Nondum ſe illum inueniſſe dolet. & ſurrecturã ſe dicit,rurſúſque inquiſituram per orationes, & lacrymas.nam cur adhuc nũ inuenerit,cauſam per

ſeipſam

ſeipſam exponit, cùm ait: Surgam & circumibo in ciuitate per fora & plateas: hoc eſt, à præteritis vitæ meæ actionibus ſurgam, à malorum conſuetudine diſcedam, ab illecebris voluptatũ rerum omnium humanarum abſiſtam ac deſinam, diſcutiam conſcientiam meam, & diligenter examinabo per circuitum actiones vitę meæ. recogitabo annos vitæ tranſactæ, ſtudioſè quæram in ciuitate, hoc eſt, in Eccleſia, in ſcripturis ſanctis, in ſanctorum vitis & exemplis. Quomodò rectè ambulare ad te debeam, & quomodo hueuſque vixerim & ambularim. per latas enim & apertas peccatorum vias inceſſi, communes mores & conſuetudines aliorum imitata ſum: ob idque per fora & plateas dicit ſe diſquiſituram, ſecundum illud: cogitaui vias meas & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. In foris enim & plateis, exponuntur, venduntur, tractantur omnia corporis voluptati ſolummodo idonea ac grata, quibus animæ Chriſtianorum miſerabiliter captantur & óccidunt. In ijs ſe quoque verſatam confitetur, ab ijs ſe prohibitam, ne quærendo Dominũ inueniret. Arcta eſt enim via & anguſta quæ ducit ad vitã: ſed dum ita ſeſe caſtigat anima fidelis, & quę ſponſa eſſe flagrat, dum ſe vitámque ſuã, & mores ſuos omnes & actus recenſet ac iudicat, rectè meretur habere, quod ſequitur:

Inuenerunt me cuſtodes, & qui circumeunt in ciuitate, num quem diligit anima mea, vidiſtis?

Cuſtodes & circumeuntes in ciuitate, iuſtos appellat & Doctores ſanctos, Prophetas & Apoſtolos, qui mandata Dei cuſtodiunt, circumeuntes in cœtu fideliũ, ſi quem inuenerint cupidum æternæ vitæ, Dei peramantem, & illi ſoli ſeruire cupiẽtem; hunc enim erudiunt, inſtruunt, docẽt, ac monent, qua via ad ſponſum tutò peruenire poſſit, ſed voluntariè ſeruiendum eſt Deo, vocanti obediendum eſt actutùm, nõ debemus expectari diutiùs impelli, ſed noſtra ſponte interrogare, perquirere, indagari per ſcripturas ſacras, per exempla bonorum, per rectas prædicationes veritatis, per cõſilia ſalutaria, & admonitiones ſeruorum Dei, qua ratione ſponſum noſtrum inuenire, conſequi, & continere valeamus. His enim imbuta mens & fidelis anima incipit altiùs aſcẽdere & propiùs videre Deum. Ideò ſequitur;

Paululum pertranſiui ab ipſis, & inueni quem diligit anima mea.

Vt primùm à peccatorum nexibus ac labe liberati ſumus, & mundi, vtque à malis ad bona conuerſi ſumus: tunc inuenimus, quem anima noſtra diligit. ſecundum illud; Conuertere, conuertere ad Dominum, derelinque peccata, & odio vehementer habeas iniquitatem. Et iterum, cùm nobis annunciat bona: Derelinquat impius vias ſuas, ſicque incipiat ſcripturas ſanctas, & ſanctorum vitas diligenti ſtudio perquirere & imitari: vt quid de Chriſto ſenſerint, intelligat: intelligẽdo bene agat, bene agendo perſeueret: cúmque ſic ab illis ſanctè doctus, & rectè admonitus, mentis oculos ad autorem ſuum cœperit attollere, facilè inueniet, quem auebat, nõ modò in ſanctis illis omnibus, nõ in ſcripturis, non in factis ac dictis hominum, quamuis bonorũ, tanquam in fine ſuo quaſi paululus iaceat ſemper, ac repat: ſed ſe aliquãdo attollat ad Deum, vnicam ſpem & ſalutem noſtram, illum ipſum intelligat creatorẽ omniũ & redẽptorem, illũ finem noſtrum. Cætera omnia & omnes homines ab ipſo creatos, ipſique ſoli miniſtrare, ac ſubdi oportere. Vę quibus homo ſpes eſt, & deſiderium. ſcriptum eſt enim; Maledictus homo qui confidit homini. Adhæreat ergo ſoli ſponſo ferventi animi deſiderio, de ipſóque ſola loquatur, & ſentiat, cogitet, meditetur & agat: ſic enim poterit quod ſequitur adipiſci:

Tenui illum, nec dimittam, donec illum introducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

O quàm tenet illum, & (vt ita dicam) cogit fidelium anima, dũ beneplacita illi & accepta facit. Delectatur enim ſponſus, quemadmodùm ſponſa, iuſtorum vita, moribus, ſocietate, atque conſuetudine: tenetúrque operibus virtutis, non manibus armatorum, non diuitum pompis, non opulẽtorum iactantia, non elatorum faſtu, non gulæ, ſomni, luxuriæ, inuidiæue, morbo laborantium: ſed miſericordiæ, pietatis, continentiæ, humilitatis, temperãtiæ, beneuolentię, caſtitatis, & precibus rectorum: tunc in domum matris noſtræ volens libentiſſimè introducitur ſponſus. Per domum matris cor cœleſtis ſapientię ipſius verbi arbitror intelligi: & per cubiculum genitricis hoc ipſum cor. Nam domũ quidem propter illud puto dictum, quod legitur: Inhabitabo in vobis, & inambulabo. Per cubiculum verò (quoniam in cubiculo quæque optima collocantur, & præcioſa, fides, ſpes, charitas, iuſtitia, fortitudo, temperantia, prudentia, patientia, virtus: hæc quidem non corporis, ſed animi ſunt ornamenta, ſiue ad illud reſpexit: Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini. Poſſumus per domum matris & Iudæorum ſynagogam intelligere, quæ mater fuit ſponſæ, ex ipſa enim ſanctos prædicatores habuit ex quibus verbum veritatis accepit, per quod in fide regenerata fuit. Tenet ergo illum ſponſa Eccleſia, donec in domum matris ſuæ reducat: nunquàm enim ab eius fideli amore recedet, donec Iudæos ad fidem ſponſi adducat, nec tunc quidem receſſura, ſed multò magis amatura ſponſum & eos omnes, quos ex Iudæis conuerterit: quos vel adhuc amat propter ipſum. In domum ergo matris ſponſum introducet, cùm in fine ſæculi Eccleſia per prædicatores ſuos Iudaicam plebem ad Chriſti ouile colliget, & ſuis imbuet ſacramentis, & ex multis quos de illa coget, ſanctum cubile faciet, in quod quidem præcioſa omnium virtutum ſupellectili ornatum iucundiſſimè ſponſus introducetur. Deliciæ enim eius eſſe cum rectis filijs hominum, qui abiectis inutiliſſimis oneribus ijſdémque mergentibus in gehennam rerum caducarum, ſeſe totos ſoli ſponſo deuouerunt & addicarunt, nihil aliud dies ac noctes auentes, quàm vnum Deum animo complecti, eúmque ſtudijs rerum optimarum promereri, & adipiſci: huiuſmodi viros, cubile faciet ſponſa, cùm tempus illud aduenerit de Iudæis, nec tamen interim ceſſat quotidiè efficere & habere, in quos poſſit ſponſum introducere. Habet enim pettam pro ſe orantem, quamuis pro fidei meritis modò pauciores modò plures habet Eccleſia, in quibus nunc quieſcens exoptat non turbari. ait enim;

Adiuro vos filias Hieruſalem per vires & poteſtates agri, ne exuſcitetis, neque euigilare faciatis charitatem, donec ipſa velit.

Hic patientiæ & expectationis deſcribitur forma: nam cooperatrices ad orationem filias Hieruſalem cœleſtis appellat ac petit, hoc eſt iuſtorum animas ne exuſcitent, atque excitēt ſponſum vnigenitum ad ipſam ſponſam donec velit: vnde rectè ſponſus ad illam ait:

Quæ eſt hæc quæ aſcendit à deſerto veluti virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij.

A deſerto enim aſcendit, hoc eſt, ab idololatria auocata ſponſa Eccleſiam facit: quæ tanquam fumi virgula, vt ait, myrrhę, thuriſque odorem à paſſione ſui ſponſi per vniuerſum orbem ſuauiſſimè effudit: nam myrrha, ſepulturam: thus verò, diuinitatem ſignificat ſponſi, à quo ſponſa ipſa comparata aromata diuinorum eloquiorum atque virtutum & prophetarum redolere videtur. Virgula verò eadem vocatur ſecūdum illud Hieremiæ: Erit in ipſa virgula nemoris ac ſyluæ. Eſt enim tāquam in deſerto nunc Eccleſia, & ſancta quæque anima quandiu viuit: quia inter Dæmonum peſſimatum beſtiarum lætales morſus, & inter peſtilentes auras humanę laudis ac glorię, virulentáſque humanæ malitię prauitates, periculosè admodum verſatur & agit: non tamen à ſponſo deſeritur: quanuis per exilia & varias tētationes adhuc peregrinetur. nondum enim cum eo tuta regnat. ob idq; quandiu abeſt, laborat, quaſi ab eo deſeri videatur, vt quem verè diligit, vel hic ſentiat adeſſe quādoque: quatenus in carne mortali Deus ſentiri & teneri poteſt à fidelibus ſuis, vt reficiantur mentes & animæ laborantium: eiuſque deſiderio accenſę ad ipſum tandem aliquādo peruenire poſſint. Sunt certè nonnulli adhuc in carne, qui dum omnia viſibilia faſtidiunt, mentem in cœleſtia attollunt, nihilq; aliud optant ac ſtudent, quàm ſeſe ſponſo ſuo per intimos cordis affectus adiungere, in eóque ſolo delectari ac paſci, ſpretis rebus omnibus mūdi, ſéque metipſis neglectis atque mactatis in corde, in carne, in actu, & habitu, in omni denique opere ac verbo: ſolo diuino amore accenſi, velut virgula à deſerto in cœlum aſcendunt, odorem ſanctitatis & bonæ famæ, ſubtilitatémque mentis & recti iudicij olentes: hi non cuiuſlibet ſumi odorem redolent, ſed myrrhæ tantummodo ac thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij. Myrrha defunctorum corpora condiuntur, ne putreſcant: Thura, vt bene oleant, incenduntur. Illa cuncta carnis vitia & ſenſus omnes illecebræ domantur, ne delectatione ſcelerum vertatur in inſaniem: his docetur anima, vt mundæ fiant, planéque acceptæ ſponſo orationes omnes ac preces. Fidelis ergo anima dum carnem ſuam à putredine vitiorum purgat, ac ſeruat, dum omnes mundi voluptates continentiâ ſuperat, ac vincit: quaſi myrrham mortuo corpori illinit, vt poſt iudicium à corruptione illa æterna integrum incorruptúmque permaneat. Cum verò ſe ad cœleſtia maiori deſiderio accendit depulſis à cordis cubiculo importunis cogitationibus quibuſque reiectiſque curis omnibus & ſtudiis rerum caducarum, cor ſuum ignitum veluti thuribulū coram Deo odoratiſſimum facit: in quo quidem corde eū per amorem, virtutes colligit, quaſi carbones in thuribulum congerit, quibus ſeipſam mens in cōſpectu Dei igne charitatis accendat: dum feruentes & mundas orationes ad Deum emittit, quaſi fumū aromatum ex thuribulo exhalat, vt coram ſponſo ſuaue redoleat: & proximos quoſque ad eius amorem per bona exempla concitare non deſinat. Sed cauendum eſt diligenter ne pigmenta ſolum, ſed vt & puluerem pigmētarium congeramus. Pigmenta quippe virtutes ſunt in corde collectæ, quæ quidem tunc puluis pigmentarius fiunt, cum diligenti iudicio ſigillatim recēſentur, & mentis acrimonia quaſi piſtillo conteruntur, ne qua rudis adhuc ac craſſa incultáque omnino, ſub virtutis nomine vitium re vera fiat ac ſcelus. Huiuſmodi ſponſæ Deo placent, ipſiq́ue per eius gratiam gratæ fiunt & periocundæ. In his enim ſic ornatis cubiculum ſemper habet, & requieſcit: ob idque narrare ſequitur:

En lectulum Solomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortibus Iſraël.

Lectulum ſiue cubiculum Solomonis Eccleſiæ cōparat filij Dei: prius enim quàm ipſam ſuo ſanguine comparaſſet, dicebat: Filius hominis non habet vbi caput reclinet: ſed poſtquàm hanc elegit, factum eſt cubiculum Solomoni illi: inquam, pacifico, qui omnia pacifica reddit in cœlo & in terra. Quæcunque enim ſponſa cor ſuum ſollicitudinibus mūdi purgat ac vacuat, diuinóque amore replet, cubiculum ſponſo ſuo parat Chriſto Ieſu, cum eóque, ab omni perturbatione rerum humanarum requieſcit ac gaudet. Per ſexaginta ex fortibus Iſraël, qui circundant cubiculum ipſum, hoc eſt, Eccleſiam, & quanlibet fidelem animam cuſtodiunt lege & inſtitutis: Apoſtolos dici arbitror à Prophetis ſecundos immiſſos, & martyres ꝓ Chriſto paſſos, & ex Prophetis collectos multos. Sexaginta poteſt & ad numerum referri, & ad eos, qui ex circunciſione venerunt ſecundum legem. Nam quoàd numerum ſexagenarium, qui ex denario & ſenario decies ducto conſtat, decalogus poteſt intelligi, & vniuerſum huius vitæ tempus, quod ſex diebus laborioſis voluitur: Siue ad illud reſpexerit, quòd ſexta die creata & perfecta ſunt omnia: nam ſeptima requieuit &c. & poſt omnia condita, decem præcepta legis data ſunt homini: vt qui naturæ legem abiecerat, diuinâ ſaltem frenaretur. Horum ſinguli gladium habere dicuntur, bellum edocti ac pugnam, hoc eſt, lege & diuinis pręceptis inſtructi (viuus enim ſermo Dei, & efficax, omniſque gladio ancipiti acutior) non quidem cōtra homines, ſed aduerſus ſpiritus nequitię debellandos edocti: ſecundum Prophetam dicentem: Manſuetus eſto bellator. Vnde ſequitur:

Omnes tenentes gladium, bellum edocti, vnuſquiſque vir gladium ſuum ſuper femur ſuum propter pauores nocturnos.

Quicunque verbum Dei corde & opere complent, hi ſapientiſſimi atque fortiſſimi pugnatores, hoſtem ſuum diabolum calumniatorem nequiſſimum humani generis proſternunt: gladius enim (vti diximus) legem ſignificat & Dei verbū: quo per temperantiæ & prudentiæ officia, carnis opera & terrenæ cupiditates omnes præciduntur. Hi ſunt, qui in manibus ſuis, hoc eſt, rectis operibus propriæ conſcientiæ gladium ſuum tenent, nō alienum: non enim alienis precibus ſolummodò præfidunt & ſanctis actionibus: ipſi verò negligentes ac pigri, & quod grauius eſt, polluti, aliorum bonis adiuuari temerè præſumunt. Fruſtrà

enim

enim pto eo rogatur Dominus, qui Dominum ipſum non deſinit irritare. Hi ſunt inquam, qui diligenti obſeruatione mandatorum ſeſe ab impietatis operibus abducunt, carnémque ſuam cum vitijs omnibus & concupiſcentijs vincunt ac mactant: ob ídque enſem ſuper femur ſuum tenere dicuntur: nam femur carnis illecebras & voluptates, vti dictum eſt, ſignificat, ne cupiditatibus victi ſerui Dei, præcipites ruant. hinc illud: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Carnis luxuria vincenda prorſus, & bonis operibus illucendum eſt proximis noſtris, quandiu in hac formidoloſa nocte mortalis vitę ſumus, & peccatorum nexibus plena: in qua piorum mentes, ne vſquàm offendant, aut ruant, extimeſcunt à timore nocturno, à fragilitate humanæ carnis inimicæ, ſemper mentis operibus honeſtis ac ſanctis: timent enim ne vincantur, ſecundum illud: Non quod volo, hoc facio. In noctibus ergo cupiditates carnis amputandæ ſunt omnino, vt integerrimæ temperantiæ & caſtitatis fructus ſuo tempore metamus cum fiducia. Nihil eſt enim quod bonorum mentes faciliùs euertat, quàm animi mollicies ac corporis. Propterea domanda caro, vincendæ voluptates, tollendæ occaſiones pugnæ, maximè teneris adhuc mentibus bellatorum. Tunc enim apparet virgula illa aromatum, de qua ſuprà diximus, ſurgens à deſerto. Quod quidem deſertum ſiue animam intelligas, quæ deſeruit aliquando vitia omnia, & virtutes accepit: ſiue Eccleſiam, quæ à deſerta ſynagoga naſci cœpit, nihil refert in præſentia. nam anima ab omni labe peccati deterſa ac munda, veluti flammæ virgula, quotidie ſurgit ad Dominum per odorem ſanctitatis & precum. Eccleſia quoque non ceſſat ad Chriſtum ſponſum ſuum bonos odores emittere, quæ quidem ſponſa fieri non potuiſſet, niſi ſynagoga ob delicta ſua repudiata, vt inquit Apoſtolus: Si peccatum ipſorum, diuitiæ ſunt mundi: & abiectio eorum, diuitiæ gentium: quæ aſſumptio niſi vita mortuorum? Quòd autem & deſertum Iudæorum ſynagogam ſignificet, teſtatur Dominus noſter Ieſus Chriſtus dicens ad eos; Ecce relinquetur domus veſtra deſerta. Quare ex hoc deſerto demonſtratur per Saluatorem ipſum, à quo illi ſuperiùs dicitur:

Quæ eſt hæc, quæ aſcendit à deſerto tanquàm virgula fumi ex aromatibus.

Quandoquidem per ſanctiſſimæ paſſionis odorem ſalutarem, fidem ſcilicet ſpirauit in Chriſtum & ſanctorum thymiama: myrrhæ enim, inquit, & thuris, & omnis pulueris pigmẽtarij. Myrrha paſſionem, vti iam dictum eſt, & thus diuinitatem demonſtrat. Ecce lectulus Solomonis, lectulum intellige ſepulchrũ Ieſu qui omnia pace repleuit per propriam ſuam necem, atque reſurrectionem; de quo lectulo & Angeli teſtantur, cùm dixerunt; Ecce locus vbi poſuerunt eum.

Sexaginta potentes in circuitu eius ex fortibus Iſraël.

Potes & illos omnes intelligere, quos Iudæi ſepulchro Ieſu cuſtodiendo præfecerunt, habentes romphæam, docti ad pugnam, vnuſquiſque gladiũ ſuum ſuper femur ſuum propter metus nocturnos. Hæc enim acciderunt illis cuſtodibus, quando cuſtodientibus ipſis terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim Domini auoluit lapidem, & in nocte ipſa cuſtodes exhorruerunt, & facti ſunt

Appendix.

A velut mortui. Idcirco dixit, à pauoribus nocturnis. ſed de laudibus ſponſi proſequitur nunc dicere:

Ferculum ſibi fecit rex Solomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas.

Ferculum ſibi fabricauit Deus carnem ipſam humanam, in qua delituit Deus & homo, vt homo homines alloqueretur. vt enim conſules & duces, dum procedunt in ferculo ſedent: per ipſóſque negoria mundi regũtur: ſic & in carne humana Deus conuocatam Eccleſiam ſanctam, ferculum ſibi fecit. Quo quidem non mundi negocia, ſed cœleſtis regni documenta firmauit. Ferculũ enim non modò caro IeſuChriſti dicitur, ſed & ipſa Eccleſia, quę
B corpus eſt ipſius: quippe quæ digna facta ſit illum ipſum ferre filium Dei, ſecundum illud; Glorificate Deum in membris veſtris. Hoc igitur ferculum humanitatem Ieſu Chriſti ſpiritalis Solomon appellauit, & fidelium cœtum: ſapienna enim ædificauit ſibi domũ. ſed vnde hoc ferculum? De lignis Libani, hoc eſt, de prædeſtinatis & electis ſanctis ſuis, Abraham, Iſaac, Iacob, & reliquis eiuſmodi in Eccleſia ſua ſancta, in æternum permanſuris. Columnas verò argenteas, ſanctos Apoſtolos intelligit, & rectos Chriſti prædicatores, qui columnarũ inſtar, hoc ferculum Chriſti ſponſam per vniuerſum terrarum orbem verbo ſpiritus ſancti geſtarũt
C ac gerunt, quod & Apoſtolus confirmat, dicens: Iacobus & Ioannes, qui columnæ eſſe videbantur. Qui argento propterea comparantur, quòd ſyncera fide, & rectæ prædicationis operâ, veluti argentum refulſerunt, ipſique eccleſiæ ſanctiſſimè miniſtrarunt. Vnde ſequitur adhuc ſponſa de ipſo.

Reclinatorium ſuum fecit aureum & aſcenſum eius purpureum: intrinſecus verò lapide ſtrauit, & charitate è filiabus Hieruſalem.

Aureo reclinatorio martyres comparantur. Nec tamen exiſtimes Apoſtolorum chorum martyribus inferiorem: nam & ipſi, martyres extiterũt, factíque ſunt reclinatorium Chriſto: nam ante ipſorum teſtimonium vnigenitus dicebat: Filius homi-
D nis non habet, vbi caput ſuum reclinet. Comparãtur etiam auro propter fidei probationem, & ærũnarum tentationúmque firmiſſimam argumentũ: Tanquàm aurum, inquit, in fornace probauit eos, & veluti hoſtiam holocauſti accepit eos. In his enim & ſingulis electorũ animabus reſplenduit aurum, dum eis diuinitatis ſuæ potentiam per contemplationem oſtendit: ex qua dum pulchritudo cœleſtium gaudiorum paululùm monſtratur, quaſi reclinatorium aureum fit electis, in quo ſe vel in hac mortali luce contemplando refocillent, ac requieſcant. Nihil hoc ipſo reclinatorio dulcius, nihil ſuauius, nihil denique diuinius. Melior eſt e-
E nim ſapientia cunctis opibus: & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari. Ad hoc reclinatorium multis laboribus peruenitur, quàm plurimis ærumnis, & corporis incommodis aſcẽditur: ab huius aſcenſu nullo metu, nullo corporis damno, nullo flagello debemus abſterreri, vel ſi ſanguis effundi debeat. ob id enim purpureus eſſe dicitur. Nam & ſanctiſſimi quique martyres, dum ob vitam illam ſempiternam ſua corpora ad ſupplicia tradiderunt, dum flagella ac verbera, carceres ac famem, eculeos, ignes, gladios ac fuſtes, & id genus alia innumerabilia tormenta, ac mortem æquanimiter pertulerunt: nónne ad reclinatorium

illud, beatam vitam ſcilicet, per gradum purpureum aſcẽderunt? ſed heu nos miſeri quid agimus? qui in hoc ferculo ne columnę quidem ex argento ſumus: quia ſanctam Eccleſiam nec exemplis ſubſtentamus, nec doctrina prædicationis augemus. In ea reclinatorium aureum non habemus, quia terrenis cogitationibus inuoluti, ad ſplẽdorem ſapientiæ per contemplationem non aſſurgimus. Aſcẽſum purpureum ignoramus, quia voluptatibus impliciti, labores & ærumnas pro æterna beatitudine ferre recuſamus. Conſolatur tamen nos aliquando, quòd lapide & charitate interna conſtrata dicit à filiabus Hieruſalem: nam & ſi veluti fœmineæ, non mares (filias enim, nõ filios Hieruſalem appellauit) imbecilli ſumus ac timidi in Eccleſia, quia contra vitia fortiter non reluctamur, nec viriliter malis obſiſtimus. fide tamen & charitate cum ſummis Eccleſiæ membris ad eandem ſponſi beatitudinem peruenire poſſumus: ſi charitatem ipſam indefeſſam fidémque ſeruamus: Hieruſalem enim viſio pacis interpretatur. quæ matrem noſtrã Eccleſiam ſignificat, eò quòd aſſiduè pacem perpetuam contemplatur. Si ergo nos in ferculo cœleſtis regis columnę argenteæ non ſumus, reclinatorium aureum nõ habemus, per gradum purpureum aſcẽdere non valemus, fidem ſaltem & charitatem, quæ communis omnibus electis, & quæ quaſi in medio poſita eſt, teneamus: per hanc enim rex Salomon nos in ferculo ſuo eſſe cognoſcit, quia in eo cum columnis argenteis, cum reclinatorio aureo, cum aſcenſu purpureo, propter filias Hieruſalem etiam media & interna charitate conſtrauit. Sunt qui etiam per aſcenſum purpureum, lauacrum ſacri fontis intelligant. vt enim enim purpura regale eſt indumentum, ſic & lauacrum cœleſtis regis, regia nos veſte amicit. Nam ſi corruptibilis porpura tantum habet ſtudij apud mortales, ne maculetur atque ſordeſcat, quãquàm peritura omnino ex belluis marinis comparata: quanto maiori ſtudio atque diligentia hæc animi conſeruari debet cœleſtis lauacri regeneratio, non ex maritimis quidem feris, ſed ex cœleſtibus theſauris ſacratiſſimis Ieſu Chriſti ſanguinis ſulgẽtiſſimum colorem habẽs & ſempiternum. Quòd verò lapide & charitate interna ac media cõſtratã dixit, admirabilem pulchritudinem, vel in hac militanti Eccleſia iuſtorum chori laudare videtur & efferre. Nam per filias Hieruſalem, multitudinem fidelium intra Eccleſiam Chriſti contineri declarat: in qua quidem lapidibus ſanctis viros integros ac iuſtos comparat, ſecundum illud: Lapides ſancti voluuntur ſuper terra noſtra, eò quod humi iacuerint, & genu flexerint. Qui quidem charitate vniuerſam legem complentes, in ea perſiſtunt, nec ab eius mandatis & charitate diuelluntur. Filias verò Hieruſalem, animas ſanctorum Apoſtolorum vocat. Quæ quidem non in hac terrena, ſed in illa cœleſti Hieruſalem in perpetuum requieſcũt. Vnde ſequitur:

Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater eius in die deſponſationis ſuæ, & in die lætitiæ cordis ſui.

Egredimini ſcilicet à legis maledictione, à Iudæorum incredulitate atque perfidia, & videte regem Salomonem, hoc eſt, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, in diademate, quo coronauit eum mater eius, quando illius capiti Iudæorum nequitia coronam ſpineam crudeliſſimè impoſuit. Matrem ſuam carnis, ipſam appellat Synagogã, quoniam ſecundum carnem ex Iudæis natus eſt Chriſtus. Dies autem deſpõſationis eius tres ſunt: paſſionis ſcilicet. tunc enim ſibi hanc ſanctam Eccleſiam gẽtilium deſponſauit. tunc & illud Oſee Prophetæ adimpletum eſt quod dicitur: Deſponſabo te mihi in fide & charitate. Tunc fuit & in die lætitiæ cordis ſui: cùm in illa die paſchati, in qua lætus lætitia affectus, dixit diſcipulis ſuis; Deſiderio deſideraui hoc phaſe manducare vobiſcum. Tertia verò cùm reſurrexit à mortuis, & apparuit diſcipulis ſuis. Siue incarnationis dies prima intelligatur, cũ deitatem ſuam humanitati noſtrę copulare voluit, quando per bonam volũtatem ſuam tempore opportuno Eccleſiã ſuam ſibi aſſumere placuit. Tunc cum charitatis exultatione, carnẽ noſtram ex Maria virgine ſuſcipere dignatus eſt: in qua cum doloribus pro tempore viuens de redemptione noſtra vehementer exultauit. Secunda verò dies, cùm pro ſalute noſtra in humilitate gloriæ Dei, ſed exaltatione humanitatis, quaſi diademate coronatus fuiſſe dicitur & verè mortuus: reſurrexit pro redemptione & gloria totius humani generis: ipſius enim membra ſumus & corpus per communionem ipſius, qui caput eſt noſtrum. Tertia verò dies & vltima, cùm aſcendens ad cœlos, ſpiritus ſancti ignem in filios adoptionis effudit ad gentium conuerſionem & fidem: ſic enim dilexit eccleſiam ac ſpõſam, à qua cum laudatus ſit hucvſque, viciſſim & ipſe laudibus nunc attollit eccleſiam. Ait enim:

En pulchra es propinqua mea: Ecce formoſa es: Oculi tui columbarum: Præterea, quæ de te ſilentur.

Laudat huius ſuę ſponſæ pulchritudinem ſponſus: nec ſemel, ſed bis, cum dicit, Pulchra es & formoſa es propinqua mea: vt non modò fide ſpecioſam, verum etiam operibus iuſtitiæ ornatam illam eſſe declaret: Quòd verò oculos illius columbarum appellat, ſinceritatem & innocentiam oculorum mentis ſpiritalium eiuſdem commẽdat ac celebrat: Præterea quæ de te ſilentur, vel quę introſecus latẽt. Aliam quoque pulchritudinem & ſpeciem quandam interiorem ex taciturnitate huic ſponſæ ineſſe teſtatur. ſępe enim multi piorum ore quidem tacẽt, corde verò clamant gratas Deo preces offerentes, vt beato Moyſi tacenti dictum eſt, Quid ad me clamas? Et beata Anna cùm tacita deprecaretur fructum ſuauiſſimum ſuę orationis, accepit magnum ſcilicet Samuel. Magna igitur laus honeſtè foris inter homines conuerſari, & corãm proximis bonorum operum lucis exempla monſtrare, vnde ſpecioſa appellatur à ſponſo: ſed maxima prorſus laus & commendatio eſt Eccleſiæ & cuiuſque fidelis animæ, cordis arcana ſanctiſſimè cuſtodire, eáque illibata atque ſincera retinere depulſis omnibus illecebris voluptatũ, & deſiderio rerum humanarum longiſſimè abdicato: ſolàque cœleſtia contemplari animo, mente capere, & cogitatione complecti, nec aliud meditari ac velle, quãdiu huic carceri teterrimo incluſi ſumus, quã ſoli Deo optimo maximo interno animi deſiderio ſemper inhærere, eíque aliquãdo in ſempiternum coniungi velle, ídque & quàm celerrime & quàm optime fieri velit ipſe, cuius arbitrio & huc denuſſi, & hinc omnino diſceſſuri ſumus. his enim ſpõſę

occultis

occultis animi ornaméntis maxime delectatur ſpóſus: qui de eâdem ſic loquitur:

Cincinni tui tanquam greges caprarum: Quæ aſcenderunt ad Galaad.

Cincinnis ſiue capillis multitudinem Chriſtiani populi comparat, myſticam, vt arbitror, ſignificationem continentibus, ſecundum Apoſtolum dicentem: Mulier ſi ſe comit, hæc illi gloria eſt. Coma enim & capilli Eccleſiæ, multitudo ſunt populorum Chriſto credentium: Coma nanque pro tegumento data eſt & capitis ornatu. Quare capilli ſponſæ Chriſti concilia atque cœtus hominum ſunt & conuentus populorum, vnum Deum colentium, verum ornamentum ipſius ſpõſæ & gaudium Ieſu Chriſti, qui caput eſt ſponſæ & totius humani generis conditor atque redemptor: ſecundum illud Prophetæ: Omnes ipſos induet, & ornabit eos, veluti ſponſæ ornatum. Nec mirum videri debet ac durum per capillos, fideles populos deſignari. Nam ſi per oculos prædicatores Eccleſiæ & quoſque illuſtriſſimos ſanctitate viros accipimus, quòd cęteris quaſi lumen oſtendant ac viã, qua bene gradiantur ad vitam. Cur non per capillos populorum turmas, qui ijdem ſponſę maximo ſunt ornamento, capiamus? Sint ergo capilli ſponſæ veluti caprarum greges fideles populi, quia dũ præcepta legis ruminantur, & fide cœleſtia contẽplantur, munda ſunt animalia. quæ caprarum inſtar alta atque ſublimia depaſcũtur annuo. Quòd autem à Galaad aſcẽdere dicuntur, candidatorum martyrum laudat exercitum: qui dum fidem Chriſti inſuperabilem tenuerunt, teſtimonium veritati vel per mortem ſuam perhibere non timuerunt. Poſſumus etiam per Galaad, quod aceruus teſtimonij interpretatur, Prophetarum & Apoſtolorum de vnigenito veriſſima vaticinià atque teſtimonia intelligere: qui verbis ac rebus Chriſto naſcituro, iámq; nato fideliſſimè teſtificati ſunt. Vnde in ipſa per Dauid nouit pſallere, cùm dicit: Teſtimonia tua meditatio mea eſt, & cõſilia mea iuſtificationes tuæ. Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum & non confundebar. Greges ergo illi caprarum de Galaad aſcendère, quia populi Chriſtiani eò promptiùs corporis incommoda atque ſupplicia perpeſſi, & cœleſtia concupiſcunt, & humana omnia aſpernantur & peritura, quo fortiùs ac veriùs ſanctos Prophetas, Apoſtolos, & Martyres eidem fidei teſtimonium perhibuiſſe norunt: vnde ſequitur laudare ſponſam:

Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ de lauacro aſcenderunt omnes gemellis fœtibus. & ſterilis non eſt in eis.

Hic ordo colligit antedicta atque cõnectit, cùm dentes tuos vt greges tonſarum vocat. vt enim per oculos prædicatores ſanctos & doctores Eccleſiæ intelligit, per quos Eccleſia illuminatur, ſic per dẽtes eoſdem poſſumus accipere. ab ijs enim & infideles conteruntur, & paruuli adhuc in fide nutricantur. Sancti enim prædicatores veluti dentes cibum ſalutarem ſcripturarum & mandatorum impetitionibus exponentes tãquam matres filijs paruulis panem cõmanducant, quò fortiores in dies an cœleſtia conualeſcant. hi rectè gregibus tunſarum de lauacro aſcendentium comparantur: quia dum ſe per lauacrum ſpiritus ſancti ex baptiſmate regeneratos eſſe intelligunt, libenter onera huius ſæculi deponunt, ſéque ipſos ad æterna conſequenda & alios ſanctiſſimè adhortantur. Quare Chriſtianos omnes veterem hominem cum actionibus ſimul & cupiditatibus ſuis omnibus exutos eſſe oportere declarat, cum dicit; Quæ aſcenderunt de lauacro. hoc eſt, animas ſacro fonte renatas ac lotas à terrenis cunctis rerum humanarum ſtudijs minime neceſſarijs, fide verò illuſtratas, & ſpei & charitatis duplici purpura atque miro candore perfuſas. Gemello enim fœtu ornatos omnes, nec vllam inter eas ſterilem appellat. O admirabilem ſponſi charitatem. O immenſam illius ſapientiam, qui diſponit omnia ſuauiter, & attingit finem vſque ad finem. Solæ deſcenderunt in aquam fideles animæ, ſed duplici Spiritus ſancti ornatæ partu, fœcundiſſime aſcenderunt charitatẽ ſcilicet Dei ac proximi, nec vlla ſterilis eſſe poteſt inter veras Chriſti oues. gemina ſemper dilectione fœcundus eſſe debet bonus Chriſti ſeruus, hoc ſibimet fideliſſime tenere, hoc ceteris prædicare, vt quod ſequitur, rectè audire poſſit:

Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum ſpecioſum ac pulchrum.

Vitæ coccineæ libra confitentium atque prædicãtium Chriſti necem ac ſanguinem comparat, & hunc lauantem ſcelus omne, per quem ſalus data eſt humano generi: Vt enim Raab meretrix ſignũ coccineum in feneſtra ſuſpendit, per quod domus eius ſeruata fuit: ſic & Eccleſia per inuictam cõfeſſionem Chriſti fidem & veram charitatem filiorum veluti in feneſtra coccineũ velum habet: per quod ſanctiſſimam Trinitatem aperte confitetur, adorat, & credit: indéque ſalutem æternam amplexatur & tenet: Siquis enim erubuerit confiteri Ieſum Chriſtum, vnicum Dei Filium, & Patrem, & Spiritumſanctum, Deum Trinum & vnũ: Trinum perſonis, Vnum ſubſtantia atque natura coeternum, conſubſtantialem, coęqualem, parémque omnino, & vnum & item Patrẽ & Filium, & Spiritumſanctum eſſentiâ, poteſtate, ſapientia, prouidentia, & quicquid eſſentialiter de Deo prædicatur: Nam Filius quò ad humanitatem tantùm minor eſt, quàm Pater, cætera compar omnia, principium de principio: Nam ſolus pater principium ſine principio eſſe dicitur. Siquis inquam de Deo palàm confiteri extimuerit, non audebit, quia nolet, ſponſus eum confiteri coràm patre ſuo, vt ipſemet nos admonet in Euangelio, vnde rectè ſequitur:

Eloquium tuum ſpecioſum atque ſuaue:

Delectat enim bonos, malos inſtruit, credentes offirmat: nam & præcepta vitæ loquitur, qui bene viuit ac docet: & veluti vitta coccinea fluxas cordis hominũ cogitationes ſanctiſſimis ſuis verbis, quaſi capillos ſparſos, ne immoderatè fluant, aſtringit ac firmat, in Deúmque bene viuẽdo colligit ac comit: ſed coccinea eſſe debet & vitta & verbum, hoc eſt, igni amoris accẽſa omnis admonitio proximi atque doctrina, ne quid niſi charitate Dei & proximorum adducti faciamus. Tunc enim frugifera ſunt verba & exempla, prædicationes & opera, ſacrificia & præces, oblationes & dona. Ignitum enim eloquium tuum vehementer, & ſeruus tuus dilexit illud. Omnis qui ver9 eſt Chriſti ſeruus, & libenter verba Dei audit, & audita ſtudioſè conſeruat ac exercet. indéque fit vt de ſe audiat, quod ſequitur:

Sicut mali corium, malum tuum: preater id quod in te latet. A

Per malum quanquàm ſuperiùs diximus quid ſignificaret: prædicarores tamen poſſumus nunc accipere,& veros quoſque Chriſti ſeruos, qui, dũ ſibi ac cæteris prodeſſe ſtudent,veluti cortex mali punici colore igneo bonorum operum in facie Eccleſiæ ſplendent. Per malum verò punicum, ipſa Eccleſia & fidelis anima deſignatur: quia vt in illo multa ſuauiora grana: ſic & in Eccleſiæ ſinu multi fideles populi in vnitate fidei continentur. dúmque multi ex his diuino ſeruitio ſeſe cęteris valentiùs aſtringunt ac dedunt, ita vt omnia mundana contemnant ac fugiant, volnntates ſuas abnegent, B & vitia ſua omnino purgent ac lauent, ſéque deprimant, cæteros extollant, dum ſuis exemplis multos Deo alunt ac parant: hi veluti mala punica iam matura: guſtui planéque ſuauia, ſeſe proximis in ſalutarem cibum aperiunt ac potum. plura enim atque maiora ſunt,quæ in his latẽt, quàm quæ fidelium oculis exponuntur: ob ídque dixit. Prærer id quod in te latet: nunc ad reliquas ſponſæ laudes accedit:

Collum tuum ſicut turris Dauid quæ ædificata eſt in Thalpioth.

Collum fides dicitur & humanæ rationis forma vt enim longius viſuri, collum extendimus: ſic C per fidem & rationis viſum, futura prouidemus, & lunge poſita præſtolamur: Tales ſunt fideles omnes, qui & ſe bene docent ad bene beatéque agendum,& cæteros inſtruũt ad futuram gloriam: hi tanquam turris Dauid exiſtimantur: etſi turris Dauid ſponſus poteſt accipi, eo quod ex Dauid ſecundum carnem natus ad genus humanum protegendum huc venerit. Cunctos enim Deus ad ſe confugientes & ſuam opem implorantes, turris inſtar ab omni malo defendit, atque tuetur à Diaboli ſcilicet laqueis ac dolis aſſiduóque prælio conſernat illæſos. Turris enim fortitudinis à facie eius, vt Dauid inquit. Qui & manu fortis eſſe dicitur & in Thalpioth turrẽ ipſam ædificaſſe: Thal- D piotb altitudo interpretatur: rectè enim in altiſſimis re vera domus Dauid ædificata eſt: quãdoquidem in ſinu æterni patris ante ſecula erat ac ſuit, eſtque ſemper filius verbum: qood & caro aliquãdo factum eſt, vt Ioannes inquit, & habitauit in nobis. Quod tunc etiam domum bic ſibi ędificaſſe poteſt intelligi, cùm ſacratiſſimæ & ſemper intemeratæ virginis vterum ſibi præparauit ad deſponſandam ſibi humanam carnem: Tunc enim factum eſt diuina illa deſponſatio cœleſtis ſponſi ad ſponſam Eccleſiam,cum Deus filius humanitatem noſtram in ſanctiſſimo Virginali vtero mirabiliter ſibi copulauit,& tanquam ſpoſus de thala- E mo proceſſit ad nuptias humani generis reparandi: hæc igitur ſapiẽtia ædificauit ſibi domum: quæ ſecundum illud: Et in altis habitat, & humilia reſpicit. huius altitudinẽ ſiquis noſſe cupit, non modò in Deipara Maria humaniter ædificatam contempletur: verùm etiam ſupra cœlos in dextera Dei patris ſedentem videre tãdem ſibi dari deprecetur: tunc enim huins ſapientiæ qualis & quanta ſit altitudo, qnod Thalpioth dicitur, apertiſſimè intelliget: de hac ipſa ſequitur, cum dicit:

Mille clypei ſeu ſcuta ex hac pendent, & omnia iacula fortium

A Per mille (qui numerus eſt, ex qno cæteri complentur. ex denario enim & centenario decies ducto, naſcitur) omnes electos Dei ſanctos intellige, vel ex Iudæis ex quibus & ipſe ſponſus ſecundum carnem natus eſt: hi ſunt, qui denarij & centenarij veram ſignificationem habent, qui piè iuſtéque viuẽtes in carne Deum ipſum ſupra omnia & plus quàm ſe ipſos amarũt coluerúntque, nec vnquam à charitate proximi receſſerunt: hi fidei inuiolabili clypeo tecti contra hæreticos & vitioſos omneis acerrimè pugnãtes, & in hoſtem ipſum & veritatis oppugnatores iacula ſalutariter intorquẽt: ſanctis enim actionibus mnniti Chriſti ſerui intrepidè certant, ſortiter iaculantur & inuicto animo mundum ſuperant ac carnem: nec vnquam B vitijs libera colla ſummittunt: ſicque verè fortes & ſcutum fidei & lanceam charitatis veniẽtibus aduerſarijs opponunt. Hæc omnia & contemplatiua facit anima, dum ſe primùm bene muniuit ſcuto veræ fidei, hoc eſt, boneſtis operibus plenæ: fides enim ſine operibus mortua eſt, ſicut ſcriptum eſt. Deinde ſeſe ad vtilitatem proximorum bene conſulendo, mnnendo, docendo tanquam iacula armauit: Inde enim fit vt iure de ſe quoque, quod ſequitur, audiat:

Duo vbera tua ſicut duo hinuli capræ gemelli, qui paſcuntur in lilijs donec aſpiret dies, & moueantur vm- C *bræ.*

Duo vbera, vt ſuprà dictum eſt, duo teſtamenta & duo præcepta charitatis, & duos ordines ſanctorum: ſanctorum Prophetarum & Prædicatorum intellige, circuncisionis ſcilicet & præputij: Qui quidẽ omnes cum cæteris bonis Chriſti ſeruis tanquàm duo hinuli capreæ vtriuſque teſtamenti mandata acutiſſimè perſcrutantes omnia ſtudioſiſſimè ſeruarunt, ſeruántque quotidiè quot quot ad ſponſum peruenire nitnntur. hi duplicis vberis ſuctores meditando fiunt, ſpiritalis videlicet ſenſus & literalis ſiue hiſtorici. ſicque arcana Dei myſteriáque rimantes in lilijs, boc eſt, in pu- D ritate conſcientiæ, cãdore vitæ, & integritate verſantur mundi ac caſti, fideles & iuſti inuictíqne prorſus beatitudinis præmia in die iudicij præſtolantur quæ adhuc in labore noctis atque periculis aſſiduè contemplantur: Tunc enim dimotis vmbris huius mortalis noctis, boc eſt, præſentis vitę tranſactis actionibus atque diſcuſſis: qualis quiſque vixerit, apparebit, ſempiterna bona aut mala recepturus: Sed annitendum eſt fratres, vt his omnino annumeremur: pro quibns narrare ſequitur ſponſus:

Vadam per me ipſum ad montem myrrbæ & ad collem Thuris.

E Quicunque carnem ſuam ita domat, atqne caſtigat per aſſiduas lacrymas & pœnitẽtiam ſalutarem, nec non per vigilias & ieiunia, vt nunquam ſenſus imperinm rationis excurrant, ſed vnà cum anima diuinę legis pręceptis obediant: nihilque velint prorſus ac cupiant, niſi quod à recta ratione manarit: ſicq; victis & ſuperatis deſiderijs carnis, & illecebris voluptatũ, liberè & expeditè ad quęque optima peragenda ſanctiſſime accingitur: & in cordis penetralibus tanquam Thuris collis in precibus ad Deum, odorem redolet ſanctitatis, is verè mons myrrbę & collis thuris habetur. ad húncque ſponſus per ſeipſum libenter accedit.

ſecun-

ſecundum illud: Si quis ſermonem meum ſeruabit, ego & pater ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus. Quamuis per montem myrrhæ non incongruè corpus ſponſi poſſit intelligi: quod ſua ſponte neci oblatum eſt. is enim mons eſt, de quo legitur: Abſciſus eſt lapis ſine manibus, & contriuit imaginem & factus eſt in montem magnum. Myrrha vero ſecundú illam Ioſeph, à quo hic mons eâ vnctus eſt & conditus in ſepulchra. Ad hunc montem myrrhæ & collem Thuris voluntariè acceſſit ſpõſus, vt non ſolùm pro ſponſa mortuus ſepeliretur, verum etiam vt pro eadem reſurgeret immortalis, ob idq; colli Thuris eius caro aſſimilatur, quòd poſt reſurrectionem Thuris inſtar viua ligna, iuſtos ſcilicet germinatura erat, ad quos reſpiciens ex ſequentibus ſponſam ipſam mirabiliter laudat. ait enim:

Tota pulchra es propinqua mea & macula non eſt in te.

Admirabilis certè eſt laus ſponſæ, eáque à ſponſo. propterea illi lætandum eſt magis: ſed cùm nemo ſine peccato viuat, nec infans vnius diei, quid eſt, quòd tota pulchra eſſe dicitur, in qua macula non habetur? Scimus enim illud: Si diximus quod peccatum non habemus, veritas in nobis, nõ eſt. Et idem: Si dixerimus quia peccatum non habemus, mentimur, & veritatem non facimus. Adhæc & illud: Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius. Nec vos fugit quod dicitur: In multis offendimus omnes. Eſt ita prorſus: Sed dum fidelis anima à peccatis quotidianis ſe per pœnitentiam mũdat: dum quotidie minora peccata cum lacrymis lauat & à maioribus ſibi cauet, quamuis frequenter peccet: per aſſiduam tamen pœnitẽtiam munditiam ſuam perpetuò ſeruat. Hinc eidẽ alibi præcipitur: Sint omni tempore veſtimenta tua candida. & illud: Iuſtus autem ex fide viuit: quamuis enim mox vt peccat, à iuſtitia deuiet, tamen dum ſemper credit in eum, qui iuſtificat impium, & aſſiduè ſub eius fide peccata ſua deflet, per aſſiduas ablutiones iuſtitiam ſuam retinet: fitque vt ipſa quoq; ſancta anima mons myrrhæ & collis Thuris eſſe poſſit: dum enim ſe vehementer obſeruat ne peccet, caſtigátque ſubinde omni carnis voluptate depulſa, nec ceſſat ab honeſtiſſimis vitæ actionibus, & per humiles preces & ſanctas orationes ſuauiter olere: fit editus mons Dei & ſuauiſſimus ſponſi collis, amabiles odores redolens ac fructus. Vnde rectè ei dicitur à ſponſo:

Veni a Libano ſponſa: Veni de Libano:

Vt oſtẽderet omnes ſanctos & electos Dei, quãuis partim à Iudęis, partim à gentibus cõgregatos: ab vno tamen ſponſo per baptiſma lotus, cœleſtis gratiæ candorem accepiſſe. De Libano ſpõſam venire iubet, Libanus enim dealbatio interpretatur. Quid ergo per Libanum, niſi candidiſſimum ſacri fontis lauacrum, quo ſancta Eccleſia, & quæque fidelis anima per Spiritum ſanctum, quẽ accepit, delictorum ſordibus abluta & per Christi fidem dealbatur? Vnde illud Dauid: Aſperges me Domine hyſſopo & mundabor. De Libano ergo ſancta Eccleſia ad coronam venit: quia in Chriſti baptiſmo fidem percipit: Sub qua ex diuina gratia præmium poſſe accipere meretur: ob id enim venire iubetur: vt in fide, ſpe, & charitate, quicquid operatur, firmũ habeat, ſtabile ac tutum: his enim munita virtutibus perpetuò conſtantiam ſeruat & patientiam. fide enim firmatur animus, hac & corda mundãtur: ſine hac impoſſibile eſt placere Deo: ſpe quoque nunquàm deijcimur: vnde ſcriptũ eſt; Non confundẽtur omnes, qui ſperant in te Domine: charitate verò adeò ſtabilimur, vt de ea rectè Apoſtolus exclamarit: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? hæc vera operit multitudinem peccatorum, vti noſtis, hæc Deus eſt, & Deos facit eſſe homines, hanc vnam ſinceram inuiolatámque ſeruantes: ob ídque bis dicitur ſponſæ, Veni, vt Deũ ipſum pariter & homines ſanctiſſimè amemus colamúſque omnino. Quò ſimus aliquando quales ſponſus nos eſſe deſiderat, cum ait:

Venies & coronaberis à primitijs fidei à capite Sanijr & Aërmon à cubilibus leonum, à montibus pardorum.

Ad fidem venturam ſponſam Prophetatur, cum dicit Venies & coronaberis. Venies enim à gentibus, tranſibis à lege. Omnes enim, inquit, videbũt me à paruo vſque ad magnum eius à primitijs fidei à capite Sanijr & Aërmon. Sanijr interpretatur rubus, Aërmon ſpiritus, ſiue vox ſublimis. Principium enim fidei ab eo fuit, qui in rubo locutus eſt Moyſi, & voce ſublimi locutus eſt filijs Iſraël, cum eos eduxit ex Ægypto, in vnúmque coëgit, neque ab vno loco venturas gentes ad fidem ſponſus oſtendit, ſed vndique gregatim, cum dicit:

A cubilibus leonum & à montibus pardorum.

Vt reges potentiſſimos quoſque, & qui leonum inſtar olim ſęuiebant, efferatos moribus, crudeles ac ſæuos elatóſque omnino atq; ſuperbos ſimul, & pardorum ſimiles varijs maculis vitiorum cum aliqua forte virtutis vmbella variatos animos ac pictos: ad fidem Chriſti aliquando conuolaturos eſſe, relictis ſtultis atque vaniſſimis idolorum cultibus, ſcelerúmque omnium voragine depulſa ac labe, ſacro fonte renatos diuinóque Spiritusſancti lumine illuſtratos. Ex his ſponſam coronandam vaticinatur ſponſus, vt perpulchra ſit omnino & admirabilis huiuſmodi fidelium populorum amicta varietate ac gloria. ob id enim & à montibus pardorum coronam illi affuturam & gaudium, vt vel ex hæreticis nonnullos, qui pardorum ſimiles eſſe perhibentur, & ex filijs regum ac principum habitura ſit paſtores, miniſtros, prædicatores ac duces, quid enim per montes, leones ac pardos niſi ſummos & potẽtes huius ſæculi, qui quò ditiores ſunt & magis opulenti: eò maiores apud infirmos eſſe vidẽtur, ob ídque vaniſſime ſuperbiunt: At ex ijs montibus ſæpe Eccleſia coronatur, vti diximus, dum ſuperbi ad manſuetudinem, crudeles ad pietatem, hæretici ad fidei vnitatem conuertuntur: fitque vt de illa ſequatur, quod ſponſus edocet.

Vulneraſti cor noſtrum ſoror noſtra. Vulneraſti cor noſtrum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Per oculos excellentiſſimos quoſque prædicatores fidei, ſanctóſq; doctores eccleſiæ: per crines, fideles populos, vti diximus, intelligit: per collum verò, capitis cordíſque coniunctio atque concordia demõſtratur in fide. per quam caput & corpus copulantur, dum fidelis quiſque Chriſto tenaciùs inhæret, ſanctiúſque verſatur in cœtu fidelium atque conſenſu: ob ídque in vno oculorum, & vno crine colli ſponſæ ſe vulneratũ eſſe dixit, non autẽ duob[us] oculis, neq; multis crinibus, vt nequid niſi

ſpiritale totum id eſſe intelligamus , ſanctæque A
concordiæ & charitatis plenum : nam cùm duos
oculos carnis habeamus,cordis verò vnũ ac men-
tis,qui animam ad fidem pietatémque adducit, &
ad prudentem ac ſimplicem rationis vſum , rectè
in vno ſeſe vulnerari, interiori ſcilicet animi men-
tíſque affectu gaudet ſponſus.non enim carnis de-
ſiderio,non corporis ornatu,nõ diſcordia , rixa at-
que diſſidio,& contentione delectatur Deus: ſed
animi ſanctiſſimis optatis ac ſtudijs , concordiá-
que & pace,quam teſtatus eſt nobis, maximè affi-
citur. Propterea Apoſtolus Corinthios vehemẽ-
ter obiurgat,dum eorum alij Cephę,alij Pauli,alij
Apollo ſeſe diſcipulos & ſectatores eſſe iactant. B
vnum enim Chriſtum pro omnibus eſſe mortu-
um: vnum, genus humanum redemiſſe: vnum,
gratiam gloriámque donare ſingulis prout vult,
oſtendit: non Petrum,non Paulum,non Ioannem
non alium quenquam ſeſe uoluntariæ morti pro
redemptione noſtra deuouiſſe. Vnum ergo Deum
Ieſum Chriſtum amandum colendúmque ſanctiſ-
ſimè,illi ſoli laborandum,parendum,ſeruiendum,
moriendúmque omniuo,cùm oportuerit: cauen-
dúmque eſſe diligenter, ne inconſutilem hanc
integerrimæ fidei veſtem miſerrimi diſcindamus:
vnum enim corpus,vnus ſpiritus,vnus Dominus,
vna fides,vnum baptiſma,vnus Deus,& pater om-
nium , vna ſalus. Quare in vnitate fidei ſponſo C
placere poſſumus , aliter non poſſumus. Sed ani-
maduertendum eſt , quòd non ſe ſolum ſponſum
vulneratum , ſed cor noſtrum eſſe dixit , vt totam
ſimul Trinitatem ſalutem humani generis opera-
tam eſſe declaret : quanquã perſona filij ad id pro-
priè deſcendiſſe creditur : ſolúmque filium patri
coęternum, eiuſdémque ſubſtantiæ atque naturæ
cum Spiritu ſancto humanam carnẽ & integrum
hominem ſuſcepiſſe, perſonę humanæ atque diui-
næ admirabili vnitate, vt vna perſona Chriſtus eſ-
ſet, duplicíque natura. tam ineffabili charitate vul-
neratus eſt Deus erga genus humanum , creator
omnium erga creaturam , ſummus erga infimum, D
æternus & immortalis erga temporarium & peri-
turum, infinitus & immenſus erga puſillum & an-
guſtum, planéque breuiſſimum. O incomparabi-
lem amorem , ô inauditam charitatem, ô maxime
infinitam Dei miſericordiam, ſummámque pieta-
tem. Quis non te vehementer amet ac colat ſum-
me Deus, amabiliſſime Ieſu, clementiſſime redem-
ptor ? Saxeus, ac ferreus, adamantinus ille prorſus
ac miſer & miſerabilis , qui non te vnum vehemẽ-
ter auet, te adorat, tibi ſeruit , tibi ſemper adhæret,
ad téque vnum tandem peruenire contendit. Sed
tu nos attrahas oportet : nemo enim ad te venit
bone Ieſu niſi pater tuus traxerit illum, hoc eſt, ni- E
ſi te patri æqualem coæternúmque crediderit. da
nobis ergo hanc fidem, adauge, conſerua. Nam ſi-
ne te quid poſſumus miſeri? tunc.n. de nobis dices,
quod laudare ſequeris de ſponſa:

Quàm pulchra ſunt vbera tua ſoror mea ſponſa, quàm pulchra ſunt vbera tua à vino : & odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata.

Per duo vbera, duo teſtamenta duóq; præcepta
charitatis , Dei ſcilicet & proximi ſignificari iam
ſæpe diximus: ſed conſiderandum nobis eſt, quòd
ea pulchra eſſe dicit à vino, hoc eſt, à ſanguine Ieſu
Chriſti , & ab immenſa ſpiritus ſancti charitate:
A prius enim ipſe dilexit nos, indéq; verus eſt amor
noſter omnis & perfecta charitas in ſponſum &
proximum quenque noſtrum : inde perfecta ſunt
& accepta opera noſtra omnia, ieiunia, vigilię, ora-
tiones, eleemoſynæ, patientia, benignitas, iuſtitia,
ſanctitas, ſola charitate perficiũtur omnia. hæc vis
eſt & forma atque perfectio noſtratum actionum
omnium : ab hac quicquid eſt, perfectum eſt & ſa-
lutare: ſine hac omnia vana & nocitura. lege Apo-
ſtolum ad Corinth. & quãta ſit ipſa charitas intel-
liges : huius veſtimentorum odor, cæterarum vir-
tutum omnium odores ac fructus excellit. Euan-
gelica eſt enim hæc charitas, quæ regali veſtit ami-
B ctu , cœleſti paſcit alimonia, ineffabili replet gau-
dio & ſempiterno: huius indumenta duplici colo-
re purpureo inſignita Apoſtolorũ ſcilicet & Pro-
phetarum, Martyrum atque Doctorum, opera ve-
teris teſtamenti, mãdatorum geſtis longiſſimè an-
tecellunt : bona & illa quidem legis opera, ſed ni-
hil ad ſublimia Euangelicę charitatis acta: hãc igi-
tur amplexentur & teneant, qui ſine cauſa laboraſ-
ſe nolunt, multi enim multa veſtimenta habere vi-
dentur, ſed quia ſincera charitate carent, luporum
ſunt , non ouium : vnde in die illa tremenda cùm
dicent: Domine, nónne in nomine tuo propheta-
uimus, & ſigna multa fecimus? audient miſerrimi:
Nunquàm noui vos . Diſcedite à me omnes ope-
C rarij iniquitatis. Sibi enim, non Deo laborarunt ,
& placuerunt. Quare charitatis indumẽtis obte-
gamur Eccleſiæ, in huiuſque ſinu ac gremio veræ
ſanctitatis odorem ſpirare nitamur , non homini-
bus placere ſtudentes , quorum oſſa diſſipantur à
Deo: ſed ſoli Chriſto Ieſu ſponſo noſtro, cuius na-
ribus ac labijs ſola veræ charitatis opera adeò ac-
cepta ſunt & periocunda , vt ab illis ſponſam lau-
dare non ceſſet. ait enim:

Fauum diſtillant labia tua ſponſa.

Doctores ſancti, & prædicatores integerrimi la-
bia ſũt Eccleſiæ: qui dulciſſima doctrinę Chriſtia-
næ præcepta, ſalutariáque eloquia paruulis effun-
D dunt ad fidem alendis. Faui enim mellis , honeſta
ſunt verba ac docta. per hos occulta diuinę ſapiẽ-
tiæ, quaſi cordis latentia aperiuntur. fauus eſt di-
uina ſcriptura, in qua mandata vitę ęternę, dulciſ-
ſima ſponſi cum ſponſa colloquia, virtutéſque om
nes cotinentur, & diligenter inquirentibus patẽt:
vt enim in fauo, mel & cera latent, quorum altero
paſcimur, altera lumen accendimus: ſic in literis
ſacris ſuauiſſimus cibus animi, & lumen mentis
inſunt, modò ritè quærantur. hęc, labia cuſtodi-
unt ſacerdotum, ſecundum illud: Labia ſacerdotis
cuſtodiunt ſcientiam : hęc docent boni omnes
Chriſti ſerui. Tunc fauum diſtillat Eccleſia, cùm
E electus quiſque recta prędicat, & cœleſta gaudia
reuelat: quantáque dulcedo ſapientiæ in ſcriptura
lateat, per oris fragilitatem audientibus manifeſtat
vt quod ſequitur, iurè audiat :

Mel & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorum tuorum, tanquam odor thuris.

Per mel, prędicatio pœnitẽtiæ: per lac, legis inſti-
tutio: per odorem veſtimentorum, quaſi odorem
thuris, obſeruatio mandatorum in odorem ſuaui-
tatis Ieſu Chriſti poteſt intelligi. Hoc mel falſi
Chriſti ſerui, quales ſunt prędicatores ficti, in lin-
gua portant, quod ſub lingua non habent: ſæpe
enim alijs cœleſtia gaudia prædicãt tanquàm veri
ſint

ſint cùm ipſi tamen terreſtria & peritura bona de-
ſideriis appetant. hos ab æterno prouidit Domi-
nus, cùm in euangelio cauendos ſapienter admo-
net: Super cathedra Moyſi ſederunt ſcribæ & Pha-
riſæi, quæcunque dixerint vobis, facite: ſecundum
eorũ opera nolite facere. Dicunt enim, & non fa-
ciũt. At recti & integri buccinatores Dei & ſancta
quæque anima, & mel in lingua portendit, dũ diui-
næ ſapientiæ dulcedinem loquendo effundit, eáq;
mẽtes audientiũ reficit, & idem ſecum ſub lingua
retinet, dum ea omnia ſibimet profutura reſeruat
& ſanctè peragit, quę cęteris rectè prędicauit: imi-
tata Apoſtolum Paulum, qui aduerſus improbos
eiuſmodi prędicatores clamat: Caſtigo corpus
B meũ, & redigo in ſeruitutẽ Dei, ne cùm aliis præ-
dicauerim, ipſe reprobus efficiar. Hæc quoque fi-
delis anima lactis cãdorem habet, & teneritudinẽ
de ſcripturæ ſanctæ mammis atque vberrimis ſpi-
ritus ſancti fluẽtis hauſtã, qua paruulos quoſque
in eccleſia cõmodè nutrit ac fouet, augétque quo-
tidie, ſecũdum illud Apoſtoli: Tanquam paruulis
in Chriſto lac nobis potum dedi non eſcã: nec ipſe
tamẽ à ſe diſcedit, ſed terrena abiicit, vitiorũ ama-
ritudinem reſpuit, per ſeſe honores fugit, oblatos
ſpernit: ſéque met interioribus ſenſibus ſapientiæ
dulcedine paſcit ac roborat: ne ad æterna gradiẽs,
vllo quãuis ſummo labore vię itineriſue laſſeſcat.
C Per veſtimenta ſponſę, vt ſuprà quoque diximus,
ſancta opera deſignãtur, quibus vel præterita ma-
la teguntur, ne in die iræ appareãt vlciſcenda. hinc
enim illud: Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimẽ-
ta ſua, ne nudus ambulet, & videatur turpitudo e-
ius. Et illud item: Beati quorum remiſſæ ſunt ini-
quitates, & quorũ recta ſunt peccata, &c. Vel in-
nocentia cõſeruatur & augetur: non enim ſatis eſt
mala non agere, niſi & bona peragamus. Prima
pars iuſtitię eſt mala deuitare, & vitia fugere: ſecũ-
da verò, honeſta ac iuſta ſanctáque patrare: quib'
iure bonitatis amatores eſſe iudicemur. Scriptum
eſt enim: Declina à malo, & fac bonũ, &c. vnde re-
D ctè laudatur ſponſa: Odor quaſi thuris, quia ſem-
per ſtudio voluntatis & humilitate precum, bene
olere debet fidelis anima. Sancta ergo ſponſa quã-
diu poteſt in hac mortali vita bona ſemper opera-
tur, & deſiderio ardet ſempiterno, nihílque boni
agit, niſi vt ad cœleſtia, quæ vehementer amat, ali-
quando peruenire poſſit: ob idque rectè odor ve-
ſtimentorum eius odori thuris comparatur, quia
quicquid agit ac ſtudet Deo bene redolet, dũ ęter-
na conſequendi ſtudio atque propoſito cũcta bo-
na operatur. Quo fit, vt de illa ſpõſus libentiſſimè
loquatur, ac gaudeat. Sequitur enim:

E *Hortus concluſus ſoror mea, hortus concluſus, fons ſi-
gnatus.*

Hortus concluſus ſponſa dicitur eccleſia, quam
& ſororem vocat, proptereà quòd in ea tanquàm
in bene culto pomario atq; horto plures ſunt ar-
bores fructuoſæ, ac plantæ, multi flores odoratiſſi-
mi, quã plurima holuſcula: ex variis enim populis
ac gentibus, quas habet, varios quotidie flores &
fructus boni operis profert. Variæ ſunt actiones
bonorum, quanquàm ad vnum finem omnes niti-
mur peruenire. Nã alij matrimonio caſtiſſimo ad-
dicti ſunt, alij ſoluti & cœlibes, alij virgines perpe-
tua corporis & animi munditia cũ humilitate flo-
rẽtes. Qui tamẽ omnes in ſuo ſtatu fideliſſimi per-

A manentes iuſtè viuũt ac ſanctè, Neminẽ lædũt, ius
ſuum cuique tribuunt. Hos perpulchros flores in
fide gignit eccleſia, quæ idcirco ortus cõcluſus ſi-
ue clauſus bis eſſe dicitur, quòd fidei, ſpei, & cha-
ritatis vallo munita, diabolo ſemper claudi, ſoli
verò ſpõſo ſpiritali filio Dei, Domino noſtro Ieſu
Chriſto patere debet, huiuſmodi ortus, quælibet
fidelis anima eſſe debet præceptorũ Dei obſerua-
tione & charitate vndiq; vallata, ne quid boni ob
laudes humanas agat, non propter inania hæc ter-
rena & peritura laboret, ſed ob ſempiterna illa at-
que cœleſtia honeſtiſſimè viuat, quæ nos ſola ex-
plere poſſunt, atque beare. ſummo ſtudio circun-
ſpiciẽs, ne ad inferiora bona rapiẽda antiquus ho-
B ſtis irrumpat. Fõs quoq; ſignatus eadẽ ſpõſa dici-
tur, quia in baptiſmate ſignaculũ Ieſu Chriſti acce-
pit ex eius ſacratiſſimi ſanguinis fõte perlota. vn-
de non licet ampliùs ſponſę adulterino diaboli ſi-
gillo inſculpi, ne dicã inuri: grauis enim iniuria fit
diuiniſſimo ſponſo, dũ quæ ipſe ſuo precioſiſſimo
ſanguine clemẽtiſſimè lauit, & ſanctiſſimè inſcul-
pſit, eadem noſtra nos ignauia & improbitate pati-
mur ab eius aduerſario ac noſtro turpiſſimè fœda-
ri atque deleri. Quare ſancta quæq; anima ſtudio-
ſè ſe circũſpicere, & cõſeruare debet cœleſtis ſpõſi
characterem, cœleſtia cogitare, peritiã ſcripturarũ
in memoriæ ventrem ſemper ingerere, & quęque
C optima documẽta, veluti ſaluberrimas aquas col-
ligere, quas ſitientibus fidelium animis ſalutariter
effundat cùm oportuerit, vt in eis aliquando inci-
piat ea ſcaturire aqua, de qua dicit Dominus: Qui
biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æ-
ternum: ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons
aquæ ſalientis in vitam ęternam. Et alibi: Qui cre-
dit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina aquæ viuæ
fluent de ventre eius. Poteſt etiam ob id fons ſi-
gnatus intelligi, quòd ſenſus ſpiritalis carnalium
mẽtibus occluditur. Animalis enim homo, vt in-
quit Paulus, non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus
Dei: nã ſtultitia illi eſt, nec poteſt intelligere, quo-
D niã ſpiritaliter recenſetur, eſtq; perinde ac liber il-
le clauſus Apocalypſis. Sanctus enim ſpiritus mẽ-
tem quam replet, illuminãs irrorat, & irrorãs illu-
minat, vt & de luce eius videat, quid appetat, & de
rore refrigeretur, ne turpiter incaleſcat. Purgãdus
eſt ergo animus ab omni labe carnali, & tenebris
delictorum: vt ex horto, honeſta fructificare, & ex
fonte ſanctiſſima haurire poſſimus, vtiles ad ea,
quæ ſequuntur, admitti:

*Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cũ fru-
ctibus arborũ Cypri, cũ nardis: nardus & crocus, calamus
& cinamomum cum omnibus lignis Libani, myrrha &
aloë cum vniuerſis primis vnguentis.*

E Per emiſſiones paradiſi, quæ ἀποστολαὶ Apo-
ſtolæ dicuntur ſanctiſſimi Apoſtoli veluti delitia-
rum horti lauacrum ſacri fontis habentes intelli-
guntur, qui tanquàm mala punica foris rubentes
in laboribus & ęrũnis, poſtremò & ſanguine mar-
tyrij per multos hominũ Chriſti fidei veluti gra-
na pepererunt, hiſque tanquàm paruulis fructus
ſuauiſſimos arborum cœleſtium ad fidei incre-
mentum & charitatis opera præbuerunt: per
has enim res ſenſibiles diuinæ illæ & cœleſtes in-
ſinuantur. Nam fructus arborum iuſta ſanctorum
opera, & caſtitatis odores indicant. Quid per Cy-
pros cum nardis, niſi verba ſalutaria pietate & fi-

de redolentia? Cyprus, Nardus, & Crocus, fides ſpes, & charitas. Cyprus arbuſcula eſt flore candido cincinnorum inſtar pendente coma odoratiſſima, folio oleæ: ex hac fit vnguentum nomine Cyprinũ ad multa cōmodiſſimum. habét que folia, flores fructus & ramos vtiliſſimos, hæc optima in Aſcalone Iudææ, & Ægypti Canopo prouenit. Nardus quoque medicus eſt frutex Syriæ & Indiæ præſtantiſſimus, colore fuſco, comoſus, odoratiſſimus ſaporis amari, ſuauitaté odoris diutiſſimè redolens, calefacit, exiccat, virétque perpetuò: miſcetor antidotis, & efficaciſſimas vires ad quàm plurimos morbos habet. Crocus item notiſſima herba eſt, cuius probatiſſimus in medicina vſus, præſertim qui ex Ciliciæ promontorio, nomine Corycius, maximi eſt odoris, folio anguſto in capillamenti modum, florem cœleſtis arcus colore perſimilem, calicis modo ab anguſto in latum ſeſe explicantem habet: intra quem, fructum triplicem, veluti apicem, coloris flammei ex vna radicula duplici filo lutei coloris hinc inde munitum profert, gaudet calcari & atteri pede, pereundóque felicius prouenit: ideò iuxta fontes, & viarum ſemitas lætiſſimus eſt: nec melli, ac dulci, ſed vino vel aqua diſſoluitur: huic igitur croco exercitati virtute patiētiæ, & factis charitatis illuſtres comparantur. Qui veluti triplex Croci fructus ex vna radice dilectionis emanans, Deo, ſibíque, & proximis vtiles extiterunt, terrenis rebus anguſti, ſed cœleſtibus ampliſſimi, caſtigati & afflicti corpore, ſed animâ vegeti, lætiſſimi, & immortales. Sed hæc ſatis, ne medicinam docere videamur. Calamo verò & Cinamomo odoratiſſimis ſimiliter arbuſculis, & quarum vſus in medicina plurimus eſt & valentiſſimus cũ omnibus excellentiſſimis lignis Libani, Paulus & Petrus cum cęteris fidelibus cunctis aptiſſimè congruũt: vt omnes cum Chriſto ſepultos in batiſmo vnius ſanctitatis odoris eſſe monſtraret. Quod & ſequens orationis ſeries apertè declarat, cùm dicit:

Myrrha & aloë cum vniuerſis primis vnguentis.

Scimus enim corpus Ieſu Chriſti, myrrha & aloë à Ioſeph ſummo pietatis ſtudio, ex diuino conſilio ac nutu fuiſſe cōditum. Cum primis omnibus vnguentis, hoc eſt, cũ vniuerſis iuſtis illis, qui ante corpus Chriſti ſepulti fuerant & humati. Quare per diuerſas huiuſmodi aromatum ſpecies varius ſanctarum virtutum odor, & multiplex fructus ſanctitatis oſtenditur: vt enim ex iis arbuſculis ac plantis regalia vnguenta conficiuntur, & valetudines corporum reparantur, exiiſque bene confectis & conſeruatis & bonus odor ſalutis emanat, & ægreſcentibus animabus opportuna remedia depromuntur, vt dignæ ſint & à ſponſo commendari, qui adhuc laudes celebrat eccleſiæ.

Fons horti puteus aquæ viuentis, quæ fluit à Libano.

Ritè poſt emiſſiones paradiſi in eccleſia fons horti & puteus viuentis aquæ deſcribitur. nã per vtrumque ſcriptura ſancta notatur. Quæ adeò diuinæ ſapientiæ abundat aqua: vt & ſemper fluat ad mentes fidelium irrigandas, & nunquàm fluere deſinat ad perennem copiam indigentium: rectéque horti eſſe dicitur, quoniam in eorum mentibus præcipuè hæc ſcaturit ſalutaris aqua: qui tãquàm bene culti horti frugiferæ plantæ, nunquã ceſſant aliquid fructus ex ſe reddere, ex acceptiſque ſeminibus bonæ fidei maiori quadam copia reddent omnia virtutum opera. Sed animaduertendum eſt, quòd fons primùm, mox & puteus appellatur, vt oſtendat ſacras literas non ſtatim patere omnibus, abyſſum earum intrare cupientibus: ſed vt fontem primo aſpectu facilem potare volentibus apparere, mox vt haurire cœperint, altiſſimum videri puteum: omnis enim puteus fons eſt, ſed non conuertitur: proptereà laborandum eſt diligenter ac ſedulò, quicunq; profundiſſima huius atque fluenta penatrare cupit, ſummáque humilitate aquãdum: nam & ſuperbis procelloſum fit pelagus, & humilibus fluuius permeabilis, & quanquàm interdum veluti fonticulus enatare videatur, aperta rerum intelligentia, vt mediocriter eruditos irroret, & non ſatis gnaros: eſt tamen profundiſſimus vel vbi maximè tranſibilis apparet. Quòd verò per aquam diuinæ ſcripturæ ſapientia intelligatur, manifeſtat illud quod dicitur: Auferet Dominus ab Hieruſalem, mittens eis ſitim aquæ, & famem panis. & illud Heſaiæ: Auferet Dominus ab Hieruſalem & Iuda omne robur panis, & omne rubur aquæ. Vbi notandum, quòd robur panis priùs dicitur, & poſteà robur aquæ auferetur, quia dum grauia dicta ſcripturæ non perquiruntur, nec fiunt vt mandantur, paulatim à ſcientia decidet mens, vt aliquandu vel læuia non intelligat: aptéque de Libano fluere dicitur hæc aqua, quia baptiſmate dealbari cœpimus: nam Libanus, vti diximus, dealbatio interpretatur. dum ablata nigredine peccatorum ad candorem nouæ vitæ reformamur, & cùm per pœnitentiam ſalutarem inſtauramur. A Libano ergo fons horti & aquæ putei fluunt: quia in baptiſmo & dono pœnitentiæ electi, donum ſpiritus ſancti accipiunt: quo illuminati ſcripturæ ſanctæ ſenſus rimantur & capiunt: iiſque ad æterna capienda vehemētius impelluntur, ſicuti Dauid inquit: Fluminis impetus lætificat ciuitatem: cùm per donũ ſpiritus ſancti fortiter inundans ſcripturæ ſapientia auctã eccleſiã & cuiuſq; capiētus mētē infuſione ſua adeò exhilarat atque fœcundat, vt malignum ſpiritũ ab ea longè repellat, virtutes verò inferat. ait enim:

Abſcede Borea, & veni auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata tua.

Nihil frigidius eſt mēte diabolica, quę vniuerſo diuini amoris igni caret: nihil abſtrictius ad calorem ſpiritus ſancti capiendum, nihil denique infelicius atque calamitoſius eorũ anima, qui diuinæ voluntati obſiſtunt. cœleſtiq; lumini, atque ſplēdori: quod Dauid intelligens, ait: A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me Domine. Per boream ſeu aquilorum, qui ventus eſt frigidiſſimus, à ſeptentrione ſpirans, diabolus exprimitur: qui vt peccatorum frigore corda hominum conſtringeret, auſus eſt dicere: Sedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis. hic quoſcunque poſſidet, à bono opere torpere facit, & iniquitate replet: proptereà ſpiritum hunc malignum ab eccleſia, & à qualibet electa anima diſcedere iubet. ſecundum illud Prophetæ: Et Aquilonem depellam à vobis. Et auſtrum ſiue notum aduocat, qui à meridie ſpirans calidus eſt & humidus, aliτque vehementer, hoc eſt, vitalem ſpiritus ſancti auram plenéque iocundã. Quæ cùm mētes electorũ per-

perflat, ſtatim calere facit torpore depulſa, & ad bona peragenda feruentes reddit: hinc illud Dauid: Cōuerte domine captiuitatem noſtram, ſicut torrentes in auſtro. Abſcedat ergo boreas, & veniat auſter, ac perflet hortum ſponſi, & fluant aromata ſua, ſublata poteſtate diaboli, atque diſiecta ab eccleſia, & à quacunque ſancta anima. Adueniat ſpiritus ſancti gratia, quæ mentibus humanis ignem charitatis accendat, cogitationes ſanctas infundat, honeſtiſſima facere doceat, vt aromata fluant, hoc eſt, vt iuſtæ actiones & ſanctitatis opera, & virtutum odores omnium per mentes proximorum ſuauiſſimè redoleant: vt quique ardentes ad eadem ſe accendant, & auſtro flante, hoc eſt, ſpiritu ſancto ſe infundente lariſſimè ſpargantur odoramenta virtutum: vt vbique cuiuſque fidelis hortus & læriſſimè floreat, & ſuauiſſimo, fructus atque ſalutares vberrimè producat, in cúmque ſponſum iure inuitare, & aduenientem excipere poſſit, quemadmodùm nunc ſponſa aduentum ipſius ſponſi æterni verbi deprecatur, ac rogat. at enim:

Deſcendat frater meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum.

Ad quos & quales fructus edēdos horti ſui, hoc eſt, eccleſiæ gētium, & cuiuſque fidelis animæ innitetur ſpōſus à ſponſa, ipſe per ſe declarat in Euāgelio, cùm dicit: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui me miſit. hoc eſt, vt quàm plurimos ad me conuertam, meoſque diſcipulos faciā & amicos, omnes in me credentes: quorum bona opera tanquā fructus ſuauiſſimos virtutis ſponſus edit, hiſque maximè lætatur. Tunc enim in hortū ſuum dilectus deſcendit, & fructum comedit, cùm mentes viſitat, & iuſtorum operum delectatione ſatiatur. Sed iam tempus eſt explicandi, cur frater nunc appelletur ſponſus, & ſponſa ſoror, idque viciſſim, nam more dramatis, hoc eſt, interlocutorum & diſſerentium ſeſe mutuò compellant, inuitant, ac laudāt per totum hoc opuſculum, cū paulò ſuperiùs ſeinuicem patruelem & propinquam vel proximam nominarint. Equidē propterea ſpōſum Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum ἀδελφιδὸν Adelphidion, hoc eſt, patruelem & nepotem (nam & id ſignificat) primùm vocatum eſſe arbitror, à ſponſa eccleſia gentium. Deinde & fratrem, quòd ſecundum carnem ex ſemine Iacob, vti noſtis, natus eſt Chriſtus. Ex Eſao verò fratre maiore natu Iacôb præcipuè congregata eſt ipſa eccleſia. Quanquàm omnes gentes & populi ad fidem Chriſti cūuerſi ex multis aliis oriundi fuere, præter quàm ex genere ipſius Eſau: tamen quoniā ad Abraham eorum auū (filij enim Iſaac & Rebeccæ ambo fuere gemelli) dictum eſt: Multiplicabo ſemen tuum, ſicut arenam maris, &c. Rectè nonne videtur ipſa eccleſia ex genealogia Eſau tanquàm iure quodā propinqoitatis & agnationis ſpōſum Chriſtum Ieſum fratrem ſuum & patruelem appellare, vt quod ſibi cōmune eſſet cū ceteris omnibus & gentibus & populis ad fidem Chriſti cōuerſis, id priuilegio quodam hæreditario præ cūctis Eſau ſtirpi tribueret: vnde & ipſa ſpōſa πλησίον, hoc eſt, proxima vel propinqua & affinis, appellata eſt ſemper à ſponſo vſque ad eum locum, qui ait: Vulneraſti cor noſtrum ſoror noſtra ſponſa. Quare non ſine myſtica ſignificatione ſponſus

Appendix.

& ſponſa ſeſe primùm patruelem & propinquā, deinde fratrem & ſororem mutuò nominarunt, vt oſtenderent ſibi inuicem anteà naturæ tantùm, & creationis lege atque beneficio copulatos: poſteà verò tanto támque ſingulari redemptionis munere, hoc eſt, ſacratiſſimo ipſius ſpōſi pro ſponſa ſanguine effuſo, mirum in modum deuinctos eſſe atque coniunctos. Indéque mitè factum, vt non ſe ampliùs propinquos, ſed fratrem & ſororē & ſpōſam ſacratiſſimè appellent. Quod & ipſe ſponſus per ſe in euangelio maniſeſtè declarat, cùm dicit: Non iam vos ſeruos dicam, ſed amicos & fratres & idem, Vade, dic fratribus meis, & illud per Dauid: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio eccleſiæ laudabo te. & idem: frater nō redimit, redimet Adam? vel homo? Tanta eſt igitur inter vtrunque beneuolentia, támque admirabilis amicitia, & diuinæ charitatis coniunctio creatoris ad creaturam, ſponſi Chriſti ad ſponſam eccleſiam, & ſanctam quāque animam, vt tam omnia inter ſeſe communia habeant & cōiunctiſſima: proptereáq; in hortū ſuū vocatur ſponſus à ſponſa ad ſuos fructus edēdos, vt oſtendant nihil inter ſe habere diſiunctum, nihil ſeparatum, nihil diſſonum, inſtar vnius ſanctiſſimi paris amicorum: vtque illud nos ſalutariter admoneat, omnia bona noſtra ex ipſius gratia prouenire, nihilque boni ſpōſę ineſſe, qood non ab ipſius ſponſi largiſſimo bonorum omniū fonte emanarit. Id qđ ipſe per ſe teſtatur, cùm ait: Sine me nihil poteſtis facere. & illud Iacobi: Omne datum optimum, & omne donum perfectū ſupernè eſt deſcendens à patre luminum. Vt igitur intelligant ſuperbi ac reliqui, nihil ſe habere boni, quin illud à benigniſſimo rerum omnium largitore ſponſo Chriſto Ieſu gratis acceperint, rectè ad ſua bona edenda nunc inuitatur ab humili ſpōſa ac grata. Quam viciſſim & ſponſus munificētiſſimè reinuitat, vt memorem ac charam:

Ingredere in hortum meum ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis. Comedi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.

Admirabilis ſponſi charitas erga ſponſam, quam non modò redemiſſe, verumetiam quaſi tardantem adhuc ad ſalutem ſuam inuitare, & miniſſimè adhortari non dedignatur. Ait enim: Ingredere in hortum meum ſoror mea ſponſa. O qualis eſt hortus iſte ſponſi deliciarum, quàm omnium odoratiſſimorum florum & ſuauiſſimorum fructuum varietate copiáque refertus hic ortus, & pomarium ſalutarius ipſius nex ſiue paſſio pro ſalute humani generis poteſt intelligi. & cœleſtis illa manna Euchariſtia ſcilicet, quæ ſi ſanctæ meditetur, tantum dulcedinis cœleſtis alimoniæ affert & ſuauitatis fructuum, vt rectè cum Dauid dicere queat: Guſtate & videte, qoàm ſuauis eſt Dominus. In quo quidem horto, poſtquàm infinitas cœleſtes plantas ſaluberrimas atq; ſacratiſſimas diuinorum fructuum pomis onuſtas conſeuit, quandiu vixit in terris: voluit & ſemetipſum tantam arborem æternæ vitæ plantare, vt quiconque ex ea fructum fideliſſimè deguſtaret, viueret in æternum: Cœpitque à ſepulchro ſui corporis, quaſi ſcrobem radici huius diuiniſſimæ arboris cauaturus, ait enim Meſſui myrrham meā cum aromatibus me-

is, hoc eſt, ſepulturam cum vaticiniis Prophetatum, hoc ipſum de me aſſerentium: Comed panem meum cum melle meo, hoc eſt, paſcha cũ humanitate aſſumpta, hic eſt enim panis ille viuus, qui de cœlo deſcendit, à pane illo diu anteà præmonſtratus, quem Melchiſedech rex Salem, & ſacerdos ſummi Dei cum vino obtulit. vnde ſequitur: Bibi vinum meum cum lacte meo. id eſt, calicem pietatis & innocentiæ. Poſſunt hæc omnia & ad cœleſtem patriam, & ad fidelem quãque animam referri, cũ ſponſus quemlibet electũ ſuum cunctis virtutibus ornatũ, ab hac vita ſuccidens ad æthereũ thalamũ deducit. Panem cũ melle comedit: cùm de ſanctis ſuis fructus bonorũ operum cum ſanctitatis opinione colligit: eóſque ad beatorũ horreũ cœleſti pabulo ſaginandos transfert. vinum verò ſuum cum lacte bibit, cũ & perfectione quorundam ſe reficit, & innocentiã aliorũ cum pietate, diligẽs vtroſque ad ſempiternam requiem congerit. horum exemplo cæteri militãtes adhuc in hac mortali luce ad hunc delitiarũ hortũ accelerare adhortantur, cùm ſequitur:

Comedite propinqui, & bibite, & inebriamini fratres.

Patriarchæ & Prophetæ tanquàm propinqui & amici (longiùs enim abfuere) de verbo vitæ, & paſſione Domini, & ſpiritus ſancti fluuio comederunt, biberúntque. Apoſtoli verò & diſcipuli illius omnes & martyres, qui illud videre & contrectare ex diuina gratia meruerunt: adeò inebriati ſunt ad ſummum vſque, torrẽte ſpiritus ſancti cœlitiùs diffuſo, vt muſto pleni putarentur, dum magnalia Dei prædicarent. Myſticam ergo paſchatis comeſtionem, & dimiſſum ſpiritus ſancti hymbrem intelligit, de quo dixit: Accipite & comedite. &, Accipite & bibite. &, Accipite ſpiritũ ſanctũ. Quod & ſequens oratio confirmat, cùm dicit:

Ego dormio [in cruce ſcilicet] *& cor meũ vigilat.*

Cùm diuinitas tartara ſpoliauit, & opima ſpolia retulit de triumpho ſuperatæ mortis æternæ, atque deiectæ diabolicæ poteſtatis. ait enim: O mors, ego ero mors tua, & princeps huius mundi ſpiritus ipſe malignus eiicitur foràs. Verùm ſi hęc ad ſingulorum fidelium animam trãsferamus, alij ſunt ex ęlectis, qui tanquàm amici Dei comedũt ac bibunt, dum diuina præcepta ſic obſeruant, vt nihil Deum capitaliter offendant: & quanquã neceſſitate corporis, vel coniugio caſtiſſimè aſtringantur, & filiorum curæ, reſque humanas poſſideant ac diligant, non ea tamẽ Deo præferunt, ſed iuſtiſſimè viuunt, nihil alieni rapiunt, ſua dilargũtur egenis, charitate addocti. Alij verò nullis vinculis huius prophani ſeculi annexi, non modò diuina mandata omnia ſtudioſè curant ac ſanctè, verùm etiam poſthabitis atque relictis deſpectíſque omnino cunctis rebus humanis, ſoli Deo placere, ſeruiréque nituntur: hi ſacras literas meditantur, frequenter orant, deſiderio regni cœleſtis ardent, præterita ſua delicta deflent, lachrymis ſe mundãt, affliguntur, torquent, níſque aliud ſtudent ac volũt, quàm ſponſum prometeri ſemel & adipiſci, cum eóque regnare in ſempiternũ. hi non ſolũ de cœleſtibus potant, ſed & ad ebrietatẽ vſq; fœliciſſimè cõplentur hi ſunt cor ſponſi, in his libẽtiſſimè cõquieſcit. Quò magis enim exteriora cuncta deſpiciunt, eò ſecretiùs interiora ſponſi docentur: de quibus idem me, dilige-ſponſus ait: Qui diligit tur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Dormit ergo ſponſus, & cor eius vigilat, dum à terrenis rebus eius electi alieni ſunt, & ſola diuina concupiſcunt, & tanquàm à ſeculo mortui, & rerum omnium infimarum perpetuo ſopore capti, ad ſuperna tantummodò vigilant atque contendunt: nec niſi proximorum vtilitatis cauſa ſeſe vnquàm ad peritura conuertunt. ob ídque nonnunquam ad profectum aliorum ab interna quiete excitantur à ſponſo, cuius vocem nunc audiens ſponſa lætabunda reſpondet:

Vox fratris mei pulſat ad ianuam.

Ianua ſiue oſtium, cor ſponſæ, & cuiuſque fidelis animam ſignificat, ſecundum illud: Ego ſto ad oſtium, & pulſo, &c. Quicunque ergo Deo paret, & illius præcepta ſtudioſiſſimè conſeruat, is ſe quotidie ad ianuam cordis acciri & admoneri ſentit ad meliora ſemper & altiora charitatis opera facienda, quod & ſequentia confirmant. Sed illud prius dicendum eſt, hoc quoque ad poſt reſurrectionem referri poſſe, cùm Dominus noſter Ieſus Chriſtus clauſis ianuis apparuit Apoſtolis cùm & Thomam incredulitatis ſuæ reprehendit, & ſub eius nomine quamlibet infidelem animã, vtque ſibi ianuam cordis aperiret ad fidem capiẽdam excitauit: vnde propinquam primùm ipſam animam, quaſi fidei vicinam, nondum tamen credentem: deinde ſororem, & ſponſam, & columbã, & perfectam ſuam ſponſus appellat, vt iamiam fidelem totam & igne charitatis ardentem: propteréaque ait:

Aperi mihi propinqua mea, ſoror mea, ſponſa mea, columba mea, perfecta mea.

Propinqua creatione, ſoror incarnatione, ſponſa fide, columba ſalutaris vnde & ſpiritus ſancti regeneratione, perfecta ex charitate: hæc tot & tantis diuinis muneribus inſignita ſponſa, & quælibet ſancta anima cùm pulſanti cœleſti ſponſo libenter aperit, incredibili gaudio referta in ſtupore mentis exclamat, ac profert: Dominus meus & Deus meus. En iam ſe illius creaturam & ſeruum appellat, iam ſe illum timere & credere confitetur fidelis anima ac ſponſa, quæ dum dormit, dilectus pulſat, vt aperiatur ei: multa enim peccatorum onera tolerantur à Deo, dum ſancti viri ſibi ſolum per otium contemplationis attendunt, quæ quidem peccata niſi à ſpiritus ſancti prædicatoribus arguuntur, nunquam per ſe carnales emendant, vult ergo ſponſus vt toties otium ſtudiorum & quies animi intermittatur à bonis viris atque perfectis, quoties ſeſe verbo & exemplo cæteris profuturos intelligunt. Torpent enim prophanorum mentes, & facilè mutantur in peius: niſi diuini verbi calore aſſiduè foueantur: proptereáque ſe illi manifeſtat ſponſus, & cur eam ſibi aperire vocarit, exponit. ait enim:

Quoniam caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctis.

Sunt qui per caput ſponſi rore plenum, reſurrectionem matutinam ipſius, & per cincinnos noctis, redemptorum animas & populos ad fidem cõuerſos, intelligãt. Qui quidẽ populi rore & guttis noctis, hoc eſt, peccatorum frigore ac tenebris implẽtur, niſi doctrina paſtorũ, ac vita per ſpiritus ſancti

ſancti gratiam illuminentur,& incaleſcant. Multi enim in eccleſia poſiti, Deum eſſe credunt, & ore quidem confitentur, ſed vita & moribus ita frigẽt delictorum pleni, vt nunquàm niſi ſæpiùs admoniti atque correpti ad ardorem charitatis accendantur. Quos in fide diuinitatis quaſi in capite Chriſti cincinnos pendere deprimereque ſcimus: hi guttis noctis implentur, dum in hac caliginoſa & mortali luce peccatorum tenebras patiuntur, & rerum caducarum cupiditatibus grauati, frigidiſſimas roris iniquitates ſtillant atque cruores. Ad hos curandos & accendendos excitatur ſponſa: dum ſpiritalis quiſque pro ædificatione plurimorum ab honeſta priuatę vitę tranquillitate ad ſanctiſſimi paſtoris officium deuocatur. Sed quoniã nemo ſapiẽs Chriſti ſeruus ſibi dignitatem ſumit, niſi qui vocatur à Deo tanquam Aaron, vt Paulus inquit: nec item vocatus non poteſt ſibi non timere. Videt enim quàm perículoſa res ſit, alienæ ſalutis curam gerere: quàm difficile, bene ad miniſtrare. Salute enim periclitamur omnes, ſed maximè, qui cæteris gubernandis præſunt: graue ſanè onus & nulli niſi ſanctè gerẽtibus tollerabile. Intelligit prætereà ſe quàmplurimis moleſtiis ſollicitudinibúſque implendum: & poſt amiſſam ſanctam animi quietem facilè ſeſe peccatorum ſordibus fœdari poſſe ac perdi: ideò clamãti ſponſo reſpondet, ac dicit:

Exui me tunica. quomodo ea iterum induar? laui pedes meos, quomodo iterum fœdabo illos?

Poteſt hoc ad ipſam reſurrectionem ſponſi referri, qui iam ſe mortalitatẽ aſſumptę carnis exuerat, & ab anguſtiſſimis terræ greſſibus, ad ampliſſima cœlorum ſpatia tranſierat: vt ſemel mortuus non vltra ſe moriturum oſtenderet, ſecundũ illud Apoſtoli: & mors illi vltrà non dominabitur. ob idque dixit: Quomodò eam iterũ induar? & quomodò iterum fœdabo illos? ſed quoàd ſponſam: Quicunque ex ſacrofonte lotus, veterem hominẽ cum vitiis ſuis omnib⁹ exuit, is ſe mortali tunica ſpoliauit, vt indueretur æterna: de qua tunica expeoda monet ſponſus in euangelio, cùm ait: Nunc autem qui habet tunicã, vendat eam, & emat gladium, hoc eſt, deſpiciat ſeculi caduca & peritura, ſpoliet ſe delictis, & cupiditate rerum omniũ terrenarum & emat ſpiritum paracletum, à quo ſibi donentur æterna. Hunc enim gladium in terram ſe miſſurum, veniſſe idem teſtatur Dominus. hic eſt ille idem gladius, de quo dicitur: Et gladiũ ſpiritus, quod eſt verbum Dei: quo vitioſa præſecãtur, & vlcera ſcelerum omnium aduruntur atque ſanantur. Pedes autem ſuos ſponſa lauit, cùm pręterita ſuæ vitæ errata correxit, quotidiéque commemorando quę deliquerit, & aſſiduis lachrymis ſe purgat, ſuſpirat, ac gemit, dolétque vehementer ſe contra legem Domini diſſolutè ambulaſſe, turpia concupiſſe, inhoneſta atque iniuſta peregiſſe, nihil boni, nihil ſancti à ſe factum: ſtuduiſſe tamen mundari pœnitentia, vt immaculata aliquando ſponſo appareret, eique vita moribúſque placeret in animi honeſti quiete atque ocio. Quare verita ſponſa ne rurſus eis malis incideret, quę fugit, & quaſi iam ſecura in ſtatione à maris fluctibus, ne eiſdẽ iterũ obtuatur renuit ſe pelagus vorticoſum prophanorum vitæ nauigare, ſed ſponſus qui pro omnibus ſe volũtariæ motu deuouit, qui-

A que bona publica priuatis anteponit, haud facilè quàm plurimos perire tolerat: ob ídque iam propiùs ſponſam ipſam per ſemet accedens excitare non dubitat, cùm dicit:

Frater meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

Videtur non abſurdè de Thoma Apoſtolo, & in perſona eiuſdem omni incredulorũ anima poſſe intelligi, cũ Ieſus illi dixit: Infer manũ tuam in latus meũ, & digitos in locum clauorũ, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Tũc ille de vera Chriſti reſurrectione certior factus, tunc fide plenus, tũc venter eius, hoc eſt, mens & animus exhorruit ad tam veram támque mirabilẽ reſurrectionis præſentiã.
B Sed ſi ad ſponſam referamus, tunc manum ſuam ſponſus per foramen ſpõſæ admouet, vt ſurgat, cũ per internam quãdam intelligentiam eam inſtruit ac docet, quàm mira ſint diuinæ prouidẽtiæ & poteſtatis opera, quib⁹ qui tegitur, is nunquã perire poteſt: proptereà nõ eſſe timẽdũ, quin vel inter pericula tutò verſari poſſit ob ſalutẽ ꝓximorũ, modo nõ id ſuæ virtuti tribuat arrogãter, neq; aliquid eſſe putet, cũ nihil ſit omnino, niſi tũ cu Deo ſuo adhæret, ac paret audítq; humiliter. Nã nec in ſumma pace & maxima ſolitudine aliũ quenquam niſi per eum ſaluari poſſe: qui & bene olẽtes roſas inter ſpinas, & triticũ inter zizania cõſeruare nouit,
C ne lędantur, nullumque vnquã hominũ in ſe ſperantium dereliquit, vel in maximis vitæ diſcriminibus conſtitutum: ob ídque ſponſa ad huius tactum intremiſcit, quoniã ſancta quęq; animo quò clariũ diuinã potentiã per interiorẽ mentis oculũ intuetur ac cernit, eò vehemẽtiùs ſibi timet, ſéque eò acriùs recẽſet, ac iudicat quicquid in ſe carnale deprehendit: quò maiore charitate in eũ ardet, quem exoptat, quoq; magis veretur ac timet, ne quid in ſe deprehẽdat odio animaduerſione dignũ: eò demiſſiùs ſe illi ſubiicit: ſéq; totã ad ſponſi voluntatẽ parat ac defert: nullúmq; laborẽ, neque periculũ recuſat, modò intelligat ſe rẽ gratã facere
D ſuo ſpõſo, pro quo mori nõ refugit. Quare ſtatim mandata ſui ſponſi executura ſuerrexit. ait enim:

Surrexi aperire fratri meo, manus meæ ſtillauerũt myrrham, digiti mei pleni ſunt myrrha electa.

Manifeſte & hæc Thomę, & cuilibet ad fidẽ conuerſæ animę cõuenire poſſunt: tũc enim illius manus myrrhã ſtillauerũt, & digiti pleni fuerũt myrrha electa, cũ Ieſu latus manibus ſuis cõtrectauit, & in clauorum loca digitos immiſit: proptereáq; ipſius Ieſu veriſſimã fuiſſe reſurrectionem corporis non imaginariam cõfidenter teſtari potuit credituris. Idemq; corpus Ieſu Chriſti à morte ad vi-
E tam reuocatũ, quod antè familiariſſimè nouerat, atque tetigerat, quódq; pro ſalute totius humani generis in cruce pependerat, in ſepulchróque iacuerat. Tũc igitur manus Thomę ac digiti myrrhã ſtillauerunt gentibus, cũ omnium certiſſimè prædicare potuit, quod ipſe ob aliorum vtilitatẽ dubitando palparat, ac ſenſerat. Si verò ad ſponſam reſpicias, tunc tacta ſurgit aperire ſponſo, cùm ſeſe intùs ardentiùs incalere ſentit, magíſque accendi, quàm conſueuerat: proptereà intelligit iam ſe ad proximorum vtilitatem excitari, vt in illis quoque ſpõſus habitet, quos fidelis anima prædicãdo ex diuina gratia ſponſo compararit: ſed quoniam magis exemplis, quàm verbis cõmouentur

A homines, propterea ſanctè agere, & iuſtiſſimè cõuerſari omnino debent, quicunque alios docturi ſunt atque recturi, nihil facere accuſatione dignũ, nihil quod à quoquam iure carpi reprehendiue poſſit vnquàm. Tunc enim manus ſponſi myrrham ſtillauerunt, & digiti pleni ſunt myrrha electa, cùm non modò promiſcuè bona agimus, ſed cùm ſingulas actiones noſtras, dictáque ac facta omnia ſigillatim recenſemus, diligentiſſiméque diſcutimus. Nã vt ab vna eadémq; manu plures digiti naſcũtur, ita ab vna eadémque anima diuerſæ virtutes emanãt. Alia eſt enim benignitatis, alia continentiæ, alia parcitatis. Aliud eſt cũ nobis ipſis ſub ſilẽtio ad vtilitatem propriá prędicamus: B aliud cùm proximis apertè loquimur ad eorũ ſalutem ac commodum: aliud cùm liberè delinquẽtes increpamus. Quæ quidẽ omnia, tum probatiſſimam myrrham redolent, cũ ex propriæ carnis caſtigatione, & de fonte veræ charitatis emanãt: Nihil eſt enim quod tam fidè prædicãti paret in omni cœtu hominum atque conuentu, quàm parem dictis vitam agere, quámque ante omnia auaritiá fugere, ſuperbiam deuitare, atque libidinem. tunc enim docentis verba fidem faciunt, tunc admonẽtes exaudimus, tunc imperantibus audibus, nũc increpantibus cædentibúſq; tacemus. Incredibilis vis eſt integritatis, inexpugnabile robur conſcien- C tiæ, immobilis conſtantia veritatis. His omnis duritia permollitur, & quæque ſcelerum vincula diſſoluuntur. his aperiuntur corda venienti ſpõſo vt inhabitet credentibus. Rectè igitur proſequitur:

Peſſulum hoſtij mei aperui fratri meo.

Vt proſequamur quod de Thoma cœpimus, ſponſa per ipſius Thomæ infidelitatem de reſurrectione Chriſtiana pleniſſimam fidem accepit. dũ enim ille de reſurrectione Chriſti corporis dubitauit, & palpare voluit, omnem dubitandi cauſam credentibus amputauit. pluſque Thomas ſponſæ dubitando profuit, quã Maria Magdalenæ ſtatim D credendo contulit. Clauſerat ergo Thomas anteà cordi oſtium reſurgenti Domino fratri ſuo, cui mox & pateſecit, cùm ab infidelitate ad ſtabiliſſimam fidem, & ſummam charitatem ſeipſum conuertit, & crediturorum. non enim phãtaſtica ſiue imaginaria reſurrectio illa fuit, vti ſuprà diximus: ſed veriſſimũ illud idem prorſus Chriſti corpus, quod olim mortale ab Iudæis cruci affixum immortale reſurrexerat. Quocirca vbi ſeſe ſponſus dubitanti Thomæ per certiſſimũ corporis tactum ad illius vtilitatem atque multorum, & cæteris Apoſtolis per quadraginta dies multis argumentis mirabiliter demonſtraſſet, ad cœlos demum aſcendit. Sed E ſi de quaq; fideli anima moraliter loquamur, peſſulum oſtij facimus, cũ per voluptates carnis aditũ cordis contra Dominum occludimus: idem verò tum reſeramus, cũ depulſis illecebris vitiorũ atq; luxuriæ in amorem Ieſu Chriſti nos totos expandimus: nihílque ſponſo veniẽti obſiſtimus, ſed illi ſoli pulſanti aperimus, ipſúmque nobiſcum perpetuò inhabitare rogamus clamantes: Mane nobiſcũ Domine, quoniam adueſperaſcit. Et quoniã dum in hac mortali carne ſumus, haud id perfectè ſtatim facere poſſumus (nemo enim, vt dicitur, repẽtè fit ſummus) annitendum eſt indies, vt hoc quã maximè conſequamur: nulli que alij quã Deo noſtro ſtudere placeamus. Et quanquàm interdũ dũ A magis ac magis ſponſo ipſi appropinquare cõtendimus, is longiùs nobis abire videatur: haud tamẽ omittendum eſt vnquàm, quin illum ipſum ſtudioſiſſimè perquiramus, inclamemus, deprecemur: tunc enim maximè nobis præſto aderit, cùm longiſſimè abſceſſiſſe timebitur: fingit enim ſe lõgius ire, vt rogetur impenſius, ſtudioſius inquiratur, diligentiùs cõſectuetur. ob idque cupida illius ſponſa quaſi dolendo narrat:

At frater meus abierat tranſieratque.

Diſceſſit præſentia corporis ſponſus à ſponſa, cùm ex hoc mundo tranſiuit ad patrẽ, ſed nunquã deſeruit illam, nec deſeret orbam. Ipſe enim dixit: B Non relinquam vos orphanos: ſed modò dilectã tangit, modò abſiſtit ſponſus, cùm & nobis inſpirãdo quæque optima ad cœleſtia prouocat: & interdum veluti deſtitutos nos laborantes luctãtéſque cum diabolo, mundóque ac carne, proximè ſpectat: vt & qua ſimus in illum charitate atq; animi fortitudine probemur, & nobis ipſis innoteſcamus, Quod quidẽ maxima gratia nobiſcũ agit, ne & illũ vnquàm humiliter deprecari ceſſemus, dum afflicti nos quaſi ab eo deſeri timemus: & ne ſuperbia afferamur, dum nobis illum iam certò tenere videmur. Quare ſapientiſſimè modò ſe no- C bis per gratiam ſuæ inſpirationis infundit, modò ſubtrahit: quíque iam abiiſſe putabatur, adeſt: & qui adeſſe credebatur, paululùm vtiliter abſceſſit: ſicque nobis cùm ſemet admirabili prouidẽtia viciſſim mutuóque diſpenſat, quandiu ab eo peregrinamur in carne, pleniſſimè tamẽ in cœlis ſe totum nobis traditurus, cùm ait: Venite benedicti patris mei, percipite regnum &c. Quod ſpõſa ſentiens incredibili lætitia perfunditur, ait enim:

Anima mea egrediens defecit in ſermone eius.

Ad ſermonem ſponſi egreſſa ſe defeciſſe teſtatur, quoniam vim amoris Ieſu Chriſti, qui ſe per ſpiritum ſanctum deſideranti animæ infundit, diu ſuſtinere non valet ſponſa corpore adhuc incluſa. D Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & ſenſum multa diuina cogitantem deprimit. rapitur ſæpe anima cœleſti amore incenſa ad æterna illa gaudia contemplanda, ſed diu illic eſſe nequit ſarcina corporis onuſta. Relabitur igitur egreſſa, tantáque interdum lachrymarum & ſpiritus ſuauitate perfunditur, vt capere vix poſſit, quod & intùs certò ſentit: & dum auidiùs atque vberiùs prehendere conatur, iam ſentire deſinit, quod ſibi modò iocundiſſimè tenere videbatur. Quare ſollicitior fit ad quærẽdum, quod tã præſens habebat, multóque labore ac ſtudio diſquirit, modò legendo, modò meditando, nũc hoc, E nunc illud charitatis opus agendo: nec tamen ſemper illidatur inuenire, quod quærit ídque mira fit (vti diximus) diuinæ gratiæ diſpenſatione. Sæpe enim nobis vtiliter negatur à Deo, quod auidiſſimè, ſed ignari quid nobis melius ſit, poſtulamus. Quod & ipſe in euangelio manifeſtè docet, cùm dicit: Neſcitis quid petatis. & idem Paulo te roganti reſpondit: Sufficit tibi gratia mea. Nec ob id ceſſandum tamẽ, quin aſſiduè Deum noſtrũ ſupplices deprecemur, quod ipſa ſponſa rectè ſe facere oſtendit, cùm dicit:

Quæſiui illum, & non inueni: vocaui, & non exaudiuit me.

Quæ-

Quærit ſponſa pacem in tentationibus ſuis atq; moleſtiis, duriſque flagellis, quibus affligatur in hac lacbrymarum valle, nec inuenit in corpore atque rerum caducarum vſu: nam ſæpe ad probationem fidei, maiorémque profectum charitatis, cum fortunarum commodis, tum corporis valetudine priuatur, ſæpe tentatur, vt pugnare diſcat, ac vincere. ob idque ait: Vocaui, & non exaudiuit me. Vocat dilectum ſuum, nec exauditur ſponſa, & fidelis anima cùm orando, meditando, & bene beatéque agendo, dulcedine illius diuinæ præſentiæ ſatiari appetit, nec illi tamen adhuc datur, quod exoptat. Vellet enim aſſiduè alimonia cœleſti paſci, interna illa ſuauitate frui, ijs delitijs æternis impleri, quibus ſolis ſe beati poſſe intelligit: ſed corruptibilis mole corporis impedita, ſæpe conata decidit, in ſéque reuerſa per ſacras literas, & ſanctorum ſcripta ac geſta ſibi quærendum ſponſum adhuc eſſe videt, dum tempus aduenerit, quo à corpore euocetur: vnde ſe quærentem à cuſtodibus deprebenſam explicat, cùm dicit

Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt in ciuitate, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me.

Nihil efficacius amore rerum diuinarum, nihil ſollicitius charitate Dei & proximi, quibus qui afficitur, is non poteſt non adipiſci, quod honeſtiſſimè deſiderat, & quanquàm mole corporis præpeditur, quominus hîc fruatur optatis, habet tamen ſuæ ſpei certiſſima argumenta, firmiſſima pignora, fideliſſimos ſponſores: hi ſunt qui cuſtodiunt, & circumeunt ciuitatem, hoc eſt, Eccleſiam ſponſam Ieſu Chriſti, & quanque fidelem animam, beatiſſimi ſcilicet Prophetæ, Apoſtoli, ac Martyres, Doctores integerrimi, ſanctiſſimi paſtores. In hos incidit, quicunque ad cœleſtem ſponſum cura, ſollicitudine atque ſtudio rerum optimarum peruenire contendit: horum dicta ac facta, mores & exempla rectè quærit, inueſtigat, diſcit ac tenet, imitatúrque omnino quiſquis deſiderio vitæ cœleſtis ardet, quicunque ſponſo vehementer afficitur, eique ſoli & ſemper adhærere ſtudet. Ab his ergo inuenta eſt ſponſa, quoniam ab his admonita eſt & docta non eſſe diffidēdum, quin firmiſſimè ſibi promittendum, aduenturum omnino eſſe Dei regnū, quanuis differri videatur, vnde Dauid: Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum omnes qui ſperatis in Domino. Nam mille anni in conſpectu eius, tanquam dies heſterna. Et illud Salomonis: Sola patientia canit victorias. Et illud Pauli: Non habemus hic ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirimus. Dum igitur & hæc & alia quàm plurima huiuſmodi à ſacris literis & ſanctorum ſcriptis edocemur: tunc dicimur à cuſtodibus ciuitatis inueniri, ab iiſque cædi & vulnerari. quia buccinatores ſancti, dum cœleſtia bona verè prædicant, amantem Dei animam ſagittis amoris cædunt ac vulnerant. Ab his deducimur, ab his impellimur ad ſponſum. O quàm ſuaue eſt ab hiſce percuti ac cædi & vulnerari: hi ſunt qui ſanctam ſponſam ſanctiſſimo ſponſo copularunt: quorum vnus Paul⁹ eam ſanctè percutit, cùm admonet: Mortificate membra veſtra ſuper terra. & eandem Ioannes glorioſè vulnerat, cùm nos ad effecta verę charitatis adhortatur, dicens: Si ipſe animam ſuam poſuit pro nobis, & nos debemus animam noſtram pro fratribus noſtris ponere. & Propheta paſtori dicit: In verbo Domini percute me, & noluit: & dixi illi, pro eo quòd non audiſti mihi, egredietur leo de ſylua, & deuorabit te. Spiritali enim plaga feriri cupiebat ſponſa ad diſciplinam ſalutarem, nō vt animam perderet, ſed vt pro Domino pati doceretur, vt enim ſi quis medicorū ad nos curandos accederet, diceréque, hulcus tibi lætale ineſt, viſne aduram ac ſanem? reſponderes actutùm, vre, feri, præcide, ac tolle. ſic verus amator Chriſti, cùm peccatis omnino abſtinendum eſſe admonetur, quàm celerrimè obtemperat, ac patetur nec ſibi durum eſt, aſperiùs increpari, modò id Domino placiturum intelligat. Vnde Solomon: Meliora ſunt verbera diligentis, quàm fraudulenta oſcula inimici. hæc enim ad perennem ſalutem feriunt, illa verò ad æternum ſupplicium adulantur. hæc fœliciſſimè ſanant, illa miſerrimè occidunt. Vtinam ab his aſſiduè cæderetur ſponſa verberibus afficerentur homines. Non tot heu miſeri Chriſtiani quotidie per aſſentationes prædicantium infœliciſſimè perirent. Hinc tanta peccatorum labes, hinc illa corruptela morum, qua ſingulæ fideles animæ indies magis ac magis turpiter inficiuntur. Nam cùm in omni cœtu hominum, tum in religione Chriſtiana aſſentatione nihil eſt pernicioſius, eorúmque præſertim, qui cōmonendi & obiurgandi cæterus officium ſuſceperunt: hi ſunt qui peccata populorum deuorant, vt Ezechiel exclamat, vel Dominus potiùs per Ezechielem, cùm ſcelera reprehendere non audent, vel ob munera peritura ac commoda, vel ob gratiam & amicitiam prophanorum ac diuitum, quos ſibi venātur, vel ob humanam laudem ac gloriam, vel ob metum amittendi terrena bona & fomenta gulæ ac luxus, vel dum ignaui ac tepidi calumnias pro Chriſto Ieſu, opprobria, verbera, carceres, exilia, mortémque timemus. At veri Chriſti ſerui & bellatores omnibus obſtare audēt pro veritate dicenda, & conſeruanda: nihil extimeſcant, nihil loquūtur ad gratiam, nihil aſſentātur, ſed honeſta omnia ac ſancta & vera prædicant: vitia omnia acerrimè inſectantur atque reprehendunt vel regum ac principum: nulli niſi bonis, & Deo placere ſtudēt, hi ſe peccatoribus murum opponunt, vt idem Propheta monet, hi reſiſtunt hæreticis, his ſolius Dei timor eſt & pauor, hi fortiſſimè pro Chriſto pugnant, & glorioſiſſimè oppetunt, ab his quàm plurimi conuertuntur ad ſponſum, dum ſuorum ſcelerum apertiſſimè admoniri, veriſſiméque conuicti, & quanta inde ſupplicia paſſuri ſint, niſi ſeſe celeriter corrigant, intelligunt. Hi ſunt qui ſanctiſſimè cædunt, & ſaluberrimè vulnerant. Ab his cupiant peccatores ſibi vulnus ſalutis infligi, ab his velle curari: ab his enim ſati⁹ eſt ad tempus occîdi, quàm ab adulantibus ad gehennam exoſculari. Teterrima peſtis vrbibus aſſentatorum vita, tabificus moribus eorum conſuetudo adoleſcentibus, domibus ruina, monaſteriis euerſione Chriſtianæ religioni extrema calamitas, omniúmque malorum ſeminarium & origo. Ab his falſis cuſtodibus Eccleſiæ longiſſimè fugiat omnis anima fidelis, ab his declinet, horum mores peroſi boni viri, ad illos ſolos confugiant, à quibus non laudari ſed obiurgari, & corripi malos intelligunt, his ſe credant, ab his moneri & erudiri ad ſalutem velint. Ab his enim ſæpe videmus delicioſos ac-

A que opulẽtos homines per veram prædicationem morum ad ſummam parcitatem cõtinentiámque traduci. Nam qui nuper purpuratus & ocioſus ſedebat in foro auditis æternis bonis atque ſupplicijs, quibus boni atque mali remunerandi ſunt omnino, ſtatim mutata vita ac moribus, ieiunat, vigilat, orat, alget, æſtuat, humi iacet, ac plorat. Iam enim ſalutariter vulneratus eſt in mente, ſauciatus in anima, percuſſus in corde: hæc enim vexatio dat intellectum, hæc peccatores excitat ad pœnitentiam. Stat in excelſo inquit Dominus, & annuncia populo ſcelera ſua. loquamur veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo: quoniam ſumus inuicem membra, vt Paulus admonet. Nolite quæſo B ablandiri prædicatores verbi, nolite placere auribus, ne in illud Apoſtoli incidamus: Coaceruabũt ſibi magiſtros prurientes auribus. Quin illud potiùs amplectamur: Prædica verbum, inſta opportunè & importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina, vt eorũ de numero ſimus, à quibus nunc ſe ſpoliari gaudet Eccleſia, lætatur & ſponſa, exultat & anima, ait enim:

Suſtulerunt à me theriſtrium meum cuſtodes murorum.

Theriſtrium, quod & theriſtrum & maphorium appellant, muliebre capitis & faciei eſt velamentum & operculum colore tinctum, quo fœminæ æſtate præcipuè vtuntur. C hoc faciei velũ ignorantiæ Dei, & hunc capitis amictum mentis cęcitatis cuſtodes murorum, hoc eſt, Apoſtoli, Prophetæ, & Doctores ſancti omnes vtriuſque maris, id eſt, teſtamenti & mandatorum Dei, vigilantiſſimi cuſtodes tunc primùm ſponſæ detraxerũt, cùm hanc cœleſtem ſponſum verum Deum ſuum puſſimè agnoſcere, & ſanctiſſimè colere docuerunt: tunc enim mulieres, mulierúmque ſimillimi, molles animi, perblandientes atque laſciui, idolorum culturæ dediti & varijs erroribus inuoluti, fuſco velo conſcientię in maximo æſtu vitiorum ſaluberrimé vti deſierũt. Sed peccatorum mentes primùm verbo veritatis cædere neceſſe eſt, deinde ferro tremẽ- D di iudicij Dei, atque pœnarum vulnerare, poſtremò bonis omnibus rerum caducarum affectum, quo veluti pallio atque amictu inutiliter tegebantur, auferre: eoſque hortari vt poſthabitis atque relictis terrenis omnibus, quaſi velorum vmbris, nihil aliud in vita hac peritura appetant, quàm cęleſtem illum ſponſum reuelata facie tandem aliquando intueri poſſe: à quo fideles amici ſui omnes, & caſtiſſimæ quæque ſponſæ, vbertate diuinitatis ſuæ inebriantur, & torrente voluptatis æternæ perfunduntur. Apud hunc enim ſolum fons vitæ manat, & in lumine ſuæ gratiæ videri poteſt: E hæc faciunt veri cuſtodes vrbis & murorum. vera charitate ſpõſi, proximorúmque ſeruentes, de quibus Eſaias ait: ſuper muros Hieruſalem poſui cuſtodes tota die ac nocte vigilantes, ne quis furum vel latronum malignorum ſpirituum clàm ciuitatem ſponſæ direpturus ingrediatur, aut ſi quem foris incautè mare vorticoſum humanæ vitæ nauigantem deprehenderit, in æternam prædam ſecum pirata crudelis abducat. Quod cùm prudens, caſta, & ſimplex anima atque ſponſa intellexerit, eos paſtores ſanctos & vigiles Chriſti ſeruos omnes adiurare & obſecrare non deſinit, per quos ſeſe in dies chariorem ſponſo reddi poſſe non dubitat. vnde ſequitur.

A *Abiuro vos filias Hieruſalem per vires & poteſtates agri, vt ſi inueneritis fratrem meum, denuncietis ei, quòd ego vulnerata ſum charitate.*

Magna fiducia integritatis morum ac vitæ ſponſæ Eccleſiæ & fidelis cuiuſque animæ: cùm iam audet in filiis ſuis modeſtis ac bonis martyribus & confeſſoribus, tanquàm mater honeſtiſſima, ſponſo ſuo Chriſto Ieſu, quanta in ipſum charitate ardeat, prædicari. Clamat enim ad Apoſtolos, Prophetas ac Martyres: quibus ſe mater Eccleſia commendare non ceſſat: vt quos poſt Chriſtum habuit ſuæ fidei & ſalutis autores, eoſdem habeat defenſores, tutoréſq; perpetuos, & perfectores ſuæ ſpei B apud eundem cœleſtem ſponſum: cui quidem nũc cuſtodes illi beati ſpiritus in cœleſti illa Hieruſalem fœliciſſimè aſſiſtunt, ac ſupplicant pro ſponſa hac militanti, mortali carne adhuc velata, ſtudioſa tamen ſui diuini ſponſi planéque percupida illius aſſequendi, ob idque charitate ardens & deſiderio non modò rogat Apoſtolos ipſos ac cæteros fideliſſimos patronos ſuos ſeſe Deo commendari, verumetiam quaſi adiurando cogit per eas vires & poteſtates omnium virtutũ ſemina. Quas per diuini Spiritus ſancti gratiam acceptas à ſponſo per agrum mundi ad ſalutem gentium ſanctiſſimè diffuderunt, vt illud adimpleretur: Cognoui omnia vo- C latilia cœli, & pulchritudo agri mecum eſt. Vnde pro ſanctiſſimo hoc deſiderio exaudita, ſed quò magis indies in ſpõſum ipſum accendatur, nec vnquàm à charitate torpeat, quaſi neſcia, quis nam ſit illius ſponſus, & qualis, ſic interrogatur:

Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos?

Quidam frater tuus à fratre, benefica inter mulieres? Quid, inquam, frater tuus à fratre, quoniam ſic nos adiuraſti?

Incomparabilis ſapientia ſcripturæ ſacræ cœleſti, ordo, & admirabilis ſeries orationis: bis repetitur, Quid frater tuus à fratre: vt & ſponſæ deſiderium duplicetur, & interrogantibus lætitia. Nihil eſt enim de quo auidiùs percunctemur, & li- D bentiùs audiamus quàm de eo, quod maximè cupimus, & vehementer amamus. Gaudent in cœlis animæ ſanctorum: nec aliud ſemper quàm de Deo ſuo laudes celebrare contendunt: ſtudet in terris ſanctiſſima ſponſa mater Eccleſia, & ſancta quæq; anima nihil aliud dies ac noctes, quàm de abſente diuiniſſimo ſuo ſponſo, quanquàm ſpiritu gratiâ ſemper & defenſione præſente, percunctari, audire, ac loqui, rogaréque perpetuò, vt ſe quoq; tandem ſibi præſentem adiungere dignetur in cœlis: ex quo ſanctiſſimo deſiderio & orandi ſtudio honeſta atque formoſa dicitur inter mulieres, hoc eſt, inter tribus omnes Iſrael & ſynagogæ, quæ tur- E piſſimè à Deo fornicatæ cœleſtem virum deſeruerunt: ipſa verò indiſſolubili ſanctitatis vinculo ſponſo Chriſto Ieſu copulata permanere ſtudet, illique ſoli ſemper adhærere deprecatur & ſupplicat, nec vllo temporis puncto de eo ſanctè loqui, cogitare prudenter, meditaríque deſiſtit, cùm ipſius ineffabilem charitatem, qua mortalis homo pro ſe redimenda fieri nõ dubitauit, tum ſummam prouidentiam & poteſtatem: qua cuncta per ſe creauit, ſapiẽtiſſiméque moderatur & regit. Dum hæc igitur & aliæ quàm plurima huiuſmodi ſecũ ipſa re cenſet, & alta mente volutat, ardet abſentis deſiderio, inflammatur charitate: & quo quo modo po-

do poteſt, ſeſe illi ipſi tandem aliquando præſentem præſenti adiungere laborat, modò per ſuas ipſius preces ac lachrymas, modò per aduocatos ac nuncios & deprecatores illos, quos vel proximos ſponſo fidei & vitæ meritis, vel iam præſentes aſtare fruique cognoſcit: hócque tandiu facit, donec ſibi optata donentur: & ne interim labore quærendi amandíque laſſeſcat, ad id quod auet interrogãdo excitatur, cùm dicitur: Quid frater tuus vel dilectus à fratre, formoſa inter mulieres? quid frater à fratre: Cùm bis idẽ repetatur, frater à fratre, poteſt & ſponſus in carne ab Iſraëlitico populo natus intelligi: & conſubſtantialis ipſe filius de patre ante ſæcula genitus. Deus enim de Deo lumen de lumine, æternus de æterno, immenſus de immenſo, coæternus ſemper & coæqualis patri vnà cum ſpiritu paracleto. Frater ergo ſponſus vel dilectus à dilecto bis dicitur, vt & ſponſa Deum & hominem eum eſſe intelligat: ad eúmque ſic amandum inflammetur, donec illum conſequatur: vel vt oſtendat neque filium ſine patre, neque patrem ſine filio rectè vnquàm coli poſſe & venerari: ſed vtrumq; ſemper vnum eſſe Deum cum Spiritu ſancto, inuiſibilem, immutabilem, ſempiternum, ſicut ipſe de ſe teſtatur: Ego & pater vnum ſumus. Et qui nouit me, nouit & patrem. Propteteáqoe à Spiritu ſancto per Prophetas & Apoſtolos doctoréſque loquente, cur ſic nos adiuraſti, interrogatur: vt per hoc iuſiurandum ſanctæ Eccleſiæ ſiue ſponſæ & cuiuſlibet fidelis animæ ad Prophetas ipſos ac cæteros ex ſuauiſſimo deſiderio & igne ſancti ſpiritus profectum ad Deum ipſum magis ac magis amandum colendúmque hortemur. & hunc cœleſtem ſponſum per omnia tandem excepta humanitate æqualem patri omnino eſſe firmiſſimè credamus, ſi ad eius beatitudinem demum peruenire ſtudemus. Non enim aliter ad eum patet aditus, niſi Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum verum Deum & verum hominẽ, planéque perfectum eſſe confiteamur, ídque ſanctiſſimis virtutis actionibus comprobemus. Quod ipſe per ſe manifeſtè docet, cum dicit: Nemo venit ad me, niſi pater traxerit eum, hoc eſt, niſi eouſque fide trahente, de me crediderit, vt me patri æqualem diuinitate, parémque ſubſtantia atque natura omnino eſſe tenuerit. Ob ídque Magdalenæ hunc à mortuis ad vitam reuocatum tangere, cupienti dictum eſt: Noli me tangere, nondum. n. aſcendi ad patrem meum: hoc eſt, nondum in corde tuo me patri æqualem eſſe credidiſti: dum foris humana carne véſtitum diuinum quendam hominem tantummodò eſſe putabat: hortulanus enim Magdalenæ videbatur. Quare ex ſincero ipſius ſponſi amore atque familiaritate per aſſiduas orationes ac lachrymas, qualis ipſe ſit & quantus (quoàd patitur humana fragilitas) fideliſſimè agnoſcere cõtendamus: ne dum hìc per ignauiam animi atque ſocordiam, autorem noſtrũ diſcere negligimus: tunc ab eo miſerrimi iuſtiſſimè repellamur. cùm eum maximè agnouiſſe vellemus. vnde Paulus: Qui ignorat, ignorabitur. & illud: Nolite paruuli effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Quod prudentiſſima ſponſa intelligens iamiam aliqua ex parte qualis ſit eius ſponſus, & quantus, ad percunctantes ita reſpondet:

Frater meus candidus & ruffus, ſiue rubicundus, ex millibus electus.

Candidus, ob innocentiam & ſanctitatem Chriſtus ſponſus eſſe dicitur, quia nullum peccatum fecit: ruffus, verò ſiue rubicundus, propter Spiritum ſanctum ac ſanguinem, quem pro ſponſa in ſalutem & reſurrectionem noſtram clementiſſimè effudit. Ipſe enim tulit omnes iniquitates noſtras & propter ſcelera noſtra attritꝰ eſt: & quãuis eſſet innocentiſſimus, ad necem tamen crudeliſſimam, vt nos à morte redimeret, accedere non dubitauit. Vnde illud Eſaiæ: Quare rubrum eſt veſtimentum tuum? Quia ſolus ipſe torcular humanæ redemptionis amantiſſime calcauit. Ob id ex decem millibus electus, quòd ipſe ſolus ex totius humani generis ſtirpe ſine peccato vllo natus & inuentus, ſua iuſtitia ac ſanguine peccatores omnes pientiſſimè redemit. Sed notandum, quòd ex decem millibus electus dicitur, eò quòd poſt decem legis præcepta & Prophetas, ex quibus ſignificatus eſt, aduenit: mille enim (vt diximus) perfectionem ſignificat: ſiue quòd à ſummo cœlo egreſſus de millibus angelorum & Archãgelorum poſt nouem choros ex Deipara virgine, tanquam de thalamo ſanctiſſimo proceſſit in orbem. hæc ſunt, quæ cœpit ſtudioſa ſponſa de ſpõſo noſſe: de quo & alia narrare ſequitur. ait enim:

Caput eius aurum caphas.

Caput ſponſi quoad diuinitatem pater intelligitur: qui propterea aurum eſſe dicitur, quòd omnis creatura, ſi ad creatorem referatur, viliſſima admodùm res perpenditur. Si verò ad humanitatem reſpiciamus, hominis characterem intelligentes, per caput eius Patriarchas & iuſtos omnes poſſumus accipere, qui tanquã aurum per ignem multis fidei argumentis cogniti, fide ipſa maximè ſplenduerunt. Quòd verò aurum ipſum Cæphas dicitur, quod Petrus vel firmitas interpretatur, ſtabilitatem eorum fidei apertiſſimè declarat: ſiue quòd Petrus, qui & Cæphas caput Eccleſiæ ipſius ſponſæ aliquando futurus erat, vtcunque per aurum ſapientia deſignatur, quæ filius eſt patris coæternus & cõſubſtantialis. Cuius nõ ignara ſponſa, cætera ſui ſponſi diuiniſſima ornamẽta fideliſſimè exponit, vnde ait:

Crines eius ſiue cincinni palmarum coma nigra, vti coruus.

Cincinnos eius, de quibus etiam ſuprà diximus, ſanctos militantes intelligit, Apoſtolóſque & iuſtos omnes, nam vti capiti eius Patriarchæ comparati ſunt, quòd ex illis ſecundum carnem Chriſtus in mundum venerit, rectè cincinni ſiue comæ, poſt illos ad Apoſtolos referuntur, & cæteros ſanctos omnes. Quos eò palmarum comis aſſimilat & corui nigredini, quòd multis ærumnis electos omnes agitatos impulſóſque omnino, nunquàm aduerſis cedere ſuccumberéve oportet, ſed palmarum inſtar, quoquo magis deprimuntur, eò altiùs reſilire, nec ſollicitos omnino de corporis alimentis atque veſtitu, plus quàm deceat neceſſario: ob ídque Apoſtolos ipſos, & in iis futuros Chriſtianos omnes per ſe in Euãgelio terribiliter admonuit de ſollicitudine corporis humani fugienda, & omnium rerum humanarum cura, ſumpto exemplo de fideliſſimo Helia. Poſſumus tamen per nigredinem corui, peccatorum memoriam intelligere, quòd

quanuis ſancti & boni omnes moltis virtutibus **A** polleant, peccatores tamen ſe fuiſſe, & ſemper eſſe recordantur. vnde ſequitur:

Oculi eius veluti columba, in fluentiis aquarum, quæ in lacte ſunt lota, & iuxta plenitudines aquarum, reſident.

Oculi ſpooſi columbæ perſimiles, quos vigilantiſſimos ſemper habet ad ſponſam, ſeptem ſunt illius chariſmata: quanuis & veros religioſos viros miniſtros ſanctos eccleſiæ, & prædicatores poſſumus accipere: qui & ipſi ſacro fonte baptiſmatis omni lacte candidiore loti per Spiritus ſancti gratiam ſeptem eiuſdem Spiritus ſancti dona, quæ gratis accepere, Chriſtiano populo ſanctiſſimè **B** miniſtrant. Rectéque columbinis oculis comparantur, vti eſt in Euangelio, de quibus oculis & Zacharias mihi ſentire videtur, cùm dicit: Hi ſeptem oculi Domini ſunt, qui deſpiciunt ſuper vniuerſam terram: omni enim labe puri & defecati ſimplices, planéque prudentes eſſe debent omnes Chriſti ſerui, híque præcipuè, qui ſacra cæteros atque cœleſtia docturi ſunt, & moturi, ob ídque poſtquàm ipſi à fluentis Spiritus ſancti mundati ſunt, & candore virtutis illuſtrari iuxta plenitudines aquarum reſidere dicuntur, vt ſcripturæ ſacræ profunda arcanáque rimantes, ea Chriſtiano populo ad ſalutem ſumma charitate impartiantur. **C** plenitudo enim legis charitas: ſuper qua Spiritus ſanctus reſidet, & ſuper eccleſiarum fideli multitudine, mandatorúmque fluentis penes quæ cum ea de cauſa maximè columbæ reſidere dicantur, vt ſuper volantium rapaciſſimarum auium vmbram in aquis ipſis intuentes, lætales vngues effugiant. Debent & viri ſancti præſertímque paſtores ita in ſacrarum literarum lucidiſſimis vndis inſpicere, vt ſuperuenientes fallaciſſimorum dæmonum rapinas, inſidias, ac fraudes ex ſanctiſſimis præceptis ſcripturarum, atq; conſiliis fœliciſſimè declinent, ſeque ipſos ac cæteros tueantur illæſos diuina gratia protegente: nihil enim fœliciſſimi conſilij, nihil ſalutaris præcepti deſiderare poſſumus. quin om- **D** nia nobis è ſcripturis ſanctis abundè ſuppeditentur, modò recta mente & animi ſinceritate legantur. Hæc igitur omnia de ſponſis oculis largiſſimè proueniunt: de quo & reliqua ſponſa proſequitur. ait enim:

Maxillæ eius, ſiue genæ tanquam areola aromatum quæ producunt vnguentaria.

Dum ſpooſi maxillas aromatum areolis, quæ proferunt pigmentaria, ſponſa comparat, diuinam ſcripturam intelligit, quæ & ſuauitatem odoris ſanctiſſimæ fidei, & vnguenta virtutum omnium ad quemlibet morbum animi langorémque ſanandum ambiliſſimè ſpirat, quàlia ſunt ſactatiſſima **E** Euangelia ex Prophetarum vaticiniis diu antea præparata atque confecta: quibus bene perunctæ nares animi ſuauiſſimè redolent, omniúmque turpiſſimarum rerum atque cupiditatum graueolentiam & fœtorem abhominantur. Hinc martyres habet Eccleſia incorrupta Chriſti ſponſa, per quos veritas Chriſtianæ fidei, & latiſſimè diffunditor, & inuictiſſimè roboratur. hi enim tanquàm firmiſſimæ maxillæ ſiue genæ, quibus dentes affixi, Euangelicæ doctrinæ ſaluberrima pabula ſedulò mandantes, & aſſiduè ruminantes cùm ſibipſis, tum aliis quàm plurimis cœleſtem vitam fœliciſſimè coxerunt: dum coram immaniſſimis tyrannis crudeliſſimiſque tortoribus conſtituti adeò inuicto animo Chriſtum crucifixum humani generis redemptorem confiſentur: vt de his quoque rectè dici poſſet: Et genas ſuas vellentibus non auertit: ſcimus enim Deum noſtrum in martyribus pati, & illius eſſe ſpiritum, qui omnia in omnibus operatur. Quare & ſcriptura ſacra, & ſancti viri omnes, qui integerrimæ vitę ſanctitatem redolent, & candidatorum chorus, qui conſtantiâ fidei virtutum exempla ampliſſimè diffundunt iis omnibus imitanda, qui ad ſempiterna pręmia peruenire deſiderant. Rectè areolæ aromatum vnguentaria ſiue pigmentaria producentes appellantur. Sed iam ſponſa feſtinat ad reliqua ſui ſponſi, dicens:

Labia eius lilia, ſtillantia myrrham plenam atque perfectam.

Diuinę ſcripturæ candorem, eiúſque ſermonum pulchritudinem liliorum perſimilem teſtatur. hæc enim perfecta myrrha ſanctorum martyrum tormentorum patientiam mortíſque victorias referęns, imitandæ nobis verę virtutis exempla plenisſimè ſtillat, cùm ait: Beati qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Poſſumus etiam per labia ſtillantia prædicatores fidei, vti ſuprà dictum eſt intelligere: qui dum fortiſſimorum martyrum geſta & exempla prædicant, plenam myrrham populis ſtillare videntur: plenam inquam atque perfectam, quoniam martyrum vita ac mores perfectæ cuiuſque virtutis pleniſſimi fuerunt. Vtque myrrha carnes illiniuntur, ne putredinem ſentiant, ita ſanctorum exempla atque martyrum auribus adhibentur audientium, vt carnem ſuam cum vitiis omnibus & concupiſcentiis crucifigere diſcant: ne ipſorum animæ miſerrimè putreſcant. Sed cauendum eſt prædicantibus, ne labia polluta cordis & oris habeant. ait enim: labia ſponſi ſicut lilia. Neceſſe eſt omnino mundos eſſe, & omni candore virtutum refertos, per quos ſponſus Eccleſiæ ſuæ loquitur: vt & ſanctitatis odore & veritate doctrinæ credituros attrahant, ſecundum illud Apoſtoli: Bonus odor ſumus in omni loco, & his qui ſalui fiunt: nec quicquam bene geſtorum ſibi attribuere inſolenter, quandoquidem nō ſumus ſufficientes excogitare aliquid à nobis tanquàm ex nobis, ſed omnis noſtra ſufficientia ex Deo eſt, vt idem teſtatur Apoſtolus. Quod & eadem ſponſa confirmat dicens:

Manus eius tornatiles, aureæ plenæ tharſis.

Iam manifeſtè ſponſa ex diuinæ ſcripturæ ſentẽtia omnia ſua bona à ſalutifera nece ſui diuiniſſimi ſponſi ſibi prouenire teſtatur, cùm per manus eius tornatiles aureas ac plenas tharſis, paſſionem eius oſtendit. Tunc enim Chriſti manus tornatiles factæ ſunt, cùm eas pro ſalute noſtra crudeliſſimis clauis in vitæ ligno perforatas extendit: quæ quidem ob diuiniſſimam puritatem & innocentiam admirandáque ipſius opera iure aureæ prædicantur. Plenæ verò tharſis propter gentium ad ſe conuertendarum plenitudinem. Tharſis enim conuerſio gaudij interpretatur. Cum enim Ieſus in cruce manus ſuas extendit, tunc ad ipſum ſumma cum lætitia ſe conuertit Eccleſia dicens: In velamento alarum tuarum ſperabo, & rurſus: In velamento alarum tuarum proteges me. &, Venite

Venite exultemus Domino. manus enim ſuas ſpó-
ſus vt auis ad pullos ſuos protegendos à rapacitate
beſtiarum, ne diutiùs ab ingluuie dæmonum im-
maniſſimè voraremur, expandit. Poſſumus etiam
per manus tornatiles aureas ac plenas Tharſis, in-
telligere quæque optima ac ſanctiſſima Chriſti o-
pera, quæ geſſit in vita, & nobis imitanda reliquit,
dicens: Exemplum enim dedi vobis, vt quemad-
modùm ego feci, ita & vos faciatis: ob ídque tor-
natiles dictæ, quòd vndequaque perfectiſſima ab-
ſolutiſſimáque virtutis forma omnia fecit quan-
diu vixit in terris, nihilque admiſit vnquam, quod
non eſſet virtutum omnium & ſanctitatis exem-
plar: aurea certè diuinitate percuſſa, plenáque leti-
tiæ magnitudine, quoniam diligentibus ſe torren-
B tem voluptatis infundet. Vt enim quæ torno ela-
borantur, maximè expoliuntur, & conſummata
quadam rotunditate formantur, ita Chriſti opera
diuiniſſima arte tornata, cœleſti, quadam forma
vndique ſibi ſanctiſſimè conſequuntur. Quicun-
que igitur ipſius opera ſinceritate animi imitatus
fuerit, æterni gaudij præmia conſequitur, quod ip-
ſe teſtatur, cùm nos admonet, dicens: Qui
mihi miniſtrat, me ſequatur, & vbi ego ſum,
ibi & miniſter meus erit, proptereáque ſponſa
illius admirabili formoſitate capta de ea ſequitur
enarrare:

C *Venter eius pixis eburnea in lapide ſaphiro.*

Per ventrem ſeu vterum ſponſi, legem veterem
ſignificari arbitror, iuxta illud Prophetæ: Alienati
ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero de
Iudęis & hęreticis malè intellecturis, quę de Chri-
ſto prædicta ſunt: ob ídque in ipſum non creditu-
ris, ſed falſa prædicaturis omnino. cùm ea tamen
per illud ſaltem intelligere potuiſſent, quod idem
de ſe loquitur crucifixus: Factum eſt cor meum
tanquàm cera liqueſcens in medio ventris mei.

Cor ſuum vaticinia & oracula ſui, aduentus ac
necis in medio ventris ſui, hoc eſt, legis & vete-
ris teſtamẽti, vti cera liquefacta ſunt & aperta poſt
D mortem ſuam, in qua omnia de ſe prædicta con-
ſummata ſunt, quæ anteà dura & clauſa erant le-
gentibus. Vnde & velum templi ſciſſum dicitur,
quia quod velabatur, reuelatum eſt: ſicque cor Do
mini noſtri Ieſu Chriſti. i. ſumma ipſius ſapientia,
quę clauſa erat in ſcriptura ſancta, poſt eius ſaluta-
rem necem reſerata eſt omnino & patefacta. Quæ
quidem rectè pixidi eburneæ comparantur. vt e-
nim in pixide ſententiæ recondi ſolent & decreta
principum, ita & in lege veteri ipſa patriarcharum
oracula & vaticinia Prophetarum de Chriſto ven-
turo recondita ſunt & continentur: non quidem
ad terrenum imperiũ, ſed ad cœleſte regnum per-
E tinentia. Quæ quidem pixis proptereà eburnea di-
citur in lapide ſaphiro, quòd ſicut ebur obſcurius
eſt & vilius quàm ſaphirus, qui lapis eſt precioſus,
colore cœleſti totus atque lucidiſſimus: ita lex ve-
tus (ſiue Patriarchas & Prophetas per legem in-
telligas) Euangelica lege, eiúſque autore Chriſto
Ieſu longè vilior eſt omnino, planéque inferior.
Illa enim pictura & flos, hæc fructus & viuum
animal, immo vita æterna: Illa carnalis, hæc ſpi-
ritalis: Illa occidens, hæc viuificans: Illa pœ-
narum & ſuhiti cruciatus plena, hæc tota pie-
tatis atque miſericordiæ & vitæ ſempiternæ.

A Quare ſapienter à ventre & ebore, hoc eſt, à car-
nalibus & durioribus veteris præceptis, ad Euan-
gelicum lapidem precioſum Chriſtum Ieſum, qui
lapis eſt angularis & cœleſtis, mandatorum vita
fœliciſſimè peruentum eſt. Poſſumus etiam per
ventrem ſponſi, ſanctorum chorum intelligere
purum ac nitidum, vti pixidem eburneam, nihil
ſordidi habentem, nihil maculæ. In qua qui-
dem ſpiritali pixide codicilli ſapientiæ ſuffragiá-
que conduntur, non ad terrenum imperium, vti
diximus, ſed ad cœleſte regnum conductura.
Quòd verò lapide ſaphiro ornatum vas illud di-
xit, ad ſanctorum communionem, charitatem ac
gloriam referri poteſt. Vt enim ſaphirus lapis
B quæcunque proximè attigerit, ſimilia ſibi reddit
ac trahit: ſic & beatorum chori mutua charita-
te ſibi inuicem adhærentes, ſemet & alios ſancta
diſciplina atque inſtitutione ad cœlorum regnum
perducere nituntur. Potes etiam per ventrem
quaſi pixidem eburneam, mortalitatem carnis à
diuinitate aſſumptam intelligere. Ebur enim os
firmiſſimum eſt, & maximè durabile, regiiſque
ornatibus commodiſſimum. Quare non abſur-
dè venter Chriſti pixis eburnea dicitur: cum mor-
talitas carnis ad immortalitatem, atque gloriam
æterni patris per reſurrectionem transfertur, ibí-
que ad dexteram collocatur, ſecundum illud: Aſ-
C ſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei.
Quod verò ad ornamenta regum vtile ſit ebur, eos
omnes ſignificat, qui ita carnem ſuam domãt, ſen-
ſuſque rationi ſubijciũt, & ſanctis virtutibus ſeip-
ſos illuſtrant, fide, pietate, iuſtitia, continentia,
caſtitate, dilectionéque proximi ac Dei, vt &
Chriſti mortalitatis, reſurrectioniſque ac gloriæ
meritis digni ſint ornari. Vnde & lapide ſaphi-
ro, qui coloris eſt ignei, id vaſis ornatum dicitur,
quoniam Chriſtus in aſſumpta noſtra mortalitate
cœleſtia opera planéque miranda peregit ad ſalutẽ
noſtrã & diſciplinã (omnis enim Chriſti Ieſu actio
noſtræ vitæ fuit inſtructio) Quiſquis ergo Chri-
D ſti Ieſu munerum atque gloriæ particeps eſſe deſi-
derat, is ſaphiro lapide, quoàd fieri poteſt, ſe hone-
ſtiſſimè adornet, vt vel in hac corruptibili carne ea
omnia ſanctiſſimè operetur, quæ quaſi eburnea o-
pera cœleſti regiæ futura ſint ornamento, nec vn-
quam peritura: quales fuere Prophetę & Apoſtoli,
de quibus vaticinatur Eccleſia, dum ipſius ſponte
prædicat ornamenta. ait enim:

Crura illius columna marmorea ſuper baſibus aureis fundata.

Vt crura totius corporis molem ſuſtinent ac fe-
runt, ita & Apoſtoli columnarum inſtar vniuerſam
Chriſtianorum Eccleſiam per orbem terrarum
E fortiſſimè geſtant, ob inuicti robur animi atq; ſan-
ctiſſimi propoſiti firmitatem columnæ marmoreę
appellati: hæc enim illis omnia pro ſumma ſtabi-
litate fidei maximè conueniunt. per hos enim
Chriſtus vniuerſum terrarum orbem ad fidem
gentibus prædicandam peragrauit, cùm præce-
pit illis: Ite in vniuerſum terrarum orbem, &
prædicate Euangelium omni creaturæ rationali.

Quod quidem tanta animi ſapientia atque con-
ſtantia perfecere, vt tanquàm marmorei & ada-
mantini, nihil violentum extimuerint nihil ad-
uerſi formidarint: ſed ſtabiles ſemper ac inuicti

contra poteſtates omnes hominum atque dæmonum luce ardenti ſapientiæ tanquàm in tenebris prædicando, monendo, docendo, & miraculis coruſcando victores demum fœliciſſimè euaſerunt. Erántque ſuper baſibus fundatæ, boc eſt, ſuper firmiſſima petra Chriſto Ieſu, ęterni patris ſapientia, & ſanctiſſimis præceptis: quibus quicunque fideliſſimè innititur, & lucis Chriſtianæ opera perfecerit: is columna Chriſti marmorea ſuper baſihus aureis fundata eſſe poterit. Quod ſancta ſpōſa ſtudio aſſequendi ſollicita reliquos ſui ſpōſi ornatus proſequitur:

Species eius vt libanus, electus vt Cedri.

De Libano quanuis ſuperiùs diximus, mons eſt B Arabiæ fœlicis in quo feraces arbores atque odoratiſſimæ proueniunt: interpretatúrque dealbatio: huic Chriſti ſpecies comparatur propter humanitatem viri, illis antiquis iuſtis non abſimilem: qui factus nobis à Deo patre ſapientia, & ſanctificatio, & iuſtitia, vt de ipſo teſtatur Apoſtolus: Omnes in ſe credentes ſuáque præcepta fideliſſimè ſeruantes ſuper niuem dealbat omnium candore virtutum, odoratiſſimóſque facit rerum geſtarum probitate & veræ ſanctitatis odore: nec vnquàm corrumpi ſinit, qoos ſemel ſua beatitudine donarit. Eſt enim ſempiternus, omnipotens, immutabilis, immenſus, vt pater, à quo electus eſſe dicitur, vt Cedri, in qno ſibi bene complacuit. C Vt enim Cedrus procerum incorruptibiléque lignum eſt & odoratum: ſic Chriſtus omni proceritate, atque odore, incorruptionéque incorruptiſſimus, odoratiſſimus, atque procerrimus. quanuis homo ſit factus: nunquàm tamen Deus eſſe deſiuit: nec eam humanitatem, quam ſemel aſſumptam habet, habebítque perpetuò, corrumpi ſinit. de quo regius ille vates: Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem: vt oſtēderet nos quoque mortales omnes incorruptos aliquādo reſurrecturos, ſecundū illud Pauli: Omnes quidem reſurgemus, vt hoc corpus corruptibile in incorruptibile mutetur. Sed non niſi boni atque electi ad D æternam illam gloriā cōſequendā immutabuntur: cuius percupida ſponſa adhuc de ſponſo narrare ſequitur. ait enim:

Guttur eius dulcedo & totum deſiderium.

Per guttur ſponſi teſtamentum nouum poteſt accipi. vt enim per ventrem vetus, quaſi per inferiorem partem corporis: ita per guttur nouum, nobilius membrum atque ſublimius, per quod cibos ac potus demittimus in ventrem ipſum & vocem proferimus: quibus omnibus veluti ſaporibus & viua voce omnia dicta veteris condiuntur, atque probantur: quanuis vtrunq; ſignificari poteſt. E Quod quidem teſtamentum dulcedo dicitur, & totum deſiderium. propterea quòd in eo quàm ſuauis ſit Dominus, à fidelibus guſtatur: per illud enim Chriſtus nobis loquitur, ſuáque arcana & myſteria reuelāt ac pandit. Quod ſacer vates Dauid teſtatur, cùm dixit: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. & alibi: Iudicia Domini iuſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem præcioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum. Incredibile eſt neſcienti quàm ſuaue ſit de Deo optimo maximo ex ſacris literis meditari ac loqui. In his enim legen-

A dis peccatores de propriis erratis admonentur, quóque modo ſe caſtigent, corrigant, ac emendēt, apertiſſimè docentur, & quicquid homines alter alteri vel dicere verentur: vel ignorant, hoc ſacræ literæ & ſanctiſſimè audent, & vberrimè nouerunt. Ex bis guttur noſtræ mentis admirabili dulcedine repletur in Deum, ſéque adeò inflammari ſentit deſiderio æternæ vitæ conſequendæ: vt myſticè dulcedo & totum deſiderium guttur ſui ſponſi, non dulce neqoe deſiderabile prædicetur à ſpōſa. Eſt ergo totum deſiderium atq; dulcedo teſtamentum ſponſi, eò quòd per illud homines bona omnia docti, qualéque & quantum ſit Deus ipſe ſummum bonum intelligentes, ad illud ipſum cō-B ſeqnendū ardentiſſimo deſiderio rapiuntur. Vnde ſponſa tot ac tantis bonis ſui ſponſi Chriſti Ieſu enarratis, quaſi certiſſimis notis ad cognoſcendum, qualis & quantus ſit appoſitis: ita de redemptore concludit dicens:

Talis eſt frater meus. & talis eſt propinquus meus filia Hieruſalem.

Frater, propter patrum antiquorum genealogiā: Propinquus verò, quòd è cœlo deſcendens ſponſę ſuæ Eccleſiæ per humanitatem appropinquauit: ſiue vti ſuperiùs dictum eſt, propinquus nos creādo, frater redimendo. Parum enim profuerat benigniſſimè creaſſe, niſi nos clementiſſimè redemiſſet. C Quàm nobilis facta eſt creatura rationalis, poſtquam ſummum Deum autorem omniū ſuæ mortalitatis meruit habere participem? vt iure dicere iam poſſit: Deus homo, & homo Deus. Quod Adam primus omnium parens futurum diuinitùs prouidit, cùm exclamauit: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Prouiderat enim Deū aliquando ex homine naſciturum, cui homines tandem adhæſituri erant per fidem, ſpem, & charitatem, relicto patre diabolo, ſiue putredine rerum caducarum & matre concupiſcentia carnis, ſiue vermibus peccatorum, ſecundum illud. dixi putredo pater meus es, mater mea & ſoror mea vermi-D bus. Omnia enim terrena putreſcentia ſunt & corruptionis plena, proptereà relinquenda omnino homini quicunque Deo vult adhærere, vnde illud dictum: Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, hoc eſt, ſanctiſſimæ Eccleſię, & per eam diuiniſſimo ipſius ſponſo Chriſto Ieſu viro cœleſti, noſtræque redēptionis & immortalitatis autori. Quod Apoſtolus de matrimonio loquens inſinuat, cùm dicit: Magnum hoc myſterium. Et illud: Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Qui enim adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt cum eo. Quare enumeratis tot laudibus ipſius ſponſi, tótque mu-E neribus oſtenſis, quibus genus humanum illuſtrauit. Quis audiens non iam totus inflammetur? quis intelligens non inardeſcat in illum redamendum, colendúmque ſanctiſſimè? Ingratiſſimus ille prorſus, planéque lapideus, & omnis humanitatis expers: qui talem ac tantum creatorem & redemptorem ſuum non ſtudioſiſſimè veneratur & colit. Sed fidelis anima, quæ quo plura atque maiora de redemptore ſuo audit & intelligit, eò propiùs illi adhærere contendit, illiúſque ſecretiora & magis intima cognoſcere, & penetrare flagrat. Vnde ſollicitè de eo in perſona Apoſtolorum & Prophetarum,

quos per filias Hieruſalem ſignificari diximus, ſic percunctatur.

Quò abijt frater tuus pulchra inter mulieres? quò ſe auertit frater tuus? & quæremus eum tecum.

Cum matre Eccleſia quæque fidelis anima pollicetur, ſe ſponſum quæſituram, dum illius amore flagrat: nihilque ſibi iocundius eſſe poteſt, quàm proxima cum proximo de Chriſto Ieſu cómentari ac loqui: cùm ſeſe mutuò ſciſcitantur, & quonam modo quæri & inueniri debeat, ſanctiſſimè alloquuntur. Et ſi de Iudæis hoc quoq; intelligi poteſt, qui aliquando cóuerſi, quo pacto Chriſtú rectè inuenire poſſint, Eccleſiá interrogant: quam & pulchrá inter duodecim tribus, vti ſuprà diximus, appellant. Sed qua via primú quærendus ſit, ille nos docet, cùm dicit: Quærite Dominum omnes humiles terræ. dein qua ratione inueniatur, ait: Facite iudicium & iuſtitiam omni tempore. ſic enim ſponſus à ſpóſa quæſitus inuenitur, nihilominus interrogata reſpondet:

Frater meus deſcendit in hortum ſuum ad areolas aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia legat.

Per deſcenſum ſpóſi, quẽ fratrẽ appellat Domini noſtri Ieſu Chriſti deſcenſum ad inferos poſſumus intelligere, vt arbitror. ná & hæc ſequentia probat, cùm dicit. Ad aromatum phialas ſiue areolas. Priſci enim illi ſanctiſſimi viri per phialas aromatum nó ineptè ſignificantur, quales fuere, Noë, Abraá, Iſaac, Iacob, Moſes, Iob, Dauid, Samuel, Eliſeus, Daniel: aliique quàm plurimi ante legẽ, & in lege qui quidẽ omnes veluti aromatum phialæ ſiue areolæ ſanctiſſimæ iuſtitiæ odores ac fructus ſuauiſſimè olẽ rút. tunc enim paradiſum triũphator ingreſſus eſt, cũ ad inferos penetrauit. Adeſt nobis ipſe Deus hac in re teſtis, cùm in cruce latroni ſeſe illi ipſi religioſiſſimè cómendanti clemẽtiſſimè reſpódit, Hodie mecú eris in paradiſo, hoc eſt, diuiná meá gloriá, meq; ipſum deliciarú omniú hortú, & cœleſte bonú infinitú ac ſummum (ſic.n. paradiſus dicitur) cóteplaberis, ſpectabis, intueberis ac cernes, eóq; paſcẽ & frueris in ſempiternú, nullú tibi vnquá ſatietatis faſtidiú allaturo. Inde naq; factú eſt, vt in hortis olẽtiſſimis mentiú humanarú, per vniuerſú terrarú orbẽ Chriſtiana fide & charitate flagrantiú paſceretur ipſe Deus, ex iiſq; cádidiſſima liliorú odoraméta ac ſerta Apoſtolorú, Prophetarú ac martyrú, & omniú beatorú ad cœleſtẽ thalamú adolẽdú legeret. niſi.n. ipſe priùs in hortú ſuú deſcendẽs diræ mortis aculeos cótriuiſſet, nuſquá in hortis, hoc eſt, multiplicibus fideliú totius orbis eccleſiis ſanctiſſimè ſe paſcere & delectare potuiſſet in terris. Nã ea tẽpeſtate quæſo, quá admirabili diuinæ ſapientiæ ordine antedicta hæc texũtur. In vnú.n. hortum primò deſcẽdiſſe: deinde verò non in horto, ſed in hortis plurali numero, paſci & lilia colligere dicitur à ſpóſa vt ex multis eccleſiis, per diuerſa locá fideliú Chriſtianorú ſanctiſſimarú actionũ flores ac fructus ad horreú illud ſempiternú aliquádo decerptu ros eſſe videretur. Sunt ergo horti ac lilia fidelium conuentus omnes, & quæque fideles animæ ſanctitatis odores & bonæ famæ fructus olentes: quibus & hic, dum viuunt, ſponſus ipſe paſcitur, & poſtremò thalamus æthereus adornatur: in quo quidem caſtiſſima ſponſa ſola charitate ardens ipſi diuino ſponſo inſeparabili contemplatione adhæret, copulatur, afficitur: nec ab eo vnquàm diuelli

Appendix

poteſt. ob idque rectè ſequitur:

Ego patrueli meo, & patruelis meus mihi, qui paſcitur in lilijs.

Deum ſemper amare oportet, illique ſoli placere ſtudendum. Nam dum vni Deo rectè placemus ſatis cæteris omnibus & abundè facimus. Tunc.n. illi noſtra opera grata ſunt omnia, planéque iocúda: tunc is nobis frater eſt & ſpóſus, cùm illum ipſum integritate vitæ innocentiáque laudamus, colimus, veneramur, amplectimur. Nam & ille nobis non modo viciſſitudinem laudum, verumetiam omnium rectè factorum præmia vberrimè repẽdit, perpetuóque cóſeruat. Ecce.n. merces ante faciem eius, & opus in conſpectu ſuo, vt gregem fidelium ſuorum ſemetipſo paſcat, & in brachio æternitatis ſuæ tueatur atq; ſaginet: modo illi ipſi ſanctiſſimè ſemper adhærere nitamur, nulliſq; incómodis vnquam quamquàm grauiſſimis ab eo deficiamus ad hoſtem. Nam, vt ipſe per ſe ait: Quicunque in me conſenſerit corá hominibus, cóſentiá & ego in eo coram patre meo: & qui perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit. Qui verò in hunc ipſum miſerrimus cóſentire erubuerit, & ipſe erubeſcet in eum, damnabitque perpetuò. ſed quę fidelis eſt illius anima & ſponſa, quæ caſta, quæ ſancta veluti lilium & candore virtutum Deum paſcit, & paſcitur, & nutrit & nutritur alumnus, & laudat ſemper & amat cœleſtem ſpóſum, & mutuò laudatur & redamatur ab illo. hoc enim eſt ſponſum in liliis paſci. Quare rectè nunc viciſſim laudatur ab ipſo, cùm dicit:

Pulchra es dilecta vt probata voluntas, electa vt Hieruſalem, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Probè nunc laudatur omniú virtutú pulchritudinis ſpóſa dilecta charáq; & perincunda ſuo cœleſti ſpóſo eadẽq; perſimilis iá probatæ & acceptę animæ electéque illius Hieruſalem pacificæ viſionis atque tranquillæ, & horrendæ caſtrorum aciei ſtructæ eſſe perhibetur. hinc.n. illud: Probaſti Domine terrá tuá & Gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus, & bona voluntas. Bona.n. & probata voluntas εὐδοκία à græcis dicta, quæ & probata latinè dici poteſt voluntaria eſt mentis oblatio: quemadmodú & alibi ſacræ literæ oſtendunt: In voluntariis benedicite Deú. Et illud ſacri vatis: Voluntariè ſacrificabo tibi. & voluntaria oris mei beneplacita fac Domine. Nullú.n. bonú neq; malú niſi voluntariú ac liberú, eóq; laudabilius eſt, magiſve damnabile quicquid agimus, quò magis voluntarium, hoc eſt, liberiore & magis diuturno iudicio mentis & electione peractum eſt. Cùm ergo ſponſus ſuam laudans eccleſiam, caſtiſſimam videlicet ſponſam, & quanque fidelem animam, Pulchra es dilecta mea vt probatæ & acceptæ voluntatis, inquit, &c. Voluntariam ipſius ſponſæ dilectionẽ erga ſponſum, & mutuá ipſius ſponſi, charitatem ad ſponſam apertiſſimè, declarat, eandémq;, vti Hieruſalem, ſpecioſam & electam aſſeuerans, illius ſupernę cœleſtis Hieruſalem beatiſſimis ſpiritibus comparat: ob id electam appellatá, quòd ſponſi præceptis ſanctiſſimè paruerit, fideliſſiméque ſeruierit. Rectéque terribilis, & horrenda, vt inſtructa caſtrorum acies, eſſe dicitur irruenti, beata ſpóſa & quęque fidelis anima: quoniam diuino ſplendore illuſtrata, & luce illa inac-

ceſſibili circunfulcta, ſtuporem ſpectantibus affert & admirabilem voluptatem: eſtque vel in tertis fallaciſſimis dęmonum turbis admodum formidabilis diuina gratiâ roborata: nec mirum: vt enim hoſtes hoſtibus pugnaturi dum ſeſe ritè cogunt ac muniunt, nullúmque aditum irrumpēdi hoſtibus relinquunt: non modò metui ſunt hoſtibus, ſéque facilè tuentur ac liberant: verùm etiam facto agmine hoſtes ipſos plerunque ſuperant ac perdunt.

Ita Chriſti ſponſa fidelium multitudo & ſancta quæque anima, dum contrà malignos ſpiritus ac nequam vigilātiſſimè ac ſtrenuè certare nō ceſſat, pacis charitate vallata atque munita, nō ſolùm inexpugnabilis eſt prorſus, verùm etiam terrorē hoſtibus incutit ac fugam; ſibiquemet ſalutem parat ſempiternam immortalémque triumphum: At ſi diſſentire miſera (quod Deus auertat) ſecum ipſa cœperit, vel ſeditione diſcindi, heu facilè expugnatur ab hoſte, miſerriméque truncatur, & in æternā prædam crudeliſſimè abducitur. Quare fides integerrima, ſpes firmiſſima, ſincera charitas neceſſariç ſunt ſponſę & cuicunque fideli animæ, ſi victrices aduerſus calidiſſimos hoſtes euadere contendunt: tunc enim ſpōſa & fideles animæ formidabiles & horrendæ ſunt inuiſibili hoſti, nequiſſimis ſpiritibus illis, qui nos aſſiduè omni dolo ac fraudè perdere moliuntur. Nam dum ſe fidei vnitate colligit ac tegit, charitate munit, nullus aditus ad irruendum, hoſti patere poteſt, nullus ad expugnandum datur ingreſſus: ſicque collecta in ſemetipſa & conglobata, incolumis eſt omnino, pacifica, atque tranquilla: nihilque aliud die noctúq; meditatur ac ſtudet, quàm mētis oculos vitæ ſanctimonia tergere atque purgare, eóſque ad ſupernam illam beatitudinis pacem viſionémque conuertere: ſed quoniam hic nulli mortalium eam, ſicuti eſt, videre datur (Quis enim adhuc exul & peregrinus, corruptibilis, támque longè à patria lumen cœleſtis aulæ intueri poſſit & perluſtrare?) (idcirco dicitur ſpōſæ tantæ lucis auidiſſimæ. hoc eſt, ſui ipſius ſpōſi contemplandi, qui lux eſt inacceſſibilis, lumen æternū, de coęterno lumine, diuinitas, ſapientia, virtus, iuſtitia, veritas, maieſtas, gloria, æternitas, ſubſtantia. Cuius eſſentia eſt eſſe, & eſſe eſſentia, & quicquid demū in ipſo eſt, eſt ipſe Deus, trinus & vnus, amor ſiue charitas, lux vera tenebrarum neſcia pax ſumma, incorruptibilis ſpōſus, inuiſibilis atque ſanctiſſimus, imò ipſa ſanctitas ac bonitas. Dicitur inquam ſponſæ pauliſper expectandum, donec tempus illud aduenerit, quò præſens lumen ipſum ſicuti eſt, ſpectare poterit: tunc enim ſponſa, non vt modò per ſpeculum in ænigmate, & veluti caliginoſo aëre lucem ipſam ęternā cōtēplabitur atq; cognoſcet ſed vti eſt pro ſuo beatitudinis modulo & cognoſcet & cognoſcetur. Quare ne fallatur dum ſperat hic eam à ſe videri poſſe, admonetur à ſponſo caros oculos auertendos. ait enim:

Auerte oculos tuos à cōſpectu meo: quoniam ipſi me auolare fecerunt.

Conuertuntur oculi ad ſponſum intuendum, cum mentis aciem ad Chriſti Ieſu beatitudinem contemplandam intendimus: ſed oculos auertere monemur, ne ſcilicet eam nos aſpicere, ſicuti eſt, quantuncunque videamus, arbitremur: ob idque ipſius ſponſæ oculi eum auolare feciſſe dicuntur, quoniam quò acriùs intuemur, eò magis inuiſibilis eſſe cognoſcitur. Et quamuis de ſumma illa diuinitate ſponſi inuiſibilique luce nonnihil interdum vel hic mentis oculis intueri prægustareque poſſimus, prout benignitas ipſius ſponſi delargitur: haud tamen vnquam ſicuti eſt, ſpectare licet, ſecundum illud: Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: & illud item: Oculi mei præuenerunt vigilias, conturbatus ſum & non ſum locutus. Vnde & Moſi eam cernere cupienti vti eſt, reſponſum eſt: Nemo me videbit & viuet, in carne ſcilicet. Sed & Paulus expertus aperiſſimè docet, cum ad lucem illam ardentiſſimam vel mortalis adhuc vi diuina raptus, quomodo eam ipſam viderit, explicare ſe neſcire teſtatur. Quare minimum eſt illud, quod in carne adhuc velata ſpōſa de inuiſibili ſuo ſponſo videre poteſt: proptereáque ab eius intuitu longiſſimè ſe auolare dicit, quòd modò ab illa corruptibili comprehendi nequeat, ſed tempus affore, quo perfectè viſura ſit omnino & fruitura: Interim verò mentis ipſius oculos ad ſingula præcepta ſponſi ſanctiſſimè ſeruanda conuertendos, in iiſque ſedulò & acerrimè figendos atque purgandos, vt paulò pòſt, lucem illam fulgentiſſimam lucidiſſimè contueri poſſit in ſempiternum: ait enim, Oculi tui vias meas cuſtodiant ac ſeruent: Et illud Dauid, Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos: Vnde ſic admonita laudatur de filiis bonis iterum à ſponſo atque prædicatur, cum dicit:

Capilli vel cincinni tui ſicut greges caprarū quæ apparuerunt à Galaad.

Per capillos ſiue crines vel cincinnos ſponſæ populos Chriſtianos & fideles quaſque animas ſignificari iamdudum ſuperiùs diximus, poſtquam ſacro fonte renatæ fuerant: nam anteà illotæ prorſus atque immundæ planéque fœdiſſimæ omnium delictorum ſorde tanquàm caprarum hirci grauiſſimè ſpirabant: proptereáque à Galaad aſcendentibus comparantur, vt teſtimonium iam lotæ conſcientiæ habere videantur: ob idque ſtatim:

Et dentes tui ſicuti greges lotarum.

Addit: vt ex vera confeſſione ſuorum ſcelerum in ipſo lauacro regenerationis toti mundati ſint & niue candidiores facti veterem hominem cum malefactis ſuis omnibus exuti atque cupiditatibus, iámque interiori mentis cogitatu atque acie diuinarum rerum ſalutares cibos & arcana myſteriorum pabula ſibimet ipſis conterunt ac mandūt & proximo cuique fraternè ruminantur ac impertiunt. Quod & ſequentia manifeſtiſſimè declarant, cum ait:

Quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus ornata, nec ſterilis eſt in eis.

Verè duplici fœtu omnis fidelis anima decoratur à ſpōſo: poſtquàm omni omnium delictorum labe per ſalutarem confeſſionem atque baptiſma vel pœnitentiam purgata eſt & lota: nam ex accepto Spiritu ſancto, vt ſalua fiat Deum ipſum & quemque proximum ſincerè amare debet: alioqui fruſtrà ſe lauit, niſi (vti ſæpe iam diximus) Deum vnū ſuprà omnia caſtè ac ſanctè veneretur & colat: proximum verò ſicut ſeipſam diligat

gat. Poſſumus etiam per duplicem fœtum, duplicem munditiæ fructum intelligere mentis & corporis, vt ſponſo noſtro Chriſto Ieſu immaculati ſimus & ſancti. Sed prior intellect⁹ (ni fallor) verior eſt & potior, Quare ſedulò laborandum nobis eſt, vt ex binis Spiritusſancti fœtibus (quanquam ſeptem eſſe poſſunt) veluti matres filiorum lætantes eſſe poſſimus: Væ enim væ qui ſanctiſſimos fœtus ipſius ſpiritus vel ſua negligentia ſocordiáque amittunt, vel turpiſſimæ vitæ moribus miſerrimè perdunt: melius iis ſanè foret nunquam in hanc lucem produiſſe, vt inquit Dominus. Sed ſi ſapimus, id potiùs eſſe conabimur, quod ſponſus noſter de ſua fideli ſponſa laudare ſequitur: ait enim:

Sicut vitta coccinea labia tua.

Ardentes charitatē omnes eſſe debēt fideles animæ ad ſalutem propriam ac proximi: nihil negligere de lege ſponſi, nec illius ſpeculatores ſalutares ac nuntios interimere vel perdere, ſed ſtudioſiſſimè amplecti atque ſanctiſſimè fouere: vt ſicut Raab meretrix in euerſione patriæ per faſciam illā coccineam in ſignum datā, feneſtrę domus appenſam ſeruata eſt, & libertate donata: ita & nos in die illa nouiſſima, quando cœli mouendi ſunt & terra: vel cum domus noſtri corporis morte irruente euertetur, per vittæ coccineæ fraternæ charitatis ac Dei bene ſignata & ſculpta opera, ſaluuis æternæ participes eſſe poſſimus. Rectéque vitta dicitur: nam vt hac frons capitis ornatur: ita nobis à capite noſtro ſpōſo Chriſto Ieſu dicendum eſt vt ſemper ornemur: Ipſe enim nos docuit, cum dixit: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Poſſum⁹ etiam per faciam ipſam coccineam à Raab feneſtræ appenſam, apertam atque ſinceram Chriſti fidei cōfeſſionem accipere. Vt enim corde iuſtificamur, ſecundum Apoſtolum, ita ex aperta noſtri oris confeſſione ſaluamur: eóque, labia tua, dixit, ne quis fidelium coram impiis crudeliſſimiſque tyrannis Chriſtianæ fidei deſtructoribus vel ſtructoribus magis (iis enim affligentib⁹ cœleſte palatium ex viuis lapidibus, iiſque purpureis ſanctiſſimè conſtruitur) ne quis, inquā, coram iis poſitus erubeſcat vitam æternam palàm confiteri: quin intrepid⁹, inuictúſque omnino orthodoxam Chriſti fidem conſtantiſſimè retineat ac prædicet: tunc glorioſè de ſe audiet quod ſequitur:

Tanquam mali corium, ſic & gena tua dilecta mea: præterea quæ intrinſecus latent.

Rubro colore atque albicante mali corium, hoc eſt cortex mali punici circunfundi ſolet, cùm maturat: huic non abſimiles genæ ſponſæ comparantur à ſponſo, vt per colores ipſos ruffum atque album vel virentem fidei integritatem ac ſpei charitatíſque ardorem habere debeat quiſque fidelis Chriſti ſeru⁹: cum hiſq; bonæ cōſcientiæ optimos atq; caſtiſſimos internę mētis cogitatus ac fructus (per genas enim flos caſtitatis & pudicitiæ ſignificatur) ne vacuitate bonorū operū coràm iudice cōſtituta ſpōſa fatua ſine oleo veræ charitatis lampada ferens miſerrimè damnetur: vtq; ſimilis ſit Chriſto Ieſu ſpōſo ſuo vera charitate & interna pulchritudine: ob idq́ue dixit, Præterea quæ intrinſecus latent. Scitis enim intra punicum multitudinem granorum contineri: horum perſimiles bonorum operum fructus eſſe dicuntur & latentis animi & conſcientiæ bene cogitata ac facta, quæ ſoli ſponſo perſpecta ſunt & cognita, in die tamen nouiſſima cunctis propalanda. Quare ad bene beatéque agendum accingamur omnes: vt iis electis annumerari mereamur: de quibus eadem ſponſa laudatur à ſponſo: ait enim:

Sexaginta ſunt reginæ, octoginta concubinæ & adoleſcentularum non eſt numerus.

Equidem per ſexaginta reginas, eos omnes ſignificari arbitror: qui antè legem & in lege ipſa ſanctiſſimè vixerunt: quod ij naturæ legem iuſtiſſimè ſeruantes ſenarij numeri, quo quidem omnia à ſummo ipſo Deo rerum omnium conditore patrata conſtant, myſticam perfectionem acceperunt: Illi verò decalogo æquiſſimè parentes diuinam gratiam meruère: ſex enim decies multiplicata ſexaginta reddunt. Per octoginta verò concubinas, illas omnes animas, quæ ſine naturæ lege ac ſcripta, vel moſaica, veluti quędam meretriculę ſine vllo viro legitimo lenocinio dęmonum illectę omni vitiorum iugo turpiſſimè proſtratę (quales gentiles populi fuère) idolorum cultibus miſerrimè ſeruiebant, prius quàm Chriſti Euangelio corruſcante ad verum atque legitimum matrimonium cœleſtis ſponſi ſanctiſſimè coniugarentur. Per adoleſcentularum verò infinitum numerum omnium incipientium multitudinem Chriſtianæ fidei deſeruire atque parere: qui veluti teneri adhuc & paruuli in via Domini, pro bona tamen voluntate ac vita in lege Dei quotidiè magis ac magis adoleſcunt. Sunt etiam qui per reginas ſexaginta, eas ſanctorum animas intelligi velint, quæ caſtiſſimè ſe regentes ac cæteros, cœlorum regnum ex diuina gratiā & libero arbitrio cooperante adipiſci nituntur: nihílque omnino prætermittunt, quod ſibi ad id conducturum exiſtiment. Per octoginta concubinas, proficientes in via Domini, eiúſque mandatis obtemperare ſtudentes: ob id concubinas appellatas, quòd nondū perfectè carnis illecebras omnes edomuerit, eámque plenè cœleſti ſponſo poſt internas animi puras meditationes copularint: concumbit enim adhuc caro cum aliquot ſenſuum illicitis & humanæ fragilitatis origine, nec dum omnino victa ac domita rationis iugo facilè parère aſſueuit: ſed certat adhuc ſpiritui, & interdum rationis excurrit imperium. Per innumerabiles verò adoleſcentulas pronſicuè gentes omnes & nationes & populos, quos dilectæ ſponſę diuiniſſimus ille ſponſus preciosiſſimo atq; maximè ſalutari ſuo ſanguine caſtiſſimè copulauit: Et quanquàm infinita propemodùm ac varia credentium multitudine conſtipata ſit ſponſa atque referta, iuxta illud, Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate: Vna tamen eſt vni viro ſuo ſponſo Chriſto Ieſu charitate ſanctiſſimè, copulata, vt ſit vnus Deus vnus ſpiritus, vna fides, vnum baptiſma, vna perfectio, vna finis, ſecundum illud: Et erat cor vnum credentiū omniū: & illud. Dauid, Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Quare rectè ſubiungit:

Vna eſt columba mea, perfecta mea. Vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ

Vna eſt ipſa ſancta Eccleſia & fidelis ſponſa puritate & innocentia vitæ, morum integritate

& caſtimoniâ, prudentiam habens cœleſtis ſapientiæ: quæ quidem oculis columbæ non amplius aſſimilatur, vt ſuprà: ſed iam columba dicitur & vna & perfecta, vnáque matri & genitrici ſuæ: Columba enim iudicium eſt Spiritusſancti. Tota ergo ſpiritalis facta ſponſa totáque cœleſtis, omnia de ſponſo ſpiritali intelligentia capit, nihilque carnalis neque perituri, ſed æterna cuncta atque ſanctiſſima meditatur & paſcit: ſéque totam ad ipſius ſancti Spiritus legem ac nutum mouet, verſat, & agit: vt vnà cũ ipſo beatiſſima ſemper exiſtat, eiúſque æuo ſempiterno fruatur: Vna genitrici ſuæ diuinæ gratiæ ſcilicet, quæ per incarnatam ſapientiã ſponſam ipſam in lauacro Spiritusſancti fœliciſſimè regenerauit. Talis eſt ſponſa perfecta fide & charitate Dei ac proximi: Ob id, mea, bis dicta, vt intelligat ſe non ſatis ſponſo facturam, niſi perfectè Deum ipſum proximúmque amarit: tunc enim verè de ſe audit, quod ſequitur.

Viderunt eam filiæ Sion & beatiſſimam prædicauerunt eam, reginæ & pallacæ ſiue cõcubinæ laudauerũt eã.

Per filias Sion, priſci illi ſancti viri patriarcharúmque animæ & Prophetarum omnes indicantur: qui longiùs hanc futuram ſponſam in ſponſo naſcituro aliquando proſpexere: ſed hanc ipſam Apoſtoli cœleſti ſponſo ſuâ prædicatione copularũt. Quod ipſe apertiſſimè declarat, cum illos tanti boni gratos ac memores fore admonet dicẽs: Multi Prophetarum atque iuſtorum deſiderauerunt videre quæ vos videtis, nec potuere: & audire quæ vos auditis, nec audierunt. Poſſunt hæc tamen & ad Eccleſias & fideles quáſque animas referri: quæ dum iam triumphantem illam Eccleſiam in hac mortalitate, deſiderio contemplantur, ab hac peregrina & militante ad vitam æternam indies magis ac magis eriguntur. Ob idque columbam fœlicem & beatiſſimam prædicant, quòd per virtutes & ſanctiſſimas actiones ad ſponſum illum fœliciſſimè ſe adiungit: hæc enim fide à genitrice gratiâ nutritur, ſpe futuri præmij alitur, carne ſui ſponſi paſcitur, ſanguine abluitur, ſacris literis eruditur, charitate ſaginatur, hiſque cœleſtis alimoniæ ſaluberrimis cibis alta atque firmata, dęmonũ vires expugnat, vitia fugat, virtutes inſerit, carnem ſuperat, ſpiritum roborat, coronã demũ æternæ fœlicitatis expectat. Cum his igitur & aliis multis ſponſa virtutibus polleat, iure admirationẽ ſe videntibus affert, & à rectè intelligentibus, ſeq; bene regentibus animis beatiſſima prædicatur: videt enim ad quantam gloriam bene beatéque viuendo perueniat: ad quam quidem nemini datur acceſſus, niſi eã vita pariter ac ore ſanctiſſimè laudẽt. Multi enim ore ſe Deum noſſe fatentur, moribus verò turpiſſimè abnegant: de quibus per Prophetam Dauid ait Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam & proiecisti ſermones meos retrorſum. Et alibi: Et dilexerunt eum in ore ſuo, & linguâ ſua mentiti ſunt ei. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Vnde eſt illud Eſaiæ: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me: Nihil enim eſt turpius, nihil infœlicius, quàm vitam diſparem verbis agere. Nam qui verè boni ſunt atque perfecti, æquè dictis ac factis Deum confitentur ac diligunt, eundémque cum oportet, conſtantiſſimè prædicant, plúſque de ſe rectè præſtare malunt, quàm polliceri ac dicere: nec minus alios, quàm ſemetipſos verbis, vita, moribus, exemplis adeò perſæpè inſtruunt ac docent, & ad vitam cœleſtem inuitant ac trahunt: vt eorum virtutibus permoti nonnulli vel inimici ad fidem excitentur, dum in eis & vitæ integritatem & fidei conſtantiam atque charitatis ardorem intuentur & admirantur.

Quocirca iam admirabilis vitæ ſanctitate & iuſtitiæ operibus facta, excitat in admirationem ſui & amorem ſponſi, venturos ad fidem, cum dicitur:

Quæ eſt iſta quæ aſcendit ut matutina vel aurora?

Beatiſſima ſponſa atque columba veluti aurora aſcendere dicitur, cùm primò à tenebris delictorum ad lucis ſanctitatem abſceſſit, vt per Eſaiam inquit: De nocte diluculo ſurgit ſpiritus meus ad te Deus meus: Deinde à magnis profectibus virtutum ad altiores probitatis gradus aſcendit, per ampliorem diuinæ gratiæ cumulum. Poſtremò in die iudicij relicta caligine atque putredine peccatorum & mortalitate carnis, immortalitatis lumine & æterna claritate veſtietur. Rectéque auroræ comparatur: vt enim aurora nonnihil frigoris ſecum defert, & diuinæ lucis exortum: ita quæque fidelis anima ac ſponſa à prauitate vitæ ad iuſtitiam conuerſa, initium ſalutaris luminis intueri cæpit, & vitiorum æſtus aſtringentis frigoris temperiem ac requiem. Sunt enim nonnulli qui dum attento animo ſecum ipſi conſiderant quanta ſupplicia & quàm grauiſſima tormenta parata ſunt iniquis, eáque ſempiterna, incipiunt vitam ſuam ac mores diligentiſſimè diſcutere, ſéque ipſos & dicta ſua omnia ac facta ita acerrimè recenſere: vt actutùm tenebrarum opera abiiciant, & arma lucis aſſumant, ſéque iuſtitiæ & ſanctimoniæ officiis illuſtrent: hi veluti aurora de tenebris aſſurgere dicuntur, dum per bona opera & ſibimet mirificè proſunt, & proximis quibuſque lucis exempla commõſtrant. Quare non abſurdè in his ſponſa fidelis ac ſancta lunæ pulchritudini & ſolis claritati comparatur, cum dicitur:

Pulchra vt luna, electa vt ſol.

Lunæ comparatur Eccleſia, propterea quòd quicquid habet diuini luminis, id à iuſtitiæ ſole illo immobili atque diuino quandiu ſeſe illi rectè offert, accipit: & veluti luna, modo tentationibus atque preſſuris decreſcere videtur ac minui: modò victis malignis hoſtibus innouari ac ſurgere: Siue quod morte corporis aliquando defutura ſit, & in nouiſſimo tandẽ ad gloriam illam ſempiternã cum iuſtis omnibus reſurrectura: nec vllas vnquã poſteà vices temporum perlatura: ſed immortalis ſemper & beatiſſima permanebit. Dicitur etiã eidẽ ſoli nõ abſimilis, ob rectæ fidei ſplendorẽ ſummũque decorẽ ipſius fulgentiſſimi atque optimi iuſtitiæ ſolis: à quo ſolo quicquid vitalis ſplendoris atq; diuinæ lucis ſponſę ineſt, & cuique fideli animæ, emicat ac effulget: Tũc enim verè electa eſt vt ſol, Eccleſia & fidelis anima: cum à ſalutari luce & calore tanti luminis non abſcedit, cum illi ſoli ſe vitæ ſanctitate ac morũ purã & nitidã humilémque

que præbet: cùm ab eo ſolo, non à ſe, non à quauis humana facultate illuminari poſſe cõfidit vel ſperat: ipſe enim ſolus eſt, qui bona omnia ſponſæ donat, qui gratiá, qui gloriam, qui lunam ipſam virtute perficit, vt ſit perfecta in diebus ſuis, qui illuminat abſcondita tenebrarum: quique humanarũ mentium caliginem depellit ac fugat eaſdémque adeò irradiat ac illuſtrat, vt non modò ſibi lumen ad rectum iter & ſemitas iuſtitiæ faciendas in nocte mortalitatis noſtræ: verùm etiã proximis quibúſque ſalutariter eſſe poſſint. licet nonnullos intueri in Eccleſia tanquam ſtellas, ſydera ac ſolem nonnullos, vt lunam: vt his in diem honeſtè ambulare volentibus ad maiora charitatis opera ſuis exemplis claritatis ardorem effundant: illis ne in tenebris offendant atque cæcutiant, lucis aliquid in ſcripturis ſanctis oſtendant: luna enim Eccleſia adhuc pugnans eſt, vt diximus: Sol, Deus. Luna etiá poteſt intelligi & humana Chriſti Ieſu caro, per quam luna ipſa lucet, & paſcitur in nocte: ipſa enim Ieſu caro caput eſt Eccleſiæ & ſalutare pabulum: Sol diuinitas, quæ & humanitatem ipſam ſemel aſſumptam & fidelium cœtum ſemper illuminat, ſuſtinet ac fouet. Quæ quidem Dauid vaticinatus eſt, cum dixit: Et thronus eius ſicut ſol in cõſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum. Sub hac humanitate tegebatur, nõ hic viſibilis ſol, quẽ nobiſcum bruta ſuſpiciunt: ſed ille ipſe ſol iuſtitię, de quo in fine miſerrimè quæruntur impij clamãtes: Quid nobis profuit ſuperbia? Quid diuitiarum iactantia contulit? tranſierunt omnia velut vmbra: nos autem errauimus à via veritatis: nec iuſtitiæ lumen nobis illuxit: neque ſol ipſe nobis eſt ortus: nam ſol hic mobilis & creatus oritur ſuper bonos & malos. At ille non factus ſed genitus, per quem facta ſunt omnia: patri coæternus, eiuſdémq; ſubſtantiæ atque naturæ vna cum Spiritu ſancto inuiſibilis, immobilis, ſempiternus, ſolis probis electiſque illucet: in hunc ſolem diuinitatis, qui non offendit, aliter de Trinitate ſentiens, quà re vera debeat: neque in lunam per noctem, hoc eſt in Eccleſiæ vnitate per humanitaté Ieſu Chri fundata eiúſque precioſiſſimo ſanguine redempta ſecus ambulat, quàm fides orthodoxa decreuerit: non vritur in die illa æternitatis, neque transfoditur ab illis hæreticis, qui dicunt fideli animæ ſoli Deo præfidenti, Tranſmigra in montem ſicut paſſer. Quoniam ecce peccatores intenderunt ſuæ prauitatis arcum, parauerunt ſui veneni ſagittas in pharetra peſſima, ſui deſiderij cupiditate, vt lætaliter ſagittent in obſcura luna rectos corde: hanc enim lunã puriſſimam Eccleſiam & immaculatã Chriſti ſpõſam diuiniſſimo ſuo ſanguine fundatam & ablutam obſcurare conantur hæretici & omne malè viuentes. Sed ſol ipſe ineffabilis bonitatis ſuæ radiis nunquàm hanc humilem & fidelem lunam illuminare ceſſat, ſuóque ardore ſouere ad plurimos quotidiè vitales partus edendos: vt his omnibus armata ſponſa atque munita (quò plures enim ſecum trahit ac ducit Chriſti milites, eò tutior eſt omnino planéque fœlicior) terrorem malignis hoſtibus incutiat, ſtuporem, ac mortem, Vnde rectè ſequitur de eadem rurſus dicere, quod iam ſuprà dixerat, vt duplicem laboris charitatíſque mercedem ac gloriam hanc acceptatam eſſe declaret propria ſalutis ſcilicet ac proximi, corporis & animæ: in hiſque terribilem miſeris, ſed amabilem beatis eſſe futuram. ait enim:

Terror vel ſtupor. Vt caſtrorum acies ordinata.

Quòd ſanctiſſimam ſponſam terrore ſimilem inſtructæ militari aciei eſſe prædicat, poteſt (ni fallor) ad miracula & ad diuiniſſima illa ſigna Apoſtolorum referri: quibus perſpectis & cognitis vniuerſus terrarum orbis in ſummam admirationem vertebatur: per hæcq; populi ad fidem Chriſti baptiſmúmque currebant: Videre nanque natura claudos ſtatim ſuis pedibus liberè ambulare ac gradi: cæcis natis, videndi aciem reſtitutum iri: mortuos ad vitam reuocari, vti Dorcada, quæ reuixit: vmbrá Petri infirmos languentéſque ſanari, aliáque quàm plurima nullis vnquàm humanis viribus conceſſa, vnico verbo vel tacito, quàm celerrimè & quàm optimè mirabiliter effici, nõ modò homines, verùm etiam feras ac ſaxa in mentis ſtuporem excitare potuiſſet. Stupebant igitur (nec iniuria) gentiles populi tanta rerum miracula & veluti portenta nulla humani ingenij ratione, nullis philoſophorum dogmatis, nullis argumentis: ſed ſola fidei puritate capienda tenendáque ſanctiſſimè. Sed animaduertendum eſt diligenter, quòd hanc diuinam ſponſam & quanque fidelem animam, non caſtrorum ſimpliciter comparauit: ſed ordinatæ ſimilem eſſe dixit: quomodo apertiſſimè daretur intelligi iis ſolis ſtupenda admirandáque fuiſſe & futura eſſe omnia Chriſti & Apoſtolorum geſta atque ſanctorum omnium, ſponſæque & cuiuſque fidelis animę exempla. qui ſe bene præparant ac muniunt obſeruatione mandatorum: de quibus dicitur: Serua mandata, ſi vis ad vitam ingredi. Quóſque Deus optimus vel ab æterno prouidit ad vitam ipſam ſempiternam acceſſuros: in qua veluti præcioſi lapides in ſanctiſſimam ſtructuram diſpoſiti ſine fine permanebũt: Sed priùs ſponſus in hortum deſcendat oportet: nihil enim ad id per ſe poteſt humana fragilitas, niſi diuina gratià præuenta: nihil valet ad cœleſtia conſequenda, niſi trahatur à patre gratiarum: ſicut eadem veritas ait: Nemo venit ad me niſi pater meus traxerit eum. Ergo non laborandum ſi ſola gratià ſaluandi ſunt homines? quin immò laborãdum omnino: nam væ non laborantibus ad ſalutem. Sed audi quomodo hunc nodum rectè ſoluat Apoſtolus: Gratiá Dei ſum, id quod ſum: ſed gratiá eius in me vacua non fuit: Collaborauit enim & quidem plus quàm cæteri. Studeamus igitur & nos hunc imitari poſt acceptam Spiritusſancti gratiam ex libero voluntatis arbitrio, quæ bona ſunt agere: cooperemur gratiæ. non ocio, non deſidia, non langore, non inuidia, non ganea, non iracundia, non luxuria, non rerum mortalium cupiditate & auaritia, non ambitione ac faſtu, non vlla denique noſtra culpa fruſtrà nobis diuinam gratiam donatam eſſe patiamur: his enim vitiis vel vno duntaxat horum noſtra volũtate (heu miſeri) tanti boni tãq; incõparabilis iacturã facimus: Nemo diuinam prouidẽtiam de ſalute ſua carpat: nemo non falli poſſe cauſetur: ob idque quicquid ab ea prouiſum eſt ab æterno, neceſſario eſſe venturũ: nemo in eá ſuę damnationis cauſam reiiciat. Stulta eſt hæc opinio, planéque iniqua ridicula, ac ſtulta prorſus eorũ argumenta: qui craſſa ac minima humana ſapientia, ne dicam inſipientia ac inſania,

diuinæ ſapientiæ inſcrutabilem abyſſum adire au-
dent atque diſcutere: Quem nequeunt Angeli, nec
vlli beati ſpiritus, vel ſummi illi ardētiſſimi atque
proximi, qualis eſt ac quantus, intueri: nos tanta
mole corporis, eáque mortali depreſſi, tāta rerum
caligine & ignorantia offuſi, tanta ſarcina peccato-
rum onuſti, tanta denique tenebrarum denſitate
vallati & tam imbecilli audebimus quicquam de
diuina illa ineffabilíque prouidentia recēſere? nec
audim⁹, quod monemur, Scrutator majeſtatis op-
primetur à gloria? Tamen vt curioſis aliquid reſ-
pōdeamus ex teſtimoniis diuinæ ſcripturæ, quàm
breuiſſimè & quàm optimè poſſumus, explicabi-
mus, quomodo ad ſalutem illam æternam ordina-
ti ſaluentur. Certum eſt nihil rerum creatarum, a-
nimatarúmque præſertim, plus de ſe præſtare poſ-
ſe, quàm vires earum naturáque contulerit. Om-
nia enim à ſummo illo rerum opifice creata & cō-
dita, certa quadam eſſendi lege atque poteſtate in
ſua propriáque natura præfinita ſunt & conſtituta,
nec quicquàm ſine illo ipſo, qui ſolus eſt, qui eſt,
per ſe ſtare poteſt & contineri. Creatus igitur &
homo rerum omnium, quæ ſub cœlo ſunt, prin-
ceps ac rector, iſque anima ad imaginem, & boni-
tate ad ſimilitudinem creatoris nobiliſſimè for-
matus ac liber, relictúſque in manu conſilij ſui bo-
no ſibi malóque appoſitis vita ſcilicet & morte,
breui heu miſer quod gratis acceperat, ſua culpa
ingratiſſimus amiſit ſine ſpe vlla & vi propria re-
cuperandi quod ſemel amiſerat omnia enim natu-
ræ ſuæ iura viréſque animi ac corporis deprauarat
atque corruperat: & qui immortalis eſſe poterat,
ſi diuino præcepto parere ac ſtare voluiſſet, ſempi-
ternæ morti factus eſt obnoxius, vnà cum cæteris
omnibus ex ſeſe naſcituris. Sed illum miſeratus
idem, qui ſua bonitate condiderat, cœlo deſcen-
dens, & humana carne veſtitus, vniuerſum genus
humanum ſua morte redemptum, & in melius re-
formatum æterno patri reconciliauit: eámque rur-
ſus legem vitæ dedit, cui qui parere volet (omnes
autem velle debent) ea tandem immortalitate do-
nabitur, quam redemptor ipſe primus omnium
deuicta morte recepit. Quare parendum eſt illi
ſoli, ſi id conſequi optamus, quod propriis viribus
adipiſci nullo modo valemus. Hinc eſt, quod ipſe
clementiſſimus ſeruator noſter ait, Sine me nihil
poteſtis facere: manete in me & ego in vobis: Et
qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructū mul-
tum. Et ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, ego &
pater meus ad eum veniemus, &c. Et qui in me
conſeuſerit coràm hominibus: conſentiam & ego
in eum coràm patre meo: Et alia id genus multa.
Ecce inuitat hominem ad vitam: Ecce allicit ad ſa-
lutem: Ecce donat gratiam promerendi: offert, vt
capias, hortatur accipere, oſtentat accurrere, pul-
ſat, vt aperias: ait enim. Sto ad oſtium & pulſo: ſi
quis mihi aperuerit, ingrediar ad eum & comma-
nebo: Ecce ille immobilis ſol iuſtitiæ, qui vt hic
mobilis, ſemper illucet: aperta & patentia illumi-
nat: clauſa & obſtructa percurrit. Quid ergo di-
cemus? trahamur oportet, præueniamur à gratia,
eáque ſemper adiuuemur, idipſum fatemur vti-
que: ſed collaboremus omnino neceſſe eſt, ne in
illud incidamus, quod de negligentibus & per-
uicacibus dicitur: Ex te perditio tua Iſraël. Duo
igitur ad ſalutem ſunt nobis maximè neceſſaria,

A quorum vnum ſupra nos, alterum nobis ineſt ex
munificentia conditoris: Diuina gratia ſcilicet
nos præueniens, & liberum de voluntate iudi-
cium, gratia alliciendo incipit, admiſſa conſequi-
tur, bene retenta ac fota perficit: vt enim ouicu-
læ vel alij cuiuis è cicuribus animanti præmon-
ſtratum aliquid eam propiùs allicit ac mouet,
nec tamen cogit: ita menti humanæ diuinæ gra-
tiæ lumen infuſum, voluntatem noſtri animi ſeu
rationis, quem appetitum appellant, allicit ac
trahit, nec vlla vi cogit: ſed ſola charitate beni-
gniſſimè inuitat. Tunc Deo noſtro acceptabi-
le eſt & periocundum quicquid agimus, cum
ad cœleſtes nuptias inuitati, nihil, vt illi repro-
B bi malæ voluntatis ac vitæ, cauſamur, nihil op-
ponimus, ſed libenter oblatum gratiæ munus
accipimus. Nam vnde quæſo tot ac tanta illa
diuina præcepta, vnde tot iuſtitiæ merita ac pœ-
næ, ſi nihil homo de ſe conferre poteſt ad ſalu-
tem? At Apoſtolus clamat, Non ſumus ſufficien-
tes excogitare aliquid à nobis tanquam ex nobis:
ſed omnis noſtra ſufficientia à Deo eſt, & velle &
poſſe pro bona voluntate, & quem vult, indu-
rat, & cuius vult, miſeretur: Et, Iacob elegi, &
Eſau odio habui: Et Deus viuificat & occidit:
&, quos prædeſtinauit, elegit, & alia quæcun-
que contrà citari poſſunt, omnia ad præuenien-
C tem gratiam diuinúmq; auxilium referenda ſūt,
& liberum arbitrium: Iam enim ſuprà diximus
præueniri hominem oportere, diuinóque auxi-
lio ſemper adiuuari: alioqui gratia non eſſet gra-
tia. Sed nunquid ocioſum gratia conſeruabit?
fugiet actutùm, & veluti ſol clauſa feneſtra ſe
colliget, cúmque hunc amare & illum odiſſe di-
citur, intelligendum eſt, quòd hunc amore, il-
lum odio dignum fore prouiderit. Nam idem
Paulus aſſeuerat, neminem coronandum, niſi qui
voluntariè & rectè certauerit. ait enim, Non co-
ronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Quare col-
laborandum eſt prorſus diuinæ gratiæ acceptæ, nec
D vlla noſtra culpa perdendum quod gratis infun-
ditur ac datur. Tria enim ſunt, quæ Dominus
remunerat in homine, Recta voluntas, quę prom-
ptam ſe Deo ſemper offert: Iuſtitia, quæ quicquid
boni potuit, libenter effecit: Manſuetudo atque
modeſtia, quam humilitatem appellant: Quæ o-
mnia bona ſoli Deo accepta refert, in illúmque vt
primum authorem & vberrimum fontem bono-
rum omnium perfectorémque reiicit. Secundum
illud, Omne datum optimum, & omne donum
perfectum, ſupernè eſt deſcendens à patre lumi-
num: Cætera diuina gratia ſupplet, & merita ſan-
E ctiſſima ſalutaris necis redemptoris noſtri. Quare
iam Chriſti fideles omnes rogo ac moneo, ne vn-
quam à bene beatéque agendo ceſſare velint: Im-
poſſibile eſt enim eū, qui bene vixerit vſque ad vl-
timum ſuæ vitæ finem, non rectè mori atque ſer-
uari: ipſe enim dixit, Nō qui inceperit, ſed qui per-
ſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Quam-
obrem, vt nos quoque veluti caſtrorum acies in-
ter ſanctorum choros ordinemur, aliquando ad
Deum ipſum ſanctiſſimè colendum, & proxi-
mum quemque noſtrum honeſtiſſimè aman-
dum, ſtudioſiſſimè accingamur: his enim duo-
bus continetur lex omnis & propheta. Nec clemē-
tiſſimus redemptor aberit, ſed deſcendet ad nos
& exci-

& excitabit atque fouebit, ſeruabitque volentes.
ait enim:

In hortum nucis deſcendi videre in germine torrentis.

Ecce cœleſtis ſponſus primò deſcendit in ſynagogam Iudæorum ad ſacerdotes & ſcribas per aſſumptam humanitatem ex eorum ſemine ſecundũ promiſſionem & iuſiurãdum, quod Abraam Dauidque iurauerat. Per hortum enim nucis rectè Hieruſalem & ſacerdotium indicatur. Nam & virga Aarõ regalis ſacerdotij dignitatem habuit. Nux verò apte Moſaicæ legi congruit. Vt enim nux arbor folia amara eáq; trifida, & fructũ ipſum nuces ſcilicet cortice amariſſimo, quẽ culeũ appellãt, & duriore teſta atque arida circuntectas profert, quę quidẽ intus nucleum nõ ingratũ quadriſpicuum, hũcque lignea chartilagine intercurſante, & tenui mẽbranula dum viridis eſt, ſeptũ continent: Ita lex illa digito Dei ſcripta ex ſacrificiis illis carnalibus & ceremoniis tanquã nux amara frõdibus eſſe videbatur, quãquã trinũ Deum & vnum myſticè ſignificantibus, & duro admodum ſenſu, quãquam myſtico, veluti amaro cortice tecta erat: velatũ tamen ſuauiſſimũ fructũ & maximè ſalutarẽ Chriſtũ Ieſum cœlit⁹ deſcenſurũ tenebat incluſum: hũcq; quadrifido euãgelico ſenſu per quatuor cardines orbis propalandum: nec niſi rectè & ſanctè enucleantibus eruendũ edendũmque ſanctiſſimè. Nã Iudęis adhuc perfidis obſtinatiſſimiſque omnino ita clauſus eſt ipſe ſalutaris nucleus redemptionis humanę, vt nõ modò miſerè hallucinentur in ipſa carnali lege, quã falſò interpretantur (velum enim adhuc impoſitum eſt cordibus eorum, vt Apoſtolus inquit) verum etiam lætali eius vmbra quotidiè ad mortem paſcuntur æternã. Omnia enim illis cõtingebant in figura & vmbra, prius quã cœleſtis ille ſpõſus è virginali vtero proceſſiſſet in orbem: ſed poſtquam de illo conſummata ſunt omnia atq; perfecta, quicquid in lege illa carnali obſeptum erat atque latebat, id iam palàm apertũ eſt & patefactũ omnibus noſſe volentibus: Nec quiſquã ex ſolis operib⁹ ipſius legis ſeruari poteſt: ſed & ex fide Chriſti Ieſu & precioſiſſimo illius ſanguine & mandatorũ obſeruatione ſalus æterna paratur. Nam ſi tunc nemo per ſolam legem ſeruari poterat (nõ enim ex operibus legis iuſtificatus eſt Abraam, ſed ex fide. Credidit enim Deo Abraã, & reputatum eſt ei ad iuſtitiã, vt allegat Apoſtolus) quãto minus nunc ſeruari poterunt, euãgelio coruſcante, qui ſoli lege Moſaicæ credunt, per eiúſque carnales, & iam irritas ceremonias ſalutẽ ęternam adipiſci ſtultiſſimè præfidunt? Sed iam redeamus ad ſponſum, qui cũ primũ (vti diximus) ad ſynagogam deſcendiſſet videre in germine torrẽtis, hoc eſt in tempore opportuno ſuæ necis (de qua arbitror ſentire Dauid, cũ dicit, De torrente in via bibit: & idẽ, Torrentem pertrãſiuit anima noſtra, hoc eſt ſæuiſſima flagella pertulit, diros cruciatus ac mortem) videre an nux ipſa & vinea floruiſſet. O miram Dei clementiam. O ineffabilẽ bonitatẽ: Non ſatis tibi fuerat dediſſe legem, non contentus tot ac tãtos miſiſſe prophetas ac reges doctrina & ſanctitate præclaros: voluiſti & ipſe tu venire tandem videre præſens corámque tractare de nucis horto ac vinea, idque in germine torrentis, hoc eſt in aſſumptæ noſtræ mortalitate carnis ac nece, an fructũ aliquẽ ex ea capturus eſſes: ſed heu ingratiſ-

Appendix.

A ſimus atq; miſerrimus populus Hebræus poſt interempto, ſeruos ac nũcios vineę Domini, audent & eius vnigenitũ heredẽ extra vineã, hoc eſt Hieruſalem & ſynagogã cõtumelioſiſſimè eiectũ, crudeliſſimè necare. Quare cũ primò veniſſet ad hortũ nucis ac vineã, hoc eſt ad ſynagogã, nec ex ea fructũ collegiſſet, ſed ſpinas, vt dicetur inferiùs: mox tranſiuit ad gentes, ex quibus frugiferas ſibi parauit eccleſias: Quibus & vineam ſuam locauit perditis atque deſtructis primis vinitorib⁹ illis, quos ex Ægypto benigniſſimè vocarat: Vnde de eccleſia nunc ait:

Effloruerunt mali punicæ.

Eccleſiæ ſcilicet gentium tanquam mali punicæ
B ſpecioſos fructus atque ſuaues protulerunt: At in ſynagoga non floruit vinea, nec vuas protulit, ſed ſpinas: Coronã enim de ſpinis vnigenito plexnerunt: vnde & in Heſaia vineã ipſam arguit dicens: Expectaui vt faceret vuas, fecit autem ſpinas. Eccleſiæ verò Chriſtianorum per vniuerſum terrarum orbem non modò iocũdiſſimè floruerũt, verum etiam & ſanctiſſimæ vitæ fructu & odore ſanctimonię ſuauiſſimè oluerunt: rectéque malis punicis comparantur, vt enim ipſæ & colore ſanguineo vel purpureo & ſucco viuo ſimiles in granis habentur: ita & Chriſtianorũ fideles cœtus, quos eccleſias appellãt, ſanguine Ieſu Chriſti loti & co-
C lorati in ſancti Dei populi myſtico corpore cõtenti, per multos ſanctos viros tanquã grana bonitate diuinæ gratiæ & cœleſtis ſpiritus ſucco plenos includunt, ex hiſque quotidiè ſponſum ſanctiſſimè delectat ſponſa. Quare bene ſubdit dicens:

Illic tibi dabo vbera mea.

Per vbera duo teſtamenta ſignificari iã ſæpe diximus, vetus ſcilicet & nouum: Quæ quidem nũc in eccleſiis ſponſa proprio ſponſo ſe daturam eſſe promittit. Nec mirũ videri debet, ſi eadem vbera modò ſponſi, modò ipſius ſponſæ eſſe dicãtur: Nã qui adhæret ſponſo, vnus ſpiritus eſt cũ eo: vt & Paulus ait? Cũ enim ſponſa ſuum laudat ſponſum
D inquit: Quoniam bona ſunt vbera tua ſuper vinũ: Nunc verò eadem teſtamẽta tãquam ſua propriáque ſint ſponſa ipſa duo vbera vocat, cũ dicit: Illic tibi dabo vbera mea, hoc eſt in eccleſia fidelium. O ſponſæ cœleſtis atq; ſanctiſſimæ, duo tua teſtamenta doctrina, vita, moribus, & exemplis, operibúſq; iuſtitiæ ſanctiſſimè implebo & obſeruabo: tibique veluti ſugenda præbebo in propriis filiis, quos mihi dediſti, quóſque in mãdatis alẽdos accepi ad legem tuã fidelem obſeruandã, & euãgelica præcepta, indéque tecũ fœliciſſimè ſine fine victuros: propter quæ quidem vbera ſic diſtenta vitæ ſanctitate ac morũ, eóque diuiniſſimo ſponſo
E accepta & periocunda, tanta plerúmque vel in terris adhuc caſtiſſima ſponſa & quæq; fidelis anima diuinæ gratiæ ſuauitate & ſuperna viſione repleri ſolet, vt extra ſe poſita, quid ſenſerit, vbi fuerit, quóue torrente diuinę voluptatis potata ſit, ignoret: & id ſeſe neſcire prorſus & apertiſſimè fateatur. Quod & Paulus Apoſtolus id expertus veriſſimè teſtatur, cum dicit, Vidi arcana Dei, quæ non licet homini loqui, &c. Et ſponſa ipſa per ſe declarat, cum dicit:

Neſciuit anima mea.

Quã magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quã abſcõdiſti timẽbus te, guſtate & videte, quàm

ſuauis eſt dominus amantibus ſe, caſtéque viuentibus, nec quenquã lædentibus vnquã, aut ſi lędẽtibus interdum, nõ permanẽtibus in peccato: Benignus enim eſt Dominus & patiẽs & multæ miſericordiæ, & facilè ignoſcẽs pœnitenti. Sed cauẽdum eſt diligẽter, ne ſtultè putemus nos poſſe, cũ velimus, noſtro arbitrio propriáque voluntate cõuerti: non noſtrum eſt, cum capitaliter cecidimus, vt inde vi vlla propria reſurgamus, niſi diuina gratia præueniẽte: Proptereà ſedulò cauendũ, ne ſemel, bis, terue adiuti, idem ſemper nos cũ velimus, audaciſſimè ſperemus poſſe adipiſci. Nã qui ſemper pœnitentem admittit, non ſemper tẽpus pœnitendi cõcedit. Ait enim: Tempore accepto exaudiuit te: & idem, Eſtote parati, quia neſcitis diem neque horam. Quid ergo agendum. Cum ſponſa ſanctiſſimè viuendum, bene operandũ, dum tempus habemus. Et ſi quis ceciderit (quod Deus auertat) quàm celerrimè reſurgendum, cautius ambulandum, frequenter orandum, lugendũ, amandúmq; ſanctiſſimè: idq́ue perpetuò & Deum & homines Chriſtianóſq; præcipuè, vt domeſticos fidei: Tũc enim de nobis fiet, quod de ſanctis ſpõſæ filiis fœliciter enarratur. ait enim:

Poſuerunt me quadrigas vel currus Aminadab.

Aminadab interpretatur patris bona voluntas, vel probatio: dicitur etiam populus meus ſpontaneus, proptereà quòd pater ex beneplacito ęternę voluntatis ſuæ volũtatium filium vnigenitum ad nos redimendos miſerit: & ipſe filius ſpontanea charitate ꝓ ſalute humani generis ſæuiſſimę morti crucis amantiſſimè ſe deuouit: ipſe enim ad patrem ait: Voluntariè ſacrificabo tibi, vt gentes electum ſibi populum aſciret: iuxta illud, Vocabo populum meum non populum meum: Et populus quẽ neſciui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi: Tunc enim poſuerunt pater & filius & ſpiritusſanctus tres perſonæ & vnus Deus per Apoſtolorũ prædicationẽ ſponſam & quãque fidelẽ animã in quadrigis quatuor euãgeliorum velut à quatuor velociſſimis atq; fortiſſimis equis per vniuerſum terrarum orbẽ vectis ſpiritu ſancto auriga atque ductore per cœlos, hoc eſt per Apoſtolos, Euangeliſtas, Prophetas doctoréſq; loquente arcana Dei & diuina illa miracula operante, ſicut per Dauid diu antea vaticinatus erat, Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. & idem: In omnem terram exiuit ſonus eorũ. & per Abacuc: Miſiſti equos tuos in mare turbantes aquas multas. & per Ezechielem: Similitudo quatuor animaliũ, & rota in medio rotę: vt in quadrigam ipſam fideliter aſcendens ſponſa & ſancta quæq; anima curru igneo, hoc eſt, ſpiritu ſancto ad cœlos tandem fœliciſſimè vehãtur. Sed animaduertendum eſt diligenter, quòd nõ ſolùm in quadrigis ſponſa & fideles animæ poſitæ eſſe dicuntur, verumetiã currus vel quadrigas eccleſiam ipſam poſitã dicit, vt ſe veluti piã matrẽ & ſanctiſſimum vehiculum, quo plures conuehãtur ad patriã, eſſe intelligat: vt enim qui quadrigis vel carris plauſtriſque vehũtur, à terrenis incommodis, vt à luto, cœno, ſaxis aliiſque eiuſmodi abſunt, ſæpéq; immunes exiſtunt, ita & Chriſtianæ fidei cœleſti carro vecti & pientiſſimæ matris eccleſiæ ſanctiſſimo ſinu foti ad cœleſte regnum ſeruantur illæſi: Vnde rectè ſponſa & quęque fidelis anima, vt ſeſe

A quàm celerrimè conuertat ad cœleſtem ſponſum, tertia vocatione monetur, cum dicit:

Conuertere, conuertere Odollamitis.

Odollamitis interpretatur teſtimoniũ in aqua: Conſidera quæſo miram dictorum conſonãtiam: Quis enim in aqua teſtimonium dicit, niſi fidelis eccleſia? quando per lauacrum ſanctiſſimæ regenerationis perſonarum Trinitatem in vnitate ſubſtantiæ atque naturæ, vnámque diuinitatem eſſe cõfitetur, & hãc fidẽ in ſacro ipſo fonte teſtatur: ob idq; bis primũ accitur ſpõſa & fidelis anima, cũ dicit: Cõuertere, cõuertere odollamitis, vt non ſolũ ore ac voce fidẽ ipſam, per eámq; Deũ patrem ingenitum, & Deũ filium vnigenitũ redemptorẽ, & B Deũ ſpiritum ſanctũ paracletũ & afflatorem, vnũ tamen Deum nõ tres Deos trinum & vnum apertè fateatur, verum etiam vt & ſanctis actionibus & exemplis Deo gratis & acceptis ſua ſe conuerſione dignã præbeat. tunc enim tertiò vocata meretur de ſe audire, quod ſequitur:

Conuertere & aſpiciemus in te.

Conuertere à prauitate ad innocentiam, à turpitudine & lenocinio peccatorum ad ſanctimoniam & vitæ pudicitiam, ab iracundia ad manſuetudinem, à furore ad clementiam, à ſuperbia ad humilitatem, ab odio ad perfectam charitatem, ab omni denique genere malorum ad virtutes omC nes: & tunc aſpiciemus in te Ieſum Chriſtum dicentem, Inhabitabo in vobis & inambulabo. &: Manete in me & ego in vobis. &: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiam vos. Sunt etiam qui non Odollamitis, ſed Sulamitis legant: idque ad Synagogam ad fidem Chriſti aliquando ſe conuerſuram referri velint. Quod non improbamus: Sulamitis enim captiua dicitur ac miſera: quod ſynagogæ Iudæorum maximè conuenit. tenetur enim adhuc captiua ad volũtatem diaboli: Quem patrem miſerrima adhuc habet, eidémque infœliciſſima deſeruit: vnde monetur à Domino per Heſaiam, Solue vincula colli D tui filia Syon. Sed in fine ſæculorum, & prius, quã hæc generatio tranſeat, reditura eſt ad fidem Ieſu Chriſti, & quaſi iam ſeneſcenti ſponſę ſanctiſſimè adhærebit: Quod diu antea vaticinatum eſſe videtur per Sulamitem illam, quæ ad Dauid iam ſenem & frigeſcentem calefaciendum requiſita dicitur. Quanquàm poteſt hoc ipſum & ad ſanctiſſimam eccleſiam ſponſámque referri, & quanque fidelem animam: quæ ſe tãdem vndique vocatam ad Dauid manu fortis cœleſtem ſponſum caſtiſſimè adiunxerit: Quod ex ſequenti interrogatione ſponſi ad ſponſam ipſam electam & ſanctã apertè licet intelligi: gratulabundus enim ac lætus interE rogat, dicens:

Quid videbitis in odollamitide: Quæ venit vt chori caſtrorum?

Hæc ad baptiſmatis ſacramentum pertinere arbitror, quæ de odollamitide narrantur. Nam quòd vti caſtrorum chori venire dicitur, vel incedere, ad ſanctorum multitudinem & electorum numerum referri credimus: qui quidem vti Dei angeli ad fidem Ieſu Chriſti per euangelium veritatis illuminati perueniunt ad baptiſmum. Nam & Iacob angelis occurrẽs eos caſtra Dei appellauit. Vnde ſequitur:

Quã ſpecioſi facti ſunt greſſus tui in calciamẽtis filia Anab?

Anab

A Anab dicitur voa, idem donum patris: quæ omnia conueniunt eccleſiæ dilectiſſimæ Chriſti ſpóſæ, de qua ſuprà quoque dicebat: Vna eſt amica mea ſormoſa mea, &c. Donum etiam eſt patris, quoniam ex beneplacito æterni patris, & voluntate filij & gratia ſpiritusſancti vnius ſubſtantiæ atque oaturæ genita eſt hæc ſanctiſſima ſponſa & filio copulata: cuius calciamenta vel calceos admiratur, Apoſtoloa ſcilicet & paſtores electos ad fidelium vnitatem comparandam, de quibus calceis & Paulus egregius prædicator ſentire videtur, cùm dicit: Calceate pedes in præparationem euangelicæ pacis. Admiratur inquam Apoſtolorum greſſus, iuxta illud: Quàm ſpecioſi pedes euágelizantium pacem, euágelizantium bona? ex hac vnitate fidelium & concordia ſequitur, quod de ipſa ſponſa dicitur:

Conſonantia fœmorum tuorum ſimiles monilibus artificis manu elaboratis.

Per conſonantias fœmorum, vitæ temperátiam & morum ſanctitatem, veluti cœleſtem quam piá diuinæ ſapientiæ harmoniam explicat. Cùm hic enim ſancta ſcriptura conſonantias fœmorum ſimiles torquibus manu vel opera artificis elaboratis eſſe dicit, conſpirationem vnam & voluntatem bene conuenientium populorum ad fidem vnam & glotiam operâ illius ſommi artificis complanatam eſſe demonſtrat, qui cœlum ac terras fabricatus eſt, & quicquid in eis continetur, quique vel in ventre matris formam veri hominis, quem ſemel aſſumpſit, nec vnquá eſt exuturus, ſua ipſius ineffabili bonitate ſapientiáque formauit: ob idque eiuſmodi operi vniuerſam cœleſtis ſapientiæ virtutem & caſtitatis integritatem cóparat. Quo fit, vt altiora iam ſcandat, proficiátque indies. Mira eſt enim caſtitatis virtus, & ſingulare diuinę gratiæ donum, quo angeli maximè delectantur & veri Chriſti imitatores. vnde ſequitur ad ſponſum:

Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam carens mixto vel temperamento.

D Vmbilico ſponſi ſacerdorium ipſius eccleſiæ nunquam carens mixto comparat. Cùm enim dicit, nunquam carens temperaméto vel mixto, manifeſtum eſt de ſacerdotali dignitate intelligi: quæ quidem in tam diuino & tam ſalutari ſacrificio, & tam ineffabili ſacramento, núquàm caret vero corpore & ſanguine Ieſu Chriſti, cui populus per fidem charitatémque miſcetur, id quod per aquá illam quam ſacerdos vino miſcet in calice, apertiſſimè docetur. Idémque ſacerdorium rectè vmbilico non abſimile & tornanle eſſe dixit: vt apertè doceret ſacerdotes mundos ac putos & omni labe deterſos cunctiſque virtutibus bene tornatos eſſe oportere, nec alind quicquam in tota vita & in omni re gerenda, quàm cœleſtia ſapere, & meditari atque docere. noſtis enim illud: Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, & ſancti tui exultent in vitæ rectitudine. ſic enim fit quod ſequitur:

Venter tuus aceruus tritici circunſeptus liliis.

Ventrem ſponſæ vel ſponſi (nihil eſt enim inter vtrumque diſiunctum, niſi quòd ille caput, hæc eſt membra) multitudinem Chriſtiani populi intelligit. Nam & triticum multitudini, & multitudinem tritico rectè comparat, iuxta illud Do-A mini de fructu huius ſponſæ dicentis: Niſi granú frumenti cadens in terram mortuú fuerit, ipſum ſolum manet: ſi verò mortuum fuerit, multum fructum affert. Quare rectè aceruus vel cumulus tritici ſponſa vel eccleſia eſſe dicitur. vt enim ex multis granis vnus cumulus coaceruatur, ita ex multis Chriſtianis populis voa omnium fidelium eccleſia copulatur, vnus & idem fide Chriſti populus & communione vnius baptiſmatis, & ſacramenti corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti cogitur, & vt ex multis acinis vnus botrus compingitur, vniúſque liquoris vnda fluit, ita vnum drama populi vel chorus ex multis variíſque perſonis conſtituitur, & vna fidelis ſponſa ac ſancta ex infinita B propemodùm credétium multitudine colligitur, vt ſit omnia in omnibus vnus & idé Deus ac Dominus pater & filius & ſpiritus ſanctus in cœleſti illa Hieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum, ſed hic primùm in liliis ſepiri & conſtipati debet, hoc eſt, in odoratiſſimis atque frugiferis virtutum actionibus, caſtiſſimíſque colloquiis exerceri, mox ad cœleſtem illá patriam fructus aliquid incorrupti deferre ſecum, vt vnicuique detur de fructibus manuum ſuarú, ſinúmque refertum virtutú gerat. quod ex ſequétibus inoteſcit, ait enim:

Duo vbera tua duo capreæ hinuli.

C Duo vbera duo populi, Hebræus ſcilicet & Géntilis ſignificari poſſunt, vel duo ſanctorum ordines in eccleſia militante, religioſorum vnus, prophanorum alter: nam duo teſtaméta ſignificari iá ſæpe diximus, itémque duo præcepta charitatis & duplicis beatitatis præmia animæ & corporis. ſed iam feſtinat dicens:

Collum tuum ſicut turris eburnea.

Per collum puriſſimorum mádatorum Dei nitidam ac mundam obſeruationem integrámque iuſtitiam, & vinculum ſanctiſſimum ac nexum fidelis animæ & Ieſu Chriſti ſignificat. Siquidem eccleſiæ caput Chriſtus eſt, huic ſancta omnia fi-D delium membra firmiſſimè adhærent: ięque pręcipuè qui miniſtri fideles diuiniſſimum eius corpus adminiſtrant, & ſanguinem ſalutis æternæ Chriſtiano populo ſalutarem cibum ac potum, iis ſolis notum, qui guſtarunt. Vt enim collum capiti proximum eſt atque cóiunctum: ſic veri miniſtri Dei ſacratiſſimo corpori ac ſanguini Ieſu Chriſti ſanctiſſimè atque proximè adhærent, ſuntque ipſius collum maximè eburneum, quoties pura cóſcientia & ſyncera animi charitate diuina ipſa myſteria immaculatè celebrant, atque contractant, vnà cú diaconibus, de quibus ait Apoſtolus: Diacones ſi-E militer honeſtos eſſe oportet, non bilingues, non vinolentos, ſed puriſſimæ vitæ atque ſanctiſſimæ, miniſterium habentes in puritate conſcientiæ. Eburneum igitur collum dicútur eſſe ſacerdotes atque miniſtri: quemadmodùm ſuprà Pixis eburnea dicebantur, qui ſordes animi nullas admitát, ſed honeſtiſſima vita ac moribus diuiniſſimis ſacramentis immaculatiſſimè miniſtrent, inde enim ſequitur eſſe ſponſa, quod de ipſa dicitur:

Oculi tui vt ſtagna in Eſebon in portis filiæ multorum.

Vbi conſcientiæ puritas, illic eſt & cogitationú rectitudo ac probitas. Eſebon enim puræ ac rectæ cogitationes interpretantur. Nam quod corde videmus, id interna luce mentis intuemur. Lumen

A enim cordis animæ ſunt oculi, qui quidem non ſolùm viſibilia & peritura, ſed & intellectibilia ac ſempiterna longè proſpiciunt atque diiudicant. His ſtagnorum vice bene beatéque multiplicantur in anima collectione virtutum ex híſque cogitationes animi ex rectis ſenſibus ſcripturæ ſacræ, & ex vera Dei ſcientia confirmatæ ad propriam communémque ſalutem complentur atque redundãt, ob id ſtagnis aſſimilatæ, quòd è ſacrarum literarũ fluentis, & cognitione rerum diuinarum humanarúmque inſtructi, & rerum gerendarum honeſtate bene culti animi dilatantur ac exuberant. In portis verò filiæ idcircò dicitur, quòd ex multis eccleſiis atque populis vna ſancta & immaculata

B Chriſti ſponſa coadunata eſt atque coniũcta uidẽ ſacramentis Ieſu Chriſti, quæ veræ atque rectæ ianuæ noſtræ ſalutis ſunt & tutæ ad cœleſtis vrbis ingreſſum: coniuncta inquam, vt non modò ex circuncisione præputij & ſynagoga: verumetiam ex omni populo atque natione collecta ſit & conglobata, vaticinante Heſaia: Venient exteri, paſcẽtur vt oues tuę & alienigenæ aratores & vinitores erunt. Sequitur:

Naſus tuus vti turris Libani proſpiciens faciem Damaſci.

Libanus dealbatio dicitur, vti noſtis: Damaſcus verò ſanguinem bibens, vel potus ſanguinem in-

C terpretatur. Naſus ſpõſæ vel ſponſi acutiſſimi ſenſus iudicium ſalutare, bonorum atque malorum diſcrimen, moraliter indicat. per naſum enim fetulenta atque corrupta à bene olentibus ſynceríſq; decernimus: per húncque odores omnes & rerum halitus mixtarum dignoſcuntur. Quæ quidem naſi ſignificata omnia ad paſtores animarum pertinent, & eos omnes, qui cæteris regendis & gubernandis præficiuntur: ne ſint immanes ac ſæui, ſanguinem ſubditorum appetentes, ne auctorita-

Ezech. 34 te abutantur, & in illud Ezechielis incidant. Sed cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia. Sunt enim permulti nomine, ſed valde quàm pau-

D ci re paſtores: qui cùm ipſi malè viuant & turpiter agant, ſimulantes bonos mores & probitatem, à nemine reprehendi volũt: ſed cùm arguuntur, excandeſcunt ac fulminant, iidémque audaces facti & inſolentes ſubditis imperant, vt taceant, minãtur, vt ſileant, & ni illicò paruerint, vincula & carcerem minitantur & mortem. Vę paſtoribus eiuſmodi, ſi hoc nomine digni ſunt, qui ſemetipſos ad gehennam miſerrimè paſcunt, & oues crudeliter lacerant ac mactant. At qui veri paſtores ſunt à Domino electi, mites ſunt & perhumani, miſericordiáque & pietatę ornati, conſtantia quadã & grauitate condita, edocti, ab eo qui dixit: Diſcite à

Duo ſigna ſpiritus ſancti. me quia mitis ſum & humilis corde. Hęc duo cer-

E tiſſima ſigna ſunt ſpiritus ſancti iuſta, manſuetudo animi in proximum, & vera cordis humilitas in Deum. Debent ergo paſtores omnes atque rectores, miſericordes eſſe atq; benigni cũ grauitate quadã conſtantiáque referti & temperati. Ob id enim in Leuitico tanquã minus idonei reſpuũtur à ſacerdotio, qui paruo vel grandi vel torto naſo fuerint, quòd illã iudicãdi atque cẽſendi temperãtia careãt & virtute, quam diſcretionem appellãt. quę quidẽ gubernatoribus maxima virtus eſt maximè neceſſaria: ſed de his alibi, nunc ad literã. Sũt qui per naſum ſponſę, ſanctiſſimũ Apoſtolũ Paulũ

A tropicè ſignificari velint, quippe qui ſanctę eccleſiæ aliquando dederit, vt in vtriúſq; teſtamẽti obſeruatione reſpirare poſſet, & altiùs odorari diuina eorum myſteria atque arcana, poſtquã à crudeliſſima illa diſcipulorum cęde deſtitit, quã auebat. Scitis enim illud, Saulus adhuc minarum ſpirans & cædis in diſcipulos &c. Vt enim naſus duabus naribus reſpirãdi facultatem præbet & vitã, ita & duo illa ſacratiſſima teſtamenta per vnius diuini ſpiritus afflatum vitam præſtãt æternã ac gloriam modò rectè percipiantur, ob idq; manifeſtè dixit, proſpiciẽs faciem Damaſci, quoniam in Damaſco vocatus eſt Apoſtolus, ibique vtroq; lumine, mẽ-

B tis & corporis diuinitùs illuſtratus, cũ ab eius oculis veluti delictorũ ſquamæ ſalutariter deciderũt, vt depoſito infidelitatis errore atq; ſæuitiæ, lupus rapax animarũ fieret ad ſalutem, manéq; comederet prædã, & veſpere diuideret. erat enim ex tribu Beniamin, vt ipſe de ſe teſtatur: Quare ab immanitate & tenebris peccatorum, ad dealbantẽ pietatẽ illam & inacceſſam lucẽ veritatis accitus eſt atque mutatus Apoſtolus, non infimum caſtiſſimę ſpõſę membrũ. de qua quidẽ ſponſus enarrare ſequitur:

Caput tuum in te vt Carmelus.

Carmelus interpretatur cognitio vel agnitio circuncisionis, hæc prima carnalis ab Abraam patre multorum gentium: ſecunda verò ſpiritualis tota

C à capite noſtro Chriſto Ieſu. Ipſe enim caput eſt eccleſiæ: nos autem cum cæteris fidelibus cunctis illius membra ſumus: ex quo cognita nobis eſt & data vera & ſalutaris circuncisio. De qua idẽ Paulus intelligit, cùm dicit: Et circuncisio cordis in ſpiritu non literis. Cuius laus non ab hominibus eſt, ſed à Deo, ſequitur:

Coma tua vel cincinni capitis tui vt purpura.

Comæ ſiue cincinni capillorum ſpõſæ innumerabilem multitudinem Chriſtiani populi ſignificant. vt enim comæ ex multiplice capillorum numero conſtant, ita & eccleſiæ ex infinita fidelium multitudine ad vnam fidem, vnúmq; baptiſma ſan-

D ctiſſimè copulantur. hos enim omnes ad ornatum & decorem Chriſtianæ religionis æternæque ſalutis, eccleſia ſancta comit ac plicat, vt docet Apoſtolus, cùm dicit: Mulier hoc eſt, eccleſia, ſi comã nutrit, ornamento ſibi eſt & gloriæ. Coma enim pro capitis amictu & ornatu ei data eſt atque cõceſſa, ſiquidẽ populorũ multitudine capillorũ inſtar ſeſe ſpiritualiter amicit ac exornat, ſecundum illud: omnes illus ſe induet ac veſtiet tanquã ornatum ſpõſæ. Quòd autẽ comas tui capitis, vti purpurã eſſe dixit, ad vaticinia prophetarũ & oracula de futura nece ipſius ſponſi atque martyrũ reſpexit: vt enim purpura ſanguinis colorem imitatur,

E ſic & ſpõſa fidelium turba primum ſanguine Ieſu Chriſti diuini ſpõſi ſui lota eſt & colorata, mox & martyrum nece aucta eſt & confirmata. Regale enim hoc illi eſt indumentum, de quo Iacob ad Iudam filium, ex quo ſponſus ſecundum carnem natus eſt, vaticinatur dicens: Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum vel indumentum. Stola namque Chriſti atque amictus, ſancta eſt eccleſia, à qua viciſſim laudatur & ſponſus. ait enim:

Rex tremendus in excurſibus.

Cœleſtis hic rex, de quo Dauid canit dicẽs: Dominus regnauit, exultet terra. reuerà tremẽdus eſt

in

in excurſibus ſuis atque progreſſibus. E cœlo námque excurrit in terram tanquàm ſpóſus de thalamo virginali progreſſus in orbem,& vſque ad inferos deſcendens mortem deſtruxit,& prædá tulit inferni.Ipſe ſolus omnino tremendus io progreſſibus ſuis ac geſtis,quæ pro ſalute noſtra nó vllius neceſſitatis vinculis coactus egit,ſed immēſę charitatis ardore victus,& ineffabili magnitudine ſuę bonitatis ad hęc mortalia progreſſus & dolorifica volútariè acceſſit,vtq; nos ſua immortalitate donaret,noſtra eſt mortalitate veſtitus , nuſquã nos deſerens,nullibi deſtituens, ſed vbique fouens ac tuens.ait enim:Ecce vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationē ſeculi.O incóparabilem vim amoris,ô ſummã bonitatem, ô infinitã ſapientia,quid te mouit ad hominem creádũ? quid rurſus ad eundē redimendũ:ſolus amor,quo cuncta ex nulla ſubiecta te creaſti.hæc quæſu paruniper animaduertite ingrati , hæc cogitate ſuperbi, hæc meditemini auari , videte carnales, an maior vlla vis amoris eſſe poſſit,quã quæ Domini noſtri Ieſu Chriſti erga nos fuit,extátq; quotidie, & durat æterna.Deus immortalis , æternus,immutabilis,omnipotens , creator omniũ ac rector,ſumma ſapiétia,cui cœlum ſedes,& terra ſcabellum pedũ eius,qui cũcta pugillo virtutis ſuę cótinet,nullius egens,amore victus hominis, cœlo deſcédit,vterũ virginis ingreſſus, humanitatem noſtrã,imo ſuam (ipſe enim nos fecit nó ipſi nos) aſſumit,factus aliquãdo perfectus homo,idémq; mortalis,qui ſemper increatus eſt,& immortalis:fact⁹ patibilis,qui ſemper eſt immutabilis,vt nos ab ſempiterna morte redimeret, quã ſua ipſius culpa primus ille parens omnium Adam ſibimet & cæteris de ſeſe naſcituris infœliciſſimè intulerat. Nos tamen immemores,nos ingrati atque ſuperbi tot ac tanta támque immenſa ſummi Dei beneficia & ſempiterna facilè obliuiſcimur atq; negligimus: O miſeri planéque calamitoſi quicunque Chriſtianorum non hæc aſſiduè recordantur,eorúmq; auctorem Deũ ipſum optimũ maximũ non ſanctiſſimè colunt ac prædicant. Sed ipſi viderint,qui Deũ ipſum verum redemptorem noſtrũ minùs amant, eiq; parere nó ſtudent. Sentient poſt hanc mortalem & ęrumnoſam vitam,& in ſempiternum experientur, qualis & quantus ſit ille,quē hic dum vixere , amare voluerunt,ſecuti voluptates inanes & perituras huius mortalis ſeculi, cui qui afficitur , is omniũ miſerrimus eſt infœliciſſimúſque omnino. nunquam quod de eodem ſpōſo dicitur,cogniturus.iis enim ſolis quàm ſpecioſus ſit & potens , perſpectus eſt & cognitus,qui vitam ſuã ac mores ad ipſius Dei mandata ſanctiſſimè cóponunt ac ſeruát. ait enim:

Quàm ſpecioſus factus es & potens.

Specioſus certè ac mirè potés non in natura diuinitatis ſuę atque potentia, quę quidem nunquã augeri poteſt nec minui (eſt enim immobilis & ſempiterna) ſed immortalitate carnis , quã aſſumpſit,& in eo perfecto homine , quo ſeſe pro ſalute noſtra veſtiuit, formoſus apparuit ſpecie illa ineffabili diuinitatis afformatus , quã nemo mortaliũ vnquã neq; angelorũ,vti eſt,intueri poteſt & cótemplari,ſed pro ſuo modulo quiſque beatorum intuetur & ſatiatur. Idémque omnium potentiſſimus in cœlorum regno ſedens ad dexteram Dei patris,pro nobis interpellat aſſiduè,tantáque charitate complectitur, vt nihil aliud quã nos ſecum ſemper eſſe malit. hoc enim de nobis auet,hoc poſtulat,hoc efflagitat. id quod apertè demonſtrat, quod ſequitur,ait enim:

Charitas in deliciis tuis,hæc eſt magnitudo tua, aſſimulata es palmæ,& vbera tua botris.

Summa certè charitas & incomparabilis dilectio creatoris ad creaturam,cùm alibi quoq; clamet:Deliciæ meæ,eſſe cum filiis hominũ. Deliciæ ſpiritus ſancti,non carnis veræ animi atque perfectæ charitatis eſt oblectatio,quod Dauid explicat, cùm dicit:Delectare in Domino,& dabit tibi petitiones cordis tui.hæc magnitudo immenſæ charitatis aſſimulata eſt palmę ſecundum varios mores ac fructus & ornatus ſpiritus ſancti,dicitúrque eccleſiæ ſanctę Dei,hoc eſt iuſtorum hominum atq; ſanctorum,ſicuti ſcriptum eſt:Iuſtus vt palma florebit. Palma enim cordis internam charitatem atque virtutem , vímque fidei inexpugnabilis oſtēdit , quemadmodùm & iuſtorum voluntas ac vita ſeſe virtutibus illuſtrat,neq; circa terrena hæc & peritura verſatur ac iacet.ſed ad ſuperna atq; cœleſtia & ſempiterna cor attollit ac dirigit, nec vllis aduerſis frangitur,ſed inuicta pdurat ac regnat. Et ſi palma quoſdã veluti aculeos profert,etiã in hac parte iuſtorum vitę congruit. Sunt enim palmæ aculei vel ſpinæ , quales iuſtis viris ac ſanctis ſunt increpationes in peccatores & deliquétes. Siquidem verba prudentem, valentiſſimum ſunt medicamentum ſtultorúmque calcaria , quibus quiſq; hominum bene viuere volentium ad virtutes incitatur,& ad ſalutem abiecta ſarcina delictorũ: ſic enim fit,vt copia & vbertate bonorũ operũ animę iuſtorũ veluti palmarum botri ac fructus impleãtur. quod quidem explicat,cùm dicit:Et vbera tua botris. Nam vt palmatũ rami fructibus prægrauãtur atque dependent, huntque ſuaues,dum maturant: ſic fidelis & ſanctæ Chriſti ſponſæ duo vbera, duo teſtamenta,& duo præcepta charitatis , & duo vitæ genera actiuum & cótemplatiuum maturo ſenſu prudentique decerpta & aſſeruata dulcedine virtutum atque ſuauitate affluunt & abũdant:eáque cœleſte pabulum rectè guſtare volentibus adminiſtrant. Sed prius ſponſus,vt in altitudinem palmæ aſcendat ac regnet, oportet, vt inde renata & bene culta ſponſa, ſuauiſſimos vitæ fructus guſtare poſſit & reddere. Quod ex ſequentibus apparet,cùm ait:

Dixi,aſcendam in palmam,& dominabor altitudinum eius.

Tantopere nos amauit , & adeò delectatur cœleſte verbum iuſtorum puritate & innocentia, vt quaſi principium exutus æternitatis ſuæ atq; ſubſtantiæ,formámque ſerui accipiens acerbiſſimam crucis mortē ſubire nó dubitarit,eiúſque altitudines dolorum omniũ & cruciatuum,ignominię atque dedecoris,non modo vicerit, verumetiã amabiles reddiderit & glorioſas planéq; cœleſtes & ſalutares. Hinc Paulus egregi⁹ ille prędicator & doctor,in crucis ignominia & paſſione gloriatur, cũ dicit: Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. hinc reliqui Apoſtoli & cæteri fideles omnes laborum præmia conſecuti ſunt , & conſequentur. In hac vna tentamenta omnia & ærumnarum tormina ſedantur atque vincuntur, per hac animi perturbationes & vulnera vel læ-

taliа fœliciſſimè curantur. hinc fit, vt quod ſequitur habeamus, ait enim:

Et erunt vbera tua & botri vineæ, & odor naſi tui tanquam mali odoratiſſima.

Vt enim botri vineæ calcari ac preſſi lætiſſimum liquorem vini ſuo agricolæ atque vinitori effundunt: ſic viri Dei iuſti ac ſancti, diris cruciatibus atque preſſuris hominum botrorum inſtar afflicti ac torti per victoriam ſalutarẽ cultori Deo & Ieſu Chriſto ac ſponſæ cœleſtem lætitiam de ſe pariũt ac promunt, ſanctitatíſque odore atque virtutum ad idẽ cæteros imitatores Chriſti alliciunt ac trahunt. vnde rectè ſequitur: Et odor naſi tui tanquã mali odoratiſſimæ. vel mala poma ſcilicet ipſa ac B fructus, vt per hæc fidei inuictæ, ac ſpei, & ardentiſſimæ charitatis odorem apertiſſimè declararet. ſecundum illud Apoſtoli: Chriſti bonus odor ſumus, & his qui ſalui fiunt, & iis qui pereunt: aliis quidem ex morte ad mortem, aliis verò ex vita ad vitam ſempiternam. Qui enim ſanctorum monita & fideliſſima conſilia atque ſalutaria negligunt ac ſpernunt, qui Chriſti mandata nolunt, voluptates huius perituri ſeculi amplexi: ij ſibi ex prima peccati morte ſecundam illam æternam infœliciſſimè parant. At qui de peccatis ſuis admoniti prudenter ſeſe corrigunt ac emendant, paréntque præceptis omnipotentis Dei atque ſanctorum, hi ex prima C luce veritatis & vitæ, ad ſempiternam illam & inuiſibilem beatiſſimè perueniunt. Quare ſi naſum tuum intelligamus, Apoſtolum ipſum ſignificat: ſin narem vel nares, eccleſiam orthodoxam. quæ quidem fragrantiſſimum virtutum odorem vtraque nare, hoc eſt, vtroque teſtamento capit ac ſpirat. Et quanquàm vnus eſt naſus, vnus ſcilicet ſpiritus, vna fides, vnum baptiſma, vna vita æterna, vnus & idem finis beatorum Deus: duæ tamẽ eccleſiæ, nomine non re, gente non fide, locorum interuallo, non fine diuiſæ, Græca ſcilicet & Latina, orientalis & occidua: vel ſynagoga & eccleſia poſſunt (ni fallor) intelligi, ab vno eodémque ſpiritu diſcretionis & vnitatis autore, qui attingit à D fine vſque ad finem, & diſponit omnia ſapienter. propterea hæc ſponſa tanquam mala eſſe dicitur, quòd ſicut mala poma cibum de ſe præſtant ac potum, quæ duo ſimul in ſe continent: ſic & bonus odor eccleſię ex recta fide & ſyncera charitate myſticum potum ac cibũ corporis & ſanguinis Chriſti poſſidet, ac potat, quod ex ſequentibus patet. ait enim:

Et guttur tuum vt vinum bonum proueniens fratri meo in rectitudinem: quod ſatisfacit labiis meis atque dentibus.

Guttur ſponſi Chriſtum ſignificat. Chriſti enim diuinum guttur, eccleſiæ guttur eſt altare. Nã vt E mens verba diiudicat ac cenſet, ita & guttur cibũ. & ſicuti non poſſumus humanos cibos, quales ſapore ſint, niſi per guttur agnoſcere: ita neque cœleſtes epulas, quàm ſuaues ſint, niſi per Chriſtum guſtare poſſum atque dignoſcere. Vnde rectè regius ille vates ita canit: Guſtate & videte quã ſuauis eſt dominus. & illud: Meditabor gutturi meo. has igitur ſpiritales eſcas & ſalutares, corporis ſcilicet ac ſanguinis Ieſu Chriſti guſtans eccleſia, & quæque fidelis anima guttur habet vt vinũ bonum. hoc enim vinum ſanctè potum, dolores omnes animi ſedet atque componit, ebrietatem om-

A nem rerum caducarum tollit, cor exhilarat atque confirmat, omnéſque morbos faciliimè ſanat ac curat, éſtque æternæ vitæ ſalutaris vnda, fons & origo in remiſſionem peccatorũ benigniſſimè effuſum ac datum, ab omni ſcelerum ſorde & grauitate lauans, dicente Domino: Accipite, & bibite, hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorũ éſtque admirabile quod proueniens fratri meo in rectitudinem dixit, vt oſtenderet ſolis rectis corde hanc lætiſſimam eſcã, cœleſtem panem ſuperſubſtantialémque & ſalutarem potum eſſe datum. Quod ille idem cœleſtiũ arcanorum hauſtor explicat, cùm dicit: Lux orta B eſt iuſto, & rectis corde lætitia. Et Paulus ſanctiſſimus Apoſtolus non temere ad hoc diuiniſſimum conuiuium accedendũ eſſe admonet, dicens: Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, &c. O rem miram, ô rem tremẽdam: hæc quæſo diligenter mecum ſacerdotes attendite, hæc fratres animaduertite, hæc timete ſemper, & cauete periculum. Ea eſt enim rerum diuinarum humanarumq; natura, vt quæ pro ſua dignitate & excellẽtia optima eſſe debent ac ſumma, eadem mutato ordine peſſima fiant atque infima. Scio non vos latere quid hæc ſibi velint, noui vos in Dei ſeruitio iãdiu verſatos eſſe atque pollere. Licet videre quoſdam ex hoc ſacratiſſimo con- C uiuio fieri quotidiè praditores: & quod ſine graui dolore commemorare nõ poſſum, ob id ſolùm ad gehennam properare miſerrimos, quòd ad tale ac tantùm támque ineffabile & cœleſte conuiuium angelorum chorus optabile immundo corde atq; ſordidato audacter accedere, & inſolentiſſimè deuorare præſumunt: ſed hæc alibi pluribus deploranda. Studeat igitur quiſque Chriſtianorum ſe bene dirigere in Dominum, eidémque recto animo & voluntate perfecta ſeruire: ijque præcipuè hoc faciant, quibus ex ſacris ordinibus datum eſt, & ſibi rectè ſumere, & cæteris miniſtrare ſanctiſſimè. Sic enim & cogitationum labiis, & dentibus D meditationum cœleſtis hæc eſca & mẽſa ſalutaris bene diſcumbentibus diuinã refectionẽ eſt allatura: cõtrà verò indignè ſumentibus ſempiternã famẽ ac mortem. Sed ſi ſapimus, annitemur per hũc verũ panem Chriſto Ieſu honeſtate vitæ, & morũ integritate ſemper hærere, vt de nobis quoq; fiat, quod de electis narrare ſequitur. ait enim:

Ego fratri meo, & in me conuerſio ipſius.

Mihi adhærere Deo, bonum eſt. ait ille, ponere in Domino ſpem meam. Ego fratri meo & in me cõuerſio illius: hoc eſt, ego ſeruiam nunc filio Dei, & ipſe affatim me remunerabitur, cùm in ſecundo illo aduentu cœlitus deſcenderit iudex ſeſ- E ſurus omnium atque diſcuſſor, cõgregans mortales omnes à quatuor angulis terræ per lumen & officiũ angelorũ, ſed illi primũ cõuertamur oportet, & ille ad nos omnino: ſicut ſcriptum eſt, Conuertere, cõuertere ad me filia, &c. & alibi, Cõuertimini ad me, & ego ad vos cõuertar. Sed ipſe primus nos attrahat neceſſe eſt, ipſe ſe primum nobis offerat oportet: tunc enim conuertemur ad illum & ſanabimur, iuxta illud, Sana me Domine, & ſanabor: ſalua me, & ſaluus ero: id quod manifeſtat, cum dicit:

Veni frater mi, exeamus in agrum, pernoctemus in villis, ſurgamus diluculo ad vineam.

Ad-

Adhortatur ſponſa ſponſum eundémq; precatur & rogat iam inde aduenire, vt vnà cum ipſo ingrediatur in hunc agrum, hoc eſt, in huuc mundum, dicente Domiuo, Ager mundus eſt & pernoctemus in vicis ſiue pagis, & fiat vnũ ouile & vnus paſtor Eccleſiæ ſanctæ Dei, iamiam latius amplificatę: ſecundum illud Prophetæ alloquentis & adhortãtis eam: Dilata funiculos tuos, & caulas tuas fige, ne timeas: & vallos tuos clauóſque confirma, & ad dexterã ſiniſtrámq; protẽde. Quod hæc autẽ dicat Eccleſiæ, ex eo patet, quod pernoctemus in vicis vel pagis ait, Et mane diluculo ſurgamus ad vineã. Tunc enim ſponſus peroоctauit in vicis ſeu villis & pagis, cum in agreſtibus meutibus Iudæorũ duris & obſtinatis animis, peruicaciſſimiſq; cordibus ac ſæuit ad noctẽ mortis vſq; peregrious & infenſos atq; peroſus fuit, cũ & duabus noctibus iacuit in ſepulchro, & die tertia ante lucẽ ſurrexit ad vineã diſcipulorũ & crediruras gẽtes, cũ nos à tenebris ignorãtiæ Dei & cęcitate mentis, cũ nos à nocte delictorũ, & à cultura dæmonũ ad admirabile lumen ſuum verámque & ſalutarẽ religionem vocauit & ſponſam. Tunc enim diluculo ſurrexit ad vineam electorum, quos & ſanctis moribus florere, & vita honeſtiſſimè fructificare deſiderat: vnde rectè ſeqoitur:

Videamus ſi floruit vinea.

Hoc ad fidelis ſponſæ præconium ac laudem & probationem pertinet: cũ ex odore ſanctitatis, veræ fidei præbet argumẽta: quæ quidem opera ſũt honeſta, iuſta, ac ſancta: Fidelis enim Chriſtianus omnis, ex operibus iuſtitiæ, qualis ſit, agnoſcitur: nam fides ſine operibus mortua eſt prorſos, vti corpus ſine anima. Duo enim ſunt, quæ fidem dicenti & prædicanti faciunt vitæ honeſtas, & iuſtitia. hæc ad actiones & officia, illa ad mores & vitam pertinet. Quicunque igitur credere ſe dicit in Deum, iuſtè agat, & ſanctè viuat, ambulet vt ſanctus, viuat vt fidelis & pius. Tunc enim ſequitur quod dicitur:

Floruit Cyprus.

De hac ipſa arbuſcula, ſuprà etiam nonnulla diximus. per hanc plantam flore candido eorum innocentiam & puritatem animæ ſignificari arbitror, qui iam ſacro fonte regenerationis abluti, candore vitæ efflorere incipiunt, & vndequaque ſuæ bonæ vitæ atque virtutum ſpargere odorem ad ſuauitatem electorum & refectionem laborantium, ad illiciendas bonorum mentes & excitandas: quod ex ſequeotibus declaratur. ait enim:

Floruerunt mali punica.

Ecce iuſtorum animæ, ecce ſanctorom mentes, quæ punicorum inſtar ab honeſtis floribus virtutum, ad excellẽtiſſimos fructus glorioſiſſimè perueniunt. Vt enim malus punica multa grana multóſque ſinus in pomis ſuis generat & extrinſecus cortice ruffeſcit: ſic & Eccleſia Dei multos populos intra ſe continet, ſuóque gremio complectitur ac fouet, & amictibus mandatorum circũtecta atque velata ſanguine Ieſu Chriſti conſeruatur, & martyrum corporum veluti corticum rubentium ſanguine & miraculis decoratur. propterea ſequitur:

Illic dabo tibi vbera mea.

Talibus enim bonis & rectis corde fidelibus profunda myſteriorum ſenſa ex ſpiritualibus vbe-

A ribus, hoc eſt è duobus teſtamentis bene cognitis & obſeruatis reuelantur, & veluti vbera ſugenda præbentur: Incredibile eſt carnalibus, quàm ſuauis ſit ſcriptura ſacra bene cognita, quámque mira & cœleſtia arcana pandat pijs ſcrutatoribus ac iuſtis: Sed recta mente & humili, vigilantíque animo ac ſobrio ad eam perſcrutandã accedere oportet: longè abſit arrogantia, abſcedat animi faſtus ac tumor, excitetur ingenium, inuigilet animus, ſit mens caſta & humilis, nec ocio langueſcat: tunc enim fiet, quod ſequitur:

Mandragoræ dederunt odorem.

Mandragorarum fructus atque odores ſimiles de ſe ferunt Eccleſiæ doctores ſancti: hi enim bene B ſcrutantes ſacras literas ex ijs bonam frugem & ſuauiter olentem filijs ſponſæ parant ac mandunt, hi veræ fidei ſuauiſſimum odorem, fructúmque diffundunt ac reddunt. Poſſumus etiam per mandragoras olẽtes, veteres illos & priſcos Dei viros iotelligere, qui cum odore virtutum apud inferos deſederunt, aduentum ſponſi præſtolantes. Siquidem mandragoræ radices ſub terram agũt humanæ figuræ ſimiles, quæ & cadaueris imaginem prę ſe ferunt, qoemadmodum & ſancti illi Patriarchæ atque Prophetæ humanæ quidem naturæ participes, ſed à vera Dei gloria ſub terra mortui bene olentes tum vſque ad chriſtianæ reſurrectioois C diem, in quo mercedem odoris ſui fœliciſſimè accepère ſine fine victuri, quippe qui ſanctiſſimè vixerunt nihil à verò Dei culto aberrantes, ſed obedientes illi atque parẽtes, ſéque totos per vniuerſum corpus & ſenſus animi cuſtodientes, quod ex ſequentibus patet: ait enim:

Et in portis noſtris omnes fructifera arbuſcula.

Per portas, vires animę & humani corporis partes ac membra ſignificari arbitror, vt aures & os & oculos, per quorum portas & vitę merita ingrediuntur, & mortis omnia ſecundum illios propoſitum & voluntatem, qui corporis ſeruitio vtitur, & animi imperio: ſic enim in portis noſtris & D vita & mors inſiſtit. Nam & per oculos, pudicitiæ caſtitatíſque indicia: & per aures, honeſtatis atque modeſtiæ: per os, grauitatis & temperantię ad mandatorum obſeruantiam facilè dignoſcuntur. Quare ſi Deum verè timemus atq; amamus, pudica oculis ſpectamus & honeſta: auribus ſalutaria & optima quæque percipimus: ore, ſancta atque neceſſaria loquimur: turpibus, clauduntur oculi: obſcœnis, aures occludimus: vana & nocitura ſilemus: ſecundum illud Apoſtoli, Omne verbum inhoneſtum nõ procedat de ore veſtro: proptereà deprecabatur & beatus ille vates: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & portam vel oſtiũ E continentiæ labijs meis. contrà verò aguntur omnia, ſi Deum noſtrum minimè amamus atque timemus: ad turpiſſima, vertuntur oculi atque mortifera ad inaniſſima & fabuloſa, accommodantur aures: ad abſurda atque obſcœna panduntur ora. nec intelligimus miſeri, quod idẽ vates deprecatur, dicens: Auerte oculos meos, ne videant vanitatem: & Dominus in Euangelijs per os & oculos & aures & cæteras noſtri corporis ianuas ac portas mortem ingredi, niſi rectè ſanctéque claudantur & ſerentur. Non enim ſenſus accepimus ad mortem, ſed ad vitam ſempiternam: ob id enim dati ſunt oculi, vt cœleſtia atque terrena

reconciliauit & patri. ſic enim ſponſa neque ab Angelis poſthac contemnitur, neque vilis eſſe ducitur, quæ talem ac tantum meruit habere ſuæ captiuitatis redemptorem: quandoquidem Deum ipſum rerum omnium conditorem & patrem è cœlis (vt ita dicam) auocare potuit, eundémque immortalem ſemper & impaßibilē mortalitati corporis atque affectis facere obnoxium, humana carne velatum, vt in ea ſpiritali, oſculo non carnali deoſcularetur à ſponſa & à quaque fideli anima: quæ quidem tunc omnino contemni non poteſt, nec ſperni à Deo ipſo & Angelis & Sanctis omnibus, cùm nihil carnalis oſculi, nihil terreni & perituri ſecum defert ad ſponſum, ſed ſpiritalia omnia atque cœleſtia meditatur & amat: his enim ſanctiſſimis oculis non modò non contemnitur, verùm etiam diuiniſſimè laudatur ad eáque quæ de myſterio crucis explicantur, aptiſſimè ſe præparat, & acutiſſimè intelligit. ait enim:

Apprehēdam te, & introducam in domum matris meæ, & in promptuarium eius, quæ me colligit.

Mater hominis & eius carnis terra eſt omnino: promptuarium verò vel penus, quod ipſum colligit ac fouet, eadem tellus eſt, ſecundum illud: Terra es, & in terram reuerteris. huius penu vel promptuarium, mors eſt. vt enim in promptuario theſauri reconduntur: ſic & in morte animæ iuſtorum requieſcunt, & ad perpetuæ vitæ fœlicitatem & gloriam transferuntur. Regnauit enim mors & imperauit homini, ab Adam vſque ad aduentum huius cœleſtis ſponſi, ſed idem Ieſus humana carne eáque mortali veſtitus, vt in ea mortem perderet, & vitam repararet æternam, quam ſemel aſſumpſit, pro nobis in mortē quaſi in domum intulit, eámque in intimum promptuarium & ſinum terræ, quæ nos omnes colligebat, triumphalem inuexit: vt inde ſanctorum animas, quæ illic veluti reconditi theſauri redemptoris huius præſtolabantur aduentum: eximeret ac ſolueret: ſecúmque adduceret ſine fine victuras. Poſſumus etiam per domum matris ſponſæ ſcripturas ſacras accipere, quarum myſteria atque arcana tanquàm penus & veluti promptuaria habentur, in quibus fidelis anima ſępe cum ipſo cœleſti ſponſo ſecretò meditatur & loquitur: in hiſque ſanctiſſimè reſiquitur. quod & ſequens orationis ordo videtur oſtendere, cùm dicit:

Potabo te vino aromatico ab vnda punicorum meorum.

A vino ſalutaris vnde potata eſt Eccleſia & quęque fidelis anima, potatúrque quotidiè, cum per ſanguinem precioſiſſimum redemptoris mundata eſt primùm, atque redempta, mox & per Apoſtolos Spiritu ſancto illuſtrata, & nece martyrum rubentium punicorum inſtar atque ſanguine confirmatur. hoc ſalutare vinum omnium virtutum, veluti aromatum ſuauitate refertum, fideles populos Chriſto Ieſu cœleſti ſponſo ſanctiſſimè copulauit & miſcuit: ob id enim in ſacramento vinū miſcetur aquæ, quæ vnà cum ſanguine ex eius latere ſalutariter fluxit, vt Chriſto populos fide & charitate iungendos daretur intelligi: Nam quòd vino ſalutis potata ſit ſponſa à ſponſo, idem per ſe declarauit, cum dixit: Accipite & bibite, hic eſt ſanguis meus qui pro vobis effundetur, &c. Poſſumus etiam intelligere, ſponſum à ſponſa nunc

A vicißim potati per charitatis officia, vt quod à ſponſo gratis accepit, id aliquando rependat eidem. Potatur enim à ſponſa cum ab eius filijs liquore ſanctimoniæ atque virtutum laudatur in terris, cum timetur à bonis, colitur à iuſtis, prędicatur à ſanctis. Tunc enim vino aromatico, hoc eſt myſterijs cœleſtium donorum & ſanctitatis odore, proborum mentibus delectatur humani generis author. & vices grati animi benéque operati accepta talenta & charitatis immenſæ, quàm prius ipſe ſponſæ donarat, libentiſsimè admittit ac probat: quod ex ſequētibus patet, cùm ſubdit, dicens: ab vnda punicorum meorum, hoc eſt à con-

B fluenti multitudine fidelium populorum. vt enim populi multiplices ſunt & numeroſi: ſic & mala punica granorum multitudine complētur, ijſque non abſurdè fideles populi comparantur & martyres, vti diximus. ſequitur:

Læua eius ſub capite meo & dextra ipſius amplexabitur me.

Per lauam ſiue ſiniſtram ſponſi, præſens tempus indicatur: per dexteram verò futurum, dicēte ſcriptura: Longitudo vitæ & anni in dextera eius: in ſiniſtra diuitiæ & gloria vt igitur oſtendat ſe vbique curæ eſſe ſponſo, ab eoque nullo temporis puncto deſeri: ſed hic defendi & conſeruati,

C & in futuro ſæculo munerandam eſſe prorſus, ait:

Læua eius ſub capite meo, & dextra illius amplexabitur me.

Vtque oſtendat caput ſuum eſſe Chriſtum & ab eo bonorum omnium authore omnia dona ſua proficiſci, nihil que ſibi eſſe boni vel terreni vel cœleſtis quin hoc acceperit à ſponſo, propterea ſe ab eo ſanctiſſime regi, gubernari paſci, defendiq; & amplecti & illuſtrari per læuā ipſam ſiniſtrámque declarat: hócque totum in voluntate & beneplacito eſſe ſponſi: Quod ex ſequentibus liquet. ait enim:

D *Adiuraui vos filiæ Hieruſalem in virtutibus & poteſtatibus agri, vt exuſcitetis & euigilare faciatis charitatem, donec velit.*

Iam moræ impatiens, ſponſa tardiore aduentu ſponſi, & expectatione Spiritusſancti angitur: ob ſdque vel adiurando ſanctorum animas ad voluntatem ſponſi flectendam excitandámque in ſponſa quaſi deprecatrices orat, vt iam tandem aliquando charitatem ipſam, hoc eſt ſeipſum (Deus enim charitas eſt) in nos effundat ac firmet, donec nos aſſumat, & ſecum eſſe velit, vti Dauid inquit: Et in vmbra alarū tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas. Tunc enim nos præterit tranſitque iniquitas, cùm de hac mortali luce & valle lachrymarum

E à ſponſo eripi dignamur, cum eóque viuere, & regnare in ſempiternum. Quemadmodùm teſtatur Apoſtolus dicens: Qui in Domino moritur, iuſtificatus eſt à peccato atque ſolutus: ſed rogandus eſt Deus, rogandi ſunt & beatorum ſpiritus, qui cum eo iam fœliciſſimè regnant, vt quàm celerrimè & quàm optimè fieri poteſt, nos ijs malis eripiat, & caſibus delictorum, ſuáque charitate in ſe ſtabiles reddat, immobiléſque omnino, vt hęc credula & fidelis ſponſa, de ſe læta quæ ſequuntur, poſſit audire:

Quæ eſt hæc, quæ aſcendit dealbata, & confirmata in fratre ſuo?

Vident hanc fœliciſſimam ſponſam ſancti Apo-
ſtoli & iuſti omnes aſcendentem de ſacro fonte
baptiſmatis,& Spiritus ſancti gratiâ lotam, mun-
dam ac firmam, non habentem maculam vllam,
nec rugam: hincque pulchritudinem, admirabi-
lémque candorem eius admirantes dicunt: Quæ
eſt iſta quæ aſcendit &c. hoc eſt, quæ Chriſtum
immobile fundamẽtum ſuæ ſpeciei & decoris ha-
bet, quem fratrem iam ſæpe vocitat,ac tutò. Cui
reſpoudet & ſponſus,dicens:

Sub malo excitaui te, & cõfirmaui.

Hæc malus ſalutifera,ſi ad arborem reſpicias,
crux eſt humanæ ſalutis autrix, in qua ſalus mun-
di,authórque pependit: ſi verò ad pomum eius ac
fructum ſuauiſſimum,atque ſanctiſſimum,de quo
ſæpe iam diximus, cœleſte totum & ſalutare ma-
lum,corpus eſt IeſuChriſti,ſalutariter nobis ab eo
datum in eſcam ſcilicet & potum ſub myſtico pa-
ne ac vino, ex quo quidẽ Chriſtianos omnes ſan-
ctiſſimè paſcit ac beat.in hoc caſtiſſimam ſibi ſpõ-
ſam & quanque fidelem animam ad amorem ex-
citat vallat ac firmat. In hac enim ſacratiſſima fru-
ctuoſiſſimáque arbore dilectam ſibi ſpõſam com-
parauit atque deſpondit, id quod ſequens oratio
apertiſſimè explicat,cum dicit:

Illic in dolore te peperit, quæ te concepit.

In cruce cum dolore cordis ac corporis parta eſt
Eccleſia. Caro enim Chriſti in tormento crucis
paſſa, ſponſam ſibi peperit ſanguine redemptam,
& aqua, quæ de eius latere largiſſimè fluxere, re-
generatam ac lotam,Spiritu verò ſancto cum eius
diuinitate permanente copulatam atque coniun-
ctam: nihil aliud ab ea ſibi rependi volens, quàm
redamari,vnicè ac ſanctè, ſic dicens:

*Pone me vt ſigillum in corde tuo vt ſigillum in bra-
chio tuo.*

Sigillum & ſignum crucis in corde ipſius ſpon-
ſæ ſe primùm ponendum dicit: deinde & in bra-
chio, vt illuminati atque redempti quæcunque
bona patrari poſſunt, ea per vires Spiritusſancti
honeſtiſſimè agamus, verbo & exemplo optima
quæque perficientes, vt caput ipſum qnoad fieri
poteſt, imitetur atque ſequamur, abnegata pro-
pria voluntate, & rerum humanarum cupidine
præter neceſſaria, ſicuti nobis præceptum eſt à
ſponſo dicente: Qui vult venire poſt me, abne-
get ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur
me,nec durum aut impoſſibile videatur vlli Chri-
ſtianorum, quandoquidem charitas Dei ac pro-
ximi nihil grauè exiſtimat,nihil intolerabile vere-
tur,ſed omnia facillima habet & iocũda, quod ſe-
quens oratio demonſtrat,dicens:

Quoniã fortis ac valida vti mors eſt charitas.

Talem decet habere charitatem in ſponſum,
vt præ veræ dilectionis magnitudine & pro veri-
tate tuenda mortem contemnat corporis & diriſ-
ſimos quoſque cruciatus euincat, dicente ſcri-
ptura: Vſque ad mortem pro veritate decerta.hoc
perſuaſi martyres, mortes omnes & ſanguinis ef-
fuſiones, diriſſimáque ſupplicia æquanimiter to-
lerarunt atque vicerunt,idque vti ſponſo viuerẽt,
& nobis ſuo exemplo prodeſſe conarentur. Incre-
dibilis vis eſt amoris inſuperabiliſque omnino,&
rerum omnium quandiu ſunt, firmiſſimum vin-
culum ac nexus: hic eſt enim primus ille animi
affectus, qui cunctis animantibus inſertus eſt à
A natura, quíque omnia docet ac monet,ſed de illo
nobis nunc eſt agendum,quem ſignificantius cha-
ritatem appellamus, de qua Paulus ille vas ele-
ctionis, ita vociferatur & ait: Quis nos ſeparabit
à charitate Chriſti, &c. Rectè igitur &: Dura vti
infernus æmulatio, addidit: ita enim offirmatur
animus charitate Dei ac proximi, vt vel ad inferos
preces penetrare faciat diuina gratiâ nixus, ad ſu-
bleuandas animas purgandorum: ita nos adama-
uit & ſponſus, vt eò deſcenderit ad eruendas eo-
rum animas, qui antè ipſius aduentum illuc de-
ſcenderant,redemptionem præſtolantes ſalutis æ-
ternæ,quam quidem nemo poteſt adipiſci,niſi qui
ita Deum ipſum optimum maximum adamarit,vt
B ſemet, vitam, corpúſque & omnia quæ poſſidet
pro charitate ſeruanda neglexerit atque oderit,di-
cente ipſo: Si quis venit ad me, & non oderit pa-
trem ſuum & matrem ſuam, vxorem & filios, fra-
tres& ſorores,adhuc autem & animam ſuam,cor-
poream ſcilicet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.
hi enim ſunt charitatis gradus, vt & externa bona
omnia pro ſalute corporis proximi contemnere
debeamus, eáque cum opus fuerit, profundere
velimus, id quod Salomon teſtatur, dicens: Iu-
ſtus eſt,qui contemnit damnum propter amicum:
& corpus hoc mortale prorſus & ſemel peritu-
C rum, quanquàm reuicturum demum,cum nouiſ-
ſimum tempus illud aduenerit(dicente Apoſtolo:
Omnes quidem reſurgemus) pro ſaluanda anima
tum noſtra tum proximi, periculis obiectare om-
nibus mortibúſque omnino, admonente ſponſo,
cum dicit: Nemo maiorem charitatem habet,
quàm qui ponit animam ſuam, corporis videlicet
ac ſenſus,pro amicis ſuis.Quapropter ita in nobis
ordinauit charitatem ſumma ipſa charitas, vt qui
pluris hæc caduca bona, quas diuitias & opes ap-
pellant,itemque bona corporis,quàm ſalutem vel
animæ vel corporis proximi ſui fecerit,is indigniſ-
ſimus ſit ſpõſo, ob ídqne miſerrimus omnium ca-
lamitoſiſſimúſque omnino. Duæ enim ſunt nobis
maximè neceſſariæ huius charitatis partes, quas
alas ignis idem ſponſus ignitus appellat: pars vna
eſt erga Deum,vt ſæpe iam diximus: altera verò in
proximum quenque noſtrum: quod ſequens tex-
tus orationis enarrat. ait enim:

Alæ ignis carbones ignis flamma ipſius.

O immẽſæ charitatis ardorẽ,carbones ignis ſunt,
flãmæ & alæ dilectionis ſponſæ in ſponſum & ge-
nus humanum. hæc eſt vera & perfecta charitas:
quę & Deum & proximum quenque diligit ſicu-
ti nobis pręceptũ eſt.Dilige Dominũ Deum tuum
ex toto corde tuo,& ex tota anima, & proximum
tuũ ſicut teipſum. In his duobus tota lex ineſt, &
E Prophetarum admonitiones continentur.Quicũ-
que igitur hæc ſtudioſè ſeruat, is inextinguibilem
poſſidet charitatem,nulla víque aboleri poteſt,ſi-
cuti ex ſequentibus declaratur,cum dicit:

*Aqua multa non poterit extinguere charitatem, &
flumina non obruent eam.*

Qui diuina charitate vallati ſunt atque muniti,
& ſi vi tentationum ſæpe premuntur, & diaboli
inſidijs ac mundi turbinibus veluti ingruentium
hymbrium atque fluuiorum impetu quatiuntur,
nunquam tamen euelli, nuſquàm expugnari poſ-
ſunt,ſed inuictã ſemper & inconcuſſam vim amo-
ris tuentur illæſi,diuina gratia protegente. Cùm
enim

enim alas ſponſæ veluti flammas ignis eſſe dixit, ardore ſpiritus ſancti accenſam animã nullis aquis, hoc eſt perturbationibus & viribus populorum atque preſſuris non modò extingui, ſed ne quidem vinci poſſe declarat, adeò vi cœleſtis amoris in Deo ipſo roboratur & creſcit. Hic enim cœleſtis ignis, non aquarum fluctibus, non fluuiorum impetu, non vllo ventorum turbine extingui poteſt, quin flatibus aduerſis indies magis ac magis accenditur, inflammatúrque vehementiùs, nec vlla quanuis maxima rerum iniuria lędi poteſt. ſcriptum eſt enim: Quicunque audierit verba hęc & fecerit, is comparabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſuper firmam petram: deſcendit enim pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt vẽti in eámque impetum fecere, nec ipſa tamen corruit. Fundata enim erat ſuper petram. Hoc igitur igni ſalutari nil conſumit, nec aſſumitur, quique ardet, nec amburit, inflammat nec lædit, conflagremus omnes, ad idque conſequendum vires omnes animi & corporis intendamus: fœliciſſimi enim ſunt illi ſoli, qui hoc igni aſſiduè incaleſcunt. hic eſt enim de quo ſaluator ait: Ego veni mittere ignem in genus humanum: & quid volo, niſi vt ardeant? Quapropter ad hunc ardorem ſalutis æternæ quàmproximè indies magis atq; magis accedamus, vt quod ſequitur, peragamus:

Si dederit vir vniuerſam vitam ſuam in charitatem, contemtione contemnent ipſum.

Hæc prædicta ſunt in eorum laudem, qui ſeſe totos Dei ſeruitio dediderunt & charitati: in eáque perficienda vitam omnem abſumunt ac locant, mundo & rebus eius abdicari, nec ſe contemni atque deſpici extimeſcunt: quin vltrò pro charitate ipſa calcari appetunt, dicente Apoſtolo: Tanquàm excrementa & quiſquiliæ mundi facti ſumus: cúmque hoc dici de fidelibus ſponſę, tum maximè de capite eius Chriſto Ieſu intelligere debemus. quippe qui vniuerſam vitam ſuam pro amore noſtro deſpexit & dignitatem, ęternum illud (vt ita loquamur) imperium exuit, & poteſtatem, egẽtiſſimus rerum humanarum pro nobis factus, formam ſerui accipiens, à Scribis & Phariſæis Herodéque contemptus atque deſpectus, illuſus & conſputus, flagellis tortus, & inter peccatores tandem crudeliſſimè enectus, eorumque ſimillimus falſiſſimè iudicatus. O immenſam immortalis regis & conditoris omnium erga mortalem ſeruum charitatem, ô ingratiſſimum genus humanum, quod talem ac tantum redemptorem tuum non ardentiſſimè redamas ac colis, pro eóque non vnam mortem, ſed mille libentiſſimè non cupis, quandoquidem ij fœliciſſimè ſemper obeunt, qui pro Deo pati voluntariè non detrectant. Sed paruuli adhuc fide ſumus, & vix lacti nedum cibo idonei, nulla charitate feruentes, nulla ſpe ſempiternæ fœlicitatis electi, nullo gradu ſalutis aſcenſo: hic eſt primus velim gradus ad ſalutem & veram ſapientiam, deſpicere terrena omnia, vt cœleſtia conſequamur, ſponte relinquere, quæ diu retineri non poſſunt; mortalia cuncta fugere, vt æternis non indigni omnino eſſe iudicemur. Væ væ amatoribus huius ſæculi. Væ hic cupientibus delectari. Ad cœleſtem patriam feſtinare iubemur, illud ſtudio & voluntate gradi, eò dirigere cogitatus noſtros omnes, illic mente verſari ac paſci, nec aliud quicquã dies ac nocte meditari ac velle, quàm ſummo illi bono ſemper hærere: tunc enim verè fœlices atque beati futuri ſumus in ſempiternum, cum illo ſolo ſine fine fruemur, teſtante Dauid: Tunc ſatiabor Domine, cùm mihi apparuerit gloria tua. Sed vtinam aliquando ſapere incipiamus, & ijs ſaltem annumerari ad maiora profecturi, de quibus ſponſus ſequitur enarrare:

Soror noſtra paruula & vbera non habet.

Cum fidelis anima cœpit in Chriſtum credere & lacte fidei nutriri, nondum ſummum illum & altiſſimum mandatorum gradum aſſecuta eſt & vtriuſque teſtamenti perfectum ſenſum atque peritiam, ſed paulatim proficit, ſenſímque conſcendit & indies ſumit incrementa virtutum: nemo enim fit repente ſummus, eóque dicitur: Soror noſtra paruula, hoc eſt nondum fide, ſpéque aucta charitate feruet: & vbera non habet. Quia duo ipſa teſtamenta, & duo illa ſublimia atque excelſa præcepta charitatis adhuc ignorat, nec ob id tamen abijcitur, ſed augeri magis, magíſque precatur & orat. Solo enim timore Dei, qui initium eſt & fundamentum ſalutis æternæ, atque fide munita eſt anima, ſed adhuc ignara perfectæ virtutis & charitatis. Quocirca rogandus eſt Deus, vt poſt donatam fidem atque timorem, qua eſt benignitate atque clementia, eandem ipſe inaugeat, ſimúlque & charitatem nobis infundat atque confirmet, quanquàm nemo perfectam fidem gratis accepit vnquàm, quin eidem donata ſit ſpes ſimul & charitas: ſed more noſtro ita loquimur & de incipientium fide, quæ quidem quantulacunque eſt, modò vera ſit fides, incipit operari. fides enim operis expers, mortua eſt omnino, vt Ioannes ait: non enim auditores legis iuſti cenſentur à Deo, ſed factores. Nam plenitudo legis eſt charitas: charitas autem Dei ac proximi nunquam ceſſat aliquid agere Deo gratum, nunquàm fuga laboris ardua tenuit: ſed inuicta ſemper & ſtudioſa quæque optima atque honeſtiſſima aggreditur. Cúmque duo homini ſint neceſſaria, cognitio ſcilicet & recta actio, illudque precedat, hoc natura ſequatur: neque ſola per ſe cognitio ſatis eſſe poteſt, neque rerum gerendarum actio perfecta eſt omnino, ſed altera alterius eget, opémque requirit: ſunt enim naturâ copulata atque coniuncta, ita vt ſeparari non queant. Quare non ſola Dei mandatorúmque ſcientia & altiſſima rerum peritia, ſatis eſt ad ſalutem, ſed iuſta & ſancta actio rerum intellectarum, nobis eſt neceſſaria: hac enim abſente, cum opus eſt agere, vana eſt omnis eruditio atque ſcientia & maximè nocitura. Scientia enim inflat, & charitas ędificat. Sit ergo cognitio Dei & rerum optimarum actioni coniuncta: inſit nobis ipſa charitas, quæ ſeruare poteſt atque beare. tũc enim non ſolùm ea, quæ de ſponſa & quaque fideli anima dicenda ſequuntur, participabimus; verùm etiam longè maiora magíſque egregia & ſempiterna conſequemur. ait enim:

Quid faciemus ſorori noſtra in die, qua locuta fuerit in ſe?

Magna conſequitur Dei beneficia, qui ſe rimatur & conſcientiam propriam diſcutit ac purgat, ſecúmque loquitur, & tacitè recenſet quicquid

vnquàm egit in vita: vt cum rege illo dicat: Recogitabo tibi Domine omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Nihil eſt enim vtilius, nihil laudabilius, nihil ſanctius, quàm in ſe deſcẽdere. ſeque & vitã propriam ac proximi cùm poſſis, ad honeſtatem collimare: obtemperandum eſt Deo, audiendum eſt præceptis eius, vt cum Propheta fœliciſſimè dicamus: Audiam quid loquatur in me Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. ô beatiſſima auditio, ô ſuauiſſima auſcultatio & iocundiſſima pax animi, qui minora Dei præcepta audit ac ſeruat, maxima conſequitur ab eo beneficia, eáque diuina & nunquàm peritura: ſed iam reliqua explicemus. Quid inqoam faciemus ſorori noſtrę, &c. Equidem exiſtimo has voces Patriarcharũ, Apoſtolorum & Prophetarũ eſſe atque doctorum ſponſę gratulantium, eidémque bene eſſe cupientium, vt poſtquàm ad fidem conuerſa eſt Eccleſia gentium (cuius fundatores Apoſtoli ipſi primi extiterũt patre vnà cum ſpiritu ſancto authore ac filio: Verbo enim Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum: hanc virtutibus illuſtrari cupiãt & ſanctitate vndequaque lucere: quod ſequentis orationis ſeries oſtendit, cum dicitur:

Si murus eſt ædificabimus in ea pinnas argenteas.

Per pinnas mores ſanctos & excellentes, ni fallor, intelligit: Si credula eſt ſponſa, non infida, non duræ ceruicis, non pertinax atque repugnans ſanctorum monitis & doctrinæ honeſtate pollens & pudicitia: Sic enim fidelis eſſe iudicabitur, in eáque quemadmodum & in muris pinnas argenteas. probitatis excellentiam ſcilicet, præceptáque illa ſalutaria ſponſi argenti & auri inſtar lucentia atque ignita: Eloquia enim Domini, eloqoia caſta argentum ignitum, probatum, terræ purgatum, ſeptuplum. Quòd autem plurali numero dicit, ædificabimus, vel trium perſonarum differentiam in vna eadémque ſubſtantia atque oatura deitatis oſtendit, & vniuerſam Trinitatem redemptionem ſponſæ operatam eſſe declarat, quanquam perſonam filij humanitatem ſuſcepiſſe credimus, vt ſuprà iam diximus: vel quòd Eccleſia ipſa ex pluribus membris & vero capite compacta eſt & conformata. Si hæc igitur præcepta ſpõſi ſtudioſe ſeruauerit, myſteria interioris ſenſus accipiet, nec ea ſolùm, quæ cunctis apparent, quæq; videntur, intelliget: ſed intima illa & penitiſſima diuinitatis arcana, quæ valde quàm paucis iiſque amãtiſſimis ſui commonſtrare ſolet, vti tribus illis in monte Tabor & paulo altius euecto, quod ſequẽdo narrat, cum dicit:

Et ſi porta eſt, deſcribemus in ea tabulam cedrinam.

Ecce fidelis ſponſę & mandata ſeruantis honos: fides enim & præceptorum obſeruatio prima eſt ſalutis æternæ ianua: vnde illud pſalmographi: Aperite mihi portam, & ingreſſus in eam confitebor Domino, &c. Propterea & tabula cedrina illi inſcribenda promittitur, ab Apoſtolis & Prophetis, & cæteris ſpiritusſancti prædicatoribus: modò fide digna inueniatur, & vitijs omnib9 abiectis virtutes omnes amplexetur. tũc enim maxima atque rariſſima perſpecta ſecreta ſponſi percipiet. Tabula autem hæc cedrina, veterũ iuſtorum & patriarcharum & ſanctorum omnium immarceſcibilis virtutis & ſanctitatis exempla doctrinámque ſignificat, & Spiritusſancti dona, quibus peruncta ſponſa atque ornata, nullius vitij labe diſtabeſcit. Quòd autem viri iuſti cedro comparentur, ex eo licet intelligi quod dicitur, Iuſtus vt palma florebit: & ſicut cedrus, quæ eſt in Libano, multiplicabitur: vtque tabula à cedro totius eſt pars, ſic & iuſtorũ deprecatio ac vita, pars eſt iuſtitiæ & ſanctitatis. Quare hæc ſponſa iam Spiritusſancti gratia illuſtrata, pulchra tota atque formoſa depulſa omni vitiorum macula, exclamat in ſponſo ſuo glorians ac dicit:

Ego murus & vbera velut turres

Ego inquit iam fide munita ſum & charitate referta, & vbera mea, mea inquàm (mihi enim donata & omnibus facientibus ea) hoc eſt duo teſtamẽta & duo præcepta charitatis, itémque duplex vitę genus, actiuum ſcilicet, & quod contemplationis eſt proprium, iuſtitæ officijs cõprobata, quæ quidem diuina gratia duce ad altiſſimum probitatis gradum me turris inſtar euexerũt: ibique iam aliena prorſus eſſe cœpi ab omni rerum humanarum ſollicitudine, perturbatione ac cura, & requieui. vnde ſequitur:

Ego ſedebam in oculis eius tanquàm ea quæ pacem inuenit.

Rectè iam ſedere ſe & conquieſcere in oculis ſponſi gaudet, poſtquàm diuinę gratiæ munus accepit & pacem, dicente ſponſo: Pacem meam do vobis pacem meam relinquo vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis, &c. Animaduertendum eſt quòd tempore imperfecto vtitur, cum dicit: Sedebam, non ſedi, vt oſtẽderet nunquàm nos hic perfectè poſſe quieſcere: Non enim habemus hic ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirimus, vti Paulus ait: Aduenæ enim & peregrini ſumus in alieno ſolo longè à patria illa noſtra ſuperna profugi, ob id huc miſſi, vtinam non eiecti, vt quandiu ſumus in viuis, aſſiduè viatica ad patriam ipſam conductura, honeſtate vitæ atque morum comparemus. Quare nemo ſperet in exilio, nemo ſibi falſò promittat, ſe hic diutiùs regnaturũ quieturúmq; omnino. nati ſumus ad laborem, nati ad corporis ęrumnas, ad inediam, ſitim, frigus & ęſtũ, nuditatem & morbos omnes & vitæ finem. Quapropter in ſolo Deo ſperemus, qui nunquam nobis eſt defuturus, eiſque vinea fructifera eſſe ſtudeamus, vt fidelis & ſancta ſpõſa vehemẽter optare ſe docet. ait enim:

Vinea facta eſt Salomoni in Beellamon.

Quicunque pacem Domini inuenit & requiem à delictis, hic iam vti vinea frugifera factus eſt Solomoni illi cœleſti atque pacifico, qui cuncta beata reddit in cœlis ac terris, omniáque pacatiſſima atque fœliciſſima præſtat ac ſeruat, modò illi ſubiecta ſint & parere velint: non enim pax eſt impijs, non improbis quies, non ſuperbis beatitudo, ſed manſuetis & rectis corde. propterea addidit:

Dedit vineam ſuam ſeruantibus eam.

Qui ſeruat mandata Dei, qui ſtudet placere ſpõſo, non mnndo, non homini, hic vinea factus Domino, eandem ſanctiſſimis fructibus, iiſque generoſiùs excolit, ac ſeruat: hæc vinea erepta Iudæis locata eſt Gentilis populi agricolis, hoc eſt ijs omnibus, qui benefaciunt & perſeuerant. hi ſunt vinea ſponſi & regnum eius, quod Propheta ille regius apertiſſime explicat, cum dicit: Portio mea Domine,

Domine, dixi cuſtodire legem tuam. Omnis ergo qui vult partem vel portionem cœleſtis hæreditatis ac regni, cuſtodiat legem Domini in eáque excolenda vigilias ſuas omnes, curas ac ſtudia viriliter agat ac locet, túncque feret, quod ſequitur:

Vir portabit in fructu ſuo mille argenteos.

Ecce merces ſanctorum: Omnis enim vir ſapiẽs in Domino, magiſter probitatis & doctor prudẽs, auditor legis ac factor in manu ſua mille portat argenteos: hoc eſt totius legis & mandatorum omnium plenitudinem ſalutarem ſecum in præmia defert ad patriam, in eáque de fructibus manuum ſuarũ comedet ſine fine victurus & beatus in ſempiternũ. Nihil eſt enim ſanctius, nihil Deo noſtro acceptius, quàm benefacere, & cęteros bene docere. hoc de Deo ipſo noſtro probatur, cum dicitur: Quæ cœpit Ieſus facere & docere. Hic igitur nobis eſt imitandus, hic ſequendus, totus & amplectendus, vt cum eo tandem ſemper eſſe poſſimus: Omnes enim viri iuſti, qui vineam ſuam, hoc eſt, animam & legem Dei ſanctiſſimè colũt, & fructiferam reddunt, ij cum ſponſo ipſo ſine fine manebunt: quod & ipſe teſtatur, cum dicit: Vt vbi ego ſum, ibi ſit & miniſter meus: & Paulus, Et nos in aëra rapiemur ad Dominum, & ſic cum illo ſemper erimus, quod ex ſequentibus patet:

Vinea mea coram me mille Salomonis & ducenti ſeruantibus fructum ſuum.

Hanc vocem Domini vel ſpõſi eſſe arbitror, qui vineam ſuam coram ſe vel in cõſpectu ſuo, eos eſſe dicit qui charitate ardent, qui nihil aliud quàm cœleſtia & ſancta meditantur & volunt: hanc vineam electam cuſtodit Dominus ac ſeruat. Oculi enim Domini ſuper timentes eum, & aures eius in preces eorum. Mille autem Salomoni, & ducenti ſeruãtibus fructum ſuum. Equidem hic puto omne iudiciũ ſalutis intelligi Vnigenito permiſſum, & acta omnia humani gẽneris diſcutienda, iuxta illud: Pater neminem iudicat, ſed iudicium dedit filio: Quis enim mille habet, niſi qui ſolus perfectus eſt & ſolus bonus, qui nec peccatum fecit vnquam, nec de peccato vti nos, natus eſt omnino. Quis habet & mille, niſi cui ille donabit habẽdos ferẽdóſque in patriam? modò præcepta ſeruemus, quod explicat, dicens: Et ducenti ſeruantibus fructum ſuum, hoc eſt ijs omnibus, qui duo teſtamẽta vel duo præcepta charitatis, Dei ſcilicet & proximi, vti ſępe iam diximus, ſtudioſè ſeruarunt, pręmia dabuntur æterna: bis enim centum ducenta conficiunt, & decem decies ducta cẽtenarium numerum reddunt. Quicunque igitur vtriuſque teſtamenti mandata fideliſſimè cuſtodiũt, ij vel centeſimum vel ſexageſimum vel trigeſimũ ſibi fructum accipient, & alios veluti arbitri cum ſponſo ipſo iudicaturi ſedebunt, ſecundum Apoſtolum dicentem: Si à nobis iudicatur mundus, an ignoratis, quòd & Angelos iudicabimus? Magna eſt excellentia veri Chriſtiani, ſumma laus & gloria ſempiterna ſanctiſſimi paſtoris, qui ſemetipſum ac cæteros ſanctiſſimè cuſtodit & paſcit. quod ſequẽs oratio declarat, dicens:

Qui ſedes in hortis:

Hoc eſt, qui locũ paſtoris habet & merita, quique ſancti doctoris vitam habens ac mores, cęteris exemplum ſanctitatis eſt, & iter ſalutis oſtendit, ſuíſque ouibus tãquam hortis vita bene cultis, & fructu ſuauiter olentibus ſanctè præſidet ac prodeſt. quod qui benefacit (omnes autem benefacere debent, nam væ paſtoribus malis ac lupis) is per multos filios de ſe parit honeſtate vitæ atque doctrina præclaros viros, nõ modò adiutores ſuę honeſtiſſimæ voluntatis & officij, verùm etiam digniſſimos ſui ſacerdotij ſucceſſores. vnde ait:

Socij attendentes.

Ecce paſtor bonus cooperatores habet presbyteros, diacones, & cęteros Chriſtianos omnes, qui ad bene, beatéque viuẽdum ſemetipſos adhortantur, & alios, ſéque puros & ſanctos ad myſteria pertractanda conſeruant, & ad diuinam legem cor animúmque intendunt, vt ſibimet & alijs ſanctiſſimè attendant. per hos enim vera doctrina & euãgelium Ieſu Chriſti Eccleſiæ prædicatum tãquam hortus bene cultus ſalutari præceptorum ſarculo, & cœleſtis ſapientię vndis vberrimè, irrigatur, fructuoſiſſimúſque euadit, propterea ſubdit:

Fac me audire vocem tuam.

Per hos, vti diximus, Ieſus Chriſtus vocem ſuam notam facit Eccleſiæ, & cuiq; fideli animę: per hos accepit ſponſa vocem ſalutis à ſponſo per Apoſtolos & prædicatores illos, qui miſſi à ſpoſo per vniuerſum terrarum orbem Spiritus ſancti præconio Eccleſiam Gentium ſponſo ipſi fideliſſimè aduocarunt. Sed cœlos aſcendere prius ſpõſum ipſum oportuit, indéque coæternum ſpiritum illum paraclẽtum, & afflatorem bonorum omnium effunderet in orbẽ, vt eo pararetur caſtiſſima atque ſanctiſſima ſponſa, quæ olim velut meretrix idolis & vitijs omnibus turpiſſimè ſeruiebat: propterea illum ſponſa ad id hortatur & orat, dicens:

Fuge mi frater & aſſimilare dorcadi vel hinulo ceruorum ad montes aromatum.

Ecce iam tandem intrinſecus oſculari deſiderat, quæ à principio foris ab incarnato ſponſo deoſculari præcabatur, dicens: Oſculetur me oſculis oris ſui. Videte admirabilem diuinæ ſcripturæ conſonantiam, cõſiderate quàm aptè vltima reſpondeat primis, & quàm congruant media ſummis, & infima medijs, mediáque extremis: omnes huius diuiniſſimi libelli partes mirificè inter ſe conſentiunt, ab initio deſcẽſum ſponſi rogat: in medio nati iam ſponſi facta illa præſtantiſſima enarrat, & præmia bene militãtis Eccleſiæ: in fine verò eiuſdem precatur aſcenſum, & Spiritus ſancti curſum atque deſcenſum. támque impatiens eſt moræ, & tam ardet illius aduentum, vt præ nimij deſiderij magnitudine, non iam diſcedere, ſed fugere deprecetur. ait enim: Fuge, hoc eſt, aſcende in cœlum tu qui deſcendiſti de cœlo, vt Spiritum ſanctum in Apoſtolos effundas: & ipſi per totum terrarum orbem diſpartiãtur in gentes, è quibus tibi colligatur dilecta & caſtiſſima ſponſa, neque enim aliter tibi conuerti poſſum, quaſi dicat Eccleſia, niſi tu fugeris. quod ipſe declarat, cum dicit: Niſi abiero, Spiritus paraclẽtus nõ veniet. propterea id quàm celerrimè fieri rogat, dicens: Fuge mi frater, fuge de hoc mundo ad Patrem illum æternum, quem nũquam deſeris, abſcede præſentia aſſumpti corporis non ſpiritus ac gratiæ, qua ſemper es cum ſponſa: ipſe enim dixit, non relinquam vos orphanos, ſed vado & venio ad vos: vado corpore, venio ſpiritu, qui à me ſemper Patréque procedit, deriuatur & ſpirat. hunc orat ſponſa & dorcadi vel

Appendix.

hinulo ceruorum aſſimilari ad montes aromatum, hoc eſt, ad Apoſtolos omnium virtutum cumulo refertos & conglobatos: vt eadem mira facta vel maiora, quæ ipſe geſſit in terris, & conſimilia operentur & illi: ſicuti factom eſſe nouimus. ſcimus enim vel vmbra Petri ſanatos infirmos, & mortuos incolumitati reſtitutos & vitæ: ob id aſſimilare dixit, vt eius perſimiles eſſe virtute & poteſtate in agro crederentur & eſſent: quod de Paulo & Barnaba credimm eſſe legimus: dij enim putabantur à populis, eiſque ſacrificare volebant, qood & feciſſent omnino, niſi id ipſi fieri totis viribus prohibuiſſent. poſſumus etiam hunc extremum Cãtici ſermonem ad fidelem quenque referre, vt omnis qui audit atque intelligit, peccatum fugiat. iuxta illud: Tanquam à facie ſerpentis peccatum fuge. propterea & dorcadi aſſimilare dicit, vt qui peracutè cernit oculo ſpiritus ac legis, quæ fugienda ſunt, & quæ ſequenda: is diligentiſſime caueat, ne capiatur à venatoribus ſpiritus nequitiæ, qui innumerabiles laqueos captandæ animæ aſſiduè tendunt, milléque dolos in diem parant & inſidias moliuntur iniqui. vt enim dorcas acutiſſimi eſt viſus (vnde & nomen accepit: δορκὰς enim acutè cernens dicitur) & venatorum inſidias plagáſque prouidet atque declinat: ita & Chriſtianus omnis oculis prudentiæ & integritatis innocentia optima quæque prouidere debet ac ſequi, & nocitura omnia declinare ac fugere, vt auditor ſalutarium mãdatorum ac factor ad montes aromatum, hoc eſt, ad altiſſima omnia atq; ſublimia iuſtorum exempla imitanda mentem aduertat, ſéque totum ad Dei optimi maximi legem ac vitam componat & firmet, ceruorum naturam æmulatus, quos & ſerpentes è cauernis eruere, eoſdémque vorare tradunt, & hinulos ſuos venatorũ dolos, inſidias ac fraudes euitare ſagaciter docent, vt ſi laqueum tibi concupiſcentiæ proponat iniquus hoſtis per carnalem fœminam, quam quidẽ, non videre, prima victoria eſt, ſecunda non alloqui, tertia non attingere: nam ſi facies fœminea aculeus eſt peccati, quid erit alloquium ac tactus? tu contrà ad illum arduum continentiæ montem Ioſeph ſcilicet te conuertas, eiúſque caſtitatem recorderis & temperantiam, téque ſerues illæſum: tunc enim dorcas eris & ceruus, cum eiuſmodi laqueos declinans, & ſerpentes occideris. Et ſi ſceleris alicuius, vt iræ, vt vindictæ, & vlciſcendi inimici cupiditatem ingeſſerit & ardorem, tu contrà ad illius Dauid manſuetudinem mitiſſimum clementiæ montem & aromatum bene fragantem cumulum, cogitationem aduocat, qui Saul ſocerum ac regẽ, à quo quotidiè appetebatur in mortem, cùm poſſet vlciſci noluit: ſed clementiſſimè ignouit ac pepercit: vnde rectè de ſe meminit ad veniam impetrandam, cum dixit: Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Illúdque recordemur omnes, quod à Domino præceptũ eſt, Dimittite & dimittetur, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: & benefacite ijs qui oderunt vos: nec enim aliter vnquam ſperet vllus ſe poſſe veniam ſuorum cõſequi delictorum, niſi & ipſe fratri ſuo libentiſſimè ignouerit. tantíque eſt condonare & remittere iniurias, vt in eo audere nos petere veniam peccatorum voluerit ſponſus, cùm docuit dicere: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Simus igitur illius imitatores, qui dixit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Simus montes aromatum, hoc eſt, odoramenta virtutum, ſimus & valles benignitatis: neque enim mons ſine planitie ac valle, vnde ſurgit: neque vallis ſine locis editioribus eſſe poteſt. ſit in mente mons iuſtitiæ & lucerna virtutis ardẽtis, ſit in corde & actionibus veritas humilitatis & pacis: hoc enim iuſtis omnibus congruit, éſtque maximè neceſſarium: in altitudinem atque ſublimitatem virtutum & ſanctitatis efferri, & in cordis humilitate & rectè factorum conſcientia deliteſcere, vt & in corde contrito & humiliato ſibimetipſis, & in excellentia probitatis & innocentiæ cæteris prodeſſe queant, idque diuina gratia ſemper & bonitate duce ac comite, cui laus eſt & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Peroratio.

Habetis interpretamentum, quod ſæpius efflagitaſtis, in Canticum Canticorum, quod quidem ſi non tale eſt, quale fortaſſe putaſtis, & ego ſanè voluiſſem: id ingenij imbecillitate, non dim inutione charitatis factum eſſe exiſtimate, & quod olim in præfatione vos oraui, idem nunc in calce operis rogo & oro, vti mihi à Domino & mentis rectitudinem, & efficaciam implendi, quæcunque bona ſunt, deprecemini. hoc enim & mihi admodum ſalutare futurum eſt, & vobis honeſtum & periocundum: illúdque recordemini, quod in principio nobis dicendum erat, ſed tanquam minus neceſſarium, hucvſque diſtulimus, hoc Canticum Canticorum more dramatis eſſe conſcriptum, in quo quidem modo ſponſa, modo ſponſus loquitur ſola cum ſolo, ſæpe etiam vterque comitatus: ſunt autem comites ſponſi vel amici ad ſacrum hoc veluti Epithalamiũ aduocati, nouem ipſi Angelorum chori: ſponſæ verò totidem fideliũ ordines, Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, Doctores, Pontifices, Presbyteri, Diacones, Subdiacones, Acolythi: hique inter ſe myſteria ipſa noſtræ redemptionis, & præmia futuræ fœlicitatis æternæ diuiniſſimè commentantur, ſed ne rurſus idem texere videamur, ad agendum quæcunque bene ſcripta ſunt, alter alterum ſanctiſſimè prouocemus: & Deus qui ſolus cuncta nouit ac poteſt, tribuat implendi facultatem, nóſque triumphantium numero faciat intereſſe, ſua gloria perpetuò fruituros. Valete & orate.

Deo gratias.

FINIS.

THEO-

THEORIANI ORTHODOXI, CVM CATHOLICO ARMENIORVM COLLOQVIVM.

IMPERATORIVM DIPLOMA, MISSVM AD REVERENDISSIMVM ET RELIGIOSISSIMVM GENERALEM ARMENIORVM.

** Hircan* eſt à nato Chriſto 1170.*

** Palatij nomen, in quo pariebant Auguſtæ.*

** Vulgò Catholicũ vocant.*

ANno ab orbe condito * A VICIↃ IↃC LXXVIII, imperij pijſſimi, & Chriſtiani, & diuinitus coronati Domini MANVELIS,* in Porphyranati, Comneni, decimo & octauo; indictione tertia, die XV. menſis Maij adiuuante nos Deo, limites Romanorum adrigimus. quumqoe * generali Armeniorum, domino Norſeſi, præpotentis & ſancti imperatoris noſtri nomine ſalutem dixiſſemus: datas ad ipſum B imperatorias ſacras litteras ei reddidimus, expoſita ſimul benigna volũtate, quã erga ipſum præpotens & ſanctus imperator noſter gereret? & quod maximo deſiderio tam ipſius, quam ſubditorum eius vnionem cum ſancta vniuerſali & apoſtolica eccleſia expetens, nos minimos ſeruos ſuos tam longo locorum ex interuallo, & adeò duro itinere, ad inſignem ipſius ſanctitatem ablegaſſet. Ea quũ Generalis audiſſet, hæc ad nos loquutus eſt:

Agimus Imperatori ſancto gratias, quod & noC ſtri curam gerat, minimorum ex ijs qui pro ſancto ipſius imperio preces fundunt; & quod orbis vniuerſi curas ſuſtinens, noſtri quoque non ſit oblitus.

Poſtridie nobis arceſſitis, dixit:

Armeni Eccleſia Romanæ pollicẽtur conſenſum ſi in religione errаſſe ratione conuinci poſſint.

Poſteaquam datas ad me imperatorias & ſacras ordinan coronatique diuinitus, & pijſſimi Imperatoris litteras perlegi; tam ipſius, quàm ſanctæ Romanorum Eccleſiæ volũtatem perſpexi: quòd videlicet, ſi noſtros circa fidem orthodoxam errores corrigere velimus, paratus ſit & ſanctus Imperator, & ſancta generalis ac Apoſtolica Eccleſia, D nos tamquam fratres recipere. Volumus ergo doceri, quænã illa ſint, in quibus nos aduerſus fidem aberremus: ac ſi quidem ex inſtituto canonum per ſacrarum litterarum, & conſentaneas demonſtrationes conuicti fuerimus; emendationem illam alacriter acceptabimus. THEORIANVS. Obſecro eximiam illam ſanctitatem tuam, vt orationem noſtram cum inſita ſibi manſuetudine excipiat; nec graues ac moleſtas ſibi noſtras interrogationes ducat. Eſto autem conſtitutum inter nos, velut ex ſtipulatu & promiſſo partis vtriuſE que, vt ſi quid andiuerimus, quod aduerſari rectæ ſententiæ videatur; non continuo pronuntiemus, id hæreticum eſſe: ſed diligenter interrugemus, ac erudiamur de vocis cuiúſque ſignificato, & illius mente, qui ea ſit vſus. Cauendum quoque nobis à ruditate interpretis, qui non ſolùm grammaticam non nouit; ſed ne ſoluntam quidem orationem Græcam rectè tenet: ne ipſius ignorantia vel lapſus, nobis imputetur. GENERALIS. Rectè ais. ita fiat. THEORIANVS. Miſit epiſtolam ad præpotentem & ſanctum Imperatorẽ eximia ſanctitas tua, qua de quibuſdam fidei capitibus, & conſuetudinibus Eccleſiaſticis, tractat. itaque ſanctitatem tuam eximiam interrogo, itane ſentiat, vt in ea perſcriptum eſt; an aliquid eorum, quæ in illa perſcripta ſunt, nullius momenti ducat. GENERALIS. Ita tum ſentiebam, & ita ſentio, ſicut in ea perſcripſi. THEORIANVS. Quas ſynodos recipis? GENERALIS. Nicænam, ſanctorum CCCXVIII. patrum: Conſtantinopolitanam, ſanctorum & inſtinctu diuino gubernatorum CL. patrum: & Epheſinam, ſanctorum CC. patrum, in qua Neſtorius ab officio remotus fuit. THEORIANVS. Quorum doctorum ſcripta & doctrinas adprobas? GENERALIS. Magni illius Athanaſij, ſancti Gregorij Theologi, Baſilij magni, ſancti Gregorij Niſſeni, ſancti Ioannis Chryſoſtomi, ſancti Ephræmi, ſancti Cyrilli Alexandrini antiſtitis, & multorum aliorum. THEORIANVS. Ergo lectionem epiſtolæ tuæ inchoemus, & capitum in ea compræhenſorum mentem fraterne conſideremus; an prædictos diuos patres, & ſanctas ſynodos ſequatur. GENERALIS. Recte dicis. ita fiat.

Cõueniũt de conciliis & doctoribus Eccleſiaſticis quorum authoritate Armenorum error reprehendatur.

Tum perlegentes, ad eum locum venimus, Vbi ſcriptum erat:

Dicimus in Chriſto naturam vnam eſſe, non ſecundum Eutychem confundentes, nec ſecundum Apollinarem detrahentes: ſed ſecundum Alexandrinum antiſtitem Cyrillum, in Orthodoxia, quæ in libro contra Neſtorium ſcripſit, vnam eſſe naturam SERMONIS incarnatam. THEORIAN. Sanctus Cyrillus non dixit vnam in Chriſto naturam, nec vnam Chriſti naturam; ſed vnam naturam SERMONIS, ac deinde ſubijcit, INCARNATAM. Tua vero ſanctitas neſcio quo pacto incogitanter & libere naturam vnam in Chriſto dixit. ac miror equidem, cur vocẽ à ſancto viro poſitam mutare ſit auſa. GENER. Non mutaui. nam idem ſignificat natura Chriſti, & natura Sermonis incarnata. THEOR. Non idem ſignificat. abſit, nam Chriſti nomen, vtrumque coniunctum ſignificat, Deum ſimul & hominem: propterea dicim*, Sermo caro factus eſt. at verò, CHRISTVS caro factus, non dicimus. Idem & inde patet, quòd nemo ſanctorum vnam Chriſti naturam dicat. Vnam verò naturam SERMONIS, tum ſanctus Cyrill. tum S. Athanaſius ante ipſum dixit. quippe quum dicimus vnam naturam SERMONIS, diuinam hoc filij naturam ſignificat: quum verò adijcimus INCARNATAM, ſicuti S. Cyrill. in ſecunda ad Succeſſum epiſtula fecit; tota ratio adminiſtrationis cum carne compræhenditur. GENERALIS. Et quis ſanctorum hominum poſt vnionem hoc expreſſè dixit? THEOR. Omnes, quorum nomina ſupra recenſuiſti. GENER. Oſtẽde nobis vnum ex eis, & ſatis erit: nam quod ab vno ſanctorum dicitur, ab omnib. dicitur quod omnes ab vno diuino ſpiritu adflati fuerint. THEOR. Non vnum dumtaxat oſtendam ſed vniuerſos, adiuuante Deo, quos nominatim ſupra

" Primus " error " Armenorum " in Chri " ſto vnã eſſe naturam aſſeuerabat.

Error ex loco Cyrilli male intellecto natus loci interpretatione corrigitur.

Aliud Chriſtus, aliud Sermo ſiue Verbum.

Armenos patrus vnius orthodoxi authoritas loco eſt omnium.

commemoraſti. ſaltem auſcultando ne defatige- A ris,& omnium tibi teſtimonia proferam. GENERALIS. Propterea conuenimus,vt veritatem inueniamus: nec in huiuſmodi negotijs defatigari debemus. THEORIANVS. Antequam ipſa dicta proferamus, neceſſarium arbitror, vt quid eſſentia vel ſubſtantia ſit,quid natura,quid hypoſtaſis,quid perſona, dicatur. Propterea te interrogo, quomodo hæc accipias? num vt exteri ſcriptores, an vti doctores Eccleſiæ definierunt? GENER. Nos amborum de vocibus hiſce propoſitis finitiones nouimus, & eas ad rectitudinem dogmatum pietans ſcienter dirigimus. THEOR. Ego plurimum in his extraneos ab Eccleſiæ doctoribus diſ-

Quid ſubſtantia, quid hypoſtaſis. & quodnam inter vtrũque diſcrimen.

B ſidere video. Nam illi eruditi homines exteri indiuiduum, ſiue hypoſtaſin,& vnum numero.ſubſtantiam definiunt; quod ſane diuini patres non admittunt. quippe patres illi gubernati diuinitus, ſubſtantiam & naturam eſſe vniuerſalia dicunt, quæ ſcriptores exteri ſpeciem vocarunt. quapropter in ſacroſancta Trinit.naturam vnam & vnam ſubſtantiam,hypoſtaſes verò tres,tradiderunt:natura nimirum & ſubſtantia plures hypoſtaſes cõtinẽte. hominum quidem certe natura quum vnã ſit,infinitas habet hypoſtaſes; puta Petrũ & Paulum,& homines ſingillatim vniuerſos.Ariſtot.autem indiuiduum,& vnum numero, ſiue hypoſta- C ſin, proprie ſubſtantiam definijt, his verbis vſus: ſubſtantia,que propriſſime,primúmque ac maxime ſic dicitur, eſt; quæ neque de ſubiecto quodã dicitur, nec in aliquo ſubiecto eſt, velut hic homo, vel hic equus. Quo igitur pacto fieri poteſt, vt alieni ab ouili noſtro cum doctoribus noſtris hac in parte concilientur,quum hi ſubſtantiam & naturam vniuerſale quiddam, illi ſingulare definiant? GENERALIS. Nos quoque ſubſtantiam & naturam de vniuerſalibus accipimus, perſonã verò & hypoſtaſin de ſingularibus. THEORIANVS. Macte animo, beatiſſime pater,ob hanc ſatisfactionem: qui et hac in parte cum ſanctis pa- D tribus conſentis. Quid igitur? horum ne finitiones ac declarationem exponemus, an ſolum hoc nobis ſufficiet, quod ſubſtantia & natura quiddam vniuerſale ſint; hypoſtaſis & perſona,ſingulare? GENERALIS. Si tibi moleſtum non erit exponere, lubens equidem audiam. THEORIANVS. Nihil ego meum proferam,ſed quidquid ipſa nos Eccleſiæ lumina docuerunt. GENER. Idem & ipſe cognoſcere geſtio, quid nimirum Eccleſiæ doctores tradiderint. THEOR. Sancti patres ita ſubſtantiam definierunt. Subſtantia primum & proprie eſt, quidquid per ſe ſubſiſtit, neceſſe ſuum habet in alio. Quid autem id quod per ſe ſubſiſtit? quod per ſe eſt,ac nõ propter aliud, vel in alio ſuũ E eſſe habet: hoc eſt.quod non eget alterius alicuius extra ſe ad hoc, vt exiſtat; quale quiddam eſt color,puta niger, aut albus: quæ per ſe nequeũt exiſtere ſine corpore, quod ea recipiat. ac propterea colorem non dicimus eſſe ſubſtantiam. Ipſum vero corpus,cui color ineſt, ad hoc coloris haud indiget, vt corpus ſit. immò mutatis coloribus,ipſum non mutatur. nam ex albo nigrum fit, ex nigro flauum, aliumve colorem induit; ipſum verò ſemper,id,quod eſt,manet. Itaque propter corpus color eſt, vt id colore tingat; non autem corpus propter colorem, ſed ex ſeipſo. colore itidem in

Nomine ſubſtantiæ & naturę vniuerſalia intelliguntur vt nomine hypoſtaſeos ſingularia.

Ariſtot. in Catheg. ca. de ſubſtantia.

Definitio ſubſtantiæ.

Quid ſit per ſe ſubſiſtere.

A corpore ſuum eſſe habet, corpus autem nõ in colore, ſed in ſeipſo exiſtit. eam ob rem corpus ſubſtantiam vocamus, quum per ſeipſum ſubſiſtat,& in ſeipſo, non in alio ſuum eſſe habeat. Quidquid ergo per ſe ſubſiſtit, & in ſeipſo, non in alio exiſtit,eſt ſubſtantia. Sunt autem hæc vel ex materie, vel expertia materiei. Materialia ſunt,terra, aqua, aër, ignis; & res ex his compoſitæ, lapis, arbor, corpus animatum. Expertia materiei, anima ratione prædita, Angelus. Hæc igitur, vti modo aiebam, ſubſtantia dicuntur. quippe Deus vltra ſubſtantialis eſt,ſupra omnem poſitus eſſentiam,& ſi quid his etiam vlterius. atque hoc modo iam cognitum habemus, quid ſubſtantia ſit. Natura ve- B rò,eſt horum cuiuſque,iam recenſitorum, motus & quietis principium, quatenus in ipſis primis exiſtit,non ſecundum accidens. verbi gratia, terra quidem mouetur,quatenus germina producit, & fetus, omninoque alterator; quatenus ſecundum hæc ipſa in id mutatur: ſed eadem quieſcit, quod tranſitionem de loco ad locum adtinet, omnino immobilis & itineris expers. Itaq; motus & quietis huiuſmodi principium,quod terræ ſubſtantialiter ineſt, nec ex cauſa quadam acceſſit; naturam vocamus. Ipſum vero naturæ nomen ab naſcendo factum eſt,i. ab exiſtendo. quo fit,vt ſubſtantię na- C turæque nomen idem ſignificet: vtrúmque deductum à verbis paria denotantibus, & exiſtendi ſignificationem habentibus. neque tantum nomine tenus idem eſt ſubſtantia & natura, ſed etiam re; aut ſaltem proximum quiddam. non enim motum ipſum, & quietem rerum, naturam eſſe diximus: ſed principium, hoc eſt cauſam ſecundum quam non accidentarie,ſed ſubſtantialiter mouentur & quieſcunt ſubſtãtiæ. Hypoſtaſis autem,eſt res exiſtens & ſubſtantialis, in qua congeries accidẽtium, tamquam in vno ſubiecto, re & effectu exiſtit. itaque ſubſtantia eſt ipſa res, quæ exiſtit: hypoſtaſis verò, tum id,quod exiſtit; tum quæ in eo, veluti per accidens, cõſiderantur. At perſona eſt id, quod D per actiones & proprietates ſuas, manifeſtum & diſtinctum ab alijs, eiuſdem naturæ conſortibus, indicium ſui præbet. veluti Michaelus Archangelus, quum de corpore Moſis aduerſus Diabolum diſceptabat, & quum diuina Danieli oracula pandebat; vnam ſe nobis perſonam, à ceteris ſecretam Angelis, monſtrabat. Itaque cognitio alicuius, quã ex effectu conſequimur, vt eius effecti auctorem perſonam vocemus, docet. atque hoc nomẽ à cognitione, quæ ſenſu fit; ad eã, quæ fit mente, tranſlatum eſt. quum enim ſingulos homines, per adſpectabilem vultum cuiuſque formam, ex oculorũ intuitu reliquis ab hominibus ſecernamus: id- E circo & id, quod per actiones ac proprietates ſuas ab eiuſdem ſubſtantię conſortibus ſeiungitur, perſonam adpellauimus. atque hec perſonæ deſcriptio eſt. videtur autem quodam modo idem ſignificare, quod hypoſtaſis: aut parum, aut nihil diſferre. Hiſce præcognitis, idem nimirum eſſe ſubſtantiam, quod naturam; idem hypoſtaſin, quod perſonam: quæcumque de ſubſtantia dicentur, aptanda naturæ; & quæcumque de hypoſtaſi, perſonæ. GENERALIS. Sane quam eruditè patres hæc definierunt, & perſpicuè declararunt. Sed equidem & auctoritas ipſorum dictáque requiro, vt quo pacto hæc de Deo pertractantes accipiant,

Quid natura.

ſubſtantia & natura idem.

Quid hypoſtaſis.

Quid perſona.

cipiant, intelligam: & nos quoque iuxta ſcopum eorum, colloquium hoc inſtituamus. THEORIANVS. Eccleſiæ doctores hæc ita, vti ſanctitas tua ſupra dixit: accipiunt: ſubſtantiam ſcilicet, ac naturam de vniuerſalibus; hypoſtaſin & perſonam, de ſingularibus. GENERALIS. Hoc ipſum mihi de patrum dictis monſtrari cupio, ac deinde Deo propitio colloqui de ijs incipiemus, quorum cauſa cõuenimus. THEORIANVS. Fiat id quoque quando ſic tibi videtur: adeóque prodeat in medium doctiſſimus reapſe diuus ille Baſilius. nam eius, ad Terentium ſcribentis, hæc verba ſunt. Non idem eſſe, de Deo quùm loquimur, ſubſtantiam & hypoſtaſin: etiam ipſi, mea quidem opinione, fratres occidentales indicarunt. nam linguæ ſuæ anguſtiam teneri.i, ipſum Vſiæ nomen lingua Greca repoſuerunt: vt ſi quod in ſenſu diſcrimen eſſet, id ei perſpicua miniméque cõfuſa vocum diuerſitate ſaluum eſſet. Si tamen & nobis indicanda paucis noſtra eſt opinio, dicemus eam ſubſtantię rationem eſſe ad hypoſtaſin; quę rei communis eſt ad peculiarem. nam quiſque noſtrum & communi ratione ſubſtantiæ, particeps eſt eſſentiæ; & ob peculiares ſibi proprietates, hic vel ille eſt. Sic & ibi, ſubſtantię quidem ratio communis intelligatur; vt bonitas, diuinitas, aut ſi quid aliud: hypoſtaſis verò, in proprietate paternitatis, aut facultatis ſanctificantis, cernitur. Conſimilia verba ſunt eiuſdẽ diuini hominis, ad Amphilochium, ſanctiſſimæ Iconienſis Eccleſiæ lumen, ſcribentis. Subſtantia & hypoſtaſis, inquit, ita differũt; vti commune ac ſingulare. puta, quæ animalis eſt ad vnum aliquem hominem ratio. propterea ſubſtantiam diuinitatis vnam confitemur, vt eſſentiæ ratio minime diuerſa reddatur: hypoſtaſin verò ſingulare quid dicimus vt incõfuſa nobis & explicata de Patre, Filio ſanctóque Spiritu ſit notio. quippe ſi ſeparatas cuiuſque notas non conſideremus, vt paternitatẽ, vt filietatem, vt ſanctificationem; ſed de communi notione eſſentiæ, Deum confiteamur: fieri nullo modo poteſt, vt rectè fidei ratio reddatur. Itaque neceſſe eſt, ad commune adiecto peculiari, hanc fidei normam confitendo ſequi. Commune eſt diuinitas, peculiare paternitas. hæc coniungentes dicamus, Credo in Deum patrem. Rurſus in confeſſione filij cõſimile fiat, & communi peculiare iungentes, dicamus; Credo in Deum filium. Similiter & de Spiritu ſancto, verbis cõſentaneo modo conceptis, dicamus; Credo in diuinum Spiritum illum ſanctum: ita quidem vt vbique ſeruemus in confeſſione diuinitatis vnitatem; ac nihilominus perſonarum peculiare diſcrimen in ſeparatione proprietatum, quas in ſingulis mente intelligimus, confiteamur. Qui verò ſubſtantiam & hypoſtaſin idem eſſe dicunt, perſonas ſaltem diuerſas fateri coguntur, ac dum tres hypoſtaſes dicere recuſant, Sabellij ſcelus non euitare deprehenduntur: qui & ipſe notionem hanc plerúmque confundens, perſonas diuidere conabatur; eamdem hypoſtaſin dicẽs, prout vſus exigeret, trãſformari. Ceterum ſi quis fortaſſe teſtimonia ſancti patris huius, ex epiſtolis deprõpta, non ſatis idonea putet: adiungemus alia de ipſius expoſitione peculiari, quam de fide compoſuit, & vt ei ſubſcriberet, Euſtathiũ illum Armeniũ impulit, qui opinionis contrariæ ſuſpicionem de ſe nõnullis iniecerat. Ea in expoſitione Baſilij verba hæc ſunt. Itaque par eſt eos aperte fateri, quod ſecundum ea verba credant, quæ á patribus noſtris Nicææ ſunt expoſita, & quidem in ea ſententia, quæ integre de verbis elucet. Sũt enim, qui & in hac ipſa fide veritatis ſermoni fraudẽ faciunt, & pro lubitu ſuo mentem verborum in ea poſitorũ trahunt: quando Marcellus etiam, impiè conuellens hypoſtaſin domini noſtri Ieſu Chriſti, eumque nudum ſermonem ducens, præ ſe ferre auſus eſt, hinc eius opinionis ſibi ſubminiſtrata principia; male ſ. ſententiam vocabuli conſubſtantialis exponens. Itidem illius Afri Sabellij quidam impietati adhærentes, dum idem hypoſtaſin & ſubſtantiam opinantur eſſe, hinc adſtruendę blaſphemiæ ſuæ occaſiones rapiunt, quod in fide perſcriptum ſit: Si quis dicit, ex alia eſſe ſubſtantia vel hypoſtaſi filium Dei, hunc anathematiſat ſancta vniuerſalis eccleſia. Non.n.ibi dixerunt, idem eſſe ſubſtantiam & hypoſtaſin. quippe ſi vnum & idẽ voces hæ donatarẽt, quid opus erat vtrãq; poni? Manifeſtum ſi eſt, id eam ob cauſam factum, quod alij filiũ de ſubſtãtia patris eſſe negarẽt, alij de alia hypoſtaſi eſſe perhiberent. itaq; poſitũ illud eſt, ad euerſionem prauæ ſentẽtiæ: hoc ſalutaris doctrinę declarationẽ continet. Quod ſi de alijs quoq; ſanctis hominibus teſtimonia ſuppeditãda ſunt, magnus ille diuinis in rebus Gregor. prodeat, cuius in libro de Theologia 1. hęc ipſa verba ſunt. Mediũ quũ dico, veritatẽ intelligo: ad quã ſolã ſi reſpiciamus, & prauã illã cõtractionẽ, abſurdioremq; hãc etiã diuiſionẽ vitabimus, rectè faciemus: vt non ad vnã hypoſtaſin oratio noſtra cogatur, idq; hoc ſolo metu, ne deos plures cõſtituamus: ex quo fieret, vt nuda nobis nomina relinquerẽtur, exiſtimantibus Patrẽ, Filiũ, & Spiritũ S. eũdem eſſe. Itẽ paulo poſt. Omnino Deũ vnũ retineamus neceſſe eſt, & 3. hypoſt. ſiue tres perſonas eſſe profiteamur, ſeruata etiam vniuſcuiúſque proprietate. Retinebimus autẽ Deũ vnũ, de mei quidem iudicij ſententia, ſi & filius & Spiritus ad vnã cauſam referãtur, neque tamen vel compingantur, vel commiſceantur, tũ ratione vnius & eiuſdem in diuinitate (vt ſic loquar) motionis volũtatiſque, tum ipſius ſubſtãtię idẽntatis: tres verò hypoſtaſes retinebimus, ſi nullã animi noſtri cõmiſtionem, vel reſolutionẽ vel confuſionẽ cogitabũt: ne dũ vnitatem amplius veneramur, quam rectũ fuerit, totã in nihilũ redigamus. Idẽ magnus ac diuinus vir in oratione, qua pacẽ cõpoſuit: Credimus, inquit, in Patrẽ, & Filiũ, & Spiritũ S. eiuſdẽ ſubſtãtię ac maieſtatis, in quib. & baptiſmio ſua perfectio cõſtat, tã in nominibus, quã in rebus, (noſti hæc, quiſquis eo initiatus es) quippe qui abiuratio eſt Deũ negantis impietatis, diuinitatiſq; cõfeſſio. atq, ita perfectionẽ adipiſcimur, vnũ quidẽ, quoad eſſentiã & indiuiduã adorationẽ, adgnoſcẽtes; tria verò, quantum ad hypoſtaſes, vel perſonas, vt quidã loqui malũt. nec.n. indecore ſe gerãt, de his qui rixãtur: perinde ac ſi pietas nobis in nominibus, non in rebus cõſiſteret. Quid enim dicitis, qui tres hypoſtaſes adſertis? an hoc eo dicitis, quod tres eſſentias exiſtimetis? ſcio vos aduerſus eos, qui ſic exiſtimãt ingentẽ clamorẽ excitaturos. vnã.n. & eamdẽ horũ triũ eſſentiã ſtatuitis. quid vos, qui perſonas dicitis? nũ vnũ veluti quiddã cõpoſitum fingitis, quod tres vultus aut huma-

Baſilius.

Eiuſdem Baſilij authoritate idem confirmat.

Baſilius ad Euſtathiũ Caſarienſem.

Nazianzeni loca.

Alius Nazianzeni locus idem confirmãs.

nam omnino formam habeat? vos quoque reclamabitis, abſit: nec Dei faciem, quæcumq; tamdẽ illa eſt, vnquam videat, qui ita ſentit. quid ergo (nã & hoc interrogare lubet) aut vobis hypoſtaſes denotant aut vobis perſonæ? nimirũ eſſe tria, quæ diuidantur; non naturis ſed proprietatibus. optime. quo pacto magis aliqui conſentiant, & idẽ dicant, quam quũ ita ſentiunt, alioqui ſyllabis diſcrepantes: Similiter & in oratione, qua laudat Athanaſium, Alexandrinæ lumen Eccleſiæ: Quum enim, ait, vna ſubſtãtia, & tres hypoſtaſes à nobis piè dicerẽtur, quod alterũ diuinitatis naturã, alterũ perſonatũ triũ proprietates declararet, ac ſimili quidem modo ab Italis intelligerẽtur, verũ ob linguę illius anguſtiã, verborũq; inopiã, hypoſtaſin ab eſſentia diſtinguere nõ poſſent, eáque de cauſa in illius locum perſonarum induxiſſent nomen, ne tres ſubſtantiæ admitterentur &c. Itidẽ in oratione de luminibus, inquit. Deũ quũ dico, vno pariter & triplici lumine perſtringor: triplici quidem, quantũ ad proprietates, ſiue hypoſtaſes, vti quidẽ adpellare malunt, ſiue perſonas: (nec.n. de nominibus contẽdimus, quã diu ſyllabæ ad eãdẽ ſententiã tendũt) vno autẽ, quantũ ad ſubſtantiæ, h.e. diuinitatis rationẽ. Satis, opinor, hi celeberrimi doctores de rebus modo propoſitis, nimirum de ſubſtãtia & natura, de hypoſtaſi & perſona, nobis præſcripſerunt; apertéque tradiderunt, illas vniuerſalis rei ſignificationẽ habere, has ſingularis. GENER. Iam tẽpus fuerit, vt auctoritates in mediũ proferas, de quibus ſanctorũ hominũ mentẽ perſpiciamus. quippe de ſubſtantia & natura, de hypoſtaſi & perſona, conſentimus; nulla penitus in re diſſidentes. nam illa prius etiam, quam abs te dicerentur, intelligebamus: ſed ex ore tuo lubebat audire, quænam de his veſtra eſſet ſententia. Nunc ergo dicito, quiſnã ſanctorũ patrũ naturas duas poſt vnitionẽ ſtatuerit. THEOR. Primum ceu tempore primum, magnum illum Athanaſiũ proferre par eſt, cuius hæc ipſa verba ſunt in epiſtola ad Epictetum Corinthi Epiſcopum. Ex hoc abſurditatẽ perſpicere poteſtis. Si ſermo vnius eſt ſubſtantiæ cum corpore, de terra naturam ſuam habente: ſicque conſubſtantialis eſt patri ſermo, iuxta confeſſionem patrum: etiam ipſe pater vnius erit ſubſtantiæ cum corpore de terra facto. Et cur Arianis indignamini filiũ dicentibus eſſe creaturam; quum ipſi dicatis, patrẽ vnius cũ creaturis eſſe ſubſtantiæ? GENER. Quid ad nos dictum iſtud philoſophe? THEOR. Grauiter eos tangit, qui dicunt, vnam eſſe naturam Sermonis & carnis. Ac vide obſecro, quam admirabili ratione ſanctus vir Athanaſius in tertia figura ſyllogiſmum nectat. Quippe iam antea pro confeſſo habetur, quæcumq; de ſubſtantia dicenda veniãt, eadẽ & naturæ accõmodanda. Hoccine in cõfeſſo eſt, an non? GENER. Omnino id quidẽ. THEOR. Cõmutemus ergo ſubſtãtię nomen cũ naturę vocabulo, & dicamus: Si eiuſdẽ eſt naturæ ſermo cũ corpore, de terra naturã ſuam habẽte; ſique ſermo vnius eſt cũ patre naturæ, iuxta confeſſionẽ patrũ: etiam ipſe pater erit eiuſdẽ cũ corpore terreno naturæ. quo fit, vt ſi qui dicãt, ſermonẽ vnius eſſe cũ corpore ſubſtãtiæ; (valet autẽ hoc tantumdẽ, ac ſi dicas, eiuſdẽ naturæ) ſequatur, & patrẽ eſſe vnius cũ corpore ſubſtãtiæ ac naturæ, quodquod abſurdius? Quid ergo de hoc impoſſibili dicimus? Ser-

Alius locus eiuſdẽ Nazianz.

Athanaſius ad Epictetum.

Subtiliſſima ratio aduerſus hæreticos naturam vnicam in Chriſto agnoſcẽtes.

A mo nõ eſt eiuſdẽ cũ corpore ſubſtantiæ, nec eiuſdẽ naturæ. quod ſi ſermo nec eiuſdẽ eſt cũ corpore ſubſtãtiæ, nec eiuſdẽ naturæ: planũ eſt, eſſe illũ ſubſtantiæ naturæq; diuerſæ. Si naturæ diuerſæ, omnino alia natura ſermonis eſt, alia corporis. non ergo Chriſtus vna natura eſt. Quod ſi primã hanc diui Athanaſij propoſitionẽ, Si ſermo vnius eſt ſubſtãtiæ cũ corpore de terra naturã ſuã habẽte; quã accurate facta ſit, perſpexerimus: maximũ theſaurũ reperiemus. quippe non fruſtra poſitũ eſt, De terra naturã ſuã habẽte. GENER. Rectiſſime dicis. ſed pergito. THEOR. Accedat & ſanctiſſimus Cyrillus, cui vos magis innitimini, teſtimoniũ orationi noſtræ perhibiturus; qui in priore ad Succeſſum
B epiſtola inquit: Par eſt, quod abſurditatem adtinet, dicere; quod corpus in diuinitatis naturã mutatũ ſit, & viciſſim, quod ſermo mutatus ſit in naturã carnis. nã ſicut hoc fieri nequit, quũ ipſe ſermo ſit incõmutabilis & alterationis expers; ita nec illud alterũ. nõ enim creatorũ quidquã ad naturã diuinitatis tranſire poteſt. & caro quoque creatura eſt. Idẽ perſpicue in epiſtola ad Eulogium tam pro ſe naturas duas profitens, quã ſanctiſſimos orientis epiſcopos, idẽ tradẽtes, propugnãs: Repræhẽdunt, ait, nõnulli factã ab orientalibus Epiſcopis expoſitionem. & cur, inquiunt, eos naturas duas dicẽtes Alexãdrinus Epiſcopus ferre potuit, aut probauit?
C & paulo poſt ſubijcit. Sic & in cauſa Neſtorij quãuis duas naturas, diſcrimen carnis & ſermonis ſignificãs, dicat: (nã alia natura ſermonis eſt, alia carnis) vnionẽ tamẽ nobiſcũ non cõfitetur. Nos enim his vnitis vnũ Chriſtũ, vnũ filiũ, vnũ dominũ confitemur: vnã deniq; naturã ſermonis incarnatã. ac paulo poſt. Itaq; noſſe naturarũ duarũ diſcrimen, non eſt vnũ Chriſtũ in duo ſecare. Rurſum poſt alia. Nec illud ignorẽt. Vbicũq; fit vnionis omnino mentio, non vnius rei coitio ſignificatur: ſed vel duarum, vel plurium, & inter ſe natura diſcrepantiũ. Qui ergo dicit vnionem, videlicet carnis animatæ ac mente præditæ, cum ſermone: quæque
D duas naturas dicunt: eorum hæc mens eſt, atque ſententia. verum poſteaquam vnionem confeſſi ſumus, nõ amplius à ſe in vicem vnita diſcrepant: ſed vnus deinceps filius eſt, vna ſermonis incarnati natura. Ecce in his diuæ memoriæ Cyrillus aperte dicit, duarum naturarum diſcrimen noſſe, non eſſe Chriſtum vnum in duo ſecare. Hoc enim vos vereri ſoletis. at beatus ille Cyrillus vanam hanc veſtram formidinem reijcit. Quin & idem in altera ad Succeſſum epiſtola eadem ſe ſentire, his verbis oſtendit. Itaque modum adſumtionis humanæ naturæ animo conſiderantes, naturas
E duas coiiſſe per vnionem videmus, citra diuiſionem confuſionem & mutationem. Caro enim, caro eſt, non diuinitas, licet dei caro facta ſit: ſimiliter & ſermo deus eſt, non caro, licet diſpenſatione quadam carnem propriè ſuam fecerit. Quum igitur hoc animo conſideramus, minime delinquimus, dicentes hanc in vnionem concurſum ex duabus naturis factum. Sed tamen poſt vnionem naturas à ſe in vicem non diuidimus, nec vnum & impartibilem in duos filios ſecamus: ſed vnum dicimus filium, & vti patres loquuti ſunt, vnam naturam ſermonis incarnatam. Quantum ergo mente atque oculis animi duntaxat videre poſſumus, quo pacto vnigenitus ille factus ſit

Cyrillus.

Ex impoſſibili naturarum transformatione diſtinctas naturas in Chriſto aſtruit.

Duarum naturarũ diſtinctio Chriſti vnitatem non impedit.

homo: duas naturas eſſe dicimus, at vnũ Chriſtũ, & dominum, & filium, Dei ſermonẽ, qui homo factus & incarnatus eſt. Quid clarius hoc quęrim⁹? naturas enim duas eſſe dicimus. Rurſus idem ille diuus Cyrill⁹ in enarratione libri Leuitici, de purgatione lepræ diſſerens, ait. Totũ igitur rurſus ſeruatoris noſtri myſteriũ, & purgationẽ, quæ per ſacroſanctum baptiſmũ fit, reſpice. Duas aues accipi viuas & mundas iubet, vt per has volucres hominem illum cœleſtem intelligas, hominẽ pariter & Deum, in duas, quidem naturas (quantum ad id, quod de vtraque dici conuenit) diſtinctũ: (quippe ſermo erat, exortus è Deo, in carne mulieris) non tamen diuiſum. vnus enim ex ambobus Chriſtus. Propterea duæ ſumuntur aues, & ambæ rurſus vnius inſtar intelliguntur. Vides, vt vbiq; beatus ille Cyrillus naturas duas confiteatur? quin & in altera ad Succeſſum ait epiſtola: Qui dominũ nuda carne paſſum dicit, alienũ à ratione voluntaríeque cruciatũ facit. At ſi quis dicat, cũ participe mentis animæ paſſum, vt ſpõtaneus ſit cruciatus; nihil dicere ꝓhibet, cũ in hominis natura paſſum. ꝙ ſi verum eſt, cur nõ duas naturas extitiſſe dabim⁹ poſt vnionem, citra vllã diuiſionem? quare ſi quis ait, Chriſtũ ꝓ nobis carne paſſo: nihil aliud dicit, quã; Chriſto pro nobis natura noſtra paſſo. Vides, vti clariſſime naturas duas beatus Cyrill. poſt vnionẽ cõfiteatur? Etiã magnũ illum in rebus diuinis Gregor. videamus. Ait. n. in oratione de filio: Deũ adpellari putemus, nõ Sermonis; ſed eius, quòd oculis cernebatur. Qui. n. proprie Dei De⁹ eſſe poſſit? quẽadmodum & pater dicitur, nõ eius, ꝙ cernebatur, ſed ſermonis. erat. n. duplex. itaque partim hęc de vtriſq; ꝓprie, partim nõ ꝓprie dicuntur; diuerſo. ſ. modo, quã in nobis res habet. nam Deus proprie quidem noſter eſt Deus, nõ autem ꝓprie pater. & hoc illud eſt, ꝙ hereticos in errorem trahit; vocum. ſ. harũ coniũctio, permutatis inter ſe vocabulis, ꝓpter naturarum coalitionem. eius hoc argumentum eſt. quũ naturæ cogitãdo diſtinguuntur, etiam ipſa ſimul vocabula diſtinguũtur. Vides eũ Chriſtũ adpellare duplicẽ: Rurſus ait, Quũ naturæ cogitando diſtinguuntur, etiã ipſa ſimul vocabula diſtinguũtur. verũ videamus & ſequentia. Paulum dicentẽ audi. Vt Deus domini noſtri Ieſu Chriſti, pater gloriæ. Chriſti quidẽ ille De⁹ eſt, pater autẽ glorię. nã licet vtraque natura copulata, ſit quiddã vnũ, nõ tamẽ hoc à natura eſt, ſed propter coitionem. Audi quid dicat. Licet vtraque natura copulata, ſit qddã vnũ; non tamẽ hoc à natura eſt. Si verò non vnũ à natura eſt, relinquitur omnino, duo eſſe à natura. Idẽ in 1. ad Cledoniũ epiſt. diſertis verbis ait: Naturæ duæ, Deus & homo quẽadmodũ & anima, & corp⁹, nõ tamẽ duo filij, nec dij, ſicut nec hic quidẽ duo homines, tametſi Paul⁹ ad hũc modũ internã externãq; partẽ hominis adpellauerit. atq; vt paucis rẽ cõplectar, aliud quidẽ atque aliud ſunt ea, de quib. ſeruator cõſtat; (niſi adſpectabile ſit idẽ cũ inadſpectabili, & tẽpis expers idẽ cũ eo, ꝙ tẽpori ſubeſt) nõ tamẽ alius atq; alius. abſit hoc. ambo. n. hac copulatione vnũ ſunt, Deo nimirum humanã naturã, & homine diuinitatem ſuſcipiente, vel quocũque tandem alio verbo quis hanc rem exprimendã duxerit. Dico autem aliud atque aliud vice verſa, atq; in trinitate res habet. illic enim alius atque alius, ne hypoſtaſes confundamus: non autem aliud atque aliud, quòd tria ſint vnum & idem, quoad diuinitatẽ. Vides quam accurate de reb. diuinis loquatur? Aliud, ait, atque aliud ſunt ea, de quib. ſeruator conſtat: hoc eſt alia atque alia natura. Nam aliud, neutro genere poſitum, de natura dicitur. Alius verò, de hypoſtaſi. atque hoc progrediens vlterius manifeſto declarat. Illic, ait, nimirum in diuinitate, alius atq; alius, ne perſonas confundamus: non autem aliud atque aliud, quòd tria ſint vnum & idẽ, quoad diuinitatẽ. Quin & vlterius inquit. Sicut & illud, per Chriſtum omnia facta eſſe, & Chriſtũ in cordibus noſtris habitare, non ſecundum eam Chriſti partẽ dicitur, quæ in oculos cadit: ſed eam, quæ intellectu percipitur permiſtis videlicet, vt naturis, ſic etiam nominibus, ſeque ratione connaturalitatis inuicẽ cõplectẽtibus. Hæc de magno illo Gregor. Theol. protuliſſe ſatis eſt. Eiuſdem verò ſententiæ ſanctũ quoque Gregorium Nyſſenum epiſcopum fuiſſe demonſtrabo, in lib. ad Simplicium his verbis vtentem. Quoniã duo de Chriſto agnoſcimus, hoc diuinum, illud humanum, vnũ natura diuinum, & vnum diſpenſatione humanum: idcirco æternitatem diuinitati equidem adtribuo, creatum verò humanã ad naturã referimus. Audiſtine quo pacto & hic diuinus vir dicat, duo nos de Chriſto adgnoſcere, hoc diuinum, illud humanum. deinde, vnum natura diuinum, inquit. & progreſſus vlterius: Creatum, ait, humanam ad naturam referimus. Ecce diuinam in Chriſto naturam, & naturam humanam manifeſtè confitetur. Quin & Baſilij liber aduerſus Eunomium ſcriptus, eadem docens, hæc verba continet: Mediatorem illũ Dei & hominum, ſicut à magno illo apoſtolo adpellatur, nihil ita demonſtrat, vt filij nomen vtrique naturę, diuinæ ac humanæ, ex æquo accommodatum. Idem enim & Dei filius eſt, & filius hominis per diſpenſationem factus eſt. Vides, vti duas naturas, diuinam & humanam, confitetur? Eadem facientem videre licet in quarto eiuſdem argumenti libro, vbi hæc verba ſunt. Vbique temperamentum eius, quod humanum eſt, cum illo, quod diuinum, prædicans Apoſtolus; nihilominus in vtroque, quod cuique proprium eſt, perſpicit. Hęc & de iis, quæ vtrique naturæ propria ſunt, tradit; veluti quæ reapſe ſint, & animi conſideratione percipiantur. Hinc paulo poſt ſubiicit. Ac ne quis naturæ temperamenti experti paſſionem in cruce adtribuat, per alia clarius errorem huiuſmodi corrigit, mediatorem eum Dei & hominum, & Deum adpellans: vt, quoniam duo de vno dicantur, de vtroque quod vtrique competit, intelligatur. Hæc apertiſſimè duo de vno dici prædicat, nimirum naturas duas. Similiter & in oratione de filio ſecunda, clarius idem duarum naturarum proprietates, etiam poſt ineffabilem illam euacuationem, ſaluas & integras eſſe tradit. Credimus, inquit, in vnum Deum patrem ingenitum, & in vnum filium genitum, Ieſum Chriſtum, eiuſdem ſubſtantiæ cum patre, ſecundum diuinitatem; & nobiſcum, ſecundum carnem: non duos, ſed vnum filium, ſaluis naturarum proprietatibus. Quin & magnus Ambroſius, Mediolanenſiũ pontifex, ad Apollinarim ſcribens, ſic ait: Diſcrimen carnis & diuinitatis ſeruemus. Vnus in vtroque loquitur filius, quoniam

Duabus auibus quæ ad purgationẽ aſſumebãtur duplicẽ Chriſti naturã intellexit D. Cyrillus.

Ex paſſione Dominica in Chriſti humanã naturam colligit B. Cyrillus.

Nazianzenus.

Eſt in Chriſto aliud & aliud ſed nõ alius & alius quia aliud dicit naturam ſunt autem naturæ in Chriſto diſtinctæ: alius verò quia dicit perſonam vnica autem in Chriſto perſona eſt & hypoſtaſis. Contra fit in trinitate.

G. Nyſſen.

Baſilius.

Chriſtus ex duplici natura mediator Dei & hominum dignoſcitur.

Confeſſio fidei D. Baſilij de Chriſti duabus naturis.

Ambroſij loci. Primus nõ extat in editis.

vtraque natura in ipſo eſt: verum licet idem loquatur, non vno tamen modo loquitur. Nam vides in eo nunc quidem Dei maieſtatem, nunc autem paſſiones hominis. Conſentanea vero iam dictis & in ſecundo ad Gratianum Auguſtum libro tradit. Homo Ieſus Chriſtus, dominus maieſtatis, dicitur crucifixus, quia conſors vtriuſque naturæ, id eſt, humanæ atque diuinæ. Sed & in libro ad Sabinum epiſcopum idẽ vir ſanctiſſimus ait. Quũ eſſet in proprietate diuinitatis, exinaniuit ſe, & accepit plenitudinem naturæ & * perfectionem humanæ ſicut Deo nihil deerat, ita nec hominis conſummationi; vt eſſet perfectus in vtraque * natura. GENERALIS. Equidem arbitror ante multos annos curæ tibi fuiſſe, libros vti colligeres, ſanctorúmque virorum auctoritates de naturis duabus excerperes. THEORIANVS. Ea verò multæ curæ, multíque temporis egent, quæ rara ſunt, & inuentu difficilia. De duab. autem naturis non penuria, ſed ſupra modum ingens abũdantia copiáque reperitur in omni à ſpiritu Dei profecta ſcriptura, quanta ſcilicet eſt aeris late diffuſi amplitudo. Quare ſi etiam pluribus opus ſit, paratus ſum & alias proferre. Et quidem mox licet audiamus magnum illum philoſophum atque martyrẽ Iuſtinum, de iiſdem loquentem in libro de Trinitate, capite decimo ſeptimo. Quum audieris, inquit, de vno filio voces contrarias, conuenienter partire naturis ea, quæ dicentur: ſi magnum ac diuinũ aliquid, diuinæ naturæ adtribuens; ſin exiguũ & humanum, ad humanam naturam referens. Sic enim & ipſarum vocum diſcrepantiam vitabis, natura qualiber ſibi cognata recipiente: & vnũ filiũ tam ante omnia ſæcula, quam recens ortum iuxta litteras ſacras confiteberis. Hęc diuinus ille Iuſtin. Ioannes autem Chryſoſtom. in epiſtolæ ad Timotheum ſcriptæ interpretatione ſic ait: Mediator amborum conſors eſt, quorum ſcil. eſt mediator. quippe mediatoris eſt, vt coniunctus eorum vtrique, quorum mediator eſt, participet. Ac paulo poſt. Si ergo nõ coniunctus eſt cum natura patris, non eſt mediator, ſed eſt ab eo ſeparatus. Quemadmodum enim cum hominũ natura coniunctus eſt, quoniam ad homines venit: ita & cum Dei natura, quoniam à Deo venit. Cum hiſce ſanctis patribus conſentiens ſancta illa, magnáque & vniuerſalis ſynodus, Chalcedone nutu Dei, pioque decreto Auguſtorum cõgregata, ſtatuit vnum & eũdem eſſe Chriſtum, filium, dominum, vnigenam, in naturis duabus citra confuſionem, mutationẽ, diuiſionem, ſeparationem adagnitum: nequaquã naturarum diſcrimine ſublato propter vnitionẽ, ſed ſalua potius proprietate vtriuſque naturæ, ac in vnam perſonam & vnã hypoſtaſin coeunte: non in duas perſonas partitum vel diuiſum, ſed vnum & eumdem filium vnigenam, Deum ſermonẽ, dominum Ieſum Chriſtum. GENER. Omnino duas dicere naturas, ſpeciem quamdam diuiſionis introducit: ac vereor equidem, ne deuitato Eutychis baráthro, quod eſt vnam naturam dicere, in Neſtorij barathrũ incidamus, per duas naturas, duas perſonas introducentẽs. THEORIANVS. Neſtorius vero duas naturas ſeparatas aiebat, non vnitas in vnã perſonã. atque hoc ſane denotans ſanctus ille Cyrillus, in epiſtola, quam ad Eulogiũ ſcripſit, ait: Sic & in cauſa Neſtorij. quã vis duas naturas, diſcrimẽ carnis & ſermonis ſignificãs, dicat. (alia nãque natura ſermonis eſt, alia carnis) vnionẽ tamen nobiſcum non cõfitetur. Nos enim his vnitis, vnũ Chriſtum, vnũ filium, vnum dominũ cõfitemur; vnam denique naturã ſermonis incarnatã. Tu igitur, iuxta ſapientis illius Solomonis admonitionẽ, nec ad dextram, nec ad ſiniſtram inceſſeris; ſed media regiáque via. Sunt enim quatuor hæreſes, ex diametro inter ſe pugnantes: duæ de diuinitate, ac duæ de humana natura. In diuinitate Sabellius quidem aiebat eſſe naturam vnam, & vnam hypoſtaſin: Arius verò tres hypoſtaſes, ac tres naturas diuerſas & alienas à ſe inuicem. Nos verò nec in vnum tria cõmiſcemus, ne Sabellij morbo laboremus: nec in tria peregrina & aliena inter ſe diuidimus, ne in Arij ſurorem incidamus: ſed naturam vnam in tribus hypoſtaſibus prædicamus. Rurſum de incarnatione Dei ſermonis velut ex diametro inter ſe pugnabant Neſtorius & Eutyches. quippe Neſtorius aiebat duas naturas ſeparatas & duas perſonas, & duos Chriſtos, & duos filios: Eutyches verò naturam vnã, & vnam hypoſtaſin. Nos autem dicimus vnam hypoſtaſin, vnũ Chriſtum, vnum filiũ, in duabus perfectis naturis, diuinitate inquã, & humanitate; inſeparabiliter & citra confuſionem vnitis. Itaque ſemita media regiáque, ſicuti diximus, incedito: (quemadmodum Gregorius ille Theologus ait: Medium quũ dico, veritatem intelligo: ad quã ſolã ſi reſpiciemus, recte faciemus) nec eſt quod numerũ duûm reformides. Quemadmodũ enim, quũ in diuinitate tres hypoſtaſes dicimus, nullã naturæ diuiſionem facimus: ſic & in hac diſpenſatione, quũ duas naturas dicimus, nullam ipſius hypoſtaſis diuiſionem facimus, atq; hoc illud eſt, quod Gregorius Theologus in 2 ad Cledonium libro dicit: Dico autem aliud atque aliud verſa vice, atque in trinitate res habet. illic. n. alius atque alius, ne hypoſtaſes confundamus: nõ autem aliud atque aliud; quod tria ſint vnum & idem quo ad diuinitatẽ. Recte verò quãlibet ſeriem verborum religioſi huius theologi conſidera. Dico, inquit, in Chriſto aliud atque aliud. nam aliud neutro genere poſitum, naturam ſignificat; adeoque aliam atque aliã naturã in Chriſto dicit. Alius verò ſignificat hypoſtaſin. ideo ſubiecit: Non alius atque alius. Etiã illud inſpice: Verſa vice, atque in trinitate res habet. Nã in trinitate vna natura eſt, ſed non itidem vna hypoſtaſis. In Chriſto autem vna hypoſtaſis eſt, at non itidem vna natura. hoc ſcil. denotat illud, Vice verſa. Nam ibi natura vna eſt, ac tres hypoſtaſes: hic autem vna hypoſtaſis, & duæ naturæ. His dictis, religioſiſſimus epiſcopus Gregorius, ſanctiſſimi Generalis conſobrinus, voce magna exclamabat: Ego Romanus ſum. Anathema non dicenti duas in Chriſto naturas. Poſtridie religioſiſſimus Sappirij Epiſcopus aduenit. itaque cum illo Generalis ſeorſum ea communicabat, quæ de propoſita quęſtione dicta fuiſſent. Etiã oſtendit ei quaſcúmque ſanctorũ hominũ auctoritates habebat, duas in Chriſto naturas dicentium. At is, quòd diſertus eſſet, ad lubitum ſuum eas peruertebat. itaque quum Generalis eum valde reſiſtentem, ac repugnantem depræhenderet; nos arceſſebat, & his verbis vtebatur: Petrus hic Epiſcopus, qui præſens eſt, colloqui tecum de argumẽto, quod inter nos

Epiſtolarum lib. VII. ep. xlvij.

** Noſtri legunt, perfectionis.*

** Noſtri forma.*

Iuſtinus.

Chryſoſt.

Concilium Chalcedonenſe.

Error Neſtorij. Con... Neſto... ...robat

poſita duplici natura in Chriſto duas hypoſtaſes & perſonas non eſſe cõcludendum.

Sabellius, Arius. quatuor hæreſes duæ de diuinitate, duæ de humana natura pugnantes improuida de Deo hominum cogitatio peperit.

De Neſtorio & Eutyche.

Vt ſatiſfaciat generali Armeniorum docet etiã ſi duplex natura duplicem perſonam non eſſe conſtituendam.

De hypoſtaſi & natura. Hæc repetuntur ex ſuperioribus.

Rationibus ſuperius allatis conuictus [illegible] cop[illegible] mentum in ſententiam eccleſiæ Romanæ de Chriſti duabus naturis deſcendat.

A nos tractamus, cupit. Ait enim, ſanctum virum Cyrillum vnam dicere naturam poſt vnitionem. Theor. Vbinam hoc, domine epiſcope, ſanctus Cyrillus dicit? Episcopvs. In ſecunda ad Succeſſum epiſtola, aduerſus eos, qui dicunt: Si vna natura facta eſt poſt vnitionem, neceſſe eſt eũ in natura ſua paſſum: ſic ad verbũ ait, Qualia vero paſſum ipſum in natura propria neceſſe eſt, ſi poſt vnitionem, vna filij natura dicatur incarnata: Videſne, quod poſt vnitionem, vnam naturam dicat? Theori. Et quænam eſt illa propria filij natura, in qua neceſſe non eſt, eum eſſe paſſum? Episcopvs. Diuinitas filij. Theorianvs. Ergo filius in B natura propria non eſt paſſus? Episcopvs. Abſit hoc. quippe natura diuina ſic comparata non eſt, vt pati poſſit. Theorianvs. Tamen reapſe Chriſtus paſſus eſt? Episcopvs. Vero, ſed in natura noſtra, quæ ſic comparata eſt, vt patiatur. Theor. Ergo Chriſtus naturas duas habebat, vnã ſic cõparatam, vt pateretur: alteram, vt non pateretur.

Noua concertatio cũ Epiſcopo Saporis qui diſputationi ſuperiori nõ interfuerat.

Aduerſus naturarũ in Chriſto diuerſitatem propoſitur Cyrilli contextus.

Theorianus argutè & cum vehementia vrget aduerſarium.

His quum obthuratum eſſet os religioſiſſimo Petro, ſupradictus religioſiſſimus epiſcopus Gregorius ſurgens: Ego Romanus ſum, inquit, & cum Romanis ſentio. Poſt biduum rurſus acceſſimus, aſcendimus in cœnaculum, ad ſanctiſſimũ Generalẽ. quumque conſediſſemus, omnes ſic adloquutus C eſt: Nihil ambigui eſt, duas in Chriſto naturas dicere, ſi cõfiteamur eas vnitas inſeparabiliter in vnã hypoſtaſin. quemadmodum ſanctus ille Cyrillus in prima ad Succeſſum epiſtola loquitur: Quantum, inquiens, mente atque oculis animi duntaxat videre poſſumus, quo pacto vnigenitus ille factus ſit homo: duas eſſe naturas dicimus vnitas, at vnũ Chriſtum, & filium, & dominum, Dei Sermonem, qui homo factus & incarnatus eſt. Quinetiã omnia illa lumina eccleſiæ, quorum auctoritate antea philoſophus adduxit, hoc ipſum expreſſe clamant. itaque manifeſtis, & apertis, & veris aduerſari, non eſt hominis Chriſtiani. ac de his quidem poſthac minime laborandum. Quid autem prohi- D bet, quo minus & duas naturas in vno Chriſto, & vnam naturam, propter exceptam diuiſionis & ſeparationis naturarum vnionẽ, cõfiteamur? quippe ſanctum illum Cyrillum in altera ad Succeſſũ epiſtola, ſic diſertè dicentem, reperimus: Nõ de iis duntaxat, quæ natura ſimplicia ſunt, vnum vere dicitur: ſed etiam de illis, quæ compoſitione copulata ſunt. quale quiddam eſt homo, ex animo & corpore conſtans. nam ea diuerſæ ſunt formæ, nec eiuſdem inter ſe ſubſtantiæ: verum vnita, naturam hominis vnam abſoluunt, quoniam igitur ex animo & corpore, quæ diuerſæ naturæ ſunt, vna natura hominis abſoluitur, atque dicitur: non abſur- E dum arbitror, ex diuinitate humanitatéque Chriſti, vnam abſolui dicíque naturam. Hoc ſoluito, ac ſatisfactũ nobis erit. Theorianvs. Satis erat magnæ ſanctitati tuæ ad hoc, vt perſpiceres, non vnam eſſe dicendam naturã in Chriſto poſt vnionem, prolata ſancti viri, Gregorij theologi, à nobis auctoritas; quæ exſtat in altera de filio oratione, ac huiuſmodi verba continet: Licet vtraque natura copulata, ſit quiddam vnum; non tamen hoc à natura eſt, ſed propter coitionem. Quum ergo dicit, Non hoc à natura eſt, dare ſcil. prohibet, ne vtraque copulata, vnum natura dicantur. quid dilucidius hoc requiris? Generalis. Sic

Iterũ Gregorius alta voce ſe Romanũ profitetur nouiſſima argumentatione cõfirmatus.

Poſtquam probatum eſt duplicẽ in Chriſto naturã dubitat generalis an liceat dicere ex duabus naturis diſtinctis vnam cõſtare: Dubitationis cauſam ex hominis compoſitione petit Theorianus ſatisfacit quæſtioni propoſitæ ne probans poſt vnionem fatẽdum ſem-

Appendix.

textus in Armenica ſcriptura non habet. Theorianvs. mendoſus eſt ergo liber tuus. Mox Theorianus, qui eius dicti Syriacam interpretationem exceptam haberet, eam Generali porrigens, ait: Lege domine. Generalis autem acceſſito quodam ex iis, qui Syriace legere noſſent, legi iuſſit, & ita ſcriptum reperit, vt Theorianus dixerat. Itaque Theorianus: Huccine ſufficit, inquit, domine? an etiam & aliam requiris auctoritatem? nam equidem, Syriace non noui, ſed ita perſcriptum in Syrorum libri Ceſſuuij reperi, atque hoc reperto, maximopere gauiſus ſum. Generalis. Quando in Armeniorum ſcriptura textus ita non habet, aliunde certior fieri volo, debere nos duas in Chriſto naturas poſt vnionem fateri, non vnã. Theorianvs. Facillimum id quidem ei perſpectu, qui agere malitioſe nolit. Generalis. Mihi verò ne contingat vnquam agere malitioſè, præſertim diuinis in rebus; nec vlli alij, qui ex Chriſti præſcripto viuere velit: ſed confirmari deſidero, ne inconſideratè, perque ſubreptionẽ pronuntiem. Theorianvs. Fateris vnitas eſſe naturas citra mutationem & alterationem? Generalis. Omnino. quippe ſanctus ille Cyrill. in epiſtola ad Succeſſum ſic ait: Illa eſt, quod abſurditatem adnet dicere; corpus eſſe mutatum in naturam diuinitatis: &, Sermonem eſſe mutatum in naturã carnis. nam ſicut hoc fieri nequit, quum ipſe ſermo ſit incommutabilis, & alterationis expers; ita nec illud alterum. non enim creatorum quidquam ad naturam diuinitatis tranſire poteſt. & caro quoque creatura eſt. Theorianvs. Ipſe nos ſublevaſti à negotiis, qui ſanctum Cyrillum teſtem doctrinæ noſtræ produxeris. Nam ſi fieri nequit, vt in ſubſtantiam vel naturam diuinitatis creatum aliquod tranſeat; & ipſa quoque caro, creatum eſt: quidnam de hoc colligatur, ipſe dicito. Generalis. Quid hoc ſit, ignoro. quidnam eſt, quod colligis? Theorianvs. Carnem & ſermonem non vnam eſſe naturam. Generalis. Equidem non oblitus ſum eorum, quæ à ſancto Cyrillo prolata ſunt antea, quum diceret: Quale quiddam eſt homo, ex animo & corpore conſtans. nam ea diuerſæ ſunt formæ, nec eiuſdem inter ſe ſubſtantiæ: verum vnita, naturam hominis vnam abſoluunt. En hic quoque naturæ duæ, anima & corpus. neque tamen vel anima corporis in naturam conuerſa eſt, nec corpus in animæ naturam tranſiit: ſed ambobus intra fines ſuos manentibus, vna de his abſoluta natura eſt. itaque non eſt ex eorum numero, quo fieri nequeunt, ex duabus naturis vnam fieri naturam. nam ecce hoc in hominis eſt compoſitione. Theorianvs. Exemplum illud noſtræ compoſitionis ad hoc duntaxat à ſancto Cyrillo eſt vſurpatum, vt oſtenderet, poſſe de duabus ac diuerſis naturis vnam hypoſtaſin fieri: ſicut ex animo & corpore Petrus, verbigratia, vel Paulus. Pugnans enim contra Neſtorium, qui fieri poſſe negaret vnam ex diuerſis naturis hypoſtaſim, ideoque in duos Chriſtos, & duos filios, vnum & impartibilem Chriſtum ſtultè diuideret; hominis exemplum adduxit, vt oſtenderet, quemadmodum ex anima & corpore conſtet vnus homo: ſic ex diuina humanáque natura Chriſtum vnum exiſtere.

per eſſe duas in Chriſto naturas.

Naturæ vniuntur citra mutationem.

Locus Cyrilli de anima & corporis vnione explicatur

Cur natura vna in homine cōposito ex animo & corpore.

Exponamus & cauſam, ſi placet, ob quā in homine A cōpoſito ex anima & corpore, natura dicatur vna. Quippe dicimus, Naturam humanā à Chriſto inſtauratam: non autem, naturas inſtauratas: Itidem quoties diui patres duas naturas in Chriſto dicūt, animam & corpus, vnam naturam, accipiūt, At in Chriſto naturam vnam dicere prohibitū eſt. GENERALIS. Cognoſcere primum cupio, à quibus ſit prohibitum, naturam vnam in Chriſto dicere: deinde cauſam, ob quam ſit prohibitum, ſi placet, audiemus. nam mihi quidem ab aliquo ſanctorū patrum hoc eſſe prohibitum, nō videtur. THEOR. Ex eo, quod duas illi naturas dicunt, vnam nō eſſe dicendam, intelligitur. Nam ſi duæ, non vna: ſin vna, non duæ. GENER. Ex eo duntaxat prohibitū B ais, quod duas ipſi dicāt: an & auctoritates habes, quæ hoc diſertè prohibeant? THEOR. Sans hoc eſſe tibi debebar verum & ſanctorū magnorúmq; hominum auctoritates habeo, diſertè hoc prohibentes. Ac Gregor. quidem Theologi dictū illud, licet vtraque natura copulata, ſit vnū quiddā, non tamē hoc à natura eſt: illud igitur omittere lubet, quando tu ſic in Armenic: libri textu ſcriptum negas: producam verò ſanctum illum Ambroſium, Mediol. epiſcopum ſic expreſſe loquentem in lib. aduerſus Apolinarim: Emergunt alij, qui carnem domini dicant, & diuinitatem, vnius eſſe naturæ. C Quæ tantum ſacrilegium inferna vomuerūt: Eadē diuus ille Gregorius Nyſſenus, in libro & ipſe aduerſus Apollinarim ſcripto, clamat: Si ergo in aduerſantibus ſibi proprietatibus, horū vtriuſq; natura cernitur, carnis inquā, & diuinitatis: quomodo duæ ſunt vna? D. quoque Chryſoſt. in epiſt. ad Acaciū monachū ait: Vnum filiū, vnā dico perſonā vtraque copulata; quæ tamen citra confuſionē, ac diuiſionē, adgnoſcatur: non in vna ſola natura, ſed in perfectis naturis duabus. Quid ad hæc ais? GENER. Nō iam hoc pronūtiandę ſentētiæ, ſed exercitationi modo deſtinatū tēpus eſt. Suo vero tempore quid mihi videatur, adhibita cautione cōuenienti & accurato iudicio, pronūtiabo. Ceterum ſi D placet, promiſſo fac ſatis. THEOR. Cui? GENERALIS. Cauſam dicito, propter quā prohibitū ſit, vnā in Chriſto naturā dicere. THEOR. Quorum vna natura eſt, eorum & cōmunis eſt ratio. quorū verò ratio & communis, eorum & eiuſdē ſubſtantiæ eſt exiſtentia. Nunquā verò Chriſti diuinitas eiuſdem eſt ſubſtantiæ cū eius humana natura, itaque non poteſt horum vna eſſe ratio. quorū verò nunquam vna ratio eſt, eorum naturas ſemper à ſe inuicē differre, cuiuis eſt perſpicuū. quippe ſicut negantri opponitur aiens, ſic dicere, Chriſtum naturas eſſe duas, opponitur illi; Chriſtū eſſe naturam vnam. Nunquā verò negās & aiens de eodem pa- E riter vera ſunt. ergo nūquam duæ ſunt vna. Quod ſi placet etiā modo logicæ diſciplinæ magis accōmodato theorema propoſitū examinemus. GENERALIS. placet omnino. THEOR. Quidquid exiſtit, ſi vnū eſt, & plura: non ſecundū id vnū eſt, ſecundū quod plura: ſed ſi eſt vnū & plura, ſecundū aliud eſt vnum, & ſecondū aliud plura. Plura verò dico, quæ plus vno ſunt. ſicut exēpli gratia videmus in ſacroſancta trinitate, quæ vnū eſt, & plura. vnū, natura: plora pſonis. Igitur alteri⁹ reſpectu, eſt vnū; & alterius, plora. Nequit ergo fieri, vt eatenus plura ſit, quatenus eſt vnū: vel eaten⁹ vnū, quatenus plura.

Ambroſius de incarnationis ſacramēto, cap. 6.

Rationem reddit cur non liceat dicere naturam vnā in Christo.

Demōſtratio Geometrica: qua docet vnū & plura de eodē dici nō poſſe reſpectu eiuſdem.

A nam ſi fieri poteſt, eſto, diuinitas ſecundum hypoſtaſes vnum quiddā: (nequit autē hoc eſſe) vel viciſſim, ſecundum ſubſtantiā multa ſit, quod ipſum quoque nō poteſt eſſe. Sic & de Chriſto, Pro confeſſo eſt, vnum quid eſſe, ſecundū hypoſtaſin. Rurſus in confeſſo eſt, iuxta ſanctorum patrū auctoritates Chriſtū eſſe duo, reſpectu naturarū. nequit ergo fieri, vt vnum ſit, quo ad naturas. Quidquid igitur exiſtit, ſi vnum eſt, & plura; reſpectu alterius vnum eſt, & alterius reſpectu, plura: quod demonſtrādū erat, vt Geometrarū more loquamur. Per Geometricas n. neceſſitates, quas vocāt, theorema demonſtratum eſt. GENER. Ego naturam vnam dico reſpectu indiremptæ vnionis, ne Chriſtus in duos B Chriſtos diuidatur. THEOR. Vtram ergo naturam dicis? diuinam, an humanam? an præter has aliam? nec diuinam. ſ. nec humanam? GENER. Vnā naturam compoſitam dico ex diuinitate ac humanitate. THEOR. Si vnam naturā compoſitam dicis, mutationem & confuſionem naturarum introducis, ex quib⁹ vna fuerit compoſita natura. Iā, ſi placet, in vna quadā compoſita natura propoſitam quæſtionē exploremus. Hoc lignū vnius eſt omnino compoſitæ naturæ. Nā ex terra, & aqua, & igne, & aere conſtat, & eſt iā vna natura de his compoſita. verū mutatio & alteratio præceſſit earū naturarū, de quibus factum eſt: & iam nec eſt, nec dicitur ali- C quid earum naturarū, de quibus eſt compoſitum. quippe nec ignis eſt, nec eſſe dicitur, nec aliod qd eorū, quæ ad ipſius cōpoſitionem cōcurrerunt. At ea nō eſt in Seruatore ratio, ſed naturæ manſerunt incōmutabiles, vnione indiſſolubili ad perfectionem vnius hypoſtaſis cocūntes: ac nunc quęliber in vnū cocuntiū naturarū & eſt & dicitur mutationis expers. propterea idē perfectus Deus, & homo perfectus eſt atq; dicitur. quippe nō antegreſſa eſt eorū aliqua miſtio, vel mutatio, vel cōfuſio quę ad cōſtituendū Emmanuelē coïuerunt, nequit igitur vlla natura cōpoſita eſſe Chriſtus. nā hoc in ligno, aliiſq; talib⁹ locū habet. GENER. Cur ſancti patres D exemplū illud hominis vbique ſurſum (qd aiunt) ac deorſum, ad diſpenſationē ſeruatoris accōmodant, ſi quidem eius ſimilitudinem nō retinet, cuius exemplū eſt? THEOR. Proferunt illi ſancti viri hoc de nobis ipſis exemplum, ad declarandū iſtud circa Emmanuelem myſteriū, vt demonſtrent; vnū eſſe Chriſtū, non duos, vti Neſtorius aiebat, vt ſuperius eſt indicatum: licet exemplum ipſum in altero nō procedat. GENER. Quātum ergo prodeſſe videtur ad inſtitutum tuum, tantum de hoc exemplo admittis: quantum verò repugnat reiicis. THEOR. Meritò id quidem. Hoc enim ſcriptura ſacra in exemplis facere cōſueuit. Nimirum alicu- E bi ſeruator noſter ad diſcipulos ſuos inquit: Sequimini me, ac faciam vos piſcatores hominū. Ergo ſi exemplum per omnia ſeruabimus, dicēdum erit, apoſtolos è vita traxiſſe homines ad mortem. hoc enim piſcator facit. trahit piſces ad eorum interitum. ſed abſit, vt ita de rebus Chriſtianis ſentiamus. Rurſus alio loco ſcriptura de Chriſto dicit: Procumbens ſopitus eſt inſtar leonis, & catuli leonini: quis excitabit eum? Itaque niſi piè huiuſmodi accipiamus, & ad ſacrę ſcripturę ſcopum ea dirigamus, atque interpretādo duntaxat eò referamus; quò pertinet: non tantum in abſurditates, ſed etiam contumelias infinitas prolabemur.

Probat in Chriſto eſſe nō poſſe naturā cōpoſitā ex diuina & humana.

Exēplorū in ſacris ratio. hæc eſt non vt in omnib⁹ conueniāt ſed in his ſolis quæ ad rē videtur facere.

Gen. 49.

GEN.

GENER. Sapientiſſime loqueris. verum vti tu dicis, exemplum hoc hominis eo tantû à ſanctis patribus vſurpatum, vt oſtédatur, quemadmodũ ex anima & corpore vnus homo coaleſcit; ita & Chriſtum vnũ ex diuinitate humanitatéq; conſtare: ſic & ipſe dicere poſſum, eos ad hoc ſumere illud hominis exemplum, vt oſtendât perinde, atq; anima & corpus vnam hominis naturã abſoluant, vti ſanctus Cyrill. loquitur: ita etiam ex diuinitate atque humanitate naturam vnam eſſe abſolutam, nec in homine mutationem naturarũ deinceps compoſitarum comitatam, nec in Chriſto. THEOR. Niſi prohibitum eſſet à ſanctis patribus, ne vnam in Chriſto naturam, poſt factam vnionem, dicamus: fortaſſis auſus fuiſſet aliquis indê, vt tu dicis, hoc exemplum interpretari; licet ipſa rerum natura ſic illud accipi non permittat, vti demonſtrabitur. nunc quum tales ac tot ſancti viri hoc prohibuerint, tamquam ſacrilegum: (Quæ, inquit diuos ille Ambroſius, tãtum ſacrilegium inferna vomuerunt?) ceu piũ recipere, hominis nulla mente præditi fuerit. GENERALIS. Dixiſti ſupra, ne ipſam quidem rerum naturã pati, vt ſic accipiatur. quidnam igitur eſt impedimento? quove pacto natura rerum in his aduerſatur? THEORIANVS. Natura de vniuerſalibus & communibus dicitur, nõ de particularibus & indiuiduis. Homo quiddam eſt vniuerſale. nam de Petro, & Paulo, & omnib⁹ ſingillatim hominibus prædicatur. quapropter & vna natura dicitur. Omnes enim homines ex anima ratione prædita & corpore conſtant, hominiſque definitionem recipiunt, nimirũ hanc: Animal ratione præditum, mortale. Definitio vero naturã rei ſubiectæ demonſtrat. quam ob cauſam indiuidua propriam definitionem non habent. Chriſtus autem nec vniuerſale, nec commune quiddã eſt. vna nimirum eſt hypoſtaſis, vna perſona, quaſiq; indiuiduum. non enim alij Chriſti ſunt, ex diuinitate atque humanitate conſtantes, de iis vt prædicetur. Ea propter vna nequit eſſe natura. nam particularis & indiuidua natura reperiri nequit, ſed omnis natura vniuerſalis eſt, deque pluribus dicitur. Non longe abeamus. natura diuina prędicatur de patre, de filio, & ſpiritu ſancto: itidémque angelorum natura de Michaelo, Gabrielo, cęteris: hominum deniq;, de Socrate, Platone, de reliquis particulatim hominib⁹. Similiter & bos, & equus aliáque talia, de omnibus ſub ſe indiuiduis. Quoniam ergo natura quiddã eſt vniuerſale, Chriſtus autem quiddam vniuerſale non eſt: manifeſto patet, homines recte ſentientes nunquam dicturos vnam naturã. Itaq; quũ & ab ipſa natura rerũ, & à ſanctis viris interdictum ſit: non modo ſuperuacaneum, ſed nimis audax quoq; mea fuerit opinione, vnã in Chriſto naturã dicere. GEN. Meum verò animũ Cyrilli verberat auctoritas, quum ait; Vna natura Sermonis incarnati. Nam ſępenumero mecum ipſe conſiderans, perſpicere non potui, quam ob cauſam dixerit vnam naturam Sermonis incarnati. quapropter agitata mens mea, ceu dixi, ſurſumque pedibus ſuis, vt ita loquar, requietẽ quærens: tandem in eam ſententiam venit, vt diceret: Niſi voluiſſet indicare, naturam vnã ſermonis & carnis eſſe poſt vnionẽ; nũquam hoc protuliſſet. quippe nullus hæreticorũ naturas duas Sermonis dixit, vt aduerſus illius opinionẽ diuin⁹ hic vir di-

Retorquet generale exemplũ ab anima & corporis vnione ad confirmandam vnam naturam in Chriſto.

Probat logica ratione repugnare rerũ cõſtitutioni naturali vnam in Chriſto naturam ponere.

De Cyrilli loco.

ceret naturã Sermonis vnã. THEOR. Fortaſſis illius magni Athanaſij librũ aduerſus Arianos quartum nõ legiſti. quippe ſi legiſſes, nullã mẽs tua ſuccuſſionẽ experiretur. Nã ex eo cognoſcere licet, Ariũ tradidiſſe duas naturas Sermonis, vnã creatam, & alterã increatã. Dicit enim in eo libro magniũ illud lumẽ orbis Athanaſius: Beatus ille Alexãder Ariũ expulit eccleſia, proferentẽ hæc ſacrilega: Nõ ſemper Deus pater, non ſemper erat filius. Item, de nihilo filius eſt, & creatura eſt, & exiſtendi principiũ habet. nã quum Deus nos creare vellet, tunc enim propter nos fecit: & ex quo factus fuit, adpellauit eũ ſermonẽ, & ſapientiã, & filium. Sermonẽ vel rationem, propter creata ſermone rationéq; prædita, quæ condidit: ſapiẽtiam, propter eos, quos erudiit: filium, propter eos, quos adoptauit. Addebat etiã, alium eſſe in patre à natura, & propriũ ſubſtãtiæ ipſius Sermonem ac ſapientiam, in quo illum fecerit: quodq; natura ſua mutationi ſit obnoxius, & per cõmunicationẽ, vt homines iuſti, Deus appelletur; alienus interim à Dei natura. Item vt erucam & bruchum, ſic & ipſum poteſtatẽ Dei dici. Patrem quoq, filio inadſpectabilem eſſe. nã filiũ, qui principium habeat, expertem principij nõ poſſe perfecte cognoſcere. Nec tantum illum accurate patris naturã nõ noſſe, ſed ne ſuã quidẽ. Huiuſmodi alia quoque nugabatur. & hęc quidẽ ex illo magno Athanaſio. Dicam⁹ & nos quæ diuerſis ex patribus excerpſimus, vnde ſuum ille deliriũ cõfirmauerit. Probãs enim, alium eſſe inſitũ patri Sermonem, & ipſius ſubſtãtię proprium, dixiſſe Chriſtum ad Iudæos aiebat: Noui patrem, & Sermonẽ eius ſeruo: quibus in verbis eum ſermonem intelligebat, quem inſitum ipſe dicebat, ignorãs Chriſtum hic ſermonem vocare voluntatẽ patris. Præterea dicebat, patrem ad filium hæc verba protuliſſe: Deutero ante luciferũ te genui. Et alibi ad populũ, propter Iordanẽ: Hic eſt filius meus dilect⁹. Et in trãsformatione ſimiliter. iſmc aiebat. Si pater per ſermonẽ ad filiũ loquebatur, alius ſcil. erit ſermo, quã filius. Igitur aduerſus hãc opinionem magnus Athanaſius ille dimicãs, vnã naturam Sermonis incarnatã dicebat, non vnam increatam & Dei ſubſtantiæ propriam, aliam creatam & ab eadem alienam. Atque hinc beatus ille Cyrillus id verbũ mutuatus, vnam dixit naturam ſermonis incarnati. Et hoc eſt, quod ait; vti patres loquuti ſunt: patres adpellãs magnũ illũ Athanaſium, & reliquos, q ſe impio illi Ario oppoſuerũt. GENER. Plurimũ mihi profuiſti, mi frater. ignorabam, enim ex hęreticis aliquẽ hoc dixiſſe. nũc mẽs mea, perceptis magni Athanaſij verbis, quietẽ adepta eſt. THEOR. Habes, ſanctiſſime domine, teſtimonia ſanctorũ hominum plura de eo, quod naturas duas in Chriſto & credere debeamus, & cõfiteri; miniméq; naturam vnam in eo dicere. quin & cauſam audiuiſti, propter quam patres dixerint vnam naturã incarnatã. itaque nihil poſthac negotij nobis de hoc faceſſes, ſed malam in rem eat vnius in Chriſto naturæ cõfeſſio. nam ex ea non exiguũ naſcitur offendiculũ. nec ignorat magna ſanctitas tua, vocem aliquando non malã, quæ male tamen ab aliquibus intelligeretur & exponeretur, reiectione dignã à patribus eſſe iudicatam. qualis & Chriſtiparæ vox eſt, Deiparę, virgini tributa. Nam & Chriſtiparã dicere poteramus. Chriſtum enim peperit, Deũ & ho-

Obiectionis ſolutio

Athanaſius de Ario. cuius errores ſigillatim enumerat.

Arij rationes.

Breuis repetitio eorum quæ hactenus diſputata ſunt.

Cur Mariam dici deiparam voluerint patres.

minem;quod ipſum nomen proprie deuotat. Sed (A) quod eius nominis ſignificatum à Neſtorio nequiter acciperetur,veluti ſacrilegum à ſanctis hominibus repudiatum eſt. Debes ergo, ſanctiſſime domine,illam quoque vocem,iudicatam à ſanctis ſacrilegam,(quæ tantum, ait Ambroſius, ſacrilegium inferna vomuerunt?) vti ſacrilegam, miſſam facere: nec iudicium tuum illorum iudicio firmius ducere, nec pati, tuum vti iudicium pluribus,occaſionem offendiculi præbeat. GENERALIS. Recte dicis. ſed date mihi quartæ ſynodi de fide definitionem. quam qnum ei obtuliſſemus, ad quietem nos compoſituri diſceſſimus.

Poſtridie eius diei, epiſcopus Ceſſuuij Ioannes Syrus adpulit; (B) & intellecto Generalem Armeniorum, multoties habito cum Romanis colloquio, verbis eorum adſentiti, iamque per omnia cum eis connenire: (probat enim aiebant alij, quę ab ipſis dicuntur,nihil adfirmans extra ſacras ſcripturas à Romanis proferri: ſed ex ſanctis patribus,quos ipſi quoq; veneramur, ſuam eos doctrinam adſerere) ad Generalē adſcendit &: Qnid hoc rei eſt,inquit, domine, quod de tua inſigni ſanctitate audio?Tune Romanis, errores Neſtorij probantibus,adſentiris?GENERALIS.Ego Romanis non adſentior.immo nec patriarchæ Conſtantinopolitano,nec ipſi excelliſſimo ſupra om- (C) nes imperatori, vel ꝑpter dignitatem patriarchá, vel maieſtaté imperatoriá paruiſſem; niſi veritaté ipſe adgnouiſſem.Eá verò negare nequeo,nec ſanctis patribus aduerſari poſſum. Reſpondit Generali SYRVS. Audiui te quoq; naturas duas in Chriſto cōfeſſum eſſe.Noſti vero,Neſtorij nos opinionem,ſequi,ſi duas naturas cōfiteamur;&pro Trinitate quaternioné,propter naturę alterius acceſſionem,habituros.GENER.Heri,ac nudiuſtertius, propéque totam hanc ſeptimanam,plurimum laborauimus,quotidie colloquentes.Hodie verò,& cras, quieſcere volumus,animúmque remittere. Poſt triduum verò, ſi placet, nobiſcum aderis in colloqoio,quodque tibi ad animum acciderit,di- (D) ces,nos quidem id lubenter audiemus. Cæterum vbi aduesperaſſet, acceſſit ad Theorianum doctor Bartan,neſciéte Generali,& ait:Epiſcopus ille Syrus,&noſter Generalis,totá hodie dié inter ſe colloquuti ſunt de vna,duabúſque naturis.Tú Theorianus;Vellé,ait ad Bartanem magiſtrum,qnęnam illa ſint,quę ille Syrus ad dogmatis ſui probationé dicat,cognoſcere.Bartan verò:Nihil,inquit, vltro citroque noſtrum ad Generalem protulit,niſi hoc: Si duas in Chriſto naturas dixerimus,non Neſtoriani dūtaxat erimus: ſed & quaternioné luco trinitatis in diuinitate cōfitebimur,ꝑpter naturæ alterius acceſſionem.Tum Bartani Theorianus: Et (E) quib°,ait,probationib° hoc demōſtrabat? Nec auctoritatib°, inquit Bartá, nec ſyllogiſmis orationé ſuá probat;ſed tantú ita cōtentioſe ac inconſideratè voces cōfuſas effundebat,vt ſacerdotib.ſuis aliquid dicere videretur. Theotianus verò Bartané interrogás:Quid,ait,general.ad iſta dixit? Dixit inquit Bartá,tota iſta ſeptimana plurimum laboratú eſſe,quottidianis colloquutionibus habitis. nunc aliquot dieb° labores remittédos.Vbi verò colloquiū denuò inchoabimus, inquit, ipſe nobis adeſto,ſi placet, ac quidquid ad animū tibi acciderit, dicito.nos quidē id libenter audiem°.Poſt aliquot

(A) dies arceſſiti,aſcendimus in cenaculum,vbi nuper quoqne colloquuti eramus,Inuenimus autē Syrū illum epiſcopum ad dextrum Generalis latus adſidentem,&armenios epiſcopos ſedentes ſingolos ſuo loco. quumque nos ad ſiniſtrā Generalis, pro more,conſidere iuſſi fuiſſemus,deinde conſedit: et & epiſcopi:(quippe primas in conſeſſu nobis offerebant)multo tēpore nihil omnino quiſquā ad alterum vlla de re proferebat,ſed commune ſilentiū erat.Igitur vbi iā plurimū tēporis præteriuſſet, his verbis Generalē Theorianus adloquutus eſt.Audiui quoſdā eſſe, qui dicant,ſi duas in Chriſto naturas confiteamnr,non modo nos futuros Neſtorianos:ſed etiam trinitatis loco quaternionē præ- (B) dicaturos.Ac miror equidē,quo nā pacto,qui hęc dicunt,perſpicere nó potuerint,minimè Neſtoriū propterea depoſitum fuiſſe,quod duas naturas diceret:(hoc.n.illuſtri & clara voce diuini patres vniuerſi prædicāt.Cyrillus quidē his verbis, Duas naturas eſſe dicimus:Grego.verò Theologus,Naturæ duę,Deus & homo:cęteriq; omnes quos antea tibi produxi teſtes)ſed ꝙ diceret natnras duas inuicem ſeparatas,diuinā ſeorſum, itidémq; ſeorſum humanam. Ea propter & duos filios, & duos Chriſtos eſſe, Fanatic° ille ſtatuebat: aliū filiū eſſe delirás,qui ex Deo & patre ſit;aliū, qui ex virgine (C) quā ob cauſam & ſanctam illam virginem vocare deiparā nolebat. Quod autem minime Neſtorius vnionem confeſſus ſit,ſanctus ille Cyrillus in epiſtola ad Eulogium his ipſis verbis oſtendit: Sic & in cauſa Neſtorij,quāuis duas naturas, diſcrimen carnis & ſermonis indicás,dicas:(alia námque natura ſermonis eſt,alia carnis)vnionē tamen nobiſcum non cōfitetur.Nos enim his vnitis,vnū Chriſtum,vnum filiū,vnum dominú confitemur.Ad id verò,quod ſubiicitur; trinitaté fore quaternioné, ſi duas naturas in Chriſto confiteamur:pro nobis ſanctus ille vir Athanaſius ſatisfaciet,cuius in epiſtola ad Epictetú Corinthi epiſcopú hæc ipſa verba ſunt:Inſigni pudore adficiētur, qui vel ſola co- (D) gitatione putarunt,poſſe pro trinitate fieri quaternioné,ſi corp° eſſe de Maria dicatur.Si corpus,inquiunt,vnius eſſe ſubſtātiæ dicamus cú Sermone, trinitas maner trinitas,quod hæc ratio nihil ei peregrinū inferat.Sin humanú dicamus illud ex Maria corpus, neceſſe eſt,aliquid Trinitati accedere; ꝙ corpus illud ſecundū ſubſtantiá ab ea ſit alienū. Hæc qui ita dicūt,non cogitát,quo pacto ſeipſos euertant.Ná ſi maxime corpus ex Maria nō eſſe dicant,ſed eiuſdē cū ſermone ſubſtātiæ:nihilominus quod vereri ſe ſimulát,ne ſentire videátur, id ipſū eos iuxta ſententiá ſuá dicere cōſtabit, nimirū eſſe quaternionem. Quippe ſicuti filius, ſecūdum doctriná patrū,eiuſdē exiſtens cū patre ſubſtátię.non (E) ipſe pater eſt,ſed filius cū patre cōſubſtātialis dicitur:ita & illud cōſubſtantiale Sermoni corpus nō erit ipſe Sermo,ſed aliud quiddā cū ſermone.Si aliud quiddā eſt,ſane ſecundū ipſos ſacroſancta trinitas erit quaternio. Ná vera planéq; perfecta, & expers illa diuiſionis trinitas nullā recipit acceſſioné:ſed iſta ab eis excogitata triuitas.Et quo pacto Chriſtiani erūt,qui aliū pręter verū Deū excogitāt? Rurſus & in altero ſophiſmate ſtoliditatem ipſorū pſpicere licet. Si propterea, ꝙ ſit atq; dicatur in ſacris litteris humanū ex Maria corpus Seruatoris,pro trinitate quaternionem dici putāt,velut

Agitur in eos qui duas in Chriſto naturas conſtituere Neſtorianum eſſe defendebant.

Quod Neſtorium ſenſerit de duabus naturis Chriſti & quod Eccleſia catholica.

Obiectionis de quaternione refutatio.

Ratio eorum qui poſita humana natura in Chriſto, pro Trinitate quaternionem obligebāt.

Int acceſſioue facta propter corpus; multum ſane falluntur, creatum exæquantes opifici, & exiſtimantes aliquid accedere diuinitati poſſe: ignorant denique, non vt aliquid accederet diuinitati, ſermonem factum eſſe carnem; ſed vt genus humanum redimeret. Quinam igitur opinantur adſumptum à ſermone corpus, & viuificationem aliquam ad diuinitatem ſermoni adferre? nam potius ei, quod humanum erat, magna contigit acceſſio de ſermonis cum eo ſocietate ac vnione. quippe de mortali factum eſt immortale, de animali factum eſt ſpirituale, de terra ortū ſupra cœleſtes portas euaſit. Trinitas quidem certe Trinitas eſt, etiamſi ſermo corpus ex Maria ſumpſerit. nullam nec acceſſionem admittens, nec deminutionem: ſed perfecta ſemper eſt, & vna in Trinitate diuinitas adgnoſcitur. atque hoc modo Deus vnus in Eccleſia prædicatur, pater ille Sermonis. Audis quo pacto beatus Athanaſius, diuinum quemdam zelum ſpirans, eos tangat, qui corpus eiuſdem eſſe ſubſtantiæ cum ſermone dicunt? Pudore adficientur, ait. item, Non cogitant quo pacto ſeipſos euertant. Et rurſus, Stoliditatem ipſorum perſpicere licet. Inſipientes & ſtultos vocat. Et hæc quidem Athanaſius. nos autem alio quoque modo, ſi placet, impietatem eorum redarguemus. GENERALIS. Mihi ſane videtur, ad eiuſmodi erroris adgnitionem, non eſſe opus ampliori refutatione. Nam qui adſentiri Sancto viro Athanaſio non vult, modo Chriſtianus eſt, tantopere occlamanti eorum veſaniæ, qui corpus eiuſdem eſſe cum ſermone ſubſtantiæ negantur, & quaternionem in diuinitate, loco Trinitatis, fieri ſomniant: cuinam mortalium, nunc in terris exiſtēti, ſit adſenſurus, equidem non video. Quid tamen complures, aut omnino litteras ſacras non legunt, aut legunt illi quidem, ſed aliud quaſi agentes, nō ſtudioſè; qua de cauſa mentem earum intimam ignorant: rectè feceris, & acceptum Deo, nobiſque gratum præſtiteris, ſi errorem eorum confutaueris; modo id tibi placeat, & alia facere via poſſis. THEOR. Multi Satanæ, qui malis oblectatur, & genus humanum odit, exiſtere diſcipuli, vel inſtrumenta potius, ad multorum perniciem. qualis erat abominabilis ille Seuerus, qui Anthiochiæ thronum per tyrannidem obtinuit. Is minime præceptum illud reueritus, quo dicitur; Execrabilis, qui in itinere cæco cauſam erroris præbet: plurimos in errorem à recta deuocatos via, in perniciei barathrum miſerabiliter præcipitauit; quum facere diuerſum deberet, nimirum ab errore ad veritatem diuertere. quod quidem & præſulatus ipſius ab eo requirebat. Verum & auribus, & multo magis à corde reiectis Dei mādatis, quæ ita præcipiunt? Per portas meas ingredimini, & iter populo ſternite, deque via lapides amouete: id operam dedit, vt non ad ſtructuram illius viui templi, ſed potius ad ruinam & offenſionem plurium, lapides in via vitæ per infamiam ſpargeret, adeòq; verbis & ſcripti. naturam Emmanuelis vnam tradidit; veritus, ne Trinitatis loco quaternio fieret haud cogitans miſer, vti quidem videtur, nomen Trinitatis non habere ſignificationem naturæ, ſed numeri perſonarum vel hypoſtaſium.

Incarnatus filium Dei non ad bona perfectionis acceſſionē ſed ad generis humani redēptionē.

Humana natura in Chriſto multis dignitatis titulis aucta propter diuinitatis cōiunctionē.

De Seueri ſecta.

Quo igitur modo collegit ille quaternionem, quum nos minime confiteamur Dei ſermonem

Appendix

A adſumpſiſſe hypoſtaſin, ſed noſtrum illud in ſeipſo cōſtituiſſe? adeoque ſtatuamus, Emmanuelem eſſe vnam hypoſtaſin, & vnum filium? Quod ſi nouus ac vanus ille Theologus tres naturas in ſancta Trinitate confitetur, deinde natura Emmanuelis humana, quam nos confitemur, ad ſuas illas tres naturas adiuncta, pro Trinitate quaternionem, fieri concludit: optime id quidem facit. quippe ſeipſum artificioſè peritéque ſeparat ab vno ſolo Deo, & opinionem de pluribus diis deflectit. Sin vnam diuinitatis naturam & ipſe confitetur, duasq; naturas in Chriſto: vnde nā ei naturarum quaternio proficiſcatur, ſcire nequeo. Nec item fieri poteſt, vt in Trinitate quaternionem hypoſtaſium, abſque al-

B terius hypoſt. acceſſione cogitemus.

His dictis, oculos Generalis in Syrum illum Epiſcopum coniecit. quumque videret eum vultu in terram defixo, nequaquam ſuſpicere: conuerſus ad Theorianum, innuebat ei, Syrum vti adſpiceret. At is Syrum intuitus, ſubriſit; & ad Generalem ait: Eſt, Domine, quod inſignem ſanctitatem tuam interrogem; teque obſecro, ne tibi graue ſit, eius indicare ſolutionem GENERALIS. Si Deus intellectum eius mihi dederit, nō grauabor illam tibi exponere. THEORIANVS. Sint hic, velut in hypotheſi, tria igne potiora, quæ tamen vnius naturę ſint, auri ſcilicet. Si horum vnum in ignem con-

C iecero, plane ignitum illud duarum naturarum erit; ignis inquam, & auri. deinde hoc vnito reliquis duobus necdum ignitis, interrogo: quot nam ſint hæc ignita, triane, ceu prius? an propter ignis naturam facta ſunt quatuor? GENERALIS. Huius interrogationis ſolutionem exponat Ioannes religioſiſſimus Epiſcopus Ceſſunij. THEORIANVS. Quid vero ſanctitatis tuæ prudentia dicit? ignis ne natura numerum ſiue quantitatem trium illorum auxit, an non? GENERALIS. Mihi quidē non auxiſſe videtur. THEORIANVS. Atqui prius hæc tria vnius erant naturæ, nunc in vno duę naturæ conſpiciuntur. GENER. Hoc quoque in

D conſeſſo eſt. THEOR. Non igitur eſt neceſſe, Trinitatem illorum ignis vi potiorum, fieri quaternionem, propter alteram illam naturam, videlicet ignis. GENERALIS. Non eſt neceſſe. THEORIANVS. Ineptiunt ergo, qui dicunt, neceſſario nobis quaternionem pro Trinitate confitendam, ſi naturas duas in Chriſto demus.

His dictis, ſurgens ille Syrus Epiſcopus, nullo verbo prolato, cenaculo cum ſacerdotibus ſuis egreſſus eſt. Interrogatus autem à ſacerdotibus ſuis, cur nihil cum philoſopho loquutus eſſet: non ſibi licere dixit, in aliena ſynodo de huiuſmodi rebus loqui.

E humanitate nō erat. nam diuinitate nuſquā abeſt. Ergo quatenus homo, non quatenus Deus ingredi voluit. adeóque voluntate prædiius erat, etiam quatenus erat homo. Item alibi; Volo, inquit, vt vbi ſum ego, & ipſi ſint. Si quatenus Chriſtus eſt Deus, ſupra illud Vbi eſt; (quatenus enim Deus eſt, in loco nō eſt) fieri vero nequit, vt natura creata ſupra idem illud vbi ſit: ſane, quatenus homo eſt, vult vt vbi ſit ibidem & ipſi ſint. adeóqoe voluntate præditus erat, etiam quatenus erat homo. Rurſus alibi Quum veniſſet ad locum ſitire ſe dixit; & obtulerunt ei vinum felle miſtum, quo guſtato, non voluit bibere. Secundum quam

Exemplū inſigne.

Exemplū accommodatiſſimū et notandum.

deeſt foliū unum.

Theorianus cōtra Monothelitas.

partem ipſius dixeris eum ſitiſſe? ſi ſecundum diuinitatem, adfectibus erit obnoxia diuinitas eius quæ natura ſua potum adepti fuerit: ſin quo ad humanitatem, ſane quatenus ſitiit, eatenus & quòd naturæ non conueniebat, bibere noluit: eráťq; voluntate præditus idem, etiam quatenus erat homo. & alibi dicitur: Circumibat in Galilæa Ieſus. non. n. Iudæam obire volebat, quòd eum Iudæi ad necem quærerent. Si circumitio carnis naturę competit, non ei iunctæ in eadem hypoſtaſi diuinitati: nimirum quatenus erat homo, idem in Galilæa circumambulans, Iudæam obire non voluit. & idem voluntate præditus erat etiam quatenus erat homo. Et alibi, Inde egreſſi Galilæam pertranſibant, nec id quemquam ſcire volebat. Item alio loco, Inde mouens abiit ad Tyri Sydoniſque fines, & domum ingreſſus, neminem id ſcire volebat: neque tamen latere poterat. Si Chriſtus, quatenus erat Deus, potentia per ſe ſubſiſtens erat: & infirmitas, quatenus homo: (licet crucifixus eſt, inquit Apoſtolus, ex infirmitate: viuit tamé poteſtate diuina) ergo quatenus homo, nó quatenus Deus erat, domum ingreſſus, neminem id ſcire volebat: neque tamen latere poterat. adeóque voluntate præditus erat idem, etiam quatenus erat homo. Alibi quoque dicitur: Et acceſſere diſcipuli, dicentes: Quo nos abire vis, & paſcha manducandum parare? Si máducatio paſcharis ad ſubiectos legi pertinet, Dominus autem quatenus homo, non quatenus Deus erat, legi ſubiectus fuit: ergo quatenus erat homo, paſcha manducare voluit, & erat idem voluntate præditus etiam quatenus erat homo. Reperies & alia ſacris in oraculis infinita, quæ Emmanuelem voluntate præditũ fuiſſe demonſtrant, etiam quatenus erat homo.

Vel perſonales plures in Chriſto volũtates non fuerint perſonales ſed naturales.

DOCTOR. Quinam voluntates appellare debemus? naturales, an * hypoſtaticas? THEORIAN. Naturales, quippe ſi voluntates hypoſtaticas dicemus, tres in ſacra ſancta Trinitate voluntates concedemus, quoniam tres ſunt hypoſtaſes. Igitur vt vna voluntas eſt in ſacra ſancta Trinitate, quoniã vna natura: ſic duæ volũtates in Chriſto ſunt, quoniam duæ naturæ, ſicut eſt indicatum: DOCTOR. Valde me iniuſti per exemplum illud ſacræ ſanctæ Trinitatis: eſtque mihi perſuaſum, debere nos voluntatem naturalem dicere, non hypoſtaticam. Itaque quum duas in Chriſto naturas concedamus, neceſſario duas quoque voluntates confitebimur, diuinam & humanam. THEORIANVS. Humana voluntas intelligenda eſt, non arbitraria, vel eligens: ſed tantùm naturalis. DOCTOR. Et quid eſt naturalis voluntas? quid eligens? THEORIANVS. Voluntas naturalis eſt vis & facultas id adpetens, quod ſecundum naturam eſt omniúmque proprietatum, quæ naturæ ſubſtantialiter adſunt, conſeruatrix: ſecundum quàm ſemper ei, quòd à natura voluntate præditum eſt, hoc ipſum ineſt, vt ad volendum ſit comparatum. Nó idem eſt autem, comparatum eſſe ad loquendum, & loqui. Nam quidquid præditum eſt vi loquendi, comparatum quidem eſt ad loquendum: ſed non ſemper loquitur: quoniam id quidem eſt ſubſtantiæ, rationeq; naturæ continetur: hoc vero cõſilij eſt, & loquentis arbitrio formatur, quo fit, vt naturæ quidem ſit, ſemper comparatum eſſe ad loquendum hypoſtaſis autem, quodam modo loqui: ſicut ad vo-

Quid voluntas naturalis.

A lendum eſſe comparatum, & quodam modo velle. Arbitrium verò, & electio, ſiquidem proprie loqui volumus, in Dominum non cadunt. Nam arbitrium poſt habitam de ignota re quæſtionem, & deliberationem ſiue conſilium & iudicium, adfectio quædam eſt ad id, quo de iudicium factum eſt: poſtquam electio ſequitur, alterum pro altero deligens. Dominus autem, qui nudus homo non eſt, ſed etiam Deus, & qui nouit omnia, nec conſiderationis vllius eget, nec inquiſitionis, nec conſilij, nec iudicij: & tum coniunctionem cum bono naturaliter habet, tum auerſionem à malo. Quapropter arbitrariam aut eligentem voluntatem Domino non tribuimus, ſed naturalem. Tum B religioſiſſimus Epiſcopus ISAACVS dixit: Sufficiunt hæc de duabus voluntatibus Emmanuelis, iis quidem, qui non contentioſe, quæ dicta ſunt, audiunt. Nunc, ſi placet, etiam de geminis actionibus dicito. THEORIANVS. Ad demonſtrandum actiones Chriſti duplices, apud vos oratione prolixa non opus eſſe arbitror, qui ſacris litteris eſtis innutriti. Nam expuere, lutúmque de ſputo conficere, cæcique populas inungere, hominis omnino actio eſt. quippe diuinitatem expuere nó dicemus, ſi non inſani ſimus. At lutum illud in oculum & lucem conuertere, id vero diuinitati omnino adtribuemus. Eiuſmodi quis infinita repe- C riet, ſi oracula diuina diligenter inſpexerit. Erit autem res tota perſpicua de gladij quoque candentis exemplo. nam is pariter & ſecat, & vrit: eſtque dubio procul vſtio quidem non ferri, ſed ignis; ſectio vero, non ignis, ſed ferri. effecta denique diuerſarũ naturarum ſunt, tam ſectio, quam aduſtio. Verum propter vnionem, non ignis tantum eſſe dicimus hanc vſtionem, ſed etiam ferri. Sic enim loqui ſolemus, Hoc ferrum vrit. Sic quoque rem conſiderabimus. Animæ eſt, corpus ſuum animare ac viuificare. quod quidem ex amborum diremptu patet. nam anima tempore mortis à corpore ſuo dirempta, corpus mortuum manet. quum ergo di- D uinitas eius numquam nec à corpore, nec ab anima dirempta fuerit: quo pacto vim iſtam animę, viuificantem ſcilicet, non habuit eius diuinitas: nimirum à corpore indirempta, eique copulata hypoſtatice, mortuum manere corpus haud ſinebat. quippe dum ineſt anima corpori, numquam illud mortuum eſt. Nam quum anima ſit ſpiritus vitalis, corpus ipſum viuificat, ſicut etiam alicubi ſapiens ille Solomo, de impiis quibuſdam & de aſtrorum cultoribus loquens, dixit: Luto vilior eſt vita ipſorum, quoniam ignorarunt eum, qui finxit eos, & efficacem animam inſpirauit eis, ac ſpiritum vitalem eis adflauit. GENERALIS. Quicun- E que conſcientiam ſuam pedibus proculcat, præſertim in doctrina fidei: non dignus eſt adpellari Chriſtianus. Ego vero Deum teſtem adpellans fateor, me & eiuſdem vobiſcum fuiſſe fidei, & eſſe; ex quo libros ſacros inſpexi: cuius ſcilicet es ipſe fidei, & in medium abs te producti diui patres. THEORIANVS. Si ſic credebas, & nunc credis: quare ſcribebas in epiſtola: Dicimus vnam in Chriſto naturam? GENERALIS. Equidem reſpiciens ad illud exemplum ab homine ſumptum, quo ſancti patres vſi ſunt: homine inquam ex anima corporeque compoſito, quique poſt vnionem eſſe natura dicitur vna, & naturas, ex quibus eſt compoſitus,

Quid arbitriũ & electio.

Actiones Chriſti duplices.

ſimilitudo apta.

Aptiſſimũ a ind exẽplum.

compoſitus, inconfuſas & mutationis expertes retinet: minime mihi ſeu multoties tibi iam dixi, falli videbar. Pręterea putabam, beatum illum Cyrillum, quum dicit vnam naturam Sermonis incarnatam, hoc ipſum indicare velle. A pluribus audiebam denique, Romanos exemplo Neſtorij duas naturas ſeparatas ſtatuere. quamobrem vn.* naturæ vocem vehementer propugnantes, pro SEPARATIS naturis, VNAM reponebamus. Interim mẽte ſic ſentiebam, & ſentio, quemadmodum ipſe nobis declaraſti per eas demõſtrationes, quas ex diuinis litteris contexebas. Itaque ſi nunc aliud caput habes, adiicito: vt etiam de illo, ſi videbitur, colloquamur. THEORIANVS. Ergo rurſus ex epiſtola tua legere pergemus. GENERALIS. age vero.

Quum igitur legeremus, ad eum locum venimus, vbi ſcriptum erat: Habitauit in vtero virginis nouem menſium & quinque dierum ſpatio. Dixit ergo THEORIANVS. Vnde quæſo id habes, quod nouem menſibus & quinque diebus habitauerit in caſtiſſimę virginis vtero? GENERALIS. Accepimus à doctorib* noſtris, primigenia quinque diebus in matrum ſuarum aluo diutius exiſtere, quam fetus non primigenios. atque huic opinioni fidem conciliant ex illo ſapiente Solomone, de ſe ipſo dicente: Decem menſium ſpatio defixus in corpore fui: quibus verbis hoc indicare vult, quod non modo nouem menſibus in vtero matris ſuæ fuerit, ſed etiam decimi partem aliquam ceperit. Noſter igitur Emmanuel, tamquam fetus primigenius, par tẽporis ſpatium in vtero matris exegit. THEORIANVS. Solomo Hebræorum more tempora metiens, decem menſium ſpatio ſe in corpore defixum fuiſſe dicit. quippe menſes Hebræorum minores ſunt noſtris menſibus.

Noua quæſtio quot menſibus in vtero virginis Mariæ Chriſtus manſerit an decem an paucioribus.

Mẽſes Hebræi.

Nam ſecundum lunam menſes ſuos dimetiuntur, adeóq; Lunæ principium faciunt: ac viciſſim lunæ finem, menſis ſui finem. Numquam vero luna dies xxx. vel xxxi, inſtar noſtrorum menſium habet. itaque iuxta numerum Hebræorum menſium Solomo dixit: Decem menſium ſpatio defixus in corpore. Cæterum lumen illud orbis, Ioannes Chryſoſtomus, in oratione de natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, qua etiam clare demõſtrat, quando natalis Seruatoris celebrãdus ſit, cuius quidem orationis hoc eſt exordium: quæ olim patriarchæ parturiebant, prædicebant vates, iuſti videre deſiderabant; ea nunc euenerunt, hodiéque conſummata ſunt: ſub huius igitur orationis medium Chryſoſtomus ait. Quum Ioannem Eliſabeta ſextum iam menſem in vtero gereret, Marię conceptio principium habuit. Hinc iam cognito conceptionis Marię principio, nouémque menſibus à conceptione numeratis: quando pepererit, ſciemus. Non mẽſes nouem & dies quinque dicit, vti tua ſanctitas ſcripſit. GENER. Nos orationem illam Chryſoſtomi non habemus. at enim hoc emẽdatu facillimum fuerit. itaque miſſum id faciamus, & ſequentia videamus.

Chryſoſtomi locus

Vlrerius ergo legentes epiſtolam, ad caput de feſtis peruenimus, in quo hæc erãt verba: Quod natiuitatis & baptiſmi feſtum vno eodemque die celebramus, id recte fieri multis teſtimoniis docem*. Primum omnes Eccleſiæ ſic factitabant, inde vſq; ab Apoſtolis. Altera ratio, quod Euangeliſta Lucas id teſtatur. quippe commemorat, in feſto propitiationis, quod eſt menſis Tiſronis die x. hoc eſt xxvij. Septembris: quo Zacharias pontifex templũ ingreſſus fuit, & ſuffitũ fecit & Angelum adſpexit. Ad hæc THEORIANVS. Vnde conſtat, ait, diem x. menſis Tiſronis, eſſe xxvij. Septembris? GENERALIS. Ex hebraico. THEORIANVS. Qui nam ex Hebraico? atqui menſes Hebræorum noſtris menſibus non reſpõdent: nec ipſorum menſibus, noſtri. quod ſane manifeſtum eſt ex paſchate. propter illam enim cauſam aliquando Martio menſe aliquando Aprili paſcha celebramus: quum illud Hebraicum paſcha non ſequamur. At illi numquam à primi apud eos menſis, videlicet Niſanis, die xIIII recedunt, quemadmodum lex Moſaica præcipit. quo fit, vt qui primus apud eos menſis eſt, non numquam in eum, qui apud nos Martius dicitur? non numquam in Aprilem incidat. ideoq; menſes ordine ceteri neceſſario ſequũtur eum, qui apud ipſos primus eſt: ac ſeptimus ipſorum menſis, quo feſtum propitiationis apud eos celebratur, non ſemper in Septembrem noſtrum incidit: ſed eſt neceſſe, nonnumquam vt anticipiet, nõnumquam accedat tardius. Vndenam ergo certus es, diem xxvij. Septembris, eſſe Tiſronis x. GENERALIS. Sic à maioribus noſtris accepimus.

Noua quæſtio de feſtis Natiuitatis & baptiſmi

Chriſti vtrum vno eodémque die debeát celebrari.

Cur Hebræi cum Chriſtianis eodem die Paſcha tũ non celebrant.

THEORIANVS. Qui accepiſtis? per ſcripturam? an citra ſcripturam? GENERALIS contra ſcripturam. THEORIANVS. Ex iis, quæ dicta ſunt de inæqualitate noſtrorum & Hebræorum menſium, manifeſtum eſt, non te ſcire certo, an dies x. Tiſronis ſit xxvij. Septembris. quod quum ignores, nec Ioannis conceptionem noſti: vti ſcil. eius menſe ſexto, reperire Domini conceptionem poſſis. GENERALIS. Equidem aliam certitudinem non habeo. corrigetur tamen hoc quoque, Deo propitio, ſi quæ maioris momenti ſunt emẽdata fuerint. nam ego diui Chryſoſtomi orationem, qua docet, quando natalis Chriſti celebrandus ſit: (cuius ipſe ſupra mentionem feciſti hactenus non vidi. immo ne quidem audiui, aliquam Chryſoſtomi orationem eius argumenti exſtare. potius intellexeram, eſſe quamdam de hoc orationem ſancti Epiphanij, Cypri epiſcopi: quam ipſam quoque non vidi. Aiunt enim diuum Epiphanium, qui eſſet Hebræus natione, de litteris Hebræorũ, & annalium ſcriptore Ioſepho adfirmaſſe, natalem Seruatoris die xx. Decembris celebrandum. Cum eo conſentire dicunt, & ea ſcripta, quæ Titus Hieroſolymis Romam deportauerit, quum eam vrbem caperet.

Epiphani Hebræus natione.*

Verum non magnopere ſollicitus equidem fuero de feſtis, aliiſque conſuetudinibus eccleſiæ, modo ſententijs de fide conueniamus. THEORIANVS Quid autem de illius hymni, quem Triſhagium dicimus (quòd ter in eo Sancti nomen repetatur) adpendice? Num illam inexaminatam relinquemus? vt, quoniam in actis ſanctæ ac vniuerſalis quartæ ſynodi traditur, qua forma id temporis eum iſti diuini patres pronunciauerint, nos eorum in illo hymno pronuntiando forma contenti ſimus. an & argumenta promenda, probandumq;? * Fullonis iſtius adpendicem ab Eccleſia pro abominabili & reijcula dici? GENERALIS. Tu vero recte, qui de Triſhagio nos admonueris. quippe magnorum Eccleſiæ doctorum auctori-

Noua quæſtio de Hymno quẽ Triſhagiũ dicebãt Græci quaſi diceres ter ſanctum qui hymnus tantũ canebatur in honorẽ vel ſolius filij, vel totius Trinitatis nõ autẽ reliquarum à filio diuinarũ perſonarum iuxta Græcorũ morem.

** cognomen Alexandrini Epiſcopi de quo infra Leõti*, & Harmenop.*

tates inueniuntur, quæ ſoli filio hymnũ illum
Triſhagij adtribuere videntur. ac ſæpe mecum
illas equidem conſiderans, admodum anxius hæ-
ſi: adeòque arbitror, eius adpendicis auctores,
illis permotos auctoritatibus, eam feciſſe? nóſ-
que docuiſſe, quoties de ſancta trinitate diuinum
illum hymnũ canimus nullã faciundam adpendi-
cẽ: at quoties eũ de filio dumtaxat pronuntiamus,
interdũ quidẽ addendũ, Qui crucifixus es propter
nos interdum verò. Qui reſuſcitatus es: vel illud,
Qui adſumptus es ſurſum: nimirũ vt pro tempore
myſterij, apta quoq; ſubijciatur adpendix: & illam
vocem, Deus: & alterã, Fortis: & tertiã, immortalis:
de ſolo propter nos crucifixo, déque mortuis ſuſci
tato, & ſurſum adſumpto Chriſto Deo noſtro in-
telligamus. THEORIANVS. Sequitur ergo, vt
quũ pronuntiaris hunc hymnum cũ adpendice, fi-
liũ ter ſanctũ adpelletis. GENERALIS. verò, nam
recte facimus eũ nõ modo ter ſanctum, ſed millies
ſanctũ adpellãtes: quẽadmodũ magnus ille Atha-
naſius in oratione de carnis adſumptione Trinita-
téq; loquitur: Nõ ter modo ſanctus, inquiens, ſed
infinite ſanctus, & omnẽ ſupra ſanctitatẽ poſitus.
THEORIAN. patrẽ verò, ſanctúmve ſpiritum, ter
ſanctos nõ dicitis? GENERALIS. Non. THEOR.
Et vnde profecta eſt iſthæc diſtributio, vt vel ſoli
filio hymnus hic tribuatur, vel toti Trinitati: non
autẽ vel patri ſoli, vel ſoli Spiritui ſancto? GENER.
Sic à ſanctis hominib. edocti ſumus. Nec lõge abi-

D. Athanaſius.

uerimus. Magnus ille Athanaſi⁹ in oratione de car-
nis adſumptione ac Trinitate, cuius ſupra mentio
facta eſt huiuſmodi profert: Vidimus eũ, nec ſpe-
ciẽ, nec pulchritudinẽ habebat. nã antea viderat eũ
in diuina glorioſáque forma, ſedentẽ in alio ſubli-
míque ſolio: quũ Seraphi maieſtatẽ ei⁹ verbis hiſce
cõcelebrabãt: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus
Sabaoth. poſtea verò videt eũ adſumpta ſerui for-
ma, ſimilẽ hominibus factum. Vidéſne diuinũ hũc
virũ ſoli filio videri terſanctũ iſtũ hymnũ adtribue
re? Quũ, inquit, Seraphi majeſtatẽ eius verbis hiſce
cõcelebrabant: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus
Sabaoth. poſtea vero videt eũ adſumpta ſerui for-

S. Epiphanius.

ma, ſimilẽ hominibus factũ. Quin & S. Epiphani⁹
in oratione de ſancta deipara, ſimilia dicens: Beata,
inquit, inter mulieres quę ſermonẽ ex te incarnatũ
peperiſti: ſermonẽ illũ, qui patris eſt filius: ſermo-
nẽ, qui Deus ſeculis prior: ſermonem, qui expers
eſt principij, & æternus: ſermonem, qui, eiuſ-
dem eſt ſubſtantiæ cũ inſeparabili Trinitate ſer-
monem, qui cum patre ac Spiritu ſancto adoratur;
ſermonem, qui cõſors eſt ſolij paterni: ſermonem
qui Cherubis inſidet: ſermonẽ, quẽ illæ quadrifor-
mes beſtię verbis hiſce cõcelebrãt: Sãctus, ſanctus,
ſanctus Dominus Sabaoth. Plenũ eſt cœlũ & terra

D. Chryſoſtom.

maieſtate ipſius. Viden' vt & ille ſoli filio terſan-
ctũ hymnũ adtribuere videatur? ait enim. Quem
illæ quadriformes beſtiæ verbis hiſce cõcelebrant
Sanctus, ſanctus, ſanctus & cæt. Quin & diuus ille
Chryſoſtom. in oratione de benedicto, cuius ini-
tiu, De miraculis in miracula: verbis his eadẽ di-
cit. Hodie rex maieſtatis in terra ſic concelebratur,
vti vates deſcripſit: & lætitiæ cœleſtis participes
terrigenas facit: vt oſtẽdat amborũ ſe Dominũ, qui
vtrimq; cõſona voce cõcelebretur. Propterea ſu-
peri quidem illi ſalutẽ iſtã in terris indicãtes cane-
bant: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Sabaoth,

A plena eſt vniuerſa terra maieſtate ipſius: inferi verò
cũ lætitia cœleſti cœlebrationẽ ſuã coniungentes,
clamabant: Hoſanna filio Dauidis. Vides hæc tria
magna Eccleſiæ lumina videri filio ſoli terſanctũ
illum hymnum adtribuere? THEORIANVS. Be-
nedictum abs te, videri. non enim adtribuunt, ſed
adtribuere videntur. videntur autem, ſed quibus
obſecro? qui penetrare ad profunditatem ſenten-
tiæ magnorum illorum diuinorúmque hominum
nequeunt. Quum Seraphi maieſtatem eius con-
celebrabant, inquit eximius ille Athanaſius: ſed
non ait, Solum concelebrabant, abſque patre ac
Spiritu ſancto. quippe ſi totam Trinitatem conce-
lebrabant, neceſſario ſcil. concelebrabant & fi-
B lium. quapropter recte dixit Athanaſius, Quum
Seraphi eum concelebrabant. Sic & ſanctum Epi-
phanium & diuum illum Chryſoſtomum, & cæ-
teros ſanctos homines, quoſcumque talia ſcri-
bentes repereris, intelliges. Fuerit autem res tota
perſpicua per exemplum, hoc modo. Mulier quæ-
dam, non regio prognata genere, immo nec illu-
ſtri quidem admodum, filiam venuſtiſſimam ha-
buit: forma pudicicia, prudentia mulieres eius tẽ-
poris vniuerſas ſuperantem. Eam videns impera-
tor omnibus præditam femineis virtutibus, ac ſin-
ceris quidem, miniméque fucatis: vxorem ſibi ac-
cepit, & imperatoria, pro more, corona redimi-
C uit. Adpetente vero tempore, quo vrbs vni-
uerſa fauſtis vocibus Auguſtis acclamare conſue-
uit: quidam matri Auguſtæ. Veni, ait, vt filiam
tuam ab vrbe tota fauſtis excipi acclamationibus
audias. Tum GENERALIS. interrupto Theo-
riani ſermone: Intelligo, inquit, quid dicere velis.
quando illæc acclamatio fauſta, communis eſt Au-
guſto cum Auguſta: recte quis dicere poteſt, quòd
qui filium, patrem quoque concelebrent, & Spiri-
tum ſanctum. Hæc enim omnia tam ſimul, quam
ſeorſum enuntiata, vera ſunt: modo Solius vox
non adiiciatur. THEORIANVS. Liberaſti nos
moleſtia, ſanctiſſimè Domine. nimirum ſequitur.
D Seraphos non filio dumtaxat hymnum illum ter-
ſanctum ceciniſſe: ſed vniuerſæ Trinitati. Pro-
pterea non addendum eſt illud, Qui crucifixus eſt:
nec alia quæpiam adpendix. Quamquam & aliun-
de probari poteſt, magnum illum Epiphanium
non de ſolo filio terſanctum hymnum intellexiſſe:
idque de verbis dicti eius, antea poſitis. Ait enim:
Sermonem, qui conſors eſt ſolij paterni: ſermo-
nem, qui Cherubis inſidet. Certè non hoc vult,
ſolum filium Cherubis inſidere, ſine patre ac Spi-
ritu ſancto nam antea ſolij paterni conſortem di-
xit. idem de concelebratione maieſtatis intelligen-
dum. Communis eſt ſeſſio communis celebratio.
E Nec parum nobis ad hunc ſenſum & illud con-
fert, quòd in Actis Euangeliſta Lucas in extremo
ſcribit. Ait enim, Paulum hoc verbum protuliſ-
ſe: Rectè Spiritus ſanctus per Eſayam vatem lo-
quutus eſt ad patres noſtros hiſce verbis: Vade ad
populum hunc, & dicito: Auribus audietis, & non
intelligetis: videntes videbitis, & non perſpicietis.
& cæt. Quid ergo? ſolumne Spiritum ſanctum di-
cemus in alto ſublimíque ſolio cõſidentem, Eſayæ
vati præcipere: Vade ad populum hunc & cætera,
quoniam diuus Paulus ſancti dumtaxat ſpiritus
meminit? an patrem quoque, cum filio? GENE-
RALIS. Hoc iam ſolutum eſt, nec quidquam di-
cẽdum

Reſpondet Theorian⁹ adductis authoritatibus.

Exemplũ notãdum.

cendum amplius. Theorianvs. Deinceps A videamus, quid in epiſtola tua de vnguento perſcripſeris. Gener. rectè dicis. fiat.

Diſputatio de vnguēto quo ex oleo debeat fieri.

Itaque caput de vnguento legentes, hæc ſcripta reperimus. Rurſum præcepit ipſa ſcriptura, vt ex iis oleis bolerum, quæ ſeſanum vocant, vnguentum noſtrum conficiatur, non ex oliuarum arboribus. atque hoc reapſe verum eſt. Cauſa rei eſt hæc, quod in Armeniorum regione non ſunt olíueta aëris in ea regione frigus. itaque neceſſitas ipſa flagitat, vt oleum illud, quod in ipſa regione reperitur, ad vſum vnguenti adhibeatur. qua in re nullum ego ſpirituale delictum video. Theorianvs. Miror Domine, cur ad imperatorem B hoc perſcripſeris. nam plurima hic oliueta video, & quidem olei ſatis. Generalis. Verum iſta vnguenti confectio principium habuit ad orientis plagam intimam, vbi nulla ſunt olíueta: indéque nos acceptam ſeruamus hactenus.

Deinde capitis eiuſdem parte proxima perlecta, ſic ſcriptum inuenimus. Sicut vinum ſanguinis Chriſti materies eſt, & cuiuſcúmque ſit coloris recipi debet: ſiue nigrum, ſiue rubrum, ſiue album vinum fuerit: quoniam per miniſterium ſanctificatur, & Chriſti fit ſanguis. Theorianvs. Exemplum hoc tuum parum ad ipſam rem quadrat, non enim de coloribus nobis eſt quæſtio: ſed C de ſubiecto, ſiue materie. Noſti enim, diuerſis ex arboribus vinum fieri. Nam ex pomis, & ceraſis, & aliis fructibus, & herbis quoque conficitur: ſed ad hoc ſacrificium non adhibetur, niſi duntaxat ex vite factum. Sic & de oleo. fit ex lauro, iunco odorato, & aliis multis oleum: ſed à ſanctis patribús oleum oliuæ cæteris eſt prælatum. atque hoc cuilibet cognoſcere licet, tam ex ſancto Dionyſio Areopagita, quam aliis ſanctis hominibus non paucis. Nec minoris eſt momenti argumentum, quod ex ipſo nomine contexitur, quippe ſi ſimpliciter oleum dicatur, ex oliua factum intelligitur. at quum laurinum, vel iunceum, vel ſeſaminum, & huiuſmodi alia .... Quemadmodum enim D ſi nauim dicam, facta de lignis, clauis, & piſce nauis lapidea; ſed ſi nauim lapideam ſignificare velimus, lapideam adijcimus; abſque qua appendice numquam ex ſola nauis appellatione, lignea nauis intelligetur: eodem modo ſtatuendum de oleo & oleo ſeſamino. Quapropter oleum abſque adpendice dicentes, ex oliua factum ſignificant. Generalis. Hoc quoque correctu facillimum fuerit.

Vinum ex vite natū tantum locum habet in ſacriſicio Miſſæ.

De ſtatione intra Eccleſiā. Diſputatio nobiliſſima de loco ad orandū idoneo.

His ita dictis, ſacerdotes eius pſallere ceperunt hymni veſpertini ſeriem extra Eccleſiam, de more ipſorum. Et Theorianvs. Cur extra Eccleſiam ſacerdotes tui ſtant, ait, quum ſallunt? Generalis. Scriptum eſt: In omni loco E dominij eius. Theorianvs. Similiter ſcriptum eſt: En celebrate Dominum omnes ſerui Domini, ſtantes in domo Domini. Et rurſos: In Eccleſiis Deum celebrate. & alia ſunt infinita eiuſmodi. Sed interrogo, vnde hoc accepiſti? Generalis. Doctores noſtri, qui ſeriem & ordinem rerum Eccleſiaſticarum nobis tradiderunt, ſolam diuinam adminiſtrationem intra ſacrum templum perficiendam ſtatuerunt, ingrediente ſolo pontifice, reliquo populo foris ſtante: cætera fieri extra templum debere, nec id citra rationem, ordinarunt. Nam valde veteribus nona præſtant, vt vmbræ veritas. quippe* mactatur intus Dei filius pro totius mundi ſalute, maioréq́; reuerentiā exhibere nos tēplo noſtro quam illi apud Hebræos, par eſt. Etenim illi, ſi puri eſſent, in id ſanctum ingrediebantur, quod mundi vocabant; non tamen in tabernaculum, quod ſanctum ſanctorum dicebatur, & vmbra ſacri apud nos templi erat. Nos verò toti coinquinati, ſordibus, quo pacto ſanctiſſimum Dei templum ingrediamur? quòd quum Doctores noſtri non ignorarent, ita fieri debere ſtatuerunt. Theorianvs. Doctores veſtri, qui hæc ordinarunt, contraria ſtatuiſſe videntur illis CCCXVIII. ſanctis ac diuinitus gubernatis patribus, qui Nicææ cōuenerunt. Etenim B illi ſic in x. canone ad verbum aiunt: De iis, qui fidem Chriſtianam citra coactionem, & facultatum ademptionem deſeruerunt, aut abſque periculo, vel eiuſmodi quopiam, quod durante Licinij tyrannide contigit: viſum eſt ſanctæ ſynodo: tametſi humanitatem nullam mereantur, benignè vt tamen cum eis agatur. Quotquot ergo verè pœnitentiam agunt, tres annos inter audientes exigent fideles, & annos ſeptem inferioris erunt ordinis, & biennio citra * oblationem cum populo præcabuntur. Vides tam fœde lapſis à canone C præſcribi, tres tantum vt annos auditores ſint, hoc eſt, extra Eccleſiam ſtent in * Ferula, ſacráſque literas audiant. Tui verò ſacerdotes ſemper inter auditores hærent.

Cur Græci extra templum non

** in templo orandum exiſtimauerunt.*

** hoc eſt, repræſentatur in ſacra cœna mactatio Chriſti.*

Nicena ſynodus.

** id eſt, perceptionem ſacramētorum.*

** locus, vbi ſtabant qui erant veluti ſub ferula.*

** hoc eſt ſuggeſti.*

Quid deinde canon vlterius? Et ſeptem, inquit, annis erunt ordinis inferioris: hoc eſt, Eccleſiam quidem ingredientur, ſed in parte * ambonis poſtica ſtabūt, & cum cathecumenis exibunt. Annos denique duos fidelibus adſtabunt, & cum eis precabuntur: non tamen ſacramentorū quoque perceptionem impetrabunt, donec biennium præterierit. Si ergo conſtricti excommunicationis pœna, templum tamen ingrediuntur: quare tui ſacerdotes non ingrediuntur? Generalis. Numquam animum iſti canoni hactenus aduerti. tuæ D quidem orationi plurimum momenti adfert. Sed de his eſſe ſolliciti non debemus, modo circa fidē vt dixi, conſenſerimus. Theorianvs. His igitur in præſentia dimiſſis, definitionem quartæ ſynodi, ſi placet, inſpiciamos: quam heſterna die tibi obtulimus. Generalis. Ita fiat. Lubet enim de vocibus quibuſdam, in ea poſitis, interrogare. Sed prius vtrumque librum inter ſe conferamus, & videamus, an ſibi reſpondeant: deinde quæramus de iis, in quibus hæremos.

SANCTI IIII. CONCILII
** definitio.*

E Sufficeret quidem ad perfectam pietatis cognitionem & confirmationem, hoc eruditum ac ſalubre diuinæ gratiæ ſymbolum, quod & perfectam de patre, & filio, & ſpiritu ſancto doctrinam tradit, & incarnationem domini fideliter excipientibus exhibet: ſed quando illi, qui prædicationem veritatis abolere conantur, per ſuas hæreſes nouas quaſdam doctrinas pepererunt, alijs ſuſceptæ propter nos adminiſtrationis dominicæ myſterium corrumpere audentibus, & Deiparæ vocem virgini tribuendam negantibus; aliis confuſionem & commiſtionem introducentibus, & vnam eſ-

ſe carnis diuinitatiſque naturam ſtulte comminiſcentibus, adeóque per hanc confuſionem monſtroſe ſtatuentibus, diuinam vnigeniti naturam eſſe paſſibilem: ea propter hæc ſancta, magna, & vniuerſalis ſynodus, eos ab omni contra veritatem machinatione volens excludere, doctrinámque traditam antiquitus immotam adſerens, ante omnia ſtatuit, vt ſanctorum CCCXIX. patrum fides inconuulſa permaneat. Ac propter eos quidem, qui Spiritum ſanctum oppugnant, doctrinam de ſubſtantia Spiritus à ſanctis illis CL. patribus, aliquot poſt annis in Auguſta vrbe* congreſſis, traditam confirmat; quam illi vniuerſis notam fecerunt, non quaſi quiddam adferentes, quod prioribus deeſſet: ſed ſuam de Spiritu ſancto ſententiam aduerſus illos qui poteſtatem eius abolere conabantur, ſacrarum litterarum teſtimonijs illuſtrantes: propter eos verò, qui ſacramentum Dominicæ diſpenſationis falſariorum more corrumpere tentant, & impudenter purum hominem eſſe nugantur eum, qui de ſancta virgine Maria procreatus fuit; Beati Cyrilli qui Alexandrinę paſtor Eccleſiæ, fuit ſynodales ad Neſtorium & orientales Epiſcopos litteras ſibi conſentientes amplexa eſt; tum ad Neſtorianæ dementiæ confutationem. tum ad interpretationem pro ijs inſtitutam, qui pio zelo ſymboli ſalubris intellectum deſiderant. atque his epiſtolam quoque beatiſſimi ſanctiſſimique Archiepiſcopi Leoni, illius maximæ Romæ præſidis, ad ſanctæ memoriæ Flauianum Archiepiſcopum, euertendæ deprauationis Eutychianæ cauſa ſcriptam, veluti magni illius Petri confeſſioni conuenientem, & columnam quamdam rectæ ſententiæ publicam, aduerſus malarum opinionum auctores, ad orthodoxa dogmata ſtabilienda, merito coniunxit. Nam & ijs hæc opponit ſeſe, qui ſacramentum diſpenſationis in duos filios diſtrahere nituntur; & eos cœtu ſanctorum expellit, qui paſſibilem dicere diuinitatem vnigeniti audent; & ijs reſiſtit, qui in duabus Chriſti naturis commiſtionem vel confuſionem excogitant; & eos exterminat, qui ſumptam de nobis ſeruilem formam, cœleſtem eſſe, vel alterius cuiuſdam ſubſtantię delirant; & eos, qui duas quidem Domini naturas ante vnionem fabulantur, vnam verò poſt vnioné fingunt, anathematiſſat.

*id eſt Cõſtãtinopo.

Sequentes ergo ſanctos illos patres vniuerſi cõſona voce vnum & eundem filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum cõfitendum eſſe docemus: eundem in diuinitate perfectum, & eundem perfectum in humanitate: vere Deum, & eumdem vere hominem, ex participe rationis anima corporéque conſtantem: eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, ſecundum diuinitatem; & eundem nobiſcum eiuſdem ſubſtantiæ, ſecundum humanitatem: ſimilem nobis per omnia, excepto peccato: ante ſæcula quidem ex patre genitum, quo ad diuinitatem; extremis verò diebus eundem propter nos, & ſalutem noſtram, natum ex Maria virgine Deipara, ſecundum humanitatem: vnum & eundem Chriſtum filium Dominum, vnigenitum, qui duabus* ex naturis citra confuſionem, mutationem, diuiſionem, ſeparationem adgnoſcitur; nequaquam naturarum diſcrimine propter vnionem ſublato, ſed vtriuſque naturæ proprietate ſalua potius, & in vnam perſonam vnámque hypoſtaſin coeunte non in duas perſonas diſcerptum, vel diuiſum, ſed vnum & eundem filium vnigenam, Deum ſermonem: Dominum Ieſum Chriſtum: ſicut olim vates de ipſo, & ipſe nos Dominus Ieſus Chriſtus erudijt, & ſymbolum illud patrum noſtrorum tradidit: His ergo cum omni vndique accuratione diligentiáque à nobis ſancitis, ſacra & vniuerſalis ſynodus decreuit, nemini fas eſſe; fidem aliam proferre, vel in litteras referre, vel componere, vel amplecti, vel alios docere. Si qui verò fuerint auſi fidem aliam vel componere; ſiue proferre, vel docere, vel aliud ijs ſymbolum tradere, qui de paganiſmo, ſiue Iudaiſmo, ſiue ſecta quacumque veritatis ad agnitionem ſe conuertere volunt: eos, ſi fuerint Epiſcopi vel clerici, tam ab Epiſcoporum, quam clericorum ordine remouet. ſin monachi, vel laici fuerint, anathemati ſtatuit eſſe ſubiectos.

* alia naturis.

Poſteaquam concilij decretum recitatum fuiſſet, atque liber Armenicus Romano reſpondere deprehenſus; ſatis eſſent denique declaratæ concilij voces, ſanè tolerabiles, quæ Generali viſæ fuerant obſcuræ: Theorianus hiſce Generalem verbis compellebat: Vides ſantiſſime Domine, ſacrum illum cœtum IↃC. XXX. diuinorum patrum, in opido Chalcedonenſi congregatorum, nõ modo nihil extra dogmatum rectitudinem vel loqutum eſſe, vel ſenſiſſe: ſed ne vna quidem peregrina voce ad huius diuini decreti expoſitionem vſum.

Nam & fidem patrum ſe maiorum ætate retinuit, & ipſa quoque verba. Oſtendam verò tibi, ſi placet, ex quibus antiquioribus diuis patribus hi beati patres vocem quamlibet huius decreti ſumpſerint. Complures quidem certè de Cyrilli commentarijs vſurpatæ ſunt, quem vos magis, quàm alios, ſequi decreuiſtis. GENERALIS. Perlubenter id quidem audiemus, ſi dicere tibi libuerit. THEORIANVS. ſi dicere non libuiſſet, non promiſiſſem. verum per inciſa ſingula concilij decretum recitetur, & ad quodlibet inciſum decreti, dictum illius, à quo ſumptũ eſt adijciatur.

EX DECRETO.

Sequentes ergo ſanctos illos patres, vniuerſi cõſona voce vnum & eumdem filium, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, confitendum eſſe docemus.

CYRILLI ex I ad Succeſſum epiſtola.

Edocti ſumus à ſcriptura ſacra, ſanctiſque patribus, vt vnum filium & Chriſtum confiteamur.

EIVSDEM, ex epiſtola ad Eulogium.

Nos vnitis hiſce. Chriſtum vnum, eumdem vnũ filium, vnum Dominum confitemur.

EX DECRETO.

Eumdem in diuinitate perfectum, & eumdem prefectum in humanitate.

CYRILLI, ex epiſtola ad Ioannem.

Idem perfectus in diuinitate, ac perfectus idem in humanitate.

EIVSDEM, ex epiſtola ad Auguſtas.

Præterea

Præterea ſi hoc quoque prios adteſter, rectè me facturum arbitror, qoemadmodum enim perfé-ctus eſt in diuioitate genit⁹ ille de patre ſermo, ſic & in humanitate perfectus eſt, ſecũdum ipſius humanitatis rationem: nec expers animæ corpus adſumpſit ſed animatum porius per animam rationis participem.

EX DECRETO

Vere Deum, & eũdem vere hominẽ, ex participe rationis anima corporéque cóſtantem: eiuſdẽ cum patre ſubſtantiæ, ſecundũ diuioitatẽ; & eũdem nobiſcú eiuſdẽ ſubſtantiæ, ſecundum humanitatẽ: ſimilem nobis per omnia, excepto peccato; ante ſæcula quidẽ ex patre genitũ, qoo ad diuioitatẽ; extremis verò dieb. eúdem propter nos, & ſalutem noſtram, natum ex Maria virgine deipara, ſecundũ humanitatem.

CYRILLI, ex epiſtola ad Ioannem.

Deũ perfectum, & perfectum hominẽ, ex anima participe rationis & corpore conſtantem: ante ſæcula quidẽ ex patre genitũ, qun ad diuinitatem; extremis verò diebus eúdem propter nos, & ſalutem noſtram, natum ex Maria virgine, ſecũdum humanitatem: eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, ſecundum diuinitatem; & eũdem oobiſcum eiuſdem ſubſtantiæ, ſecundum humanitatem.

EX DECRETO.

Vnum & eomdem Chriſtum, filiom, Dominum, vnigenitum, qui duabus in naturis citra confuſionem, mutationem, diuiſionem, ſeparationem adgooſcitur.

CYRILLI, ex I. ad Succeſſum epiſtola.

Itaque modum adſumptionis humanæ naturæ animo cóſiderãtes, naturas duas coiuiſſe per vnionem videmus, citra diuiſionem, confuſiooem, & mutationem, Caro enim caro eſt, non diuinitas, licet Dei caro facta ſit: ſimiliter & ſermo Deus eſt, non caro; licet diſpeoſatione quadam carnem propriè ſuam fecerit.

EIVSDEM, ex eadem epiſtola.

Duas oaturas eſſe dicimus, vnum verò Chriſtum Ieſum, Dominum, Dei ſermonem incarnatum.

EIVSDEM, ex epiſtola ad Neſtorium.

Nec carnem dicimos in diuinitatis oaturam eſſe conuerſam, nec ineffabilem Dei ſermonem io oaturam carnis tranſlatum. Eſt enim incommutabilis, & inalterabilis, ſemper idem manens, ſecũdum ſcripturas.

EIVSDEM, in epiſtola ad Eulogium.

Sic & in cauſa Neſtorij. qoamois doas naturas, diſcrimen carnis & ſermonis ſignificans, dicat: (nã alia natura ſermonis eſt, alia carnis) vnionem tamẽ nobiſcum oon confitetur, Nos enim his vnitis, vnum Chriſtum vnum filium, vnum Dominum confitemur.

EX DECRETO.

Neqoaquam natorarum diſcrimine propter vniooem ſublato.

CYRILLI, ex epiſtola ad Neſtorium.

Non tanquam naturarum diſcrimine ſublato propter vnionem.

EX DECRETO.

Sed vtriuſque naturæ proprietate pooos ſalua.

CYRILLI ex II ad Succeſſum epiſtola.

Appeodix

Licet enim vnus à nobis dicatur vnigenitu⁹ Dei filius incarnatus, & homo factus: non tamen ideo commiſtus eſt, de ipſorum opinione; oec vel oatura ſermonis in oaturam carnis tranſijt, nec carois natura in naturam ſermonis: ſed vtroque in ſua proprietate manente ſimul ac intellecto, ſecundum expoſitam à nobis modo rationem.

EX DECRETO.

Et in vnam perſonam, vnámque hypoſtaſin coeunte.

CYRILLI, ex epiſtola ad Ioannem.

Et tamquam in vna perſona vnitus. Voos eoim Domin⁹ Ieſus Chriſtus, tametſi naturarum diſcrimeo non ignoratur.

EIVSDEM, ex I I. ad Neſtorium epiſtola.

Vni ergo perſonæ omnes in Euangelio voces adtribuendæ ſunt, vníque hypoſtaſi ſermonis incarnatæ. Chriſtus enim Ieſus Dominus eſt, ſecundum ſcripturas.

EX DECRETO.

Nõ in duas perſonas diſcertum, vel diuiſum: ſed vnum & eumdem filium vnigenitũ, Deum ſermonem, Domioum Ieſum Chriſtum.

CYRILLI, ex epiſtola ad Succeſſum.

Non in duas perſonas filios diſcerpetur: ſed mãſit vnus & idem Domious Ieſus Chriſtus.

EX DECRETO.

Sicut olim vates de ipſo, & ipſe nos Dominus Ieſus Chriſtus erudijt, & ſymbolum illud patrum noſtrorum tradidit.

CYRILLI, ex epiſtola ad Neſtorium.

Sic ſanctos ſenſiſſe patres inueniemus.

EX DECRETO.

His ergo cũ omoi vndíqoe accuratione diligentiáque à nobis ſaocitis, decreoit ſacra ſynodus nemini fas eſſe, fidem aliam proferre, vel in litteras referre, & cætera.

CYRILLI, ex Epheſina ſynodo.

His ergo recitatis, decreuit ſacra ſynodus, nemini fas eſſe, fidem aliam proferre, &c. THEORIANVS. Vides, ſanctiſſime Domine ſacram banc ſynodum Chalcedooe babitam, à recta patrum ſententia ne paullum quidem receſſiſſe: ſed ipſa verba cum mente verborum retinuiſſe? GENERALIS. Equidem in hoc decreto oihil inuenio, quod orthodoxæ fidei áduerſetur: adeóque miror, qui factum ſit, vt noſtri maiores impudẽter ad id calumniandum progrederentur. THEORIANVS. Adponamus, ſi placet, eorum qooque patrum auctoritates, qui partim ante Cyrillom, partim poſt eum illuſtres extiteruot, tam verbis, quàm ſenteotiis ſanctæ Chalcedonenſi reſpoodentes. GENERA. id verò ſuperuacaneum fuerit. qoippe Cyrilli ſupra recitatæ auctoritates ſufficiunt. THEORIA. Videamus ergo, ſi placet, quot & qualibus ſectis diuinum hoc decretum ſeſe obijciat. GENERALIS. Id verò præclarum fuerit ìotueri, ne qoid eorum nobis deſit, quæ deinceps eius ſtabiliẽdi cauſa proferri debent.

EX DECRETO.

Vnũ & eumdem filium, Domioum noſtrũ Ieſum

Chriſtum, eſſe confitendum: vniuerſi conſona voce docemus.

Thaorianvs. In his obturat os Paulo Samoſateno, & Neſtorio, qui hominem adorabant, & in duos filios auſi ſunt eum diuidere, aliúmque dicere filium natura ſermonem, & alium rurſus filium per gratiam Chriſtum Ieſum, qui nomen filij per vnionem & coniunctionem cum naturali filio ſit adeptus: qui denique non confitebantur vnum & eumdem filium, carnis quidem expertem ante deſcēſum & hominis adſumptionem: incarnatum verò eumdem poſt deſcenſum & hominis adſumptionem noſtri cauſa factam.

EX DECRETO.

Eumdem in diuinitate perfectum, & eumdem perfectum in humanitate. Quum in diuinitate perfectum dicit, Arianorum blaſphemiam reijcit. Nā illi Deum quidem eſſe Chriſtum dicunt, ſed imperfectum & patrem minorem Deum tradunt. Quum autem inquit; Et eumdem perfectum, in humanitate: nō Arianorum modo, ſed Apollinariſtarum quoque demētiam refutat. Arius enim nugatur, ſermonem adſumpſiſſe carnem omnino inanimam: Apollinaris autem, animatam quidem carnem, ſed mentis expertem: quo fit, vt imperitè ambo imperfectam Domini humanitatem tradant.

EX DECRETO.

Vere Deum, & eumdem vere hominem. Hæc propter Manem poſita ſunt, qui eum purum fatetur Deum, non etiam hominem: & propter Paulum Samoſatenum, & Artemam, qui diuinitatem eius pernegant, purum hominem confitentes. Ex decreto. Ex participe rationis anima, corporéque conſtantem. Hic rurſus Apollinarim oppugnat, qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum nō dicebat animam habuiſſe mente præditam, ſed dumtaxat vitalem: atémque Manem & Valētinum, incarnationem eius negantes. Ex decreto.

Eiuſdem cum patre ſubſtantiæ: ſecundum diuinitatem. Hoc propter Eunomium & Arium, qui vnigenam illum ſermonem diuerſæ à paterna ſubſtantiæ, & creaturam, & mancipium, impiè prædicabant. Ex decreto. Et eumdem nobiſcum eiuſdem ſubſtantiæ, ſecundum humanitatem. Hoc propter Marcionem, & Manē, & Valētinum, qui eum per opinionem ac phantaſiam dumtaxat aiebant hominem adparuiſſe; non reipſa, & naturaliter hominem factum confitebantur. Ex decreto. Ante ſæcula quidem ex patre genitum, quo ad diuinitatem. Hoc propter Simonem, & Eunomium, & Arium, qui generationem ipſius ex patre, factā ante ſæcula, negabāt. Ex decreto. Extremis verò diebus eundē propter nos, & ſalutē noſtrā, natum ex Maria virgine Deipara, ſecundū humanitatem. Hoc propter Photinum, & Theodorum, & Diodorum, & Neſtorium, qui exiſtendi principium ei dant ex Virgine, ac tradunt eum hominem eſſe, qui ob virtutem profectu quodam & incremento ſit deificatus; non Deum de Deo, qui amore generis humani citra mutationē homo factus ſit. Ex decreto. Qui duab° in naturis citra confuſionem, mutationē, diuiſionē, ſeparationē adgnoſcitur; neqüaquā naturarum diſcrimine propter vnionē ſublato, ſed vtriuſque naturæ proprietate poti° ſalua, & in vnā perſonā vnāq; hypoſtaſin cocunte. Iſta propter Neſtoriū, & Apollinarium & Eutychē, qui naturas diuerſas, Sermonis, inquā, & carnis eius, vnam naturā abſolviſſe dicunt, amiſſa ſcilicet ſingularum proprietate: quo fit, vt ſecundum ipſorū doctrinam, nō amplius in Chriſto vel eſſe paſſibile quidquam ſtatuere poſſimus, propter diuinitatem ipſius, paſſionis expertem; vel quidquam impaſſibile, propter ipſius humanitaté, paſſioni obnoxiā. His ita recitatis & declaratis Generalis ad Theorian. inquit: Equidē poſt recitationem huius decreti nihil in eo deprehēdo, quod orthodoxæ fidei repugnet, ſicut & pridem faſſus ſum. miror etiam, qui factum ſit, vt noſtri maiores impudenter ad id calumniandum progrederentur. Sed arbitror propterea, quod hæc ſancta vniuerſalis, magnáque ſynodus, aduerſus plures ſe ſectas obiiciat, vt indicatum eſt; multos aduerſus eam ab hoſte ſalutis humanæ calumniatores fuiſſe ſuſcitatos, pro multis illis vulneribus, quæ ad corpus ipſum rei ſunt à ſynodo inflicta. Rectiſſimū ſane decretum eſt, vti quod à Spiritu ſancto per tot taléſq; ſanctos patres dictatum fuerit. quippe nulla ſynodus tam frequentem ſanctorū patrū collectorū numerum habuit. Cæterum modo tibi quiddam apertā, quod hactenus vulgò proditum non fuit. Ante CC. annos quidam Generalis Armeniorum fuit, cui nomen Ioannes, vita doctrináque magnis ſanctiſque patrib. par, & qui diſciplinas exteras vniuerſas, adeóque philoſophiam ipſam non ſummatim adtigiſſet; vita quidem diuina haud ſcio an omnibus, plurimis certe præiuit dignus habitus, tam vitæ, quàm doctrinæ gratia, qui hoc ſacro gradu ſolióque Generalium potiretur. Hic diuino repletus zelo, contra * Monophyſitas ruebat, & toto eis propemodū Epiſcopatus ſui tempore tam ſcriptis, quàm lingua infligere vulnera non deſijt: cuius & ſacram memoriam honorificè piéque celebramus. Huius diuini beatíque viri commentarius eſt apud me, quem contra monophyſitas ſcripſit, pluribus ſcripturarum teſtimonijs, & enthymematis, & valentibus ſyllogyſmis, & notionibus communibus, & demōſtrationibus refertus. Eum beatæ memoriæ Generalis Gregorius, qui nō multo ante me illuſtris in hoc ſolio fuit, ita cōfirmauit; vt eius in extremo hæc verba præſcriberet: Sic & ego credo, quemadmodum ſanctiſſimus Generalis Ioannes hic ſcripſit, & ita non credentes, anathematiſo. Ac legamus ſanè paullum ex eo, ſi placet, vt hūc virum adgnoſcas, veluti leonem ex vnguibus.

*qui vnā in Chriſto naturam credunt

Theorianvs. Equidem hoc ſcriptum lubentiſſimè audiam.

Quum ergo recitatum fuiſſet proœmiū, Theorianus ad Generalem: Obſecro, inquit, eximiam ſanctitatem tuam, vt hic liber deſcribatur, ac mihi tradatur: quo Græcum factum habere in * Romania poſſimus, ad honorem patris ipſius, vtque per eum auctor à nobis ipſe celebretur. Generalis. perplacet.

Itaque deſcriptus & nobis traditus eſt, qui eum ad vrbem * Auguſtam deportauimus.

*ſic adpellabant imperium orientale.

*Conſtantinopolim.

Secundum hæc Generalis ita nos compellabat. Beatus Paulus inquit; Optarem ipſemet eſſe à Chriſto anathema, pro fratribus meis, cognatis mihi, quod carnem adtinet, dumtaxat vt ipſi ſalutem apiſcerentur. Idem ego de mea gente dico. & quādoquidem bonus paſtor etiam mori debet pro ſuis ouibus, omnem machinationem atq; ſtudium

Rom. 10.

ſtudium adhibebo, & omnib. omnia fiam; vt omnes, aut aliquos omnino ſeruem: quo & ipſe dicere poſſim. Ecce ego, & liberi, quos Deus mihi dedit. Quo autem modo ſim id facturus, audi. Ab hodierno die ſcribere literas ad Armeniorum Epiſcopos vbique gentium incipiam, quibus eos ad Synodum inuitabo. Ea quum habita fuerit, in medium proponam auctoritates omnes quotquot Armenij habent, & pro ipſis eſſe videntur. Proponam & illa ſacrarum literarum teſtimonia, quæcumque tu mihi protuliſti. Ac primum quidem ero ex parte Armeniorū, cōtra vos diſſerendo cōtendens: deinde paullatim, ac pedetentim, nec ſine multo conſilio, cōuenienti & tempore & modo, detergere incipiam Armeniorum errorem, qui hactenus obtinuit: Redarguam eos & de libro ſanctæ memoriæ Ioannis illius Generalis epiſcopi, quem librum tibi deſcriptum obtuli: de omnibus illis denique demonſtrationibus, quas eruditio tua mihi ſuppeditauit. Ad ſummam, Romanus ero, próque Romanis, immo pro veritate, aduerſus Armenios decertabo: ac ſpe infallibili fretus erga Deum futurum mihi polliceor, vt oues meæ vocem meam audiant, ac me ſequantur & erimus, Deo iuuãte, vnum ouile, vnus paſtor. Quod ſi ad me vniuerſi acceſſerint, bene erit; ac benigno Deo gratias agere non deſinam: ſin autem, (quod euenire nolim) cum ijs, qui me ſequentur, & mecum conſentient, veritatis doctrinam cōfirmabo. & ad præpotentem ſanctúmque noſtrum imperatorem, & ſanctiſſimũ ac vniuerſalem patriarcham, meo auctoritatis præcipuæ pontifices mittam, qui fidem orthodoxam ſcripto comprehenſam adferent, manu mea ſubnotatam, & omnium mihi ſubiectorum recte ſentientium Epiſcoporum ſubſcriptiones cōtinentem; quique tam voce propria, quam per ſcripturam noſtro nomine pariter, & amplexorum veram ſententiam Armeniorũ, eã cōfirmabunt. Atque huic cōprehenſæ ſcripto fidei hoc quoque, præter alia, incertum erit; nos habitam Chalcedone magnam, vniuerſalem, quartã illã ſacrã ſynodum recipere cũ ijs ſanctis patribus, quos ea recipit: quos autem è diuerſo anathemati ſubijcit, eos nos quoque anathematiſare; nimirũ Eutychem, & Dioſcorum, & præter hos Seuerum, & Timotheum Ælurum, & omnes, qui aduerſus eam nugas meras effutiuerũt.

A Quotquot autem cordis oculos ad veritatis locẽ clauſerint, & ſe viris illis ſanctis doctiores exiſtimabunt: æterno anathemati tradanı. Deinde quũ hæc omnia in vrbe auguſta, ſynodo interueniente, corroborata fuerint, ac reuerſi mei pōtifices. ſi quidẽ piiſſimus imperator iuſſerit, & ipſe vrbem auguſtã ingrediar, adoraturus & res ibidẽ ſanctas ac veneratione dignas, & Apoſtolis parẽ ac ſanctum imperatorem, & ſanctiſſimum patriarchã. Quibus dictis, è cenaculo expulit vniuerſos, & animo dolorem præſeferente, plenísque lacrumarum oculis

B ita nos adfari cepit.

Obſecro benignum & ſanctum imperatorem noſtrum, vt poſteaquã mei pontifices Cōſtantinopolim ingreſſi, & hæc, quæ diximus, omnia cōfirmata fuerint: iubeat ſanctiſſimũ & vniuerſalẽ Patriarchã, ornatũ pōtificalibus ſuis, quæ geſtare cōſueuit, quoties ſacrum miniſteriũ peragit, in * ambonem cōſcendere, vel in ſacrum ſanctum illud ſolium poſt ſacram menſam collocatũ, crucẽ ſanctã manibus ſuis tenentẽ, & venerabilia ligna; audiẽtéque toto Eccleſiæ corpore ac populo, genti Armeniorũ bene precari, quæ totum prope ſeculum exſecrationi ſubiecta fuit: deinde curet ſerias cōcipi preces etiã pro ijs Armenijs, qui obdormierunt; vt Deus, qui omniũ vult ſalutẽ, profectum hoc ex ignoratione, nō malitia, delictũ ei. remittat. Quũ

ſuggeſtū

C ergo videremus eum, hęc corde cōtrito, & cum gemitibus ad nos proferentẽ: nos quoque moti ſumus ad cōmiſerationem, totique meras in lacrumas & lamentationes ſoluti. Deinde quum paullum temporis interceſſiſſet, qualíque ploratus cōquieuiſſet; Theorianus dixit.

Has preces tuas, Domine, præpotenti & ſancto imperatori noſtro exponemus. Inde tradita nobis epiſtola ad piiſſimum, & ſanctũ, & Chriſtianũ imperatorẽ noſtrum qua & illud cōplexus erat, ſe magnã illã, & vniuerſalẽ, ſanctámq; ſynodũ quartam Chalcedone habitam, recipere: pacifice nos dimiſit, tactóque capite noſtro, bene nobis eſt precatus. Nos autem actis Deo pro his omnib. gratijs,

D Conſtantinopolim cōtinuis itineribus proficiſcebamur Deum interim & collaudentes, & prædicãtes: cui quidẽ omnis maieſtas, honos, adoratio, & magnificentia, ſæculis infinitis competit. Amen.

LEONTII ADVOCATI BYZANTINI, SCHOLÆ, EX ORE THEODORI, RELIGIOSISSIMI ABBATIS, doctiſſimique philoſophi, diuinis pariter, externiſque literis eruditi, excepta.

ACTIO PRIMA.

QVVM ex antiquitatis memoria ſectarum hiſtoriam repetituri ſimus, neceſſariũ eſt, de quatuor vt vocabulis, quæ in patrũ dictis reperiuntur, paucis diſſeramus. Ea vocabula ſunt, ſubſtantia, natura, hypoſtaſis, perſona. Sciendum ergo, ſubſtantiã & naturã apud ipſos idem eſſe: ac rurſus idem, hypoſtaſin & perſonã. Subſtantia ſiue natura, eſt apud eos, quod Philoſophi ſpeciem vocant. Et ſpecies eſt, quę de pluribus ac numero diuerſis di-

Hæc quatuor nomina ſubſtãtia, natura perſona, hypoſtaſis quã in ſignificatione à Theologis ſumantur.

E citur. Hypoſtaſin verò, ſiue perſonam vocãt, quod indiuiduam philoſophi ſubſtantiam dicunt. ac recte quidem adiecimus, indiuiduam ſubſtantiam. nam Eccleſiaſtici ſcriptores accidentium indiuidua nec perſonam vocant, nec hypoſtaſin.

His ita præcognitis, fidem hanc profiteamur, vnam ſcilicet eſſe diuinitatem, quæ tribus in hypoſtaſibus intelligatur. Vna patri eſt hypoſtaſis, altera filij, tertia Spiritus ſancti. atque hæc tria nihil inter ſe differunt, niſi ſolo proprietatum reſpectu; quatenus hic pater eſt, alter filius, tertius Spiritus ſanctus. nam horum trium vna eſt ſubſtantia, & vna poteſtas, vna voluntas. In hoc tãtum differunt, quod filius ex patre gigni-

tur, Spiritus procedit. Quo aotem modo vel filius ex eo gigoatur, vel Spiritus ſanctus procedat; curioſius inueſtigandum oon eſt. Scieodum verò non hnmano mote patris, & filij, & ſancti Spiritus voces accipiendas. Quippe ſacræ litteræ ſic iſtis ſimpliciter adpellationibus vſæ ſunt, prout de rebus ijs docere ac loqui licuit, nóſq; auditu percipere potuimus. Hæc ergo ſancta Trinitas; vnaque diuinitas, prorſus ex nihilo coodidit vniuerſa, tam adſpectabilia, quam inadſpectabilia. Num verò inadſpectabilia prius facta fuerint, ex ſequentibus intelligemus.

Breuis creationis epitome vel potius hiſtoria Eccleſiaſticæ ſumma paucis verbis cõprehenſa.

Hoc quidem ſciendum, Deum ſex diebus vniuerſa cõdidiſſe, homioem vltimo die creaſſe, creatum in paradiſo collocaſſe. Quid paradiſus ſit, deinceps cognoſcemus. Hinc Deus caroe de hominis coſta quadam ſumpta, feminam condidit; cui quidem ab Adamo Euæ nomen eſt inditum.

Præſcripſit autem ipſis mandatum Deus, cui ſi obtemperarent, ſaluos fore; ſin autem, morituros aiebat. quod quum illi non præſtitiſſent, eiecti de paradiſo fueruot. ſimul Deus humanum genus eſt exſecratus. Eiectis autem ipſis, Adamus cum Eua rem habuit, eiſque nati ſunt tres filij, Cainus, Abelus, Sethus. His procreatis, augeri genus humanum cepit, ac Dominum offeodere: qui quidem ita commotus, eis diluuium immiſit, è quo ſolus Noë, cum vxore, tribus filiis, & eorum vxoribus, octo ſcilicet homines, ſalui euaſeruot. His ſeruatis, iterum gens humana excreuit, ceperéque rurſus adorare ſimulacra. Tunc Deus in Abrahamum coniecit oculos, hominem Chaldęũ, habitantem in Meſopotamia. Diſcede, inquit, eum adpellans, à cognatis tuis, & patria tua, in eam regionem, quam ego tibi monſtrabo. Quo inde digreſſo, Deus ei terram Chananæam ſiue Palæſtinam oſtendit, ioquieos: Huius ego te poſſeſſorem conſtituam. In hac igitur regione Abrahamus Iſaacum genuit, Iſaacus Iacobum, Iacobus xij filios, quorum vous erat Iudas. Hi ſunt illi xij. patriarchę, quibus hoc nomen ex eo datum, quod xij. tribubus adpellatiooes dederiot. Vocabantur autem Iſraëlitæ, & Hebræi, & Iudæi. quorum nominum primum à Iacobo nacti ſunt; cui Deus aliquando dixit: Noo Iacobus adpellabere, ſed Iſraëlus, id eſt, mens Deum adſpiciens. itaque ab Iacobo, cui cognomentum Iſraeli datum, Iſraëlitæ dicti. Hebræi verò, ab vno de Abrahami proauis Hebero. Iudæi denique dicebantur, non proprie vniuerſi: ſed quotquot ex Iudæ tribu originem ducebant. nihilominus & alijs hoc nomen abuſiuè tribuebatur ex ea cauſſa, quod ex illa tribu Reges creabantur. In horum xij numero Ioſephus erat, quem cæteri fratres æmulatione quadam perſequebantur, donec eum tamdem viris quibuſdam in Ægyptum proficiſcentibus, venderent. In Ægyptum delatus, apud Pharaonem Regem, & alios ibidem gratioſus eſſe cepit. quumque annonæ caritas exſtitiſſet in Palæſtina, Iacobus cum filiis nepotibuſq; ſuis, capitibus omnino lxxv. in Ægyptum venit, vbi copiam eſſe magnam annonæ inaudiſſet. atque hîc à Ioſepho adgniti, manſerunt. Ibidem extinctis Iacobo & Ioſepho, ab Ægyptijs Iſraelitę adſtigebantur. itaque recordatus eſt Deus, quid Abrahamum facere iuſſiſſet: eóſque per Moſem vatem eduxit ex Ægypto, ſexcenta ſcilicet, hominum millia, abſq; pueris & mulierculis. Manſerunt autem in ſolitudine annis xl. quo tempore legem quoque Deus eis per Moſem dedit: cui quidem legi omnia, ceu ſacræ litteræ loquuntur, aduerſa faciebant. Poſt annum xl. egreſſi ſunt de ſolitudine in terram promiſſam, Moſe rebus humanis exempto. In hãc traducti, ne ſic quidem coouerſi ſuot, licet multi vates exiſterent, eóſque plurimum cohortarentur ac inſtruerent; ſed ijdem manſeruot. Tandem filius & ſermo Dei, conſtituto propter nos in Deipara virgine domicilio, quum corpus animatum, mente præditum, rationis particeps, & ſimpliciter vt loquar, humanum induiſſet, eidem humano corpori vnitus eſt citra confuſionem, & vere, citráque diuiſionem. Vere, quoniam ex Deo ſermone, humanóque corpore, hypoſtaſis abſoluta eſt vna: citra confuſionem, quoniam poſt vnionem nihilo minus vnitæ res ſaluæ atque integræ manent, non mutatis ſubſtantialibus proprietatibus: citra diuiſionem, quooiam vna eſt earum hypoſtaſis. Horum omnium fidem ſacræ nobis litteræ faciunt. Sic enim loquuntur de vno & eodem, ac ſi diuerſis à naturis actiones ipſæ prouenirent; nunc quidem à Deo, nunc aotem ab homine. Nam omnia, quæcomque ſuſtinere hominem oportet, ſuſtinuit. In lucem eſt editus, lacte nutritus, educatus, auctus ſtatura corporis. & annos natus xxx. baptiſatus fuit, ac poſt baptiſmum prodigia facere cepit, & Iudæos docere: annóque xxxiij. in crucem actus, quo facto, tertio die reſurrexit, in cœlos adſumptus cum corpore: cum quo iam patris ad dextram ſedet; eſtque is, qui viuos & mortuos in reſurrectione iudicabit. Hæc Chriſtianorum fides eſt. atque his ita declaratis, in hac conſideratione noſtra de quatuor ſectis commemorandum erit: quarum duæ quidem, ad doctrinam de Deo ſpectant, ex diametro ſecum in vicem pugnantes. Quippe Sabellius vnam ſanctæ Trinitatis naturam dicebat, & vnam hypoſtaſin, habeotem plura oomina. Arius autem eſſe tres aiebat hypoſtaſes, ac tres diuerſi generis naturas. Nam primum dicebat eſſe patrem, eiusque creata filium & ſpiritũ ſanctũ, ab ipſo facta ad ſeruiendum ei in creatione rerum condendarum. His in hunc modum à ſe in vicem diſſidentibus, Eccleſia medio incedens itinere, nec more Sabellij ſic vnam naturã tradens, vt vna quoque ſtatuatur hypoſtaſis; nec ita tres hypoſtaſes, de Arij ſententia, vt tres itidem naturæ ſtatuantur: (quippe Sabellius propter vnitatem naturæ in errorem actus, vnam quoque tradebat hypoſtaſin: Arius vero, propter hypoſtaſes tres, tres quoque naturas eſſe dicebat) medio igitur inter hos Eccleſia incedens itinere, vnam eſſe Dei naturam dicit in tribus hypoſtaſibus. atque hæc eſt in Trinitate vnitas, & in vnitate trinitas. Deinde ſimiliter ex diametro quaſi pugoabant ioter ſe, de incarnatione Dei ſermonis; Neſtorius & Eutyches. Quippe Neſtorius, duas ille quidem naturas fatebatur; ſed non dicebat earum factam vnionẽ.

Magnam volebat eſſe huius hominis ad filium adſectionem, adeo quidem, vt per eum, quæcumque velit, efficiat: eámque ob caoſam aiebat hunc hominem, filium quoque adpellari. Quod ſi quis obijceret, Cur vnum filium dicis eſſe, non duos?

Incarnationis myſterium.

Cur humanitatem in Chriſto demõſtrabant.

4. ſectæ principales

Primum par. hæreticorum.

Sabelij hæreſis.

Hæreſis Arij.

Alterum par.

Neſtorij hæreſis.

reſpondiſſet Neſtorius, tantum eſſe amorem & adfectionem Dei ſermonis erga hunc hominem; vt duo filius vous adpellati fuerint. *Eutychis hæreſis.* Eutyches verò perhibebat vnam eſſe hypoſtaſio, & tam arctam aiebat vnionem Dei ſermonis cum homine factam: vt etiam de duabus, vna fuerit effecta natura. Rurſus autem Eccleſia medio pergens inter hos itinere, nec duas natoras ita cum Neſtorio fatetur, vt non & vnionem factam dicat: nec viciſſim talem dicit vnionem factam qualem Eutyches, vt vnam quoque naturam adſerat. Neſtorius enim propterea, quod duæ naturæ ſint, vnionem factam negabat: Eutyches propter vnionem naturam dicebat vnam. Verùm Eccleſia tradit vnam eſſe hypoſtaſin, duabus in naturis. Atque hæc doctrina de incarnatione filij doctrinæ de Trinitate vice verſa reſpondet, ſicut diuus ille Gregorius ait. Nam iſtic vnitatem naturæ tribuimus, diſcrimen hypoſtaſibus: hîc autem è contrario, vnitatē hypoſtaſi, diſcrimen naturis. Ac de his quidem hîc agere modo lubuit.

Hac ſecunda actione quid ſacri libri tum veteris tum noui Teſtamenti complectentur pauca dilucide tamen declarantur. Hebræorum & Samaritanorum hæreſes explicantur & refelluntur.

ACTIO SECVNDA.

SEQVITVR, vt poſt illa iam præmiſſa de ſectis quibuſdam breuiter agamus. *Hæreſes 84.* Vniuerſæ quidem numero lxxxiij ſunt; quas Eccleſia recepto recenſeamus. Igitur ex libris Epiphanius, Cypri antiſtes, enumerat. Prius tamen, quam eas adtingamus, libros ab Eccleſiaſticis, alij ſcripturæ veteris ſunt, alij nouæ. *Quæ noua & quæ vetus ſcriptura.* Veterem ſcriptoram vocamus eam, quæ ante Chriſti aduentum litteris prodita fuit: nouam, quę poſt ipſius aduentum. *Catalogus ſacrorū librorum, et partitio.* Veteris libri ſunt xxij, partim hiſtorici, partim Prophetici, partim præcepta continentes, partim ad concinendum facti.

Quod ſi alterum in altero alicubi reperitor, à potiore tamen parte ſingulis adpellationes datæ. *Quinam hiſtorici libri.* Hiſtorici libri ſunt xij. Primus, eſt Geneſis; réſque geſtas à condito cœlo ac terra, vſque ad Ioſephi mortem continet. *Quid agatur in Geneſi.*

Quid in Exodo. Alter, Exodus; & à morte Ioſephi, & exitu Iſraëlitarum geſta complectitur ad illud vſque tempus, quo ad montem Sinam peruenerunt. Ea verò ſunt, quomodo Mare rubrum tranſierint, quid interea factum, quomodo legem à Deo per Moſem acceperint.

Quid in libro Numerorum. Tertius liber eſt, quem Numeros vocant; quo tribus Iſraëlitarū, eorúmq; principes recenſentur.

Quid in Leuitico. Quartus, Leuiticus eſt; quo præcipitur, quo ritu Deo ſeruire ſacerdotes debeant: vnde & Leuitici nomen inuenit. Nam de Leuitarum tribu ſacerdotes creabantor.

Quid in Deuteronomio. Quintus, eſt Deuteronomium; in quo velut in ſynopſi, ab exitu facta narrat, vſque ad montem Sinam. Item, latius exponit legem. Vnde Deuteronomium vocaront, quaſi legem iteratam. Nam quæ de lege breuiter in exodo præſcripta ſunt, ea latius in Deuteronomio, cum pluribus aliis, traduntur.

Appendix

A Atque hos quinque libros, vniuerſi Moſis eſſe teſtantur. qui enim ſequuntur proximi, cuius ſint, nemo nouit. Iſti quidem Pentateuchi vocantur.

Quid in Ioſue. Sextus Deuteronomium ſequitur liber, Ieſus Nauæ filius; eóque narratur, quo pacto Ieſus, qui Moſis diſcipulus fuerat, & poteſtate poſt ipſum pari præerat, Iſraëlitas è ſolitudine promiſſam in terram deduxerit.

Quid in libro Iudicum. Septimus eſt, qui Iudicum nomen habet. nam quum in terram promiſſam Iſraëlitæ veniſſent, iudices ſibi conſtituerunt, qui populo ius dicerēt. Regibus enim carebant, ſolúmque Deum Regem ſuum adpellabant. Itaque liber hic Iudicum nomē accepit, quod in eo commemorantur res ab iudi- B cibus ad reges vſque geſtæ.

Quid in libro Ruth. Octauus Ruthæ liber eſt propterea ſic dictus, quod in eo narretur, quo pacto Ruthia, mulier natione Moabitis, ad Iſraëlitas acceſſerit. Erat autem hæc aui Dauidis vxor.

Quid in libris Regū. Regni Iudæorū origo. Secundum hos libri duo ſunt qui regnorum hiſtoriam continent. quippe libri ſunt de regnis omnino quatuor, libris duobus comprænhenſi. Regnum Iudeorum hanc originem habuit. Samuelus, iudicum poſtremus, & vates, & magnus vir extitit; qui iuſtiſſimè populo Iſraëlitico cum poteſtate iudicis præfuit.

C Erant huic duo filij, qui Samuelo iam ſenio confecto iudice, declarati, patris in iure dicundo iuſtitiam & æquitatem non imitabantur: ſed munera capientes, iudiciarias cauſſas prodebant.

Quapropter in iſta Samueli ſenecta collectus Iſraëlitarum populus, ab eo petebat, Regem ſibi deſignaret. Ille votis ob hanc cauſſam ad Deum conceptis, reſponſum tulit, quo Regem eis conſtituere iubebatur. Non enim, inquit Deus te nihil fecerunt Rege poſtulato; ſed meipſum. *Primus Rex Iudæorum Saul.* Samuelus accepto Dei reſponſo, Saulum eis Regem dedit, virum Benjaminææ tribus: qui regno annos xl. potitus, mandatis Dei non eſt obſequutus. *Secundus Rex Dauid.* Quare Deus ipſius loco Dauidem, è tribu Iu- D dææ, Regem fecit: à quo tempore Iudæa tribus in poſſeſſione regni manſit, filiis parentum in poteſtatem ſuccedentibus; donec Nabuchodonoſor eo cum copiis profectus, in ſeruitutem Hieroſolyma capta redegit.

Nonus ergo, decimuſque liber regna continent.

Liber Paralipomenum. Vndecimus eſt Paralipomena; quod nomen inuenit ex eo quod commemorando perſequatur, quæ librorum de regnis auctores omiſerant.

Libri Eſdræ. Duodecimus inter hiſtoricos libros Eſdras eſt, quo facta poſt Iudæorum captiuitatem exponuntur, vſque ad eorum ex Aſſyria terra reditum, qui E regnante Cyro accidit. Et hi quidem ſunt hiſtorici libri. *Libri Prophetici quinque maiores et minores Prophetas comprehēdentes.* Prophetici quinque ſunt. Primus, Eſaias; alter Ieremias; tertius, Iezechielus; quartus Danielus; quintus à Prophetis xij. dicitur, quo ſcilicet oracula xij. vatum continentur. Qui præcepta continent, quatuor libri ſunt. Primus Iobi, quem nonnulli conſcriptum ab Ioſepho putarunt. *Prouerbia Salom. Eccleſiaſtes Canticum canticorū.* Alter, Prouerbia Solomonis. Tertius, Eccleſiaſtes ſiue Concionator. Quartus, Canticum Canticorum. Et poſt libros, qui præcepta continent, hoc canticum canticorum ordine proximum collocatū eſſe dico propterea, quod ipſarū rerū conſideratio ſublimior ſit. hi verò tres libri Solomonis ſunt

Pſalterīū.

ſequitur pſalterium.

Libri nouæ ſcripturæ omnia cōprehendunt quæ nouo Teſtamento continentur.

Habes ſcripturæ veteris libros XXII. Nouæ, ſex libri ſunt; quorum doo, quatuor Euangeliſtas continent: primus Matthæum & Marcum, alter Lucam & Ioannem. Tertius eſt Acta Apoſtolorum. quartus, epiſtolæ catholicæ, numero ſeptem. prima, Iacobi; ſecunda, & tertia, Petri; quarta, quinta, ſexta, Ioannis; ſeptima Iudæ. Catholicæ ſiue generales dictæ ſunt, quod non ad vnam ſcriptæ ſint gentem, vti Paulinæ; ſed generaliter ad omnes.

Cur epiſtola D. Iacobi Ioan. & Petri dicūtur Catholicæ.

Quintus liber, XIIII. ſancti Pauli epiſtolæ. Sextus, ſancti Ioannis reuelatio. Hi ſunt libri, tam priſci, quam recentes; qui in Eccleſia pro canonicis habentur. ac priſcos quidem omnes Hebræi recipiunt. Quæ quum ita ſint, operæ pretium fuerit, Hebræorū dogmata primo loco exponi; & primū, quæ ad doctrinam de Deo pertinent. Igitur Hebræi vnam dicunt hypoſtaſin (ſiue perſonam) vnámque naturam Dei; nullam plane Trinitatem admittentes, ac neque patrem, neque filium, neque Spiritum ſanctum dicentes: niſi forte ſic Deū, inquiunt, adpellemus patrem; vt qui omnium ſit hominum pater. Vnam ex eo probant eſſe hypoſtaſin Dei, quia Moſes dixerit: Audi Iſraëlitica natio, Dominus Deus tuus, Dominus vnus eſt.

Hebræorū ſecta.

Hæreſis Hebræorū Trinitatis myſterium condēnabat.

Ratio quæ Hebræos mouebat et vnicā Dei hypoſtaſim dicerent.

Nos autem reſpondemus eis, hoc à Moſe dictum, reſpiciente ſubſtantiam, non hypoſtaſes. quippe nos etiam Deum vnum dicimus, in tribus hypoſtaſibus. Et eſſe Trinitatem, plurib. oſtendi argumentis poteſt. Primum ex Dei verbis, in Geneſi dicentis; Faciamus hominem. Non.n. plurium numero dixiſſet: Faciamus: ſi non & alios poteſtatis conſortes haberet. Secundo ex ijs, quæ rurſus in Geneſi profert: Ecce factus eſt Adamus, velut vnus ex nobis. Pluribus itaque probari poteſt, eſſe ſanctam Trinitatem. Sed progrediamur, & quid de incarnatione Chriſti ſentiant, oſtendamus.

Argumētis contra Hebræos probat Trinitatem.

Tria de Chriſto quæruntur an veniat, an venerit an qui venit ſit De⁹.

Quum ergo tria de Chriſto in quæſtionem venire ſoleant: an veniat, an venerit; & tertio loco, ſitne qui venit, Deus: de primo, cum ſcil. veniat, nihil opus eſt dici. Nam ipſimet venturum fatentur. de duobus cæteris probandum, eos male loqui. Quippe dicentibus nobis eum veniſſe, atq; hoc ipſum multis argumentis oſtendentibus; primum ex ſignis, quæ facit, deinde ex eo, quod ab ipſo ſublata ſint è medio ſimulacra: (nam Eſaias inquit, Ecce Dominus in Leui nube conſidet, ac in Ægyptum veniet, & Ægypti ſimulacra manu facta quatientur ab ipſius conſpectu) tertio, de verbis Danieli vatis: (etenim illæ annorum ſeptuaginta ſeptimanæ, de quibus ad eum Angelus loquitor, ab illo tēpore, quo inchoandæ ſunt, in annos Chriſti deſinunt. Eſtque principiom computationis ab Artaxerxis longimani anno XXIIII) nobis igitur hæc eis oſtendentibus, ipſi non veniſſe Chriſtum adfirmant. In Pſalmo dicitur, inquiont, ipſius tempore iuſticiam & pacis copiam exorituram. aliáque talia de ſacris litteris male proferunt.

Quod Chriſt⁹ venerit, contra Hebr.

Septimanæ Danieli.

Nunc autem, inquiunt, nihil horum cernimus: ſed è contrario, creuiſſe iniurias, multáque peccata deſignari.

Duplex Chriſti aduentus.

Ad hoc nos reſpondemus, aduentum Chriſti duplicem eſſe vnum cum maieſtate, de quo Danielus commemorat, inquiens: Offerebat ſe mihi viſum nocturnum, & ecce quidam quaſi filius hominis in nubibus cœli veniebat, & vſque ad antiquum dierum acceſſi, eíque datum eſt imperium, & honor, & poteſtas, & omnes gentes ei ſeruient. & cetera. Alterum cū humilitate, de quo loquitur Eſaias: Et vidimus eum, nec ſpeciem habebat vllā, nec pulchritudinem. immo ſpecies eius erat turpis, & infra omnes homines. Quum ergo pſalmus ait, exorituram ipſius temporis iuſticiam, hoc ipſum dicit reſpectu futuri aliquando glorioſi aduentus.

Nam in primo Chriſti aduentu neceſſario futurum, vt peccata fiant, vel hinc plane manifeſtum eſt. Hebræos enim interrogo. Morieturne Chriſtus ille, qui veniet, à ſeipſo: an eum occident alij Reſpondent ſcilicet, ab aliis occidendum.

Interrogatione vehementiſſime vrget Hebræos.

Quid autem? qui talem tantúmque necabit hominem, an non peccabit grauiter? omnino peccaturum dicent. Ergo ſi hoc conceditur, omnino neceſſe eſt, in primo Chriſti aduentu peccata fieri. adeóque dictum illud Pſalmi de aduentu ſecundo erit accipiendum: præſertim quum & alibi Pſalmus dicat, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec poſuero inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Indicat enim Chriſtum habuiſſe inimicos. Vbi verò inimicitia eſt, ibi non eſt pax. Chriſtum denique non eſſe Deum, de quo tertio loco quæritur, ex iis, quæ Moſes dixit, adfirmant: Vatem vobis ſuſcitabit Dominus Deus, ex fratribus noſtris, mei ſimilem.

Vnde Hebræi probant Chriſtū non eſſe Deum.

Ecce, inquiunt, non Deum adpellauit, ſed vatem. Nos autem ad hoc reſpondemus, Chriſtum omnia fuiſſe. nam & homo erat, & vates, & Deus. itaque quouis adpellari nomine poterat. Etenim quod Deus erat, demonſtrata quæſtione, an venerit, ex noui fœderis ſcriptura probari facile poſſet. Verum & illud oſtendemus è ſcriptura veteri. Nam manifeſto Hieremias id alicubi dicit his verbis: Hic Deus noſter eſt, alius cum eo non comparabitur. Omnem ſcientiæ viam inuenit, eámque Iacobo, puero ſuo dedit; & dilecto ab ſe Iſraëlo. Secundum hæc in terra conſpectus eſt, & inter homines verſatus. Hæc igitur Hebræorum dogmata ſunt, & eorumdem refutationes.

Reſponſio ad rationē hebræorū.

Probat ſacris teſtimonijs Chriſtum Deū eſſe.

Nunc ad Samaritanorum quoque dogmata tranſeamus. ſed cognoſcenda prius hiſtoria quædam, vnde ſcilicet hæc Samaritanorum ortu ſit hæreſis. Poſtquam ergo Saulus annis XL regno Dauidem Deus, è Iudæa tribu prognatum, eius loco regem Iſraëlitarum conſtituit: ac Dauidis poſteritas in poſſeſſione regni manſit, filijs parentum imperium exſipientibus, vſque ad Sedeciam.

Hæreſis Samaritanorum.

Cæterum mortuo Dauide Rege, Solomo filius eius regnum ſuſcepit.

Propter Idololatriā Solomonis regnum Iudaicū trāſlatum eſt ad Hieroboamum Solomonis ſeruum.

Hic iuſtè agebat omnia quapropter ei Deus magnam ſapientiam poteſtatémque largitus eſt. Verùm vbi conſenuiſſet, adorauit ſimulacra, vxorib. ſuis obtemperans. quam ob cauſam iratus Deus, Hieroboamo Solomonis ſeruo dixit: ſe decem Domini ſui ſceptris eum præfecturum Regem, ſi voluntati diuinæ pariturus eſſet. reliqua quidem duo ſceptra Solomoni ſe relicturū, propter patrem ipſius Dauidem atque hæc poſt mortem Solomonis primum euentura. Quum autē mortuus fuiſſet Solomo, filius ipſius Roboam⁹ in re-

Per Solomonem hic in loco intellige eius filium Roboamum.

Appendix

A in regni poſſeſſione ſucceſſurus erat. itaque collecti ad ipſum Iſraëlite, ſic eum compellare: Nimis graui nos iugo pater tuus oppreſſit. tu ſac tolerabilius leuiuſque ſit, & ſeruiemus tibi. Ad ea Roboamus: Triduum mihi concedite, meumq́ue cōſilium vobis eaponam. Ac digreſſus ab eis, primo rem cum natu maioribus amicis paternis communicabat: qui delenien dos Iſraëlicorum animos aiebant, quo facto, lubenter illos ipſi ſeruituros. Hinc etiam ad adoleſcentulos retulit. Illi reſpondendum dicere, gracilitatem Roboami ſolidiorē eſſe lumbo paterno. Patrem flagris eos caſtigaſſe, ſe caſtigaturum ſcorpionibus. His adſenſus Roboamus, in eam ſententiam Iſraëlitis reſpondit. B Illi verò viciſſim dicere: Tu Dauidis, patris tui, familiam adminiſtrato: & Iſraëlici, quiſque ſuas ad domos ac tabernacula, reuertuntor. quibus prolatis, ab eo diuerterunt vniuerſi, duabus exceptis tribubus, Beniaminea ſcilicet, & Iudæa; quarum erant in ditione tam Hieroſolyma, quam loca continentia: decem verò tribus illæ, quæ ſeceſſionem fecerant, vicinam Neapoli regionem occupabant. Et adpellabantur hæ decem tribus, Iſraëlitæ; nomen à maiori parte conſequuti: reliquæ verò duę, Iudæi. Tribus igitur decem Hieroboamo, Solomonis ſeruo, ſibi præfecto, coorinna cum Iudæis bella gerebant. & quia lex erat, vt Hebræi quotānis arcam Hieroſolymis adorarent vetitus C Hieroboamus, ne frequenter eo commeantes, transfugium facerent: duas iuuencas aureas fecit, ſuis quę dixit, hos illos eſſe Deos, qui ex Ægypto Iſraëlicos eduxiſſent. eos adorarent. Quo factum eſt, vt pariter & Irſraëlite, & Iudæi, ab Hieroboam temporibus ſimulacra ſub multorū regum imperio colerent: donec iratus Deus, Salmanaſarum Aſſyriorū regem in eos duait. Is decem Iſraëlitarum trib⁹ in ſeruitutem redegit, Iudæis ne bellum quidē intulit. Quumque captiuos Iſraëlitis abduxiſſet, alios ibidem eorum loco regionis cuſtodiendæ cauſa, conſtituit; qui Samaritani ſunt vocati, quippe Sa- D marita, cuſtos Hebræis dicitur. Eos autem incolentes Iſraëlitarum terras, ſæpenumero leones interficiebant, donec miſſis legatis, Aſſyriorum regi ſignificarent, ab leonibus ad internicionem ſe deleri: propterea, quod ritum colendi Deum illius regionis ignorarēt. quibus rex auditis, vnum ea abductis in captiuitatem ſacerdotibus ad eos miſit, qui doceret, quo pacto regionis illius Deus eſſet adorandus. Is vbi aduenīſſet, nihil aliud eos docuit, vt extranei ſcriptores aiūt, niſi Pentateuchū. quamobrem illam ſolam Samaritani recipiūt. Hactenus ſcriptura ſacra. Perhibent autem, ab his ortos Samaritanos: quorum eſt huiuſmodi ſecta. In doctrina de Deo, cum Hæbreis eadem ſtatuūt: vnam hypoſtaſin, & vnam eſſe naturam tradentes. quod ad incarnationem Chriſti attinet, hoc modo ſentiunt. Chriſtum veniſſe non credunt, venturum exiſtimant: nec Deum eſſe, qui veniat, ſed vatem. Præterea nec angelum opinantur eſſe, nec animam immortalem, nec reſurrectionem. Non enim Hebræis adſentiuntur, credentibus Chriſtum viuos atque mortuos iudicaturum. Cæterum angelos eſſe, de pentateucho conuincuntur, ex hiſce verbis: Ecce angelus meus ante faciem tuam præit. Item, Angelus domini compellauit Agarem! Item Angelus domini compellauit Abra-

Appendix.

Neapolis eadē, quæ Samaria.

Hieroboā ſuos ad falſos deos conuertit & idcirco decem tribus dominium trāſtulit ad regem Aſſyriorū tranſtulit.

Vnde Samaritani.

Samaritani quod Deum nō colerent in Iudæa more Iudaico à leonibus dilaniabātur.

Miſſus ad Samaritas Sacerdos Iudæus quum Pentateuchū tantum docuiſſet id- circo hunc ſolum librum admiſerunt cæteros vt extraneos reiecerūt.

Capita doctrinæ Samaritanorum.

Angelos, cum animę immortalitate et reſurrectione corporū tollebant.

hamum! Item, Ingreſſi ſunt angeli Sodomorum opidum. aliáque talia. Mortalem verò animam eſſe, non immortalem; teſtatur, inquiunt ipſi, verbis hiſce Moſes: Sanguinem ne comederetis, ſed eum in terram effundite. Nam cuiuſuis animalis ſanguis, ipſius eſt anima. Sed nos ad hoc reſpondemus, primum non eſſe ſanguinem animalium animam; ſed quoniam effuſo ſanguine, anima quoque interit: idcirco de ſanguine, iumentorum ſic loquitur, quæ nos quoque morti obnoxia fatemur eſſe; non de hominibus. Quin & animam eſſe immortalem, & iudicium fore mortuorum; ex hiſtoria probamus. Cainus & Abelus, duo fratres erant; vnus agricola, paſtor alter: quibus ambobus rem Deo ſacram factitantibus, Abelum Deus, vt iuſtum, acceptauit, neglecto Caino. Is hanc ob cauſam aduerſus Abelum ęmulatione concepta, tamdem eum occidit. Quum ergo Samaritani dicant, in hac vita, compenſari facta cuiuſuis; quid de Abelo dicere poſſumus? cuius iuſticiæ Deus ipſe teſtimonium perhibuit. Nimirū quod hanc vitam adtinet, mala pro bonis recepit. Vnde manifeſto patet, & immortalem eſſe animā, & reſurrectionem eſſe, ſtatui debere. nam niſi vita reſtaret, in qua ſuarum actionum ille fructum capiet; nequaquam vir talis immeritò fuiſſet interemtus. Et hæc quidem Samaritanorum eſt ſecta. Sciendum verò, regem Aſſyriorum Nabuchodonoſorem, quum regnante Sedecia cum copiis Hieroſolyma veniſſet; Iudæos in captiuitatem abduxiſſe, atque in Perſidem tranſtuliſſe. quorum in numero Ananias, Azarias, Miſaelus, Iezechielus, & Eſdras. Poſt annos lxx. regnante Cyro, rurſus Hieroſolyma profecti ſunt, quum Cyrus eis reditum propterea conceſſiſſet, quod ei pleraque per ipſum gerenda prædixiſſent. Hunc reditum deſcripſit Eſdras, qui quum Hieroſolyma veniſſet, omnéſque libros id temporis, quo in captiuitatem abducti fuerant, reperiſſet exuſtos: ea memoria depromtos illos xxij. libros, quos ſupra recenſuimus, in litteras rettuliſſe perhibetur. Hæc conſiderare libuit.

Angelos eſſe probatur.

Quomodo probabant Samaritani animæ mortalitatem.

Ad rationē reſponſio.

Probat immortalitatem cum reſurrectione hiſtoria Abelis & Caini.

Hac tertia actione diuiduntur tempora quæ à natiuitate Chriſti ad imperium Conſtantini effluxerunt enumerantur patres eccleſiaſtici, qui toto illo interſtitio temporis floruerunt.

ACTIO TERTIA.

QVoniam de Chriſtianis dogmatibus habenda erit oratio, neceſſarium eſt, temporū par- E titionem quādam inſtitui, vt hinc cognoſcamus, qui doctores, quæ ſectæ fuerint; quarum quælibet patres ſe priores admittit, poſteriores reiicit. Temporum igitur alia Chriſti natiuitatem præcedunt, quorum ſupra mentionē fecimus: alia Chriſtum ſequuntur. Horum poſt Chriſtum temporū hæc eſt diuiſio. Partim à natiuitate Chriſti ad imperium Conſtantini pertinent, partim ab imperij Conſtantiniani principio ad noſtram memoriam. Rurſus anni à natiuitate Chriſti, vſque ad imperium Conſtantini, triplices ſunt. Nam ex eis alij numerantur à natiuitate Chriſti, vſque ad ipſius adſumptionem; alij ab adſumptione, de quibus Apoſtolorum acta pertractant: alij à periodo &

Quinque hæreſes Montanorum, Manichæorū, Samoſatenorum, Sabellorium & Arrianorum declarantur.

Temporū partitio.

Diuiſio tēporū poſt Criſtum.

obitu, apoſtolorum, vſque ad principium imperij Conſtantiniani: de quibus hiſtoriæ quidam eccleſiaſtici memoriæ prodiderunt, Euſebius Pamphili, & Theodoritus; quorum ſcripta neceſſario non recipimus. Nam extra Apoſtolorum acta nihil horum vt admittamus, patrum regulis ſancitum eſt. Anni verò ab initio Conſtantiniani regni, ad noſtram ætatem vſque, ſic diuiduntur. Alij à Conſtantini imperio numerantur, vſque ad initium coactæ ſynodi Chalcedonenſis: alij à coacta Chalcedonenſi ſynodo, ad noſtra vſque tempora.

Aſſumptione Chriſti ex in quæ ſcripta ſunt tantum acta Apoſtolorū probantur.

Cæterum temporibus illis, quæ à Chriſti natiuitate vſque ad imperium Conſtantini numerātur, hi doctores & patres extiterunt: Ignatius ille Theophorus, Irenæus, Iuſtinus philoſophus & martyr, Clemens & Hippolytus epiſcopi Romani, Dionyſius Areopagita, Methodius Patarenſis epiſcopus, Gregorius miraculorum effector, Petrus Alexandrinus epiſcopus & martyr. Hos omnes ſequutæ deinceps hæreſes recipiunt. Et extiterunt iiſdem temporibus ſectæ cōplures, ſed claræ dumtaxat commemorandæ.

Primus patrū gradus.

Hæreſes ſub iiſdē. prima eſt Montanorum.

Primum ergo ſecta Montanorum eſt orta, de qua tractabimus alibi: deinde Manichæorum, quæ quia de ſectis ſingulis peſſima quæque ſelegit, nihil omnino boni continet. Nec poteſt quiſquam accurate de hac loqui, niſi eorum ſe conuerſationi adiungat. Non de aſtrorum cultu, non mali ſpecie quauis abſtinet. Quæ circa doctrinam de Deo, deque incarnatione Chriſti, magna cum licentia delinquunt; hæc ſunt. De diuinitate ſic opinantur, vt eſſe duo principia duóſque Deos dicant, vnum bonum, & alium malum. Si qua meliora ſunt, in rebus, ea Deo bono adſignant; tenebras, malo. Rurſus in compoſitis animalibus, materiem ad malum Deū; formam ad bonum Deum referunt. Iidem & veteris ſcripturæ libros quoſdam Deo malo attribuerunt. vt eum, qui de Iſraelitarum ex Ægypto diſceſſu narrat. Aiunt enim, non eſſe Dei boni, eos Ægypto eiicere, multáque mala deinceps irrogare. Prætereà nouos quoſdam ſibi libros excogitant. Quippe commemorant Euangelium ſcriptum à Thoma, & alterum à Philippo; quæ nos ignoramus. Atque horum gratia ſancti patres expreſſere nominatim, quos libros recipere debeamus.

Manichæorum hæreſis ſecunda eaque peſſima.

Euangelia Thomæ & Philippi.

De incarnatione ſic ſentiunt. Non vere factam incarnationem Chriſti fatentur, ſed ſpecie tenus: & in ipſis cruciatibus Chriſtum pro ſe hominem alium ſubieciſſe, ac fuga euaſiſſe. Huic de ſpecie opinioni ex quibuſdam dictis, quę in euangeliis reperiuntur, fidem adſtruebant: vnde perhibent, Chriſtum in monte transformatum fuiſſe, ac inadſpectabilem factum. Rurſus, quum magna eum multitudo circumſtetiſſet, Ieſus deflexit. Hoc verò non ſatis eſt ad probandum, incarnationem ſpecie tenus eſſe factam. Nam & homines transformati fuerunt, & inadſpectabiles facti. Quippe Moſes transformatus eſt, vultu adeo maieſtate referto, vt oculos in eum Iudæi dirigere nequirent; ſed ob velato vultu ad eos loqueretur. Itidem & Philippus inadſpectabilis factus eſt, & ex regione montana ſubito peruenit Azotum.

Samoſatenii, ſiue Pauliana ſecta tertia.

Alia quoque ſecta, nimirum Pauli Samoſatenſis, his temporibus extitit: qui & circa diuinitatem, & incarnationem errabat. Circa diuinitatem, quia patrem ſolum fatebatur: circa incarnationem, quia purum ſolúmque hominem eſſe Chriſtum dicebat: in quo fuiſſe Dei ſermonem, non arbitrabatur; nec ea ſentiens, quæ Neſtorius. Quippe Neſtorius, licet Chriſtum diceret purum hominem eſſe: tamen ſubſiſtentem per ſe Dei ſermonem, ac filium, in homine illo fuiſſe fatebatur. Non enim circa trinitatem aliquod Neſtorij fuit erratum. Paulus autem Samoſatenus, ſubſiſtētem per ſe Dei ſermonem in Chriſto fuiſſe non dicebat, ſed volebat ſermonem eſſe iuſſum quemdam, ac mandatum: hoc eſt, iuſſit Deus (vt ipſe loquebatur) fieri per illum hominem, quod volebat; idémque per illum condebat. Nec erat eadem Pauli de diuinitate ſententia, quæ Sabellij. Nam Sabellius eumdem dicebat eſſe patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, deúmque rem trini nominis adpellabat, nullam prorſus eſſe trinitatem ſtatuens. Paulus verò, non eumdem dicebat eſſe patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum: ſed patrē aiebat illum eſſe Deum, qui omnia creaſſet; filiū, purum illum hominem; ſpiritum, illam gratiam, quæ ſuper apoſtolos venerit.

Sabellij ſecta quarta.

His temporibus extitit & Sabellij ſecta, de qua paullo ante loquuti ſumus. Cæterum temporibus illis, quæ numerantur ab imperij Cōſtantiniani principio, vſque ad collectionem ſynodi Chalcedonenſis, hi doctores & patres vixerunt. Silueſter epiſcopus Romanus, Alexander epiſcopus Alexandrinus, Euſtathius Antiochenus, Athanaſius Alexandrinus, Iulius Romanus, Alexander Conſtantinopolitanus, Hilarius Pictauorum, Galliæ ciuitatis, Ambroſius Mediolanenſis, Baſilius Cæſareæ Cappadociæ, Gregorius Nyſſenus, Gregorius Nazianzenus, Amphilochius Iconienſis, Antiochus Ptolemaidis, opidi Phœniciæ, Gelaſius Cæſareæ Palæſtinæ, Nectarius, Atticus, *Ioannes, Proclus, & Flauianus, Conſtantinopolitani Seuerianus Gabalorum, Epiphanius Cypri, Auguſtinus Hipponis, ciuitatis Africæ, Theophilus & Cyrillus, Alexandrini. Hos igitur omnes epiſcopos ſectæ poſteriores ipſis recipiunt, at non itidem priores.

Qui patres eccleſiaſtici ab imperij Conſtātiniani ad ſynodum Chalcedonenſem floruerunt.

** Hic Chryſoſtomus eſt dictus.*

Hæreſis Ariana quinta.

Extitit autem ſtatim ipſo Conſtantino imperante Arij hæreſis, qui quidem & circa diuinitatem, & circa naturam humanam errabat. Circa diuinitatem, quia filium dicebat eſſe Dei creatum, itidémque ſpiritum ſanctum: circa incarnationem, quia Chriſti corpus aiebat inanimum eſſe, in quo animæ loco ſermo principatum obtinuerit. Hoc autem propterea dicebat, quoniam conduceret ad ſtabiliendum ipſius de trinitate dogma; ſicut oſtendere poſſumus. Probabat autem, filium ſpiritúmque ſanctum eſſe Dei creata, ſiue opificia; de ſacrarum litterarum quibuſdam auctoritatibus. Ait enim Petrum in actis apoſtolorum dicere: Certo ſciat vniuerſa Iſraelitarum familia, quod Deus hunc Ieſum, quem vos in crucem egiſtis, dominum Chriſtúmque fecerit. Et rurſus apoſtolum in epiſtola ad Hebræos ſcripſiſſe: Quapropter ſancti fratres, conſortes vocationis cœleſtis, conſiderate apoſtolum illum pontificémque confeſſionis noſtræ Ieſum, fidelem ei, qui fecit eum. Præterea dominum ipſum in euangeliis dicere: Qui me miſit pater, maior me eſt. Sed refutant eum ſancti patres, ac primo quidem, auctoritates hiſce contrarias proferunt: deinde has ipſas quoque productas ab Arianis ſanant. Contrarias, quod Ioannes dixerit: In

Probationes quibus Arius cōfirmabat filium & ſpiritum ſanctum eſſe Dei creaturā.

Arij opinio reprehenditur ſacris teſtimoniis.

prin-

A principio erat ſermo, & ſermo erat apud Deum, & ſermo ille Deus erat. Ac rurſus in epiſtola ad Hebræos de filio dicit Apoſtolus: Qui radius eſt maieſtatis, & effigies ſubſtantiæ patris. Quod ſi creatum, non ſoboles Dei Chriſtus eſſet; non caderet in eum, eſſe Dei tum effigiem, tum radium. Quin & ipſe dominus ait: Ego & pater vnum ſumus. Et hoc quidem modo per auctoritates contrarias Arium refutant. Productis autem per Arianos, opem hac ratione ferunt; quod filius Dei ſcilicet, omnia ſuſtinere dignatus, vt homo; non etiā dedignatus ſit, patrem ſe maiorem dicere. Quum apoſtolus factum dicit, non ad diuinitatem reſpiciens, ita loquitur; ſed ad naturam humanā. Quatenus enim Deus eſt, ſuboles Dei, non creatum eſt: quatenus autem homo, tam creatum, quam apoſtolus, & quæcumque nomina ſunt huius generis alia. Et quidem ſciendum, hoc ipſum eſſe dogma eccleſiæ noſtrę, quod Arium euertat. Nam niſi duas in Chriſto naturas eſſe dixerimus, & humanæ quidē humiles haſce voces adtribuerimus; diuinitati vero, diuerſas: nequaquam confutatus euertitur. Idcirco Arianum dogma, Chriſti corpus inanimum eſſe tradebat: vt humiles eiuſmodi voces Chriſto, non vt homini, adtribueremus; ſed vt Dei filio: deque ipſius ſententia, filius patre minor deprehenderetur. Quod autem Chriſti corpus

Loca ſcripturę quibus Ary hæreſis nitebatur à patribus explicātur.

Ariani per doctrinā de idiomatum communicatione refutandi.

C anima præditum fuerit, Chriſtus ipſe verbis hiſce teſtatur; Turbata eſt anima mea: deque pluribus aliis probatur. Aduerſus hunc Arium, presbyterum Alexandrinū eximiorum CCCXVIII. epiſcoporum ſynodus. Nicææ, Conſtantino imperante, coacta fuit: qui & officio remouerunt eum, & ſymbolum ſiue doctrinæ formulā aduerſus ipſum expoſuerunt, quæ vulgò habetur; & poſſunt eam, qui cupiunt, conſequi. Hæc tractare volumus.

Chriſtus anima humana præditus.

Hac quarta actione Macedonij, Apollinaris, Neſtorij Eutychis hæreſes deteguntur & examinantur, Dioſcorus quod Eutychi hæretico fauiſſet in inſulam relegatur.

D

ACTIO QVARTA.

POST Arij ſectam, vel ea potius adhoc vigente, (nam longo tempore durauit) exortæ ſunt aliæ duæ ſectæ, Macedonij Conſtantinopolitani epiſcopi, & Apollinaris presbyteri. Macedonij quidem hæreſis huiuſmodi fuit. Circa diuinitatem delinquebat, & ex ſemiſſe particeps erat impietatis Arianæ. nam filium ex Deo genitum tradens, ſpiritum creaturam eſſe dicebat. atque hoc dogma ſuum ex eo confirmabat, quod apertus ſacris in litteris, vt ipſe quidem aiebat, textus non

Hæreſis Macedonij ſexta.

E extet, qui ſpiritum ſanctum eſſe Deum tradat. Sed multis auctoritatibus conuincitur. Nam & ſpiritus ſancti, tamquam Dei, mentionem ſacra ſcriptura fecit. Primum in actis Apoſtolorum ad Ananiam ſanctus Petrus ait: Cur ſatanas, Anania, cor tuum impleuit, vt ſpiritui ſancto imponeres, partemque de pretio fundi defraudares? Nonne tuum manebat, & in poteſtate tua diſtractū erat? Non hominibus, ſed Deo mentitus es. En aperte ſpiritum ſanctū adpellauit Deū. Deinde rurſus in actis apoſtolorū dicitur, ipſis ieiunantibus, & miniſtrantibus domino, dixiſſe ſpiritū ſanctū: Segregate mihi Paulū atque Barnabā ad illud opus, ad

Error Macedonij cōfutatur teſtimonijs Eccleſiaſticis.

A quos eos vocaui. Nā dum inquit, Segregate; poteſtatem ſuā oſtēdit, quod ita ſcilicet loquatur, quaſi qui Deus ſit. Quippe ſi Dei creatum eſſet, & ab eo miſſus, ſic loqui debuerat; Dixit dominus, ſegregate mihi Paulum & Barnabā. Sic enim litteræ ſacræ loqui ſolent, quoties per aliquem minorē dominus verba facit. Ipſe quoque dominus in euāgeliis ait: Spiritus ille veritatis, qui de patre procedit: hoc eſt, qui ortus eſt de ſubſtantia Dei. Nuſquam enim de creato verbum hoc vſurpaſſe litteras ſacras, cōſtat. Rurſus alibi dominus ait: Profecti docete gentes vniuerſas, baptiſantes eos in nomen patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Quod ſi ſpirit° ſanctus creatum eſſet, non cū increatis cōnumeratus

B fuiſſet; vt, cū eis adoretur, & eadem gloria adficiatur. Apollinarem verò circa diuinitatē deliquiſſe non adparet, quamquā & hunc duo Gregorij eo ſe errore conuincūt obſtrinxiſſe. Nam creati quidem ille mentionem non facit, inquiunt; inferiorem tamen gradum filij tradit, & ſpiritus ſancti, reſpectu patris. In diſpenſatione verò Chriſti, manifeſto errabat. Corpus enim, quod Deus ille ſermo induit, animatum quidem habere, ſed mēte prorſus carere tradebat: quippe qui nō aliter anima prędi tus eſſet, atque brutum aliquod animal. Hoc dogma ſuum, nō aliquo ſcripturæ dicto, ſed ratiocinādo probabat. Quippe mentem aiebat eſſe quiddā

Apollinaris ſecta ſeptima.

C peccato pollutum. Abſurdū verò prorſus, de Dei ſermone cogitare, copulatum fuiſſe cū re peccato contaminata. Nos autem reſpondemus, è cōtrario potius exiſtimandū, obnoxiæ peccato rei propterea fuiſſe copulatū, quod ea ſalutis indigeret. Nā illi ſalutem adquiſiuit, cui coniunctus fuit. Quum hæc eſſent moueri cepta dogmata, Conſtantinopolitana ſynodus, hominum CL. coiuit; in qua viri magni fuerunt, Gregorij duo, & Amphilochius. Hi collecti, Macedonium Apollinarim ab officio remouerunt, & decretum ſiue doctrinæ fidei formulam, vt loqui ſolemus, expoſuerunt. Extiterūt

Mentem humanam Chriſto nō tribuebat quæ eſſet quid pollutum.

Refutatio.

D iis temporibus magni quidam duo viri, Diodorus epiſcopus Tarſi, & Theodorus Mopſi Veſtæ: qui & aduerſus Arianos, & Macedoniū, & Apollinarim pugnabant; vniuerſáſque litteras ſacras commentariis illuſtrabāt; & in pretio habiti, mortem oppetierunt; nec ipſis viuis, quiſquam dictum aliquod eorum reprehendebat; immo cōplures ſcriptus encomiis eos celebrarunt. Nam & Baſilius, & Ioannes Chryſoſtomus, eos prædicat. Verū poſtea moto dogmate Neſtoriano, coactus eſt Cyrillus, qui & ipſe pridem eos laudaſſet, aduerſus eorum opera ſcribere; quod dogma ſuū Neſtorius ex eis confirmaret. Nā editis illi ſacras commētariis, in-

De Diodoro & Theodoro.

E tra fines non conſtiterunt; ſed quū diſtribuere vellent ſacrarum litterarum voces alias ad diuinitatē, alias ad naturā humanā relatas: deprāheſum eſt, eos duas Chriſti hypoſtaſes, & diuiſionē quādam introducere. quā ob cauſam Cyrill. aduerſus ipſos ſcribere coactus fuit, confirmare dogma ſuū ex eis Neſtorio. Viuis quidem ipſis cur nemo cōtradixerit, factū ideo; quòd pugnādi cōtra ſectas maiores neceſſitas, eiuſmodi dogmata tegeret. At paulo poſt, quā diem Theodorus ac Diodorus obiiſſent, ſuſcitata Neſtorij fuit hæreſis. erat q; Cōſtantinopol. epiſcopus hic ipſe Neſtorius, Cyrillus Alexādrinus, Ioānes Antiochenus. Quodnā dogma Neſtorij fuerit, expoſitū id quidē eſt in iis, quæ modo

Origo ſectæ Neſtorij quæ ordine octaua eſt quā Cyrillus cōfutauit.

Secta Neſtoriana.

dicimus: ſed nihilominus paucis explanemus. Nõ eſſe factã aiebat vnionẽ Dei ſermonis cũ homine, ſed duas tradebat hypoſtaſes, ac diuiſionẽ. quamobrem nec ſanctã illã Mariã vocabat Deiparã, ſed Chriſtiparã. Quod ſi maxime Chriſtũ & hominẽ, & Deũ adpellabat: non tamẽ hoc eo faciebat ſenſu, quo nos; ſed adfectionis coniunctioniſque reſpectu: quemadmodũ de duobus quibuſdã amicis dicimus, inuicem valde ſe diligentibus, vnam eos habere animã: quod amoris nimij cauſa, eadẽ ipſis placeãt. Huic autẽ Neſtorio Cyrillus aduerſabatur, literáſque frequentes exarabat, vt hominẽ ab illo dogmate diuerteret. Hoc ſtudio impulſus, & primã ad ipſum, & alterã ſcripſit epiſtolã; nec tamẽ perſuaſit. Tandẽ litteras ad eũ tertias dedit, in iiſque XII. de fide capitula perſcripſit, & adiecit in extremis; Si quidẽ hæc recipis, & miniſterij conſors, & amicus noſter es: ſin autem, anathema eris. Verum ne ſic quidem perſuaſit. Hac autẽ rixa mota iubet imperator, (is erat Theodoſius minor) Epheſi ſynodũ haberi, iudicẽque cõſtituitã Cyrillo, quã Neſtorio, Ioãnẽ Antiochenũ epiſcopũ. Itaque Cyrillus vniuerſo cũ cœtu ſuo, Epheſum, ad diem præſtitutã, venit: itidẽque ſuo cũ concilio, Neſtorius. Quum autem Ioanes aduentum ſuũ longius extraheret, & vltra diem dictũ morã XVI. dierũ interponeret: Cyrillus eũ non venturũ amplius arbitratus, coactis epiſcopis, quotquot inuẽti ſunt, & lectis in eorũ præſentia Neſtorij ſcriptis; itidemq; patrũ auctoritatibus, quæ his aduerſatẽtur: abſente Neſtorio, qui iudicem exſpectare ſe diceret, eũ ab officio remouẽdum ſtatuit. Poſt XVI. verò dies, vbi Ioãnes iã aduentaſſet, factámque Neſtorij depoſitionem abſque ſe compertiſſet: ira partim, partim dolore impulſus, quod ipſius ad infamiã Neſtorij depoſitio, nulla interueniẽte ſcil. eius auctoritate, facta fuiſſet, in eccleſiam, quã Cyrillus adierat, minime ſe contulit: ſed in aliã digreſſus, Cyrillum quidem oppugnabat, inuicemque ſe anathemati ſubiiciebant; non tamen Neſtoriũ admittebat. Aderat Ioanni Theodoritus quidã, vir eruditus & eloquens; Cyri, oriẽtis oppidi, epiſcopus. Hic Cyrillum oppugnã, XII. quoque capita repræhẽdit, quæ in epiſtola ad Neſtoriũ tertia perſcripſerat; eaque ſic refutabat, vt Cyrillũ & Arianũ, & ab Eunomio atque Apollinari eſſe diceret. Quippe Cyrillus cum Neſtorio pugnans, diſpenſationem domini diuidente, præcipuã inculcandæ vnionis curam ſibi ſumpſit. Ideoque Theodoreto Cyrillus quodam modo naturam vnã, Arianorũ & Apollinariſtarũ more, opinari videbatur. Verũ ne Theodoretũ quidẽ cõſtat vmquã admiſiſſe Neſtorium, ſed dumtaxat de Cyrillo queſtũ, eius infamię cauſa, quæ Ioãni cõtigiſſet. Sciendum vero, circũferri Ioannis epiſcopi Antioch. ſcriptã ante hanc ſynodum epiſtolã ad Neſtor. ipſius dogma refutãtem; cui antiſtites vniuerſi, ad Ioãnis cõcilium pertinẽtes, ſubſcripſere. Sciẽdum & illud, circũferri quaſdã Theodoreti ac Neſtorij epiſtolas, in quibus ſe mutuo recipiunt; ſed ficticię ſunt. & fingũt eas hęretici, vt earum ope ſynodum oppugnẽt. Si cui verò cognoſcere libet, quã graui Neſtoriũ Theodoretus odio proſequut⁹ fuerit: is librũ ipſius Theodoreti, perſcriptum de ſectis, legat. Itaque Neſtorio depoſito, & hiſce reb⁹ motis, ſynodus ipſa ſoluitur, quolibet ſuũ ad locũ profecto Alexandriam

Cyrilli epiſtola & capitula.

Epheſina ſynodus prior.

Ioannis iã Cyrillo rixa propter Neſtoriũ abſentẽ dignitate & officio deiectum.

Theodoriti & Cyrilli certamina.

Epiſtola ficticia ſub nomine Theodor.

Cyrillus, Ioannes Antiochiã abiit; & ex eo rixa inter Ægyptios & orientales erat, Orientales enim Neſtorio ſentire putabantur, Ægyptij cum Apollinari. Hac incũte rixa, Theodoſius imperator Cyrillo ſcribit, amicitiam cũ Ioanne redintegraret: ac Ioanni, Cyrillo ſe reconciliaret. Ioannes acceptis litteris imperatoris, epiſtolã ad Cyrillum componit, qua ſententiæ ſuæ formulã cõplectebatur, eãque Pauli, Emeſenæ vrbis epiſcopi, opera Cyrillo mittit. Hac à Cyrillo adprobata, orientaliũ epiſcoporum aduerſus Ægyptios rixa extincta eſt. Quũque paullum tẽporis interceſſiſſet, Chalcedonenſe concilium cogi cœpit. Erat autem illis annis Alexandrinæ præſes eccleſiæ Dioſcorus, Cõſtantinopolitanæ Flauianus, Romanæ Leo, Dominus Antiochenæ: ac degebat Cõſtantinopoli quidam, cui nomen eſſet Eutyches, dignitate presbyteri & archimandritæ præditus: qui Chriſti corpus non vnius eſſe nobiſcum ſubſtantiæ poſt vnionem traderet. Nam quod vnionem nimiã, & vnã adeo naturam ſtatueret; Chriſti corpus vnius eſſe nobiſcũ naturę poſt vnionem negabat. Huic Eutychi notitia cum Euſebio Dorylęorũ epiſcopo intercedebat, qui hoc eius ex ipſo nec intellecto dogmate, rem ad Flauianum verbis hiſce detulit: Increpãdus tibi Eutyches, huiuſmodi dogmatis auctor; ne fides noſtra peruertatur. Quibus auditis, Flauianus epiſcopos ſuæ ditionis ad XXX. coëgit, iiſque præſentib⁹ interrogauit Eutychem; Chriſtine corpus eiuſdem eſſe nobiſcũ ſubſtãtiæ fateretur, an non? ille vero reſpondere, hactenus id ſe quidem minime faſſum: ſed ipſorum tamen cauſſa nunc confiteri. quod ſane per ſimulationẽ ab eo proferebatur. Viciſſim Flauianus dicere, non ipſos eſſe, qui hæc ei confiteri iuberent; ſed partes. ideóque ſi confiteretur, anathemate diuerſum ſentiẽtes exſecraretur. Ille Flauiano reſpõdere, ſe, quemadmodũ antea dixiſſet, ad eũ diem id minimè confeſſum: ipſorum tamẽ gratia facturũ. Neminẽ interim anathematiſſare. quippe ſi hoc faceret, anathemate patres exſecraturũ, ipſáſq; ſacras litteras; quæ ſic loquãtur, vt Chriſti corpus eiuſdẽ nobiſcũ eſſe ſubſtantię negent. Quibus auditis, ab ordine presbyterorum, & archimandritæ munere Flauianus eũ remouit: quũ quidẽ diceret, fidẽ non admittere coactionẽ. Hoc ab officio remoto, Flauianus ad Leonem Romanum epiſcupũ de hominis depoſitione perſcribit. Reſpondet Leo, rite depoſitionẽ illã eſſe factã, quæ quidẽ epiſtola Tomus Leonis adpellari ſolet, de quo ancipites ſunt eorũ, qui Hęſitantes dicuntur, ſententiæ; male cõparatam dicentium. Eutyches autem ab officio remotus, imperatorem adire crebro, ſibique factã à Flauiano iniuriam dicere. quapropter imperator Theodoſius generale cõcilium Epheſi coire iubet, in quo cognoſceretur; rectene Flauianus Eutychem depoſuiſſet, an non. Vniuerſam vero cauſæ cognitionẽ Dioſcoro epiſcopo Alexandrino mandat. Itaque coacta ſynodo, primũ hoc abſurdè Dioſcor⁹ egit; quod geſta Flauiani dũtaxat legebat, nec patrocinij copiã ei faciebat, aut interrogãdi de iis, qua dubia putarentur. Alterũ, quod accuſatorẽ Eutychis Euſebium adeſſe iudicio minime permittebat: ſed lata ſententia cõtra Flauianũ, mox eum abdicabat; admiſſo ad cõmunionem Eutyche, quem quidem & in ordinem presbyterorũ, & in archimandritæ

Pia Theodoſij littera, vt Cyrill⁹ & Ioannes inter ſe rixãtes conciliẽtur.

Initia ſynodi Chalcedonenſis.

Eutychis ſecta noua.

XXX. Epiſcopi congregantur quibus præſentibus Eutyches hæreſes in per ſimulationẽ abnegauit.

Eutyches conſortio ſacerdotũ excluditur.

Tomus Leonis.

Altera ſynodus Epheſina. Theodoſij mandata.

Inſolentia Dioſcori quã in Epheſina ſynodo præſes tõ condidit accuſationibus

qua in Eutychē ferebātur eum liberauit dignitati restituit & Flauianum depoſuit.

A locum reſtituit. Hoc peracto, finē ſynodus habuit. Quúmque diem Flauianus obiiſſet, domum profecti vicarij Romani epiſcopi, qui ſynodo non interfuerat; quæcũque accidiſſent, renunciarunt. Ille rebus hiſce cognitis excãdeſcere, Romanũ principem Valẽtinianum adire, quo vindictam caperet. quippe tẽpotibus iis vnus Romæ imperator erat, alter Byzantij. Valentinianus ergo, cui Leo Papa moleſtus eſſet, Theodoſio minori ſcribit, ſynodũ haberi iuberet, in qua cognoſceretur, rectene Dioſcorus, an male iudicaſſet. Reſcribit Theodoſius, auctorem ſe alterius concilij nequaquam futurũ, qood recte iudicaſſet Dioſcorus. Sed Theodoſio mortuo, Marcianus imperio potitur, ſtatímq; generale conciliũ Chalcedone haberi mandat, quod B de ſynodi Epheſinæ actis cognoſceret, malène de geſtis à Flauiano Byzantij pronũciaſſet itaque quũ hæc ſynodus conueniſſet, in qua viri 630. erãt, primo quidem die Dioſcorus cum ceteris cõgreſſus eſt. Deinde quum aduesperaſſet, ſynodúſq; dimiſſa fuiſſet; poſtridie collecti reliqui, bis terue ad Dioſcorum miſerunt, qui tamen venire recuſabat. Vbi tertio citatus non venit, hominem ab officio ſecundum canones remouent, & Gangras in exilium mittunt, fideique formulam, quo pacto credendum ſit, exponunt: eſſe ſcilicet vnum Chriſtũ in naturis duabus, citra confuſionem, ac diuiſio- C nem, confirẽdum. atque hoc modo concilium dimiſſum fuit.

Noua rixę in Eccleſia propter Flauianum de ſectum dignitate.

Theodoſi pertinacia.

Generale cõciliũ Chalcedonenſe in quo Dioſcorus condemnatur.

Declarantur in hac quinta actione quædam factiones non leues inter eccleſiaſticos rectores exortæ propter concilium Chalcedonenſe; ad quas tollendas neceſſarium fuit vt imperatoris accederet authoritas quæ contumaces puniret bene ſentientes conſeruaret. Dehinc noua ſecuta ſunt quæſtiones de corruptibili & incorruptibili natura Chriſti: hinc noui in Eccleſia tumultus quibus ſedatis noui hæretici erumpunt Agnoëtæ Chriſtũ ignorantiæ arguẽtes: poſt Agnoetas venere Tritheitæ ſuã hæreſim Philoponi ſummi philoſophi authoritate fulcientes.

ACTIO QVINTA.

SOluto Chalcedonenſi conuentu, & Dioſcoro Gangras relegato: vniuerſa pleb. Alexandrina, & totius Ægypticum eo defecit. Subſtitutus eſt autem in eius locum Proterius, qui concilij decretum recipiebat. Cum hoc Alexandrinus nemo cõmunicabat, ſed hominem tanto proſequebantur odeò; tãdem vt eum concurſu facto viuum cremarent. Et quæ perpeſſi ſint ob cædem huius ab imperatore Leone mala, ne dici quidẽ modo poteſt, Dioſcoro Gangris extincto, Timotheus ſuccedit: erãtque palàm Proterius Alexãdrinus epiſcopus, Timotheus occultè. Hic Timotheus pariter & ſynodum, & Eutychem anathematiſſabat: hunc quidem propterea, quod Chriſti corpus eiuſdem eſſe nobiſcum ſubſtantiæ non diceret; ſynodum verò, quod Chriſti naturas duas traderet. Dioſcorum quoque purgabat, qui ſicuti loqueretur, ita crederet. Proterio cremato Timotheus ſucceſſit. Itaque duo erant Timothei, palàm vnus, qui decretũ ſynodi recipiebat: alter occultè, qui Dioſcorum acceptabat. Hiſce duobus mortuis, in adhærentis Dioſcoro locũ Petrus Mongus ſuccedit: ei verò, qui ſynodum probabat, Ioannes. Imperio temporibus illis Zeno potiebatur. Hic magnum eſſe videns hoc diſcidium, & vnire volens eccleſias: epi-

Proterius concrematus.

Timothei duo.

Zenonis imperatoris criſtum de

A ſtolam perſcribit, quam Henoticum (ab vnione) vocarunt; continentem quædam de fide, quę quidem & fidei Nicænæ formula cõplectitur, & alia quædam media, quæ communiter illa quidẽ vtrique confirebãtur; ſed erant directo decretis ſynodi Chalcedonenſis contraria. quam ipſam tamen expreſſe non anathematiſſabat, ſed erant hæc verba perſcripta: Si quis, qui Chalcedonẽſi ſynodo adfuerunt, aut aliis alibi prius habitis, non recte ſentit, anathema ſit. Hoc vnionis ſcriptum Alexãdriam illatum Petrus Mangus recipit, Ioanne Romam fugiente. Sub Zenone Petrus quoque Fullo auctoritate imperatoria fit Antiochenus epiſcopus. Vnione facta, Petrus apud Alexandrinos in B honore præcipuo erat, probatóque vnionis illo ſcripto, ſolio potitur Alexandrino; nec iam ampli[9] occultè, ſed palàm erat epiſcopus Quidã tamẽ nimio contra ſynodum Chalcedonenſem odio impulſi, ſeceſſionem à Petro faciunt, nec cum illo cõmunicabãt ob eam cauſam, quod vnionis ſcripto probato, ſynodum anathemate manifeſto nõ fuiſſet exſecratus. atque hi vocabãtur Acephali, (capite carentes) quod patriarchã ſuũ minimè ſequuti, ſeorſum communicarent. Hinc Petrus, qui populum multipliciter ſcindi videret, tandem palã ſynodum anathematiſſare cogitur. quo ſiebat, vt pa- C riter & vnionis ſcriptum reciperet, & palàm anathemati ſynodum ſubiiceret. Verũ ne ſic quidem Acephali cum eo cõmunicabãt, qui ab initio ſcriptum vnionis adprobaſſet, non anathemiſſata ſynodo. Petro ſucceſſit Athanaſi[9], qui ſcripto vnionis ſuſcepto, anathemati ſynodum ſubiiciebat. Verùm nec cum illo cõmunicabãt Acephali, qui ia Petrum reciperet. Poſt Athanaſium Ioannes fit epiſcopus, & rurſum Ioannes alter, inde Dioſcorus, & tandem Timotheus. Hi omnes vnionis ſcriptũ recipiebant, & ſynodum anathematiſſabant. Zenone verò principe mortuo, Anaſtaſius in imperio ſuccedit. quo tempore dogma ſynodo cõtrariũ vires maiores adquirebat. Erat enim Anaſtaſius ex D eorum numero, qui Hæſitantes vocabantur: ſub quo & Seuerus epiſcopus Antiochenus deſignatur, cum Alexandrino Timotheo conſentiẽs. Anaſtaſio rebus humanis exemto, Iuſtinus prior imperio potitur, ac poſt annum & dimidium mox Iuſtinianus ſuccedit. Eo rerum potito, qui * ſynoditam ſe profiteretur, Seuerus metu impulſus, Alexandriam profugit, Iulianum quemdam, Halicarnaſenſem epiſcopum, ſecum abducens. Poſteaqoam eò veniſſent, ſedebant ad [a] Ennatum; & mota inter ipſos aliquando quæſtione, de corruptibili & incorruptibili ambigebant, num ſcilicet Chriſti corp[9] ante reſurrectionẽ eius corruptibile E fuerit, an incorruptibile. Iulian[9] enim, iuſiſtẽs opinioni priſtinæ, Chriſti corpus eſſe dicebat incorruptibile. quippe ſi nõ incorruptibile, ſed corruptibile dixerimus, inquit, inter corpus & ſermonẽ Dei diſcrimen introducimus. At verò ſi diſcrimen conſtituatur, duæ in Chriſto naturæ reperiuntur. Et cur tam importune ſynodum oppugnamus? Ad ea Seuerus, poſſe ſe pariter & Chriſti corpus incorruptibile dicere, & diſcrimẽ conſtituere, & nihilo minus vnam ei tribuere naturã. Itaque hi cõtendere inter ſe non deſinebãt, libríſque rem proſequi. Timotheus autem modo huic, modo illi patrocinabatur, quúmque imperatorem aditurus

Eccleſiarũ diſſidentiũ vnione.

Acephali.

Anaſtaſius imp.

** hoc eſt ſynodi Calcedonenſis adprobatorem.*

[a] apud Liberatum s. 19 legitur, Sedebãt ad Labranum

Grauis in Eccleſia cõtẽtiones de Chriſti corpore vtrũ corruptibile an incorruptibile.

De corruptibili & incorruptibili.

eſſet, viuendi finem fecit. arceſſitus enim à principe fuerat, vel perſuaſuro, ſynoditis vti ſe coniungeret; vel hominem ab officio remoturo. Erant id tẽporis viri duo, Gaianus & Theodoſius: ille quidem archidiaconus Timothei, Theodoſius verò ſcriptor orationũ.

Gaianitæ ac Theodoſiani inter ſe pugnãtes tumultus maximos excitarũt.

Itaque mortuo Timotheo, clerus & vrbis primates Theodoſium ſuffragiis ſuis epiſcopum legunt, quo deſignato, plebs ingreſſa, quum in ſolio ſedentem conſpexiſſet; vſque adeo indignata eſt, quod hominem odiſſet, vt mox eum quidam è throno deiiceret. quapropter aufugiente Theodoſio, Gaianus ipſius loco per vim factus eſt epiſcopus. Et incolarum vrbis quoque ſequutæ ſunt factiones.

Theodoſij partes ſequebantur magnates: plebs verò Gaiano fauebat.

quippe magnates vrbis à Theodoſio ſtabant, plebs à Gaiano. quapropter accidit, non ſolum vt hominum factionibus vrbs tota diſtraheretur; ſed etiam ſententiis. Nam Gaianus Iuliani ſententiam ſectabatur, Seueri Theodoſius. Imperator autem Iuſtinianus auditis, quæ fierent; Narſem ablegat, cogniturũ; vter ex ambobus eſſe deberet epiſcopus. Narſes Alexãdriam profectus, quum vter amborum prior factus fuiſſet epiſcopus, interrogaſſet; idque de Theodoſio compeiſſet:

Gaianus in exiliũ mittitur: Theodoſius reſtituitur dignitati.

Gaianum quidem in exilium miſit, qui ab eo tempore in hodiernũ vſque diem euanuit: Theodoſium verò in ſolium collocauit. Nec multo elapſo tempore, mittit Iuſtinianus, ac Theodoſium quoque remouet, eique Byzantium deportato, Paulum ſurrogat, qui ſententiam ſynodi amplectebatur. Is deinde remotus fuit, propter adprobatam cædem. Paulo deiecto, ſubſtituitur in eius locum Zoilus; remotus & ipſe ab officio, ſicuti deinceps indicabimus. Poſt Zoilum fit epiſcopus Apollinaris, poſt Apollinarem Ioannes, poſt Ioãnem Eulogius. Omnes hi poſt Paulum ſynoditæ fuerunt. Et hæc quidem epiſcoporum fuit ſeries.

Agnoetæ, heretici Chriſtum ignorãtiæ arguebãt.

Quum autem priuatus Byzantij Theodoſius degeret, Agnoetarum (ſic ab ignoratione dictorum) dogma motum fuit. Nam quia dominus ait, neminem horam iudicij ſcire, ne filium quidem, extra ſolum patrem: quæſitum eſt, an Chriſtus eam ignoraret, vt homo. Theodoſius Chriſtum ignorare negabat, & aduerſus Agnoetas ſcripſit. Alij verò Chriſtum horam ignorare tradebant quemadmodum ipſum & dolorem ſenſiſſe dicimus. Inde diuiſi ſunt à Theodoſianis, qui Agnoetæ vocantur. quumque peculiarem ſibi feciſſent eccleſiam, ſeorſum communicabant.

Tritheitæ quorũ primus author Philoponus.

Adhuc degente Byzantij Theodoſio, denuo motum fuit dogma Tritheitarum; cuius ſectæ princeps Philoponus extitit. Quoniam. n. obiiciebat eccleſiæ, ſi duas in Chriſto naturas diceret, neceſſario quoque duas hypoſtaſes confeſſuram: reſpõdebat eccleſia, ſi natura & hypoſtaſis idem ſint; neceſſario quoque cõfitendum indiuiduum. Sin aliud natura, & aliud hypoſtaſis: quænam illa ſortitio fuerit, vt naturas duas ſtatuentes, omnino duas quoque confiteamur hypoſtaſes? Et reſpondebant hæretici, planè idem eſſe naturam & hypoſtaſim. Viciſſim eccleſia dicere, ſi natura & hypoſtaſis idem ſint, etiã in ſancta trinitate naturas tres eſſe dicẽdas; quum in confeſſo ſit, eã tres hypoſtaſes habere. Hæc proferente eccleſia, reſpõdebat Philoponus admittendum, vt tres naturas in ſacraſancta trinitate profiteamur.

Philoponi error ex Ariſtotele.

Hæc autem dicebat, occaſionem ex Ariſtotelicis nactus. Tradit enim Ariſtoteles, indiuiduorum & particulares eſſe ſubſtantias, & vnam communem. Sic igitur & Philoponus aiebat, eſſe tres particulares in ſancta trinitate ſubſtantias, & vnam communem. Hæc conſideranda veniebant.

Hæc actio ſexta reprehendit quoſdam qui ſynodum Chalcedonenſem nolebant admittere eorũdemque rationes & examinantur & refelluntur.

ACTIO SEXTA.

Argumẽta contra ſynodũ refutantur.

POSTEA, quæ hactenus expoſuimus, age de argumentis quoque nonnullis, quæ omnes illi Hæſitantes obiiciunt eccleſiæ, paucis diſſeramus. Et partiamur ea ſane tripliciter, quod partim hiſtorica ſint, ſumpta de iis, quæ à ſynodo Chalcedonenſi acta fuerunt: partim ex ſyllogiſmis, & arguta ratiocinatione collecta: partim ex auctoritatibus. De hiſtoricis primum agamus.

Argumẽta quibus hæſitantes ſynodum Chalcedonenſem non probabant.

Sunt autem argumenta quatuor, quę ſumus expoſituri. Primũ eſt ſynodum Chalcedonenſem propterea nõ eſſe recipiendam, quod ei homines inconſtantes, & ſibi ipſis diſſimiles interfuerint. Nimirum eos & Eutychem ab officio remouiſſe Byzantij, & Epheſum profectos, Eutychem vnà cum Dioſcoro recepiſſe, reiecto Flauiano.

Reſponſio ad primũ argumentum.

Ad hoc reſpondemus, primum expendendas eſſe res humanas. Nam & alibi quibuſdam ſanctis adprobatis que patribus huiuſmodi quid accidiſſe ſæpenumero conſtat. Deinde, ſi vel maxime quinque, vel xxx. vel plures ex illorum ıↄc xxx. patrum numero, reperti fuerunt in ſynodo, & inconſtantes viſi: non propterea ıↄc xxx. virorum ſynodus reiici debet.

Secundũ argumentum.

Alterum argumentum eſt, quod iſtæc habita Chalcedone ſynodus, vti de ipſius actis intelligi poteſt, dixiſſe videatur; Dioſcorum non propter fidẽ abdicatum eſſe. Rectè igitur ſentiebat Dioſcorus, & male ſynodus eum abdicabat. Talẽ verò ſynodum, quo pacto nos adprobare poſſimus? Fuerit autem pretium operæ, quando & aliud abſurdum ex hoc nobis oritur, exponi; qua re mota id ipſum in ſynodo prolatum fuerit. Sciendum ergo, collectis Chalcedone ıↄc illis & xxx patribus, poſteaquam Dioſcorum abdicaſſent: eis deinceps viſum fuiſſe, vt fidei definitio, doctrinæque formula cõficeretur: itaque præcipui ex eis ſeorſum cõgreſſi, definitionem pronuntiarunt, quã Aſclepiades Synodo recitauit. Ea definitio verbum illud cõtinebat, Ex naturis duabus. quod vbi recitatũ fuiſſet, ingens inter epiſcopos extitit dubitatio. Proceres verò, quos imperator moderãdæ ſynodi cauſa miſerat, quum epiſcopos hæſitare viderẽt; ſic eos adloquuti ſunt: Dioſcorus hãc vocẽ, ex duabus naturis, vſurpauit: ſanctiſſimus autẽ Leo Chriſtum in duabus naturis citra mutationem, confuſionẽ, diuiſionem, dixit. Quem ſequimini? Dioſcorum an Leonem? Ibi conſurgẽtes vniuerſi dixerunt: Sicut Leo, credimus. anathema Dioſcoro. His & aliis quibuſdã pronuntiatis, quemadmodũ in actis eſt, Anatolius patriarcha dixit: Nõ propter fidẽ depoſitus eſt Dioſcorus, ſed quia fecit excõmunicationẽ beato Leoni, tertióq; vocatus à ſynodo, nõ venit.

Duo obiiciunt hæſitantes.

Quæ quũ ita ſint, duo quædã obiiciunt eccleſiæ dubia, qui Hæſitãtes vocantur. Primum, ſi hæc ſynodus nõ propter fidẽ Dioſcorũ depoſitũ dixit, cur nõ reiicit? ſic enim credimus, vt ille credebat.

Reſpon-

Ad primũ reſponſio. Reſpondemus aotem, ſi veritatem qois conſideranerit, non ptopter fidem abdicatum eſſe Dioſcorum, nec illam fuiſſe depoſitionis ipſius cauſam: (quippe nec adiit propterea ſynodum, vt hoc nomine de ipſo iudicaretur) ſed qnoniam reapſe tertio vocatus, venire recuſauit. Si tameo veniſſet, etiam propter fidem fuiſſet abdicatus. Nihilominus ad iſta reſpiciens Anatolius dixit, non propter fidem eſſe depoſitum Dioſcorum. *Alterum dubium* Alterum dubium eſt, cur ſynodus definitionem illam repudiauerit, qua continebatur verbum iſtud, Ex duabus naturis: quum tamen ſanctus ille vir Cyrillus ſurſum deorſumque duabus ex naturis dicat. *Reſponſio.* Ad hoc reſpõdemus, non reiectam fuiſſe propterea, quod iſta verba contineret, Ex duabus naturis: (hæc enim & nos admittimus, & ipſi Hæſitantes, & Eutyches) ſed quod eſſet imperfecta. Nullam.n. refutationem dogmatum Eutychis habebat, ſed id ſolum complectebatur, quod cõmuniter vtriſque probabatur. Tantum verò abeſt, vt reſtiterit illis verbis, ex duabus naturis: vt in ſecunda definitione vbique refutans Eutychem, nuſquã mentionem fecerit huius loquendi formulæ, Ex duabus naturis; quaſi ſcilicet eã admitteret. *Quarta difficultas* Quarta difficultas eſt, (ſecunda enim in duo diuiditur) quod homines ſectarios ſynodus Chalcedonenſis receperit, Theodoretum ſcilicet, ac Ibam. Ex his Theodoretus eſt ille, qui XII capitulis beati Cyrilli contradixit, tamquam Neſtorij ſententiã probans: *De theodoreto & Iba.* Ibas autem & ipſe Neſtorianus fuit, quẽadmodum ab eo perſcripta ad Marin Perſam epiſtola docet, in qua ſurſum deorſum Theodorum laudat, cuius auctoritate dogmata ſoa Neſtorius confirmabat. *Reſponſio* Nos verò Theodoreti dogma quòd attinet, dicimus; non prius à ſynodo receptum fuiſſe, qnam Neſtorium, & ipſius ſententiam, anathemati ſubiecilſet. Rurſus obiicinnt, cur ſynodus ab eo nõ poſtulauerit, vt ſcripta ſua, quę aduerſus *Noua obiectio* XII beati Cyrilli Capitula compoſuerat, anathematiſſaret? Reſpondemus, ob id nõ tam accuſandum ſynodum, qoàm ipſum Cyrillum, hominem ſanctum. *Reſponſio* Nam is communione cum orientalibus, & ipſo Theodoreto, conſtituta; nõ poſtulauit ab eo, vt anathemate ſcripta ſua, quæ cõtra XII capitula facta fuiſſent, exſecraretur. Quòd igitur ipſe Cyrillus, vir ſanctus, nõ fecit; ob eius intermiſſionẽ an ſynodus culpari meretor? Atqoi ſynodus id fecit, qnod ſanctus ille Cyrillus non fecit, quippe Theodoretum in omnium præſentia coegit ore ſuo Neſtorium anathematiſſare. Quòd Ibam adtinet, reſpõdemus; ne hunc quidem ab ſynodo receptum fuiſſe prius, quam Neſtorium, eiúſque ſententiã anathemati ſubieciſſet. *Noua obiectio* Sed rurſus obiiciũt: Cur ab eo nõ requiſiuit, vt Theodorũ anathematiſſaret; immo ſcriptam ad Marin epiſtolam recepit in qua Theodorum frequenter Ibas prædicat? Nimirum & hoc potius de ſancto Cyrillo queri *Reſponſio* debebant, quam de ſynodo. Nam ſanctę memorię Cyrillum, quum nonnulli hoc ipſum quærerent, vt Theodorus anathemati ſubiiceretur, ad Proclũ ſcripſiſſe cõſtat, minime Theodorum anathematiſari debere. Nam orientales, inquit, vniuerſi Theodorum pro magno doctore habeot, quem ſi anathemati ſubiecerimus, in orientaliom eccleſia diſcidium ingens excitabimus: quorum vnus eſt Ibas, qui eum anathematiſſari non patietur.

Quòd ergo ſanctus Cyrillus fieri prohibebat, quo pacto ſynodus facere poterat? Iam ſi maxime ponamus, hos duos palam fuiſſe ſectarios; tamen ne ſic cuidam à ſynodo reiici debebant. Etenim ecce Nicæna quoque ſynodus ſeptem hæreticos admiſit, qui & antea partes Arianas fouebant, & in ſententia deinceps perſeuerarunt. Nec tamen idcirco vocamus eam CCCXI patrum ſynodum, ſed CCCXVIII. Itidem Iuuenalis, Hieroſolymorum epiſcopus, & alij quidam, qui ſecundæ ſynodo Epheſinæ interfuerant, eámque probauerant; Chalcedone quoque reperti fuerunt. *Noua difficultas* Quæ quũ ita ſint, alia nobis oritur de Iuſtiniani, temporibus difficultas. Nam quia Iuſtinianus, qui videret Hæſitantes occlamare Theodoreto & Ibæ, quaſique propter ipſos auerſari ſynodum, anathemati eos ſubiecit: obiiciunt nobis, quamobrem illos anathematiſſemus? Aut boni ſcilicet erant, aut mali. *Theodoretu & Ibas à Iuſtiniano anathematiſſati.* Si boni, cur eos anathematiſſatis: ſin mali, cur à ſynodo recepti ſunt? Quòd ſi vos iam ipſos, vt malos anathematiſſatis, quid hoc ad Chalcedonenſe cõcilium, à vobis prubatum, quòd eos recepit? *Reſponſio* Ad hoc reſponſdemus, Iuſtinianum hoc certo quodã conſilio feciſſe. Nam quia videbat, vt diximus, horum cauſa Hæſitantes ſynodum auerſari: perfectum ſe putabat, vt iis anathematiſſatis, ſynodus reciperetur. ideoque duos anathematiſſandos duxit (quamquam minimè anathematiſſatos oportuit) vt omnes ad vnionem redigeret, hanc igitur ob cauſam illos anathemati ſubiecit. Verum ne ſic quidem adducti ſunt Hæſitantes, vt ſynodum reciperent.

Philoſophicis reſpondetur rationibus, quas hæſitantes adſerebant vt reprehenderent quæ fuerant de Chriſti natura decreta.

ACTIO SEPTIMA.

POſt expoſitiooem argumentorum, ex ipſis actis petitorum, ad ea tranſeamus, quæ ratiocinando nobis obiiciunt. Primum illud eſt. Si duas naturas, inquiunt in Chriſto dicitis; omnino duas etiam hypoſtaſes traditis. Si duas hypoſtaſes, etiã duas perſonas, & duos Chriſtos, & duos filios. adeóque reperiemini eadem ſentire, quæ Neſtorius. Hanc obiectionem & inſtando, & opponendo diſſoluimus. Inſtando, quia male obiicitis, & adeò quidem, vt eadem abſurditas vobis quoque colligatur. Si enim Chriſtum ex duabus naturis dicitis, erunt nimirum & hypoſtaſes duæ, & duæ perſonę ſeorſum, ac peculiariter circunſcriptæ, ſequeturque de opinione veſtra, quod erat humanitas aliquando abſque diuinitate, quod abſurdum eſt, ac ne vos quos quidẽ fateri ſuſtinetis. Nã quod vos dicitis vnitum eſſe, hoc nos dicimus poſt vnionem Enimverò ſi non hypoſtaticas naturas vnitas eſſe dicitis, idem nos quoque dicimus: ſin hypoſtaticas, abſurdom id quidem fateri, ſed dicemus tamen; vobis hanc abſurditatem exorſis. Vt aotem & opponendo ſoluamus obiectum, aliam quoque difficultatem adferunt, priori ſimilem, ſed quæ diuerſo qoodam modo texitur; qua ſoluta, ſoluta quoque ſuperior erit. *Noua obiectio.* Eſt autem huiuſmodi. Si duas naturas dicitis, inquiunt, aut hypo-

ſtaticæ ſunt, ant non hypoſtaticæ. Si bypoſtaricæ, perſonas duas introduciris, & Chriſtos duos, & duos filios. Si non hypoſtaticæ, rerum in uatûra non ſunt. At verò dicere, natnras Chriſti uon eſſe in natura rerum, abſurdum eſt. Ad hanc obiectionem rurſus & inſtando, & opponendo pugnamus. Inſtando, quia male obücitis. Nam ſi Chriſtum ex naturis duabus dicitis, hæ quoque naturę hypoſtaticę ſunt, vel uō hypoſtaticę. Si quidem hypoſtaticę, duas perſonas introducitis, & duo Chriſtos, & filios duos. Si nō hypoſtaticę, de naturis nō exiſtenribus Chriſtum eſſe dicitis. Vt autem non pergamus rē inexplicabilem per aliud in explicabile diſſoluere, (nihil enim in eo præclari) age viciſſim eis opponendo noſtra, obiectionem eorum male comparatam redarguamus. Sciēdum igitur, hypoſtaticum & hypoſtaſin duo ſignificare. Nam & ſignificat id, quod ſimpliciter exiſtit. quo ſignificatio dicimus & accidentia hypoſtaſin habere, licet in aliis eſſe ſuum habeant. Significat & id, quod ſeorſum & per exiſtit, qualia ſunt indiuidua ſnbſtantiatum quo fit, vt hypoſtaticum per ſe, duplici modo dicant hypoſtaticum: tū quatenus eſt quiddam exiſtens, tu quatenus ſeorſum ac per ſe exiſtit, vt Petrus & Paulus. Iridem & non hypoſtaticum duplex eſt nā espers hypoſtaſis dicitur, quod prorſus nō exiſtit, vr tragelaphus & hypocentaurus. Rurſus expers hypoſtaſis dicitur, non id quidem, quod non exiſtit; ſed quod hypoſtaſin habet in alio, ac non per ſe ſubſiſtit: qualia ſunt accidentia. His ita cōſtitutis, quoties nos interrogauerint, Si duas Chriſti naturas dicitis, num eas dicitis, hypoſtaticas, an expertes hypoſtaſis? nos viciſſim ex eis quæramus, quomodo hypoſtatici vocem accipiant. Si dixeriot, accipere ſe de eo, quod ſignificet rem ſimpliciter exiſtentem; fatebimur, duas nos Chriſti naturas hoc ſignificato dicere, nec abſurdi quidquam à nobis colligi, duas vti ſcil. perſonas introducamus. Nō enim iſto ſignificato vocem hypoſtaſis cepimus. Vt autē perſpicunm ſit, quòd à nobis dicitur; permutatis nominibus, ſyllogiſtice rem proferamus, hoc modo: Si duæ ſunt naturæ Chriſti, ſequitur eas hypoſtaticas eſſe. Hypoſtatici vero vox ſignificar id, quod exiſtit. Ergo duę Chriſti naturæ ſunt earū in retum numero, quæ exiſtūt. Sin dixerint, hypoſtaticū accnpere ſe de eo, quod per ſe ſubſiſtit, inferem⁹ nos, ea ratione duas Chriſti naturas non hypoſtaticas eſſe, ſed expertes hypoſtaſis. nec abſurdi quidquam à uobis colligitur. nam expertes hypoſtaſis eas dicimus, non ideo, quod non ſint: ſed quod eorū è numero ſint, quæ ſeorſum ac per ſe non exiſtunt. Rurſus vti perſpicuum ſit, quod dicimus; permutatis nominibus, ſyllogiſtice rem proferamus. Si duæ ſunt Chriſti naturæ, ſequitur eas expertes hypoſtaſis eſſe. Quod autem hypoſtaſis expers eſt, non id ſignificat quod non exiſtit: ſed quod ſeorſum ac per ſe non exiſtit. Ergo duæ Chriſti naturæ ſeorſum ac per ſe non exiſtunt. quo pacto ſi loquemur, non duas perſonas introducimus, nec Chriſti naturas ad ea referimus, quæ non exiſtuut. nam expers hypoſtaſis ita cepimns, vt ſignificet id, qnod ſeorſum per ſe nō exiſtit; nō autem, quud nō exiſtit. Adgnoſcere verò eccleſiæ ſcriptores hæc duo hypoſtaſis ſignificata, tum de eo, quod ſimpliciter exiſtit; tū de perſona, rēque ſeorſum, ac per ſe exiſtente: ſanctus etiam Cyrillus indicat. Et rurſus, ſi quis in vno Chriſto diuidit hypoſtaſes, partim dicens de eo quod ſimpliciter exiſtit, partim de eo, quod ſeorſum exiſtit; incōfuſas manſiſſe ſcil. bypoſtaſes, hinc cognoſcemus. Quiſquis autem duabus perſonis, ſiue hypoſtaſibus exſtantes in Euangelus voces attribuit, anathema ſit. Probatnm igitur, quod ex æquiuocatione nobis imponere velint. Aliam nobis obiectionem huiuſmodi proferunt. Si duas naturas dicitis, diuiſionem inttoducitis. quippe numerum introducitis. numerus autem diſcretæ quantitatis eſt. Ad hoc reſpondere licet, quod & ſuperius dictum fuit; Vobis eamdem abſurditatem colligi. Quippe ſi Chriſtum duabus ex naturis eſſe dicitis, quum vox duarum, numerū introducat, & numerus ad quantitatem diſcretam referatur, depræbendemini diuiſionem introducere. Vt autem philoſophicè, quemadmodum & ipſi faciunt, argumentemur: ſciendum, ne quidem omnis diſcretæ quantitatis duntaxat eſſe numerum, ſed eum reperiri de cōtinuis quoque dictum: quemadmodum lignū quinque cubitorum dicimus, & vt Ariſtoteles tradit, tempus eſſe numerum motus. Quippe tempus appellat numerū, quod citra controuerſiā eſt cōtinuū. Duplex igitur numerus eſt, tū diſcretę tū cōtinuæ, ceu loqui ſolemus, quantitatis. Quod ſi ſubtilitatibus vtendum erit non neceſſe eſt, nos binariū de quantitate continua dicere, quum de Chriſto loquimur, quippe continuum eſt, cuius partes communis terminus coiūgit. at vero in diuinitate cogitare partes, vt communis terminus eas cum corpore coniungat: ne fingendo quidem facile. nam continuum de ſolis magnitudinibus dicitur. Nimirum de quantitate diſcreta numerus huic accipi debet. Et enim diſcretum non omnino dicitur id, quod prorſus eſt ſepararum; ſed etiam coniunctum & vnitum, quod tamen ſuam quandam rationem, qua ſecernitur, retinet. veluti corpus continnum dicimus, & diſcretum: continuum quidem, quatenus dimenſiones ſimpliciter habet; diſcretum verò, quatenus tres ſunt dimenſiones. atqui non inuicem à ſe diuulſæ ſunt dimenſiones, ſed idcirco diſcretas dicimus, quoniam quælibet earum ſuam rationem habet. At quia nonuullis omniuo diſcreti nomen audire moleſtum eſt, age omiſſa ſolutione hac, cetero qui bona, ſubiiciamus aliam. Sciendum ergo, pluribus modis vnum dici. quippe dicitur vnum numero, vt Socrates: & vnum ſpecie, vt homo: & vnum genere, vt animal. Similiter & duo, pluribus modis efferuntur. nam dicuntur duo, numero; vt Socrates, & Plato: & ſpecie duo, vt homo & equus: & genere duo, vt ſubſtantia & album. His ita conſtitutis, quum duo de Chriſto dicimus, nō cum duo dicimus eſſe numero: ſed vnum numero, ſpecie duo. Quod autem ita loqui poſſimus, etiam ipſe oſtendit Ariſtoteles, aperte de materie ac forma dicens, eſſe illa vnum quidem numero, ſed ſpecie duo: itemque ſanctus ille Gregorius, de Chriſto dicens: Vtraque natura copulata, vnum quid eſt; non tamen natura, ſed coitione. Verum hic rurſum nobis obiiciunt. Si vnum & duo de eodem dicitis, contradictionem introducitis: adeoque depræhendetur, vel id, quod dicitis, eſſe falſum; vel contradictionem pariter eſſe veram; Ad hoc reſpondemus, non eodem reſpectu

Solutio. — *Hypoſtaticum & hypoſtaſis duo ſignificat.* — *Non hypoſtaticum duplex.* — *Diſtinctionis accōmodatio.* — *Col. 2.* — *Noua obiectio.* — *Solutio.* — *Philoſophica de numero tractatio.* — *Argumēta philoſophica.* — *Numerus in quantitate diſcreta et continua reperitur.* — *Alia ſolutio.* — *Vt tribus modis accipitur vnū ſic & duo* — *Obiectio heſitantiū* — *Reſponſio.*

veram eſſe, ſed diuerſo; quod minimè abſurdum eſt. Sciendum autem vniuerſas obiectiones hasce, non eſſe proprias Hæſitátium, ſed quod eas Neſtorianis ſuffurati, nobis proponant. Nam illi duas perſonas, & duos Chriſtos dicētes, communiter hæc omnibus, duas naturas vel vnitas, vel poſt vnionem; confitentibus obijciebant: Si duas eſſe naturas dicitis, etiam duas perſonas introducitis. Nempe idcirco & abſurdum illud tam nobis, quam Hæſitántibus per has obiectiones colligitur: quum nihil tale Neſtorianis accidat, ſed è diuerſo ipſorum ſententia, quod hæc attinet, confirmetur.

Alia obiectio. Obijciunt nobis & aliam difficultatem, quæ peculiariter ipſorum quidem eſt; ſed in Neſtorianorū dogma deſinit. Quum enim ad ipſos ait Eccleſia, ſi vnita dicant inconfuſa, & vnum paſſibile, alterū paſſionis expers; vnū adſpectabile, alterū inaſpectabile; vnum circumſcriptum alterum non circumſcriptum; vnum mortale, alterum immortale; quæque alia ſunt huiuſmodi; duas neceſſario naturas eos introducere: reſpondent illi viciſſim, nullam abſurditatem eſſe, inconfuſa confiteri vnita, nihilóque minus vnum paſſibile, alterū paſſionis expers; & vnam in eis naturam. quod vti probent, hominis exemplum proferunt. En, inquiunt, corpus & anima citra confuſionem in homine vnita ſunt, vnum adſpectabile, alterum inadſpectabile; vnum mortale, alterum immortale; aliaque talia: non tamen naturas duas dicimus, ſed vnam hominis naturam. Ad ea ſynodi ſectatores

Solutio. viciſſim reſpondent, quemadmodum ipſi ſaluas eſſe res in homine vnitas, poſt vnionem facta, dicant; nihilóque minus vnum eſſe mortale, alterū immortale, aliáq; omnia: ſic de Chriſto ſe quoque loqui. at hæc omnia duarum naturarum eſſe indicia. Nihil ad hęc Gaianitæ quod dicāt, habēt. Quū enim vnita fateantur inconfuſa, omnino ne diſcrimen quidē aliquod dicere ſuſtinent, vllove modo duum vocem admittere: ſed vnum quiddam vnita, poſt vnionem, facta dicunt. At Theodoſiani, vel

Obiectio vmbram habēs aliquam reſponſionis. qui à Seuero ſunt, ſatisfactionē ſibi quamdam inuenerunt, ſéque dicunt fateri, partes eſſe diuerſas; at vnum effectum: quemadmodum & in homine partes diuerſæ ſint, anima & corpus, at vnum effectum. Nam per omnia hominis exēplum ad Chriſtum accommodare volunt, deinde ſemet animaduertētes in ſynodi dogma prolapſos, ad aliud orationem transferunt, ſéque diuerſas dicere partium naturas aiunt, effecti vnam: quum ſynodus de effecto loquuta ſit. Nos autem reſpōdemus eos mē-

Reſponſio Catholicorum. tiri. Non enim ſynodus de effecto loquebatur, ſed de partibus: quod quidē ex pluribus cōſtat. Primū indicant hoc ipſi Gaianitæ, Nam antiquū illi dogma retinentes, ita nunc ſynodū oppugnant, quaſi quæ partes duas dicat: quū ipſi poſt vnionē partes quoque velint vnū quiddam eſſe. Fortaſſis ad hoc Theodoſiani reſpondebunt, nequaquam Gaianitas, ſed ſe potius illos eſſe, qui antiquū dogma retineant. Nos verò rurſum reſpōdemus, ſi maximè non à Gaianitis ipſi fidem illam ſumpſerint, tamen eſſe neceſſe, vt ab Acephalis acceperint. Nam illi manifeſtò Theodoſianis & Gaianitis antiquiores, ita ſynodū oppugnant, quaſi quæ partes duas tradat. Idē & per Eutychē docere poſſumus. Etenim aduerſus Eutychē ſynodus illa verba proferebat,

Appendix.

cuius erat de partibus controuerſia? dicentis, corpus non eſſe nobiſcum vnius ſubſtantiæ. ideóque verbis ad illum directis, & ipſa ſcilicet de partib⁹ loquebatur; nō de effecto. Præterea niſi hoc admiſeritis, omnes expoſitas hactenus obiectiones veſtras euerteris. Sic enim nobis eas opponebatis, quaſi duorū vox nullo modo poſt vnionem proferri poſſit, niſi ab ijs, qui diuiſionem introducant. Verum nobis ipſi fortaſſe reſpondent, dare ſe, de partibus loquutam ſynodum. Vos autem, cur modo non dicitis vnam effecti naturam? Primum dicimus, nuſquam hoc dictum à patribus conſtare. Deinde ne quidem effecti, ſi quis ſubtiliter rem conſideret, vna natura eſt; ſed duæ. Fortaſſe dixerit aliquis Et quonam fieri pacto poteſt, vt hominis exemplū nobis non aduerſetur? qui ex anima *Occupatio.* corporéque conſtans, vnam naturam habet, non duas; quas Chriſtum habere dicimus? Ad hoc reſpondemus, id ipſum in cauſa eſſe, quod vnam ho- *Reſponſio.* minis naturam, Chriſti duas dicamus. Quam enim rationem habet vna natura in hominis hypoſtaſi, eamdem & duæ in hypoſtaſi Chriſti habent. Atque vti perſpicuum ſit, quod à nobis dicitur; obiectiones prius expoſitas repetamus. Quū dicebat eccleſia, ſi vos incōfuſa dicitis ea, quæ vnita ſunt, & ſaluas eorū naturas eſſe poſt vnionē; vnumque mortale; alterū immortale quæq; ſunt huiuſmodi alia; duas neceſſario naturas introducitis: illi viciſſim reſpōdebāt, nihil eſſe abſurdi, & incōfuſa dicere, quæ vnita ſint; & poſt vnionem, ſaluas eſſe naturas eorum; & vnam profiteri naturam. Nam ecce, inquiunt, vnam hominis naturam dicimus, & in eo tamen inconfuſæ ſunt partes vnitæ. Hoc exēplo in anguſtum quaſi coacti defenſores ſynodi, ſe in homine quoque naturas fateri duas aiebant. Mox Theodoſiani: Si duas hominis naturas dicitis, neceſſe eſt Chriſti tres eſſe fateamini. Viciſſim ſynoditæ: Si nos cogitis dicere Chriſtum tribus in naturis, etiā vos eum ex tribus naturis dicetis. Nā dicitis eum ex humanitate diuinitateque conſtare. Diuinitatis autem vna natura eſt, humanitatis duæ. Sciendum tamen, ex adſertione ſynodi quidē colligi, tres naturas dici: ſed non à Theodoſianis illud, ex tribus. Etenim hi tradentes, Chriſtum ex humanitate diuinitatéque conſtare, naturam hominis vnam dicunt: nos autem, duas, quo fit, vt ex doctrina noſtra, non illorum, colligatur; tres naturas dici. Nos enim duas hominis naturas dicimus, & vnam Sermonis. Non tamen hoc ſimpliciter dicimus, ſed vnam eſſe naturam hominis, duas Chriſti. & hoc quidem vnde, cognoſcendum:

Vnde fiat vt Catholici in homine vnā, in Chriſto duas naturas fateantur. Principia quædam ſacris in litteris eſſe dicimus, quæ apud omnes in confeſſo ſint, quæque pariter à nobis & ipſis recipiantur. Ad hæc vtrumque dogma examinemus, quodque principiis conuenire depræhenderimus, id rectè comparatum ſcil. erit: quod ijſdem aduerſabitur, ceu male comparatum reijci debere, manifeſto patet. Eſt igitur in confeſſu, Chriſtum fuiſſe Deum & hominem; propriè Deum eumdem, & propriè hominem: natura Deum eumdem, & natura hominem: vnius eumdem cum patre naturæ, & eiuſdem naturæ nobiſcum: vnum de ſancta Trinitate, ac vnum de nobis: quodque Deus ſermo dignatus ſit homo fieri: alia denique plura talia ſacris in

literis reperiemus. Examinemus igitur ad iſta A principia vtrumque dogma, & primum adeò de vna natura; quod ſi belle habebit, acceptabimus: ſin autem, reijciemus. Sint igitur tria quædam poſita, ſimpliciter animæ, & corpora ſimpliciter, & homines abſoluti: noſque ſumpta de his anima vna, & vno corpore, quemdam hominem efficiamus, puta Petrum. Is vero, tametſi naturam corũ habere depræhendatur: eiuſdem tamen ſubſtantiæ cũ hominibus nõ erit. Petrus enim abſolutus, nec eiuſdẽ eſt cũ animis naturæ, nec eiuſdẽ cũ corporibus: nec anima proprie, nec proprie corpus. Non enim quæ corporis, aut animæ tradi definitio poteſt; eadem & Petri traditur: ſed aliquo tenus B eiuſdem eſt ſubſtantiæ cum hominibus, (nam illorum definitionem quoq; recipit) & diuerſum quiddam eſt tam ab anima, quam corpore. Nunc ad Chriſtum veniamus. quippe reſpondet apud

Superiora ad Chriſti naturas explicãdas accommodat.

ipſos diuinitas animæ, humanitas corpori. Chriſtus ergo nec eiuſdem cum patre, nec eiuſdem nobiſcum eſt ſubſtantiæ: quemadmodum & Petrus nec eiuſdem eſt cum anima, nec eiuſdem cum corpore ſubſtantiæ. quamobrem & Chriſtus nec proprie Deus eſt, nec proprie homo; nec Deus natura, nec natura homo; nec vnus ſanctæ Trinitatis, nec vnus ex nobis: ſicut & Petrus nec vnus ex animis eſt, nec vnus ex corporibus. At huiuſmodi C de Chriſto dicere, nihil eſt aliud, quam indubitata principia, quæ habemus, ſubuertere: quod abſurdum fuerit. At verò ſi Chriſtum duas habere naturas dabimus, nullum ex hiſce principijs euertimus, ſed omnia conſonantia reperimus. Idem enim & Deus eſt, & homo: idem eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, & eiuſdem ſubſtantiæ nobiſcum: proprie Deus, & proprie homo: natura Deus, & natura homo: vnus ſanctæ Trinitatis, & vnus ex nobis. Nam eadem hypoſtaſis duarum naturarum definitiones recipit: & quodcumque de diuinitate quis protulerit, idẽ & in Chriſto inuenit: ac viciſſim quidquid de humanitate dixerit, D idem & in ſubſtãtia Chriſti inuenit, eidem ſubſtãtialiter competens. quo fit, vt neceſſario duæ ſint vnius hypoſtaſis Chriſti naturæ: Verum hic iſti hæſitantes: Quo pacto, inquiũt in vno indiuiduo

Noua quæſtione hæſitantes in ſolutionẽ ſuperiorẽ inſurgũt. Reſponſio.

reperiri duo poſſũt? Hoc ipſum, Quo pacto per rẽ abhorrentem ab opinione ſoluimus. Quippe non abſurdum eſt, accidiſſe quid in Chriſto præter opinionem hominum: ſed abſurdum eſt mentiri, ac principijs aduerſari. Sciẽdum autem, ab ijs, qui vnam in Chriſto naturam ſtatuunt, neceſſario colligi, vel duas vt hypoſtaſes diuinitatis dicant, vel quatuor; non tres, quod omnes cõfitentur. Nam ſi vnã nobis in Chriſto naturã tradũt, vnde tres no- E bis hypoſtaſes diuinitatis depromẽt? Habemus enim patris vnã, & vnã S. Spiritus: reliquam dicere nullã poterũt, vnã in Chriſto naturã ſtatuẽtes. quippe ſi vna natura eſt, nõ tã natura Deus erit, vti modo probauimus. Si nõ eſt natura Deus, quomodo diuinitatis hypoſtaſin habere dici poterit? quo fit, vt ipſos duas hypoſtaſes dicere colligatur. Sin dixerint, tertiã hypoſtaſin eſſe Dei ſermonis; vt vna ſit patris, altera Spiritus S. tertia Dei ſermonis: neceſſario quatuor hypoſtaſes introducunt, vnã patris, vnam Spiritus ſancti, vnam Dei Sermonis, & vnam Chriſti. Modis omnibus probatum eſt, duas naturas ſtatuendas, non vnam.

Syncerè explicantur loci quos hæſitantes hæretici aſſumebant ad confirmationem ſuæ hæreſeos contra duas Chriſti naturas.

ACTIO. VIII.

Reſtat, vt de ijs argumentis, quę de ſanctorum patrum dictis nobis proferũt, agamus. Ea verò partim petita sũt ex ijs, quæ ſynodus nõ dixerit; partim ad conciliandã ipſorũ dogmati fidẽ proferũtur; partim denique ſtruũtur ea ipſis ſynodi verbis. Ob ea, quæ nõ dixerit, tribus modis ſynodum reprẹhẽdunt: quod nimirũ nõ vnionẽ hypoſtaticã, nec vnã Dei ſermonis naturam incarnatã, nec iſtud loquẽdi genus vſurpauerit, Ex duab. naturis. At iſtæc (inquiunt) omnia ſanctus ille Cyrillus protulit. Eſt autẽ par iudicari, quamobrẽ hypoſtaticam vnionẽ ille dixerit. Duplex ſ. huius eſt intellectus.

De vnione hypoſtatica.

Nam quia Neſtorius diceret, vnionẽ Dei ſermonis cum carne per adfectionẽ quandã eſſe factã, adeòque perſonã Dei ſermonis & carnis vnam ratione mutui adfectus eſſe traderet: idcirco ſanctus vir Cyrillus ei contradicens, vnionem hypoſtaticam eſſe factã ait, hoc eſt, ratione ſubſiſtẽtiæ, ipſarumq; adeò rerũ vnionẽ; nõ adfectionis reſpectu. Ac notandum hic rurſus, hypoſtaſin dici de ijs, quæ ſimpliciter exiſtũt. Alter intellectus eſt, quod hypoſtaticã vnionẽ factã dixerit, hoc eſt, in vnã hypoſtaſin. Ac ſententia quidẽ vtraque refragatur Neſtorio, prima tamẽ verior eſt. Obijciunt igitur, ſynodum hæc à ſancto Cyrillo tradita reſeciſſe, nec eorum mentionẽ vllam feciſſe. Verũ vno verbo iſtæc omnia ſubuertimus, ſynodum illa, quaſi quę communia & in cõfeſſo eſſent, omiſiſſe. nã aduerſus Eutychẽ diſſerebat, qui ex diametro cum Neſtorio pugnãs, & iſta citra controuerſiã fatebatur. Non eſt autẽ neceſſariũ, vt quæ confeſſa ſunt, omnino ponãtur: ſed licet ea nonnunquã omittere. Satis hoc ſynodi priores oſtendunt, quæ pleraque cõfeſſa in pluribus omiſerunt. Deinde ſynodorum multis in locis vnam hypoſtaſin, & vnam perſonam dixiſſe depræhendimus; quod nihil eſt aliud dicere, quàm vnionem hypoſtaticam. Et hęc quidẽ ſunt de ijs, quæ ſynodus omiſerit. Ad faciundum vero fidem dogmati ſuo plures auctoritates producũt, quarũ eſt prima, quod ſanctus ille Cyrillus vnam naturã dei ſermonis incarnatam apertè dixerit. Ad hoc reſpondemus, fateri nos, id à ſancto Cyrillo dictum: ſed idem nihil omnino ſententiæ noſtræ refragari. Non enim Chriſti naturam vnam incarnatam dixit, ſed vnam naturam dei ſermonis incarnatam? videlicet alteram aliã naturam denotans. Et quod alteram illã ſignificare voluerit, dum incarnatam ait: ex ijs manifeſtum eſt, quibus ſeipſum in ſecũda ad Succeſſum epiſtola declarat, inquiẽs: Quod ſi vnã dei ſermonis naturã dicẽtes obticuiſſemus, nec verbũ illud, Incarnatã, ſubieciſſemus; adeóq; diſpenſationẽ ipsã velut omiſiſſemus: fortaſſe probabilis eſſet ipſorũ oratio, quærere de nobis prę ſe ferentium, vt ſit illa perfectio in humanitate, vel quomodo ſubſtãtia, quã nos tradam°, ſubſiſtat. Sed quoniam & ipſa in humanitate perfectio & ſubſtantiæ, quam nos tradimus, ſignificatio per verbum iſtud, Incarnatum, comprehenſa eſt: inniti arundineo baculo deſinant. Nam diſpenſationem reijcientes, & incarnationem negantes, merito accu-

Obiectio. Reſponſio.

Hæſitãtes & ſuam hæreſim tuentur, Cyrill. innituntur authoritate. Cyrill. reſpondetur per Cyrillum.

accuſaremur; ceu filium perfecta humanitate ſpoliantes. At verò ſi dicam, in eo, quod incarnatum dixi, perſpicuam minimèque ambiguam eſſe confeſſionem, quod homo factus ſit: nihil eſt amplius, quod cogitare vetet, Chriſtum vnum & vnicum, pariter & deum, & hominem eſſe: vt perfectum in diuinitate, ſic etiam perfectũ in humanitate. Rectiſſimè verò, & admodum eruditè perfectio tua doctrinam de paſſione ſalutari exponit, quum non ipſum vnigenam Dei filium, quatenus intelligitur & eſt Deus, paſſum in natura ſua, quæ cadunt in corpus adfirmas: ſed potius eum natura terrena paſſum. Oportebat enim, oportebat vtraque manifeſto ſalua eſſe vni reapſe filio; tum vt diuinitatis reſpectu non pateretur, tum vt humanitus eſſe paſſus diceretur. quippe caro ipſius paſſa B fuit. Sciendum autem,* primum inter orthodoxos Cyrillum* protuliſſe verbum illud; Vnam naturam dei ſermonis incarnatam. Inter orthodoxos dicimus, quoniam ſæpius hoc Apolinaris repetebat. vnde factum, vt ſanctus Cyrillus pro Apollinariſta ſit habitus ab orientalibus, quum talis non eſſet. Nec enim neceſſe eſt omnia, quæcumque dicunt hæretici, omnino non admitti, mala quidem reijci debent. Adferut aliud quoque dictum, velut à beato Iulio profectum, quod exiſtat in epiſtola ſcripta ad Dionyſium Corinthi epiſcopum, cuius initium eſt: Miror de quibuſdam au- C diens. eſt que dictum huiuſmodi: Neceſſe eſt eos, quum duas naturas dicũt; vnam adorare, alteram non adorare: ac in diuinam quidem baptiſari, at in humanam non baptiſari. aliaque plura iſtæc epiſtola continet. Sed nos argumentis pluribus conuincimus, non illam epiſtolam eſſe beati illius Iulij, ſed Apollinaris. Primum ex eo, quod ſi quis eam ſubtiliter conſideret, nihil Iuliano dignum nomine habeat. quin & ſeptem illę epiſtolæ, quas eius eſſe dicunt, Apollinaris ſunt. Deinde, quod in eadem epiſtola corporis mẽtione facta, nuſquã id mente prędıtum vel animatum dixerit. Erat autem in more patribus illius ſęculi, vt ſicubi corpo- D ris mentionem facerent, idipſum mente præditum animatúmque dicerẽt. quod quidem vſque adeò verum eſt, vt reformidantibus eis hoc crimen, ideoque deinceps illas voces, Mente præditum & animatum, adijcientibus; nulli poſteriorum libri reperiantur, qui hanc veterum adpendicem non habeant. Præterea de hoc quoque non beati Iulij, ſed Apollinaris eſſe redarguitur: quod Nyſſenus ille Gregorius in opere contra Apollinarim apertè multa recitet, quæ hac epiſtola continentur; eaque ceu prana, refutet. Poteſt & aliunde cõuinci, quod beati Iulij non ſit. Aiunt enim actis ſynodi Epheſinæ ſub beato Cyrillo inſertam, quod E quidem apertè mentiuntur. Nam ibi nihil in textu tale reperitur, ſed alia quædam inſerta eſt epiſtola, velut à Iulio ſcripta; nec ipſa Iulij, ſed Timothei: quemadmodum de multis exemplaribus intelligi poteſt. Enimuerò quum nihil nobis aduerſentur, quod eam Iulij dicant, flocci ſcilicet faciendum. Proferunt nobis & aliam quamdam auctoritatem ſancti Gregorij, quem prodigiorum effectorem nominamus, ex illius confeſſione fidei, ſeorſum expoſita. Non duas perſonas, inquit, non duas naturas: quia non adoranda ſunt quatuor. & alia, quæ ſequuntur. Ad hoc quoque reſponde-

Appendix

** Theorianus ſuprà demõſtrat, Cyrillum hoc ab Athanaſio ſumpſiſſe.*

Non quicquid ab hæretico dicitur ſẽper eſt improbandũ.

Suppoſititia Iulij Romani pontificis epiſtola.

Pluribus coniecturis probat epiſtolam ab hæreticis ſub nomine Iulij allegatã non eſſe Iulij ſed Apollinaris.

Alia authoritas qua nitũtur aduerſarij.

A mus, primum de hac itidem dubitatum apud antiquiores, an ſit Gregorij. Deinde Gregorius Nyſſenus orationem de illo prodigiorum effectore funebrem ſcribens, nullum ait opus ipſius in manibus eſſe, præter ſolam fidem, quam in viſione conſpexerit. Aliam quoque proferunt auctoritatem ſancti Athanaſij ex oratione de incarnatione, quæ quidem huiuſmodi eſt: Eumdem eſſe Dei filium, ratione Spiritus; & hominis filium, ratione carnis: nõ duas naturas vnum illum filium, quarum vna ſit adoranda, non adoranda ſit altera; ſed vnam naturam Dei ſermonis incarnatam. Reſpondemus primo, dictum hoc nobis non aduerſari. Non enim duas naturas ita tradimus, vt ado- B retur vna, non adoretur altera: ſed vnam ſtatuimus eſſe naturam Dei ſermonis incarnatam. Deinde ne quidem eſt Athanaſij. nam quum à nobis interrogantur, vbi dictum hoc extet; nec eius oſtẽdendi copiam habent: in artum coacti, puſillam quamdam orationem proferunt, quaſi duorum foliorum, in qua dictum hoc legitur. At notum eſt vniuerſis, omnia ſancti Athanaſij opera valde magna eſſe. Quid autem ad hoc reſpõdebimus, quod beatum Cyrillum producũt, citantem hoc dictum libro aduerſus Theodorum, quaſi profectum ab Athanaſio? Nimirum dicimus, reapſe quidem illud in beati Cyrilli contra Theodorum inuectiuis C legi: ſed mendum eſſe priſcum. Dioſcorus enim ſucceſſor beati Cyrilli factus, quum eius opera reperiſſet; forte non veritus eſt inſerere nonnulla, quæ ipſi lubitum fuit. Neque verò coniecturis nos modo niti, quod beatus Cyrillus illud contra Theodorum non produxerit; ex eo quoque manifeſtum eſt. Nam Theodoretus, qui Theodorum defendebat, vniuerſas auctoritates refutans, quaſcumque ſanctus Cyrilus cõtra Theodorum de ſanctis patribus protulerat; nuſquam huius dicti meminit. Atenim iſti referunt, à Theodoreto callidè omiſſum. quod enim aduerſus eam auctoritatem oculis adſpicere non poſſet, vt admodum D planam & apertam; idcirco ſponte ab ipſo prætermiſſam. Reſpondemus, tantũ abeſſe, vt eam Theodoretus ibi poſitam præterire voluerit; vt quum beatus ille Cyrillus alibi dixiſſet, Vnam naturam Dei ſermonis incarnatam; ſiquidẽ ſciuiſſet Theodoretus id verbum, quod apud Cyrillum extat, ex ſancto Athanaſio citatum, nequaquam adeò temere dicturus fuerit. Quis tibi patrum dixit vnam naturam Dei ſermonis incarnatam? Viciſſim ingerunt, tam eſſe certum, ſciuiſſe ſic loquutum Athanaſium; vt etiam dixerit, Quemadmodum patres loquuti ſunt. Nos contra, quemque dicimus eniti, vt oſtendat, à patribus ea prolata, quæ ipſe tra- E dat; ſi non iiſdem verbis, ſaltem vi verborum eadem. Producunt & aliam auctoritatem ex Erechthio, cuius inter patres nec auditum eſt vnquam nomen: adeò quidem, vt quum Timotheus contra ſynodũ ſcripſiſſet, & auctoritatem Erechthij citaſſet; Cyrus, qui apud ipſũ preſbyteri loco eſſet, his ad eum verbis perſcripſerit: Mallem hoc te corrigere. Nam Erechthij nomen inter patres auditum numquã fuit. Hæc conſiderãda veniebant.

S. Gregorius prodigiorum effector dicitur nihil literis cõmendaſſe quod in manus noſtras venerit.

Alia authoritas.

Reſponſio.

Authoritas Cyrilli.

Opera Cyrilli deprauata.

Erechthius obſcurus pater.

Recitantur quædam verba ſynodi Chalcedonenſis quæ putabant haſitantes ſuæ hæreſi fauere.

ACTIO NONA.

QVIA verò voces etiam nonnullas carpendo de ſynodi definitione, ſynodum ipſam repræhendunt: age & illis expoſitis, vbi quemadmodum eas repræheudant, indicauerimus; ita deinde refutationes noſtras ſubijciamus. Synodi verba ſunt. Sufficeret quidem ad perfectam pietatis cognitionem & confirmationem, hoc eruditum ac ſalubre diuinæ gratiæ ſymbolum, quod & perfectam de patre, & filio, & Spiritu ſancto doctrinam tradit, & incarnationem domini fideliter excipientibus exhibet. Eſt autem ſane quàm frigida repræhenſio. Primo tantum abeſt, vt cum Neſtorio ſentiat; vt Ioannes quidam Ægeota Presbiter Neſtorianus, ſynodum repræhendens, diceret; Eam ſynodum eſſe Cyrillianam, & à Cyrilli ſententia ſtare. Quod ſi Neſtoriana, numquam hoc Ioannes ille dixiſſet. Deinde, ſi propter huiuſmodi voces ſynodum repræhendunt, cur itidem ſanctos quoque patres non repræhendunt? Nam & illi plura talia protulerunt. Etenim beatus ille Cyrillus in commentario Zachariam vatem declarante, cuius initium; Vaticinatur quidem ſanctus ille Zacharias; ſic ait. Diſcedendum igitur à talibus, & à meotis adfectione rigida mortuáque, velut è terra peregrina, tráſeundum ad Sionem, hoc eſt, ad veritatem; vt Eccleſiam Chriſti conſideremus. in qua conſtituti, perſpiciamus id, quod Deo placet, & ad illas in ſancta vniuſque ſubſtátiæ Trinitate rationes oculos circumferemus, ipſumque Chriſtum depræhendemus ex omni loco nos colligentem, ac ſpiritaliter in vnanimem conſenſum colligantem.

Hæc verba deſumpta ſunt ex ſynodo Calchedonica.

Chalcedonēſis ſynodus Cyrilliana.

Cyrillus in Zachariã.

Nam ecce, poſtquam dixit, Quod Deo placet; ſubijcit: Et ad illas in ſancta vniuſque ſubſtantiæ Trinitate rationes oculos circumferemus, ipſumque Chriſtum depræhendemus ex omni loco nos colligentem. Quantum ergo colligitur ex ijs quę ipſi dicunt; etiam beatus ille Cyrillus quaternionem ſtatuit. Alia quoque conſimilia multa reperimus apud ſanctos patres, quę nunc vitandę prolixitatis cauſa, non ſunt hic adijcienda. Rurſus eam repręhendunt, quaſi quę formulam illam verborum, In duabus naturis, vſurpauerit. Verum & illa patres vſos, de pluribus oſtenſu facilè.

Actione decima error Gaianitarum detegitur, contra quos probatur Chriſti corpus fuiſſe corruptibile, & ijſdem paſsionibus expoſitum excepto peccato ſubiectum. Deinde agnoitæ reprahenduntur: poſtrema deliria Origenis refutantur.

ACTIO DECIMA.

POST omnia, quę hactenus expoſita ſont, operę fuerit pretium; de Gaianitarum quoque, ac aliorum quorumdam opinione, narrationem inſtitui. Confitentur ergo Gaianitę, Deum ſermonem è virgine naturam humanam adſumpſiſſe perfectè ac verè: ſed poſt vnionem eſſe corpus incorruptibile dicunt. Omnes. n. malorum ſpecies Chriſtũ perpeſſum aiunt, qui & eſuriuerit, & ſitiuerit, & defatigatus fuerit: at non eodem iſta, quo nos, modo paſſum. Aiunt enim, nos quidem naturali quadam neceſſitate tum eſurire, tum ſitire: ſed Chriſtum hęc omnia ſponte ſuſtinuiſſe. nõ enim, inquiunt, naturę legibus ſeruiebat. alioqui

De Gaianitarum hæreſi.

A paſſiones iſtas fatebimur ei pręter voluntatem accidiſſe, quod abſurdum fuerit. Hęc Gaianitarum eſt opinio. Nos ad ea reſpodemus, etiam nos fateri paſſiones & adfectiones illas fuiſſe volũtarias: nec tamẽ idcirco dicere, Chriſtum eas perpeſſum eodem modo, quo nos. Nam ſpõte dicimus ipſum ſeruiſſe naturæ legibus volentémque ſe conceſſiſſe corpori, vt ſua perpeteretur eodem modo, quo & nos patimur. atque hęc teſtimoniis ſuis patres ipſi comprobant, vt ſanctus ille Gregorius, inquiens: Naturæ permittebat, quum vellet, vt ageret ſua. Beatus autem Cyrillus dixit: Per immiſſionem ciborum, & excretionem, cõſeruabat ſub-B ſtantiam, corporis ſcil. Rurſus ex dialogo, quo vnum eſſe Chriſtũ probat, Permiſiſſe ipſum carni ſuæ, vt naturæ ſuæ legibus obſequeretur. Et rurſus: Sic permittit id, quod corporeum erat, ea perpeti, quæ ipſi naturaliter adſunt; vt oſtenderet, ſe reapſe veréque geſtare carnem, & ſecundum litteras ſacras hominem eſſe factum. Sanctus autem Athanaſius, libro aduerſus Apollinarem: Propterea dicebat Dominus, animam ſuam nunc perturbari. Et hoc NVNC ſignificat, quando ipſe voluit. Id tamen, quod erat, indicatur. non enim quod nõ erat, quaſi ſi præſens eſſet, protulit: ac ſi ſpecietenus fierent, quæ fieri dicebantur. quippe natura C & vere omnia fiebant. Rurſus alibi: Non defectu naturæ tamen accidebãt, quæ dicebantur; ſed quę fiebant, demonſtrandæ cauſa veræ ſubſtantiæ fiebant. Quapropter ſi eodem nobiſcum modo patiebatur, non poſſumus ei corpus incorruptibile tribuere, ſicuti ne nobis quidem. Adeóque tale quiddam eis obijcimus. Si Chriſti corpus incorruptibile dicitis, non eiuſdẽ eſt nobiſcum ſubſtantiæ: quando corpus illius incorruptibile, noſtrum eſt corruptibile. Sed fortaſſis ad hoc ipſi vicim inferent, quo modo nos à reſurrectione Chriſti corpus incorruptibile dicẽtes, nihilominus eiuſdem eſſe nobiſcum ſubſtãtiæ tradamus. eodem ſe quo-D que modo dicentes idem ante reſurrectionem incorruptibile, nihilominus eiuſdem eſſe nobiſcum ſubſtantiæ fateri. Verum nos reſpondemus, etiamſi poſt reſurrectionem incorruptibile fateamur; non tamen à nobis incorruptibile natura dici, ſed gratia. Si ſubiecerint, Etiam ante reſurrectionem incorruptibile per gratiam eſto: dicimus, non hoc ea permittere. quæ de Chriſto traduntur. etenim ante reſurrectionem etiam eſuriiſſe dicitur, & ſitijſſe. Quo autem modo incorruptibile fuerit, quod talia paſſum eſt? At poſt reſurrectionem nihil ei tale accidit. vnde patet, ante reſurrectionem corpus fuiſſe corruptibile, poſt reſurrectionem incorruptibile. Nam quod ediſſe poſt re-E ſurrectionem dicitur, id verò per diſpenſationem fecit: non quia reuera eſuriret, ſed vti diſcipulis ſuis oſtenderet, ſe ipſum eſſe, qui de mortuis reſurrexiſſet. quo quidem modo clauorum quoque cicatrices eis monſtraſſe dicitur. atqui nos ita reſurgemus vt earũ nulli paſſionum obnoxij ſimus, quas ante reſurrectionem experimur. Interim primitiæ reſurrectionis noſtræ de mortuis Chriſtus eſt. & tamen hæc ille repertus eſt habere: de quo manifeſtum eſt, id per diſpenſationem factum. Et quidem ſcriptura non dicit eum eſuriiſſe, ſed comediſſe. Sciendum verò, proferri ab eis quaſdam patrum auctoritates, quæ incorruptibile Chriſti corpus

Refutatio.

Verũ corporis paſſiones eodẽ modo fuerunt in Chriſto et in nobis.

Occupatio.

Reſponſio.

Noua obiectio cum reſponſione.

Qui poſt reſurrectionem Chriſtus ederit.

Hæretici corp⁹ Chriſti incorruptibile auctoritate patrũ confirmant.

corpus dicunt. ſicut & Cyrillum allegat, hjs verbis. Nihil corruptible ſuſcepit carn ſermonis. ſed quoties huinſmodi auctoritates profuerunt, conſiderandum venit, æqui vocum eſſe corruptionis vocabulum. Nam corruptio dicitur plena diſſolutio corporis in elementa, de quibus conpoſitum fuit: itidemque corrupnonem vocamus adſectiones ſiue paſſiones illas humanas, vt eſurire, ſitire, quęque ſunt eius generis alia. Quum ergo partum aliquis dixerit, Chriſti corpus non ſuſtinuiſſe corruptionem; hoc nimirum dicit, non prorſus fuiſſe diſſolutum. quod ſane verum eſſe, de cōtrarijs eorum dictis patet. Pluribus. n. in locis ante reſurrectionem ipium eſſe corruptibile tradunt, poſt reſurrectionem incorruptibile. Tantum de Gaianitis.

Nomē corruptionis ambiguū eſt.

Agnoetæ verò confitentes omnia, quæ Theodoſiani; diſcrepant in hoc, quod Chriſti humanitatem ignorare Theodoſiani negant; illis ignorare adfirmantibus. Aiunt. n. per omnia Chriſtum nobis adſimilari. Quod ſi nos ignoremus, & ipſum ignoraſſe. Quin & in Euangelijs ipſummet ita loqui, vt neminem dicat illum diem & horam noſſe; ne filium quidem extra ſolum patrem. Et rurſus. Vbi Lazarum poſuiſtis? Hæc. n. omnia verba, inquiunt, ignorationem ſignificant. Verum alij reſpondent, ea Chriſtum conſilio quodam ſic pronuntiaſſe, vt ab ſe diſcipulos auerteret, qui horam conſummationis auebant ex ipſo cognoſcere. Nempe, dicunt, à reſurrectione rurſus ab eis interrogatus non amplius reſpondebat, Ne filius quidem: ſed, nemo veſtrum. Nos autem dicimus non adeò de his ſubtiliter inquirendum. nec ſynodus ipſa curioſius de hoc dogmate ſollicita fuit. Sciendum tamen, complures ex patribus, ac propemodum vniuerſos videri dicere, quod ignoret. Nam quum per omnia nobiſcum vnius eſſe ſubſtantiæ dicatur, & nos ignoremus: nimirum ignorabat & ipſe. Quin & ipſa ſcriptura dicit eum profeciſſe tā ſtatura, quam ſapientia: diſcentem id ſcil. quod ignorabat.

De Agnoetis, Hæreticis qui Chriſto tamquam homini ignorantiā tribuerūt.

Reſponſio notanda.

Videtur author in Agnoetarum inclinare.

Par eſt etiam de Origene, déque dogmatis ipſius vt aliquid dicamus. Origenes ergo, priſcus homo, de illorum numero, qui ante Conſtantinum exſtiterunt, & magnus habebatur, & ſacris erat in litteris eruditus, & grammaticus. Eius pater martyr factus eſt, & ipſemet quoque deductus, vt martyrium obiret. Verum ſacrificare coactus ex huiuſmodi cauſa fuit. Dum martyrium obiret, quendam ad eum producebant æthiopem, ac vel cum Æthiope fœda cōmitteret, vel dijs ſacrificaret, vrgebant. Origenes dijs ſacrificare maluit. acceptumque thus abiecit in ſacrificium. ſed eius eum facti magnopere poſtea pœnituit, idque commiſſum deplorauit.

De Origenis opinionibus.

Vide Niceph. lib. 5. cap. 32.

Opiniones habebat huiuſmodi. Gradum inferiorem filio tribuebat, ſicut eum & Ariani poſtea defendunt, dicentes priſcos illos patres non fuiſſe de ſubtilitatibus ſollicitos. Quum enim ſectæ nōdum emerſiſſent, ſimplicius eos vocabulis vſos: at poſteaquam emerſerint, cepiſſe quemque patrum ſibi cauere. Nos autem dicimus, eum non vt ſimplicius vocabulis vſum, filio gradum inferiorem tribuiſſe: ſed iſtud dogma reapſe totis viribus oppugnaſſe. Nam patet eum in epiſtola quadam ſua de hoc alacriter certare, quum ait: Filius aut patre maior eſt, aut minor, aut æqualis. Si probanero, nec maiorem eſſe, nec paré: patebit eſſe minorem. Quamuis igitur inferiorem filij gradum tradit, tamen eum purgare nituntur. At verò manifeſtè hanc opinionem fouet, & excuſationem nullam habet.

Enumerātur opiniones Origenis.

Origenes inferiorē filium patre fatebatur.

Alterum eſt de præexiſtentia, déque reſtitutione in integrum. De præexiſtētia tradebat, ante ſæcula mentes fuiſſe, ac puras quidem omnes, tum dæmonas, tum animas, tum Angelos; miniſteria diuina obeuntes, ac Dei mandatis obtemperātes. Diabolum verò, de his vnum, quod arbitrij libertate præditus eſſet, Deo voluiſſe reſiſtere; idcóq; reiectum à Deo, ſimul vniuerſas alias copias cum eo defeciſſe. Qui grauiter deliquiſſent, dæmonas factos qui minus, Angelos: qui adhuc minus, Archangelos: eodémque deinceps modo quemlibet pro delicto ſuo pœna tuliſſe. Reliquas fuiſſe animas, quæ neque tam graui ſcelere ſemet obſtrinxiſſent, vt dæmones euaderent: nec rurſus adeo leui, vt Angeli fierent. Itaque mundum hunc condidiſſe Deum, & animam ſupplicij cauſa corpori alligaſſe. Nec enim, ait, perſonarum acceptator eſt Deus, qui hæc omnia, naturæ vnius exiſtentia (ſunt. n. omnia ratione prædita, & immortalia) ſic ab initio conderet; vt alios, dæmonas; alios, animas; alios, Angelos faceret: ſed manifeſtum potius eſt, Deum pro ratione delicti quemq; ſic puniuiſſe, vt alium faceret dæmonem; alium, animam; alium, Angelum. Abſq; quo eſſet, ac niſi præexiſterent animæ, qui fieri poſſit, vt alios recens in lucem editos, nullo admiſſo crimine, cæcos; alios contra, ſine vitio naſci, deprehēdamus? Nimirum patet, inquit, exſtitiſſe prius in ipſis animis delicta quædam, quorum cauſæ quælibet ex merito pœnam refert.

Ante corpora infinitum numerum animarum creatū ſuſtinebat quæ cum omnes peccaſſent pro grauitate delicti, alij in Dæmonas perpetuo ſupplicio cruciādos, alij in Angelos, alij in homines trāſmutati ſunt.

De reſtitutione verò in integrum, hæc eius eſt opinio: futuram mortuorum reſurrectionem, atque ſupplicium; ſed minimè finis expers. Nam dum corpus, ait, punitur; anima paulatim purgatur, atque hoc modo priſtinū in locum, reſtituitur. Quin & dæmonas, & Angelos in integrum reſtitui tradit.

111.

Origenis delyrium.

De reſtitutione animarum in integrum.

Sed enim hæc omnia nos, ac primum illud de præexiſtentia refutemus. Nam quia fretus ea ratione, quod perſonas Deus non acceptet; colligit, eum rationis participes animas & immortales, quales & Angeli ſūt, alligaſſe corporibus; Angelos autem in cœlo reliquiſſe, vti cum ipſo conuerſarentur: ſciendum voces iſtas, Rationis particeps, & immortale, æquiuocas eſſe. Nam aliter Angeli rationis participes & immortales ſunt, aliter nos, minus ſcilicet quam illi. quippe Deum ipſum quoque rationis participem & immortalem dicimus, nec tamen eum eſſe naturæ noſtræ ſtatuimus. Ad hoc verò, quod ait, quonam pacto cæci quidam naſcantur, alias vitij nihil habentibus: reſpondemus, eſſe illa Dei iudicia, quæ inquirenda non ſint. Nos enim ei viciſſim obijcimus, quinam fiat, vt quum equi naturæ ſint vnius; alij tamen in piſtrinis laborent, alij magnos apud homines in delicijs viuāt: atqui nullas horum animas Origenici prius exiſtere confitentur. Platonici tamen, hac obiectione preſſi, brutorum animas quoque prius exiſtere dicebant. Quod autem inquiunt, non eſſe ſupplicium finis expers; (tradunt enim, nomen æui de tempore definito accipi: & quoties ſcriptura dicat, ſupplicium illud ad æuum durare; non niſi de tempore definito eam loqui) ſciendum, vere quidem id dici, quod æui nomen tam apud extraneos ſcriptores, quā ſacris in litteris ſæpe de tempore definito

Refutationes.

Rationis particeps et immortale voces ambiqua.

accipiatur: ſed de ſupplicio non ſic intelligi poſſe. Nam Chriſtus ipſe dixit, alios quidem abituros in vitam ad æuum duraturam, alios ad ſupplicium in æuum duraturum. Aut igitur ſpatium vitæ definitum accipimus, quod abſurdum fuerit: aut vtraque de tempore finis experte. Et hæc quidem ad

A demonſtrationē dogmatum veris ſententijs innixorum, atque ſectarum praua. opiniones amplectentium refutationē, in ipſa oris apertione Chriſtus Deus, largitor ille bonorum, nobis ſuppeditauit: cui gloria, & imperium, cum Patre ac Spiritu ſancto, nunc & in æuum. Amen.

** nomē dignitatis, excogitatū ab Alexio Comneno imp.*

CONSTANTINI HARMENOPVLI,* SEBASTI, NOMOPHYLACIS, ET IVDICIS THESSALONICENSIS, DE OPINIONIBVS HÆRETICORVM, QVI SINGVLIS TEMPORIBVS EXSTITERVNT.

1. Arriani qui filium creaturam patris aſſeuerabāt ſuamque hæreſim deprauata ſcriptura comprobabant.

ARIANI, filium Dei creaturam eſſe dicētes, verbum iſtud, Ante me factus eſt, quod Euangeliſta Ioannes in perſona præcurſoris & Baptiſtæ Ioannis protulit; male pro eo, ac ſi diceretur, Ante me creatus eſt, interpretantur. Sed male ſentire conuincuntur, ex illo ſequente verbo: Quoniam me prior erat. Omnino enim contrarium dicere debebat, hoc quodāmodo: Me prior eſt, quoniam prior me factus eſt. Nos autem illud, Ante me factus eſt, pro eo, ac ſi diceretur, Glorioſior & honoratior me factus eſt, rectè ſentientes accipimus. Refutantur etiam, quū de pluribus alijs, tum quod idem Ioannes dixerit: In principio (id eſt, à principio) erat ſermo, & ſermo erat Deus. Itidem & illud, Omnia per ipſum facta ſunt, quaſi per inſtrumentum quoddam intelligebant, puta ſerram, aliudue tale. Nos autem hoc ita dictum accipimus, vt loqui ſolemus; Regem per filium ciuitatem aliquam condidiſſe. Iidē & vnigenam Dei filium dicunt, quaſi qui ſolus ab eo factus ſit, ceteris ab ipſo forte Chriſto factis. At nos vnigenam hunc dicimus, veluti qui ſolus ex ipſo ante omnia ſæcula genitus ſit. Etiam huius generis alia plura interpretando deprauant, ſectæ ſuæ fidem adſtruentes.

Quomodo ſit hic locus Ioānis intelligendus, Omnia per ipſum facta ſunt, &c.

Macedoniani Spir. ſanct. creaturam & ſeruum dicebant.

2. Macedoniani Spiritum ſanctum eſſe ſeruum & creaturam adſerentes, in dicto Ioannis, Sine ipſo factum eſt nihil, puncto poſt hęc verba collocato, verſum alium ſic inchoant: Quod factum eſt, in eo vita erat. atque hoc de Spiritu ſancto intelligunt. Nos verò locum illum ita legentes, vt ab initio ſeries ipſa declarat, totum de filio dictum intelligimus.

Sabelliani.

3. Sabelliani Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, tres illas hypoſtaſes, atq; tres perſonas beatæ diuinitatis, vnam hypoſtaſin, & vnam perſonam eſſe tradebant: quæ nonnunquam patris, nōnunquam filij, nonnunquam ſpiritus ſpeciem præ ſe ferret. Sed arguuntur ex eo, quod Ioannes dixit: Et ſermo erat apud Deum, hoc eſt cum Deo; vnde colliguntur eſſe perſonæ duæ: déque pluribus alijs dictis Euangelicis.

Apollinares.

4. Apollinaris Laodicenſis ſectatores aiunt, adſumpſiſſe dominum carnem mentis expertem, & inanimam; vt cui diuinitas mentis & animæ loco ſufficeret: praue ſcil. enarrantes illud, Et ſermo caro factus eſt. Non enim norant, diuinas literas carnem adpellare hominem; vt illo quoque dicto, Adſpiciet vniuerſa caro ſalutare Dei. Quærebant iidē ſibi patrocinium ex verbis illis Soluite templum hoc, & ita ratiocinabātur: Si caro domini templum dicitur, & ſi templum res eſt in anima; nimirum & ipſa eſt in anima. Dicunt iidem dominum, qui carnem hanc haberet è cœlo, tanquam

B per canalem tranſijſſe per virginem; idque de verbis illis colligunt: Nemo adſcendit in cælum, niſi qui de cælo eſt filius ille Dei, qui eſt in cælo. Sed ignorabant, id propterea ſic prolatum; quod duabus in naturis vnam Chriſtus haberet hypoſtaſin.

Eutychei.

5. Eutychis atque Dioſcori ſectatores, filium dicebāt ſpecie tenus hominem eſſe factum, quum vnam naturam habeat: haud ſcio, quonam modo dictum illud Ioannis intelligentes; Et ſermo caro factus eſt. Addebant huius generis & alia plura.

Pauliani.

6. Pauli Samoſateni diſcipuli, Chriſtum dicebāt

C eſſe purum ac ſolum hominem; diuinæ gratiæ, ſicut & Prophetas, participem factum. Coarguuntur autem ex Ioannis Baptiſtæ verbis, Me prior erat; quatenus ſcilicet exiſtebat ante ſæcula: quū ratione carnis baptiſta Chriſto prior eſſet. Iidem & illud, Poteſtatem ei conceſſit etiam exercendi iudicij, quod filius ſit hominis, id ne miremini: hoc igitur ita legunt, Et poteſtatem ei conceſſit etiam exercendi iudicij, quod filius ſit hominis. Hìc integra diſtinctione poſita, verſum alium inchuantes, rurſum legunt: Id ne miremini.

Neſtoriani

7. Neſtoriani dicebant, Chriſtum habere propter virtutem inſeparabiliter ſibi coniunctum Dei

D ſermonem: ita quidem, vt in eo filij duo conſiderentur; vnus Dei, virginis alter. Eáque de cauſa Chriſtiparam, non Deiparam vocabat eam, quæ reapſe Deipara eſt. Verum & hi quum de pluribus alijs dictis coarguuntur, tum de illo: Sermo caro factus eſt.

Sergiani.

8. Sergij Pyrrhíque complices, vnam voluntatem, & vnam actionem in Chriſto, qui duabus ex naturis eſſet, tradebant.

Origeniani.

9. Origeniani more paganorum exiſtere animas ante corpora docebant, & finem ſupplicij nunquam finiendi ſtatuebant, & animas à corporibus nudas reſurgere.

Fulloniani

E 10. Petri cognomento Fullonis adſeclæ, hymno quem Triſhagium vocant, (quod ſancti vox ter in eo repetatur) adiecerunt hæc verba; Qui crucifixus es propter nos: paſſibilem ſcil. diuinitatem facientes, quæ paſſionis omnis expers eſt.

Marcionitæ & Manichæi. Baptiſmus pro mortuis.

11. Marcionitæ ac Manichæi legiſlationem teſtamenti veteris mali rerum opificis eſſe dicunt. Iidē quoties apud ipſos baptiſatus aliquis moritur, ſub lectulo defuncti viuo quodam occultato, lectulum adeunt, ac mortuū interrogant, an baptiſari velit. Reſpondet occultatus ab imo, velle. atque ita loco defuncti eum baptiſant. Cauſam rogati, dicunt hoc Apoſtolum docuiſſe, quum ait: Si prorſus mortui non reſuſcitantur, cur etiam baptiſantur

1. Cor. 15.

baptiſantur pro mortuis? Sed ignorãt, id hoc modo prolatum propterea, quod quicunque baptiſantur reſurrectionis mortuorum, eiúsque ſpe baptiſentur. Hi Manichæi Chriſtum dicunt depoſito in terra corpore, purum ſolumq; Deum in cœlum adſcendiſſe. Iidem & mundum, vt malum, & carnem criminantur, ac dei ab opificio excludu t. Tradunt & duo principia, malum & bonum, ſiue deum & materiem. De teſtamento veteri ſacrilege loquuntur. Lunam & ſidera, ceu deos, adorari iubent. Carnis reſurrectionem negant. Animarum de corporibus in corpora migrationem docent. Herbas, & arbores, & aquã, eſſe res animatas aiunt Manichæi verò dicuntur, quod dogmata Manis in pretio habeant; qui ſe Paracletum adpellabat, & Chriſtum ſpecie tenus conſpectum adparuiſſe docebat.

Locus Pauli explicatus.

Manichæi à Mane hæretico dicti.

12. Marcelli, Photini, & Sophronij ſectatores, non confitẽres ſanctam Trinitatem, ſed Spiritum ſolum Deum adpellantes, eius ſermonem eſſe dicebant efficacitatem, quæ in prognato de ſemine Dauidis habitaſſet; non ſubſtantiam, quæ ſuam habeat hypoſtaſin: male quidem ſentientes. Nam Deï ſermo nec is eſt, qui profertur; nec ei ſimilis, qui mente concipitur: (hi namque ſermones, humani ſunt, & naturales) ſed quum vltra naturam ſit poſitus, terrenis argutijs minimè ſubijcitur.

Marcelliani Photiniani & Sophroniani.

13. Eunomiani eadem, quæ Arius & Macedonius ſentiebant: & eos, qui ſe partibus ipſorum adiungebant, demiſſos in caput, vna merſione baptiſabant. Minas quoque futuri ſupplicij, & gehennæ, non ad veritatem, ſed ad metum prolatas aiebant. Vocantur ijdem & Anomæi, (diſſimiles) quod filium & ſpiritum ratione ſubſtantię nullam cum patre ſimilitudinem habere dicerent.

Eunomiani.

14. Nauatiani, cętera pij, nuptias ſecundas abominabantur; & lapſos, poſteaquam reſipuiſſent, non admittebant.

Nauatiani.

15. Sabbariani cum Nauatianis eadem ſentiẽres, Iudæorum morem in celebrandis feſtis obſeruabant. Vocantur & Siniſtri, quod manum læuam abominentur, nec ea ſumere quidquam audeant. Iidem & Quartodecumani dicuntur, quod nõ dominico die, ſicut nos; ſed lunæ decimotertio, cum Iudæis Paſcha celebrẽt. Appellantur ijdẽ & Quartani propterea quod Paſcha celebrantes, non ad alios divertere, ſed ieiunare malunt, quo pacto nos quarto quoque die facere ſolemus: in hoc quoq; Iudæos imitantes, qui vna cum Paſcha, panes non fermentatos, & lactucas ſilueſtres comedunt.

Sabbatiani qui à patribus & ſiniſtri & quartidecumani et quartani appellantur.

16. Montani ſectatores, eius qui ſe paracletum adpellat, & mulierculas duas ſe comitantes habebat, Priſcillam ac Maximillam, quas etiam vates nuncupabat; quique Pepuzam, Phrygiæ vicum, auguſtiorem reddens, Hieruſalemam nominabat: hi ergo ſanctam Trinitatem in vnam perſonam contrahentes, etiam Paſcha peruertebant; ſanguinémque pueri confoſſi cum farina commiſcentes, panem inde confectum inuicem ſibi offerebant, eoque veſcebantur. Matrimonium quoque prohibebant, & abſtinendum certis à cibis docebant.

Montani.

17. Donatiſtæ quoddam os manu tenentes, idipſum prius exoſculabantur; atque ita ſacramenta percipiebant.

Donatiſtæ

18. Maſaliani Manicheorum erroribus infecti, quædam inſuper alia magis impura excogitarunt. Quippe mentem hominum à Dæmonibus occupatam dicunt: naturam humanam in dæmonum eſſe cõſortio: nec baptiſmum, nec perceptionem ſacramentorum hominem purificare: ſed ſolam ipſis familiarem precationem. Mala in nobis natura exiſtere. Sic animam ſponſi communionem ſentire, quemadmodum viri coitum mulier ſentiat. Crucem abominantur. Deiparam nullo dignãtur honore, neque præcurſorem ac Baptiſtam Ioannem, neq; ſanctos, martyribus exceptis. Qui volunt, caſtrantur. Matrimonia ſoluunt. Impunè iurant, ac peierant. Sectam ſuam anathematiſſant. Hac peſte totus infectus Eleutherius ille Paphlago, præterea ſe digna quædam adinuenit: debere monachum cum duabus cubare mulierculis, vnoque anno continenter exacto, poſſe deinceps impunè cognatarum quoque conſuetudine citra diſcrimen vti. Nomẽ ipſum Maſalianorum Græcam in linguam traductum, Euchitas ſiue precum ſtudioſos ſignificat. Nã precatio magno eſt apud ipſos in pretio, quam & in vulgus efferri vetant. Ex re quoque vocantur Enthuſiaſtæ. Nam Dęmonis vi correpti, eã ſancti Spiritus eſſe opinãtur. Quos enim morbus iſte prorſus inuaſit, omnem ij manuum laborem, ceu malum, auerſantur: & ſomno plerumque dediti, ſpecies illas inſomniorum vocant Enthuſiaſmum. Mala dicunt eſſe natura, & quouis in homine tam ſpiritum diuinum, quàm dæmona cohabitare. Pueros, qui naſcantur, ex Adamo, primo parente generis humani, vt naturam trahere, ſic etiam ſeruitutem illam, qua Dæmonibus obſtringantur: adeóque conſubſtantiatum geſtare Dæmonem, ſingulis eorum cohabitãtem, & poteſtatem in eos habentem. Ac baptiſma quidem illum expellere nõ poſſe, vel peccatorum radices euellere: ſolam eis præſcriptam precationem & eijcere Dæmonem, & radices ipſas expurgare. Poſtquam verò perfectiores ex ipſis ſtatum expertem adfectionum cõſequuti ſint, venire ſuper eos Spiritum ſanctum adſpectabiliter, & corpus ab impulſu vitiorum adfectuumque liberare: vt amplius deinde nec ieiunio corpus premẽte ſit opus, nec doctrina frenum iniijciente, quæque non inſolenter incedere doceat. Sanctam Trinitatem oculis ſe ſenſibilibus videre dicũt, indéque futura proſpicere. Mendicis nihil impertiendum lege quaſi lata ſtatuunt, ſed ſibi dumtaxat: quum quidem ſe Spiritu pauperes dicant, quos ipſe Dominus beatos prædicauerit. Vocantur iidem & Valentiniani, quod * Valentini & Valentis temporibus hæreſis eorum pullulauerit. Adpellantur & Bogomili.

Maſaliani qui dicti ſunt Euchitæ ſiue precũ ſtudioſi, Valẽtiniani & Bogomili.

Eleutherij Paphlagonis deliria

** Valentiniani.*

Bogomili.

19. Hæc Bogomilorum hæreſis non multo ante noſtram ætatem exorta fuit, pars ſectæ Maſalianorum, & cum eorum dogmatibus maiori ex parte conſentiens: excogitatis præterea nonnullis alijs, & aucta peſte. Significat autem Bogomilus iuxta* Myſorum linguam, qui * Dei miſericordiam implorat. Hi veteris & noui Teſtamenti libros repudiant, vna cum expoſito in eis Deo; quaſi qui per adflatum Satanæ perſcripti fuerint, ſeptem duntaxat exceptis, in quorum numero & Euangelium eſt. Hos ipſos quoque libros falſo interpretantur, & ſacrilegis execrandis ſenſibus ad ea, quæ ipſis videntur, detorquent. Ignominia crucem diuinam adficiunt, veluti quæ Dominum necauerit; itidẽque reuerentia dignum illud ſacrum Dominici

** Qui & Bulgari.*

** Bog, De*, Mile, propitius lingua Heneta.*

corporis atque ſanguinis : quod quidem inhabitantium templis Dæmonum ſacrificium adpellāt. Nā in omnibus ſacris ædibus habitare dæmonas aiunt. Noſtrum baptiſma, Ioanis ; ſuum vero, ſeruatoris eſſe dicunt. Solam vocāt precationem, Pater noſter: cæteras repudiant, & battologiam nominant. Deipetos dicunt eos, quotquot apud ipſos hoc cōſequuti ſint, vt Spiritus ſāctus in eis habitet ; quaſi qui ſermonem in docendo gignant. Non modo per ſomnum, ſed vigilantes etiam videre ſe dicunt, patrem, vt ſenem ; cui prolixa barba ſit admodum : filium ei ſimilem, qui recens lanuginem primam mutet: Spiritum ſanctum, inſtar iuuenis, cui valde nudæ ſint genæ. quod quidem ita fit, decipientibus eos Dæmonibus, & inæqualem eſſe Trinitatem docentibus, pro ipſarum formarum diuerſitate.

Eiuſdem Harmenopuli de fide orthodoxa.

HOMINEM reapſe Chriſtianum oportet credere, ſicuti ſacræ ac vniuerſales ſynodi ſanciuerunt, in vnum Deum patrem omnipotentem, principij & finis expertē, omnium tam aſpectabilium, quàm inadſpectabilium conditorem: & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, Dei filiū vnigenam, ab æterno, citraque paſſionem ex ipſo Deo ac patre natum, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, conſubſtantialem patri, & coæternum, per quem omnia facta ſunt: & in Spiritum ſanctum, coæterne * de Deo ac patre procedētem lumen & ipſum, Deúmque verum, & patri ac filio coæternum, & conſubſtantialem : Trinitatem vnius & eiuſdem ſubſtantiæ, dignitatis ſolij, quæ vnam in diuinitatem coit. quippe Trinitatem in vnitate credimus, & vnitatē in Trinitate ſtatuimus: Trinitatem, quod in tribus perſonis & hypoſtaſibus diuinitas conſideretur : vnitatem, quod vnius hæ ſubſtantiæ ſint ac diuinitatis, & vnus adeo deus. Nam vnum deum credimus, licet in trinitate adgnoſcatur: & vnum dominum confitemur, licet in tribus hypoſtaſibus oſtēdatur: ac neque in tres dominantes, nec tres dominatus vna diuinitas, & vnus ille dominatus exorbitat: neque rurſus alius quiſpiam deus eſt, præter haſce tres perſonas, qui ſunt pater, filius, & ſpiritus ſanctus; & qui non ſubſtantijs ad naturis numerantur, ſed hypoſtaſibus & intellectibilibus atque prefectis

* *Hoc more Græcorum dicitur.*

A proprietatibus. & enim ſanctiſſima Trinitas perſonis diſtincta, ratione ſubſtantiæ ac diuinitatis eſt indiuidua. Quapropter, vnam ſubſtantiam, vnum regnum, vnam poteſtatem, vnam efficacitatem, vnum conſilium, vnū imperium, vnum dominatum, in vna ſubſtantia & natura ſanctiſſimæ trinitatis adgnoſcimu ; non in vnā perſonam, vel vnam hypoſtaſin eam confundentes. Ideo perfectus deus, eſt pater, perfectus deus filius; perfectus deus, ſpiritus ſanctus : quum vnā & eamdem quilibet, citra defectum, perfectamque diuinitatem habeat. Deus enim, & Deus, eſt Deus, ſed hæc tria deus vnus, ſicut ſancti patres prædicant.
B Nam nihil in eis creatum, vel ſeruū, vel extraneū, quaſi factū ortumque poſterius. Quum hæc ſanctæ ſit & conſubſtantialis trinitatis ratio, ſimul etiam incarnationis myſteria hoc quodam modo confiteri neceſſe eſt. quippe dominus noſter Ieſus Chriſtus qui vnus eſt è ſancta trinitate, dei filius, propter ſalutem noſtram, ſuopte conſilio, deique patris voluntate, in terram deſcendens, ex ſancta Deipara, perpetuáque virgine Maria, vere, non ſpecie tenus natus eſt, compoſita ſibi ex ea carne, mentis atque animi compote; perfectúſque Deus exiſtens, perfectus homo factus eſt: ita quidem, vt idem totus ſit Deus, & totus homo; de naturis
C duabus, diuinitate ac humanitate, vna in hypoſtaſi ſubſiſtens, abſque confuſione, mutatione, diuiſione; ideoque duas volūtates naturales, & actiones duplices habens. Non tamen duos filios, aut duos Chriſtos, aut duos dominos dicimus: ſed vnum filium, & ante incarnationem, & poſt incarnationem eumdem: conſubſtantialem Deo & patri, ac nobis hominibus. quamobrem & ſanctam illam virginem, quæ ipſum ineffabili modo peperit, Deiparam adpellamus, vti quę Deum peperit, vnum è ſancta Trinitate; qui & crucem ſuſtinuit, tamquam homo; & tamquam Deus, tertio
D die reſurrexit in corpore corruptionis expertè; quumque ſe diſcipulis ſæpius conſpiciendum exhibuiſſet, in cœlum cū corpore ſurſum abijt, eodem modo rediturus ad iudicandum viuos atque mortuos; quum regnum finis expers, & imperium numquam terminandum habeat. Exſpectanda quoque ſingulorum hominum reſurrectio cum corpore ab interitu vindicato, futuríque ſęculi vita; quæ & iuſtorum æternam læticiam, & fine carens peccatorum ſupplicium habebit.

FERRANDI DIACONI AD REGINVM COMITEM PARÆNETICVS, DE EO QVOD DECEAT RELIGIOSVM ET CHRISTIANVM DVCEM IN MILITARIBVS.

REginus Comes ſciſcitatus per litteras à Fulgentio Ruſpenſi Pontifice, Caro Chriſti fueritne corruptibilis an incorruptibilis: Et præterea interrogaſſet, qualis ſibi militaribus actibus occupato regula eſſet Spiritualis propoſiti retinenda: interim dum iſtu meditatur reſponſionem, egregius ille vir in Chriſto obdormiſſe contigit. Quo factum, vt Comes propoſiti memor eadem de re conueniret Ferrandum Diaconum, quem virum nouerat vti tempora ferebant doctiſſimum & valdè familiarem Fulgentio, ſicuti conijcere poſſumus ex pluribus epiſtolis vltrò citróque datis, quæſtionibus etiam illius de diuinitate & ſcientia Chriſti, & libro de ſeptem regulis Innocentiæ, ad Fulgentium: & contra ex illo libro de Continentia coniugali, quem Fulgentius eidem Ferrando nuncupauit. Viuebat autem vterque anno Domini quingenteſimo, vel, vt alijs placet, 480. maxima cum Sanctitatis opinione.

SOCIA-

SOCIALIS vitæ laboribus excercendus ignorātia pueritię mox vt rationalis homo caruerit, aut Deo incipit, dux Illuſtris ô Reginæ, aut ſeculo militare. Propter hoc Apoſtolus Paulus Nemo, ait, militans Deo Implicet ſe negotiis ſecularibus, oſtendēs eſſe milites Dei, ſicut ſunt etiam milites ſeculi. Duplex ergo militia, duo genera militum ſignat: Alios militia corporalis laborare cum mundo, ſecundum voluntatem terreni Regis aſtringit, Alios militia ſpiritualis ad cæleſtia caſtra per gratuitam gratiam cæleſtis imperatoris adducit. Milites ſeculi paſſionibus, & deſideriis variis tenentur obnoxij: milites Dei carnem ſuā crucifigūt, cū vitiis, & cōcupiſcētiis. Illi dapib⁹ nutriuntur, iſti virtutibus. Illi rapere aliena conantur, iſti etiam propria vel patienter perdere, vel miſericorditer contenduut erogare. Illi gerunt vnde falſis laudens extollantur, Iſti querunt vnde ſempiternis præmiis honorentur: Illis tribuit imaginē lætitiæ vanitas, Iſtis vera cōfert gaudia veritas. Illi propriis vtilitatibus conſulunt, Iſti communibus. Illi periturā patriā parituri ſaluare, ac ſemper tenere feſtinãt, Iſti nūquā periturā, ne in æternū pereãt, poſſidere deſiderãt. Illis viuere labor eſt, & mori ſupplicium, Iſtis viuere Chriſtus eſt, & mori lucrū. Illi præliantur contra inimicos viſibilis, Iſti cōtra inuiſibiles. Illos auaritia crudeles, Iſtos miſericordia facit benignos. Illos inuidia contentioſos, Iſtos manſuetudo pacificos. Illi per ſuperbiam pro ſuis honoribus litigant, Iſti per humilitatem alter alterum exiſtimant ſuperiorem ſibi. Per Illos Babilonia regitur, per Iſtos, & in Iſtis à domino Hieruſalem cæleſtis adminiſtratur: Et plerumque contingit, vt corporibus adiuuati, quamuis mentibus ſeparati ſimul milites Dei, & milites ſeculi proſperitates, & aduerſitates ſentiant temporales. Sed milites ſeculi proſperitas extollit, aduerſitas deiicit: milites autem Dei ſiue in proſperitate, ſiue in aduerſitate immobiles perſeuerant, quia gloria eorū teſtimoniū eſt conſcientię ipſorum vbi requieſcūt quādo tribulationes patitur mūdus vbi non timēt hoſtē cōtinentiæ perpeti, quādo ſuppetit abūdantia voluptatū de radice temporalis felicitatis germinans ſpinas cupiditatis. Milites Dei libēter audiunt beatum Ioannem commilitonibus propriis tuba fortiore clamantē, Nolite deligere mundū, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundū, nō eſt charitas patris in eo. Quoniā omne quod in mūdo eſt, cōcupiſcentia carnis eſt, & cōcupiſcētia oculorum, & ambitio ſeculi, quæ nō eſt ex patre, ſed ex mūdo eſt. Et mundus trāſit, & cōcupiſcētia eius. Qui autē facit voluntatem Dei manet in æternum. Quibus audiētibus, atque obediētibus huic ſaluberrimæ admonitioni, quoties occulta diſpēſatio piiſſimi creatoris poteſtatē iudicādi, ac diſponēdi terrenā rempublicā tribuit tunc ex parte militia ſeculi nō eſt grauioribus referta peccatis. Tunc facile corripiuntur inquieti, cōſolantur puſillanimes, ſuſcipiuntur infirmi, licentia ſcelerum demitur improbis, & bene agendi ſortitur innocentia libertatem, Rogemus igitur precibus aſſiduis eū qui diſponit orbē terre in æquitate faciens vniuerſa ſecundū cōſilium volūtatis ſuæ. Quoniā

1. Tim. 2.

Vtriuſque militia antitheſis.

2. Cor. 1.

1. Ioan. 2.

A de ipſo Pſalmiſta veraciter canit, Omnia quæcumque voluit fecit in cælo, & in terra, in mari, & in omnib⁹ abyſſis, vt videlicet milites ſuos ſub habitu militię ſecularis latētes promouere dignetur ad maximas dignitates Regēſque eos intus, & regendi alios ſcientia tribuēs, ſicut tibi quoq; (dua illuſtris Regine) Iam donaſſe cognoſcitur. Et ideo laudabili ſollicitudine venerabilis memoriæ fulgentium pontificem Ruſpenſis Eccleſiæ interrogaſti, qualis tibi militaribus actibus occupato regula ſit ſpiritalis propoſiti retinenda. Sapiēter profecto reſpōſum ſapientiæ, à ſapiente quæſieras, nec interroganti, nec interrogato ſancta prudēnā defuit. Et tu quod ille docere poterat iam gerebas, & ille hoc docere B poterat quod tu gerebas, vt mores tuos tu in ſermonibus eius agnoſceres, & ſermones ſuos ille ex tuis moribus approbaret. Modo autem quia ſemipleni libelli imperfecta dictatio nihil huic tuæ interrogationi cognoſcitur reſpondiſſe, principia enim glorioſi operis primam quæſtionem literarū tuarum diutius ventilant iterum caro Chriſti corruptibilis, an incorruptibilis fuerit, vnde adhuc diſputans doctor ille egregius, antequam fideliter rationem fidei reddita de actibus militaribus cum pietate tractandis inciperet loqui, tranſiuit ad æternæ beatitudinis immortalia gaudia verbū Dei quod in corde, & ore ſemper habuit facie ad faciem cō- C templaturus. Importabilem ſarcinā ſuper humeros debiles ponis, vt me iubeas tanti viri quaſi hæreditariū debitū ſoluere. Nunquid ego ſic repletus ſum ſapiētia ſicut ille? Nūquid eade mihi facultas eloqui? Nunquid ſimilis data eſt authoritas dignitatis, aut vel ipſa ſaltē cōuerſationis innocētia talis eſt mihi, quē præteritis ac præſentibus exceſſibus implicatū mētis pariter, & corporis grauat infirmitas. Quid ergo faciam? Voto ſatisfacere deſiderio tuo, nec valeo, maximè qn̄ cogitās, & retractās merita iniquitarū mearū, ſuperbiæ proximū iudico ducere alios per iuſtitiæ ſemitas, per quas ipſe, nō ambulo. Ve mihi miſero, donec miſereatur altiſ- D ſimus. Ecce ego militiæ eccleſiaſticæ vinculis illigat⁹, curis ſecularibus diſſipor, & quomodo in ſeculo militāti militię ſpiritalis audeā legē oſtēdere. Plorandū mihi eſt, an loquendū? Vita altius erudiēda videtur, an mea potius corrigēda? Virtus prima eſt benè viuere, ſecunda eſt rectè docere fruſtra autē rectè docet, qui benè non viuit. Ergo ego necdū benè viuens quomodo rectè doceā. Verū tamen quia nō homo docet hominē, ſed Deus doctor eſt omniū nec humana mandata, ſed diuina quæris audire prætereiens qualis ego ſum, cognoſce qualis eſſe debeas, immo potius qualē te eſſe nobis congaudentibus gaudeas. Gratiæ Dei adiutorium tibi E neceſſarium per actus ſingulos crede, dicens cum Apoſtolo, Gratia Dei ſum id quod ſum, vita tua ſpeculū ſit, vbi milites tui videant, quid agere debeãt. Nō preeſſe appetas, ſed prodeſſe. Dilige rempublicam, ſicut teipſum. Humanis diuina ppone, noli eſſe multū iuſtus. Memēto te eſſe Chriſtianū. Videtur eū mihi per has ſeptem regulas in actib⁹ militaribus poſſe homines ſpirituales Deo placere, nullúmq; diſpendiū pati morū honorū, ſed proficere potius ad incremēta maiora iuſtitiæ. Si vis ergo perfectus eſſe miles Dei, inter milites ſeculi tene firmiter quòd diximus breuiter.

Quomodo ſeptem regulæ, ſeptem donis Spiritus ſancti

Pſal. 134.

Chriſti ne caro corruptibilis.

Fulgentij obiens.

1. Cor. 15.

Comiti quid agendum.

aſſimilentur, prima de Spiritu timoris.

Si enim gratiam confitearis requieſcet ſuper te ſpiritus timoris domini. *De Spiritu pietatis altera.*

Si vita tua ſpeculum ſit vbi milites videant quid agere debeant requieſcet ſuper te ſpiritus pietatis.

De Spiritu ſcientiæ, tertia.

Si nó præeſſe deſideres, vel appetas ſed prodeſſe, requieſcet ſuper te ſpiritus ſcientiæ. Ille enim ſcit præeſſe, qui vult prodeſſe.

De Spiritu fortitudinis. IIII.

Si diligas rempublicam, ſicut teipſum, requieſcet ſuper te ſpiritus fortitudinis.

De Spiritu conſilij. V.

Si humanis diuina proponas requieſcet ſuper te B ſpiritus conſilij. *De Spiritu intellectus. VI.*

Si libenter audias, noli eſſe multum iuſtus requieſcet ſuper te Spiritus intellectus.

De Spiritu ſapientia. VII.

Si memineris te eſſe Chriſtianum requieſcet ſuper te ſpiritus ſapientiæ. Et pēt ſeptiformis ſpirit⁹ abundantiam miſericors Deus, ſicut veraciſſimè amici ſui fideliſſimo Iob dixerit In ſex tribulationibus liberabit te, in ſeptima non tanget te malū. In fame eruet te de morte, & in bello de manu gla-
Iob. 5. dij. A flagello linguæ abſcōderis, & nō timebis calamitatem cùm venerit. In vaſtitate, & fame ridebis, & beſtias terræ non formidabis: Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, & beſtiæ terræ pa- C cificæ erūt tibi, & ſcies quòd pacem babeat tabernaculum tuum, & viſitans ſpeciem tuam non peccabis. Neceſſarium planè eſt, vt partitionis ordine cuſtodito, ſigillatim de his ſeptem generibus diſputanteio beneuolus, & intentus aduertas illud principaliter ſciens neminem ſine gratia Dei Iuſtè viuere. Dominus enim dat intellectum, duas quē voluerit religioſum facit. Nihil boni ex nobis ha-
Nemo iuſtus ſine grā. bemus. Omne datum optimum, & omne donum perfectum Iacobo Apoſtolo teſtante de ſurſum eſt deſcendens à ptē luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec momenti obumbratio.

Iac. 1.

Prima Regula. D

PRima proinde eſt regula, quā tenere inter act⁹ debeas militares, vt nihil virib⁹ tuis ſuperbius aſſignes ſed omnia quę ſapienter, aut feliciter egeris ad laudē referas potentiſſimi creatoris, memor ſemper quid populo Iſraëlitico ingrediētı terrā pro-
Deut. 8. miſſionis Moyſes loquatur, humilitatis ſanctæ vo-
Iud. 6. lēs omnes habere virtutem. Dicit enim, ne dicas in corde tuo virtus, & potentia mea fecit mihi virtutem hāc magnam, Sed memor eris domini Dei
Ier. 9. tui, quia ille tibi dat potentiam ad faciendam virtutem. Sicut plenius etiā propheta Hieremias admonet, Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glo- E
Ier. 16. rietur, diues in diuitiis ſuis, Sed in hoc glorietur, qui gloriatur intelligere quoniam ego ſum dominus, qui facio miſericordiam, & iudicium, & iuſtitiam ſuper terram frequenter igitur, & ſi fieri poteſt, indeſinenter voce cordis, & corporis exclama-
1. Cor. 10. bis, Domine fortitudo mea, & adiutorium meum in die malorum. Et iterum, Sana me domine, & ſa-
Ier. 17. nabor, ſaluū me fac, & ſaluus ero, quia gloria mea tu es. Iſta enim dicendo ſanctiſſimi Pauli doctrinā ſequi videberis dicentis, Qui gloriatur, In domino glorietur. Et tūc ſuper te prophetica ſententia complebitur, Benedictus homo qui confidit in domino, & erit dominus ſpes eius, Eritque ſicut li-

A gnum fructiferum ſecus aquam, & in humorem mittet radices ſuas, & non timebit cùm venerit æſtus: Et erunt in eo frutices nemoroſi, & in anno ſiccitatis non timebit, & non deficiet à faciendo fructum. Deficiet autem ſi obliuiſcatur illius de quo fidelis Eſaias fidelibus narrat. Deus ſempiternus dominus, qui creauit terminos terrę non deficiet, neqoe laborauit, nec eſt inueſtigatio ſapien- *Eſa. 40.*
tiæ eius, Qui dat laſſo virtutem, & his qui nō ſunt fortitudinem, & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent: Qui autem ſperant in Deum mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ: current & nō laborabunt, volabunt, & non deficient. Curre mi- B les Dei feſtinanter, vt numero talium ſociatus negotia militarias ſecurus geras. Si enim conſilio vti neceſſarium fuerit, Reſpondet tibi continuò ſapiētia, Meum eſt conſilium, & mea tutela. Si in prælio dimicandum, fortiſſimi Dauidis audies vocem, non in gladio, neque in haſta ſaluat dominus, ip- *Pro. 8.*
ſius eſt enim bellum. Si contra hoſtiles impetus prętendere diſponas, excubias Pſalmus cogitanti reſpondet, Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem in *Pſal. 43.*
vanum vigilat, qui cuſtodit eam. Si paruus exercitus cōtra hoſtiū multitudines innumerabiles educēdus ſit orante Iudith protinus cōfortaberis cō- *Pſal. 126.*
ſona oratione dū gemebūdus exclamaueris, Nō in C multitudine eſt fortitudo tua, neque virtus tua, ne- *Iud. 10.*
que virtus tua in potentatibus, Sed humilium es *Iud. 9.*
Deus indigentium auxiliato, infirmorum opitulator. *Pſal. 32.*
Si concordia militum quæritur, Recordaberis ſcriptum, Domini eſt pax. Si obediētia voce Pſalmi domino deo tuo cantabis. Eripies me de cōtradicti omnibus populi: Sub nomine autem populi etiam multitudo militum non abſurde intelligitur: Maximè quia in huiuſmodi populo ſæpe abū- *Iud. 6.*
dat contradictio, leuitate naturali materiam ſeditionibus miniſtrante. Periculoſa eſt autem militum contradictio, cædib⁹ duum, rapinisq; vicina eſt, & dulcis obedientia, dum monitis ſalutari- *Pſal. 17.*
D bus ſapientiſſimi ducis libenter obtemperat. Nec dubitari penitus oportet in artibus militaribus ſupernæ virtutis auxilio duces fortiſſimos indigere, clamante Dauid, & quaſi in concione generis humani, reſpondente eis, qui confidunt in virtute ſua Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prelium, & digitos meos ad bellum. Miſericordia mea, & refugiū meū, ſuſceptor me⁹, liberator meus, qui ſuſcipiet populos ſub me. Hoc quippe intelligens à domino tibi populos ſubijci: *Pſal. 143.*
voluntatem dominum proculdubio facere properabis, & non poteſtate ſola terrebis ſubditos, ſed tranquilla conſilia præbebis obedientibus, dans E operam talis eſſe quales vis alios inuenire.

Secunda Regula.

SEcunda quippe regula eſt innocentiæ militaribus actibus occupato, vt quaſi in ſpeculo, ſic illo milites videāt quid agere debeant, & magis eos ad bonum inuitatio prouocet, quā poteſtas. Dux *Princeps vt poteſtate ſic præſit virtute.*
enim ſapiens illuc debet ire, quò cupit ducere ſubditos. Ideo enim dicit dux, quia ducit, & ſeipſum vtique ſeducit, ſi per viam regiam putat poſſe ambulare, quos ad foueam malæ vitæ malum exemplum præbēdo perducit. Tu ergo eſto ſignifer doctrinæ ſanctiſſimę Tu erige trophæum virtutis intuendū iugiter cæteris, tu imitandus appare, quiq; te audit præcipiētem, non te redarguat aliter ope-

rantē. Pone ſemper in corde tuo ſermones Apoſtoli dicentis. Inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas in quo enim aliū iudicas, teipſum condēnas. Eadem enim agis quæ iudicas: & quæ culpabilia pronūcias, vitare prius ſtudebis poſtea condēnare, & quicumque laudabilia operari prius, poſtea iubere. Vita quippe optimi ducis ſpeculo comparata bene inſpicitur, ſi luceat in ea non ſimulato colore, ſed veriſſima prorſus oſtēſione, fides, iuſtitia, miſericordia, patiētia, continētia, & nō imprudens eſtimatiu fictorum. Fidelis dux eris ſi iudicio ſapientum, non ſermonibus adulatorū proberis, & cognoſcaris rectè credere, neminē fallere, promiſſa perficere. Iuſtus autem dux eris, ſi iudicio ſapientium, nō laudibus adulatorū proberis, & cognoſcaris perſeuerantes in malitia punire, & bonis fauere ſingulorum, merita diſcernere, reddere omnibus debita. Miſericors dux eris, ſi iudicio ſapientiū, nō laudibus adulatorum proberis, & cognoſcaris diligere pauperes, gubernare ſubiectos, indigentibus miniſtrare, poſtulātibus veniam clementer ignoſcere, docere inſipientes ſapientiā, reuocare in flagitiis ambulante, à via ſua mala, Deū rogare pro inimicis, pacificare diſcordes. Patiens dux eris ſi iudicio ſapientiū, non laudibus adulatorum proberis, & cognoſcaris laborare pro vtilitatibus aliorū ſiue emolumēto cupiditatis, iniurias pati, nec facere, non habere vlciſcēdi libidinem, metu aduerſitatis nullatenus frāgi, deſiderio proſperitatis minimè rapi perſeuerare in his quæ benè adſumpſeris, ſperare miſericordiā Dei, etiam ſi diſtulerit ſubuenire, nihil citò ſine conſilio facere, Quidquid imperat ſuperior obedienter excipere, Quidquid præcipis inferiori ſine perturbatione diſponere, continens dux eris, ſi iudicio ſapientiū, non laudibus adulatorū proberis, & cognoſcaris res alienas nec cōcupiſcere, nec auferre dum poſſis, nihil agere violenter, nihil fraudulenter, nihil ſine modo, nihil propter voluptatem, nihil propter auaritiam, nihil vetitum legibus, aut conſuetudini contrariū ciuitatis, vel gentis. Si tamen ipſa cōſuetudo nec religioni nocet, nec bonis morib⁹ aduerſatur, alioqui cōſuetudo mala, ſicut morbus antiquus niſi expellatur occidit. Nihil ergo aduerſus conſuetudinē boni gerere virtus eſt continentiæ. Profectò autem ſi continens vixeris, etiā de futuris non imprudēs inueniēris exiſtimator, ſiue vigilando contra inſidias aduerſariorum, Siue ſciendo qui ſoleāt euentus rebus ſingulis deputari, vnde oriantur ſeditiones, vnde noua bella naſcantur, vnde diſſolutio ſeueritatis, vnde rapinarum dānoſa licētia, vt hæc omnia in ſuis amputata radicibus iter ſapiētiſſimo duci quietiſſimæ diſpoſitionis aperiant. Audienda ſunt etiam Ioānis Baptiſtæ fideliſſima monita, quæ milites audierunt, quando eis interrogantibus, quid faciemus, & nos? Non ait: ite, arma deponite, bellorum fugite certamina, ſolis orationibus vacantes, imperatoris præcepta cōtemnite, ſed alia quędam proposuit obſeruāda dicens, Neminē concutiatis, nulli calumniam faciatis, contenti eſtote ſtipendiis veſtris. Cōcutere verò eſt apertam facere violentiā, calūniari occaſionem nocendi requirere: Quoniā qui noluerit ſuis ſtipendiis eſſe contētus, aut frena diſciplinæ ſimul diſrumpit, aut temerariis exceſſib⁹ aliena diripiet. Et hoc prohibens ſanctus Ioannes dixit, neminem

Rom. 2.

Conſuetudo mala morbus inueteratus.

Luc. 3.

Appendix.

concuſſeritis. Nam qui cōcutit, aut requirit cauſas offenſionis, vt ſub aliquo iuſtitię colore terreat innocentes, atque auaritiæ ſuæ, vel potius rapacitati ſatisfacere cogat inuitos. Quod prohibēs ſanctus Ioannes dixit, Nulli calumniā feceritis: Et remota huius duplicis maliciæ peruerſitate quid ſequendum fuiſſet adiecit, Contenti eſtote ſtipendiis veſtris. Beati erūt milites ſi hæc præcepta cuſtodiāt, Beata res publica, ſi tales meruerit habere milites, Beatus dux in cuius exercitu tales contigerit eſſe bellatores plurimos. Verumtamen beatior apparebit ſi ipſe fuerit talis, neminē ſcilicet cōcutiens, nulli calumniam faciens contentis ſtipendiis ſuis. Nam profectò quantò dignitate maior exiſtit, tātò magis, & concutere & calumniam facere poteſt, & non eſſe contentus ſtipendiis ſuis. Hinc autem plerúmque maximis ciuitatibus afflictio naſcitur, hinc grauiſſimæ crudelitates, hinc mille artibus lucri exquiſita compendia, hinc venalitas in iudiciis, hinc remiſſio in præliis, hinc totius reipublicæ diminutio, ſi dux cœperit non eſſe contentus ſtipendiis ſuis: Et ſuper emolumenta publica priuatis amplificati commodis cupiens vtilitatis tantum ſuæ curam gerat, ſalutem verò, vel ſecuritatē negligat ſubditorū. Talis dux non eſt circa æquales modeſtus pariter, & ſuauis, ſed litigioſus, & auarus. Non eſt circa inferiores māſuetus, communis, & facilis, ſed crudelis, perſonarū acceptor, & difficilis. Sub illo diſciplina militū citò deterioratur. Cui enim prouincialiū velint milites parcere, quos ab ipſo duce pati conſpexerint fraudē? Quomodo cōtenti ſint ſtipendiis ſuis, qui ducē ſuū nobilitari ſentiūt de facultatibus alienis? Nūne quādo dux aliquem concutit, ipſis vtitur miniſtris ad violentiā? Nonne quādo alicui calumniā facit per ipſos negotiū fraudis exercet? imperādo ergo eis ſequentes iniquitatem, contēnere eos æquitatem vult. Itaq; dux ſapiens, vt ſit miles quietus, pacificus, ſubditus, ſit ipſe iuſtus, miſericors, temperatus, & in ſua adminiſtratione non præeſſe diligat, ſed prodeſſe. Imitetur bonis actibus Samuelē, cōparet ſibi libera fiducia verecundæ, & honeſtæ libertatis, vt ingenua fronte dicere valeat ſubiectis ſibi, ſicut dixit Samuel. Ecce ſum ego, reſpondete cōtra me in cōſpectu Domini, & in cōſpectu Chriſti eius. Si vitulū alicuius, aut aſinū tuli, aut alicui veſtrū per potentiā nocui, aut aliquē oppreſſi, aut de manu alicui⁹ accepi pro exoratione, vel calciamentum: reſpondete aduerſum me, & reddam vobis, & reſpondeatur etiam ei quod dixerūt ad, Samuel, Nemini noſtrum nocuiſti, nec per potentiā aliquē oppreſſiſti, nec cōfregiſti nos, neque accepiſti aliquid de manibus noſtris. O quā glorioſus dux erit ante faciem principis, qui iſta audire meruerit. Magnificabunt eū proceres, benedicent humiles, ſequetur illū fama diuitiis omnib⁹ melior. Dabitur ei ſicut ſcriptum eſt fidei domū electū, & ſors in tēplo Dei placidior, bonorum laborū fructus bonæ famæ. Et ſi forſitan remoueatur, aut rempublicam nō adminiſtrare iubeatur manebit, & permanebit in omnium dilectione quaſi præſens. Quiſquis autem ſucceſſerit ei, non quod reprehendat, ſed quod miretur inueniet, ſi tamen magis prodeſſe diligat, quam præeſſe. Multi enim præſunt, ſed omnino pauci proſunt eis populis, quibus præſunt.

Auaritia ducis quorum malorū cauſa.

1. Reg. 12.

Samuelis integritas.

Sap. 3.

Quiſquis priuatis honoribus inhiat deſpecta vtilitate ſubiectorũ magis præeſſe appetit, quã prodeſſe. Talis autem dux inutilis, & iniuſtus nec regere poteſt ſtantem rempublicam, nec reparare collapſam.

De tertia regula.

Tertia regula eſt innocentiæ militaribus actibus occupato, ſi ideo præſis, vt proſis. Prodeſſe autem videberis, ſi tẽpus, & locũ tuæ adminiſtrationis intelligas. Et tẽpus quidẽ cõſiderabis, dum ſapienti diſcretione perpendis, vtrũ pacificũ ſit an tumultibus bellicis inquietum. Sæpe enim qđ in pacis ocio iudex diſciplina perſequitur inter tubas, & gladios cauta tolerat patiẽtia. Locum verò rectè cõſiderabis, vtrũ ſterilis, an fertilis, vtrũ nutriẽdo exercitui ſufficiẽs, an minus idoneus, vtrum deſolatus, an incultus ſi cultus, etiam diligẽter appareat exoratus. Quotiens enim reparatiõne indiget locus, vbi gubernare videris exercitũ, contemnenda ſunt omnia lucra priuata, etiã quæ ſibi cõſuetudo iã liberè vendicat, & ſeueritatis paulò rigidior tẽperãda cẽſura. Præter hoc quoque duobus modis prodeſſe videberis, ſi neminẽ lædas, & illos qui ſolent, aut volunt lędere, prohibeas quãtum potes, immo quantũm poſſe donauerit Chriſtus. Tunc autẽ dux optimus neminem lædet, ſi in omni prætorio illius non audeat aliquis amicus cliens, medicus, armiger, aut propter officij publici deuotionem lateri ducis ſemper adiunctus cõceſſa beneficia vendere. Quid enim miſeros iuuat, ſi dux exhibeat cõtinentiã boni ducis, & alius ſibi de poteſtate illius occaſionem facit auaritiæ ſatiãdæ? Tales habeat ſocios, aut miniſtros, qualem ſe eſſe debere cognoſcit. Quiſquis enim duci familiariter inhæret, cui multa exequẽda cõmittit, manus eſt ducis. Meritò quidquid illi accipiunt ad illum ſine dubio creditur peruenire: nec poteſt eſſe ducis optimi bona fama quãdo fuerint miniſteria mala. Deinde quomodo corripiet extraneos niſi primitùs correxerit ſuos? Quis dubitet in exercitu conſtitutos facilius ad cõmittenda proſilire facinora, ſi videant aſiſtentes duci perpetrare licẽtius deteriora? facilè autẽ cuſtodiet omne vulgus, quãuis indomiti exercitus, quod homines duci valdè familiares ſeruarint. Caueat ergo, & diligenter caueat, ne quis hominum ſuorum miſeris noceat, & dum ſe bonũ putat malus propter malos putetur, quibus aut fauere dicẽdus eſt, aut conſentire, quãdo ipſo præſente talia geſſerint, qualia etiã ſi ipſe non gerat nõ habere credetur, ſed fingere bonitatem. Non poteſt ſapiẽs dux excuſari de ignorãtia, quotiẽs fortiſſitã dixerit ergo neſcio, nõ audiui, nullius ad me querela peruenit. Per ipſum nãq; quid agatur à ſuis oportet inquiri, Quia nemo eos audet publicis interpellationibus accuſare, quorum violentias alij timent, alij patiũtur. Dux ergo perſcrutator acerrimus effici nullatenus dubitet, cui ex hac diligentia publicæ ſeueritatis naſcatur auctoritas, vt omnino proſit, quãdo neque à ſe, neq; ab alio ſinit quempiã lædi. Poteſt planè per hanc diligentiã ſic adquirere famam bonã, vt etiã ſi perſona ſuperior lædere voluerit ſubditos, libera interceſſione ſubueniat, & parcendũ facilè perſuadeat, quibus ipſe primò pepercerit. Pulchrè autem nos via diſpoſitionis ad hũc locũ deduxit, vbi neceſſarium bonis ducibus diceremus etiam ſuggerendo principibus ſuis prodeſſe ſubiectis. Nouimus enim plurimos, vt placeãt potiorib⁹, minus conſulere inferioribus. Ex eorum numero eſſe arbitror, qui prouinciæ vbi adminiſtrant indigentiã ſiue tribulationes celãdo ſaluũ nũtiant permanere quidquid aſpiciũt lapſum: gloriã ſuã putãtes ſi mẽtiantur ſtare quod norũt periſſe. Cogũtur verò vt verbis improbis crudelitatem cõparent multiplicare miſerorũ prouincialium dãna, per quę videãtur quaſi lucra, ſed inimica proſus reipublicæ, piiſſimis principibus prouidere reparationi potius regionis impedientes: & vbi apparere geſtiũt vtiles ibi prorſus inutiles oſtendũtur. Imponendo enim grauiora onera ſuccumbere faciũt populos fatigatos, nec relinquũt ſucceſſorib⁹ ſuis præter luctus, & lachrymas. Nolo te iſtis ſimilẽ repperiri, ſi prodeſſe diligis, non præeſſe. Pręſta aliquid dignũ memoria, quod recordetur poſteritas, & temporum tuorũ nulla naſcatur obliuio. Da operã diuites relinquere quos inueneris pauperes abundantiam, vbi tu etiã penuriã pertuliſti. Et ſi quidem ſufficit virtus tua prouinciã ſine tarditate reſtaura: ſi verò piiſſimi operis ineſt volũtas, ſed deeſt facultas, defer hoc ad conſcientiã poteſtatis ſuperioris. Eſto teſtis fidelis alienarũ miſeriarũ, ſupplica obſecra donec impetres adiutoriũ. Labora diu petendo, ne alij diuturnas anguſtias perferant laborãdo. Tu enim iudicaberis præſtitiſſe quidquid vniuerſitate poſtulãte pſtabitur. Noli apparere ſimilis ad horã placere volentibus, qui videntes, aut ſentiẽtes, aut interdũ etiã perferente, in prouinciis vbi militant mala, per relationes falſas nũtiant bona, lætiſſimo nũtio putãtes ſibi pręſtari, vt vel vtiles adminiſtrationi quã gerunt, vel neceſſarij videãtur. O ingemiſcendũ nefas, dũ quæritur præeſſe, nõ cogitatur prodeſſe. Sed priuati honoris iniuſtã potentiã per aliena ſeruare conãtur incõmoda. Quos tamen aliquando malignæ ambitionis aſtutia decipit, dum cæperit fama publica loqui quod tacẽt, repeririq; fuerint in ſua pfeſſione mẽdaces. Auertat De⁹ hãc demẽtiam ſemper, & hos mores à ducib⁹ optimis, qui prodeſſe diligunt nõ præeſſe. Tũc enim reſpublica benè gubernatur, & de magnis poteſt liberari periculis, ſi dux eius tantum eã diligat quantũ ſeipſum. Manifeſta quippè eſt ſententia veteris legis, Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. Quã noui teſtamenti pręedicator idoneus ita repetẽdo cõfirmat, & innouat Paulus, omnis, inquiens, lex in vno ſermone impletur, in eo quod diligis proximum tuum, ſicut teipſum, Quis autem melior proximus eſtimãd⁹ eſt duci ſapiẽtiſſimo, quam reſpublica, cuius ei negotia, ſtatus, ſalúſque cõmittitur? Diligat ergo eã ſicut ſeipſum, quia diligẽdo eã ſicut ſeipſum deſiderabit eã videre pacificã, quietam, & fructiferã, ſine aliqua perturbatione tranquillã, ſicut ipſe quantum poteſt nititur, vt pacificus, quietus, opulẽtus, & ſine aliqua ſit perturbatione tranquillus. Ingredere igitur tu virorũ optime quoties cogitas qualis eſſe in actibus militaribus debeas, ingredere, conſciẽtiæ tuæ lariſſima penetralia, vide ibi quomodo cupias habere lætitiã, & diligenter caue, vt reſpublica, quã diligis ſicut teipſum, nullã poſſit pati triſtitiã. Conſidera quia nec damnum tibi vis euenire, nec dolorẽ, ne dedecus: & ab iſtis malis eripere feſtina rempublicam. Si diſplicet tibi quãdo ipſe priuatam violentiã pateris, odiſſe debes quorũ violẽtus reſpublica tribula-

Seruiendũ tempori.

Principis eſt, quicquid geſſerint miniſtri.

Expilatores prouinciar.

Leu. 19
Deut. 50.

Rom. 13.

Reſpub. vita ſit charior.

A bulatur. Si rapinas bonorum tuorum tolerare for-
midas, conſuetudinem rapiendi tolle raptoribus.
Si deteſtaris, & inimicum veraciter putas quicúq;
te falſis accuſationib⁹ appetiuerit, execrabiles iu-
dica prouinciç totius accuſatores. An forſitan dif-
ficilè arbitraris, vt patiatur accuſatores tota pro-
uincia? Mihi crede ſępi⁹ patitur. Accuſatores eius
ſunt ambitores, quibus, vt poteſtas detur oppri-
mere pauperes impoſſibilia pollicentur, & deſo-
latis belli quoque incurſu iam perditis regionib⁹
ſtatum priſtinę ſtabilitatis aſcribunt adhuc vige-
re cuncta mentientes, Adhuc poſſe, non functio-
ne, ſolitas, ſed noua quoq;, ſi adiiciátur tributorú
pondera ſuſtinere. Culpát auté ſuſurris abſcóditis
B miniſtros fiſcalis exactionis, deſidéſq; eos, aut ni-
miú remiſſos volútariè nulla ꝓuidere lucra reipu-
blicæ mentiútur. Sibi verò dú cómiſſa fuerit actio
per nimiam, fideléque diligentiá cúcta effici ꝓſpe-
ra. Sed ô pertinax cupiditas: diligétia eorú, crude-
litas, raptio, deprædatio meli⁹ appellatur. Ideo cu-
piút emere grauiſſimas actiones, quia cogitát vé-
dere. Promittút falſa, vt vera ſurripiant, bládiútur
vt noceant, piá quaſi ſollicitudiné pro vtilitatibus
publicis gerunt, ſed affligere ſimul omnia, & dete-
riorare moliútur. Auertere cupiút, nó gubernare:
diſſipare, nó cuſtodire: deuorare, nó parcere. Mate
C riam ſeditionibus, increméta miſeriis, cauſam fle-
tibus ſubminiſtrát. Hoc agétes cum ꝓuincia propè
mortua, ne tardius moriatur. Laudát fertilitaté ter-
rarú: Tu auté ſepi aures tuas ſpinis, ne audias vocé
malignè loquentiú, quádo eos conſpicis agrorum
laudare fertilitatem, nútiare abundátiá pluuiarú,
loca frequéter amena depingere. Time fabulá blá-
dam. Sermo huiuſmodi viſcus eſt: hærere ibi nul-
latenus debet boni ducis voluptas, nec requiren-
dum céſeas vtrum aliquid veraciter narrét. Artifi-
cioſa enim cóſuetudine vitiorú nó minus cauti ad
nocendú, licet ſciát omnia deperiiſſe, quærút tamé
aliquanta loca ſatis rara, quę miſericordia domini
protegente meruerút, vel illæſa ſeruari, vel parum
D forſitá lædi. Quorú nomina commédata memorię
frequentius recitantes, comparatione eorú magni
tudinem generalis calamitatis extenuant, & dicút.
Sicut ꝓbare ſine dubio potuiſtis his functionibus
prouinciam ſufficere, ille enim locus tantú habet
Pſ.143. vtilitatis. O miſeri quorú os locutum eſt vanitaté,
& dextera eorú dextera iniquitatis. Si bono ſuo a-
pertos habent oculos, vnde populus gemit aſpi-
ciant, ſi ſtatera iuſta ſit in labiis eorú prius oume-
rent quáta perierint, poſtmodum quáta remanſe-
rint. An ibi nihil vident vbi pietas indiget? Et hoc
luminibus ſollicitis notát, vnde inuidia generetur
longe fac viá tuá ab illis, domum tuam ſemper in-
E ueniant clauſam. Diſpliceant tibi, noxia ſuggeren-
tes, & ſe diſplicuiſſe cognoſcant ipſis quippe ad-
hæret turba etiam familiariter peſſima delatorú,
qui latenti murmure ducibus optimus facultates
inſinuant alienas, vt laqueis auaritiæ captiuati pię
adminiſtrationis perdant opinionem, ſi adquieſ-
cant improbis ſuaſionibus, & cogitent quæ ſibi
nuntiantur auferre, quid aliud niſi calumnias in-
nocentibus hominibus excitaturi. Deteſtabile
profectò genus, minuſque abominabile delato-
rum. In cuius autem prætorio minimè emerſe-
runt ipſe diligit rempublicam, ſicut ſeipſum, no-
lens aliis facere, quod ipſe pati noluerit.

Appendix.

A

Quarta regula.

HÆc enim quarta eſt innocentiæ regula mi-
litaribus actibus occupato, quam tenes &
tenere firmiter debes, vt diligas rempublicam, ſi-
cut teipſum charitate libera: Cuius abundati dul-
cedine repletus Moyſes, dum videret populum
ſuum Iſraël rempublicam ſuam ſcilicet peccaſſe
omnipotenti Deo, timerétque iuſtiſſimi iudicis
futuram ſeueritatem, ſic placere arripuit iraſcé-
tem. Obſecro, inquit, domine, ſi dimittis, pec- Exod. 32.
catum eis dimitte, ſin autem dele me de libro tuo,
quem ſcripſerunt manus tuæ. Conſideremus,
quid proderat Moyſi alios ſaluos facere, ſi periret:
B ſed quia rempublicam diligebat ſemper ſicut ſe-
ipſum, charitatis huius ſacrificio Deum placauit,
& nec ipſe periit, nec populum quem diligebat
perire permiſit. Hunc Dauid ſecutus æquali vir-
tute dilectionis imitatus, percutiente angelo ci-
uitatem conuertatur (inquit) manus tuas in me,
& in domum patris mei, iſti qui oues ſunt quid 2.Reg.24.
fecerunt. Da hominem qui rempublicam ſic di-
ligat, & videbis quantùm Deo placeat, etiam
militaribus actibus occupatus. Profectò dignus
es, vt talium ſimilis viuas, paratus laborare pro
requie ſubiectorum, paratus etiam morte ſubi-
re, ſi permiſerit Deus, vt de mortis periculo tibi
C ſubditos liberes. Plus time, dux optime, pro-
uinciam fieri deteriorem, quàm teipſum minuen-
tis operibus pauperiorem. Diuitias ineſtimabi-
les indica bonam famam. Verumtamen, quia
omnis homo qui diligit ſeipſum, plus diligere de-
bet Deum, quàm ſeipſum, alioquin minus dili-
gens, Deum non diligit, ſed odit ſeipſum. Qui-
cumque diligit rempublicam ſicut ſeipſum, plus
diligat Deum quàm rempublicam, diuináque ne-
gotia præponat humanis.

Quinta regula.

D ET hæc erit quinta regula innocentiæ militari-
bus actibus occupatio ſic conſiderare tempo-
ralia, vt plus attendat æterna, ſic conſulere præ-
ſentibus actibus, vt plus de futuris cogitet præ-
miis. Euenit enim frequenter quod ignorare non
potes ſapientiæ ſpiritu cuncta reuelante ſenſibus
tuis, vt aliquid fieri neceſſitas cogat, quod æter-
na lex prohibet. Verbi gratia ne incognita pro-
feramus exempla, ſi plures in exercitu fortiſſimo *Legi dero-*
repetiantur hæretici infidelitatis ſententiam fal- *gat neceſ-*
ſam pertinaci animoſitate vindicantes, & pro- *ſitas.*
pter hoc hæreticis, parcere, vel conſulere dux
catholicus ſuadeatur, aut nefandi erroris prædi-
catoribus exerendarum licentiam tribuere blaſ-
E phemiarum patienter ferens propter ſcandalum
quod pati formidat:. etiam reos lauacro ſecun-
di baptiſmatis pollui, iam ſemel renatos, nem-
pe tam malæ ſuaſioni conſentiens, licet aliquam
videatur vtilitatem bonorum temporalium præ-
ſtitiſſe ſubiectis ſibi: interim nocuit, dum de adiu-
torio Dei minus ſperaſſe iudicatur, interdum de-
teriora, quam formidat pericula tolerat, & nec in
ſua fide conſtans exercet competenter zelum re-
ligionis, nec euadit ruinam grauiſſimæ tribula-
tionis, quia præpoſuit terrena cœleſtibus, & vo-
luntatem creatoris offendere nullatenus dubita-
uit placere volens hominibus mente corruptis.

Beatus ergo eris in militaribus actibus occupatus pro fide vera quã tenes nemini blandiaris, & aduerſus eam canes procedentes ex officina mẽdacij latitare prohibeas, ſpem tuã ponens in illo, cuius poteſtati nemo reſiſtit impunè, quẽ ſi offenderis, ſine cauſa præſumis de multitudine exercitus: ſi habetis propitiũ neq; militem ſuperbũ, neq; violentem timebis hoſtẽ. Principaliter ergo cura tibi ſit occupato actib⁹ militaribus, vt fides catholica ſemper vincat aduerſarios ſuos. Hanc defende inter arma, & gladios, hãc perſuade mẽtibus armatorum. Fides autẽ catholica eſt Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vnã (cõtrat Arriũ) ſubſtantiã, vel eſſentiã: tres aduerſus Sabellũ prędicare perſonas, vt cũ benè intellecta fuerit in eſſentia vnitas, in perſonis ꝓprietas, vera quoq; in maieſtate adoretur æqualitas. Tres enim ſunt, quia alius eſt Pater, alius filius, alius Spiritus ſanctus: Sed hi tres vnũ ſunt, & ſummè vnũ ſunt. Quia ſigillatim Deus eſt pater, Deus eſt filius, Deus eſt ſpiritus ſanctus: Neq; tamen tres Dij ſunt, ſed vnus eſt Deus, de quo ſcriptura ſancta dicit. Audi Iſraël, Dominus Deus tu⁹, Deus vnus eſt. Suſpicionẽ nãque ſolitarij Dei remouet trinitas, & vnũ Deũ credẽtibus oſtẽdit vna ſubſtãtia. Nõ ſic vna, vt per ſingulos ſempiterna in omnibus fiat tota, & ideo ſit vna, ſed vna numero, genere, virtute, plenitudine, quã ſicut habet in omnibus, ita non caret in ſingulis, tãta in ſolo patre, quanta in filio, & ſpiritu ſancto. Tãta in ſolo filio, quãta in patre, & Spiritu ſancto. Tãta in ſolo Spiritu ſancto, quãta in patre, & filio. Tãta poſtremò in ſingulis eorũ, quãta in duobus, tãta in duob⁹ quãta, in tribus. Tanta in tribus, quãta in ſingulis. Nihil quippe eſt ibi gradibus ordinatũ, nihil qualitate diuerſum, nihil quãtite minimũ, nihil loco ſeparatũ, nihil tẽpore poſteri⁹, nihil inefficax, nihil paſſibile: vbi hoc tantũmodo recipit diſtinctionẽ, ꝙ ad inuicem ſibi ſunt, pater ſcilicet ad filiũ, filius ad patrẽ ſpiritus ſanctus ad eos de quibus, & cũ quibus ſpiritus, & ſanctus eſt, vt ipſe ſolus in trinitate appelletur ſpiritus ſanctus, ꝓpriũque ſit patris generare, propriũ filij naſci, propriũ ſpiritus ſancti ab vtroq; ꝓcedere. Pater qppe vnius filij eſt pater, filius vnius patris eſt filius. Spiritus ſanctus, & patris, & filij eſt ſpiritus. Ad ſolũ patrẽ generatio, ad ſolum filiũ natiuitas, ad ſolũ ſpiritũ ſanctũ pertinet de vtroque ꝓceſſio meritò dũ ſalutis noſtræ neceſſitas expectaret, vt ꝓpter homines liberãdos Deus homo naſceretur. Ex homine nõ eſt natus ſecundum carnem pater qui filius nunquã fuit, nec ſpiritus ſanctus, qui nec pater fuit aliquãdo, nec filius, ſed natus eſt filius, vt ipſe fieret filius virginis matris, qui eſt filius Dei patris; & per temporalẽ natiuitatẽ Dei omnipotẽtis numerus nullomodo creſceret filiorũ, neq; duos filios faceret vnici filij ſecũda natiuitatas: maximè quia idẽ ipſe vnus filius ſempiterno patri coëternus, conſubſtãtialis, ęqualis, quẽ ſolũ oportebat etiã filiũ hominis fieri, poſtquã venit plenitudo tẽpori, vt fieret vir ex muliere redẽpturus viros, ac mulieres in vno ſexu temporaliter natus vtrũque ſaluaret, vnũ eligẽdo in quo naſceretur, aliũ vnde naſceretur. Ita ſuſcepit ſubſtentiæ noſtræ veritatẽ, ne perſonæ ſuæ duplicaret ſingularitatẽ duarũ ſubſtantiarũ gerens formã, ſed vnius eiuſdẽmq; perſonę. Verbũ quippe ante carnẽ vna natura, & vna perſona verbũ caro factũ eſt duæ naturæ, & vna perſona. Verbũ ante carnẽ homouſiõ patri: Verbũ caro factũ homouſiõ, & patri & matri. Verbũ ante carnẽ ſine initio tẽporis ineffabiliter genitus. Verbũ caro factũ poſtquã venit plenitudo tẽporis mirabiliter. & ſingulariter ſine morbo libidinis ꝓcreatus. Verbũ ante carnẽ nonn fabricãs mundũ. Verbum caro factũ pereũtem redimens mundũ. Verbũ ante carnẽ, diuina faciẽs, & humana. Verbũ caro factũ ſimul & diuina faciens, & humana, quoniã voluit patiẽs. Verbũ ante carnem vnigenit⁹ Deus Verbũ caro factũ Emmanuel, quod interpretatur nobiſcũ Deus: Idem tamẽ ipſe verbum caro factũ, qui prius in principio erat verbum, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ, Quia nõ homo Deus, ſed Deus factus eſt homo, vt homo eſſet Deus. Idem Chriſtus Ieſus, qui cùm in forma Dei eſſet nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe ęqualẽ Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiẽs in ſimilitudinẽ hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo humiliauit ſemetipſum fact⁹ obediẽs vſq; ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomẽ, quod eſt ſuper omne nomẽ, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ: & omnis lingua confiteatur quia dñs Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Hic eſt Ieſus dominus, qui in trinitate perfecta filius nominatur, quando in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti baptizari iubemur. Hic eſt magnus, & paruus, excelſus, & humilis, impaſſibilis, & paſſibilis, immortalis, & mortalis, ſine peccato inter homines viuẽs, & peccata hominibus donans. Per omnia nobis ſimilis abſque peccato, & per omnia ſimilis patri, qui nobis eum miſit in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne: veraciter, & propriè filius virginis matris, veraciter & propriè filius Dei patris. Super cœlos vita viuentium, ſuper terram medicina languentium, apud inferos reſurrectio mortuorũ, mediator Dei, & hominum propter duas ſubſtantias, ſiue naturas, quarum eſt illi vna cum Deo altera nobiſcum communis in vna eademq; perſona, in qua verus factus eſt mediator, nõ habẽs initium Deitatis de Maria, ſed habẽs inde materiã carnis, quã ſuſcepit vt naſceretur, habens noſtri generis carnem, non aëriam, non fantaſticam, non de cœlo depoſitam, non aliunde factam, quamuis humanam, nullis ſordib⁹ originalis iniquitatis ex aliqua parte pollutam, non ex voluptate carnis, & ſanguinis, ſed ſpiritus ſancti ſuperueniente virtute formatam, rationabiliſque animæ inſpiratione viuificatam, propriè, ac veraciter humanam id eſt de matre, ſed ſine homine patre. Corruptibilem, quia famen, ſitim dolorem, mortem, voluntariè quidem, ſed tamen veraciter ſenſit, incorruptibilem, quia nullius in ſe delicti vel originalis, vel proprij ſtimulum ſentiens iniquitati nulla victus cupiditate conſenſit. Nec ſepulta potuit peruenire ad corruptionem putredinis beneficio reſurrectionis, quando portans manubius inferorum ſurrexit idem ipſe ſemper vnus Chriſtus, per quadraginta dies cum diſcipulis conuerſatus, & ſic mirabiliter ad cœlum aſcenſurus: vbi modo ad dexteram Dei patris, ſed & venturus in claritate, qui prius venerat in humilitate, iudicaturus viuos & mortuos, & damnaturus incredulos, creden-

Summa Trinitatis. — *Deut. 6.* — *Vtriuſque ſexus per Chriſtum redemptio* — *Phil. 2.* — *Rom. 8.*

dentibus verò remiſſionem peccatorũ largiturus, A
æternáque vitã, ſi tamen in eccleſia catholica per-
ſeuerauerint ab omni viciorũ contagione mũda-
ri. Catholica quippe eccleſia ſtatiu eſt, vulnera no
ſtra bonus medicus ſanat: filius eſt promiſſionis
quiſquis eã vſque ad ſanguinis effuſionẽ vindicat.
Propterea dux optime & fidelis tene omnia dog-
mata eius. Prædica, vendica, duc ad eã volẽtes, cõ-
pelle nolentes, non dolore ſuppliciorũ, non metu
ſæuientis gladij, ſed modeſta correptione, & ſeue-
ritate plena dilectionis. Procul abſit timor diabo-
lo militans, ſciãt hæretici quod catholicus es, ſciãt
catholici quod deteſtaris hæreticos. Deficiat tem-
poribus adminiſtrationis tuę peccantium ſynago- B
ga, creſcat numerus electorum. Si glorioſus effici-
tur, cuius labore dilatantur fines imperij, quantò
erit glorioſior, cuius labore catholicę multiplica-
tur eccleſia. Gaude ad lucra Chriſti, dole in diſpẽ-
diis, ſempérque in corde tuo maneat Apoſtoli Pe-
tri ſententia, Iudęorum principes ſub hac interro-
gatione culpantis. Cui (inquit) oportet obedire,
Act. 5. Deo, an hominibus? Hoc itaq; tu dux fidelis, quo-
ties fidei tuæ ſeruor prophanos milites ſcandali-
ſat ore, & corde dic cui obedire oportet, Deo, an
hominibus? Reſpondente autem conſcientia tua,
Deo: loquere, fac, ordina qđ diligit Deus, vt qui-
cumque iam contrarij veritati exiſtunt aut ſequã- C
tur volentes, aut remaneant murmurantes, & ni-
hil aduerſus Orthodoxam religiunẽ valentes. Ne-
que enim deeſſe poterunt ex altera parte quibus
placeas in opere bono, quorũ tibi corda tenacius
inhæreãt. Vbique habet fides vera dilectores ſuos,
Quantumlibet extollatur iniquitas, veritas vincit.
Inſultat iniquitas vincit veritas. Sed ſi ſint forſitan in multitudine exercitus plures
hæretici, pauci catholici, magis te oportet viribus
fortiſſimis uti, vt ſi gratia Dei reſpexerit omnes
milites fortiſſimos facias catholicos, aut certè
paucos dimittas hæreticos. Parum adhuc loquor.
Ad illas fortaſſe miſſus es regiones, vbi nullũ re-
perias orthodoxũ, vel certè rariſſimos, ac latentes.
Ibi quoque viriliter ſemina verbũ vitæ ad gloriã D
Chriſti. Redargue multitudinem perfidorum ſine
verecundia, ſine formidine, ſine dubitatione. Nec
prius cogites quomodo eos regas imperialib⁹ le-
gibus, ſed quomodo corrigas eloquiis ſpiritalib⁹,
territóſque nomine authoritatis primitus doctri-
næ ſanctæ repugnare prohibeas, deinde paulatim
conſenore ſuadeas. Vtile tibi eſt recta ſentire, ſi a-
lios quoque non deſeras in prauitate. Boni ducis
inſtantia plerumq; militibus prębuit occaſionem
ſalutis. Sed ſi forſitã deſperas eos poſſe ſaluari, bo-
num eſt ſalutis conueniẽtia prædicare, quia volũ-
tarem Deus coronat, non facultatẽ. Seminare per-
tinet ad officiũ diligentis agricolæ, ſuperni eſt mu- E
neris, vt terra fructificet, votiſque cultoris ſui re-
ſpondeat. Hac planè circa ſubditos vſus induſtria,
facilè etiã poteſtatibus ſublimibus, es ipſis, quorũ
munere dux effectus es, regibus, ſi qua fortè con-
traria veræ fidei ſenſerint, & poteris non cedere,
& repugnare paratus ad martyrium diſces. Alio-
quin qui metuens ſuperiores offendere, minus
exequitur cauſam propriæ religionis, quomodo
Pſ. 118. merebitur cum propheta Dauide canere? Loque-
bar de teſtimoniis tuis in cõſpectu regum & non
confundebar. O ſi boni duces inciperẽt humanis
diuina præponere, maximis erroribus remedia

Appendix.

A prouiderent. Latè patet virtus iſta per plura iuſti-
tiæ itinera, funditus humanis diuina præpone, vt
vidua oppreſſionem non perferat, propter ſpem
lucri prætereuntis: Pupilli ſubſtantia, tutoris mi-
nimè indigeat beneficio. Peſſimam victoriam liti-
gator victus amittat. Sacerdotum poſtulationibus
libenter pateſcat auditus, frequentètur oratio: le-
ctionis ſtudium, quãuis vndique occupationibus
irruentibus, igne deſiderij ſpiritalis remota tepidi-
tate ferueſcat. Quare enim dux optimus opprimit
viduã? Quare pupillũ lædi ſinit? Quare pro iniu-
ſto litigatores iudicat? Quare difficile, aut rarò ad
eccleſiã pergit, niſi quia diuinis humana ꝑponit?
B Præpone ergo diuina humanis ſemper, & omnia
tibi religioſæ volũtaris & opera, & verba, quãuis
inter militares actus ſalua erunt. Eleemoſinarũ ve-
rò ſacrificiũ, quis ita poſſit offerre, ſicut dux opti-
mus? Cui magnitudo poteſtatis abundãtes præbet
occaſiones miſericordiæ tribuendę, ſi tamẽ diuina
præponat humanis. An inaniter Daniel propheta Dan. 4.
Nabucodonoſor dicit, conſiliũ meũ placeat tibi
rex, & peccata tua eleemoſinis redime, & iniuſti-
tias tuas miſerationibus pauperum, & erit Deus
parcens peccatis tuis, niſi quoniã potentiorib⁹ po
tentior eſt facultas eleemoſinarũ, Quibus etiã ſe-
cundũ genus eleemoſinę amplius operari poſſibi-
le eſt, ignoſcere ſcilicet delinquentibus. Ipſi enim
C magis laudabiliter veniã donãt, quorum iracũdia
nũtius mortis eſt. Ipſi glorioſius diligũt inimicos,
quib. exigere vindictã: ſanguinis licet. Vtraq; ope-
ra miſericordiæ in poteſtate habes, ſi diuina præ-
ponas humanis. Et in hoc maximè agnoſceris hu-
manis diuina pręponere, quãdo nulli fallaciter iu
ras, nec ſubdolo ſacramẽto decipis aliquẽ licet ho
ſtis ſit antiquus, licet immania reipublicę infixerit
viſceribus, nõ videtur falſa iuratione fallendus, e-
tiam ſi vita eius impediat, mors proficiat paci. Nec
ſic quidem dux optime cõpellaris falſum iurare:
ſiue vni homini, ſiue populo, ſiue plurimis genti-
bus cum quibus bella peragenda ſuſceperis, aut
D ſine iuramento perſeuerans aſſume certamen, vt
nullatenus audeas violati ſacramenti facinore
perpetuo rempublicam liberare, vel adiuuare.
Quid enim prodeſt ei vincere, quem diabolus vi-
cit, vt victoriæ ſpe falſum iurare? Bonum eſt vt
ſemper humanis diuina præponas, & voce ſancti
Iob frequenter loquaris, ſicuti pendentes ſuper
me fluctus maris, ita timui dominum, propter Iob. 31.
hoc pſalmiſta dum caueret, Domine quis habita- Pſ. 14.
bit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in
monte ſancto tuo? Reſpondet ſibi ex perſona
Dei talibus verbis, Qui ingreditur ſine macu-
la, & operatur iuſtitiam, Qui loquitur verita-
E tem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua
ſua, nec fecit proximo ſuo malũ, & opprobriũ nõ
accepit aduerſus proximos ſuos, Qui iurat proxi-
mo ſuo, & nõ decipit. Ille ergo habitabit in taber-
naculo domini, & requieſcet in mõte ſancto eius,
qui iurat proximo & nõ decipit. Qui quodcũque
iurat ſermonibus, implet operib⁹. Nemo autẽ pu-
tet cui iurat non debere proximum deputari. Pro-
pter hoc enim iuratur, vt proximus fiat: & pro-
pter hoc iuramentum requirit, vt proximus re-
putetur. Ex quo igitur vult amicus effici, le-
gémque pacis amplectitur, iam proximus eſt &
iã qui ei fideliter iurat, proximo ſuo iurat, & non

lius conſuetudinis particeps efficiaris,quam tenet A
Eccleſia, vbi pro tempore,vel pro adminiſtratio-
nis oeceſſitate fuerit occupatus. Alioquin dilige-
re ſolita & horrere, vehementer inſolita nimia eſt
iuſtitia,non laude,ſed reprehenſione dignißima
Eccleſ.7. Si placet ſapientiſſimi ſeotentia Salomonis: Noli
eſſe multum iuſtus, neque ſapias pluſquam neceſ-
ſe eſt,ne obſtupeſcas.Quid eſt,ne obſtupeſcas? Ne
remaneas frigidus: Quis remanet frigidus? cui fer-
uor ſubtrahitur charitatis.

Sexta regula.

ET HÆC Tibi ſexta ſit Innocentiæ regula mi-
litaribus actibus occupato. Quidquid e- B
nim dixeris, geſſeris diſpoſueris vt Deo, & homi-
nibus placeas,& feruore charitatis mirabiliter ini-
Eccleſ.7. quitatis frigus excludas. Noli eſſe multum iuſtus,
neque ſapias pluſqoam neceſſe eſt: incurrit quiſ-
piam reatum grauiſſimum facinoris,meretur iudi-
cialem ſentire cenſuram. Tempera dux optime im-
perum ſeueritatis,& dum reo ſupplicia inferuntur
mitioribus auribus pietas dicat:Noli eſſe multum
iuſtus. Amicitiæ alius immemor debita exhibere
neglexit officia, dignus eſt abijci, meretur ſentire
aſperam læſionem:Cohibe,obſecro,tectum dolo-
rem.Noli retribuere ſimilia:Ne eſtimes quaſi ini- C
micum,ſed corripe adhuc velut amicũ,reſpõdente
tibi ſapientiſſimo Salomone: Noli eſſe multum
iuſtus. Eſto ergo iuſtus,ſed noli eſſe multum iu-
ſtus. Eſto iuſtus,vt corripias inquietos: Noli eſſe
multum iuſtus, vt conſoleris puſillanimes,vt ſoſ-
Leuitas in cipias infirmos & patiens ſis ad omnes. Conſi-
iudicijs. dera quibus imperes,& quam dura corda flectere
cupias,vt modo minando, modo feriendo, modo
veniam largiendo, nullatenus quidem remanere
impunita militum peccata dimittas: Neque ſem-
per cum exceſſibus eorum ſopplicia condigna re-
tribuas,diceos tibi ipſi:Noli eſſe multum iuſtus.
O quanta dux ſapientiſſime diſſimulanda ſunt,
quanta toleranda,quanta leuiter attingenda,quan- D
ta ſacerdotum quoque interceſſionibus concedẽ-
da,ab illo qui ſapiẽter audit: Noli eſſe multum io-
ſtus. Potes alia, atq; alia tacitus conſiderare vitio-
rum genera, quibus ſanandis remedium volnerit
prouidere, qui dixit: Noli eſſe multum iuſtus.

Inter alia quippe detractionis abſcondito iacu-
lo neminem vulnerabimus, nec in moribus bene
viuẽtium ſollicitius inquiremus, vnde culpentur:
Si loquatur vnicuique noſtrum per Spiritum ſan-
ctum fidelis ſcriptura: Noli eſſe multum Iuſtus.
Quia vtique moltum ioſtus eſſe nititur culpabili-
ter, qui per omnem iuſtitiam proximi examinat E
vitam,fragilitatis humanæ conſideratione poſtpo-
ſita,tanquam ſine peccato valeat viuere, quiſquis
incipit peccata vitare,præſertim Iacobo Apoſtolo
confirmante: In multis enim offendimos omnes
Vnde nõ immeritò reuocatur ſuperbus detractor
ab elatione iudicãdi,cum dicitur ei:Noli eſſe mul-
tum iuſtos,vt libenter impleat, quod vas electio-
ois,& Doctor gentium Paulos loquitur. Si præoc-
cupatus fuerit homo io aliqno delicto,vos qui ſpi-
ritales eſtis inſtruite huiuſmodi in ſpiritu mãſue-
tudinis conſiderans teipſum,ne & tu tenteris. Hoc
eſt itaq;: Noli eſſe multum iuſtus cõſiderans teip-
ſum,ne & tu tenteris. Cæterum qoi ſic delioquen-

A tibus iraſcitur,qoaſi ipſe delictorum expers peni-
tus babeaxatur, continuo in baratr crudelitatis
miſerabiliter cadit, & clamante memorato Apo- *Iac.3.*
ſtolo: Alter alterius onera portate, & ſic adimple- *Galat.6.*
bitis legem Chriſti. Nullus onus portans per pa- *Galat.6.*
tientiam, fit importabilis omnibus, Paulatimque
odio creſcente multorum laouam primitus ſedi-
tionibus, deinde publicis aperit prelijs cupiendo
eſſe multum iuſtus verè factus ioiuſtus, & nomi-
ne,aut officio ducis indignus. Neceſſarium proin-
de ſermonem dux optime ſæpius repeto. Hanc tibi
ſextam regulam inoocentiæ militaribos actibus
occupato vehementer inculeo: Noli eſſe moltum
iuſtus. Pietas ad omnia vtilis eſt: Non ego, ſed idẽ *1.Tim.4.*
B ſanctiſſimus Paulus narrat. Licet iuſtitia faciat
Ducem terribilem, pietas facit amabilem. Guber-
natiooi autem reipublicæ, ſecuritati, ſaluti, cõcor-
diæ plus proſpicitur, quando dux optimus amari *Dux ama-*
eligit,non timeri. Dux amabilis, murus eſt patriæ. *ri ſtudeat*
Qui verò in omni tempore cõtinuato vigore me- *no timeri.*
tuendus apparet omnes ſubditos efficit infideles.
Facitè timet proditionem, facilius paritur, extra-
neus viuit ioter ſuos. Tãto poſtremo timet, quan-
tum timetur. Et hoc infelicitatis flagello nullate-
nus caret,niſi cunctis manſuetus,& communis ef-
fectus didicerit ſibi quando alterum iudicat, dice-
re: Noli eſſe multum iuſtus.

Septima regula.

MEMENTO TE eſſe Chriſtianũ,quò facilius *Deuter.5.*
poſſis præcepta Chriſti ſeruare. Chriſtus e- *Matth.5.*
nim manſuetudinẽ docens,legis quoque iuſtitiam *Deuter.5.*
temperauit,hac diſtinctione legem Euangelicam *Matth. 5.*
diſcerneos, vt quia io lege non licebat occidere, *Deut.24.*
non liceat io Euangelio vel iraſci. In lege namque *Matth. 5.*
adulterium vetabatur, In Euãgelio etiam videre ad
concupiſcendum pars eſſe adulterij perpetrati iu- *Leuitic.5.*
dicatur in lege libellus repudij ſufficiebat ad con- *Matth. 5.*
iuges ſeparandos, in Euangelio ſine fornicationis *Deut. 19.*
D crimine nulla matrimooij diuidẽdi cauſa permit- *Matth. 5.*
titur. Prohibuit. lex falſum iurare, iuſſit Euange- *Luc.6.*
lium penitus oon iurare. Vindictæ modum lex ſta- *Leuit.19.*
tuens dixit antiquis: Oculum pro oculo,& dẽtem
pro dente,diſcipulos verò in Euãgelio nullam vo-
luit Chriſtus expetere vindictam: Sed percuſſum
ſemel percutieoti monuit alteram præbere maxil-
lam. Mille paſſus angarianti, duo millia ambulare
præcepit interdicens omni-modis talionem. Lex
inimicis odium retribui permiſit, dilectionem ve- *Mar.5.*
rò amicis indulſit,Euangelij verò ſacra præceptio, *Luc.6.*
diligite (inquit) inimicos veſtros, beoefacite his *Rom.12.*
E qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, &
calumniantibus vos. Cùm his amplioribus vir-
tutibus excellere legem Euangelij demonſtraſſet,
à vana gloria Chriſtianum reuocauit.& ad miſeri-
cordiam cui ſoli Deus teſtis eſt prouocauit,ora-
tionis quoqoe regulam, & verba credentibus tra- *Matth. 6.*
dens,hac conditione conſtrinxit errantes, vt qui- *Luc.6.*
cũque poſtulat ſibi propria debita relaxari, profi-
teatur ſe aliena donare, nihil accepturus à Domi- *Matth.18.*
no,ſi nihil voluerit præſtare conſeruo: Quia & in
ieiunio Chriſtiano ſimplicitas iuſtũ iudicem pla-
cat. Et ibi congregare diuitias,vbi cor habere iu- *Matth.6.*
betur,cœlo ſcilicet, vbi habitare feſtioat: Non in
terra, vnde per ſingulos dies migrat remanſurus

De fraude cauenda.
De Iudicibus.
De falſis teſtibus.
De Iniuria.
De Superbia.
De Iracundia.
De Laude non quærenda.
De perſeuerantia boni operis

DE OCTO VITIIS PRINCIPALIBVS.

De Superbia.
De Gula.
De fornicatione.
De Auaritia.
De Ira
De Accidia.
De Triſtitia
De ReNoxia.

DE QVATVOR VIRTVTIBVS.

1.Cor.3.

DE SAPIENTIA.

PRIMO omnium quærendum eſt homini, quæ ſit vera ſcientia, veráque ſapientia: quia ſapientia huius ſeculi ſtultitia eſt apud Deum. Scientia verò eſt, à
Eccleſ.1. Diaboli ſeruitio, id eſt à
Pſalm.36. peccatis recedere. Et ſapiẽtia perfecta, Deum colere ſecundum mandatorum illius veritatem: quia in his duobus vita acquiritur beata, ſicut Pſalmiſta ait: Diuerte à malo, & fac bonum. Nec etiam cuiquam ſufficit non facere mala, niſi etiam & bona faciat. Nec bona facere, niſi etiam mala amittat. Omnis ergo qui ſic ſapiens eſt, proculdubio beatus erit, in æternum. Beata ſiqoidem vita eſt cognitio diuinitatis. Cognitio diuinitatis virtus boni operis eſt. Virtus boni operis, fructus eſt æ-
Hebr.13. ternæ beatitudinis.

DE FIDE.

SED hæc cognitio diuinitatis, & ſcientia veritatis, per fidem diſcenda eſt catholicam: quia ſine fide impoſſibile eſt Deo placere. Verè beatus eſt, qui & rectè credendo bene viuit & bene viuendo fidem rectam cuſtodit. Igitur ſicut otioſa
Iacob.2. eſt fides ſine operibus bonis, ita & nihil proficiũt opera bona ſine fide recta.

Vnde & beatus Iacobus ait: Quid proderit homini, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non faciat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Fides ſine operibus otioſa eſt. Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt. De cuius excellentia alterius eſt temporis diſputare. Quia breuiarium quod de mandatis Dei breuiter tibi petiſti ſtricto ſermone fieri, profundiſſimas de fide catholica diſputationes reijcit.

1.Cor.13.

DE CHARITATE

IN PRÆCEPTIS verò Dei Charitas obtinet principatum. Sine cuius perfectione nihil Deo placere poſſe Paulus teſtatur Apoſtolus, qui nec martyrium, nec ſeculi contemptum, nec Eleemo- Luc.10.
Matth.5.
Iacob.2.
ſynarum largitionem ſine Charitatis officio quicquam proficere poſſe oſtẽdit. Vnde & ipſe Dominus à quodam ſcriba interrogatus quod eſſet mãdatum maximum, reſpondit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima
tua, & ex tota mente tua. Addidit quoque ſecun- Ioan.14.
dum ſimile huic: Diliges proximum tuum ſicu Ioan.13.
teipſum. In his duobus mandatis tota lex pendet Roma.13.
& Prophetæ. Quòd verò ait ex toto corde, & tota ãnima, & tota mente, id eſt, toto intellectu, tota voluntate, & ex omni memoria Deum eſſe diligen-
dum. Dei verò dilectio in obſeruatione mandato- 1.Ioan.4.
rum eius tota conſiſtit. Sicut alibi ait: Si quis diligit me, ſermones meos ſeruat. Vnde ipſa veritas alibi ait: In hoc cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicem.
Item Apoſtolus: Plenitudo ergo legis eſt dilectio. Ioan.3.
Item Ioannes Euangeliſta: Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat proximũ. Si fortè quilibet petat qui ſit proximus ſciat, omnem Chriſtianum rectè proximum intelligi: quia omnes in baptiſmo filij Dei ſanctificamur, vt fratres ſimus ſpiritaliter in Charitate perfecta. Nobilior eſt generatio ſpiritalis, quàm carnalis. De qua in Euangelio ipſa veritas ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Diſcat homo quæ ſint præ-
cepta Dei, & ea cuſtodiat, quantum poteſt: ſicque 1.Cor.13.
ſe agnoſcat charitatem habere Dei. Quorum aliqua tuæ oſtendere (dilectiſſime fili) deuotioni nominatim curaho, vt paucis inſpectis facilius aliorũ virtutes intelligere valeas.

DE SPE.

TRia quidẽ propoſuit animę noſtrę neceſſaria egregius gentium doctor, videlicet Spem, Fidem, Charitatem. Maior autem his Charitas. Nemo igitur, quamuis ingenti peccatorum pondere prematur, de bonitate diuinę pietatis deſperare debet: ſed ſpe certa miſericordiæ illius indulgentiam ſibi quotidianis deprecari lacrymis. Quàm rectè ſperare poſſunt, ſi ab actionib' praui operis ceſſabunt. Ideo nec propter ſpem veniæ perſeueranter peccare debemus, neque quia Deus iuſtè peccata punit, veniam deſperare debemus: ſed vtroque periculo euitato, & à malo declinemus, & de pietate Dei veniam ſperemus. Similiter & in omni

mipotentis directè perueniet, ſi delinquentium preces, in noſtris auribus acceptabiles erunt. Qui clementer in ſe, peccantibus ignoſcere nouit clementiam diuinæ pietatis certiſſimè accipiet Sic enim remittetur nobis, vt nos remiſimus eis, qui nobis quacumque malignitate nocuerunt.

DE PATIENTIA.

Luc. 21. IN Patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras dicitur in Euãgelio: In omni enim vita humana, patientia eſt neceſſaria ſicut itaque patienter ſufferre debemus iniurias ab alijs in nos delatas, ita & patienter tribulationes, quæ nobis eueniunt ſufferre neceſſe eſt.

Sæpiſſime in hoc ſeculo boni à reprobis tribulationes patiuntur. Ideo ſi quis poſt bona opera tribulationes patitur non debet in cogitatione dicere perdidi opera mea bona quæ faciebam. Qui enim hoc dixerit non pro amore Dei, ſed pro mercede fœlicitatis huius vitæ, aut pro humana laude opus bonum feciſſe cognoſcitur. Probabitur enim homo flagellis Dei quo animo benefaciat, vel qua fortitudine ſufferat tentationes ſibi superuenientes. *2. Cor. 13.* Tentat enim vos, dicit Apoſtolus, vt ſciat, ſi diligitis eum: prorſus tribulatio patientiam operatur, *Iac. 1.* patientia autem opus perfectum. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Nemo bene ſapiens eſt, qui patientiam non habet, fortior eſt dominator animi ſui expugnatore vrbium. Impatientia verò quærenda ignoſcendi facultas eſt, non vindicandi importunitas. Tales ſunt quidam qui tempore iniuriarum patienter ſufferunt, vt ſubſequenter facilius vindicare valeant. Hi veram non habent patientiam: Patientia vera eſt in facie fortiter ſuſtinere iniurias, & in futuro vindictam inquirere, ſed ex corde ignoſce. Sine ferro, vel flammis martyres eſſe poſſumus, ſi patientiam veraciter in animo ſeruamus cum proximis noſtris. Laudabilius eſt iniuriam tacendo declinare, quàm reſpondendo ſuperare. Qui patienter tolerat mala, in futuro coronam merebitur ſempiternam.

DE HVMILITATE.

QVANTA Sit veræ humilitatis virtus facilè ex verbis Domini agnoſcitur, qui vt ſuper- *Matt. 23.* biam Phariſæorum damnaret, dixit: Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Humilitatis paſſibus ad cœli culmina cõſcenditur, quia Deus non ſuperbia, ſed humilitate attingitur: De quo dictum eſt, Deus Superbis reſiſtit, Humilibus autem dat gloriã: *Iac. 4.* Vnde & in Pſalmis dicitur: Excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit: Alta poſſint pro ſu- *Pſal. 137.* perbis: Humilia verò reſpicit, vt attollat: Alta id eſt ſuperba, cognoſcit, vt deijciat. Diſcamus ergo humilitatem, per quam Deo appropinquare poterimus: Sicut ipſe in Euangelio ait: *Matt. 11.* Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde & inuenietis requiem animabus veſtris. Per Superbiam mirabilis Angelorum creatura cecidit de cœlo, *Iſa. 14.* per humilitatem Dei fragilitas humanæ naturæ aſcendit in cœlum.

Honeſta enim inter homines humilitatis conſuetudo. Sicut Salomon ait, vbi fuerit ſuperbia, ibi erit, & contumelia: Vbi autem humilitas, ibi, & ſapientia. Item alius, Quantò maiores humilitate in omnibus, & coram Deo inuenietis gratiam. *Pro. 11.* Item Dominus per Prophetam: Ad quem *Iſa. 66.* autem reſpiciam niſi ad humilem, & quietum, & trementem verba mea? Quicumque humilis, & quietus non erit, non poteſt in eo habitare gratia Spiritus ſancti. Deus humilis factus eſt noſtræ ſalutis cauſa, erubeſcat homo ſuperbus eſſe. Quantum humilitate cor inclinatur ad ima, tantum proficit in excelſo: Qui enim humilis erit exaltabitur in gloria.

Primus humilitatis gradus eſt veritatis ſermonem humiliter audire, memoriter retinere voluntatiè perficere eam quippe quam non inuenit humilem, veritas fugit mentem. Quantò quis humilior erit in ſeipſo, tantò maior erit in conſpectu Dei. Superbus verò quantò glorioſior apparet inter homines tantò deiectior erit ante Deum. Qui enim ſine humilitate bona opera agit in vento puluerem portat. Quid ſuperbit terra & cinis dum vento ſuperbiæ diſpergitur, quod ieiunijs vel Eleemoſynis congregari videtur? Noli ô homo virtutibus gloriari tuis, quia alterum habiturus eris iudicem, non teipſum, in cuius conſpectu teipſum in corde tuo humiliare oportet, quatenus ille te exalter in tempore tribulationis tuæ. Deſcende vt aſcendas, humiliare vt exalteris, ne exaltatus humilieris. Qui enim ſibi vilis eſt, ante Deum pulcher eſt: Et qui ſibi diſplicent Deo placent. Eſto igitur paruus in oculis tuis, vt ſis magnus in oculis Dei. Tantò enim eris pretioſior apud Deũ, quanto fueris ante tuos oculos deſpectior. In ſummo honore ſumma tibi ſit humilitas honoris laus eſt humilitatis virtus.

DE COMPVNCTIONE CORDIS.

COMPVNCTIO cordis ex humilitatis virtute naſcitur, de compunctione confeſſio peccatorum, de confeſſione pœnitentia, de pœnitentia vera proueniet delictorum indulgentia. Compunctio cordis eſt humilitas mentis cum lachrymis, & recordatione peccatorum, & timore iudicij. Ex gemino fonte compunctionis ſolent profluere lachrymę: Id eſt dum mens operum ſuorum diligentius mala conſiderat. Altera dum deſiderio æternæ vitæ ſuſpirat. Vnde Propheta ait: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quan- *Pſalm. 41.* do veniam, & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Item con- *Pſalm. 83.* cupiſcit, & defecit anima mea in atria Domini.

Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Quatuor ſunt qualitates affectionum, quibus cogitatio iuſti ſalubri tædio compungitur. Hoc eſt memoria præteritorum facinorum, recordatio futurarum pœnarum, conſideratio peregrinationis ſuæ. In huius vitæ miſeria, deſiderium ſupernæ patriæ, quatenus ad eam quantocius valeat peruenire. Quando ergo iſta in corde hominis fiũt, ſciendum eſt tunc eſſe Deum per gratiam cordi humano præſentem, vnde & in Pſalmis legitur, Deus vitam meam annunciaui tibi, poſuiſti lachrymas *Pſalm. 55.*

meas in conſpectu tuo ſicut & in promiſſione tua. A Promiſſio indulgētiæ, quam habemus lachrymas, pœnitentię exciet cordi noſtro Theſaurus deſiderabilis in corde hominis compunctionis dulcedo. Anima hominis, quæ in oratione cōpungitur, valdè illi proficit ad ſalutem. Cum per orationem cōpunctio effunditur Spiritus ſancti pręſentiam cordibus eſſe noſtris haud dubium eſt.

DE CONFESSIONE.

HORTATVR nos ſæpius ſancta ſcriptura ad medicamenta Cōfeſſionis ſurgere, nō quòd B De⁹ indigeat cōfeſſionis noſtræ, cui omnia præſtò ſunt, quæ cogitamus, loquimur, aut agimus. Sed nos aliter ſalui fieri nō poſſumus, niſi cōfiteamur pœnitentes quæ inique geſſimus negligentes. Qui ſeipſum accuſat in peccatis ſuis, hunc Diabolus nō habet iterum accuſare in die iudicij: Si tamen confitens pœnitendo diluit, quæ fecit nec iterum renouat quæ egit. Iacob. 5. Cōfitemini, dicit Iacobus Apoſtolus, alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicē, vt ſaluemini. Rom. 10. Item Beatus Paulus Apoſtolus: Ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Pro. 28. Sed & Salomon de confeſſione peccatorum dixit: Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem cōfeſſus fuerit, & reliquerit miſericordiam conſequetur. C Magnum ſalutis medicamentum non iterare, quæ geſſimus impiè, nec priorum cicatrices vulnerum reſanciare. 1. Ioan. 1. Sic autem dicit Ioannes Euangeliſta. Confitemini peccata noſtra, fidelis eſt Deus, & iuſtus, vt remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Pſalm. 31. Similiter, & Pſalmiſta ait, Dixi confitebor 2. Cor. 6. aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & remiſiſti impietatem peccati mei. Viuens cōfiteatur peccator, quæ fecit, quia non eſt fructuoſa confeſſio apud inferos, nec pœnitentia ad ſalutem proficiēs. Ecce nunc tempus acceptabile Deo, ecce nunc dies ſalutis. Tempus eſt nunc remiſſionis pœnitentibus, ſed tempus erit poſt mortem vindictæ negli- D gentibus confiteri ſcelera ſua: Omnes enim impij amaram habent in tormentis pœnitentiam, ſed nō proficit eis pœnitētia ad remiſſionem, ſed cōſcientia torquet eos ad augmentum pœnarum quas patiuntur. Putuerunt ſibi per cōfeſſionem præcauere tormentorum immanitatem, neglexerunt, ſicut itaque foris flammis, ita intus conſcientia propria torquentur. Quomodo poteſt medicus vulnus ſanare, quando ægrotus oſtendere erubeſcit. Deus enim cōfeſſionem noſtram deſiderat, vt iuſtam habeat cauſam ignoſcendi. Qui peccata ſua occultat, & erubeſcit ſalubriter confiteri Deum teſtem ha- E bet, Iterum habebit eum vltorem. Optimè ſe iudicat homo in hac vita, ne iudicetur à Deo damnatione perpetua. Duplicem debet habere fletum in pœnitentia omnis peccator, ſiue qua per negligentiam bonum non facit, ſeu qui malum per audaciam perpetrauit. Quod enim opportuit non geſſit, & quod non opportuit egit. Confeſſio iuſtificat confeſſio veniam peccatis donat. Omnis ſpes veniæ in confeſſione conſiſtit. Confeſſio opus eſt miſericordiæ, ſalus ægrotantis. Vnicum viribus noſtris medicamentum cum pœnitentia.

DE POENITENTIA.

HVIVS ipſe ſaluator in Euangelio virtutem oſtendit dicens: Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum, Matt. 3. 4. & Ioannes Baptiſta, Luc. 3. facite fructus dignos pœnitentiæ. Fructus dignus eſt pœnitentiæ tranſacta flere peccata, & eadem iterum non agere, ſicut ſcriptura ait, Eccleſ. 5. non adijcias peccatum ſuper peccatum. Lauamini, dicit Dominus per Eſayam Prophetam, & mundi eſtote. Iſa. 1. Lauatur itaque, & mundus eſt, qui præterita plangit, & iterum flenda non admittit: Lauatur & non eſt mundus, qui plangit quæ geſſit, nec deſerit, & poſt lachrymas hæc quæ fleuerat repetit. De his qui poſt lachrymas ad delicta reuertuntur priora Beatus Petrus terribiliter ait. 2. Petr. 2. Canis reuertitur ad vomitum ſuum fili peccaſti, Eccleſ. 21. dicitur in ſcriptura ſancta ſed ne adiicias iterum, ſed de priſtinis deprecare, vt remittantur tibi Pœnitētia vera non annorum numero cenſetur, ſed amaritudine animi, vnde Beatus Petrus mox à Domino indulgentiam recepit, Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. quia amariſſimè fleuit trinæ negationis culpam. Pœnitentiæ, quamuis ſit exigui temporis, ſi intima cordis amaritudine agitur non deſpicitur apud iudicem iuſtum Deum qui cordis ſecreta conſiderat.

Non longitudinem temporis tantum requirit Deus, quantum affectum ſinceritatis pœnitentis penſat. Qui enim in Chriſto tota mente confidit, & ſi multis moriatur in peccatis, fide ſua viuit in æternum: Ioan. 11. Sicut ipſe Dominus in Euangelio dicit: Ego ſum reſurrectio, & vita, qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet: Et omnis qui credit in me non morietur in æternum. De morte animæ dicitur, quæ propter ægritudinem peccatorum euenit illi Deus natura miſericors eſt, paratus ſaluare per miſericordiam, 1. Tim. 2. quos non inuenit ſaluare per iuſtitiam.

Qui vult omnes homines ſaluos fieri, & neminem perire: Qui per Prophetam ait: In quacumque die confeſſus fuerit peccator viuet, & non morietur.

Quamuis quiſque ſit peccator, & impius Ezech. 33. ſi ad pœnitentiam conuertatur, conſequi poſſe veniam ſe per Dei miſericordiam non dubitet.

In hoc ſeculo pœnitentiam facientibus Dei miſericordia ſubuenit: In futuro autem pœnitentia non proficit, ſed rationem noſtrorum operum reddituri ſumus.

In hac vita tantum pœnitentiæ patet libertas: Poſt mortem verò nulla correptionis eſt licentia.

DE CONVERSIONE AD DOMINVM.

LEGITVR In litteris diuinitus inſpiratis dictum, Eccleſ. fili ne tardes conuerti ad Dominum, quia neſcis quid futura pariat dies.

Qui tardat conuerti periculum facit animæ ſuæ, quia mors non tardat, quæ ſi tardantem auerti inuenieт, ad tormenta deducit eum. Diſſoluta, & paralitica cogitatio eſt de craſtina cogi-

na cogitare conuerſione, & hodiernam negligere. Quid tu peccator conuerti diſſimulas, & non metuis, ne tibi mors repentina ſubripiat diem conuerſionis? Nonne homines ſubitò moriuntur.

Si bonum eſt peccata dimittere, & ad Deum conuerti, citò fiat. Deus tibi promittit remiſſionem conuertendi à peccatis, ſed ſecuritatem tibi non promiſit diu viuendi. Ideo conuertat ſe vnuſquiſque citius ad Deum: Et cum inuenerit eum derelinquat impius viam ſuam.

Iſa. 55. Si ſubito intrat dies extremus perit dilatio, & reſtat damnatio, Perire non vis, redi ad Deum, & viues.

Noli deſperare de venia peccatorum, nec de vita longiore confide. Conuerte ergo, & Pœnitentiam age. Cras, inquies, conuertam, quare non hodie? Quid malè dico, ſi cras dicam? Quid mali ſi hodie? Fortè, dicis, longa erit vita mea.

Dicam ſi longa erit bona ſit: Si breuis & ipſa bona ſit. Quis ferat longum malum? Prandium malum non vis habere longum, & vitam longam vis habere malam: villam emis, bonam deſideras, vxorem vis ducere, bonam quæris, filios naſci vis, bonos optas. Et vt etiam de rebus viliſſimis loquar. Caligas emis & non vis malas, & vitam amas malam.

Quid te offendit vita tua, quam ſolam vis malam, vt inter omnia bona tua ſolus ſis malus. Ne tardes conuerti ad Dominum, ne differas de die in diem.

Verba Dei ſunt non mea, non à me: hæc audiſti, ſed ego tecum audio à Domino: Fortè reſpondea cras, cras. O vox coruina. Coruus non redit ad Archam, Columba rediјt. *Geneſ. 8.*

Si enim tunc vis pœnitentiam agere, quando peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa.

Satis alienus es à fide, qui ad agendam pœnitentiam tempus ſenectutis expectas. Metuendum eſt ne dum ſperas miſericordiam incidas in iudicium: Neque enim tunc veniam inueniet qui modo aptum veniæ tempus perdidit.

Ibi iam non poteſt à Deo mereri quod petit, qui hic noluit audire quod iuſſit.

Qui tempus pœnitentiæ datum negligit, fruſtra ante tribunal Chriſti preces effundit. Feſtinare debet ad Deum conuertendo vnuſquiſque dum poteſt, ne ſi dum poteſt noluerit, omnino cum tardè voluerit non poſſit.

DE TIMORE DOMINI.

Pſal. 110. Eccleſ. 2. INITIVM SAPIENTIÆ timor Domini. Magna eſt cautela peccati Deum ſemper præſentem timere. Qui perfectè Deum timet diligenter ſe à peccatis cuſtodit.

Eccleſ. 1. Timenti Deum in nouiſſimo die bene erit, & merces eius in æternum permanet, qui erubeſcit in conſpectu hominum peccare,

Appendix.

quanto magis erubeſcat cõtra Deum iniquitatem agere, qui non ſolùm opera, ſed corda conſiderat. Qui timore ſancto Deum metuit, inquirit quæ beneplacita ſunt illi. *Eccleſ. 2.* Alius eſt timor filiorum, alius timor ſeruorum: Serui enim propter tormenta Dominos timent, filij verò propter amorem patres timent. *Timor geminus ſeruilis et filialis.* Sed filij Dei ſumus: Timeamus ex Charitatis dulcedine, non de timoris amaritudine. *Eccleſ. 18.* Homo ſapiens in omnibus Deum metuit operibus ſuis, ſciens ſe nunquam eius præſentiam effugere poſſe, ſicut Pſalmiſta Deo dicit: Quò Ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiã? *Pſal. 138.*

Item quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, ſubauditur patet locus fugiendi Deum. Qui timet Deum accipiet doctrinam eius, & qui inuigilauerit in mandatis eius inueniet benedictionem ſempiternam. *Eccleſ. 32.*

Timentis Deum beata eſt anima, & à tentatione Diabolica tuta remanet. Beatus homo, qui ſemper pauidus eſt, & cui donatum eſt Dei timorem ſemper ante oculos habere. *Eccleſ. 33. Prou. 20.* Qui timet Dominum, recedit ab itinere prauo, & ad virtutis ſemitam vias ſuas dirigit.

Timor Domini repellit peccata, & adijcit virtutem. *Eccleſ. 1.* Timor cautum facit hominem, & ſollicitum ne peccet. *Prou. 15.* Vbi verò timor Dei non eſt, ibi diſſolutio naturæ eſt. Qui Deum in proſperis non timet, in aduerſis refugiat ad illum qui flagellat vt ſanet: Beatus vir qui timet Dominum in mandatis eius cupit nimis. *Pſalm. 111.*

Timor Dei timorem gehennæ expellit. Sic timeamus Deum, vt diligamus eum, quia perfecta charitas foras mittit timorem ſeruilem. *1. Ioan. 4.*

DE IEIVNIIS.

PERFECTVM eſt Ieiunium, quod Eleemoſynis, & orationibus cœlum tranſit, & ad thronum altiſſimi Dei peruenit: Tunc enim homo ſpiritualis effectus Angelis coniungitur, Deóque liberius copulatur, ſi abſtinẽtia carnis orationib⁹ exaltatur. Per Ieiunia, & orationes occulta myſteriorũ cœleſtia reuelantur, diuina ſacramenti arcana panduntur. Quandiu Adam abſtinuit, manſit in Paradiſo, manducauit & expulſus eſt. Ieiunia fortia tela ſunt aduerſus tentamenta dæmoniorum: Citò enim, per abſtinentiam vincũtur. Vnde enim Dominus, & ſaluator noſter eorum incurſus ieiunijs, & orationibus præmouet ſuperare dicens: Hoc genus non eijcitur niſi per orationẽ, & ieiunium. *Matt. 17. Marc. 9.* Immundi enim ſpiritus ibi ſe fiducialiter immittunt, vbi videbunt frequentes cõmeſſationes, & ebrietates exerceri. Abſtinentia corpus macerat, ſed cor impingueſcit carnem debilitat, ſed animam conforta Sed ſciendũ eſt quod ieiunia cũ bonis operibus Deo ſunt acceptabilia. Qui autem cibis abſtinent, & prauè agunt dæmones imitantur, quibus eſca carnalis non eſt, & nequitia ſpiritualis ſemper ineſt. Ille autem abſtinet à cibis, qui & à malitiæ actibus ieiunat, & à mundi ambitionis. Melius eſt prædicationis ſancta conuiuio victuram in perpetuo mentem reficere, quàm ventrẽ mortiferæ carnis delicioſis ſaturare epulis.

DE ELEEMOSINA.

De Eleemoſyna.

SCIENDVM EST ENIM eſſe pietatis opus, vt de his, quæ nobis cœleſtis pater miſericorditer contulit, nos quoque alios adiuuemus. Sunt enim plurimi, qui nullam in agris, nullam in vineis, nullam habent in ſeculi diuitijs portionem, quorum inopiæ, de ea quam Dominus nobis dedit copia conſulere debemus, vt & ipſi nobiſcum Deo propter fœcunditatem benedicant, & gaudeant poſſidentibus fuiſſe B donata, quæ etiam pauperibus, & peregrinis facta fuerint communia. Fœlix illud eſt horreum, & omnium fructuum multiplicatione digniſſimum, de quo egenorum & debilium, & peregrinorum ſaturatur eſuriens.

Quos ideo ſub diuerſis moleſtijs Iuſtitia Dei laborare permiſit, vt & miſeros pro patientia, & miſericordes pro beneuolentia coronaret.

Efficaciſſima enim pro peccatis deprecatio eſt in Eleemoſynis, atque ieiunijs, & velociter ad diuinas conſcendit aures talibus oratio eleuata C ſuffragijs: Quoniam ſic ſcriptum eſt: Animæ ſuæ benefacit vir miſericors. *Prou 11.* Pars enim corporalium facultatum, quæ indulgentibus miniſtratur, in diuitias largienti tranſit æternas ita miſericordiam Dei, & indulgentiam peccatorum noſtrorum pauperum miſeratione, & Eleemoſynis mereamur.

Quoniam qui ſuum ad inopem aduertit animum, cito ad ſe Domini conuertit auditum, dicente Domino. *Luc. 6.* Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Quod redituum ſe promittit veritas, ſecura expendat humanitas. Conſtans eſto Chriſtianæ largitor. D Da quod accipias: Sere quod metas, ſpurge quod colligas.

Noli metuere diſpendium, noli de dubio ſuſpirare prouentu. Subſtantia tua, cùm benè erogatur augetur. Remunerator tuus vult te eſſe munificum vt qui dat, vt habeas mandat vt tribuat dicens: Date & dabitur vobis.

Luc. 6. Quare ſi aurum diligis, vel diuitias ſeculi, da ne perdas. Si ſeruaueris, ſine dubio perdes: Si erogaueris omnino eas habebis æternaliter, dicente ipſa veritate: *Matth 6.* Theſauriſate vobis theſauros in cœlo, vbi nec erugo, nec tinea demolitur, neque fures effodiunt, & furantur. E

Matth. 6. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum. *Luc. 12.* Vtique benè diſpenſantes temporalia, acquireris æterna. *1. Pet. 4.* Noli timidus eſſe in largiendo, ne *2. Cor. 9.* ſis egenus in retributione: Quia qui parce, ſeminat, parce, & metet, *Prou. 14.* qui autem miſerebitur pauperis beatus erit. *Prou. 13.* Redemptio itaque animæ viri, diuitiæ eius.

Honorat Deum, qui miſeretur pauperis. *Prou 14.* Abſconde Eleemoſynam in ſinu pauperis, dicit ſcriptura, & ipſe orabit pro te. *Eccleſ. 29.* Sicut A aqua extinguit ignem, ita Eleemoſyna extinguit peccatum. Animas eſurientis ne deſpexeris, *Eccleſ. 4.* & ne exaſperes pauperem in clamore ſuo. Qui auertit aurem à clamore pauperis, illius oratio clamorem Dei non merebitur. In vita tua benefac animæ tuæ, Eleemoſynas dans miſeris, quia poſt mortem non habes poteſtatem benefaciendi.

In conuiuijs tuis pauperes veſcantur & ipſe in illis. *Luc. 14.* Tria ſunt genera Eleemoſynarum, vna corporalis egeno dare quidquid potueris: Altera ſpiritualis dimittere à quo læſus fueris. Tertia delinquentem corrigere, & errantes in viam deducere veritatis. *Eleemoſyna triplex*

DE CASTITATE.

CASTITAS ANGELICA vita eſt. Caſtitas cum humilitate Spiritus ſancti meretetur habitationem, quam expellit immunditia libidinis, dicente ſcriptura: Corpus peccatis ſubditum Spiritus ſanctus effugiet.

Membra noſtra Deo debent eſſe dicata, non *Sapien. 1.* fornicationi. Opponat homo deſiderio carnis ſuæ æternorum flammas tormentorum. *Roma. 6.* *1. Corin. 6.* C

Adſueſcat iuuenis caſtitatem, vt ſit dignus ſapientia Dei.

Vbi immundicia eſt corporis, ibi habitatio Diabolici ſpiritus, qui maximè gaudet inquinatione carnis noſtræ. Omnis immunditiæ Deo diſplicent, & maximè quæ non ſunt naturales. Admonet nos itaque ſancta ſcriptura dicens: Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. *Eccleſ. 18.*

Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis venire.

D Eius quoque modi Salomon ſapientiſſimus proferebat ſententias, de cauenda immunditia carnis dicẽs: *Prouer. 5.* Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouiſſima autem illius amara, quaſi abſynthium & lingua eius acuta, quaſi gladius biceps. Pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus illius penetrant per ſemitam vitæ non ambulat: Vagi ſunt greſſus eius, & ineſtigabiles. Nunc ergo fili audi me, & non recedas à verbis oris mei.

Longè fac ab ea vitam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Hoc ſiquidem non ſolum de meretricum immunditia dixit, ſed etiam de E omni carnis concupiſcentia, quæ ſollicitat animam ſuis conſentire deſiderijs: Sed ratio mentis prohibere debet impetum carnis, & refrenare voluntates eius iniquas. *Ratio prohibeat impetum carnis.* Item ille qui ſupra prohibet cohabitationem fœminarum, iuuenibus dicit. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant, aut ambulare ſuper prunas, & non comburantur plantę eius. *Prouer. 6.* Sic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus cum tetigerit eam: humiliter & beatus Paulus admonet nos Apoſtolus inquiens: Bonum *1. Cor. 7.*

mulierem noo tangere, quaſi ſtatim in tactu periculum eſſet. Pulchra eſt caſta iuuenum pudicitia, & Deo amabilis, & ad omne bonnm vtilis.

Qui filios habet ſpirituales vel carnales, nutriat illos in caſtitate Deo, oon in fornicatione Diaboli.

Caſtitas ſoror Angelorum. Quid prodeſt homini filium habere, nutrire, amare, ſi æternis eom outriat tormentis? Qui caſtè viuunt angelicam habent in terris conuerſatiooem. Caſtitas huminem cœlo coniongit, Aogelis facit conciuem. Qui mulierem babet legitimam, legitimè vtatur ea temporibus ſuis, vt benedictionem mereatur filiorum à Deo accipere. Nemo dicat à fornicatiooe ſe cuſtodire non poſſe. *1.Cor.10.* Fidelis eſt Deus dicit Beatus Apoſtolus, qui ooo permittit nos teotari vltra id qood portare poſſumus, ſed faciet cum tentatione prouentum. Talis vnicuique tentatio homini datur, ſiue in carnis deſiderio, ſiue in ambitione ſeculi, vel alia quæcunq; tentationis moleſtia, qualem aut cum laude vincere, aut cum opprobrio ſuccumbere poterit.

Omnibus enim caſtitas ſemper neceſſaria eſt, *Eccleſiaſticos præcipue dlcet Caſtitas.* ſed maximè miniſtris Chriſti altaris, quorum vita aliorum debet eſſe eruditio, & aſſidua ſalutis prædicatio.

Tales enim debet habere miniſtros, qui à nullo carnis contagio corrumpantur, ſed potius continẽtia caſtitatis ſplendeant & totius honeſtatis fulgeant in populo exemplum.

DE FRAVDE CAVENDA.

QVI NOS benignos admonet de noſtra ſubſtantia pauperibus miſericordes eſſe prohibet nos ab omni Auaritia, & iniuſta pecuniæ acquiſitione. Qui verò ait de iuſtis laboribus tuis fac Eleemoſynam, ipſe per Apoſtolum hortatur nos dicens: Nolite fraudem facere in inuicem. Qui fraude qualibet aliqua acquiſierat, perdit iuſtitiæ æquitatem.

Dic cupide, dic auare, dic ſcelerate quid adquiſiſti? Fortè dices aurum acquiſiui, & verum dicis. Ecce aurùm acquiſiſti per fraudem, & fidem perdidiſti in iuſtitia. Si in mercato fidem inuenires venalem, ſi bonus eſſes quomodo comparares eam? Quare non omes eam perdere, quam Deus voluerit habere in corde? Aurum habes, & argentum, vel aliud quid prætioſuſo in arca, ſed damonm in corde. His omnibus meliores diuioas perdidiſti, id eſt fidem, & iuſtitiam, & dilectiooem Dei, & proximi.

Lucrum tuum cogitas, & damoum oon conſideras. Si hnic lucro gaudes, quare illa perdita oon plangis? Plus perdidiſti, quàm acqoiſiſti. O diues rapis per potentiam, quæ tibi placet habere, & perdis per iniuſtitiam, quod Deus te vult babere, id eſt, beatitudioem ſempiternam.

Si omnis fur, vel raptor oculum perdidiſſet in furto, vel rapina, nunquam poſtea furtum feciſſet, vel rapinam, & neſcit quod io eiuſmodi peccato lumen perdidit cordis quod melius eſt omni lumioe corporis.

Magis auare da pauperibus, quod habes, vt inuenias in cœlo quod dediſti in terra. Quid times pecuniam tuam perdere & oon times vt te perdas per acqoiſitionem pecuniæ? Falſum teſtimonium dicis meotiris, rapis aliena, iuras, periuras quæ lex vetat.

Nonne cùm hæc omnià facis quare non times vt totus ardeas io æternum? Cur amare plus amas aurum, quam animam?

Quid enim proderit tibi, ſi mundum vniuerſum lucreris, animæ autem tuæ detrimeotum patiaris? *Matth.16.* Et ipſe Dominus in Euangelio dicit: Cauete ab omni Auaritia, quia non in abundantia cuiuſquem vita eius eſt ex ijs quæ poſſidet. *Luc.12.* Nunquid non diuites ſimiliter moriuntur, vt pauperes. *Eccleſ.2.* Non prodeſſe poſſunt diuitiæ in die vltionis, nec liberabunt male vtentes eis à pœnis ſempiternis. *Prouer.11.*

Nihil Auaro ſceleſtius, qui animam ſuam habet venalem pro cupiditate diuioarum. Auaritia modum ignorat, & cùm omnia deoorat neſcit pœnitus ſaturari eſuriens ſemper, & inops eſt auarus inferno ſimilis qui nunquam impletur. *Eccleſ.10.*

DE IVDICIBVS.

OMNIS QVI RECTE IVDICAT ſtateram in manu geſtat, in vtroque penſu iuſtitiam & miſericordiam portat: Sed pro iuſtitia reddat peccati ſententiam, pro miſericordia peccati temperet pœnas. Quædam verò ſunt à iudice bono per æqnitatem corrigenda, quædam itaque per miſericordiam indulgenda. Sine perſonarum acceptione debent eſſe iudicia.

Nihil enim iniquius eſt quàm muoera accipere in iudiciis, quia munera excæcant corda prodentum, & ſubuertunt verba iuſtoruo. *Deut.16.* Io quo enim iudicio, dicit Dominus, iudicabitis iudicabitur de vobis. *Eccleſ.20.*

Quapropter iudex Deum iudicem timeat, oe fortè Deo iodicante damnetur, qui ionocentes damnat, vel impios iuſtificat pro muneribus cniuſlibet perſonæ amore, vel odio. Nemo principium ſtultos vel improbos iudices ponere debet.

Nam ſtultus per ignaniam ignorat iuſtitiam: improbus autem per cupiditatem ſubuertit ipſam quam didicit veritatem. Penè grauius lacerantur pauperes à prauis iudicibus, quàm à cruentiſſimis hoſtibus. Nullus enim prædo tam cupidus in alienis, quàm iudex iniquus in ſuis. Peiores ſunt hoſtibus iudices iniqui. Hoſtes ſæpe fuga vitantur, iudices propter potentiam effugi noo poſſunt, quo diuitias ex ciuium oppreſſione congregare ſtodent.

Aliquoties iudices boni miniſtros babent rapaces quorum ſcelere coinquinantur, niſi prohibeant rapacitatem illorum. Hi in alienis pereunt peccatis, quia ooo ſolùm (vt egregius mundi doctor ait) qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus digni efficiuntur morte per- *Roman. 1.*

DE HVMANA LAVDE.

Matth.6. DOMINVS dicit in Euangelio. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis, vt ea intentione non faciatis, vt ab hominibus vanam laudem habeatis: Sed quidquid homo facit boni, pro Dei amore, & ſalute animæ ſuæ, ac fraterna charitate faciat.

Ideo ipſe Dominus dicit, de quibuſdam, qui Eleemoſynas faciunt, vel orationes, & ieiunia, vt ab hominibus laudem accipiant: Amen dico vo- Matth.6. bis receperunt mercedem ſuam. Qui pro eo bonum quilibet facit vt ab hominibus laudetur, hæc eſt merces illius quam quæſiuit; & nullam à Deo ſperare habet retributionem, quia pro eius amore non facit, ſed pro humanæ laudis iactantia, ſicut hypocritæ facere ſolent.

Quod vitiom hominibos placendi in bonis operibus Dominus Ieſus Chriſtus multum deteſtatur, & ſæpius Phariſęos, qui tales fuerunt in Indęa Matth.23. tali percutit maledictione dicens: Væ vobis hypo- 1.Cor.12. critæ: Sed ſecundum Apoſtolum: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Qui laudem non appetit, nec pro contumelia conturbatur. Nec ideo ſe bonum exiſtimet homo, qoamnis ab alio laudetur, quia Deus inſpector eſt cordium: Quid enim prodeſt malo homini, ſi bonus Prædicatur? Tunc veraciter hoc quod agit homo bonum eſt, quando placere Deo deſiderat, à quo habet quidquid boni habet, vel facit. Qui bona agere videtur, & per hoc non Deo, ſed hominibus placere cupit in vanom laborat & in ventum ſeminat. Magnum ſe vnuſquiſqoe eſſe ſtudeat in ſuis operibus, ſed magnitudine ſua humanum non quærat fauorem, ne perdat quod habuit, & ſit paruus factus. Quidquid eum homo boni facit hoc ſe ſciat habere non à ſe, ſed à Deo. Increpat eos Beatus Paulus Apoſtolus, qui in ſuis gloriantur benefactis dicens. 1.Cor.4. Quid habes quod oon accepiſti? Si accepiſti, quid gloriatis? Qui aliqno d donum Dei quod meruit in ſuam laudem conuertit, proculdubio virtutem in vitium transfert, & bonum, quod fecit, in peccatum. Cùm enim cauſa iactantiæ pauper paſcitur, etiam ipſum miſericordiæ opus in peccatum conuertitur.

Quidqoid homo boni agit Deo quęrat laodem, nec ſibi. Sic ipſe Dominus in Euangelio dicit: Sic luceat lox veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, Matth.5. qui in cœlis eſt.

DE PERSEVERENTIA BONI OPERIS,

NON QVÆRITVR in Chriſtiano initium boni operis, ſed finis, quia de fine ſuo vnuſquiſque iudicabitur. Sunt enim qui bene incipiunt ſed malè finiunt conuerſationem ſuam, ſicut Iudas primùm Apoſtolus, & poſtea proditor Domini, & facti ſui conſcios laqueo ſe ſoſpendit.

Paulus malè cœpit, ſed benè finiuit, primò perſecutor, poſtea prædicator. Virtus boni operis perſeuerantia, ipſo dicente: Qui perſeuerauerit vſque Matt.10. 24. in finem hic ſaluus erit. Noo igitur qui cœperit bonum, ſed qui perſeuerauerit in bonis hic ſaluos erit. Tunc enim placet Deo noſtra conuerſatio, qoando bonum, quod inchoabimus, perſeueranti fine complebimus.

Bonum ergo non cæpiſſe, ſed profeciſſe virtus eſt. Non inchoantibus promittitur, ſed perſeuerantibus datur. Semper in vita hominis finis quæritur, qualis ſit extremo tempore vitæ ſuæ, quia de fine ſuo vnoſquiſque aut iuſtificabitor aut condemnatur. Ideo vnuſquiſque inſtantiſſimè bona quæ cæperat perficere contendat, vt perpetuam à Domino mereatur accipere mercedem.

DE OCTO VICIIS PRINCIPALIBVS

OCTO ſunt vitia principalia, vel originalia omnium vitiorum, ex quibus quaſi radicibus, omnia corruptæ mentis, vel corporis diuerſarum vitia pullulant iniquitatum, de qoibus pauca dicere ratum duximus, vel ex quibus radicibus qui rami vicioſæ germinationis creſcere videātur, vt ſic vnuſquiſque radicibus extirpatis facilius ramos ſuccindere poſſit primum viciom eſt Eccleſ.10. ſpiritale Superbia, de qua dicitur, initium omnis peccati Superbia, quæ Regina eſt omnium malorum per quam Angeli ceciderunt de cœlo, quæ fit ex cōtemptu mandatorum. Fit etiam, quando homo bonis operibus ſuis & ſe meliorem eſtimat alijs, dum in eo ipſo peior alijs eſt, quo ſe meliorem putat. Fit etiam pe contumaciam Superbia, quando deſpiciunt homines ſenioribns obedire ſuis. Ex ipſa verò naſcitur omnis inobedientia, & omnis præſumptio, & omnis impatientia, contentiones, hęreſes, arrogantia. Qnæ omoia mala vera humilitas perfacilè poterit.

Appendis

DE GVLA.

PRIMVM corporale peccatum eſt Gula, id eſt intemperās cibi vel potus voluptas, per quam primi parentes huma Geneſ.3. ni generis Paradiſi fœlicitatem perdiderunt, & in hanc ærumnoſam huius vitæ miſeriā deiecti ſunt, vbi omnis homo per peccatum naſcitur, per laborem viuit, per dolorem moritur. Quæ tribus modis regnare videtur in homine id eſt dū homo horā canonicā, & ſtatutā gulæ cauſa anticipare cupit, aut exquiſitiores cibos ſibi præparari iober, quā neceſſitas corporis, vel ſuæ qualitas perſonæ exigat, vel ſi plus accipiat in edendo, vel bibendo, propter deſiderium, intemperantiæ ſuæ, quam ſuæ proficiat ſaluti.

De qua id eſt Gula naſcitur inepta lætitia ſcurrilitas, leuitas vaniloqonm, immunditia corporis, inſtabilitas mentis, ebrietas, libido, quia ex ſaturitate ventris libido corporis naſcitur, vel egeritur, quæ per ieiunia, & abſtinentiā, & operis cuiuſlibet aſſiduitatem viocitur optimè.

DE FORNICATIONE.

FORNICATIO eſt omnis corporalis immunditia, quæ fieri ſolet ex inconnnentia libidinis, & mollitia animæ, qnæ conſentit ſnæ carni peccare. Nam anima domina debet eſſe, & imperare carni, & caro famula, & obedire Dominæ ſuæ, id eſt rationali animæ. Quæ fornicatio fit per commixtionem carnis cum fœmina qualibet, vel etiam quacunq; immunditia ad explendum libidinis ardorem, de qua naſcitur id eſt, fornicatione cæcitas mentis, inconſtantia oculorum, vel totius corporis amor immoderatus ſæpe periculum vitæ, laſciuia, loci petulantia, & omnis incontinentia odium mandatorum Dei, mentis eneruatio, & iniuſtæ cupiditates, negligentia vitæ futuræ, & præſentis delectatio, quæ vincitur per caſtitatem, & continentiam conſuetam, & recordationem ignis æterni, & timorem iudicij & amorem ſempiterni Dei.

DE AVARITIA.

AVARITIA eſt nimia diuitiarum, acquirendi, habendi, & tenendi cupiditas, quæ peſtis inexplebilis eſt, ſicut hydropicus, qui quantò plus bibit, tantò plus illi ſitis addita creſcit: Sic Auaritia quantò magis habet, tanto plus deſiderat: Et dum modus illi non eſt in habendo, modus illi non erit in deſiderando: Cuius genera ſunt inuidia, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, periuria, rapina, violentiæ, inquietudo, iniuſta iudicia, contemptus veritatis, futuræ beatitudinis obliuio, obduratio cordis. Quæ fit contraria miſericordiæ, & eleemoſynis in pauperes & toti pietati in miſeros: Quæ vincitur per timorem Dei, & per fraternam charitatem, & opera miſericordiæ, & per eleemoſynas in pauperes, & per ſpem futuræ beatitudinis, dum falſæ huius ſeculi diuitiæ per futuræ veræ beatitudinis diuitias vincuntur.

DE IRA.

IRA vna eſt de octo viciis principalibus, quæ ſi ratione non regitur in furorem vertitur. Ita & homo ſui animi impotens erit faciens quæ non conuenit: Hæc enim ſi cordi incidet omnem eximit prouidentiam ab eo facti, nec iudicium rectæ diſcretionis inquirere, nec honeſtæ contemplationis virtutem, nec maturitatem conſilij habere poterit: Sed omnia per præcipitium quoddam facere videtur, de qua id eſt Ira, pullulat mentis tumor, rixæ contumeliæ, clamor indignatio, præſumptio, blaſphemię, ſanguinis effuſio homicidia, vlciſcendi cupiditas, iniuriarum memoria, quæ vincitur per patientiam, & longanimitatem, & per rationem intellectualem, quam
Matth.6. Deus inſerit mentibus humanis, & per recordationem orationis Dominicæ, vbi Deo dicitur: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. &c.

DE ACEDIA.

ACEDIA eſt peſtis, quæ Deo famulantibus multum nocere probatur, homo ocioſus torpeſcit in deſiderijs carnalibus, nec in opere gaudet ſpiritali, nec in ſalute animæ ſuæ lætatur nec in adiutorio fraterni laboris hilareſcit, ſed tantum concupiſcit, & deſiderat, & otioſa mens per omnia diſcurrit.

Hæc eſt quæ maximè monachos excutit de cella in ſeculum, & de regulari conuerſatione eiecit eos in abrupta vitiorum, quæ cùm miſerabilem obſidet mentem multis eam inficit miſerijs, quæ
B multa docet mala, de qua naſcitur ſomnolentia, pigritia boni operis, inſtabilitas loci, vel vagatio de loco in locum, tepiditas laborandi, tædium cordis, murmuratio, & magniloquia: Quæ vincitur per ſtudium lectionis, per aſſiduitatem operis boni, per deſiderium futuræ præmiorum beatitudinis, per confeſſionem tentationis, quam in mente habet, per ſtabilitatem loci, & propoſiti ſui, atque exercitium cuiuſlibet artis vel laboris, vel orationum, & vigiliarum inſtantiam, vt nunquam inueniatur otioſus ſeruus Dei. Difficilius inuenit Diabolus tentandi locum in homine, quem in opere inuenit bono, quam cum otioſum repperit, & nihil boni agentem.

DE TRISTITIA.

TRISTITIÆ duo ſunt genera, vnum peſtiferum, alterum ſalutiferum, Triſtitia ſalutifera eſt quæ dicitur compunctionis quando de peccatis ſuis animus triſtatur peccatoris, & ita triſtatur, vt confeſſionem, & pœnitentiam agere quærat, & conuerti ſe ad Dominum deſideret. Alia eſt Triſtitia huius ſeculi, quæ mortem operatur animæ, quæ nihil in bono opere valet perficere, quæ ani-
D mum conturbat, & ſe in deſperationem mittit, & futurorum ſpem aufert bonorum. Ex iſta naſcitur malitia rancor animi, puſillanimitas, amaritudo, deſperatio ſæpe eſt & præſentis vitæ vltima deiectatio, quæ vincitur ſpiritali lætitia, & ſpe habendorum bonorum, & conſolatione ſcripturarum, vel ſancto, & ſpiritali colloquio.

DE VANA GLORIA.

VANA GLORIA eſt dum homo appetit in bonis ſuis laudari, & non Deo dat honorem,
E nec diuinæ vana gloria imputat gratiæ quidquid facit boni, ſed quaſi ex ſe habeat, vel ſecularis dignitatem honoris, vel ſpiritualis decorem ſapientia, dū ipſa veritas ait in Euangelio diſcipulis ſuis ſine me nihil poteſtis facere Quapropter qui gloriatur, in duo glorietur
Quia nihil ſine Deo donāte boni habere poteſtis. Ex cuius vicij radice multi malitiæ germinare videntur ramuli. Inde iactātia, arrogantia, diſcordia, inanis gloriæ cupido, & hypocriſis, & ſimulatio boni operis, cum de ſe homo vult laudari, quod ſe agere neſcit: imò pene omnia quę facit eo tenore agit,

reagit, vt ab hominibus laudetur, de quibus ipſe A Deus dixit, Amē dico vobis receperūt mercedē ſuā cuius morbi medicina recordatio diuinæ pietatis, per quam omnia nobis collata ſunt, quæ habere videmur, & perpetua ipſius Dei charitas, in cuius laude omnia agere debemus quidquid boni in hoc ſeculo operamur, & magis deſiderare laudari à Deo, in die retributionis æternæ, quàm ab homine quolibet in huius tranſitoriæ vitæ conuerſatione. Hi ſunt octo totius iniquitatis duces cum exercitibus ſuis, & fortiſſimi contra humanū genus diabolicæ fraudis bellatores, qui Deo auxiliāte facillimè vincuntur à bellatoribus Christi per B virtutes ſanctas prima ſuperbia, per humilitatem, gula per abſtinentiam, fornicatio per caſtitatem, auaritia per largitionem, ira per patientiā, accedia per conſtantiam boni operis, triſtitia mala per lætitiam ſpiritalem, vana gloria per charitatem Dei. Igitur ex his Chriſtianæ religionis ductoribus, quos oppoſuimus diabolicę impietatis bellatoribus, quatuor præſunt duces glorioſiſſimi ſunt, quorum numina hæc ſunt, Prudentia, iuſtitia, fortitudo, & temperantiæ.

De virtute.

PRimò ſciendum eſt quid ſit virtus, virtus animi habitus nominatur virtus vitæ ratio, mox C pietas, cultus, pietatis honor hominis, æternæ beatitudinis meritum, cuius partes ſunt, vt diximus quatuor principales, prudentia, iuſtitia, fortitudo, temperantia. Prudentia eſt rerum diuinarum, humnarúmque, prout homini datum eſt ſcientia, in qua intelligendum eſt quid cauendum ſit humini, vel quid faciēdum: Et hoc eſt quod in Pſalmo legitur, diuerte à malo, & fac bonum. Iuſtitia eſt animi nobilitas vnicuique rei propriā tribuens dignitatem. In hac diuinitatis cultus, & humanitatis iura, & iuſta iudicia, & æquitas communi vitæ conſeruatur. Fortitudo eſt magna animi patientia, & longanimitas, & perſeuērantia D in bonis operibus, & victoria contra omnium viciorum genera. Temperantia eſt totius vitæ modus, ne quid nimis homo vel amet, vel odio habet: Sed omnes vitæ huius varietates conſiderata temperet diligentia. Hæc verò in fide, & charitate obſeruantibus æternæ gloriæ ab ipſa veritate Chriſto Ieſu pręmia pollicentur. Nulla eſt melior ſapientia, quàm ea, qua Deus ſecundum humanæ mentis modulum intelligitur, & timetur, & futurum eius creditur iudicium. Nam quid eſt iuſtius, quàm Deum diligere, eius mandata cuſtodire, per quem, cùm non eſſemus, creati ſumus, cum perditi eſſemus ab eo quæſiti & reducti ſumus. Inſuper & nobis omnia bona ſua donauit: Et quid hac fortitudine melius, qua diabolus vincitur, eiuſque ſuggeſtiones ſuperantur, & mundi huius aduerſa omnia, pro Dei nomine fortiter tolerantur. Nobilis virtus eſt valde temperantia, per quam omnis honor vitæ huius ſtat inter homines conſtat, vt omnia temperanter, in quacumque cauſa homo cogitet, & loquatur, & agat cum conſilio ſalutis ſuæ: Hęc enim ſunt baſia, & ſuauia dominum diligenti, qui ait, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris: iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Nonne melius, & beatius eſt Deum diligere, qui eſt ęterna beatitudo, plenitudo, ſuauitas, amor flagrās, animæque deſiderium, ęterna iocunditas, honor perpetuus, felicitas indeficiēs, quam huius ſeculi varietates amare, & inſanias falſas ſeculi, ſpecies dulces, ſapores ſauos, ſuaues odores fragrantes, tactus iocundos, honores, & dignates trāſitorias, quæ omnia velut vmbra volatilis recedūt, tranſeúntque ſeſeque amantes decipiūt, & in ęternam nutriunt miſeriam. Qui verò Deum indeſinenter colit, fideliterque diligit æternam cum Angelis eius gloriam perpetuiter iure hæreditario vt miles emeritus poſſidebit coronante cum domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor, & gloria, virtus, & poteſtas per æterna ſecula ſeculorum.

ALBINI SEV ALCVINI, CAROLI MAGNI PRÆCEPTORIS, CONFESSIO, SIVE DOCTRINA DE DEO.

SATIS benignè ſuſcipio, quæcumque eſt, de huiuſmodi rebus interrogantis deuotionem. Sed magis laudo hæc prædicantis inſtantiam: quia parum prodeſt diſcendi deuotio, ſine ducēdi ſtudio, iuxta ſententiam E Salomonis: Theſaurus inuiſus, & ſapientia abſcōdita, quæ vtilitas in vtriſque? Quocirca tota debet eſſe cura bene intelligenti in docendo, ne fruſtra laboret in diſcendo. Quia ſicut in Propheta legitur: Qui multos erudiunt, ſicut firmamentum, in perpetuum fulgebunt claritate.

Quæſtio: Quomodo Deus verè ſit vnitas, & verè Trinitas? Reſponſio: Vnitas in ſubſtantia, Trinitas in perſonis.

Quæſt. Quid ſit proprium vniuſcuiuſque perſonæ in ſancta Trinitate? R. Proprium eſt patris, quòd ſolus eſt Pater, & quòd ab alio non eſt niſi à ſe. Proprium filij, quòd à patre genitus eſt, ſolus à ſolo, coæternus, & conſubſtantialis genitori. Proprium eſt Spiritus ſancti, quod nec ingenitus, nec genitus eſt: ſed à patre & filio æqualiter procedens.

Q. Quare ſpiritus ſanctus ingenitus, vel genitus dici non debet? R. Quia ſi ingenitus diceretur, ſicut pater, duo patres: ſi genitus, duo filij æſtimari poſſent in ſancta Trinitate.

Q. Vtrum ſolus pater, aut ſolus filius, aut ſolus Spiritus ſanctus, per ſe plenus Deus & perfectus dici debet? R. Vtrique; pater per ſe eſt plenus Deus Similiter & filius, plenus Deus, ſi ſolus nominetur. Et ſpiritus ſanctus, Deus plenus creditur.

Q. Si vnaquæque perſona per ſe Deus plenus dici poteſt, quare non tres Deos dicimus, Patrem & Filium & Spiritū ſanctum? R. Quia vna ſubſtantia eſt Pater, & Filius & Spiritus ſanctus, non

tres ſubſtantiæ, proinde vnitas ſubſtantiæ prohibet id dicere, vel credere.

Q. Dum tres perſonas dicimus, Patrē, & Filiū, & Spiritum ſanctum: quare nō tres Deos, nec tres omnipotētes, nec tres magnos, nec tres bonos dicere fas eſt? R. Quia Deus & omnipotēs, & magnus, & bonus, & ętern⁹, ſubſtātialia nomina ſunt, & ad ſe dicuntur. Ideo non licet ea plurali numero dicere, ſed ſingulari. Et omne nomē, quod ſubſtantiam Dei vel eſſentiam ſignificat, ſemper ſingulari numero proferendum eſt. Pater verò, & Filius, & Spiritus ſanctus, relatiua ſunt nomina: & ideo tres perſonæ rectè dicuntur.

Q. Quomodo relatiua? R. Secundū Dialecticam relatiua nomina ſunt, quæ ad aliud aliquid referūtur: ſicut Dominus ad ſeruū, & ſeruus ad Dominum, pater ad filium, & filius ad patrē. Prorſus, cum dico patrem, filium ſimul ſignifico: quia non eſt pater, niſi filius, cuius ſit pater: item non eſt filius, niſi pater, cui ſit filius.

Q. Vtrum Spiritus ſanctus relatiuè, vel ſubſtātialiter dicatur? R. Vtriq; relatiuè. Quia ſpiritus alicuius ſpiritus eſt: ſed non ſicut pater, & filius, relationis regulæ tenentur in eo.

Q. Quare æqualem non habet relationis regulā Spiritus ſanctus, ſicut Pater & Filius? R. Quia circumuerti poteſt patris & filij nomen ad inuicē: vt ſi dicamus, pater filij pater, & filius patris filius. Nō ita duplex relationis circumuerſio in nomine ſancti Spiritus inueniri poteſt.

Q. Qua neceſſitate accidit, vt ita non circūferri poſſit Spiritus ſancti relatio? R. Rectè dicere poſſumus, Spiritum ſanctum Patris & Filij ſpiritum: ſed conuerſo ordine nō poſſumus dicere, patrem Spiritus ſancti, ſicut dicimus Patrem Filij, ne duo filij in ſancta Trinitate æſtimarētur. Itē non poſſumus dicere, Filium Spiritus ſancti, ſicut dicimus Filium Patris, ne duo patres in ſancta Trinitate intelligātur. Dicimus itaque, Spiritum ſanctū Patris & Filij, ſine reciprocatione conuerſionis nominū relatiuorum.

Q. Vtrum inſeparabilia ſint opera ſanctæ Trinitatis? R. Vtique. Quicquid Deus operatur, totum ſancta Trinitas inſeparabiliter hæc eadē operatur opera. Quia vna eſt ſanctæ Trinitatis operatio: ſicut vna eſt ſubſtantia, eſſentia & voluntas.

Q. Vtrum ſancta Trinitas in perſonis ſeparabilis, ſiue inſeparabilis dicēda eſt, dū alius eſt Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus? R. Verè ali⁹ eſt pater quā filius in perſona, ſicut filius alius eſt in perſona quā pater, & Spiritus ſanctus alius eſt in perſona quàm pater & Filius. Non tamē aliud ille vel ille in natura, vel in Deitate, aut in eſſētia. Nec enim Patrē potes dicere, niſi filium intelligas: nec Filium dicere, niſi Patrem intelligas: nec Spiritum ſanctum, niſi intelligas cuius ſpiritus ſit. Quocirca omnimodis inſeparabilis eſt ſancta Trinitas ſicut in operibus, ſic etiam in perſonis, dicenda.

Q. Si ad ſolam Patris perſonam pertineat, quod dicitur. Qui facit mirabilia magna ſolus: & Apoſtolus. Qui ſolus habet immortalitatem? R. Nullatenus ad ſolam patris pertinet perſonā, dum dicitur Solus De⁹, ſiue in nouo ſiue in vetere Teſtamēto. Et quòd Deus ſolus ſiue hoc ſiue illud habeat, vel faciat: ſed ad totam ſanctam Trinitatē, quæ eſt vnus Deus omnipotens, omnia faciens, quæ ſunt in cœlo vel in terra.

Q. Quomodo beatus Ioannes Euāgeliſta dicit: Deū nemo vidit vnquā. Et ipſe Domin⁹ in alio ait loco: Beati mundo corde, quoniā ipſi Deum videbunt. Et Apoſtolus inuiſibilem Deū dicit? R. Videri enim poteſt Deus, id eſt intelligi, ſecundū ſuæ donum gratię, ſiue ab angelis, ſiue ab animabus ſanctorū. Plenā verò diuinitatis naturā nec angelus quiſquā nec ſanctorū aliquis perfectè intelligere poterit. Ideo incomprehenſibilis dicitur Deus.

Q. Quod ſanctis ſummum promittitur pręmiū? R. Æterna Dei viſio.

Q. An æqualiter videbunt vel intelligent? R. Nullatenus æqualiter omnes vel angeli vel animę ſanctorū, Deum vel nunc vident, vel poſt reſurrectionem videbunt: ſed ſecundum donatoris diſpēſationem, & meritorum qualitatem. Vnuſquiſque tamen ſufficientem in eius viſione habebit beatitudinem. Nec plus quęret quàm habet: nec ſe minus habere, quàm volet, dolebit.

Q. An aliquid diſtet, in Deo eſſe, viuere, intelligere, poſſe? R. Nullatenus aliud, in Deo eſſe, aliud viuere, vel aliud intelligere, vel aliud poſſe. Quia Deus eo ipſo quo eſt, viuit: & eo quo viuit, intelligit: & eo quo intelligit, poteſt: & eo quo poteſt, eſt. Quia ſimplex Deitatis natura vnū habet, eſt, viuit intelligit & omnia poteſt. Nō ita in nobis dū aliud eſt in noſtra natura viuere, aliud intelligere, aliud poſſe. In Deo verò hæc omnia vnū atque idē ſunt.

Q. Vtrū de Dei filio, ſicut dicitur: Lumē de lumine, Deus de Deo poteſt dici omnipotē, de omnipotēte, bonus de bono, magn⁹ de magno, & cętera talia? R. Regulariter vtriq; tenere debemus, quod omnia naturæ nomina, quę æqualiter de filio dici poſſunt, ſicut de patre qđ omnia poſſunt dici illud de illo. Ideo, ſicut dicitur De⁹ de Deo, lumē de lumine: ita dicēdū eſt omnipotē, de omnipotēte, bon⁹ de bono, magnus de magno, ſed nō ita in relatiuis.

Q. Sed quomodo in relatiuis nominibus dicendum eſt? R. Nō poſſumus dicere verbū de verbo, quia relatiuum nomē eſt. Verbum, quod ſolus eſt filius: ſicut dicimus Deū de Deo, quòd non eſt ſolus filius. Nec imaginem de imagine, quia ſolus eſt imago: ſicut dicimus lumē de lumine, quod nō eſt ſolus filius, quia ſubſtantiale nomen eſt lumen.

Q. Nunquid aliud lumen pater, & aliud filius? R. Nequaquam aliud, ſed vnum lumen pater eſt & filius, ſicut vna ſubſtantia. Ideo rectè dicimus, Lumen de lumine, ſicut Deus de Deo: ſicut vnus Deus eſt pater & filius, ita vnum lumen eſt.

Q. Legimus Apoſtolū dicentē, Chriſtū Dei eſſe virtutē, & Dei ſapientiā. Hinc intelligimus, in Dei nomine patrē, & in Chriſti nomine filiū, ſicut ſemper. Nūquid pater nō habet in ſapientiā vel virtutem, niſi in filio, quē Apoſtolus ſapientiā & virtutē Dei nominauit? R. Plurimi ita Arrianā deſtruūt impietatē, dicentes ipſi impiū eſſe credere, vnquā Deū patrem eſſe ſine ſua ſapientia, aut ſine ſua virtute: ſed melius eſt intelligere, patrem eſſe ſapientiam & virtutē, ſicut filium ſapientiā & virtutem, imò & ſpiritum ſanctū ſapientiam & virtutē. Non tamen tres ſapiētias, quia ſapiētia ſubſtantiale nomen eſt, ſicut virtus, nec aliud eſt in Deo eſſe, aliud ſapere, aliud poſſe: ſed vnum eſt in Deo eſſe ſapere, poſſe.

Q. Vtrū ad ſolam ſancti Spiritus perſonā pertineat,

neat, dum Apoſtolus dicit, Deus charitas eſt? quæ A dilectio patris & filij eſſe legitur. R. Nullatenus ita Spiritus ſanctus charitas intelligitur, quaſi nõ ſit Pater & Filius charitas: ſicut ſpiritus ſanctus eſt charitas, ita & Pater eſt charitas, & Filius eſt charitas: non tamẽ tres charitates, ſed vna charitas. Sed quia Spirit⁹ ſanct⁹ donũ Dei ꝓpriè dicitur, & nullũ Dei donũ charitate maius, imò ſine ea nullũ donũ ad perpetuã hominẽ deducere poterit beatitudinẽ: proinde Spirit⁹ ſanctus ꝓpriè dicitur charitas.

Q. Nunquid impij dona Dei habẽt? R. Habent vtiq; per eũ qui illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ, in quo ſumus monemur & viuimus. Bona enim ſunt dona Dei eis, qui bene vtuntur illis. B Ideo charitas ſingulare eſt in ſanctis donũ, in qua filij Dei diſcernuntur à Filiis impietatis.

Q. Quare ſi Deus totus vbique eſt, in cœlo dicitur magis habitare quàm in terra? R. Quia maior cognitio eſt in ſanctis angelis, animabúſq; ſanctorum, diuinitatis, cũ ſint apud Deum in cœlis, quã in terris. Sicut enim in hoc mortali corpore quidã magis intelligunt diuinam ſubſtantiam, quidã minus: ita & in cœlo magis dicitur Deus eſſe, quã in terra: quia plenius eiuſdem ſubſtantia intelligitur ab habitatoribus cœli, quàm terræ incolis.

Q. Si vna ſubſtantia eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, quare ſolus filius incarnatus dicitur? C R. Quia alia eſt perſona filij, alia patris, alia Spiritus ſancti, & ſola quidem perſona filij incarnata eſt, operante tamen eandem incarnationem tota ſancta Trinitate, cuius opera ſunt inſeparabilia.

Q. Dum in ſymbolo Catholico cãtari ſolet, Dei filium de Spiritu ſancto ex Maria virgine incarnatum: quare non dicitur filius Spiritus ſancti, ſicut dicitur beatæ virginis? R. Non vtique ſic de illo, ſicut de illa, natus eſt filius Dei: De illa ſiquidem, id eſt, ſancta virgine, natus eſt filius Dei, ſicut de matre: nõ de illo, id eſt, Spiritu ſancto, ſicut de patre, ne duo patres dicerentur in ſancta Trinitate.

Q. Si vna natura eſt patris & filij, & filius incarnatus plenus eſt Deus & perfectus, quomodo nõ D pater incarnatus eſt? R. Filius plenus eſt & perfectus Deus, qui ſolus incarnatus, & homo factus eſt. Nã ignis vna eſt ſubſtantia, ſed aliud in igne fecit calor, aliud lux. Lux illuminat, calor calefacit, vna tamen ignis natura vtrunque facit & calorem & lucem.

Q. Ex qua natura dixit, Poteſtatẽ habeo ponẽdi animam meã. R. Omnium eſt, quæ in Chriſto geſta ſunt, operũ auctoritas ex Diuinitate, tamẽ carni cõuenit dicere: Poteſtatẽ habeo ponendi animã meam, non diuinitati. Diuinitas nõ dimiſit animã, poſtquàm aſſumpſit eam in vtero virginis: caro dimiſit, dum emiſit in cruce ſpiritum Chriſtus.

Alcuinus de Trinitate.

QVAMVIS alius ſit Pater, alius Filius, non eſt tamẽ diuerſa ſubſtãtia Patris, & Filij, quia hæc non ſecundũ ſubſtãtiam dicuntur, ſed ſecũdum relatiuũ, quod tamen relatiuũ non eſt accidẽs, quia non eſt mutabile. Cum itaq; tantus ſolus eſt, Pater, vel ſolus filius, vel ſolus Spiritus ſanctus, quantus eſt ſimul Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, nullo modo triplex dicendus eſt Deus, quia A non eſt quo creſcat illa perfectio ſummæ Trinitatis Perfectus autẽ ſiue Pater, ſiue Filius, ſiue Spiritus ſanctus, & perfectus Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Ideo Trinitas potius quàm triplex dicenda eſt. Propriũ eſt Spiritus ſancti, quod nec ingenitus, nec genitus eſt, ſed à patre & filio æqualiter procedens.

Q. Quare Spiritus ſanctus ingenitus vel genitus dici nõ debet? R. Quia ſi ingenitus diceretur, ſicut pater, duo patres: ſi genitus, duo filij æſtimari poſſent in ſancta Trinitate.

Q. Vtrum ſolus pater, aut ſolus filius, aut ſolus Spiritus ſanctus, per ſe plenus Deus & perfectus dici debet? R. Vtiq; pater per ſe eſt plenus Deus. B Similiter & filius plenus Deus, ſi ſolus nominetur, & Spiritus ſanctus Deus plenus creditur.

Q. Si vnaquæq; ꝑſona per ſe Deus plenus dici poteſt: quare nõ tres Deos dicim⁹, patrẽ & filiũ & Spiritũ ſanctũ? R. Quia vna ſubſtãtia eſt pater, & filius Spiritus ſanctus. Nõ tres ſubſtãtiæ. Proinde vnitas ſubſtantiæ prohibet id dicere, vel credere.

Q. Dũ tres perſonas dicimus patrẽ, & filium, & Spiritũ ſanctũ, quare non tres Deos, nec tres omnipotentes, nec tres magnos, nec tres bonos dicere fas eſt? R. Quia Deus & omnipotẽs, & magn⁹ & bonus & æternus, ſubſtãtialia nomina ſunt, & ad ſe dicũtur. Ideo non licet ea plurali numero dicere, ſed ſingulari. C Et omne nomẽ, qđ ſubſtantiam Dei vel eſſẽtiã ſignificat, ſemper ſingulari numero ꝓferendũ eſt. Pater verò & Fili⁹ & Spirit⁹ ſanctus, relatiua ſunt nomina, ideo rectè perſonæ dicũtur.

Q. Quomodo relatiua? R. Secundũ Dialecticam relatiua nomina ſunt, quod ad aliud aliquid referũtur, ſicut dominus ad ſeruũ, & ſeruus ad dominum, pater ad filium, & filius ad patrem. Prorſus cùm dico patrem, filium ſimul ſignifico, quia non eſt pater, niſi filius cuius ſit pater, Item nõ eſt filius niſi pater, cui filius.

Q. Vtrum Spiritus ſanctus relatiuè vel ſubſtantialiter dicatur? R. Vtiq; relatiuè, Quia ſpiritus a- D licuius ſpiritus eſt, ſed non ſicut pater, & filius relationis regulæ tenentur in eo.

Q. Quare æqualem non habet relationis regulam Spiritus ſanctus, ſicut pater & filius. R. Quia circumferri poteſt patris & filij nomen ad inuicẽ, vt ſi dicamus pater filij pater, & filius patris filius: non ita duplex relationis circumuerſio in nomine Sancti ſpiritus inueniri poteſt.

Q. Qua neceſſitate accidit, vt ita nõ circumferri poſſit Spiritus ſancti relatio? R. Rectè dicere poſſumus, Spiritũ ſanctũ patris, & filij Spiritũ, ſed cõuerſo ordine non poſſumus dicere patrem Spiri- E tus ſancti, ſicut dicimus patrem filij, ne duo filij in ſancta Trinitate æſtimerentur Item non poſſumus dicere filiũ Spiritus ſancti, ſicut dicimus filiũ patris, ne duo patres in ſancta Trinitate intelligãtur, Dicimus itaq; Spiritũ ſanctũ patris & filij, ſine reciprocatione conuerſionis nominũ relatiuorũ.

V. Vtrum inſeparabilia ſint opera ſanctæ Trinitatis? R. Vtique Quicquid Deus operatur totum ſancta Trinitas inſeparabiliter hæc eadẽ operatur opera. Quia vna eſt ſanctæ Trinitatis operatio, ſicut vna eſt ſubſtantia, eſſentia, & voluntas.

Q. Vtrũ ſancta trinitas in perſonis ſeparabilis, ſiue inſeparabilis ꝓdicenda eſt, dũ alius eſt pater, alius fili⁹, ali⁹ Spiritus ſanct⁹? R. Verè alius eſt pater,

quã filius in pſona: ſicut filius alius eſt in perſona, quã pater: & Spirit⁹ ſanctus alius eſt in pſona, quã pater & filius. Nõ tamẽ aliud ille vel in natura: vel in Deitate aut in eſſẽtia: nec enim patrẽ potes dicere, niſi filiũ intelligas, nec filiũ dicere, niſi patrẽ intelligas, nec Spir. ſanctũ, niſi intelligas cui⁹ ſpiritus ſit. Quocirca omnimodis inſeparabilius eſt ſancta Trinitas, ſicut in operib⁹, ſic etiã in p. onis dicẽda.

Q. Nũ ad ſolã patris in perſonã pertineat, quod dicitur. Qui facit mirabilia magna: teneamus igitur firmiſſime Patrẽ, & Filium, & Spiritũ ſanctum vnum eſſe naturaliter Deum: neque tamen ipſum Patrẽ eſſe qui filius eſt, nec Filiũ ipſum eſſe, qui Pater eſt, nec Spiritũ ſanctũ ipſum eſſe, qui Pater, aut Filius eſt. Vna eſt enim Patris, & Filij, & Spiritus ſancti eſſentia, in qua nõ eſt aliud Pater, aliud Fili⁹ aliud Spiri. ſanctus: quamuis perſonaliter ſit, alius Pater, alius Filius, alius Spiri. ſanctus, quòd nobis maximè in ipſo ſanctarũ ſcripturarũ demõſtratur initio, vbi Deus dicit. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtrã. Cum enim ſingulari numero dixit imaginem, oſtẽdit vnam naturã eſſe, ad cuius imaginem homo fieret, cum verò dicit pluraliter noſtram, oſtendit Deũ, ad cuius imaginem homo fiebat, non vnã eſſe perſonã. Si enim illa vna eſſentia Patris, & Filij, & Spirit. ſancti, vna eſſet perſona nõ diceretur ad imaginem noſtram, ſed ad imaginem meam, nec dixiſſet faciamus, ſed faciã. Si verò in illis tribus perſonis tres eſſent intelligendæ, vel credendæ ſubſtantiç, non diceretur ad imaginem noſtram, ſed ad imagines noſtras, ſed ad vnam imaginẽ vnius Dei, homo factus dicitur, vt vna ſanctæ Trinitatis eſſentialiter diuinitas intimetur. Hanc quoque Trinitatem perſonarũ, atque vnitatẽ naturæ Propheta Iſaias reuelatã, ſibi nõ tacuit cum ſe dicit: Seraphim vidiſſe clamãtia, ſanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus ſabaoth, vbi prorſus in eo quod dicitur tertiò ſanctus perſonarum Trinitatem, in eo verò quod ſemel dicitur, Dominus Deus ſabaoth, diuinæ naturæ cognoſcimus vnitatem.

Quod ſit vnus Deus Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus.

PLANE abſque omni dubitatione credendum eſt Patrem, & Filiũ, & Spiritũ ſanctum, vnũ eſſe Deum omnipotentẽ, çternũ, incõmutabilẽ, & ſingulus horũ Deus, & ſimul omnes vn⁹ Deus, & ſingulus quiſque horum plena & perfecta, & æterna ſubſtantia, & ſimul omnes vna ſubſtantia, quia quicquid eſt Pater, quod Deus eſt, quo ſubſtantia eſt, quo æternitas eſt, hoc Filius eſt, hoc Spiritus ſanct⁹ eſt. Ita etiam & Filius eo quo eſt Deus, quo ſubſtãtia eſt, quo æternitas eſt, hoc Pater eſt, hoc Spiritus ſanctus eſt. Et quicquid Spirit⁹ ſanctus eſt, eo quo Deus eſt, quo ſubſtantia eſt, quo & æternitas eſt,

A hoc Pater eſt, & Filius, vna in tribus diuinitas, vna eſſentia, vna omnipotentia, & quicquid ſubſtãtialiter de Deo dici poteſt, ſi forte de ſolo Patre interrogatus fueris, quid ſit Pater, reſpõde Deus. Interrogatus de Filio, reſponde Deus. Interrogatus de Spiritu ſancto, reſpõde Deus. Si interrogatus fueris ſimul de Patre, & Filio, & ſpiritu ſancto, non Deos, ſed Deum, reſponde, vnum omnipotentem, incommutabilem, & tamẽ tres charitates, ſed vna charitas: ſed quia Spiritus ſanctus donũ Dei propriè dicitur, & nullũ Dei donum charitate maius eſt, imò, ſine eo nullum donum ad perpetuã hominem deducere poterit beatitudinem, proinde Spiritus ſanctus propriè dicitur charitas.

Q. Nunquid impij dona Dei habent? R. Habẽt

B vtique per eum qui illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundũ, in quo ſumus mouemur & viuimus. Bona enim ſunt dona Dei eis, qui bene vtũtur illis. Ideo charitas ſingulare eſt in ſanctis donũ, in qua filij Dei diſcernũtur à Filiis impietatis.

Q. Quare ſi Deus totus vbique eſt, in cœlo dicitur magis habitare quã in terra? R. Quia maior cognitio eſt in ſanctis angelis, animabúſq; ſanctorũ diuinitatis, cùm ſint apud Deũ in cœlis, quã in terris. Sicut enim in hoc mortali corpore quidã magis intelligũt diuinã ſubſtãtiam, quidam minus: ita & in cœlo magis dicitur Deus eſſe, quàm in terra, quia plenius eiuſdem ſubſtãtia intelligitur ab habitatoribus cœli, quàm terræ incolis.

C Q. Si vna ſubſtãtia eſt Pater, & filius, & Spiritus ſanctus, quare ſolus filius incarnatus dicitur? R. Quia alia eſt perſona filij, alia patris, alia Spiritus ſancti, & ſola quidem perſona filij incarnata eſt, operante tamen eandem incarnationem tota ſancta Trinitate, cuius opera ſunt inſeparabilia.

Q. Dum in ſymbolo Catholico cãtari ſolet. Dei filium de Spiritu ſancto ex Maria virgine incarnatum: quare non dicitur filius Spiritus ſancti, ſicut dicitur beatæ virginis? R. Non vtique ſic de illo, ſicut de illa, natus eſt filius Dei: De illa ſiquidem, id eſt, ſancta virgine, natus eſt filius Dei, ſicut de matre: non de illo, id eſt, Spiritu ſancto, ſicut de patre, ne duo patres dicerentur in ſancta Trinitate.

D Q. Si vna natura eſt patris & filij, & filius incarnatus plenus eſt Deus & perfectus, quomodo nõ pater incarnatus eſt? R. Filius plen⁹ eſt & perfect⁹ Deus, qui ſolus incarnatus, & homo factus eſt. Nã ignis vna eſt ſubſtãtia, ſed aliud in igne fecit calor, aliud lux. Lux illuminat, calor calefacit, vna tamen ignis natura vtrumque facit & calorem & lucem.

Q. Ex qua natura dixit, Poteſtatẽ habeo ponẽdi animã meam. R. omniũ eſt, quæ in Chriſto geſta ſunt, operum auctoritas ex diuinitate, tamen carni cõuenit dicere, Poteſtatem habeo ponẽdi animã meam, nõ diuinitati. Diuinitas nõ dimiſit animã,

E poſtquàm aſſumpſit eã in vtero virginis: caro dimiſit, dum emiſit in cruce ſpiritum Chriſtus.

ALBINI FLACCI ALCVINI DE DIVINIS OFFICIIS LIBER.

De Natiuitate Domini.

SACRATISSIMA huius diei natiuitas ideò dicitur, quòd in ea natus eſt Chriſtus, anno videlicet iuxta Hebraicã veritatem, à conditione mundi termilleſimo, nongenteſimo quinquageſimoſecundo: Secundum alios verò, anno quinquiès milleſimo, cẽteſimo nonageſimonono, qui eſt annus impij Octauiani Cçſaris Auguſti quadrageſimus ſecundus, quo cõpreſſis cunctarũ per orbem terræ gentiũ motibus firmiſſimã pacẽ ordinante Deo patre, Ieſus Chriſtus ſextã mundi çtatem ſuo con-

conſecrauit aduẽtu. Quocircà congruum erat, vt pax per totum orbem conſtituta eſſet, & homines perduelles ceſſarent à bellis & inimicitiis. Viæ quoque publicæ tũc tutæ fieri ſunt iuſſæ, quia veriſſima via debebat naſci, & vt ab omnibus potuiſſet agnoſci, homo fieri dignatus eſt. Vt enim illos alloqueretur, Verbũ caro factum eſt. Sed antequã ex virgine naſceretur, portenta & ſigna in cœlo & in terra paruerunt. Quadam nãque die cùm Cęſar Auguſtus vrbem Romam ingrederetur, hora circiter diei tertia, repentè liquido ac ſereno cœlo iſtàt arcus cœleſtis orbem ſolis ambire viſus eſt. Illum nempè præſagiens, qui ipſum ſolem, mundúmque totum & feciſſet & regeret. Ea ſiquidem tempeſtate triginta millia ſeruorum dominis reddidit. Tria millia etiàm, quorum domini nõ extabant, in crucem egit. Deinde ouans vrbem ingreſſus, omnia populi Romani debita donauit, abolitis literis. Per idem tempus fons olei largiſſimus de taberna meritoria per totum fluxit diem, nimirùm Chriſti gratiam ſignificãs ex eadem taberna, hoc eſt, larga eccleſia, nouos populos ex gentibus proceſſuros. In multis etenim ſignis Auguſti Cęſaris, aduentus Chriſti deſignabatur. Vndè benè Cęſar poſſeſſio principalis, Auguſtus ſolenniter ſtans interpretatur. Quinimò Chriſtum exprimens, qui omnia ſolẽniter poſſidet, omnéſque principatus potentialiter obtinet. Cyrinus præſes qui hæres interpretatur, ſignificat Petrum, cui hęreditas Eccleſiæ à Domino largita eſt. Itaque cùm exiſſet edictum à præfato Cęſare, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, prædictus Cyrinus ad Iudæã miſſus eſt, cẽſus hominum poſſeſſionéſque deſcripturus. In qua deſcriptione inuenta ſunt ciuium Romanorũ quadragiès ſemèl centena, & ſexagintaquatuor millia coloniæ deductæ. Nam anteà eidem Cæſar omnibus prohibuerat, vt nemo illum Dominum auſus fuiſſet appellare ob id, quia eo imperante naſci deberet ille veriſſimus Dominus pariter & Imperator. Cõceptus nãque traditur octauo Cal. April. à quo ſupputãtur dies ducenti ſeptuaginta ſex, id eſt, menſes nouem & dies ſeptem vſque ad octauum Calend. Ianuar. quandò creditur natus Sulpitio & Camerino coſſ. Aptiſſimũ nãque erat, vt eo tempore eſſet conceptus, quo mundus per ipſum factus eſt, & in quo fructus terræ viuificantur: & in eodem natus, quo creſcit longitudo diei, & noctis tenebræ diminuuntur. Sed quærendum eſt, cùm in nocte dicatur natus, cur angelus paſtoribus euangelizabat, dicẽs: Natus eſt vobis hodiè ſaluator. hodiè enim dixit, hoc eſt, in die noui teſtamenti, quãdo finem ignorantiæ tenebris dedit, & initiũ ſciẽtiæ lucis poſuit. Sed & hoc conueniebat, vt circa illã horã noctis naſceretur, qua à mortuis reſurrexit. Vndè Salomon: Dũ medium ſilentium teneret omnia, & reliqua. Quærendũ etiàm, cur hæc feſtiuitas non habet eandẽ varietatẽ, quã Paſcha & Pentecoſte: Scilicet, vt mũdarentur dies ſeptimanæ, quas maculauit peccatum Adæ. Vndè Auguſtin. Noſſe oportet diem natalẽ Domini non in ſacramento celebrari, ſed tãtùm ad memoriam reuocare quòd natus ſit. Ac per hoc nihil opùs erat, niſi reuolutum diẽ anni, quo ipſa res facta eſt, feſta deuotione ſignari. Paſcha verò & Pentecoſte non ſolùm quòd factum eſt, ad memoriã reuocamus, i. quòd mortuus eſt ac reſurrexit, ſed illa quæ circa eum geſta eſſe teſtantur, ad Sacramentorũ ſignificationẽ intelligimus. Vigiliæ verò, quæ à paſtoribus hac nocte cuſtodiebantur, in quatuor diuiduntur, ſcilicet leges quatuor, ſignificantes primam naturalem, ſecundam Moſaicam, tertiã Prophetarum, quartam noui teſtamenti. In qua paſtoribus, id eſt, Eccleſiaſticis doctoribus apparuit. Et nos cũ paſtoribus vigilare debemus vt mereamur illud ſuauiſſimum harmonicum, quod hac nocte primò cantatum eſt, audire: GLORIA in excelſis Deo, & reliqua. Vndè etiàm S. Teleſphorus Papa peruigiles nos mãlens fore, Miſſas celebrare fecit, ſcilicet in recordationem natiuitatis Chriſti, ſeu concentũs angelici: alia verò Miſſa, quæ ſequitur, ſignat nouam lucem Euangelij, qua per incarnati verbi myſterium perfundimur: ſeu propter viſitationem paſtorum ad præſepe Domini, in quo inuenerunt panem viuum, qui quotidiè à fidelibus manditur. Romani hanc noctem ità celebrãt: Pridiè, id eſt, vigilia natalis Domini hora nona canũt Miſſam ad S. Mariam. Qua expleta canũt veſpertinalem ſynaxin. Dehinc vadunt ad cibum. In crepuſculo noctis intrat Apoſtolicus ad vigiliam in præfatam Eccleſiam, tamẽ non cantant ibi introitum, ſed expletis vigiliis & matutinis, ſicut in antiphonario continentur, ibidèm cantãt primã Miſſam in nocte: qua expleta, vadũt ad S. Anaſtaſiam canere aliam Miſſam de nocte. Dehinc pergunt ad S. Petrum, vt ibi vigilias celebrent, ab eo loco vbi inuenerint eos pſallere, qui ibidèm excubant: Ipſi enim intrãt ad vigilias ſolito tempore in proceſſu noctis, & canunt inuitatorium, & proſequũtur ordinem antiphonarij: vndè etiã dupla officia in Romanorum antiphonariis hac nocte deſcribuntur.

Chriſti ante natiuitatem ſigna & adũbratio. Miraculũ de Chriſto, quod Cæſar Auguſtus viderat.

Præſagia Romæ de Chriſto.

Cyrinus præſes.

Dies & hora conceptionis Chriſti. Dies Natiuitatis Chriſti.

Hodiè natus quarè in euangelio dicatur.

Quarè in nocte natus Chriſtus.

Quarè feſtum Natalis nõ ſit mutabile.

Sunt hæc uſdẽ verbis in Rom. Ordine.

Vigilia paſtorũ quid præfiguratur.

Tres Miſſæ in nocte Natalis.

Profeſti Natalis cæremoniæ Romæ. Vide Ord. Rom.

De circunciſione.

HÆc circũciſio nihil aliud eſt, niſi abſciſſio in carne præputij, quod ſolis Iudæis imperatũ eſt: vndè etiam ab Abrahã ſumpſit initium, quòd ei à Domino pręceptum eſt, Circuncidetur ex vobis omne maſculinum, & infans octo dierum circuncidetur in vobis: Vt eſſet ſignum fœderis inter Deum, hominéſque fideles: Vt purgarentur ab omni inquinamento carnis & ſpiritũs, iuſſa eſt caro circuncidi: & quod hodiè nobis in fide baptiſmus Chriſti, hoc præſtabat illis circunciſio in die octaua, qua reſurrexit à mortuis, excepto quòd circunciſis necdùm regni cœleſtis patebat ingreſſus. Sed queritur, cũ Dominus in veteri teſtamento iuſſit circuncidere, & ipſe in nouo circunciſus eſt, cur denuò ceſſauerit circunciſio? ipſe non venerat legem ſoluere, ſed adimplere. Neque vt diſſimilis videretur patribus ſanctis & prophetis, ex quorum proſapia ſecundùm carnem naſci dignatus eſt, idcircò voluit circũcidi, ſiue vt excuſationem auferret Iudęis dicẽdi, Diſſimilis es patribus, ideò nolumus credere in te: ſed quia vetera trãſiẽrunt, & eccè facta ſunt omnia noua, oportet nos circũcidi, nõ carne, ſed ſpiritu. Chriſtus enim ſicut pro nobis mortem ſuſcepit, ità circũciſionem non reſpuit, vt nos in ſpiritu circuncideremur: quoniã circũciſione cordis delectatur, ſicuti propheta adſtipulatur: in nouiſſimis circũcidet Dominus corda veſtra, & non corpora. Hæc eſt vera circunciſio cordis, vt deponamus veterem hominem cũ actibus ſuis, & induamus nouum hominem, qui ſecũdùm Deum creatus eſt.

Cæremoniæ in feſto Circũciſionis.

Circunciſionis cauſa & origo.

Quarè Chriſtus voluerit circuncidi.

De

De octaua Domini.

A IN hac octaua die circũciſus eſt. Iſte dies octauus omnem plenitudinẽ in ſe obtinet, & eſt perfectus numerus. Ipſe eſt enim dies Dominicus, & dies reſurrectionis Domini. Vndè verò initiũ ſumpſerit, liber Leuiticus pãdit: Dies, inquit, octauus erit celeberrimus atq; ſanctiſſimus. Et Paralipomenon: Porrò Matathias cum Leuitis in citharis pro octaua canebãt epinicion, quod epinicion ſignificat triumphum Domini. Et tituli Pſal. ſexti & vndecimi, pro octaua inſcribuntur. Nanque hæc octaua dies ad æternam pertinet requiem. Vnde à nobis ſingulari numero accipitur, qui nullo ſuccedente mutatur. Hic verò mundus non recipit hũc octauum diẽ, qui eſt ſingularis, ſed illos quos vocamus octauos: eò quòd finito ſeptimo, redit ſemper ad primum. Nonnulli per hanc octauã, aduentum Domini ſecundum putant ſignificari. Vndè Amos propheta: Vę concupiſcentibus diẽ Domini: ipſe enim eſt dies tenebræ, & non lucis. Et Sophonias: Vox diei Domini amara & dura, tribulabitur ibi fortis. Illi verò qui iſtum diem à conſtitutione mundi arbitrantur poſt ſex millia annorum fore venturum, eò quòd ſeptimo die Dominus ab opere ſuo legitur ceſſaſſe, mille ſcilicet annos per dies ſingulos computantes, quia legitur, à conſpectu eius mille anni ſicut dies vna, non ſatis attendunt, quòd Dominus in Euangelio hũc diẽ nec filium hominis noſſe adſtipulatur. Vndè nimis importunum, illud ſtudioſè quærere, quod nobis diuina prouidentia noluit reuelare. Sanè illam diem magnam & ſingularẽ amare & ſperare debemus, quam propheta Dauid ſitiens, vnã vocabat, dicẽ.: Quia melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia. Hæ verò octauæ quas hodiè colimus, ideò reuerenter celebrantur, quia primis diebus concurrunt ſicuti vnus dies Dominicus ad alterũ, qui eodem ritu celebratur: hodiè enim aduentũ hominum ad Chriſtũ celebramus, & in natiuitate eiuſdem, aduentum illius ad homines.

Quare die octauo ſit Chriſtus circũciſus.

Nouiſſimus dies quis ſit.

Quare octauæ feſtiuitatũ colantur.

D

De Calendis Ianuarij.

HÆ calendæ ſecundùm dementiam Gentiliũ potiùs dicendæ ſunt cauendæ, quàm calendæ. Ea ſiquidem tempeſtate (quandò iudices præerant filiis Iſraël, hoc eſt, ante Samſonem) fuit quidam princeps Gentilium in Italia, nomine Ianus, à quo Ianuarius menſis poſteà nuncupatus eſt. Hũc verò Ianum imperiti homines, qui Deum non cognoſcebant, quaſi regem metuebant, & pro Deo illum colere cœperunt, duáſque facies illi figurauêre, propter Orientem & Occidentem: necnon & quadrifrontem appellauerũt, id eſt, Ianum geminum, propter quatuor partes, ſeu elementa quatuor, atque tempora quatuor. Sed cùm hoc facerent, formabant potiùs mõſtrum, quàm Deum. Vndè Numa poſt Romulum hunc eſſe primum menſem anni voluit, tanquam bicipitis Dei menſem, reſpicientem ac proſpicientem tranſacti anni finem, futuríque initium: & Ianuarium vocatũ, eò quòd ſit limes & ianua anni. Vndè imperiti homines veluti Deũ colentes, diem ipſum multis ſpurcitiis ſacrauerunt. Quidam mutabãt ſe in ſpecies monſtruoſas, in ferarũq; habitus transformabãt. Alij in fœmineo geſtu mutati, virilem vultũ effœminabant. Nec immeritò virilem fortitudinẽ non habent, qui in mulieris habitum trãſierunt: aliqui phanaticis auguriis prophanabãtur, perſtrepebãt ſaltando pedibus, tripudiando plauſibus: nonnulli ità auguria obſeruabant, vt focum de domo ſua, vel aliud quodcunque beneficium, cuiquã petenti minimè tribuerent. Diabolicas etiàm ſtrenas & ab aliis accipiebant, & ipſi aliis tradebant. Necnõ etiàm menſulas plenas ad mãducandum tota nocte paratas habebant, credentes quòd Calẽd. Ianuarij per totum annum præſtare poſſent. Et quia his atque aliis miſeriis mũdus vniuerſus repletus erat, ſtatuit vniuerſalis eccleſia ieiunium publicũ in iſto die fieri, quatenùs his calamitatib⁹ author vitæ finem imponeret. Sed quia Domino largiente, hæc à fidelibus pro nihilo habentur, licèt quãtulæcũque ſimilitudines, quod abſit, adhuc lateãt in feris hominibus, omni tamen conamine prohibendę ſunt atque pellendæ: neq; enim aliud quicquam noui in iſtiuſmodi Calẽd. præſumendũ eſt, niſi quod & in aliis Calẽd. menſiũ, excepto quòd octauæ Dominicæ cum eximio cultu celebrẽtur, vt ſuprà præfixum eſt. Sed neque illud reticẽdum, quòd dum quadam die hę ſuperſtitiones diabolicæ Romæ agerentur, quidam S. Almachius cùm diceret, Hodiè octauæ diei Dominicæ ſunt, ceſſate ab his ſuperſtitionibus idolorum & ſacrificiis pollutis, iubente Alypio vrbis præfecto, hac de cauſa interfectus eſt.

Beda de tẽporibus.

Saturnalia & Lupercalia.

Strena in Ianuario.

Ieiunij publici origo in circumciſionis feſto.

B

C

De Theophania vel Epiphania.

SOlẽnitas hæc ſacratiſſima, quę à Gręcis Theophania, vel Epiphania nũcupatur, latinè verò apparitio ſeu oſtẽſio, vel manifeſtatio interpretatur, multimoda in ſe continet myſteria. Cùm enim Chriſtus nupèr ex aluo virginis egrederetur, Magi Chaldæi in Oriente ſtellam videntes nimia claritate fulgentem, ità vt ſolem luce ſuperaret, vt erãt edocti in curſu aſtrorũ, animaduerterunt hãc eſſe ſtellam, quam olim Balaã Madianita, cuius traditionem ſequebãtur, prædixerat ità adfuturã: Orietur ſtella ex Iacob, & reliqua. Videbatur enim ſidus per diem. Iſtorum enim Magorũ primus, Zoroaſtres rex extitit, à quo originẽ feruntur traxiſſe. Hi elemẽta cõcutiebãt, turbabãtq; mẽtes hominum. Ex iſtorũ genere quondã in Ægypto reſtiterũt Moiſi, vertẽtes virgas in dracones, aquáſq; in ſanguinem. Hi Aſtrologi dicti, necnõ Genethliaci propter nataliũ cõſiderationes. Geneſes enim dierum hominũ per duodecim ſidera cæli deſcribebant. Siderũ quoq; curſu naſcentiũ mores, euẽtúſque pronunciabã, id eſt, quis quali ſigno fuiſſet natus, aut quẽ effectum haberet vitę qui naſcebatur. Hi vulgò Mathematici appellabãtur, cuius ſuperſtitionis genus cõſtellationes Latinè vocabant, id eſt, notationes ſiderum, quomodò ſe haberẽt cùm quis naſceretur. Iidem autẽ ſtellarum interpretes nuncupabãtur, ſicut & de his legitur, qui in Euangelio natem Chriſtũ nunciauerũt. Poſteà autẽ ſolo nomine Mathematici. Cuius artis ſciẽtia vſque ad Euãgeliũ fuit cõceſſa, vt Chriſto edito nemo exinde natiuitatẽ alicuius de cęlo interpretaretur. Vndè mox perturbati atque cõterriti ex viſione ſideris, acceptis muneribꝰ, pręeũte eos ſtella ad Chriſti cunabula tertiodecimo die, quod eſt hodiè, in Beth-

D

E

Aſtrologica prædictio olim prohibita Chriſtianis.

Dies profectionis Magorum.

Betbleem perueniunt. Quem tiaratis vultibus adorantes, lætata eſt ſagax curioſitas Chaldæorum, quia illum videbant in terris editum, quem in cœlis cognouerant aſtrorum facibus eſſe præſagitum. Cui enàm munera offerunt, hoc eſt, aurum, thus & myrrham. Quia à longè veniunt gentium populos lucem fidei cognituros præſagiunt. Per aurum rex oſtenditur. In thure Deus dignoſcitur. Per myrrham, homo paſſus atque ſepultus. Hæc dona Iuuencus Presbyter * mirè concluſit:

* metro. *Lib. 1. f. 17.*

Aurum, thus, myrrham, regique, Deóque, hominique
Dona ferunt.

In hac die vnum amittimus ex his quæ in Natiuitate Domini celebramus, hoc eſt, Inuitatorium. Inſtitutor autem officiorum, inquantùm potuit, actionem illius temporis, quandò illa agebantur, quæ recolimus, inuſitato officio voluit ad memoriam nobis reducere, ſcilicet, quia voluit in iſto diſtinguere noſtram bonam imitationem, qua inuitantur & excitantur fideles ad Deum deprecandum, ab imitatione Herodis, qui propterea congregauit Scribas & Principes Iudæorum, vt ſciret vbi Chriſtus naſceretur, quem cogitabat interficere, Inuitatorium præſentis officij omiſit. Pſalmus autem, Deus noſter refugium & virtus, præpoſtero ordine cantatur, quia priùs adoratus eſt à Magis Dominus, quàm à Iohanne baptiſatus. Et fortaſsè inſtitutor iſtius officij, magis voluit imitari ordinem venientium fidelium ad baptiſmum, quàm ſequi ordinem Pſalmorum. Tunc ergò benè ad memoriam reducuntur facta præterita, cùm rationes rationi conueniunt.

De Baptiſmo Domini.

EXPLETIS Chriſti quaſi triginta annorum curriculis, venit in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo, anno videlicet decimoquinto Imperij Tiberij Cæſaris, ſub Valeriano & Aſiatico conſulibus, necnon in Iudæa quatuor tetrarchis dominantibus, id eſt, Herode, Philippo & Lyſania, filijs Herodis maioris: ſeu Pilato præſide Romano, agentibus pontificatum Anna & Caiapha. Peracti enim erant ab initio mundi ſecundùm Hebraicam veritatem anni quater mille, nongenti, octogintaduo, adnotato, quod decimoſexto anno Tiberij principium fuerit octogeſimiprimi Iubilei. Iuxta ſeptuaginta interpretum verò editionem, anni ſunt quinquies mille, ducenti, vigintinonem. Pro tribus enim cauſis baptizatus eſt Dominus: primò, vt quia homo erat, omnem iuſtitiam legis impleret: Secundò, vt baptiſmo ſuo Ioannis baptiſmum comprobaret: Tertiò, vt Iordanis aquas ſanctificans, per deſcenſionem columbæ Spiritus ſancti in lauacro credentium monſtraret aduentum. Poſt baptiſmum illicò ductus eſt in deſertũ à ſpiritu, vt tentaretur à Diabolo, & cœpit ieiunare pro nobis quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Secundùm hanc rationem cœptum eſt ieiunium à baptiſmo Domini, & ſolutum eſt decimoquinto calend. Martias, quandò diabolus confuſus ab eo receſſit. Abhinc quoque in populos IESVS CHRISTVS ſalutarem viam annuntiat, ſignis atque virtutibus vera comprobans eſſe quæ diceret. Miracula etiam, quæ in Euangelio ſcripta ſunt, inchoat facere. Vnde primùm erat miraculum, quòd poſt reuelationem anni, quandò vocatus eſt ad nuptias, aquas in vinum conuertit, quod eſt tertio die poſt vocationem diſcipulorum. Vinum iſtud ex aqua factum, diuina præcepta ſeu ſcripturas ſanctas meraciſſimas, vigorem cœleſtis ſapientiæ continentes, intelligimus: hæ nuptiæ gaudia ſalutis humanæ ſignificant: ſex hydriæ, ſex mundi ætates deſignant, per quas iuſti figuram Domini prætulerunt. Per Architriclinum, fortiſſimum prædicatorem Paulum intelligimus. Fecit etiam hodiè magnum miraculum, quando de quinque panibus & duobus piſcibus pauit quinque millia hominum. Quinque millia hominum, qui quinque panibus & duobus piſcibus paſti ſunt, Eccleſiæ ſunt populi, qui poſt quinque ſenſus corporis, alimento legis ſpiritali à Chriſto reficiuntur, & duplici teſtamento quaſi gemellis piſcibus ſaturantur. Neque hoc prætereundum eſt, quòd hæc ſecunda natiuitas Chriſti tot illuſtrata myſterijs, honoratior eſt quàm prima. Tunc tantummodò natus eſt, & angelus paſtores affatus eſt: hodiè verò à Magis cum muneribus adoratus eſt: hodiè cum in Iordanicis aquis tingeretur, filius dilectus à patre vocatus eſt de cœlo, & Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ ſuper eum viſus eſt, necnon poſt Baptiſmi ſacramentum caput draconis contritum eſt: hodiè ex aqua vinum factum eſt, eidémque cœleſti ſponſo Eccleſia iuncta eſt, inſuper & quinque hominum millia ab eo refecta ſunt, & idcircò manifeſtatio interpretatur, quia in his manifeſtare ſe hominibus dignatus eſt. Quòd autem in hac feſtiuitate nemo præſumat baptizare, Sanctus Leo Papa in Decretalibus prohibet ita: Si quis autem Epiphaniæ feſtiuitatem, quæ in ſuo debito honore veneranda eſt, ob hoc exiſtimat habere priuilegium baptiſmatis, ſciat illius baptiſmi aliam gratiam, aliam fuiſſe rationem, nec ad eam pertinuiſſe virtutem, qua per Spiritum ſanctum renaſcuntur. Dominus non indigens remiſſione peccati, nec remedio renaſcendi, ſic voluit baptizari, quomodo & circuncidi. Sed tunc regenerationis potentiam ſanxit, quando de latere illius profluxerunt ſanguis redemptionis, & aqua baptiſmatis: vndè in baptizandis electis, qui ſecundùm Apoſtolicam regulam & exorciſmis ſcrutandi, & ieiunijs ſanctificandi, & frequentibus prædicationibus imbuendi, duo tantùm tempora, id eſt, Paſcha & Pentecoſten, eſſe ſeruanda excepto pro mortis periculo, & in perſecutionis anguſtijs, & in timore naufragij. Aptiſſimum nanque eſt, vt in morte crucifixi, & in reſurrectione mortui, pœnitentia baptiſmi nouam naturam condat ex vetere, vt in renaſcentibus operetur & reſurrectio & mors Chriſti, dicente Apoſtolo: An ignoratis, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptiſati ſumus? Per triduanam enim ſepulturam imitatur trina demerſio, & ab aquis leuatio, reſurgentis inſtar eſt de ſepulchro.

Baptizatio Chriſti ſecunda natiuitas.

In feſto Epiphaniæ nemo debet baptizari.

De Purificatione S. Mariæ.

Cæremoniæ in Purificatione S. Virginis.

DE hac feſtiuitate & alijs feſtiuitatibus ſanctæ Mariæ, in geſtis pontificalibus legitur, quòd Sergius Papa præceperit Litanias fieri in die præſentationis Domini in templo: Ità enim ſcriptum eſt, Vt in diebus annuntiationis Domini, dormitionis ac natiuitatis ſanctæ Dei genitricis Mariæ, & Sancti Simeonis, quod *ὑπαπαντὴ* dicitur Græcè, cum litanijs exeant à ſancto Adriano, & ad Sanctam Mariam populus occurrat.

Litania in feſto Purificationis.

Ipſa ergò die aurora aſcendente procedit omnis clerus ſeu populus cum litanijs & antiphonis ad Eccleſiam Sancti Adriani, expectantes pontificem. B Ingreſſus Pontifex in ſacrarium, induit ſe veſtibus nigris, & clerus ſimiliter.

Cereorum origo in feſto Purificationis.

Poſt hoc accipiunt omnes ſingulos de manu pontificis cereos. Deinde ex iuſſu pontificis inchoat ſchola antiphonam, *Exurge Domine.* Pſalm. *Deus auribus noſtris.* Et egredietur pontifex de ſacrario cum miniſtris, annuente eo ſcholæ primo, vt dicant *Gloriam*, deinceps vadit ad altare, & orat vſque ad expletionem *Gloria.* Poſt orationem oſculato altari, & Diacono ſimiliter hinc indè, dicit ſchola, Verſ. *Opus quod operatus es*, abſque *Kyrie eleyſon.* Antiphona expleta, ſtans pontifex ante altare, dicit: *Dominus vobiſcum*, &, *Oremus.* & Diaconus dicit, *Flectamus genua.* C ſi tamen infra ſeptuageſimam euenerit. Sequitur oratio: *Exaudi quæſumus Domine plebem tuam*: hac expleta inchoat ſchola per viam Antiphonam, *Adorna thalamum.* Item, *Aue gratia.* Item, *Reſponſum accepit Simeon.* Cùm autem appropinquauerint atrio Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, faciendæ ſunt litaniæ. His expletis ante altare, & ingreſſo Pontifice in ſacrarium, inchoat ſchola ad introitum Antiphonam, *Suſcepimus Deus.* Ipſa die non cantatur *Gloria in excelſis Deo*, ſi intra ſeptuageſimam euenerit. Deinceps Miſſa peragitur ordine ſuo. De hac feſtiuitate dicit & Beda ſacerdos & doctor eximius in libro de temporibus: D Secundum menſem dicauit Numa Februo, id eſt Plutoni, qui luſtrationum potens credebatur: Luſtrarique eo mēſe ciuitatem neceſsè erat quo ſtatuit vt ſacrificia Dijs Manibus ſoluerentur. Sed hanc luſtrandi conſuetudinem benè mutauit Chriſtiana religio, cùm in menſe eodem die ſanctæ Mariæ, plebs vniuerſa cū ſacerdotibus ac miniſtris, hymnos modulando deuota per Eccleſias perque congrua vrbis loca procedit, datoſque à pontifice cereos in manibus geſtant ardentes, & augeſcente bona conſuetudine idipſum in cæteris quoquè eiuſdem beatæ Matris & perpetuæ Virginis feſtiuitatibus agere didicit, E non vtiquè in luſtratione terreſtris imperij quinquennem, ſed in perennem celeſtis regni memoriam qoandā iuxta parabolam virginum prudentium. omnes electi lucentibus bonorum actuum lampadibus obuiàm ſponſo ac regi ſuo venientes, mox cum eo ad nuptias ſupernæ ciuitatis intrabunt.

De Septuageſima.

Septuageſimæ origo

SEptuageſima computatur ſecūdùm titulationem Sacramentarij & antiphonarij, nouem hebdomadibus ante Paſcha in ſeptimam Sabbati. A Populus Dei in Babylon detentus eſt captiuus ſeptuaginta annis. Quibus expletis, reuerſus eſt Hieruſalem. Septuageſimus numerus nobis ad memoriam reducit omne tempus præſenti ſeculi, quo alieni ſumus à cæleſtis Ieruſalem. Ideò autor officij noſtri ſeptuageſimam poſuit in officijs noſtris, vt hoc tempore à delicijs abſtinendo, oſtenderemus in noſtra conuerſatione, qualiter per omne tempus ſeculi viuere debeant, qui poſt baptiſmum peccatis ſe alienant à cæleſti Ieruſalem Nam quòd poſt ſeptuagintā annos populus de captiuitate reuertitur, quis non videat poſt euoluta tempora, quæ ſeptenario dierum numero tranſcurrunt, etiàm nobis, id eſt, Eccleſiæ Dei, ad B illam cæleſtem Hieruſalem ex huius ſeculi peregrinatione redeundum? Quapropter Alleluya illo tempore non cantatur apud nos, nec *Gloria in excelſis D E O*, quæ ſunt cantica cæleſtia. *Alleluia depoſitio* Dicit enim Pſalmus: Quomodò cantabimus canticum Domini in terra aliena? Sunt qui primam hebdomadam Septuageſimæ, ſinè aliquo articulo nouellæ conuerſationis ducunt, excepta mutatione Alleluia, & in quibuſdam locis Dalmaticarum, & intermiſſione *Gloria in excelſis D E O.* Græci proximam hebdomadam, id eſt, Sexageſimā, ſanctificant ſuo ieiunio Clerici noſtri, authore Teleſphoro Papa, ſequentem, id eſt, quinquageſimam, *Ieiuniū clericorū Quinquageſimæ.* C qui conſtituit ſeptem bedomadarum ieiunium ante Paſcha Præceptor tamen officij noſtri ampliorem mutationem requirit, quàm nos agamus, conſtitutione officij ſui. Ipſum enim ieiunium intimauit in prima oratione Miſſæ, dicens: Vt qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur: hîc enim afflectionem ſonat. In Introitu quoquè dicit Circundederunt me gemitus mortis, dolores inferni. Propter hos dolores non poſſumus lætari & ſecuri eſſe, ſed præparare nos debemus ad bellum, vt beatus Apoſtolus ait Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Dicit enim Ambroſius: Ab omnibus quæ vitanda eadem tradit diſci- D plina, cùm ſciant vnum coronandum: quanto magis obſeruandum eſt, quibus omnis promiſſa eſt ſalus; Vndè autem abſtinere debeamus, qui bellaturi ſumus, docet Apoſtolus, dicens: Fornicatio & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis. Teleſphorus Papa nonus poſt beatum Apoſtolum in ſede Romana, cōſtituit, vt per ſeptem hebdomadas abſtinentiam obſeruent, quod ad huc molti faciunt *Antiquū ieiunium fuit 7. hebdomadarum.* Quod tempus tunc duas ob cauſas Quinquageſimam placuit appellari, vel quia in ordine quinquageſimus numerus poſt quadrageſimum cōſtat: vel quia exindè quinquaginta dies ſunt in ſanctam reſurrectionem. E Poſt modùm Melchiades Papa natiōe Afer, trigeſimus quartus poſt Sanctum Petrum, conſtituit vt nemo præſumeret in prima vel quinta feria ieiunare: In prima, propter Domini reſurrectionem in quinta, quia in ea aſcendit in cœlum. Tunc placuit fidelibus, vt octo hebdomadas conſecrarent ieiunio, & primam Dominicam ſexageſimam nominarent, non propter ſexagenarium dierum numerum, ſed propter vſum locutionis noſtræ, quo ſicut quadragenario quinquagenarius, ità quinquagenario ſexagenarius, & ſexagenarius ſeptuagenario coaptatur.

A ſexa-

A ſexageſima vſque Paſcha, octo ſunt hebdomadæ, è quibus ſingulis ſi primam & quintam feriam de abſtinentia ſubtrahas, vt Melchiades inſtituit, & ipſum diem ſanctum Paſchæ, quadraginta tantùm dies remanent abſtinentiæ, ad imitationem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Septuageſima ideò à fidelibus fertur celebrari, vt & decimas dierum Deo reddere, & nihilominùs primam & quintam feriam, & Sabbatum poſſint à ieiunio relaxare. A ſeptuageſima nanque in Paſcha, nouem ſunt hebdomadæ, quæ faciunt ſexaginta quatuor dies: ex quibus ſi de vnaquaque hebdomada tres præfatos dies ſubtraxeris, & ſacrum diem Paſchalem, triginta ſex dies in decimatione anni ieiunas. Ille autem qui Sabbatum conſtituit honorandum, non propter legalia mandata hoc fecit, ſed quia requieuit illa die Dominus in ſepulchro. Auguſtinus libro quindecimo de Ciuitate Dei: Non omnia, inquit, quę geſta narrantur, aliquid etiam ſignificare putanda ſunt, ſed propter illa quæ aliquid ſignificant, etiam illa quæ nihil ſignificant, attexuntur: Non ſolo vomere aratur, ſed vt hoc poſſit fieri, etiam aratri cætera membra ſunt neceſſaria. Nec ſoli nerui in citharis aptantur ad cantum, ſed vt aptari poſſint, inſunt & cætera. Item aliter: Quare dicitur ſeptuageſima, cùm ab ea die vſque in Paſcha non ſint plus quàm ſexaginta quatuor dies? Conſuetudo eſt ſcripturarum diuinarum, vt omnis numerus, ex quo quamlibet decadem tranſierit, vt* tertijs monadis incurrat, non deputetur idem numerus præcedenti Decadi, ſed ei ad quam tendit. Lege librum Geneſis in genealogia filiorum Noe. Item aliter: Cur dicitur ſeptuageſima, cum ab illa die vſque in Paſcha non ſint ſeptuaginta dies? ſeptuageſima tendit ad Sabbatum ante octauas Paſchæ, quandò hi qui in vigilia Paſchæ baptizantur, alba veſtimenta deponunt, & tunc confirmati eos oportet ab Epiſcopo, & per impoſitionem manûs accipere Spiritum ſanctum: & quia ſeptem dona Spiritus ſancti deſcribuntur, rectè qui hunc accepturi ſunt, ſeptuageſimam antè celebrant. Quod enim ſeptenarius numerus per ſe, hoc idem ſignificat per denarium multiplicatus: Sexageſima tendit vſque ad medium Paſchæ, id eſt, quartam feriam hebdomadæ Paſchalis, quinquageſima tendit ad ipſum diem Paſchæ, quadrageſima ad diem cœnæ Domini. Computa ergò dierum numerum, qui ſunt in abſtinentia à Septuageſima vſque ad quadrageſimam, inuenies ter ſenos, id eſt, decem octo dies, exceptis Dominicis diebus. Quem numerum ſi per duplatem proportionem diuidas, inuenies in vna parte ſex, in altera duodecim: ſex autem ad duodecim, ſimpla: duodecim ad ſex, dupla proportio eſt. Item inter cœnam Dominí & diem Paſchæ, duo ſunt dies, & inter Paſcha & mediũ Paſchæ, quod eſt quarta feria, duo ſunt dies, quò tendit ſexageſima: & ab ipſo die vſque Sabbatum, quò ſeptuageſima peruenit, ſimiliter duo ſunt, qui ſunt ſimul ſex. Quatuor enim ad duo, duplum eſt ad ſimplum. Præcedentes ergò numeri, qui ſunt in abſtinẽtia, ſignificãt duplam mortem noſtram, ſimpla Chriſti morte eſſe deſtructam. Nos enim in anima & corpore morti eramus obnoxij. Chriſtus autem ſua corporali morte, & animæ & cor-

Ieiuniorũ dies.

Elegãs de numeris Ecclesiæ ac scriptura disputatio

** tertius.*

Appendix.

A poris mortem excluſit. Iſti autem dies, quos in Domini reſurrectione cum gaudio & lætitia celebramus, ſignificant reſurrectionẽ, quam Chriſtus duplam ſua ſimpla contulit. Ipſe enim ſicut ſolo corpore mortuus eſt, ità & ſolo corpore reſurrexit. Nos autẽ & in anima primũ reſuſcitat peccata dimittendo, & in futuro etiam corpora reſuſcitaturus eſt.

Item de Septuageſima.

QVI ſacræ legis, veteris ſcilicet hiſtoriæ libros legunt, ſatis in promptu habent, Iſraeliticum populum ſæpiùs contra Deum deliquiſ-
B ſe. Vnde frequenter admoniti per Prophetas, pœnitentiam agere noluerunt. Quapropter, ſicut legitur in libro Regum & beati Ezechielis Prophetia, poſt multas correctiones, ſicut diximus, in impudentia illis permanentibus, tradidit illos Deus in manus diripientium. Et primùm decem tribubus in captiuitatem ductis ab Aſſyrijs & rege ipſorum, tribus Iuda & Beniamin, qui remanſerant in Ieruſalem, ſæpiùs à B. Hieremia & cæteris prophetis admonitæ, vt reſipiſcerent, & à prauis operibus ceſſarent, nè ſimilia paterentur, velum illi qui iam tranſducti in Babylonem fuerant, audire noluerunt, ſed in ſua cordis duritia
C & prauitate atque idololatria cæteriſque offenſionibus pertinaciter permanſerunt. Vndè regreſſus rex Aſſyriorum Nabuchodonoſor cum exercitu, regiones illorum vaſtauit, & ciuitatem Ieruſalem munitionibus circundedit, & tam diù obſedit, quouſque deficientibus alimentis, victi omnes cederent. & relicta ciuitate, rex Sedechias cum filijs & paucis qui ſecum remanſerant, fugeret. Quem, capta ciuitate, perſequens populus Aſſyriorum apprehendit, & in conſpectum regis ſui Nabuchodonoſor cum filijs & principibus populi filiorum Iudæorum, qui reſidui fuerant, adduxit: locutúſque eſt rex Nabu-
D chodonoſor cum rege Sedechia, ſicut legitur in libro Ieremiæ, iudicia: præcepitque in conſpectu regis Sedechiæ interficere filios eius, & omnes principes Iudæorum, qui remanſerant. Oculos autem Sedechiæ iuſſit eruère, & vinctum catenis duxit in Babylonem. Nabuzardan autem principem militiæ dimiſit ad deſtruendos muros Ieruſalem. Vndè ſicut illic ſcribitur, Nabuzardan princeps Cocorum, deſtruxit muros Ieruſalem. Et ita omnes ducti ſunt in captiuitatem in Babyloniam, paucis tantùm de pauperibus populi derelictis, qui erant agricolæ & vinitores. In qua captiuitate morati ſunt in magna afflictione & penuria
E & ſeruitute per annos ſeptuaginta. Poſteà verò, miſerante diuina clementia, ſub Cyro rege Perſarum, magna illorum pars reuerſa eſt Ieruſalem, id eſt, quinquaginta ferè millia hominum. Tempore verò Darij regis, omnis plenitudo populi Iudæorum ſub duce Zorobabel, & Ieſu filio Ioſedec Sacerdote magno, & Eſdra ſcriba, reuerſi ſunt Ieruſalem, & ædificauerunt muros eius & templum, & habitauerunt in ea. Erant autem tunc prophetæ illorum, qui ad ædificandum templum & ciuitatem, plurimùm eos confortabant, Aggęus & Zacharias. Hanc ergò captiuitatem Iudaici populi, quæ noſtram præfigurauit peregrinationem,

annuatim recolens ſancta Eccleſia, & in memoriã reducens, celebrat ſeptuageſimam: vt ſicut ille populus ſeptuaginta annos, quamuis inuitùs, in captiuitate & peregrinatione eſt detentus: ità nos, id eſt, Chriſtianus populus, per ſeptuaginta dies noſtram peregrinationem & præſentis vitæ ærumnam voluntariè recolentes, ad patriam, quæ eſt ſuperna Hieruſalem, redire cum omni auiditate, bonis dediti operibus, vigilijs ſcilicet & ieiunijs & orationibus, intentè ſtudeamus. Incipit autem ſeptuageſima ab illo die, quo conſuetudinem Eccleſia habet canere, *Circundederunt me*, & pertendit vſque ad ſabbatum Paſchalis hebdomadæ, quandò canimus, *Eduxit Dominus*. Nam tot dies, ſi computati fuerint, id eſt, ſeptuaginta, ibi inueniuntur. Septuageſimus autem numerus ad memoriam nobis reducit omne tempus præſentis ſeculi, quo alieni ſumus à cœleſti Hieruſalem: Quia, vt ait Apoſtolus, dum ſumus in corpore, peregrinamur à Deo. Hanc peregrinationem, Spiritu ſancto præuentus, intelligebat Dauid Propheta, qui in Pſalmo dicebat: Nè ſileas, quoniam aduena ego ſum apud te, &c. Et iterum in alio Pſalmo: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, &c. Hanc etiàm peregrinationem perpendens ſancta Eccleſia prima die ſeptuageſimæ, anguſtijs & afflictionibus circundata clamat, Circundederunt me gemitus. Quæ vox afflictionem præſentis ſeculi & tribulationem apertè demonſtrat. Concordat etiàm huic afflictioni oratio ipſius diei, in qua dicimus: Preces populi tui, quæſumus Domine, clementer exaudi, &c. Hortatur etiam nos ipſa die ad curſum bonæ operationis beatus Paulus, dicens: Sic currite, vt compræhendatis. Reſponſorium etiam benè congruit, quod ipſa die cantatur, *Adiutor*. Necnon & Tractus, *De profundis*. Nam in iſtis diebus propter humilitatem non cantamus hymnum Angelicum, ſcilicet, Gloria in excelſis Deo, neque Alleluya, quod eſt canticum lætitiæ & exultationis: ſed pro alleluya cantamus humilem cantum, ſcilicet Tractum, qui à trahendo dicitur, eò quòd tractim cantetur, & ſignificat gemitum ſanctæ Matris Eccleſiæ. In Euangelio etiam, quod ipſa die legitur, inuitat nos paterfamiliâs ad operationem vineæ, vt fideliter ſcilicet laborantes, denarium remunerationis percipere mereamur. Poſt Euangelium canitur. Offerenda: *Bonum eſt confiteri*, & antiphona ad Complendam, *Illumina faciem*. Quæ omnia diligenter inſpecta, magnis myſteriorum redolent ſacramentis, & Eccleſiæ gemitus Deum inuocantis ob auxilium de tribulatione, indicant, & ad ſpiritualis intelligentiæ doctrinam ſatis inſtruunt auditorem. In his etiam diebus, vt iam diximus, intermittimus hymnum Angelicum, & Alleluya, quod eſt Hebræum: & pro alleluya, humiliori (id eſt, Latina) vtimur lingua, dicentes in Pſalmis, hymnis, & canticis: Laus tibi Domine, rex æternæ gloriæ. Nam & in perſona eorum qui in captiuitate detinentur, dicitur in Pſalmo: Quomodò cantabimus canticum Domini in terra aliena? Et iterum dicit ſcriptura, Quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Ergò quicunque in his diebus ſeptuageſimæ ſaluberrimè inſtituris, curſum ſuum, id eſt, vitæ huius præſentis ſtatum

A benè direxerit, vt depoſita omni inepta lætitia & vanitate, in ieiunijs & vigilijs & orationibus eleemoſyniſque ac cæteris bonis operibus aſſiduè inſiſtat, & peregrinationis ſuæ aſſiduè recordatus fuerit, hic ſanctum Paſcha feliciter celebrabit: canticum etiam lætitiæ, id eſt, alleluya, quod eſt Laus Domini, ſinè fine cantabit. Paſcha nanque * Græcè, Latinè dicitur tranſitus: & nos ſi Paſcha ſanctum celebrare volumus, tranſitum faciamus à vitijs ad virtutes, & de terrenis ad cœleſtia, & de tranſitorijs ad ſemper manentia & æterna tranſmigrare ſtudeamus. Paſcha enim noſtrum immolatus Chriſtus &c. Finitur autem ſeptuageſimæ obſeruatio Sabbato ante octauam
B Paſchæ, quandò etiam, ſicut iam ſuprà diximus, Eccleſia ſancta canere ſolita eſt, *Eduxit Dominus*. Benè autem congruit myſterijs Eccleſiæ, quod ſeptuageſima Sabbato finitur. Peccatis enim noſtris exigentibus, in captiuitatem & peregrinationem deuenimus: ſed per Domini gratiam & miſerationem ad requiem, quæ per Sabbatum ſignificatur, reducimur. Sabbatum enim requies interpretatur. Cantantur etiàm illo die duo alleluya, quæ geminam ſanctorum lætitiam deſignant. Nam illud alleluya, quod Sabbato canitur, ſcilicet, *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in*
C *ſeculum miſericordia eius*, lætitiam ſanctorum deſignat, quam modò, quicunque fideliter finiuntur, in animabus accipiunt, & qua ſancti omnes, qui in cœleſti gloria ſunt, perpetuò perfruentur. Illa autem duo, quæ in ſequenti Sabbato, id eſt, fine ſeptuageſimæ canuntur, geminam ſanctorum omnium exultationem deſignant, quandò, ſicut legitur in Apocalypſi, expleto iudicio dabuntur eis ſingulis ſtolæ binæ, id eſt, immortalitas & beatitudo animarum & corporum, ſcilicet, & vt qui nunc ſingulis ſtolis animarum ſolummodò immortalitate gaudet, tunc beata & animarum & corporum immortalitate, ac perpetuæ beatitudinis gloria perfruantur: ad quam beatitudinis gloriam nos optimus Dominus ſua gratuita pietate dignetur perducere, cui eſt honor.

De Sexageſima.

SEXAGESIMA initium ſumit ſequenti Dominica poſt Septuageſimam, & finitur quarta feria hebdomadæ Paſchalis. Nam in ſuperiori hebdomada, ſcilicet ſeptuageſimæ, circundatam ſe doloribus & tribulationibus, clamat Eccleſia, & ita conſtrictam afflictionibus & tribulationibus, vt vix ſpirare queat, & nullus euadendi pateat locus. Vndè dicit: *Circundederunt me*. In
E hoc autem, id eſt, ſexageſima, iam quaſi reſumpta fiducia inuocat, & quaſi omnipotentis DEI clementiam implorat, dicens: *Exurge, quare obdormis Domine?* Quaſi dicat, quamuis non dormites, neque dormias, qui cuſtodis Iſraël, tamen quia non citò auxiliando ſuccurris nobis, dormire videris. Quare faciem tuam auertis? Quamuis peccata noſtra inter nos & te ſeparent, noli obliuiſci conditionis noſtræ, ſed reſpice propitius opus creationis tuæ. *Exurge, & nè repellas in finem: ſed vide tribulationem noſtram*: adhæſit enim in terra venter noſter, id eſt, conſenſit impietati pulueris huius & fragilitatis ſenſus interior cordis noſtri.

Et

Et iterùm inclamat, & quaſi importunè auxilium A petit, dicens: *Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos*, id eſt, quatenùs nos digni non ſumus liberari, libera nos propter nomen tuum, id eſt, gratis & non ſecundùm meritum noſtrum. Hoc idem namque ſonat oratio prima ipſius diei, in qua dicitur: *Domine, qui conſpicis quia ex nulla noſtra actione confidimus*, id eſt, ex nullo bono noſtro opere fiduciam habemus, ſed ſola miſeratione ſaluari ſperamus. Et in epiſtola bonus athleta Paulus & doctor Gentium nobis proponitur, cuius ſapiẽtiam & fortitudinem imitemur. Reſponſorium: *Sciant gentes quoniam nomen tibi Dominus*, id eſt, cognoſcant qui nos tribulant & perſequuntur, qui non ſunt veri Domini, nec nomen Dominorum B illis competit, ſed tibi ſoli qui nos condidiſti, & ſolus iuſtè dominaris altiſſimus ſuper omnem terram. Sequitur Tractus: *Commouiſti Domine terram tuam, & conturbâſti eam*. Terram commouiſti, dicit peccatorum conſcientiam hominum ad pœnitentiam prouocatam. Terra quippe commouetur, quandò peccatoris cor ad pœnitentiam & lachrymas excitatur: poſt motam autem terram ſemen inducitur, quia poſt commota corda pœnitentium ad lachrymas, ſemen verbum Dei auidiùs ſuſcipitur, & vberiùs fructum faciens, creſcit & multiplicatur. Vndè conuenienter Euangelium ſequitur, in quo de terra petroſa & ſpinoſa, atque de bona, quæ fructum per C patientiam reddit, multa narrantur. In ſeptuageſima increpati ſumus, quòd otioſi ſtetimus, & ad vineam colendam inuitati ſumus: Nunc in ſexageſima ſemen verbum Dei in cordibus noſtris veluti in bonam terram iacitur, vt creſcat, & fructificet, & per patientiam fructum plurimum afferamus. Sequitur offerenda, *Perfice greſſus meos*: deprecatur Eccleſia, vt perficiantur greſſus illius, id eſt, vt à Domino dirigantur itinera eius in ſemitis viarum Dei, quia à Deo diriguntur greſſus hominis, non à ſeipſo, quod nemo per ſe niſi à Deo adiutus, poteſt eſſe rectus, ſicut ipſe Dominus ait D diſcipulis ſuis: Sinè me nihil poteſtis facere. Et ideò quod à ſe ipſa intelligit Eccleſia non poſſe perficere, à Domino totis votis petit impleri. Dicit etiam in communione, *Introibo ad altare Dei*. Iam confiſa ſancta mater Eccleſia de miſericordia omnipotentis Dei, præſumit & dicit: Introibo ad altare Dei, id eſt, in conſpectu ipſius apparebo, & de miſericordia ipſius glorificabor. Pertendit autem, diximus, hæc ſexageſima vſque ad Paſchalis hebdomadæ quartam feriem, quia ſexaginta dies computantur ab hodierno die, quo canimus ad introitum: *Exurge, quare obdormis Domine?* vſque ad præfatum diem, in quo canimus: E *Venite benedicti patris mei*. Quod à magno myſterio non vacat. Nam ſenarius numerus perfectus eſt, & ſuis completur partibus. Eſt enim ſexta pars eius, Vnum: ſecunda, Tria: tertia verò, Duo. Vnum ergò & Duo & Tria, fiunt ſex. Et nec inferiùs manet numerus, nec ſuperabundat. Quod rarò in alijs vnquã numeris reperitur. Deciès autem ſeni, ſiue ſexiès deni, ſexaginta fiunt. Et ideò ſexageſimus numerus, ſicut & ſenarius, perfectionem boni operis ſignat. Sex enim ſunt dies, in quibus oportet operari. Et in ſex diebus omnem curſum noſtræ bonæ operationis perfeci-

Appendix.

A mus. In ſex enim diebus opera ſua perfecit Deus, & in ſexta ætate per ſeipſum viſitare dignatus eſt mundum, & hominem lapſum à Paradiſi amœnitate, & diaboli fraude deceptum, proprio cruore redimere. De hoc ſenario numero loquens beatus Auguſtinus, & de eius perfectione in quodam loco dicit, quod non ideò ſenarius eſt perfectus, quia in eo perfecit Deus omnia opera ſua, ſed quia ſenarius numerus erat perfectus, ideò in eo Deus opera ſua perficere dignatus eſt. Quapropter neceſſe eſt, vt in hac ſexageſima bonis operibus deditì ſimus, & cum Dei adiutorio in vigilijs, ieiunijs & orationibus cæteríſque bonis operibus noſtram ſalutem operari ſtudeamus: quia B qui per ſex dies bonæ operationis, præſentis vitæ curſum tranſiẽrint, & fideliter in opere recto laborauerint, & vſque in finem in cœptis bonis operibus perſeuerauerint, ſexageſimum fructum laboris ſui & æternæ beatitudinis præmium percipient, audientes illam deſiderabilem vocem ipſius, quæ ipſa die in ſancta cantatur Eccleſia, ſcilicet, *Venite benedicti patris mei, percipite regnum.* Quam vocem nobis audire, & quod regnum nobis percipere concedat omnipotens Deus, qui viuit & regnat per omnia.

C

De Quinquageſima.

QVINQVAGESIMA initium ſumit à ſequenti hebdomada poſt ſexageſimam, quandò canitur: *Eſto mihi in Deum protectorem*, & finitur die ſancto Dominico Paſchæ. In ſeptuageſima tribulationibus & anguſtijs circundati ſumus, in ſexageſima Dominum inuocauimus, & quaſi dormiẽtem excitauimus. In quinquageſima quaſi iam propinquiorem audaciùs & promptiùs inuocamus, dicentes: *Eſto mihi in Deum protectorem.* & in prima oratione Miſſæ dicimus: *Preces noſtras quæſumus Domine clementer exaudi, atque à peccatorum vinculis abſolutos, ab omni nos aduerſitate cuſtodi.* Magnam D iam hæc verba videntur habere ſecuritatem, in quibus dicimus nos ab omnibus inimicis abſolutos & peccatis, & precamur Domini munitione nos defendi. Dicit etiam in epiſtola beatus Paulus Apoſtolus, oſtendens nobis chariſmata meliora: *Si linguis hominum loquar & Angelorum*, &c. vſque, *Cymbalum tinniens.* Et quibus munitionibus in Dei protectione ſubſiſtere, & muniri debeamus, in fine huius lectionis oſtendit, dicens: Nunc manent fides, ſpes, charitas, tria hæc, Maior autem his eſt charitas. Sequitur reſponſorium: *Tu es Dominus qui facis mirabilia ſolus.* Quaſi diceret, Non eſt Dominus alius præ- E ter te Domine. Simulacra gentium non ſunt dij, ſed opera manuum hominum: Tu autem verè es Deus, qui ſaluas ſperantes in te. Notam feciſti in gentibus virtutem tuam, redimendo & liberando nos de manibus eorum. Et iterùm dicit in verſu: *Liberâſti in brachio tuo populum tuum.* Tractus etiam Domino nobis præcipit ſeruire, qui nos fecit, non ei cui noſmetipſi peccando vtuimus. In ſeptuageſima terra cordis noſtri quaſi tribulationibus eſt exarata & culta: In ſexageſima ſemina verbi Dei ſuſcepimus & ſeminauimus. In quinquageſima ſeminis & bonæ operationis fructum colligimus. Vndè in Euangelio cæcus

introdocitur, qui nos ſignificat, non aurum neque diuitias quærens, ſed lumen, qood percipere meruit. Quod oos vt æternum & verum accipere mereamur, attentiùs quærere debemos. Sequitur Offerenda, euodem habens tenorem, hoc eſt, io gratiarum actiooe manens, dicendo:

Benedictus es Domine, doce me iuſtificationes tuas.

Communio auté, ad memoriã reducit antiquum popolũ, qui manna manducauit in deſerto, & non eſt fraudatus deſiderio ſoo. Hoc his verbis innuens, quod ſi nos in bono & ſancto deſiderio manſerimus, non eo fraudulabimur, ſed æterna ſatietate donabimur, quandò hoc adimplebitor in nobis quod alibi Pſalmiſta dicit, Satiabor dum maniſeſtabitur gloria tua Pertingit autem quinquageſima ad reſurrectionis Dominicæ diem. Nam à die qoa canimus, *Eſto mihi in Deum protectorem*: vſque in diem ſanctom Paſchę quinqoaginta dies ſunt. Qui numerus pertinet ad quinque corporis ſenſus, qui ſont videlicet, auditus, viſus, guſtus, odoratus & tactus. Sicut eoim ſenarius perfectioné operum demonſtrat, ità quinquagenarius omnia booa opera quæ perficiuntor per quinque corporis ſenſus. Quinquiès enim deni, quioquaginta fiunt. Si quis ergò per quinque corporis ſenſus, id eſt, per exteriorem adminiſtrationé decem verba legis impleuerit, hic ſinè dubio ad conſortium beatæ reſurrectionis, quæ in paſcha celebratur, eſt peruenturus. Eſt & aliud myſterium in hoc quinquagenario numero dierum. Nam in veteri teſtamento quinquageſimus annus, iubileus & annus remiſſiunis vocabatur: In quo videlicet anno vnaquæque poſſeſſio ad proprium reuertebatur Dominum. Et vnuſquiſque Dominus, qoocunque modo eſſet ab ea alienatus, ad propriam gratis reuertebatur poſſeſſionem. Et nos qui propriam in primo parente immortalitatis amiſimos hæreditatem, ſi benè & iuſtè in boc tempore vixerimus, quod ſignificatur per numerũ quinquaginta diesom, poſſumus ad noſtram reueruerti hæreditaté, id eſt, ſupernam Hieruſalem & ciuitatem ſanctorum, vbi eſt vera reſurrectio & beata immortalitas, auxiliante Domino noſtro IESV-CHRISTO, in cuius reſurrectione noſtra vera eſt reſorrectio, & peccatorum omnium remiſſio.

De Quadrageſima.

QVADRAGESIMA incipit à ſeqoenti Dominica poſt Quinquageſimam, & finitur quarta feria ante Paſcha Domini quando canimus: *In nomine Domini omne genu.* In quadrageſima nanque iam aliqua pars pugnæ noſtræ peracta eſt. Quem nanque in quinquageſima protectorem inuocauimus, in quadrageſima dicit quaſi cooſolando in introitu: *Inuocauit me*, &c. In epiſtola dicit B. Paulus: *Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te.* In reſponſorio canitur in perſona iuſti viri, ſiue S. Eccleſiæ: *Angelis ſuis mandauit.* In Tractu promittitur ſcutum diuinæ protectionis. In Euangelio, proponitur nobis triumphus Dominicæ victorię, ſcilicet, vt eius exemplo cum diabolo pugnare, & eum ſuperare diſcamus. De hoc autem quadrageſimo numero, & de præſentis téporis obſeruatione nihil aliud nobis eſt dicere, quàm quod beatus Gregorius in fioe expoſitionis ipſius Euangelij, quod ipſa die legitur, ità proſequitur, inquiens: Sed quia diebus his lectio Euangelica congruit, nam qoadraginta dierum abſtinentiam noſtri redemptoris audiuimus, qui quadrageſimum tempus inchoamus: diſcutiendum nobis eſt, cur hæc ipſa abſtinétia per quadraginta dierum numerum cuſtoditur. Moiſes vt legem acciperet, ſecundò diebus quadraginta ieiunauit. Helias in deſerto quadraginta diebus abſtinuit. Ipſe autem author hominũ ad homines veniens, in quadraginta diebus nullum omnimodò cibum ſompſit. Nos quoque, inquantùm poſſumus, annuo quadrageſimæ tempore carnem noſtram per abſtinétiam affligere conemur. Cùm ergò in abſtinentia quadragenarius numerus cuſtoditur, quid oiſi quia virtus decalogi per libros quatoor ſancti Euangelij impletur? Denarius etenim quatèr ductus, in quadragenariũ ſurgit: Quia tunc decalogi mandata perficimus, cùm profectò quatuor libros ſancti Euangelij cuſtodimus. Ex qua re ſentiri & aliod poteſt. In hoc eoim mortali corpore ex quatuor elementis ſubſiſtimus, & per voluptates eiuſdem corporis præceptis Dominicis contraimus: præcepta autem Dominica per decalogum ſunt accepta. Qui ergò per carnis deſideria decalogi mandata contempſimus, dignum eſt vt eandem carnem quaterdeciès affligamus. Quamuis de hoc quadrageſimæ tempore eſt adhuc aliud quod poſſit intelligi. A præſenti etenim die vſque ad Paſchalis ſolénitatis gaudia, ſex hebdomadæ veniunt. Quarum videlicet dies quadraginta & duo ſunt. Ex quibus dum ſex dies Dominici ab abſtioentia ſubtrahootur, noo plus in abſtinentia quam triginta & ſex dies remanét. Dum verò per trecentos & ſexagiota dies annus ducitur, nos autem per triginta & ſex dies affligimur, quaſi anni ooſtri decimas damus: vt qui nobiſmetipſis per acceptum annum viximus, authori noſtro oos in eius decimas per abſtineotiam mortificemus. Verùm, fratres chariſſimi, ſicut offerre in lege iubemini decimas rerum, ità Deo offerre contendite & decimas dierũ. Vnoſquiſque quantùm virtus ſuppetit, carnem maceret, eiuſque deſideria affligat, coocupiſcentias turpes interficiat, & iuxta Pauli vocem, hoſtia viua fiat. Hoſtia quippe & immolatur, & viua eſt, quandò & ab hac vita homo oon deficit, & tamen ſe à carnalibus deſiderijs occidit. Caro nos læta traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniã. Author etenim mortis noſtræ, per fructum ligni vetiti vitæ præcepta tranſgreſſus eſt. Qui ergo à Paradiſi gaudijs per cibom cecidimus, ad hæc, inqoantùm poſſumos, per abſtinentiam reſurgamus. Sed nemo ſibi eandem abſtinétiam ſolam credat ſufficere poſſe, cùm per Prophetam Dominus dicat: Nonne hoc eſt magis ieiuniuium quod elegi? Subijciẽs Frange eſurięti panem tuum, & egenos vagóſque induc in domum tuam: Cùm víderis nudum, operi eum, & carnem tuam nè deſpexeris. Illud ergò ieiunium approbat Dominos, quod ad eius oculos manus eleęmoſynarum leuat: qood cum proximi dilectione agitur, quod ex pietate conditur: hoc ergò quod tibi ſubtrahis, alteri largire: & vndè tua caro affligitur, indè egentis proximi caro reparetur. Hinc eoim per Prophetam Dominus dicit: Cùm ieiunaretis & plangeretis, ounquid ieiu-

ieiunium ieiunâſtis mihi? Et cùm comediſtis & bibiſtis, nunquid non vobis comediſtis, & vobiſmetipſis bibiſtis? Sibi enim comedit & bibit, qui alimenta corporis, quæ ſunt communia dona cõditoris, ſinè indigentibus percipit: Et ſibi quiſque ieiunat, ſi ea quæ ſibi ad tempus ſubtrahit, non pauperibus tribuit, ſed ventri poſtmodùm offerẽda cuſtodit. Hinc per Iohelem dicitur: Sanctificare ieiunium. Ieiunium quippe ſanctificare, eſt adiunctis bonis, alijs dignam Deo abſtinentiam carnis oſtendere. Ceſſet ira, ſopiâtur iurgia. Incaſſum caro enim atteritur, ſi à prauis ſuis voluptatibus animus non refrenatur, cùm per Prophetam Dominus dicat, Eccè in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra: Eccè ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè, & omnes debitores veſtros repetitis. Neque enim qui à debitore ſuo hoc quod dedit repetit, aliquid iniuſtum facit: Sed dignum eſt, vt quiſquis ſe in pœnitentia tuacerat, & hoc ſibi quod iuſtè competit, interdicat. Sic, ſic nobis pœnitentibus & afflictis à Deo dimittitur, quod iniuſtè egimus, ſi pro amore illi⁹ & hoc quod nobis iuſtè competit, relaxamus.

In capite Ieiunij.

INprimis præmonete debet Sacerdos omnes Chriſtianos ex ſacris ſcripturarum teſtimonijs, quatenùs in capite ieiunii, hoc eſt hodie ad veram confeſſionem, verámque pœnitentiam feſtinantiùs accedant. De hac Hieronymus inquit: Vtinam tam citò conuertantur peccatores ad pœnitẽtiam, quàm citò Dominus præparatus eſt etiàm mutare præfinitam ſententiam. non enim temporis longitudinẽ requirit Deus, ſed affectu ſinceritati. plenitudo penſatur. Gregorius. Satis alienus à fide eſt, qui ad agendam pœnitentiam tempora ſenectutis expectat. Metuẽdum eſt enim, nè, dum ſperat miſericordiam, incidat iudicium. Itémque: Si quis te de peccato forinſeco correxerit, tunc confitere interiora quę ille neſcit. Denique admonendi ſunt, vt in cœna Domini redeant ad reconciliationem, ſicut in conſequentibus dicetur. Si verò intereſt cauſa aut itineris, aut cuiuſlibet operationis, aut ità fortè hebes eſt, vt ei hoc Sacerdos ſuadere nequeat, iniungat ei tam quadrageſimalem, quàm annualem pœnitentiam, & reconciliet eum ſtatim. Sacerdotibus verò ſummoperè ſatagẽdum eſt, vt octo vitia criminalia cum eorum ſequentijs atque teſtimonijs ſcripturarum, quibus coercendi ſunt homines, atque ad meliora prouehẽdi, omni ſtudio intelligant, atque doceant, ſicut hic in prima fronte annexa ſunt. Quorum vitiorum octo hæc ſunt nomina, imprimis ſuperbia, gloria inanis, inuidia, ira, auaritia, triſtitia, ventris ingluuies, atque luxuria. De ſuperbia, quod eſt caput omniũ vitiorum, oriuntur ſupraſcripta ſeptem vitia criminalia. Superbia dicitur quaſi ſupergrediens mentem de eo quod non eſt. Vndè ſuperbus quaſi extra viam ambulans, de qua ſcriptura: Initium omnis peccati ſuperbia. et ideò initium dicitur omnis peccati, quia ipſa præceſſit in diabolo, & non ſolùm peccatum eſt ipſa, ſed etiàm nullum peccatum fieri potuit, poteſt, aut poterit ſine ipſa. Porrò cupiditas atque ſuperbia intantum vnum eſt malum, vt nec ſuperbia ſinè cupiditate, nec ſinè ſuperbia poſſit inueniri cupiditas. Non enim primus homo ederet de ligno prohibito, niſi concupiſceret: nec deſereretur à Domino, niſi priùs ipſe deſereret. De ſuperbia dicit Auguſtinus: Vitanda nobis eſt ſuperbia, quæ & Angelos nouit decipere, & homines diſſipare. Hieronymus: Vir ſuperbus non decorabitur, nec voluntatem ſuam perficiet. Ambroſius: Superbia ex Angelis Dæmones fecit, humilitas autem homines ſanctis Angelis ſimiles reddit. De inani gloria, id eſt, vana, quæ Græcè dicitur κενοδοξία, naſcitur inobedientia, hypocriſis, contentiones, pertinaciæ, diſcordiæ, & nouitatum pręſumptiones. Eſt enim vanitas inflata appetitio dignitatum, dulcis miſeris, amara perfectis, cui ſeruiunt tumidi, ſub qua iacent elati, tâque eos ardor humanæ laudis inflammat, vt laborioſa opera quæ populus admiretur, & quibus fama diffunditur, ſine labore ſuſcipiant, & libenter exerceant; vndè eſt, quòd ieiunare, abſtinere, vigilare, Eccleſiam frequentare, vel pſallere, cùm hæc omnia ſine labore non faciant, etiàm cum delectatione faciunt, vt ab hominibus, quibus placere nõ Deo, deſiderant, videantur: vndè veritas: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. De inuidia ſiue inuido, qui ab inuidendo alterius felicitati dicitur, naſcitur odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis proximi, afflictio autem in proſperis. De hac Apoſtolus comminatur, dicens: Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: & qui inuidet, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat. Vndè nihil infeliciùs poteſt eſſe inuido, qui alienis torquetur bonis: inuidia enim ſenſum mordet, pectus vrit, mentem affligit: & qui inuidet, ſimilis eſt Diabolo, qui per inuidiam hominem de Paradiſo eiecit. De ira longa quæ ab indignatione dicitur, à qua & iracundia, eò quod accenſo ſanguine, in furorem compellitur, naſcuntur rixæ, tumor mẽtis, contumeliæ, clamor, indignatio, blaſphemiæ. De ipſa enim dicit ſcriptura: Ira in ſinu ſtulti requieſcit. & alibi: Ira enim viri, iuſtitiam Dei non operatur. Et in Pſalmo de quotidiana ira: Iraſcimini, & nolite peccare. & Apoſtolus: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. & alibi: Illa enim ira mala eſt, quæ mentem turbat, vt rectum cõſilium perdat. De triſtitia quæ oritur ex ira, naſcitur malitia, rãcor, puſillanimitas, deſperatio torpor circa præcepta, vagatio mentis erga illicita. Et ſciendum quia inter triſtitiam & moeſtitiam hoc intereſt: Mœſtitia cordis eſt: triſtitia, vultûs: mœſtum enim vel inertem dicimus animum. triſtis enim facie, ità dignoſcitur abiecto vultu, pallido aſpectu, turbidis oculis, turbato vultu. de hac triſtitia dicit Apoſtolus: Quæ enim ſecundùm Deum triſtia ſunt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operantur: ſeculi autem triſtitia mortem operatur. Alibíque: Triſtitiam non des animæ tuę. Iſidorus: Vis nunquàm eſſe triſtis? benè viue, ſecreta conſcientia triſtitiam leniter ſuſtinet. De Auaritia (quę Gręcè dicitur philargyria, id eſt, amor pecunię, ab auiditate dicta vndè auarus, quaſi auidus auri, qui nunquàm opibus expletur) naſcitur proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentia, & contra miſericordiam obduratio cordis. De hac dicit Apoſtolus: Neque auari, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. & Salomon: Auarus non implebitur pecunijs. Et idem: Auaro autem nihil eſt ſceleſtius:

Quod pœnitẽtia debet iniungi Chriſtianis.

Superbia peccatum.

Inanis gloria.

Inuidia.

Ira peccatum.

Triſtitia.

Auaritia.

oihilque iniquius quàm amare pecuniam. Et ite- A
rùm: Cùm enim morietur homo, hæreditabit ſer-
Auaritiæ medicina. pentes & beſtias & vermes. Hoc verò vitium vin-
citur in largitione pauperũ, in viſitatione infirmo
rum, in tegumento nudorũ, & in reddendo quod
iniu.lè ablatum eſt, & in fletu ac lachrimis cũ con-
tritione cordis, ſicut Dominus dicit: Si vis perfe-
ctus eſſe, vade & vende omnia q̃ habes, & da pau-
peribus. De ventris ingluuie, quæ Græcè dicitur
Voracitas & crapula. gaſtrimargia, id eſt, horrida voracitas atque gulo-
ſitas, quæ à gula dicitur, naſcitur inepta lætitia,
ſcurrilitas, immunditia, ſtultiloquium, multilo-
quium, hebetudo ſenſûs circa intelligentiam, &
e.l vitium ſpiritale. De hoc ſcriptum eſt: Qui con-
tinet ventrem ſuum, minuit vitia: abundantia au- B
tem eſcarum, nutrit deſideria mala. Multæ eſcæ
nutriunt ventrem fornicationis. & Apoſtolus: Nõ
in comeſſationibus & ebrietatibus. Et quia pri-
mus homo vitio gulę cecidit, neceſſe eſt vt per ab-
ſtinentiã reſurgamus. læta caro traxit nos ad pec-
catum, afflicta reducat ad veniam. De luxuria, quę
Luxuria, à luxu nomẽ accepit, & eſt immũditia corporalis,
vndè & luxurioſus, quaſi ſolutus & corruptor di-
citur, naſcitur cæcitas mentis, inconſideratio, in-
conſtantia, pręcipitatio, amor ſuî, odium Dei, af-
flatus præſentis ſeculi, horror autem vel deſpera
tio futurorum. Et autem vitiũ corporale. De ipſo
dicit Apoſtolus: Fugite fornicationem. Et idem: C
Fornicatores & adulteros iudicabit Dominus. Hie
ronymus: Væ illi qui tunc habuerit terminũ lux-
uriæ, quãdo & vitæ Diabolus per ſuperbiã & for-
nicationem omni hominum generi dominatur.
Luxuriæ formula. Omnib' peccatis fornicatio maior eſt. meli' mori,
quàm fornicari: libido in infernũ hominẽ mergit,
& ſciendum quia fornicatores, libidinoſi, Sodu-
mitæ, adulteri, inceſtuoſi, conſtupratores, rapto-
res, molles, maſculorum concubitores, immũdi
pollutores, impudici, generaliter luxurioſi nomi-
nantur. Vndè fornicatio dicitur amor legitimo
connubio ſolutus, & vaga explendæ libidinis co-
ſectandæ licentia. De qua ſcriptum eſt: Qui forni- D
catur, in carne ſua peccat: & maioris eſt criminis,
quia tollit membra Chriſti, & facit membra dia-
boli. Libidinoſi dicuntur, qui faciunt, quod eis li-
bet. ſunt enim cupidi voluptatis. Sodomitæ inter-
pretantur excluſores ipſorum. Adulteri dicuntur,
quia alterius torũ violant, ſiue polluunt. Inceſtus
dicitur, quaſi incaſtus, propter illicitam cõmixtio-
nem, id eſt, quicunque cum parente propria, aut
ſorore, vel vidua, ſiue nouerca filia, vel cognata
atque Domino ſacrata, p̃ſumpſerit fornicari. Stu-
pratores dicuntur, virginum corruptores. Rapto-
res à rapiendo, qui rapto ſtupro fruũtur. Vndè &
inter ſtuprũ adulterium & inceſtũ ita differt: Stu- E
prum in virgine, adulterium in nupta, inceſtus in
parentibus. Molles ſunt effœminati, vel qui bar-
bas non habent, ſiue qui alterius fornicationem
ſuſtinent. De quibus Apoſtolus: Neque molles
regnum Dei poſſidebunt maſculorum concubi-
tores, comites fornicantium, immundi, polluti,
coinquinati ſocij luxurioſis pollutores, deformes,
commaculati, vel qui proprij manibus ſe ſordi-
dant. Impudici à podice vocantur. putorem enim
fœtorem dicimus: ſiue impudicus, qui turpitudi-
nem flagitio infert. Sed & alia vitia, quæ licèt ex
ſuperioribus oriantur, alijs tamen locis cẽſentur,

A ſicut ſacrilegium, quod Auguſtinus inter ſeptem
vitia reputat. Sacrilegium eſt ſacrarum rerum fur- *Sacrilegium.*
tum quæ poſteà in idolorum cultum cadũt. Vndè
ſacrilegus dictus, ab eo quòd ſacra legit, & fura-
tur contra leges: vel ſacrilegus, ſacra loca violens.
faciunt hoc Eccleſiæ prædones. Fures à furuo dicti
ſunt, id eſt, à fuſco. Nam noctis adeunt tempus.
vndè inter furem & latronem hoc differt: qui alie-
num ſubſtrahit, fur eſt: qui furatur & occidit, latro
eſt, à latendo enim dicitur latro. Periuri dicuntur, *Periuriũ.*
qui perperã iurãt, id eſt, malè. Falci dici, qui aliud
fantur quàm verum. Ebrius dicitur, qui ad tẽpus *Ebrietas.*
bibit: ebrioſus, qui ſemper. De quo ſcriptura:
Ebrioſi regnũ Dei non conſequentur, Acedioſus *Acedia.*
B ab acedia dicitur, qui anxietatem ſiue tædium cor-
dis patitur, qui & inconſtans vel vagus dicitur, ab
aliquibus enim inter octo vitia reputatur. Patri- *Parricida.*
cida & parricida hoc differt: patricida eſt, qui parẽ-
tem occidit: parricida, qui parem aut ſociũ. Fratri-
cida, qui fratrem occidit. Homicidium, compoſi- *Homicidium.*
tum ex homine & cæde, vndè & homicidæ. Stul-
tiloquus eſt, qui turpia & riſum mouentia narrat.
Vndè & ſtultiloquium nihil in ſe ſapiens habet.
Scurrilitas & iocularitas, quæ conueniunt ex ali- *Stultiloquus*
qua prudentia, riſum mouent audientibus, qui
bus magis conuenit lugere. Turpitudo eſt cùm *Turpitudo*
inflammãtur ſenſus noſtri ad libidinem & carnis
C titillationem. Anima ignita ſuccenditur, & nihil
Dei timore refrenatur. Idololatra dicitur, qui ido- *Idololatra*
lis ſeruit: & in propheta idololatriam ſæpè forni-
cationem appellatã inuenimus: & qui plùs num-
mum, quàm Deũ diligit, ſculpturam nummi colit,
& idola in eis celata veneratur. Suſurro, de ſono *Suſurro.*
locotionis appellatur, id eſt, qui libenter inutilia
audit. Vndè ſcriptura: Non ſis ſuſurro. Malefici &
Venefici dicuntur, qui cauſa mortis venenum pa- *Veneficiũ*
rãt, & artificiosè multa mala cõponunt. Maledici,
linguoſi, ſiue litigioſi, ſurtilegi, & diuini ſiue pha- *Sacrilegiũ & manteia.*
natici coniectores, qui ſub nomẽ fictæ religionis,
per quaſdem (quas ſortes ſanctorum vocant) diui-
D nationes & ſcientiam profitentur. Arioli ſiue aru- *Arioli et augures.*
ſpices, propriè ſunt, qui circa aras idolorũ nefarias
preces emittunt. Augures, qui auguria & vola-
tus atque voces auium intendunt. Auſpicia enim
vltrò veniunt. Fatus eſt, qui quod fatur, non in-
telligit, neque quod alij dicunt, & dicitur excors. *Stultitia.*
De quo in Euangelio Qui dixerit fatue. genus e-
nim conuicij eſt Racha, inanis & vacuus ſiue abſ- *Racha.*
que cerebro. Eſt enim genus deſpectionis ſiue iræ.
Vndè in Euangelio: Qui dixerit fratri ſuo racha,
hoc eſt, prouerbium prouinciale. Ecce vitia bre-
uiter digeſta, per quæ humanum genus à diabolo
quotidiè impugnatur. De cæterò ſciant ſacerdotes
E Chriſti, quia quotieſcunque ad pœnitentiã Chri-
ſtiani accedunt, ieiunandum eſt prius cum eis, pro
eorum erratibus, vt non dicatur eis, quod ſacer-
dotibus Iudeorum dictum eſt à Domino: Væ vo-
bis legis peritis, quia aggrauatis homines, impo-
nẽtes ſuper humeros eorum onera grauia ipſi au-
tem digito veſtro non tãgitis ſarcinas eorum. Nẽ-
mo enim poteſt iacentem ſub onere ſubleuare, ni-
ſi inclinauerit, ſe & porrigat ei manum. Neque vl-
lus medicorum vulnera infirmantium poteſt cu-
rare, niſi fœtoribus particeps fuerit. Ità quoque *Ieiuniũ ad pœnitentiã pertinet.*
Sacerdos vel Pontifex curare vulnera non poteſt,
niſi præſtante ſolicitudine & oratione: & quoties
dederit

dederis conſilium peccanti, ſimul quoque da illi pœnitentiam ſtatim quantum debeat ieiunare, & redimere peccata ſua, nè fortè obliuiſcaris quãtùm eum opórteat abſtinere. tibi enim neceſſe eſt, vt iterùm ab eo exquiras peccata, quia ille forſitan erubeſcit iterùm peccata ſua confiteri. Non enim omnes clerici aut vllus laicus hãc ſcripturam vſurpare aut legere debent, niſi ſoli illi, quibus neceſſe eſt. hoc ſunt Epiſcopi vel præsbyteri, quibus claues regni cœleſtis traditæ ſunt, ſic nec iudicia iſta alius vſurpare debet. Si autem neceſſitas eoenerit, & presbyter oon fuerit præſens, Diaconus ſuſcipiat pœnitẽtiam, ac det ſanctam communionem. Denique Sacerdos hac authoritate imbutus ſiue compunctus, ſuſcipiens pœnitentem, ſi laicus eſt, dimiſſo baculo: quiſquis verò ille eſt, ſiue laicus, ſiue clericus, ſiue monachus ſuppliciter ſe inclinet ante ſacerdotem. Tunc ſacerdos dicit hãc orationem: Domine Deus omnipotens, propitius eſto mihi peccatori, vt condignè poſſim tibi gratias agere, & reliqua. Deindè iubeat eum ſacerdos ſedere contra ſe, & colloqui cum eo de ſupradictis vitijs, ſiue exhortationibus diuinis, ne fortè pro verecundia aut ignauia ſiue obliuione aliquid putridum in corde remaneat, per quod iterùm diabolus eum ad vomitum peccati reducat. Conſideret etiàm ſexum, ætatem, cõditionem ſtatum, perſonam, & ſecundùm hoc vt ſibi viſum fuerit, ſingula quæque dijudicet, id eſt, aliqoos à cibis abſtinendo, alios eleemoſynas dando, nõnullos ſæpiùs flectendo genua, ſiue in cruce ſtando, aut aliquid aliud huiuſmodi quod ad animæ ſalutem pertinet. Non omnibus verò vna eadémque diſcretio ſit, vnicuique horum, hoc eſt, inter diuitem & pauperem, liberum & ſeruom, inter infantem & puerũ, iuuenem & adoleſceotem, ætate ſenem, hebetem & ſtultum, ſcientem & ignarum, laicum & clericum, monachum & Epiſcopum, presbyterum & diacooum, ſubdiaconum & lectorem, in grado, in coniugio vel ſine coniugio, inter virginem & fœminam, inter canonicam & ſanctimooialem, inter debiles & infirmos, inter ſanos & ægros: De qualitate etiàm peccatorum hominum, inter continentem & incontinentem, vtrùm voluntate vel caſu, vel in abſcondito: quali compunctione emendet, neceſſitate vel voluntate, loca & tempora diſcernat. Attẽdat etiam ſacerdos vt ſalui ſint omnes, & noo puſillanimes, quia potentes potenter tormenta patientur. Item Ieſus filius Sirach: In iudicando eſto miſericors, pupillis vt pater, & pro viro matri illorum. Et Iacobus: Iudicium ſinè miſericordia erit illi, qui nõ fecit miſericordiam. Superexaltat autem miſericordia iudicium, vt idem coofequatur, vt S. Benedictus: Qui veram pœnitentiam faciunt, agant in ieiunio & fletu, in eleemoſynis & orationibus, & perpetrata iterùm oon faciant, & ſi faciant, tamen non perſeuerent in eis, quia Dominus dixit: Malùm cogitaſtis, ignoui: malum dixiſtis, ignoui: malũ feciſtis, ignoui: perſeuerare in malo, non ignoſco. Ergò qui perſeuerant in malo, non ignoſcet, & ſic iudica iuſtum iudicium ſecundum canones, vt alij timorẽ habeant.

Pœnitẽtiã cum miſericordia iniungendam.

Neque hoc omittandum eſt, quia propter iſta peccata affligimor flagellis temporalibus: indè ſuſcitantur bella, incurſiones paganorum, captiuitates peſtilentiæ, fames, ægritudines, mortalitates hominum, atque animaliom, morbi, incommoditates, aëris, ſiccitates, inundationes pluuiarum, tempeſtates, tonitrua atque fulgura noxia, inclementia frigoris, vehementia ardoris, reges iniqui, potentes ſeu iudices peſſimi, beſtiæ nocuæ, & borum ſimilia. Propter iſta etiàm emẽdanda, promulgantur leges, decernunt iuſta, proponunt ſupplicia, vincula, torturas, flagella, exilia, amputationes membrorum, amiſſiones rerũ, mortes diuerſi generis, & auferri nequeunt de mundo. Fit etiàm Eccleſiaſticus vigor, correptio, excommunicatio, de Eccleſia excluſio, leges pœnitentiæ, anathematiſatio: conſtituuntor iudices, inſiſtunt officia, mittũtur vltores vt hæc corrigantur, & auferri noo poſſunt de Eccleſia. His verò peccatis ſemper manentibus, heu prôh dolor tam ſecuri pergimus ad tenebras exteriores, quaſi ibi oobis cubicula extruãtur, deliciæ præparentur, miniſtri procurẽtur, theſauri congerantur, ornamenta multiplicentur, cũ ſcriptura dicat: Quodcunque poteſt manus tua facere, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia erit apud inferos, quò tu properas.

Tormenta temporalia et purgatorium in mundo.

Contra iſta omnia ſuſcipiẽdum eſt bellum & acriter gerendum, ne ad damnabilia peccata perducamur. Poſt iſta omnia ſcrutata & pœnitentem corroboratum, interrogat eum ſacerdos, dicens: Credis in Deum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum? Reſpondeat pœnitens: Credo. Credis quia iſtæ tres perſonæ, quas modò dixi, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, vnus Deus ſit? Reſpondeat, Credo. Credis quia in hac ipſa carne, in qua modo es, reſurgere habes, & recipere ſiue bonum ſiue malum prout geſſeris? Credo. Vis dimittere illis qui in te peccauerunt omnia, vt & tibi Deus dimittat peccata tua, ipſo dicente: Si non dimiſeritis hominibus peccata eorum, nec Pater veſter cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra? Si volt dimittere, ſuſcipias eius confeſſionem, & indices ei pœnitentiam: ſi ooo vult, non ſuſcipias eius confeſſionem. Volens verò dimittere omnia his qui in ſe peccauerunt, confiteatur omnia peccata ſua, quæ recordari poteſt. Præcauendum eſt tamen ſacerdoti de ſupradictis vitijs, vt ei exhortationis gratia ad memoriam reducat, nè quid aduerſante diabolo, occultum remaneat.

Quõ ſacerdos debeat confitẽtem interrogare in cõfeſſione.

Quo ſacto, fixis genibus in terram, & ſuper ipſa inoians ſtans ſuppliciter tenſis manibus, blando ac flebili vultu reſpiciens ſacerdotem, dicat his verbis: Multa quidem & innumerabilia ſunt alia peccata mea. quę recordari oequeo, in factis, io dictis & cogitationibus, pro quibus omnibos miſera mens mea compungitur, & acri interdùm pœnitẽtia cruciatur, ideóque conſilium, immò iudiciom tuum, qui ſequeſter ac medius inter Deum & peccatorem hominem ordinatus es, ſupplex deprecor, & vt pro eiſdẽ peccatis meis interceſſor exiſtas, humiliter imploro. Quo perdicto, totum ſe in terram proſternat, gemitus atqoe ſuſpiria vel lachrymas prout Deus dederit, ab intimo cordis producat. Sacerdos verò patiatur eum aliquantiſper iacere proſtratum, iuxta qood viderit eum diuina inſpiratione compunctum. Deindè iubeat eum Sacerdos ſurgere, & cùm ſteterit ſuper pedes ſuos, cum tremore & humilitate præſtoletor iudiciom Sacerdoris, & indicat ei Sacerdos abſtinentiam ſiue obſeruantiam, perpẽdens ſubtiliter perſonæ qua-

Quõ confitẽs debeat ſe gerere.

A rum intelliguntur dicta patrum,& exempla. Turba plurima ſignificat innumerabilem Martyrum exercitum, qui corpora ſua pro Domino tradideruut. Veſtimenta Apoſtolorum, opera ſunt iuſtitiæ. Vndè in Pſalmo: Sacerdotes tui induantur iuſtitia. In aſello qno ſedebat, indicabat ſimplic a corda gentilitatis,quam præſidendo atque reg ndo perducebat ad viſionem pacis æternæ. Paſcha petitum ſiue competentium dicitur: quia hodiè ſymbolum Competentibus tradebatur. propter confinem Dominicæ Paſchæ ſolennitatem, vt qui iam ad Dei gratiam percipiendam feſtinant,fidem quam confitentur, cognuſcant: Competentes enim, quaſi ſimul petentes, dicuntur, id eſt, gra- **B** tiam Chriſti petentes. Capita lauantium ideò hunc diem appellat vulgns, quia tunc mos eſt lauari capita infantium, qui vnguendi ſunt Sabbato ſancto, nè fortè obſeruatione Quadrageſimæ ſordidati ad vnctionem accederent. Quanta verò reuerentia hæc conſuetudo à deuotiſſimis viris excolitur, libuit hîc parumper inſerere. Hodiè præparatur quoddam portatorium honeſtiſſimè, in quo intromittitur ſanctum Euangelium, quod intelligitur Chriſtus, & ſtatuitur in Eccleſia ante aram,vndè clerus proceſſurus eſt Deindè adunantur palmæ & flores, atque diuerſa genera frondium ſeu olinarum, ſuper quæ dicitur hæc **C** otaoo à Sacerdote: Omnipotens ſempiterne Deus,qui antequam filium tuum Dominum noſtrum pro nobis mortem perpeti ſineres. Sequitur benedictio palmarum ſine frondium: Omnipotens Deus Chriſte. His finitis, dantur à cuſtodibus palmæ. accipientéque populo ramos arborum, oliuarum,ſiue florum, inchoatur Antiphona: Pueri Hebræorum. Deindè ſuſcipiunt Diaconi ſuprà ſcriptum portatorium cum Euangelio, baiulantes cum ingenti exultatione iugum Chriſti ſuaue & onus eius leue, præcedente aqua benedicta cum candelabris atque thymiamaterijs cum alijs ornamentis. Inſuper coàm Laicorum ſchola cum vexillis atque fanonibus à longè præ- **D** eunte.Exeunte enim clero ſeu populo ab Eccleſia. inchoatur Antiphona: *Cùm appropinquaret Dominus.* Qua finita,inchoat ſchola Anoph. *Cœperunt omnes.* Item *Cùm audiſſent.* Item *Appropinquante.* Cùm ingreſſi fuerint ciuitatem vel cœnobium, dicitur Reſponſorium, *Ingrediente Domino.* Item: *Collegerunt pontifices. Vnus autem.* His finitis, ante atrium Eccleſiæ loco competenti ſubſiſtit ſchola cum baiulis & reliquo ornatu, & clerus ſeu populus expectant in loco atrij, inchoantes Antiph. *Occurrerunt.* Reſpondet ſchola Antiph. cum Angelis & pneris. Hac finita, inchoantur à duo- **E** bus cantoribus quidam verſ. *Iſrael es tu Rex*: Reſpondet chorus adſpiciens ſeu inclinans ſe ad ſuprascriptum ſanctum Euangelium, *Gloria, laus & honor tibi ſit.* Eo ordine ſequuntur alij verſus. His finitis, incipit ſchola cum baiulis Anoph. *Pueri Hebræorum.* & tunc proſternit omnis plebs hinc indè frondes ſen flores, decantantes Antiph. Oſanna filio Dauid, vſque ad altare, & ſic intrant ad miſſas. Miniſtri verò tenent palmas in manibus vſque ad complenonem Miſſæ. Intermittunt aliqui ſalutaoonem in paſſione, id eſt, *Dominus vobiſcum*: quod non legitur iu ordinibus, ſed in paraſceue tantùm, vbi reticetur officium Sacer-

Capitum lotio in ſabbato Paſcha

Palmas tenent ſacerdotes in manibus.

A dotale. Ideò autem hæc hebdomada maior dicitur, quia in ea maxima eſt adhibenda parſimonia, ſiue quòd maius officium recolitur in ea.

FERIA quarta hebdomadæ maioris,hora tertia procedit Apoſtolicus cum omni clero ſeu populo ad Eccleſiam, & dicit orationes ſolennes, ſicut in ſexta feria. His expletis, oſculato altari, egreditur. Presbyteri verò Eccleſiarum, tam vrbani, quàm ſuburbani, reuertuntur ad titulos ſuos, vt hoc ordine feria ſexta compleant, hoc ſcientes, vt quod Pontifex pro ſe intermittit, ibi illum commemorent. Poſteà verò hora octaua ingrediuntur ad Miſſas more ſolito. Ideò hæ ora- **B** tiones hodiè celebrantur, quia in hac feria quarta conſilium fecerunt Iudæi, vt occiderent Dominum. Vndè nos ad memoriam reducere debemus crudele conſilium Iudæorum, & manſuetudinem Chriſti, vt contra omnem iniuriam armemus nos armis orationis & patientiæ, ſicut ipſe fecit, dicens: Pater, ignoſce illis. Sequitur manifeſta definitio, cur primum reſponſorium, vnum habeat verſum: ſecundum, quinque. Primus homo Adam duas mortes paſſus eſt. In prima lectione, & primo reſponſorio mors animæ: In ſecunda & ſecundo, mors corporis ſignata eſt: Caro namque Saluatoris, pro ſalute corporis: ſan- **C** guis verò, pro anima noſtra effuſus eſt: & quia omnis homo vnam habet animam, idcircò primum reſpõſorium vnus ſequitur verſus: Reſponſorium ſecundum quinque verſus habens, quinque corporis ſenſus ſignificat in Adam mortuos, quos Chriſtus moriendo & reſurgendo reuiuificauit, & priſtino reddidit ſtatui. Paſſio quæ legitur, oſtendit Iudæorum conſilium præualuiſſe ad tempus, & in manſuetudine Chriſtum perſeueraſſe. Quod autem ſinè ſalutaoone pronunciatur, quod Dominica non agitur die, ſignificat Iudæorum prauum conuentum contra Chriſtum cõſpiràſſe, & diſcipulorum ſilentium propter tri- **D** ſtitiam paſſionis illius, quę feria ſexta vſque ſeruata eſt, qua die, primus homo conditus eſt & redemptus. Per tres continuos qui ſequuntur dies, id eſt, quinta, ſexta & ſeptima feria, triduanam ſepulturam Domini celebramus. Ac per hoc, vt cõpaginemur humilitati ſepulturæ eius, omittimus excelſa noſtra, id eſt, *Gloria patri*, & campanas, id eſt ſigna.

Solennia ſepulturæ.

De cœna Domini.

IN hac ſacra feſtiuitate diuerſa geſta ſunt, & geruntur. Surgendum eſt enim ad vigilias, ho- **E** ra noctis octaua, & tunc omni lumine decoratur Eccleſia. Ab hac nocte vſque in ſabbatum ſanctũ, non dicitur, *Deus in adiutorium* more ſolito, neque *Gloria patri.* in pſalmis, neque in reſponſorijs, ſed neque in vllo loco. Cantor verò mox inchoat Antiph. ſicut in Annphonatio continetur. Lector verò non petat benedictionem, neque à ſacerdote compleatur: Sed ex verbis lectionis iubetur finem facere, aut certè exterminationem. Lectiones primæ de lamentationibus Ieremiæ, Secundæ de tractu Pſalm: *Exaudi deus orationem meam cum deprecor.* Tertiæ de Apoſtolo: *Conuenientibus vobis in vnum.* In paraſceue verò, & in Sabbato ſancto de ſu-

A pradictis lamentationibus, & tractatu Auguſtini in eodem Pſalmo, noniſſimè de epiſtola Pxuli, Feſtinemus ingredi io illam. Per has nouem lectiones ſeu Pſalmos ac reſponſoria, qui recolnntur in bis tribus noctibus, inſinuatur, quod Dominus deſcendens ad infernom, iodè tria hominum geneta rapuit & tranſuexit ad cœlos. Ad ſocietatem videlicet nouem ordinum Angelotom, ſicuti eſt: *Duo in lecto, duæ molentes, duo in agro.* Accenduntur enim in hac nocte lumina viginti quatuor, & extinguuntur per ſingulas lectiones & reſponſoria. Quæ fiunt ſeptuxgintaduo illuminxtiones & extinctiones: Tot enim horis iacuit Dominus in ſepulchro.

Quare lumina 72. eſſe debēt.

B Lumen & cantus, gaudium & lætitiam ſignificat: Extinctio luminum, deſectum ſeptuxginta duorum diſcipulorum, ſiue mœſtitiam Apoſtolorum, quam pertulerunt per ſeptuaginta duas boras, quæ conſecratæ ſnnt Chriſti ſepulturæ. Hoc enim ordine per ſingulas noctes extinguuntur. In inioo primi Pſalmi, eſt cuſtos paratus cum cxnna io loco dexteræ pxrtis Eccleſiæ, & mox vt primam Antiphonxm xudierit, extinguit primam locernam. In fine verò ſeqnentis Pialmi ex parte ſiniſtra, turat xliam in medio * tertixm. hoc ordine de aliis proſequitur.

** trinum.*

His omnibus extinctis, ſimili modo in matutinis per ſingulas Antiphonas extingunntur. C Dicto etiam verſu ante Euangeliom, ſubtrahitur media, & teſeruatur vſque in Sxbbxtum ſanctum.

Media cādela non extinguitur.

His finitis, vadunt per oratoria, Pſxlmos cxnendo cum Antipb. Omittitur etiam *Gloria patri.* &c. vbi gloria recolitur ſanctæ Trinitatis. Quia voa eſt perſonx filij Dεɪ, & filij hominis, qui patri venerat, cunformat ſe ſancta Eccleſia capiti ſuo, & de glorificatione eius reticet, vſquedum exxltetur per triumpbum victutiæ. Quia ordo Prædicatorum tempore paſſionis ſiluit, reticetur ſonus ſignorum atque campanarum. Pro hoc enim humilior ſonus lignorum xd congregandnm populum aſſumitur. A pxcis oſculo ſine ſalutatione abſtinetut, D non quod mxlum ſit, vbi ex charitate proſertur: ſed ad vitandam ſalutationem peſtiferam, qualem Iodas proditor exercuit, vt demonſtretur, qoxm iniuriam paſſus eſt Chriſtus à ſuo diſcipulo, & nos vitemus eadem tatione iniutiam frattibus facere. ſigno enim doloſo traditus eſt Dominus. Inuitatorium non cantatur, vt ſciamus malnm coouentum vitxre, qualis fuit apud Iudæos de nece Chriſti. Sxcerdotale officium Deo his diebus non agitur, quia percuſſus eſt paſtor, qui eſt Chriſtos, & xrietes gregis diſſipati ſunt.

Quarè Miſſa nō celebratur tēpore ſepulturæ.

Iſto die pœnitentes ad temiſſionē peccatorū redennt, iuxta Decreta Inooceotij Pxpæ, E qui dicit De pœnitentibus autē qui ſiue ex grauioribus commiſſis, ſiue ex leuioribus pœnitentixm gerunt ſi oulla interuenit ægritudo, Ferix quinta ante Paſcha eis remittendoin Rom. Eccleſiæ cōſuetudo demōſtrat. Poſt hæc egreditur pœnitens mxnè de loco, vbi pœnitentiam geſſit, & in gremio Eccleſiæ præſentatut, proſtrato omni corpore in terra, tunc decātantur Pſalmi, *Miſerere mei Deus*, cum xntiph. *Cor mundum.* deindè *Kyrieleyſon*, & *Pater noſter*, & capitul. & preces: Saluum fac ſeruum tuum Domine. Conuertere Domine. Mittant tibi Dominus. Illuſtra faciem tuxm Domine vide humilitatem. Exaudi me Domine quoniam benigna eſt miſericor-

A dia tua. Oratio: Adeſto Domioe ſupplicationibus noſtris & me, qui etiàm miſericordia tua primus indigeo, & reliq. Alia oraoo: Præſta, quæſumus Domine, huic famolo tuo dignom pœnitentiæ fructum. Alia, Deus humani generis benigniſſime cooditor, & miſericordiſſime reformator, Alia: Deus, ſub cuius oculo omne cor trepidat, omneſque conſcientiæ contremiſcunt, & reliqua. Poſt boc verò admooeatur à Sacerdote, vt quod pœnitendo diluit, iterando oon repetat. Miſſa, vndè ſupra. Antipbona: Ego autem in Domino ſperaui. Omnipotens ſempiterne Deus confitentibus huic famulo. Epiſtolx: Quærite Dominom B dum inueniri poteſt. Grad. De neceſſitatibus. Euangelium: Subleuatis Ieſus oculis in cœlum. Offerto. Fxctus eſt Dominus firmament. Secret. Virtutum cœleſtium Deus, de cuius gratiæ rore deſcendit. Coll. Illnmina faciem tuam. Orat. Ad complend. Concede quæſumus Domine, vt perceptum noui ſacramenti myſterium. Eodem die altaria templi & parietes ſiue pauimenta Eccleſiæ lauantur, & vaſa Domino ſacrata purificantur. Quanuis ornatui poſſit cōgruere lauxtio eorum, tamen non deeſt aliqoid myſticum. Parietes domus, vocabulum habent Eccleſiæ, quia cootinent Eccleſiam, non tamen ſont ipſi Eccleſia. Ac per C hoc quia Eccleſia conuocxtio interpretatur, homioes ſuot Eccleſia, non parietes domûs. Qoi tamen propterea ſanctificantur ab Epiſcopo, vt in eis inuitetur aduentus Angelorum, & homines in ex intrantes ab omni turpiloquio & ſcurrilitate, & exili etiam cogitatione, nouerint ſe continere, vt audiant quod Moyſes andiuit, quando voluit videre ruhum ardentem: Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Calceamenta quæ ex mortuis animalibus fiunt, veteris hominis peccatx ſignificant: intrantes nos in loca ſancta, vbi Dominus eſt & Angeli eius, exuamus nos his calceamentis, & ea quæ ſunt Domioi, cogitemus. Pauimentum Eccleſiæ, D xudirores magiſtrorum ſunt. Lauatio domus, quæ nuocupatiuè Eccleſia dicitur, ſignnm eſt lauationis pedum fratrum, Lauxtio pedum fratrum ſignum eſt remiſſionis peccatorum, ſiue quandò à Domino remittuotur, ſeu iouicem à nobis ipſis: Hodiè, chriſmx conficitnr vel conſecratur.

Cæremonia lauationis pedum. Chriſma.

Vndè Cbriſtus, id eſt, vnctus, à chriſmate xppellatur. Vnguentum iſtud Moyſes primùm in Exodo iubente Domino compoſuit, qno primi Aaron & filij eius in teſtimonium Sxcerdotij & ſanctitatis peruncti ſunt. Deindè quoque Reges eodem chriſmate ſacrabantur. Vndè E & Chriſti nuncupantut, vt illud: Nolite tangere Chriſtos meos. Erátqoe eo tempore tantùio in regibns & ſacerdotibus myſticx voctio. Sed poſtquam Dominus noſter verus Rex & Sacerdos æternos à Deo patre cœleſti, hoc myſtico eſt delibutus vngnento, iam non ſoli reges & pontifices, ſed omnis Eccleſix vnctione chriſmatis conſecratur, pro eo quod membrum eſt æterni regis & ſacerdotis. Conficitor enim ex oleo muodiſſimo & optimo balſxmo. Quia genus regale & ſacerdotale ſumus, ideò poſt lauacrum vngimur, vt Chriſti nomine cenſexmur. Cbriſmxlis enim vnctio ſanctificat iam viuentes ex mortuis. Et ideò feria quinta conficitur, quia quinta ætate muodi ad

tios

nos Chriſtus veniſſe perhibetur, ſiue qoòd ante biduū paſchæ Maria caput ac pedes Domini perúxit. Benedicitur oleum infirmorum, quia paſſio Chriſti autorem mortis deſtruait: gratia eius, quæ ſignificatur per olei vnctionē, arma eius quæ ſunt peccata quotidiana, deſtruxit, Iacobo atteſtante: Oratio fidei ſaluabit infirmum: & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei, cuius ſignum eſt olei vnctio. Eadē die, hora nona ſcilicet, quandò dies ſunt longiores, ſeu hora quinta, quandò breuiores, excutitur ignis de lapide in loco foris baſilicā, & illuminatur cādela. De quo igne nouo illuminatur à manſionario Eccleſiæ lampas vna, & ſeruatur vſqoe in Sabbatum ſanctum ad illuminādum cereum, qui eodem die eſt benedicendus. De quo in Sabbato ſancto dicendum eſt. Supraſcriptam verò candelā illuminatā ponit manſionarius in ſummitate cānæ, ità vt reſpiciat Eccleſiam quā ſunt ingreſſuri, proſeqnente eum populo cum ſummo ſilētio atque inclinatione: ipſa verò eccleſia abſq; lumine erit. Cuſtodes autem lampades ſeptem ante altare ità præparatas habeant, vt abſque vllo impedimēto cuiuſcunque retardationis manu manſionarij, cum eadem candela poſſint accendi. Deincèps verò à cuſtodibus omni lumine decoretur Eccleſia. & ſicut iſto die taxauimus, ità & feria ſeata atque ſabbato. Eo ordine, vt à manſionario feria quinta porretur, ſexta feria ab Archidiacono, ſabbato ab epiſcopo iuniore. In cœnobus verò feria quinta à cuſtode Eccleſiæ, feria ſexta à Præpoſito, ſabbato ab Abbate. Poſt illuminationem verò Eccleſię inchoatur ad Miſſam Antiphona: *Nos autem gloriari.* Interim egredietur pontifex de ſacrario cū diaconibus Dalmaticis, & ſeptem cereoſtatis ante eum, ſicut in die ſolenni, cum omni ſcilicet ornam. Dū tranſiērit per medium ſcholæ, annuat illi vt dicat *Gloriam.* Antequàm verò aſſcēdat ad altare, dat pacem priori Epiſcopo, & priori preſbytero, deindè diaconibus: veniēnſque ante altare, inclinat ſe ad orationem, proſtratus in terra vſq; ad verſum repetēdum. Quo finito, dicitur *Kyrieeleyſon.* Deindè, *Dominus vobiſcum,* & peragitur Miſſa. Ipſo die ità cōficitur chriſma: in vltimo ad Miſſam antequàm dicatur, *Per quem hac omnia Domine ſemper bona creas,* leuatur de ampullis, quas offerunt populi, & benedicit tam Dominus Papa, quàm omnes presbyteri: deindè ſequitur exorciſmus olei. His expletis, ſequitur oratio Dominica. *Libera nos quæſumus Domine. Pax Domini,* & *Agnus Dei,* & communicat pōtifea ſolus, & redit ad ſedem ſuam, & ſeqnitur ad Comm. *Dominus* IESVS *poſtquàm cœnauit.* Pſalm. *Beati immaculati.* ad repetendum, quantum neceſsè erit. Interim communicat clerus, ſeu omnis populus. Sequitur ad Compl. otario: Hac expleta, dicit Diaconus: Ite, Miſſa eſt. Cui ſubſequūtur veſperæ, vt in antiphonario continetur. De eodem verò die legitur in ordinibus, quòd reſeruandum ſit de corpore Domini ad communicandum in craſtinum. Auguſtinus ad Ianuarium: Sunt qui quotidiè Euchariſtiam volunt ſumere, & quia in Paraſceue nō conficitur corpus Domini, neceſsè eſt vt hi, quibus eſt voluntas communicandi, habeant ſacrificium ea priori die, quod tamen Romani non faciunt. In iſto enim die conſumitur agnus typicus, conſummatúrque modus communicationis, & illud vetus ſacramentum per calicem, qoē porrexit diſcipulis ſuis, Deo gratias agēdo, quòd vetera tranſitura, & ventura noua quæ debemus expectare vſque in reſurrectionem Domini. dixit enim Dominus: Non bibam de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, & reliqua. Dehinc tranſitur ad conuiuium, ex quo cœna Domini vocatur. Cœna enim Dominica dicitur, eò quòd ipſe Dominus cū diſcipulis ſuis Paſcha fecerit. Hoc autem ordine factum eſt: Circa veſperum verò cœna facta, id eſt, parata & ad conuiuantiū mēſam vſque perducta, non tranſacta, neque finita, ſurgit Ieſus à cœna, & ponit veſtimenta ſua: & cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe, deindè miſit aquā in peluim: veniénſque primùm ad Petrum, cœpit lauare pedes eius, & extergere linteo quo erat præcinctus, & diſcipulorum. Cui dixit Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes; & Dominus ait: Quod ego facio, tu neſcis modò: ſcies autē poſteà, & reliq. Poſtquā autē lauit pedes, recubuit iterùm. Non eſt hîc intelligēdum, conſumptam cœnam atque tranſactā: adhuc enim cœnabatur cùm Dominus ſurrexit, & lauit pedes eorum nam poſteà recubuit, & buccellam ſuo traditori poſteà dedit, erat enim iam nox, vtique nondum finita cœna, hoc eſt, dū adhuc panis in menſa eſſet. Et poſt pauca ait diſcipulis: Si ego laui veſtros pedes, vſque, & vos ità faciatis. Aliqui enim viri religioſi ſumunt priùs parùm, & poſteà lauant pedes, deinde cœnāt Hoc imbuti exemplo fideles Chriſtiani, non dedignantur facere cōſeruis ſuis, quod CHRISTVS fecit diſcipulis, hoc eſt, pedes omnium lauare, tam pauperum quàm peregrinorum, & aliquid de copiis ſuis tribuere: & qui hoc non valet, debitum ſibi proximis relaxet, quatenùs illi remittatur in cœlo. Ipſe enim nobis quotidiè lauat pedes, qui interpellat pro nobis. Ipſum enim ſignū lauatio pauimētorum Eccleſi. In lauatione pedum decantantur hæ Antiphonæ: *Poſtquā ſurrexit Dominus. Si ego Dominus. Dominus Ieſus. Mandatum nouum. In hoc cognoſcent omnes. Diligamus nos inuicem. In diebus illis. Ante diē feſtum Paſcha. Charitas.* His finitis, nudantur altaria iam circa noctem, & ſic permanent vſque ad Sabbatum ſanctum. Altare Chriſtum ſignificat, qui tunc nudatus eſt à veſtimentis, hoc eſt, à diſcipulis, quādò relicto eo omnes fugerunt. In hac enim nocte Chriſtus veteri legi finem dat, quæ non ſoluebat peccata, ſed puniebat: dat initium noui teſtamēti, per quod peccata abſoluuntur. Ab hac enim nocte vſque Sabbatum, nonnulli ſerui Dei imitātes Apoſtolos, ieiuni permanent: aliqui vero contenti ſunt pane tātùm & herbis, atque leguminibus ſeu ſicera.

Solennitas & ceremonia cœnæ Domini feria 5.

Solennitas conuiuy cœna Dominica in feria 5.

Ceremonia lotionis pedum feria 5. in ſancta ſeptimana.

Denudatio altarium.

Appendix.

Feria ſexta, qua & paraſceue.

PAraſceue præparatio interpretatur, quæ & ſexta ſabbati dicitur. In hoc enim die præparabāt Iudæi ea, quæ in Sabbato erant neceſſaria, iuxta quod de māna præceptum eſt: Sexta die colligitis duplum. & ideo in ſolēnitate habetur, quia eo die Chriſtus myſteriū crucis expleuit, propter quod in hūc mūdum venerat, vt qui ligno percuſſi fueramos in Adam, rurſùm per ligni myſterium ſanaremur. Huius enim cauſa triūphi, humana poſſibilitas Chriſto per omnem mundum celebritatē annuam prebeat, pro eo, quod dignatus eſt ſanguine paſſionis ſuæ redimere peccatū mūdi, & per crucē

Solennitas paraſceues.

Cauſę paſſionis Dominicæ.

A morte deuicta abſoluere. Tripartita autem ratio Dominicæ paſſionis oſtẽditur. Prima, vt Chriſtus pro reatu mundi redemptio daretur, & hoſtis antiquus velut hamo crucis caperetur, ſcilicet vt quos abſorbuerat, euomeret, non potentia victus, ſed iuſtitia. Secunda cauſa eſt, vt ſecutoribus hominibus vitæ magiſterium præberet: ad hoc enim aſſcendit in crucem, vt nobis paſſionis & reſurrectionis præberet exemplum. Tertia cauſa eſt ſuſceptæ crucis, vt ſoperbia ſeculi, & inflata ſapiẽtia, per crucis ſtultam, vt putatur, prædicanonem humiliata corrueret, vt pateret quod ſtultum Dei eſt, quanto ſit ſapientius hominibos. Sed adhuc viſ
B deodum eſt, quarè Dominus tale genus mortis elegerit. Legimus enim in Euãgelio, quòd Phariſæi voluerunt eum præcipitare de monte: At ille tranſiens, per medium illorum ibat. Alibi quoque legimus, quòd Iudæi lapides tulerunt, vt iacerẽt in eũ: ipſe verò abſcõdit ſe, & exiuit de templo. Quarè Dominus noluit præcipitari aut lapidari, vel in gladio truocari? vtique cauſa nóſtræ ſalutis hoc ſecit. Mors enim Chriſti, ſignũ eſt noſtræ ſalutis. Noluit ergò lapidari, aut in gladio trũcari, ꝙ videlicet nos ſemper nobiſcũ lapides aut ferrum ferre non poſſumus, quibus defendamur. Elegit verò crucẽ, quę leui manus motu exprimitur, qua & cõtra inimici verſutias munimur. Hoc enim ſigno Crucis
C conſecratur corpus Dominicũ, ſanctificatur fons baptiſmatis, initiantur presbyteri, & cæteri gradus eccleſiaſtici, & omnia quęcunq; ſanctificatur, hoc ſigno Dominicæ crucis cum inuocatione Chriſti nominis cõſecrantur. Nam ipſa Crux magnum in ſe myſterium continet, cuius poſitio talis eſt, vt ſuperior pars cælos petat, inferior terræ inhæreat: fixa, infernorum ima contingat: latitudo autẽ eius, partes mũdi appetat. Quia & Chriſtus per paſſionẽ crucis angelis profuit in cælo, quorũ numerus, qui per apoſtatam angelum imminutus fuerat, ex animabus fidelium quotidiè adimpletur: & nobis qui ſumus in terra, & illis qui propter originale
D peccatum detinebantur apud inferos: ſed & ipſis, qui in diuerſis mundi partibus habitabant. Ipſe eſt enim rex cęleſtium, terreſtriũ & infernorũ, vt omnis lingua cõfiteatur, quòd Dominus Ieſus Chriſt⁹ in gloria eſt Dei patris. Iacens verò crux, quatuor mundi partes appetit, Orientem videlicet & Occidentem, Aquilonem & Meridiem, quia & Chriſtus per paſſionem ſuam omoes gẽtes ad ſe trahit: & omnia ſibi ſubiugauit, iuxta quod ipſe ſurgens à mortuis, dicit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Cur autem hodiè Miſſa non cãtatur, ſed neque in Sabbato ſancto donec ad vigilias
E noctis, S. Innocentius Papa in Decretalibus dicit: Iſto biduo ſacramenta penitùs nõ celebrari, quia percuſſus eſt paſtor, & oues eius gregis diſſipatæ ſunt, ſeu quòd Apoſtolos quos imitari debemus, iſto biduo in triſtitia & mœrore fuiſſe, & ieiunos vſque in reſurrectionem permanſiſſe credimus. In die paraſceue ideò nó cantatur, quia ipſa die Ieſus Chriſtus ſeipſum hoſtiá obtulit Deo patri pro nobis, & ipſa oblatio ſufficit ad ſalutem credentium. In ipſo aotem die hora quinta deportatur lumen, vt ſuprà ab Archidiacono ſeu præpoſito, & illuminantur lampades ſeptem: Pontifex autem ſeu clerus atque populos procedunt ad Eccleſiam. Interim verò egreditur Archidiaconus cum aliis dia-

A conibus de ſacrario, induti ſcilicet planetis fuſcis, & duo ceroſtata ante ipſos cũ cereis accenſis procedentes vſque ad altare cum ſilentio, & oratione completa, atque oſculato altari, vadunt ad ſedem pontificis more ſolito: deindè annuit Archidiaconus ſubdiacono, vt legatur lectio prima. ſequitur Reſponſorium, *Domine audiui*. Iſtud reſpõſorium cum IIII. verſibus, ſignificat Chriſtũ, qui IIII. elementa in effigie hominis aſſumpſit. Ille pendebat in cruce inter duo animalia, hoc eſt, inter duos latrones. Sequitur altera lectio, deindè more Romano ſequitur tractus: *Qui habitat.* Iſte tractus trahit nos ad longitudinem vitæ æternæ. In qua ſalutare Dei, hoc eſt Chriſtum, quem

Lectiones in die Paraſceues.

B nefandiſſ. Iudæi in cruce poſitum hodiè viderunt, & nos credimus viſuros facie ad faciem in ęternitate ſua. Canunt hic aliqui tractum nuperrimè cõpilatũ: *Eripe me Domine ab homine, &c.* Sequitur abſque ſalutatione paſſio Domini noſtri. Hac expleta, ſtatim duo diaconi nudant altare ſindone, quæ priùs fuerat ſub Euangelio poſita, in modũ furãtis. Aliqui vero antequã legatur paſſio, præparant ſindones duas, ſibi inuicem parumpèr cohęrentes, & in eo verſu vbi legitur: *Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi*, ſcindũt hinc indè ipſas ſindones deſupèr altari in modum furantis, & ſecum auferũt. Quia altare Chriſtũ ſignificat, & Apoſtolos veſtimenta ipſius,
C conuenit vt ſubtus Euangelium aliquid iaceat ob honeſtatem, quo ſublato, rapitur quòd ſubiectum fuit: quia dedito Chriſto inter manus iniquorum, Apoſtoli fugerunt. Per ſindonem verò poteſt intelligi Ioãnes, qui perſeuerauit cũ Domino vſque ad crucem, & poſt eà ſe occuluit. Quòd verò ipſo die panous ſcinditur, hoc portẽdere videtur, quod pictura in parietibus expreſſa, videlicet, vt ſemper recolamus Dominum pro nobis paſſum, & veſtimenta eius fuiſſe diuiſa. Tenebræ luminũ ideo extinctione figurantur, quia tunc verà lux mũdi occubuit, & tenebræ totum mundũ operuerunt. Notandum eſt enim, quia in Romana eccleſia extin-
D guitur totus ignis in ſexta feria, & reaccenditur: in hoc facto imitatur ignis ſotus, & conſeruatus per congeſta lignorum. principalem ignem, id eſt, ſolẽ corporeum, qui ab humanis obtutibus ſe abſcondit tempore paſſionis, à ſexta hora vſque ad nonã, nè ſuo lumine fruerentur, qui malè gaudebant de ignominia Domini ſui: Hac cauſa extinguitur in 6. feria, 6. hora, & renouatur circa horã nonam, inter quæ conuenit, vt his horis hæc recolãtur, quibus tunc geſta ſunt. Mox ſequuntur orationes ſolennes ad Hieruſalem: Solennes dicũtur, quia ab hominibus ſolẽniter debent celebrari. Fit in eis men-
E tio omnium fideliũ & infidelium. Nec ab re eſt, ꝙ pendente Domino in cruce, & Iudæis illi inſultãtibus, pro ipſis orauerit. Ex hoc & nos ad memoriam reducamus, quod quando aliquid moleſtè patimur, aut ab inimicis perſequimur, ad orationẽ illico cõfugere debeamus. Pro periculis huius vitæ, & pro hæreticis & paganis, & per omnes alias orationes genu flectimus, vt per hunc habitũ corporis, mentis humilitatem attendamus, excepto quãdo pro perfidis Iudæis oramus: illi enim genu flectebant Domino, opus bonum malè operantes, quia illudendo hæc faciebant: Nos ad demõſtrandum, quia fugere debeamus opera quæ ſimulando fiunt, vitamus genu flexionem pro Iudæis.

Genuum flexiones die paraſceues.

De-

Denique pontifex veniens ante altare, ſiue (vt in alio ordine legitur) tranſiens in dexteram partem eccleſiæ infra thronum, dicit: *Oremus.* & diaconus, *Flectamus genua.* Item diaconus: *Leuate*, & pontifex dat orationem, ſicut in ſacramentario continetur. His finitis, omnes exeunt foràs, Apoſtolico hoc agente, nos hora nona inchoamus. Circa veſperũ verò in omnibus eccleſiis presbyterorum ſeu epiſcoporum, atq; cœnobiorum præparatur crux ante altare, & ſuſtẽtatur hincindè à duobus acolytis, poſito ante eã orario, venit pontifex ſolus, & adoratam deoſculatur crucem. Deindè preſbyteri & diaconi & cæteri per ordinẽ, deindè populus. Pontifex verò ſedet in ſede donèc omnes ſalutet. Preſbyteri verò duo priores, ſalutata cruce, intrãt in ſacrarium, & deferunt corpus Domini quod pridie remãſit, ponentes illud in patena, & ſubdiaconus tenet ante ipſos calicẽ cum vino non cõſecrato, & alter ſubdiaconus patenã cũ ſupradicto corpore Domini, à quib⁹ accipiũt Presbyteri patenã & calicem. & ponũt ſuper altare nudatũ: põtifex verò ſedet dũ ſalutat populus crucẽ. ſalutante enim priùs põtifice ſeu populo, cãtatur Anti. *Ecce lignũ crucis.* Pſal. *Beati immaculati.* Itẽ. *Crucẽ tuã adoramus, &c.* Pſ. *Deus miſereatur.* Alia: *Dñ fabricator.* Quãdo hãc crucẽ adoramus, omne corpus noſtrũ hęreat terrę, & ipſum quẽ adoramus, quaſi pendentem in mente cernam⁹, virtutémq; quã accepit ex Dei filio, ipsã adoramus. Proſternimur corpore ante crucẽ, mẽte ante Dominũ: veneramur crucẽ, per quã redẽpti ſumus, & illum deprecamur, qui redemit. Qui verò nõ poſſunt habere de ligno Domini, ſalua fide adorant illã quam habent, de quibus venerationibus quæ conueniunt per ſingulas orationes ſuperiores, B. Ioãnes Chryſoſtomus inter cætera ſic dicit: Crux Eccleſiæ fundamẽtum, atque orbis terrę cautela, crux annũciatio Apoſtolorum, gloriatio martyrum, ſpes Chriſtianorũ, crux gaudiũ ſacerdorum, virginum caſtitas, monachorũ abſtinẽtia. Crux, imperatorũ philoſophia, & regum magnificentia, & deſtructio ſuperborũ. Crux, ægrotantiũ medicus, nauigantium gubernatio, atq; periclitãtium portus: crux, inſenſatorũ ſapiẽtia, atq; libertas ſeruorum: Crux ſcandalũ Iudæorum, atq; perditio impiorũ, crux tẽplorum deſtructio & repulſio idolorũ. Qua ſalutata, & repoſita in loco ſuo, venit pontifex ante altare, & dicit: *Præceptis ſalutaribus moniti, Pater noſter, Libera nos quæſumus Domine.* Cùm verò dixerint: *Amẽ*, ſumit de pane ſancto, & ponit in calicem ſilendo. *Pax domini* nõ dicit, quia non ſequuntur oſcula circunſtantium. Sanctificatur autem vinum non conſecratum per ſanctificatum panem. Tũc communicãt omnes cũ ſilẽtio, & expleta ſunt vniuerſa. De hac antẽ cõmunicatione vtrùm debeat fieri, ſuprà relatũ eſt. Deniq; petente hodiè corpus Domini Ioſeph ſerò, & adſpiciẽtibus mulieribus vſque ſepulto, reuertentes emerunt aromata & vnguenta, & Sabbato ſequenti propter mãdatum ſiluerunt, parantéſque aromata, manè vt vngerent corpus Domini, venerunt.

Quæſtio, quarè dicatur Dominus tribus dieb⁹ & tribus noctibus fuiſſe in corde terræ, cùm ſicut Euangeliſta refer, paraſceue hora ſexta ſit crucifixus, & circiter hora nona, inclinato capite, ſpiritũ emiſerit, ſabbato in ſepulcro quieuerit, & prima ſabbati valdè diluculo à mortuis ſurrexerit. Sed hoc ſynecdochicôs accipiendum eſt, à parte videlicet totum. Nam ſi partem paraſceues cũ præterita nocte, qua compræhenſus eſt, accipias, itémque ſabbatum cum ſua nihilominùs nocte, & rurſus noctem Dominicam cum eodẽ die, quo illuceſcente ſurrexit: inuenies profectò integrum triduum & tres noctes. Sciẽdum etiàm, quòd dupla erat mors noſtra, in anima videlicet & in corpore. Chriſti verò mors ſimpla fuit, quia peccatũ, quod eſt mors animæ, non admiſit, ſicut eius reſurrectio ſimpla fuit. Dominus autem trigintaſex horis iacuit in ſepulcro, vno videlicet die & duabus noctibus. Duodecim verò horæ diei, ad vigintiquatuor horas duarum noctium, ſimplum ad duplũ. Et duodecim quidem horæ diurnæ, ſimplæ morti noſtri redemptoris conueniunt: Vigintiquatuor autem nocturnæ, ad duplam noſtram conſentiũt mortem. Magno igitur ſacramẽto vna die & duabus noctibus iacuit in ſepulcro, quia lucem ſimplæ mortis ſuæ, tenebris duplæ mortis noſtræ adiunxit. Veniens enim ad nos, qui in morte carnis preſſi eramus, vnam ſuam, id eſt, carnis mortẽ detulit, & duas noſtras abſoluit: ſimplam ſuam duplæ noſtræ contulit, & duplam noſtram ſubegit.

Quæſtionem à tua dilectione mihi propoſitam, eo difficiliùs aggredior elucidandam, quo hãc nec in patrum ſcriptis expoſitam hactenùs reperi, nec Magiſtrorum traditione percepi, ſed nec ab vllo quæſitam audiui, vndè totiès te rogantem diſtuli, quia nec tibi, nec cuiquam aliquid dicere volui, quod non euidenti ratione aut ſcripturarum authoritate poſſem probare. Quid autem mihi exindè videatur, viua voce vtcunque tibi niſus ſum explanare, vt ſic me ſubducerem ab hac ſcrupuloſitate cùm enim dicat Salomon, Altiora te nè ſcruteris, vereor illa appetere, ad quæ tenuitas ingenioli mei non valeat aſſurgere. Modulum enim ſuum vnumquenque conſiderare prudenter nos admonet Lyricus dicens:

Eſt quoddam prodire tenùs, ſi non datur vltrà.

Horat. lib. I. epiſtolarum, epla prima.

Cùm ergò huius rei audientiam tibi ſufficere dixiſſem, cauſatus es fragilem eſſe humanæ mentis memoriam, nec audita diù retinere, & ob hoc literas eſſe repertas, quibus oblita per incuriam, poſſint recuperari per diligẽtiam, & ideò acriùs inſtitiſti, vt hæc tibi qualicunque ſtylo literis mandata cõtraderem. Si quid ergò ineptum proceſſerit, non meę temeritati, ſed tuæ iuſtiùs imputabitur importunitati. Quãquàm haud ſcio, vtrumnàm, quod ſentio, verbis valeã explicare. Quæris igitur, cùm Sanctorum dies, quibus de hoc ſeculo migrauerunt, ſolẽniter & cum magna exultatione celebremus, adeò vt in ipſis abſtinentiæ aliquãtulùm rigore laxato, paululùm remiſſiùs viuamus, cur diem paſſionis Chriſti, quo de hoc mundo per mortem tranſijt, ſicut Euangelium teſtatur, in magna afflictione & carnis maceratione cordíſque contritione iubeamur celebrare, quã (vt ais) oportuerat tãto ſublimius, tãtóque feſtiuius, immò alacriùs excolere, quanto cõſtat Chriſtum ſanctorũ omnium meritum tranſcendere. Quod vt autumo, rectè diceretur, iuſtéque dies illa cũctis feſtiuitatibus ſolẽnior haberetur, ac iucũdiùs celebraretur, ſi Chriſtus, vt purus homo, per tẽporalem mortẽ ad eam gloriam tranſiſſet, quam anteà nũquàm habuiſſet. Iurè enim eius gloriæ congauderemus, quã eum

per mortem conſecutum fuiſſe ſciremus. At verò A cùm ſciamus Chriſtum Dei filium ante omnia ſecula ſemper exiſtere glorioſum, eiúſque gloriã, ſicuti nec minui, ità nec augeri poſſe, eundem tamẽ pro noſtra redemptione tantum ſe humiliâſſe, vt non ſolùm noſtræ carnis morticinium dignaretur aſſumere, verùm etiàm qui erat immortalis in ſua natura, mori dignaretur in noſtra, in qua morte plùs humiliatus videtur, quàm exaltatus: & nulla ſui neceſſitate, ſed benigna & ſpontanea volũtate, nec pro ſe, vtpotè qui morti nil debuit, ſed pro nobis qui morti eramus obnoxij, ſuſtinuit: iuſtũ eſt, vt hi pro quibus paſſus eſt impaſſibilis cum omni huius ſeculi tempore, tũ præcipuè in die ſuæ paſſionis ei compatiantur, pro ſe dolenti condoleant, pro ſe triſtanti triſtitiæ vicẽ rependant, amore pro ſe morientes in hac potiſſimùm die ab omni carnis delectatione ſemetipſos commortificent. Si enim, iuxta Apoſtolum, vno aliquo dolente membro, condolent reliqua: quanto magis ſummo patiente membro, id eſt, capite, quo reguntur omnia membra, compati debent illa quæ ab eo regũtur membra? Chriſti autem eſſe membra credentes in eum, ipſúmque caput omnium in ſe credẽtium, nullus ignorat fidelium: Sicut econtrà iniqui mẽbra ſunt diaboli, inter quæ præcipuum locum tenent Iudæi perſecutores Chriſti, quos luce clariùs conſtat inuidioſè gauiſos fuiſſe in morte Chriſti. Sicut ecõ- C trà Apoſtolos, qui ſunt præcipua membra Chriſti, admirabiliter cõtriſtatos de iniuſta nece Chriſti. Quòd ſi nos inter membra Chriſti vel vltimos confidimus deputari, debemus cum ſublimioribus mẽbris illius in paſſione capitis noſtri contriſtari: nè, ſi in hac die voluerimus corporali lætitiæ vacare, nõ cum Apoſtolis Chriſtum amare, ſed cũ Iudæis videamur eius morti inſultare: atque ideò quod conſequens eſt, non inter membra Chriſti, quæ nolumus imitari, ſed potiùs inter mẽbra diaboli, quibus videmur collætari, mereamur (quod abſit) iurè computari. Triſtemur ergò in morte Chriſti cũ Apoſtolis, vt mereamur in reſurrectio- D ne eius gaudere cum illis. Doleamus exultantibus iniquis, vt poſtmodũ gaudeamus lugentibus illis. Iudæi nãque, ſicut in morte eius gauiſi, ità probãtur in eius reſurrectione triſtati. Eccè, vt potui, paucis enucleaui, cur diem paſſionis Chriſti in afflictione carnis & contritione ſpiritus conueniat celebrari, quãuis verba non ſuppeditauerint, quibus, quod ſentio, exprimere nõ valeo. Reſtat nũc, prout facundia linguæ, Domino largiente, ſuffecerit, itidèm breuiter expedire, cur ſanctorũ dies, quibus ab hoc ſeculo tranſiêrunt, ſummis laudib9 & magna recolamus alacritate. Vbi primò reco- E lendum cenſeo, omnes Chriſtianos in Chriſto fratres eſſe, ipſo Domino cunctis in ſe credẽtibus ſic proteſtante: Patrem nolite vobis vocare ſuper terram. Vnus eſt enim pater veſter, omnes vos fratres eſtis. Omnes itaque qui iam de hoc mundo receſſerunt, ſiue qui adhuc verſantur in mũdo, ſiue qui futuri ſunt vſque ad finẽ ſeculi credentes in Chriſto, fratres eſſe veraciter cõſtat, vtpotè vna baptiſmatis regeneratione in Chriſto renatos, vnius matris Eccleſiæ vberib9 educatos, vnius fidei vinculo tanquam dulciſſimæ fraternitatis affinitate cõnexos, ad vnam eandémque cœleſtis regni hæreditatem ab eodem piiſſimo patre Deo pia adoptione vocatos. Debemus itaque omnia quæ nobis accidunt, fraterno affectu inuicèm communicare, id eſt, & in aduerſis pariter contriſtari, & in proſperis communiter congratulari. Notum autem habet omnis qui verè Chriſtianus eſt, ſanctos cum ab hac corruptibili vita decedunt, ad meliorem, id eſt, incorruptibilem, & interminalem trãſmigrare, ſcilicet, de tenebris ad lucem perpetuã, de mœrore ad gaudium ſempiternum, de labore ad requiem perennem, de carcere ad libertatem, de ſeruitute ad regnum. Vndè & mos Eccleſiaſticus obtinuit, dies illos nõ funebres, ſed natalitios appellare. Iurè enim naſci dicuntur, qui de preſſuris huius mundi tanquàm de anguſtiis cuiuſdam B arctiſſimi ventris ad illam ſpatioſiſſimam & lucidiſſimam cæleſtis habitationis emittuntur latitudinẽ. Si ergò nos eorum fratres eſſe præſumimus, quos ita glorificatos adſpicimus, dignum eſt eorũ felicitati congratulemur, & eorum lætitiæ collætemur, fratrum noſtrorũ gloriæ cõgaudeamus, eorúmque triumphis, quibus per diuinum auxilium diabolũ vicerunt & ſeculum, dignis laudibus cæleſtes eorum natales debita alacritate veneremur. Nam ſi eos lugubriter aut cum mœrore tranſigamus, duplici redarguemur errore, quia videmur aut non credere eos ad gloriam tranſiſſe, & ideò quaſi mortuos lugere: aut, ſi ſcimus eos felicitati C donatos, & non cõgratulemur, gloriæ illorum inuidere cõuincimur. Et cùm antiquos natalitia ſua vel ſuorum affinium, quibus in hãc miſeram effuſi ſunt vitam, tanta alacritate inuenimus celebrâſſe, vt in his etiàm omni corporeæ voluptati licenter operam darent: quanto nos ſpirituali hilaritate ſanctorum patrum natalitia cõuenit celebrare, quibus non ad miſerias naſcuntur, ſed de miſeriis ad gaudia tranſiêrunt ſinè fine poſſidenda, nõ nos corporalibus illecebris reſoluentes, vt faciebant pagani, verùm canticis ſpiritualibus hymníſque cœleſtibus in Chriſto tripudiantes, vt Chriſtiani. Quanuis non denegemus etiàm corporaliter ali- D quantulùm remiſſiùs quàm cæteris eſſe viuendũ, propter quoſdam (vt reor) hebetiores, qui nihil putant eſſe feſtiuum, niſi quod viderint corporali delectatione mellitum. Sanè, quia ſanctos eoſdem ad hanc, quam diximus felicitatem, per afflictionem non ignoramus perueniſſe temporalem, neceſſè eſt, vt ſicut æternæ eorum congaudemus lætitię, ſic temporali quoque illorum compatiamur anguſtiæ, quatenùs per omnia eorum ſequentes veſtigia, ad eadem illis intercedentibus mereamur pertingere gaudia. Ad quod ſignandum præcedentibus eadem natalitia diebus, quas vulgò E vigilias eorum appellamus, ſolito parciùs veſcentes, eadem ſolennia debitis ieiuniorum obſequiis & maceratione carnis deuotè præuenimus, vt per pridianam purificati abſtinentiam, digniùs celebremus ſequentis feſti lætitiam. Vndè & in officio Miſſæ earundem vigiliarum feſtiuiſſimum Alleluiaticum melos intermittimus, ſicut aliis ieiuniorum diebus, niſi fortè Dominica dies fuerit, quam nullo tempore ieiunare, ſed ſemper feſtiuam eſſe Dominicæ reſurrectionis authoritas cogit. Quod vtrunque & pręcedentem totius Eccleſiæ ſanctorum afflictioni compaſſionem, & de eorũ gloria ſequẽtem exultationem Dominus in Euãgelio ſub ſpecie mulieris parabolicè deſignat, cùm

A cùm eam parturientem aſſerit triſtari : cùm autem peperit, in immenſum gratulari. Quia enim parturire dicimus, ante partum anxiari : parere autem, partum effundere: iurè mulier, per quam ſancta figuratur eccleſia, cùm parturit, dolere dicitur, quia cùm filios ſuos, qoos fide cóceperit, antequàm in æternam pariat vitam, diuerſis tribulationibus ab impiis impediri conſpicit, tanquàm difficultate pariendi anguſtiata, magnis doloribus ingemiſcit: cùm verò eos quos ità parturiêrat, de huios mundi anguſtiis ad cœleſte peperit, regnum, dici non poteſt, quantùm de feliciſſimo filiorum partu tripudiat. Quod primitiua quidem Eccleſia perſecutionis tépore hiſtorialiter agebat, ſed ea quæ nunc B eſt eccleſia, à Chriſto pace iam reddita, pia æmulatione ſpiritaliter repræſentat. Præteritos igitur parturitionis eius dolores, in vigiliis ſanctorũ, ieiuniis & afflictione carnis imitamur, ſequentem verò eius iam enixæ alacritatem, ipſius iocunditate feſtiuitatis æmulamur. Importunitati tuæ dulciſſime fili, etſi non vt debui, vt potui tamen, ſatisfacere inſtiti, quãgnam difficultate quæſtionis cogente, verboſior forſitan extiti.

De ſabbato ſancti Paſcha.

SAbbati paſchalis veneratio hinc celebratur, eô C quòd ipſo die Dominus in ſepulcro quieuit, vnde Hebraicè requies, ſiue quòd eo die mondo perfecto requieuit. Hic autem dies inter mortem Chriſti & reſurrectionem medius eſt, ſignificans quãdam requiem animarum ab omni labore poſt mortem, per quam fit tranſitus per reſurrectioné carnis ad illam vitam, quã Chriſtus Dominus ſua reſurrectione premonſtrare dignatus eſt. Et quia in tanta veneratione ab omnibus Chriſtianis excolitur, ſeu quòd vſque ad medium noctis vigiliæ extendontur, ſanctus Hieronymus ità docet: Traditio Apoſtolorum vel Iudæorum eſt, Chriſtum media nocte venturum in ſimilitudinem Ægyptij D temporis, quandò paſcha celebratum eſt. Vndè & reor traditionem Apoſtolicam permanſiſſe, vt die vigiliarum Paſchæ ante noctis medium populos dimittere non liceat, expectantes aduentũ CHRISTI. Poſtquàm verò illud tempus tranſiêrit, ſecuritate præſumpta, feſtum cunctis agere diem. Manifeſtat & hoc benedictio cerei, *Hæc nox eſt* : & in oratione in Miſſa: *Deus qui hãc ſacratiſſimam noctem.* In Romana enim Eccleſia infra vrbem, manè primo Sabbati vnit Archidiaconus in Eccleſiam, & fundit ceram in vaſe mundo, & miſcitat in ea oleũ, indè benedicit ceram, & ex ea fundit ſimilitudinem agnorum, & ſeruat eos in loco mundo. In octauis verò Paſchæ dantur ipſi agni ab Archidia- E cono poſt Miſſas in Eccleſia & communioné populo, & ex eis faciunt in domibus ſois accendi incenſum, & ad fumigandum in domibus ſuis pro quacunque eis neceſſitate euenerit. Similiter in ſuburbanis ciuitatibus de oleo faciũt. Agni quos Romani faciũt, agnom pro nobis factum immaculatum deſignant : omnibus enim rebus Chriſtus nobis ad memoriam frequentiùs reducendus eſt. Quibus S. Gregorius oleum inſtituit, quãdò myſteria paſchalis agni reſerauit. Quòd enim à nobis cereus benedicitur, Zoſimus Papa inſtituit. Significat enim Dominum, qoi præcedebat filios Iſraël

A in colomna ignis. Cera humanitatem Chriſti deſignat. Mel quippe in cera, eſt diuinitas in humanitate. Cócordat cereus hic in ſignificatione cum columna ignis, qui illuminabat populum Iſraël in nocte, vt illud in ipſa benedictione. Sed iam columnæ huius præconia nouimus. Columna illa Chriſtum ſignificabat. Illa columna præcedebat filios Iſraël: noſtra columna, i. cereus, præcedit Catechumenos noſtros. Lumen ipſius Chriſtom ſignificat, quo & præſens nox illuſtratur, gratia ſcilicet reſurrectionis, & Catechumeni ad baptiſmũ venturi. Qoòd à diacono benedicitur, morem ſequimur Romanum. In eò enim Archidiaconus B conficit agnos. Qui cereus per ſeptem dies Neophytorum præcedit Pontificem, qui eſt caput populi, quia columna ignis præceſſit populum vſque ad terram repromiſſionis. Ipſo die hora ſeptima procedunt omnes ad eccleſiam, & deportatur lumen ab epiſcopo ſiue Abbate, proſequéte eum populo ſicut ſuprà, & illuminãtur ſeptem lampades. Cereus verò qui benedicendus eſt, iam debet eſſe præparatus in medio Eccleſiæ, congregato hincindè omni clero ſeu populo : deindè veniens Archidiaconus facit crucem in eo, & illuminat illum de nouo igne, atque completur ab eo benedictio cerei. Prima quaſi in modum legentis ità, C *Exultet iam angelica turba cælorum*, & reliqua. Secũda decantanda eſt in modum præfationis. Cereo benedicto, illicò illuminantur ab eodem alij cerei duo, ſtaturam hominis habentes. Cereus qoi nouo igne accenditur, nouam Chriſti doctrinam ſiue gratiam in nouo teſtamento, nouámque gratiã qua nox Dominica illuſtratur, deſignat : Duo qui illuminantur ab eo, doctrinam apoſtolorum deſignant, quibus dicitur, Vos eſtis lux mondi. Quod enim Catechumenos præcedunt ad baptiſmũ, ſignificat hoc quod colũna ignis præcedebat filios Iſraël, antequàm mare rubrum tranſirent. Vbi etiã figuraliter initium ſumpſit baptiſmus: Baptizauit: inquit, Moſes in nube & mari. Habuit ergò mare D formam baptiſmi: nubes, ſpiritus ſancti: Mãna verò, panis vitæ : Deindè baptizauit Ioannes in pœnitentia, poſt hunc Chriſtus perfectum baptizauit baptiſmum in ſpiritu ſancto & igne. Tria etenim genera ſunt baptiſmi. Primum, quo ſordes peccatorum per lauacrum abluũtur: Secundũ, quo quis ſanguine ſuo per martyrium baptizatur, qoo etiã Chriſtus baptizari dignatus eſt. Tertium lachrymarum, quibus Dauid & Niniuitę miſericordiam conſecuti ſunt. Denique in baptiſmo ſeptem gradus ſunt, tres in deſcenſu, propter tria quibus renũciamus: tres alij in aſcenſu, propter tria quæ cõfitemor. Septimus verò, qoi qoartus ſimilis filio E hominis, extinguens fornacé ignis. Lectiones itaque quatuor quæ ſequuntur ante baptiſmum cũ canticis ſeu orationibus, ad inſtructionem Catechumenorũ atque Neophytorũ pertinent. Qnòd verò non pronunciantur in capite, vt aliæ lectiones. ſicuti eſt, lectio libri Geneſis ſiue Exodi, & cętetę per ordiné, hęc ratio eſt: dicit enim Apoſtolus: Sapientibus & inſipientibos debitor ſum. Catechumeni inſipiétibus cõparantur, ideo eis lectiones diſſimiliter pronunciatur, vt reducatur ad memoriam cęcitas cordis eorũ, qui nondũ cognoſcũt ciues cœleſtis Ieruſalem, fruſtrà eis pronunciatur author incognitus, quibus firmiſſima authoritas

Baptiſmi genera.

poteſt vileſcere per ignorãtiam. Antequàm enim legantur lectiones, accipiunt duo notarij ſuprà ſcriptos cereos accenſos, & tenent illos, vnus in dextro cornu altaris, alter in ſiniſtro vſque ad fontes. Deindè aſcendit lector ad legendum, abſque pronunciatione lectionis. Lectio prima ex libro Geneſeos, ità inchoatur: In principio creauit Deus cælum & terram, & reliq. Sequitur oratio abſque ſalutatione: Deus qui mirabiliter creâſti hominẽ. Lectio ſecunda ex libro Exodi: Factum eſt in vigilia matutina. CAN. Cantemus Domino, ORAT. Deus cui miracula antiqua. Et lectio tertia Eſaiæ prophetæ: Appræhendent ſeptem mulieres. CAN. Vinea facta eſt. Oremus: Deus qui nos ad celebrãdum paſchæ ſacramentũ. Lectio quarta Eſaię prophetæ, Hæc eſt hæreditas. CAN. Attende cælum. Oremus, Deus qui eccleſiã tuã, De Pſalm. 41. Cãticum: Sicut ceruus. Oratio: Concede, quæſumus. Alia oratio in eodem Pſal. 41. Omnipotens ſempiterne Deus, reſpice propitius ad deuotionem populi tui. Inter hæc duo cantica, nõ eſt lectio neceſſaria, quia propter conuenientiã lectionis & duorum pſalmorum, ſinè altera lectione congruè con iunguntur. Finitis lectionibus, deſcendendũ eſt ad baptizandum. Qua hora baptiſmus hodiè debeat celebrari, ſiue Pẽtecoſte, vel quid ſacerdotes Neophytis prædicent, hic parũpẽr intimandũ eſt. Primò paganus, vt Catechumenus fiat, accedens ad baptiſmum, renunciet maligno ſpiritui, & omnibus damnoſis eius pompis: exufflatur etiàm vt fugato diabolo, Chriſto Domino paretur introitus: exorcizatur, id eſt, cõiuratur malignus ſpiritus, vt exeat & recedat, dans locum vero Domino. Catechumenus audiãs ſiue auditor, ſalẽ accipit, vt putrida & fluxa eius peccata, ſapiẽnię ſale diuino munere mundentur. Deindè ſymboli Apoſtolici traditur ei fides, vt vacua domus, & à priſco habitatore derelicta fide ornetur, & præparetur habitatio Domino. Fiunt ſcrutinia, vt exploretur ſæpiùs, an poſt renunciationem Sathanæ, ſacra verba datę fidei radicitùs corde defixerit. Tanguntur & nares, vt quãdiù ſpiritum naribus trahat, in fide accepta perduret. Pectus quoque eodem oleo perũgitur, vt ſigno ſanctæ crucis diabolo claudatur ingreſſ⁹. Signantur & ſcapulæ, vt vndiq; muniatur. Item in pectoris vnctione ſignatur fidei firmitas, & operũ bonorum perſeuerantia: Deindè ſanctæ Trinitatis trina ſubmerſione baptizatur. Et rectè homo qui ad imaginem ſanctæ Trinitatis eſt cõditus, per inuocationem ſanctæ Trinitatis ad eandem renouatur imaginẽ, & qui tertio gradu peccati, id eſt, cõſenſu, cecidit in mortem, tertio eleuatur, de fonte per gratiã ſurgat ad vitam. Deindè albis induitur veſtimentis propter gratiam regenerationis, & caſtitatem vitæ, & angelici ſplendoris decorem. Tũc ſacro chriſmate caput perungitur, & myſtico tegitur velamine, vt intelligat ſe diadema regni, & ſacerdotij dignitatem portare, iuxta Apoſtolũ: Vos eſtis genus electũ, regale, ſacerdotale, offerentes voſmetipſos Deo viuo hoſtiam ſanctã & Deo placentem. Sic corpore & ſanguine Dominico cõfirmatur, vt illius ſit capitis membrũ, qui pro eo paſſus eſt, & reſurrexit. Nouiſſimè per impoſitionem manûs à ſummo ſacerdote & ſeptiformis gratiæ ſpiritum accipit, vt roboretur per ſpiritum ſanctũ ad prædicãdum aliis, qui fuit in baptiſmo per gratiam vita donatus ęterna. Hodiè autem hora nona baptiſmus celebratur, ſicut in Pẽtecoſte, ea de cauſa, quia angelus Domini venit ad Cornelium, hora nona, annũcians ei quòd orationes eius ac eleemoſynæ aſcenderint in conſpectum Domini. Qui mox miſit ad Petrum, & promeruit ſacramentum baptiſmi. Sed & hoc decẽtiſſimum eſt, vt quia hora nona author vitæ emiſit ſpiritum, eadem hora nona Eccleſia ſancta percipiat ſanctum baptiſma. Quod verò non liceat præter hodiè & Pentecoſtẽ generaliter baptiſmum celebrari, S. Leo papa ſatis denegat, niſi fortè infirmitas interfuerit. Neq; hoc omittendum eſt, quòd Romani infra Quadrageſimam ſex ſcrutinia celebrãt, & hodiè ſeptimum. In iſto ſeptenario intelliguntur ſeptem dona ſpiritûs ſancti in baptiſmate data. Poſt horã deniquè tertiam Sabbato præparantur ad Eccleſiam, qui baptizãdi ſunt, ſimul cum patrinis & matrinis, & ordinantur ab Acolyto, maſculi ad dexterã, fœminæ verò ad ſiniſtram, & tunc qui poſſunt, reddunt orationem Dominicam & Symbolum, ſiue patrini pro ipſis atque matrinæ eorum, qui eos ſuſcepturi ſunt. Deindè facit presbyter cum pollice in frontibus eorum ſignum crucis, dicẽdo: In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Poſt hæc ponit manum ſuper capita eorum, & dicit orationem ad Catechumenum faciendum: *Omnipotens ſempiterne Deus.* Hìc iuxta ſanctum Gregorium reddunt ſymbolum & orationem Dominicam, aut patrini pro ipſis. Poſt hæc ſequuntur orationes in Sabbato ſancto ad catechizandum infantem. Indè verò tangit eis nares, & aures de ſputo, & dicit ad aurẽ dexteram, EPHETA, quod eſt, adaperire: ad nares, in odorem ſuauitatis. Ad ſiniſtram, Tu autẽ effugare diabole, appropinquabit enim iudicium Dei. Poſteà verò tangit ei pectus, & inter ſcapulas de oleo exorcizato crucem faciendo cum pollice, & vocato nomine eius, dicitur: Abrenuncias Sathanæ? Reſpondet: Abrenuncio, & omnibus operibus eius? Reſpondet, Abrenuncio, & omnibus pompis eius? Reſpondet, Abrenuncio. Indè ſequitur ſymbolum: Hic ſecundum Gregorium ſequuntur lectiones & cantica. His expletis, procedit pontifex ad fontes benedicẽdos cum omni decore, proſequente eum clero ſeu populo, præcedit etiàm benedictus, cereus, ſiue duo illi cerei, quos tenent notarij, ab eodem ſcilicet illuminati, & ampulla cum oleo & balſamo in magna reuerentia. Nam & illi duo cerei præcedunt vbique pontificem vſque in octauas Paſchæ. Euntes ad fontes, canunt litanias ter tantummodò repetendo. Quibus finitis ante fontes, & facto ſilentio, ſtãte ſacerdote, ſequitur benedictio fontis. *Omnipotens ſempiterne Deus*, & reliq. Sequitur conſecratio fontis, in modum præfationis decantanda: Æterne Deus, qui inuiſibili potentia ſacramentorum tuorum. Ad inuocationem verò ſpiritus ſancti quẽ ſacerdos celſa voce proclamat, id eſt, alto mẽtis affectu, deponitur cereus benedictus in aquã, ſiue illi qui ab eo illuminati ſunt, ad demonſtrandam ſcilicet ſpiritus ſancti præſentiã, ſacerdote iã dicente: *Deſcendat in hanc plenitudinem fontis.* Fonte benedicto, accipit pontifex chriſma cũ oleo mixto in vaſe ab Archidiacono, & adſpergit per medium fontis in modum crucis. Tunc pontifex adſpergit cum manu de ipſa aqua ſuper populum.

Ceremoniarum baptiſmi origo.

Tempus baptizandi antiquitùs.

Suſceptores in baptiſmo.

Baptiſmi ceremonia.

Fontis benedictio.

Nota antiquitatem quę adhuc hodiè paſſim à pijs in vſu habetur.

Quo

Quo facto, accipit populus de ipſa aqua in vaſculis ad ſpargendum io domibus ſuis, ſiue agris, deindè tenente patrino infantem, à qno ſuſcipiendus eſt, ioterrogat eum ſacerdos ita: Quis vocaris? Reſpõdet ille. Et ſequitur ſacerdos: Credis in Deũ patrem omnipotentẽ? & reſpondet: Credo. & in Ieſum Chriſtum filium, vſque, paſſum? Reſpondet: Credo. Credis & in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam? Reſpondet, Credo. Deinde baptizat eum ſacerdos ſub trina merſione tantùm, ſanctam Trinitatẽ ſemèl inuocando, ità dicens: Et ego te baptizo in nomine patris, & mergat ſemèl: & filij, & mergat iterùm: & Spiritus ſancti, & mergat tertiò. Vt autẽ ſurrexerit à fonte, faciat preſbyter ſignũ crucis de chriſmate cum pollice in vertice eius, diceos hanc orationem: Deus omnipotens, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. Tunc ſuſcipiator ab ipſo, à qoo ſuſcipiendus eſt, poſteà veſtitur infans veſtimentis ſuis. Si verò epiſcopus adeſt, ſtatim confirmari eũ oportet chriſmate, & poſteà communicare, & ſi Epiſcopus deeſt, commonicetur à preſbytero dicente ità: Corp⁹ Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat te in vitam æternam. Amen. Quòd enim aliqui patrini ſolent à fonte extrahere ſuos filios, non legitur in ordinibus. De hac re Apoſtolicus apud Romanos ità agit. Poſt quàm põtifex baptizauerit, vel quibus iuſſerit ipſe leuãt ipſos infantes in manib⁹ & offerunt eos vni de preſbyteris. Ipſe verò facit crucem de chriſmate cum pollice in vertice eorũ, dicens: Deus omnipotens pater Domini noſtri Ieſo Chriſti, vt ſup. Qua finita, ſunt parati qui eos ſuſcepturi ſunt cũ linteis in manibus ſuis. Deindè accipiunt ipſos à Pontifice vel à Diaconibus, qui eos baptizauerunt. Poſtquàm verò veſtiti fuerint, deportantur ante pontificem ad confirmandum. Qnibus dat ſingulis ſtolam candidam, chriſmalẽ, & decem ſiliquas, & ſic veſtiũtur. Et poſtquàm induti fuerint, dat Pontifex ſuper eos orationem impoſita ſcilicet manu ſuper capita eorum, cum inuocatione ſeptiformis gratię Spiritus ſancti. Or. omnipotens ſempiterne Deus, qui regenerare. Hac finita, facit crucem de chriſmate cum pollice in ſingulorum frontibus, ità diceodo in nomine patris & filij & Spiritus ſancti, pax tibi, reſpoodeant omnes, Et cum ſpirito tuo. Hæc verba ſunt ſalutationis ad nouum hominem, qui regeneratur. Sanè illud præcauendum eſt, vt hoc nõ negligatur. Qnia in hoc omne baptiſmum legitimum Chriſtianitatis nomine confirmatur. Sed & hoc præuidendum eſt, vt nullum cibum accipiant, neque lactẽtur antequàm communicent. Omni autem die, vſque in octauas, ad miſſam veniaot & communicent, parentes verò oblationes pro ipſis faciant. Similiter & in Peotecoſte omnia fiant. De hac verò confirmatione S. Innocentius Papa non ab alio quàm ab Epiſcopo fieri licere aſſerit. Quamuis enim preſbyteri ſint ſacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent, & ideò ſolis pontificibus debetur vt conſignent, vel paracletum ſpiritum tradant, ſicut lectio Apoſtolicorum Actuum demonſtrat, quæ aſſerit Petrum & Ioannem eſſe directos, vt baptizatis traderent Spiritum ſanctum.

Confirmationis vetuſtas.

Confirmatio mox à baptiſmo

Preſbyteris verò ſiue extra Epiſcopum, ſiue præſente Epiſcopo, cùm baptizant, chriſmate baptizatos vngere licet, ſed quod ab Epiſcopo fuerit conſecratum, oon tamen frontem ex eodem oleo ſignare, quod ſolis debetur Epiſcopis, cùm tradunt ſpiritum paracletum baptizatis.

Quandò infirmus venit ad baptizaodum, non facias ſuprà ſcriptum ordinem, ſed tantùm poſt æternam ac iuſtiſſimam pietatem, addes orationem iſtam: Medelam tuam deprecor Domine ſancte pater, vſque ad gratiam baptiſmi tui, Per. Hac finita, ſymbolum & orationem Dominicam, deindè catechizas eum his verbis: Nec te latet Satanas, & reliqua, & non dicas illam benedictionem maiorem ad fontes, ſed iſtam minorem ad ſuccorreodum: Exaudi nos omnipotens, & huius aquæ ſubſtantiam immitte, vſque vitam mereatur æteroam, Per &c. Poſtquàm eum catechizaueris, beoedices aquam his verbis: Exorcizo te creatura aquæ, in nomine patris, & Domini noſtri Ieſu Chriſti filij Dei viui, & Spiritus ſancti, ſi quod phantaſma, vſqoe in remiſſionem omnium peccatorom, in oomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. Baptizas eum, & liois de chriſmate in cerebro, & dicis illi: Baptizo te in nomine patris, & filij & Spiritus ſancti. Poſteà tangis eum de ſchriſmate in capite, & dicis orationem hanc: Deus omnipotens, pater Domioi noſtri Ieſu Chriſti. Communicas & confirmas eum, vt ſuprà. Finito etiam ſupradicto baptiſmo in Sabbatho ſancto, fiunt litaniæ exiuſſu pontificis ante altare: primo ſeptenæ, quintenæ, & ternæ fiunt litaniæ circa baptiſterij cooſecrationem, intercessiones ſanctorum pro renaſcentibus: ità enim inchoantur: Stat primicerios vnus in dextero choro, & dicit cum ipſo, Kyrieeleyſon, & reſpondet ſecundicerius cum ſiniſtro choro, Kyrieeleyſoo, vſque quater.

Deinde Chriſteeleyſon, vſque ter, id fiont ſeptem vices repetitæ, vndè & ſeptenæ dicuntur. Hoc ordine fiuot quintenæ & ternæ. Poſt hæc, Chriſte audi nos, vſque ſepties, & ſic per ordinem ioteruallo facto. Sequuntur litaniæ quinæ quinquies repetitæ. His finitis, pulſantor ſigna ad Miſſam publicam. Nam miniſtri ità debent eſſe præparati ante oſtium ſacrarij, vt cùm cantor dixerit: Accendite, abſque mora procedaot vſque ad altare. Sequuntur litaniæ trinæ Kyrieeleyſoo & reliqua, vſque, Fili Dei, te rogamus. Tunc egreditur pontifex de ſacrario cum ingenti decore, & prædicta cereo ſtata ante illum cum thymiamaterijs, & cùm dixerit ſchola, Agnus Dei: dicat cantor excelſa voce, Accendite. Tone primùm illuminantur omnes cerei Neophytorum quos manibus tenent, demonſtrantes hoc, quòd per illom Agnum qui tollit peccata mundi, vnuſquiſque lumen accipere debeat. Quòd verò ab imperitis extinguuntur in conſecratione fontis, quando illi maiores illuminati deponontur, nil authoritatis eſt. Sioe lumine enim ſuot vſque ad hanc horam, qua cæteri cerei illuminantur Eccleſiæ, ea videlicet cauſa, vt priùs accipiant impoſitionem manûs Epiſcopi, & ſic eos credamus illuminari Spiritu ſancto: Atque ſicut gloria reſurrectionis illuſtrata eſt nox, in qua celebramus Miſſam, ita illuſtretur & lumine cereorum. Sequitur Agnus Dei. Ea verò quæ ſequuntur, tam

Cereorum accenſio.

diù debeot moroſè repeti, vt mioiſtri queant procedere. Sequitur, Chriſte audi oos, Kyrieeleyſon. His expletis, dicit pontifex, Gloria in excelſis Deo. Ex decretalibus Innocentij Papæ diximus, Sabbato Miſſam non celebrari: quod ita eſſe comperimús ex officio, quod toram noctem illuſtrat futuram, vt in prima oratione Miſſæ: Deus qoi hanc ſacratiſſ. noctem. nota voce miniſtorum ad Neophytos, vſque ad Euangelium, vt illud, Si conſurrexiſtis cum Chriſto. Cantatur priùs Alleluia, quod eſt Hebtæum, proprer primatum huios linguæ: hinc Tractus Latinè. Quòd autẽ ante Euãgelium non portatur, niſi thymiama tantùm, poſſunt intelligi aromata illa, quæ mulieres ante lucẽ ad vngendum Dominum detuleruot. Quòd autem poſt Euangelium non cantatur: Offerenda & cantores tempore ſacrificij ſileot, ad memoriã reducitur ſacrificium ſeu ſilenoum mulierum: ipſę enim tnoc tantummodò vnguenta detulerunt. Sãctus, Sanctus, Sãctus, quod eſt angelorum cantus, ideò cantatur, quia angeli non tacuerunt de eius reſurrectione. Iterùm vice mulierum reticent cantores, Agnus Dei, quia quandò interrogauit Matia hortulanum, Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi magis credebat illum furto eſſe ſublatum, quàm tollere peccata mundi: ac propterea audiuit, volens eum tangere, Noli me tangere. Sacerdos qui eſt vicarius Chriſti, implet ſuum officium. Sequitur ad complẽdam oratio. Poſtquàm omnes communicauetiot, dicit Diaconus: Ite, Miſſa eſt. Reſpondetut: Deo gratias. In hac nocte de veſpertinali ſynaxi apud Romanos nil agitur, neque ante Miſſam, neque poſt Miſſam, quia ſecundum Auguſtinuio & alios doctores, iſtud Sabbatum non habet veſperam.

Sacra in Sabbato Paſchali ac ritus.

De ſancto die Paſcha.

Ceremoniæ in ſacro Paſcha tis die.

DIE ſancto Paſchæ, in introitu per ora Prophetarum præſentat ſe Chtiſtus in Eccleſia patri ſuo, dicens: Reſurrexi. Oratio prima mõſtrat aditum regni cœleſtis apertum nobis eſſe, per capitis noſtri reſorrectionem. Epiſtola admonet nos ſeparari à vitiis cõtra quę certauimus per quadrageſimales dies. Reſponſorium monſtrat, quantùm lætari oporteat eos qui purgantur à vitijs. In Alleluia oſtenditur, in qno ſit totius cauſa lætitię. Euangelium exponit perfectiùs cauſam totius lætitiæ. Eodẽ die ad veſperas ad ſanctum Ioannem coogregatur maturiùs vniuerſus gradus Eccleſiaſticus io Eccleſia maiore, in loco qui vocatur, Crucifixo: ibíqoe iochoat Schola Kyrieeleyſon, & eo concentu perueniunt vſque ad altare. Poſthæc inchoatut alleluia ad Pſalmum, Dixit Dominus Domino. Indè Cõfitebot, cum Alleluia: Et, Beatus vir, cum Alleloia. Qoo finito, ſequitur Alleluia, Paſcha noſtrum, cum verſu, Epulemur. indè melodia, indè Euangeliũ ſecundùm Romanos. ANTIPH. Citò eũtes, verſ. Ecce pręcedet vos. Itẽ ANTIPH. Et reſpiciens. In hac hebdomada non ſequitur poſt Euãgelium Kyrieeleyſon, ſed Sacerdos dicit orationẽ, qna finita, deſcẽdunt ad fontes com Antiph. In die reſurrectioois. Sequitur Pſalmus: Laudate pueri, cũ Alleluia. Indè Allelnia, Dominus regnauit. verſ. Parata ſedes tua. Item verſ. Eleuauerunt. Indè melodia, indè Euãgẽlium. Ant. Venit Maria. Sequitur oratio. Indè vadunt ad S. Ioãnem ad fontes ſeu veſtem, cum Antiph. Lapidem. Sequitur, Pſalmus in exitu, cum Alleluia. Quo finito, ſequitur Alleluia, Venite exulremus. verſ. Præoccupemus. Item ver. Hodie ſi vocem. Indè melodia, In Euangelio Aotiphona: Ite, Nunciate. ver. Ibi eum. Item Antiph. Nolite expaueſcere. Sequitur oratio. Qua finita, pergunt ad crucem cum Antiphona, Vidi aqoam. Ibíqne canunt iterum Pſalmum, In exitu Iſraël, & Alleluia. Venite exultemus, vt ſuprà. Indè Euangel. Anoph. Præcedam vos. & ſequitur oratio ſacerdotis. his finios, & Eulogijs acceptis, remittitur vnoſquiſque ad titulum ſuum, vt ibidem veſperas celebter. Ipſi enim ſuper Pſalmum tantummodo Alleluia dicunt, & ante Euangelium dicunt Reſponſorium: Hæc dies, ſine verſu. Hæc ratio per totã hebdomadam ſeruatur vſque in Dominicam Poſt albas, Alleluia & Aotiphonis mutatis tãtum ſingulis diebus, Pſalmos verò eoſdem canunt.

De Sabbato in Albis.

HODIE albati, qui in Sabbato ſancto baptizati fueruot, veſtibus albis exuuntur. Albati autem propter veſtes albas vulgo appellantur. Sicut ſeptem dies pertinent ad vetus teſtamentom propter Sabbatum, ità octo dies ad nouum propter octaunm reſurrectionis diem. A ſabbato vſq; ad ſabbatom portãtur albæ veſtes, quæ nobis ſpeciem præſtant, qoales eſſe debeamus in nouo teſtamẽto, & qualia corpora recepturi in octaua die, in qua præſentari oos oportet ante Dominum cũ ipſo pignore, quod accepimus in baptiſmo. Alba autem veſtimẽta albatorum, opera ſuot iuſtorum, munda & candida omni tempore. Quod verò in Sabbato exuuotur ipſa veſtimenta, hoc ſignificat, quòd anima cuiuſcunque fidelis migrans è corpore, inuenier Sabbatum, id eſt, reqoiẽ & veſtimenta ſua hîc dimittet, id eſt, corpus, vt recipiat illud iterùm in oouiſſima die. Octo dies Neophytorum, curſum præſentis vitæ monſtrant. Sicut enim Hebraicus ille populus, tranſito mari rubro, columna ignis ſibi præcedente noctũ, per omne inter in terram repromiſſionis triumphans de hoſtibus introijt: Ità ooſtri baptizao, extinctis peccatis prætetitis, ducũtor quotidiè ad Eccleſiam, columna cerei illuminata præcedente eos. vndè intelligitur, ad nullos alios vſus in quibuſliber locis eam debere accendi, oiſi in recordatione luminis Spititus ſancti, dum itur ad Eccleſiam. Octo dies Neophytorum diſtinguuntur à cæteris, id eſt, octauus primo cõcinit. Octo officia quæ fiunt io commemorationem Neophyrorum diſtinguontur à cæteris, ſequentibus vſque in Pentecoſten. Primum habet duas laudes, id eſt, Alleluia, Confitemini, & Tractum, Laudate Dominom. Octauum duas ſimiliter, id eſt, duo Alleluia. Hæc dies. Et, Laudate pueri. quod non fit in vllo alio Sabbato vſque in Pentecoſten. Sex media habent Reſponſorium & Alleluia. In memotiam itaque primæ vitæ quam habnit Adam, primò canitur Alleluia: & quia nõ fuit ſempiterna, tractus ſequitur humiliote lingua vt humilitas poſterioris vitæ recotdetur. In recordatione verò potiſſimæ reſtaurationis, id eſt, vltimæ requiei, quæ redditur in ſeptima die, & perficitur in octaua

in octaua, in octauo die & octauo officio duo Alleluia canuntur: primum, quia vita redditur: ſecundum, quia ſempiterna. Similiter in Dominicis diebus duo Alleluia terminantur, vſque in Pentecoſten. Duo ſunt, vndè anima in ſeptima die, id eſt, in requie laudet Dominum vnum, de percepta gloria: alterum, de percipienda reſurrectione: homo autem in reſurrectione conſtabit ex corpore & anima. & quia reſurrectio Dominica præceſſit in octaua die quod futurum eſt in reſurrectione, hoc agimus per Dominicos dies vſque in Pentecoſten, id eſt, vt mens & corpus laudet Dominum: & quia interim ſinè corpore anima laudat Dominum, per ſingulos dies vnum Alleluia celebratur. At media ſex officia paſchalis hebdomadę reſponſorium tenent & Alleluia: ſicut ſeptenarius numerus requiem ſignificat, ità ſenarius opera: & in hac vita bonis operibus inſiſtendum eſt, & à Dei laude nõ ceſſandum. In fine verſuum Reſponſorij, *Hæc dies*, præpoſterus ordo eſt. *Benedictus qui venit*, præponitur in quinta feria verſui, *Lapidem quem reprobauerunt*, qui eſt in ordine Pſalmi prior: Sed ſexta feria cantatur, quia inter cæteros pręcipuè ſonat de paſſione Domini, quæ facta eſt ſexta feria: In illa reprobauerunt Dominum Iudæi ædificantes, in illa factus eſt in caput anguli. Quòd autem ſemel agitur baptiſmus, ſignificat, quia Chriſtus ſemèl pro nobis mortuus eſt. In quo baptiſmo duas pactiones fieri non dubium eſt, primùm videlicet abrenunciare Diabolo & pompis eius, ſecundò credere in myſterium ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Paruuli autem, alio profitente fidem illorum, idcirco baptizantur, quia adhuc loqui vel credere nequeunt. Qui ſi priuſquàm regenerentur, tranſierint, procul dubio à regno Chriſti alieni exiſtũt.

Patrini et matrini. Patrini verò illorum præuidere debent, vt cùm ad intelligibilem ætatẽ peruenerint, fide & bonis moribus inſtruant, orationem Dominicam & ſymbolum eos inſtanter erudiant. Quod ſi neglexerint, nôrint ſe rationem pro eis reddituros ante Dominum, quorum ſponſores extiterint. Quanto autem tempore generaliter ab Eccleſia celebratur aduentus Spiritus ſancti ſuper Apoſtolos, tanto tempore debet obſeruari vnctio Chriſmatis apud vnumquenque, qui accipit manus impoſitionem, & non immeritò, quoniam Spiritus ſanctus in ſeptem mulieribus, hoc eſt, ſeptem virtutibus venit ad hoſpitem ſuum. Dominica poſt albas, id eſt, in octauis Paſchæ, danda eſt cera benedicta poſt Miſſam ad ſuffumigãdum ſcilicet in domibus ſuis, ſeu ponendum in agris vel vineis propter illuſiones Diabolicas, ſiue contra fulgura vel tonitrua.

De litania Maiore.

Litaniarũ origo primo Maio. ROmana conſuetudo vnum diem, ſcilicet ſeptimum calendas Maij, interponit, quem vocat in litania maiore nõ in ieiunio. Litania autem Græcè, Latinè deprecatio vel rogatio dicitur, indè & Rogationes. Poteſt enim ſerena mens, & aliena à voluntate mala, precari Dominum, quanuis manducet ſobriè. Eo enim tempore, id eſt, ſeptimo Calendas Maij, ſolent inimici commouere bellum aduerſus vicina regna. Hinc reor caute hoc eſſe prouiſum: Vel quia tunc omnia in quodam profectu ſunt. Meſſes pullulant, arborei fructus ex flore prodeunt, vineæ & oliuæ ſuis arboribus erumpunt, Animalia campos tondent. Quoniam neceſſaria hæc ſunt noſtris vſibus, petendum eſt vt à Domino conſeruentur.

De diebus rogationum.

TRES autem dies Rogationum, qui celebrantur ante Aſcẽſionem Domini, iuxta morem Gallicanæ Eccleſiæ conſtituit Sanctus Mammertus Viennenſis Epiſcopus, ob incurſionem ſcilicet malarum beſtiarum, quæ tunc temporis grauiſſimè afficiebant populum DEI. Nam cùm exigentibus peccatis, Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur, nec huius flagelli aliquod remedium inueniretur, congregati traduntur Galliarum Epiſcopi apud Viẽnam præcipuam Galliæ vrbem, qui in commune ſtatuerunt, vt triduano ieiunio miſericordiam Domini implorarent, antiquorum patrum veſtigia ſequẽtes. Cúmque ad eorum preces oculus diuinæ pietatis reſpiciens, flagelli huius peſtem miſericorditer abſtuliſſet, hi dies in conſuetudinem annuæ celebritatis venerunt, vt per Galliarum prouincias ante Aſcenſionis diem celebrarentur, quæ conſuetudo apud nos vſque hodiè pro diuerſis calamitatibus deuotiſſimè recolitur.

De Aſſenſione.

ASCENSIONIS Dominicæ ſolennitas ideò celebratur, quia eodem die poſt mundi victoriam, poſt inferni regreſſum aſcendere memoratur ad cœlos, ſicut ſcriptum eſt: Aſcendit in altum, cepit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quæ feſtiuitas ideò per reuolutum annorum circulum celebratur, vt vnitas aſſumptę carnis aſcendẽtis ad dexteram patris in memoriam reuocetur: Cuius corpus ita in cœlo eſſe credimus, vt erat quandò aſcendit. Quod & vox Angelica proteſtatur, dicens: Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum, id eſt, in eadem carnis ſpecie atque ſubſtantia: Cui profectò carni immortalitatem donauit, naturam non abſtulit. Dextera autẽ patris, ad quã idẽ filius ſedere creditur, nõ eſt corporea, quod nefas eſt de Deo ſentire: ſed dextera patris eſt beatitudo perpetua, quæ ſanctis in reſurrectione promittitur, id eſt, Eccleſiæ, quæ eſt corpus Chriſti: ſicut & ſiniſtra eius, rectè intelligitur miſeria & pœna perpetua, quæ impijs dabitur.

De Vigilia.

IN vigilia Pentecoſtes ità agitur, ſicut in Sabbato ſancto Paſchæ: Antequàm enim deſcendatur ad fontes ad baptizandum, legitur lectio prima, Tentauit Deus Abraham. ORA. Deus qui Abrahæ famuli. Lectio ſecunda, Scripſit Moyſes Canticum. CAN. Attende cœlum ORA. Deus qui nobis per Prophetarum oracula &c. Lectio tertia, Apprehendent ſeptem mulieres. CAN Vinea facta eſt ORA. Deus qui nos ad celebrãdum. Lectio quarta, Audi Iſrael præcepta vitæ: Deus in- *Cæremonia in feriis Pentecoſtes.*

cómutabilis. CAN. Sicut ceruus. ORA. Concede, quæſumus, omnipotẽs Deus, vt qui feſta Paſchalia agimus. Finitis lectionibus, deſcendendum eſt ad fontes cum ſancto Chriſmate & cereis in magna reuerentia decantando Litaniam. His expletis, baptizandum eſt, ſicut in vigilia Paſchæ. Poſt aſcenſum verò fontis, ingrediendum eſt ad Miſſam publicam ad S. Iohannem. Imprimis fiunt Litaniæ iter repetendo, & cùm dixerint, Agnus Dei: dicatur excelſa voce, Accendite. Accenſis omnibus luminibus, procedit Pontifex cum omni ornatu vſque ad altare, & dicit: Gloria in excelſis Deo, & peragitur Miſſa in ordine ſuo.

De Pentecoſte.

INITIVM ſanè & cauſa feſtiuitatis Pentecoſtes, paulo latiùs repetenda eſt. Pentecoſtes enim dies hinc cœpit exordium, quandò Dei vox in Sina monte deſupèr intonantis audita eſt, & lex data eſt Moyſi. In nouo teſtamento Pentecoſtes cœpit, quandò aduentum ſancti Spiritus, quem Chriſtus promiſit, exhibuit, quem ait non eſſe venturum, niſi ipſe aſcenderet in cœlum. Denique dum portam cœli Chriſtus intràſſet, decem diebus interpoſitis, intremuit ſubitò, orantibus Apoſtolis, locus: & deſcendente ſancto Spiritu ſuper eos, inflammati ſunt ità, vt linguis omnium gentium Dei magnalia loquerentur. Aduentus itaque ſancti Spiritus ſuper Apoſtolos, gratia in varietate linguarum diffuſa, ſolemnitatem tranſmiſit in poſteros, eáque de cauſa Pentecoſtes celebratur, & dies ipſe propriè inſignis habetur. Concordat autem hæc feſtiuitas Euangelij cum feſtiuitate legis. Illic enim poſteaquàm magnus immolatus eſt, interpoſitis quinquaginta diebus, data eſt lex Moyſi ſcripta digito Dei: Hic, poſtquã occiſus eſt Chriſtus, qui tanquàm ouis ad immolandum ductus eſt, celebratur verum Paſcha: & interpoſitis quinquaginta diebus, datur Spiritus ſanctus, qui eſt digitus DEI, ſuper centum viginti diſcipulos, Moſaycæ ætatis numero conſtitutos.

De die ſancto.

DOminicum diem Apoſtoli ideò religioſa ſolennitate ſanxerunt, quia in eodem Dominus & redemptor noſter à mortuis reſurrexit: quique ideò Dominicus appellatur, vt in à terrenis operibus vel mundi illecebris abſtinentes tantùm diuinis cultibus ſeruiamus, dantes ſcilicet huic diei honorem & reuerentiam propter ſpem reſurrectionis noſtræ, quam habemus in illa. Nam ſicut ipſe Dominus Ieſus Chriſtus & ſaluator noſter, tertia die reſurrexit à mortuis: ità & nos reſurrecturos in nouiſſimo die, ſperamus. Vndè etiàm in Dominico die ſtantes oramus, quod eſt ſignum futuræ reſurrectionis. Apparet autem, hunc diem etiam in ſanctis ſcripturis eſſe ſolemnem. Ipſe eſt enim dies primus ſeculi: in ipſo formata ſunt elementa mundi: in ipſo creati ſunt angeli. in ipſo quoque à mortuis reſurrexit Chriſtus: in ipſo de cœlis ſuper Apoſtolos ſanctus deſcendit Spiritus manna eodem in eremo primùm de cœlo datum

A eſt. Sic enim dicit Dominus: Sex diebus colligetis manna, in die autem ſexta duplum colligetis. Sexta enim dies eſt paraſceue, quæ ante ſabbatum ponitur. Sabbatum autem ſeptima dies eſt, quam ſequitur Dominicus dies, in quo primùm manna de cœlo venit. Vndè colligant Iudæi, iam tunc prælatam eſſe Iudaico ſabbato ipſorum Dominicam noſtram: iam tunc indicatum, quòd gratia DEI ad eos de cœlo nulla deſcenderit, ſed in ſancta Dominica noſtra, in qua primùm eandem Dominus pluit.

De quatuor temporibus.

B QVatuor ſunt tempora anni, id eſt, ver, æſtas, autumnus, & hyems. Hæc tempora ſolent nos per delectamenta ſua reuocare ab amore charitatis. In quibus opportet nos ieiunare, etiamſi venerint infra Pẽtecoſten, quãdò celebratur feſtiuitas ſeptiformis ſpiritus. vt illud Dominicũ, Venient autem dies cùm auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. De his Auguſtinus: Quamuis ordinatio non fiat, neceſſarium tamen eſt noſtræ religioni, quatuor temporum ieiunia celebrare. De eodem ieiunio dicit Leo Papa in Homilijs: Vt ieiunium celebretur in largitione Sacro-
C rum ordinum, Eccleſiæ primitiuæ mos obtinuit, vt illud, Miniſtrantibus illis Domino & ieiunantibus, dixit Spiritus Sanctus, Separate mihi Saulum & Barnabam in opus miniſterij, & reliqua. Tunc ieiunantes & orantes, imponenteſque eis manus, dimiſerunt illos. Iſto die, id eſt, quarta feria, leguntur duæ lectiones: Quoniam hi qui ad ſacrum ordinem tranſeunt, debent admoneri, vt habeant notitiam legis & Prophetarum. Quarta enim ætate lex & Prophetæ viguerunt, & Dauid bellicoſiſſ. qui interpretatur manu fortis, in eadem ætate Goliath, id eſt, humilitas ſuperbiam proſtrauit. Contra quem Goliath, id eſt, Diabolum, debent in humilitate dimicare, qui ad ſacros ordines
D prouehuntur. Quinta feria deeſt officium & Miſſa, ideò debet cantari de Dominica Pentecoſtes. Feria ſexta vna tantùm legitur lectio, quia lex & Prophetia in vno Euangelio recapitulantur, quod legitur in ſexta ætate mundi.

Sabbatum in.12. lectionibus

LEctiones duodecim propter duodecim lectores dicuntur, quia ab antiquis Romanis bis legebantur, hoc eſt, Græcè & Latinè, (Sex enim tantummodò ſunt) niſi fallor, duas ob cauſas: Vna; quia aderant Græci, quibus ignota erat lingua La-
E tina: aderant & Latini, quibus incognita erat Græca: altera cauſa propter vnanimitatem vtriuſq; populi. Qui mos apud Conſtantinopolin vſque hodiè ſeruatur. Nec ab re eſt, quod in vnoquoque ieiunio tres dies ſunt, quia vnumquodque tempus tres menſes habet, pro vnoquoque menſe ſinguli dies ieiunio conſecrantur. Et cur in Sabbato potiſſ hæc conſecratio celebretur, Auguſtinus ſcribit ad Ianuarium ità: Sabbatum commendatum eſſe priori populo in ocio corporaliter celebrandum, vt figura eſſet ſanctificationis in requie Spiritus ſancti. Scriptum eſt enim: Sanctificauit Deus diem

diem septimum, & quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, commemoratur ſanctificatio in ſeptimo die. Epiſcopi verò conſecratio, qui eſt vicarius Apoſtolorum, immò & Chriſti, fit in Dominica, quia eodem die per donum Spiritus ſancti dignatus eſt illuſtrare corda Apoſtolorum. Sabbato igitur quatuor leguntur lectiones, quando benedictio largitur, quia quatuor ſunt ordines benedicentiũ Dominũ, vt illud Dauidis: Domus Iſrael benedicite Dominum, id eſt, Iſraeliticus populus: Domus Aaron, id eſt, prælati: domus Leui, id eſt, miniſtri DEI: Qui timetis Dominum, de cæteris nationibus. In iſtis lectionibus imbuuntur, ordinandi ad exempla ſanctorum quatuor ordinum patrum. Proxima lectio ordinationis de camino ignis legitur, quia non poteſt ritè homo ad conſecrationem accedere, niſi priùs tranſeat per fornacem, & ibi benedicat Deum, vt illud, Vaſa figuli probat fornax & reliqua. Quapropter debent tranſire per fornacem, quod ſonat lectio quinta, vt ſic probati, accedere ad ſacrum myſterium valeant, ſicut legitur in ſexta lectione, Scientes quòd tribulatio patientiam operatur, & reliqua. De reſponſorijs non eſt neceſſe aliud dicere, quàm quod ſingulis lectionibus reſponſoria ſingula reſpondeant. Grauitatem quam debet ſacratus ſeruare, Tractus monſtrat, nè fortè inſuperbiam elatus, incidat in laqueum Diaboli. Tractus enim ſemper in cauſa humilitatis ponitur. Per ſingulas orationes debemus mentis humilitatem per genuflexionem oſtendere, excepto infra Pentecoſten, In ſola, de camino ignis, non flectimus genua, quandò Nabuchodonoſor compellebat populum adorare ſtatuam, quam fecerat, vt ſeparata ſit noſtra oratio, quæ eſt ad vnum Deum ab errore Gentilium. Oratio poſt communionem ſuper populum non habetur, quia iſtud officium frequenter circa noctem Dominicam ſolet fieri, in qua minimè genu flectitur.

De Sancto Iohanne Baptiſta.

IDEO TRES Miſſæ celebrantur in feſtiuitate ſancti Iohannis, quia tribus inſignibus triomphis excellenter refulſit Ad hoc enim venit, vt viã Domino præpararet exemplo ſuæ conuerſationis, qui triumphus celebratur in vigilia eiuſdem. Per miniſterium baptiſmi claruit inſignis. Huius miniſterij triumphus in prima Miſſa recolitur. Nazaræus permanſit ex vtero matris: hoc donum recolitur in die.

De Feſtiuitate omnium Sanctorum.

SCriptum eſt in geſtis Pontificalibus, quòd S. Bonifacius Papa quandam domum Romæ Pantheon nomine, quæ erat conſecrata in honore omnium dæmoniorum, eliminatis omnibus ſpurcitijs, ſacrauerit Eccleſiam in honore ſanctæ Dei genitricis, omniúmque ſanctorum. Vnde conſtitutum eſt, vt plebs vniuerſa per totum orbem in Calendis Nouembribus, ſicut in die natalis Domini, ad Eccleſiam in honore omnium ſanctorum ad Miſſarum ſolennia conuenire ſtudeat, illud attendẽtes, vt quicquid fragilitas humana per ignorantiam aut negligentiam in ſolẽnitatibus ſanctorum minùs plenè peregiſſet, in hac ſancta obſeruatione ſolueretur.

De quatuor Coronatis.

Feſtiuitas quatuor coronatorum.

QVatuor coronatorum nomina hæc ſunt: Seuerus, Seuerianus, Victorinus, & Carpophorus. Quorum nomina, & dies natalis per incuriam neglectus, minimè reperiri poterat: ideò ſtatutum eſt, vt in eorum Eccleſia quinque cæterorum Sanctorum qui in Miſſa recitantur, natalis celebretur: id eſt, Claudij, Nicoſtrati, Simphoriani, Caſtorij atque Simplicij, vt iſtis eorum quoque memoria pariter fieret: poſteà verò eorũ nomina reuelata ſunt. Solennitas tamen, vt ſtatuta fuerat, in aliorum ſanctorum nomine celebris permanſit.

Officium, Vir erat in terra.

VErba hiſtorica cõtinentur in offertorio, Verba Iob ægroti & dolentis, continentur in verſibus. Ægrotus, cuius anhelitus non eſt ſanus, neque fortis ſolet verba imperfecta ſæpius repetere. Officij author, vt affectanter nobis ad memoriam reduceret ægrotantem Iob, repetiuit ſæpiùs verba more ægroti. In offertorio nõ ſunt verba repetita, quia hiſtoricus ſcribens hiſtoriam, non ægrotabat. In verſibus prædicti Offertorij duplicantur ſiue triplicantur ac multiplicantur verba. Iob fuit mirabiliter flagellatus, & mirabiliter ac ſingulariter inter antiquos patres victoria patientiæ laudatus. Ideò non abhorret à vero, ſi alio modo compoſita ſint verba ſua per ſuos verſus, in quibus ipſe videtur loqui, quàm cæterorum verſuum. Iob ſicut cithara percutiebatur, id eſt, cita iteratione dolor dolorem ſequebatur: vulnus, vulnus. Præſente nugigerulo, alter intrabat. Cõuicto vno rege obintgante ſe, illicò alter ſuccedebat. Multiplex fuit eius dolor, & ſecũdùm multitudinẽ doloris anhelitus deficiens, ſæpiùs repetebatur. Solet enim author Antiphonarij aut diſtinctione cantûs, aut diſtinctione ordinis, varium affectum monſtrare ſanctorum: ſicut de Iohanne Symmyſta fecit per neumã circa intellectũ verborũ, ſapiẽtiæ & intellectus in Reſpõſ. In medio Eccleſiæ. In quo quodammodo imitatur verbum ineffabile, de quo dicebat: In principio erat verbum. Et ſicut fecit in ordine officij, quod cantatur de Miſſa Innocẽtium: in quo ſubtrahitur, Gloria in excelſis Deo & Alleluia, propter ploratio nem Rachel, quæ in figura præceſſit matris noſtræ ſanctæ Eccleſiæ: aut quia tempus erat, quo tunc ad inferni clauſtra deſcendebant paſſi, & expectabant antiqui patres Chriſti deſcenſum.

De Eccleſiaſtico ordine.

DIgnitas Eccleſiaſtici ordinis, ab ipſo Aaron primo ſacerdote cauſas & originem ducit. Primus autem dicitur, quantùm ad ordinationem. Nam fuerunt ante eum alij ſacerdotes, vt Melchiſedech ſacerdos Dei excelſi, qui Deo panem & vinum offerens, nouũ, hoc eſt, Euangelici ſacrificij modum qualitatémque ſignificauit. Abraham

quoquè, Iſaac & Iacob, & multi antè, vt Abel & Noë, Deo hoſtias obtuliſſe dicuntur, ſed nullos eorum ordinatus vel conſecratus in ſacerdotium, neque ſacris & myſticis veſtibus indutus fuiſſe iouenitur, niſi Aaron, qui primus, iobeote Domino oleo ſancto inunctus & ſacerdotalibus veſtibus decoratus. Tradunt autem Hebræi, quòd ante Aaron primogeniti eſſent ſacerdotes. Denique Melchiſedech autumant fuiſſe Sem primogenitum Noë, ſacerdotem Dei excelſi. Ex omoibus enim tribubus Iſraël elegit Deus tribum Leui, & ex hac tribu elegit Aaron ſummum pontificem, filios verò eius minoris gradus vel ordinis, quos preſbyteros appellamus. Cæteros in eadem tribu generali vocabulo Leuitas ouncupant, diuerſis gradibus & miniſterijs delegatos. Quidam enim ex ipſis erant oſtiarij, & hi craot in I. & in inferiori gradu: in ſecuodo lectores, in tertio exorciſtæ: In quatto acolyti, in quinto ſubdiaconi, in ſexto diaconi, in ſeptimo preſbyteri: in ſupremo, excellentiori gradu Epiſcopi ſiuè põtifices cõſtituti erant. Hi erant octo gradus diuini miniſterij, de quibus ſortaſſis Ezechiel Propheta io myſtica templi viſione dicit, Et in octo gradibus aſcenſus eius. Nũc dicendum eſt de ſingulis, & quid officij haberent, breuiter iotimandum.

Oſtiarij erant, qui & æditui vel ianitores vocabantur. Hi, vt in libro Paralipomenoo legitur, erãt ſuper exedras & theſauros domus Domini, & per gyrum morabantur in cuſtodijs ſuis, obſeruautes, vt nullus immundus templum Dei intraret.

Lectorum ordo, formam & ioitium à Propheris accepit. Sunt igitur lectores, qui verbum Dei prædicant, quibus dicitur: Clama, nè ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam.

Exorciſtæ erant, qui exorciſmis, id eſt, adiuratiooibus à Salomone compoſitis, dæmones ab energumenis effugabant, quales legũtur in Actibus Apoſtolorum fuiſſe ſeptem filij Sceuæ.

Acolyti erant, qoi tabernaculo Dei lucernis accendendis præerant, iuxta quod in Exodo legitur: Pręcipe filijs Iſraël, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, piloq; cõtuſum, &c. Hi obſequebantur in omnibus cæteris ſuperioribus gradibus: Vndè acolyti, id eſt, obſequẽtes vocabantur. ἀκολουθῶ enim græcè, Latinè ſeqoor dicitur. Nunc in Eccleſia ceroferarij dicuntur à ferendis cereis. Sed tunc dici hoc nomine non poterant, quòd nec mel, nec cera introferebatur in ſacrificio Domini.

Conſulatur lexicõ græcũ de voce hac, acolytos. nam de ea grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt.

Subdiaconi erant, quos Nathinæos vocabant, qui ſub Leuitis erant, ſobſeruientes & obſecundãtes illis. Vndè & Nathinęi, id eſt, humiles, vel in humilitate ſeruiẽtes, vocabantur. Ex iſtorum numero fuit Nathanael, qui à Domino in Euãgelio ſumma laude declaratur, ipſum eſſe Dei filium & Regẽ Iſraël cõfeſſus eſt. Tres ſuperiores gradus, Leuitarum, preſbyterorum, Epiſcoporum ſiue põtificũ. Leuitarum ordo ab ipſa tribu Leui exordium ſumpſit & nomen. Interpretantur aſſumpti, quòd pro omnibus tribubus aſſumpti erant, & ſeruitio Domini deputati. Et quanuis cæteri qooquè minoris ordinis de tribu Leui eſſent, ſpecialiter tamen hic ordo Leuitarũ ſub preſbyteris dicebatur, qui per ordinationem Aaron & filiorum eius conſecrabantur: excubantes ſemper in templo Dei. ipſi geſtabant arcam tabernacolom, & victimarum adipem ſacerdotibus offerebant. Septimus ordo ſacerdotum vel preſbyterorum, filij ſcilicet Aaron quibus ſacrificia & holocauſta, atque omnis templi Dei cultus commiſſus erat & traditus: quorum erat diſcernere inter prophanum & ſanctum, inter immundum & mundum, & quicunque ſecundùm legem mundandus, vel immunditiæ adiudicandus erat illorum iudicio mundus vel immundus diſcernebatur. Interpretator autem Preſbyter ſenior, qui eligebantur ætate pariter & morum grauitate perfecti, qoia Deus in ordinandis mores magis & ſapientiam approbat, quàm ætates. Hos ſequebatur octauus ordo pontificum, qui & principes vocabantur ſacerdotum. Super omnes ſacerdotes, vel presbyteros vnus conſtituitus erat pontifex, ceteris omnibus excellentior, & velut in ſumma religionis arce locatus, ad quem cæteri reſpicerent, eiuſquè iudicium decretumquè ſeruarent. Sciendum autem, quia primò vnus pontifex iubeote Domino conſtitutus eſt quo decedente, filius eius Eleazat ſacerdotium ſuſcepit, & hoc mortuo, filius eius Finees ſacerdotij ſucceſſor extitit: Sicque vſqoe ad tempora Dauid vnus poſt vnum pontificatus hæredes extitère. Dauid ergò cùm cogitâſſet ædificare templum Domino, & diuinos cultus vellet augere, conuocata omni filiorum Aaron progenie, & illos ſcilicet qui de Eleazar, & qui de Ithamar ſtirpe deſcenderant, diuiſit eos in partes viginti quatuor, ac de ſingulis ſingulos pontifices elegit. Cæteros verò qui in partibus erant ſacerdotij minutis, qui nunc preſbyteratus dicitur, officio preſbyteratûs fungi præcepit, qui pontifices ſinguli cum ſibi ſubiectis ſacerdotibus, per octos miniſtrarent dies, hoc eſt, à ſabbato vſque ad ſabbatum. Cúmque omoes ſacerdotali gradu eſſent æquales, vnus tamen in eis qui dignior videretur, ſpeciali reuerentia præminens, ſummi ſacerdotis nomen haberet. Ipſe qooquè rex Dauid primus delegauit, qui Pſalmos in templo Domini modulata voce caotantes, animos populi ſublimitate & ſuauitate vocis, qua dicebantur, oblectarent, & ad amorem Diuini cultus ampliùs accenderent. Hæc de octo gradibus diximus, qui veteris legis tempore obſeruantiſſimè cuſtodiebantur, quòd io nouo teſtamento ſuſcepit Eccleſia tanto meliùs, quaoto & veriùs: quia illis omnia in figuram cõtingebant. Quos, quia notiſſimi ſunt, & quid ſingulis conueniat, quidve eis in ſua ordinatione tradatur, frequentiſſimo vſu ſcitur ab omnibus, paulo inferiùs brèuiter *eos* commemorâſſe ſufficiebar.

De tonſura Clericorum.

CLericorum autem tonſura à Nazaræis fertur ſumpſiſſe exordium. Cum enim quis voto ſe obligaſſet, vt per ieiunium atque aliarum rerum obſeruantiam ſe affligeret, abſtinebat ſe ab omni quod inebriare & ſtatum mentis auertere poſſet, erátque ſemper in templo, vndè & Nazaræus, id eſt, ſanctus & Domino conſecratus vocabatur. Impletis aotem voti ſui diebos, veniebat ad templum Domini, & offerebat pro ſe, quæ lege præcipiebãtur,

tur,radebatq́ue capillos capitis ſui & barbæ, partemq́ue pilorum in flāma altaris eremabat, ſicq́ue voti liber redibat ad propria. Fertur beatus Petrus primus huiuſmodi tonſuram ſibi feciſſe ad ſimilitudinem ſpineæ coronæ Domini :· ſiue vt clerici à laicis non ſolùm differant habitu , verùm etiàm tonſura.

Clerus igitur Græcè, Latinè ſors dicitur vel hæreditas Domini . Qui ergò ad clericatûs ordinem peruenit, Dei hæreditas eſſe debet: quia hoc debet ſemper præuidere, vt Dominum poſſideat, & ipſe à Domino poſſideatur, vt poſſit dicere cum pſalmiſta: Dominus pars hæreditatis meæ. Legimus in veteri teſtamento Dominum dixiſſe ad Moiſem Filiis Leui non dabis hæreditatem. Ego enim ero hæreditas illorum. Indè clerici dicti, eò quòd de ſorte Dei & hæreditate ſint, ſi regulariter viuūt. Si autem non viuunt regulariter , ſicut maximi clerici, qui totum laicalem habitum ſequuntur, cingentes arma, & cætera facientes, quę ordo Canonicus prohibet, illi tales non ſunt clerici. Quid ergò ſunt? Acephali, id eſt, ſinè capite religionis.

Canonicorum officium. Canon Græcè, Latinè regula, eò quòd recto tramite docat hominem ad cæleſtem patriam , & indè canonicus, regularis , eò quòd regulariter debeat viuere.i. rectè in ſancta Eccleſia.

Oſtiarij officium. Oſtiarius ab oſtio Eccleſiæ dicitur , quod ità debet præuidere , nè vllo modo paganus ingrediatur Eccleſiam , quia ſuo introitu polluit eam. Debet etiam cuſtodire ea, quę intra Eccleſiā ſunt, vt ſalua ſint : quia illi traditæ ſunt claues, & commiſſa cura cuſtodiendæ eccleſiæ.

Lectoris officium. Lector dicitur à legendo, eò quòd miniſterium legendi habeat in Eccleſia. Illi traditus eſt codex apicum diuinorum, vt diſtinctè ad intelligendum diuinas lectiones pronunciando , populo placeat.

Acolyti officium. Acolytus Græcè, Latinè Ceroferarius, id eſt, cereum ferens. Illorum officium eſt , vt deportent cereos ante diaconum , quandò legitur Euangelium in Eccleſia, & non ad effugandas tenebras, præſertim cùm ſol in die rutilet : ſed vt demonſtretur, quòd de tenebris infidelitatis venimus ad lucem fidei, & vt ſignum lætitiæ ſit, quatenùs ſub typo corporalis luminis, lux illa in memoria habeatur , de qua dicitur : Erat lux vera , quæ illuminat omnem hominem venientem in huoc mundum.

Exorciſtæ officium. Exorciſmus Græcè, Latinè dicitur ſermo adiurationis ſiue increpationis : & indè exorciſta , adiurator. Illorum officium eſt, vt ponant manus ſuper dæmoniacos , & per inuocationem nominis Dei repellant dæmones ab eis, dicentes: Adiuro te immunde ſpiritus per Deum patrem , & filium, & ſpiritum ſanctum, vt recedas ab hoc famulo Dei. Illud miniſterium, vt Canones dicūt, nemo debet vſurpare, niſi quidem officium habēt, aut presbyter, aut diaconus, aut ſubdiaconus , aut exorciſta.

Subdiaconorū officium. Subdiaconus, ſubminiſter, eó quòd ſub Diacono ſit, id eſt, ſub miniſtro. Illius miniſterium eſt, vt miniſtret Diacono, id eſt, deferat ei linteum, ſuper quod conſecrandum eſt corpus & ſanguis Domini. Deferat ei patenam cum oblatis , & calicem in quo vinum & aqua habeatur. quia de latere Domini proceſſit ſanguis & aqua. Peracto ſacrificio, myſteria corporis & ſanguinis Domini , quæ ſuperfuerint , à Diacono colligenda vel deportanda ſuſcipit.

Diaconi officium. Diaconus Græcè , Hebraicè Leuita , Latinè aſſumptus vel miniſter interpretatur : Aſſumptus , quia aſſumitur , id eſt , eligitur ad ſeruitium altaris : Miniſter , quia miniſtrat Presbytero. Ponit linteum in altare, ponit panem & calicem, quæ nec mittendi, nec auferendi habet poteſtatem Presbyter, ſi Diaconus adfuerit. Sicut presbytero officium conſecrandi competit, ita Diacono miniſtrandi.

Presbyteri officiū. Presbyter Græcè, Latinè Senior dicitur , non propter ſenectutem, ſed propter dignitatem, honorem & ſapientiam : quia quicunque Presbyter eſt , ſapiens eſſe debet , vt intelligat ea quæ legit , intelligat orationes quas dicit & diurnis temporibus & nocturnis , intelligat ea quæ cantat in Miſſa , Verè dignum & iuſtum eſt , Te igitur , Pater noſter, & cætera , id eſt , omnia cum ſymbolo. Adam vixit annis D. CCCC. XXX Noë D. CCC. & nemo illorum appellatus eſt ſenex. Abraham verò qui ad comparationem illorum per paucum vixit tempus , annis videlicet C. LXV. appellatus eſt ſenex , quia eſt Quia ſapientior illis fuit.

Sacerdos Græcè, Latinè dicitur ſacrum dans, id eſt, ſanctum ſacrificium offerens Deo.

Presbyteri poteſtatem habent catechiſandi, baptiſandi, infirmos benedicti olei vnguine perungendi, his quoquè concesſum eſt officium prædicādi in eccleſia. Super hos ſunt Epiſcopi, ſicut loco & dignitate, ſic ſanctitatis & eruditionis ſingularitate cōſpicui , quibus ſolis eſt poteſtas ſacrum chriſma cōficere, & baptiſatorū frōtes ſignare , & per manûs impoſitionem ſpiritum ſanctū illis tribuere. Habent poteſtatem ligandi atque ſoluendi. Per ipſos quoquè publica populi abſolutio in die cœnæ Domini ſolenni more peragitur. Sciendum autem , quòd primis eccleſiæ temporibus etiàm presbyteri epiſcopi vocabantur : ſed poſtmodùm vtili ſatis prouiſione conſtitutum eſt , vt hoc nomen ſolis pontificibus tribuatur, quorum maioris gradus excellentia creſcat & minor ordo menſuræ ſuæ limitem recognoſcat : ſitq́ue differentia in vocabulis, ſicut præcellior locus honoris.

Epiſcopi officium. Epiſcopus Græcè, Latinè dicitur Superintendens: ἐπὶ ſuper, σκοπεῖν intendere, hinc Epiſcopus ſuperintendens, id eſt, ſuperuidens: quia ipſe debet ſuperuidere vitam ſubiectorum ſuorum , qualiter credant , qualiter viuant , qualiter Dei præcepta cuſtodiant. Antiquis temporibus in ſingulis ciuitatibus erant turres altiſſimè conſtructæ: vnaquæque ciuitas habebat ſuam turrim , in qua ſtabat ſpeculator aſſiduè , vt à longè poſſet adſpicere ſi exercitus veniret ex aliqua parte: ſi videret exercitum venientem, nunciabat ſtatim Regi, & præparabantur omnes ad bellum contra hoſtem illum. Speculatoris illius ſimilitudinem gerit modò Epiſcopus : quia ſicut ille ſtabat in altitudine turris, ſic Epiſcopus & Presbyter debet conſiſtere in altitudine virtutum. Sicut enim illa turris cęteras domos excellebat, ſic Epiſcoporum & Presbyterorum vita , debet excellere vitam ſubiectorum: & ſicut ille ſpeculator nunciabat aduentum hoſtis , vt ſe præuiderent ciues , ſic Epiſcopi & Presbyteri debent annunciare populis ſibi ſubiectis aduentum nequiſſimi hoſtis diaboli,

byteros, iuxta quod ipſe dicit ad Ezechielem Prophetam: Fili bominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſraël.

Antiſtes vndè.

Antiſtes quaſi anteſtans, id eſt, ante aram. Vndè quidam Antiſtitem dicera volunt, Meliùs tamen dicitur à verbo, anteſto, anteſtas, quod ſignificat emineo, excello: eò quòd vniuerſum populum dignitate & honore ſuperemineat.

Pontiſex, quaſi pontem ſaciens, eò qnòd pontem, id eſt, viam aliis præbere debeat verbo & exēplo vndè homines tranſeant ad patriam cęleſtē. Pons autem eſt tabulatū, qnod fit ſuper aquas.

Qualiter Epiſcopus ordinetur in Romana Eccleſia.

Mos eligēdi Epiſcopum ſecundum veteres.

CVm Epiſcopus ciuitatis ſuerit defunctus, eligitur alius à clero ſeu populo, ſitq́ue decretum ab illis, & veniunt ad Apoſtolicum cum ſuo electo, deferentes ſecum ſuggeſtionem, boc eſt, rogatorias literas, vt eis conſecret Epiſcopum. Tunc pontiſex iubet eum inqoiri de quatuor capitulis canonicis, hoc eſt, de *

pro ancilla Deo ſacrata, pro quadrupedibus, aut ſi cnniugem babuit ex alio viro, quod Græcè dicitur διγαμία. Et ſi de his inculpabilis inuentus fuerit, iurat Archidiacono ſuper quatuor Euangelia, deindè confirmat ſuper corpos B. Petri de his inculpabilem ſe fore. Similiter Presbyteri & Diaconi. Poſt hæc reſidente Pontiſice, & adſtante vniuerſo clero, interrogat eos, qui illum adduxernnt, de conuerſatione ſua, ſeu quot annos in vnoquoque gradu miniſtrauit. Deindè interrogat eum, ſit ne de ipſa Eccleſia, aut de alia. Et ſi de alia eſt, interrogat, vtrùm habeat dimiſſoriam ab Epiſcopo ſuo. Quæ oſtenſa, recitatur in medium. Quo facto, ſubiungit pontiſex: Quid vobis placuit de eo? Reſpondaant, caſtitas, hoſpitalitas, benignitas, & omnia bona quæ Deo ſunt accepta: & pontiſex, Videte fratres, nè aliqnam promiſſionam feciſſet vobis: ſcimus quòd Simoniacum eſt & contra canones. Illis reſpondentibus, Abſit à nobis: introducitur electus aote pontificem, proſtrato eo in terram. Cui Apoſtolicus, Protegat nos DOMINVS. & tunc interrogat de ſuis ordinibus, atque inſtruit de canonica aothoritate, & dicit: Quoniam in ta bona conueninnt, abſtinebis te hodie, hodiè abſtioebis, & craſtina Deo iuuante conſecraberis, & tunc egreditur foràs. Alia verò die quæ eſt Dominica, procedit pontiſex in Eccleſiam cum omni ornatu, præſtolante eum vniuerſo clero atque populo. Quia verò in Dominica ordinatur, & reliqui miniſtri in Sabbato, ſuprà ſcriptum eſt: Ingrediente Apoſtolico in ſacrarium, incboat ſchola ad introitum, Antiphonam in ordioatione pontificis, completo introitu, non dicitur tum Kyrie eleyſon, ſed mox dicit Apoſtolicus orationem. Cantātibus egreditur Archidiaconus cum ſubdiaconis & acolytis, & induit electum dalmatica ſeu caſula, & introducit eum! Pontiſex & Clerus vniuerſus, & plebs conſentiens ciuitatis cum adiacentiis ſuis, elegerunt ſibi illum Presbyterum, vel Diaconum, epiſcopum ſibi conſecrari, Oremus itaque nos pro eodem viro, vt Deus & Dominus noſter tribuat ei cathedram epiſcopalem ad regendam Eccleſiam ſuam, & plebem vniuerſam. Deindè iocboat ſchola Kyrie eleiſon cum Litania, proſtrato Domino Apoſtolico in terram ante altare cum ipſo electo, & Epiſcopis ac ſacerdotibus. Finitis litaniis, ſurgunt, & benedicit aum. Illud verò, quòd duo epiſcopi tenent codicem Euaogeliorum ſuper caput eius, & vno fundente ſuper eum benedictionem, reliqui, qui adſunt Epiſcopi, manibus ſuis ſuper caput eius tangunt, non reperitnr in authoritate veteri, neque noua, ſed neque in Romana traditione. Sed & hoe ſciendum, quia reliqui mioiſtri poſt Aotiphonam ad introitum, & orationem tunc ordinātur: Epiſcopi verò poſt reſponſorium cantatum. Quòd autem aliqui poſt Euangelium conſecrant Epiſcopum, non dicit vllus oido. Ad comiounicandum verò pontiſex porrigit ei ſormatam atque ſacram oblationem. Quam accipiens, communicat ſuper altare, cætera varò reſeruat ſibi ad communicandum vſqne ad dies quadraginta. Poſtmodùm ex præcepto Apoſtolici communicat omnem populum. Qualis autem eſſet antiquitùs conſecratio Epiſcoporum, oſtendit Hieronymus in Epiſtola ad Euagrium: Alexandriæ, inquiens, à Marco Euangeliſta vſque ad Eraclidem & Dionyſium Epiſcopos, presbyteri ſemper vnum ex ſe electum in excelſiori gradu conſtitutum vel collocatum Epiſcopum nominabant, quomodò ſi exercitus Imperatorem ſaçiat, & Diaconi eligant de ſe quem induſtrium nouerint, & Archidiaconum vocent. Archidiaconus eandem conſecrationem habet quam cæteri Diaconi, ſed electione fratrum præponitur. Item Hieronymus ſuper Epiſtolam ad Titum: Antequàm ſchiſmata in religione fierent, & dicerentur in populis, Ego ſum Pauli, & cætera, communi presbyterorum conſilio Eccleſia regebatur: poſtqnàm verò vnuſquiſqne quos baptizabat, ſuos eſſe dicabat, non Chriſti: in toto oibe decretū eſt, vt vnus de presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis cura Eccleſiæ pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur. Cur à tribus vel quatuor Epiſcopis Epiſcopus ordinetur, Gregorius Papa docet. Tales, inquit, conueniant, qui vel in profectu Epiſcopi ordinati gaudeant, vel pro eius cuſtodia omnipotenti Deo preces effuodant. Quarè prohibitum ſir vni hoc facere., Innocentiua Papa monſtrat in Decretalibus cap. oono, nè vnus Epiſcopū ordinare præſumat, nè ſurtiuum beneficinm proſtituum videatur. Auguſtinus in libro de quātitate animæ, verſum Horatij de ſapiēte protulit.

Qualeaſte.

Fortis, & in ſeipſo totus teres atque rotundus.

HInc ſequitur, & rectè: nā neque in animo bono quicquā inuenis, quod magis ſibi ex omni parte conſentiat, neque in planis figuris qnàm circulum. Superiorem capitis partem raſorio renouamus, cùm forti ſolicitudine ſuperfluas cogitationes ab animo reſecamus: in inferiori parte coronam portamus capillorum, cùm ea qnæ ſecundùm mundnm neceſſariò gubernanda ſunt, cum ratione concorditer coæquamus.

De ſingulis veſtibus.

NVnc dicendū de ſiogulis veſtibus, quibus ſacerdotes vel reliqui ordines in veteri teſtamēto vtebantur. Erāt autē octo ſpecies veſtiū ſacerdotaliū, id eſt, tunica linea ſtricta, tunica hyacinthina, ſuperhumerale, rationale, cidaris, balteū, lamina aurea in frōte pontificis, & ſeminalia linea. His omnibus pōtiſex tēpore ſacrificij induebatur.

Cato-

Cęteris veiò minoris gradûs ſacerdotibus ſolis quatuor licebat vti, id eſt, tunica linea ſtricta, cidari, balteo & ſeminalibus. Reliqua verò quatuor tantùm ſummi pontificis erant.

Nunc de ſingulis explanemus. Tuoica linea, veſtis erat interior, quam camiſiam dicimus vel ſupparum. Hæc ſtricta dicitur, quoniam adhærebat corpori, & ità erat ſtrictis manicis, vt nnlla ei omninò ruga ineſſet: Sicut ſolcot milites habere tuoicas lineas, ſic aptas membris, vt expedui ſint dirigeodo iaculo, tendendo clypeum, librando gladium, qualem & Ioab habuiſſe legitur.

B Strictam ad meoſuram babitûs corporis ſui: pro qua nunc ſacerdotes vel clerici albas habent. Tunica tota byacinthina exterior, millumq́ue alium colorem recipiens, vſqne ad pedes deſcendens, ſicut & linea, vodè & vtraque græcè podéris, id eſt, talaris vocabatur, habens ſimilitudinem malorum granatorum aureorum, & tintinabula aurea. Erat autem ſinè manicis ad colobiorum ſimilitudinem, & ideò vodè manus educereotur, aperta erat. Pro tunica hyacinthina ooſtri pontifices primò colob:is vtebantur. Eſt antem colobium veſtis ſinè manicis.

Hæ duæ veſtes, id eſt, tunica byſſina ſtricta, & C tunica hyacinthina, balteo adſtrictæ erant, quod erat cinguli gen⁊s ex byſſo retorta, byacintho, purpura ac vermiculo, opere plumari, in ſimilitudinem pellis colubri, latitudinis quatuor digitorum. Pro balteo nunc zooarũ, quas Romanas appellant, vſus receptus eſt Superhumerale, quod Hebraicè ephod dicitur, ſic vocatũ, qoòd bumeros obnuberet: cuius contextus de omnibus coloribus erat magnitodiois cubitalis, id eſt, vſque ad cingulum pertingens, amplectens omnem locum pectoris, & ad manus eijciendas bioc indè apertum: cui veſtimento locus vacuus dimittebarur in medio pectnre, magnitudine palmi, vbi inſerebatur rationale, quod Hebraicè dicitur eſſin, & D Græcè lógion: habebat autem ſuperhumerale in vtroque humero ſingulos lapides onychinos, & in ſingulis lapidibus erant ſculpta ſingula duodecim patriarcharum nomina, habent etiam nunc miniſtri ecclesiæ Chriſti ſuperhumerale, quod amictum vocamus, quandò ad altare miniſtrant. Rationale, opere polymito factum erat, iuxta texturam ſuperhumeralis, id eſt, eiſdem coloribus factum erat, quadrangulum, habens menſuram palmi in longitudinem & latitudinem. Erant in eo qnatuor ordines lapidum, terni per ſingulos verſus diſtributi: ſculpti erant ſingulis duodecim patriarcharum nominibus. Erant autem catenulæ E aureæ, & vncini aurei: nec non & aorei annulli, tã in quatuor ſummitatibus rationalis, quàm & in ſũmitatibus ſuperhumeralis, quæ catenulę inſerebantur, iungebántque rationale & ſuperhumerale ſuperiùs, inferiùs verò vittis hyacinthinis ſibi oectebantur. Pro rationali nunc ſummi pootifices, quos arcbiepiſcopos dicimus, pallio vtútur, qood à ſancta Romana ſede, apoſtolico dante, ſuſcipiũt. Tiara erat veſtis, pileolum videlicet rotundum, quaſi ſphæra media ſic diuiſa, vt & pars voa ponatur io capite, ità vt medij verticis medietatẽ excedat, babens vittas, quæ conuolutæ ſæpiùs cõnectuntur, nè facilè dilabantur: & boc quidẽ minorũ erat ſacerdotum: Summus autem pontifex A præter pilcum babebat corooam auream, triplicémque, ſuper quam à media froote ſurgebat quaſi calamus quidam aureus, ſimilis herbæ, quæ hebraicè acano, græcè autem hios, quæ apud nos latinè cidaris. Per circulũ verò habebat flores, ſimiles flori plantaginis, ab occipitio vſque ad vtrunque tempus. In fronte verò erat locus patens, vbi inſerebatur lamina aurea, quæ quatoor literis nomen Dei habebat ſcripium. Huiuſcemodi veſtis non babetur in Romana eccleſia, vel io noſtris regionibus. Non enim moris eſt, vt pileati diuina myſteria celebrent. Apud grçcos autem hoc dicitur, B qui pileos, id eſt, euphias geſtant in capite dum aſſiſtunt altaribus. Lamina aurea in fronte pontificis, in qua ſanctum Domino, ſiue ſanctum Domini ſculptum habebatur, ornamentum erat cæteris ſacratius indumeotis. Sanctum autem Domino, quod ibi ſculptum erat nomen ſaoctum, & veoerabile Dei, quod per quatuor literas ſcribebatur, ſcilicet, iod, he, vau, beth: & dicebatur ineffabile, non quòd dici non poſſit, ſed quia oec definiri & compræhendi ſenſu vllius creaturæ, vt dignè Deo aliquid dici poſſit. Ligabatur autem vitta hyacinthina ſuper tiaram, vt totam pontificalis ornatûs pulchritudinem Dei vocabulum coronaret ac protegeret. Neque hanc ornameoti ſpe- C ciem, Chriſti accepit ab illis eccleſia. Octauum, id eſt, oouiſſimum oroamentum feminalia linea, quibus operiebant carnem turpitudinis ſuæ, ab renibus vſque ad ſemina ſiue (vt vſitatiùs) femora, cùm ad ſacrificium accedebant. Huiuſmodi habitus ità notus eſt in noſtris regionibus, vt ex eo Gallia bracata cognominata ſit. Comprænhenſum breuiter, qnibus veſtibus ornarentur ſacerdotes & miniſtri templi Dei, Moſaicę legis temporibus, quas ad inſtar illorum, reuelata euangelij gratia, ſuſcepit eccleſia. Sunt tamen alia quæ apud illos noo babebantur, vt ſtola, ſaodalia, & ſudariom, quod ad ter- D gendum ſudorem in manu geſtari mos eſt, quod vſitato oomine ſanonem vocamus. Verùm quia illo tempore figuris omnia & ænigmatibos obũbrabaotur, conuenit, vt quid illa veſtimenta myſticé ſignificauerint, quó ve nomine nonc ſpecialiter in eccleſia venerantur, non verbatim, ſed capitulatim oſtendamus. Veſtimenta illa, quę in ſanctis officiis portanda erant, typus erant ſanctarum virtutum, vndè & ſancta dicebantur. Ad hæc facienda non tam diuerſæ, quàm ſpecioſę ſpecies ſumebantur, aurum videlicet, quod eſt ſplendor ſapientię diuinę, cui iungebatur hyaciothus, qui eſt color aërius, cæleſte videlicet deſiderium. Purpu- E ra apponebatur, quæ ſanguinis imitatur colorem; vt per duo genera martyrij nooerint ſe exercendos electi, id eſt, ſi neceſſè ſit, non dubitent mori pro Chriſto. Et pacis tempore in ſeipſis appetitus occidant, mortificantes membra ſua cnm vitiis & concupiſcentiis. Coccus bis tinctus, Dei & proximi dilectionem indicat efficaciter tenendam. Byſſus geminam caſtitatem, corporis ſcilicet & animæ ſignificat: vndè de verè vidua dicit Apoſtolus, Vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. His ornamentis debet Chriſti pontifex refulgere, his coloribus exornari. Tunica linea, & byſſina ſtricta, mortificationem carnis prætendit. Byſſum enim vel linum, multiplici elaboratum contuſione, & naturæ ſubtilitate deductum ac textum, in

veſtem proficit. Sic nullus Chriſto ornari poterit, niſi caſtigatis & mortificatis omnibus carnis paſſionibus, vndè & benè ſtricta dicitur. Strictum enim, caſtum dicimus: econtrà laſciuum, diſſolutũ vocamus. Tunica tota hyacinthina, quæ aërio refulgebat colore, cęleſtem deſignat conuerſationẽ: que tota erat hyacinthina, quia ſacerdos nihil debet curare terrenũ, nemo enim, ait Apoſtolus, militans Deo, implicat ſe negociis ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit. Balteus ſiue cingulum, quo tunica hæc cum interiore, id eſt, linea cingebatur, continentiã inſinuat, quę mater eſt & cuſtos pudicitiæ, qua maximè ornari pontifices condecet: hanc, qui ingratus eſt Deo, perdit, ſicut Iob de talibus dicit: Balteum regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum. Regum enim, id eſt, ſanctorum ſacerdotum balteum, hoc eſt, pudicam continentiam diſſoluit, id eſt, diſſolui permittit, cùm de ſuis virtutibus extolli cœperint: & præcingit fune aſperæ pœnitentiæ renes eorum, vt incipiant ſuis caſibus ingemiſcere, qui aliorum lapſibus debuerant auxilio ſubuenire.

Superhumerale, quòd Hebraicè ephod dicitur, obedientiam mandatorum DEI ſignificat, quo induebatur ſacerdos, vt meminerit præcepta Dei ſtrenuè quaſi onus humeris impoſitũ debere portare. Quòd verò nomina patriarcharum inter ſacrificia & in humeris, ſicut & in pectore portabat, monetur per hoc ſacerdos, vt priorum patrũ fidem & exempla ſequatur: vt fidelium, qui ſunt filij apoſtolorum, in ſuis orationibus meminerit, & vt ipſis eadem exempla ſequenda proponat.

Rationale, quod erat in fronte pontificis, deſignat, quia paſtor ſapientia & doctrina debet præditus eſſe. Nam & ideò rationale iudicij dicitur, quia debet rector eccleſiæ ſubtili ſemper examinatione bona malaque diſcernere, & quid vel quibus, quandò & qualiter conueniat, ſtudioſè cogitare. Hoc enim quod dicitur, Pones in rationale iudicij doctrinã & veritatem, vt videlicet habeat ſcientiam ſcripturarum, quò poſſit alios docere, & contradicentes arguere. Quadrangulum erat propter quatuor Euangeliorum doctrinam: duplex, propter ſcientiæ & operis firmitatem: Menſura palmi, quod eſt digitorum extenſio, deſignat diſcretionem in perſeuerantia bonorum operum.

Quatuor ordines lapidum, qui erant in rationali, nominibus patriarcharum inſculpti, quatuor exprimunt principales virtutes, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iuſtitiam. Terni in vnoquoque lapides, fidem ſanctæ Trinitatis, ſiue fidem, ſpem & charitatem demonſtrant. Quæ omnia in pectore pontificis neceſſariò eſſe debere, huius ornamenti, id eſt, rationalis ſpecie præmonetur. Tiara, quæ & cidaris & mitra vocatur, & contegebat & ornabat caput pontificis, admonet eum omnes ſenſus capitis Deo conſecrare debere, nè vel oculi pateant ad videndum vanitatem, vel cæteri ſenſus, qui in capite vigent, iniquitati conſentiant, & per illos intromiſſa delectatio, inceſtet animi ſanctitatem. Lamina aurea, diuinæ maieſtatis atque potentiæ figura eſt, quæ in fronte pontificis deportabatur, quia illa ineffabilis Deitatis potentia cunctis quæ creauit, ſupereminet: & idcircò, quaſi cuncta ſanctificans, eximiam ſibi ſedem in fronte, hoc eſt, in mentis principalitate conſtituit.

Quatuor literæ in lamina ſcriptæ, quatuor ſunt cornua crucis, totum mundum complectentis, cruci enim Chriſti in omni creatura apex conceditur, qua omnium fidelium frontes ſignantur.

Quòd lamina ſemper in fronte pontificis eſſe videbatur, oſtendit, quia dignitatem, quam prætendit in habitu, exercere ſemper debet in opere, vt Domini placitum ſemper habere, & ſubditorum vota Domino idoneus ſit ſemper offerre. Feminalia, quibus pudenda loca corporis tegebantur, continentiam à concubitu deſignant, quæ magnoperè omnibus gradibus obſeruanda præcipitur. Vndè dicitur, ad velandam turpitudinem. Turpe eſt enim, ſacerdotem nota laſciuæ ætatis infamari, quem conuenit velut in arce caſtimoniæ, ab omnibus ſuſpici & venerari.

Quòd verò feminalia ipſi ſibi imponant, cætera Moſes, deſignat, vnumquemque ſe à carnali concupiſcentia refrenare debere. Deindè virtutibus ſibi ſubditos, quaſi Moſen miniſtrum templi, veſtibus exornare.

Quid ſignificent veſtimenta.

SAndaliæ dicuntur ſoleæ. Eſt autem genus calceamenti, quo induuntur miniſtri Eccleſiæ, ſubteriùs quidem ſolea muniens pedes à terra, ſuperiùs verò nil operimenti habens, patet: quo iuſſi ſunt Apoſtoli à Domino indui. Significat autem, miniſtrum verbi Dei non debere terrenis incumbere, ſed potiùs cæleſtibus inhiare, & prædicationem ſuam nulli occultare. *Sandalia Epiſcoporum.*

Poſt ſandalias in Eccleſiæ veſtimentis, ſequitur Superhumerale, quod fit ex lino puriſſimo. Per linum quod ex terra ſumitur, & per multos labores ad candorem ducitur: deſignatur corpus humanum, quod ex terra conſtat. Sicut ergò linum per multos labores ad candorem perducitur, ità corpus humanum multis calamitatibus attritum, candidum & purum eſſe debet ab omni ſorde peccatorum. *Superhumerale Epiſcopi.*

Poſteà ſequitur podéris, quæ vulgò alba dicitur. Significat autem perſeuerantiam in bona actione. Hinc Ioſeph inter fratres ſuos, talarem tunicam habuiſſe deſcribitur. Tunica vſque ad talum, eſt opus bonum vſque ad conſummationem: in talo enim finis eſt corporis. Ille ergò benè inchoat, qui rectitudinem boni operis vſque ad finem debitæ perducit actionis. Qui enim perſeuerárit vſque in finem: hic ſaluus erit. *Alba Epiſcopi.*

Deindè ſequitur Zona, quæ cingulum dicitur, qua reſtringitur podéris, ne laxè per pedes diffluat. Per quam deſignantur diſcretio omnium virtutum: virtutes enim ſinè diſcretione, non virtutes, ſed vitia ſunt: nam virtutes in quodam meditullio ſunt conſtitutæ. *Zona Epiſcopi.*

Sequitur orarium. Orarium, id eſt, ſtola, dicitur eò quòd oratoribus, id eſt, prędicatoribus conceditur. Admonet illum, qui illo induitur, vt memor ſit, ſub iugo Chriſti, quod leue & ſuaue eſt, eſſe ſe conſtitutum. *Stola.*

Dalmatica quę ſequitur, ob hoc dicitur, eò quòd in Dalmatia ſit reperta. Vſus autẽ Dalmaticarũ à B. Siluestro Papa inſtitutus eſt: nam anteà colobiis vtebantur. Colobium verò eſt veſtis ſinè manicis. Significat autem in eo quod eſt ſinè manicis, *Dalmatica.*

cis, vuumquenque fidelem exercitatum eſſe debere ad bona opera exercenda. Cùm ergò nudiras brachiorum eulpatetur, vt diximus, à B. Silueſtro Dalmaticarum repertus eſt vſus. Eſt autem veſtimentum in modum crucis, monens, indutorem ſuum crucifixú eſſe debere mundo, iuxta Apoſtolum, Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Habet etiam in ſiniſtra parte ſuî fimbrias. Per ſiniſtram partem præſens vita figuratur, quæ diuerſis curis abuodat: quæ curæ ſignificâtur per fimbrias ſiniſtræ partis. Per dexterá quæ fimbriis caret, ſutura vita exprimitur, in qua nullæ curæ ſolicitant animas ſanctorum. Inconſutilis eriam eſt, quia in Eccleſia vel in corde vniuſcuiuſque fidelis, nulla debet eſſe ſciſſura, ſed indiſciſſa fidei integritas. Siniſtrum latus babet fimbrias, quia actualis vita ſolicita eſt, & turbatur erga plurima. At dexterum latus non habet, quia contemplatiua vita nihil in ſe babet ſiniſtrum. Largitas brachiorum, largitatẽ & hilaritatem datoris ſignificat. Diaconus qui non eſt indutus Dalmatica, Caſula circuucinctus legit, vt expeditè poſſis miniſtrare, vel quia ipſins eſt ire ad comitatum propter inſtantes neceſſitates.

Mappula qnæ in ſiniſtra parte geſtatur, qua pituitam oculorum & narium detergimus, præſentem vitam deſignat, in qua ſuperfluos humores patimur. Caſula quæ ſuper omnia indumenta ponitur, ſignificat charitatem, quæ alias virtutes excellit. De qua Apoſtolus, commemoratis quibuſdam virtutibus, ait: Maior antem horum eſt charitas.

Pallium Archiepiſcoporũ.

Pallium Archiepiſcoporum ſuper omnia indumenta eſt, vt lamina in fronte pontificis. Pallium nihil eſt aliud, niſi diſcretio inter Archiepiſcopum & eius ſuffraganeos. Pallium ſignificat torquem, quem ſolebant legitimè certantes accipere. Hoc etiam erat lamina illa, vt dixi, quam ſummus pontifex circa tempora ferebat, in qua ſcriptum erat nomen Dei Tetragrammaton, id eſt, quatuor literarum, Iod, He, Vau, & Heth. Eſt autem interpretatio, Iod principium, He iſte, Vau vita, & Heth paſſio, id eſt, iſte eſt principium paſsionis vitę. Paſſi igitur ſunt multi ante Chriſtum, ſed nemn eorũ per ſuam paſsionem hominibus vitam attulit: Chriſtus verò, cuius ſanguis in cruce fuſus eſt pro totius mundi redemptione, humano generi attulit vitam. Secundùm alium doctorem, Iod principium, He iſte, Vau & Heth vita interpretatur. Quod ità poteſt coniungi, Iſte eſt principium & vita Chriſtus. Vocabatur autem hoc nomẽ ſanctũ Domini, vt eſt: Fecerunt laminam, id eſt, ſacrauerunt, ſcripſerúntque in ea ſanctum Domini, quod interpretatur ineffabile, non quòd non fari, ſed quòd diffiniri, vt eſt, minimè poſsit. Stephanus natione Romanus ex patre Iobio, vt legitur in geſtis Pontificalibus, cõſtituit ſacerdotibus, Leuitiſque veſtes ſacras in vſu quotidiano non vti niſi in Eccleſia. Hinc Hieronym⁹ in libro 14. ſuper Ezechielem. Porrò religio alterum babitum habet in miniſterio, alterum in vſu vitáque communi. Sudario ſolemus tergere pituitam oculorum & narium, atque ſuperfluam ſaliuam decurrentem per labia, ſignificat ſtudium mundanę cogitationis: in manu ſiniſtra portatur, vt oſtẽdatur in temporali vita tædium nos pati ſuperflui humoris. Varietas

Appendix.

Sandaliorum, varietatem ſignificat miniſteriorũ. Epiſcopi & ſacerdotis penè vnum officium eſt. At quia nomine & honore, diſcernuntur etiam & varietate ſandaliorum, vt viſibus noſtris error auferatur. Epiſcopus habet ligaturam in ſuis ſandaliis, quá nõ habet Presbyter. Epiſcopi eſt huc illúcque diſcurrere per parochiam: ne fortè cadãt ſandalia de pedib⁹, ligata ſunt. Presbyter qui domi hoſtias immolat, ſublimiùs incedit. Diacon⁹ quia diſsimilis eſt epiſcopo in ſuo officio, non eſt neceſsè vt habeat diſsimilia ſandalia: & ipſe ligaturam habet, quia ſuum eſt ire ad comitatum. Subdiaconus qui in adiutorio Diaconi eſt, & penè in eodem officio, neceſsè eſt vt habeat diſsimilia ſandalia, ne fortè Diaconus æſtimetur. Sandalia ſignificant, quia prædicator neque cæleſtia debet abſcondere, neque terrenis inhiare. Signorum vſus, à veteri teſtamento ſumptus eſt. In lib. Numerorũ dixit Dominus Moſi: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare poſsis multitudinem. Officium Miſſæ addidit Cæleſtinus Papa, & conſtituit vt Pſalmi CL. ante ſacrificium pſallerentur antiphonatim ex omnibus, quod anteà non fiebat, niſi tantùm Epiſtola Pauli recitabatur, & ſanctum Euangelium, & ſic Miſſa celebrabatur. Quod nos ità intelligimus, quia ex omnibus Pſalmis excerperet antiphonas, quæ pſallerentur in officio Miſſæ: nam anteà inchoabatur Miſſa à lectione. Qui mos adhuc retinetur in vigilia Paſchæ & Pentecoſtes. Procedens Pontifex in perſona Chriſti, ducit ſecum prophetas, id eſt, diaconos, qui annunciant ex Euangelio futuram vitam: & ſapientes, id eſt, ſubdiaconos qui ſciunt vaſa Domini diſponere, & quid primò ferendum ſit, quid poſteriùs: & ſcribas, id eſt, acolytos, qui accendunt corda fidelium ex ſcriptura. Procedit in thuribulo thymiama, quod ſignificat corpus plenum odore bono. Poſtquàm præſentatus eſt Eccleſiæ, inclinatus ſtat in exemplum humilitatis Chriſti, in qua factus eſt obediens patri vſque ad mortem. In ipſa eleuatione dat pacẽ miniſtris, qui dextra lęuáque ſunt. Ipſe eſt pax noſtra, per quam reconciliamur Deo. Eandem pacem offert cantoribus qui retrò ſtant: Vt illud, Pacem meã do vobis, pacem relinquo vobis, præſentibus dat, abſentib⁹ relinquit, hoc eſt quod ſolemus dicere: innuit epiſcopus cantori, qui mutat laudem de veteri in nonam, & incipit Trinitatem ſanctam laudare, & dicit, Gloria patri. & Diaconi quaſi chorus Apoſtolorum, ſtant cum eo humiliati, & dicũt: Domine, doce nos orare. Inde vlciſſim duo Diaconi altrinſecùs vadunt oſculari latera altaris. Quo oſculato, demonſtratur pax, quam eis commendauit Dominus, dicens: In quancunque domum intraueritis, dicite, Pax huic domui. Altare corda electorum ſignificat. Deinde in memoriam paſsionis Chriſti, dicunt cantores verſum de Pſalterio. Pſalterium inferiùs percutitur, ſuperiùs reboat: & paſsio Chriſti ab inferiori parte habet percuſſurá, à ſuperiori dulcedinẽ reſurrectionis. Hinc oſculatur Euangelium, in quo duo populi ad pacem redeunt. Deinde tranſit ad dexteram altaris. Liquet omnibus, quòd ſemper Chriſtus egit dexterá vitam poſtquàm reſurrexit. Diaconi poſteà ſtant in ordine, vt illud: Si quis vult poſt me venire, &c. Epiſcopo aſcendente ad ſedem, cereoſtata

Miſſæ officium. *Miſſa vetus qualis.* *Thuribulum et Miſſæ.* *Pax vobiſcum.* *Gloria patri.* *Verſus ex Pſalterio.*

A mutantur de locis ſuis in ordinem vnius lineæ vſque ad altare. Per Cereoſtata, ſignificantur dona gratiarũ, per quæ illuminatur Eccleſia. Vnius lineę poſitio, vnitas eſt ſpiritus ſancti in ſingulis donis. Poteſt & ſimpliciter intelligi diſpoſitio cereorum, expeditus curſus circa altare miniſtrandi. *Gloria in excelſis.* Teleſphorus natione Gręcus ex Anachorita, conſtituit, vt hymnus diceretur angelicus ante ſacrificium. Symmachus poſt Teleſphorum quadrageſimus quintus, conſtituit vt omni die Dominico, & natalitiis martyrum idem hymnus cantaretur.

Ad Orientem oramus, vt admoneatur animus ad naturam excellentiorem ſe conuertere, id eſt, ad Deum. Poſt laborem & opus miniſterij pontifex aſcendit ſedem, in memoriam aſcenſionis Dominicæ, & ſedent cum eo quibus promiſit: Sedebitis ſuper ſedes duodecim. Per eos qui ſedent, demonſtrantur membra Chriſti in pace quieſcẽtia: Per eos qui ſtant, in certamine poſita. Cantor ſine aliqua neceſſitate tenet tabulas propter illud: Laudent nomen Domini in choro, & reliqua. *Sequẽtia.* Hęc iubilatio, quam ſequentiam vocant, illud tempus ſignificat, quãdò non erit neceſſaria locutio verborum, ſed ſola cogitatione mens menti monſtrabit, quod retinet in ſe. Anaſtaſius Papa inſtituit, vt quotieſcunque Euangelium legitur, ſacerdotes non ſederent, ſed circunſtarent. C Diaconus portat Euangelium in ſiniſtro brachio, per quod ſignificatur temporalis vita, vbi prædicari Euangelium neceſſe eſt. Duo cerei qui portantur ante Euangelium, legem & prophetas deſignant præceſſiſſe aduentum Chriſti: Thuribulum, opinionem virtutum de Chriſto procedentem. Cãtores more Leuitarũ, qui omnia neceſſaria tabernaculi prouidebant, quærunt aquam ad fontẽ, & ſeruant eam coopertam, vſque ad tẽpus ſacrificij, & ſic eã mundam offerunt. Sixtus Papa cõſtituit adiectionẽ illam primæuo Hymno, id eſt, Sãctus, Sanctus, &c. *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Auguſtinus in lib. de Ciuitate Dei 8. Sacrificium ergò viſibile, inuiſibilis ſacrificij ſacramen- D tum, id eſt, ſacrum ſignum eſt. Ab his perſonis dantur oſcula mutuò in Eccleſia, quæ nullius titillationem libidinoſæ ſuggeſtionis cogunt excitare. Sergius Papa conſtituit, vt tempore confractionis Dominici corporis, Agnus Dei, à clero & populo decantetur. *Agnus Dei.* Triforme eſt corpus Chriſti, eorum ſcilicet qui guſtauerunt mortem, & morituri ſunt. Primum ſcilicet ſanctum & immaculatum, quod ſumptum eſt ex Maria. Alterum, quod ambulat in terra. Tertiũ quod iacet in ſepulchris. Per particulam oblatæ Miſſæ in calicem, oſtenditur corpus Chriſti, quod iam ſurrexit à mortuis. E Per comeſtam à ſacerdore vel populo, ambulans adhuc ſuper terram, Per relictam in altari vſque ad finem Miſſæ, iacens in ſepulchris vſque ad finem ſeculi.

De celebratione Miſſæ, & eius ſignificatione.

CElebratio Miſſæ, in commemorationem paſſionis Chriſti peragitur. Sic enim ipſe præcepit Apoſtolis, tradens eis corpus & ſanguinem ſuum: Hoc facite in meam commemorationem, hoc eſt, in memoriam paſſionis meę: Tanquàm diceret, quòd pro veſtra ſalute paſſus ſũ, ad memoriã reuocate, & pro veſtra veſtrorumque ſalute eadem A proferre curate. Hanc Petrus Apoſtolus primus omnium Antiochię dicitur celebraſſe. In qua tres tantummodò orationes in initio fidei proferebantur, incipientes ab eo loco, vbi dicitur: *Hanc igitur oblationem.* *Primitiua Eccleſia Miſſa qualis.* Miſſa autem dicitur, quaſi tranſmiſſa, vel quaſi tranſmiſſio, eò quòd populus fidelis de ſuis meritis non præſumens, preces & oblationes *Etymon Miſſæ.* quas Deo omnipotenti offerre deſiderat, per miniſterium & orationem ſacerdotis ad Deum trãſmittat, quem mediatorem inter ſe, & illum eſſe cognoſcit, confidens per eius orationem atque interceſſionem à malis omnibus liberari, atque creatori ſuo reconciliari, & in omnibus corroborari. B Vel Miſſa, vt Iſidorus dicit, dicta eſt ab emittendo. *Etymon Miſſæ.* Tempore enim quo ſacerdos incipit conſecrare corpus Dominicũ: dicẽdum eſt à Diacono poſt Euangelium: Si quis Catechumenus eſt, procedat foràs. Et quia tũc emittũtur Cathecumeni ab Eccleſia, qui non debent intereſſe ſacris myſteriis, eò quòd nondùm ſunt perfecti. Siue alio modo poteſt dici Miſſa, eò quòd nos mittat ad Deum. Ideò autem non àb Apoſtolica vel Euangelica lectione, quod maius eſſe conſtat, eadem Miſſa inchoatur, ſed potiùs canendo & pſallẽdo, quatenus dulcedo ſuauitatis, corda audientium priùs demulceat, & ſic poſt modulationem ſuauis cantilenæ in C ſpiritualibus rebus populus per compunctionem mentis intentus, ſalutifera Euangelij verba ardenti affectu ſuſcipiat. Quòd autem populus Dominico die ſiue ſolennitatum, ad Eccleſiam confluit, ad imitationem Iſraëlitici populi creditur fieri, qui temporibus ſtatutis ad templum Domini confluebat, & ſex diebus operans, ſeptimo ab omnĩ opere ſeruili requieſcere iubebatur, non tamen à meditatione legis. Sic enim ait Apoſtolus: Moſes habet in ſingulis ciuitatibus, qui eum per ſingula Sabbata prædicaret in ſynagogis. Vndè & canticum Moſis per omne Sabbathum in Eccleſia recitare mos Eccleſiaſticus conſueuit. Et quod illi D faciebãt in Sabbatho, qui primus apud illos in diebus hebdomadis habebatur, quoniam in ipſo requieuit Deus ab operibus ſuis: nos propter reuerentiam Dominicæ reſurrectionis, die Dominica agere curamus. Neceſſè eſt enim, vt populus Dei eo die, quo Dominus reſurrexit, à ruralibus vacãs operibus inſtruatur, quomodò per totam hebdomadã ſpiritualiter Deo viuere debeat: & qui per totã hebdomadã curam corporis morituri indeſinẽter, eo die curam animæ in perpetuum victuræ agere curet. Primò omniũ dicitur Antiphona ad Introitũ. Antiphona ex Græco interpretatur vox reciproca in Latinũ, duobus alternatim pſallenti- E bus ordine cõmutato, ſiue de vno ad vnũ. *Antiphona Miſſæ.* Quod genus pſallendi Græci inueniſſe traduntur: quæ ideò ad introitum dicitur, quia per hanc introimus ad officium diuinum, ſicut per introitũ oſtij ad ſecreta domus. Deindè imponitur: *Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto.* *Gloria patri origo.* Quæ verba ad diuiſionem pſalmorum, qui priùs indifferenter canebantur, B. Hieronimus, Damaſo Papa petente, compoſuit. Sed cùm nequaquàm id ſufficeret, prædicto Apoſtolico iterùm ſuggerente, addidit adhuc: *Sicut erat in principio.* &c. Et hoc ad nutum Diaconi ait cantor, ſicut & *Kyrie elyſon*, quia ad hoc in miniſterium admittitur, vt officiũ integrè peragi poſſit. Quoniam Presbyter ſine Diacono nomen habet, officium

cium non habet. Induit Diaconus Dalmaticam in ſimilitudinem crucis, vt qui miniſter verbi Chriſti paſſionem illius ad memoriam reuocans, ſicut Chriſtus crucifixus eſt pro ſalute mundi, ità & miniſter verbi ipſius, ſemetipſum vitiis & concupiſcentiis crucifigere non obliuiſcatur, pro amore redemptoris. Quod cadem veſtis candiditatem habet, oſtendit miniſtrum Chriſti eandurem caſtitatis mente ſimul & corpore habere debere, qui authoritatem Euangelium prædicandi in Eccleſia retinet. Habet & coccineas virgulas, ſanguinem Chriſti pro ſalute mundi effuſum declarantes. Præcedentibus ad altare miniſtris, in medio eorum propter debitum honorem Euangelium Chriſti defertur, tanquàm perſona præpotentis, præcedentibus ac ſequentibus miniſtris conſtipata, cùm procedit in publicum.

Cerei in Miſſa. Cerei quoquè Euangelium præcedentes, demonſtrant gratia Euangelij mundum, qui erat in tenebris peccatorum, illuminatum. Quod autem eadem proceſſio Euangelij ab Auſtrali parte fit in plagam Septentrionalem, declarat Dominum Ieſum Chriſtum, qui verbum ſalutis mundo intulit, à parte meridiana ortum eſſe. Nam Ieruſalem in qua Dominus Ieſus Chriſtus primò verbum ſalutis annunciauit, in meridie habet Bethleē, à quo loco ipſe Saluator venit, ſicut ſcriptum eſt: Deus ab Auſtro veniet. Cantore incipiente Kyrie eleyſon, collocantur cerei in ordine à parte Auſtrali in Septentrionem ab Acolyto, oſtendente hoc facto, quòd miſerrus ſit Dominus omnipotens mundo, in meridie & Septentrione.

Kyrieeleiſon in Miſſa quare Græcè canitur. Ideò autem Kyrie eleyſon, & Latini Græcè, & Græci Latinè proferunt, quia & illorum quædam Græca honeſtiùs quàm Latina, & quædam Latina melius quàm Græca ſonant, & vt vnum eius populum nos eſſe oſtendamus, vnumque Deum vtrumque Deum vtrunque populum credere, Kyrie Domine, eleyſon, miſerere. Chriſte eleyſon, id eſt, qui es vnctus non oleo viſibili, ſed plenitudine diuinitatis, miſerere. Nam chriſma dicitur vnctio.

Gloria in excelſis Deo. Incipit deindè Sacerdos: *Gloria in excelſis Deo*, Hymnum in natiuitate Saluatoris ab Angelis decantatum: ſed à B. Hilario Pictauienſi poſteà auctum & conſummatum, & hoc ipſum ad imitationem Angelorum, vt oſtendamus nos eundem Dominum colere in terris, quem & Angeli venerantur in cœlis.

Dominus vobiſcū. Poſteà dicit ſacerdos: *Dominus vobiſcum*, ſalutans populum & orans, vt Dominus ſit cum eis, ſicut dignatus eſt dicere per prophetam: Inhabitabo in illis, & reliqua: & quod Saluator dixit diſcipulis ſuis, & illis omnibus fidelibus: Eccè ego vobiſcum ſum. Qui ſalutationis ſermo non humano arbitrio compoſitus, ſed ex diuinæ ſcripturæ authoritate probatur ſumptus, vbi frequenter & ſingulariter & pluraliter poſitus legitur: ſingulariter, ſicut Angelus ad B. Mariam: Aue gratia plena, Dominus tecum: & ſicut ad Gedeonem ſimiliter Angelus ſalutando dixit: Dominus tecum virorum fortiſſime: Pluraliter, ſicut in libro Ruth legitur Booz ſalutando dixiſſe meſſoribus ſuis: Dominus vobiſcum: & ſicut in Paralipomenon propheta à Deo miſſus, inuenitur ſalutâſſe Aza Regem Iuda, cum exercitu ſuo victo-

A res de prælio reuertentes: Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cū Domino. Eccleſia ergò tam ſalubri ſalutatione Sacerdotis accepta, & ipſa reſalutādo orat, & orādo reſalutat: poſtulās, vt ſicut ille optauit Dominū eſſe cū ipſis, ità ſit & cum ipſo, dicēs:

Et cum ſpiritu tuo. Et cum ſpiritu tuo, id eſt, cum anima tua ſit omnipotens Deus, vt dignè pro noſtra ſalute eum exores: & non dicit, tecum, ſed cum ſpiritu tuo, vt officium ſubſecuturum ſpiritaliter totū fieri intelligatur. Et benè Dominus cum ſpiritu hominis eſſe optatur, quia in ſpiritu & mente rationali creatus eſt homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei, & ibi eſt capax diuinæ gratiæ & illuminationis.

Pax vobis Epiſcoporum. Sed & B illa ſalutatio Epiſcopalis ad populum, qua dicitur, *Pax vobiſcum*, ſiue *Pax vobis*, ſimiliter non humano ſenſu inuenta, ſed de ſcripturæ ſanctæ authoritate ſumpta eſt. Nam & in veteri teſtamento inuenitur dixiſſe Angelus Danieli prophetæ: Noli timere, vir deſideriorum: pax tibi. cōfortare, & eſto robuſtus: Et in nouo, id eſt, in Euangelio, penè ſemper ità legitur Dominus Apoſtolos ſalutâſſe dicendo: Pax vobis, & eiſdem Apoſtolis eandem ſalutationis formam commendauit, dicens: In quamcunque ciuitatem aut domum intraueritis, ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui. Meritò ergò & Apoſtolorum ſucceſſores, id eſt, Eccleſia-C rum præſules, hac ſalutatione vtuntur, domū Dei ſalutantes, vbi omnes oportet filios eſſe pacis, vt ſalutatio pacis ſuper eos requieſcens, & ſalutantibus & ſalutatis poſſit eſſe fructuoſa. Deindè dicit, Oremus, inuitans ſecum populum, vt ſimul orent. Quapropter acclinis debet eſſe populus, vſquequo ſacerdos incipiat dicere: Per omnia ſecula ſeculorum.

Collecta. Sequitur collecta, quæ dicta eſt a collectione, eò quòd ex authoritate diuinarum Scripturarum ſit collecta, quæ in Eccleſia leguntur, ſicut eſt illa de tribus pueris: vel quod ex multis ſermonibus vna colligatur oratio, ſineà collectione vel ſocietate dicitur populi, qui tunc in vnum D concurrens colligitur. Ideò autē in omnibus collectis interponitur, *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.* vt omne quod datur à patre, intelligamus per filiū eius nos accipere, cuius hæreditas ſumus. Per ipſum ergò hoſtiam laudis atque orationis offerimus, qui per mortem ipſius, reconciliati ſumus, cùm inimici eſſemus. Dicens verò ſacerdos, *Qui tecum viuit & regnat*, admonet populū, vt credat filium Dei viuere & regnare ſemper ſine initio, & ſine termino, & vnam poteſtatem habere æqualiter cum patre & ſpiritu ſancto, atque vnam ſubſtantiam.

Amen. Amen verò, cōfirmatio eſt orationis à populo. Interpretatur enim, verè ſiue fideliter, E tanquàm reſpondens populus dicat: Verè ità fideliter credimus ſicut dicis, filium videlicet Dei ante omnia ſecula, & in præſenti, & in futuro regnare cum patre & ſpiritu ſancto, & regnum ac poteſtatem eius nullo fine concludi. Deindè ſequitur lectio Apoſtolica ante Euangelium, non cauſa dignitatis, ſed ad morem Apoſtolorum, qui ante Dominum ibant, ſicut narrat Euangelium, quos mittebat Dominus ante ſe binos & binos.

Epiſtola lectio in Miſſa. Epiſtola autem dicitur ſupermiſſa, eò quòd ſuper vetus teſtamentum & Euangelium miſſa ſit, non cauſa dignitatis, ſed vt quiſque qui Euangelium fuerit ingreſſus, ibi inueniat medicinam ſalutis. Incipiente autem ſubdiacono Apoſtolicam lectio-

nem, verſo ordine cerei transferuntur ab orientẽ in occidentem, vt demõſtretur, per vocem & prædicationem Apoſtolorum totum mundum gratia fidei illuminatum, non ſolùm a Meridie in Septẽtrionem, ſed etiàm ab Oriente in Occidentem. Nomine enim Orientis & Occidentis, omnia climata mundi compræhenduntur, & quòd tot diebus Sol ſua preſentia ea illuſtret, ſicut ibi: Venient ab Oriente & Occidente. Poſtmodùm cantatur Reſponſorium, dictum, quódà capite repetatur.

Reſponſorij origo.

Deindè caotatur Alleluia, qood ex Hebræo in Latinum interpretatum ſonat, Laudate D e v m. nam alleluia dicitur, Laudate: la nomen D e i eſt, vnum ex decem nominibus quibus vocatur Deus apud Hebræos. Alleluia autem, primùm in nouo teſtamento additum eſt, dicente Ioanne: Audiui vocem in cælo dicẽtium, Alleluia, & quia hac voce Angelos in cælo Deum laudare cognoscimus, huiuſmodi voce laudationis creditum eſt Deum delectari. Hoc quoque ideò canimus, vt eundem Deum nos colere in terra oſtendamus, qui etiam colitur ab angelis in cælo, & hoc ante lectionem Euangelicam à cantore interponitur, vt laudetur ab omnibus, cuius gratia ſaluantur omnes, quaſi dicat: Quia verba Euangelij ſalutem conferentia mox audituri eſtis, laudate Dominum, cuius beneficio hanc gratiam percipere meruiſtis.

Alleluia vocis origo.

Libri Euãgeliorum delatio.

Defertur Euangelium ad analogium, præcedentibus cereis: vt oſtendatur, gratia ipſius mundum illuminatum. Verba Euangelij Leuita pronunciaturus, contra Septentrionem faciem vertit: vt oſtendat, verbum Dei & annunciationem Spiritûs ſancti contra eum dirigi, qui ſemper Spiritui ſancto contrarius exiſtit, & in nullo ei cõmunicat. Quos enim ſpiritus ſanctus, qui eſt Deus, ad fidem colligere deſiderat, diabolus diſpergere ab vnitate Eccleſiæ & integritate fidei laborat. Sicut enim per Auſtrum, qui ventus eſt calidus & leniter flat, Spiritus ſanctus deſignatur, qui corda quæ tangit, ad amorem dilectionis inflammat: ità & per Aquilonem, qui durus & frigidus eſt, diabolus intelligitur, quia eos, quos poſſidet, ab amore charitatis atque dilectionis torpẽtes & frigidos reddit. Quòd enim per Aquilonem diabolus deſignetur, oſtendit propheta, dicens: O Lucifer, qui dicebas in corde tuo, Sedebo in lateribus Aquilonis, & reliqua. Crucem in fronte ponit diaconus, adnunciaturus verba vitæ, vt oſtendat ſe diſcipulum illius eſſe, qui crucem pro totius mundi ſalute ſuſtinuit. Deinde in pectore, vt omnis vana & immunda cogitatio ab eius corde pellatur. Salutat & populum, dicens: *Dominus vobiſcum*, quatenùs corda illorum à mundanis cogitationibus Dominus emundet, & ad ſuſcipienda verba ſalutifera aperire dignetur. Ad cuius ſalutationẽ populus crucem in frontibus ponit, vt à malis cogitationibus corda ſua emundet, vt ad intelligenda verba ſalutis pura permaneant. Dicit Diaconus: *Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Mathæum*, eò quòd poſt præcedentia Euangelij ſequantur illa. Vndè quandò initium alicuius Euangeliſtæ legitur, non dicit ſequentia, ſed initium. Idcircò autem ſecundùm Matthæum, aut Marcum, aut Lucam, vel Ioannem, vt ſciatur, ſecundùm quem Euangeliſtam lectio illa legatur. Poteſt & ità intelligi, quòd dicit ſequentia, vt ea quæ ſequuntur, poſt ſalutationem in illa lectione ſecundùm illum Euangeliſtam contineantur.

Sequentia quarè dicatur.

A Hinc ſequitur Euangelium, quod de Græco in Latinum, ſonat bonum nuncium. Et quod eſt melius nuncium, quàm iſtud, P oe n i t e n t i a m agite, appropinquabit enim regnum cælorum? quæ in Euangelio dicuntur de incarnatione filij D e i, & de eius miraculis, prædicatione, & reſurrectione atque aſcenſione, de gloria quoquè electorum, & damnatione reproborum. Perlecto Euangelio, iterùm ſe ſigno Crucis populus munire feſtinat, vt quod ex diuinis eloquiis ad ſalutem percepit, ſignatum ſigillo Crucis atque munitum

B permaneat, ne à mentibus eorum diabolica fraude euacuari valeat. Poſt recitatum Euangelium iterùm Sacerdos populum ſalutat, orans in cordibus eorum verba ſalutis quæ perceperunt, à Domino confirmari, & inuitat illum ſecum pariter ad Orationem, dicens: O r e m v s. Sed licèt apud nos tunc collecta inter Euangelium & offerendam non dicatur, apud Græcos tamen dicitur. Ità autem poteſt intelligi ſecundùm quod apud nos fit, vt omnis populus oblationi inſiſtere iubeatur, dum oblaturi intentionem ſuam offerunt, quatenùs illorum oblatio accepta ſit Domino. Sequitur deindè Offerenda, quæ indè hoc nomen

C accepit, quòd tunc populus ſua munera offerat. Sequuntur verſus, à vertendo dicti, quòd in offerenda reuertantur, dum repetitur offerenda. Suſcipit interim Sacerdos à populo oblata, vt ipſe qui eſt inter D e v m & ipſum populum mediator, preces eorum & vota Domino offerat. In qua oblatione aqua miſcetur vino. Per vinum ſignificatur C h r i s t v s, per aquam autem populus: & ſi vinum offertur ſine aqua, videtur ſignificare, quòd paſſio C h r i s t i nihil profuerit generi humano: Si autem aqua ſine vino, videtur ſignificare ſaluari potuiſſe populum ſine C h r i s t i paſſione: Vtrumque ergò miſcetur

D ſimul, vt intelligatur, paſſione C h r i s t i mundum ſaluatum, & ſine ea mundum non potuiſſe ſaluari. Quòd autem ſacerdote oblationem ſuſcipiente, Clerus Deo laudes interim perſoluit, ad imitationem populi Iſraël ſumptum eſt, qui oblationes & vota cum laude modulationis Deo offerre conſuauerat. Poſt oblationem ponitur incenſum ſuper altare, dicente Sacerdote: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo &c. hoc eſt dicere, Sicut incenſum gratum eſt & acceptum in conſpectu populi, ità fiat oratio mea acceptabilis in conſpectu tuo. Quibus expletis, conuertit ſe Sacerdos ad populum, poſcens vt

E iungant preces ſuas precibus eius, & mereatur exaudiri pro ſalute illorum, hoc autem dicẽdum eſt à ſacerdote cum ſilentio: Orate pro me fratres, vt meum pariter & veſtrum ſacrificium acceptum ſit Domino. Adclinãs ergo ſe popul', orare debet ità: Sit Domin' in corde tuo, & in ore tuo & ſuſcipiat ſacrificium ſibi acceptũ de ore tuo & de manib' tuis pro noſtra omniũque ſalute, Amẽ. Vel hoc dicant omnes: *Exaudiat te Dominus in die tribulationis, Protegat te nomen Dei Iacob*, vſque, *pingue fiat*. Corporale cui ſuperponitur corpus Dominicum, non aliud quàm lineum eſſe oportet, quoniam Ioſeph linteum mundum legitur emiſſe, vbi corpus Dominicum inuoluit. Nam & linum, purum

Corporale quale.

rum germen eſt terræ: & Dominus purum & verum corpus habuit, non ſimulatum. Et ſicut lioum per multos ſudores peruenit ad candorem, ità IESVS CHRISTVS multis affectus paſſionibus, migrauit ab hoc ſeculo, & ad candorem reſurrectionis atque immortalitatis perductus eſt. Ità ergò qui corpus CHRISTI in ſe recipere deſiderat, per multos booorum operum labores, & per caſtitatem meotis & corporis debet ſe reddere mundum & candidum.

Corporalis complicatio.

Quod ità plicari debet, vt nec initium, nec finis appareat, ſicut etiam ſudarium in ſepulchro DOMINI inuentum eſt. Sudarium eſt ligamentum capitis. Per caput diuinitas deſignatur, quia caput CHRISTI DEVS. Inuolutio autem hoc ſignificat, quia CHRISTVS, qui in humanitate habuit initium naſcendo, & finem moriendo, in diuinitate neutrum horum, ſed ſemper eſſe habuit.

Per omnia ſecula ſeculorum.

Dicit Sacerdos collectá ſuper oblata, & in eius fine, *Per omnia ſecula ſeculorum*, vt ſuprà. Hucuſque præſatio, id eſt, prælocntio, & allocutio populi, hinc ſequitur exhortatio: *Surſùm corda*. Hortatur enim ſacerdos populum, tanquàm dicat: Iam Apoſtolicis & Euangelicis præceptis ſufficienter inſtructi & confirmati, corda veſtra à terrenis curis ſurſùm ad Dominum dirigite, vt ſacrificium, quod Deo offerendom mihi obtuliſtis, dignè offerre valeam. Reſpõdet populus: *Habemus ad Dominum*, quaſi dicat, corda noſtra, vt præcipis, erecta habemus ad Dominum, vt ſuſcipere dignetur votum noſtrum. Hortatur iterùm: *Gratias agamus Domino Deo noſtro*, ſimul ego & vos, ſubaudis, de omnibus bonis ab illo præſtitis. Reſpondet populus & affirmat, dicens: *Dignum eſt iuſtum eſt*, vt illi gratias agamus, Domino Deo noſtro. Hanc exhortationem quæ ſequitur, Gelaſius compoſuiſſe dicitur. Affirmat Sacerdos populi vocem, & conuertit ſe ad Deum patrem, dicens: *Verè dignum & iuſtum eſt*, ſicut populus tuus reſpõdet tibi gratias agere dignum iuſtum & æquum idipſum eſt: Salutare, id eſt, ſalute plenum, quoniam ad noſtram corporis & animæ ſalutem pertinet, ſi dignè illum laudemus. Poſt cnuſeſſionem populi, dignum eſſe & iuſtum vt Deo gratiæ repeodaotur, intermiſſo populo cui loquebatur, iam conuertit ſe Sacerdos ad Deum patrem, & tanquàm ad præſentem incipit loqui, dicens: *Nos tibi gratias agere*, & hoc nõ ad horam, ſed *ſemper*, id eſt, omni tempore, & in proſperis & in aduerſis, *vbique*, id eſt, omni loco. *Domine ſancte*, qui dominaris omoium quæ in cœlis ſunt, & quæ in terra, & qui omnia ſancta tua benedictione ſanctificas vt ſancta ſint. *Pater* Græcè, Latinè dicitur genitor. Deus enim ineffabiliter genuit filium ante omnia ſecula: *Omnipotens* dicitur Deus, quia omnia poteſt, quæ illum decent: Mentiri nou poteſt, quia veritas eſt: mori nõ poteſt, quia immortalis, immò vita eſt. Mutari non poteſt, quia immutabilis eſt. Omnipotens enim dicitur faciendo quod vult, nou patieudo quod non vult. Æternus eſt Deus, quia nec ioitium habuit, nec terminum habebit, quia nec cœpit nec deſinit. Gratiȩ autẽ quas debem⁹ offerre, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum offerendæ ſuut, qui eſt mediator inter Deũ & nos, & qui eſt pontifex pontificum. Chriſtus Græcè, Latinè dicitur vnctus. Vnctus eſt Dei filius ſecundùm humanitatem, nou oleo viſibili, quo vngebantur reges

A & ſacerdotes, verum regem & ſacerdotem præfigurantes, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſed plenitudine diuinitatis & dono gratiæ, quod viſibili ſignatur vnguento, quo baptizatos vngit Eccleſia. Chriſtns tamen non tunc eſt vnctus ſpiritu ſancto, quandò ſuper eum baptiſatum ſicut columba deſcendit. Tunc enim corpus ſuum, id eſt, Eccleſiam præfigurare dignatus eſt, in qua baptiſati accipiunt ſpiritum ſanctum: Sed myſtica vnctione tunc vnctus eſt, quandò veniente ad Mariam virginem vterus repletus eſt ſpiritu ſancto, hoc eſt, quandò humana natnra ſinè vllis præcedentibus bonorum operum meritis,
B Deo vero in vtero virginis eſt ità vnita, vt cum illo vna fieret perſona: vndè & ob hoc confitemur illum natum de ſpiritu ſancto ex Maria virgine. Vnctinne autem olei deſignatur pleoitudo ſpiritûs ſancti, qnoniam ſicut oleo optimo corpus perfuſum recreat illud, atque recreans iocundius reddit: ſic & gratia ſpiritus ſancti, cor, quod repleuerit, in amore & dilectione Dei perfectè reparans, omnem timoris mœſtitiam, quam pro peccatis primò contraxerat, ab ore repellit, & in charitatis perfectione confirmans, de ſpe vitæ æternæ exultationis gaudium ſubminiſtrat. *Per quem* Chriſtum *maieſtatem tuam laudant Angeli*, quia per il-
C lnm ſunt creati, & non ſolùm angeli per illum laudant Deum patrem, verùm etiàm illæ virtutes cœlorum quæ ſuper alias dominationem & poteſtatem habent. Hi ergò tam beati & ſublimes ſpiritus per Chriſtum maieſtatem Dei laudant, ſicut ad eos cnngratulando dicitur in pſalmo: Laudate Dominum omnes virtutes eius. Adorant quoquè eandem diuinam maieſtatem, ſicut in hymno confeſſionis Eſdræ ad ipſum Dominum dicitur: Exercitus cæli te adorant. Tremunt etiàm ſicut per figuram de eis in libro Iob dicitur: Columnæ cæli contremiſcunt & pauent ad nutum eius. Qui tamen tremor nè eis pœnalis ſit, nou timoris
D eſt, ſed admirationis. Cùm igitur in cȩleſtibus tanta ſit deuotio laudantium, veneratio adorantium, tremor admiraotium, conſideret hoc homo cui dictum eſt: Quid ſuperbis terra & cinis? audi Apoſtolum monentem. Cum metu & timore & tremore veſtrá ipſorum ſalutem operamini. Cœli quoquè qui per Chriſtum facti ſunt, tunc laudant Deum patrem, qnandò oos prouocant ad laudem eius. Cælorum quoque virtutes & Seraphim concelebrant, id eſt, in commune celebrant concordi deuotione, & communi gaudio laudant. Nam celebritas eſt conuentus populi in laude: & celebrata dicimus, in celebri, id eſt, frequentiſſi-

Per omnia ſecula ſeculorũ.

E mo, conuentu acta. Ideò autem dicitur, quia maieſtatem *ſocia*, id eſt, iuncta *exultatione concelebrant*, quoniam ſinè intermiſſione laudantes, viciſsim de illo & de ſe in illo lætantur. Hunc ergò omnium creatorem & rectorem laudant & concelebrant cœli, ſicut eum laudat ſol & luna, ſtellæ & lumen. Vnde in pſalmo dicitur, Laudate eum Sol & Luna: vſque, aquæ quæ ſuper cœlos ſunt. In hymno quoquè trium puerorum, Dei ad laudem elementa omnia prouocantur: non quòd elementa muta habeant ſenſum laudandi, ſed quò cuncta benè cogitata, laudem pariant, & impletur cor conſideratione creaturæ ad eructandum hymnũ creatori. Et quia lougum fuit in iſta gratiarum actio-

ne totos, angelorum ordines, qui in Scripturis nouem inueniuntur, ponere, ſigillatim poſt cælos ponuntur virtutes, quo nomine omnes cæleſtes ſpiritus generaliter appellari ſolent. vt in pſalmo: Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Et iterùm: Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Ad vltimum ponuntur Seraphin, qui eſt ſummus ordo angelicorum ſpirituum, & verè beata, quæ ex ſingulari propinquitate creatoris ſui incomparabili ardent amore. Vndè & ardentes vel incendentes interpretantur. Sciendum autem, quòd Cherubim & Seraphim per M literam prolata, iuxta proprietatem linguæ Hebrææ, maſculini ſunt generis & pluralis numeri tantùm. Si autem per N literam dicantur, ſicut in pſalmis & hymnis, & in præſenti gratiarum actione ponitur, Græca declinatione in neutrale genus mutatur. Velut cùm dicimus lucida ſidera, ſpecioſa nemora, iucunda littora, ſic & beata Seraphin neutro genere & plurali numero accipiam*.

Virtutes cælorum quæ.

Seraphim.

Vt autem ad ſolum patrem dirigatur oratio, cùm totius ſanctæ Trinitatis, ſicut vna eſt diuinitas, ità æqualis honor & glorificatio, id Apoſtoli ſancto per eos ordinante ſpiritu ſanxerunt, vt qui multorum deorum errores vnius Dei prædicatione nitebantur euellere, ſub Trinitatis ſacramento vni perſonæ in ſacrificiorum ritu eſſe ſupplicandum decernerent: nè qui vnum Deum prædicabant, in pluralem diuinitatis numerum incidiſſe arguerentur, & quia pater & filius & ſpiritus ſanctus, vnius deitatis, vnius naturæ, vnius ſubſtantiæ, vnius deniquè poteſtatis exiſtunt, vna ex eis perſona propter vnitatis myſterium retinendum in ſacrificio inuocaretur. Nec alia debuit, niſi quæ prima eſt, in qua duæ cæteræ naturaliter manentes exiſtunt. *Cum quibus & noſtras voces*, & reliqua. Voces angelorum ſunt in laude conditoris, ipſa admiratio intimæ contemplationis. Quales ergò oportet eſſe voces noſtras, quas in conſpectu Dei cum angelicis laudibus deprecamur admitti, id eſt, intromitti? vtiquè tales voces non ſunt in ſono oris, ſed in deſiderio cordis. Voces enim apud ſecretiſſimas aures Dei non faciunt verba noſtra, ſed deſideria: & quia ſuperna ciuitas ex angelis & hominibus conſtat, meritò ſancta Eccleſia, quæ illis ſocianda eſt in cælo, & cum illis in Dei laudibus permanſura, iam nunc ipſis vocibus Deum laudant in terris, quibus eum ſancti Angeli laudant in cælis. Et hoc non ſuperba præſumptione, ſed ſupplici confeſſione, id eſt, humili laude: ſic deſiderans maieſtatem Dei credere & confiteri in mundo, ſicut ab angelis videtur & laudatur in cælo, hæc enim confeſſio non eſt peccati, ſed laudis & gratiarum actionis. Vna igitur confeſſione, id eſt, laude & gratiarum actione iam nunc homines cum angelis ſociantur, laudantes de cæleſtibus & terreſtribus, tanquàm cum qui fecit cælum & terram, & dicentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, pleni ſunt* & reliqua. Iſtæ ſunt voces angelorum laudantium in cælis. Hunc hymnum gloriæ Dei, & Eſaias ſe audiſſe teſtatur, & Ioannes in Apocalypſi. Ergò non humano arbitrio, ſed vtriuſque ſcripturæ authoritate coniuncta, dicimus ter *Sanctus*, & ſemèl *Dominus*, vt oſtendamus omnipotentem Deũ, & Trinitatem in perſonis habere, & vnitatem in ſubſtantia.

Ad ſolũ patrem oratio cur dirigatur.

Sanctus, Sanctus, Sanctus,

A Sabaoth autem vnum eſt ex decem nominibus Dei apud Hebræos, & interpretatur, Exercituum, ſiue Virtutum, vel Militiarum. Dominus autem Sabaoth, Dominus omnipotens dicitur, quia omnia exercitus & militiæ virtuteſque angelorum illi ſeruiunt. Angelicos autem ſpiritus, rectè militiam dicimus, quia decertare eos contra aëreas poteſtates non ignoramus. Quæ tamen certamina non labore, ſed imperio peragunt, quia quod agendum contra immundos ſpiritus appe~~tunt, ex~~ adiutorio ~~cuncta~~ regentis poſſunt. Gloria, id eſt, ~~diuinitate eius~~ pleni ~~ſunt cæli &~~ terra, & omnia implet, iuxta quod ipſe ~~dicit~~: Cælum B & terram ego implebo. Adiunguntur autem huic hymno angelorum, ſumpta ex Euangelio verba turbarum laudantium Deum & regem noſtrum venientem Hieroſolymam, atque dicentium: *Oſanna in excelſis*, & reliqua. Ità enim ex ſcriptura prophetica & Euangelica completur plena laudatio, cùm poſt laudem & gloriam ſanctæ Trinitatis adiungitur etiàm gratiarum actio de aduentu Saluatoris, qui vnus ex ipſa Trinitate pro ſalute noſtra homo factus eſt, & eandem ſalutem moriendo & reſurgendo perfecit. Vndè meritò illi gratias agentes, dicimus Oſanna, id eſt, ſalus in excelſis. Vndè in Pſalmo: Domini eſt ſalus. Rectè quoC què ſubiungitur: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, iuxta quod ipſe ait in Euangelio: Ego veni in nomine patris mei. Aſſumunt autem laudis verſiculum turbæ de Pſalmo 117. quem de Domino eſſe cantatum, manifeſtum eſt, quod enim dicunt Oſanna, hoc eſt quod ibi dicitur, ô Domine ſaluũ me fac, ô Domine proſperare: & ſtatim eiſdem verbis ſubiungitur, Benedictus qui venit in nomine Domini. Quod verò ſubiungitur Oſanna, id eſt, ſalus ſiue ſaluifica, in excelſis, apertè docet aduentum Domini in carne, non ſolùm humani generis in terra, ſed & angelorum in cælis eſſe ſalutem: quia dum nos redempti ad ſuperna perduD cimur, eorum numerus, qui cadente Satana erat imminutus, impletur. Rectè igitur, Oſanna in excelſis, in eius laude canitur, cui tota incarnationis diſpenſatio pro implenda gloria patriæ cæleſtis apparuit. Hùc vſque præfatio & exhortatio, hinc obſecratio ſequitur.

Sabaoth.

Gloria.

Oſanna in excelſis.

Benedictus qui venit.

Poſt has laudes & gratiarum actiones pro tanta gratia redemptionis noſtræ, quæ in illo diuino myſterio agitur & commendatur facto totius Eccleſiæ ſilentio, in quo ceſſante omni ſtrepitu verborum, ſola ad Deum dirigitur intentio, & deuotio cordium, ſocietatis ſibi omnium votis & deE ſideriis, incipit Sacerdos orationem fundere, qua ipſum myſterium Dominici corporis & ſanguinis conſecratur. Sic enim oportet, vt in illa hora tam ſacræ & diuinæ actionis tota per Dei gratiã à terrenis cogitationibus mente ſeparata, & Eccleſia cum Sacerdote, & Sacerdos cum Eccleſia ſpirituali deſiderio intret in ſanctuarium Dei æternum, & ſupernum: & quoniam ſpiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare, ſic eũdem patrem Deum deprecetur: Te igitur clementiſſime pater, & reliqua. Idcircò, vt ferunt, conſuetudo venit in eccleſia, vt tacitè iſta obſecratio atque conſecratio à ſacerdote cantetur, nè verba tam ſacra, & ad tantum myſterium pertinentia, vileſcerẽt, dum penè omnes per vſum

ea reti-

ea retinentes, per vicos & plateas aliiſque in locis, vbi non coouenirer, ea decantarent. Indè ſertur, qnod antequàm hæc conſuetudo inoleuiſſet, cùm paſtores ea decantarent in agro, diuinitùs ſuot percuſſi. Dicit ergò Sacerdos: Supplices rogamus & petimus, & hoc per Ieſum Chriſtum, per quem omnis ſupplicatio & petitio noſtra dirigi debet ad Deum, tanquam per verum mediatorē & æternum ſacerdotem, qui ſedet ad dexteram patris, & interpellat pro nobis. Quid autem roget & petat, oſtendit: videlicet vt ea que offeruntur dona, munera, ſancta ſacrificia, accepta. i. Placita habeat, & benedicat. Saeerdntum enim eſt offerre, & maieſtatem Dei inuocare: Dei autem, dignanter ſuſcipeie, & ea quę offeruntur, benedicere. Dicit ergò, vti accepta habeas, & benedicas, ac ſi ſuppliciter dicat: Petimua, vt hęc ſpiritu tuo ſanctifices, atque ore benedicas, vt quod noſtræ humilitatis geritur miniſterio, tuæ virtutis impleatur effectu. Quod autem ſubiungit, hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia, non aliud atque aliud dicitur, ſed rea vna pro ſui magnitudine diuerſa appellatione laudatur. Quæ enio diuinis offeruntur altaribus, & munera appellantur, ſicut Dominus, Si offers munus tuū: & donā vel ſacrificia, ſicut Apoſtolus de pontifice, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis: ſed, vt dictum eſt, ſermonum repetitio, tanti ſacramenti eſt commendatio, & piæ deuotionis excitatio. Quia hæc ſunt verè ſancta & illibata. i. inuiolata, & incōtamioata ſacrificia, quæ in miniſteſio Dominici corporis offeruotur. Vel illibata dicuntur. i. non prægustata, ſed integra adhuc manentia. Libare enim, ſub vno ſenſu dicitur fundere. Vndè legimus quod Dauid libauit aquam Domino ſibi oblatam, id eſt, ſudit: Sub alio ſenſu dicitur libare, guſtare: vndè & prælibata res dicitur prægustata. Reddidit autem cauſam ſacerdos, pro qua illa offerat ſacrificia, & dicit ſe in primis .i. principaliter pro Eccleſia catholica, id eſt, vniuerſali. Sic enim dignū fuit, vt inciperet ſancta oblatio, videlicet pro eccleſia Dei toto orbe diffuſa, quæ eſt vnico ſanguine Domini redempta: quam pacificare digneris, vt pacem habeat ab hæreticis & paganis: adunare, quæ diſperſa eſt per paganos & hæreticorum dogmata. Idipſum autem videtur eſſe adunare, qnod pacificare: Idipſum cuſtodire, quod & regere. Pacificando nāq; adunat, cùm omniū fideliū corda in ſua pace cōiungit, cùm omoiū fidelium mentes vnius efficit voluntatis, diffuſa charitate per ſpiritum ſanctum: cuſtodiēdo regit, cùm inter omnia pericula clementer eam gubernat & regit. Quòd verò poſt generalem Eccleſiæ commendatiooem adiungitur, *Vnà cum famulo tuo Papa noſtro*, ipſius Eccleſiaſtici corporis vnitas fortiùs commendatur: quia religionis cultum ſic Dominus inſtituit, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorum ſummo principaliter collocaret, atque ab ipſo quaſi qnodam capite dona ſua vellet in corpus omne manare. Vndè conſtat, ab vniuerſi orbis cōmunione ſeparatos eſſe, ſicut B. Pelagius docet, qui qualibet diſſenſione inter ſacra myſteria Apoſtolici Pontificis memoriā ſecundùm conſuetudinē non frequentant. Papa autem ſecundùm quoſdam dicitur Admirabilis vel coronatus, ſed quod melius eſt, pater patrū, id eſt, Epiſcoporū. Sequitur, & antiſtite noſtro. Sicut enim vniuerſalis Eccleſię commemoratio propter vnitatē ſocietatis & pacis cōiuogitur cōmemoratione Apoſtolici pōtificis, ità dignū & religioſum eſt, vt ſingulę Eccleſię cōmemorationē ſuorū ſubiungāt antiſtitū, probantes ſe per illam orationē ſeruare cū eis vnitatē ſpiritus in vinculo pacis. Orthodoxi, id eſt, rectæ gloriæ dicūtur, eò quòd nullo errore deprauati, rectæ fidei cōfaſſione Deū glorificent. Idē ergò ſunt Catholicæ & Apoſtolicæ fidei cultores. Catholicę, id eſt, vniuerſalis, quā vniuerſa vbiquè ſeruat Eccleſia: Eiuſdēque Apoſtolicæ, quā in toto mūdo doctrina Apoſtolorū fundauit. Additur, per Chriſtū Dominū noſtrum: quia aliter nec oratio Eccleſię, nec oblatio Deo offerri poteſt, niſi per vnū mediatorē Dei & hominū, quod ipſe in Euangelio commēdat dicēs: Quicquid petiéritis in nomine meo, hoc faciam. Quam petitionis formā in omni oratione ſua cuſtodit Eccleſia, Cùm dicitur, Memēto Domine ſamulorū, famularumq́ue tuarū: & ſic deindè ſubiūgitur, Et omniū circunſtantiū, manifeſtū eſt quòd quaſi quidā locus ſit, vbi aliquibus ſpecialiter nominatis, etiàm cęterorū qui aſſiſtunt in Eccleſia, cōmemoratio adiūgatur. In quo loco liberū eſt ſacerdoti, quos deſideraverit, peculiariter nominare, & nominatim Deo cōmendare: aut certè illud ab antiqois eſt obſeruatū, vt vbi offerentiū nomina recitarētur. Priùs ergò oblationes ſunt cōmendandæ, ac tunc eorū nomina quorum ſunt, dicenda, vt inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia quæ præmittimus, Quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio: id eſt, quam rectè credant, & quàm deuotè diligant, tu ſolus vides in conſcientiis eorum, qui tibi offerunt. In quibus verbis fideliter conſiderandum eſt, quòd tota Eccleſia Deo offerat illud ſacrificium laudis, quia de omni multitudine circunſtantiū dicitur, qui tibi offerunt. Quod enim adimpletur propriè miniſterio Sacerdotum, hoc generaliter agitur fide & deuotione cūctorū. Sacrificiū dicitur laudis, quia in laude illius offertur. Nō enim noſtra illi damus, ſed ſua reddimus. Pro ſe ſuiſque omoibus, id eſt, ad ſe, vel genere vel familiaritate, vel qualibet alia conditione ſub eiuſdē fidei profeſſione pertinētibus, tā viuentibus quàm defunctis. Et hoc qua ſpe faciant, ſubiunguur: quia non pro aliquo terreno appetitu, nō pro tēporali lucro, ſed ſolūmodò pro redēptione animarū ſuarū, quia in ipſo habemus redēptionē per ſanguinē eius, remiſſionē peccatorū pro ſpe ſalutis, id eſt, pro vita æterna quæ eſt vera ſalus. Spe enim ſalui facti ſumus. Nec ſolùm pro ſalute ęterna, ſed etiàm pro temporali incolumitate. i. corporali ſanitate. Incolumitas enim dicitur. ſanitatis integritas. Vtraq; autē ſanitas ab illo eſt, & animę ſcilicet & corporis, de quo in pſalmo caoitur: Domini eſt ſalus. Reddūt vota, id eſt, ſacrificia, vel vota fidei & piæ deuotionis. Cōmunicātes &c. vſque, Et omnium ſanctorum: Se qui offert, & omnes circūſtantes qui ſimul offerūt, dicit cōmunicare & memoriā venerātes Beatę Dei genitricis & omniū ſanctorū, quia vt ſacrificiū Deo poſſit eſſe acceptū, non alibi hoc offerūt, niſi in cōmunione & ſocietate ſanctorū, & in eorū memoriæ veneratione tanquàm in vero templo Dei, quia in his voluit omnipotens Deus eccleſię ſuę cōſtare fundamentū. Ideò ſumus cōmunicātes memoriæ eorū, tāquàm filij patrum & ſectatores pręcedentiū,

Hæc dona.

Adunare verbū.

Communicantes, id eſt, participantes fidei illorũ.
quia eadẽ fidem habemus, quã & illi habuerunt:
Memoriam venerantes, id eſt, cũ pietate & humili-
tate veſtigia, eorũ ſequentes. In hac autẽ comme-
moratione ſanctorum, beata Dei genitrix primùm
ponitur, per quã & illi & nos meruimus authorẽ
vitę ſuſcipere: & iũgitur commemoratiu ſanctorũ
apoſtolorũ & martyrũ, non ſolùm eorum qui hic
nominatim exprimuntur, ſed & omniũ quorũ nec
numerũ, nec nomina ſcire poſſumus, & tamen per
fidẽ ſi in his præcipuis piè adhæremus, etiàm illis
in horũ cõmunione copulati ſumus. QVORVM
MERITIS &c. Propter merita nãque & interceſ-
ſionẽ iuſtorũ Dominus miſeretur, vt in omnibus
B ſiue proſperis ſiue aduerſis protectionis eius mu-
niamur auxilio. Per chriſtum Dominum noſtrum.
Sic & Moiſes populo peccante intercedens, patrũ
facit memoriã. Ezechiæ auxilium petenti dicitur:
Ciuitatẽ hanc protegã propter me & propter Da
uid ſeruũ meum. Nec dubitandũ eſt, fidelium pe-
titiones à ſpiritibus iuſtorum ſciri: quia qui intùs
Dei charitatẽ vident, nõ eſt credendũ, quia ſit ali-
quid foris quod ignorant. Poſtulat ergò eccleſia
ſuffragia martyrum, nec tamen ſacrificat martyri-
bus: ſed vni Deo & martyrum, & noſtro. Ad quod
ſacrificiũ ſicut homines Dei, qui mundum in eius
confeſſione vicerunt, ſuo loco nominantur, non
C tamen inuocantur à ſacerdote, quia Dei ſacer-
dos eſt, non illorum. Ipſum verò ſacrificium cor-
pus eſt Chriſti, quod non offertur ipſis, quia hoc
non ſunt & ipſi. Hanc igitur oblationem ſeruitu-
tis noſtræ. Quia dignum eſt vt ſeruus ſuo ſer-
uiat Domino. Sed & cunctæ familiæ tuæ. & re-
liqua. Et in his verbis vnitas Eccleſiæ oſtendi-
tur, quandò in illa oblatione communis ſerui-
tus exhibetur Deo, tam à ſacerdotibus, quam
à cuncta familia domûs Dei. Oratur itaque Deus,
vt hanc oblationem quam illi ſoli debita ſeruitu-
te defert eccleſia, placatus accipiat, & ſic dies no-
D ſtros, quibus inter diuerſa pericula viuimus, in ſua
pace diſponat, finitoque huius mortalitatis cur-
ſu, ab æterna damnatione ereptos, in electorum
ſuorum grege annumerare dignetur. Hæc qui-
dem, id eſt, exhortationem, obſecrationem, & cõ-
ſecrationem, principaliter Gelaſius compoſuit.
Sed B. Gregorius addidit hunc verſiculum, At-
que ab æterna damnatione ereptos: vſque, Per
Chriſtum Dominum noſtrum. Hucuſquè obſe-
cratio: hinc ſequitur conſecratio, ità incipiens:
Quam oblationem &c. Oratur Deus, vt oblatio-
nem ſuis altaribus impoſitam, & tantis precibus
commendatam, ipſe per virtutem Spiritûs ſancti
ità perfectam Euchariſtiam accipiat, vt in omni-
E bus ſit Benedicta, aſcripta, id eſt, in numerum pla-
citorum ſibi recepta ſit, & rata, id eſt, immobili fir-
mitate perpetua, ſit quoquè rationabilis, vt quam-
uis de ſimplicibus terræ frugibus ſumpta, benedi-
ctionis potentia efficiatur corpus & ſanguis filij
Dei, vt per hunc cibum & potum impleatur in
nobis quod ipſe promiſit: Sicut miſit me viuens
pater, & ego viuo propter patrem, & qui man-
ducat me. & ipſe viuet propter me. Hoc corpus,
hic ſanguis non in ſpicis, ſed in ſacramentis colli-
gitur: & conſecratione myſticus ſit nobis, non na-
ſcitur. Et ille quidem panis, & illud vinum per
ſe irrationabile eſt: ſed orat ſacerdos, vt ille ra-
tionabiliter tractatus, & ab omnipotenti Deo
A conſecratus, rationabilis fiat, tranſeundo in corpus
filij eius, nobis, id eſt, ad ſalutem noſtram. Hoc au-
tem, quod ſequitur, Qui pridiè quam pateretur,
vſque, in memoriam facietis: apoſtoli in vſu ha-
buerunt poſt aſcenſionem Domini. Vndè ergò
Eccleſia iugem ſui memoriam redemptoris cele-
bret, ipſe Dominus apoſtolis, & Apoſtoli genera-
liter omni eccleſiæ tradiderunt in his verbis, ſinè
quibus nulla lingua, nulla regio, nulla ciuitas, id
eſt, nulla pars eccleſiæ poteſt conſecrare hoc ſa-
cramentum, quod Apoſtolus manifeſtat, dicens:
Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vo-
bis, quoniam Dominus Ieſus qua nocte tradeba-
B tur, accepit panem, & reliqua. Chriſti ergò vir-
tute & verbis iſte panis & calix ab initio conſecra-
tus eſt, & ſemper conſecratur, & cõſecrabitur. Ip-
ſe enim loquens per ſacerdotes ſua verba, cæleſti
benedictione ſanctum corpus & ſanguinem ſuum
perficit. Quod autem ait, Sumite ex hoc omnes:
commendatio eſt vnitatis, vt per hoc myſterium
Chriſto participantes, vnum ſimus omnes in illo,
ſicut Apoſtolus ait: Vnus panis, vnum corpus
multi ſumus. Tanta eſt autem eccleſiæ vnitas in
Chriſto, vt vnus vbique ſit panis corporis Chri-
ſti, & vnus calix ſanguinis eius: Accipiens, inquit,
hunc præclarum calicem. Ideò dicit hunc acce-
C pit, quòd calix, quem ſacerdos Catholicus ſacrifi-
cat, non eſt alius niſi ipſe quem Dominus apoſtolis
tradidit. Quia ſicut diuinitas verbi Dei vna eſt, quę
totum implet mundum: ità licèt multis locis & in-
numerabilibus diebus illud corpus conſecretur,
nõ ſunt tàmen multa corpora Chriſti, neque mul-
ti calices, ſed vnũ corpus Chriſti, & vnus ſanguis
cum eo, quod ſumpſit in vtero virginis, & quod
dedit Apoſtolis. Diuinitas enim verbi replet illud
quod vbiquè eſt, & coniungit ac facit, vt ſicut ip-
ſa vna eſt, ita coniungatur corpori Chriſti, & vnũ
corpus eius ſit in veritate. Vndè animaduerten-
D dum eſt, quia ſiue plùs, ſiue minùs quis indè per-
cipiat, omnes æqualiter corpus Chriſti integerri-
mè ſumunt, & generaliter omnes, & ſpecialiter
vnuſquiſque. Ideò autem ſanguis Chriſti nouum
teſtamentum eſt, quia noua dilectio, qua vſque ad
mortem in nouiſſimis ſeculorum temporibus nos
dilexit. Et ideò ſanguis ille noui & æterni teſta-
menti eſt, quia quos à vetuſtate innouat, ad hære-
ditatem æternam perducit. Myſterium fidei eſt,
quia credere debemus, quod ibi ſalus noſtra con-
ſiſtat. Prouidens enim nobis dedit hoc ſacramen-
tum ſalutis, vt quia nos quotidiè peccamus, & il-
le iam mori non poteſt, per iſtud ſacramentum
corporis ſui, remiſſionem conſequamur. Quo-
E tidiè enim ipſe comeditur & bibitur in veritate,
& integer viuúſque & immaculatus manet. My-
ſteriũ eſt, quod aliud videtur, & aliud intelligitur.
Quod videtur, ſpeciem habet corporalẽ: quod in-
telligitur, fructũ habet ſpiritualem. Sed cùm my-
ſterium ſit, vndè corpus & ſanguis Chriſti dicitur?
conſulens omnipotens Deus infirmitati noſtræ,
qui non habemus vſum comedere carnem crudã,
& ſanguinem bibere, facit vt in priſtina remaneãt
forma illa duo munera, & eſt in veritate corpus
Chriſti & ſanguis, ſicut ipſe dicit. Sciendum
verò quòd eundem calicem Dominici ſanguinis,
niſi mixtum aqua offerre non licet, quia vinum
fuit

A fuit in redemptionis noſtræ myſterio, cùm ait: Nõ bibam amodo de hoc genimine vitis, & reliqua: & de latere eius aqua cum ſanguine, vinum de vera carnis eius vitæ cum aqua expreſſum oſtendit. Hęc enim ſunt ſacramenta Eccleſiæ, ſinè quibus ad vitam non intratur. Illius ergò panis, & calicis oblatio, mortis Chriſti eſt cõmemoratio, quę non tã verbis quàm myſterijs peragitur, per quæ noſtris mentibus mors illa precioſa arctiùs commendatur. Propterea, autem iturus ad paſſionem, & per reſurrectionis atque aſcenſionis gloriã diſceſſurus è mundo, hoc ſacramentum vltimum diſcipulis, tradidit, vt memoriam tantę charitatis arctiùs eorum mentibus infigeret. Vndè & memores ſumus, &c. Idem B eſt quòd dicit: Hoc ſacite in meam cõmemorationem. Quid dignius & ſalubriùs fieri poteſt, quàm vt hæc myſteria frequentando, memor ſit Eccleſia beatæ paſſionis, quę totius mundi peccata deleuit? Et quia non ſolùm mortuus eſt pro nobis propter delicta noſtra, ſed etiàm reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, ac ſic mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgẽdo reparauit: memores ſumus reſurrectionis quoque eius, per quam ſpoliauit infernum, & quãdò aſſumptus eſt in cœlum, & viam nobis aſcendẽdi pateſecit, ſimus memores etiàm glorioſæ aſcenſionis. Ideò enim precium redemptionis noſtræ vel ſacramento Domi- C nici corporis & ſanguinis celebramus, vt ſemper illud feliciter meditemur, quod ait Apoſtolus: Empti enim eſtis precio magno. Memores igitur horum tam ſacerdos quàm plebs fidelis offert præclaræ & præcellenti & glorioſæ maieſtati Dei nõ de ſuo, ſed de eius donis ac datis verè hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam: quæ trina repetitio, tanti myſterij eſt laudatio. Quam verò hoſtiam offert Eccleſia: nónne quam à Deo accepit, id eſt, panem ſanctum vitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ? In hoc pane vita æterna eſt, ſicut ipſe panis viuus de ſe ipſo ait: Ego ſum panis viuus. Qui mãducat hunc panem viuet in æternũ. D Et quod iſte panis ſit corporis ſui, exponit: Et panis quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita: & calix ſalutis perpetuæ, quia ſanguis ille effuſus eſt pro multis in remiſſionem peccatorum. Supra quæ propicio ac ſereno, id eſt, placabili, vultu reſpicere digneris, & reliqua. Non quòd vultus Dei aliquandò mutetur: ſed tunc ſuper nos ſerenat & illuminat vultum ſuum, quãdò declarat ſuper nos miſericordiam ſuam. Oratur itaque Deus, vt placabilis ſereno vultu, id eſt, declarata pietatis ſuæ præſentia, reſpiciat Eccleſiæ ſuæ munera: & accepta, id eſt, beneplacita habeat, ſicut munera iuſti pueri ſui Abel, cuius fides & iuſtitia & oblationis acceptio, & in lege cõmendatur, & in Euangelio, E & in epiſtolis Apoſtolorum, qui nõ ætate, ſed puritate & ſimplicitate puer dicitur: & ſicut ſacrificiũ, inquit, Patriarchæ noſtri Abrahæ, quod ſacrificauit in oblatione vnigeniti ſui Iſaac, offerens eum in holocauſtum, qui eſt Patriarcha non tantùm Iſraëliticæ plebis ſecũdùm carnem, ſed etiàm noſter ſecundùm fidem. Adiungitur adhuc, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech, qui interpretatur rex iuſtitiæ, cuius ſacerdotium & ſacrificium tantùm magnificatur, vt de eo dicat Apoſtolus: Aſſimilatur per omnia Dei filio, manens ſacerdos in æternum. Quod verò ſubiungitur, ſan-

Appendix.

A ctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam ad complendam petitionem ſubiunctum eſt. Hoc autem totũ oratur Deus, quia in antiquis ſacrificio Abel, quod de primogenitis ouium, & ſacrificio Caini, quod erat ex terræ fructibus, prælatum eſt, noui teſtamenti fides præfigurabatur, quæ ex innocentiæ gratia Dominum laudans, veteris teſtamenti terrenis operibus anteponitur, & immolatione vnici & dilecti filij Abrahæ immolatio eius præfigurabatur, de quo dicit pater. Hic eſt fil9 meus dilectus, in quo mihi complacui. Et Apoſtolus: Qui vnico filio ſuo non pepercit, & cætera. Sacrificium quoque Melchiſedech, tam vera erat ſignificatio ſacrificij Chriſti, vt indè prædictum ſit, Tu es ſacer- B dos in æternum ſecundum ordinẽ Melchiſedech. Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hęc perferri: & reliqua. Hæc verba tam profunda quis compræhendere ſufficiat? quis indè dignè aliqua loquatur? magis veneranda ſunt, quàm diſcutienda. Beatus tamen Gregorius idoneus tanti ſacramẽti interpres, quodã loco de eis tanquàm de re ineffabiliter loquens: Quis, inquit, fidelium habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis vocem cœlos aperiri? in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe ſummis ima ſociari? terrena cœleſtibus iungi? vnum quiddam ex viſibilibus atq; inuiſibilibus fieri? Idem quoque ali- C bi: Vno, inquit, eodem tempore ac momento, & in excelſis rapitur miniſterio angelorũ cõſociandum corpori Chriſti, & ante oculos ſacerdotis in altari videtur. B. quoque Auguſtinus de eodem ſublimi altari in conſpectu diuinæ maieſtatis ſic ait: Eſt quoddam altare Dei inuiſibile, ad quod non accedit, qui ad iſtud ſecurus accedit. Illic inuenit vitam ſuam, qui iſto decernit cauſam ſuam. Hæc ex patrũ verbis poſita ſunt ne quis carnaliter æſtimet in cœlis eſſe altare corporeum: ſed potiùs intelligamus ſublime altare Dei rationale & intelligibile eſſe in electa & rationali creatura, angelica ſcilicet humana, quæ in ſanctis angelis ex quo condita eſt, in cõ- D tẽplatione Dei ſublimata, & ſibi inuicẽ per Chriſtum vnita, verum & ſublime altare Dei exiſtit, ex quo accipit ſempiternum ſacrificium laudis & hoſtiam iubilationis, ad cuius vnitatem adiungitur nunc per fidem, & in futuro per diuinæ contemplationis ſpeciem omnis multitudo electorum.

Fit ergò, & in iſta oblatione aliquid ineffabile, vt per angelica miniſteria tanquàm de ſublimi altari diuinæ maieſtati offeratur, cùm adſtantibus miniſtris cœleſtibus Chriſtus, vt oblata cõſecret, adeſſe credendus eſt. Vnde beatus Ambroſius: Nõ dubiter, inquit, aſſiſtere angelum quandò Chriſtus aſſiſtit, Chriſtus immolatur. Per hæc myſteria corda E fidelium omni benedictione cœleſti replet & gratia, tribuens corporibus caſtimoniam, mentibus fidem, cogitationibus puritatem. Memento etiàm Domine famulorum famulatúmque tuarum, & reliqua. Orat pia mater Eccleſia etiàm pro defunctis ſuis, & eos ſacræ oblationis interceſſione cõmendat, certiſſimè credẽs quia ſanguis ille precioſus, qui pro multis effuſus eſt in remiſſionem peccatorum, non ſolùm ad ſalutem viuentium, ſed etiam ad ſalutem valeat defunctorum.

Præcedunt enim fideles de corpore exeuntes ad Deũ ſed non præcedunt ad Eccleſia qui præcedunt

cum ſigno fidei, quia aqua & ſpiritu ſancto rena- A
ti, quia Chriſti cruce ſignati: dormiunt autem, tan-
quam, verè in reſurrectione ſuſcitandi, in ſumno
pacis quia ab vnitate Chriſti & eccleſiæ nec per
hæreſes nec per mortalia crimina ſeparati ſunt,
in quibus etſi aliquando fuerint, tamen per pœ-
nitendam ſanati & per orationem Eccleſiæ cui
dictum eſt. Quodcunque ſolueris, erit ſolu-
tum reconcillati & redemptionis myſterio ſociati,
vtique in pace obiêrunt, miſerante illo qui non
vult mortem peccatoris, & reliqua.

Neque enim piorum animæ defunctorum ſepa-
rantur ab Eccleſia: alioquin non ad altare fieret eo-
rum memoria in conſecratione corporis Chriſti. B
Poſt illa ergò verba, quibus dicitur, in ſomno pa-
cis, vſus fuit antiquorum, ſicut etiàm vſque hodiè
Romana agit Eccleſia, vt ſtatim recitarentur ex di-
ptychis. id eſt, tabulis nomina defunctorum: atque
ità poſt lectionem nominum, ſubiungerentur ver-
ba ſequentia, Ipſis, videlicet quorum nomina me-
morantur, & cæteris omnibus in Chriſto quieſcé-
tibus indulgeas locum reſrigerij, vbi non ſentitur
ardor pœnarum: & lucis, de qua Pſalmiſta, Placeá
coram Deo: & cætera, & pacis, in qua ſanctorum
animæ requieſcunt, vt eſt: Illi autem ſunt in pace.
Nobis quoque peccatoribus famulis tuis, & reli-
qua. Licet omni tempore peccatores nos eſſe ex
corde cognoſcere debeamus, tunc quàm maximè C
confitendum eſt, cùm illo ſacro myſterio celebra-
tur remiſſionis gratia & indulgentia peccatorum
& cum humilitate & côtritione cordis dicendum
Deo: Nobis quoque peccatoribus, nô de vllis no-
ſtris meritis, ſed de multitudine miſerationû ſua-
rum ſperantibus, partem aliquam & ſocieta-
tem donare dignetur cum ſuis ſanctis apoſtolis,
& martyribus & omnibus ſanctis, vt pro modu-
lo noſtro quibus nunc ſociamur per commu-
nionem fidei, quorum memoriam veneramur in
quorum cômunione & vnitate hæc myſteria agi-
mus, cum ipſis ſocietatem beatitudinis æternæ in
futuro accipiamus. Intra quorum conſortium, vt D
Dei nos pietas introducat petimus, vt non noſtri
meriti æſtimator, ſed veniæ largitor, vt quia ſan-
ctorum ſocietati per meritum non poſſumus, per
indulgentiam coniungamur. In fine autem oratio-
nis, per quem hæc omnia nobis ſperanda & obti-
nenda ſint, ſubiungitur, & ſtatim concluſio totius
conſecrationis ſequitur, dicendo: Per quem hęc o-
mnia Domine ſemper bona creas, & cætera: vſque
Amen. Per Chriſtum Deus pater hæc omnia non
ſolùm in exordio creauit condendo, ſed etiam ſem-
per creat propagando & reparando: bona, quia o-
mnia à Deo creata valdè bona. Creata & ſuis con- E
ſpectibus oblata ſanctificat, vt quæ erant ſimplex
creatura, fiant ſacra. Viuificat, vt ſint myſteria vitæ.
Benedicitque omni benedictione cœleſti & gratia
accumulat. Præſtat nobis per eundem ſecum ſan-
ctificantem, qui nobis de corpore ac ſanguine ſuo
tá ſalubrem dedit refectionem per ipſum táquam
verum mediatorem Dei & hominum, cum ipſo tá-
quàm coęquali, in ipſo tanquàm verè conſubſtan-
tiali, omnis honor & gloria eſt Deo patri in vnita-
te Spiritus ſancti, qui ex patre filioque procedens,
vnitatem Deitatis poſſidet cum patre & filio. In-
ſinuatur itaque nobis in patre authoritas, in filio
natiuitas, in Spiritu ſancto patris filijque commu-
nitas, in tribus æqualitas. Per omnia ſecula ſeculo-
rum. Ità dicuntur ſecula ſeculorum, tanquàm ſe-
cula in ſapientia Dei firma ſtabilitate manêtia, iſto-
rum, quæ cum tempore tranſeunt, efficientia ſecu-
la ſeculorum. Aut certè ſimpliciter accipienda ſunt
ſecula ſeculorum, velut côſequentia præcedenoû,
vt continuata ſibi connexione copulentur, quę di-
cuntur ſecula ſeculorum, donec præſens, quod ex
diuerſis temporum ſeculis contexitur, perueniat
ad finem, & ſuccedat futurum ſeculum, quod non
habet finem, vbi Deus videbitur & laudabitur ſi-
nè fine. Amen. Amen autem, quod ab omni Eccle-
ſia reſpondetur, interpretatur verum. Hoc ergò ad
tanti myſterij conſummationem, ſicut & in omni
legitima oratione, reſpondent fideles, & quaſi ſub-
ſcribunt reſpondendo. Adiungit autem adhuc ſa-
cerdos, & dicit: Oremus, & orat Eccleſia cum ſa-
cerdote, non voce, ſed corde. Silentium eſt, & cla-
mat pectus ad Deum in auribus Dei. Præceptis ſa-
lutaribus moniti. Hoc enim præceptum nobis eſt
ſalutare, id eſt, ad ſalutem noſtram proficiens, quo
nos vnigenitus filius per lauacrum regenerationis
& ſpiritû adoptionis Dei filios effectos, dicere mo-
nuit, & non humana, ſed diuina ſua inſtitutione, vt
Deo audeamus dicere, Pater noſter, informauit, di-
cens: Sic vos orabitis, Pater noſter qui es in cœlis,
& cætera. Diuina ergò inſtitutione informati, non
præſumptionis temeritate, ſed obedientiæ pietate
præſumimus dicere Deo patri, Pater noſter qui es
in cœlis, & cætera. Hæc autem obſecratio, oratio
Dominica vocatur, qui eam Dominus docuit, & à
Domino oratio Dominica. Diſcipuli rogauerunt
Dominum, vt eos doceret qualiter orare deberent,
quibus Dominus dixit: Nô neceſſe eſt vt multum
loquamini in oratione, quia omnipotens ſcit quid
opus ſit antequàm petatis eum. Tunc dixit illis: Cû
oratis, dicite: Pater noſter. Pater dicitur à patrâdo,
id eſt, perficiêdo. Qui ergò patrem inuocat Deum,
talem ſe debet præparare, vt filius eius dignus ſit
vocari. Quòd ſi iniuſtè eum vocat patrem, pro ipſa
inuocatione iniuſta iudicium recipiet. Sicut enim
filius imitatur bonum patrem, vt Iſaac imitat^9 eſt
Abraham, & Iacob Iſaac: ſic nos qui Deum patrem
vocamus, vt boni filij ſanctitatem illius imitari
debemus, vt ſim^9 ſancti & immaculati, iuxta quod
ipſe dicit: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Do-
minus Deus veſter. Primùm fuit omnipotês pater
Iudæorum, iuxta quod ipſe dicit per Prophetam,
Filius meus primogenitus Iſraël. &, Filios enutriui
& exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Sed quid fa-
ctum eſt? Deſijt pater eorum eſſe propter infideli-
tatem: noſter autem propter ſuam miſericordiam
factus eſt pater per fidem & dilectionem, cui ſup-
plicamus quotidiè, dicentes, Pater noſter. Pater
duobus modis dicitur omnipotês, vel quia patra-
uit nos, id eſt, creauit, & compegit in vtero matrû
noſtrarum ex carne & anima, ex ſemine viri & fœ-
minæ, cùm non eſſemus: vel quia fecit nos renaſci
ex aqua & Spiritu ſancto cùm perditi eſſemus.
Prima natiuitas fecit nos filios præuaricationis:
ſecunda reconciliationis, dimittendo nobis om-
nia peccata, & originalia & actualia. Talis
eſt Deus Pater noſter.
Qui es in cælis Pſalmiſta dicit Deo, Si aſcendero
in cælum, tu illic es ſi deſcêdero in infernum ades
etiam ſi potuiſſet fieri, vt haberem pennas & vo-
lare in

larem in extremas partes maris, illic te inuenirem. A
Et Dominus per Prophetam: Cœlum & terram ego impleo. Altior nanque eſt cœlo, profundior abyſſo, latior terra, longior mari. Et ſi vbique per pleuitudinem diuinitatis ſuæ, & non per extenſionem, quare ſpecialiter ſe dicit in cœlis? quia per cœlos intelliguntur Angeli, & homines iuſti, in quibus maximè Deus inhabitat, iuxta quod ſcriptum eſt: Anima iuſti, ſedes eſt ſapientiæ. Pater noſter qui es in cœlis, id eſt, qui habitas in Angelis, quorum habitaculum ſunt cœli, & homines iuſti. Sanctificetur nomen tuum. Nomen Dei per ſe ſanctum eſt, & quare nos dicimus, Sanctificetur nomen tuum? Quandò renati ſumus ex aqua & Spiritu ſancto tempore baptiſmatis, in nomine Dei omnipotentis ſumus ſanctificati, dicente Presbytero: Baptizate in nomine patris & filij & Spiritus ſancti: ideò precamur, vt illa ſanctitas quæ facta eſt in nobis tunc in baptiſmate per inuocationem Dei, illa permaneat in nobis in æternum, vt non polluamus eam, ſed ſemper ſimus ſancti vt ſicut tunc ſancti effecti ſumus, ità in perpetuò ſancti maneamus. Vel aliter, Sanctificetur nomen tuum, intelligatur à nobis quantæ ſanctitatis ſit nomen tuum, id eſt, ſanctum habeatur in omnibus operibus noſtris, vt dum tuam ſanctitatem recolimus, peccare timeamus. Vel aliter, eſt modò aliquis Chriſtianus bonus, facit bona opera: videt hoc aliquis paganus aut Iudæus, & dicit, Benedictus Deus qui talem ſeruum habet: nomen Dei ſanctificatur, id eſt, laudatur per illum bonum Chriſtianum. Econtrà malus, videt eum paganus mala operari, & dicit, certè eccè malus Chriſtianus, nos ſumus meliores: nomen blaſphematur per illum, iuxta quod Paulus dicit: Nomen Dei per vos blaſphematur in gentibus. Nos autem precamur vt ſanctificetur nomen Dei, id eſt, laudetur & glorificetur in opere noſtro. Quicquid boni agimus, ad eius laudem referatur: quicquid mali, ad eius contumeliam. Adueniat regnum tuum. Deus omnipotens ſemper regnat in cœlo & in terra, & nos neſcimus modò qualiter regnat, idcircò precamur vt adueniat regnum illius.

Quid eſt iſtud regnum Dei? Æterna beatitudo, de qua dicturus eſt electis: Venite benedicti patris mei &c. Hoc regnum precamur vt adueniat, dies iudicij valdè debet eſſe præparatus. Vel aliter Deus omnipotens regnat in electis ſuis per ſpem, fidem, & charitatem, & per cætera bona. Econtrà Diabolus regnat per luxuriam, per ebrietatem, odiū, & cætera mala: idcircò precamur Dominum, vt ipſe regnet in nobis per iuſtitiam, non Diabolus per peccatum. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, id eſt, in Angelis, qui nunquàm peccauerūt, eſt voluntas tua bona, & illorum officium acceptabile habes: ſic fiat voluntas tua bona in hominibus in terra, vt illorum ſeruitium placeat tibi. Vel aliter: Per cœlum intelligitur Dominus Ieſus Chriſtus: per terram, ſancta Eccleſia. Scimus quia ſicut vit à muliere, ſic cœlum eſt à terra. Ab ipſo accipit omnem vbertatem: Sic & ſancta Eccleſia quicquid boni habet, à viro ſuo Chriſto percipit, iuxta quod ſcriptum eſt: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt. Fiat voluntas. Ad Deum patrem dicitur: Sicut eſt volun-

Appendix.

tas tua in cœlo, id eſt, in Chriſto, ità fiat in terra, id eſt, in Eccleſia, quę eſt corpus eius. Vel ſicut eſt volūtas tua in cœlo, id eſt, in hominibus iuſtis, ità fiat in terra, id eſt, in peccatoribus, vt ipſi valeant tibi placere per pœnitentiam. Vel, fiat voluntas tua ſicut in cœlo, hoc eſt, in mentibus noſtris, ità fiat in terra, hoc eſt, in corporibus. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè. Pan Grecè, Latinè totum vel omne: & ab eo quod eſt pan, diriuatur panis: & ideò per panem intelligere poſſumus omnia neceſſaria tam in cibo, quàm in potu & veſtimento, omnique ſubſidio corporali.

Panis quotidianis dicitur, quod quotidiè nobis eſt neceſſarius. Panem noſtrum quotidianum, id eſt, omnia quæ nobis ſunt neceſſaria, tam ad victum, quàm ad veſtimentum, tribue nobis hodiè, id. omni tempore vitæ noſtræ. Vel aliter: Panem hic poſſumus intelligere corpus & ſanguinem Domini, de quo ipſe dicit alibi: Niſi quis manducauerit, & reliqua. Precamur nanque, vt det nobis carnem & ſanguinem ſuum ad ſumendum, vt per illud quod viſibiliter ſumimus, illud quod non videmus, in nobis ſuſcipere poſſimus, id eſt, Deum omnipotentem, iuxta quod ipſe dicit qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, ipſe in me, & ego in eo.

Illud quod dicitur hodiè, nō poſſumus generaliter referre ad corp° & ſanguinē Domini, quia ſunt tale, qui non poſſunt quotidiè communicare, aut aliqua diſcordia contra proximum commaculati, aut nocturnali coinquinati pollutione: homines ſunt non poſſunt eſſe ſemper parati. Econtrà ſunt tales, qui quotidiè poſſunt communicare: illis euenit quod Dominus dixit Zachæo: Hodiè in domo tua oportet me manere. At ille ſuſcepit eum gaudens in domum ſuam, quia illi tales cum gaudio debent corpus & ſanguinem Domini ſumere. Illi verò, qui quotidiè nō poſſunt communicare, poſſunt dicere cum Centurione: Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum hodiè: intrabis alia die. Sunt etiam tales, qui volunt à ſua iniquitate recedere, abſtinent ſe à corpore & ſanguine Domini cauſa humilitatis. Talibus prædicans beatus Auguſtinus dixit: Placet, fratres, mihi humilitas veſtra. quod timetis accedere ad corpus & ſanguinē Domini: ſed melius eſſet, vt ab iniquitatibus veſtris recederetis, & mundi effecti per pœnitentiam, corpus & ſanguinem Domini ſumeretis. Quàm diù non acceditis, non mihi placet. Dicamus aliter: Panem noſtrū quotidianum. Per panem poſſumus accipere diuina eloquia, ſcientiam legis & Prophetarum, Pſalmorum & Euāgelij. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè, id eſt, in omni tempore vitæ noſtræ refice nos doctrina ſanctarum ſcripturarum, quod ſicut corporeo cibo reficitur corpus, ſic ſpirituali cibo reficitur anima ad amorem & agnitionem illius. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Debita hîc intelliguntur peccata. Duobus modis ſumus debitores Dei: aut faciendo ea quæ ipſe prohibuit fieri, aut non faciendo, quæ iuſſit fieri.

Ipſe dicit in Euangelio: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, tota anima, tota virtute, & proximum tuum ſicut teipſum. Non di-

ligimus Deum neq; proximum ſicut ipſe præci-
pit: debitores ſumus, id eſt peccatores. Ipſe dicit:
Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis lon-
gæuus ſuper terram. Non facimus hoc, debitores
ſumus, id eſt, peccatores. Hæc ſunt quæ Dominus
prohibuit fieri: debitores ſumus, id eſt, peccamus
qui tanta flagitia contra præcepta Dei committimus.
Neceſſarium eſt ergò, vt ſi volumus ea nobis à Domino
dimitti, dimitamus ex corde fratri in nobis peccanti,
aut mala operanti, contra quẽ etiã dupliciter ſumus
peccatores, aut faciẽdo quæ Dominus prohibuit fieri,
videlicet ſi flagellauerimus eũ iniuſtè, aut ſi ſua
abſtulerimus, aut nõ faciẽ adea quę Domin' mãdauit
fieri, id eſt, ſi nõ dilexerimus eum, & illud quod in
nos committit, nõ dimiſerimus. Si ergò indulſerimus
ei, tunc veraciter dicere poterimus Deo, Dimitte nobis
debita noſtra. Et eſt ſenſus: O deus omnipotens, ſicut
nos dimitimus his qui in nobis peccauerunt ità dimitte.
Si autem nos non dimittimus eis, nec ille dimittet
nobis peccata, quæ contra illius præcepta geſſimus,
quia ipſe dixit: Si vos non dimiſeritis, nec pater
veſter dimittet vobis peccata veſtra. Et ne nos inducas
in tentationem. Vna eſt tentatio quæ pertinet ad
probationem, de qua dicit Moyſes ad populum
Iſraëliticum: Tentat, id eſt probat, vos Dominus Deus
veſter, vt ſciat ſi diligitis eum: Et Pſalmiſta: Proba
me Domine, & tenta me. Hac tentatione tentauit Deus
Abraham, & inuentus fidelis. Altera eſt quæ pertinet
ad deceptionem & perditionem, de qua Iacobus
Apoſtolus: Deus neminem tentat ad hoc ſcilicet vt
perdat. Hac tentatione tentat Diabolus, vt decipiat &
perdat, & nos de hac tentatione precamur vt non
dimitat nos tentari, ſuprà quàm noſtra fragilitas
poſſit ſufficere. In tentationem enim Deus inducere
dicitur, quandò à tentatione non liberat. Tale eſt quod
de Pharaone legimus: Indurauit Dominus cor Pharaonis,
quod nihil eſt aliud, niſi non emolliuit cor eius quod
induratum erat. Sed libera nos à malo, id eſt, à Diabolo
& pœnis inferni, & ab omni aduerſitate huius ſeculi.
Amen, ſignaculum eſt iſtius orationis, ſicut ſigillum
confirmatio eſt alicuius codiculi. Quaſi dicat Deo ille
qui hanc orationem decantat: Certè verùm eſt quod
hactenùs dixi. Si ergò dimiſero peccanti in me, tunc
dimites ea quæ contra præceptum tuum egi: Si non
dimiſero, nec tu dimites mihi. Septem ſunt petitiones
in hac oratione. Tres priores pertinent ad animam &
vitam æternam: Quatuor poſteriores, ad corpus &
præſens tempus. Sanctificatio nominis Dei & regnum,
& voluntas eius bona, in electis in futura vita
perficietur.

Panis autem & remiſſio peccatorum, & non induci in
tentationem, & liberatio à Diabolo, & ab omni
aduerſitate huius ſeculi, in præſenti ſunt nobis
neceſſaria, quia in futura vita non erit vlla fames,
ſed ſatietas æterna electorum de contemplatione Dei
omnipotentis. In hac autem panis neceſſarius eſt, &
remiſſio, quia hic peccamus, & hic neceſſe eſt vt
liberemur à Diaboli tẽtatione, & huius ſeculi
tribulatione. Poſt orationem verò Dominicam, ad
completionem tanti myſterij tota ad Deum fundit
preces Eccleſia,

A & ſequitur in concluſione eiuſdem ſacerdos, & dicit:
Libera nos, quæſumus Domine, & reliqua. Mala
præterita, peccata tranſacta intelliguntur, quorum ſi
actio iam ceſſauit in nobis, tamen reatus manet, niſi
Dei indulgentia deleatur.

Mala verò præſentia, quotidiana peccata intelliguntur
in animo, & accedentes ſæpè diuerſi languores, &
afflictiones in corpore, & extrinſecùs irruentes
innumeræ calamitates, quæ quoties patimur, eius
debemus implorare auxilium, qui ſolus ſua pietate &
animas creat & corpora.

Futura mala, quæcunque nobis accidere poſſunt, ſiue
per tentationes Diaboli, ſiue per miſerias ſeculi. Orat
ergò Eccleſia, vt quod in fine orationis
B dictum eſt, libera nos à malo: ità nobis per Dei
miſericordiam præſtetur, vt liberemur ab omnibus
malis, quæ nobis vel in præterito acciderunt, vel in
præſenti accidunt, vel in futuro accidere poſſe
formidantur. Sequitur, & intercedente pro nobis: &
cætera, vſque ſecuri.

Præcepit Dominus populo Iſraël, cum teneretur
Babylonica ſeruitute, vt orarent pro pace ipſius
ciuitatis, quòd in pace, inquit, eius erit pax veſtra:
& Apoſtolus hortatur fieri orationes pro omnibus
hominibus, pro regibus, & his qui in ſublimitate ſunt,
vt quietam & tranquillam vitam agamus. Iuxta hanc
formam populus fidelium
C in huius ſeculi peregrinatione tanquam in Babylone
captiuus, & ſupernæ patriæ inſpirans, orat etiàm pro
pace temporali: ne impediatur à ſpirituali, vt remotis
per Dei pietatem omnibus aduerſitatibus, quietam &
tranquillam vitam agat Eccleſia. Hoc autem paucißimis,
ſed eminentißimis ſanctis nominatis exorat, vt
intercedente inprimis Dei genitrice, per quam nobis
ſalus exorta eſt, & Beatis Apoſtolis Petro & Paulo,
atque Andrea impetrare mereamur. In qua poſtulatione
non cæterorum ſanctorum prætermittitur, ſed iſtorum
commemoratione omnia ſuffragia expetuntur. Quia ità
omnes ſibi in Deo
D vniti ſunt, ità vnum deſiderant & rogant pro ſalute
hominum, vt in vno omnes habeantur pariter, & in vno
omnes pariter negligantur. Quòd autem dicit, Da
propitius pacem in diebus noſtris, iuxta exemplum
Ezechiæ, qui cùm audiſſet à Propheta mala venturæ
captiuitatis, reſpondit: Fiat pax & veritas in diebus
meis, futura Dei iudicio reſeruans, de præſenti, quod
ad ſuam & ad populi ſalutem pertinebat, deprecans. Ità
& Eccleſia deprecatur pacem in diebus noſtris, quod &
poſt nos alij, & poſt ipſos alij, vſque ad finem ſeculi
ſimiliter orabunt. Cur autem ipſam pacem
E poſtulet, ſubiungit ſcilicet: vt ope, id eſt, auxilio &
protectione miſericordiæ Dei adiuti, quantùm ad
interiorem religionis deuotionem pertinet, ſimus ſemper
à peccato liberi: quantùm ad exteriorem pacem, ſimus &
ab omni perturbatione ſecuri. Sequitur, quod & in
omnibus Eccleſiaſticis orationibus ſubiungi ſolet, Per
Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & reliqua. vt ſuprà
iam diximus. Hac oratione expleta, commiſcens ſacerdos
Dominicam oblationem, vt calix Domini totam
plenitudinem contineat ſacramenti, tàquam per eiuſdem
myſterij copulationem imprecatur Eccleſiæ pacem,
dicens: Pax Domini ſit ſemper vobiſcum.

omnis piæ actionis perfectio. Vera autem pax vnitatem facit quomodò qui adhęret Domino, vnus ſpiritus eſt. Imprecata igitur pace incipiẽs à ſacerdote, dat ſibi mutuò omnis Eccleſia oſculum pacis, vt omnibus vera pace vnitis fiat in eis locus Dei, ſicut dicitur, Deus in loco ſancto ſuo, Deus qui inhabitare facit vnanimes in domo. Et hoc ex traditione Apoſtolorũ ſeruat Eccleſia, cui frequẽter ab eis dicitur: Salutate inuicèm in oſculo ſancto, id eſt, pacifico, verò colũbino, nõ ficto, nó ſubdolo, quali vtuntur qui loquũtur pacem cum proximo ſuo, mala auté ſunt in cordibus illorum. Illi ergò oſculo ſancto ſalutant inuicèm, qui non diligunt verbo nec lingua, ſed opere & veritate. Inter hæc cantatur ab omnibus, & cantando oratur dicentibus: Agnus Dei qui tollis peccata mundi, & reliqua. Nullus enim tollit peccata, niſi ille ſolus cui nullum bonum hominis impoſſibile eſt nullum malum inſanabile. Quomodò autem peccata mundi tollat, Ioãnes in Apocalypſi demõſtrat, qui dilexit nos, inquiens, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo quãdò ipſum ſanguinem dedit pro nobis in cruce, vel quando quiſq; noſtrûm in myſterio ſacrę paſſionis illius baptiſmi aquis ablutus eſt, verùm etiàm quotidiè tollit peccata mundi, lauátq; nos à peccatis noſtris quotidianis in ſanguine ſuo cùm eiuſdem beatæ paſſionis ad altare memoria replicatur. Poſt hæc ſumpta Euchariſtia, id eſt, bona gratia, (gratia enim Dei pro omnibus guſtauit mortem) & celebrata gratiarũ actione, reſpõdetur ab omnibus, Amen. Hæc enim clara vox ſanguinis Chriſti, quam ſanguis iſte exprimit ex ore fidelium eodem ſanguine redẽptorum. Finitis omnibus, adſtanti & obſeruanti populo abſolutio datur, inclamante Diacono: Ite, Miſſa eſt. Miſſa ergò nihil aliud intelligitur, quàm dimiſſio, id eſt, abſolutio, quam celebratis omnibus tunc Diaconus eſſe pronunciat, cùm populus à ſolenni obſeruatione dimittitur. Vndè & Miſſam catechumenorum canones dicunt, quoniam poſt Euangelij lectionem incipiũt celebrari ſacra myſteria, quibus nullum niſi baptizatum intereſſe licet, tunc enim clamante Diacono, indẽ catechumeni mittebantur foràs. Miſſa ergò catechumenorum fiebat ante actionem ſacramentorum, Miſſa fidelium poſt confectionem & participationem eorundem ſacramentorum. Vel Miſſa eſt, id eſt, directa, Siue Miſſa eſt, id eſt, perfecta eſt pro nobis oblatio & oratio.

De infirmis.

IAcobus Apoſtolus dixit: Infirmatur quis in vobis? Inducat preſbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini & oratio fidei ſaluabit infirmum: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Quod non eſt dubium de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui ſancto oleo perungi poſſunt, quod ab Epiſcopo cõfectum eſt, nó ſolùm ſacerdotibus, ſed omnib⁹ vti Chriſtianis in ſua aut ſuorum neceſſitate ad vngẽdum. Nam idcircò preſbyteris conceſſum eſt, quia Epiſcopi occupationibus alijs impediti, ad omnes languidos ire non poſſunt. Cæterùm ſi Epiſcopus poteſt aut dignum ducit infirmum viſitandum & benedicendum, & tangendum chriſmate, ſinè cunctatione poteſt, cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam pœnitentibus iſtud fundi non poteſt, quia genus eſt ſacramenti. Quibus autem reliqua ſacramenta negantur, quomodò vnum genus putatur eſſe concedendum? Hac authoritate promulgata, quotieſcunque fidelis infirmatur, ingrediuntur fratres ad ægrotum cum aqua benedicta, & cum cereis ſiue incenſo ante oleum ſanctum, & peragunt omnia, ſicut in ſacramentorum libro cõtinetur. Ita ergo talium neceſſitati auxiliandum eſt, vt nec ratio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur. Si etiam iam amiſſo vocis officio, per incidia integri ſenſus quærere comprobetur. Quòd ſi ità ægritudine fuerint aggrauati, vt quod paulò antè poſcebant, ſub præſentia ſignificare non poſſint, teſtimonia eis fidelium prodeſſe debebunt, ſimul tamen & pœnitentiæ & reconciliationis beneficium conſequantur.

Appendix.

De his qui in extremis ſunt.

DE his qui in exitum veniunt, etiàm nunc lex antiqua regulariſque ſeruabitur, ità vt ſi quis egreditur de corpore, vltimo & neceſſario viatico minimè priuetur. Quòd ſi deſperatus & conſecutus cõmunionem, oblationiſque factus particeps iterùm conualuerit, ſit inter eos qui cómunicationem orationis tantummodò cõſequuntur. Generaliter autem omni in exitu poſito, & poſcenti ſibi communionis gratiam tribui, Epiſcopus probabiliter ex oblatione dare debebit. Horum verò cauſa qui ſinè communione ſunt defuncti, Dei iudicio reſeruanda eſt, in cuius manu fuit, vt talium obitus à communionis remedio differretur: Nos quibus viuentibus non communicauimus, mortuis communicare non poſſumus.

Quomodò moriturus olim prouidebatur.

VEra ergò ad Dominum conuerſio in vltimis poſitorum, mẽte potiùs eſt æſtimanda, quàm tempore: propter hoc Domino taliter aſſerente. *Qualis eſſe debeat confeſſio circa moritarum*

Cùm conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Cùm ergò Dominus ſit cordis inſpector, quouis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti cùm illi ſe obliget iudici, cui occulta omnia nouerint reuelari. Poſt iſtas ſacratiſſ. definitiones, quandò aliquis Chriſtianus articulum mortis perſenſerit imminere, primitùs renouet cõfeſſionem ſuam cum puritate ac omni fiducia, deindè diſtribuat omnia quæ poſſidet, poſt hæc dimittat omnibus, qui in ſe peccauerunt, & reconcilietur. Tunc poſtulet Miſſas & oblationes ſeu communionem ſanctam. Qua percepta, & iã ſi ipſo die comedit, mutet habitum in cilicio & cinere ſeu viliori indumẽto. Et tunc ingrediantur fratres cum omni grauitate, vel cæteri fideles cum aqua benedicta & cruce, & cũ cereis ſeu incenſo, dicentes, Kyrieeleyſon, Chriſteeleyſon ter repetendo, Poſt hæc dicat ſacerdos: Ad vitam æternam reſuſcitet eum Dominus, & miſertus ſit noſtrî.

Tunc canendi ſunt ſeptem pſalmi pœnitentiales cũ litanijs, prout tẽpus permiſerit. Interim verò legãtur paſſiones Dominicæ ante eum, ſeu aliæ ſcripturæ ſacræ. His finitis, ſequitur Antiphona, Antequàm naſcerer. Pſalmus: Domini eſt terra, cum re-

petitione, & dicitur ter Kyrieeleyſon, vt ſuprà. Deindè Sacerdos: Io ſinu Abrahæ collocet eũ Dominus, & miſereatur noſtri.

De exequijs mortuorum, & eorum commemoratione.

SEQVVNTVR orationes ad commendandam animam. De his ità Auguſtio. in libro de cura agenda pro mortuis, & io libro Ciuitatis Dei. Qui facit, inquit, exequias mortuorum, ob amorem illius facit, qui promiſit corpora reſurrectura: neqoe enim contemneoda ſuot & abijcieoda corpora defunctorum, maximè fidelium, quib⁹ tanquàm organis & vaſis ad omnia opera bona vſus eſt Spiritus ſanctus. Vnde & antiquorum fidelium funera officioſa pietate curata ſunt, & exequiæ celebratæ, ac ſepulturę prouiſæ. Ipſique cùm viuereot, de ſepęliendis ſeu transfereodis ſuis corporibus filijs maodauerunt, & Tobias ſepęliendis mortuis Deum promeruiſſe commendatur. Ipſe Dominus die tertia reſurrecturus, glorioſæ mulieris bonum opus prædicit prædicandum, & Ioſeph qui eum ſepeliuit, mirè collaudatur. Ac ideò pro noſtris defunctis certare debemus, quatenùs poſſint participes fieri eorum, quos Chriſtus à clauſtris reuocauit ioferni. Simili etiàm modo celebramus officia pro ipſis, quomodò celebrantur in illis diebus, quandò Chriſtus deſcendit ad inferoa, in quibus & creditur mortous. Deniquè in aliquibus locis generaliter pro omnibus defunctis omni tempore, exceptis Pentecoſtes & feſtis diebus, oratur in officio Veſpertinali, in aliquibus quotidiè pro eis Miſſa celebratur. In Calendis etiàm ſeu dieb⁹ anniuerſarijs per nouem Pſalmos, & reſponſoria ſeu lectiones, ſimili modo officia perſoluuotur, & ideò iuxta Auguſtinum, non prætermitteodæ ſupplicatiooes pro ſpiritibus mortuorum, quas faciendas pro omoibus Chriſtianis fidelibus, etiàm tacitis nominibus eorum, ſub generali commemoratione ſuſcepit Eccleſia, vt quibus iſta deſunt, parentes, aut filij aut qualeſcunque cognati, vel amici, ab voa eis exhibeatur matre communi. Si autem deeſſent iſtæ ſupplicationes, quæ fiunt recta & pia fide pro mortuis, puto qnòd nihil prodeſſet ſpiritibus eorum, ſi quamlibet locis ſanctis exanima corpora ponerentur. Quapropter ritè celebrantur illi tres dies generaliter ab omnibus infra trigeſimam, qui vocantur, tertius, ſeptimus, atqne triceſimus. De tertio enim die ſeu ſeptimo ità habetur in libro Numerorum qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc fuerit immundus, ſeptem diebus adſpergatur aqua luſtrationis, die tertia & ſeptima, & ſic mundabitur. Immunditia hæc pro tactu cadaueris, animã pollutam ſignificat operibus mortuis: & qnia neglexit cultum DEI, in cogitatione, in vita, & io intellectu humiliter confitendo, offerimos ſacrificium Deo tertia die, quatenùs ab his peccatis porgetur. In expiatione verò diei tertij commendati defuncti, poſſumus ad memoriam reducere tertiam diem reſurrectionis Domini, in qua deuotiùs eſt generaliter ſupplicandum. De ſeptimo verò die habemus authoritatem in libro Geneſeos: mortuo etenim Iacob io Ægypto, & tranſlato à Ioſeph trans Iordanem cum comitatu maximo, celebrauerunt ibidèm exequias cum plãctu magno, & fecerunt ſeptem dies. & alibi: Luctus mortui ſeptem dierum, fatoi autem omnes dies vitæ eius. Quòd autem apud aliquos nonus dies celebratur, & vocabatur Nouendialis, Auguſtinus in libro Quæſtionum redargoit, maximè cùm oullus ſanctorũ hoc feciſſe probatur, cùm ſit cõſuetudo Gentilium. Sanè ſeptimus dies in Scripturis authoritatem habet, quia ſeptenarius numerus propter Sabbati ſacramentum præcipuè qnietis indicium eſt. Vodè meritò mortuis tanquàm quieſcentibus exhibetur. De triceſima die ſcriptum eſt in libro Numerorum: Omnis autem multitudo videns occubuiſſe Aaron, fleuit ſuper eo triginta diebus, & Moyſen fleuerunt filij Iraël in campeſtribus Moab triginta diebus. Dauid & filij Iſraël ieiunauerunt pro Saul, & planxerunt eum planctu maximo. Et in libro Sapientię de tertio, ſeptimo, atque trigeſimo die: Fili, in mortuum produc lachrymas. & poſt pauca: Propter delaturam autem amarè fer loctum illius. & iterùm: Fac luctum ſecundùm meritum eius vno die, vel duobns propter detractionem. Vbi primò dixit, propter delatnram vno die fieri luctum, & poſteà propter detractionem vno vel duobus, tres dies introduxit in luctnm. Quapropter & nos pro valdè chariſſimis ieiuoare ſeu Eleemoſynas facere, atque interiùs pro eorum reatibus flere debemos, vt quod illi in vita debuerunt facere, & non fecerunt, ſaltem nos pro illis cum Dei auxilio adimpleamus. Intereà dicunt aliqui, vtrùm pro omnibus Chriſtianis licitum ſit Miſſas celebrare. Hinc Auguſtious: Neque negandum eſt, defunctorum animas pietate ſuorum viuentiũ reuelari, cùm pro illis ſacrificium mediatori offertur, vel Eleemoſynæ in Eccleſia fiunt. Sed eis hæc proſunt, qui cùm viuerent, hæc ſibi vt poſteà prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt noo requirat iſta poſt mortem: nec tam malus, vt ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, vt hæc non requirat: & eſt rurſùs talis in malo, vt nec his valeat, cùm ab bac vita tranſierit, adiuuari: Quapropter oportet pro omnibus regeneratis iſta facere, vt oullus eorum prætermittatur, ad qnos hæc beneficia poſſiot & debeant peruenire. Præſertim cùm quidam ab hoſtibus captus, vinculiſque ferreis mancipatus, à quodam ſeruo Dei, ſcilicet germano ſuo vt putabatur mortuus, celebratis pro eo quotidiè Miſſis more mortuorum, ſæpiſſimè vincula ſoluerentur, à quibus poſteà abſolutus eſt. Sed & hoc notandum, quia quòd Miſſæ mortuorum abſque gloria & Alleluia ſeu pacis oſculo celebrantur, quod eſt indicinm lætitiæ, ad imitationem agitur officiorum, quæ aguotur in morte Domini. Poteſt hoc addiſci in Homilia Origenis quinta libri Leuitici, vbi dicit: Sacrificium pro peccato non fit in oleo. dicit enim, Non ſuperponit ei oleũ, cùm iam pro peccato eſt. Quod ergò pro peccato eſt, nec oleum lætitiæ, nec thus ſuauitatis imponitur, ac ideò abſque gloria & Alleluia celebratur, quia ſinè oleo & thure. Romani io veſpertinis ſeu vigilijs atque matutinis defunctorum tres tantummodò Pſalmos recitant, ſcilicet ob ſepulturã triduanam Domini.

At hi qui per nouenariũ nnmerũ, ſicuti eſt in Calendarum

Anniuerſariorum origo.

Officia pro defunctis Eccleſiæ.

Tertij, ſeptimi & triceſimi exequiarũ origo.

Eleemoſynæ pro defunctis.

darum diebus ſeu anniuerſariorum recolunt, figurant illa officia nocturnalia, quæ in paſſione Domini ritè celebrantur. Anniuerſaria dies ideò repetitur defunctis, quoniam neſcimus qualiter eorum cauſa habeatur in alia vita.

Item breuiter de tertia, ſeptima, & triceſima die pro defunctis.

TErtia dies ſpecialiter pro animæ abſolutione celebratur, qui videlicet triplicis eſt naturæ, iraſcibilis, cõcupiſcibilis, & rationalis, & quia ingenio viget, intellectu & memoria. Propter hoc igitur ſacrificium die tertia peragitur, vt ſi quid temulentum ex carnis cohabitatione cõtraxit, obliteretur, & ſanctæ Trinitatis ſimilitudo reparetur. Dies ſeptimus, nihilominùs officijs deputatur eiſdem, vt anima ſuo corpori reconcilietur: ſeptenarius namque numerus ex ternario conſtat, & quaternario, & ternarius animæ tribuitur, quaternarius corpori deputatur, propter quatuor nouiſſimos, quibus cõſtat, humores. Eſt ergò quaſi quædam rixa corporis & animæ, quæ carne illiciente, eámque ſuis illecebris attrahente, peccauit. Vt ergò anima ſuo corpori pacificetur, holocauſtũ ſeptima die peragitur. Ad hoc fortè pertinet, quod in libro Eccleſiaſtico dicitur: Luctus mortui, ſeptẽ dies: luctus autem fatui, omnes dies eius vitæ. Hęc de tertia & ſeptima die, authoritatiuè quædam breuiter diximus. Cæterum de trigeſima die in Dialogorum libris legimus B. Gregorium præcepiſſe diebus triginta continuis pro quodam Monacho nomine Iuſto, ſibique neceſſario medico, quem ipſe ob ſcelus rei peculiaris dãnauerat, Miſſas & orationes percelebrari. Quibus expletis, diuina manifeſtatum eſt reuelatione, communionẽ ſanctorúmque ſocietatem recepiſſe. Hæc ergò ſalutifera inoleuit conſuetudo, vt trigeſima dies defunctorum, deuotis frequententur officiis. Poſſumus etiã, & hîc authoritatis aliquid adhibere, nã Aaron primum ſacerdotum triginta diebus legitur fleuiſſe populus. Sunt qui dicunt hoc agi pro perfectione tricenarij numeri: nam Dominus triginta annorum, ætate baptiſatus eſt, & Dauid triginta annorum regni ſuſcepit gubernaculũ. Primum etiàm hominem, in triginta annorum ætate creatum Doctores aſſerunt, & noſtra corpora in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, credimus & ſperamus reſurrectura: multáque extant alia huius rei myſteria. Celebratur ergò dies triceſima, vt in anima incorruptionis renouetur iuuentus, & corpus quod in humilitate ſepultum fuerat, reſurgat in gloria, configuratum corpori claritatis Chriſti.

EPISTOLA ALBINI AD CAROLVM MAGNVM.

BEnedictvs ſit Deus pater omnipotens, qui te creauit & honorauit: & benedictus ſit Dominus noſter Iesvs Christvs filius Dei viui, qui te redemit & elegit: Benedictus ſit Spiritus ſanctus paracletus, qui te illuminauit, & dilatauit cor tuum in omni ſapientia & ſcientia claritatis, dilectiſſime D D. & dulciſſime Domine; & benedicta ſit ſancta Trinitas, vnus Devs omnipotens, pater & filius & ſpiritus ſanctus, qui mihi ſeruulo ſuo, licèt indigno, talem conceſſit Dominum amicum, & adiutorem gratiæ ſuæ, qui mihi per ſeruum ſuum beatæ memoriæ, magiſtrum meum, miniſtrare clementer dignatus eſt. Et benedicta ſit poteſtas & regnum tuum, & filij tui, & filij filiorum tuorum vſque in generationes ſeculis ſempiternas, & veniat ſuper te, & ſuper tuam generationem benedictio Sanctorum, in die Domini noſtri Iesv Christi, vtque ſanctiſſim. voluntas ſemper vigeat, floreat & creſcat in corde tuo, clariſſime Eccleſiæ Christi rector & defenſor. Repletus ſum gaudio veſtram audiens proſperitatẽ & exaltationem, & totus iucunditate exhilaratus, dum veſtrę beatitudinis literas accepi, legi & oſculatus ſum. Vndè & aliquid familiarius veſtræ dilectioni ſcribere præſumo, & illatas quæſtiunculas venerabili affectui veſtro præſentare. Sciens autẽ ſcholaſticæ inquiſitionem eruditionis, & Eccleſiaſticę diſciplinæ ſolertiam veſtræ clariſſimæ ſapientiæ, & dulciſſimæ familiaritati gratam eſſe iocundam, & quicquid vrbanitatis ſale conditum cognoſcitur, veſtris intellectualibus fauorabile auribus, & acutiſſimis ſcientiæ oculis amabile eſſe probauimus. Vndè quod ſcholaſtica tyronum iuuentus flaccidis ingerere auribus ſolet, veſtræ ſanctiſſimæ prudentiæ dirigeratum duximus, & indè ſolatia reſponſionis quærere, vndè ſophiæ flumina manare nouimus, tametſi has interrogationes veſtræ ſanctiſſimæ ſapientiæ patefieri poſſe fateor. Et nè meæ aliquis ruſticitati præſumptuosè reſpõderet, veſtrum laudabile ingenium & præſulgens eruditionis cacumẽ conſulere tutum eſſe putauimus. Nam velut vermes feneſtris inuolant æſtiuis, ſic auribus meis inſident quæſtiunculæ, & horum conuenientium nunc temporũ excitati de Eccleſiaſtico munere interrogant, cur ſeptuageſimus, & ſexageſimus, vel quinquageſimus ordo per dies Dominicos ante quadrageſimũ dicatur vel colatur. Si reſpondero Eccleſiæ hanc eſſe conſuetudinem, & Romana autoritate huius religionis ritũ eſſe firmatũ, minùs illis videtur autoritati: quia dico nihil ſinè cauſa in Eccleſiaſticis cõſuetudinibus à doctoribus conſtitutum præcipuis. Maximè titubat illorũ ſenſus, quòd numerus prædictus ordini dierũ non cõuenit, vbi dicunt ſeptuageſimus, ibi non ſunt LXX. dies, vſque ad reſurrectionẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti. Similiter vbi ſexageſimus numerus notatur in diebus Dominicis, nullatenùs computo dierum cõuenit vſque ad Paſcha. Iterũ ſi duo ſynecdochicè dictum eſt, id eſt, à parte totũ, quæ quidẽ trõpica locutio, vt vos optimè nôſtis, ſcripturis ſanctis vſitatiſſima eſſe dinoſcitur, ſicut in tribus diebus & tribus noctibus, quibus Dominus noſter Iesvs Christvs in ſepulcro requieſcere legitur, intelligi neceſsè eſt, & multis aliis in locis, quæ omnia ſi dicantur, libri excedũt, magnitudinem addunt. Quærere tamẽ cur ſeptua-

geſima, vel ſexageſima, vel quinquageſima in tanto tẽpore dicantur, Audiui dũ Romæ eſſem, quoſdam dicẽtes Magiſtros, ꝙ Orientales populi VIII. hebdomadas, & Græci VIII. & Latini VII. ieiunare ſolcãt, & indè ex conſuetudine Romana ſumpſiſſe Eccleſiam LXX. LX. & L. dies nũcupare Dominicos. Hoc quia à talibus non audiui magiſtris, quorum authoritati me tradere audetẽ, omninò confirmare non ſui auſus. Quapropter reſtat adhuc aliquid quærendum quod tempori conueniat, & rationi concordet, & noſtro non aduerſetur. Videtur ſepruageſimus dici poſſe dies propter decẽ hebdomadas, quæ ſunt ab ipſo die vſq; clauſum Paſcha, quo die alba tolluntur veſtimenta à nupèr baptizatis. Igitur in Apoſtolo legitur: Regnauit mors ad Adam vſqne ad Moiſen, & ſignificat vſque ad vltima tẽpora. Porrò ſexageſima indè dici poteſt, quia LX ſunt dies vſque ad mediũ Paſchæ, quod eſt feria quarta paſchalis hebdomadis. Quinquageſima verò, quia decurrit vſq; in diẽ ſanctũ reſurrectionis Dominicæ. Quadragenarius etiã numerus cũ Dominica ſua currit ad myſticũ Paſcha Hebræorum, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus cũ diſcipulis ſuis celebrauit, & nos dicimus cœnã Domini. Nec typica interpreratio his diſcordare videtur rationib⁹. Nã ſeptenarius ſpiritui ſancto cõuenire multis in locis ſacræ ſcripturæ noſcitur. Vndè poſt VIJ. hebdomadas ſpiritus ſanctus miſſus eſt de cœlo in igneis linguis ſuper C. XX. nomina credẽtiũ, & VIJ. dona ſancti ſpiritus, legimus in Prophetis, & tũc maximè cùm alba tolluntur veſtimẽta à baptizatis, per manus impoſitionẽ à Põtifice accipere ſpiritum ſanctũ, conueniens eſt, qui in baptiſmo omnium receperũt remiſſionem peccatorum, & per VIJ. dies in Euãgelico caſtitatis habitu, & luminibus cœleſtis claritatis, ſanctis aſſiſtere ſacrificiis ſolẽt. Necnõ & ſenarius numerus perfectioni vitæ noſtræ cõcordat, quia ſex diebus omnia opera perfecta fecit Deus Creator omnipotẽs, & ipſe ſenarius numerus, ſicut veſtra doctiſſima ſagacitas,* partibus ſuis eſt perfectus. Sed & quinarius per decades ductus, ad reſurrectionem Chriſti cõcurrit, ſignificãs nobis remiſſionem omniũ peccatorum eſſe, & iuſtificationẽ vitæ in Chriſto. Quadragenarium verò per decades ductũ quater, pœnitentiæ typũ multis in locis tenere conſtat. Vndè & ipſe Dominus noſter XL. diebus ieiunauit. Vtq; prædicatio prima fuit, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnũ cœlorum. Et ſicut Moiſes legem, Helias prophetiã, ità Dominus noſter Euãgelicam prædicationẽ XL. dierũ ieiunio dedicauit, & vt veſtra nouit ingenioſa & præclara in omnibus philoſophorũ diſciplinis prudentia, quia mirabiliter quadragenarius numerus, qui pœnitẽtiç, vt diximus, cõuenit, ſi per ſuas diuiſiones partitur,

A & per partes ſuas creſcit, vſq; ad quinquageſimũ peruenit. Quia per pœnitentiã ad remiſſionẽ peccatorum noſtrorum eſt nobis feſtinandum. Sed & aliquid adhuc mirabile in hac conſideratione de cõueniẽtia ſenarij numeri inueniri poteſt, & quodammodò principiũ huius repræſentationis mirabili fine concordat numerorũ regulis. Igitur inter LXX. & LX. reperiũtur dies, ſimiliter inter LX. & L. & iam inter L. & XL. ſenarius inuenitur numerus, & faciunt XVIIJ. Qui numerus ſi rationabiliter cõſideratur, & diuiditur in tres partes, æquales erunt
B ter ſex, & eſt ratio ſimpli ad duplũ, & ſignificat duplam mortem noſtrã, ad ſimplã mortem Chriſti. Quia nos duabus mortib⁹ fuimus obnoxij, id eſt, animæ & corporis: ille ſimpla morte ſua & innoxia duplã deſtruxit noſtrã, & ſimpla reſurrectione ſua duplam oſtendit noſtram, & perdonauit vnã, nunc in anima, alteram in die magno aduentus ſui in corpore: vt ſit tũc vnus homo glorioſus corpore & anima, qui priùs fuit mortalis anima & corpore, anima peccato, corpore corruptione. Similiter & ſi finis conſideratur calculationis, cõueniẽter huic rationi videtur cõcordare. Nã inter quintam feriã cœnç Dominicç, in qua quadragenarius
C numerus decurrit vſq; in reſurrectionem Domini, id eſt, Dominicam diem, quò quinquagenarius numerus peruenit, duo ſunt dies. Item à Dominica reſurrectionis die, vſque in quartam feriã, quo ſexageſimus numerus impletus eſt, duo, ſunt dies. His verò ſi iunguntur duo & duo & duo, faciunt ſex. Et iſte ſenarius ſi diuiditur in duo & in quatuor, eadẽ ſimpli & dupli ratio inuenitur in eo: Ità vt cõcordia pertineat ad reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Illa prior ad paſſionem, in qua redẽpti ſumus & iuſtificati, ſicut beatus Apoſtolus ait: Chriſtus paſſus eſt propter redemptionem noſtram, reſurrexit autem propter iuſtificationem noſtrã. Poteſtis ea hac ſpeculatione veſtris demõſtrare familiaribus, quia iucũda eſt & vtilis Arith-
D meticæ diciplinæ cognitio, quã & veſtræ diligẽtiæ benè notam, & per vos aliis cognitam eſſe credimus. Plurima ex hinc dicere potui, ſed nolui chartulæ excedere modum: & maximè, quia non ignoranti ſcripſi, ſed ei, qui hæc omnia optimè nouit. Ideò perpaucis hæc prælibaui verbis, quia vobis hæc omnia notiſſima eſſe ſciebam. Et vt dictũ eſt, Cum ſapiente paucis vtendum eſt verbis. Et beatus, qui loquitur in aurem audientem, id eſt, intelligentem. Mihi itaque in fine epiſtolæ cum Regina Saba dicendum eſt: Beati viri tui, & beati ſerui tui, hi qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapiẽtiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuiſti, & poſuit te ſuper thronũ Iſraël in ſempiternum, & conſtituit te regem, vt faceres
E iudicium & iuſtitiam.

INCIPIT EPISTOLA D. CAROLI GLORIOSISSIMI REGIS AD ALBINVM ABBATEM, DE RATIONE SEPTVAGESIMÆ & Sexageſimæ & Quinquageſimæ.

CAROLVS GRATIA DEI REX Francorum, Imperator Longobardorum, ac patritius Romanorum, dilectiſſimo Magiſtro, nobiſque cum amore nominãdo Albino abbati, in Domino noſtro Ieſu Chriſto æternam ſalutem.

PERVENIT ad nos Epiſtola miſſa à religione prudentiæ veſtræ, quæ poſt laudes & benedictiones omnipotenti DEO debitas, nobis & progeniei noſtræ benedictionem optabilem, ſummámque beneuolentiam detulit.

Poſt

Poſt hæc textus illius inquirendo ſubiectus eſt, cur Septuageſima & Sexageſima, necnò & Quinquageſima, in ordine per dies Dominicos ante Quadrageſimam dicatur, vel ſcribatur. Indè arrepta ratione per campos Arithmeticæ artis quicquid ex hac re veſtra ſenſit induſtria, ſe extendẽdo nobis pleniter ſignificare ſtatuit. Sed dum mẽs noſtra huc illucque diſcurreret, ſolerti indagatione cõſiderauimus, non ſolùm intra præſcriptos à vobis dies, ſed etiàm per ſingulas hebdomadas, necnon & per totum anni circuli ſpatium, per interualla horarum ac punctorum ſeu momentorum, myſteria numerorum poſſe ab his, qui huius artis peritia imbuti ſunt, reperiri. Vndè quia tuę charitati placuit, noſtram regalem aulam de hac re cõſulere, quicquid indè ſenſit noſtra ſerenitas, ſermone comarico tibi patefacere non negauimus. Exigente igitur inquiſitione, & cõſiderata, cur alij vj. alij vij. alij viij. nonnulli verò nouem abſtineãt hebdomadas, Argumentum ſenſus noſtri tuæ familiaritati per hos apices ſignificare ſtudemus. Qui enim vj. hebdomadas obſeruãtes, ſe abſtinẽtiæ tradũt, ſubtractis vj. diebus Dominicis, in quibus ieiunare minimè licet, decimas dierum dãtes corporis ſui, xxxvj. dies, ſicut B. Gregorius mirabilis doctor edocet, ieiunant: & hoc tempus, licet in ipſo dno ſupereſſe videantur dies, vſque ad ſanctã reſurrectionem, quadrageſimam doctoribus ſanctæ Dei Eccleſiæ nominari placuit. Religione verò creſcente, à Teleſphoro pontifice, qui poſt Petrum Apoſtolorum principẽ nonus in ſancta Romana Eccleſia claruit vij. hebdomadæ in abſtinẽtia dedicatæ ſunt: & hoc tempus quo alio nomine rectiùs vocari, quàm quinquageſima in ordine rationabiliter debuit? Exhinc & deincèps collecta ratione, qui octo hebdomadas obſeruare ſtuduerunt, ſexageſimam gradatim nominauerunt. Similiter qui nouem, Septuageſimę iuxta præfatam rationem nomen impoſuerunt, & non ordinem numerorum hebdomadarum vel dierum, ſed tenorẽ nominis ſeruantes, hæc nomina compoſuerunt. Velut ſi qui nũc fuiſſent, qui decimam hebdomadam addere pro aliqua iuſta ratione voluiſſent, & propter numerum hebdomadarũ Decageſimam; ſeu quolibet alio nomine vel propter numerũ dierum, Septuageſimam, vel Octuageſimam, ordine conſeruato vocabulorum, tramite recto pergẽdo nuncupare debuiſſent. Quia igitur gratia diuina opitulante, prout nobis viſum fuit, de nomine Septuageſimæ & Quadrageſimæ, ac Quinquageſimæ, tuæ charitati ſcripſimus: nunc ſtylo percurrẽte, de obſeruantia & cultu harum, iuxta capacitatem ſenſus noſtri, tibi ſcribere curauimus. Quinquageſima verò ideò dicitur & obſeruatur à nũnullis, vt & decimas dierum ieiunando omnipotenti Deo offerre valeant, & imitari Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ, qui quadraginta diebus ieiunium ſacratiſſimum impleuit. A Quinquageſima vſque in Paſcha, ſeptẽ hebdomadæ ſunt, quæ faciunt dies quinquaginta, ex quibus ſi octo dies Dominicos ſubtraxeris, in quibus ieiunium non licet obſeruare, remanent quadragintaduo dies, & hi duo dies, quinta videlicet & ſeptima feriæ, qui quadragenarium numerum excedunt, apud quoſdam ieiunio dedicãtur, apud quoſdam in refectione propter cœnam Dominicam, & ſanctum ſabbatũ habẽtur. Sexageſima autẽ, vt æſtimamus, ꝓptereà à nõnullis obſeruatur, vt & decimas dierum corporib⁹ ſuis omnipotẽti Deo dare poſſint, & Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ, quadragenario particulariter ieiunando imitari, & primam vel quintam feriã à ieiunio vacare debent. à ſexageſima quippe vſq; in ſanctũ diem reſurrectionis Dominicæ, octo hebdomadæ ſunt: ea quibus ſingulis hebdomadib⁹ primã & quintam feriã ſi ſubtraxeris, & ipſum diem ſanctũ Paſchæ, quadraginta tãtùm dies remanent in abſtinentia. Melciades verò natione Apher, per omnia Apoſtolicus, triceſimus quartus poſt ſanctum Petrũ, cui ſucceſſit B. Sylueſter in cathedram Apoſtolicæ dignitatis, hic cõſtituit, vt nulla ratione in prima vel quinta feria ieiunium quis de fidelibus agere præſumeret. Nã cur in prima feria ieiunium ipſo tradente ſoluatur, nõ eſt neceſſitas texendo replicare. Quintã verò arbitrati ſumus propter magna myſteria, quę in ea cõtinentur, ab eo ſolutam. In ipſa nanque ſanctum chriſma conficitur, ad abluendã totius mundi primæ origini culpã: in ipſa reconciliatio fit pœnitentium, in ipſa redemptio omnium. Cœnãdo cũ diſcipulis, panem fregit, & calicẽ pariter dedit eis in figurã corporis & ſanguinis ſui, nobiſque profuturum magnũ exhibuit ſacramentũ. Eo videlicet die poſt multa myſteria, Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanctis videntibus diſcipulis ſuis glorioſa aſcenſione cœlos penetrauit. Sed nè diutiùs ſermo protrahatur, multa te legiſſe de hac ſolennitate in ſanctorũ venerabilium dictis Orthodoxorum Patrum, non ignoramus. Septuageſima deniquè, vt æſtimamus, propter eà ab aliquibus obſeruatur, vt & decimas dierũ Domino dare queãt, & prima vel quinta, necnõ & ſeptima feria ieiuniũ ſoluere poſſint. A ſeptuageſima verò vſq; in Paſcha nouem hebdomadæ ſunt, quæ faciunt dies ſexagintaquatuor, è quibus ſi de vnaquaq; hebdomada tres præfatos ſubtraxeris dies & paſchalem ſacratiſſimum, triginta ſex in aſtinentia remanent dies. Hi verò ſabbatũ in quo Dominus ab omnib. operibus requieuit, non ſolùm ob ſuperſtitionem Iudęorum, nec propter mãdata veteris taſtamenti legalia, quæ ſunt vmbra futurorũ, ſed nè cùm Iudæi ſabbatizentur, ieiunium ſoluere conentur. Ea præcipuè cauſa eſt, quia veſperaſcẽte ipſo die, gaudium ſanctæ reſurrectionis à fidelibus honorificè celebratur. Sed quia vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abũdat, ſiue hoc, ſiue aliud ſit, ſalua fide & religione, nihil præiudicauimus.

HACTENVS EPISTOLA CAROLI.

Albinus Magiſter, filio chariſſimo Oduino preſbytero ſalutem.

QVia diuina donante gratia, ad id diutino te perduxi labore, vt ſacerdotali honore dignus habeatis: & vti tã elegãter illud in domo Dei miniſtres officiũ, quàm te diligenter per donum Dei erudire curaui ad cognoſcendum rationabilẽ ſacri baptiſmatis ordinẽ: de miniſteriis totius officij tibi breuiter ſcribere volui, vt cognoſcas, quã neceſſariũ ſit nihil prætermittere, qđ à ſanctis patrib⁹ ſumptũ eſt in illo officio. Primò paganus, catechumenus fit: accedẽs ad baptiſmum, renũciant maligno ſpiritui & omnib⁹ dãnoſis eius & põpis

exufflatur etiàm, vt fugato diabolo, Chriſto Domino noſtro paretur introit⁹: exorcizatur, i. cõiuratur malignus ſpiritus, vt exeat & recedat, dãs locum Deo vero. Accipit catechumenorũ ſalem, vt putrida & fluxa eius peccata ſapientiæ ſale diuino munere mundẽtur: Deindè ſymboli Apoſtolici traditur ei fides, vt vacua domus & à priſco habitatore derelicta, fide ornetur, & vt præparetur habitatio Deo: Tũc fiunt ſcrutinia, vt exploretur ſeruus, an poſt renũciationem ſatanæ, ſacra verba datæ fidei radicitùs corde defixẽrit: Tangũtur & nares, vt quàm diù ſpiritũ narib⁹ trahat, in fide accepta perduret. Pectus quoquè eidem perũgitur oleo, vt ſigno ſanctæ Crucis, diabolo claudatur ingreſſus. Signantur & ſcapulæ, vt vndiquè muniatur. Itẽ in pectoris & ſcapulæ vnctione ſignatur fidei firmitas & operũ bonorũ perſeuerãtia. Et ſic in nomine ſanctæ Trinitatis trina ſubmerſione baptizatur, & rectè homo qui ad imaginẽ ſanctæ Trinitatis cõditus eſt, per inuocationẽ ſanctæ Trinitatis ad eãdem renouatur imaginẽ, & quia tertio gradu peccati, i. conſenſu cecidit in mortẽ, tertio eleuatus de fonte, per gratiã reſurgat ad vitã. Tũc albis induitur veſtimentis, propter gaudium regenerationis ac caſtitatem vitę, & angelici ſplendoris decorem: Tunc ſacro chriſmate caput perungitur, & myſtico tegitur velamine, vt intelligat ſe diadema regni & ſacerdotij dignitatẽ portaturum iuxta Apoſtolũ: Vos eſtis genus regale & ſacerdotale, offerentes vosmet Domino hoſtiã ſanctã & Deo placentẽ: Sic corpore & ſanguine Dominico confirmatur, vt illius ſit capitis membrum, qui pro eo paſſus eſt & reſurrexit. Nouiſſimè per impoſitionem manuum à ſummo ſacerdote ſeptiformis gratiæ ſpiritum accipit, vt roboretur per ſpiritum ſanctum ad prædicandũ alijs, qui fuit in baptiſmo per gratiam vitæ donatus æternæ.

ALBINI CAROLI ILLIVS MAGNI OLIM PRÆCEPTORIS, IN GENESIN QVÆSTIONES.

PRÆFATIO.

DILECTISSIMO in Chriſto fratri Siguulfo presbytero ſalutem. Quia indiuiduus & fidelis mihi, Chariſſi. frater ſocius tantopere fuiſti, & quo te ſacræ lectionis ſtudioſiſſimum eſſe noui, paucas interrogationes de libro Geneſeos, quas vt recordor per vices à me exquiſiſti, pariter congregatas, tuo nomini dicaui, vt haberes, vnde & tuam poſſes memoriam recreare, quæ ſæpe perdit quod ſeruare debet, niſi in theſauro literarũ reconditum teneat. Maxime nobis, qui ſeculi occupationibus diſtrahimur, & diuerſis itinerum moleſtiis fatigamur. Et quod põdere librorum nobiſcum portari nequeunt. Ideo aliquoties breuitati ſtudendũ eſt, vt ſit leui pondere præcinſa ſapientiæ margarita, & habeat feſſus ex itinere viator, quo ſe recreet, licet ex pondere portantis manus non grauetur. Sunt in eodem libro difficillimæ quæſtiones plurimæ, quas ad præſens tangere non libuit, vel etiam non licuit, vel quod de illis me non interrogaſti. Hæ etiam maximè hiſtoricæ ſunt, & ſimplici reſponſione contentæ. Illę verò maioris inquiſitionis longioriſque tractatus indigent. His tantum dilectiſſime frater, eſto cõtentus, & ſi quid in eis perperã dixerim, tu frater nos corrigere ſtudeas. Si quid vero bene, nõ mihi, ſed largitori gratias age. Qui & te proficere, & me nihi ſufficere ex donis ſuis faciat, ſine quo nihil poſſumus, in quo omnia poſſibilia ſunt credenti. Qui creditam ſuæ nobis pecuniæ largitionem, in laudem ſuos & gloriam ſui nominis multiplicare faciat. *Interrog.* Quomodo conuenit quod in Geneſi legitur: Requieuit Deus die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis. Et in Euangelio, pater meus vſq; modo operatur, & ego operor? *Reſp.* Requieuit à nouarum conditione creaturarum, non à conditarum gubernatione. Et ideo Deus tunc creator in ſex dierum creatione putandus eſt, nunc vero gubernator in totius mundi naturis. *Int.* Quot creaturas rationales condidit Deus? *Reſp.* Duas: Angelos & homines, & cœlum angelis, & terram hominibus habitationem. *Int.* Quare angelicũ peccatum ſilentio in Geneſi abſcõditum eſt, & hominis patefactum? *Reſp.* Quia angelicum vulnus Deus non prædeſtinauit curare, hominis verò ſanare prædeſtinauit. *Inter.* Cur ſummi angeli peccatum inſanabile fuit, & hominis ſanabile? *Reſp.* Angelus ſui ſceleris inuentor fuit, homo vero alterius fraude ſeductus. Item quanto ſublimior angelus in gloria, tanto maior in ruina. Homo verò quanto fragilior in natura, tanto facilior ad veniã. *Int.* Cur homo ſuæ poteſtatis auctor eſt creatus? *Reſp.* Vt ſibi ipſe autor eſſet ad vitam ſiue ad mortem: ſi verò neceſſitate eſſet ſubiectus, tũc nec boni operis haberet gloriam, nec mali pœnam, ſed eſſet quaſi vnum ex pecoribus. *Int.* Cur in Paradiſo lignum vitæ & lignum ſcientiæ boni & mali creatum eſt? *Reſp.* Vt per illud potuiſſe homo immortalis eſſe, per hoc verò mortalis, ligno vitæ quaſi medicina, vt incorruptibilis, eſſet vtebatur. Ligno autem ſcientiæ boni & mali, quaſi vt veneno, vt moreretur. *Int.* Quare Adam mundi dominus legem accepit? *Reſp.* Vt non tanto extolleretur dominio, ſed in obſeruatione mandati ſciret ſe ſubiectum eſſe creatori ſuo. *Inter.* Quid eſt quod Deus inſpirauit in faciem Adæ ſpiraculum vitæ? *Reſp.* Inſpiratio Dei in faciem hominis traditio eſt animæ rationalis. *Int.* Cur homo ſexto die creatus eſt, cum propter rationem nobilior cæteris eſſet creaturis, quæ ante ſe factæ ſunt. *Reſp.* Vt primum creator mundum quaſi domum præpararet, & poſt introduceret habitatorem, id eſt, dominum domus. *Int.* Quare creator in Adæ maledicto terræ maledixit, & non aquis? *Reſp.* Quia de terræ fructu cõtra interdictum mãducauit homo, nõ de aquis bibit, & quod prædeſtinauit Deus in aquis abluere peccatum, quod de fructu terrę cõtraxit

traxit homo. *Int.* Quare terreſtria animalia plus maledictionis habent, quàm aquatilia. *Reſp.* Quia plus de maledicta terra viuunt quam aquatilia, & ideo Chriſtus poſt reſurrectionem de piſce manducare voluit non de aliquo animali terreſtri. *Int.* Quare ipſe creator hominis peccatũ per ſeipſum expiare voluit, & non per angelum? *Reſp.* Quia nõ ſufficiebat vnius angeli meritum ad redemptionẽ totius generis humani, nec tantum ſceleris incurriſſet diabolus in nece angeli, quantum incurrit in nece creatoris. *Int.* Cur diabolus tam infeſtus eſt hominum ſaluti? *Reſp.* Propter odium in creatorẽ & inuidiã in hominem, & deſperationem ſuę ſalutis. *Int.* Quare Deus in principio legem nõ dedit, quam poſtea per Moſen tradidit? *Reſp.* Quia in hominib. primis diu lex bonæ naturæ ſeruabatur, at vbi naturalis lex euanuit, oblata conſuetudine peccãdi, data eſt lex literæ per Moſen, vt bona quę ſciebantur autoritatẽ haberent, & quæ latere cœperunt manifeſtarẽtur, & vt terror diſciplinæ corrigeret delinquentes, & fidem reformaret in Deũ. *Int.* Vt quid Abel ſacrificiũ ſuſceptum eſt, & Cain refutatũ? *Reſp.* Abel deo optima & naturalia offerebat, Cain vero viliora & humana inuentione excogitata vt putatur. *Int.* Cur Abel in Euãgelio ſingulariter iuſtus nominatur? *Reſ.* Tria maxima iuſtitiæ præconia in eo eſſe leguntur. Virginitas, ſacerdotium, martyriũ. In quibus primus Chriſti figuram geſſit, qui fuit virgo ſacerdos, & martyr. *Int.* Quare Enoch tanto tempore ſeruabatur à morte? *Reſp.* Vt oſtẽderetur quid omnes homines potuiſſent, ſi non peccaſſent. *Int.* Cur idem Enoch moriturus eſt? *Reſp.* Vt debitum ſoluat humanæ naturę, & quod Chriſtus voluit, nullus poſſit, id eſt, non moti. *Int.* Quot modis eſt operatio diuina? *Reſp.* Quatuor. Primò, quod in verbi diſpẽſatione omnia æterna ſunt. Secũdò, quod in materia informi, qui viuit in æternũ, creauit omnia ſimul. Tertiò, quod per opera dierum ſex varias diſtinxit creaturas. Quartò, ꝙ ex primordialib. ſeminibus nõ incognitæ oriuntur naturæ ſed notæ ſæpius ne pereãt reformantur. *Int.* Quæ creaturæ de nihilo factæ ſunt? *Reſp.* Cœlũ, terra, angeli, lux, aer, aqua, anima hominis. *Int.* Quot elementis mundus cõſtat? *Reſp.* Quatuor, igne, aere, aqua, terra. *Int.* Quæ eſt ſingulorum natura elementorũ? *Reſp.* Ignis calidę & aridæ eſt naturæ. Aer calidæ & humidæ. Aqua humidæ & frigidæ. Terra frigidę & aquę eſt naturæ. *Int.* Cuius naturæ cœlũ eſſe fertur? *Reſp.* Igneæ rotundę atque volubilis. *Int.* Si volubile, cur nõ cadit? *Reſp.* Rueret propter nimiã celeritatem vt ſapiẽtes mũdi dixerunt, ſi non planetarum hoc curſu moderaretur. *Int.* Cur Deus ſenario numero mundi creationem perfecit? *Reſp.* Quia ille numerus perfectus iuxta Arithmeticę diſciplinæ rationem legitur eſſe, & vt oſtenderet Deus omnia perfecta, & valde bona ſe condidiſſe. *Int.* Quid eſt, in principio creauit Deus cœlũ & terrã? *Reſp.* In filio perfecit Deus cœlum & terram. *Int.* Cur dictum eſt plantauerat Deus Paradiſum à principio? *Reſp.* Hieronym⁹ vult ante conditionem cœli & terræ Paradiſum plãtatum eſſe. *Int.* Quid in cœli terræque nomine ſignificatur, quãdo dicitur, in principio fecit Deus cœlum & terram. *Reſp.* Informis illa materia quam de nihilo fecit Deus, appellata eſt primo cœlũ & terra, non quia iam hoc erat, ſed quia iã hoc eſſe poterat. Nam ſecundò die cœlũ iſtud ſydereum factũ eſſe legitur, & tertia die terram apparuiſſe & veſtire floribus cœpiſſe. Siue in cœli nomine & terrę ſpirituales & terrenæ creaturæ intelligi poſſunt. *Int.* Quid eſt ſpirit⁹ domini ferebatur ſuper aquas? *Reſp.* Non per vagationem, ſed poteſtate & regẽtis imperio ad formãdum vel viuificandũ informem materiã quæ hoc loco aquæ nomine ſignificatur. *Int.* Quid eſt terra autem erat inuiſibilis & incompoſita. *Reſp.* Inuiſibilis propter obſcuritatẽ, incompoſita propter deformitatem. *Int.* Quid eſt quod dicitur: Dixit Deus, fiat lux? *Reſp.* Dixit pro fecit ſcriptor poſuit, vt celeritatem vel facilitatẽ operis Dei oſtenderet. *Int.* Quid eſt appellauit Deus lucem diem. *Reſp.* Id eſt, appellari fecit. *Int.* Quare prima die lux creata legitur? *Reſp.* Congruit operib. Dei, vt prima die à luce æterna lux tẽporalis prima fieret, vt eſſet vnde cætera quæ crearet, apparerent. *Int.* Quid eſt: Factũ eſt veſpere & mane dies vnus. *Reſp.* Id eſt, finis operis perfecti, & initiũ operis incœpti. *Int.* Quid eſt: Vidit Deus quòd eſſet bonũ? *Reſp.* Id eſt, in ea bonitate placuit vt fieret quod fecit. *Int.* Quare de ſolo homine dictũ eſt: Faciamus hominẽ, de aliis autẽ creaturis legitur, dixit Deus? *Reſp.* Vt videlicet quæ rationabilis creatura cũdebatur cum conſilio facta videretur, & vt eius nobilitas oſtenderetur. *Int.* Cur plurali numero dixit faciamus? *Reſp.* Vt oſtenderetur triũ vna operatio perſonarũ. *Int.* In quo eſt homo conditoris ſui imago? *Reſp.* In interiori homine. *Int.* Cur vtrumque imago & ſimilitudo? *Reſp.* Imago in æternitate, ſimilitudo in morib. *Int.* Cur iterum dixit, creauit Deus hominem ad imaginẽ ſuã, cũ antea dixit ad imaginẽ noſtrã? *Reſp.* Vt vtrũque & pluralitas perſonarũ & vnitas ſubſtantiæ inſinuaretur. *Int.* Quare de homine ſolo creato nõ dicitur ſingulariter, vidit Deus quod eſſet bonũ, ſicut de cæteris creaturis dictum eſt? *Reſp.* Quia poſtquã homo creatus eſt, dicebantur omnia valde bona, quaſi ante eſſe ſingula bona, propter hominẽ autem omnia valdè bona, quod omnia in decorẽ hominis creata ſunt, homo verò in gloriam & laudẽ conditoris ſui factus eſt. *Int.* Quid eſt quod legitur: Requieuit De⁹ die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis? *Reſp.* Si diuidas ſeptenarium numerum, & in vnum & ſex, erunt duo primi numeri perfecti. Vnitas vero in ſe ipſa natura & poteſtate perfecta eſt. Senarius verò numerus primus opere & actu perfectus eſt, & partibus ſuis impletur. Nam vnũ, duo, tria, faciunt ſex, ſignificatur ergo requie diei ſeptimi, ꝙ Deus ante creationem mundi in ſe ipſo natura & poteſtate perfect⁹ eſt, & æternaliter in ſe ipſo habet requiem. Creaturæ vero actu ab ipſo creationis accepto, habẽt per ipſum in ſuis naturis perfectionẽ quandã & requiẽ, in operatione obediẽtiæ, & maximè rationabiles creaturæ in eo bono beatę ſunt, vt in eo conditore ſuo requieſcant. *Int.* Cur de die ſabbati dicitur: Benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, cũ de aliis diebus non legatur hoc eum dixiſſe? *Reſp.* Vt oſtenderet ſanctorum requiem poſt ſex huius ſeculi ætatum labores, in æterno ſabbato, & benedicta requie, quieturã. ſicut dicturus eſt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &c. Ideo & ille dies ſine veſpera legitur, quod vltima requies ſanctorũ ſempiterna eſt. *Int.* Cur dixit: Iſtæ ſunt generationes cœli & terrę?

Reſp. Contra eos, qui ſine initio mondum ſemper fuiſſe affirmant. *Int.* Cur die quo fecit cœlũ & terram, & non in diebus? *Reſp.* Diem pro toto tempore primordialis creaturę poſuit, ſicut & Apoſt. Ecce dies ſalutis, diem totum tẽpus intelligi voluit, quo ſancti in hac vita pro æterna ſalute laborant. *Int.* Quid eſt omne virgultum agri, antequàm orietur in terra? *Reſ.* Vt celeritatem operis Dei inſinuaret, id eſt, antequã aliqui fructus ex terra creſcendo orirentur, aut germinarent, repente omnes campi & colles, herbis etiam & arborib. cooperti. *Int.* Quid eſt, non enim pluerat dominus Deus ſuper terram? *Reſp.* Vt intelligeretur quantum prima terræ germinatio, à moderna diſtabat, quæ moru-lis à pluuiarum irrigatione, vix tandẽ & tarde perficitur. Illa vero ad iubẽtis imperium mox exorta apparuit. *Int.* Quid eſt: Fons aſcendebat è terra irrigans vniuerſa ſuper faciem terrę? *Reſp.* Aut de ſolo dicit paradiſo, qui vno ſonte irrigari creditur. Aut ſi de tota terra intelligendum eſt, omnẽ aquarum abundantiam intelligi voluit. *Int.* Formauit igitur dominus Deus hominem, quid igitur num non ante die ſexto homo legitur eſſe creatus? *Reſp.* Prius per anticipationẽ de hominis creatione dixit, quã modo per recapitulationẽ, plenius exponere aggreſſus eſt. *Int.* Quid eſt quòd dixit: Formauit igitur Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ? *Reſp.* Quia videlicet in corporis & animæ ſubſtantiã factus eſt. E quibus corpus de limo terræ formatum eſt, anima vero de Deo nihilo inſpirante creata. *Int.* Quid eſt: Poſuit Deus hominem in Paradiſo voluptatis vt operaretur & cuſtodiret illum, aut à quo cuſtodiri ille debuit. *Reſp.* Non homini erat labor & afflictio in Paradiſo, ſed voluntatis exhilaratio. Cũ ea quæ Deus creauerat humani operis adiutorio lætius veriúſque peruenirent, & cuſtodiret illũ, id eſt, vt cuſtodiret eũdem Paradiſum ſibi ipſi, ne aliquid admitteret vt inde mereretur expelli. *Int.* Cur dictum eſt: Lignum ſciẽtiæ boni & mali. *Reſp.* Non quod lignum ipſum in ſua natura rationale eſſet, vel ſciẽtiam boni & mali habuiſſet, ſed quod homo in eo experiretur & ſcire potuit, quid eſſet inter obedientiæ bonum & inobedientię malum. *Int.* Quid ſignificat: Morte morieris? *Reſp.* Duplicẽ mortem hominis deſignat, animæ videlicet & corporis. Animæ mors eſt, dum propter peccatum quodlibet animam deſerit Deus. Corporis mors eſt, dum propter neceſſitatem quãlibet corpus deſeritur ab anima. Et hanc duplam mortẽ Chriſtus ſua ſimpla morte deſtruxit. Nam ſola carne mortuus eſt ad tempus, anima verò nũquam, quia nũquam peccauit. *Int.* Vnde dicitur: Adduxit ea ab Adam vt videret quid vocaret ea? *Reſp.* Nõ circuitu locali adducens, ſed occulto nutu ſuæ poteotiæ voluit vt venirent. *Int.* Cur voluit Deus vt homo cunctis animantibus nomina imponeret? *Reſp.* Vt homo intelligeret ſe ipſum, quanto melior eſſet cunctis animantibus, ex rationis diſcretione, & eo magis conditorem ſuum diligeret, quo ſe meliorẽ alijs viuentibus intelligeret. *Int.* Cur dicitur: Adæ verò non inueniebatur, adiutor ſimilis eius? *Reſp.* Quia inter omnia animantia terræ nullum rationale inueniebatur, niſi ille ſolus. *Int.* Cur mulier de latere viri dormientis ædificata legitur, & non de terra plaſmata ſicut vir? *Reſp.* Certe myſterij cauſa

A ſa ſignificans, qood Chriſtus propter Eccleſiam in cruce dormiuit, ex cuius latere fons ſalutis noſtræ manauit. *Int.* Quomodo conuenit Chriſto quod dictum eſt, propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ? *Reſp.* Reliquit patrem, quia nõ in ea forma apparuit hominibus, qua æqualis eſt patri: reliquit matrem, dum ſynagogam deſeruit Iudæorum, de qua ſecundum carnem natus eſt, & adhærebat Eccleſiæ, quàm ex Gentibus congregauit. *Int.* Quare non erubeſcebant Adam & Eua dum nudi erant? *Reſp.* Quia nullam legem ſenſerunt in membris ſuis repugnãtem legi mentis ſuæ, nihil enim putabant velandum, quia nihil ſenſerunt refrenandum. Nam in B pœnam peccati euenit homini, vt ipſa ſua caro rebellis ei eſſet in motibus ſuis, quia ipſe rebellis erat creatori ſuo in actibus ſuis. *Int.* Vnde ſerpens callidior dicitur cunctis animantibus terræ? *Reſp.* Non ex ſua natura, ſed ex diabolici ſpiritus inſtigatione, vtebatur enim ſerpente diabolus quaſi organo, ad perpetrandam calliditatis ſuæ malitiam. *Int.* Cur tentari Deus hominem permiſit, quem conſentire præſciebat? *Reſp.* Quia magnæ laudis non eſſet, ſi ideo homo non peccaſſet, quia malefacere nõ potuiſſet. Nam & hodie ſine intermiſſione genus humanum ex inſidijs diaboli tentatur, vt C ex eo virtus tentati probetur, & palma non cõſentientis glorioſior appareat. *Int.* Sic ſerpens ſonum verborum eius qui per eum loquebatur intelligere potuit? *Reſp.* Noo eſt credibile, eum intelligere potuiſſe, quæ per eum diabolus agebat, ſed ſicut dæmoniacus & mẽte captus loquitur quæ neſcit, ita ſerpens verba ædebat quæ non intelligebat. *Int.* Cur mulier ad interrogata ſerpenti reſpondet? *Reſp.* Vt præuaricatio eius eſſet inexcuſabilis, cum nullo modo dicere potuit ſe oblita eſſe mandati, quod ſerpenti prodidit. *Int.* Cur homo factus eſt in liberum arbitriũ? *Reſp.* Quia noluit creator hominem cuiuſlibet creaturam ſeruum quem ad imaginem ſuam fecit, quatenus ex voluntario bono D laudabilis appareret, vel appetitu malo damnabilis. *Int.* Quæ eſt libertas vera? *Reſ.* Maxima libertas eſt ſeruire iuſticiæ, & à peccato liber eſſe. *Int.* Quomodo potuit mulier credere ſerpentis ſermonib', quod diuinitus à re bona fuiſſet prohibita? *Reſp.* Quia forte inerat mens illius ante amor quidam propriæ poteſtatis, & quædam de ſuperbia præſumptio, quæ per illam tentationem fuerat vincenda & humilianda. *Int.* Cur mulier conſyderauit lignum poſt ſerpentis perſuaſionem? *Reſp.* Vt exploret, ſi quid in eo mortiferum eſſet, dum nihil in eo tale reperiret, confidentius guſtauit ex eo. *Int.* Vnde vir conſentit fœminæ. *Reſp.* Quia E forte illam eo cibo mortuam non eſſe cernebat, & potuit fieri, vt putauerint alicuius ſignificationis cauſa dixiſſe creatorem, ſi manducaueritis ex eo morte moriemini. *Inter.* Ad qoid aperti ſunt oculi eorum? *Reſpon.* Ad inuicem concupiſcendum, quod eis ad pœnam, mox poſt peccatum euenit. *Inter.* Cur ad folia ficulni nirbari cucurrerunt? *Reſpon.* Quia gloriam ſimplicis caſtitatis amiſerunt, ad duplicem libidinis pruriginem cõfugerunt. *Interrog.* Quid eſt quod poſt meridiem abſcondit ſe Adam & vxor eius? *Reſpon.* Id eſt, poſt beatæ paradiſiacæ fœlicitatis lucem, in huius ſeculi caligine à miſeria abſconderunt.

Int. Cur deus quaſi neſciens interrogauit vbi eſſet Adam? *Reſp.* Non vtique ignorando quæſiuit, ſed increpando admonuit, vt attenderet vbi eſſet. & vnde cecidiſſet. *Int*. Vnde à domini præſētia abſcondi poſſe putabat? *Reſp.* Hęc ei inſipientia de peccati pœna accedit, vt eum hoc latere putet quem latere nihil poteſt. *Int.* Cur Adam peccatū in mulierē detorſit? *Reſp.* Adcumulū peccati ſui ſuperbe reſpondit, non humiliter, quaſi quærimoniam in deum dirigeret. Cur ei talē dediſſet ſociā, vnde ei peccati occaſio eſſet, ſimiliter & mulier ſuæ culpæ cauſam increatorem refert, quare ſerpentem per quē deciperetnt, creauerit. *Int*. Quare non eſt interrogatus ſerpens cur hoc fecerit? *Reſp.* Quia forte id non ſua natura, vel voluntate fecerat, ſed diabolus de illo & per illū fuerat operatus. Ideo dicit ei, ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes. Siquidem in pectore calliditas nequitiarū eius indicatur, qui & terram deuorat, dum luxuria & libidine peccantiū paſcitur & dilatatur? Nā ſicut diabolns per ſerpentem loquebatur, ita & in ſerpente maledicitur. *Int*. Quod eſt ſemen mulieris vel ſerpentis? *Reſp.* Semen eſt totum genus humanum. Quæ duo ſemina, continuum inter ſe gerere odiū debent, vt non faciamus quæ diabolus vult, quia ille nunqnam vult nobis profutura. *Int.* Quid eſt caput ſerpentis & calcaneum mulieris? *Reſp.* Caput ſerpentis eſt illicitæ ſuggeſtionis cogitatio, quod nos omni intentione conterere atque allidere debemus ad petram qui eſt Chriſtus. Calcaneum mulieris eſt extremum vitæ noſtræ tempus, quo Diabolus nus acrius impugnare ſatagit. Cui ſi viriliter reſiſtimus, victoriam perſeuerātiæ cum ſalute noſtra accipiemus. *Int.* Quæritur cum dicitur: Et ſub viri poteſtate eris, ſi ante peccatum mulier ſub poteſtate viri eſſet? *Reſp.* Fuit itaque, ſed ea ſeruitute quæ per dilectionem operatur & foras mittit timorem. Poſt verò conditionali ſeruituris timore quæ per diſciplinam operatur. *Int.* Cur ſpinas & tribulos germinauit terra? *Reſp.* Per peccatum enim hominis terra maledicta eſt, vt ſpinas pareret, & venenoſas herbas vel ad pœnam & exercitationem mortalium, vt ante oculos homo ſemper habeat originale crimen, & vel ſic admonitus ſe auertat à peccatis. *Inter.* Cur Deus fecit homini tunicas pelliceas? *Reſp.* Vt eos mortales fuiſſe inſinuaret. *Int.* Quomodo Dominus Deus dixit de homine poſt peccatum: Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis? *Reſp.* Propter ſanctam Trinitatem plurali numero dixit ex nobis, ſicut & in creatione eius: Faciamus hominem ad imaginem &c. Hic vtitur voce deterrentis, ad incutiendum alijs, ne peccarent, timorem, vel ſenſu exprobrātis, quia non ſolum non fuerat factus, qualis fieri voluerit, ſed nec illud quod factus fuerat, conſeruauit. *Int.* Quid eſt Cherubin vel flammeum gladium & verſatilem ad cuſtudiendam viam ligni vitæ poſuit? *Reſp.* Id eſt per Euangelicum miniſterium ignea quædam cuſtodia, quæ tamen bene verſatilis dicitur, ſignificat quandoqne illam remouendam eſſe à Paradiſi ianuis. *Int.* Vnde nouerat Cain Dominnm ad munera eius non reſpexiſſe, & ad munera Abel reſpexiſſe? *Reſponſ.* Igne miſſo de cœlis vt creditur, hoſtiam Abel ſuſcepit, vt ſæpiſſimè factum offerentibus viris ſanctis legimus. Cain verò ipſe ſacrificium ſuum conſumere igne debebat. *Interrog.* Quid eſt: Dominus dixit ad Cain, nonne ſi bene egeris recipies, ſi autem male, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit? *Reſponſ.* Id eſt, ſi pura mente obtuleris ſacrificium, recipiens reſpiciente Deo ad te & ad ſacrificium tuum: ſi autem male egeris intrantem vel exeuntem te, ſemper peccatum tuum comitabitur, & deſinet Dominus cuſtodire introitum tuum & exitum tuum. *Int* Quomodo intelligendum: Sub te erit apetitus tuus, & tu dominaberis illius? *Reſp.* Tu quia liberi es arbitrij, non habet peccatum ſuper te Duminiū, ſed tu ſuper illud & in tua poteſtate eſt, ſiue cōpeſcere, ſiue concupiſcere illud. *Int.* Quare dominus interrogauit Cain: Vbi eſt Abel frater tuus? *Reſp.* Non tanquam ignarus, ſed tanquā iudex reum quē puniat. Cui Cain ad cnmulum peccati ſui fallaciter ac ſuperbe reſpondit. *Int*. Quomodo vox ſanguinis Abel clamat ad Dominum? *Reſp.* Homicidij illius reatus in conſpectu iudicis apparebit. *Int.* Vnde Cain maledicitur in peccato ſuo, cum prius terra in opere Adæ ſit maledicta? *Reſp.* Quia Cain ſciebat damnationem præuaricationis primæ, & non timuit originali peccato fratris homicidij ſuperaddere ſcelus. Ideò maiore maledictione dignus habebatur. *Int.* Quod eſt ſignum Cain, qnod poſuit ei Deus, vt non occideretur. *Reſp.* Ipſum videlicet ſignum, quod tremens & gemens, vagus & profugus ſemper viueret, nec audere eum vſpiam vrbis terrarum ſedes habere qoietas. Et fortè ciuitatem condidit, in qua ſaluari poſſet. *Int.* Cur ipſe ſe morte damnauit dicendo: Omnis qui inueniet me, occidet me? *Reſp*. Deſperando dixit, vel vt compendio mortis cruciatus euaderet præſentes. *Int.* Quomodo ſeptuplum punietur qui occidet Cain: *Reſp*. Solet ſeptenarius numerus in ſcripturis ſanctis ſæpiſſime pro plenitudine cuiuslibet rei poni Quaſi dixiſſet, grauiſſima vltione puniendum eſſe, qui tantæ damnationis acerbitate admonitus, à ſanguine effundendo noller manus cohibere. *Int*. Quid eſt quod legitur Lameh dixiſſe cnm occideretur Cain: ſeptuplum de Cain vindicetur, de Lameh aūt ſeptuagies ſpties? *Reſp.* Quia homicidij peccatum ſptima generatione diluuio vindicatum eſſe legitur Adulterij verò ſcelus, quod primus omnium Lameh in duabus cōmiſit vxoribus, non niſi ſanguine Chriſti expiandū eſſe, qui ſeptuageſima & ſeptima generatione venit in mundum. *Int.* Vnde euenit diabolo prima mala voluntas? *Reſp*. Cum cauſa miſeriæ malorū angelorum quæritur, ea merito occurrit, quia noluerunt ad illum cuſtodire fortitudinem ſnam, qui eſt ſmmū bunum, ſed auerſi ſunt ab illo, & ad ſeipſos conuerſi ſunt, & ſua propria delectati poteſtate. Et iſte primus defectu eſt, & prima inopia rationalis creaturæ. Hoc vitinm quid alind quàm ſuperbia nuncupatur. *Interrogatio.* Quid eſt malū? *Reſponſio.* Malum nihil eſt per ſe niſi priuatio boni, ſicut tenebræ nihil ſunt niſi abſentia locis. *Interrogatio.* Cnr per tres filios Noè ſecunda origo ſeculi ſurrexit?

Reſp. Vt tres partes mundi à triū generatione implerentur. Porro Sameh in filijs ſuis Aſiam, Cham Libyam, Iapbet Europam poſſidebat. *Int*. De qui-

ita ſoluit: Quæri ſolet de minutiſſ. beſtiolis non ſolū quales ſunt mures & ſtelliones, verumetiā quales locuſtæ muſcæ, denique & pulices, vtrum non ampliori numero in arca illa fuerint, quam qui eſt definitus, cum hoc imperaret Deus. Prius ammonendi ſunt quos hæc mouēt, ſic accipiēdum quod dictū eſt, quæ reptāt ſuper terrā, vt neceſſe nō fuerit cōſeruari in arca, quæ poſſēt in aquis viuere, nō ſolū merſa ſicut piſces, verumenā ſupernatantia. Deinde cū dicitur maſculus & fœmina profecto intelligitur ad reparandū. Quis nū videat quantum genus dicatur per hoc, nec illa neceſſe fuerat intrare, vbi eſſent quæ poſſent ſine cōcubitu, de quibuſque rebus vel rerū corruptionibus naſci. Vel ſi fuerunt ſicut in domib. cōſuerūt eſſe, ſine vllo numero definito eſſe potuiſſe. Aut ſi miſteriū ſacrat. quod agebatur, & tātæ rei figura, etiā veritate facti aliter nō poſſet impleri, niſi vt omnia ibi certo illo numero eſſent, quæ viuere in aquis illius natura prohibēte nō poſſent. Nō fuit iſta cura illius hominis, vel illorū hominū, ſed diuina, nō enim ea Noë capiēs intromittebat, ſed venientia & intrātia permittebat, ad hoc enim valet quod dictū eſt, intrabunt ad te, nō ſcilicet in hominis actu, ſed domini nutu. *Int.* Quomodo poſtea quā clauſū eſt oſtiū, & nullus hominū extra arcā fuit, bituminari extrinſecus oſtiū potuit? *Reſp.* Hoc ſine dubio diuinū opus fuit ne ingrederētur aquæ per aditū, quod humana nō muniuerat man⁹. *Int.* Quomodo leones in arca vel aquilæ quæ cō ſuerunt carnib. viuere, paſci potuerūt? *Reſp.* Forte & alia animalia, propter aliorū eſcā in arcā fuerūt miſſa, vel aliqua cibaria pręter carnē à viro ſapiēte vel Deo demōſtrata, quæ animantiū ęſcis cōuenirent, quod magis credibile eſt. *Int.* De quibus animātibus dictū eſt, in quibus erat Spiritus vitę? *Reſp.* Nō ſolùm de hominib. ſed etiā de cęteris omnibus quę vitali aura veſcūtur. *Int.* Si aqua tranſcēdit xv. cubitis, cuius altitudo, hūc aerē turbulentū vt fertur tranſcēdit, vbi dicitur nec nubes videri, nec vētus ſentiri? *Reſp.* Si terra ſpaciū illius tranquilli ætheris inuadere potuit, cur nō & aqua creſcēdo. Sunt tamē quidā qui putāt, nec terræ inæqualitatē talē, nec montiū altitudinē tātam ante diluuiū fuiſſe, ſicut nūc eſt. *Int.* Quid de pace & cōcordia, & vnde ſe inuicē non debellarēt, diuerſi generis animātia, ſentiēdum eſt? *Reſp.* Sicut Dei nutu adducebātur in arcā, ita & Dei nutu conſeruātur in arca. Siue enim māſiunculis ſecundū genera ſua diuidātur, ſiue iunctim manerēt, Dei potentia gubernabātur. *Int.* Quid de potu animaliū ſentiendū eſt, de quo nihil dicit ſcriptura? *Reſp.* Sunt quidam qui putant vnius diei eſcā in arca vel potū, in multos prodeſſe dies animatib. vel forſan in totū annū. Sed dimittamus incertas cōiecturas, & cōcedamus diuinę potētię de creaturis ſuis facere quod voluit. *Int.* Quærunt vbi coruus requieuerit, ſi colūba nō inuenit vbi requieſceret? *Reſp.* Potuit coruus cadaueri cuiuſlibet animantis inſedere, quod colūba naturaliter fugit. *Int.* Quare magis terrena animalia perierūt cū homine, quā aquatilia? *Reſp.* Propter maledictionē terrę, de qua veſcebātur animalia terræ. *Int.* Quid de animalib. ſentiri debet, quorū natura nec ſemper in aridis, nec ſemper in humidis viuere poteſt, ſicut ſūt lutri, vituli marini. Et multa auiū genera in aquis victū requirūt, ſed in aridis dormiūt & requieſcūt? *Reſp.* Potuit diuina virtus vtramvis eorū naturā, donec diluuiū tranſiret tēperare, vt aut in humore tantum, aut in arido tantū viuere poſſent, niſi forte extra Arcā, in aliqua eius parte loca illa preparata eſſēt, vnde & in aquis viuere, & in aridis requieſcere potuiſſent. *Int.* De quo Spiritu dixit: Adduxit Deus ſpiritū & imminutæ ſunt aquæ? *Reſp.* Bene de illo ſpiritu intelligi poteſt, de quo dictū eſt, Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Tunc enim ferebatur, vt cōgregatis aquis in ſuū locū terra appareret, nūc autē adductus dicitur, vt ablatis è medio aquis diluuij, faciē terrę reuelaret. Poteſt & ſpiritus nomine vētus intelligi iuxta illud Pſal. Stetit ſpiritus procellæ, cui⁹ crebris flat. aqua cogeretur recedere. *Int.* Quo reuerſę ſunt aquæ dū dicitur: Reuerſæ ſunt aquæ de terra recedētes & euntes? *Reſp.* Datur iuxta literā quod omnis fluuiorū ac riuorum decurſus per occultas terræ venas ad matricē abiſſum redeāt, iuxta illud Salom. Ad locū vnde exeūt flumina reuertūtur, vt iterū fluāt. *Int.* Cur quadragenario numero pluuia inundabat, & iterum poſt quadraginta dies dicitur, Noë feneſtrā aperuiſſe? *Reſp.* Quadragenarius numerus tribulationē pœnitētiæ oſtendit. Quod vero poſt 40. dies feneſtrā aperuit Noë, ſignificat ieiunio cœlū reſerari. Ideo Moſes, Helias & ipſe ſaluator quadragenario numero ieiunia cōſecrarūt, tanquā tribus tēporibus neceſſario ante legē, ſub lege, ſub gratia. *Int.* Quare colūba ramū oliuæ portat? *Reſp.* Colūba ſpiritus ſancti, expulſo alite tetrrimo ad Noë poſt diluuiū, quaſi ad Chriſtum poſt baptiſmum deuolat, & ramos refectionis ac luminis portans, pacē orbi nunciat. *Int.* Si deus fecerat omnia bona, & etiam valde bona, quid eſt quod munda & immunda nominauit animalia Nunquid immundum bonum eſſe poteſt? *Reſp.* Etiam quòd immundum dicitur, in ſua natura bonum eſt, ad comparationē vero alterius naturę melioris, quaſi immundum putatur. *Int.* Cur bos melior eſt leone? *Reſp.* Quia eius natura magis conuenit neceſſitati hominis, propter quē omnia creata ſunt animalia. *Int.* Cur homo in terrorem cæteris animalib. poſitus eſt? *Reſp.* In ſolatiū tranſactæ vindictæ, & ne pauci homines à pluribus opprimerentur beſtijs, & vt ſciret ſe irrationabilib. debere, nō rationabilibus. Vnde & prim patres noſtri paſtores pecorū, non reges hominum fuiſſ. leguntur. *Int.* Cur ęſus carnium hominis poſt diluuiū conceditur, & non ante? *Reſp.* Propter infœcunditatem terræ (vt ęſtimatur) & hominis fragilitatē. *Int.* Cur arcus in ſignū ſecuritatis datur? *Reſp.* Quia præſciuit creator formidabiles hominū animos, ne iterū diluuio delerētur, dum ſæpius inundationes pluuiarū cernerent. *Int.* Cur idem ſignum ſecuritatis in cœlo poſitum eſt? *Reſp.* Vt ab omnibus inſpici potuiſſet, & vt pro quacūque tribulatione oculos cordis ad eum attollamus, qui habitat in cœlis. *Int.* Cur ſignum illud diuerſi coloris datur hominib.? *Reſp.* Propter ſecuritatē & timorem, vndè & in arca idē color aquæ & ignis oſtēditur, quia ex parte eſt cœruleus & ex parte rubicundus. Eſt ergo vtriuſque indicij teſtis, vnius videlicet facti, & alteri⁹ faciēdi, id eſt, quia mundus iudicij igne cremabitur, aqua diluuij nō deletur. *Int.* An pluuię ante diluuiū eſſēt? *Reſp.* Videtur non, quia arcus non erat, niſi ex radijs ſolis & humida nube. Poteſt autem fieri, vt ex riuis & fontibus (ſicut in Aegypto) irrigatione

terræ fœcundarentur. *Int.* Poſt diluuium quare vir iuſtus Noë inebriatus eſſe legitur; *Reſp.* Forte vt D. Hieró. dicitur: Io ebriari vino poſſe neſciebat. Nec enim ante diluuium legitur vino homines vſos. Ideo ſpecialiter de Noë dicit: Plantauit Noë vineã. *Int.* Cor nudatio fœmorũ poſt ebrietatem ſecuta eſt? *Reſp.* Quia ſæpe ſatietatem libido ſubſequitur. *Int.* Cur Cham in poſteris maledicebatur? *Reſp.* Quia peccantib. & non pœnitentib. futura imminet pœna. Sæpe quidem reproborum nequitiæ, hinc quideio multæ proficiunt, ſed in poſterum feriuntur. Prophetatum quippe eſt hinc, quod terram Chanaam eiectis Chananæis & debellatis accepturi forent filij Iſrael, qui venireot de ſemine Sem. *Int.* Quem hominem vult fratrem intelligi, dum dicitur ſanguinem hominis requiram de manu fratris ſui? *Reſp.* Omnem hominem fratrem intelligi voluit, ſecundum cognationem ex vna ductam. *Int.* Quomodo diuiſus eſt orbis à filijs & nepoobus Noë? *Reſp.* Sem vt æſtimatur Aſiam, Cham Aphricam, Iaphet Europam ſortitu, eſt. *Int.* Quot geotes ſinguli eorum procrearunt? *Reſp.* De Iaphet nati ſunt filij x v. de Cham x x x. De Sem xxvii. Simul lxxii. De quibus ortæ ſuot Gentes lxxii. Inter quas miſit Dominus Diſcipulos ſoos l x x i i. *Int.* Cur dictum eſt dilatet Deus Dominus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem? *Reſp.* De Sem Hebræi, de Iaphat populus Gentium naſcitur, quia igitur lata eſt mulotudo credentium, altitudinem quæ Iaphet dicitur latitudo ſuſcepit nomen. Quod additur habitet in tabernaculis Sem, de nobis prophetatur, qui in eruditione ſcientiæ ſcripturarum eiecto Iſraele verſamur. *Int.* Quid eſt quod dicitur in Geneſi: De terra illa exiit Aſſur, & ædificauit Niminem & Roboorh ciuitatem? *Reſp.* Non duas ſignificat ciuitates, Robooth nanque platea dicitur, eſt ergo ſenſus, hic ædificauit Niniuem & plateas ciuitatis. *Int.* Quomodo Nemrot gygas venator robuſtus contra Domini dicitur? *Reſp.* Id eſt, hominum terrenorum ſuppreſſor & extinctor, erigebat ergo cum ſuis populis turrim contra Dominum, in qua eſt impia ſignificata ſuperbia, vt noo intelligeretur iubens homini, qui noloit intelligere, vt obediret Deo iubenti, ſic illa coniuratio diſſoluta eſt, cum qui neque ab eo quem non intelligebat abſcederet, neque ſe niſi ei cum quo loqui poterat, aggregaret. Itaque per linguas diuiſæ ſunt gentes, diſperſæque per terras. *Int.* Cui dicit Deus deſcendamus & confundamus linguas eorum? *Reſp.* Deſcendere Dei eſt humanos actus inſpicere, vel eorum ſenſibus propinqoare. Quod verò plurali numero dixit, deſcendamus, & iterum confudit Deus labium vniuerſæ terræ, diſtinctione perſonarum ſanctam Trinitatem, & operationis vnitatẽ in maieſtate diuina voluit oſtendere. Sicut in exordio humanæ creationis dictum eſt: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & iterũ: Fecit Dominus hominem ad ſimilitudinem ſuam, vt trinitas in perſonis, & vnitas in potentia eſſe credatur. *Int.* An credibile eſt tantæ ſtultitiæ fuiſſe homines, vt in cœlũ altitudinem ædificij cuiuſlibet erigere ſe poſſe putarẽt? *Reſp.* Solet ſuperbiã ſtultitia ſequi, humilitatẽ ſapientia. Ideo turris hi ſuperbiæ loco poſita eſt. Fecit ergo ſuperbia diuerſitates linguarum, & quos turris diſſociaue-

A rat, Eccleſia collexerat. *Int.* Quis primo hominum hominibus dominari & regnum dilatare ſtuduit? *Reſp.* Nemrot gygas, vt in ſacra legitur hiſtoria, qui extruendæ turris, & condeodæ Babyloniæ aotor exſtiterat. *Int.* An vnum opus eſt turris & ciuitaos, an duo? *Reſp.* Velnti æſtimatur à plurimis, arx fuiſſe ciuitatis Babyloniæ turris illa, & ideo ciuitas illa Babylon, id eſt, confuſio, dicitur, quia confuſum eſt labiũ vniuerſæ terræ, & in linguas loqoela hominum varias diuiſa. Huius ciuitatis Babylonis videlicet, mirabilẽ conſtructionẽ gẽtium cõmendat hiſtoria, cuius nimia diſponebatur altitudo, ſiue turris vnius quam præcipuam moliebantur inter alias erigere in cœlum, ſiue omniũ turriũ quæ per

B onmetũ ſingularem ita ſignificatæ ſunt, vt dicitur miles cum multos milites intelligimus. *Int.* In qua familia illa permanſit lingua, quæ primitus à Deo data fuerat? *Reſp.* Vt putatur in familia Heber, ex quo Hebræi dicti ſunt. In eam partẽ hominũ quæ Dei portio permanſit, io qua & Chriſtus naſciturus erat. Oportuit enim in ea liogua ſalus mundo primo vt predicaretur, per quã primũ mors intraoerat io mundum. *Int.* Si Deus ab omnib. operibus ſuis requieuit die 7. vnde ſubito tanta apparuit diuerſitas linguarum? *Reſp.* Non in hac diuiſione linguarum, nouom qoid condere creatorem æſtimatur, ſed dicẽdi modos & formas in diuerſis loque-

C larum generib. diuiſit. Vnde eaſdem ſyllabas & eius poteſtatis literas aliter coniunctas, in diuerſis iouenięmus Gentiũ linguis, ſępe etiam eadẽ oomina, vel verba aliud quid ſignificantia in alia lingua, atque aliud in alia, vbi dicimus in Pſalmo: In virga ferrea, in Græco habetur ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. Igitur in latino ſydera, non ferrea ſignificat, ſicuc in Græco, ſe aſtra. *Int.* Quid eſt quod de Aran legitur, fratre Abraham? *Reſp.* Mortuus eſt Aran ante Thare patrem ſuom, in Vr Chaldæorum, Vr vero ignis dicitur. Et Chaldæi ignem colũt pro Deo. Thare verò, vt Hebræi tradunt, cum filijs ſuis, aliò miſſus eſt à Chaldæis, quia ignẽ adorare nolebat,

D in qoo igne Aran conſumptus eſt. Et hoc eſt quod nunc dicitur: Mortuus eſt ante conſpectum Thare patris ſui, ſicot Hieronimus in libro Hebraicarum quæſtionũ refert, ita dicens: Vera eſt Hebręorum illa traditio, quòd egreſſus ſit Thare cum filijs ſuis, de igne Chaldæorum, & quia Abraham Babylonio vallatus incẽdio illud adorare noluit, Dei ſit auxilio liberatus, & ex illo tempore, ei dies vitę & tempus reputetur ætatis, ex quo coofeſſus eſt Deum, ſpernens idola Chaldęorum, & ita ſoluitur obſcuriſſima quæſtio de Abraham. Legitur enim Tharam cum lxx. eſſet annorum genuiſſe Abrahã, & vixiſſe poſtquã genoit Abraham cxxxv. aonos,

E & fuiſſe omnes Thare annos ccv. Item legitur in Geneſi: Erat autem Abraham lxxv. annorum, cum egreſſus eſt ex Charra, videlicet mortuo patre eius Thare. Igitur ab anno natiuitatis Abraham, vſque ad annum quo egreſſus eſt ex Charra, anni ſunt c x x x v. Sed ei non computantur anni qui tranſacti ſunt, antequam exiret de igne Chaldæorum, Dei liberatus protectione. Hæc Hieron. *Int.* Quomodo intelligendum eſt pater Meldie, ipſe eſt pater Leshe, vel quæ fuit eſca? *Reſp.* Thare genuit Abraham, Nachor & Aran, Aran genuit Loth & Melcham & Sarri cognomento Leſcam, & acceperunt vxores Abraham, Sarri,

Nachor

Nachor verò Melcham. Nec dum autem in patruos & fratrum filios nuptiæ lege prohibitæ fuerunt. *Int.* Quid in tribus illis egreſſionibus intelligendum eſt, in quibus præcipitur à Domino Abrahæ, vt egrediatur de terra ſua, & de cognatione ſua, & de domo patris ſui? *Reſp.* Quid aliud, niſi nobis egrediendum eſſet de terreno homine, & de cognitione vitiorum noſtrorum, & de domo patris, id eſt, mundo, qui diaboli domus dicitur, vt in Pſalm. Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. *Int.* Quantæ fuerunt promiſſiones Domini ad Abraham? *Reſp.* Duæ, vna ſcilicet quòd terram Chanaan poſſeſſurus ſit in ſemine ſuo. quod ſignificatur cum dictum eſt, vade in terram quam demóſtrauero tibi, & faciam te in gentem magnam. Aliam verò longè præſtantiorem, quod pater eſt non vnius gentis Iſraëliticæ ſolum, ſed & omniũ gentium, quæ fidei eius veſtigia ſequuntur, quod his verbis promittitur: Et benedicentur in te omnes gentes, quæ fidem Abrahæ imitantur. *Int.* Quomodo Sarra cum à Pharaone rapta fuiſſet, conſequens eſt, vt violata non fuerit? *Reſp.* Quia iuxta librum Heſter, quæcunque mulierum placuiſſet regi apud veteres VI. menſibus vngebatur oleo myrteo, & ſex menſibus in pigmentis varijs erat & curationibus fœminarum, & tunc demum ingrediebatur ad regem. Atque ita poterat fieri, vt Sarra poſtquam placuerat regi, dum per annum ei ad regem præparatur introitus Abrahæ Pharao multa donauerit, & Pharao poſtea percuſſus ſit à Domino illa adhuc intacta ab eius concubitu permanente. *Int.* Vtrum conuenerit Abrahæ tam ſancto viro, vt cælaret Sarram eſſe vxorem ſuam, cur non magis poſuit in Deo ſpem ſuam, ne occideretur à rege? *Reſp.* Oſtenditur in eius facto, quòd homo non debet tentare Dominum Deum ſuum, quando habet quod faciat, & rationabili conſilio, fecit enim quod potuit pro vita ſua, quod autem non potuit, illi commiſit, in quem ſperauit, cui etiam pudicitiam coniugis cómendauit, nec eum fides & ſpes fefellit. Nanque Pharao à Deo territus, multiſque propter eam malis afflictus, vbi eius vxorem eſſe didicit, illæſam cum honore reddidit viro ſuo. *Int.* Erit ſemen tuum ſicut ſtellæ cœli, & ſicut arena quæ eſt in littore maris. Qui ſignificati ſunt in ſtellis, & qui in arena? *Reſp.* In ſtellis pauciores firmiores clariores intelliguntur. In arena autem, maritimi littoris magna multitudo infirmorum atque carnalium. *Int.* Quid eſt Raſim & Zozim? *Reſp.* Raſim gygantes, Zozim terribiles interpretantur. Significantur aut robuſti quique in Arabia. *Int.* Dixit Deus ad Abraham: Leua oculos tuos, & vide à loco in quo tu nunc es, & ad Aquilonem & Auſtrum, ad orientem & ad mare, quia omnem terram quam tu vides, tibi dabo & ſemini tuo. Si enim terra tantum promittebatur ei, quam tunc in vno loco ſtans videre potuit per quatuor climata mundi anguſta videtur eſſe terra promiſſionis? *Reſp.* Non hoc ſolum terræ promiſſum eſt, quod videre potuit, non enim dictum eſt tantum terræ tibi dabo quantum tu vides. Sed tibi dabo terram quam vides, cum & vlterior vndique dabatur. Et idcirco ſubiunxit: Surge, & perambula terram in latitudine & longitudine, vt perambulando per-

Appendix.

A ueniret ad ea, quæ oculis vno loco ſtans, videre non potuiſſet: Significabatur autem ea terra, quàm carnale ſemen eius accepturum erat. *Int.* Quid, ad Orientem & ad Meridiem? *Reſp.* Solet ſcriptura ſancta, dum de plagis terræ promiſſionis loquitur, mare pro occidente ponere, ab eo quòd Paleſtinæ regio mare in Occidentis plaga habeat. *Int.* Qui ſunt expediti, de quibus dictum eſt: Numerauit expeditos vernaculos ſuos? *Reſp.* Expeditos dixit, ad bellum promptos, & qui non fuerunt vxorati, de quibus in ſequentibus dicit, exceptis his quæ comederunt iuuenes. *Int.* Et perſecutus eſt vſque ad Dan, qui locus eſt Dan? *Reſp.* Dan Phœnices oppidum eſt, quod nunc Paneas B dicitur, vbi vnus de ſontibus Iordanis oritur, qui dicitur Dan, alter verò Ior, & his duobus fontibus, qui haud procul à ſe diſtant, in vnum riuulum fœderatis, Iordanis appellatur, ſicut ex duobus fontibus vnus fluuius, ita ex nominibus vna appellatio procreatur. *Int.* Quis eſt iſte Melchiſedec rex Salem, quem Apoſtolus dicit ſine patre & ſine matre eſſe? *Reſp.* Ideo dixit Apoſtolus eum abſque patre & abſque matre, quia genealogiam eius ſacra ſcriptura non narrat. Aiunt enim Hebræi hunc Melchiſedec, mutato nomine, Sem eſſe filium Noë, & ſupputantes annos vitæ ipſius, oſtendunt eum vſque ad Iſaac tempora C vixiſſe, omnéque primogenitos Pontifices fuiſſe, hoſtias Deo immolaſſe, vſque ad tempora Aaron, & legis ceremonias. Et hæc eſſe primogenita, quæ vendidit Eſau fratri ſuo Iacob, qui etiam Melchiſedec iure de triumphis abnepotis ſui decimas accepit. Porro Salem eam ipſam volunt, quæ poſtea Hieruſalem dicta eſt. Hæc etiam primo Iebus, vt referunt, poſtea Salem, deinde Hieruſalem dicta eſt. Iſte autem Melchiſedec figuraliter Chriſtum ſignificat, ſecundum Apoſtolum, quia Chriſtus ſine matre in cœlis, & ſine patre in terris, offerens Deo pro nobis in terris ſui corporis panem, & ſui ſanguinis vinum, ad quem dici- D tur: Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. *Int.* Quis fuit Damaſcus Eliezer, de quo dixit Abraham: Hæres meus erit? *Reſp.* Filius procuratoris Abrahæ, qui poſtea, vt aiunt, Damaſcum condidit, & nomen ciuitati dedit, regnum in ea obtinuit. *Int.* Nunquid conuenit fidei Abrahæ, vt ſignum quaſi dubius quæreret à Domino dicens: Domine Deus, vnde ſcire poſſum, quod poſſeſſurus ſum eam? *Reſp.* Non quaſi dubius antefieret de promiſſione Dei, ſed quomodò futurum eſſet, exquirebat. *Int.* Quid igitur in illo myſtico ſigno de poſteritate generis ſui, E Abrahæ intelligendum erat? vel cur trium annorum animalià illi erant ſumenda? vel cur animalia diuidit, & volucres non diuidit? *Reſp.* Trium annorum animalia, tres temporum articulos deſignant, quibus populus ad ſummum honoris culmen adoleuit. A temporibus verò Patriarchæ Abrahæ vſque ad tempora Moſi, coniunctus eſt Deo. A tempore autem Moſi Legiſlatoris, à Deo legis acceptione & miraculosũ oſtẽtione triũphis, & terræ repromiſſionis ingreſſione glorificans. A temporibus verò Dauid regio honore & templi ciuitatis, quæ Hieruſalem, inſtructione eleuatus eſt, Aries regiam & Sacerdotalem dignitatem,

Vacca, cum legis litera ſeruientem, Capra eandem gentem peccatricem eſſe deſignat, Aues verò, ſpirituales & Dei electos præfigurabant. Diuiſiones itaque animalium, ſchiſmata inter carnales ſemper eſſe oſtendunt. In eo quod aues non diuiſit, pax & vnitas ſpiritualium intelligitur. Quod circa veſperam pauor eſt ſuper Abraham, terrorem ſignificat Dei iudicij, qui ſeparabit ſpiritales à carnalibus, alios ſtatuens ad dexteram, alios ad ſiniſtram. Aues verò quæ ſuper cadauera volitant, Dæmonia ſunt & potentes, qui carnalibus inſidere quærunt, quas deuotus doctor ſedula admonitione abigere debet. *Int.* Quid eſt quod dictum eſt: Abraham ſcito prænoſcens, quod peregrinum futurum ſit ſemen ſuum in terra non ſua, & ſubijcient eos ſeruituti, adfligent quadringentis, vnde iſti quadringenti anni computati ſunt anni ſeruitutis? *Reſp.* Non ſic accipiendum eſt tanquam in illa duriſſima ſeruitute quadringentos annos Dei populus fuerit, ſed quia ſcriptum eſt: In Iſaac vocabitur tibi ſemen, ex anno natiuitatis Iſaac, vſque ad annum egreſſionis ex Ægypto, computantur anni cccc v. Cum ergo de quadringentis xxx. detraxeris xxv. qui ſunt à promiſſione vſque ad natum Iſaac, non mirum eſt, ſi quadringentos & & quinque annos ſumma ſolida quadringentos voluit appellare ſcriptura, quæ ſolet tempora ita nuncupare, vt quod de ſumma perfectionis numeri paululum excreſcit, aut infra non computetur. Non itaque quod ait: In ſeruitutem redigent eos, & nocebunt illis, ad quadringentos annos referendum eſt, tãquam per tot annos eos habuerint in ſeruitute, ſed referendi ſunt quadringenti anni ad id quod dictum eſt: Peregrinum erit ſemen tuum in terra non propria, quia ſiue in terra Chanaan, ſiue in Ægypto peregrinum erat illud ſemen, antequam hæreditatem ſumerent ex promiſſione Dei, quod factum eſt, poſtquam ex Ægypto liberati ſunt, vt Hyperbatum hinc intelligatur, & ordo ſit verborum, ſciendo ſcies, quia peregrinum erit ſemen tuum in terra nõ propria, cccc. annis, illud autem interpoſitum intelligatur, & in ſeruitutem redigent eos, & nocebunt illis, ita vt ad cccc. annos iſta interpoſitio non pertineat. In extrema enim parte ſummæ huius, hoc eſt, poſt mortem Ioſeph factum eſt, vt in Ægypto populus Dei duram perageret ſeruitutem. *Int.* Quare dictum eſt in Geneſi: De filijs Abraham quarta progenie reuertuntur huc, & in Exodo legitur, quinta generatione aſcenderunt filij Iſrael de terra Ægypti? *Reſp.* Egreſſi ſunt filij Iſrael de terra Ægypti quarta generatione. Replica genealogiam Leui, Leui genuit Cath, Cath genuit Abram, Abram Aran, Aran Eliazár, Eliazar Phinees. Cath cum patre ſuo Leui ingreſſus eſt Ægyptum, rurſus Eleazar cum patre ſuo Aran egreſſus eſt Ægyptum. A Cath vſque ad Eliazar computantur quatuor generationes. Quod autem ſecundum Exodum quinta generatione egreſſi ſunt filij Iſrael de terra Ægypti, tribus Iudæ ordo numeretur, Iuda genuit Phares, Phares Eſrom, Eſrom genuit Aram, Aram Aminadab, Aminadab Naaſon, Naaſon Salmon. Phares cum patre ſuo ingreſſus eſt Ægyptum, Naaſon princeps Iuda in deſerto deſcribitur, cuius filius Salmon terram promiſſionis introijt. Computa à Phares vſqoe ad Naaſon, & inocnics generationes qoinqoc. *Int.* Semini tuo dabo terram hanc, à fluuio Ægypti, vſque ad flumen Euphraten, de quo fluuio dixit Ægypti? *Reſp.* Non à fluuio magno Ægypti, hoc eſt Nilo, ſed à paruo, qui diuidit Ægyptum & Paleſtinam. *Int.* Quomodo defenditur Abraham adulterij reus non eſſe, dum viuente legitima vxore ſua coniunctus eſt ancillæ ſuæ? *Reſp.* Nondum promulgata erat vnius vxoris lex Euangelica. Habebat quoque promiſſionem à Deo multiplicandi ſeminis ſui, ſed necdum ſciebat, ex qua vxore, quia poſtea dictum eſt ei de Sarra, habere filium, ſic enim propagandi voluntas pia fuit, quia concumbendi voluptas libidinoſa non fuit. Etiam Sara, cum prolem de ſe habere non potuit, de ancilla habere voluit, conſentiebátque in facto, quia ſe ſterilem eſſe ſciebat. *Int.* Quomodo manus omnium contra Iſmaelem, & manus eius contra omnes? *Reſp.* Inuenit Angelus Domini Agar ſuper fontem aquæ in deſerto, ad fontem in via Aſſur, &c. & vocauit nomen eius Iſmael, quia exaudiuit Dominus humilitatem (Iſmael interpretatur exauditio Domini) hic erit ferus homo, manus eius ſuper omnes, & manus omnium ſuper eum, & contra faciem omnium fratrum ſuorum habitabit. Significat autem ſemen eius habitaturum heremo, id eſt, Saracenos, vagos, incertiſque ſedibus qui vniuerſas Gentes, quibus deſertum ex latere iungitur, incurſant & impugnant. *Int.* Quæ litera adiecta eſt nomini Abraham & Sarri? vel quæ mutationis nominum illis cauſſa fuit? *Reſp.* Dixit Dominus ad Abraham: Ecce teſtamentum meum tecum, & eris pater multitudinis Gentium, & non vocabitur nomen tuum Abram, ſed erit nomen tuum Abraham, quia patrem multarum Gentium poſui te. Dicunt autem Hebræi, quod ex nomine ſuo Deus quod apud illos Tetragrammaton eſt, E literam Abrahæ & Sarræ addiderit. Dicebatur enim primum Abram, id eſt, pater excelſus, & poſtea vocatus eſt Abraham, pater multarum, nam Gentium non habetur in nomine, ſed ſubauditur nec mirandum. Quare cum apud Græcos & quoſdam alios, litera videatur addita, nos e literam Hebræam additam dixerimus. Idioma enim linguæ eſt per e ſcribere, ſed per a legere, ſicut e contra a literam, ſæpe pro e pronunciant. Et dixit Deus ad Abraham. Sarri vxor tua, non vocabis eam Sarri, ſed Sarra erit nomen eius. Errant qui putant primum Sarra per vnum r ſcriptum fuiſſe, & poſtea ei alterum r additum. Sarri ergo primum vocata eſt per שרי. Sublato Iod, id eſt, iota, i elemento, additum eſt e, quod per a legitur, & vocata eſt Sarra. Cauſa nominis mutati hæc eſt, quod anteà dicebatur princeps mea vnius tantummodò domus, poſtea verò dicitur abſolutè. *Int.* Quare Abraham circuncisionem accepit? *Reſp.* Idcirco Abrahæ circuncisio commendata eſt, vt ſub lege eſſet, ſicut Adam ne de ligno manducaret vt probaretur ſi compleret hoc an non. Credens enim filium ſe habiturum, per cuius generationem omnibus Gentibus benedictio futura eſſet, in cuius nepotibus caſtitatis & ſobrietatis vnicum manſiſſet exemplar. Vnde in ea parte corporis, ſignum fidei accepit, vnde filius fidei non carnis naſciturus erat. Nec truncata corporis parte deformior, ſed fidei in Deum ſigno glorioſior. Igitur pro Deo

aliquid

aliqnid perdere lucrum eſt, non damnum. Ita Abraham fidei ſuæ, ſignum accipiens non deſormatus eſt, ſed melioratus. Si enim Adam pactum Dei cuſtodiſſet, Abraham hoc pactum non accepiſſet. Sed quia ille in hoc membro, culpam inobedientiæ primo agnonit, decuit vt iſte in hoc membro, ſignum ſecundo obedientiæ acciperet, vt oſtenderetur obedientes quandoque generaſſe filios ad vitam, dum olim præuaricatores generarunt ad mortem. *Int.* Nunquid dubitando dixit, putas ne centenario naſcetur filius, & Sarra nonagenaria pariat? *Reſp.* Non verba hæc duhitantis diffidentiam oſtendunt, ſed admirantis gaudium. Ideò præ gaudio ridentis Abrahæ filius dicebatur Iſaac. Riſus iſte in bono accipi debet, vt & in Euangelio: Beati qui lugent nunc, quoniam ridebunt ipſi. *Int.* Quare Sarram ridentem redarguit Dominus, cum & Abraham riſerit, & illum non arguit Dominus? *Reſp.* Riſus Abrahæ admirationis & lætitiæ fuit, Sarræ autē dubitationis & diffidentiæ, quod ab illo diiudicari potuit, qui corda hominum nouit. Vnde hæc eadem Sarra ridens corripitur, correpta protinus fœcundatur, & contra ſpem ex diuina promiſſione accepit, quod habituram ſe ex humana ratione dubitauit. *Int.* Quod in veteri teſtamento proprijs nominibus nominati ſuot, antequam naſcerentur? *Reſp.* Quatuor, Iſmael, Iſaac, Salomon, Ioſias, certis quibuſdam ex cauſis. *Int.* Quæritur cum tres viri eſſent, qui Abrahæ apparuerunt, quomodo ſingulariter Dominum appellat dicens: Domine, ſi inueni gratiam ante te? *Reſp.* Igitur in Angelis Dominum ſentiens, Domino potius quam Angelis loqui elegit. Equidem aliquando imaginibus & ante corporeos oculos ad tempus ex aere aſſumptis per Angelos loquitur Deus, ſicut nunc Abraham, non ſolum tres viros videre potuit, ſed etiam terreno habitaculo ſuſcipere, & eorum vſibus etiam cibos adhibere. Niſi enim Angeli cum quædam nobis in terra nunciāt ad tempus ex aëre corpus aſſumerēt, exterioribus profecto noſtris obtutibus non apparerent. Nec cibos cum Abraham ſumerent, niſi propter nos ſolidum aliquid ex cœleſti elemento geſtarēt. Nec mirū quod illi ipſi qui ſuſcepit ſunt, modo Angeli, modo domini vocantur. quia angelorum vocabulo exprimuntur, qui exterius miniſtrabant, & appellatione domini oſtenditur, qui eis interius præerat, vt per hoc præſidentis imperium, & per illud clareſceret officiū miniſtrantium. *Int.* Quid eſt clamor Sodomorum, uel quid eſt quod dominus dicit: Decendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me opere coopleuerint? *Reſp.* Peccatum cum voce eſt culpa in actione. Peccatum verò cum clamore eſt culpa & libertate & iactantia. Quod autem dixit, deſcendam & videbo, & huiuſmodi. Omnipotens dominus & omnia ſciens, cur ante probationem, quaſi dubitat, niſi vt grauitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominū ante præſumamus credere quam probare. Et ecce per Angelos ad cognoſcenda mala deſcendit, mox facinoroſos percutit, atque ille patiens, ille mitis, de quo ſcriptum eſt: Tu autem cum tranquilitate iudicas: Ille de quo rurſum ſcriptum eſt: Dominus patiēs eſt, cum tanto crimine inuolutos inueniēs, quaſi patientiam prætermiſit, & diem extremi iudicij expectare ad vindictam noluit, ſed eos igne iudicij ante diem iudicij præuenit. Ecce malum, & quaſi cum difficultate credidit, cum audiuit, & tamen ſine tarditate percuſſit, cum verum cognoſcēdo reperit, vt nobis videlicet daret exemplum, quia maiora crimina, & tarde credenda ſunt cum audiuntur, & citius punienda, cum veraciter agnoſcuntur. *Int.* Quare Abraham dixit, puluis ſum & cinis, cum tantas promiſſiones à Deo accepiſſet? *Reſp.* Sublimitatem promiſſionum, humilitatis temperauit ſubiectione. Aperte enim intelligitur, in quo loco ſe poſuerat, qui puluerem ſe ac cinerem, etiam tum cum Deo loqueretur æſtimabat. Si igitur ſe ita deſpicit, qui vſque ad honorem diuinæ collocutionis aſcendit, ſollicita intentione penſandū eſt, qua pœna illi feriendi ſunt, qui ad ſumma non proficiunt, & tamen de minimis extolluntur. *Int.* Quæri ſolet vtrum quod de Sodomis dixit Deus, non ſe perdere locum, ſi inuenirentur illic C. vel X. iuſti, ſpeciali quadam ſententia de illa ciuitate, an de omnibus intelligendum ſit generaliter, parcere Deum loco in quocunque vel decem iuſti fuerint? *Reſp.* Non eſt neceſſe, vt hoc de omni loco accipere compellamur, verumtamen de Sodomis potuit ſic dici, quia ſciebat Deus, ibi non eſſe vel decem, & ideo ſic reſpondebatur Abrahæ, vt ſignificaretur, nec tot ibi poſſe inueniri, ad exaggerationem iniquitatis illorum. *Int.* Quare Abraham in tribus viris illis, ſi Deum intellexit, vel Angelos, & iterum Loth in duobus eos humano cibo veſci putabat? *Reſp.* Fortaſſe prius eos homines eſſe arbitrati ſunt, in quibus Deum loqui intellexerunt, quibuſdam diuinæ maieſtatis exiſtētibus & apparētibus ſignis, poſtea Angelos eſſe cognouerunt, cum eis videntibus in cœlum iſſent: Sed intuendū eſt hic, quantum bonum ſit hoſpitalitas. Hoſpitalem domum ingreſſi ſunt Angeli, clauſas hoſtiū domus ingreſſus eſt ignis. *Int.* Si iudicium Dei iuſtum eſt, quare infantes in Sodomis cum parentib. cremati ſunt? *Reſp.* Vt nimis impium facinus Sodomitarum poſſit aduerti, peccatum eorum peruenit vſque ad necem filiorum, ne de origine illorum aliquod ſignum remaneret. Nōne prouiſum eſt illis, ne diu viuentes exempla ſequerentur patrum. Et leuius crucientur in futuro, vel omnino, non in aliena cauſa occiſi parentes tam pro ſe quam pro his rei ſunt. Ergo mors filiorum crimen eſt parentum, & ideo futuri ſunt accuſatores parentum. Eſt qualecunque beneficium reum non eſſe, qui glorioſus non eſt. Prodeſt enim pauperem non eſſe, qui rex eſſe non poteſt. *Int.* Quare Loth cum iuſſus eſſet ad montem fugere, Segor pertulerit vbi ſaluaretur, & rurſum de Segor ad mōtem migraſſet? *Reſp.* Tradunt Hebræi quod Segor frequenter terræ motu ſubruta, Bale primum & poſtea Saliſſa appellata ſit, timueritque Loth dicens: Si cum cæteræ adhuc vrbes ſtarent, iſta ſæpe ſubuerſa eſt: quanto magis nunc in ruina non poterit liberari. Et hanc occaſionem infidelitatis, etiam in filias coitus dediſſe principium certum eſt. Qui enim cæteras viderat ſubrui ciuitates, & hanc fuiſſe quę Dei auxilio eruta erat, vtique de eo quod ſibi cōceſſum audierat ambigere non debuit. *Int.* Cur igitur Angeli, quaſi hoſpites coacti domum Loth introiſſe dicuntur? *Reſp.* Vt tētata eſſet charitas Loth, probata & remunerata, & vt oſtenderetur quan-

Appendix. Mmm iiij

A tum eſſet hoſpitalitatis bonum. Hoſpitalem verò domum Angeli iogreſſi ſunt, ad liberandum hoſpitem ſuum, clauſas autem domus hoſpitibus ignis ingreſſus ad perdendos peccatores io eis. Idcirco hoſpites non ſunt cuſtãdi, ſed vltro inuitandi. *Int.* Quæritur: Quare de cœlo vindicta data eſt ſuper habitatores impios ciuitatum illatum? *Reſp.* Quia clamor peccantium io cœlum aſcendiſſe dicitur, idcirco de cœlo puniendi erant. *Int.* Cur ſulphureo ignes puniebantur? *Reſp.* Vt potidiſſimus libidinis ardor, putidiſſimo flammarum ardore puniretur. *Int.* Cnr vxor Loth in ſtatuam ſalis verſa eſt? *Reſp.* Ad condimentum fidelium, quia puuitio impij, erudino eſt iuſti. *Int.* Quo cooſilio B filiæ Loth concubitum patris petierunt, vel ab hoc inceſtu purgari poſſunt, dum hoc ſcientes fecerunt, ille verò neſciens? *Reſp.* Videtur filias Loth quædam didiciſſe de ſeculi conſumatione, quæ immineret per ignem, ſed tanquam puellæ, non intelligebant perſectè quæ didicerant, quod Sodomiticis igne vaſtatis, multum adhuc ſpacinm integrum reſideret in mundo. Suſpicatæ igitur ſuot tale aliqoid factum, quale in temporibus Noë audierant, & ob reparandam mortalium poſteritatem, ſolas ſe eſſe cum parente ſeruatas. Recuperandi igitur humani generis, deſyderium ſumunt, atque inreſtaurandi ſeculi ex ſeſe dandum opinantur exordium. C Et qoàm graue eis crimen furari concupitum patris, grauoir tamen eis impietas videbant, ſi humanæ (vt putabant) poſteritatis ſpẽ ſeruata caſtitate deleſſent Propter ergo conſilium ineunt, minore vt arbitor culpa, maiori argumento patris mœſtitiam vel rigore vino moliunt, & reſoluunt, ſingularis ingreſſæ noctibus, ſingulæ ſuſcipiunt ab ignorante, conceptum vltra non repetunt nec requirunt. Vbi hinc libidinis culpa, ibi inceſti crimẽ arguitur. Quomodo dabitur vitio, qđ non iteratur in facto. *Int.* Loth inceſtns in hoc facto culpandus eſt an non? *Reſp.* Culpandus eſt quidem in hoc facto Loth, quantum ebrietatis ignorantia meretur. D Nam & hanc lex externa condemnat, quæ cibum & potum oon niſi ad ſalutem corporis ſumere mandat. Et hinc diligentius intẽdendum eſt, quantum ſit ebrietatis malum, & valde timendum eſt illis, quibus hoc malum io vſu eſt. Nam in crimine ebrietas decipit, quem Sodoma non decepit. Vritur ille flamma mulierum, quem flamma ſulphurea noo vſſit. Erat ergo Loth arte, non voluntate deceptus, ideo medius quidã inter peccatores & iuſtos, quippe qui ex Abrahæ cognatione deſcenderat, in Sodomis tamen habitauerit. Nam & hoc, quod euadit è Sodomis, ſicut ſcriptura indicat, magis ad honorẽ Abrahæ, quã E ad meritum pertinet Loth. *Int.* Quare diebus Noë peccatum mundi aqua vlciſcitur, hoc verò Sodomitarum igne punitur? *Reſp.* Quia illud naturale libidinis cum fœminis peccatum, quaſi leuiori elemento damnatur, hoc verò contra naturam cum viris libidinis peccatum, acrioris elementi vindicatur incendio, & illic terra aquis abluta reuireſcit, hinc flammis cremata, æteroa ſterilitate areſcit. *Int.* Cur Abraham Sarram vxorem ſuam, ſororem ſuam ſecundo eſſe dixit? *Reſp.* Quia ex prioris Pharaoois correptione certus erat de Dei defenſione, quod violari oon potuit, incertus de ſua vita, an illurum euaderet manus. Et miranda eſt

A Sarræ pulchritudo, formáque in tanta enim ætate, vt amari potuerit, vt vir ſuus propter eiꝰ pulchritudinẽ ſe periclitari metueret. *Int.* Cor dixit Deus ad Abimelecb: Peperci tibi, vt non peccares in me? *Reſp.* Vt aduerteretur in Deum peccari, quando talia committuntur, quę putant homines leuiter habenda, tanquam in carne, peccata. *Int.* Cur non mox Abimelech mortuus eſt, dum dixit ei Dens, ecce tu morieris? *Reſp.* Vtique Deus prædixit, quod ſine dubio futurum fuiſſet, ſi in hac ammonitione à peccato abſtinendo non caueretur. *Int.* Quare Abrahã in die ablactationis Iſaac, & non in die natiuitatis vel circumciſionis, fecit conuiuium grande? *Reſp.* Propter ſignificationem B Spiritualem, tunc gaudium habendum eſt de vno viro ſpirituali, quando ſolido veritatis cibo, non lacte carnalis intelligentiæ paſcitur. *Int.* De quo lndo arguit Sarra Iſmael, filinm Agar? *Reſp.* Dupliciter hoc ab Hebræis exponitur, ſiue quod Idolothitum fecerit, iuxta illud: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere: ſiue qnod aduerſum Iſaac, quaſi maioris ætatis loco ſibi & ludo primogenita vindicaret, quandoquidem Sarra audiens, non tulit, & hoc ex ipſius approbatur ſermooe diceotis: Eijce ancillam banc cum filio ſuo. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. *Int.* Poſt qoot annos puer ablactari ſolet? C *Reſp.* Inter Hebræos varia opinio eſt, adſerentibus alijs quinto anno, alijs duodecimo ablactationis tempus impleri. *Int.* Si tredecim annorum erat Iſmael, quando natus eſt Iſaac, adiunctiſque ætate ablectationis annis, quomodo conuenit, tantæ ætatis adoleſcentem matris ſediſſe in ceruicibus, dum dicitur: Sumpſit Abraham panes & vtrem aquæ, & dedit Agar, pooens ſuper humerum eius, & paruulum, & dimiſit eam? *Reſp.* Omois filius ſecundum idioma linguæ Hebræorum, ad comparationem parentum infans vocatur, & paruulus, & eſt ſenſus: Poſuit Abraham panes & vtrem ſuper humerum Agar, & hoc facto dedit D puerum matri, hoc eſt, in manu eius eum tradidit, commendauit, & ita emiſit è domo, quod in ſequennbus declaratur, dom dicitur: Surge, tolle puerum, & tene manum eius, noo vt cum de terra vel iacentem tolleret, ſed quaſi comitem manu teoeret. Quod autem manu parentis tenetur, ſollicitus monſtratur affectus. *Int.* Quid eſt quod dicitur, matrem fleuiſſe, & Deum vocem pueri exaudiſſe? *Reſp.* Mater noo ſuam mortem, ſed filij deplorabat, pepercítque Deus puero pro quo fletus matris erat. *Int.* Quomodo ad puteum iuramenti agrum plantauerat Abraham, ſi in terra illa, quẽadmodum Stephanus ait in Actis, non acceperat E hæreditatem, nec ſpacium pedis? *Reſp.* Ea eſt intelligenda hæreditas, quam Deus fuerat munere ſuo daturus gratuito, non iſta quæ prætio empta eſt. Intelligitnr autem ſpacium circa puteum ad illud emptionis pactum pertinere, in qno fuerant agnę ſeptem datæ, quando Abimelech & Abraham ſibi iurauerunt. *Int.* Quid illud: Tentauit Deus Abraham? Et Iacobus Apoſtolus dicit: Deus neminem tentat, quomodo vtrũque intelligendum eſt? *Reſp.* Duobus modis teotatio in ſcripturis ſolet intelligi. Vna eſt, quę per Deum fit probationis cauſa, vt iuſtificetur homo & coronetur, de qua & dicitur: Tentat vos Dominus Deus veſter, vt ſciat ſi

diligaris

diligatis eum, hoc eſt, vt ſcire vos faciat. Alia eſt de
qua Iacobus dicit: Deus neminem tẽtat, qua pec-
cato implicatur, de illa Apoſtolus dicit: Ne forte
tentauerit vos is, qui tẽtat. Igitur Abraham à Deo
tentatus eſt, vt probaretur, iuſtificaretur, corona-
retur, & vt eius obedientia, tali probata examin,
poſteris innoteſceret. *Int.* De quo dixit Abrahæ:
Super vnum montium, quem monſtrauero tibi?
Reſp. Aiunt Hebræi hunc montem eſſe, in quo po-
ſtea templum conditum eſt. *Int.* Cur in tentatio-
ne Abrahæ Deus dixit: Tolle filium tuum chariſ-
ſimum, quem diligis, Iſaac? *Reſp.* Vt ex charitatis
ammonitione, & nominis recordatione, tentatio-
nis pondus accumularetur, & paternus affectus
torqueretur ex memoria promiſſionis, cum ante
deus dixit ad eum: In Iſaac vocabitur tibi ſemen,
quaſi ſi ille occideretur, tota ſpes promiſſionis
fruſtraretur. *Int.* Et cur non ſtatim licuit ei occide-
re filium, ſed triduana itineris mora eum immola-
turus ſecum ducere iuſſus eſt? *Reſp.* Quatenus lõ-
gitudine temporis tentationis quoque augeretur
incrementum. Nam per triduum iter protenditur,
& per totum triduum creſcentibus curis, paterna
viſcera cruciantur, vt omni hoc ſpacio tam proli-
xo intueretur filium pater, cibum cũ eo ſumeret,
tot noctibus puer penderet in amplexibus patris,
inhæreret pectori, cubitaret in gremio, quatenus
per ſingula momenta in paterno affectu dolor oc-
cidendi filij accumularetur. *Int.* Si Abraham indu-
bitanter & firmo animo cogitabat mactare puerũ
Domino in holocauſtum, quid eſt quod dixit pue-
ris ſuis: Vos expectate hic, ego & puer cum ado-
rauerimus, reuertemur ad vos? *Reſp.* Indubitanti
animo mactare eum credebat, idcirco vtrunque
laudis eſt, in conſtantia offerendi & in fide reſuſci-
tandi. Sciebat certiſſime Deum fallere non poſſe,
& licet puer occideretur, miſſionem tamen Dei
ſaluam permanere. Vnde & Paulus Apoſtolus per
Spiritum ſanctum didicerat, quid animi habuiſſet
Abraham intra ſe, dum fidem eius laudat dicens:
Fide Abraham non hæſitauit, cum vnicum offer-
ret in quo acceperat promiſſionem, quia à mor-
tuis eum reſuſcitare potens eſt Deus. *Int.* Vnde a-
ries iſte qui pro Iſaac immolatus eſt veniens, ſolet
quæri, an de terra ſubito ibi creatus eſſet, vel aliun-
de ab Angelo allatus? *Reſp.* Aries iſte non putati-
uus, ſed verus eſſe credendus eſt. Ideo magis à do-
ctoribus æſtimatur, aliunde eum Angelum atto-
liſſe, quàm ibi de terra, poſt ſex dierum opera Do-
minum procreaſſe. *Int.* Quare appellauit Abrahã
nomen loci illius, Dominus vidit, nuſquam eſt
quod Dominus non videat? *Reſp.* Vidit, pro appa-
ruit dixit. hoc eſt, videri fecit, ſicut ibi: Et nunc co-
gnoui, quia times Deum, id eſt feci, vt cognoſcar.
Eo genere locutionis dum per efficientem ſignifi-
catur, id quod efficitur. Sicut pigrum frigus dici-
mus, eo quod pigros faciat. Illud autem quod di-
xit, vnde vſque hodie dicitur, Dominus in mon-
tem videbit. Exin apud Hebræos prouerbium ve-
nit, vt quando in anguſtia conſtituti ſunt, Domi-
ni quoque optant auxilio ſubleuari, dicũt in mõ-
te Dominus, hoc eſt, ſicut Abrahæ, miſerebitur &
noſtri. Vnde & in ſignum dati arietis, ſolent etiam
nunc cornu clangere. *Int.* Vocauit Angelus Domi-
ni Abraham ſecundò de cœlo dicens: Quia feci-
ſti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito
propter me. Nũquid Abraham propter Angelum
non pepercit filio ſuo, & non propter Deum? *Reſp.*
Angeli nomine Dominus Chriſtus ſignificatus
eſt, qui ſine dubio Deus eſt, & manifeſte à Pro-
pheta dictus eſt magni conſilij Angelus. Aut Deus
in Angelo, aut ex perſona Dei Angelus loqueba-
tur, ſicut in Prophetis etiam fieri ſolet. Nam in
conſequentibus hoc magis videtur apparere vbi
legitur: Vocauit Angelus Domini Abraham ite-
rum de cœlo dicens, per meipſum iuraui dicit
Dominus. *Int.* Quid eſt, quòd ſecundo ad Abrahã
eædem & non aliæ promiſſiones factæ ſunt? *Reſp.*
Significat duplex ſemen Abrahæ futurum eſſe, vnũ
carnale, aliud Spirituale. Ideo dixit ei Dominus:
Erit ſemen tuum ſicut ſtellæ cœli, & ſicut arena
maris. In ſtellis cœli ſpirituales, in arena maris car-
nales intelliguntur. *Int.* Cur nominauit ſcriptura
filios Nachor fratris Abrahæ? *Reſp.* Quia de illis
vel de illorum ſtirpe aliquid celebre poſtea geſtũ
eſſe legitur, itaque Hus vnus erat, de cuius ſtirpe
Iob deſcẽdit. Sic enim ſcriptum eſt in exordio vo-
luminis eius: Vir fuit in terra Hus, nomine Iob.
Male igitur æſtimant quidam Iob de genere Eſau
natum, in cuius genere eſt Balam ille diuinus, vt
Hebræi tradũt, qui in libro Iob dicitur Heliu, pri-
mum vir ſanctus Propheta Dei, poſtea per inobe-
diẽtiam & deſiderium munerum excæcatus, dum
Iſrael maledicere cupit, diuini vocabulo nuncu-
patur. Deeſt hic nonnihil. *Int.* Cur vna ciuitas *Munera excæcant oculos.*
Hebron tribus appellata eſt nominibus, videlicet
Hebron, Arbe, Mambre? *Reſp.* Hebron à gyganti-
bus quondam condita eſt, Arbe à numero videli-
cet quatuor, quod ibi quatuor Patriarchæ ſepulti
ſunt, Adam magnus humani generis pater. Abra-
ham, Iſaac, Iacob, hæc eadem quoque à quodam
amicorũ Abraham Mambre vocata eſt. *Int.* Quid
ſignificat quod Abraham puero ſuo dicit: Pone
manum tuam ſuper femur meum, & iura per Do-
minum Deum cœli? *Reſp.* Tradunt Hebræi, quod
in ſanctificatione eius, hoc eſt, circunciſione iura-
uerit, ſed melius intelligendum eſt, iurare eum in
ſemine Abrahæ, hoc eſt Chriſto, quia ipſe Domi-
nus Deus cœli in ea carne tum venturus erat, quæ
de illo fœmore propagata eſt. *Int.* Quomodo ſer-
uus Abrahæ in petitione ſigni augurationis vi-
tio culpandus non eſt? *Reſp.* Aliud eſt mirum ali-
quid petere, quod ipſo miraculo ſignificat, aliud
humanos errores ſuperſtitioſa vanitate, in auſpi-
cijs, augurationibus, diuinationibus obſeruare.
Quædam enim pacta ſunt Diabolicæ familiarita-
tis, & non ſine grandi peccato fiunt, quandò fiunt.
Illud igitur ſuperius petitionis genus, comproba-
tio ſeu cõiunctio fidei eſt ad Deum, hoc poſterius
infidelitatis coniunctiò ad Diabolum. *Int.* Quid
hoc ad Rebeccam, ſoror noſtra eſt, obtineat ſemẽ
tuum portas inimicorum tuorum &c. Num Pro-
phetæ fuerunt, quia hoc dixerunt, quod in futu-
ro factum eſt? *Reſp.* Non Prophetæ fuerunt aut va-
nitate tam magna optauerunt. Sed Deus qui pro-
miſerat Deus ille Abraham, latere non potuit *Int.*
Quæ eſt exercitatio Iſaac, quia ſe exercere dicitur
in campo ad veſperam? *Reſp.* Significat illa exerci-
tatio orationem, ſecundum illud quod Chriſtus
orabat in monte. Etiam hinc Iſaac typum Domini
geſſit. *Int.* Quæ eſt illa terra Auſtri, vbi habitat
Iſaac, reuertente ſeruo patris ſui cum Rebecca?

Reſp. Significat terram illam, vnde à patre ad im-
molandum fuerat adductus? *Int.* Quid eſt theri-
ſtrum quo ſe operuit Rebecca? *Reſp.* Pallij genus
eſt, vt nunc ſunt Arabica veſtimenta, quibus mu-
lieres prouinciæ illius velantur. *Int.* Cur Abraham
poſt promiſſum ſibi & natum Iſaac, in quo ei mul-
tiplicatio prolis, & benedictio Gentium promiſſa
eſt à Deo aliam voluit ducere vxorem? *Reſp.* Non
propter incõtinentiam, cum iam eſſet grandæuus.
Sed ſicut Agar & Iſmael ſignificant carnales vete-
ris teſtamenti, ſic Cethura & filij eius ſignificant
hæreticos, qui ſe ad nouum teſtamentum pertine-
re exiſtimant. Sed vtræque concubinæ dicuntur.
Sic enim dicitur: Filijs concubinarum largitus eſt
munera, ſola Sarra vxor ſemper vocatur. *Int.* Quę
eſt iſta Cethura, aut vnde genus duxit? *Reſp.* Su-
ſpicantur Hebræi eandem eſſe Agar, quæ Sarra
mortua ex concubina facta ſit vxor. Et videtur A-
brahæ ætas iam excuſari, ne ſenex poſt mortem v-
xoris vetulæ, nouis arguatur nuptijs laſciuiſſe. *Int.*
Quomodo cõuenit Abrahæ tam ſancto viro quod
dicitur: Et deficiens mortuus eſt? *Reſp.* In Hebræo
non habetur deficiens, ſed à lxx. Interpretibus ad-
ditum eſt. *Int.* Quid, quod plenus dierum dicitur?
Reſp. Quod lucis & diei operibus plenus occu-
buerit. *Int.* Quid eſt, quòd dicit ſcriptura de fi-
lijs Iſmael: Habitauerunt ab Ebila vſque ad Sur,
quæ eſt contra faciem Ægypti? *Reſp.* Ebila eſt re-
gio, quam circunfluit Phiſon ex Paradiſo fluens.
Dicta à quodam Ebila, nepote Noë, & eſt ſolitu-
do contra faciem Ægypti, Sur quoque eſt ſolitu-
do, inter Cades & Barad, extendens deſertum vſ-
que ad mare rubrũ, & Ægypti confinia. *Int* Quod
eſt, quod dicitur de Iſmaele, corã omnibus fratri-
bus ſuis obijt, vel qui ſunt fratrum nomine dicti?
Reſp. Id eſt, nullo prius morte prærepto. Fratres au-
tem pro filijs appellari, ad Iacob Laban demõſtrat
dicens: Ponatur coram fratribus tuis, vt iudicent
inter nos. Nec enim legimus alios fratres Iacob ibi
habere exceptis liberis ſuis. *Int.* Quæritur quo ie-
rit Rebecca, interrogare Dominum, cum paruuli
in vtero collidebantur? *Reſp.* Forte ad locum, vbi
aram conſtituerat Abraham orare venit, vel erant
aliqui in eo tempore homines Dei, in quibus poſ-
ſet Deus interrogari. *Int.* An ſecundum hiſtoriam
vel allegoriam intelligendum eſt, quod Dominus
reſpondit Rebeccæ: Duo gentes ſunt in vtero tuo,
& duo populi ex ventre tuo diuidentur, populuſ-
que populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori?
Reſp. Secundum vtrunque modum. Spiritualiter
verò ſic intelligendum. In Eſau figuratur maior
populus Dei, hoc eſt, Iſraeliticus ſecũdum carnem,
per Iacob autem figuratur ipſe Iacob in populo
Chriſtiano, ſecundum ſpiritualẽ progeniẽ propa-
gato. Etiã hiſtorica proprietate inuenitur hoc reſ-
ponſum eſſe completum, vbi populus Iſraël, hoc
eſt Iacob, minor filius, ſuperauit Idumæos quos
propagauit Eſau, eos que fecerunt tributarios per
Dauid *Int.* Quæ ſunt primogenita quæ Eſau ven-
didit Iacob fratri ſuo? *Reſp.* Tradunt Hebręi omnes
primogenitos fungi ſacerdotali officio, antequã
Aaron in ſacerdotem eligeretur, & habuiſſe veſti-
menta ſacerdotalia, quib⁹ induti victimas deo of-
ferebãt, Et hęc eſſe veſtimenta Eſau, quib. Rebec-
ca induit Iacob filium ſuum, quorum odore pater
oblectatus, benedictionis initiũ aſtruit. *Int.* Si viri

Deeſt hic nonnihil.

A iuſti volũtas bona eſt quid eſt quod Iſaac nõ Eſau
quem voluit ſed Iacob, quem noluit benedixit?
Reſp. Iuſti hominis quantum ad conſcientiã perti-
net voluntas bona eſt, quantum autem ad præſen-
tiã immunis eſt ad aduerſis. deus enim ſolus eſt
qui de futuris iudicat. Ac per hoc Iſaac iuſtus, quã
tum ad preſentem ſtatum pertinet, dignum eſſe
maiorem filium benedictione putat. Sed Deus oc-
cultorum cognitor, minorem mereri benedictio-
nem oſtendit, vt benedictionem non hominis, ſed
Dei oſtẽderet. Ideo dictum eſt in numeris ad Mo-
ſen, & Aaron Sacerdotem: Ponite nomen meum
ſuper filios Iſrael, ego Dominus benedicam eos.
B Sacerdotis eſt benedicere, dei eſt effectum tribue-
re benedictionis. Vnde intellexit Iſaac per Spiritũ
Propheticũ, à Deo benedictionem ſuper minorem
filium prædeſtinatam, hinc ait: Benedixi ei, & erit
benedictus. *Int.* Quid eſt quod Iacob dixit: Terri-
bilis eſt locus iſte, nõ eſt hic aliud niſi domus Dei,
& porta cœli? *Reſp.* Hæc verba ad Prophetiam per-
tinent, quod futurum erat in terra promiſſionis,
Deum timere & colere, tabernaculúmque ei fie-
ri, eúmque, qui eſt ſuper omnia benedictus Deus,
pedibus ambulare in ea. Portã cœli autem ſic in-
telligere debemus, tanquam inde fiat aditus cre-
dentibus ad capeſcendum regnum cœlorum. *Int.*
C Cur Iacob fudit oleum ſuper lapidem, quem erexit
in titulum? *Reſp.* Non ex idololatria, nec enim tũc,
nec poſtea frequentauit lapidem adorando, aut ei
Sacrificando, ſed ſignum fuit Prophetiæ euiden-
tiſſimę conſtitutum, quod pertinet ad vnctionem,
vnde & Chriſti nomen à chriſmate eſt. *Int.* Quo-
modo dictum eſt: Seruiuit Iacob pro Rachel ſe-
ptem annis, & videbantur illi pauci dies, cum ma-
gis breue tempus longum eſſe ſoleat amantibus?
Reſp. Propter laborem ſeruitutis, quem facilem &
leuem amor faciebat. *Int* Poſt ſeruitutem ſeptem
annorum, Iacob ſoceri ſui fraude deceptus copu-
latus eſt Liæ, an etiam poſt alios ſeptem ſeruitutis
annos Rachel accepturus erat? *Reſp.* Non vt qui-
D dam male æſtimant, poſt ſeptem annos alios Ra-
chel accepit vxorem, ſed poſt ſeptem dies nuptia-
rum primæ, nam ſequitur: Et ingreſſus eſt ad Ra-
chel, & dilexit Rachel magis quàm Liam, & ſerui-
uit ei ſeptem annis alijs. *Int.* Duæ ancillæ, Bala &
Zelpha, vxores an concubinæ dicendæ ſunt? *Reſp.*
Forte omnis concubina vxor, non autem vxor cõ-
cubina, more loquendi in ſcripturis appellatur, id
eſt, vt Sarra & Rebecca, & Rachel, concubinæ di-
ci non poſſunt, Agar verò & Cethura, & Bala, &
Zelpha, & vxores & concubinæ. *Int.* Quomodo
pro aſpectu virgarum variarum varij pecorũ fœ-
E tus naſcebantur? *Reſp.* Obſeruat Iacob tempora,
quo aſcendebantur pecora, & poſt calorem diei
ad potandum auida pergebant, diſcolores virgas
hic ponebat in canalibus, & admiſſis arietibus &
hircis, in ipſa potãdi ãuiditate, oues & capras fa-
ciebat aſcendi, & ex duplici deſiderio, dum auide
bibunt, & aſcenduntur à maribus, tales fœtus cõ-
ceperunt, quales vmbras arietum & hircorum
deſuper aſcendentium, in aquarum ſpecula con-
templabantur. Ex virgis enim in canalibus poſi-
tis, varius erat imaginum color. Nec mirum hanc
in conceptu fœminarum eſſe naturam, vt quales
perſpexerint, ſiue mente conceperint, in extremo
voluptatis æſtu, quo concipiunt, talem ſobolem
pro-

procreent,cum hoc ipſum etiam in equarum gregibus apud Hiſpanos dicatur fieri. Et Quintilianus in ea conttonerſia, in qua accuſabatur matrona qnædam, quæ Æthiopem peperit,pro defenſione illina argumentetur, in hoc conceptu eſſe naturam,quam ſupradiximus. Et multa dicnutut ſimul fieri in animalium fœtibns. Et mulieri accidiſſe traditnr, vt ſcriptum repetitur in libris antiquiſſimi& peritiſſimi mediciHypocratis,quæ ſuſpitione adulterij fuerat punienda, cum pulcherrimum puerum peperiſſet,vtrique & parenti & geneti diſſimilem,niſi memoratus medicus ſoluiſſet quæſtionem,illis ammoniriis,quæreretit,ſi forte aliqua talis pictura eſſet in cubiculo, qua inuenta, mulier à ſuſpitioue liberata eſt. *Int.* Qoare Iacob primi tempotis ſua eſſe volnit, & ſeronita Laban: vel cur hac arte nõ ſua magis omnia fecit eſſe? *Reſp.* Iacob prudens & callidus, iuſtitiam & æquitatem iam in noua arte ſeruabat. Si enim omnes agnos & hœdos varios pecora procreaſſent, erat aliqua ſuſpitio de hoc & apertè huic rei Laban inuidus contraiſſet. Ergo ita omnia temperauit, vt ipſe fr nctum ſui laboris acciperet, & Laban non penitus ſpoliaretur. Siquando oues & capræ primo tempore aſcendebantur, quia vernus eſt fœtus, ante ipſas ponebat virgas, & varia ſoboles naſceretur. Quæcunque oues & capræ ſero quærebãt mare, ante harum oculos non ponebat, vt vnius coloris pecora naſcerentut, & quicquid primum naſcebatur,ſuum erat,quia varium erat, quicquid poſtea Laban,vnius enim tam nigri quàm albi coloris pecus oriebatnr. *Inter.* Cur nec Iacob fraudis in hoc arguendus eſt? *Reſp.* Per hoc cogit inquiti Prophetiam, & aliquam figuratam ſignificationẽ res iſta,quam ſine dubio, vt Propheta,fecit Iacob. Non enim tale aliqnid, niſi reuelatione ſpitiuali eum feciſſe credendum eſt. *Int.* Quomodo decem vicibus dicit Iacob ſocero ſuo, mutaſſe eum mercedem ſuam? *Reſp.* Hic eſt ſenſus,quod per ſingulos fœtus ſemper Laban conditionem mutauerit, ſi videbar varium naſci pecus,dicebat: Nolo in futurum varia mihi naſcantur. Rurſus cum vidiſſet vnius coloris naſci pecora Iacob,dicebat: Futuros fœtus vnius coloris pecora mihi procreabunt. Et quid plura, vſque ad decem vices, ſemper Iacob mutata eſt conditio. Et quodcnnque ſibi propoſuerat Laban,vt naſceretur, in cõtrarium colorem vertebatut. Ne cui autem in ſex annis decem pariendi vices incredibiles videãtur,lege Vergilium: Bis grauidæ pecudes &c. Natura autem Italicarũ ouium, & Meſopotamiæ vna eſſe perhibetur. *Int.* Quare conſtituit Iacob lapidem in titulum? *Reſp.* Diligenter animaduertendum eſt,quod iſtos titulos in rei cuiuſcunque teſtimonium conſtituebãt non vt eos pro dijs colerent, ſed vt eis aliqnid ſignificarent. *Int.* Qnid eſt quod Iacob iurauit per timorem patris ſui Iſaac? *Reſp.* Per Deum vtique, quem timebat Iſaac pater eius, iurare intelligitur, quem timorem etiam ſuperius commendat, cum diceret: Deus patris mei Abrahæ, & timor patris mei Iſaac. *Int.* Quæ ſnnt caſtra Dei, quæ vidit Iacob in itinere? *Reſp.* Nulla dubitatio eſt, qnin Angelorum fuerit multitudo. Ea quippe in ſcripturis militia cœli nominari ſolet. *Inter.* Quomodo fidem habuit Iacob,quandoquidem tantum timuit Eſau fratrem ſuum? *Reſp.* Satis in verbis eiuſdem Iacob,quæ ſequuntur,& humana infirmitas & fides pietatis apparet, vt & Deus liberaret eum, & quæ promiſit impleret. Admonendi ſumus tamen hoc exemplo,vt quamuis credamus in Deum, faciamus tamen quę faciẽda ſunt,in præſidium ſalutis,vt prætermittentes ea,Deum tentari videamur. *Int.* Quomodo ergo Iacob ab eo poſtulat benedici,cui luctãdo præualuit? *Reſp.* Magna eſt de Chriſto Prophetia, duplex enim Iacob hinc intelligitur,carnalis & Spiritualis. Præualuit enim Iacob Chriſto,vel potius præualere viſus eſt, ſuper eos Iſraelitas, à quibus crucifixus eſt Chriſtus. Et ab eo benedicitur in eis, qui crediderunt in Chriſtũ, ex quibus erat qui dicebat: Et ego Iſraelita,ex genere Abrahæ,ex tribu Beniamin. Vnus ergo atque idem Iacob,& claudus & benedictus, claudus in latitudine fœmoris, tanquam in multitudine generis, de quo dictum eſt: Et claudicauerunt à ſemitis ſuis. Benedictus autem in eis, de quibus dictum eſt: Reliquiæ per electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. *Int.* Quæ eſt cauſa immutati nominis Iacob, vt Iſrael vocaretur? *Reſp.* Varia huius nominis interpretatio æſtimatur, ſed beatus Hieronymus taliter de eius interpretatione dixit,ſenſus hic eſt: Non vocabitur nomen tuum ſupplantan, hoc eſt Iacob, ſed vocabitur princeps cum deo, hoc eſt Iſraël. Quomodo enim ego princeps ſum,ſic tu qui mecũ luctari potuiſti, princeps vocaberis. Si autem mecum deo,ſiue angelo(quoniam plerique varie interpretantur) pugnare potuiſti, quanto magis cum hominibus, hoc eſt, Eſau formidare non debes. *Interrogat.* Quid quod Iacob ait: Sic vidi faciem tuam, quaſi viderem faciem dei, verum pauentis & perturbati animi verba, vſque in hanc adulationem proruperunt? *Reſp.* Hec verba fraterna ſunt,& benigno animo dicta, quoniam poſt benignam ſuceiptionem, metus ipſe tranſierat. Et fortaſſis dei nomine,angelorum aliquem vel ſanctorum, hoc loco intelligere debemus, ſecundum Apoſtolũ qui dixit: Et ſi ſũt qui dicũtur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra quemadmodum ſunt dij multi & domini multi. *Int.* Quomodo promiſit Iacob fratri ſuo vt ſe quereretur veſtigia eius,cum alio itinere tenderet? *Reſp.* Forte adhorem ſequebatur, vel primo promiſerat, ſed aliud poſtea cogitabat. *Int.* Quomodo duo filij Iacob tantam cædem & deprædationem per ſe in terra aliena facere potuerunt? *Reſp.* Multitudo non parua erat cum Iacob, qui plurimum ditatus fuit,ſed filij eius in hoc facto nominantur, quia eiuſdem facti principes & autores fuerunt. *Int.* Quid eſt quod Iacob dixit domui ſuæ, proijcite deos alienos,qui in medio ſunt veſtri. Et iterum: Dederunt ei omnes deos alienos quos habebant, & in aures quæ in auribus eorum erant. Hæ ad idololatriam non pertinebant?) *Reſp.* Intelligendum eſt has inaures philacteria fuiſſe deorum alienorum Nam Rebeccam à ſeruo Abrahæ inaures accepiſſe,ſcriptura teſtatut,quod non fieret,ſi eis inaures habere ornamenti gratia non liceret. Ergo illæ inaures quæ cum Idolis datæ ſunt,(vt dictum eſt) Idolorum philacteria fuerunt. *Int.* Quare ſecundo dicitur ab Iacob, non vocaberis Iacob ſed Iſraël erit nomen tuum. Et appellauit eum Iſraël? *Reſp.* Du-

Sic & imagines in Ecclesia

dum nequaquam ab angelo nomen ei imponitur,
ſed quod imponendum ſit adeò prædicatur. quod
igitur futurum promittitur, hinc dicitur exple-
tum. Nimirum nomen hoc ad illam rectè intel-
ligitur pertinere promiſſionem, vbi ſic videbitur
deus, quomodo non eſt antea patribus ſuis viſus.
Int. Quæ eſt Effrata, vbi Iacob Rachel vxorem ſu-
am condidiſſe dicitur? *Reſp.* Effrata & Bethleem
vnius verbi vocabulum eſt, ſub interpretatione
conſimili, ſiquidem in frugiferam panis domum
vertitur, propter eum panem qui de cœlis deſ-
cendiſſe dicitur. *Int.* Vbi eſt turris gregis iuxta quã
dicitur Iacob habitaſſe? *Reſp.* Iuxta Bethleem, vbi
Angelorum grex in Domini ortu cecinit, vel vbi
Iacob paſcens pecora ſua loco nomen impoſuit,
vel quod verius eſt, quod vaticinio futurorum,
iam tunc myſterium monſtrabatur. *Int.* Quid eſt
quod de Iſaac dicitur, & conſumptus ætate mor-
tuus eſt, & appoſitus populo ſuo, quomodo con-
ſumptus, vel cui populo appoſitus? *Reſp.* Conſum-
ptus ætate, id eſt, perfectus ætate, verum angelo-
rum populo, vel ſanctarum animarum adponun-
tur, qui hanc vitam placentes deo finiunt. Tunc
dicuntur apponi quando nulla iam remanet ſoli-
citudo tentationum, & periculum peccatorum,
quod intuẽs ſcriptura ait: Ante morte ne laudes
hominem quenque. *Int.* Quomodo ſcriptura di-
cit: Poſt mortem Iſaac patris ſui, Eſau abſceſſiſſe
de terra Chanaã, & habitaſſe in monte Seir, cũ ve-
niente de Meſopotamia Iacob legatur eum miſi-
ſſe nuncios ad fratrem ſuum in terra Seir, regionis
Edom, quum ibi habitaret tunc temporis? *Reſp.*
In promptu eſt cogitare, quod ſcilicet Eſau poſtca
quam in Meſopotamiam frater eius abceſſit, no-
luit habitare cum parentibus ſuis, ſiue ex illa
commutatione, qua dolebat ſe benedictione fran-
datum, ſiue cauſa vxorum ſuarum, quas odioſas
videbat eſſe parentibus, & cœperat habitare in
monte Seir. Deinde poſt reditum Iacob fratris
ſui, facta inter eos concordia, reuerſus eſt & ipſe
ad parẽtes, & cum mortuum patrem ſimul ſepeliſ-
ſent, quia eos plurimum ditatos, terra illa ſicut
ſcriptum eſt minime capiebat, abſceſſit rurſus in
Seir, & ibi propagauit gentem Idumorum. *Int.*
Dum conſtat Beniamin natum eſſe in Chananæa,
quomodo tunc XII. naſci filij Iacob dicuntur in
Meſopotamia? *Reſp.* Nulla eſt facilior ſolutio hu-
ius quæſtionis, quàm vt per Synecdochem acci-
piatur. Vbi enim maior pars eſt aut fortior, ſolet
eius nomine, etiam illud comprehendi, quod ad
ipſum nomen pertinet. *Int.* Quomodo impletur
ſomnium Ioſeph, quo dicit ſe vidiſſe ſolem & lu-
nam, & XI. ſtellas adoraſſe, dum conſtat, eo re-
gnante in Aegypto, matrem eius Rachel, multo
eſſe ante defunctam. Imo nec patrẽ legimus eum
adoraſſe? *Reſp.* In Chriſto facile eſt ſomni intellige-
re perfectionem. Huic enim datum eſt nomen,
quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine eius
flectatur omne genu cœleſtium terreſtrium & in-
fernorum. *Int.* Quare Iſraelitas ſcriptura, quibus à
fratribus venditus eſt Ioſeph, etiam Madianitas
vocat, cũ Iſmaël ſit de Agar filius Abrahę Madiani-
ta verò de Cethura? *Reſp.* Quia ſcriptura de Abra-
ham dixerat, quod munera dederit filijs concu-
binarum ſuarum, Agar ſcilicet & Cethura, & di-

A uiſit eos ab Iſaac filio ſuo in terra Orientis. Itaque
vnam gentem feciſſe intelligendi ſunt. *Int.* Quo-
modo intelligendum illud Iacob: Deſcendam ad
filium meum lugens in inferno? *Reſp.* Perturbati &
dolentis verba ſunt, mala ſua etiam hinc exagge-
rantis, vel etiam inferni nomine ſepulchrum ſi-
gnificauit, quaſi diceret: In luctu maneo, donec
me terra ſuſcipiat, ſicut illum ſepulchrum. *Int.*
Qualiter hiſtoria de Iuda, & tribus filijs eius, &
vxore eius Thamar, intra tam paucos annos com-
pleri potuit? *Reſp.* Solet ſcriptura ſancta per reca-
pitulationem multa proferre. Aliquot ergo annis
ante venditum Ioſeph hæc fieri cœpiſſe intelligi
datur Etiam mox vt adoleſceret Iudas, incidit in
B amorem eius, quam duxit vxorem, nondum uen-
dito Ioſeph in Aegyptum. *Int.* Cur dixit de Tha-
mar, depoſitis veſtimentis viduitatis ſuæ? *Reſp.* Vt
intelligatur ex temporibus patriarcharũ, certa &
ſua fuiſſe veſtimemta viduarum, non vtique ta-
lia, qualia coniugatarum. *Int.* Quare dixit Iudas,
iuſtior eſt Thamar quàm ego? *Reſp.* Thamar in
binio ſedens vel campeto, vbi diligentibus debet
maior aſpicere, quod iter gradiendi capiat, non vt
vagam turpitudinis libidinem impleret, ſed vt li-
beros à ſocero ſuſciperet, iuſtiore cauſa, quam
ſocer. Ille libidinis. illa liberorum gratia, Et ideo
C in comparatione eius minus male fecerat. *Int.* Si
Phares inde ſortitus nomen diuiſionis, quia diui-
ſerat membranam ſecundarum, vnde Zara nomen
accepit? *Reſponſio.* Sara interpretatur oriens, ſic ergo
vocatus, vel quia primus apparuit, vel quod plu-
rimi ex eo nati ſunt iuſti, ſicut in paralippomenõ
legimus. *Int.* Cur Gentiles homines in carcere
præſagia futurorum, cum Ioſeph viderunt? *Reſp.*
Non pro ſuis meritis, ſed vt magnificaretur Io-
ſeph, & manifeſtaretur qui latebat. *Int.* Quid tres
propagines? *Reſp.* Tres rami. *Interrogatio.* Cur
Pharao & Herodes dies natiuitatis ſuæ honori-
bus feſtiuos habuerunt? *Reſp.* Eò quòd putabant,
quod hora natiuitatis eorum, eos ordinaſſet in
D regnum Similem rem facientes adoratione, vt
quorum erat par impietas, eſſet vna ſolennitas.
Int. Quid eſt, quod Pharao dixit, putabam me ſu-
per flumen ſtare? *Reſp.* Id eſt, quod alio loco legi-
tur: Ecce ego ſuper fontem ſto aquæ, Hoc genere
locutionis, & pſalmo dicitur: Qui fundauit terram
ſuper aquam. Secundum hanc locutionem intel-
ligitur quod altior ſit terra quam aqua. Altina
quippe ab aquis ſuſtollitur, vbi habitant terrena
animalia. *Int.* Quomodo multitudo harenæ com-
paratur? *Reſp.* Quia ſicut harena innumerabilis eſt,
ita multitudo frugum, vſitato numero compre-
E hendi non poterat. *Int.* Quomodo de viro ſan-
cto Ioſeph intelligere debemus, quòd inebriaſſet
fratres ſuos? *Reſp.* Ebrietas ſecundum Hebræam
linguam pro ſatietate ponitur. Sicut in Pſalmo:
Viſitaſti terram & inebriaſti eam. Et iterum: Ine-
briabuntur ab vbertate domus tuæ. *Inter.* Quod
Ioſeph toties fratres ſuos ludificauit, & tanta ex-
pectatione ſuſpendit antequam manifeſtare ſe vo-
luiſſet? *Reſp.* Tribulabat eos, non vt ſe vindicaret,
ſed vt illos purgaret à crimine tranſacti ſceleris in
eum, vel magis vt hac dilatione accumularetur
gaudium eorum, dum viderent tantam gloriam
eius, quem extinctum eſſe arbitrabantur. *Int.* Quo
modo

modo dicitur: Filij eius & filiæ deſcenderunt cum Iacob in Ægyptum, cum Iacob tantummodo vnam filiam, Dinam habuerit? *Reſp.* Aut nepotes filiarum nomine intelligere debemus, aut pluralis numerus pro ſingulari poſitus eſt, ſicut ibi: Miſit in eis muſcam caninam. Quid dicit ſcriptura: Omnes animæ quæ egreſſæ ſunt de fæmoribus Iacob, quid reſpondendum eſt eis, quid hoc teſtimonio confirmare oitnntur, à parentibus ſimul animas cum corporibus propagari? *Reſp.* Animæ pro hominibus dictæ, à parte totum ſignificata locutione. *Int.* Hi filij Liæ, quos genuit in Meſopotamia Syriæ, animæ filiorum & filiarum triginta tres. Nunquid iſtæ omnes triginta & tres animæ ex Lia in Meſopotamia Syriæ natæ ſunt, dum ibi Iacob non plus, quàm viginti annis cum ſocero ſuo moratus eſt, & ſeptem anni tranſierunt, antequam Liam vxorem duxiſſet? *Reſp.* Ideo ſcriptura ſancta hos omnes in Meſopotamia ortos eſſe dixit, quoniam eorum patres ibi orti ſunt. *Int.* Si ſeptuaginta & ſex ſunt animæ quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Ægytum, & ibi Ioſeph cum duobus filijs ſuis inuentus eſt, quomodo triginta poſtea dicuntur eſſe animæ domus Iacob. *Reſp.* Ipſo patre Iacob, quaſi radice adnumerato ſeptuaginta eſſe noſcuntur. *Int.* Dum hic legimus ſeptuaginta eſſe animas domus Iacob, quomodo in Actibus Apoſtolorum dicitur, in animabus ſeptuaginta quinque deſcendiſſe Iacob in Aegytum? *Reſp.* Non poterat Lucas contrarium ſcribere aduerſum eam ſcripturam, quæ iam fuerat Gentibus diuulgata, & vtique maioris opinionis, illo duntaxat tempore ſeptuaginta Interpretum habebatur autoritas, quam Lucas, qui ignotus in nationibus erat. Hoc autem generaliter obſeruandũ eſt, quod vbicunque ſancti Apoſtoli, vel Apoſtolici viri loquuntur ad populos, his plerunque teſtimoniis abutuntur, quæ iam fuerant in Gentibus diuulgata, licet plerique tradunt, Lucam vt proſelytum, Hebræas literas ignoraſſe. *Int.* Filij Iacob interrogati, quid operis haberent? Reſpõderunt: Paſtores ouium ſumus, ſicut & patres noſtri. Quare Patriarchas primus paſtores ouiũ, & non Reges Gentium fuiſſe legimus? *Reſp.* Quia ſine vlla dubitatione iuſta ſeruitus, & iuſta eſt dominatio, cum pecora homini ſeruiunt, & homo pecoribus dominatur, ſic enim dictum eſt homini cum crearetur: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & habeat poteſtatem piſcium maris, & volatilium cœli, & omnium quæ ſunt ſuper terram. Vbi inſinuatur, rationem debere dominari irrationali vitæ. Seruum autem hominem homini vel iniquitas fecit, vel aduerſitas. Iniquitas quidem, ſicut dictum eſt: Maledictus Chanaam erit ſeruus fratribus ſuis. Aduerſitas vero, ſicut accidit ipſi Ioſeph, vt venditus à fratribus, ſeruus alienigenæ fieret. Itaque primos ſeruos, quibus hoc nomen in Latina lingua inductum eſt, bella fecerunt. Cum enim homo ab homine ſuperatus, iure belli poſſit occidi, quia ſeruatus eſt, ſeruus eſt appellatus. Inde & mancipia, quia manu capta. *Int.* Quæ eſt terra Geſen vel Rameſi? *Reſp.* Iudæi autumant ea, quæ nunc Thebaida dicitur. Ramaſe pagum Arſenaten olim dictum putant. *Int.* Quomodo in terra Aegypti paſcua pecoribus inueniri potuerunt,

Vnde nomen ſeruus.

cum ea terra pluuiis non irrigatur. Et fratres Ioſeph ideo terrã Chanaam reliquiſſent, quòd herbas gregibus ſuis nõ inueniſſent? *Reſp.* Perhibetur ab eis, qui loca ſciũt, in inſulis Ægypti paludibus potuiſſe paſcua non deeſſe, etiam cum fames eſſet frumentorum, quæ ſolent Nili fluminis inũdatione prouenire. Magis enim dicuntur paludes illæ feraces paſcua gignere, quando aqua Nili minus excreſcit. *Int.* Quid ſibi vult à tanto viro, & tali Patriarcha tam ſolicita corporis commendatio, vt non in terra Ægypti ſepeliatur, ſed in terra Chanaam iuxta patres ſuos? *Reſp.* In his ſacramenta tibi quærẽda ſunt, & admirationis gaudium inuenies. Cadaueribus quippe mortuorum peccata ſignificari in lege, non eſt dubium. Hinc illa ſententia ducta eſt: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tãgit illum, quid proficit lauatio eius? Sic & qui ieiunat ſuper peccata ſua, & iterum ambulans hæc eadem facit. Sepultura ergo mortuorum, remiſſionem ſignificat peccatorum, eo pertinet quod ſcriptum eſt: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Vbi ergo ſepelienda erant hæc ſignificantia cadauera Patriarcharum, niſi in ea terra, vbi ille crucifixus eſt, cuius ſanguine facta eſt remiſſio peccatorum. *Inter.* Quid eſt quod Iacob cõuerſus ad caput lectuli ſui, orauit dominum? *Reſp.* Scilicet poſtquam iurauerat ei filius de petitione quam rogauerat, adorauit Deum contra caput lectuli ſui. Sanctus quippe & Deo obediens vir oppreſſus ſenectute, habebat lectulum poſitum, vt ipſe iacẽs, abſque difficultate vlla ad orationẽ eſſet paratus. *Int.* Quid eſt quòd Iacob dicit: Duo filij tui Effrem & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon erunt mihi? *Reſp.* Significat ſicut Ruben & Simeon duæ tribus erunt, & ſuis vocabulis tum vocabuntur, ſic Effrem & Manaſſes duæ tribus erunt, duos quoque populos procreabunt, & ſic hæreditabunt repromiſſionis terram, ſicut & filij mei. Reliquos autem filios, quos poſt mortem meam genueris, tui erunt. In nomine patrum ſuorum vocabuntur, in hæreditate ſua non accipient ſeparatim terram nec funiculos habebunt proprios, vt reliquæ tribus, in tribu Effrem & Manaſſe quaſi appendices populi commiſceantur. *Int.* Cur Iacob filio ſuo Ioſeph, quaſi neſcienti indicare voluit, vbi, & quando ſepelierit matrem eius? *Reſp.* Forte Prophetice commemorare voluit, ibi ſepultam matrem Ioſeph, vbi Chriſtus fuerat naſciturus. *Inter* Quæ eſt pars vna, quam Iacob dedit Ioſeph filio ſuo, quam tuliſſe ſe de manu Amorrhæorum, dicit, in gladio & arcu ſuo. *Reſp.* Significauit vrbem Hebraice dictam Sichem, & ſecundum Græcam & Latinam declinationem Sichima, quæ corruptè à pluribus Sichar nominatur, quæ vt nunc Neapolis vrbs Samaritanorum dicitur. Sichem Hebræa lingua transfertur in numerum, vnde ſeptuaginta interpretati ſunt. Quod autem dicit, ſe eam in arcu & gladio poſſediſſe, arcum hinc & gladium, iuſtitiam vocat, per quam meruit peregrinus & aduena, interfectis Sichem & Emor, de periculo liberari. Timuit enim, quod ſuprà legimus, ne vicina oppida atque caſtella, ob euerſionem fœderatæ vrbis aduerſum ſe cõſurgerent. Et dominus non dedit eis, vt noceret illi. *Inter.* Quid intelligendũ de benedictionib⁹ quib. Iacob

patriarcha benedixit filios ſuos, an hiſtorice an A allegorice intelligendæ ſunt, dum dixit: Congregamini filij Iacob, vt annunciem vobis, quæ ventura ſunt in nouiſſimis diebus, & videtur ex his verbis magis Allegoriam ſonare, quàm hiſtoriã? *Reſp.* Vtrunque & hiſtoria eſt & allegoria. Hiſtoria, de diuiſione terra promiſſionis, quæ diuidendæ erant nepotibus illorum. Item allegoria, de Chriſto & Eccleſia, in nouiſſimis quid futurum temporibus. Sed prius hiſtoriæ fundamenta ponenda ſunt, vt aptius allegoriæ culmen priori ſtructuræ ſuper ponatur. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, principium doloris mei, prior in donis effuſus es ſicut aqua. Non creſcas. Aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius. Eſt autem hic ſenſus: Tu es primogenitus meus, maior in liberis, & debebas iuxta ordinem natiuitatis tuæ hæreditatem, quæ primogenitis iure debebatur, habere, nempe ſacerdotium accipere & regnum. Verum quia peccaſti, & quaſi vaſculo aqua non teneτur, voluptatis effuſus es impetu, idcirco præcipio tibi, vt vltra non pecces, ſiſque in fratrum numero pœnas peccati lugens, quod primogeniti ordinem perdidiſti. Principium autem doloris, eſt omnis primogenitus, quia pro eo primum commouentur viſcera parentum. Simeõ & Leui fratres vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum ne veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea, quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio illorum quia dura, diuidam eos in Iacob, & diſperdam in Iſraël. Significat autem nõ ſui fuiſſe conſilij, quod Sichen & Emor fœderatos viros interficerent, contra fas in pacis & amicitiarum tempore. Sanguinem fuderunt innocentum, & quaſi quodam furore ſic crudelitate repleti, muros hoſpitæ vrbis euerterunt. Vnde dicit maledictus furor eorum, quia pertinax, &c. Leui enim hæreditatem propriam nõ accepit, ſed in omnibus ſceptris, paucas vrbes ad inhabitãdas D habuit. De Simeone verò in libro Ieſu ſcriptum eſt, quod & ipſe proprium funiculum non acceperit, ſed de tribu Iuda quiddam habuerit. Iuda, te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum. Adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda. Ad prædam fili mi aſcendiſti (ſiue vt Hebræo ſcriptum eſt, de captiuitate aſcendiſti fili mi) requieſcens occubuiſti vt Leo, & quaſi Leæna, quis ſuſcitabit eum. Quia Iuda, confeſſio ſiue laus interpretatur, recte ſcribitur, Iuda confitebuntur tibi fratres tui, vel laudabunt te. Et licet de Chriſto grande ſit myſterium, ſecun- E dum litteram tamen ſignificat, quod per ſtirpem Dauid generantur reges. Et quid adorarent eum omnes tribus. Non enim ait, filij matris tuæ, ſed filij patris tui, & quod ſequitur: Ad prædam fili mi aſcendiſti, oſtendit eum captiuos populos ducturum eſſe, & iuxta intelligentiam ſacratiorem. Chriſtum aſcendiſſe in altum, & captiuam duxiſſe captiuitatem. Siue quod melius puto, captiuitas paſſionem aſcenſus reſurrectionem ſignificat. Alligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem aſinam ſuam. Quod videlicet pullum aſinæ cui superſedit Ieſus, hoc eſt, Gentilium populum vineæ Apoſtolorum, qui ex Iudæis ſunt copulauerit, & ad vitem, vt in Hebræo habetur, ad electam vitem alligauerit aſinam, cui ſuper ſedit Eccleſia ex nationibus congregata. Quod autem dicit: Fili mi, conuerſio eſt ἀποστροφὴ ad ipſum Iudam, quod Chriſtus hæc omni ſit facturus. Quod autem ait: Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec veniat ille qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio Gentiũ, ſignificat quod non deficerent principes de tribu Iuda, vſque ad tempus, quo natus eſt Chriſtus, qui miſſus à patre, expectatio eſt Gentium. Iſachar aſinus fortis accubans inter terminos, vidit requiem quod eſſet bona, & terram quod optima, B ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, factúſque tributis ſeruiens. Supra Zabulon dixerat, maris magni littora poſſeſſurum, Sidonam quoque & reliquas vrbes, nunc ad mediterraneam prouinciam redit. Et Iſachar quæ iuxta Neptalim eſt pulcherrimam regionem poſſeſſurum ait: Benedictio nanque habitatorem facit. Aſinum autem oſſeum vel fortem vocat, & humerum ad portandum, quia in labore terræ, & vehendis ad mare quæ in finibus ſuis naſcebantur plurimum laboraret, Regibus tributa comportans. Aiunt Hebræi per metaphoram ſignificari, quod ſcripturas ſanctas, die ac nocte meditans ſtudium ſuum, dederit, ad laborandum, & idcirco omnes ei ſer- C uiunt, quaſi magiſtro dona portantes. Dan iudicabit populum ſuum, fiat Dan coluber, &c. Salutare tuum expectabo domine. Samſon iudex Iſraël, de tribu Iuda fuit, hoc ergo dicit nunc videns in ſpiritu, comam nutrire illum, & de hoſtibus triumphare, quod in ſimilitudinem colubri regulíque obſidentis vias, nullum per terram Iſraël tranſire permittat, ſed etiam ſi quis temerarius virtute ſua quaſi velocitate equi cõfiſus, eam voluerit prædonis more populare. Non illum poterit effugere. Totum autem quod loquitur, ad formam ſerpentis & equi pertinet. Videns ergo tam fortem Nazaræum tuum, qui propter meretricem mortuus eſt, & moriẽs noſtros occidit inimicos, putaui ô Deus ipſum eſſe Chriſtum filium tuum verum, qui mortuus eſt & reſurrexit. Ille igitur mihi ſaluator mundi, & mei generis præſtolandus eſt, vt veniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio Gentium. Gad accinctus prælìabitur ante eum, &c. Significat quod ante Ruben, & dimidiam tribum Manaſſe & filios, trans Iordanem in poſſeſſione diuiſerat, poſt quatuordecim annos reuertens, prælium aduerſum eos Gentium vicinarum grande reperit, & victis hoſtibus fortiter dimicauit. Lege librum Ieſu Naue & παραλειπομένων. Neptalim ceruus emiſſus, vel ager irriguus, Dan eloquium pulchritudinis interpretatur. Hebræi hic volunt intelligi Tiberiadem. Hæc legis videbatur habere notitiam. Ager irriguus, eloquia pulchritudinis prophetarum. Ceruus emiſſus temporaneas fruges, & velocitatem terræ vberioris oſtendit. Sed melius ſi cuncta ad doctrinam ſaluatoris referantur, qui ibidem maxime docuerit, vt in Euangelio ſcribitur. Filius meus Ioſeph accreſcens, & decorus aſpectu, &c. ô fili Ioſeph, qui tam pulcher es, vt te tota de muris & turribus ac feneſtris puellarum Ægypti turba proſpectaret. Inuiderunt tibi fratres tui, habentes liuoris, ſagittas,

Ruben.

Simeõ & Leui.

Iuda.

Iſachar.

Dan.

Gad.

Ioſeph.

ras, & zeli iaculis vulnerati. Verum arcum tuum & arma pugnandi, poſuiſti in Deo, qui fortis eſt propugnator, & vincula tua quibus te fratres ligauerunt, ab ipſo ſoluta ſunt & diſrupta. Vt ex tuo ſemine tribus naſcatur Effraim fortis, ſtabilis, & inſtar lapidis durioris inuicta, imperans decem tribus Iſraël. Beniamin lupus rapax, mane comedit prædam, & veſpere diuidet ſpolia. *Beniamin.* Hæc de Apoſtolo apertiſſima eſt prophetia: in adoleſcentia enim perſecutus Eccleſiam, in ſenectute prædicator Euangelij factus eſt. Hebræi dixerunt: Altare in quo imolabātur hoſtiæ, & victimarum ſanguis in parte tribus Beniamin fuiſſe. Hoc ergo ſignificat, quod ſacerdotes immolant mane hoſtias. Ad veſperam verò diuideant, quæ ſibi à populo ex lege collecta ſunt. Hæc hactenus hiſtorice. Spiritualiter autem Ruben prioris populi Iudæorum oſtendit perſonam, cui à Domino per prophetam dicitur: Iſrael primogenitus meus. Etenim iuxta quod primogenitus debebatur, ipſius erat accipere ſacerdotium & regnum. Additur, tu virtus mea, quoniam huic populo fundamentum fidei ex ipſa virtute Dei, qui eſt Chriſtus aduenit. Quomodo autem ipſe ſit principium dolorem, niſi dū patri Deo ſemper irrogat iniurias, conuertens ad eum dorſum non faciem. Prior in donis, quia primum ipſi credita ſunt eloquia Dei, & legis latio, & teſtamentum. Vltra non creſcas, quia peccauit & Chriſtum negauit, poſtquam diſperſus eſt in vniuerſum orbem, valde imminutus eſt. Sed quare talia meruit ſubiecit, quia aſcendiſti cubile patris tui, quando corpus dominicum in quo plenitudo diuinitatis requieſcebat, raptum in cruce ſuſpendit, & ferro commaculauit. Simeon & Leui vaſa iniquitatis, per hos ſcribæ & phariſæi & ſacerdotes intelliguntur. De Simeone enim ſcribæ erant Iudæorum, de tribu verò Leui, principes ſacerdotum, qui conſilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent & occiderent, de quo dicit: In conſilium eorum ne veniat anima mea. Nouiſſimis quidem temporibus Iudæi occiderunt virum, id eſt, Chriſtum, de quo dicitur: Ecce vir Oriens nomen eius. Et iterum, fœmina circundabit virum. Suffoderunt murum, id eſt, ſpiritualem illum fortiſſimum murum, qui cuſtodit Iſraëlem, lancea confoderunt. Maledictus furor eorum, quia pertinax, cum Chriſtum furore accenſi obtulerunt Pontio Pilato dicentes: Crucifige eum. Et indignatio eorum dura, dum Barrabam latronem peterent, & principem vitæ crucifigendum poſtularent. Diuidam eos in Iacob & diſpergam in Iſrael, quia nonnulli ex illis crediderunt, quidam autem in infidelitate permanſerunt. Diſperſi ergo ſunt quorum patria, templum ſubuerſum eſt, & per orbem terræ gens incredula ſpargitur. Iuda te laudabunt fratres tui, per hunc Iudam verus confeſſor exprimitur Chriſtus, qui ex eius tribu ſecundum carnem eſt genitus, ipſum laudant fratres ſui, Apoſtoli videlicet & omnes cohæredes eius, qui per adoptionem filij Deo patri, & Chriſti fratres effecti ſunt per gratiam, quorum ipſe dominus eſt per naturam. Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum. Iiſdem enim manibus & eodem crucis tropheo & ſuos texit, & inimicas aduerſariáſque poteſtates deuicit, vnde ei à patre dicitur: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Adorabunt te filij patris tui, quando multi ex filijs Iacob adorantes, per electionem gratiæ ſalui facti ſunt. Catulus Leonis Iuda, quando paruulus (vt ſcriptum eſt) natus eſt nobis, ad prædam aſcendens, in crucem videlicet, captiuos populos vt redimeret, quos aduerſarius ille inuaſerat. Requieſcens accubuit vt Leo, hoc manifeſtiſſimè in paſſione factum, quando inclinato capite tradidit ſpiritum. Siue quando in ſepulchro, velut quodam corporis ſomno quieuit. Sed quare vt Leo, quia non neceſſitate, ſed poteſtate hoc ipſum impleuit, ſicut ipſe dicit: Nemo tollet animam meam, ſed ego ponam eam? Quod addidit, vt catulus Leonis, inde enim eſt mortuus, vnde natus. Bene Chriſtus vt Leo requieuit, qui non ſolúm mortis acerbitatem non timuit, ſed etiam in ipſa morte, mortis imperium vicit. Quod dicit, quis ſuſcitabit illum? quia nullus niſi ipſe, vnde ait: Soluite templum hoc, & in triduo ſuſcitabo illud. Non deficiet dux de Iuda. Hoc manifeſtiſſime ad Iudam refertur. Diu enim fuit ex ſemine illius intemerata apud Iudæos ſucceſſio regni, donec Chriſtus naſceretur, & hoc ſupra diximus. Alligans ad vineam pullum ſuum. Pullus, populus eſt ex Gentibus cui adhuc nunquàm fuerat onus legis impoſitum. Hunc alligauerunt Apoſtoli, qui ex Iudæis ſunt, ad vineam, de qua dicitur: Vinea domini Sabaoth. Et ad vitem, quæ dicit: Ego ſum vitis vera, alligat aſinam, hoc eſt, Synagogam grauidam, & graui legis pondere depreſſam. Lauit in vino ſtolam ſuam, carnem ſuam vel Eccleſiam vino, qui pro multis effunditur in remiſſioné peccatorum. Pallium, Gentes ſunt, quas corpori ſuo iunxit, ſicut ſcriptum eſt: Viuo ego, dicit dominus, niſi hos omnes induam, ſicut veſtimentum. Pulchriores oculi eius vino, oculi, Apoſtoli & Euāgeliſtę, qui lumen ſcientiæ Eccleſiæ præſtant, quorum ſcripta auſteritatem vini, priſcæ legis ſuperant, quia longe leuiora ſunt. Dentes eius lacte candidiores, hi ſunt præceptores ſancti, qui præcidunt ab erroribus homines. Zabulon in littore maris, Zabulon interpretatur habitaculum pulchritudinis, Eccleſiam ſignificat, quæ in littore maris habitat, & credentibus refugiū & periclitātibus demōſtrat fidei portum. Hæc contra omnes turbines ſeculi inconcuſſa firmitate ſolida, expectat naufragium Iudæorum & hæreticorum procellas, qui circunferuntur omni vento doctrinæ, quorum etſi tunditur fluctibus, non tamē frangitur. Et in terra Zabulon prædicaſſe Chriſtum teſtatur Euangelium: Terra Zabulon & terra Neptalim, populus qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Sidon interpretatur. Venatores vero qui ſunt, niſi Apoſtoli, qui ex illis locis aſſumpti ſunt, de quibus dicitur. Mittam venatores multos, & venabuntur vos in omni loco Iſachar, aſinus fortis. Iſachar interpretatur merces, refertur ad populum Gentium, quem dominus precio ſanguinis ſui mercatus eſt. Hic Iſachar aſinus fortis ſcribitur, quia prius populus Gentilis, quaſi brutum & luxurioſum animal, nulláque ratione ſubſiſtens, nunc fortis redemptoris collum dominio ſubmittens, ad iugum diſciplinæ

Euangelicæ peruenit. Hic cubans inter terminos, vidit requiem, quod eſſet bona, & terram, quod eſſet optima. Inter terminos cubare, eſt præſtolato mondi ſioe requieſcere, nihilque eorum, quæ verſanitur in medio, quærere, ſed vltima deſiderare. Fortis aſinus requiem & terram optimam videt, cum ſimplex gentilitas ſe ad robur boni operis erigit, & ad æteroæ vitæ præmium teodit. Vnde apponit humerum ſnum ad portandum, quia dum ad promiſſam requiem peruenire deſiderat, cuncta mandatorum onera libenter portat. Facta eſt tributis ſeruiens, dum regi Chriſto booorum operum offert munera. Dan iudicabit populum ſuum, ſicut aliæ tribus Iſraël: Fiat Dan coluber in via, Ceraſtes in ſemita. Dicunt quidam Antichriſtum per hæc verba dici, de iſta tribu futurum, pro eo quod hoc loco Dan & coluber aſſeritur & mordens. Inter tribus Iſraël primus Dan, ad Aquilonem caſtrametatus eſt, illum ſignificans, qui ſe in lateribus Aquilonis ſedere dicit, de quo figuraliter Propheta dicit: A Dan auditus eſt fremitus equorum, qui non ſolum coluber, ſed etiam cornutus ſerpens dicitur, per quem dignè Antichriſtus aſſeritur, qui contra vitam fidelium com morſu peſtiferæ prædicationis armabitur, & cornibus contra poteſtates. Quis autem neſcit anguſtiorem eſſe ſemitam, quàm via ſit. Ergo coluber in via, quod in præſentis vitæ latitudine eos ambulare prouocat, quibus quaſi parceodo blanditur, ſed mordet, quum eos quibus libertatem tribuit erroris ſui veneno conſumit. Fit iterum Ceraſtes in ſemita, quia quos fideles reperit, & eſſe inter anguſta itinera præcepti cœleſtis, conſtriogere videt, non ſolum nequitia callidæ perſuaſionis impetit, verumetiam terrore poteſtatis perimit in perſecutionis angore. Poſt beoeficia fictæ dulcedinis exercet cornua poteſtatis. Equi mundum ſignificât, qui per elationem ſuam in curſu labentium temporum ſpumat. Et quod Antichriſtus extrema mundi apprehendet, Ceraſtes ille equi vngulas mordere perhibetur. Equi vngulas mordere, eſt extrema ſeculi contingere. Vt cadat aſcenſor eius retro. Aſcenſor huius equi eſt, quiſquis iniquitatibus mundi extollitur, vnde & retro cadere dicitur.

RERVM

400.291

RERVM SIVE (VT VOCANT) MATERIARVM, QVÆ IN HAC APPENDICE SACRÆ BIBLIOTHECE SANCTORVM Patrum occurrunt, magis notandæ Index.

AARON fretus ſanctitate iuſtitiæ ſuæ ſtetit contra Angelum 810 c
Aaronis veſtium colores quid præſignificarent. 1432.c
Abbas officio & doctrina præluceat 708.a
Abacuc noſtra veſio habet annorum 143b
Abbatis eleemoſinatij exemplum 350.e
Abnegatio materialium ad ſalutem curtam neceſſatiam 1351.e
de Abiectione animi 1194.e
Abraham hoſpitalitatis merito, amicus Dei appellatus eſt 1069.c.d
Abraham primus ſeminauit ſemen frumenti per aratrum 1531.c
Abraham ad exemplum religionis, curauit Sarræ funus 165.c
Abraham Lauit Chriſti pedes 43.a
Abrahamus vt quibuſdam placet, eſt in fornacem ardentem iniectus ob pietatem 264.265.a
Abſolutio viſibilis & inuiſibilis 1587.e
Abſtinentia duplex 941.c
Abſtinentia à vino etiam in paſchate 666.d
Abſtinentia quid 941.d
Abſtinentia virtus eſt homini admodum conueniens 941.b
Abſtinentiæ à cibis ratio 339.b
Abſtinendum ab his quæ mandatis Dei ſunt contraria 1117.b
Abſtinendum à familiari mulierum colloquio 955.a
Abyſſus quid myſtice ſignificet in ſcripturis 1330.e
Acceptio munerum vitanda 946.b
de Acceptione perſonarum nō habenda 1604.a.b
Acephali hæretici. 1860.b
Accubatio pro inclinatione ad mortem 1716.b.c
Acediæ definitio 992.a
Acediæ parens 1031.b
quos Acbatius poſt ſuam damnationem ordinauit non ſunt ſuis honoribus priuati 627.c
Actio & contemplatio neceſſaria ad virtutem 1342.c
Actio recta & cognitio homini ſunt neceſſaria 1800.d
de Actione gratiarum 1100.d
Actiones & ſermones ſecundū virtutem ſunt myſticè corpus Chriſti 1277 d
Actiones bonorum variæ. 1743.e
Actiones Chriſti duplices 1830.b
Actiua vita pretium contemplatiua comparatur 703.a
Actiua vita ad gloriam materia eſt 704.a
Actiuæ & contēplatiuæ Philoſophiæ finis 1300.d
Actuum Apoſtolicorum ſcriptor 261.d
Adam & Eua non poterant pudore affici 502.e
Adam cur ſit factus extra paradiſum 1494.a
Adam cur ſexto die factus ſit 1444.d
Adam à Deo inductus, figurabat carnem à Deo verbo ſuſcipiendam 1502.c.d
Adam & Eua vnus homo 1436.a
Adam erat lucidus ante tranſgreſſionem poſt trāſgreſſionem tenebroſus & ater 1513.b
Adam interpretatur candens & ſanguinolentus 1405.b
Adam iacebat mortuus in mōte Caluariæ 1446 a
Adam typus Chriſti 1412.e
Adam non fuit, vt qui eſſet typus Chriſti 1508.a
Adam & Eua peccantes ſubierunt mortem intellectualem 1485.b
Adam, id eſt, Chriſtus ſoli ſuo populo impoſuit nomina 1491.
Adam eſt figura Chriſti 1413.d
Adamus nempe Chriſtus, reuerſus eſt, in terram vnde ſumptus, id eſt in terram cœleſtem terram viuentium 1536.d
Adamus cum non peccaſſet, omnem culpam in ſe tranſfert quid refertur ad Chriſtum 1517.a
Adamus & qui ex eo deſcendebant erant figura Chriſti 1528.e
Adamus autem vxorem illi impertiēs quid ſignificet 1482.a
Adamantis natura 498.c
per Adoleſcentulas innumeras, quid 1772.b
per Adoleſcentulas, concubinas & Reginas Solomonis quid intelligendum 931.e
Adeptio filiorum 1116.b.
per Adoleſcentulas duas quid intelligēdum 1707.1708 1709
Adhærere & conglutinari quid ſit 1490.b
Adminiſtratio perfunctoria 1091.a.b
Adiutor quis dicatur homini ſimilis 1491.a
Adiutor quis ſit 1492.b
Aduentus Chriſti duplex 1849.e
Aduerſitas frangit pleróſque 692.c.d
Aduerſus ſamaritanum diſputatio 1523.e
de Adulatione 1144.e
Adulteria magnatum acrius perſequenda 538.c
Adulterium cum vxoribus Iſraëlitarum committitur 829.d.e
Aduocatus Iuridicum ô Inſtructior 1292.a
Ædificium ſpirituale 86.d
Ægypti Encomium 1474.a
Ægyptus ſola ex gentibus vidit Chriſtum in carne 1474.a
Ægyptus magis concaua quam terra 1397.d
Aer viuificat ea quæ ſunt in terra 1387.a
Æſtus maris 1411.d
Æthiopia prima per Candalem Eunuchum Deo fuit conciliata 1474.a

ex Affectibus animæ innatis, dæmones occaſiones capiunt, vt eam adigant ad peccatum 1231.d
Affectus, quid 1229.c.d
Affectus omnis in quo conſiſtit 1273.c
Affectus uoſter noſtræ poteſtatis eſt 45.b
Affectuum extinctorum ſignum certiſſimũ 1226.c
Affectuum, alij corporales, alij animales 1223.d
Affectiones innumeras procreat amor ſui 1272.c
Affectionis finis eſt gaudium 1271.b
Agendi & patiendi rationes diuerſæ 1277.a
Ager pro mundo 1791 a
Agnœtæ hæretici, Chriſtum ignorantiæ arguebant 1861.d
Agnoetæ hæretici, Chriſtum ignorantiæ arguebãt 1859.d
de Agnoetis hæreticis, qui Chriſto tanquã homini ignorantiam tribuerunt 1875.b
Agnus Paſchalis figura Chriſti 1408.b
de Agone 1042.a
Agonis ineundi præludia 1060.b
Agricola à Dracone deuoratur 352.353.a
Agriculturæ ſpiritualis myſteria 270.d
Agrigentinum ſal 498.e
Agrippa rex ducitur Romam 831.b
Agrippa Rex cum eius filio Munaba, à Veſpaſiano interficitur 832.a
Agrippæ rebellio 832.d.e
Agrippæ regis ad Iudæos oratio 784.a
Agrippæ regis coutra Eleazarum, exclamatio 792.c
Agrippas Rex Iudeorum cum 40. millibus virorum fortiſſimis iungitur cùm Romano exercitu 798.b
Aiſlonam vrbs 30. ſtadiis ab Hieroſolymis diſtat 840.b.c
Alas ſponſæ velut flammas ignis eſſe, quid 1799.a
Alcuinus de Virtutibus & viciis 1991.c.d
Aleæ ludus interdictus 356.b
Allegoria Euphratis & Aſſyriorum quid ſit 1475.e
Alexander Rex Hieroſoly. 791.a
Alexandri magni fortitudo 865 a.b
Aliena non concupiſcenda 1625.e
Aliud eſt, & aliud eſt in Chriſto, ſed non alius, &c. 1815.c
Altaris ſacramentum 677.c
Altera eſt anima domini, altera eccleſia nempe ſpiritus ſanctus 1400.b
A machina Delphini Epiſcopi Subdiaconus 88.e
Ambonis nomine quid intelligendum 1646.d
Ambitioni perſonæ acceptio germana vicinitate adnectitur 1064.b
Ambroſij loci de duabus Chriſti naturis 1816.e
Ambroſius quid ſentiat de obediẽtia, paradiſo, ligno & pœnis 1525.d
Amici nec iudicandi, nec verbis, quæ illos vrant laceſſendi 1071.e
Amicis ne diſſimiles deprehẽdamor prouidendũ. 1071.1072.a
de Amicis 1132.b
Amititia ſecularis & ſpiritualis 164.e
Amicitia vera 674.c
Amicitia terrena, alia honeſta, alia turpis. 1704. 1705.a
Amicitiæ quanta vis 690.b
Amicitiæ veræ ratio 889.c
Aminadab multis modis ſumitur 1781.b
Amittai pont. miniſtranda cædes 870.c
Ambo hodie pulpitum vocatur 1629.a
Amor ſui, vnde 1269.e
Amor diuinus abalienãdi animi vim habet 1344.d
Amor terrenus qualis 1705.a.b
Amor cœleſtis quales nos efficiat 1705.
de Amore liberorum 1167.d
de Amore & pro affectu erga pauperes 1070.b
Amore rerum diuinarum nihil efficacius 1755.b.c
de Amore ſui 1215.b.e
Amoris vis inuincibilis 1797.e
Anab quid 1783.a
Anani ſummus ſacerdos Hieroſulymis 820.b
Anani ſacerdos occiditur 835.c
Anani in medio templi occiſus 838.c
Ananiæ ſacerdotis ſummi cędes 874.a
Ananias minus peccauit, quàm monachi, habent pecunias 567.c
S. Andreæ reliquiæ 261.b
S. Anna Deiparæ mater fleuit ad Deũ pro filio impetrando 1085.c
Anaſtaſius ſcripſit encomium de laudibus Ægipti 1475.b
Anaſtaſius ſcripſit librum aduerſus Iudeos 1436.e
Anaſtaſius imperator 1860.d
Anaſtaſius P.M. 94.a
Anaſtaſius ſcripſit librum de myſtica contemplatione paſſionum Chriſti 1445.d
de Anargoſmo, qui poſt ſcelerata primordia bene conuerſus dignum ſe ſuis ordinibus oſtenderit 623.c
Ne Angeli quidem, qui nubes dicuntur adrię, quẽadmodum ſint in vnum duę naturę 1407.b
Angeli ſunt cuſtodes baptizatorum qui credunt in ipſum 1425.e
Angeli fuerunt mente concepti & creati ante vniuerſam creaturam 1428.c
Angeli quorum typus ſimul aſtra ex ſole reuertẽte didicerunt in myſterio futuram Chriſti incarnationem & aſſumptionem 1407.c
Angeli interuolantes 142.b
Angeli & dæmones morituris adſunt 473 b
Angeli ab ipſo Deo illuminantur 1473.d
Angeli circumuolitantes 1067.b.c
Angeli gratulantur ſpiritualibus Athletis fortiter pugnantibus 663.a
Angelos eſſe probatur 1852.a
Angelos cum animę immortalitate & reſurrectione corporum tollebant. 1851.1852.a
Angelos habemus ad bona coadiutores 1310.d
Angelus alatus 249.c
Angelus cuſtos cuique aſſignatur 703.d
Anguli quatuor domus Iob, quid 695.a.b
Anima aſinum ſuum mortificans 199.d
Anima Chriſti eſt intermedia, inter diuinitatẽ & carnem 1386 a
Anima infelix monachi quę mala patiatur, cum ad inferiora reuertitur 577.a
Animis id accidit ferè quod ſtugibus 132.c
de Anima 1197.b
Anima noſtra ſponſa Dei eſt 658.e
Anima fidelis electa dicitur, 1774.d.e.1775.a
in Anima dormire, in noctibus, quid 1726.b
Dormire in noctibus, quid 1726.b
Anima fidelis quando faciẽ Chriſti videat 1724.c
Anima cùm egreditur, quibus dolorum anxietatibus

INDEX.

bos coarctetur 472.d
Anima eſt depoſitum quoddam, homini à Deo concreditum 808.c
Anima fidelis à Chriſto, duplici fœtu decoratur 1770.c
Anima pura, quæ 1120.c
Anima fidelis quare Auroræ comparatur 1774.b
Anima à peccando quinque modis deterretur 1238.b
Anima fidelis aciei caſtrorum ſimilis eſſe perhibetur 1776.b c
Animæ alienatio à ſenſu, eſt principium omnium virtutum 1315.c
Animæ exitus è corpore, quàm plenus ſit horroris 1530.
Animæ triſtitiam præcedit carnis voluptas 1313.c
4. Animæ perturbationes, non ſunt creatæ ab initio in homine 1275.b
Animæ mors credenda eſt Dei diſceſſio 1240 b
Animæ ieiunium 64.c
Animæ impaſſibilitas præmium eſt virtutis 1268.a
Animæ iudicium de ſe ipſa 1602.c
Animæ auxilium à proprio ſtatu 173.a
Animæ cultura ſpiritualis 131.b. perturbationes 132.b
Animæ periculum in delicijs 1068.a
Animæ immortalitatē quomodo Samaritani probabant 1852.a
Animæ facultates tres 1184.c
Animæ peccatricis ſtatus poſt hanc vitam 1067.a
Animæ morbos omnes non eodem remedio curat Deus 1268.c
Animæ nigredo vnde contrahatur 38.a
Animæ ſanitatem gignentia 938.c.d
Animæ mors & reſurrectio 1591.c
Animæ damnatorum Dominico die refrigerantur 511.b
Animalia prima quæ erant typus Iudæorum non fuerunt adducta ad Adamum 1489.c
Animalia è terra genita cur nō ſunt aſſecuta à Deo benedictionem 1432.c
Animalia orta è terra ſunt typus populi Iudæorum 1431.c
Animalia quatuor Ezechielis prophetiæ quid ſignificent 1403.b
Animalia multa ſunt ſerpente prudentiora 1503.c
Animaliū è terra & ex muri ortorum ſenſus anagogicus 1430.c
Animam adeſſe quid 950.d
Animam ponere pro ouibos 2008.c
Animam alterius qui ſeruat, ſuæ cuſtos eſſe debet 909.c
Animam expurgat tribulatio 1274.c
Animarum Status poſt hanc vitam 146.d
Animi modeſtia & verecundia 1028 a
Animi bonum 1286.c
Animus ex ſeipſo vacuus eſt 1335.d
Animi 4. perturbationes ad cœleſtium adeptionē conuertit ſtudioſus virtutis 1275.b
Animus quis ſapiens 1234.d
Animus ipſe ſibi ſarcina eſt 673 b.c
Animus dici poteſt cœlum intellectuale 1296.d
Animus qui ſenſilibus immoratur fit affectionum immundarum opifex 1292.b
Animoſitas 968.c
Annorum mundi enumeratio 1649.1650
Annorum mundi ſupputatio 1648.a.b
in Annūciationē ſanctiſſimę Deiparæ Hymnus 1699
de Annulo in ventre piſcis reperto hiſtoria 515.b.c
Annus Iubilæus 1627.a
Ante Solem exortum nempe Chriſtum & Lunam, nempe Eccleſiam Angeli illuminabant eos qui erant in terris 1404.b
Antemurale, quid 1713.c
Antichriſtus vnde venturus 1509.c
Antichriſtus ſicut Serpens per cibum decipiet Eccleſiam 1709.a
Antechriſtus ex tribus Dan 1505.d
S. Antiochi oratio 1051.d.1054.c
S. Antiochi de Conuiuio 937.b
Antipatas & Bohia viri præclari Hieroſolimitanæ vrbis ciues 819.d
Antipater Rex Herodem ſe appellauit 791.b
Antipitis vrbs expugnatur 789.c
Antitheſis elegans Circuncisionis & Baptiſmi 1544.b
Antonia murus à Romanis deſtructa 882.a
Antonius & Mankiminus Romam mittuntur vt Vitellium Imperato occidant 831.a
Antonius Dux Romani exercitus cæditur 797.c
Antigonus Rex Hieroſoly. 791 a
Apex menti 138.c
Apocryphæ ſcripturæ 931.e
Apitilnia vrbs, aliàs acbo 798.b
Apollinaris ſecta ſeptima 1856.b
Apollinitis dicebat Dominum aſſumpſiſſe carnem mentis expertem &c. 1877.c
Apollinarici tenebræ ſiue hæreſis 118.c
Apologeticum de contemptu mundi 566.c
Apoſtaſia à Dæmone eſt 1567.c
Apoſtata diuinitus punitus plures ob cauſas 516.b
Apoſtoli quando baptizati fuerint 606.d
Apoſtoli collibus comparati 1720.a.1721
Apoſtoli curribus comparati 1764.c
Apoſtoli turbati ob difficultates ſtatus Monaſtici 56.b
Apoſtoli veneratio 141.c
SS. Apoſtolorum natalis 153.a
Apoſtolus erat odor vitæ in vitam 1184.d
Appellatio Rothaldi Epiſcop. Sueſſion. ad Papam 312.a
Appellationes duæ mulieris 1453.b
Appellationes duæ viri 1453.b
Aqua & ignis ſimul conuenient io montibus Liciæ 1398.a
Aqua quæ eſt inter cœlum & firmamentum, eſt figura animæ Chriſti 1386 a
Aqua quæ eſt in medio cœli à firmamēti eſt typus animæ Chriſti 1452.c
Aqua quæ ex Chriſti latere fluxit memoratur 1715.b
Aqua putei Iacob, quid 1185.b.c
Aqua à Deo creata eſt fides 1398 c
Aqua humana natura dicitur 1407.a
Aquæ quid ſignificent in ſcriptura 1389.b
Aquæ malæ ſunt hæreſes 1398 c
per Aquam diuinæ ſcripturæ, ſapientia intelligitur 1746.b
Aquarum cur mentio nulla facta ſit in ſex dierū creatione neque ignis nec ſpiritus 1426.b

Non iiij

Aqoarum cur diuiſio quadruplex 1426
Aquatilibus ſolis data eſt à Deo benedictio vt ſignificaretur benedictio baptiſmi 1421.e
Aquilonis oomine boreas ſignificatur 1746.d
Arameorum terra penè à Iudæis deleta 786.e
Arbitrij libertas 1285 a
Arbitrium quid 1830.a
Arbores fuligine fœcundantur 651.b
Arbores ſuot homioes quos viuificat Chriſtus 1480.d
Arbores & plantæ Paradiſi non fuerunt ſenſiles 1459.d
Arca Templum Dei ingreſſu qoid ſignificet 1442.e
Arcana Dei non curioſius inquirenda 499.d. 500.a.b
Arca Noë verus & certus typus Eccleſiæ Chriſti 1420.d
Arca fœderis quid continebat 847.b.c
Arcam fœderis in gladijs ſed oratione recuperari 86.c.860.a
Archelaus Rex Hieroſoly. 791.b
de Arcanis 1163,d
per Areolas aromatū diuina ſcriptora intelligitur 1761.d.e
Argumentū euidens quod quis habeat S. Sanctum 1076.b
Argumenta quibus hæſitantes ſynodum Calcedonenſem non probabant 1862.b
Arguere proximom, Deo amabile eſt 1024.e
Aries ferreus triginta cubitis longus 865.d
Aries bellicus lapide confractus 803.e 804.a
Arietes Romanorum à Zchudæis combuſti 865.d
Arietis tormentarij ſtructura 801.d
Armeni Eccleſię Romanę pollicentur conſenſum ſi in religione erraſſe ratione conuinci poſſint 1807.c.d
Armeno patris vni⁹ orthodoxi anthoritas loco eſt omnium 1808.e
Armenorum error primus 1808.c
Armeni lanſa 57.c
Arriani qui filium creaturam patris aſſeuerabant ſuámque hæreſim deprauata ſcriptura comprobabant 1877.b
Arriani per doctrinam Idiomatum refutandi 1855.b
Arrianorum hæreſes declarantur 1852.e
Arrianorum hæreſis 633.b
Arrij hæreſis 1846.d
Arrij opioio ſacris teſtimonijs reprebenditur 1854.e
Arrius de naturis Chriſti 1818.a
Ariſtius ſcriba occiditur à Chimeone ſeditioſo 874.a
Ariſtobulus Rex Hieroſolymis Romā, Pompeius Dux abdnxit 791.a
Ariſtobulus magnus ſic dictus 790.e. catenis conſtringitur 791.a
Arma ferrea pro fide capere non licet cautè intelligendum 523.b
Arma orationis ſemper victricis 513 b
Arma propriæ opus 19.c
Arma perditioois ioſtrumenta ſont 821.b
Arma Chriſtiani aduerſos Diabolum 1078 d
Arma fide egent 249.c
Armatura Chriſtiani 1078.e
Arnaldus Aretinæ ſedis Epiſcopus propter ademptum calicem aoreum, morte plectitur 557 b
Arrogantia 1308.d
Artorius de tecto ſed deijciens moritur 889.b
Aſſentionis Cbriſti locus pauiti nunquam potuit 74.b
Aſcenſus purpureus quid 1733.e
Aſchelonitæ Romanis iungont ſe 786.e
Aſini & equi in cibos parati Iudæis 886.d.e
Aſinus animal luxurioſum 512.c
Aſpectus oculorum eſt peccati agoitio 151.c
Aſſertio veritatis ſtabilis 763.e
Aſſuetudo in malis quid efficiat 698.b
Aſſumptionem Cbriſti ex ijs quæ ſcripta ſunt tantum Acta Apoſtolorum probaotur 1853.a
Aſſurgendum ſenibus 1087.e
D. Athanaſij Arcbiepiſcopi Alexandrini epiſtola 296.a
Athanaſius de Arjo 1824.a
Atrium ſanctum crepido templi eſt 886.a.b
Attentio plurimum confert ad diſcendum 1645 a
de Auaritia ſiue immoderata affectione conquirendi 949.e
de Auaritia 1146.e
Auaritia abominatio apud Deum eſt 1626.a
de Auaritia 1165.c
Auaritia ducis quorum malorum cauſa 1888.b
Auaritia nefandum eſt vitium 1547.e
Auaritia viſcus eſt 509 e
Auaritiæ vnde initium ſumunt 1235.d
Auaritiæ periculum 19.b
Auellani monaſterium 665 e
Auibus duabus quæ ad purgationem lepræ ſumebantur duplicem Chriſti oaturam D. Cyrillus intellexit 18.ę a.b
Aurum à Iudæis propter famem deglutatum 876.e
Aurum multos dedit in ruinam 645.e
Aoſter ventus à Meridie calidus 1746 e
Authoritas decretalium epiſtolarum 326.d
Auxilium contra noſtras voluntates à Deo peteodom 23.a
Auxilium magnom eſt lachrimarum 1847 b
Azarias cur lepra percuſſus 522.c

B.

BAcvlvs importabilis, onus legis 721.d.e
Balaam erat ſymoniacus 609.b.c
Balaam Symoniacus fuit, & tamen prophetiæ domum non admiſit 609.b
Balaam non Propheta vidit moodi redemptionem 609.b
Baptiſma in terra eſt oſtium & via ad Patrem 1420.a
Baptiſmatis typos in Ieſu naue 1418.e
Baptiſati fictè non verè renaſcuntur 1424
Baptiſatis præcipuè Chriſtus dominatus 1438.b
Baptiſmi & calicis differentia 1281.b.e
Baptiſmus pro mortuis 1878.e
Baptiſmus ſignificatur per aquas qoæ quioto die viuas generant animas 1421.c
Baptiſmus habet perfectam ablutiooem peccati 1440.c
Baptiſmus Cbriſti quis ſit 1281.a
Baſam ſcytopolis 1509.b

Barbaries

INDEX.

Barbaries piratarum 687.e
Βασιλευς quibuſdam vnde deductum 304 b
Baſilica diui Petri 141.d
Baſilica Primuli aſſentiet 72.a
Baſilica Domine dij 81.a
Baſilica Parmenſis SS. Geruaſij, & Prothaſij 501.d
Batilius presbiter 115.a
Baſula 72.c
Bandij ſeditioſi magnanimitas 789.d
Beati defuncti quibus numeroſa ſunt apud Deum ſuffragia 148.d
Beati norunt anguſtias viuentium 729.a
Beati qui dicantur 1126.e.1127.a
Beatitudini ſanctorũ omnia ſeruiunt 482.e
Beatitudo cęleſti. Hieruſalem ſempiterna. 481d
Beatos omnia ſcire & pro nobis orare 727 bc.
Bella varia contra Iudæos 790.b
Bellatores, Regis cœleſtis, ſapientiſſimi, qui 5711.a
Belli finis difficilior principio 879.b
Belli Iudaici hiſtoria 783.a
Bellum ciuile Hieroſolymis inter filios Belial, & optimos ciues 819.e.820.a
Bellum inter ſapientes & ſeditioſos 785.e
Bellum inteſtinum Hieroſolymis oritur 834.c.triduo ſine reſpiratione 835.a
Bene agendi electionem manifeſtam in nobis habemus 1302.e
Benedictio de cruce ſacrata cum religionis ſanctorum martyrum 79.e
Benedictio pro officio fratris Hoſpitis 25.d
Benedictus octauus PP. cur tormentis affectus 511.d.512.a
Benedictus Diaconus 176.e
Bene Franciæ procraſtinande nulla occaſio 85.e
Benefacere Deo nihil acceptius 1803.a
S. Benedictus fuit heremita 533.b
de Beneficentia 1138.d
Beneficium non acquirit offenſio 699.e
Beneficium eſt non præmium felicitas 703.c
Beneficiorũ leuis iniuriarum plumbea memoria 739.c.d
Benjamin Lupo rapienti comparatus 854 a
de Benignitate erga proximos 1069.c
de Benignitate 1101.c
Beronice ſoror Regis Agrippæ 783.a
Beſtiæ in Paradiſo congregatæ ſunt gentes Eccleſiaſticæ 1488 c
Beſtiæ duæ congregantur vt beſtiæ congregatæ ſunt oues 1491.e
Betharedus curtum reſpuit 720.a
Biduanum & triduanum ieiunium 536.e
Bigamis deeſt typos Chriſti, quod non eſt vnius vxoris vir 551.d
Bigamus cur à ſacerdotio omnino repellatur, cùm in fornicationem ſæpe lapſus in ordinem reuocetur 551.a
Blancha comitiſſa prouocatur vt contra tentatoris inſidias ſit accincta 472.a
Blanchæ olim comitiſſæ, nunc cœleſti ſponſo coniunctæ Petrus monachus 357.b
Blaſphemantes Deum lepra ſunt percuſſi 500.d
Blaſphemi ſunt qui laboribus manuum ſuarum gloriantur, & in eis confidunt 1074.a
Bogonulorum hæreſis 1880.d.e
Bona nonnulla quæ ab hominibus fiunt, pro varia ratione bona dicuntur, & mala 1252.c
Bona pro malis diuina lex reſtitui iubet 510.c
Bona conſcientia 1325.e
Bona impatientia 24.e
Boniam ſacerdos frater Ioſephi ſacerdotis à Tiro honoratur 905.a
Boni non deſerendi 716.c.d
Boni ſolam cognitionem habet Deus 1287.c
Bonorum omnium primum, Charitas 1269.c
Bonorum copia in femina, gratiæ eſt non naturæ 688.d
Bonorum actiones variæ 1743.e
Bonum grande mors 809.b
Bonum quale dicitur propriè bonum 1264.c
Bonum nullum niſi voluntarium 2768.d
per Boream Diabolus deſignatur 1746.d
Bouem cognouiſſe poſſeſſorem ſuum & aſinũ præſepe Domini ſui quid intelligitur 1599.b
Botri Cypri nomine quid intelligendum 1715.c.d
Botri vineæ nomine, viſi Dei & iuſti intelliguntur 1789.a
Britaniæ dat collum Romanis 785.e
Butiu. Romanorum Dux ſtrenuiſſimus percutitur à Iudæis 817.e

C

CAdanera Iudæorum ſæpelluntur 797.d
Cadanera in eſum veniunt 864.a.b
Cadaueribus mortuorum Hieroſoly. omnia plena 869.870.a
Cæſarea vrbs celeberrima ab Herode ædificata 834.b
Cain Diaboli opera eſt imitatus 1433.e
Cain & qui ab eo deſcẽdebant erant figura Iſraelitici populi 1528.e
Calamitates ſæculi 737.c
Calamitates Hieroſolymitanorum tẽpore obſidionis 836.b
Calamitati alienæ indoleſcendum compaſſionis affectu 1063.a
Calamitatibus huius temporis non repugnandũ 876.b.e
Caligo & Procella in monte quid ſignificet 1440.b
Calcaneus Eccleſiæ eſt antichriſtus 1523.b
Calcis natura 458.b
Calicis & Baptiſmi differentia 2181.b.c
Calculus pœnitendi certus 345.b
Calliditas & dolus non eſt dominatus 1437 c
Calix Chriſti quis ſit 1281.a
Campus pro mundo 1719.c
per Cancellos aſpicere quid 1921.b.1721.b
Candidianus 616.d
Candidus cur Chriſtus dicitur 1760.a
Canina facũdia pro eloquentia Forenſi 7 e
Canon ordinis 931 b
Canòn vitæ monaſticæ Pſalmodia 1080 d
Canon Pſalmorum reddebatur Deo contra Eraſmum & Lutherum 1081 a
Canon monaſticus 931.a
Cantatriculis crebrò aſſidere minimè conueniens eſt 957.c
Cantica Canticorum cur ſic dicta 1703.b
Cantica Canticorum quibus commoda 1703.

1704.a
Capilitinm monaſterium 57.c
Capilli Eccleſiæ,qui 1735.a
Caprea animal eſt acutiſſimi viſus 1720.d
Capreæ hinnuloq; ceruorum Chriſtus cōparatur 1725.1726.a
Caput Chriſtus, dicitur pater. 1760.c
per Caput ſpooſi rore plenum, qnid ſentiendum 1750.e
Carbonum natura 498.b
Camelus quid 1786.b
Carnem ſuam affligere quid 933.c
Carnes tempore xl. prohibitæ 1625. b
Carnes ſcripture quomodo ſint comedendæ & ſanguis Chriſti quomodo bibendus. 1478.a
Carnifex.S. victricij fit cæcus 122.e
Carnis delitiæ ſomnijs ſimiles ſunt 1564.d
Carnis voluptas quam plena ſit periculis 1299.b
Carnis tribulatio animæ affectum indicat 1268.c
Carnis illecebrę in eminētioribus perſonis durius vindicauere 538.b
Carnis infirmitatem nemo habere poteſt pro peccari patrono 1304.c
Carnis delectatiooem in habitu monachi quærere 661.d
Carnis nomine intelligendum 914 a
Caruis infirmitates occaſio ſpiritualis potentiæ 1331.a
Caro Chriſti an corrupnibilis 1884 b
Caro decoctior 7.b
Caro Ieſu Chriſti bumana per Lunam intelligitur 1775.b
Caro Chriſti eſt o γιοθεος id eſt ſimul Deus 1407.c
Caro Chriſti eſt caro Dei & caro noſtra 1386.c
Caro viri & mulieris quomodo vna in Chriſto Eccleſia 1499.e
Caro Chriſti eſt cœlnm 1386.b
Caro inpugnata corrumpit animam 1346.h
Caro eſt animæ laqueus 1545.e
Caro delicatius nutrita, morma magis fœtet 477.e
Caro rubra & perfecta apparet in fractionis boſtię 556.557.a.
Caro quid ſit ſupplicijs damnatorum docetur
Carolus Rex Chriſtianiſſimus 308.e
Caſtij exercitus à Iudæis pars maxima proſtratur 769.d
Caſſini montis cœoobium ſacratiſſimum 505 d
de Caſtitate 961.c
de Caſtitate 1126.a b
Caſtius dux Romanus & Agrippa in fugam ſe cōuertunt 792.h.c
Caſtigatione diuina quínam emendetur 1270.c
Caſtitatis exemplar 1713.e
Caſtius Romam exercitus dux 788.d.e
Caſtratio alia præceptus,alia voluntatis 788.e
Catalogus ſacrorum librorum & partitio 1847.c.d
Cathacumenus non adhuc eſt membrum Eccleſię 9.c
qood Cauſa oulla ſit cnm rebaptiſati quiſqoe non audeat,cur debeat iterum conſecrari 606.e 607.a
Caoſæ quinque,quare homines ſeſe mutuo amore ſeſe non proſequuntur 1228.d
Cauſæ Eccleſiaſtici negocij legibus deriuantur 525.a
Cauſæ qoibus coociliatur nobis regnnm cœlorū 1232.c
Cauſæ & remedia peccatorum 1540.c
Cauſæ quinque quamobrem Deus concedat nos à Dæmonibus oppugnari 1236.b.c
Cauſidicus bonus quis 682.a
Cauſo quid 953.c
Cayphas erat ſymoniacus 614.c.
Cedar qoid 1710.c.d
Cedro Chriſtus comparatur 1765.c
Cellani conſuetudo dulcem,vagatio reddat borribilem 590.c
Celſi defuncti innocatio 216.c
Centeſimi fructus 1635.c
Centeſimus annus cur inſtitutus. 1645.b
Centeſimos annus qui dicitur Iubileus 1627.a
de Cereorum Eccleſiaſtica geſtatione in die purificationis 1580.c
Certamen Theodoriri & Cyrilli 1857.d
per Ceruos Patriarchæ iotelligontur 726.a
Chriſtiani nomen hæretici deuitant 1118.c
Chriſtiani arbores & agriculturæ Dei ſunt 651.b
Chriſtianorum vita igne tormentorum probatur 1714.c
Chriſtianorum cogitationes 1067.b.e
Chriſtianorum tota vita debet in pœnitentia conſiſtere 1590.a
in Chriſto eſt aliud & aliud,ſed non alius 1815.e
Chriſto veniente in Ægyptum Ægyptus detegitur 1397.a
Chriſto adoptantur quæ ab Adamo facta ſunt in Paradiſo 1515.c
Chriſtum oon eſſe Deom viuere probent Hebræi 1850.c
Chriſtum Deum eſſe ſacris teſtimonijs probatur 1850.c.d
ad Chriſtum à quibus deducimnr 1755.e
Chriſtum negare & prodere quid ſit 1271 h
Chriſtus & Eccleſia eſt quidpiam indiuiduum cōcorporale & eiuſdem naturæ 1523.d
Chriſtus quioquies milleſimo & quingenteſimo anno incarnatus apparuit 1442.d
Chriſtus eſt cuſtos Ecclęſiæ 1523.e
Chriſtus cur chlamide purpurea indutus à doob populis 1432.c
Chriſtus & Eccleſia nudi erant 1503.a
Chriſtus conſtat quodammodo ex ſenario 1444.d
Chriſtus aliud, aliud ſermo,ſioe verbum 1808.d
Chriſtus alter Adam 1480.c
Chriſtus Eccleſiam nominat vitam 1517.e
Chriſtus in ſe ſuſcepit pœnam Eccleſiæ 1530.d
Chriſtus cur io calamo & ſpongia potatur aceto 1432.b
Chriſtus Deus & homo nouam 1456.d
Chriſtus ſolus eſt & genitor & vir ſuæ ſponſæ Eccleſiæ 1498.a
Chriſtus eſt ſupra cœlos in throno Cherubinico 1417.e
Chriſtos oon aſſumpſit peccatum,& cur 1266 b.c
Chriſtos quomodo quærendus 1726.b.c
Chriſtus ſpōſus quando corporis ſui præſentia ab Eccleſia diſceſſit 1754.a.b
Chriſtus 30. annos natus cur baptiſatus 1408.d

Chriſtus

Chriſtus dedit corpus & ſanguinem in participationem 1427.b
Chriſtus ager noſter eſt 24.a. Dei patris dextra & Abrahæ ſinus 24.b
Chriſtus cur oſculatus in Iudam 20.c
Cete ſunt piſcatores Apoſtoli 1425.a
Chamath Gedi vrbs à Veſpaſiano ſubacta 855.c
Chanaam nō autem Cham fuit à Noe maledictus 1525.e
Chana nehu ſacerdos magnus impiè creditur 874.
Chariſmata Spiritusſancti, ſeptem 1761.a.b
Charitas vnam Rempublicam fecit, cœlum & terram 686.b
Charitas fortis, veluti mors 1797.e
Charitas ficta 1613.d
Charitas efficit filios Dei 1105.b
Charitas fœlix quæ defunctis ſuccurrit 668.e
Charitas Chriſti in inimicos 1353.e
Charitas diuina in monaſterijs 668.c
Charitas lætitię eſt iuſtorum 1103.b
Charitas vera & perfecta, quæ 1798.d.e
Charitas eſt panis vitæ Chriſtianæ 1613.d
Charitas erga Deum, quę 1235.c
Charitas iram manſuefacit 1356.b
Charitas creatoris ad creaturam incomparabilis 1788.a
Charitas quomodo in anima fideli ordinatur 1718.c.d
Charitas erga proximum 1224.d.e
Charitas agere non ceſſat 1800.c
Charitas bonorum omnium finis 1269.d.e
Charitas ſponſi erga ſponſum admirabilis 1748.d
Charitas Euangelica quæ 1742.a
Charitas perfecta quæ 1224.a
in Charitate eſſe, eſt eſſe ad Dei ſimilitudinem 1438.e
Charitate Dei & proximi nihil ſolicitius 1755.b.c
de Charitate in Charitatem peccare 13.e
de Charitate Centuria. 1217.a
de Charitate 1993.
de Charitate 163.a
de Charitate erga Deum 1105.a
Charitatis partes duæ nobis neceſſariæ 1798.e
Charitatis regula interpretatur 788.a
Charitatis deſcriptio 686.b
Charitatis 4. gradus 1606.c
Charitatis finis 1269.b
Charitatis opus 1220.e
Charitatis præcepta duo 1740.e
Chilkyahu Regis oratio 860.b.e
Chriſmatis vſus in baptiſmo 630.e
Chriſti quinque vulnerum myſteria 359.c
Chriſti deſcenſus ad inferos 1447.c
Chriſti incarnationem nulla diſcendi demonſtrandive facultas poteſt aſſequi 1260.a
Chriſti clauis non transfigitur, qui riſu ſoluitur 1066.e
Chriſti mater virgo 1266.a
Chriſti vitæ enumeratio 722.d
Chriſti ad nucem comparatio 259.b
Chriſti ſecunda exaltatio in reſurrectione 1409.a
Chriſti tertia exaltatio in aſcenſione 1409.a
Chriſti deſcenſus ad inferos 1430.d
Chriſti aduentum diligimus & horreſcimus 97.b
Chriſti iugum ſuaue 106.c
A Chriſti humanitas eſt caro, & non caro, vt grando eſt aqua & non aqua, carbo eſt lignum & nō lignum 1407.e
Chriſti deſcenſus ad inferos 1409.a
Chriſti & Adami inter ſe collatio 1511.b
Chriſti deſcenſus ad inferos 1675.1676.d
Chriſti conflictus cum Dæmone 131.c
Chriſti gratiam in omni ſancto abundare 89.d
Chriſti & Adami aſſimilatio pulcherrima 1445.e
Chriſti incarnatio dat homini fiduciam deificationis 1574.c.d
Chriſti tunica inconſutilis 93.c
Chriſtianiſmi ſtudium indicat monachos amare 168.d
B Chriſtus magni conſilij Angelus 1482.a
Chriſt° hora ſexta paſſus pulcherrime deſcribitur 1445.e
Chriſtus quot menſibus in vtero virginis Mariæ manſerit, quæritur 1831.b
Chriſtus ſolus eſt imago Dei inuiſibilis 1438.b
Chriſtus crucifixus eſt fructus bonus ad veſcendū 1400.a
Chriſtus eſt pater Eccleſiæ per baptiſmum marit° per ſemen verbi ſeminatum 1499.c
Chriſtus paſſus totus hominē totum redēpturus 723.a
C Chriſtus baptiſmate verè viuificat quos generatur 1517.e
Chriſtus eſt oſtium introducens ad patrem 1419.e
quod Chriſtus, & ſi per plures ſua dona diſcernat, in ipſo tamen omnis gratiæ plenitudo permanet 603.d
Chriſtus mortalis factus quod erat Deus manet 1677.c
Chriſtus capreę comparatus 1720.d
Chriſtus cuius typus eſt ſol illuminat & vrit 1408.a
Chriſtus, Moſes, Petrus, Paulus vitam vtramque amplexati 704.b
D Chriſtus cur Sponſum vocet propinquum 1723.c
Chriſtus venit ad condonanda peccata 1524.c
Factio bonis exprimebat typum Adami 1524.d
Chriſtus ex duplici natura mediator Dei & hominum dignoſcitur 1816.c
Chriſtus ſimul Deus & homo 1500.c
Chriſtus ducit & virgines & viduas 712.a
Chriſtus viſus fuit Abrahæ ad quercum membræ & contemplatio eius pulchra 1444.e
Chriſtus reliquit patrem populum Iudæorum & matrem ſynagogam 1499.d
Chriſtus ſe paupertas conſequendum eſſe docuit 51.c
E Chriſtus nouacula noſtra eſt 29.a
Chriſtus ieiunio ſuo ſacrauit tempus quadrageſimale 1584.a
Chriſtus & Adam alium atque alium vitæ finem & initium nobis inuexerunt 1322.c
Chriſtus vt fuit verus Deus & verus homo, ſic eſt vera eius caro quam in ſacramento ſumimus 1600.e
de Chriſto & Eccleſia Prophetice ſunt intelligenda, quæ dicta ſunt de Paradiſo 1517.c
Chriſtus Deus eſt gratiæ & manſuetudinis 2013.b
Chriſtus quomodo naſcatur in animis fidelium

1265.d
Chriſtus ſupra Adami cranium patitur pro Adamo & Eua 1515.d
Chriſtus paſſus eſt pro Eccleſia,non pro ſuis peccatis 1530.e
Chriſtus quare candidus dicitur 1760.a
Chriſtus vicaria mercede inunctorem ſuum repignerat 1070 b
Chriſtus omnium ſacerdotum oſtia & agnus pro ſuis paſtoribus occiſus 49.e
Chriſtus cur crucifixus ſit & reſurrexerit 104.e
Chriſtus in ſpecula ſplẽdorem unmenſum ſpeciei miſit 1690.e
Chriſtus ſol iuſtitiæ multos haber principatus 1419.b
Chriſtus plenitudinem grariarum matri ſuæ contulit 1578.b
Chriſtus ijſdem eſt regnũ & panis quo ſaginamur 62.a
Chriſt⁹ vt olim in corpore ſuo ſic modo in noſtris animis proficit 24.d
Chriſtus comedit panem ſanctiſſimi ſui corporis 1536.c
Chriſtus quî poſt reſurrectionem ſuam ederit 1874.e
Chriſtus quinto die dedit cœnam 1421.c
Chriſtus non autem mulier conterit caput ſerpentis 1523.b
Chriſtus vocauit Apoſtolos piſcatores propter piſces nempe gentes 1433.e
Chriſtus in cœlo eſt oſtium & via ad Patrem 1420.
Chriſtus cur vocetur vitulus ſaginatus 1434. b
Cur Chriſtus vulneratur in vno ſolo latere 1495.d
Chriſtus anima humana præditus 1855.c
Chriſtus primogenitus in fratribus 1410.d
Chriſtus quomodo cuſtodiat Paradiſum 1481.a
Chriſtus quibus delectatur 1728.a.b
Chriſtus cur natus pauper 1.c
Chronographi in numerando non conſenſerunt 1444.a
Chryſoſtomus de Chriſti naturis 1817.c
Cibi intemperies incentiua eſt voluptatum
Cibos Hieroſoly.ſibi mutuo eripiunt 862.a
Cibus ſerpentis eſt terra, id eſt idololatria 1536.
Cibus Chriſti eſt iuſtitia 1535.b
Cibus ſerpentis quiſnam ſit 1535.b
Cibus hominis eſt panis 1536.b
Cibus beſtiarum eſt herba 1536.a
Cidron vel Cedron torrens 842.b
Cincinni tui,quid 1735.a
per Cincinnos ſancti militantes intelliguntur 1760.e
per Cincinnos noctis quid intelligendum 1750.e
Circunciſio myſtica 1343
Circunciſio ſpiritualis 1278.e
Ciſternæ & foueæ circa Hieroſolymas humo replentur 845.b.c
Clauſtrum monaſticum iuxta Eccleſiam ædificatur 670.b
Clemens quẽ intelligat & puncte diſtingat 1495.d
Clementia comparatur cum crudelitate 688.e
Clementia fuit magna in puniendis protoplaſtis 1524.d
Clementiæ laus 688.e
Cum Cleopha erat Lucas, vt dixerunt myſtæ 1512.e
Cleri ordinatio 2009.e
Clericus excommunicatur Eccleſiaſtica ſuſcipiẽs à Laico 732.c
Clericus quidam propter iniuſtam boni Eccleſiaſtici vſurpationem,miſerè moritur 559.560 a
Cliuus ceruiri 515.e
Clopias piſcis in galliæ lunæ creſcẽte albeſcit creſcente nigreſcit 1412.a
Clypeus validus contra mundi certamina mortis memoria eſt 472.d
vt Coarguans ipſe expetere debes 1025.e
Cæcitas vera quæ ſit 34.e
Cæcitas ſpiritualis 60
Cæcus illuminatus 1480.e
Celebs vita nihil cum maritali nihil commune habet 1075c.
Celeſtia ſperans terrena deſpiciat .1093b
Celi duo nempe ſuperius & inferius ſeu firmamentum quid ſignificent .1452.c
Celi duo ſunt figurę duorum velorum templi quę ſignificant duas naturas Ieſu duos populos & duas Eccleſias 1387.e
Cœlum & ſtellæ non corporaliter ſed ſpiritualiter ſunt intelligenda 1418.a
Cœlum eſt typus Chriſti,terra:terra vere Eccleſiæ 1457,
Cœlum ſuperius eſt figura diuinitatis Chriſti 1385.e
de Cœna Domini 1604.e
Cœremoniæ baptiſmi 1552.c
Cœremoniæ initij quadrageſimalis 544.c
Cœremonię Baptiſmi 1544.b
Cœnę Dominicę ſacramenta & metuenda ſunt & deſideranda 1591 c
Cœnobitarum regula non habet perfectionem 523.e
Cœnobium Cenſoris indigens 707.d
Cœtus populi,minuente aut decreſcente Eccleſia, creſcit & prominuitur 1412 b
Cogitationes affectus inducentes animo incidunt tribus modis 1237.b
Cogitationes generales tres à Diabolo aduerſum nos promotę 1046.c
de Cogitationibus 1045.e
Cogitationum aliæ ſunt ſimplices,aliæ compoſitę 1258.c.d
Cognitio quam dat hominibus Diabolus 1500.b
de Cognitione ſui 1201
Cognitio Dei ex creaturis 1276.b
Cognitio cum operatione perfecta eſt, alioqui nõ 1339.a
Nunquam Dei Cognitió vulgaris ſit apud homines 21.c
Cohabitatio mulierum peſſima 957.b
Cohabitandum paucis quidem, ſed bonis 1065.b
non Coitus, ſed conſenſus matrimonium efficit 716 a
à Colloquio mulierum cauendum 955 a
à Colloquio mulierum temperandum 962.c
Colloquium Titi cum Iehocanam principe ſeditioſorum 883
Colloquium Veſpaſiani & Ioſephi 832.c.d
per Collum ſponſæ quid intelligendum 1714.b

per Col-

per Collum quid intelligendum ſit 1784.c
Collum fides dicitur, & humanæ rationis formæ 1737.b.c.
Collyrio eodem mederi omnibus 1091.e
Coma cur nobis data 1735 b
Comæ vel cincinni Eccleſiæ, quid 1786.c
Comedere extra monaſterium, nephas 667.e
Comes iuſtitiæ, timor Dei eſt 1579.b
Comis palmarum ſancti comparati 1760.d.e
Comitiſſa fit monacha 755.b
Comitẽ vitæ innocentis reperire difficile 514.b.c
Comites Eccleſiaſtici peculij vſurpatores damnati 514.d.e
Comiti quid agendum 1884.e
Commendatio virginitatis 701.c
Commentarij SS. Patrum in ſcripturam 670.a
Communio corporis Chriſti olim dabatur recens baptiſatis infantibus 78.d
Communicandum ne ſit rarò an ſæpius corpori Chriſti 1601.c
Communicantibus indignè quàm ſit metuendum 517.a
Comparatio mundi ſenſilis ad intellectualem 1346.e
Compaternitatis neceſſitudo 500.d
Cõplectorium in lecto, nec ſalus eſt, nec profectus 562.c (1084.a
Compunctio quibus ex cauſis homini obueniat
de Compunctione 1998.d
Compunctionis effectus 1085.a
Concubinæ Salomonis, quid 931.e
Cõcurſus populorum Roma. Iubilæi cauſa 1629.e
Cõcertatio de naturis & hypoſtaſib⁹ Chriſti 1819.
Concilium Chalcedonenſe de duabus Chriſti naturis 1817.d
Concordia ſeditioſorum Hieroſoly. concordia cõtra Romanos 841.d
de Concordia 1044.c
Concordiæ nihil eſt comparandum 1133.a
Concupiſcentia fugienda maximè 1032.e
Concupiſcentiæ parens, otium 1031.b
Condonandum eſt proximo 1029.c.d
Cõfabulationum memoria intollerabilis oraturis 658.e
Cõfeſſio D. Baſilij de duabus Chriſti naturis 1816.e
Confeſſio auricularis 345.b
de Confeſſione 1999.a
Confeſſio innocentiæ ſoror 764.b.c
Confeſſio omnis humiliat animam 1307.a
Conflictus Iehudeorum cum Romanis 842. b.c
Congregatio aquarum ſignificat multitudinem gentium. in vnam congregationem fidei & eccleſia. 1390.e
Congregationes aquæ ſunt eccleſiæ Gentilium quæ ſunt in multis locis. 1396.a
Congreſſus mulierum aſſidui vitandi 962 d
Congreſſus ſecularium impedit ſalutem 1075 e
Coniugij incommodæ 175. e.
Coniugium voluptatis non neceſſitatis 769. b
Coniugium quid efficiat 664.a
Coniunx defuncta eſt ambitioſum in cœleſtibus marito ſuffragium. 148.c
Coniunx viro ſuo dux non ad mollitiem. 3.
Coniuratio Schimeonis & iacobi contra Iehochanem principem ſeditioſorum 4845.c
Conſcientia pro flagello 708.e
Conſcientia inepta tædia 1544.a
Conſcientia noſtra intelligitur per domum Iob 695.a
Conſcientia mille teſtes 726.b
Conſcientiæ tranquillitas 1078.c
Conſcientiæ ſerenioris donum 1053.d
Conſcientiæ cruciatus ob manus acceptum 509 d
Cõſecratio per ſimoniacum facta cur irrita videatur 630 a b
Conſecrationis effectus fidei ſacramento nititur. 634.a
qui Conſecrandi ſunt iam habeant ſpiritum ſanctum 619 e
Conſenſus matrimonium efficit, non coitus 715 c
Conſilij leuitas 1699 e
de Conſilio 1124 b
Conſilium præceptor qui adicit de ſuo erogat 30.c
Conſilium Titi pro obſidione vrbis hieroſolimitanæ 869. c.d
Conſonantia diuinę ſcripturę admirabilis 1804 d
per Conſonantias fœmorum vitæ temperantiæ intelligitur 1783. b
Conſortia mulierum fugienda 955 e.
Conſpiratio Iudeorum in ſeipſos 843 c d
Conſtantinus à Silueſtro baptiſatus. 1642 c.
de Conſuetudine 1207. d.e
Conſuetudini nihil debetur cum veritas aduerſatur 726 e
Conſuetudinis vis maxima 693.e
Conſuetudo cedat veritati 747. a
Conſuetudo mala, morbus inueteratus 1887 d
de Conſultatione ſiue conſilio 1049 c
Conſulum cœnomanenſium tirannis 98.c
Contemplatio & actio ſunt dei tronus & ſcabellum 1296. d.
ad Contemplationem multum valet ſolitudo 1075.a.
Contemplationem actione comperandam 705.d.
Contemptor quiſque ad hoc ſemper nititur vt perueniat ad amorem Dei 360.a.
Contemptus mundanæ ſapientiæ 543.d.
de Contemptu 985.e.
de Contemptu mundi 566.c.
Contendendum non eſt aduerſus optimates 988.b.
Continendum à quibus maximopere ſit 1042.c.
Contentionum cauſa eſt deum non timere 1065.b
Contradictores à terra abſcepti 983.b.
de Contradictione 983.a.
Contumacia Lutheri in chriſti vicariũ 2007.d.
Conuerſio Iudæorum 1711.e.
de Conuerſione ad dominum 2000.e.
Conuerſio mulieris ad virum quid ſignificet 1514.c.
Conuiuantes ſeptem domus Iob, ſeptem dona ſpiritus ſancti ſunt 695.b.
Conuiuia idiotarum ignoſcenda in feſtis ſanctorum 264.a.
Copioſè nequam, copioſè punitur 697.e.
Coquorum princeps, quis 342.b.
Cor omni cuſtodia ſeruandum 2012.a.
Cor Regum in manu Domini 841.a
Cor mundum Deo verbu vnctum, duo ſunt in carnem vnam 1500.d
Cor Dñi noſtri, pro ipſius ſapiẽtia ſomitur 1763.c.d

Corona probitatis 1343.e
Corpori & ſanguini Domini ſemper communicá-
dum 360.e
Corporis temperiem quatuor permutant 1240.a.
Corporis flagellatio eſt robur animæ 1268.a
Corporis & animæ mors & reſurrectio 1591.e
Corpus vnũ Chriſti ſumus ſpiritu non carne 548.c
Corpus Chriſti deificatione & vnione eſt Deus nõ
natura 1386.b
Vbi corpus Chriſti eſt illic cógregamor vt ſcimus
eius participes 1430.d
Corpus vnum Eccleſiæ, & vnus ſpiritus 547.e
Corpus populi fidelis natum eſt ex Chriſti & Ec-
cleſia, ſicut ex Adã & Eua homines omnes nati
ſunt 1413.a
Corpus Chriſti quare multis vnguentis conditum
1745.d
Corpus verum Chriſti in Hoſtia conſecrata verè
latitans manifeſto ſe prodit miraculo cotra im-
pios 556.c.d
Corpus Chriſti incorruptibile autoritate patrũ
hæretici confirmant 1874.e
Correptio fraterna 708.e
de Correptione 1048.a
Conceptio ſpiritualis in oratione fit 36.c
Correptionis formula præterita 764.a
de Corruptibili & incorruptibili 1860 e
Timothei duo 1859.e
Corruptionis nomen ambiguum eſt 1875.a
Coſmæ Hieroſolymitæ Hymni 1677.c.& ſequent
Coſta ex Adamo accepta eſt Eccleſia 1495.e
Coſtæ duæ Adami ſunt diuinitas & humanitas
Chriſti 1495.b
Coſtæ Adami duæ, ſunt Eccleſiæ duæ 1495.
Crapulæ vnde naſcuntur 1235.d
Cras vel heri Deo non eſt 492.e
Creatio mundi erat adumbratio typum Eccleſiæ
habens 1429.b
in Creatione ſecunda hominis magna differentia à
prima 1454.e
Creationis breuis Epitome 1845.b
Creatura demonſtrat creatorem ſuum at non qua-
lis ſit 1297.d
Creatura nulla SS.Trinitatis cognitionem ratione
aſſequi poteſt 1263.e
Creaturæ à Deo factæ in Geneſi præſignificát my-
ſterium Chriſti & Eccleſiæ 1403.e
Creaturis diuinitatem elargiri diuinæ gratiæ pro-
prium eſt 1277.c
Creaturis omnibus adeſt Spirituſſanctus 1276.b
Credo ſanctorum communionem 549.e
Crepido atrij Domini ſanguine repleta 881.d
Crimen noſtræ voluntatis 33.a
Crimen imponunt, qui mercedem ſoluere nolunt
765.a
iuxta Criminum quantitatem, in reprobos æquo
eſt menſura maledictionis 480.a.b
Crinium nomine populi fideles intelliguntur
1769.c
Crines fideles populos indicant 1740.e
Crocus Medicis vſitatiſſimus, vbi naſcatur 1745.a.
Eiuſdem deſcriptio. ibidem
Crudelitas ſeditioſorum Hieroſoly. in mortuos
839.d.e
Crucis confeſſio & ſignum 248.c
Crux argentea ad ſupplicationes 670.b
Crux figuratur in recto baculo 1694.1695.a
Crux Chriſti adoranda proponitur ſit paſchate
75.b
Crux Chriſti lignum vitæ 1446.b
Cryſma in Baptiſmo 1552
per Cubiculum genitricis meæ, quid ſentiendum
1728 b.c
Cubiculum Salomonis Chriſti Eccleſię compara-
tur 1730.b
Cubile B Gregorij 516.e
Cupiditatis, Voluptatis, Iræ, & Foroeis definitum
quodque rationi ſubiectæ virtutibus ſeruiant
1306.c
Cucabata 80.c
Cultus Dei Hieroſolymis habetur ludibrium
819.e
Cupiditas radix malorum 717.d.e
Cura filiorũ parentes tranſuerſum agit ſæpiſſimè
745.d
Cura noua non eſt ſanctis, Deum pro nobis exora-
re 250.c
de Curioſitate in mundi negotijs 1164.b
Cuſtodes & circumeuntes in ciuitate, qui 1727.c
Cuſtodes circumeuntes in ciuitate, qui 1755.c
Cuſtodes pro Apoſtolis & Prophetis 1757.b
Cyprus cum Nardis quid 1744.e
Cyrilli epiſtolæ & capitula 1857.b

D

DÆmones quando infirmi redduntur 1230.c
Dæmones affectum mouere valent præſente
Charitate 1239.a
Dæmon ab Epiſcopo potenter eiectus 350.b
Dæmonum illuſiones 506.c
Dæmoniacus verax curatus à S. Fœlice 252.a
Dæmon ebrietatis vitandus 940.c
Dæmon alius, aliud vitium parit 1278.d
Dæmon ſuperbiæ duplici malitia infectus eſt
1232.e
Dæmones maximè in tempore exitus hominẽ op-
pugnant 1051.e
Dæmones ſi laceſſunt diuini neglectũ officij quid
obſecro Angeli facient 562.e
Dæmon adulanti linguæ, vt auis ramo inſidet
476.d
Dæmones ſine iuſſu diuino non poſſunt inſeruire
Diabolo 1278.e
Dæmon imponit perfectioribus 742.a
Dæmon quomodo fugiendus 1567.d
Dæmonibus curæ eſt impedire orationem 1080.c
Dæmon linguæ petulanti vt auis ramo inſidet
658.a
Dæmon eſt Dei, & hoſtis & carnifex 1278.a
Damaſcus quid 1785.b.c
Damaſceni in ore gladij occiduntur 786.d
Damnatorum mors 479.e
Danielis Prophetia adimpleta aduerſus Hieruſalẽ
884.d.c
Daniel vir deſideriorum 517.b
Deceptio mulieris & Eccleſiæ non fuit ſimilis
1528.d
Decorum inceſſus monaſtici 654.a
Decretalium epiſtolarum authoritas 326.d
Dęmones virtutis cooperatores, omnium maxime
metuendi 1309.b
Dæmon fur eſt & mendax 1326.a
Dæmon nõ audit virtutem cuius cauſa vel ſcopus

ad eum inclinat 1309.b
Dæmon non Adamon ſed Euam aggreſſus 36.a
Dæmon inuidus perſuaſit Adamo Deum illi inuidere 1323.c
Dæmonum cruciatus ad S. Fœlicis tumulum 232.e
Dæmon cur excitet iurgia 1354.d
Δαιμόνιαι, qoid 948.c.d
Dauid 30. anno Rex factus quid ſignificet 1408.d
Dato gratis & ſcito quod bene dederis 729.d
Dauidis luctus in morbo & morte filiorum 166.e
Dæmon torqnetnt non autem Dæmoniacus 242.a
Dauid pœnitentiæ preſul 1545.d
Danid quando vires ſuas nonerit 662.a
Dauid Euangelicè vixit 522.c.d
Dauid ſecnndus Rex Iudæorum 1848.d
Dauidis regis fortitudo 860.e
Definitio voti 1295.b
Definitio irę Dei,& eius cauſa 1297.d
Definifinitio prouidentiæ 1298.d
Defioitio amoris diuini 1345.c
Definitio ſubſtantiæ 1809.d
Defectus Lunę in plenilnnio ſignificat defecturam Eccleſiam in plenitudine Gentium 1413.d
Defotmis ſpetnitur, formoſa non caret infamia 700.e
de Dei timore 2014.b
Dei mundi qua arte abijeiendi 1046.d.e
de Dei vocatione 2013.a
Dei dilectio ex dilectione proximi cognoſcitur 5.b
Dei munera damno ſunt ortoſis poſſeſſoribus 681.e
Dei opus eſt hominem mutari 127.e
Dei dona iuxta proportionem animi recipientis 1301.
Dei ſapientia, iuſtitia, & potentia 1321.e
Dei timor in æternnm permanens 1276.a.b
Dei iuſtitia in hominibus ſaluandis 1321.d
Dei localitas illocalis 491.b
Dei metus omnem metum tollit 248.c
Dei figmentum non iouenite pτæter hominem 1488.a
Dei prouidentia in D. Thomę infidelitate 208.a
Dei prouidentia 1284.b.c
de Delectatione in Deo 1102.d
Delectationis diuinæ ſigna 1102.d
Deliciæ ſtulto non conuenire 1067.1068.a
Deliciarum conſuetudo ſuccidenda 647.d
Deliciarum contemptus in fœmina vnde 691.d
Delinqnentes ligare aut ſoluere periculoſum eſt 336.a.b
Delyrium Origenis de reſtitutione animarum in integrum 1876.c
Denarius implet & continet omnes numeros 1451.a
Dentes pro prædicatoribus 1735.e
ad Deorum adorationem inducit 1510.b
Deo neglectim ſeruire periculoſiſſimum eſt 1058.c
Deorũ Gentilium Caſſa nomina, & cultus & inopia rationis 170.b
Deo non credimus 1360.e
Deo an caſui tribuere quæ nobis accidunt mala magis deceat 169.a
de Deſperatione 974.c
Depoſitio Sacerdotis 638 c
Deſcendere in ſe, quid 1800.1801.a
Deſcenſus ſponſi in hortum pluribus modis intelligi poteſt 1767.b
Deſcenſus Chriſti ad inferos 1429.d
Deſcriptio animæ humanæ 1505.e
à Deſerto aſcendere qoid 1724.a
Deſidia incredulitatem demonſtrat 1302.c
Deſperationis parens 1031.b
contra Deſperationem 1544.a
Deſponſatio cœleſtis ſponſi, ad ſpõſam Eccleſiam quando facta 1737.d.e
Deſponſationis Chriſti dies tres 1734.a.b.c
Detenſio Hird. fraudulenta 709.b
Denm non poſſe vel neſcire aliquod malum, quomodo intelligendum ſit 485.e
Deum vere diligens, qui 1227.d
Deum dicere nõ eſſe omnipotentem ſcandaloſum eſt 484.c
Dęum poſſe multa quæ non vult 484.a
Deum poſſe, etiam facta, infecta facere, concluditur 501.c
Deuotio Chriſtiana, errorem Gentilis ſuperſtitionis, in veram conuertit Religiooem 1580.d
cur Deus lucem cum primo die feciſſet, non dixit fiat lux 1410 a
cur Deus hominem potius quam Angelos fecerit ad ſnam imaginem & ſimilitudinem 1452.b
Deus Adamum fecit regem 1482.b
quòd Dens die ſeptimo quieuerit, de Chriſto eſt intelligeodum 1447.d
Deus quibus delectatur 1741.a
Deus non eſt in cœlis aut in velo ſecundo circumſcripturæ aut localiter 1388.b
cur Deus introduxerit in Paradiſum hominem alibi creatum, mulierem autem condidit in Paradiſo 1478.e
Cur Deus terram quam condiderat non vocarit aridam, priuſquam ſuffocaretur aquis 1396.b
Deus donabit cuique pro ratione tribulationum hic ſuſceptarum & quo modo 1324.b
Deus ſolus nouit futura 1319.e
Deus eſt pater eorum qui alijs ſunt exemplar virtutis 1319.e
Deus Zelotes 1344.e
Deus creditor durus 681.e
Deus eſt perſpicuus 1386.d
Deus dat benedictioné cum aliqua diſtinctione ei quum eſt execratus 1432.e
Deus ante creationem hominis nunquam vſus eſt verbo faciamus 1435.b
Deus amore creaturarum extra ſe fit 1344.e
Deus cur dicatur θεός 1453.e
Deus caſtigat tardiores ad virtutem 1301.d
cur Deus eodem die hominem & animalia eſt fabricatus 1433.d
Deus implet omnia & eſt capax omnium 1386.d
Deus verbum incarnatum afficitur ſudore 1502.d
Deus dans mandatum ſoli Adamo 1482.a
Deus ſcit ne author mali propter præſcientiam

1525.c
Deus ſuperbis iuſtè naſcitur 1298.c
Deus facit vt alia comprehendantur ipſe autem nó comprehenditur 1386.e
Deus inordinata non patitur 2010.b.d
Deus ſecundum ſubſtantiam cognoſci non poteſt 1294.a
Deus & homo mutuo ſe demonſtrant 1344.c
cur Deus non dicitur Dominus Deus quando Adã exijt ex Paradiſo 1456.b
Deus vnus, tres perſonæ conſubſtantiales 1436.e
cur Deus tantum vocatur ante hominis creationem, poſt creationem autem Dominus Deus 1451.d
Deus vocat Adamum dicendo vbi es, in bonum nõ in malum 1519.b
Deus eſt vnus in tribus perſonis 1436.a
cur Deus in primo die non eſt omnia fabricatus 1427.e
quod Deus tãquam miniſter beſtias ad Deũ attrahat eſt abſurdum 1489.a
Deus eſt nullius figuræ capax, Deus eſt inuiſibilis 1386.e
Deus fabricatus eſt creaturam ſex dierum ſuplex 1456.d
Deus non vult aſtrologos docere homines 1414.d
Deus factum infectum poteſt facere 503.d
Deus verè fecit hominem è terra genitum 1532.e
Deus eſt ſuper ſubſtantialis 1266.d
Deus à ſeculo ſecluſit quędam à Beatis. 2013.d
Deus cur ſinat hominem affligi à dęmone. 1279.a
Cur Deus in ſolo homine maſculi & fœminæ meminit 1494 b
Deus vnicuique apparet ſecundum eum quam de illo concepit opinionem 1280. c.
Cur Deus ad hominem non etiam ad mulierem introduxerit beſtias 1479. a
Deus cur in muliere non inſufflauit. 1517. d
Deus iubet apoſtolis germinare ſemen ſeminans. 1398.e
Deus pugnat vt triumphemus 660. e
Deus an ſit omnipotens queritur 483 c
Deus primos parentes 1510 b
Deus omnium beatorum locus circumſcriptus 1324.a
Deus quando verum amatur. 1718.e
Deus conſiliarij non eſt indigus 1049.d
Deus rem quam benedixit nunquam eſt execratus 1448.c
Deus caſtigat vt parcat .68. b
Deus ex creditore quomodo fiat nobis debitor. 45. b
Deus cur permitit hominem vexarie dæmone. 1275.a
Deus bono noſtro fecit pauperes 150. b
Deus ex minimis rebus efficit maxima. 664 e.
Deus viuificat eos qui viuunt ex ratione. 1387.a
Deus omnia comprehendit vna notione 491.d.e
Deus ſępe terribile cohibet iudiciũ, nectamen miſeri homines deſinunt iterare. 563.a
Deus ſtellas iuſſu creauit: Solem autem & lunã in terra fabricatos in altum ſuſtulit. 1404.a
Dextra vitam futuram qua propria iuſtorum eſt 1719.a
Deus cur non omnes diuites creauerit. 1559.b
Deus fecit opera viginti duo 1443.a
in Deuteronômij libris quid tractatur 1847.e
Diabolo ſunt deteriores, qui chriſtum negant filium dei. 1524.
Diabolus prudentior homine 2504.b
Diabolus aliquando vera prænunciat 625.a
Diacones à D. Petro conſecrati 542.a
Diaconorum conuerſatio quæ eſſe debeat 2010.b
Diaconus qui Diaconatum precio comparauerat, ſubmouetur 680.d
Dialecticæ vſus in rebus diuinis 489.e
Dierum feſtorum obſeruatio firmat fidem 254.e
Dies præfectionis Magorum 1934.e
Dies quartus ſignificat Chriſti incarnationem 1401.
Die octauo quare Chriſtus circuncidi voluerit 1933.a
Dies ieiuniorum 1938.a
Dies conceptionis Chriſti 1931.a
tertio Die nempe poſt diem Moyſis & diem Prophetarum congregatæ ſunt gentes in vnam fidem 1392.b
Dies nouiſſimus quid ſit 1933.b
Dies tres primi imperfectarum creaturarum ſunt ſuſceptores tres vltimi omnia per Chriſtum ornarunt & adimplerunt 1428.b
Die Pentecoſtes à ſpiritu facta aquarum nempe populi Chriſtiani congregatio 1393.b
Dies ſeptem ætates noſtræ ſeptem 1450.b
Dies extremi iudicij 1558.a
Deus cur ſinat perfectos à vicijs etiã minimis vinci 663.b.c
cur Dies tres fuerunt ſine lumine quartus, autẽ fuit illuminatus 1400.e
Dies ſeptimus ſignificat futurum regnum 1441.e
Dies Chriſti eſt mille annorum 1443.b
Dies quomodo dicatur ſecundus humanæ naturæ à Chriſto ſuſcepto 1388.d
Dies recognitionis 128.a
Dies S. Pentecoſtes 665.e
Dies adimit ægritudinem 633.e
Dies Cœnæ Dominicæ appellabatur natalis Domini 1604.d
Dies malorum quis ſit 1557.e
Dies ſacri ieiuniorum 1582.d
Diebus ſingulis opus fecit Deus opera numeri dierum paria 1441.a
Dies nouiſſimus quando venturus 1654.a
Dies feſti belli etiam tempore celebrandi 247.a
Differentia Chriſti incomparabilis ſupra Eccleſiã 1517.e
vt Digiti plures à manu, ſic ab anima plures virtutes 173.a
Dignitas ſacerdotum in regnum conuerſa 790.d.e
Dignitas ſacerdotum quanta 6113.e
de Dignitate Pontificis 1106.e
Dignitatis nomẽ excogitatum ab Alexio Comneno imperatore 1877.a
Dilapidatio peculij Eccleſiaſtici notatur 349.a
Dilectione trahi ad mendacium 13.c
de Dilectione erga Deum 1105.a
de Dilectione inimici 1352.b
Dilectio creatoris ad creaturam 1788.a

Deus

Dilectio hominis vnius omnibus rebus anteponenda 1551.e
Dilectionis perfectæ effectus ac demonſtratio 1270.c
de Dilectione fraterna 1152.b
Dilectionis proprium 1271.e
de Dilectione proximi 1068.c.d
Diligentiam compenſat religio 136.d
Diogenes erat nullius potentiam formidauit 673.c
Dioſcorus inſolens in Epheſina ſynodo 1858.e
de Diſciplina 1048.a
Diſcipulus humilitatis 544.b
de Diſcretione Eliſæi 593.e
Diſciplinæ Eccleſiaſticæ intentio 787.e
Diſcrimen tritionis & contritionis 1297.a
Diſcrimen inter ſubſtantiam & hypoſtaſim 1809.b
Diſcurſio monachi & virtutes expellit vitiorum multitudinem introducat 575.c
quod Diſpoſitio diuina ſicut bonis ſpirituale otiũ tribuit, ſic & prauos diffundi in exteriora permittit 588.b
Diſputatio de Eleemoſyna 1955.a
Diſputatio de numeris Eccleſiæ 1938.a
de Diſtractione, alias importuna occupatione 951.a
de Diſtractione in mundi negotijs 1164.b
Diſſimile de triſtitia 970.c
Diuerſitas morũ generis humani multas fecit diuiſiones 1598.b
Diſſimilium collatio 1046.b
Diuinitatem creaturis elargiri diuinæ gratiæ proprium 1277.c
Diuinam prouidentiam natura duce cognoſcit 1345.a
Diuinitatis rationes non exquirendæ, theologiæ operam daturo 1230.e
Diuiſio templi in tres partes 1388.a
diuiſio temporum poſt Chriſtum 1852.c
Diuites Letaliter faſtidioſi & faceti 145.b
Diuitiæ virtuti ancillantur 697.c
de Diuitiarum nimia habendi cupiditate 1921.b
Diuitiæ diuites 1142.d
de Diuitijs 1146.e
Diuini iudicij poculum bibere 1356.c
Diuus Paulus admirandus Apoſtolus 1355.e
Docendi ratio Chriſtiana 1076.e
Docendi modus in ſcholis 544.e
Doctores quid de Baptiſmo & Dominici corporis Euchariſtia ſentiant 611.e.612.a
Doctrina de Deo, Alcuino Caroli magni præceptore, authore 1925.c
de Doctrina 1153.d
Dolor præſentis vitæ fugiendus 1272.c
Doloris animæ ratio duplex 1313.d
Dolus kanioris aduerſus Titum 849.850.a
Dominari animalibus non eſt imago & ſimilitudo Dei 1437.a
Dominatio interna 25.e
Dominici diei reuerentia 646.d
in Domo iuſti nihil negligenter fit 743.e
in Dominicam Palmarum Hymnus 1692.c
ſi *Dominus vobiſcum* pro ſingularitate non dicitur, alia neceſſe eſt dimittantur 547.a
Dominus vobiſcum, vt alia ſcriptura, non iacet mutabilitati 545.c
S. Dominicus loricatus dictus eſt 480.e
quod Dominus cum baptiſmo, ſimul ſacerdotij iura ſuſcepit 605.c
Dominus vobiſcum inter duos rectè proferatur à ſolo etiam iure dicatur 551.e
Dominus tecum in Miſſa cur ad vnum non dicitur 551.e
Dominus vobiſcum vnde ortum 544.e
Dominus accipitur de humanæ naturæ ſuſceptione 1455.e
Dominus vobiſcum ad ſolum rectè dicitur 552.a
Dominus Chriſtus videlicet & corpore, & Spiritus ſanctus 964.e
& Dominus Deus coſtam ædificauit 1405.e
per Domum 206 conſcientia noſtra intelligitur 695.a
Domus 1400 Hieroſolymis repletæ commeatu, quo vtendum erat tempore obſidionis cõbuſtæ 836
Domus Agrippæ regis incenditur 786.b
Dona mittit Nero Hieroſoly. 791.d
Dona Neronis Hieroſoly. miſſa 792.a
Dona iniquorum non probat altiſſimus 359.e
Donorum diuinorũ diſpoſitæ ſuſceptiua in nobis ſita eſt 1302.b
per Domum matris ſponſæ, ſcripturę intelligi poſſunt 1795.d
Dormire ſponſum, & cor eius vigilare, quid 1750.a
Draconis nomine qui in Apocalypſi deſcribitur, quid intelligendum 1652.1655.a
Dubietas Thomæ fidelibus multum profuit 1752.1753.a.b
Duces Iudæorum cõtra Titium & Veſpaſiani tres electi 784.a.b
Duces Romanorum trucidantur 785.d
Duplicitas animi Diaboli filia eſt 1053.d
de Duratione mundi 1645.1646.e
Dux amari ſtudeat, non timeri 1990.b
Dux Romanus Taricheata nomine ſibi manum ſiniſtram amputat 786.c.d

E

Æboris vſus 1764.b.c
Ebrietas ſpiritualis 358.b
Ebrietas ciborũ edacitate grauior multo 940.a
Eccleſia quærit pacem in ſuis tentationibus 1755.a
Eccleſia in omnibus vna, & in ſingulis tota 546.b
Eccleſia ad Chriſtum conuerſa 1762.e.1763.e
Eccleſia Lunę comparatur 1774.d
Eccleſia SS, Apoſtolorum glorioſo agone conſecrata 305.a.b
Eccleſia cur nigra & pulchra dicatur 1710.b
Eccleſia Chriſti inter omnes Eccleſias pulchra 1712.d.e
Eccleſia Dei genitricis Romæ quo & vbi constructa 1643.b
Eccleſia quando videat faciem Chriſti 1714.b
Eccleſia vineæ comparata 1725.b.c
Eccleſia cur terrori comparetur 1776.a
Eccleſia Gentilis ſignificatur per aridam 1393.e
Eccleſia proceſſit ex Chriſti morte 1495.e
Eccleſia Chriſtianorum ſola ſerpenti & inimica 1522.d
Eccleſia vbera dno, duo ſunt teſtamenta, ſiue charitatis præcepta 1174.e

Eccleſia Chriſti eſt hominis adiutrix 1493.b
Eccleſia Cœnomanēſis à militibus expilata 685.c
Eccleſia eſt proprius Dominus Deus 1459.e
Eccleſia eſt Eua, id eſt, vita quæ vitam exhibet per aquam & ſpiritum in baptiſmi regeneratione 1413.e
Eccleſia tota vnum corpus eſt 549.c
Eccleſia per ficum deſignatur 1723.a
Eccleſia ſiue Sponſa à quibus inuenta 1755.d
Eccleſia Dei prædicat iuſtitiam quæ tollit è medio inimicitias quæ ſunt contra nos 1410.e
quod Eccleſia ſancta, & vna io multis, & tota videatur eſſe in ſingulis 545.e
Eccleſia prins typus eſt Luna illuminat prędicās & humectat baptizans 1408.a
Eccleſia adiutrix ferarum animantium 1489.d
Eccleſia habet adminiſtratiooem auctoritatis Spiritusſancti & aquæ 1411.c
Eccleſia ex Eſau congregata 1747.d
Eccleſia non lege tēporum conſtringitur 553.e
Eccleſia dicitur mulier ſumpta ex viro 1498.a
Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum mater 313.e
Eccleſia nempe coſta quando fuit ædificata 1496.a
Eccleſia locus munitus 724.d
Eccleſia ſola proceſſit ex viro ſuo 149.9a
Eccleſia multiplex & vna 546.a
Eccleſia quomodo cum viro ſuo erat ouda 1507.d
Eccleſia fuit decepta quam præfigurabat Eua 1508.a
Eccleſia Catholica eſt congregatio aquæ 1395.e
Eccleſia Catholica hominum 1528.d
Eccleſia Lateranenſis olim ſedes pontificum 1642.d
Eccleſia illuſtratur à Chriſto ſicut Lona à Sole 1406.a
Eccleſia nihil habet ex diuina eſſentia 1517.d
Eccleſia ad Chriſtum non Eua ad Adamom eſt reuerſa 1528.b
Eccleſia quomodo ſit adiutrix Chriſti 1499.e
Eccleſia vt quæ ſit à Chriſto adoptata eſt etiã mater Angelorum 1538.b
Eccleſiæ quænam ſunt ſemina 1522.e
Eccleſia nihil diſcit ſpirituale ex corporali poſitu ſtellarum 1415.a
Eccleſiæ Duæ cœleſtis & terreſtris 1462.e
Eccleſię laus admirabilis 1739.b
Eccleſiæ vbera, duo ſunt teſtamenta 1741.e.1742.a
Eccleſiæ Romanæ priuilegia cœleſtis patris plantata ſunt 210.d.e
Eccleſiam eſſe in deſerto, quid 1729.b
Eccleſiam ad fidem vēturum propbetatur 1740.b
Eccleſiarum tumultis æmuli foreoſium 129.b
Eccleſiarum proſpectus ad orientem 82.b
Eccleſię vnitas per Chriſtum in Euchariſtia 548.c
Eccleſiaſticę diſciplinę puritas perturbatur ex dialecticæ artis ignorantia 489.d
Eccleſiaſticos præcipoè decet caſtitas 1915.b.c
Edacitatis immodicæ effectus 1241.d
Edacitate ſeu ventris ingluuiæ 938.c
Edem quid ſignificet 1463.b
Edere lignum ſcientiæ, quid ſit 1286.b
Editio vulgata legit, ad extrema montium deſcēdi &c. 1330.e
ἐδέχετο verbum exponitur 1062.c.d
Effecta inſunt cauſis eſſentialiter 1343.a
Effectus cooſecrationis fidei incitat ſacramento 634.a
Effectus oratiooıs 1082.a
Eleazar ſeditioſus opponit ſe Ieochanæ principi ſeditioſorum 845.e.d
Eleazar cum ſuis egreditur Hieroſolymam ad Romanos expugoaodos 867.868.a
Eleazar Anani ſummi ſacerdotis filius 783.b
Eleazar ſeditioſus periurus 792.b.c
Eleazari ſacerdotis forntodo 803.e
Eleazari cōplices occidunt vxores ſuas & liberos 904.e
Eleazari ſacerdotis malitia, vnde 830.e
Eleazarus ſacerdos ſagittis confixus moritur 804.a.b
Electi Dei, pro monachis 10.d
Electio tam ſob lege, quàm gratia 731.d
Electio quid 1830.a
Electio prudens 692.a.b
Electos cur in hac vita Deus permittat cruciari 359.a
Eleemoſyna cur danda ſit ſecreto 1560.b
Eleemoſyna pœniteotiæ fit tempore melius quàm alias 1610.a
de Eleemoſyna 1913.a
Eleemoſyna triplex 1914.b
Eleemoſyna omnium bonorum radix 1556.e
Eleemoſyna eſt actus quidam iuſtitiæ 340.e
Eleemoſyna peccanti nihil prodeſt 1595.b
Eleemoſyna de rapinis defunctis noo prodeſt 511.e
Eleemoſyna danda omnibus & ſine hæſitatione 1070.e
Eleemoſyna pro defuoctis 139.d
Eleemoſyna ſpiritualis 1609.a.b
de Eleemoſyna 1136.e
Eleemoſyna finis 1604.b
Eleemoſyoæ effectus 1225.b
Eleemoſynis peccata redimuntur 1595.d
Elementa pro Hieroſolymitanis pugnarunt 836.e
Eleutherij Paphlagonis delyria 1880.a.b
Elias currens per ætera ſignificat Chriſtum in cœlum redeuntem 1406.d
S. Eligij Nouiomenſis Epiſcopi, Hòmeliæ 1571.d
Emendare promittit, qni nequit purgare 708.c
per Emiſſiones paradiſi Apoſtoli intelliguntur 1744.e
Energumeni viſitandi 1071.d
Engaddi, quid 1713.d
Enoch tranſlatus quid ſignificet 1442.a
Enoch trãſlatus præfigurauit Chriſti reſurrectionē 1508.c
Eorũ qui ſtudioſi ſont virtutis ſtatus triplex 1275.d
Epheſina Synodus 1857.b
de Epiphania 1934.c
Epiphanius Hebræus natione 1832.c
Epilogus creationis ea præſignificat quæ erant futura poſteriotibus 1439.e
Epiſcopalis manus impoſitio 1599.a
Epiſeopatus eſt vnus ex ſeptem Eccleſię ordinibus 328.d
quòd Epiſcopi male ordinati conſecrationis gratĕ aliunde ſibi non habent 635.a
Epiſcopi ficta noo facta electio 985.b
Epiſcopi fornicarij coërcendi 542.b
Epiſcopi noo authores, ſed mioiſtri reconciliationis

nis pœnitentiam 1587.d
Epiſcopi laus magna intractabiliores ad officium reuocare 1092.d.e
Epiſcopi metus duplex quia rarò ad plebem coocionaretur 1613.a
Epiſcopi triginta congregantur quibus præſentibus Eutychet,&c. 1858.c
de Epiſcopis oequiſſimis, quorum tameo ordinatio rata fuit 621.d
Epiſcopo clam aliquid agere, eſt dæmoni ſacrificare 2011.c
Epiſcoporum vt monaſticam profiterētur exempla 346.c
Epiſcoporum comitatus 348. d
Epiſcopus Car.excommunicat Hub. Pertinacem 709.c
Epiſcopus multarum animarum reus 512.b.e
Epiſcopus ſuorum diœceſanorum pater eſt 541.b
Epiſcopus à Rege afflictus ad P.R.confugit 685.e
Epiſcopus ſęculi occupationibus impeditus, breui ſermooe concionatur ad populum 1613. c.
Epiſcopus impudicus etiam dæmooes è mulieris eiicit 625.a
Epiſcopus filij à ſpiritualibus theſauriſat 92.a
Epiſcopatus ordo alius à ſacerdotio 619.e
Epiſcopus ſimoniacus Spiritum ſanctum nominare non poterat 513. e
Epitaphium ſancti Elari 78. e
Epiſtola Nicolai P. reuerendiſſimo Rothaleo Sueſſion.Epiſcopo. 333.b. Clero & plebi conſiſtenſti Sueſſion. 332.a
Epiſtolæ D.Iacobi Ioannis & Petri cur catholicæ dicuutur 1849.a.b
Epiſtolæ fictitiæ ſub nomine Theodoriti 1857.e
Equi & pecore præ fame deuorati 878
Equi Chriſti vel eqnitatus, qui 1713.c
Eremiticæ & monaſticæ vitæ comparatio 533.e
Eremitæ qui in vagatione ſuot poſiti 589.e
Eremitis ſtudia neceſſaria 653. c
Eremus Gamaldulenſis 518.d
Errabundi qui 1712.c
Errat qui ſe monachum & aulicum eſſe putat 483.c
Error primus Armenorum in Chriſto voam eſſe naturam aſſeuerabat 1808.c
Error Origenis de animarum præ exiſtētia 1632. d
Error Philiponi ex Ariſtotele 1861.e
Error Manichæorum confutatur teſtimoniis eccleſiaſticis · 1855.e
Error Neſtorij de duabus Chriſti naturis 1817. e. 1818.a
Errores Arij ſigillatim enumerantur 1824. a
Errorem qui noo damnat, approbat 733.c
Eruditio animę ex ruſticatione 130. e
de Eruditiooe 1155.1156. a
Eſau deiecit vagatio 585. d
ab Eſau congregata eſt eccleſia 1747. d
Cur in Euam Deus non inſuflarit 1417.e
Eua à Deo induta ſignificat eccleſiam eo baptiſmum Chriſto ioduendam 1502.c
Eua id eſt Eccleſia non confert culpam in Adamũ oempe in Chriſtum 1520.e
Eua quæ eſt figura eccleſiæ oon fuit facta ex terra 1431.e
Eua eſt figura Eccleſiæ 1413.d
Eua, id eſt, eccleſia duo habebat oomina uępe mulieris & vitæ 1498.e
Noo Eua ab Adamo ſed Eccleſia à Chriſto fuit ſeparata 1518.a
Eua quomodo ſit vita & mater viuentium 1529.e
Eua quæ fecit poſt conuerſionem ad Adamũ ſunt præfigurata ad Eccleſiæ beneficium 1518.e
Euagano mentis in oratione à dæmone eſt 1607.a
Euangelia Thomæ & Philippi 1853.d
Euangeliſtæ, Cur ſuæ narrationis initium duxerint à Chriſti maioribus 67.c
Euangelij ianua Ioannes euangeliſta 261.c
Euangelium ſanctum quid efficit 1273. d
Euchariſtiæ myſterium 608.d
Euchariſtiam niſi intinctam dari 747.b
Eunomianorum hæreſis 1879.c
Euphrates eſt Chriſtus ſpiritualiter 1476.c
Euphrates quid ſignificet 1475 e
Euſtachius martyr & doctor ſynodi Nicenę 1488.a
Eutyches conſortio ſacerdotum excluditur 1858.d
Euthycis hæreſis 1847.a
Eutychis & Dioſcori ſectatores filium dicebant ſpecie tenus homioem eſſe factum 1878.b
in Exaltationem S.crucis Hymnus 1694.1695.a
Exceptioues Eccleſ.quorſum vtiles 787. d
Exclamatio Titi ad ſuos milites 867.a. b
Excommuuicati hominis panes attingere dedignantur 349. c
Excommunicatio pœna eſt triſtiſſima 1567.e
Excommunicatio non it in vanom 2007. e
vt ab Excommunicatis, ita ab excommuoicandis oporteat declinare 579.b
Excommunicatus ictus fulgure 349 c
Excuſatio nulla nobis ſupereſt, ſi à peccatis non abſtinuerimus 567.568.a
Exempla de naturis Chriſtí 1828.b.c
Exemplum monach.cuiuſdam horrendum 345. b
Exemplum ab animæ & corporis vnione ad confirmandam vnam naturam in Chriſto 1823. a
Exemplum melius promit poteſtas, quã gladium. 734.a
Exercitus Romanus à quatuor Iudęis iuuenibus fugatus 865.866.a
Exercitus Romanus ſternitur à Ioſepho ſummo ſacerdote 799.a.b
Exercitus Romanus ab Eleazaro peremitur 783.c
Exhortatio Ioſephi ſacerdotis ſummi ſtrenuiſſimi ad 40. ſuos, qui in ſpelunca occultabantur. 809.810. & ſequent.
Exortatio ad eleemoſinam erogandam 85.e
Exhortatio ad Pietatem Chriſtianam ex Apoſtoli verbis contexta 55.d
Exhortatio ad pœnitentes eccleſiæ recoocilian-dos 1586.d
Exhortatio ad vitam monaſticam 271.b
Exhortatio ad poëſim Chriſtianam 177.h
Exhortatio.P.M.ad R.Chriſtianiſſi. 209.c
Exhortatio Titi ad ſuos milites 880.a.b
Exiſtimatio delatiooe oon auferrit nec adulatione quæritur 757.b.c
Exomologeſis S.Patris Antiochi 1118. b
Exitus ex Ægypto ſignificat exitum & mundum & ingreſſum in ſupernam Hieruſalem 1442.b
in Exodo quid agatur 1847.d
Exhortatio Titi ad ſuos cōtra Iehudeos 841. 841.a
Expilatores prouinciarum 1890.c
Expoſitio narrationis diſcipulorum euntium in

Emaos 1512.e
Exprobratio Amittai pont.ad Schimeonem ſeductioſum 870.871,a.b
Exofflatio baptizandorum 631.a
Exuperius presbyter 107.c
Ezechielis 34. Sed cum auſteritate imperabatis 1785.c

F

FAciamus hominem ad imaginem & ſimilitudioem noſtram dicitur de Chriſto 1434.
Faciem domini quærete 1337.c
Faciem ſponſi audire & videre quid 1424.b
Faciem Chriſti quando decorem agnoſcimus. 1724.c
Facies Dei quid 1724.a
Facies Domini quid ſit in ſcripturis 1337.c
Facinus præclarum ſobrij Epiſcopi 251.a
Facta an poſſit Deus infecta facere 492.e
Facto æquare ſermonem 124.b
Factum infectum Deus poteſt facere 503.d
Facultas legis qoid 1287.b
Facultas naturalis ad virtotum procreatiooem 1277.b
Trinum facultatum concurſus virtutis diuinæ ad conſtitutionem 1291.a
Falſitas ſpeciem veritatis induit 1897.e
Fame Hieroſoly.multi necati 870.d.e
Fames in gamaria oratione in abűdaotiam eſt cőuerſa 860.d
Fames quanta Hieroſolymis 889.d.e
Fames audieodi verbum Dei 2007.b
Fames Hieroſolymitana 863.d
Fames ſpiritualis 1336.e
Fames alia corporis,alia Animæ 1061.a
Familiaritatem importonam eſſe vitădam 1074.d
Fatorum & fortunæ vacua oumina 169.a
Fauos,quid 1742.d
Febri lentè occurrendam 784.e
de Felicitate 1159.a
Felicitas impaguò non ſperatur ex nuptiis 700.b
S.Felix inuocatur in periculo incendij 267.c.d
S.Felix viſus præſens arcere incendia 253.d
S.Felix communis patronus,& gratiæ potentis apud Chriſtum 89.a
S.Felix quioti Epiſcopi presbyter 230.e. nutritus per miraculum à muliere oeſciente 229.c
Sanctus Felix meſtis Medela 236.e
S.Felicis virtute Torreotis fluxus aliò deriuatus. 253.e
S.Felicis Meritum hic viuit Sancti Felicis cedes. 196,233.a
S.Felicis ſacra oſſa 235.c. Pecora ægra illi commédata 235.e.ruſtici ad eum oratio pro amiſſis bubus 236.d
Femur,illecebræ carnis ſint 1731.a
per Feneſtras aſpicere,qoid 1721.b.c
Ferculum Salomonis variè ſumptum 1732.a
Femor gratiæ extinguitur deſidia 1057.c
Femor indiſcretus 1056.d
Feſta curà Deo inſtituta ſint 236.a
Feſta & ſacrificia iudæis imperata non ad delitias aut qoietem 1336.b
Feſti dies etiam bela tempore celebrădi.247.a. talis pieta.forte ſalutem dabit 247.d
Feſti dies belli etiam tempore celebrandi 247.a
in Feſto circuncilionis Chriſti cæremoniæ 1432.c
Feſtum natiuitatis quare non ſit ioutabile 1931.c
Feſtum Epiphaniorum 255.a
Feſtum Ramorum & Palmorum 1953.d
per Ficum eccleſia ſignificatur 1723.a
Ficus quă arefecit Dominus eſt idolatria 1484.b
Ficus miſſa exſcindi quod eſſet infertilis 1480.e
Ficus quandoque ſignificat iofrugiferum cultom ſinagogæ 1515.b
Ficus,cuius ligoom natura mirabile 499.a
Ficus nomioe lex vetus intelligitur 718.d
de Fide 1993.936.b
Fideles cuncti qoomodo voom ſuot 546.c
Fideles filij Dei vocantur 1116.b
Fidem dicenti & prædicanti duo faciunt 1791.c
Fidem Romanorum infringere,nephas 816.a
Fides eſt prima Dei reſurrectiu in oobis 1291.c
Fides cœca 1303.a
Fides omnes præter fidem eccleſiæ ſunt mortuæ. 1336.e
Fides eſt principiom virtutum 1304.a
Fides cœca 1304.e
Fides omoes præter Chriſti fidem ſuot amicæ ſerpenti 1523.e
Fides efficax 1278.e
Fides vera conſcientia 1302.d
Fides Eccleſiæ eſt Ioſephű ſponſum virginis fuiſſe virginem 540.
Fides quibus & quatenus habenda ſit 1052.a
Fides Trinitatis oeceſſaria 934.d
Fides definitur 934.a
Fides qoomodo mortua dicitur 1809.c
Fides non eſt ſatis ad ſalutem 1360.d
Fides principium eſt diuinæ vocationis 933.b
Fides Chriſtiaoorum 1846.c
Fides & confeſſio catholica de Trinitate 118.c
Fidei ſpei & charitatis effectus 1346.a
Fidei definitio 1267.b
Fidei ſpei & charitatis eſt effectus in amante Deű anima 1291.b
Fidei ocoli ſuot operationes ſpirituales 1304.a
Fidei finis eſt vt dij fiant qui digni ſunt 1317.c
Fidei definitio 1282.c.1283.a
Fidei efficacis opera 933.c
Fidei principium 1740.b
Fideli perferenda plurima 1117.e
Fiducia innocentiæ 77.d
Fiducia nitegritatis ac morum ſpőſæ eccleſiæ magoa 1758.a
Fiducia nequa,inamor propriis viribus 1073.c
Figuram immaculatæ paſſionis præmonſtrauit Moyſes 1695.a.b
Filia diaboli animi duplicitas 1053.d
Filiæ Sioo,quid 1773.b
per Filias Hieruſalem quid intelligendum 1733.d
Filij Eccleſiæ maiorem habeot ioter ſe vnitatem, quàm habuerint filij Iſrael 552.e
Filij Heli Ophni & Phinetes quare in bello perierunt 989.c
in Filio tanquam in diuino ſpeculo videtur gloria patris 1387.d
Filij Viuentis,qui 1103.c
Filij Dei quinam dicantur 1529.a
Filij ſponſæ floribus aptè comparantur 1725.b
de Filio prodigo ad pœnitentes 1614.a
de Filiorum adoptione 1116.b

Filiorum nomine Iudæi, deſignantur 1717.d
Filiorum paterna caſtigatio 1100.e
Filium Patre inferiorem Origenes faciebat 1875.e
Filius Dei incarnatus non ad nouæ perfectionis acceſſiooem, ſed ad generis humani redẽptionẽ 1827.a
Fimi Hieroſoly. inquiruntur in eſum 663.d
de Fine mundi quæ dicuntur, dicuntur per coniecturam 1443.d
Finis afflictionis eſt miſericordia 1271.b
Finis belli principio difficilior 879.e
Firmamentum accipi poteſt etiam de diuinitate 1386.c
Firmamentum habet figuram humanitatis Chriſti 1385.e
Flagellatio purgatorij genus eſt 481.d
Flabellum quid 677.a
Flagellatio corporis robur eſt animæ 1168.a
Fluuius eſt Spiritus ſanctus 1478.a
Fœdus quod pepigit Nitranor cum Ioſepho ſummo ſacerdote 815.a.b
Fœtus & Filius quid dicatur 1498.a
Fœnerator magnus Deus eſt 681.e
per Fœtum duplicẽ multa iotelligi poſſunt 1770. 1771.a
Fons io Epiro mirabilis in effectibus 498.e
Fons ſignatus multipliciter ſumitur 1744.b
Fons hædi, quid 1715.d
Fons cur mox puteus appellatur 1746.a
Fons olei 1643.c
Fons S. Gregorij 516.e
Fons aquæ viuentis in eccleſia deſcribitur 1745.e
Fons ſubterraneus maligna poteſtas 1459.a
Fons apud Garamantas, noctu calidus, diebus verò frigidiſſimus 498.e
Fontes aquę calidæ 825.c
Forma excellentior animalium terreſtrium & maior vſus quam aquatilium 1433.a
Formula orationis 278.c
Formulæ luxuriæ 1948.c
in Fornicarios Epiſcopos exhortatio 542.b
Fornicatio duplex 959.d.e
de Fornicatione 959.c.d. 1921.a
de Fortitudine 1128.e
Fortitudo in aduerſis quãta ſit ſolicitudine cuſtodienda 755.e
Fortitudo Dauidis regis 860.e
Forum theatrum mundi 7.c
Frænum linguæ adhibendum 654.b
Frater Prodigi, id eſt, Iudæus uoluit eſſe particeps corporis & ſanguinis vituli ſanguinati nempe Chriſti 1434.b
Frater cur ſponſus appelletur 1747.d
Fraternitas 194.b
Fratrum neceſſitati occurrendum 948.b
Fratrum pſalmodia pro more ad fratris defuncti feretrum 512.e
de Fraude caoenda 1915.c
Sancta Fraternitas 12.b
Fructus centeſimi 1635.c
Fructus ligni appellatur quandoque à Deo apoſtaſia 1483.e
Fructus Spiritusſancti in anima 651.d
Fructus ligni eſt mors Chriſti in cruce quam guſtauit pro eccleſia 1511.a
de Functiooe pontificis 1106.e
Fuudamentum ſalutis æterne timor Dei 1800.b
Fundus clarior 130.b
Funium oomine præcepta dominica ſignantur. 508.a
Fur ſpiritualis eſt qui vitam verbis nou conueniẽtem viuit 1326.e
de Furore 1161.c
de Futuris contingentibus & Philoſophiæ vſu in ſacris diſpotationibus 488.e
Futura contingeotia 489.a
Futurorum ſpes oegligit temporaria 2011.e

G

GAimarius priuceps Galernitanus 517.e
de Gaianiterum hęreſi 1875.e
Gaianitę ac Theodoſiani ioter ſe puguãtes tumultus maximos excitarunt 1861.a
Gaianos in exilium mittitur: Theodoſius reſtituitur dignitati 1861.c
Galaad variè accipitur 1735.c.d
Galba imperator creatur 825.e
Gallus in fruſtra plura diſſectus, mox viuus & plumis coopertus, viſus eſt 500.d.e
Gamala vrbs io Galilæa 816.e
Gaudendum io aduerſis 508.c
Gaudij iuxta quantitatẽ, retribuitur menſura tormenti 478.e
Gaudium eſt finis afflictionis 1271.b
Gehenna ex Veſuuio flammas euomit 517.c
Gehennæ conſideratio 354.a
Gemmæ duę virtutum nobis à Chriſto è cœlo allatæ 523.a
Generatio ex aquis eſt diuerſa à generatiooe ex terra 1413.c
Generatio naturalis vnde initium ſumpſit 1267.c
Generatio ſpiritualis maior carnali 541.b
in Geneſi quid agatur 1847.d
Gentes multæ iungunt ſe Romanis 798.b.c
Geon qui eſt Nilus maguum habet cum Chriſto proprietatem & conuenientiam 1473.e
Germania à Romanis ſubiugata 783.e
Gerarta ſiue Gadæra Vrbs in Galilæa ſuperiori fortiſſima 800.b
Gibeou planicies 50. miliaribus ab Hieroſolyma diſtat 789.c
Giezitæ qui ſint 341.c
Gladij nomine lex, ſiue verbum Dei ſignificatur 1730.e
Gladius pro Spiritu ſancto 1751.c.d
Gladius duplex, curiæ & Eccleſiæ 710.d.e
Gladius gulæ multas virtutes occidit 1341.e
Gloria Vana 1922.c
Gloria inanis 1947.a
Goutarius prohibiti miniſterij attrectator 311.d.e
Gelinus miles Romanus interficitur 881.d.e
Goriõ ſacerdos Ioſephi pater, libri huius ſcriptor in Vinculis detinetur 874.e
Gorioion bomo prudens ab impiis occiditur 823. b. inſepultus manet ibidem. c
Garionis ducis otatio ad exercitũ Iſraëlis 784.d.e
Gothici belli metus 260.b
Gradus pietatis 256.c
Gradus patrum primus 1853.b
Grando & ignis Hieroſolymis ingens 822.b
Gratia Dei in homines officioſa 697.b

de Gratia 1138.d
Gratia ſancti ſpiritus eccleſiá ſemper ornat nouis ſenſibus 1524.e
ſine Gratia Spiritusſancti nemo bene operari poteſt 651.a
Gratia poſita in ſanctis membris 233.e
Gratia de Gratia naſcitur 1570.b
Gratiæ temorem extinguit deſidia 1057.c
Gratiæ & naturæ non eadem ratio 1284.a
Gratiæ omnis plenitudo in Chriſto permanet 603.d
de Gratiarum actione 1100.d
Græci cur extra templum, non in templo orandú exiſtimauerint 1815.1836.a
S. Gregorij fons & cubile lapideum 516.e
Groſſi ficuum, qui 1723.a
Gula inflammat ventrem 1356.e
Gula charitatis 23.e
de Gula 1920.d
Gutta ſanguinis Chriſti infinitorum mundorum precium 1636.b
Guttur ſponſi quid 1789.e
per Guttur ſponſi, teſtamētum nouum poteſt accipi 1765.d

H

HAbita retinere, quàm abiecta repetere, melius eſt 569.c.d
Habitum in eleemoſyna petenda in oratione imitari oportet 652.e
Habitus vitioſus vnde in animo naſcatur 1192.c
Hæreditate canonicum fieri exire de eccleſia eſt 731.b.c
Hæreſes Montanorum quinque 1852.e
Hæreſes ordine enumerantur 1853.1854
Hæreſes ortæ ex eo quòd paradiſum corporaliter intellexerint 1525.a
Hæreſes 84. fol.1847.c
Hæreſes diuerſæ ex eo quod paradiſus intelligeretur carnaliter 1462.b
Hæreſis quæ exiſtimat beſtiarum animas ratione præditas 1462.d
Hæreſis Eucratarum quænam ſit 1525.b
Hæreſis Hebræorum Trinitatis myſterium condemnabat 2849.b
Hæreſis Nicolaitarum 542.a
Hæreſis Gaianitarum 1873.c
Hæreſis Ariana, quinta 1854.d
Hæreſis nouatianorum 632.e
Hæreſis Samaritanorum 1850.a
Hæretici per Vulpeculas notantur 1725.a
Hæretici alegans periphraſis 190.b
Hæreticis non eſſe communicandum 296
Hæreticorum paria duo 1846.d
Hæreticorum catalogus 1117.d.e
Hæreticorum 4. ſectæ principales 1846.e
Hæreticis nomen Chriſtiani inuiſum 1118.c
non Hæſitandum cum oramus 1053.b
Hebdomadarum feſtiuitas, pentecoſte 882.b
Hebræi cum Chriſtianis cur eodem die Paſchatis feſtum non celebrant 1832.a
Hebræorum ſecta 1849.b
Hodie natus, cur in Euangelio dicatur 1931.d.e
Heli perijt, qui peccantibus filus male pius indulſit 539.c
Herba fœni eſt ſuplex verbi fructus conueniens ſimplicioribus 1390.c
Herodes Antipas in Hiſpania moritur 790.c
Herodes terram Hiſpaniam deuincit 791.b
Hierachica functio.2009.c. Perfectio ibidem
Hieroboam ſuos ad falſos Deos conuertit, & idcirco decem tribus dominus, ratus ad regem Aſſyriorum conuertit 1851.b.c
Hieroſolyma à Iudæis occupatur 881.a.b
Hieroſolyma circumquaque obſidetur à Tito. 869.d.e
Hieroſolymam Veſpaſianus obſidet 819.b.c
Hieroſolymitanorum fortitudo 838.d.e
Hieroſolymitanorum ſeditioſorum in mortuos crudelitas 839.d.e
Hieruſalem mater credentium 2013.e
Hieruſalem cœleſtis beatitudo ſempiterna 481.d
Hieruſalem multis olim nominibus appellata eſt. 846.a.b
Hieruſalem ſapientum habitaculum 836.c
Hieruſalem quid myſtice ſignificet 1290.c
Hildebertus pontificatum abdicare voluit 688.b
Hinulo ceruorum Chriſtus comparatur 1920.1921.a
Hirudinis in medicina vſus 507.b
Hiſpania cur ab Antipatre ſiue Herode deuaſtata. 791.b
de His qui veſtium vilitate vulgarem mercantur applauſum 582.d
de His qui præſunt 1090.a
Hiſtoria literæ reducenda eſt ad anagogen 1458.d
Hiſtoria hominis cuiuſdam, qui à Serpēte raptus eſt 352.a
Hiſtoria belli Iudaici 783.a
Hiſtorici libri quinam 1847.d
Hodie Deo ſempiternum eſt 492.c
Homiliæ 547.c
Hominem cur Deus à dæmone affligi ſinat 1279.b.c
Homini quàm multa inſidiantur 19.a
Homini cur aduerſa accidunt 170.c
Homini duo ſunt neceſſaria 1800.d
Homini fortiter ferenda aduerſa 507.d
Hominis definitio 736.c
Hominis cum dæmone certamen quàm laborioſum 17.d
Hominis innouatio per eum 732.d
Hominis innouatio per Chriſtum 32.d
Hominis conformatio in vtero 1577.a
Hominis & carnis mater 1795.b
Hominis creatio 178.c
Homœoſis elegans 931.c
Homœoſis de cihorum intemperantia 938.e
Homœoſis de Triſtitia ex maximo martyre 971.c
Homœoſis de animi modeſtia 1028.c
Hominum ſeditioſorum 20000. veniunt vt opem ferent Iehochanæ duci latronum 820.d.c
Homo à Deo ſolus fuit indutus 1502.a
Hominum laudes à generis nobilitate non tam rethoricis inſtitutis quàm Euágelicis exemplis vſurpantur 66.e
Hominum multitudo venientium ad Iubileum. 1643.e
Homo dicitur de toto genere humano 1487.b
Homo vocatur vniuerſa hominum multitudo, 1436.c

Homo bifariam moritur 721. c
Homo partin eſt ex terra partim ex Deo 1534. a
Homo pręfigurauir quatuor cornua crucis 1403. a
Homo cur in finem è Paradiſo uou ſit eliminatus vt dæmon. 44. c
Homo ſuapte virtute deſtituirur 697. e
Homo & ſola animalia ex aquis nata à Deo fuerunt benedicta 1425. d
Homo microcoſmus & quaſi minor quædam ecclesia 550. a
Homo ſolus factus eſt Dei manibus 1396. b. Ægyptus quomodo munderur & exſiccetur & quid ſignificet 1396. e
Homo Adam, id eſt, Deus verbum fuit ante mulierem 1490. a
Homo eodem itinere inuétum quo perierat 105. d
Homo aſſequitur doua S. ſancti pro ea quæ illi ineſt ſuſcepriua facultate 1316. c
Homo creatus ad imaginem Dei: anima ad imaginem patris ratio verbi, mens ſancti ſpiritus 1435. a
Homo cur ſibi redimendo inſufficiens 721. a
Hominis Adami ſignificat incompreheuſibilitaté ſuſceptæ carnis 1508. c
per Hominem in paradiſum introductum, iutelligitur Deus verbum qui hominem ſuſceptũ introduxit in eccleſiam 1479. e
Homicidium 1949. b
Honor debetur amplior parentibus ſpiritualibus, quàm carnalibus 1087. b
de Honore parentum 1167. d
de Honore parentum 1086. a
Horæ canonicæ ex eccleſiaſtica traditione ſunt. 1607. d
Hora conceptionis Chriſti 1931. d
Horarum pſalmodia canonica 667. d.
Hortulani ob intermiſſam eleemoſinã, diuinitus morbo afflicti, Hiſtoria 1575. a. b
per Hortum conclusum, ſponſa deſignatur eccleſia 1743. e
per Hortum nucis Hieruſalem indicatur 1779. a
Hortus Chriſti ſponſi qualis 1748. d
Hoſpitalitas commendatur 742. d
Hoſpitalitas virtus eſt Deo gratiſſima 1069. e
de Hoſpitalitate erga proximos 1069. c
Hoſpitalitatis ergo ornaméta eccleſiæ poſſunt oppignorari 742. e
Hoſte ſuperato non lætandum 888. c
Hoſtias ſalutares offerre 641. b
Hugo Fanenſis primarius, quia noua præſumpſit, nouo à Deo ſupplicio damnatur 558. e
Humanitas Titi in Hieroſolymitanos 864. c
Humilitas in bene geſtis neceſſaria 694. d
Humilitas conſeruatrix bonorum 1345. e
Humilitas 1569. d
Humilitas ex afflictionibus theſaurum animæ cõſeruat 1280. a
Humilitas princeps virtutum 746. c
de Humilitate 1997. d
de Humilitate Dauid, vera 583. b. c
de Humilitate 1194. e
Humilitatis diſcipulus 544. b
Humilitatis effectus 1225. a
Humilitatis gradus 1998. b
Hurkanus ſacerdos magnus 790. e
Hyems varia ſignificat 1721. e. 1722. a
Hyems animi meror 240. e
Hymni 547. b
Hymni coſmæ Hieroſolimitæ 1677. c. & ſequent.
Hymni Syneſij Cyrenæi Ptolemaidis Epiſcopi. 1653. 1654. d
de Hymno quem Triſhagum Græci dicebant authoritate patrum 1833
Hypocriſis 1278. c
Hypocriſis multiplex 1308. d
Hypocrita eſt fur ſpiritualis 1326. d
Hypocrita 1308. e
Hypoſtaſes S. Trinitatis 1343. a
de Hypoſtaſi Chriſti 1818. b
Hypoſtaſis quid 1809. b. 1810. c
de Hypoſtatica vnione 1870. b
non Hypoſtaticum duplex 1865. c
Hypoſtaticum & Hypoſtaſis duo ſignificat 1865. b

I

IAcob & Eſau hiſtoriæ ſenſus Anagogicus. 1430. e
Iacob exaltauit ſtabilitas 585. d
Iacob cur in Ægyptum peregrinatus ſit 853. c.
Iacobi feſtum 553. c
Iacobi Edomei proditio 827. e
Iacobi principis Edomæorum aduerſus Iehochanaam principem ſeditioſorum coniuratio 845. c
Ianua ſiue oſtium, pro anima cuiuſque fidelis. 1750. a
de Ianuarij calendis 1933. d
Iapho vrbs obſeſſa capitur 789. a
Ibis non videt quando cœlum eſt ſine luna nec eo tempore comedit 1411. e
Idem eſt bonum & honeſtum 1344. b
Idiotarum conuiuia in feſtis ſanctorum ignoſcéda 264. a
Idololatra 1949. c
Iebus olim Hieruſalem vocabatur 846. a
Iebocana princeps ſeditioſorum apud Hieroſolymam 88. b
Ieoſchua ſacerdos necatur 835. c
Ieoſchua in templi medio occiſus 838. c
Iehochanæ malitia ſuperat malitiam Schimeonis & Eleazari 745. d
Iehuda cum mille ſuis à Schimeone ſeditioſo occiditur 874. d
Ieiunandi deſuetudo monachis quibuſdam grauis 667. a
de Ieiuniis 1912. c
Ieiunij publici origo in feſto circunciſionis 1934. a
de Ieiunij capite 1946. c
Ieiunij vtilitas 1582. d. e
Ieiunij laudes 1581. b
Ieiunij effectus 1225. b
Ieiuniorum dies 1938. a
Ieiuniorum dies ſacri 1582. d
Ieiunium ad pœnitentiam pertinet 1949. e
Ieiunium & veſpere libata ſacra in vigilia S. Felicis 242. e. Eiuſdem inuocatio
Ieiunium verum ἀλαπο arbori comparatur. 944. b
Ieiunium monaſticum ab Idib. Septembris vſque ad Paſcha 666. a
Ieiunium ad gratiam Dei promerendam multum eſt neceſſarium 943. e

Ieiunium monaſticum 666.c
Ieiunium illud demùm, Deo probatur quod eleemoſinæ coniunctum eſt 1608.e
Ieiunium finis 1604.b
Ieiunium quale eſſe debeat 943.944.a
Ieiunium biduanum & triduanum 536.e
Ieſus cur fuerit baptiſatus 1418.e
Ieſus in pauperis effigie 527.d
Ieſus Chriſtus à quo natus 1714.b
Ieſus omnia noſtra ſibi accómodauit præter peccatum 1511.b
Ignauus circa honeſta facile monetur ad malum. 1325.e
Ignem alienum accendet. Spiritualiter quid ſit. 136.b.
Ignis purgatorius 1595.d
Ignis ſapiens pro igne purgatorij 62.c
Ignis meritus 143.a
Ignis aqua & ſpiritus ſymbolicè Deum prædicát in ſcripturis 1426.e
Ignis tranſitorius 1595.d
de Ignobilitate 1208.1209.a
vbi ignorantia, ibi dedecus 1712.e
Ignorantia dialecticæ artis perturbat puritatem eccleſiaſticæ diſciplinæ 489.d
Ignorantia deeſt ſanctis 482.d
Illachrymandum non temerè 1084.e
Illecebræ durius vindicandæ 538.b
Illicita qui commiſit abſtinere debet à licitis. 1604.
Imaginem Dei idolo ſubſterni indignum 719.c
Imitatio Chriſti Vita ſit ſacerdotis 2010.a
Immortalitatem animæ cum reſurrectione hiſtoria Abelis & Caini probat 1851.b
Impatientia inſipientum 1356.d
Imperatores creandi titus 831.e
Imperij Romani amplitudo 853.a
Imperij & Sacerdotij diſcordia 521.a
Imperium à quibus receſſerit 852.d.e
Imperium Regum è cœlis 857.d
Impetum carnis ratio prohibet 1914.e
Impietas ambit fautores
Impietatis initium eſt iram Dei non agnoſcere. 1299.b
Impenitentia Serpentis, id eſt diaboli 1510.e
Impoſitio manus epiſcopi 1599.a
Impoſſibilitas deeſt Sanctis 482.d
Impoſſibilitas animæ eſt præmium virtutis 1268.a
Improbitas hominum 1360.a
Improborum fugienda colloquia 54.b
Inabſoluta oratio 1063.d
Inanis gloria 1947.a
Incarnationem Chriſti nulla dicendi demonſtrandive facultas aſſequi poteſt 1267.a
Incarnationis myſterium 1846.b
Incēdium oppoſito SS. crucis ligno extinctū 1267.d
Incēſum cur Deus miſſerit fidei, ex iſtacte & Oniche 1432.a
Inceſtuoſi pœna 541.a
Incolumitate Regum cur lætandum 678.c
Incommoda nuptiarum 701.a
Incontinentia non vindicata 537.c
de Incontinentia linguæ 965. 966.a
Incruentum ſacrificium, diuinus panis 1540.a
Indignatio 968.c
de Indulgentia Centeſimi ſeu Iubilei 1639.e
de Indulgentia 1996.d
Infamis eſt, qui quod iurauit non implet 1327.a
de Infelicitate 1159.a
Infidelitas comes eſt inobedientiæ 1568.a
de Infinitudine Dei præſertim ad creaturas 490.c
Iniquitas humiliata iuſtitia ſuperba 65.c
pro Inimicis orandum 1030.c
Cur Inimicos diligere non poſſumus 1352.d
Inimicis benefaciendum 1222.e
Inimicitiæ mulieris cum ſerpente quænam ſint. 1519.
Iniquitas inſultat, vincit veritas 1895.c
Iniquitatis pœnam recenſeri prodeſt 733.a
Iniquorum oblationes non recipiendæ 339.e
Initia quatuor ſpiritus ſancti illuminationis ante legem in lege prophetis & Euangeliis 1478.b
Initia Synodi chalcedonenſis 1858.b
Initiis peccatorum ſedulo repugnandum 1569.e
Initio Euangelij omnium hæreticorum omnia occludit 112.e
Initium Centeſimi anni 1627.d
Initium ſupputationis annorum mundi 1648.a.b
Iniuria patienter ferenda 1099.a
Iniuriæ cum ſunt donandæ cùm poſſunt vlciſci. 725.b
Iniuriarum recordatio 1211.e
Iniuriarum plumbea memoria 739.c.d
Iniurias eſſe condonandas 1593.a
Iniurias cur pati voluerit 722.c
Inobedientiæ comes 1568.a
Inobedientia mortem operatur 989.a
de Inobedientia 989.a
Inobedientia punitur durius 758.c
de Innocentia 1211.e
Innocentium ſeruare, quàm pœnitere facilius. 713.a
de Inopia 1059.b
Inopia, pigrorum pedeſequa. 113.c
Inordinata Deus non patitur 2010.d
Inquiſitionis & ſcrutationis diſcrimen 1338.a
Inſani ſunt qui inanium ſuarū laboribus gloriantur, & in eis confidunt 1074.a
de Inſipientia 1205.e
Inſolentia Dioſcori, qui in Epheſina Synodo preſes, &c. 1858.e
Inſuflatio Dei in Adam eſt typus Dei Verbi qui ex patre proceſſit 1413.e
Inſuflatio eſt ſymbolum ingreſſus Dei Verbi in carnem noſtram 1517.d
de Inſomniis 1050.1051.a
Inſtructio ad monachos 1565.1566.e
Intellectus peccato obruitur 1569.e
Interceſſorum beatorum 707.c
Interpretatio nominum ad ſcripturam intelligendum neceſſaria 1195.a
Interpretatio terrena ſcripturæ 1341.b
Interpretes in ſcripturis multa diuerſe accipiunt. 1389.a
Intuitu vno Deus omnia comprehendit 491.d
Inuidia ſerpentis nempe Diaboli 1505.d
de Inuidia 1917.d.e
Inuidia 1047.b
Inuidia 1198.b
Qui nam Inuiſi Deo 144.b
Inuocatio nominis Dei dæmones abigit 1080.d
Inuocatio Trinitatis in cuiuſque operis initio, piū eſt

eſt 1641.1645.a
Ioannes epiſcopus Ieroſolymitanus 72.c
D. Ioãne, Euangeliſtarum poſtremus ſcripſit 112.b
S. Ioannes Euangeliſta euangelij ianua 261.c
Ioannes Euangeliſta dictus Theologus antonomaſticos 2008.c
Ioãnes conſtentſis Epiſcopos graui gutturis vulnere percutitur, propter viduę pauperculæ porcum ablatum 525.a 126.a
D. Ioannis ſynceritas & vitæ mundicia 963.c
Iochanam ſacerdos magnus Hieroſo. 790.e
Ionas figura Chriſti 1395.b
Ionas typus Chriſti 5425 b
Ionathæ nomen mutatum 888.a
Ionathas ſagitta occiſus 888.b
Ionæ prophetæ hiſtoria 192.d
Iorpata vrbs maxima in Galilæa 799.b
Iorpatæ obſidio 803.b
Iorpatam obſedit Veſpaſianus 801.b
Ioſeph typus Chriſti eccleſiam præfigurabat arca Noë 1408.
Ioſeph proiectus in cyſternã ſignificat Chriſti iaciendum in ſepulchrum 1445.a
Ioſeph cur quoſdam ex fratribus vinculis ſtrinxerit 853.c.d
Ioſeph & Nicodemus cur cũ aloë & myrrha Chriſtum ſepelierunt 1432.d
Ioſeph venditus à fratribus 201.a
Ioſephi deploratio ſuper Hieroſoly. 836.c.d
Ioſephi ſuper vrbem Hieroſolymitanum deploratio 846.a
Ioſephi caſtitas 961.d
Ioſephi pontif. verba ad ſeditioſis conſolationis plena 884.e
Ioſephi oratio ad ſuos commilitones, qui ad ſpeluncas confugerant. 809. 810. & ſequent. eiuſdem ad Deum oratio 812.a
Ioſepho Veſpaſianus parcit 816.b.c
Ioſephum ſpõſum virginis, virginem fuiſſe eccleſiæ fides eſt 540.e
Ioſephus in ſpelunca cum quadraginta 855.b
Ioſephus coram Veſpaſiano ſiſtitur 815.c
Ioſephus ſummus ſacerdos à ſuis cõmilitonibus irridetur 812.a
Ioſephus à Spiritu ſapientiæ de excidio Hieroſolymitano edoctus 833.834.a.b
Ioſephus capit Tiarnam 785.b
Ioſephus vinctus ferreis catenis, cum ſuis cõmilitonibus, expeditur 833.a.b
Ioſephus ſummus ſacerdos cũ quadraginta viris fortiſſimis in ſpeluncis occultantur 806.b
Ioſephus commendatur Tito 833.b.c
Ioſephus Romam ducitur vinctus catenis ferreis 831.b.c
in Ioſue libris quid agatur 1848.a
Ioſue quid ſignificet 1419.b
Ira Dei ſalutaris 1300.b
Ira & cupiditas ſi domitæ fuerint à ratione ſeruiũt virtutibus 1306.a
Ira diuina in ſuperbientes de donis diuinis 5599.a
de Ira 1921.d
de Ira 1161.c
de Ira 967.b
Iræ peccatum 1947.c
Iracondia 968.c
Iracundia patientiã polluit ſi in eadem anima ſint. 1088.e
Iracundia ſtultorum eſt 1089.b
de Iracundia 1918.c.d
Iracundiæ mille aut leues, cauſæ ferè ſunt 1089.a
Iſaac Chriſti typus 69.b
Iſraël eductus ex Ægypti, in manu forti 854.d
in Iſraële eſt anima viuens, in gentibus animæ innumerabiles 1430.a
Iſraëlitæ ex Ægypto Virtute magna erepti 837.a
Iube domine cur dicatur 544.c.d
Iubilei tẽpus aliud peregrinis, aliud Romanis præfixum 1632.b
Iubileis omnibus mira contigerunt 1644.b
in Iubileo quid veteres agerent 1645.c
Iubileorum frequentia 1643.e
Iubileus ſeu Centeſimus cur inſtitutus 1645.b
Iubileos quid ſignificet 5421.b
Iubileus cur abſoluatur potius Centeſimo quàm ſeptuageſimo 1635.a.b
Iubileus annus 1627.a
Iudæi Crucem Chriſti exuſiſſent ſi in manus eorũ incidiſſet 73.a
Iudæi nunquã poſſederunt terminos terræ à Deo præſtituto 1476.e
Iudæi ſemper Gentibus ſeruierunt 653.c
Iudæi à quo nómen traxere 853.c.d
Iudæi in Syriacis vrbibus necantur 786.c
Iudæi tantum pro victu pugnant 887.a
Iudæorum conuerſio 1711.e
Iudæorum primus rex Saul 1848.c.d
Iudæorum in ſeipſos conſpiratio 843.c.d
Iudæorum impietas 858.b
Iudæorum exercitus cæditur à Romanis 786.e
Iudaicæ plebis ad Eccleſiam reductio 1728.d
Iudas inuidit vnguentum Chriſti pedibus 40.c
Iudas filius Iacob vir fortis 853.d
Iudicia diuina ſunt multa formidine pẽſanda 516.e
de Iudicibus 1916.c
Iudicij extremi memoria cõpũctionẽ parit 1084.b
Iudicij extremi memoria, mundi blandimenta extinguit 476.d
Iudicij extremi memoria vtilis eſt contra omnes tentationes 473.d
Iudiciorum abyſſus 353.e
Iudicium extremum 204.d
in Iudicum libris quid tractetur 1898.a
Iudicium neceſſarium, vt veniat præmium 723.d
Iudicium iuſtum 1035.b
Iudicium extremum 1324.e
Iuditha Caroli Calui Francorum regis filia à Balduino rapta 305.e
Iuge ſacrificium ceſſat 835.c
Iugum alienigenarum non eſt paſſa Hieruſalem. 838.d.e
Iugum illius, qui imperium tenet, ferẽdum 854.b
Iumentorum paſtor, quis 1234.e
contra Iuniores ſenioribus obmurmurantes 1567.a.b
Ius populi in electione Epiſcopi 679.e
Iuſti cur ab iniuſtis permittuntur affligi 358.d
Iuſtinus Martyr in hexameron 1464.d
Iuſtinus de duabus Chriſti naturis 1817.b.c
Iuſtitia huius mundi cum futura collata, ſpeculi de Iuſtitia 5130.d
Iuſtitiæ pars prima 5743.c
Iuſtus nullos niſi pœnitens 1625.a
Iuuenes finguntur è ſenum moribus 1629.b

K

KArillius Romanus princeps ſtrenniſſimns. 886. b
de Kalendis Ianuarij 1933. d
Kore datham & Abiron à terra abſorpiti 983. b

L

LAbia eccleſiæ, qui 1742. c. d
Labia ſtillantia myrrham prædicatores verbi dinini habere decet 1761. b. e
Labor omnis, mors eſt volnptatis 1289. b
Labor tollit voluptatem 1320. c
Labor carnis amandus 1268. d. e
de Labore qni ſecundum Deum eſt 1055. c
Laboris vtilitas 1055. e
Labores cnm humilitate ſubeundi 1056. c
Labores corporis cur patienter ferendi 1268. b
per Lac legis inſtitutio notatur 1742. e
Bonæ lachrymæ pro defunctis 165. e
Lachrymæ vtiles 212. e. breues 213. e
Lachrymæ in exequijs 106 b
Lachrymæ à Deo petendæ vt orationem comitétur 1082. c
Lachrymarum profectus magnus eſt 1611. b
Lachrymis in oratione effuſis nó gloriádū 1078. d
Lagarit vrbs in Edomia à Veſpaſiano capta 825. b
Lamentatio Ioſephi ſuper Hieruſalem 846. a
Lamentatio Ioſephi ſuper Hieruſalem 836. c. d
Lamentatio Ioſephi ſummi ſacerdotis ſuper Hieroſolymam 902. b. 904. a. b
Laici quid de monachis ſecolaribns dicant 574. c
Lapis, ſocordiam: ligna promptitudinem ad mala ſignificat in ſcripturis 1325. e
Laqnearia pro Apoſtolis 1716. d. e
Latitudo mnrorum, quid 1783. e
Latronibus olim parcebatur in die cœnæ dominicę 1605. a
Lauacrum factum à Salomone Hieroſolymis in typum bapriſmatis 1427. a
Lauare pedes, qnid 1751. d. e
de Laodibus ieinnij 1581. b
Laus ducis, iniuriarum oblioiſci 1992. b. c. & ſeq.
Lectulus Salomonis pro ſepnlcro Chriſti 1731. e
Lectulus Salomonis Eccleſię Chriſti comparatus 1730. b
Lectiones 547. c
de Lętitia in Deo 1102. d
Lętitia Ioſtorum, charitas 1104. b
Leonis à Sanſone occiſi myſteria 31. e
Lepra ſunt percuſſi qni Deū blaſphemarūt 500. d
Læna pręſentem vitam ſe deſignant 1719 a
per Lęnam ſpōſi tempus pręſens indicatur 1796. b
de Lege 1203. c
Legi derogat neceſſitas 1892. d
Legibus imperatoriis quomodo vtendum ſit in eccleſiaſticis controuerſiis 302. c
Legis triplicis perfectio 1287. b
Legis naturæ definitio 1334. d
Leo ſolitarius & ſponte inclnſus 543. a
Leo memor accepti à nautis beneficij 510. d
Leuitas conſilij 1899. c
in Leuitico qnid agatur 1847. e
Lex qnid conferebat 721. a
Lex carnis, & Spiritus 1382. d
Lex peccati eſt, voloptas ſenſus 1315. d
Lex Chriſti, charitas 1222. d
Lex naturalis & ſpiritualis 1330. a
Lex eſt ſpiritualis & ea quæ ſunt in lege 1507. b
Lex ſcripta 1334. a
Lex naturalis 1333. d
Lex non intelligenda corporaliter 1337. b
Lex gratiæ 1334. b
à Lingonenſis eccleſia 94. d. 107. d
Libanus quid 1785. c
Liberij P. M. ad Conſtantinm Auguſtum Epiſtola 293. a
Libanus dealbatio eſt 1739. d. e
Libanus mons eſt arboribns feraciſſimis conſitus 1765. b
Libanus dealbatio dicitur 1746. c
Liberius inuitus ad pontificatum acceſſit 294. a
Libido vbertate lachrymarum eradicatur 1549. e
Libertas voluntatis non cogitur 22. a
Libertas arbitrij 1285. a
de Libertate Eliſæi 593. c
Libri ſacri tum veteris, tum noui teſtamenti quid complectuntur 1847. b. c
Libri hiſtorici qui 1847. d
Librorum veteris teſtamenti ordo. 1847. 1848. 1049. a
Si Ligna Paradiſi ſunt ſenſilia, melioris ſunt conditionis brnta quàm homo 1460. d
Ligna tria in Paradiſo 1446. b
Ligna quibus Deus iubet veſci non ſunt ſenſilia 1484. e
Ligna tria in monte Caluariæ 1446. b
per Ligna ſyluarum, quid ſignificetur 1717. d
Ligni vitæ eſus 1286. b
Ligno Paradiſi veſci, eſt frui contemplatione vt cognitione 1484. c
Lignum vitæ & lignum ſcientiæ differunt 1285. d
Lignum ſcientiæ boni & mali 1273. a
Lignum ſcientiæ boni & mali eſt ſuperbire & ſe exiſtimare Deum cognoſcentem bonum & malnm 1483. a
Lignum fructiferum faciens fructum eſt paſſio crucis, quod lignum ſolis Chriſtiánis eſt fertile. 1400.
Lignum ſcientiæ edere quid ſit 1286. b
Lignum idolatria & Apoſtaſia 1483. e
Lignum non eſſe adorádum & per lignnm crucis perdendum ſerpentem multis prodigiis docuit Deus 1504. e
Lindo aut Inido religioſus diaconus 308. c
Lingua freno coercenda 654. a. b
de Lingua effæni 965. 966. a
Lingua eſt laqneus inſanabilis 1545. d
Linguæ intemperies 954.
Litigare liceat ne pro viribus eccleſiaſticis 511. c
poſt Literam quærendns eſt ſpiritus, qnę in Chriſto adimplerur 1389. e
Litteræ piæ Theodoſij vt Cyrillus & Ioánes inter ſe rixantes concilientur 1858. a
Loca montana quid myſtice ſignificét in ſcripturis 1290. a
Loca ſcripturæ quib⁹ hęreſis Arrij nitebatnt à patribus explicatur 1855. a
Localitas Dei illocalis 491. b
Loci hæſitantium hæreticorum, quos adducebant contra duas naturas Chriſti explicantnr. 1870. a. 1871. a. & ſequent.

de Loco ad orandum idoneo diſputatio nobiliſſima 1835.1836.a
Locus capax omnium 1386.d
Locus theſaurorum ventres pauperum 744.c
Locus nec inoenitur Hieroſoly. pro cadauenbus ſepeliendis 869.e
Locus hic eſt corruptus 1444.a
Locus Cyrilli de animæ & corporis vnioue eaplicatur 1820.e
Locus pœoitentium vbi 1596.e
Locus vbi Abrahã colligaoit filium ſuum. 846.b
Locutio Dei paraphraſica ad mulierem eaponens myſterium uouarum protoplaſtis & ſerpenti inflictarum 1527.b
Locutiones eccleſiæ noo ſubiacent Grammaticæ regulis 552.b
Longanimitas animarum prȩſidi ueceſſaria 1091.d
de Longanimitate ſiue leuitate animi & iracundia 1088.b
Lõgin⁹ miles Roman⁹ ſui ſe cõfodit gladio. 889.a
Longinus miles Romanus 849.c
Loquacitas nimia 953.954.a
Loquacitas mouacho indecora 654.a.b
de Loquendi immodica & audaciore fiducia 953.954.a
Lotharius Caroli magni pronepos Lothariugiæ rex Vvaldrodã pellicem duxit Anathemate dãuatus 306.c
Lotharius Rex escommuuicatur 301. & ſequent.
S. Lucas Euangelij & Apoſtolicorum Actuũ ſcriptor 261.d
In prima luce docetur voitas diuinitatis in trina luce vuitas hypoſtaſcoo 1404.d
Lucerna ſpiritualis 1328.b
Luctus ſi ad finem vſque vitæ retinetur gaudium parat 1060.e
de Luctu 1060.d
Ludo diaconus 314.b
Lumbaris in Euphratem ab Hieremia proiecti expoſitio 1477.a
Luminaria facta ſuut ad terræ non ad maris illuminationem 1493.d
Luna à Deo habet gubernationem poteſtatem aquæ & ſpiritus in aqua & mari 1411.d
Luna couſiſtit triginta dies ea tribus uumeris perfectis in typum trinum hypoſtaſeon 1408.d
Luua variis modis ſumitur 1774.1775 b
Luna eſt eccleſia, Eccleſia ædificata eſt io fide. 1385.a
Luuæ Eccleſia comparatur 1774.d.e.177.a
Lutherus contumas in Chriſti vicarium 2027.d
Lua prima & ſingulari erat typus fidei Iodaicæ. 1410.a
Lux trium Dierum vbique espanſa eſt lua trinitatis 1401.d
Lux diuinitatis poſt incarnationem non eſt circũſcripta 1401.e
Luxuria 1948.b
Luxuria puoienda 338.b
de Luſuria 1206.d.c
Luauriæ formulæ 1948.c
Lychnis lapillus creſceute luua edit ſooũ modulatum 1412.a

M

MAcedoniaui Spiritumſanctum creaturam & ſeruum dicebant 1877.d
Macedonij hæreſis, ſexta 1855.d
Magi cur aurũ cũ myrrha Chriſto obtulerit 1435.d
de Magiſtratu 1140.c.d.
Magiſtraubus vacat eſſe philoſophos Chriſtianos eſſe non vacat 171.d
Magiſtratus virum indicat 786.e
Magnatem vitæ innoceutis reperire prodigioſum eſt 514.b
quæ Mala infelix anima monachi patiatur, cũ ad inferiora reuertitur 577.a
Mala potius dicenda uon eſſe, quàm eſſe 494.e
Magnetis natura 498.e
Mala ea auaritia 1548.b
Mala præcipua vniuerſæ malitiæ efficieotia, tria. 1269.d.e
Magorum profectionis dies 1934.e
Maledicere eſt iucundum hominibus 1443.e
Maledicta terra & benedicta terra q̃ dicatur 1531.d
Mali punicæ, eccleſiæ geutium dicuotur 1780.a b
Mali non tollerandi 716.d
in Malis aſſuetudo quid efficiat 698.b
vt Malis tribus accipitur voum, ſic & duo 1866.d
Malitia dæmonum quid 1241.c
Malitiam otium docet 1055.e
Malum nullum niſi voluutarium 1768.d
Malum nou eſſe à Dco 169.e
Malum & eſui & potui aptum 1717.c
Malum pro ſeruis Chriſti fidelibus 1737.a
Malus, pro cruce humanæ ſalutis auctrice 1797.a
Malleus quid myſtice ſignificet in ſcripturis 87.a
Mammæ duæ, duo ſunt teſtameuta 1700.e
Mandata duplicia 769.d
Mandata ſpooſi cur ſeruanda 1718.a
per Mandragoras quid ſeotieudum 1795.b
Manes & aquila Deum dixerunt meudacem propter locum geueſis de muliere 1485.b
Manichæi opinio de duabus coutrariis poteſtaribus 1525.b
Manichæi vude dicti 1879.b
Manichæi hæretici 1461.c
Manichæorum hæreſis, ſecunda 1853.b
Manichæorum hæreſes 1832.e
Manſio mooaſtica 1058.b.c
Manſuetudo Titi qua cum Iudæis vſus eſt 885.a.b
Manus Chriſti tornatiles quando factæ 1762.d. 1763.a
Manus Chriſti quare aureæ prædicantur 1762.e
Marcelliuorum error 1879.b
Maria ſecuuda Eua 1414.a
Mariam cur deiparam dici voluerint patres 1814.e
Marcionitæ ac Manichæi legiſlationem teſtamenti veteris mali rerum opificio eſſe tradunt. 1878.e
Mare bituminis ſiue ſalſum 825.b
Marini ſacerdotis incoutineutis miracula 625.e
Matracinus 57 b
S. Martiui inuocatio 79.e
Marthæ & Marię collatio 703.a
Diou⁹ Martinus manifeſtiſſimus Confeſſor 50.e
S. Martinus 25.b
Martyres quare auro comparantur 1735.d
Martyres imitandi 1714.d
Martyrum venerandi cineres 80.b
Martyrum ſacrę memoriæ 88.d
Martyrum reliquio ad baſilicarum ſignificatiouẽ. 72.b

Maſaliani hæretici dicti ſunt Euchitæ, hæreſis eorum 1876.1880.a
Mater filij ſui ſepulchrum efficitur 890.b
Mater hominis, quæ 5795.b
Mater Ioſephi ad ſeditioſos 875.876.a
Matris immũditia cur duplo maior cùm puellam peperiſſet 1577.b
Mattathias ſacerdos magnus 790.c.d
Matthiæ pont. mors miſeranda 870.c
Mathæus ſcripſit hebraicè 1478.e
Maxillæ ſponſi areolis aromatum cõparatæ 1761.d
Meatus ſubterraneus per quem Hieroſoly. vrbẽ ingrediebantur & egrediebantur 881.b
Medicina auaritiæ 1948.a
Medicina multiplex contra peccatum 1588.c
de Medicis 1195.a
Meditationes ad inſtruendam orationem 264.e
S. Melaniæ laus 66.d
S. Melaniæ comparatio cum Anna matre Samuelis, 68.c
Melis nomine prædicatio pœnitentia denotatur. 1742.e
Membra Chriſti Rex & ſacerdos 710.c
de Memoria 1196.c
Memoria SS. 44. martyrum monaſt. 931.b
Memoria extremi iudicij vtilis eſt contra omnes tentationes 473.d
Memoria mortis quibus medetur 477 d
Mundici inopiam mentiti 194.c
Mens quando à dæmone tentatur 1229.b
Mens orationis tempore componenda 1082.a
Mẽs ad id incũbit vt intelligat & ĩtelligatur 1283.a
Menſa pro virtute operante 1241.a
Menſes Hebræi 1831.c
Menſæ ſalutares 110.e
Menſura tormenti retribuitur iuxta quantitatem gaudij 478 e
Menſura iuſta 1036.d
de Mente & paſſerculo ſimile 1126.a.b
Mente diabolica nihil frigidius 1746.d
Mentem humanam Chriſto non tribuebat quæ eſſet quid pollumm 1856.c
Mentis euagatio in oratione à dæmone eſt 1607.a
Mentis pabulum 1082.b
Mẽtis trãquillitas loquacitate periclitatur 1076.d
Mentiri quid ſit 519.d
Mercari propriam ſalutem 259.c
Merces temperantiæ 1130.d
Meridies ſexti diei ſignificat medium ſexti diei ſeculi, quo Deus homo factus eſt 1514.e
Merita magna fidei & operationis 89.c
Merita naturam mutant 750.d
Merita priorum ſanctorum 931.a
Meriti boni vis 250.c
Meritis obtinetur, q̃d precibꝰ prædeſtinatur 750.e
Meritis locupletioribus orti 8.b
Meritorum vertices 57.e
Meritorum innumera cohors 123.e
Meritum 150.e
Meritum confeſſoris ſublime 46.a
Methodus refellit errorem Origenis de animabus 1531.e
Metus Dei omnem metum tollit 248.c
Metus belli Gothici 260.b
Militia duplex 1883.a
Militiæ ſpirituales ſiue vitæ Chriſtianæ tyrocinium 662.b
Militiæ vtriuſque antitheſis 1883.a
Militiæ regulæ 1883. & ſequent.
Milites Romani cõfecti ab Hieroſolymit. 793.b.c
Militum elegans periphraſis 685.c.d
Militum ſtatus quàm plenus periculorum 174.c
per Mille Clypeos, omnes electos Dei & ſanctos intelligendum 1738.a
de Miniſterio 1058.b
Miniſterium crucis in benedictione Effraim & Manaſſe 43.b
Miniſtri alij ſunt verbi, alij ſunt ſacramenti 618.a.b
Minores aliquando maioribus dominantur 857.e
Miracula etiã fiũt per indignos ſacerdotes 624.c.d
Miraculum Chriſti celebre à Sybilla prædictum. 1644.e
Miraculum de Chriſto quod Cæſar Auguſtus viderat 1935.a
Miracula in dies crebreſcere, & cur 128.a
Miſericordia, finis eſt legis 1271.b
de Miſericordia 1996.a
Miſericordiam facere quid 948.c
ad Miſſa Chriſto corpore audienda 1625.d.e
Miſſas facere 319.e
Miſſæ tres in natalis nocte 1932.a
Modeſtia animi & verecundia 1028.a
S. Modeſtus monaſteriorum pater 931.
Modus & eſus continentiæ 1356.e
Modus dicendi in ſcholis 544.c
Monacha fraternitas 28.b
Monachi aſſiduè diſcurrentes 574.a
Monachi ſynceram conuerſationem indicat voluntaria paupertas 1059.b.c
Monachi diſcurſio virtutem expellit, & vitia introducit 575.c
Monachi præcipuè debent decimas Deo, etiam ex eleemoſynis 1105.c
Monachi Heliam & Ioannem Baptiſtam imitantur 38. 1059.c
in Monachi habitu carnis delectationẽ q̃rere 661.d
Monachi Heliæ & Ioãnis baptiſtæ imitatores 1077.d
Monachi circa ſalutem animarũ nihil agãt inconſultis Epiſcopis 355.a
Monachi indiſciplinati horrẽdum exemplũ 345.b
Monachi delegerunt ſibi vitæ monaſticæ inſtitutũ 1079.e
Monachi, qui pretioſis veſtibus delectantur 580.e
Monachi veſpere ieiuni 57.e
de Monachis, qui ad ea, reliquerãt reuertãtur 567.a
inter Monachos vagos, & ſtabiles quid differat. 586.e
Monacho bono nil præſtantius 480.c
contra Monachos in habitum ſuæ profeſſionis ad ſeculum redeuntes 1568.c.d
Monachorum diurnæ & nocturnæ preces 91.c
Monachum decet taciturnitas 1077.b
qui Monachũ ſe & aulicum eſſe putat, errat 183.c
Monachus qui foras egreditur, cum excommunicatio communicare cogatur 578.d
Monachus ſine monacho munitus, pro indiſciplinato & erronea 687.e
Monachus qui ſeipſum tanquam peripſemet eſſe cenſet, beatus 1025.e
Monachus minucola auarus verius, quàm Chriſticola nuncupetur 570.b
Monachus ſuipſius poteſtatem nõ habet 1094.c

Mona-

Monachus à terrenis facultatibus abſtinere debet tanquàm propriis 568.d e
Monachus, qui de eremo ad cœnobium rediens per immunditiam lapſus interiit 476.e
Monachus qualiter ad veras diuitias peruenire poſſit 572.a
vt Monachus ſe à mundi implicatione cuſtodiat 592.c
Monachus in ferètro diu poſitus ad vitam reuocatur 512.513.a
Monachus Sinaites illuſione dæmonis in Iudaiſmum prolapſus 1052.c
Monachus mediocriter bonus, præſtantior eſt ſeculari homine, etiam pio 480.c.d
quod Monachus in ſynodo ad Epiſcoporũ inuidiam libere loqui non audeat 598.d
Monachus quis 1234.e
quod Monachus ſe à mundo cohibeat, & Dei iudicium ſuis ſemper oculis anteponat 599.c
quod Monachus ſæpè falſa carnalium promiſſione decipitur 591.d
Monachus & Chriſtum & pecunias poſſidere nõ poteſt 568.d
Monaſterialem ad latitudinem ab eremitica diſtrictione deſcendere non licet 669.c
Monaſterium cur igne deuoratum 553.c.d
Monaſterium tentationum tempore minime deſerendum 1222.a
Monaſterium Epiſcopali benedictione nondum confirmatum 509.c
Monaſteriũ afflictum diuinitus ob intermiſſa. b. Virginis officia 595.d
Monaſterium fortis Auellani 665.e
Monaſtica libertas 177.d
Monaſticę & Eremiticæ vitæ comparatio, ex d. Benedicti ſententia 533.e
Monaſtici inceſſus decorum 654.a
Monaſticum votum 1567.c.d
Mons myrrhæ quis dici meretur 1738.e
quod Monſtra omnium vitiorum oũc feralius vigerint 597.d
Montanorum hæreſis, prima 1853.b
Montanorum hæreſes 1852.e
Mõtes multis modis ĩtelligũtur in ſcripturis 1589.c
per Montes, leones, & pardos, qui intelligendi. 1740.d
Montes Beiber, qui 1720.d
Montibus prophetæ comparantur 1720.a
Montis caſſini cœnobium ſacratiſſimum 505.b
Monumentum Romuli cur ſic dictum 1643.e
Morbi oratione ſanantur 858.859.a
Morbos animę omnes non eodem remedio curat Deus 1268.c
Mores Romani 1644.d
Moriendum pro religione & patria 883.e
Morini 121.a
Moritur homo bifariam 721.c
Mors appellatur iniuſte finis vitæ 1343.e
Mors Adami & Chriſti 1323.d
Mors animæ diſceſſio Dei eſt 1240.b
Mors æqua omnibus 675.b
Mors animi laudabilia 1300.c
Mors damnatorum 47.c.d
Mors honeſta eligenda potius, quàm vita cũ dedecore 842.e
Mors eſt grande bonum 809.b
Morte alterius vitam non licet quærere 748.c
Ad Mortem poſt mortem trahi 50.c
Mortis memoria, carnis & gulæ illecebris medetur 477.d
Mortùorum numerus Hieroſolymis 878.b
Morum offendicula 673.c
Morum dilapidatio ſuperbia 694.
Moſes ſi libro non inſcripſit & quãobrem 1388.c
Quę Moſes vidit in mõte, erãt typ⁹ eccleſię 1440
Moſes pharaonem ſua oratione vicit 859.d
Moſes non adiit Pharaonem armatus 834.c
Moyſes videtur fuiſſe pontifex 619.c
Muliebris arma 55.e
Muglias dux ſtrenuus exercitus Iudaici 789.d
Mulier quæ à Deo obiecta ſunt, obiecta ſunt accuſando 1517.b
Mulier non eſt adiutrix Adamo ſeu homini, ſed inimica & aduerſa 1483.d
Mulier quæ purgabatur quadrageſimo die quid ſignificet 1409.b
Mulier ſumpta eſt ex viro, id eſt, ſurrepta & adducta ad captiuitatem idololatriæ. 1498.b
Mulier cur ſit facta in Paradiſo 1494.b
Mulier non emittit ſemen 1512.e
Mulier cognoſcebat bonum & malum antequam veſceretur ligno ſcientiæ boni & mali 1485.a
Mulier non exijt è Paradiſo, ſed ſolus homo qui erat ingreſſus 1490.d
Mulier peccati origo & terra 956.a.b.c
Mulier ſola eſt in culpa tranſgreſſionis 1516.e
Mulier peccatrix donum extraneam intrauit. 29.a
Mulier nulla inuenta eſt homini adiutria in ſcripturis præter eã quę facta eſt in Paradiſo 1492.c
Mulierẽ eſſe viri adiutricẽ dictũ eſt de eccleſia & bonum eſſe hominem non eſſe ſolum 1487.d
Multa inuenimus eccleſiæ ſymbola quinquagenarij numeri in ſcripturis 1421.a
Mutationes quatuor eccleſiæ congruenter mutationibus lunæ 742.c
Multi pro vno 546.e
Multiloquium omni ſtudio vitandum 984.b
Multitudo ſingularis per Spiritumſanctum 547.e
Mundi gratia eſt odium Chriſti 54.d
Mundi finis 1653.b
Mundi creatio 1648.a
de Mundi duratione 1645.1646.e
Mundus ſubiugatus eſt ſacramẽto corporis Chriſti 1602.a
Mundus Deos tres habet 1046.c.d
Mũdus hic neutiquam venit diligẽdus 951.e.952.a
Mundus intelligibilis & ſenſibilis 1330.d
Mundus pelago ſimilis 520.e
Mundus cur à Deo creatus 491.c
Munera Dei dãno ſunt otioſis poſſeſſoribus 681.e
ad Munera Abel non reſpexit dominus 1047.a
Munera non accipienda à litigantibus 508.d
Munerum acceptio vitanda 946.b
Mures pro cibis habeatur 863.d
Muri arcis Hieroſoly. ab Eleazaro ſacerdote 874.d
Muri interni caſus 879.b
Murus ſecũdus Hieroſoly. igne comburitur 850.a
Murus primus Hieroſoly. ab Herode ædificatus ſolo æquatus 848.849.a.b
Murus Antochia, quare ſic dictus 847.d
Muſcæ quibus ſacerdotes Deo immolantes, infeſtentur, quæ 677.a

Myrrha quid 1729.a.1731.d.e
Myrrha cui corpora condiuntur 1729.d
Myrrhæ vſus 1761.b.c
Myrrhæ mons quid dicatur 1738.e
ad Myſteria quomodo accedendum 1539.a
Myſteria ſacrificiorum Iudaicorum 1541.c
de Myſteriis diei cœnæ dominicæ 1604.c
quo Myſterio neruus Iacob emarcuit 706.e
Myſterium Trinitatis condemnatur 1849.b
Myſterium Euchariſtiæ 608.d
Myſterium ieiunij quadrageſimalis 1594.b
Myſterium numeri viceſimi ſecuodi 1443.a
Myſterium pietatis 110.e

N

NAbugodonoſor à ſenſibus humanis exulauit 33.d
Nadelini monachi virtutes & lapſus 354.e
Nanetenſis ſynodus 751.b
Nardus alabaſtrum vnguenti ſignificat 1715.a
Nardus quid 1745.a
Narium vſus 1786.a
Naſciturus non elegit mundi ſortia 214.e
Naſus variè ſumitur 1786.c
ante natiuitatem Chriſti ſigna & adūbratio 1931.a
Natiuitatis Chriſti dies 1931.d
Natura humana erat ab initio veluti Dei coniux. 1507.b
Natura cur vna in homine cõpoſito ex animo & corpore 1821.a
Natura ſolis eſt incomprehenſibilis 1405.e
Natura humana in Chriſto multis dignitatis titulis aucta propter diuinitatis coniunctioonem. 1827.a.b.
Natura aquarum apta regenerationi baptiſmatis. 1423.e
Naturam vnam in Chriſto cur noo liceat dicere ratione redditur 1821.d
Naturam vnam in homine, in Chriſto duas catholici fatentur 1868.e
Naturam compoſitã ea diuina & humana in Chriſto ooo poſſe eſſe probatur 1822.b
Naturam merita mutant 750.d
Naturarum vnio in Chriſto Hypoſtatica 1117.b.c
Naturæ vniuntur citra mutationem 1810.b
Naturæ & gratiæ non eadem ratio 1284.a
S. Nazarij reliquiæ Paulino datę à diuo Ambroſio 261.e
Neapolis eadem quæ Samaria 1851.b
Ne fratrem iudicemus 1518.c
Neceſſitas derogat legi 1892.d
Neceſſitati proaimorum occurrendum 948.b
Negare Chriſtum quid ſit 1271.b
Neger Edomæus abſconditur in ſepulcro 797.c
Negotij eccleſiaſtici legibus dirimantur 525.a
Negotiator nullus ſine mendacio 1548 a
Nemagani filij Antiochi Macedonis regis Græcorum ad Titum verba 864.e
Nemo poteſt cum dęmone virtutẽ ędificare Deo. 1310.b
Nero Cæſar dona mittit Hieroſoly. pro holocauſtis offerendis 791.d
Nero Cęſar igne de cęlo in eũ lapſo moritur 835 d
Neronis Impera. expeditio contra Iudęos 784.
Neronis victimę in tẽplo Hieroſolymitano. 792.a
Neruus Iacob quo myſterio emarcuit 706.e
Iud. 9. Neſtis equidem perſica infructuoſa ſyluarũ ligna pſeudo eccleſiæ figura, &c. 718.e
Neſtoriani Chriſtum dicebãt habere propter virtutem inſeparabiliter ſibi, &c. 1878.d
Neſtorij hæreſis 1817.e
Neſtorij hæreſis 1846 e
Neſtorij ſectæ origo 1856.d
Nicena ſynodus de loco orationis in templo. 1836 a.b
Nicephori Chartophylacis Epiſtola ad munachũ quendam 335.a
Niceæ Epiſcopi de aduentu è Dacio, qui ad Natalem S. Felicis occurrerat 254.b
Nicolai P.M. Epiſtolæ epiſcopis Romanæ eccleſiæ, Carolo Francorum regi. 318.319. Hincmaro Rhemenſi 322.a
Nicolai I. Pp. de Rotaldi Sueſſion. Epiſcopi reſtitutione epiſtolæ decretales 296.
Nicolai P.M. Archiepiſcopis & Epiſcopis apud Gallias conſtitutis 324.c
Nicolaitarum hæreſis de matrimonio 542 a
per Nigredinem corui quid intelligendum 1760.1761.a
Nikanor Titi legatus apud Hieroſolymitas, occiditor 847.848.a
Nilus quando fluat & refluat 1397 a
γνωμικως vltro ex, ſententia 1343.b
Niſan menſis, martius eſt 1618 e
Nitra Iudæorum dux fortiſſimus moritur 804 c.d
de Nobilitate 1208.1209.a
Nobilitatis Romanæ in peregrinos humanitas. 1644.d
in Nocte quare natus eſt Chriſtus 1931.e
Noctis ſunt quatuor vigiliæ 1443.e
per Noe facta mundi reformatio 1442.d
Noe figura Chriſti 1507.d
Nolanæ vrbis initia & incrementa 255.b
Nomen lunæ græce ſignificat baptiſmatis regenerationem 1408.c
Nomen corporis Chriſti anbiguum 1875.a
Nomen eccleſiæ nẽpe Euæ eſt vita, eaque eſt mater omnium viuentinm 1536.d
qualium Nomina pretermiſſa in ſcripturis 143.e
Nomina Euangeliſtarum quid ſignificent 1478.c
Nomina tria Euæ nempe eccleſiæ, ſed a deteriori nomine profecit in melius 1537.d
Nomina ſunt quatuor Adami nempe Chriſti ſed ex meliori accepit peius 1537.e
Ex nomine Exorciſtæ aſſumpta grauitas 98.c
Nomine & re pertinere ad Deum 1271.a
Nominis Dei inuocatio dæmones expellit 1080.d
Non eſt debita ſeruitus implere tantùm quæ præcepta ſunt 66.a
Noſtra cupidius non quærenda 1032.a
Nota pro monacho 1080.b
Notione vna anima Deus comprehẽdit, diſtinctè tamen 491.d.e
Nouatiani quod nec ſini deponendi, nec Arriani baptizandi 632.d
Nouatianorum hæreſis 1879.c
Noui teſtamenti finis 1275.c
Nouiſſimus dies quid ſit 1933.b
Nudatio duplex nẽpe à bonis alienatio, & à Deo excidiſſe 1512.b
Nudi quinam dicantur in ſenſu allegorico 1559.a
Numeri omnes deſcribunt myſterium quod eſt in Chriſto 1451.b

de Numeris Eccleſiæ elegans diſputatio 1738.a
Nnmero 11.Cógrega mihi ſeptuaginta viros de ſeuioribue Iſrael quos tu noſti &c. 731.d
Numero quaternario plurima coutinentur 1401.c
Numerorum libris quid agatur 1847.e
Numerus quadragenarius,quid 535.h
Nnmerus omnis quadragiuta dierũ præfigurabat in ſcripturis myſterium Chriſti 1409.e
Numerus ſexies millenarius eſt vnitas omnis calculi & numeri qui dicitur in literis 1444.d
Numerus in quantitate diſcreta & continua reperitur 1866.h
Numerus mortuorum Hieroſolymis 878.h
Numerus ſeptenarius potens 248.e
Numerus quinarius & quinquagenarius dicitur iuſtus 1420.e
Numiua mundi tria 1046.c.d
Nummus pauperi datus, magno cum fœnore reſtituitur. 351.c.
Nuptiarum incommoda 701.a.
Nuptiæ ſecondæ non improbantur. 551.d
Nuptiæ factæ in Cana quid ſignificeut 1392.c
ex Nuptijs non ſperatur impugne fœlicitas 700.h
Nux à populo legi Moſaycæ cougruit 1779.a.h
Nux Chriſto comparata 259.h

O

OBedientia 990.d
Ohedieutia vitam operatur 989.a
Obedientia monaſtica 668.a
Obedientiæ definitio 990.e
Obedientiæ nihil eſt anteponendum 1369.c
Irenei Obiectioues quod cum Eua loquens nou fuerit verus ſerpens 1505.b
Obiectiones aliæ Anaſtaſij,quod nou fuerit ſerpẽs qui loquebatur cum Eua 1503.b
Obiectio hæreticorum diluitur reſpouſione Catholicorum 1863.d e
Oblatione Iubilæi grandis pecuniæ 1632 c
Oblatioues iniquorum nou recipiendæ 339.e
Obſeruatio dierum feſtorum firmat fidem 254.e
Obſeruatio præceptorũ, ſalutis æternæ prima eſt ianua 1801.e
Occidentalis terra Romanis ſubiugatur 783.e
Octaua Pentecoſtes 650.c
Octauæ feſtiuitarum quare colantur 1933.c
Oculi pro prædicatoribus 1735.e
Oculi Sponſæ cur oculi columbarum voceutur 1734.d
Oculi quando ad Chriſtum conuertuntur 1769.e
Oculi Domini ſeptem 1761.b
Oculi excellẽtiſſimi, declaraur fidei Prędicatores, atque ſanctos Eccleſiæ Doctores 1740.e
Oculum ibi eruere quid ſit in ſcriptura 1343.e
Odo Belgiuacorum Epiſcop. Caroli Calui legatus 297.
Od. llamitis,quid 1782.a
Odiſſe animam, & renunciare omnibus, quid 950.d
Odore quorum delectatur Domiuus 1725.e
Offendiculamorum 673.c
Offenſio non acquirit beneficum 699.e
Officia pro fratribus defunctis 668.c
Officioſa in homines gratia Dei 697.b
de Officijs diuinis Albino Flacco Alcuino authore 1929.e
Officium Beatæ Mariæ ſemper Virginis 345.e
Officium nocturnæ laudis 502.a
Olei fons 1643.c
Oleum vnctionis,cur Deus iuſſerit fieri ex calamo & myrrhæ 1432.a
Olera pro cibis ſunt 863.d..e
Olympiodorus Philoſophus Alexãdrinus 1440.h
Omnia Deus poteſt,ſiue faciat,ſiue nõ faciat 1495.e
Omnia poſſe coæternum eſt Deo 304.d
Omnia diuerſo Baptiſatorum 1423.e
Omnia dicta moſis ſunt de chriſto & propter chriſtum 1400.c
Omnia per ipſum facta ſunt & cæte. quomodo intelligatur 1877.c.
Omuia quę ſunt ſupra terram docent Chriſti ſapientiam 1398.a
Omnibus & ſine hæſitatione danda elemoſyna 1070.e
Omnipotentiam Dei varij & admirabiles effectus indicant 497.a
Ioann.8. Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati 734.e
Onus legis baculus inportabilis 721.d.e
Ouus peccatorum in baptiſmo deponitur 1399.h
Opera partium atribuuntur toti 549.a
Opera fidei efficacis 933.e
Opera debita vt voluntaria. 95.b
Operari bene nemo poteſt ſine Spiritusſancti gratia 655.a
Operatio & contemplatio vnam perficiunt ſapientiam 1330.c
Operatio caloris recedeus vitam adimit 1405.d
Operationes & qualitates terræ diuerſæ vnde exiſtant 1398.h
Operatores duodecim conducti 1480.b
Operum merces 24.e
Ophitarum & Manichæorum ſecta 1512.b
Ophite hæretici 1462.c
Opiniones Origenis enumerantur 1875.e
Opportunitas temporis ſemper captanda 1061.e
Opus manuarium 1055.d
Opus ſeruile quod ſit 144.c
Opus triplicis philoſophię ſeu theologiæ 1346 b
Orandi ſummus modus quid 1253.e
Orandum pro inuicem 1030 c
Orandum omni tempore & vbique 1082.e
Orantes cur uon exoramus 1283.e
Oratio qnid 1082.a.b
Oratio ad vnum & trinum perſonarum Deum 169.e
Oratio exhortatoria ad milites Iudeorum 784.d.e
Oratio S. Antiochi 1051.d.1054.e
Oratio ad Iudæos eleganter dirigitur 1523.a
Oratio ſuperbiam deprimit 1082.c.d
Oratio Amittai ad Deum altiſſimum 873.a
Oratio cęteras virtutes antegraditur 1081.e
Oratio itineris viaticum 859.b
Oratio verè abſtinentium qualis 943.b.c
Oratio intempſtiua eſſe nunquam poteſt 1061.e
Oratio Ioſephi ſacerdotis ſummi ad Deum 812.a
Oratio morituri Iudæi pout. contra inimicum 873.e
Oratio Ioſephi ad ciues Hieroſolymitanos 851.e
Oratio aſſidua qnæ ſit 1357.b

Oratio vera mentem ſegregat ab omnibus & ſic exorat 357.a
Oratio dominica compellit nos inuicem condonare 1586.b
Oratio ad S.Felicem vt bellorum pericula auertat 254.a
Oratio ante ſomnum dicenda 960.a
Oratio pabulum mentis 1082.b
Oratio Agrippæ regis ad Iudeos 784 a
Orationem impedite dæmonibus curæ eſt 1080.c
Oratione non hæſitandum 1053.b
Oratione non gladio ſaluat dominus 858.e
de Oratione 1081.d
Orationes dicendæ ſuper penitentes è ſacerdote 1952 c
Orationes collectarum 547.d
Orationis vis 248.b
Orationis arma ſemper victricia 513.b
Orationis formula 278.c
Orationis neceſſitas 1081.d
Orationis effectus 1082.a
Orationis vtilitas longè maior quàm armorum 819.e
Orationis vis 837.d.e
Orationis fundamentum 1311.a
quod Ordinati ab impijs hæreticis ſæpè à ſuis nõ remoueantur officijs 636.b
Ordinatio ſi ſit Catholica, eſt & rata 607.e
de Ordinatione cleri 2009.e
Ordinum Eccleſiaſticorum merenda moles 54.
Ordinis librorum ſcripturæ ſacræ myſterium 480.b
Ordinis monaſtici defluxus 665.c
Ordo inter Epiſcopos 324.e
Ordo Epiſcopatus differt à ſacerdotio 619.e
Ordo cognitionis rerum diuinarum 1303.e
D. Oreſieſis monachi Regulæ de inſtitutis monaſticis 905.b
Origeniani more paganorum exiſtere animas ante corpora docebant 1878.d
Origenes negat reſurrectionem carnis 1533.d
Origenes nefandorum effectorum turpium perpetrator 1481.b
Origenis opinio de fructu ligni 1515.b
de Origenis opinionibus dicentis Chriſtum Patre inferiorem 1875 d
Originalis gloria 17.a
Origo circuncisionis 192.d
Origo regni Iudaici 1848.b
Origo & definitio voluptatis interdictæ 1344.a
Ori ſuo parcere quid 1610 b
Ornamenta Eccleſiæ quando oppignorari poſſunt 742.e
Ortygomera ſine ſemine genera 1415.e
Oſcula Spiritus ſancti, ſeptem ſunt gratiarum dona 1704.d.e
Oſculorum differentia 1704.1705.
Oſculum Sanctum 11.a
Oſculum ſpiritale 1704.e
Otho Rex Teutonicorum poſtea imperator à filio ſuo Epiſcopo anathemati datus 563.b
Otioſiloquium 984.a
Otium malitiam omnem perdocet 1055.e
Otium parens concupiſcentiæ 1031.b
Ozan cor à Deo percuſſus 954.d

P

PAcis eruditiones Iehudæis à Tito oblatæ 851.b
de Pace 1995.c
de Pace ſeruanda ſermo 1571.d
Palatij nomen in quo pariebant Auguſtæ 1807.a
Palea calida & frigida eſt 497.c
Palmarum feſtum 1953.d
Palpantis proprium 1281.a
Palpare vngue aquilino 347.d
P.M. ob diuenditum Eccleſiæ patrimonium diuinitus percuſſus 515.a
Pandulphus capuæ princeps 517.b
Panem cum melle comedere 1749.a
Panes hominis excommunicati canes attingere renunt 349 c
Panis Campanus ſciligineus 12.d
Parabola explicatur de ſeminante 1393.e
Parabola Iudicis iniqui de Chriſto intelligitur 1502 c
Paradiſi duo ſpiritualis è ſenſilis cœleſtis & terreſtris 1462.e
Poſt Paradiſum plantatum Deus nominetur Dæmon Dominus 1528.c
Paradiſus Dei diuerſus à Moſayco 1464.e
Paradiſus eſt ipſe Adamus 1501.d
Paraphraſis pulchra eorũ quæ Deus dixit 1482 e
Parcitas ſordida & illiberalis vnde 947.b
Parentes cur honorandi 1086 a
Parentibus ſpiritualibus amplior quàm carnalib⁹ debetur honos 1087.b
de Parentum honore 1167.d
Pareth Rex 853.854
Paro nauigij genus 163.b
Parœcia pro Epiſcopatu 315.a
Parricida 1949.b
Pars maior, non ſemper melior eſt 1216.b
Partes ſeruiunt toti 548.e
Particula filij prodigij parabolæ exponitur 1484.a
Partus Virginis vaticinatur 499.d
Paſcha quid 730.c
Paſcha ſacrificabatur in figuram Chriſti 1408.b
Paſcha typus Chriſti Paſſionis 1474.b
Paſchalis ſolennitas reuocat dies Prandiorum 116.a
Paſcaſius Diaconus 119 e 120.c
ex Paſſione Dominica in Chriſti humanam naturã colligit B. Cyrillus 1815.b
Paſſiones corporis vtrum eodem modo fuerint in Chriſto & in nobis 1874.a
Paſſionis figura à Moyſe Præmonſtrata 1695.b
Paſtor præparet mentes ad ferendas tentationes 1091.a
Paſtor medicum imitetur in grege curando 1090.e
Paſtorem vnum in Eccleſia eſſe demonſtratur 1645.c
Paſtorem ab oue quidquam incredibile eſt 2008.e
Paſtores abeſſe non licet 716.e
Paſtores per multi nomine re pauciſſimi 1785.d
Paſtoribus animarum quid neceſſarium 1091 d
Pater Regenerationis pro ſacerdote baptiſante 97.
Paterna filiorum caſtigatio 1100.e

de Patientia 1040.c
Patientia virtutum princeps 746.c
Patientia virtutum Regina 507.a
Patientiam docet tota ſcripturæ 507.b
Patiendi & agendi rationes diuerſę 1277.a
Patres qui floruerunt ſub Conſtantiniano ad Synodum Chalcedonenſem 1854.d
Patres, & gula lapſi ſunt, & ieiunio ſteterunt
Patriæ cauſa moriendum 883.e
Patriarchæ & Prophetæ aſſimilantur ſtellis 1415.b
Patronus proprius 246.b
Patrisfamilias cuiuſdam in pauperē miſericordia 351.b
Pauci in exitu pœnitentiam accipiunt 1590.b
Pauliani Chriſtum dicebant eſſe puerum ac ſolum hominem,&c. 1878.b.c
Paulianiſtæ cur rebaptiſandi 634.d
Paulini conuerſio à ſeculo 97.d
Pauliani conuerſio à ſeculo 7.b
S.Paulini promotio ad preſbyteratum notanda 56.d
Sancti paulini epiſtolæ ad Seuerum 153.a
S.Paulini vita in vrbe 88.d
S.Paulini vitæ inſtitutum 164 b
Paulinum ægrotantem frequentes inuiſebāt 10.b
S.Paulus egregius Prædicator 324.d
Paulus cum coniuge Petro Romæ mortui occidētem & illuminantem 1416.e
D.Paulus ſummus Apoſtolus 1280.e.1281.c
Paulus raptus ad tertium cœlum quomodo dicātur 1388.a
Paulus non fuit raptus in Paradiſum terreſtrem 1473.e
Sanctus Paulinus abſolute conſecratus 56.d
Pauperes animarum noſtrarum Patroni 140.d
Pauperes parandas apud Deum interceſſores 750.b
Pauperes erga Deum aduocati 744.e
Paupertatis voluntariæ encomia 1059.e
Paupertas voluntaria indicat monachi ſynceram conuerſationem 1059.b.c
de Paupertate 1146.c
Pauperum in Eleemoſyna petenda habitum in oratione imitari oportet 652.e
Pauperum contemptus crimen eſt parricidale 144.e
Pauperum comparatio deputatur ad iuſtitiam 142.b
Pauperum habenda cura 349.d
Pax Domini ſalutatio Epiſcopalis 545.b
Peccandi aſſiduitas obruit intellectum 1569.e
Peccantes ſine ira corripiendi 1090.d.e
Peccanti eleemoſynam nihil prodeſſe 1595.b
Peccare in fide,& recedere à fide differunt 633.a
tres Peccarunt in Paradiſo 1446.e
Peccata confitens quomodo debent ſe gerere 1591 d
Peccata minuta Eleemoſynis redimūtur 1595.b
Peccati principium vnde 956.a
Peccati recordationem lachrymæ comitari debent 1610.b
Peccator ieiunans,dæmoni ſimilis eſt 1608.c
Peccator ſimilis iumēto malas in piſtrino Soluēti 30.a
Peccator reſurgit ad maiorem gratiam 487.c
tres peccatores in Caluaria 1446.e
P.peccator monachus Leoni ſolitario 543.a
Peccatori nulla ſupereſt peccari excuſatio 59.b
Peccatorum minorum quotidiana vulnera 1615.a
Peccatorum initijs ſedulo repugnandum 569.e
Peccatorum à communione per Eccleſiaſticam diſciplinam abſenti qualis eſſe debeat cogitatio 1602.d
Peccatum forenſe 1548.c
Peccatum omne quomodo cōficitur & deponitur 1233 b.c
Peccatum non aſſumptum à Chriſto, & cur 1266.c.d
Pectuſculum in Leuitico,quid 1287.d
Peculij Eccleſiaſtici dilapidatio 349.a
Pecunia parua animam monachi immaniter lædit 571.a
Pecuniæ amor, morbus eſt maximè pernicioſus 945d
Pedes diſcipulorum à Chriſto lauati in typicū baptiſmatis 1427.b
Pedes lauare,quid 1751.d.e
Pedum nuditas religioſa 667.e
Pentecoſtes feſtiuitas Hebdomadum & meſſis eſt 818.d
Pentecoſten feriemur 1689.b
Pentecoſtes & Sceuopegiæ myſterium 1344.e
Pentecoſte Hebdomadarum feſtiuitas 882.b
Pentecoſtes ibidem b
Peregrinantium munera 1644.e
Peregrinatio Romana ad ſanctorum Apoſtolorū natalem 94.b
Peregrini frequentes ad S.Felicis aram 253.e
Perfectio omnium bonorum illuceſcente Chriſto ſignificatur per ſolis ortum quarto die 1401.b
Perfectio triplicis legis 1287.b
Perfectio pro vita monaſtica 15.a
Perfectionis opus audere, pro monaſticam profiteri 56.b
Perfectionis palma 13.e
Periculum animæ in delicijs 1068.a
Periculū immane eſt attrectare manibus indignis altaris ſacramentum 557.a
in Periculo incendij inuocatur S.Felix 267.d
Periurium 1949 a
Periurus ſpiritualiter 1326.e
Perſæ cum ſororibus & matribus matrimonium contrahunt 1462.e
de Perſeuerentia boni operis 1910.b
Perſeuerandum in virtutibus vſque ad finem 1612.e
Perſona quid 1810.d
Perſonæ diuerſæ nominantur vnus homo 1501.
de Perſonarum acceptione non habenda 1064.b
Perturbationes animi ſilentio ſedantur 1077.a
Perturbationes 4.animæ non ſunt ab initio in homine creatæ 1275.b
Peſſulum hoſtij facere, quid 1753. de reſerare ibidem
Peſtis valida Hieroſolymis 894.a
Petitiones iuſtæ inueniunt effectum 754.e
Petra Chriſtus vocatur 1723.d
Petra Chriſtus 695.b
Petri peccatoris Dominico & cæteris fratribus qui in eremo ſua vicini mentis commemorātur 506.e

Petri monachi exhortatio vt blanchæ comitiſſa vt in cœleſtis ſponſi amplexibus requieſcat 471.e
Petri Damiani Oſtienſis ſermones 650.a
Petro Damiano quãta ob dimiſſos Epiſcopatus im miſſa pœnitentia 747.e
S.Petrus primos Apoſtolus 324.d
Petrus teneos primam ſedem 1417.e
Petrus ſummus Apoſtolorum 1355.d
Phialæ aromatum quid 1767.b.e
de Philargiria hoc eſt amore pecuniæ 945.d
Philautia omnium vitiorum mater 1270.a
Philautia innumeras affectiones procurat 1272.e
Philautia quid 1228.c.d
Philautia alia bona,alia mala 1272.a
Philautia omnium malorum mater 1235.d
Philautia hominum 1271.c
Philiſthæi ſemper Iudæis fortiores 855.d
Philoponus Tritheitarum hæreticorum autor 1861.d eiuſdem error ibidem.e
Philoſophari verè quid ſit 673.a
Philoſophi pecuniarum contemptores 172.e
Philoſophia duplex 1297.e
Philoſophia eſt Dei aſſimilatio 1435.e
Philoſophia actiua & contemplatiua 1296.e
de Philoſophia 1155.1156.a
Philoſophia actiua 1306.e
Philoſophiæ ſtudiũ quale eſſe debeat apud Chriſtianos 171.e
Philoſophica tractatio de numero 1866.b
Philoſophiæ cognitio 1328.e
Philoſophorum nullus tam inſanus,vt Dei ignorauerit omnipotentiam 499.a
Photinianorum error 1879.b
Pœnitentiam eum miſericordia inunger lã 1950.d
Picti Cærei in feſto ſancti Felicis 232.d
Picturarum vſus in tẽplis ad inſtructionem ruſticorum 263.e
Pietas incompoſita meretur iram Dei 542.e
Pietas feſti celebrati fortè ſalutem dabit 247 d
Pietatis gradus 256.c
Pigmenta virtutes ſunt in corde collecta 1730.a
de Pigritia 986.e
Pilus Romani exercit° dux, belli Iudaici eſt cauſa 783.a.fugit in Ægyptum ibidem
per Pinnas,mores ſancti intelligendi 1801.b
Piratarum barbares 687.e
Pirianus Iudæus à Romanis captus 887.b.c
Piſces ſine ſemine generant 1425.e
Piſces generantes ſine ſemine ex aqua & ſpiritu ſignificant noſtram ex aqua & ſpiritu regenerationem 1424.a
Piſces cur Deus appellauit reptilia in typum Gentium 1433.d
Piſcibus id eſt ijs qui diuerſi erant in ignorantia dominati ſunt piſcatores Apoſtoli 24.e
Pixidi eburneæ lex vetus comparatur 1763.d
de Placatione 1106.a
Plagæ quibus viſitauit Dominus Hieroſoly. 836.b
Planta dicitur quandoque idolatria 1484.a
Plantæ Paradiſi ſunt quædã cõtẽplationes 1464.e
Plateæ Hieruſalem mortuis refertæ 839.b.c
Platonis delirium de fato 170.c.Quis arrogantiaex facundia inani ibidem
Plena Luna ſignificat plenitudinẽ Eccleſiæ 1408.b
Plebis Iudaicæ ad ouile Chriſti reductio 1728.d
Pœna ſimoniacorum 680.e
Pœnæ Euæ irrogatæ quomodo conueniunt Eccleſiæ 1529.b
Pœna eorũ qui ſibi manus intuliſſent qualis apud Iudæos 809.d
Pœna contra inceſtuoſos 541.a
Pœna pro peccatis poſt hanc vitam 535.e
Pœnæ quæ à Deo inferuntur primis parentibus & ſerpenti non intelligendæ corporaliter propter abſurda quæ ſequuntur 1526.b
Pœnam iniquitatis recenſeri prodeſt 733.a
ad Pœnitentes ſermo 1605.c
Pœnitentia vera,quę 1625.a.b
Pœnitentia media quomodo conſtituenda 1952.a
Pœnitentia in arbitrio eſt 1544.d
in Pœnitentia agenda nõ pro craſtinandum 1589.e
de Pœnitentia 2000.a
de Pœnitentia 1037.c
Pœnitentia vnius anni 667.c
Pœnitentiæ exemplar in Nabugodonoſor 33.e
Pœnitentię ſinguli anni quomodo redempti 536.c
Pœnitentiæ fructus digni 1612.a
Pœnitentiæ ſeræ periculum 345.b.c
Pœnitentiæ habitus 1611.a
Pœnitentiæ & officia pro defunctis fratribus 668.e
Pœnitẽtiam locus in ſiniſtra Eccleſiæ parte 1596.e
Pœnitentiã reconciliatio fit in die Cœnæ Domini 1586.e
Polagarus Dux inter Roman° ſtrenuiſſimus 825.a
Polychronius bene conuerſus ſe dignum ſuis ordinibus monſtrauit 623.c
Polypo Dux Iudæorum ſtrenuiſſimus moritur pro Iſraële & terra ſua 804.c.d
Pomis in aruis Sodoma, quæ preſſa euaneſcunt 499 a
Pompeius capit Hieroſolymam 791.a
Pontifex S.Eccleſię princeps 603.b
Pontifices cur ab Hieroſolymitanis occiſi 838.b
Pontificis tunica cur fieret ex purpura retorta 1432.e
Populi concurſus ad S.Felicis tumulum 232.e
Populi ius in Epiſcopi electione 679.e
Populus Iudaicus propter diuæ fornicationem & cedem ſichimitarum quadringentis annis ſeruetur in Ægypto 1486.b
quod Paulus Iſraël ad oſtendendam ſocietatem altare conſtruxit 550.a
Populus inſtructus fuit tribus legibus Iudæorum antequam veniret Chriſtus 1401.b
quod Populus Iſraël Eccleſiaſticæ inter ſe vnitatis regulam tenuit 552.c
B.Porcarij Lerinenſis Abbatis viſio 1570.e
Pornas miles Romanos Craſſus 887.e
Poſthumius monachus 62.d
Poſſe,apud Deum erat ante ſecula 504.b
Poteſtas melius exemplum promit,quam gladium 734.a
de Poteſtate 1140.c.d
per Portas filiæ Sion,Eccleſia Chriſti intelligitur 1785.a.b
per Portas animæ vires intelliguntur 1792.e
Potens meritorum 123.b
Præcationis puræ,duæ ſunt ſummæ conditiones 1228.a
Præcepta legis fieri non poſſunt ad literam 1476.b
Præcepta veteris teſtamenti diſtrictiora eſſe quàm noui

noui uonnulli putant 529.d
Præceptiones,aliæ mobiles,aliæ immobiles 769.d
Præceptorum legis,quædam corporalitet & ſpiritualiter cooſeruanda ſunt,quędam tantum ſpiritualiter 1239.b
Præceptum quod Deus dedir proroplaſtis, et t proteſtatio qoædam cuſtodiendi pietatem &c. 1483.d
Prædicatio hoc tempore non ſicut olim ſit admodum froctuoſa 595.c.d
Prædicatores denribus aſſimilantur 1735.e
Prædicatores verbi Dei labia pura habere decet 1762.b.c
Prædictio Aſtrologica olim Chriſtianis prohibita 1934.e
Pręfectus vinctis quid ſignificet 202.a
Præfectus iniquus,hoſte iuſto tollerabilior 784.d
Præſumeodum oihil de viribus uoſtris 1073.e
Præſagia Romæ de Chriſto 1931.b
Præterita pro futuris ponit ſæpe ſcriptura 493 c
Prandium honeſtum 938.e
de Precatione 1151.e
vt Preces vniformiter dicantur ſiue à multis, ſiue à ſolitarijs peragantur 547.d
Preſbiter volens certius addiſcere, quod non licebat perijt 518.a
Preſbiter vitę honeſtæ à Leone raptus 353.a
Prę ſidis animarum nudum nomen 1091.e
Primitiæ etiam ex opere manuali perſoluendæ 1104.e
de primitijs 1104.e
Primogeniti in ægipto occiſi qui ſignificēt 1474 a
Primogeniti Hebręorum quomodo Deo ſancti 615.c
Priucipatus intet bruta 857.b
Princeps vtatur Eccleſiaſticorum conſilio 1898.a
Principes ex Romanis mille altero occulo euulſo & manu altera truocata ab Hieroſolymis eiecti 869.c
Princeps vt poteſtate prę ſit, ſic virtute 1886.e
Pritcipia ſiniſtra ſæpead ſelices proueniunt exitus 628.d
Priucipis eſt, miniſtri quicquid geſſeriut 1869.c
Priucipium fidei vnde 1740.b
Priuilegia Romanæ eccleſiæ cœleſtis regis Plantatio ſuot 210.d.e
Prius à poſterioribus uou circunſcribitur 1281.d
Probationes Arrij quibus confirmabat Filium & Spiritum ſanctum eſſe creaturas 1854.e
Prodere Chriſtum quid ſit 1271.h
Profectionis Magorum dies 1934.e
Profeſſio fidei Catholica 124.e
Profeſſionis ſacræ habitus 476.e
Pro feſti natalis cęremoniæ 1952 b
Promoti à Symoniacis miraculis coruſcant 640 e
Promptuarij nomine regnum cœlorum intelligēdum 1709.b.c
Propheta mootibus comparatur 1720.a
de Propinatione 1106.a
Propitiatio animæ hominis ſeipſum interficientis 809.c
Proprium Sapientię 1356.e
Proprium dilectionis 1171.e
Prola de natali domini 749.d
Protectio Chriſtus dicitur 1723.d
Protectores 176.b
Proterius concrematus 1859.d
Nec Protoplaſtus nec vllus propter Chriſtum dominatus eſt piſcibus maris 1437.b
Prouidentia Dei 1284.b.c
de prouideutia 1193.d.e
Prouidentiam qui negant Deum uou reduut 169.b
Poximi dilectio 1068.c.d
Proximo condouandum, pręceptum Domini eſt 1029.c.d
Proximum coarguere ſecūdum Deum Deo amabile eſt 1024.c
Proximus nou iudicandus 1099.d.e
Prudentia carnis ſuperbiam ſapit 544.b
de Prudentia 1124.b
Pſalmodia ex debito 1081.c
Pſalmodia canō eſt vitæ monaſticæ 1080.c
Pſalmodia fratrum pro more ad fratris defuncti feretrum 512.e
Pſalmodia quid 1079.d
de Pſalmodia 1079.d
Pſalmodia canonica 667.d
Pſalmodiæ definitio 1079.c
Pſalmus quinquageſimus eſt pſalmus remiſſionis 1421.b
Pſalterium pro defunctis 667.c
Pudicitia Sareptanæ mulieris 961.e
de Pudore 1026.e
Pudor eſt fœtus peccati 1502.e
Puellę nubiles monialibus tradebautur doctrinę gratia 713.e
Puer euulſus ex matris vtere ad dimidium miliare 805.c
Puerorum ſcholę 505.d
Pugna Romanorum cum Hieroſolymitanis ad torreotem Cedron 842.b.c
Pognę cur ſępe non proſpetantur 844.e
Pugnatores ſapientiſſimi ac fortiſſimi qui 1730.e 1731.a
Pulchritudinem ſponſæ ſuæ bis Chriſtus laudat 1734.c
Pulchritudo ſponſi, ſponſæ maior 1716.c
noo Puuit Deus principio læööæ 758.e
Purgare qui nequit emendare promittit 708.c
Purgatorium 279.c
Purgatorium in muudo 1950.e
Purificatio Hierarchica 2010.b.c
Puſilanimis de Deo fiducia 1073.a
de Puſilanimitate 1052.1053.a
Puteus quid io ſcripturis myſticè ſignificet 1289.b
Puteus Iacob, quid 1285.b.c
Puteus aquę viuētis in eccleſia deſcribitur 1745.e
Puteus omnis fons eſt nou è contra 1746.a
Pyrites lapis 498.d

Q

DE Quadrageſima 1944.d
De Quinquageſima 1945.c

R

RAcha 1949.d
Rachel eſt typus eccleſiæ 1432.a
Radices duæ peccatj in homine 1548.c
Ramorum feſtum 1953.d
Rammus quid 718.c
Ratio prohibeat imperum 1948.e

Rebecca typus Eccleſiæ 1431.b
Rebelles puniti 983.b.c
Rebelles Eccleſiæ excluduntur à beneficio iodul. gentiæ Ceuteſimi ſeu Iubilæi 1639.b
Rebus ex mioimis Deus efficit maxima 664.e
Recedere à fide,& peccare in fide differunt 633.a
Reclinato aureo martyres comparantur 1732.c
Recognitionis dies pro die iudicij 97.c
Reconciliatio pœnitentium fit in die Cœnæ Domini 1586.c
de Recordatione iniuriarum 1211.e
de Recordatione 1196.c
Redemptio ſoluenda pro Epiſcopo negatur 709.e
Redemptio ſexus vtriuſque per Chriſtum 1893.e
Regeueratio hominis ex Sole & Luna 1418.c
Reges quare vngueuto vngebantur 1706.e.1707.a
Rēgina virtutum,quæ 507.a
exequiæ Religioſæ 165.b
Reginæ Salomonis,quid 931.d
Regis veteris & Euangeliæ cumparatio 22 c
Regni Iudaici initium 1848.b
de Regno Dei 1117.c
Regula Charitatis interpretatur 788.a
Regula cœnobitarum non habet perfectionē 523.e
Regulæ de iuſtitutis monaſticis diuino ſale conditæ 905.a
Regnum Deo patri trsdi à Chriſto quid ſit 485.a
Regnum Aſſyriorū figura tyrānidi Diabolis 1895.e
Regnum Iudaicum propter idololatriā Salomonis tranſlatum eſt ad Hieroboamum 1850.d.e
Regoom breue oou parcit populis 685.c
Regnum paratum ſecundum viceſimum rei futuræ opus. 1443.a
de Regum iocolumitate cur lætandum 678.c
in Regum libris quid tractetur 1848.b
Regū qui ſuper Iudæos regnarūt ſucceſſio 856.d.e
Regum nullus apud Iudæos in timore Domini regnauit 88.d e
Regum corda in manu Domiui eſſe 841.a
Regum Hieroſoly.euumeratio 790.e.791.a
Religio Sabbati 1344.b
Religiunis ergo morieudum 883.e
Religioſa pedum nuditas 667.e
Reliqoiæ S.Nazarij 261.e
Rex oullus eſt piſcium neque ſapiētia nec ſenſus 1433.b
Rex membrum Chriſti 710.c
Rem ad manum tangere 639.e.640 a
Remedis contra Vitia 661 e
Remedijs quibus lingua cohiberi poſſit 655.d
Remedium coutra odium inimici 1355.b
Remedium cootra aduerſa 507 e
Remedium cōtra vtrūque genus reutationū 1313.e
Remiſſio duplex peccati 1541.b
Remiſſio priuata 1545.b
Renunciare omnibus,quid 950.d
Renunciare Satanę 1552.a
de renuntiatione 1093.b
Reos torquere,Eccleſiæ diſciplina non eſt 691.a
Reprehenſio ſacerdutū ſæcularia tractantiū 705.a
Reſurrectio prima ex aquis 1422.d
Rerum diuinarum cognitio duplex 1319.a
Rerum uobis à Deo in vſum datarum,quædā ſunt in anima,aliæ in corpore &c. 1337.c
Rerum diuinarum amore nihil efficacius 1755.b.c
Rerum viciſſitudo ex diuina Prouidentia 248.b
Rerum exiſteutium quis ſit termiuus & quæ menſura 1332.e
Res omnes à Deo factæ ſeſcoplæ 1444.c
omnes Res legis præfigurabāt Chriſtum & Eccleſiam 1400.c
Reſponſio Eccleſiæ ad Chriſtum & actio gratiarū 1587.d
Reſurrectio quando ſit futura 1442.e
Reſurrectio Chriſti ſignificata per terram quę apparuit tertio die aquis in vnū congregatis 1393.e
Reſurrectio ſecunda,quando 1654.b
Reſpublica an vita ſit charior 1890.e
Reſurrectio prima & ſecunda 1592.a
de Reſurrectioue minus creditur Deo quàm ipſi tellnri 210.a
Reſtitutio Rothaldi Epiſcopi Sueſſion. 300.301.a
Reuerētia quanta debeatur inuocationi diuini oonominis 633.e.
Reuerentia Domiuici diei 666.d
Reuerentiam deberi ſenibus 1087.c
Reuoluere lapidem de oſtio mouumēti eſt res latentes & abſconſas reuelare 1516.a
Reos metuit quod meruit 697.a
Rhaab meretrix 248.e
de Riſu 1210.b
Riſus ſolutus Chriſtianis illicitus 1066.e
Ritus creandi imperatores 831.e
Rixa Ioanuis cum Chriſto propter Neſtorium abſentem digoitate & officio deiectum 1857.c
Rixa mentis 509.e
Robertus Gallorum Rex quia propinquam ſibi vxorem copulauit anathemati datus 563.b
de Robore 1128.e
Robur animæ 1268.a
Romani imperij amplitudo 853.a
Romani cum fraude à Hieroſolymitanis percuſſi 844.a.b
Romani pugnant cum Hieroſolymitanis 842.b.c conuertuntur in fugam ibidem.d
Romani à Seleucienſibus percuſſi 817.d
Romani à Iehudæis ter in fugam conuerſi 843.b
Romaoorum humanitas in eos quos ſubiugarunt 884.a.b
Romanorum 22000. igne à Iudæis conſumpti 888.d.e
Romuli monumentum 1643.e
Romulus Virginis partum prædicat 499.d
Roſtius princeps Romanus 886.b
Rothaldi Epiſcopi Sueſſion. ad Nicolaum Papem appellatio 312.a
Rothumagum ſacris locis uobile 121.c
Ruffini preſbiteri 63 c
Rufus ſiue rubicundus Chriſtus dicitur 1760.a
Ruinæ Lateranenſis Eccleſiæ adhuc cernuntur 1642.c
Ruſticationis amor in Epiſcopo 129.a
Ruſticus inueutos bouis ad S. Felicis Eccleſiam duci 540.a
in Ruth libris quid agatur 1848.b
Ruth ad Boos accedens eſt typus Eccleſiæ 144.b

S.

SAba regina Eccleſiam Auſtri ſignificat 1477.c
Sabbatha Sabbathorum cur ſic appellata 1703.b.c

in Sab-

in Sabbato magno Hymnus 1697.
Sabbatum verum quid ſit 1449.e
Sabbatum quanto magnum 1687.e
Sabbatum ſpirituale 1543.d
Sabbatum quod benedixit Deus quodnam ſit 1448.a
Sabbatum quomodo agendum 1440.c
S. Sabas 931.a
Sabbatiam hæreſis 1879.d
cur Sabbato De⁹ iuſſerit quieſcere Iudæos 1448.d
Sabelliani Patrem, Filiú, & Spiritum ſanctum tres hypoſtaſes &c. 1877.d
Sabellianorum hæreſes 1851.e
Sabellij error de naturis Chriſti 1818.a
Sabellij hæreſis 1846.d
Sabellij hæreſis, quarta 1854.b
Sabianus miles Romanus 880.d
Sabinus Monachus 88.e
Sacerdos membrum Chriſti 710.c
quod Sacerdos pars Eccleſiaſtici corporis totius Eccleſiæ conuenienter vocetur verbis 549.b
Sacerdos non humano ſed diuino ſuffragio 129.c
Sacerdos per fidei vnitatẽ tota Eccleſia eſt, & eius vicem agit 549.b
Sacerdos cum myſterijs ad ægrotantem accedit 345.a
Sacerdos pane communi obtulit 715.e
Sacerdotes mali ſimiles ſunt lapidæis canalibus 617.b
Sacerdos interius miniſtrat, ſed Deus inuiſibiliter conſecrat 604.c
Sacerdos quomodo debeat confitentem in confeſſione interrogare 1951.b.c
Sacerdos audiens pœnitentem debet habere iudicium 1952.e
in Sacerdotem luxuriantem ſcriptor inuehitur 540.d
Sacerdotem ſupra omnes verecundum eſſe decet 847.b
Sacerdotes de incertis peccatis non iudicandi 1531.e
Sacerdotes in medio templi occiſi 838.c
Sacerdotes è cuſtodia ſua eijciuntur 819.e
Sacerdotes cur vnguento vngebantur 1706. 1707.a
Sacerdotes venerationi atque honori habendos eſſe 2011.a
Sacerdotes Domini Hieroſolymis creduntur 835.e
Sacerdotes per ſingulas parrochias præfecti gregi Dominico 1592.b.e
per Sacerdotes indignos, etiam ſæpe exhibentur miracula 624.c.d.625.626.
Sacerdotes amandi 785.b
Sacerdotij cum Imperio diſcordia 511.a
Sacerdoti percuſſori ſacris interdicitur 748.a
Sacerdotis depoſitio 638.c
Sacerdotum habetur Hieroſolymis ludibrium 819.e
Sacerdotum non vindicata incontinentia 537.e
Sacerdotum Hieroſolym. enumeratio 790.e
Sacerdotum dignitas 56.d
Sacerdotium ab Epiſcopatu differt 619.e
Sacerdotum dignitas in regnum conuertitur 791.d
Sacerdotum quanta ſit dignitas 613.e
Sacramenta tria præcipua in ſancta Eccleſia frequentata 612.a
Sacramenti pia, pro ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti 268.e
Sacramenti vana ſpecies 642.b.& ſequentib.
Sacraméto corporis Chriſti ſubiugatus eſt mundus 1602.a
ad Sacramentum vnitatis reſpicit Eccleſia 552.b
Sacramentum altaris 677.c
Sacras hoſtias in Apoſtolorum commemorationem offerre Deo 142.a
Sacrificij Miſſæ elegans periphraſis 679.a
Sacrificium mille ducentis nonaginta diebus ceſſauit 892.a
quod Sacrificium altaribus ſuperpoſitum, à viris ſimul & mulieribus offeratur 548.a
Sacrificium Abrahæ & Iſaac 1589.a
Sacrificium altaris à multis offertur 548.b
Sacrilegium 1949.c
Sacroſancta & conſubſtantialis Trinitas 1081.e
Sæculum pro anno Iubilæi 1645.c
Sagittæ venenatæ 805.e
Sal eſt verbum Dei 5423.e
Sal Agrigentinum 498.e
Salomon cur ædificauerit templum 5477.
Salomon pacificus dicitur 1703.e
Salomonis apoſtaſia vnde 956.957.a
Salomonis Reginæ & Concubinæ quid. 931.e
Salus vt plurimum de aliena calamitate habetur 511.c.d.e
Salutatio Epiſcopalis 545.b
Salutatio fit ſingulariter & pluraliter 544.e
Salutem impediens, quid 1075.e
Salutem propriam mercari 259.c
Salutis verba vndecunque veniant, captanda ſunt 41.a.
Samaria à Romanis ſubacta 825.c.d
Samaritana mulier typus Eccleſiæ 1445.b
Samaritana à Chriſto irrigata 1480.e
Samaritani quod Deum non colerent in Iudæa more Iudaico à leonibus dilaniabantur 5851.c.d
Samaritani vnde 1851.c
Samaritani quomodo animæ immortalitatem probabant 1852.a
Samaritanorum hæreſis 1850.d
Samir, quid 1740.b
Samoſatenorum hæreſis, tertia 1853.e
Samuelis integritas 5888.d
Sancta Sanctorum 1703.c.d
Sancti comis palmarum aſſimilati 1760.d e
Sanctis noua cura non eſt pro nobis Deum exorare 250.c
Sanctorum patrocinia 107.b
Sanctorum interceſſio 707.c
Sanctorum beatitudini omnia ſeruiunt 482.e
Sanctorum priorum merita 931.a
Sanctos exorandos eſſe 718.a
Sanctuaria, duo 847.b
Sanctuarium internum quid continebat 847.b
Sanguini & corpori Domini ſemper communicandum 360.c
Sanguinis nomine quid intelligendum 942.a
Sanguinis Chriſti gutta infinitorum mundorum precium 1636.b
Sanguis & aqua ex latere Chriſti ſignificant regenerationem Eccleſiæ per igné & aquam 1498.e
Sanguis offerentium & holocauſtorum miſcetur 835.d.e

Sanguis per portas Hieruſalem effluit ſicut torrẽs 845.846.a
Sanguis occiſorum Hieroſolymis inundat vſque ad limina ianuarum templi 835.b
Sanguis Sacramenti, fons & pretium noſtræ ſalutis 139.a
Sanguis qui ex latere Chriſti fluxit memoratur 1715.b
Sanguis plurimus Hieroſolymis funditur 826.c
Sanguiſugæ in medicina vſus 507.b
Sanſon recrinitus figura ſeruorum Dei 32.d
Sanſonis ab inuita vxore corrupti myſterium 29. d
Saphyra minus peccauit, quàm Monachi qui pecunias poſſident 567.e
Saphyri lapidis vis & natura 1764.a.b
Sapiens carnem morte ante mortem condemnat 1327.e
Sapiens fert temporum calamitates patienter 883.e
Sapientia eſt ſalutis finis & principium 1307.e
Sapientia quid ſit 1304.b
Sapientia ſacræ ſcripturæ incomparabilis 1758.c
de Sapientia 1993.
Sapientia habet hypoſtaſin & cunſiſtit 1456.a
Sapientiæ mundanæ ſapientiæ 343.e
Sapienti familiare eſt neſcientem tollerare 686.b
Sara ex qua circuncisio duo habebat nomina Sara & Sarra 1498.d
Sareptanæ mulieris caſtitas 961.e
Satanas fuit aliquando diſcipulus Chriſti 1446.d
Satisfacere de peccatis 1611.d
Satisfactio legitima 1612.b
Saturnalia & lupercalia 1933.e
Saul cur ſeipſum occiderit 810.b
Saul mundorum typus 1342.b
Saul primus rex Iudæorum 1848.c.d
Saulem reprobum cum ſuis ſatellitibus occupauit Spirituſſanctus 610.e
Scachorum ludus Eccleſiaſticis interdictus 356. b
Schalem antiquitus Hieruſalem dicta eſt 846.b
cur eſus Scammatorum piſcium non ſit prohibitus 1426.e
Scandaloſum eſt dicere Deum non eſſe omnipotentem 484.c
Scauri cliuus 313.e
Schimeon vir ſanguinum adiungit ſecum quoſcũque viros ſceleratos 816.c
Schimeon vir crudelis & magnæ ſtaturæ 787.b
Schimeonis coniurationis contra Iebochanã coniuratio 845.c
Schimeonis cum Hieroſolymitanis perfidia 830. e. d
Schimeonis ſeditioſi crudelitas 871.872.873.& ſequent.
Schimichon ſemper ſua oratione exauditus 860.e
Scholarij oratio ad vnum & trinum perſonarum Deum 1698.
Scholæ Hieroſolymitanæ 846.e
Scholia in librum de Iubileo 1641.a
Scopus incarnationis Chriſti fuit noſtra ſalus 1347.d
Scotinia ſiue Scotia fluuijs clauſa 853.a
Scriptor alloquitur venerabiles Monachos, Petrum,& Albiſonem 600.e
Scriptura tota docet patientiam 507.b
cur Scriptura appellarit Diabolum Serpentem 1504.a
Scriptura ſacra verborum plagas cõmendat 525.d
Scriptura noua, & vetus quid 1847.c
Scripturæ verba ſecundum rem ſubiectam intelligenda 1327.b
Scripturæ diuinæ conſonantia admirabilis 1804. c.d
Scripturæ apocryphæ 931.e
de Scripturarum ſtudio 1995.a
Sebaſtianus creunia 176.c
Sechariahu Propheta Domini fideliſſimus occiditur 835.c
Sechariahu vir innocens & rectus iniuſtè necatur 822.823.a
Secreta myſticè theologiæ gratia 1316 d
Secta Neſtoriana 1856.e
Securitas negligentes facit 171.a
Securitas vana ex ſilentio cauenda 654.c
Seculares interdum religioſis maledicunt 53.b
Sedere ſub vmbra legis 1718.b
Sedes Romana apex Epiſcopatus 301.b
Seditioſorum Hieroſolymitanorum concordia contra Romanos 841.d
Seipſum ſcire quid ſit 662.e
Seleucia in ore gladij percutitur 818.a
Seleucia Galilææ vrbs oppugnatur à Veſpaſiano 817.b.c
Senibus aſſurgendum 1087.c
Senſus rationi imperant plures Deos veneratur 1317.e
Senſus & mentis contrarij ſunt effectus & vt ſubiecta 1314.c
Senſus anagogicus non diſſoluit hiſtoriam 1400.b
Scientiæ ſunt variæ interpretum de ligno ſcientiæ boni & mali 1481.b
Sententiæ ſcripturarum de die iudicij 473.d
Separatio aquarum figura ſeparationis fidelium à Iudęis vel malignarum poteſtatum à bonis 1387.b
Separatio & diuiſio Eccleſiæ ab errore 1385.c
Separatio Chriſti adimit vitam æternam 1403.e
Separatio lucis à tenebris,& aquę ab aqua,& terræ ab aqua,quid ſignificet 1385.b
Septuaginta operarij miſſi ad operandum 1480.c
Sepulchrum Iochanam Sacerdotis 847.e
Sepultura carent qui ſibi manus adferunt violentas 876.a
Serius cur accipimus quæ petimus à Deo 1033.d
de Sermone 1133.d
Serò non pœnitet, quem tandem pœnitet 713.a
Serpens quomodo ſit maledictus 1520.d
Serpens intus ſuſpenſus quid ſignificet 1304.e
Serpens eſt Diabolus 1303.e
cur Serpens non conſulit Eccleſiæ vt veſcatur ligno vitæ 1481.b
Serpens decepit mulierem Eccleſiam, non Adamum Chriſtum 1520.b
Serpens Draco apoſtata 1307.e
ſi Serpens intelligatur corporaliter quot ſequuntur argumenta 1322.b
Serpens ſuggeſſit mulieri quod fieret Dea. 1303.e
Serpentes pro cibis Hieroſolym. 863.d.e
Serpentes ſibilantes euocant animantia ex aqua & ſpiritu,& quid ſignificet 1308.e

Serpen-

Serpentis multæ ſunt proprietates quæ aſſimilantur Diaboli machinationibus 1508.d
Septenarius numerus potens 248.c
Septimanæ Danielis 1849.e
Sepultura Hieroſolymitanis denegata 859.a
Sergij & complices vnam voluntatem & vnam actionem in Chriſto &c. 1878.d
Sepultura Sophiæ Marcioniſſæ, & eius fœtor intollerabilis 477.c
Sermones Dei omnes quatuor cõplectũtur 1230.c
de Sermone otioſo 984.a
Sermones & actiones ſecundum virtutem, ſunt myſticè corpus Chriſti 1277.d
Seruiendum tempori 1889.a
B. Seuerini Epiſcopi ſupplicium 561.b.c
Seruire Deo neglig ẽter periculoſiſſimũ eſt 1058.c
Seditioſi cum Ioſepho apud Iotapatam 855.a
Seruitutem ſacram ab æditui officio incipere 56.c
Seruum ſe cuiuſpiam hominis æqualis appellare an liceat 12.c
Seth quid ſignificet 1442.a
Seueri ſulpicij laus 6.c
S. Seueri laudes 91.a
Seueri liber de actibus ſancti Martini 25.e
Seueri ſecta abominabilis 1827.d
Seuerus Paulino in ſeculo dilectiſſ. 46.a
de Sexageſima 1941.d
per Sexaginta ex fortibus Iſrael, quid ſit intelligendum 1730.b.1731.c
Sexaginta reginæ quid 1772.a
Sexus vtriuſque per Chriſtum redemptio 1895.e
Sexus infirmitatis pro muliebri 71.a
Signa ſpiritu ſancti, duo 1785.e
Signa à Chriſto tribus diebus facta 1392.c
Signa diuinæ delectationis 1102.d
Signa cœli quibus ſignificabatur mala Hieroſolymis fore 821.e.822.a
Signaculum ſalutare 92.d
Signum crucis & confeſſio 248.c
Signum vnitatis erectum altare à filijs Ruben & Gad 550.c
Signum crucis ore ſacrilego conſpuere 513.a
Silentij laus 1077.b
Silentij vtilitas 1076.d
Silentio animi perturbatione ſedantur 1077.a
de Silentio 1077.a
Silentium & velamen quam vtile 56.b
Silentium monaſticum 667.d
Siloé aquæ 862.c
Siloé dicitur etiam Geon 1477.d
Simeon mortem patri, matri, vxori, filijs, poſtremo ſibi infert 787.788.
Simeon Sacerdos magnus in Hyeroſolym. 790.e
Simeonis ſeditioſi Tyrannis in vrbe Hieroſolyma 874.b
Simeonis Zelotæ expeditioni Idumeam 817.c
Simiæ creſcente & decreſcente Luna, dilatatur & minuitur orbis oculorum 1411.e
Simiæ Græcè dicuntur πιθηκὸ ab omnium morum interpretatione 1503.e
Simile de triſtitia 970.c
Simile de edacitate & ventris ingluuie 938.c.d
Simile de ebrietate 940.a.b
Simile de par ſſeculo & mente 1126.a.b
Simile de conſilio 1050.b
Simile de ciborum ingluuie 939.a
Simile de amore pecuniæ 944.c.945.b
Simile de contentione 988.c
Simile de abſtinentia & temperantia 941.c
Similia de verecundia animi 1028.e
Similia de Inobedientia 989.c
Similia de Acedia 972.d
Similia tria de familiari mulierum colloquio 955.d
Similia 3. de Concordia 1049.c
ad Similitudinem Dei factum eſſe aliud eſt quam ad imaginem 1455.b
Similitudinis de altari declaratio 550.d
Similitudo à Nautis ſumpta 879.c.880.a
Similitudo apta de duplicibus Chriſti actionibus 1830.c
Similitudo Solis & Lunæ ad Adamum & Euam 1415.b
Simoniacorum pœna 680.e
Simoniacus Spiritum ſanctum nominare nequit 513.e
Simplicitas ſancta mundi Philoſophis iure præfertur 545.d
de Simplicitate 1221.c
Singula diuina dona innatum in nobis habent eorum capax organum 1502.a
Sion arx à ſeditioſis occupatur 785.d
Si ſolum ſequamur literam, falſa eſt diuina ſcriptura 1458.b
Situla putei Iacob, quid 1285.c
Societas in altari constructo, oſtenditur 550.b
Sol habet multa exempla & figuras Chriſti 1405.e
Sol compoſitus ex omnibus luminaribus 1404.b
Sol illuminat per eſſentiam, Luna per illuminationem 1414.d
Sol & Luna orationis vi remorans eſt 860.e
Sol quem ſtare fecit 1419.b
Sol reuertens ad locum ſuum ſignificat Chriſtum ſurrexiſſe & rediſſe ad Patrem 1405.e
Sol in terra creatus & in cœlum ſublatus, ſignificat Dei filium cum carne in cœlos aſſumptum 1406.e
Sol exſiccans eſt typus Chriſti exſiccantis peccatores in fine meſſis conſummationis 1411.e
cur Sol primus, partes acceperit deinde terra 1419.c
Sol duplex 1227.a
Sol typus Chriſti 1405.d
Sol propriè luminare eſt maius non luna 1414.
Sol & Luna ſunt figuræ Chriſti & Eccleſiæ 1410.a
Sol factus eſt ſuper terra ſicut Adam 1415.e
Sol quarto die creatus ſignificat Chriſtum ſolem iuſtitiæ 1401.e
de Sole ſimile 1227.a
Soli Chriſto ſubiecta ſunt omnia 1438.b
de Solicitudine quæ ſit ſecundum Deum 1056.e
Solicitudo anxia & intempeſtiua vitanda 1105.d
Solitarij poſſunt loqui & orare pluraliter 547.b
Solitudo vtilis ad contemplationem 1075.a
Solitudo pluralis per Spiritum ſanctum 546.e
Solitudo amica ſtudij à Spiritualibus 129.b
Solitudo Ioannis & Chriſti 1078.a
Somnus torpor & veternus ſunt vitæ & mortis participes 1494.d
de Somnijs 1211.a
Sophiæ Marcioniſſæ ſepultura 477.e
Sophronianorum hæreſis 1879.b
Sotrianus 57.a

Soror Angelorum, caſtitas 1915.a
Soror quare ſponſa appelletur 1747.d
Soror innocentiæ confeſſio 764.b.c
Soſpitatem corpori parturientia 938.c.d
de Spe 1994.
Species iræ diuinæ duplex 1299.b
Speculatio naturalis vnde oritur 1280.c
Speculatio naturalis ſcripturæ 1338.d
Spem in nullo hominum eſſe collocandam 1072.d
Spes æternæ mercedis 84.d
Spes futurorum negligit temporaria 2011.e
Spiritualis generatio maior carnali 541.b
Spiritualiter viuere quid 933.d
Spiritualium neglectos fere eſt initium corporeæ voluptatis 1314.d
quod de Spiritu ſancto, non ipſe Moyſes, ſed Deus dedit 70. Viris 618. 619.a
Spiritus ſancti fructus in anima humana 651.c.d
Spiritum ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere 1053.a
Spiritus collati Deo ſunt corpus 727.d
Spiritus multiplicatur & decreſcit in Lunæ ortu, & occaſu, & incremento, & defectu 1412.c
Spiritus exultat carnis tribulatione 9.d
Spiritus ſanctus per Symoniacum recipitur 639.d
Spiritus Dei & ſpiritus Mundi, quid efficiant in anima 652.b
Spiritus ſanctus adeſt omnibus creaturis 1276.b
Spiritus Domini cur à Saule diſceſſerit 810.a
Spiritus ſanctus, non ex merito Sacerdotum, ſed datur ex miniſterio 614.b
Spiritus ſanctus ſi ab indignis accipitur non mirum, cum filius ſit ab impiis comprehenſus 615.d
Spiritus ſanctus & vnus & multiplex 596.c
Spiritus ſanctus occupauit Saulem reprobum 610.e
Sponſa Chriſti curribus Pharaonis aſſimilatur 1713.d
Sponſa Chriſti, quæ 1769.a
Sponſa ſiue Eccleſia à quibus coronãda 1740.c.d
Sponſa Chriſti, flos campi & lilium conuallium ſe appellat 1716. 1717.a
Sponſa Chriſti inter mulieres pulchra 1711.d.e
Sponſa Eccleſia per ſanctos Apoſtolos vocata eſt 1721.d
Sponſa quare pulchra 1723.d
Sponſæ filij floribus comparantur 1725.b
Sponſæ pulchritudo laude duplici celebratur 1716.a
Sponſam quare Chriſtus vocat propinquã 1723.c
Sponſæ neceſſaria, quæ 1769.b
Sponſi erga ſponſam Charitas admirabilis 1748 d
Sponſus dormit, & cor eius vigilat, quid 1750.a
Sponſus manus myrrham diſtillauerunt variè ſumitur 1752.1753.a
Sponſus Eccleſiæ virginis vnus 551.c
Spurij ex inceſtis nuptiarum ſuſcepti, pronunciãtur 749.b
Stabilitas Eſau exaltauit 585.d
Stare in S. Eccleſiæ diſciplina 656.d
de Statione intra Eccleſiam 1835.c
Status primi hominis ante peccatum 1347.b
Status triplex, eorũ qui ſũt ſtudioſi veritatis 1275.d
Status morales generaliores tres ſunt 1239.b.c
Status morales in monachis tres ſunt generaliores 1239.b c
Status animæ peccatricis poſt hanc vitam 1067.a
Stercora Hieroſolymis inquiruntur ad eſum 863.d
Si ſtetur litere non eſt factum quod Deus fieri iuſſerat 1390.a
Stolidus eſt qui in peccatis perſeuerans, oratione inſti ſalutem quærit 1311 d
Strages, Iudæorum maxima 824.825.a.b
Strages magna in Romanis in crepidine templi 882.a
Strages magna hominum ſeditioſorum 827.b.c
Strages in caſtris Romanorum maxima 804.d
Sirenæ in Iannario 1934.a
Strepitus conſcientiæ 1551.b
Structura arietis tormentarij 801.d
Studia neceſſaria eremitis 653.c
de Studio quod ſecundum Deum ſit 1056.e
Studioſus virtutis 4. animi perturbationes ad cœleſtium adeptionem conuertit 1275 b
Stultiloquium 1949.b
Stultitia ibid.d
ex Stultitia quid reſilit 1089.b
Stuprũ maximũ Hieroſolymis perpetratur 829.d
Subligacula ſummi Sacerdotis Iudaici 847.b
Subligacula è fico commodo intelligenda 1514.b
Subſannationes impiorum non ſunt beneplacite 339.e
Subſiſtere per ſe quid ſit 1800.e
Subſtantia & natura idem 1810.c
Subſtantia, Natura, Perſona, Hypoſtaſis, qua in ſignificatione à Theologis ſumantur 1844.e
Subſtantia quid 1809. b
Subſtantiæ nomine & naturæ vniuerſalia intelligũtur, vt nomine Hypoſtaſeos ſingularia 1809.b
Subſtantiæ definitio ibid. d
de Sue aliena in cauea incluſo hiſtoria 527.d
Sues myſticè qui ſint vel intelligantur 475.c
Sulamitis quid 1782.c
Summus Pontifex princeps Eccleſiæ 603.b
Sunamitis nomine quid intelligendum 931.e
Sunamitis quid 936.d
Superbia, ſibi, non alijs ruinam facit 637.e
Sancta ſuperbia & iniqua humilitas 105.d
Superbia in virgine vituperatur 702.c
Superbia virtutes inficit 694.b
Superbia ponitur ex arrogantia & vana gloria, 1333. b
Superbiæ ignorantia duplex coniuncta eſt 1308.b
Superbiæ definitio 1333 c
Superbia ex eruditione 1304.d
Superbiam deprimit oratio 1082.c d
de Superbia 1918.a
Superborum verba inepta 1570.a
Surgere & circumire in ciuitate, quid 1727.a
Surſum corda cur à Sacerdote dicatur 1607.a
Suſannæ caſtitas 961.d
Suſpectus & reus criminis parum diſtant 278.
Suſurro 1949.c
Syllogiſmorum rebus ſæpè rebus diuina diſſoluit 496.a
Symbolum eſt & typus reſurrectionis in unoquoque die, & vnoquoque annorum millenario 1442.a
Symbolum eſt aliquod rerum factarum à Deo in diebus ſingulis creationis 1441.b

Symo-

Symooiaca hæreſis vſque ad hoc tempos viguit 638. e
Symoniaci pœnam oon euadunt 610.b
per Symoniacum Spiritum ſanctum recipi poſſe probatur 639.d
Symoniacus Balaam fuit 609.b
Symoniacus baptizando Spititum ſanctum dare poteſt 630.a
Synagoga creata eſt ex carne circuncifionis ſicut Eccleſia ex carne coſtæ Adami 1498.d
Sygnagoga fecit ſpinas & tribulos, quando eſt. impoſſita Chriſti corooa ex ſpinis 1535.e
Synodus Nanetenſis 748.a
Synodus Ephesina altera &c. 1858.e
Syrenum & Vlyſſis fabulæ myſteria 172.

T.

T. littera figura crucis 23.b
T. Tabernacula paſtorum, quæ 1713.b
Tabulæ à Deo ſcriptæ extrinſecus ſecundum literam intelliguntur intrinſecus ſpititum 1415.b
Tabulæ ludus 356.c.d
Taciturnitas decet Monachum 10·7.b
de Taciturnitate 1163.d
non Temerè excommunicandum 2007.e
Temperandum à ſolutiore & immoderato riſu 1066.d.e
Tempetantia congruit bomini, qui amabilis Deo eſſe cupit 941.b
Temperantiæ merces 1130.d
Temperantia infra licitum qoieſcit 693.c
Temperantia duplex 1042.b
Temperantia quid 941.d
Temperantia in ſecundis quanta ſit ſolicitudine cuſtodienda 755.e
de Temperaotia 1126.a.b
Temperiem corporis quatuor permutant 1240.a
Templa vrbis Hieroſolymitanæ omni veoeratione digna 931.
Templi ſecundi Hieroſolym. à Romaois deſolatio 791.c
Templum Domini à ſeditioſis capitur 785.d
Templum Domini plenum cadaueribus ſacrificantium Sacerdotum & pecorum 835.c.d
Tempora ſunt diuerſa conſideranda eorum quæ facta ſunt in Paradiſo 1512.d
Temporalium bonorum abiectio, ianua eſt ſalutis 15. e
Tempori ſeruiendum 1889 a
Temporum partitio 1852.c
Temporum lege non conſtringitur Eccleſia 553.e
Tempus Iobilei aliud peregrinis, aliud Romanis præfixum 1631.b
Tenacitas vnde oritur 947.b
Tentationum genera duo 1310.b
Tentationum aliæ voluptates, aliæ triſtitiam inferunt 1233.d
F. Teridij læſo oculo per miraculum medetur S. Felix 242.d
Teriaca conficitur ex Tyri carne 507.c
Terra ante cœlum à ſole illuminatur nempe à Chriſto & Chriſtum ad cœlum remittit 1403.a
Terra fuit ſub maledicto vſque ad arcam 1531.a
Terra es aliud eſt quam ſi dicatur ex terra es 1534.e
Terra ante cœlum ditata fuit Chriſti myſterio 1406. b
Terra fertur in pentapolis barbaricis adytis ſuper aquas 1397
Terra dicitur quandoque mundus 1555.b
Terræ ſuot duæ, Duo animalia & plurima alia duplicia 1451.c
Terram promiſſionis myſtice ingredi, quid 659.e
Terrena cœleſtibus qui ante ponunt, omnibus carebunt 69. a
Terris omnibus imperant Romanj 855.b.c
Terroti & ſtupori Eccleſia ſimilis eſſe perhibetur 1776.a
Teſtamenti Veteris & nouiſſimis 1275.c
Teſtamenti noui doctrina 1278.e
in Teſtamento veteri quid nobis præcipitur 1793.bc
Teſtamentum oooom factum in cœna 1477.c
Teſtes inimicitiarũ mulieris & ſerpentis quinam ſint 1521.a
de Teſtibus falſis 1917.b
Teſtimoniũ de myſterio mortis Chriſti, inter duo teſtamenta eſt 1715.c
Teſtimonium vnitatis Eccleſiaſten 550.e
Teſtudo & Morena coeunt vt quę ſint Amphibio 1424.a
Tetaldi Aretine ſedis epiſcopi cruciatus 558.a b
Teuzo bini clerici pollex 528.c
Textus hic habetur apud Eccleſiaticæ 1358.e
Thabor mooris altitudo 819.a
occupatur à Romanis ibidem
Tharſis quid 1762.e
Theodotij partes ſeqnebantur magnates plebi verò Gaiano fauebat 186.b
in Theogoniam Hymnus 1677.c
Theologia Theophilam ingeoerat 1116.c
Theologia contemplatiua 1275.e
Tgeologia vnita eſt & diſcreta 935. e
Theorianus contra Monothelitas 1828.e
Theophanis Hymnos in Annunciationẽ deiparæ 1699
de Theophania 1934
Theoriani Orthodoxi cum Catholico Armeniorum colloquium 1807. a
Theridius 195.c
Theriſtrium quid 1757.b
Theſauri Agrippæ Regis prædantur 785.b
Theſauri Agrippæ Regis diripiuntur 786.b
Theſaurorum locus quis 744.c
Thomæ dubietas quantum fidelibus profuerit 1752,1753.a
D. Thomas Anachoreta 931.b
Thura quare iuxta corpora accenduntur 1729.d
Thus, quid 1729.a.1731.d.e
Tiarna vrbs magna datur Ioſepho duci Iudęorum 785.b.c
Tiberia vrbs à Ioſepho ſummo Sacerdote capitur 786.a.b
Timendum in proſperis 508.c
Timor Domini prudentiæ eſt pareos 1105.
Timor duplex 2014.e
Timor Domini habet humilitatem ſibi coniunctam 1221.d
Timor eſt initium ſapientiæ Prouerbia 9.c.1303.d
Timor Dei iuſtitiæ comeseſt 1579.b
Timor Dei prohibet mala 2014.e

Timor Dei duplex 1225.c
Timor Dei in æternum permanens 1276.b
Titi humanitas in Hieroſolymitanos. 864.c
Titi ad ſuos exhortatio 844.c.d
Titi ad ſeditioſos Hieroſolym. Raba 882.d.e
Titus à mœnibus Hieroſolymorum fugatus 848.d
Titus Deum orat ne illi mors Iudæorum imputetur 870.a
Titus filius Veſpaſiani 784.a
Titus coocluſis à Iehudæis, liberatur 843.a.b
Titus Dei cõſilio è medijs hoſtibus euadit 840.d.e
Toch vrbs in Idonea. muniuſſima, à Romanis capta 825.b.
Thomus leonis 1858 d.
Tonitruum ingens Hieroſolymis 822.b
Tonſura Monaſtica exterior 1060.b
inter Tormeota manſere liberi multi, inter diuitias pauci 718.a
Tormenta temporalia & purgatorium in mundo 1950.e
Tormenta bellica Titi igne combuſta 848.b
Tornatiles manus chriſti quando effecere. 1762.d 1763.a.
Torrentis fluxus alio deriuatus virtute S. Felicis. 243.e.
de Torpore 1922.a.
Trabium oomine, prophetas eccleſiarum intelliguntur 1716.d.e
Tractatio philoſophica de numero 1866.b.
Traditio mira eccleſiæ de fornicarijs & bigamis. 551.a.
Traditiones terinendæ 1898.c.
Tranquillitas conſcieotiæ 1078.c.
Tranquillitas mentis periclitatur loquacitate 1076.d.
de Tranquillitate 1164,b.
Tria ſunt quibus ad mala facienda impellimur 1232.a.b
Tria ſuot, quibus ad res honeſtas exitamur 1231.e
Tria de chriſto qoeruotur 1849.c.d.(& cal.
Tria ſuut qoe in homioe remunerat deus 1778.d.
Tribulatio expurgat animam 1274.e.
Tribulatio carnis animæ affectum indicat 1268.c
Tricenarius pro deffuoctis fratribus 668.c.d.
Triuitas tribus ſubſiſtit perſoois. 935.a.
Trinitas deffenditur adoerſus Iudæos 1501.b
Trinitas contra Hebræos argumentis probatur 1849.c
Trinitas conſubſtantialis 1081.e
de Trinitate Alcuioq Authore 1927.e
Trinitatem inuocare in initio operum, Chriſtum eſt 1641.e
ſanctæ Trinitatis deſcriptio 115.d
Trinitatis nomen 935 a
Trinitatis fides neceſſaria 934.d
Trioitatis ſumma 1893.b
imen Trinitatis 935.a
Trinitatis myſterium à quibus condemnatum 1849 b
Triſtitia 1947.d
de Triſtitia 1922.c
Triſtitia vnde proficiſcatur 969.c.d
Triſtitia duplex 10 ſcriptoris. 1311.e
Triſtitiæ huius vitæ ſenſus nullus animæ Deũ diligenti 1272.e
Triſtitiæ finitio 970.a
Tritehitæ quorum primus author philoponus 1861.c
Tritebitæ qui 1231.b
Tunica doplex. 1751.c.
Tuoica. Chriſti inconſutilis 931.
Tunicam ſibi de ſuis lanis parare 49.c
Turpirudo 1949.b
Turres Romanorom tres à Iudęis conſciſſæ 848.d
Turris Dauid in altiſſimis ædificata 177.a
Turtur agreſte animal caſtitatis exemplar 1713. 1714.a
Tygris quid ſignificet 1475.e
Chriſtus cuius Typum geſſit nos quinqoies milleſimo anno veniens, cœpit conſtruere arcam Eccleſiæ 1421.a
Typus Chriſti cur bygamis deeſt 551.d
Typus Eleemoſynæ perfectę 1560.
Tyrannis conſulum Cœnomanenſium 685.b
Tyrocinium vitę Chriſtianæ 662.b
Tyrus genus ſerpentis 507.c

V.

VAnæ gloriæ definitio 1308.b
Vacuitas affectioonm 1259.d
Vacuitas affectioonm quadruplex 1305.b
Vagatio multis fuit occaſio pereundi 584.d
Vagatio Eſau deiecit 585.d
Vagatio reddit cellam horribilem 590 c
Valeotiniani hæretici 1880. d
de Vana gloria 1922.e
Vaoæ gloriæ, vnde 1235.d
Vanæ gloriæ cupidus medius pendet inter cœlum & terram 1307.d
Vaticinium de Virgine Maria 499.d
Vbera duo pro duobus populis 1784.c
Vbera duo, teſtamenta duo ſunt 1706.b
Vbera duo, id eſt, duo teſtamenta ſuper vinum diligenda 1709.d
Vbera duo, duo teſtamenta ſuut 1780.c
Vbera duo, variè ſomitur 1738.1741 e
Velum aureum, quid 1646.c
Venerabilis Apoſtolica ſolemnitas 88.c
Veneficium 1949.c
Veneti ducis vxor quæ prius nimium delicata toto corpore computruit 478.b
Venter omnium virtutum ruina 342.b
Venter ſponſi variè ſumitur 1763.1764.a
Venter Chriſti & Eccleſiæ quid 1783.e
Vermis pręfigurauit Chriſtum ſine ſemine natum ex Virgine 1400.d
Veterum Sacrificiorum myſteria 48.e
Ventris nomine lex vetus intelligitur 1763.c
Ventris ingluuies 938.d
Ventres pauperum, locus theſaurorum eſt 744.c
Verba inepta ſuperborum 1570.a
Verba otioſa mentem lædunt, vt cibi quidem ſtomachum 654.b
quod Verbi ſiue ſacramenti miniſter Dei vdonis non poſſit obſiſtere 618.a
Verbis Eccleſiæ vouſquiſque vti poteſt 549.d
Verbum Dei, factum integer homo 1321.e
Verbum Dei qoid 1586.e
de Verecundia 1026.c
Verecundia animi 1028.a
Verecuodum Sacerdotem eſſe decet 847.b

de

de Veritate corporis & ſanguinis Chriſti nullus relictus eſt ambigendi locus 1601.a
Veritas ornatum negligit 746.e
Veritas Dena 1023.d
Veritatis definitio 1300.d
Veritati cedat conſuetudo 747.a
Veritatis ſpeciem falſitat.induit 1897.e
Veritatis definitio 1281.d
Veronica,ſeu Saluatoris imago,quo loco aſſeroetur 1643.a
Veſpaſiani Naues principis Romani confringuntur 785.d.e
Veſpaſianos in crure dextro percuſſus 804.e
Veſpaſianus à Ioſepho ictus ſagitta 815.e
Veſpaſianus Hieroſolymam obſidet 819.b.c
Veſpaſianus nolens & præter votum imperator creatur 826.a.b
VeſpaſianosRomam proficiſcitur,vt diadema Imperatorium accipiat 831.a.b
Veſpaſianus exercitus Romani dux 783.784.a
Veſpaſianus in conſilijs bellicis prudentiſſimus 824.a
Veſtem mutare ob religiooem 5.
de Veſpertinis Horis præclara 1444.c
Veteris teſtamenti finis 1275.c
Veteris& noui teſtaméti figura & doctrina 1329.b
Veterum Monachorum pulmentum 26.c
vt Veſtis precioſa ad iram, ita humilis Deum ad indulgentiam pronocat 581.d
Veſtis munda & immúda myſtice,quid ſit 1274.b
Veſtis qua vtebantur Sacerdotes Hieroſolym. quatuor coloribus prædita erat 846 e
Veſtis orationi conueniens 860.b
Veſtimentorum nomine, opera ſancta deſignantur 1743.c
Veſtitus Pontificis Iſraelitici 847.a
Viaticum itineris oratio 859.b
Via veritatis charitas 1270.c
Via Dæmonis in animam irrumpentis 1292.e
Vitij definitio 1273.b
de Vitijs octo principalibus 1919.d
Victoria peccatj in arbitrio eſt 1540.a
Victoria orationem ſecuta 861.a.b
Vigilia paſtorum quid prefiguratur 1932.a
de Vigilia 1078.b
Vigiliæ non ſanæ ruſticorum in templo S. Felicis 263.e
Vigilantibos piè diuina innoteſcunt 706.d
Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate 1287.e
Vincula S. petri 556.e
Vineam dominj ooo cuſtodire, quid 1711.d.e
Vinea domini, Iudea 1711.c.d
Vini abſtinentia in quadrageſima 338.b
Vini vſus nullus 10 die paſchæ, niſi in ſacrificio 666.d.e
Vini commoda & incommoda 040.
Vinum ex vite natum tantum locum habet in ſacrificio Miſſæ 1835 b
Vinum cum lacte bibese 1749.a
Vinum aromaticum 1795.d.e 1796.a
Vis eſt adiutor mulieris non contra 1491.d
in Virgine ſuperbia damnatur 701.c
Virginem poſt lapſum Deus ſine dubio recreare poteſt 486.487.a
Virginitas quid ſit 701.b
de Virginitate 963.b
Virginitatem poſt lapſum cur Deus ooo inſtauret 486.c
Virginitatem pollutá poteſt Deus reparare 496.e
Virginitatis commendatio 701.e
Virginitatis perditæ non reformatio, nec ereptæ recompenſatio 700.c
VirgoMaria non eſt ad Dei imaginem & ſimilitudinem ſi maneamus in litera 1439.e
Virgo quamdiu domi ſe continet, multis admirationi 1075.d
Virgo mater Chriſti 1266.a
Virgula,quid 1729.b
Viri octo mille à quingentis percuſſi 866.e
de Viribus noſtris nihil præſumendum 1073.e
Viri quatuor ea Iudæis, decem millibos & quingentis ea Romanis reſiſtunt 868.b.c
Viri 57.mille à 150.proſtrati 869.b.c
Viri iuſti cedro comparantur 1802.a
Virorum fortiſſimorum 185. millia oratione proſtrati 860.c
Virtus diuina ſyllogiſmorum robur ſæpè diſſoluit 496.a
Virtus quid 692.b
Virtus difficilis eſt 1214.d
Virtute primus eſſe debet, qui monaſterijs ſecundus eſt 909.e
de Virtute & vitio vitæ 1122.
Virtutem ſenſu oudo ſenſo metiri complacentia humana 1308 e
de Virtute qua quis ſuis rebos cóteotus eſt 1150.e
de Virtute 1923.c
de Virtute honoranda 1213.e
Virtutem omnem ſequitur & voluptas & triſtitia 1315.e
Virtutem profiteri prorsum, profeſſa vſque tueri arduom 717.b
Virtutes qoid inficiant 694.b
Virtutes ad pietatem neceſſariæ 1356.a
de Virtutibus & vitijs 1991.c.d.& ſequent.
Virtutis definitio 1332.d
Virtuti diuitiæ ancillantur 697.c
Virtus orationis in tentationibos 1293.c
Virtutum omnium ruina 342 b
Virtutum gemmas duas nobis Chriſtus de cœlo attulit 523.a
Virum indicat magiſtratus 786.e
Vis rationis duplex eſt in nobis 1454.d
Vis orationis in bello 858.d
Vis nulla Deo eſt digna conceptionum ſine ſcripturis ſanctis 1319.a
Vis orationis 248.b
Vis boni meriti 250.c
Vis amicitiæ 690.b
Vis verbi Dei quàm operatorius 1007.d
Viſitandum charitatis affectu 710.b
de Viſitatione 1071.b
Viſio b.Parcarij Lirinenſis Abbatis 1570.e
Vita ex virtute poſt baptiſma generat Dei ſimilitudinem 1435.e
Vita Chriſtianorum in quo cóſiſtere debet 1590 a
Vita prima ea aquis 1422.d
Vita Monaſtica comparatur cum Eremitica 533.e
Vita militia eſt 1095.d.e
Vita Sacerdotis,imitatio ſit Chriſti 2010.a
Vita cęlebs nihil cómune habet cú maritali 1075.c
Vita actiua ad gloriam materia eſt 704.a

Vita nomen generale in Deo Angelis & hominibus 1537.c
Vitæ præſentis & futuræ comparatio 84.c
Vitæ Chriſti breuis ennmeratio 722.b
Vitæ actiuæ & contemplatiuæ comparatio 703.a
Vitæ B. ſtatus 482.d
Vitæ Angelicæ inſtitutum Monachi ſibi delegerunt 5079.c
S. Vitæ libenter audiendæ 481.d
de Vitæ inæqualitate 1212.c.d
Vitellius homo vinoſus Imperator efficitur 825.e
Vitellius Imperator occiditur à Veſpaſianis 831.a
Vitia adhærent virtutibus 5483.a
Vitia quomodo dulcia 5547.a
de Vitio pnniendo 1213.c
Vitiorum remedia 662.e
Vitiorum incentiua 132.a
Vitiorum omnium mater, quæ 1270.b
Vitis comparatio ad verbnm Dei 1286.d
Vitium linguæ grauiſſimis criminibus æquale 654.e
Vitium noſtræ voluntatis 129.d
Vitium facile eſt 1214.d
Vitta coccinea quid 1771.b
Vitulus ſacratiſſimus Deo qnotidie per Sacerdotes offertur 1596.d
Viuentis filij, qui 1103.c
Vineæ Engaddi qnid 1715.e
Vmbilico ſponſi ſacerdotium comparatur 1783.d
ſub Vmbta legis ſedere 1718.b
Vmbra, quid 1716.b.c.1718.a
Vmbra ſponſi ſpiritusſancti protectio eſt 1718.a
Vnde fit vt quis non habeat compunctionem 1357.e
Vnguenti nomine marytes dicuntur 1712.1753.& ſeqnentib.
Vnguentum effuſum tuum dnobus interpretatur 5707.b.d.e
Vnguentum cyprinum ad multa cõmodiſſimum 5745.a
de Vnguento quo ex oleo fieri debeat 2835.a
Vngue Aqnilino palpare 347.d
Vnica hypoſtaſis in Chriſto etiam poſt incarnationem 1325.a
Vnio naturarum in Chriſto hypoſtatica 1117.b.c
de Vnione hypoſtatica 1870.b
de Vnitate vniuerſalis Eccleſiæ 546.b
Vnitas Eccleſiæ per Chriſtũ in Euchariſtia 548.c
Vnitas per Sacramenti myſterium 546.d
per Vnitatem fidei Sacerdos tota Eccleſia eſt, & eius vicem agit 549.b
ad Vnitatis ſacramentum reſpicit Eccleſia 552.b
Vnitatis Eccleſiaſticæ teſtimonium 550.e
Vnitatis ſignum erectum altare à filijs Ruben & Gad 550.b.c
Vnum corpns Chriſti ſumus ſpiritu non carne 548.c
Vnum & plura de eodem dici non poſſe reſpectu eiuſdem, docetur ratione Geometrica 1821.e
Vnumquodque ſtat in eo quod factnm eſt à Deo 1485.e
Vnus pro multis 546.e
vt Vnus eſt qui baptizat, ita vnus idẽ eſt qui principaliter conſecrat 605.b
de Vocatione Dei 2013.a
Vacationis diuinæ principium, fidei eſt 933.b
Voces quæ tempore obſidionis Hieroſolymis audiebantur 836.c
Volucres ſunt figuræ poteſtatum intelligentium 5402.d
Volucres habent figuram crucis & piſces 1401.c
Volnntaria prauitas 27.b
Volnntas Dei rerum omnium ſiue viſibilium, ſiue inuiſibilium cauſa eſt vt exiſtant 485.e
Voluntas natnralis quid ſit 1829.e
Voluntarium & non voluntarium 1199.e
Voluptas libera 1320.b
Voluptas & triſtitia ſenſus & animę 1313.b
Voluptas irrationalis 1320.c
Volnptas ſalutaris & dolor 1316.b
Voluptatis huius vitæ ſenſus nullus animæ Denm diligenti 5272.e
Volnptas & dolor ſimul eum natura carnis creata non ſunt 1320.b
Volnptas eſt principium omnis peccati 1313.d
Voluptas eſt mortis mater 1289.b
Voluptas magis ac magis acuit dolorem 1322.b
Voluptas fugienda 1272.e
Voluptatis & triſtitiæ origo in anima & ſenſu 1315.b
Voracitas & crapula 5948.a
Vota domino reddenda 1083.b
Vota religioſorum agnoſcenda 568.a
Votum monaſticum 5567.cd
Votum ligat 769.cd
Vos turturis, pro D. Pauli voce 1722.e
Vox Chriſti modis pluribns dicitur dubia 1724.b 1724.cd
Vrſi figura cum in lucem emittitur 512.c
de Vſuris 949.
Vſus ſalis & bapriſmatis in baptiſmo 630.e
Vſus picturarum in templis 263.e
Vſus ęgrè dediſcitur 693.d
Vtilitas orationis armis maior 859.e
Vtenſilia Eccleſiaſtici myſterij abſtrahere, nefarium 557.c
Vtriuſque teſtamenti myſterium eſt vnum 1330.c
de Vulneribus Samarit. 1602.c
Vulpecularum nomine haretici ſignantur 1725.a
Vvilelmi Archie. commandatio 731.a
ab Vxoribus quando abſtinemdum 1625d.

SCRI-

SCRIPTVRÆ SACRÆ AVTHORITATVM,

QVÆ A SACRÆ BIBLIOTHECÆ SANCTIS PATRIbus ſparſim explicatæ & citatæ ſunt ex vtriuſque Teſtamenti librorum ordine digeſtus, Index.

Ex Geneſ.

GEneſ. 1. Et vidit Deus quæcunque fecit, & ecce valde bona 1343.c
Geneſ. 1. Creſcite & multiplicamini & replete terram 1407.b
Geneſ. 1. Homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus eſt 736.e
Geneſ. 1. 2. Omnis natura bona · quoniam vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona 734.d
Geneſ. 3. Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum. 521.e
Geneſ. 3. Qua die comedetis morte moriemini 735.e
Geneſ. 3. Qua die manducaueritis ex ea morte moriemini 1551.b
Geneſ. 3. Cum cognouiſſent ſe eſſe nudos 1598.b
Geneſ. 3. Et plantauit Dominus Deus Paradiſum in Edem ad Orientem 1456.b.e
Geneſ. 4. Egreſſus eſt autem Abel 1293.e
Geneſ. 4. Dixit Dominus Deus mulieri: Cur hoc feciſti? & dixit Dominus Deus Serpenti & cet. 1456.e
Geneſ. 5. Ponam terminos tuos à fluuio Ægypti vſque ad fluuium magnum Euphratem 1475.d
Geneſ. 6. Delebo hominem quem feci 1487.b
Geneſ. 6. Et viderunt filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ 1529.a
Geneſ. 6. Finis omnis hominis venit coram me 1436.e
Geneſ. 6. Delebo hominem quem feci 1501.c
Geneſ. 9. Noë vir iuſtus biberit vinum, ſéque ex eo proluerat immodice & iacebat nudus 940.e
Geneſ. 9. Factus eſt homo in animam viuentem. 1422.a
Geneſ. 9. Maledictus Cham 1525.e
Geneſ. 15. Deſcenderunt volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abraham 705.b
Geneſ. 25. Duæ gentes & duo populi ex te egredientur, & populus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori 1430.e
Geneſ. 26. Dominus fodit puteos in deſerto 1259.e
Geneſ. 28. Eius ſummitas tangebat cælos. 705.e 706.a
Geneſ. 28. Propenſa eſt cogitatio hominis ad mala à iuuentute ſua 1436.d
Geneſ. 34. Egreſſa eſt autem Dina filia Liæ 1293.d
Geneſ. 49. Catule Leonis Iuda, ex germine fili mi aſcendiſti &c. 1509.b

Ex Exod.

Exod. 1. 6. Mandauit Deus in honore haberi mandata. 1544.a
Exod. 6. Neſcio in oratione tua puſillanimis te vtne inuenisare ſis aſsimilis populo in Ægypto & cet. 1053.e
Exod. 11. Habitatio autem filiorum Iſrael, qua habitauerunt in terra Ægypti, & in terra Chanaan ipſi & patres eorum annis 430. &c. 1649.a
Exod. 20. 34. Zelotes Dominus 1344.e
Exod. 20. Non facies iniuriam proximo tuo 1099.e
Exod. 32. Surrexit enim populus manducare & bibere & ſurrexerunt ludere 939.e
Exod. 32. Non videbit homo faciem meam & viuet 1516 b
Exod. 32. Si quis eſt Domini iungatur mihi 539.d
Exod. 32. Non videbit homo faciem meam & viuet 1461.e
Exod. 33. Vniuerſorum Deus implet omnia 1386.

Ex Leuitic.

Leuitic. 12. Quadrageſimo die expurgari mulierem à ſordibus mundicia ſua 1409.b
Leuitic. 13. Vade, oſtende te ſacerdoti, & offer munus tuum quod præcepit Moyſes &c. 1105.e
Leuitic. 13. Non dormiet merces mercenarij apud te. 1099.e

Ex Numer.

Numer. 11. Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael &c. 731.d
Numer. 16. Core, Dathan, & Abiron quando in faciem Moyſi reſtiterunt 983 b
Numer. 25. Occidat vnuſquiſque proximos ſuos qui initiati ſunt Beelphegor 538.c

Ex Deuteronom.

Deuteronom. 4. Deus enim noſter ignis conſumens eſt. 1412.d
Deuteronom. 4. Deus noſter ignis conſumens eſt. ibid.
Deuteronom. 8. Attende tibi, ne dicas in corde tuo: fortitudo mea & robur fortitudinis meæ fecit mihi patientiam hanc 1073.c
Deuteronom. 8. Poſtquam afflixit te Dominus Deus, & probauit, ad extremum miſertus eſt tui ne diceres &c. 663.b
Deuteronom. 12. Honora Dominum de tuis iuſtis laboribus & primitias, offer ei de tuis fructibus iuſtitiæ & impleantur horrea tua frumento 1104.e
Deuteronom. 21. Maledictus omnis qui pendet in ligno 1531.a
Deuteronom. 27. Execrabilis eſt omnis homo Hieroſolymis, qui non facit omnia &c. 1476.b
Deuteronom. 25. Si eum qui peccauerit, iudices dignum viderint proſternent, & coram ſe facient verberari 535.a
Deuteronom. 32. Quoniam accendetur ignis in furore meo 1357.e

Ex Reg. 1.

1. Reg. 1. Quis ego ſum Domine qui in tantum me dilexiſti? 1101.e
1. Reg. 16 Quam diu lugebis Saulem cum ego ſpreuerim illum ne regnet ſuper Iſrael 1311.b

Ex Reg. 3.

3. Reg. 1. Vocate mihi Sadoch ſacerdotem, & Nathan & Banaan filium Ioiada &c. 1477.d
3. Reg 19. Concuſsio enim, & non in concuſſione Dominus 1455.e

Ex Paralippomen.

2. Paral. 26. Et erat inquirens Dominum in diebus Zachariæ 1290.e

2. Paral. 26. Quia ædificauit Ozias turres in Hieruſalem 1296.b
2. Paralip. 32. Fontes ſunt extra vrbem quos obſtruxit Ezechias 1292.a

Ex Eſdr. 3.

3. Eſdr. 3. præpotentes ſunt mulieres, & ſuper omnia vincit veritas 1301.b
3. Eſdr. 4. Benedictus es, qui dediſti mihi ſapientiam 1299. 1301.a
3. Eſdr. 5. Non eſt veſtrum ædificare nobiſcum templa Domino Deo noſtro, nos ſoli ædificabimus Domino Iſrael 1310.a.c
3. Eſdr. 5. Ædificemus vobiſcum templum Domino Deo 1309.b

Ex Thob.

Thob. 4. Fili de tua ſubſtãtia fac eleemoſynam & ne auertas faciem tuam à paupere 1555.e

Ex Iob.

Iob. 1. Repente ventus vehemens irruit à regione deſerti & concuſſit quatuor angulos domus &c. 695.a
Iob. 1. Nudus ab omni peccato exiui ex ventre matris meæ 1503.b
Iob. 2. Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es ſi bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quid ni ſuſtineamus 1101.e
Iob. 7. Tentatio enim eſt vita hominis ſuper terram 472.a
Iob. 9. Qui facit mihi magna & incomprehenſibilia, quorum non eſt numerus 665.e
Iob. 29. Eram pater imbecilium: ſeruaui enim pauperẽ de manu potentum 1069.d
Iob. 37. Ingreſſæ beſtiæ ſubsectum ſunt, ingreſſæ ſunt & non ſunt egreſſæ 1488.d
Iob. 9. In doloribus ipſam comedes 1531.a
Iob. 38. Nunquid noſti ordinem cœli, aut pones rationem eius in terra 1636.c
Iob. 39. Nunquid præbebis equo fortitudinem aut circundabis collo eius hinnitum 1433.c
Iob. 41. Hic eſt rex omnium qui ſunt in aquis 1423.b

Ex lib. Pſalm.

Pſalm. 2. Poſtula à me & dabo tibi hæreditatem tuam 1490.b
Pſal. 4. Singulariter in ſpe conſtituiſti me 1416.e
Pſal. 8. Lunam ſtellas quas tu fundaſti 1417.e
Pſal. 8. Quid eſt homo quod reputas eum 1436.d
Pſal. 8. Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra 1454.b
Pſal. 8. Minuiſti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum Domine 1518.a
Pſal. 9. Iudica Domine nocentes me & expugna impugnãtes me &c. 664.b
Pſal. 12. Illumina oculos ne obdormiam in morte 1514.e
Pſal. 17. Qui doces manus meas ad prælium 1415.e
Pſal. 17. Lex enim eſt ſancta, & eloquia Domini valde ignita 1455.e
Pſal. 18. Exultauit vt gygas ad currendam viam in cœlo 1406.d
Pſal. 18. Dies diei eructat verbum & nox nocti indicat ſcientiam 1513.c
Pſal. 18. Mandatum Domini lucidum illuminans oculos 1456.a
Pſal. 21. Ego ſum vermis & non homo 1400.e
Pſal. 23. Attollite portas principes veſtras 1406.e
Pſal. 24. Memor eſto miſerationum tuarum, & earum quæ à ſæculo ſunt miſericordia tua 1119.c
Pſal. 24. Vide humilitatem & laborem meum & dimitte vniuerſa peccata mea, quia laborans clamans &c. 1055.c
Pſal. 28. & ſedebit Dominus ſuper ipſum tanquam ſuper ſedem requieſcens 1392.a
Pſal. 28. Afferte Domino filios arietum 1415.e
Pſal. 28. Vox Domini ſuper aquas 1425.d
Pſal. 31. Exultatio mea libera me à circundantibus me 1229.e
Pſal. 32. Ipſe enim dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt 1404.e
Pſal. 32. Congregans tanquam vtrem aquas maris ponens in theſauris abyſſos 1391.e
Pſal. 35. Et torrente voluptatis tuæ potabis eos 1399.a
Pſal. 35. Flabit ſpiritus eius & fluent aquæ 1422.1
Pſalm. 35. In tegmine alarum tuarum proteges nos 1519.b
Pſalm. 36. Eduxit te de lacu miſeriæ & de luto fæcis 691.d
Pſalm. 37. Lumen oculorum meorum non eſt mecum 1514.b.c
Pſalm. 37. Peccata mea ſupergreſſa ſunt caput meum 1449.e
Pſalm. 38. Dum conſiſteret peccator aduerſum me, obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis 1293.c
Pſal. 39. In via hac ambulabam occultauerunt laqueum mihi 1545.b
Pſal. 40. Nunquid qui cadit non reſurget? aut qui aduerſus non reuertetur? 1556.b
Pſal. 44. Deus vnxit te præ conſortibus tuis 718.d
Pſalm. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei 1399.a
Pſalm. 49. Peccatori autem dicet Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum 1326.e
Pſal. 50. Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi 1541.d
Pſal. 51. Ego autem tanquam oliua fructifera in domo Dei 1399.d
Pſal. 54. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ & volabo, & requieſcam 1430.b
Pſalm. 61. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. 1060.c
Pſalm. 62. Laudabitur enim omnis qui iurat in eo. 1326.e
Pſal. 65. Tranſiuimus per ignem & aquam 1416.c
Pſal. 67. Congregatio taurorum in iuuencis 1415.e
Pſal. 68. Deleantur de libro viuentium 1538.a
Pſal. 78. Tu ſcis improperium meum, & pudorem meum, & reuerentiam meam 1502.e
Pſalm. 71. Liberauit Dominus pauperem à potente 720.d
Pſal. 72. In laboribus hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur 1036.a
Pſal. 76. Nunquid obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit miram miſericordiam ſuam 1657.a
Pſalm. 76. Exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum 536.e
Pſal. 81. Vos autem ſicut homines moriemini, & tanquam vnus de principibus cadetis 1446.e
Pſalm. 83. Paſſer inuenit ſibi domum & turtur nidum 1430.b
Pſal. 84. Veritas de terra orta eſt, & terra noſtra dedit fructum ſuum 1399.e
Pſal. 87. Pluuiam voluntariam ſegregauit Deus hæreditati ſuæ ibid.a
Pſalm. 88. Exprobrauerunt commutationem Chriſti tui 1495.c

Pſalm. 92. Dominus regnauit, decorem indutus eſt 1454.b
Pſalm.100. In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ 1535.c
Pſal.101. Cæli peribunt & tanquam veſtimentum veteraſcent &c. 1418.a
Pſal.101. Reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit precem eorum 1082.d
Pſal.101. Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus 710.e
Pſal.102. Homo ſicut fœnum dies eius 1436.d
Pſal. 102. Benedicite cete & omnia, quæ mouentur in aquis 1425.b
Pſal.103. Montes excelſi ceruis, petra refugium erinaciis 359.d
Pſal.103. Erody dux domus eius 1463.a
Pſal.103. Deficiant peccatores à terra 1535.c
Pſal. 103. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros eius flammam ignis 1463.b
Pſal.103. Mare magnum & ſpatioſum 1407.b
Pſal.109. Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis 1453.c.d
Pſal.112. Ab ortu ſolis vſque ad occaſum laudabile nomen Domini 1454.b
Pſal.115. Dirupiſti Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis 692.a
Pſal.117. Benedictus qui venit in nomine Domini 1453.c
Pſal.117. Lapidem quem reprobauerunt 1473.a
Pſal.118. Dei verbum manet in æternum 1476.d
Ibid. Lucerna pedibus meis 1435.e
Ibid. Manus tuæ fecerunt me & plaſmauerunt 1386.c
Ibid. Ad omnia mandata tua dirigebar 1348.d
Ibid. Quàm dulcia gutturi meo eloquia tua ſupra mel ori meo 1409.c
Pſal. 122. Sicut oculi ſeruorum in manibus Dominorum ſuorum 1067.d
Pſal.123. Benedictus Dominus qui non dedit in captione dentibus eorum 1545.e
Pſal.128. Reuela oculos meos 1514.b
Pſal.132. Non erat ros ex Hermon 1458.e
Pſal.139. Iuxta ſemitam ſcandalum poſuerũt mihi 1545.b
Pſal.140. Singulariter ego donec tranſeam 1416.e
Pſal.143. Homo vanitati ſimilis factus eſt 1436.d
Pſal.146. Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat 1417.d
Pſal.147. Qui credit in me flumi ex ventre eius fluét aqua viuæ 1422.c
Pſal.148. Laudate Dominum de cælis omnes Angeli eius 1079.d

Ex Prouerb. Salomon.

Prouerb. Mel ſtillat ex labiis meretricis 1547.a
Prou. 4. Adama illam & ſeruabit te: Obſide illam & exaltabit te 1344.b
Prou.10. Ex multiloquio non effugies peccatum parcens autem labiis, intelligens erit 984.d
Prou 10. Benedictio Domini ſuper caput iuſti 1069.c
Prou.12. Si impiger fueris veniet quaſi fons meſſis tua &c. 987.d
Prou.13. Omnia fac cum conſilio 1049.d
Prou.15. Via otioſorum ſpinis inſtratæ ſunt 1055.e
Prou.16. Melior vir patiens forti 1089.t
Prou.17. Contradictiones ſuſcitat omnis malus 983.d
Prou.18. Iuſtus accuſator eſt ſui 1635.a
Prou.23. Si ſederis ad cœnandum in menſa potentium, attende conſidera quæ apponuntur tibi 937.b
Prou.30. Non enim neceſſe eſt, vt quæ occulta ſunt videas oculis 985.b

Ex Eccleſiaſt.

Ecclеſ.1. Oritur ſol 1405.c
Eccleſ.3. Tempus flendi 1062.a.b
Eccl.3. Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſina extinguit peccatum 1549.b
Eccleſ.3. Omnibus tempus eſt, & tempus omni rei, tempus tacendi, & tempus loquendi &c. 1062.a.b
Eccleſ. 4. Sane funiculus triplex difficile rumpitur &c. 1071.b
Eccl.4. Funiculus non citò rumpitur 695.d
Eccleſ.5. Lauamini, mundi eſtote 1910.a
Eccl. 5. In ſomnium in multitudine tentationis & vox ſtulti in multitudine ſermonum 1051.b
Eccl. 7. Electus meus ex millibus. Verum vnum de mille reperi 471.d
Eccl.7. Melius eſt ire ad domum luctus, quàm pergere ad domum conuiuij 1060.e
Eccl.9. Sint in omni tempore veſtimenta tua candida, & oleum in capite tuo non deficiat 1062.d
Eccl.9. Sunt iuſti & ſapientes, quorum opera in manu Domini 520.c
Eccl.10. Fili mi ne æmuleris viros malignos, néue concupiſcas eſſe cum eis 984.c d
Eccl.10. Multi dati ſunt in ruinam propter aurum 945.c
Eccl.12. Time Dominum, & cuſtodi mandata eius 2014.d
Eccleſ.19. Ex decem mille viris inuenies vnum fidelem ex mulieribus autem non inuenies 1486.d
Eccl.21. Labia imprudentium ſtulta narrabunt, verba autem prudentium ſtatera ponderabunt 534.d
Eccleſ.21. In ore fatuorum cor eorum, & in corde ſapientium os illorum ibid.a

Ex Cantic. Canticor.

Cantic.1. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur 360.d
Cantic.2. Veni ſponſa mea, tempus putationis aduenit 482.c
Cant.2. Surge amica mea, ſponſa mea, & veni columba mea in foraminibus petræ &c. 359.a
Cant.2.8. Læua eius ſub capite meo et dextera illius amplexabitur me 695.e
Cant.5. Patruelis meus albus & flauus 1405.c
Cant. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus, & electus ex millibus 471.e

Ex lib. Sapient.

Sap.3. Sicut probatur aurum & argentum in fornace, ſic electa corda probat Deus 1089.e
Sap.8. Amator factus ſum pulchritudinis illius 1344.b
Sapient.16. Nunquid non erubeſces coram ſanctis Angelis ſuis, cum prohibuerint teſtimonium flagitiis & iniquitatibus tuis 698.e

Ex Eſayæ Prophet.

Eſay.1. Lauamini & mundi eſtote 1599.b
Eſay.1. Neomenias veſtras & ſabbata odit anima mea 1448.c
Eſa.3. Qui vos beatificant ſeducunt vos: admirantes perſonas quæſtus cauſa &c. 1064.a
Eſa.5. Auferam enim ſpem eius, & erit in acceptionem, Diruam maceriam eius &c. 1169.a
Eſa.5. Et comedes herbam agri 1536.a
Iſa. 5. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu in loco vberi & maceriam circundedit & circumfodit eam 359.e
Iſa.5. Expectaui vt vinea mea faceret vuam, fecit autem ſpinas 1484.b.
Iaſ.6. Duabus velabãt faciem, & duabus velabant pedes, & duabus volabant 520.a

Eſa.9.Terra Zabulon & terra Nephthalim via maris Galilaa Gentium 1429.c
Eſa.11. Et requieſcent ſuper eum ſeptem Spiritus, Spiritus ſapientia, Spiritus intellectus, Spiritus cognitionis, Spiritus ſcientia, Spiritus conſilij. &c 1302.d
Eſa.14. Ecce dies Domini inſanabilis venit: dies ira & indignationis, ponere orbem terra deſertum: & peccatores perdere 1563.b
Eſa.14. Super nubes ponam ſedem meam, & ero ſimilis altiſſimo &c. 1483.a.1510.d
Eſa.28. Ecce pono in Sion lapidem, vt omnis qui credit in eum 1473.a.b
Eſa.31. Noſti frater mi Sion ſpeculationem 728.d
Eſa.31. Dixit Dominus cuius ignis eſt in Sion, & caminus in Hieruſalem &c. 718.d
Eſa.34. Circumuoluetur cœlum tanquam liber in conſummatione ſaculorum 1418.a
Eſa.35. Erunt redempti & congregati per Dominum latitia ſempiterna ſuper capita eorum 1102.e
Iſa 40. Aſpera in vias planas 1289.a
Eſa.41. Priora annunciate mihi, & nouiſſima qua futura ſunt 520.b
Eſa.43. Beſtia ſunt ſubiecta, & ingreſſa ſunt ſtabulum 1489.e
Eſa.49. Tempore enim accepto exaudiui te, & in die ſalutis audiui te 1062.d
Eſa.50. Tergum meum dedi ad flagella, genas autem meas ad alapas &c. 1502.e
Eſa 53. Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt 1530.e
Eſa.62. Quinam ſunt hi qui ſicut nubes volant, & tanquam columba cum pullis ſuis 1430.c

Ex Ierem.

Ierem 3. Pudorem exuiſti apud omnes 1498.c
Ierem 3. Si vir dimiſerit vxorem ſuam, & illa recedens, duxerit virum alium, nunquid reuertetur ad illum vltra &c. 487.a
Ierem.7. Tu ne oraueris pro populo iſto, & ne coges vt illorum miſererer 1311.a
Ierem.9. Quis dabit capiti meo aquã, aut oculis meis fontem lachrymarum 1347.d
Ierem.17. Maledictus qui ſpem ponit in homine 1072.d
Ierem.23. O paſtores qui perditis & diſpergitis oues paſcua mea. Propter hoc ecce ego vltionem expetam de vobis &c. 1092.a
Ierem.48. Maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine 539.e
Ierem.48. Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter 1058.e

Ex Ezech.

Ezech.3.33. Fili ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, Si igitur videris ſpeculator venientem & tuba cecinerit, & qui audierit non obſeruauerit ſe &c. 1091.d.e
Ezech.18. Si auerſus fuerit iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatẽ, omnes iuſtitia eius non recordabuntur 986.d
Ezech.23. Et carnes Aſinorum, carnes eorum 512.e
Ezech.28. Tu ſignaculum ſimilitudinis & corona pulchritudinis 1463.c
Ezech.32. Deſcẽderunt in infernum cum armis ſuis 479.b
Ezech.34. Exquiram oues meas de manu eorum 1008.a

Ex Daniel.

Daniel.7. Ponam terminos tuos vſque ad fluuium Ægypti 1476.c
Daniel.7. Cõiungite mihi qui ſum lapis exciſus ex monte ſine manibus 1496.c
Daniel.8. Leona & Pardus 1488.e

Ex Oſee.

Oſee 2. Ibo & reuertã ad virum meũ priorem quoniam tunc mihi erat melius, quam nunc 1328.a
Oſee 3. Non ſum amplius vir tuus, & tu non es amplius vxor mea 1498.a
Oſee 11. Ex Ægypto vocaui filium meum 1477.d. 1518.c
Oſee 13. Ero mors tua ô mors 486.a

Ex Ioel.

Ioel.1. 2. Reſiduum eruca comedit locuſta, & reſiduum locuſta bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo 733.d
Ioel. 2. Effundam ex ſpiritu meo in omnem carnem, & videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri 1300.b

Ex Amos.

Amos 2. In tempore illo intelligens ſilebit, quia tempus malum eſt 1077.d
Amos 2. Pugnator non ſaluabit animam ſuam, & velox non ſaluabitur pedibus ſuis 1073.d
Amos 2. Pugnis tundebant capita pauperum, & viam humilium declinauerunt 588.e
Amos 8. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & emittam famem ſuper terram: non famem panis, neque ſitim aqua, ſed famem audiendi verbum Dei 1061.a

Ex Ion.

Ion. 14. Neſciũ enim quid ſit opus vt aqua ferentur ſupra cœlum 1387.d

Ex Mich.

Mich.3. Sacerdotes Hieruſalem in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant, & requieſcebant ſuper Dominum dicentes &c. 718.b

Ex Abac.

Abac. 2. Va ei qui multiplicat ſibi qua ſua nõ ſunt 945.e
Abac.2. Diſſecuiſti in extaſi capita potentum 1494.d
Abac 3. In altum elatus eſt ſol 1411.b
Abac.3. Dedit abyſſus vocem ſuam 1392.a

Ex Sophon.

Sophon. 1. Erubeſcite, qui induimini veſtibus alienis 1326.d

Ex Zachar.

Zachar.4. Dua oliua ſuper illud 1329.b
Zachar.14. Egredietur aqua ex Sion, & dimidium eius in mare primum &c. 1407.b

Ex Malach.

Malach. 4. Orietur iis qui Deum timent ſol iuſticia vt appareat iis qui ſedent in tenebris &c. 1403.c

Ex Machabæor. 1.

1.Machab.2. Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi, quàm ſemini eius pactum Sacerdotij ſempiternũ 338.d

Ex Matth.

Matth.1. Volo mundare 1480.d
Matth.3. Omnis arbor qua non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur 1603.c.1399.d
Matth.3. & 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. 1544.d
Matth.3. Facite fructus dignos pœnitentia 1395.a
Matth.4. Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant 1583.a. 1524.a
Matth.3. Iota vnum, aut apex vnus non præteribit 1455.e 1515.e
Matth. 3. Si percuſſerit tibi maxillam, prabe ei & alteram 521.b
Matth.3. Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt 1289.d
Matth.5. Amen dico vobis: Non noui vos 1438.
Matth.3. Qui ſic fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum 1090.a

Matth.

Matth. 5. Vnum iota aut vnus apex non tranſibit ex lege donec omnia fiant de ipſo 1477.e
Matth. 5. Eſtote perfecti ſicut pater veſter perfectus eſt 1088.e
Matth. 5. Beati qui lugent 1416 e
Matt. 6. Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua 1561.a
Matth. 6. Et ne nos inducas in tentationem 1312.e
Matth. 6. Fiat voluntas tua &c. 1082.b
Matth. 7. Petite & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: 1565.a
Matth. 7. Epheta, quod eſt, adaperire 1516.d
Matth 7. Dicent mihi in illa die, Domine &c. 1348.e
Matth. 7. Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ſimiliter & vos facite illis 1333.e
Matth. 7. Omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilabitur viro ſtulto &c. 1568.b
Matth. 8. Venit Filius hominis ad quærendum & ſeruandum quod perierat 1524.b
Matth. 8. Deijce te deorſum ex templo ibid.a
Matth. 8. Domine ſaluum me fac 693.e
Matth. 9. Meſſis quidem multa, operarij pauci 1480.e
Matth. 10. Sufficit diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter 1417.a
Matth. 10. 24. Qui perſeuerauerit vſque in finem ſaluus erit 724.d
Matth. 11. Regnum cœleſte vim patitur 1116.e
Matth. 11. Iugum enim meum ſuaue eſt 1480 b
Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis 1519 a
Matth. 12. Et adhærebit vxori ſuæ 1469.a
Matth. 13. Neque qui ſeminat ad ſeminandum 1458.e
Matth. 13. Exijt qui ſeminat ad ſeminandum 1398.e 1522.e
Matth. 13. Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum 1318.1519.a
Matt. 15. Si omne quod intrat in os, vadit in ſeceſſũ 1333.b
Ibid. Ex corde exeunt cogitationes malæ Homicidia, adulteria, fornicationes, furta 1047.d
Matth. 16. Portæ inferi non præualebunt aduerſus eum 1481.a
Ibid. Super hanc petram ædificabo Eccleſiã meam 1496.a
Motth. 17. Diliges proximum ſicut teipſum 1068.d
Matth. 18. 19. Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis 2007.d
Ibidem, Dico enim vobis quod Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei 1387.e
Ibidem, Vbi ſunt duo aut tres congregati in nomine meo, illic ſum in medio eorum 1416.e
Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis 1059.a
Matth. 20. Nunquid non licet mihi facere quod volo? an oculus tuus nequam eſt quia ego bonus ſum 1554.e
Ibidem, Non amplius ex te fructus naſcatur 1515.e
Matth. 21. Et conuerſus Dominus ad mulierem: Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace 1554.d
Ibid. Ingrediente Domino in ſanctam ciuitatem Hebræorum pueri reſurrectionem vitæ denunciantes 723.b.c
Matt. 24. Vbi eſt corpus, ibi congregabũtur aquilæ 1430.e
Ibid. Orandum ne fuga noſtra hyeme fiat aut Sabbatho 1078.e
Ibid. Quis eſt ergo fidelis et prudẽs ille ſeruus &c. 1443.e
Matt. 7. & 22. Diliges Dominum Deum tuum & proximum tuum ſicut te ipſum 1353.a
Matth. 25. Venite benedicti Patris mei 1442.e
Ibid. In carcere eram & veniſtis ad me 710.a
Ibid. Hoſpes eram & collegiſtis me, Eſuriui & pauiſtis me 1071.e
Ibidem, Quam diu enim feciſtis vni ex his minimis mihi feciſtis 1058.e
Ibidem, Euge ſerue bone & fidelis quia ſuper pauca fuiſti fidelis 1562.a
Ibidem, Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum paratum vobis ab origine mundi 1346.a
Ibidem, Munda prius quod intus eſt calicis, & tunc &c. 1106.a
Ibidem, Media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit 1443.b
Matth. 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra 1439.d
Ibidem, Euntes in mundum docete omnes gentes, Baptiſantes eos in nomine Patris &c. 1391.b 1496.e 1348.e

Ex Marc.

Marc. 11. Date & dabitur vobis: dimitte & dimittetur vobis 1592.1593.a

Ex Luc.

Luc. 1. Aue gratia plena Dominus tecum 1453.d
Luc. 1. Magnificat anima mea Dominum 1527.e
Luc. 2. Lumen ad reuelationem Gentiũ &c. 1342.a 1429.e
Luc. 2. Poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius ſecundum legem Moyſi, tulerunt eum in Hieruſalem, vt ſiſterent eum Domino &c. 1576.b.e
Luc. 3. Neminem concutiatis: nulli calumniam faciatis, contenti eſtote ſtipendiis veſtris 1887.e
Luc. 4. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo 1439.d
Luc. 6. Væ vobis qui ridetis nunc, quia flebitis vos 1066.e
Luc. 6. Eſtote miſericordes ſicut Pater veſter miſericors eſt 1099.a
Luc. 6. Extende manum tuam 1480.d
Luc. 8. Exijt qui ſeminat ad ſeminandum 1398.e
Luc. 9. Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me 1066 e
Luc. 9. Nemo ex vobis mittens manum ad aratrum, & conuerſus retro eſt aptus regno cœlorum 1480.b
Luc. 10. Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Hierico, incidit in latrones & vulneratus eſt 1603.a
Luc. 10. Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea 705.e
Luc. 10. Domine non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare 704.d
Luc 10. Homo incidit in latrones 1524.d
Luc. 11. Oratio & abſtinentia mentem auocant & amoliuntur ab intemperie mundialium voluptatum 941.e
Luc. 12. Et ſi in ſecunda & tertia vigilia venerit, & ſic inuenerit, beatus eſt ille ſeruus 1443.e
Luc. 13. Quidam Paterfamilias plantauit vineam & in vinea plantauit ficum 718.e
Luc. 14. Amice aſcende ſuperius 730.731.a
Luc. 15. Gaudium eſt in cœlo coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente 721.d
Luc 15. Ouis quæ perierat &c. 1524.e
Luc. 15. Oportet & te fili mi, gaudere, quia frater tuus mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus eſt 687.d
Luc. 15. Afferte primam ſtolam 1519.b
Luc. 15. Per totam noctem laborantes nihil cepimus 1437.d
Luc. 16. Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire, aut vnum odio habebit: alterum verò amabit 1531.d
Luc. 17. Vbi corpus, ibi congregabuntur aquilæ 1430.e
Luc. 18. Qui inops eſt ſuper terrã quidem verſatur 1059.e
Luc. 19. Homo quidam habuit duos filios, & dixit adoleſcentior ex illis patri. Pater da mihi ſubſtantia quæ me contingit 1614.b
Luc. 19. Dominus Ieſus perambulabat in Hierico, Ecce vir nomine Zacheus &c. 1349.e
Luc. 19. Ecce dedi vobis poteſtatem angues & ſcorpiones

conculcare 1348.e
Luc.20.Quod ſi digni habiti fuerint illud ſeculum aſſequi 1533.d
Luc.20. Magiſter quia rectè indicas, & perſonam non accipis 1501.d
Luc.22. Cum eſſet in agonia orauit intenſius 1518.e
Luc. 23. Hodie mecum eris in Paradiſo 1054.d
Luc. 24. Factum eſt autem cum ipſe recumberet cum eis, accipiens panem benedixit 1513.a

Ex Ioann.

Ioann.1.2.Ego lux veni in mundum 1405.e
Ioann. 1. Ex eius ignis plenitudine nos omnes accepimus 1406.b
Ioan.1.Ex plenitudine eius nos omnes accepimus 1414.e
Ioann.1. Ego à Patre exiui, & rurſum ad patrem meum vado reuerſus ſum 1473.1474.a
Ioann.1.Nemo Deum vidit vnquam 1461.e
Ioan.3. Deus enim pater proprio filio non pepercit 1494.e
Ioan.3.Pater diligit filium,& anima ei tradidit in manus 1439.d
Ioan. 4. Ego & pater meus veniemus, & manſionem apud eum faciemus 1093.e
Ioann.4. Ego non veni facere voluntatem meam, ſed voluntatem illius qui miſit me 1569.a
Ioann. 4. Meus eſt cibus, vt faciam voluntatem eius qui miſit me 1484.d
Ioan.4.Fiet ei fons vitæ ſalientis in vitā æternam 1422.d
Ioann.5. Liber generationis Ieſu Chriſti 1446.e
Ioan.5. Pater meus vſque modo operatur, & ego operor 1480.a
Ioan.6. Vos ex patre Diabolo eſtis 1433.e
Ioan.9.Verba quæ ego loquor,nō à me ipſo loquor 1482.a
Ioan.6.Qui comedit hunc panem, viuet in æternum ibid.b
Ioan.7.Flumi ex ventre eius fluent aquæ viuæ 1416.b
Ioan.10. Et erit vnum ouile & vnus paſtor 1457.a
Ioan.10. Oues meæ vocem meam audiunt 1519.a
Ioan.10. Alias oues habeo,quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere 1438.e
Ioan.10. Ego ſum oſtium 1475.a
Ioan.11.& 14. Ego ſum via &c. 1536.d
Ioan. 11. Ego ſum reſurrectio & vita, Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit viuet 1910.e
Ioan.12.Non veni vt iudicē mundum,ſed vt ſeruē 1524.b
Ioan.13. Ille eſt,cui ego intinctum panem porrexero 747.e
Ioan.13.Surgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cum accepiſſet linteum præcinxit ſe, deinde miſit aquam in peluim &c. 1585.d.e
Ioan. 13.15. Audi: hoc eſt mandatum meum vt diligatis inuicem 1351.a
Ioan.14. Manſiones multæ ſunt apud patrem 1391.d
Ioan.14. Non relinquam vos orphanos 1476.a
Ioan.14. Non relinquam eos orphanos 1481.a
Ioan.14. Ego ſum via 1440.d
Ioan.14. Ego ſum vita 1536.e
Ioan.15. Non eſt alia maior hac dilectio, quàm vt ponat quis animam ſuam pro amico ſuo 1334.e
Ioan.15. Si abiero ad patrem rogabo eum, & alium paracletum dabit vobis ſpiritum veritatis 1478.b
Ioan.16. Heli,Heli &c 1405.e
Ioan.16.Ego ex patre exiui,& reuertor ad patrem meum 1535.a
Ioan.20.Dominus meus & Deus meus 1452.a

Ex Act. Apoſtol.

Act.2. Sedit ſuper vnumquemque ipſorum ſpiritus 1393.e
Act.7. Hic eſt qui fuit in Eccleſia in ſolitudine cum Angelo,qui loquebatur & in monte Syna 1388.d
Act.10.11.Lintheum quod vidit Petrus in viſione habens omnes beſtias,& quadrupedes,et volucres cœli 1491.a
Act.13.Helymas magus reſtitit Paulo & Barnabæ 983.e

Ad Roman.

Rom 3.Iudæorum ſolum Deus eſt,certè & Gentiū 1407.b
Rom.3.Faciamus mala, vt veniant bona 699.a
Rom.7. Lex eſt omnis ex parte perfecta 1392.e
Rom.7. Littera enim occidit 1460.e
Rom.7. Non enim id quod volo ago,ſed quod nolo id ago 735.b
Rom.8. Quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam,quæ reuelabitur in nobis 1315.e
Rom.8.Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti 1343.d
Rom.8. Non vidit enſes & ſagittas potentiæ Dei acutas 1521.d
Rom.8.Deus eſt qui iuſtificat,quis eſt qui condemnet 1529.1530 a
Rom.9. Mortificate membra veſtra terreſtria, ſcortationem,immunditiem, mollitiem concupiſcentiam malam & auaritiam & reliqua 1225.d
Rom.13.Non ſine cauſa gladium portat,Dei enim miniſter eſt &c. 522.e

Ad Corinth. 1.

1. Corinth. 3. Littera occidit,Spiritus autē viuificat 1389.e
1.Cor.3. Et qui ſe putat ſtare videat ne cadat 1545.b
1.Cor.4. Imitatores mei eſtote 1424.d
1. Corinth. 4. Nos enim ignobiles: Vos autem fortes & glorioſi 1091.a
1.Corinth.6. Qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur 540.e
1.Cor.6. Omne peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus eſt 1348.d
1.Cor.7. Mulier non habet poteſtatem corporis ſui 701.a
1.Cor.7. Vnuſquiſque vxorem accipiat, & vnaquæque virum ſuum habeat 533.e.d
1.Cor.9.Ne cum aliis prędicauerim,reprobus efficiar 522.d
1.Cor. 9. Ego igitur ita curro non vt incertus,ita depugno 1354.e
1.Cor.10. Omnia in Chriſti typum ac figuram prius creata ſunt 1402.e
1.Cor.12. Etiamſi linguis hominum loquar,& ſciam myſteria omnia &c. 1438.
1.Cor.13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate 485.b
1.Cor. 15. Quia caro & ſanguis regnum Dei non poſſunt poſſidere 942.a
1.Cor.13. Siue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt,ſiue ſcientia deſtruetur 1319.d
1.Cor.15. Si prorſus mortui non reſuſcitantur, cur etiam baptizantur pro mortuis? 1877.1878.a
Ibid. Qui vero portat imaginem terreni 1293.1294.a
Ibid. Alia eſt gloria Solis,alia Lunæ, & alia gloria Stellarum 1417.e
Ibid. Quemadmodum in Adam omnes moriuntur, etiam ipſo omnes viuificarentur 1347.e
Ibid Vt ſicut portauimus imaginem terreſtris, portemus etiam imaginem cæleſtis 1532.e
Ibidem. Si Chriſtus dicitur primitiæ,& primogenitus ex mortuis 1335.e

Ad Corinth. 2.

2. Corinth. 1. Ingemiſcimus habitaculum noſtrum quod eſt in cœlo ſuperindui cupientes 1503.b
2.Cor.4. Quanto enim noſter hic homo exterior corrumpitur: tanto verus interior renouatur de die in diem 943 b
2.Cor.5. Si qua eſt in Chriſto noua creatura vetera præterierunt 1454.d

2.Cor.6

2.Cor.6.Inhabitabo in ipſis & inambulabo 1500.d
2. Cor. 8. Veſtra abundantia pauperum ſuppleat inopiam 988.d
2.Cor.10. Arma enim noſtra non ſunt carnalia, ſed potentia à Deo ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes &c. 1076 e
2. Cor. 11. In hac forma & gloria eritis ſicut dij, ſi fructus mei fueritis participes 1510.e
2.Cor.11.Ego in infirmitatibus meis gloriabor 1354.b
2.Cor.11. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto 487.a
2.Cor.12.Homo raptus in tertium cælum 1461.e

Ad Galat.

Galat.2. Viuo autem ego non amplius, ſed viuit in me Chriſtus 1360.e.1344.d
Galat.2.Nam in Chriſto Ieſu non eſt maſculus & fœmina, eſt enim vnus Chriſtus 1455.a
Galat.5. Qui carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis 1417.a
Galat.6. Quoniam qui ſeminat in terram 1450.a

Ad Epheſ.

Epheſ.1. Myſterium hoc magnum eſt, Ego autem dico in Chriſto & Eccleſia 1530.a
Epheſ.2.Propter nimiam charitatem ſuam qua Deus dilexit mundum 523.a
Epheſ.5. Ipſe obſeruabit caput tuum 1513.d
Epheſ.5.Myſterium hoc magnum eſt 1517.a
Epheſ. 5. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea 1496.d
Epheſ.5.Relinquet patrem ſuum et matrem ſuam 1495.a
Epheſ.5. Quoniam membra ſumus corporis eius ex carne eius, & oſſibus eius 1499.b.c
Epheſ.6. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli, quia non eſt colluctatio aduerſus ſanguinem &c. 1094.a

Ad Philippenſ.

Philipp.2. Quod cum in forma Dei eſſet 1479.b
Philip.2. Hoc ſapite in vobis quod & in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt 1353.e
Philipp.2. Factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis 1636.d
Philipp.2. Omnes nos quærimus, quæ noſtra ſunt & non quæ Ieſu Chriſti 705.e
Philipp.3. Noſtra autem conuerſatio eſt in cælis 1424.d
Philipp.3. Imitatores mei eſtote fratres, quemadmodum & ego Chriſti 1350.1351.a

Ad Coloſſ.

Coloſſ.1. Omnia per Chriſtum, & in Chriſto eſſe condita 1457.e
Coloſſ.1. Omnia in Chriſti typum facta ſunt 1406.b.c
Coloſſ.3.In omnibus grati eſtote 1101.e
Coloſſ.3. Mortificate membra veſtra terreſtria 1125.d
Coloſſ.4. Sermo veſter ſit ſemper ſale conditus 1062.a

Ad Theſſal. 1.

1.Theſſal. 5. Semper orate 1357.b
1.Theſſ.5. Semper gaudete, ſine intermiſſione orate 1416.b

Ad Theſſal. 2.

Theſſal. 4. Qui nam ſunt hi qui ſicut nubes volant 1430.e

Ad Timoth. 1.

1.Timoth.2. Quem nullus hominum vidit, neque videre poteſt 1461.e
1.Timoth.2. Adam non eſt deceptus 1530.c
1.Timoth.2.Eua autem fuit decepta 1413.1414.a.1526.c
1.Timoth.3.Oportet epiſcopum eſſe irreprehenſibilē ſobriū, prudentem, ornatum, hoſpitalem doctorem non vinolentum &c. 1106.e
1.Timoth.6. Radix omnium malorum eſt auaritia 1548.b

Ad Timoth. 2.

2.Timoth.2. Nemo militans Deo implicet ſe negociis ſecularibus 1883.a

Ad Hebr.

Hebr.1.Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis qui in me credunt 1387 e
Hebr.1.Quando autem introduxerit primogenitum in orbem terræ 1479.e
Hebr.2.Non enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit ibid.
Hebr.4. Diuiſionem animæ & ſpiritus 1309.d
Hebr.5.Eſtis, quibus lac opus ſit, non ſolidus cibus 1589 e
Hebr.7.Melchiſedec factus eſt ſine patre, ſine matre, & ſine genealogia 1343.d
Hebr.8.Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum 1106.b
Hebr.11. Fides enim in ſeculum ſtabit 933.a

Ex Iacob. Epiſt.

Iacob. 4. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis 1316.d
Iacob.4. Subditi Deo, reſiſtite diabolo, & à vobis fugiet 1355.b
Iacob.5. Multum valet deprecatio iuſti efficax 1310.1311.a
Iacob.12. Omne gaudium exiſtimate fratres, cùm in tentationes varias incideritis 1312.e

Ex Petr. 1.

1. Petr.2. Qui cum malediceretur non remaledicebat cum pateretur non comminabatur 1099.b

Ex Petr. 2.

2. Petr. 2. Nouit enim Dominus pios de tentationibus eripere, iniquos autem in diem iudicij reſeruandos 1100.b

Ex Ioann. 1.

1. Ioann.3. Filioli nunc filij Dei ſumus 1435.d

Ex Apocalypſ.

Apocal.4. Dignus es Domine Deus accipere gloriam & honorem, & virtutem, quia tu creaſti omnia &c. 486.a

FINIS.

Impreſſum hac die 2°. Iullij 1579.

BIBLIOTECA - NAZIONALE CENTRALE
CITTA' - ROMA
SEGNATURA - 204.23.G.10
ANNO - 2004
RESTAURATORE - RAIMONDO MILIO

SINTESI DELLE OPERAZIONI EFFETTUATE:

Controllo della numerazione, pulizia a secco con pennello morbido e tampone di gomma PH prima del trattamento, lavaggio, deacidificazione parziale, ricollatura delle carte trattate ad umido con pennello e Tylose MH300P 2%, risarcimento manuale delle lacune con applicazione di carta giapponese di adeguato spessore e colore e velo, sutura dei tagli, ricomposizione dei fascicoli, cucitura su nervi di spago 4 a rilievo, indorsatura con tela mussola, capitelli su spago, carte di guardia ingres galletto, cartoni Canson, nuova coperta piena pelle di capra, titolo in oro e collocazione.

LAB. RESTAURO
LIBRI
R. Milio

LAB. RESTAURO
LIBRI
R. Milio

Digitized by Google